9 fortius dicit † ꝙ in contractibus innominatis etiam de iure canonico ante implementum non oritur actio, quod verbũ veluti notabiliſſimũ ſequitur do.meus ibi,& in d.l.petens. Ex quo poſſet inferri ꝙ illud,quod dicit Matheſi.no.11.in contractib. innominatis haberet etiam locũ de iure can. ꝙ not. ſed an hoc dictum procedat pendet ex eo quod doc.dicũt in l.j.C.eo. & in d.l.ſiue apud.& Bal.in d.l.ex placito.q. 14. videlicet, vtrũ qñ eſt interpoſita ſtipulatio in cõtractibus innominatis ſit orta actio ante implementum, attento ꝙ ſtipulatio de iure ciuili & pactũ de iure can.parem virtutem habere vñr,vt per Bal. in l. petens. ¶Octauò notandum,ꝙ de iure can.pactum de non petẽdo tollit ipſo iure actionem, ita ꝙ nõ eſt neceſſaria acceptilatio: quia iſta vadunt à pari,parere & ipſo iure tollere,vt l.legitima,& l.ſi vnus.§.pactus.ff.eo.ſecundum Bal.in d.repe.l.petens. in vltimis verbis.hoc vtrum ſit verum pendet ab alio artic. videlicet vtrũ ſtipulatio de nõ petendo tollat actionem ipſo iure, de quo per Bald.& mod.in d.§.pactus.

10 ¶ † Vlterius infert not.Bal.in d.l.petens.ꝙ ſicut ſtipulatio ſine cauſa non habet effectum de iure ciuili,vt l. 2. §. circa. ff. de except. doli. ita pactum ſine cauſa non habet effectum de iure can.quia obſtat exceptio doli,quæ dicta ſequitur do.meus in d. l.petens.& ſunt profecto valde no. vbi fortius dicit, ꝙ ex pacto nudo præſumptæ donationis non oritur actio etiam de iure cano.vide ibi,& adde dictis ſupra in 6.q.circa fi.in verſi. ſuper tertio. Reliquit etiam Bal.ibi ſub dubio,vtrum de iure cano.ſit locus pœnitentiæ in contractibus innominatis, de quo vide per eundem in rub.C.de rerum permu.& per mod.in l.2.§.fi.& l.hę reditatem.ff.de don.& mod.in d.l.ſiue apud acta.& in l. ſi pecuniam.in prin.ff.de condi.ob cau.vbi dixi. ¶Nonò circa hãc materiam pacti vide vnum nouum dictum Matheſi. no. 28. cuius veritas pẽdet ex dictis mod.in l.j.§.ſi quis ſimpliciter. ff.de verbo.obl.¶Decimò quæſiuit in d.§.ſi quis ſimpliciter.ſolennis &
11 recolendæ memoriæ doc.do. Thomas doctor Senenſis † vtrũ iuramentum,quod operatur ſtipulationem inutilem valere vt pactum,operetur vt ex pacto detur actio de iure cano. ſentit ꝙ non,ar.no.in l.j. ff. de dotis promiſ. Contra quod videtur illud quod ſupra retuli docuiſſe Matheſi. no. 37. & quod dixi ſupra q.6.circa fi.in verſi. ſuper tertio. Alios effectus pacti de petendo & non petendo pleniſſimè tradunt doc. in d. §. pactus ne peteret.quem tibi legi in voce.

SVMMARIVM.

1 *Pacta quæ impleri ſeu executioni mandari poſſint,& quæ non.*

1 Decimoquartò & vltimò eſſet videndum † de executione & implemento pactorum,ſuper quo Bald.hic,arti.vlt.diſtinguit inter pacta habẽtia cauſam ſucceſſiuam & habentia cauſam momentaneam. ſ. vt prima totaliter impleri non poſſit: alia verò ſic,vt not. in l. j. C.de pactis.& in d.l.ſiue apud acta.& l.pluribus.§. j. ff.de verbo. oblig.cum ſimil.vbi videndum.

¶ Laus Deo omnipotenti & dulciſſimæ ſuæ matri virginĩ Marię.

FRANCISCI DVARENI

DE PACTIS.

SVMMARIVM.

1 *Conuentio quid ſit.*
2 *Conuentio alia eſt legitima,alia iuriſgentium. Et quæ ſit vtraque.*
3 *Ius omne gentium idem & ciuile eſt: licet quod ciuile eſt, non continuo gentium ſit.*
4 *Pactum quid ſit,& vnde dicatur.*

¶De pactis. Cap. I.

1 DE pactis tractaturi, videamus quid pactũ ſit. Hæc enim eſt in omni artificioſa diſputatione Princeps queſtio. Quod vt cõmodius intelligatur, rem omnem altius repetere & à genere ipſo, quod eſt Conuentio,initium ducere neceſſe eſt. Eſt autem Conuentio † verbum generale, cõmercium omne,ac negocium, quodcũque inter homines contrahitur, ſuo ambitu cõplectens.l.j.§. conuentionis hic. Cum igitur duo pluresve in idem negocium conſentiunt,ſiue inter abſentes, ſiue prę ſentes,ſiue ex publica cauſa,ſiue priuata id fiat,conuenire dicũtur.l.Labeo l.conuentionum.hic. Nec refert, an verbis eorum exprimatur ſententia,an reipſa, & facto aliquo ſignificetur: vt in exemplis à Paulo adductis videre eſt. l. item quia. hic. Conuentio

Source : BIU Cujas

uentio † autem omnis aut legitima eſt, aut Iuriſgentium. d.l. conuentionum. Legitima eſt, quæ lege aliqua confirmatur, & à iure tantum ciuili, ſeu Romano robur ac vires caput, vt ſtipulatio: quod quemadmodum accipiendum ſit, in commētario docuimus. l. legitima. hic. Iuriſgentium dicitur ea quæ ex eo iure deſcēdit, quod naturalis ratio inter omnes gentes cōſtituit. Et quanquam ex his permultæ legum quoq; Romanarū auctoritate confirmentur, vt vēditio, & locatio: nihilominus iuriſgētium eſſe recte dici poſſunt: quia idem ciuile ius, & gentium eſſe, nihil prohibet. Quinimmo, ſi Ciceroni credimus, li. 3. Off. oē
3 † ius gentium idem ciuile eſt: tametſi quod ciuile eſt, non continuo gentium ſit. Conuentiones iuriſgentium, vt legitimas tātum, quæ perpaucę ſunt, omittamus, quędam tranſeunt in proprium nomen cōtractus, vt venditio, locatio, conductio, ſocietas, commodatum, & ſimiles. Aliis verò nullum propriū ac ſpeciale nomen inditum eſt, l. Iuriſgentium. in prin. ſed oēs vocabulo ſatis lato, & generali, pacta appellantur. Eadē & pacta cōuenta vocari crediderim, ꝙ nullis legibus Romanis confirmētur, paucis quibuſdam exceptis, ſed ex conuentu tantū ipſo valeant, per tuitionem prætoris: itaq; factum in eis: non ius ciuile verſari dicitur, vt infra dicemus. vlt. c. 4. Hinc perſpicuū eſt qd
4 † pactū ſit. Quod ſi quis ἐτυμολογίαν quoq; huius verbi requirat, ex Vlpiano diſcenda eſt, qui pactum à pactione, ideſt duorum conſenſu dictum eſſe ait. l. j. in princ. hic. Quod autem vulgo traditum interpretes, omnem conſenſum duorum pactum eſſe: tantum abeſt, vt recte id inde colligant, vt vel vnus ille locus iudicio meo ad infirmandam eorum ſentētiam ſufficiat. Nam ſi nihil aliud ſit pacto quàm pactum, quæſo quid illis Vlpiani verbis ineptius?

SVMMARIVM.

1 *Pactum quoddam nudum eſt, quoddam non nudum.*
Et quod ſit vtrunque.
2 *Pacta quædam in rem ſunt, & quædam in perſonam. Et qualiter.*
3 *Pactorum aliud iuſtum, aliud iniuſtum. Et qualiter intelligantur.*
4 *Pactum aliud eſt expreſſum, aliud tacitum. Et qui intelligantur.*

¶ Diuiſiones pactorum. Cap. II.

1 PRima diuiſio pactorum † quoddam nudū eſt, aliud nō nudum. Cū enim pacto nihil extrinſecus accedit, præter cōuentionem ipſam & conſenſum, id nudum, quaſi ſolum, ſimplex, & merum appellatur. Interdum aliquid aliud præter pactum ſubeſt, puta datio, vel ſtipulatio, quo caſu nudum, aut ſimplex, ſeu merum pactum dici non poteſt, l. diuiſionis. hic. l. legem. C. eo. vt verba ipſa per ſe clara, & aperta ſignificant, quæ homines bonarum artium rudes ſophiſticis quibuſdam, & inanibus argutiis mirum in modum obſcurauere.

2 ¶ Secunda diuiſio: pacta † quædam in rem ſunt, alia in perſonam. In rem, cum quis generaliter paciſcitur, ne rem petat, nec certam perſonam exprimit. In perſonam, cum quis à certa perſona ſe non petiturum promittit. l. iuriſgentium. §. pactorum.

3 ¶ Tertia diuiſio: Pactum † aliud iuſtum eſt, aliud iniuſtum, Iuſtum intelligimus, quod legitimum eſt, & iuri, bonisq; moribus conſentaneum: l. tale & l. epiſtola. hic. l. cum emptor. de reſcind. vend. l. ſtichum. §. naturalis. de ſolutio. quamuis plerique alii, nodum quęrentes in ſcirpo, longe diuerſam adferant interpretationem. Alciat. in l. pacta nouiſſ. C. eo. l. lege obuenire. de verbo. ſignifica. Iniuſtum quid ſit, inde cognoſci nullo negocio poteſt.

¶ Quarta diuiſio: pacta quædam de re publica fiunt, alia verò de re cuiuſq; familiari & priuata. l. iuriuſgentiū. §. ſi paciſcar. Hæc ſatis nota eſt, nec vllam interpretationem deſiderat.

4 ¶ Quinta diuiſio: pactum † aliud expreſſum eſt, cum verbis declaratur paciſcentium voluntas. Aliud tacitum, cum voluntas eorum verbis non expreſſa, ex coniecturis tantum colligitur: vt ſi quis debitori ſuo cautionem reddiderit, vel inutiliter ei acceptum fecerit: Nam vtroq; caſu pactus cum eo videtur, ne petat. Is quoq;, qui in futurum à debitore vſuras accipit, ne intra id tempus petat, tacite cum eo pactus eſſe præſumitur. l. Labeo. l. ſi vnus. §. vlt. l. qui in futurum. in prin.

¶ Annecti poſſent & aliæ diuiſiones: ſed hæ nobis ſufficere ad eorum, quæ ſequuntur, explanationem viſæ ſunt.

SVMMARIVM.

1 *Pactum à ſeruo, ſeu filiofa. factum, ne petatur (quia in rem conceptum eſt) domino aut patri interdum nocet.*
Et Pactum de re dominica factum, quandoque vtile eſt. ibidem.
2 *Pactum à ſeruo: aut filiofa. factum ne petat, num eſt vtile?*
3 *Conditio noſtra melior fieri poteſt per eas, quæ in poteſtate noſtra ſunt, perſonas.*
4 *Pactum à filiofa. ne à ſe petatur, num ei prodeſt?*
Et quid in ſeruo? num. 5.
6 *Pactum a patre factum, ne a filio petatur, filio non prodeſt, licèt poſtea hæres patri extiterit.*
Et quid de eodem pacto à procuratore facto? nu. 7.
8 *Pactum a procuratore meo factum, ne ego petam, mihi, præterquam in tribus caſibus, non nocet.*
9 *Prætoris ſolius, non hominis priuati, Jus erat olim actionum alicui dare.*
10 *Pactum tutoris, aut curatoris minori prodeſt. Et quid in curatore, ſeu adminiſtratore Reipub.*
Magiſtri item qui dicantur. ibid. nu. 11.

¶ De perſonis quæ paciſci poſſunt, quæque non poſſunt. Cap. III.

1 PActum † à ſeruo aut filiofamilias factum ne petatur (qa in rem cōceptū eſt) domino aut patri interdum nocet, ſi videlicet de re peculiari, cuius liberam habeant adminiſtrationē, non donationis cauſa, ſed tranſactionis aliave ſimili, fines adminiſtrationis non excedēte, factum ſit. Quinimmo de re dominica aliquando vtile erit pactum, vt ſi ſeruus dominicam credens pecuniam, pactus ſit, ne ante certum tempus ea petatur. l. contra. §. ſi filius cum ſeq.

2 ¶ Pactum † à ſeruo, aut filiofamilias factum, ne petat inutile eſt: d. §. ſi filius. cum enim regulariter petere, ſeu agere non poſſint, pactum de non petendo fruſtra in eorum perſonam concipitur. l. filiusfamil ff. de act. & ob. l. ſeruus. C. de iudi. Et hæc vt plurimum ita ſe habent, præterquam in certis caſibus, quorum primus eſt: cum paciſcitur filius, ne iniuriarū agat, vel alia quapiam actione ex earum numero, quæ iure ſingulari filiofamilias competunt: d. l. filiusfamilias. idq; verbis Caij ſatis expreſſum eſſe puto, cum ait. In perſona filii vidēdum, ne aliquando, etſi pactus ſit, ne ageret, valeat pactio: quia aliquando filiusfamilias habet actionem, veluti iniuriarum. l. in perſona. hic. Solēt enim plerunq; talibus verbis ſententiam ſuam exprimere iureconſulti. l. videamus. de edil. edict. l. habere licere. de euic. l. poſt quam. de pet. hęred. l. Iulianus. de rei vend. (id quod Accurſium latuit) ſicut & Cicero lib. 3. Offic. Itaque videndum eſt ne non ſatis ſit id, quod apud Platonem eſt in Philoſophos dictū &c. Alter caſus eſt, cum pactum à filio conferrur in id tempus, quo ſui iuris effectus agere poterit. l. & hæred. §. filia.

¶ Pactum filii, aut ſerui, ne à patre, dominove petatur, vtile
3 eſt, prodeſtq; patri, aut domino. Per † eas enim perſonas, quæ in poteſtate noſtra ſunt, melior conditio noſtra fieri poteſt, deterior non item. Idem dicendum eſt in eo ſeruo in quo vſum fructum habemus, aut qui bona fide nobis ſeruit. l. ſi tibi. j. §. vlt. cum l. ſeq. ſi debitor. hic. l. 3. l. filius. C. eo.

4 ¶ Pactum † à filiofamilias factum, ne à ſe petatur, ei prodeſt. l. acqui. hic. Nam ex omni contractu filiofamilias conueniri poteſt, ſicut paterfamilias. l. ſi quis cum filio. ff. de pecul. d. l. filiusfa. Ac tametſi pactum iſtud perſonale ſit, patri nihilominus etiā proderit, ſi nomine filii conueniatur, quādiu ſcilicet viuit filius. Nam eius morte, quia perſonale eſt, extinguitur.

5 ¶ Pactum † à ſeruo factum, ne à ſe petatur, non valet. Ab eo enim peti non poteſt. l. cum ſeruis. de reg. iur. Itaq; domino eius non acquiretur pacti conuenti exceptio: quæ ſi in rem pactus eſſet ſeruus, acquireretur. Exceptio tamen doli ſubſidiaria hoc caſu dabitur. l. & hære. §. j.

6 ¶ Pactum † à patre factum, ne à filio petatur, non prodeſt filio, etiam ſi poſtea hæres patri extiterit. l. ſi tibi. §. ſi pactus ſim. Quod ſic accipiendum, vt pacti exceptione directa vtatur. Nam doli exceptio ei deneganda non eſt. l. & hære. §. nos aut. l. quodcunq;. §. j. de verb. obl. Sed ſi pater filio paciſcatur, vt hæredi futuro, quod tum facere intelligitur, cū ſuper ea obligatione paciſcatur, ex qua non poteſt filius, niſi vt hæres cōueniri, exceptio pacti ei danda eſt. l. auus. Hoc autem pactum patri, nomine filii conuento, vtile eſt, ſi in paciſcendo id actum ſit, ideſt, ſi timens filii nomine conueniri, eo animo pactus ſit, vt ſibi ipſe proſpiceret. d. §. nos autem.

7 ¶ Pactum † factum à procuratore meo, ne à me petatur, mihi prodeſt, ſcilicet vt doli tantum, non etiam directa pacti exceptio detur. l. reſcriptum. §. vlt.

8 ¶ Pactum † à procuratore meo factum, ne ego petam, mihi non nocet præter quàm in tribus caſibus. Primus, ſi mandaui ei, vt paciſceretur Alter, ſi ſit procurator is, qui à Iureconſultis Omnium rerum, Totorum bonorum, Vniuerſorum bonorū dicitur. l. nam & nocere. hic. Quibus verbis dubium non eſt, eū ſignificari compēdio ſermonis, cui plena, liberaque rerum adminiſtratio conceſſa eſt, l. procurator cui generaliter. l. procurator tororum. de procura. l. iuſiurandum. § vl. de iureiuran. vt alibi fuſius diſſeremus. De quo M. Tullius in Orat. pro Cęcinna. Non alia, inquit, ratio iuris in hoc genere duntaxat, vtrum me tuus procurator deiecerit is, qui legitime procurator dicitur omnium rerum eius, qui in Italia nō ſit, abſitve Reipub. cauſa, quaſi quidam pene dominus, hoc eſt alieni iuris vicarius, aut tuus colonus &c. Huius tam ampla eſt poteſtas, vt exigere, nouare, aliud pro alio permutare, eaque omnia facere poſſit, quęcunque ad adminiſtrationem magis, quàm profuſionem, diſſipationemque patrimonii pertinet. Nam donationis cauſa paciſci

ciſci non poteſt, ac ne eas quidem res vendere, quas diligens atentusque paterfamilias vendere non ſolet: quasque dominus ipſe veriſimiliter diſtracturus non fuit. l. contra iuris. §. j. hic. d. l. procurator tororum. l. ſi conſenſit. §. videamus. l. ſicut. §. an paciſc. quib. mod. pig.

¶ Tertius caſus eſt, cum quis procurator in rem ſuam conſtituitur: ideſt, cum ei actio mandatur: habetur enim loco domini. vt Paulus ait, l. ſed ſi tantum hic. Sed cur Procurator is dicitur, non dominus, cum propria magis, quàm aliena negocia adminiſtret?

9 ¶ Reſpondeo, ita ius † olim conſtitutum fuiſſe, vt ſolius prætoris eſſet actionem alicui dare, non hominis priuati, cui competeret ea actio. Dabatur autem ab eo, directa ſaltem, ex verbis tantum edicti, quo eam propoſuerat: vt exempli cauſa, edicto ita propoſito, Quod quis commodaſſe dicetur, iudicium dabo: Commodatori ſolum actio dabatur non alii, cuius intereſſet, etiam ſi maximè id vellet commodator, ne à verbis edicti recederetur. Itaque ſi quis ius agendi ſibi competens in alium transferre cuperet, imaginaria quadam procuratoris cõſtitutione opus erat, vt nomine alieno inſtitui videretur actio. Ac licet hodie in extraordinariis iudiciis formularum conceptio non obſeruetur, ideoque ſubtilitas hæc ſuperuacanea ſit, l. actio de nego geſt. priſcam tamen appellationem adhuc retinemus, procuratorem vocantes eum, qui reuera nihil minus quàm procurator eſt.

10 ¶ Pactum tutoris † aut curatoris minori prodeſt. l. tutoris. hic. Sed etſi tranſactionis cauſa non donationis pactum factũ ſit, etiam nocet. l. interdum. §. qui tute. de furt. l. pactũ curatoris. C eo. tit. l. tutor. ff. de iureiur.

¶ Curator: ſiue adminiſtrator Reipub. aut ciuitatis paciſcendo non magis ei quàm tutor pupillo obeſſe poteſt. l. Imperatores. hic. l. præſes. C. de tranſactio. Eadem eſt cauſa eius, qui ſocietatis, vel vniuerſitatis magiſter dicitur: l. itẽ magiſtri. hic. l. actor. ff. rem rat. hab. adeo vt inter hunc & procuratorem vniuerſorum bonorum, tutorem pupilli, curatorem adulti, Reipub. adminiſtratorem nihil interſit. Et ita accipiendum eſt quod Vl-
11 pianus magiſtri pactum prodeſſe & obeſſe ait. Magiſtri † autẽ, inquit Feſtus, non ſolum doctores artium, ſed etiam pagorum, ſocietatum, vicorum, collegiorũ, equitum dicuntur: quia omnes ii magis cæteris poſſunt. l. quibus præcipua. de verb. ſign. Aſco. ped. in piſ.

¶ Quicunq; ſtipulando aliis acquirunt, ijdem, & paciſcendo acquirere poſſunt. l. per quos. hic.

¶ Perſonę publicę de negociis publicis paciſci poſſunt. l. conuentionum. hic.

SVMMARIVM.

1 *Paciſci de re familiari & priuata tui licet.*
2 *Pactum, ne iumenti vitioſi aut morboſi venditor teneatur emptori actione redhibitoria, valet.*
3 *Pactio ſeruanda eſt. ſi inter emptorem & venditorem conueniat, vt venditor re euicta non teneatur.*
4 *Paciſci non poſſumus de eo, quod ad Reipub. magis, quàm ad familiarem reſpicit.*
5 *Pactis priuatorum non poteſt mutari ius publicum.*
6 *Pactum turpe virtuti contrarium nullius eſt momenti.*
7 *Pacto non poteſt tolli ius agnationis.*
Amicitiam conſanguinitate potiorem demonſtrat Iſocrates. ibidem.
8 *Pactum quodcunque in rei traditione factum valet.*
Excipiuntur tamen nonnulla. ibidem.

¶ De quibus rebus paciſci poſſumus. Cap. IIII.

1 DE † re tantum priuata & familiari paciſci licet, vt ſi quis paciſcatur, ne iudicati, incenſarum, ædium, depoſiti, furti, agat: ne operis noui nunciationem exequatur: l. iuriſgentium. §. ſi paciſcar. ne vtatur fori præſcriptione: l. penult. C. eodem, vt quatenus facere poſſit debitor, eatenus agat: l. ſi quis credider. vt ab hærede hæreditatem adituro minus petat: l. iuriſgentium. §. vltimo, ne ab hærede ſatiſdatione nomine legatorum ſibi relictorum exigat: l. pactum inter hæred. Nam & diuus Marcus conſultiſſimus ſapientiſſimusque Princeps, ipſis rerum experimentis ſe cognouiſſe reſcripſit, ad publicam vtilitatem pertinere, vt huiuſmodi ſatiſdationes teſtatorum voluntate remitti poſſunt. l. ſecunda. C. vt
2 in poſſ. leg. ob eandem rationem valet † pactum, ne iumenti vitioſi aut morboſi venditor teneatur emptori actione redhibitoria: l. paciſci. hic. licèt enim contra edictum edilitium id pactum fiat, ad rem tamen paciſcentis priuatam, & familiarem tantum reſpicit. Item ſi fideicommiſſi onere inuicem grauati ſint filii, reſcripſit Diocletianus, mutuo conſenſu hæc remitti poſſe, quia iuri ſuo renunciare nemo prohibetur. l. cum proponas. j. C. eodem. Simile huic exemplum eſt ex reſcripto Seueri, cum fideicommiſſum ab hærede relictum eſt, ſi deceſſerit ſine liberis, eique renunciat fideicommiſſarius, repreſentata ſibi ab hærede ante ſuſceptos liberos pecunia. Nam ne liberis quidem poſtea ſuſceptis, quod ita geſtum eſt, irritum efficitur. l. j.
3 C. eodem. Ex eadem regula illud quoque conſequitur, ſi † inter emptorem & venditorem conueniat, vt venditor re euicta non teneatur, pactionem ſeruãdam eſſe. l. in emptionibus. hic. l. ex empto. de actio. emptio. Quod adeo verum eſſe exiſtimo, vt ne ad pretium quidem reſtituendum eo caſu teneatur venditor: idque aduerſus Iuliani ſententiam, quam negat veram eſſe Vlpianus, niſi dolus venditoris arguatur, qui ſciens, prudenſque rem alienam vendiderit. l. emptorem. §. qui autẽ. ff. de act. emptio. Et hæc quidem ſpecies cum ex facto incidiſſet, atque ego conſultus, à celeberrimis quibuſque cauſidicis & pragmaticis diſſentirem, qui non ſatis accurate perpenſis Vlpiani verbis contendebant pretium deberi, prolato à nobis. C. Norico, qui cæteris non paulo emendatior eſt, vltro in noſtram ſententiam iuerunt ſaniores nonnulli, ſed ita tamen, vt à cõtraria opinione, quæ vſu iam recepta eſſet, reſpondeodo deflectere non auderent. Quibus ego non ſine ſtomacho occinere cępi, quod Staſimus ſeruus feſtiue apud Comicum ait.

-mores
Leges perduxerunt iam in poteſtatẽ ſuam magis qui ſunt
Obnoxij, quàm parentes liberis: eę miſere etiam
Ad parietem ſunt
Fixæ clauis ferreis, vbi malos mores
Affigi nimio fuerat æquius.

4 ¶ De eo † quod ad Rempublicam magis quàm familiarem reſpicit, paciſci non poſſumus: vt ſi quis paciſcatur, ne operis noui nunciationem, quæ Reipub. cauſa facta eſt, exequatur. dicto §. ſi paciſcar. Nam † ius publicum priuatorum pactis mutari non poteſt. l. ius publicam. hic. Vnde Vlpianus generaliter
5 ait, quoties pactum iure communi, ideſt priuato remotum eſt, ſeruari non oportere. dicto §. ſi paciſcar. l. ſi vnus. §. pacta. Itaque ſi is, cui oppigneratur prædium, paciſcatur cum debitore, vt is onera tributorum agnoſcat, hoc pacto ius fiſcale non conuellitur: tametſi, quod ad paciſcentes attinet, iuſtum, ideoque ſeruandum ſit. l. inter debitorem. l. epiſtol. §. pactum. hic. l. vlt. C. ſine cen. vel reliq.

6 ¶ Pactum † de re turpi, & inhoneſta, bonisque moribus ac legibus contraria, factum, nullius momenti eſt: l. pacta quæ cõtra. C. eodem. puta de furto faciendo, vel alio quouis maleficio. Sed & ſi quis paciſcatur cum aliquo, ne ob dolum ſuum aut furtum teneatur, ſi poſtea admiſſum fuerit, æque reprobatur hoc pactum: cum ſpes impunitatis illecebra quædam peccati ſit. l. ſi vnus. §. pacta. Diuerſa cauſa eſt eius pacti, quo conuenit, vt ne quod maleficium perpetretur. Nam quod lege cauetur, quæ (vt Demoſthenes ait) conuentio quædam & pactio eſt, l. 2. de legib. cur de eo paciſci hominibus priuatis non licebit? l. non impoſſib. hic. Si tamen ob eandem cauſam promittatur pecunia, nulla naſcitur obligatio, propter turpitudinem conuentionis. l. iuriſgẽtium. §. ſi ob maleficium. Inter ea pacta, quæ contra bonos mores fiunt, duo præcipue à iureconſultis memorantur: vnum eſt: pactum de ſucceſſione futura. Apud priſcos enim Romanos turpe ac impudens habitum eſt, de hæreditate viuentis quẽquam ſolicitum eſſe, quod & verſus Horatiani iudicant, Ser. lib. 11.

Qui teſtamentum tradet tibi cunque legendum
Abnuere & tabulas à te remouere memento,
Sic tamen vt limis rapias, quid prima ſecundo
Cera velit, verſu, ſolus multis ne cohęres:
Veloci percurre oculo &c.

¶ Talis ergo pactio, quæ hæreditatis captandæ mortis alienæ & more vulturum cadauer, vt aiunt, expectandi occaſionem præbet, vt odioſa ac periculoſa: meritò legibus improbatur, nec libertatem teſtamenti faciendi auferre poteſt. l. pactum do tali. l. vlti. C. eodem l. ſtipulatio hoc modo. de verbo. obligat. l. ex eo. C. de inutili. ſtipul. l. hæreditas. C. de pact. conuen. l. de fideicommiſſo. de tranſac. l. quidam. de donat. l. ſecunda, §. interdum. de vulga. Aliud in teſtamento dicendum eſt, quod cum ſecretò fiat nemine quid contineat intelligente, ſitque ambulatorium & reuocabile, quandiu ſuperſtes fuerit teſtator, abſque periculo hęreditas eo cuius defertur. In militibus ſanè ad prælium pergentibus conſtitutum eſt hoc pactum valere, vt ad ſuperſtitem alterius bona perueniãt. Nam voluntas eorum quoquo modo declarata teſtamenti vim obtinet. l. licet inter priuatos. Alterum pactum eſt, quo cauſidicus à litigatore litem redimit, conuenitq;, vt is nomine mercedis certam partem eius pecunię, quę adiudicata fuerit, vel maiorem aliquam ſummam in euentum litis accipiat. l. ſumptus hic. l. ſalarium. l. ſi remunerandi. §. Maurus. ff. manda. Nam hęc pactio cauſidicis calumniosè litigandi occaſionem præbet, & ijs artibus, ac ſtrophis veritatem oppugnandi, quas homines in foro ac litibus triti (vt ait Plinius) vel nolentes ediſcunt. Quoties enim ſpes aliqua vberioris quæſtus certa ipſis oſtenditur: Tunc immenſa caui ſpirant mendacia folles &c. Quod vt veriſſime, ita parciſſime de

eiſdem

Source : BIU Cujas

eiſdem ſcribit Satyricus poeta, ſi ex noſtri ſeculi moribus ſuperiorum æſtimatio fiat.

¶Ius † agnationis pacto tolli non poteſt. l. ius autem agnatio
7 nis hic. l. iura ſanguinis de regu. iur. vt ſi quis cum alio paciſcatur, ne eius frater ſit. Eſt enim neceſſaria, ac naturalis hæc coniunctio, quæ ex voluntate arbitrioq; noſtro non pendet. Hinc Iſocrates amicitiã cõſanguinitate potiorem eſſe demonſtrat, ꝙ hæc ἐκ τῆς ἀναγκῆς, illa ἐκ τῆς προαιρέσεώς proficiſcatur. Eademq; eſt ratio ſententię, ſi forte iudex adeo vecors ſit, vt agnationem inter duos exiſtentem ratione aliqua motus dirimat: aliter atq; ſi nullam inter eos agnationem eſſe pronunciet, quo caſu merito ius facit ſententia & pro veritate habetur. l. ſiue contra. de lib. agnoſcen. At ſicut pacto effici non poteſt, vt is agnatus non ſit qui agnatus eſt: nec contra, ita etiam vt cohæres ſit aliquis, cui neque ex teſtamento, neque ex lege delata eſt hæreditas, fruſtra cauemus, atque paciſcimur. l. epiſtola. in prin. hic.

8 ¶Quodcunque † pactum in traditione rei factum fuerit, valet. l. in traditionibus. hic. l. legem. C. eodem l. rebus. C. de rerum permu. Excipitur pactum quo conuenit, vt ei qui decem mutua dat, viginti debeantur: ſiue id de pecunia numerata, ſiue aliis rebus in pondere, numero vel menſura conſiſtentibus intelligamus. Re enim non poteſt obligatio contrahi, niſi quatenus datum ſit. l. ſi tibi decem. in princip. hic. l. rogaſti. §. ſi tibi. ſi certũ petat. Immo ne ſtipulatione quidem id fieri poſſe exiſtimo: licet vulgo interpretibus diuerſum videatur. Qui enim ita paciſcitur, aut ſtipulatur totam ſummam velut ex mutuo debitam paciſci ac ſtipulari videtur. At ſi quis præter rem quæ mutuo data eſt, aliquid paciſcatur vſurarum nomine: vel ſtipuletur, in quibus caſibus ſtipulatio eſt neceſſaria, non re, ſed conuentione contrahitur obligatio: nec dubito quin ea acceſſio peti poſſit. Item excipiuntur pacta de *his interpoſita*, quę noſtra non intereſt fieri, *veluti ne per fundum* tuum eas, ne ibi cõſiſtas, ne *inuito me alienes, ne mortuum* in eo ſepelias. l. nemo. *hic. l. quoties. de ſeruitu.* ¶Verùm vbi intereſt paciſcentis quòd *res futura ſit ei vtilis*, aut certo vſui eſſe poſſit, ſeruanda erit conuentio. l. vlti. C. de pact. inter empt. l. venditor. ff. commu. prædi. l. ſi creditor. de diſt. pigno. l. ei fundo. de ſerui. Quid enim ſi paciſcar fundum me inuito non alienari, ne malus mihi contingat vicinus qui interdum hominibus plurimum incommodi afferre ſolet: d. l. vlt. vt enim inquit Heſiodus,

Μηδ' ἄν βοῦς ἀπόλοιτ' ἑτάμητέτον κακὸς εἰή.

¶Cuius dictum non minus, quàm Themiſtoclis factum laudatur, qui fundum vẽditurus vicinos bonos eum habere proſcripſit. Cæteras exceptiones prætermittimus, quæ ex iam dictis facile colligi poſſunt.

SVMMARIVM.

1 *Paciſcendum quomodo ſit.*

¶Quomodo paciſcendum ſit. Cap. V.

IN primis videndum eſt † ne dolo malo pactum fiat. l. iuriſgentium. §. prætor ait. hic. l. cum poſteaquam. C. eodem. Secundo loco vt à forma legibus præſcripta non recedatur. Itaque pactum de pecunia non petendo à pupillo factum ſine tutoris auctoritate ratum non eſt, l. contra hic. ſicut nec tranſactio de alimentis teſtamento relictis ſine prętoris decreto. l. cum hi. de tranſact. Præterea cum hæres ante aditam hę reditatem paciſci vult, vt minus quàm debitum ſit eis ſoluatur: alioquin non aditurus hæreditatem, forma diui Marci reſcripto data, quam Vlpianus, Papinianus, Paulus eleganter declarant, ſeruanda eſt. l. iuriſgentium. §. hodie. l. maiorem. l. ſi plures. l. reſcriptum. hic. An autem pactum in ſcripturam redigatur necne, nihil intereſt. l. pactum quod bona fide C. eo.

SVMMARIVM.

1 *Pactum non parit actionem.*
2 *Pactum niſi lege confirmatum ſit, nulla competit actio, cauſa ceſſante.*
3 *Pacto licet actio non naſcatur, naſcitur tamen exceptio.*
4 *Pacto nudo non poteſt dominium rei in alium transferri.*
5 *Pactum actionem obligationemve ipſo iure non tollit.*
6 *Prætor actionem denegare non auſus, ne aperte legis auctoritatem conuellere videatur, conditionem ſeu exceptionem addit ex iuriſdictione ſua.*
7 *Caſus aliquot in quibus non tantum iure prætorio, ſed etiam ipſo iure per pactum tollitur obligatio.*
8 *Pactus quis ne peteret, poſtea conuenit vt peteret, alterius pacti maior poteſtas erit.*
9 *Pactum generaliter conceptum in omnibus nocet.*
10 *Pactum de vna re factum ad aliam non porrigitur. Et factum cum reo ad tempus, non prodeſt vltra ipſi reo, neque fidciuſſoribus.*
11 *Pactum cum vna perſona factum ad aliam non extenditur.*
12 *Pactorum in rem diſtinctio ab his quæ in perſonam concipiuntur.*
13 *Pactum perſonale cum perſona extinguitur, nec ad hæredem tranſit.*
14 *Pacti taciti eadem eſt virtus, quæ expreſſi.*
15 *Pactum ambiguum vel obſcurum in contrahenda emptione aut locatione contra venditorem aut locatorem interpretandum eſt.*

¶De effectu & poteſtate pactorum. Cap. VI.

1 PActum † non parit actionem. Intellige ſi ſolum ac nudum ſit. Nam ſi pacto acceſſerit ſtipulatio, vel traditio, aliaue iuſta cauſa, actio dabitur. l. iuriſgentium. §. ſed cum nulla. l. diuiſionis. l. ſi intra. hic. l. debitori. l. ſi paſcẽ
2 da. l. legem. l. petẽs. l. cum proponas. 2. C. eodem. Cauſa † ceſſante nulla competit actio, niſi lege confirmatum ſit pactum, vel poſt contractum bonæ fidei ſtatim interpoſitum ſit. l. legitima. l. iuriſgentium. §. quinimmo. l. ſi tibi. §. de pignore. hic. l. in bonę fidei. C. eodem. Quod adeo verum eſt: & ſi certis annis quod nudo pacto conuenerat, datum fuerit: nihilo magis competat actio. l. ſi certis annis. C. eodem.

3 ¶Ex pacto † licèt actio non naſcatur, naſcitur tamen exceptio. dicta l. iuriſgentium. §. ſed cum nulla. In cuius locum ſuccedit nonnunquam exceptio doli: l. reſcriptum. § plerunque. l. ſi cum emptore. hic. & vtraque actionem inutilem atque inefficacem reddit. l. nihil refert de regu. iuris. Proinde eum qui liti de prædio motæ renunciauit cauſam finitam inſtaurare non poſſe, certi iuris eſt, niſi dolo aduerſarii circunuentus fuerit. l. poſtquam liti. l. cum poſtea. C. eodem. Quod autem dicitur, pactum exceptionem parere, non de quouis pacto, ſed de eo ꝙ de non petenda pecunia interponitur aliove ſimili accipiendum eſt. Nam ſi pactus ſim tecum, vt fundum meum, quem poſſides, Titio tradas, Proculus reſpondit vindicantem me eum fundum à te non aliter exceptione conuentione excludi, quam ſi iam à te traditus ſit. &c. l. ſi cum fundum. hic. Cęterum etſi ex pacto non detur actio: pœna tamen, ſi placitum non ſeruetur, promiſſa per ſtipulationem peti poteſt, ſi quis ita agere, quàm agenti exceptionem obiicere maluerit. l. reſcriptum. §. ſi pacto. hic. l. ſi pacto. C. eo.

4 ¶Nudo † pacto dominium rei in alium transferre non poteſt. Et ideo ſi quis vendat rem, pacto adiecto, vt emptor ſtatim eius rei dominus fiat, id pactum nullius momenti eſt, quantum ad dominii tranſlationem attinet. l. traditionibus. C. eo.

5 ¶Pactum † ipſo iure actionem aut obligationem non tollit. §. præter ea. inſtitu. de exceptio. Nam ipſo iure: ideſt iure ciuili, ac popu. Romani lege certi obligationum tollendarum modi comparati ſunt, veluti ſolutio, ſtipulatio nouatio. titu. qui. mod. toll. ob. inſtitu. l obligationum ferè. de actio. & obliga. In hunc verò numerum non refertur pactum, nec vlla lex de pacto Romæ lata eſt, ſicut de ſtipulatione, vt fuſius ſupra à nobis demonſtratũ eſt. Hinc dicitur, in ſtipulationibus ius verſari, cũ in pactis nudum tantummodo factum abſque iure ciuili verſetur. l. ſi vnus. §. pactus. hic l. nec ſeruus de pecul. Itaque fieri non poteſt, vt ipſo iure, ſeu iure ciuili obligationem tolli recte dicamus. Quod cum ita ſit, is qui pactus eſt ne peraț: ipſo iure nihilo magis petere atque agere prohibetur: ſed iure prætorio quod ſubſequitur emendat & ex bono & æquo interpretatur ius ciuile inhibetur vt iniquo eius petitio: idque fit exceptione data:
6 quia prætor † actionem denegare non auſus, ne aperte legis auctoritatem conuellere videatur, conditionem ſeu exceptionem addit ex iuriſdictione ſua: extra quam ſi pactus ſit &c. At ſi ad effectum reſpiciamus huius exceptionis vis omnino inutilis & inefficax remanet obligatio, adeo vt ei qui ita pactus eſt, abſque errore tamen mora nulla fieri intelligatur. l. ſi cum te. l. ſi pactus ſim. hic. Hinc Cicero pacta ſic iuſta eſſe ait, vt iuri præſtare dicantur. prætor ſi quidem eum cui ius ipſum aduerſatur, exceptione pacti conuenti nihilominus tuetur. Excipiuntur
7 aliquot † caſus, in quibus non tantum iure prætorio, ſed ipſo etiam iure per pactum tollitur obligatio: veluti ſi ſuper ea obligatione interpoſitum ſit, quæ ſolo conſenſu contrahitur. Contrario enim conſenſu eam diſſolui ęquum eſt, modo res adhuc ſit integra, nec tali obligationi acceſſerit ſtipulatio. §. vltimo, inſtitu. quibus mod. tollen. obliga. l. iuriſgentium. §. adeo. l. emptor. in princip. l. ab emptione. hic.

Item actio furti æquè iniuriarum ipſo iure per pactum tolluntur. l. ſi tibi. §. quædam. l. ſi vnus. §. pactus. quoniam id lege veteri, quæ ipſum ius ἐμφαλικῶς appellatur, diſerte cautum atque expreſſum fuit l. legitima. hic. vbi diximus. Sed quęritur,
8 pactus † ne peteret, poſtea conuenit vt peteret, vtrius pacti maior poteſtas erit? Nam conſtat ex iam dictis, ipſo iure neutrum quicquam virtutis habere: ideoque prius pactum per poſterius ipſo iure non elidi ſiue tolli. Verum quia ęquitas ſuadet, nouiſſimam conuentionem ſeruari debere, ad prętoriam iuriſdictionem recurrendum erit, & replicatione poſterioris pacti exceptio prioris elidetur, vt Paulus ait. l. §. vnus. § pactus hoc. l. pacta nouiſſima. C. eodem. Eadem eſt ratio fideiuſſoris, ſi quis cum eo, vti dictum eſt, pactus ſit, quæ & rei principalis. dicto §. pactus. verſic. eadem ratione. Alioquin paciſcente reo ſolo, vt

petere

Source : BIU Cujas

petere liceat, vtilitas prioris pacti ſemel quæſita fideiuſſori non non auferetur l. vltima. hic.

Nec mirum eſt, ſi actio ea quæ pacto extincta non fuit, ſed tantum ab eo impedita, ne vim ſuam exerceret, eliſo pacto, ſummotoque impedimento conualeſcat. Quare in his pactis quæ actionem ipſo iure tollunt, de quibus ſupra diximus, aliud dicendum eſt: id quod idem Paulus ſubtiliter & eleganter expli cat. d. § pactus.

9 ¶ Pactum † generaliter conceptum in omnibus nocet, licèt ea ſpecialiter expreſſa non ſint, vnde pactus ne hereditatem petat, nullam rem hæreditariam petere poteſt. l. ſi vnus. §. item ſi pactus. Hoc accipiendum eſt, niſi veriſimiliter aliud actum eſſe appareat, vt ſi poſt computatam accepti & expenſi rationē adſcripta ſit epiſtolæ ſiue cautioni hæc clauſula.

Si quod inſtrumentum à te emiſſum, cuiuſcunque ſummæ, ex quacunque cauſa apud me remanſerit vanum, & pro cancellato habebitur. quauis hæc verba generalia ſint, tamen ex coniectura voluntatis paciſcentium cæteræ obligationes manent in ſua cauſa, quæ ad expenſa acceptaque non pertinent. l. emptor. §. Lucius.

Præterea inter cohæredes facta diuiſione, & interpoſito inſtrumento, quo cautum eſt, nihil commune remanſiſſe, ſi ab vno ſubtracta ſit, cæteris ignorantibus pecunia, cuius in inſtrumento nulla ſit facta mentio, generalis pacti cōuenti exceptio doli replicatione elidetur. d. l. tres fratres. hic.

10 Pactum † de vna re factum ad aliam non porrigitur. l. ſi vnus. §. ante omnia. Proinde ſi conuenerit, ne dominus à colono petat, colonus à domino nihilominus petere poteſt. l. ſi conuenerit. hic.

Item ſi cum mihi 20. deberes, pepigerim, ne decem petam, reliqua 10. à te petere non prohibeor. l. ſi vnus. §. ſi cum mihi. Sed & ſi cum eo, qui mihi hominem debet paciſcar, ne Stichū petam, aliud hominem petenti non nocet exceptio: tametſi in eo, qui ſtipulatus eſt decem aut Stichum, deinde pactus ne decem petat, aliud reſponſum ſit. dicta leg. ſi vnus. §. ſed ſi ſtipulatus. Quod ſi pactus ſim, ne hæreditem, aut fundum petam, ſingulas res hæreditarias, aut vſum fructum fundi petere non poſſum: quia non aliam rem, ſed eandem petere videor.

¶ Pactum cum reo factum ad tempus, vltra neque reo, neq; fideiuſſori prodeſt. l. ſi vnus. §. ſi cum reo.

11 ¶ Pactum † factum cum vna perſona ad aliam non extendi tur. dicta l. ſi vnus. §. ante omnia. l. ſi actionem. C. eo. Itaque debitorum pactionibus creditorum petitio nec tolli, nec mutari poteſt, vt Diocletianus reſcripſit. l. tale. §. poſt diuiſionem. hic. l. debitorum. l. pacto. C. eod.

Item ſi vnus ex duobus reis ſtipulandi, vel argentariis ſociis pactus ſit cum debitore de non petenda pecunia, alteri nō nocebit. l. ſi vnus. in princip. Interdum tamen pactum aliis præter paciſcentes nocet, vt puta ſi maior pars creditorum ſeruata reſcripti forma paciſcatur cum hærede de certa parte debiti non petēda, qui alioquin hereditatem aditurus non erat. Nam hęc conuentio cæteris diſſentientibus obeſt, l. & ſuum §. vlti. cum l. ſequen. hic. cui per quam affine eſt quod Scęuola reſpondit, cū res in eo ſtatu eſſet, vt pupillus ab hæreditate patris abſtineret, tutorem qui cum creditoribus pupilli decedit, vt certam portionem acciperent, eadem parte contentum eſſe debere. l. cum eo. hic. l. cum hæreditas. de admin. tuto.

Sunt & alii caſus, qui ex iam dictis obſeruari poſſunt. ſupa c. 3. l. ſi cum emptore. cum ſimil. Vt autem commodius tradan-

12 tur, quæ ad hanc regulam pertinent: pacta † in rem ab his, quæ in perſonam concipiūtur, diſtinguemus. Igitur pacta in rem ad hæredes tranſeunt, proſuntque omnibus, quorum obligationem diſſolutam eſſe eius qui paciſcebatur interfuit. l. tale. l. & hæred §. vlti. Itaque debitoris pactum prodeſt fideiuſſori, quia ipſius intereſt à fideiuſſore pecuniam non peti, ne poſtea actione mandati ab eodem conueniatur. Et quo apparet, ei qui donandi animo fideiuſſit, pactum debitoris: vtpote cuius nihil intereſt, non prodeſſe. l. quod dictum. hic.

Eadem ratione fit, vt fideiuſſoris conuentio nec reo, nec cōfideiuſſoribus proſit. Sed finge κατ' ὑποθέσιν, reū fideiuſſoris conſanguineum aut intimum amicum eſſe, cuius opes non minui fideiuſſoris magnopere intereſt, cum ſi egeat, eiſdem iuuari ſuſtentarique poſſit, κοινὰ γὰρ τὰ τῶν φιλῶν, vt ait Euripides.

In hac ſpecie an conuentio fideiuſſoris proficiat reo, quæri poteſt. Et reſponſum eſt, non proficere. Nam quod ante diximus, pacta omnibus proficere, quorum obligationē &c. ſic accipiendum eſt, ſi conuentio principaliter ei, qui pactus eſt, proficiat: non ſi quo modo interſit. Et hic eſt ſenſus verborum Pauli, quæ in Codice Norico non recte punctis diſtincta eſſe arbitror. l. fideiuſſoris. hic.

13 ¶ Quod ad pactum † perſonale attinet, animaduertendum eſt, cum perſona id extingui, nec ad hæredem tranſire. Sed nec ad alium quemuis producitur, niſi ad ſingularem ſucceſſorem, puta emptorē, aut donatarium, quādiu viuit is qui pactus eſt. l. ſi tibi. §. ſi quis. §. pactum. l. & hæredi. §. primo. l. idem in duobus. §. primo, l. epiſtola. §. vltimo, l. qui in futurum. §. vltimo. hic. Excipe, niſi contra paciſcentium voluntatē veriſimiliter id fiat: vt cum pater in dote conſtituenda filiæ ſuæ, pactus eſt, vt ea ſine liberis defuncta dos fratri ſuo redderetur, quem ſibi hęredem fore ſperabat. Nam ea conuentio liberis præter ſpem à ſocero ſuſceptis, & hæredibus inſtitutis proderit. l. tale. §. vlt.

14 ¶ Pacti, † taciti eadem eſt virtus quæ expreſſi. Iſtius regulæ aliquot exempla ſecundo cap. colligemus: quibus & alia quædam non inutilia accedere poſſunt: veluti ſi quis pecniam ab vno ſtipuletur, quam alius debet, videtur enim tacite paciſci cum debitore, ne ab eo petat, niſi forte ſtipulatus ſit ſub conditione, quod ſibi pure debebatur, & ea conditio non extiterit. Idque etiam tum procedit, cum à ſeruo quis ſtipulatur, qui iuſtam intercedēdi cauſam habet, quo caſu dominus de peculio poteſt conueniri, alias non poteſt. Nam licèt dominus ex contractu ſerui, quatenus eſt in peculio, recte conueniatur, ex fideiuſſione tamen cuius merito veteres noxam comitem eſſe dicebant, non tenetur. l. in perſona. §. qui pecuniam Plutarch. in lib. περὶ ἀδολεσχίας.

Præterea ſi creditores hæreditarii actiones ſuas aduerſus emptorem hæreditatis inſtituerint, iiſque venditorem poſtea conueniant, exceptione taciti pacti ſubmouebuntur. l. 2. C. eo. Eadem exceptio & creditoribus iis obſtat, qui debitores inſolidum obligatos pro ſua quemque perſona ſoluentes admiſiſſe probantur. l. ſi creditores C. eo.

¶ Pactum † ambiguum, vel obſcurum, in contrahenda emptione, aut locatione contra venditorem, aut locatorem interpretandum eſt. l. veteribus. hic. Et quanquam vulgò interpretibus idem dicendum videatur in emptore & conductore, ſi forte legem dixerint contractui, tamen ex verbis Vlpiani ſub titulo de diuerſis regulis iuris antiqui, luce clarius apparet veteres iuris auctores hac in re emptori, ac conductori magis, quàm venditori aut locatori fauere voluiſſe. l. in contrahenda. de regulis iuris.

IACOBI RICHII

DE VNIONE PROLIVM,

CAPVT I.

Vnio quot modis ſumatur, & quo ſignificatu hic accipiatur.

SVMMARIVM.

1 *Verborum in iure ratio habenda.*
2 *Agri diuerſi ſublatis terminis dicuntur vniri.*
3 *Beneficia Eccleſiaſtica vnione iunguntur.*
4 *Caſtra, Iuriſdictiones dicuntur vniri.*
5 *Actiones plures dicuntur vniri*
6 *Animi hominum dicuntur vniri.*
7 *Vnio margaritam ſignificat.*
8 *Vnio quomodo in hoc tractatu capiatur.*
9 *Exemplis illuſtratur deſcriptio vnionis.*
10 *Synonimum vnionis, parificatio.*

1 OVIA confuſionem ſępè parit, & obſcuritatem ignota verbi rerum, de quibus agē dum, ſignificatio, ordinarium duximus, varias huius verbi acceptiones præmittere, atque tunc demum, quo ſenſu hic accipiatur proponere. † Neglectus enim verborū parit rerū incertitudinem, rurſus incertitudo neglectum, vt tandem neq; res, neque verba teneamus: vt non minus prudenter, quàm verè Moder. Claſſe 4. Actione Mandati. 24. in prolegomenis monēt. Neque certè fruſtra I.C. tam diligenter varias verborum ſignificationes perſecuti ſunt. l. pueri 204. l. pronunciatio. 195. & aliis. ff. de verbor. ſignifica. Sciendum itaque eſt hanc vocem

2 VNIO in iure varia habere ſignificata. † Interdum enim dicūtur vniri agri, quando amotis terminis, é pluribus vnum facimus. argum. l. fundus. 32. ff. commu. præd. l. ſi quis ædes. 30. vbi

3 Barto. ff. de ſeruit. vrba. præd. Aliquando dicuntur † vniri beneficia Eccleſiaſtica, quemadmodum Cathedrales & Regulares Eccleſiæ ſæpè vniuntur, de qua vnione text. in cap. ſicut vniri. extra de exceſſib. prælat. cap. extirpandæ. §. qui verò parochialem. extra, de præben. & vtrobique Abbas Panormit. quæ quot modis fiat, vide gloſſam & Innocen. in cap. primo, extr. ne ſed. vacan. notat Guido Pap. ſingul. ſuo. 530. † Sic & caſtra, iuriſdictiones, dominia, aliaque loca hodie vniri dicuntur, de quo

5 Roma. conſi. 275. quod noſtri dicūt incorporare. † Eſt & cùm duæ

Source : BIU Cujas

duæ actiones vniuntur, & quando vnius vis, natura & effectus in alteram coaleſcit. l. vnica. § ſed etſi. 2. C. de rei vxo. act. Vniti
6 animi † dicuntur homines qui ſunt vnius animi, quod tamen in ſingulis animi motibus eſt rarum, propter naturalem hominum ad diſſentiendum facilitatem. l. itē ſi vnus. 17. §. principaliter. 4. ff. de recept. arb. vnde vix tria paria talium amicorū apud omnem antiquitatem numerantur, teſte Cicerone in Lælio.
7 Sed † & vnio margaritam ſignificat, ſic dicta quod in conchis, quæ apud mare rubrum creſcunt & coaleſcunt, nulli duo reperiantur indiſcreti, vt inquit Plin. lib. 9. nat. hiſtor. capit. 35. vbi plenè horum naturam pertractat, de his fit mentio in legibus noſtris. l. 6. in princip. & l. 19. §. penult. ff. de aur. & argen. leg. l. apud Celſum. 4. §. item quæritur. 8. ff. de dol. except. Horum maximam copiam Chriſtophorus Columbus tertia in Americā ſeu Occidentalem Indiam nauigatione, Anno 1498. Hiſpaniæ intulit, ex inſula Cubagua, quam ipſe perlarum, ex re vocauit: vbi tanta erat eorum vilitas (quippe cotidie eos piſcabantur) vt Indicæ mulieres in vulgaribus ornamentis, ac quidem ſimpliciter haberent: ſiquidem pro catino fictili, & eo quidem fracto, quem Indicæ mulieri nauta Hiſpanus dabat, ea illum contra quatuor vnionum ſeu margaritarum lineis munerata eſt, vt refert Hieronymus Benzo Mediolanenſis Hiſtoriæ Occidētalis Indiæ, libro primo, capite vndecimo, & paſſim alia memorabilia recitat, vt poſthac ſolùm mare Rubrum de his opibus gloriari non poſſit: Verùm quæri hactenus dicta ſunt ſignificata, noſtrum tractatum non deſignant, in quo aliter verbū Vnio
8 nis capimus, vt ſcilicet † VNIO ſit pactum magiſtratus auctoritate ſubnixum, quo diuerſi matrimonij liberi in hæreditatem proximorum deficientium parentum, & hi in illorum pariter ſucceſſuri, ab his quorum intereſt declarantur. Exempli cauſa
9 fingamus, † Titia marito ſuo, ex quo liberos habet ſuperſtites, mortuo, ad ſecunda properat votat: iam quo inter & ex defuncto viro, & ex ſecundo thoro procreatos vel procreandos filios poſſit læta adoleſcere, quoque inter eos firmior cuſtodiatur cōcordia, adhibitis liberorum conſanguineis, itemque tutoribus, Iudicis auctoritate interueniente cum ſecundo hocce marito paciſcitur, vt matrimonii vtriuſque liberi in bonis quæ à ſuis vtrinque parentibus habent, vel ſibi vnientibus ſuccedendo habituri ſunt, æquales & viriles portiones accipiant, ac perinde hæreditates hincinde parentum diuidāt, ac ſi ex vno & eodem matrimonio liberi editi eſſent, itemque ſi liberorum cuiuſque matrimonij quis moriatur, vniti parentes tanquam veri & naturales ſuccedant: Idemque fac virum mortua vxore agere: vel pone ſic facti ſpeciem. Titius liberis ex præmortua vxore ſuſceptis alludit ad Pamphilam, quæ item ex defuncto viro ſuperſtites habet proles, ſperantque ſe ex ſecundo contracto matrimonio ſimiliter ſuſcepturos: conuenit itaque inter eos, eorumq; hinc inde liberos & tutores ſeu curatores eorum cauſam cognoſcente iudice, vt alter alterius ſobolem mutuo pro ſibi legitima, & quaſi ex ſe progenita agnoſceret, & hi perinde atque ex iis progeniti, ad vicem naturalium legitimorumque filiorum ſe habeant, pariterque ad hæreditatem admittantur, vt in ſimili aiunt de adoptione Imper. in l. mulierem. C. de adopt. text. in l. 2. ff. eodem. in verbis, An velit eum ſibi iuſtum filium eſſe, quod ad propoſitum ſic exprimimus. Quod inter liberos ex præcedentibus matrimoniis à ſe vtrinque ſuſceptos, & ex præſenti matrimonio natos naſcendosve vnionem velint facere, & fecerint: Tales Conuentiones dicuntur PACTA VNIO-
10 NVM, ſeu † PARIFICATIONES PROLIVM, nouo quidem & legibus Romanis ferè inaudito commento, de quibus nobis dicere propoſitum eſt.

CAPVT II.

De cauſa & Origine horum pactorum.

SVMMARIVM.

1 *Statutis municipalibus inductum vt liberi prioris matrimonij immobilia omnia, poſterioris ſaltem acquiſita & mobilia haberent.*
2 *Statuta talia duritiem quandam habuiſſe.*
3 *Quomodo iure communi diuerſi matrimonij liberi ſucceſſerint.*

1 Illud mihi verò quàm ſimillimū ſemper viſum fuit, ſtatuta municipalia † potiſſimum & in primis hoc pactum extorſiſſe, nam dum in pleriſq; locis, aut vſu longæuo, aut etiā expreſſa reformationis ſanctione, (de quibus vide Mod. Pariſ. non omninò iniquis rationibus talibus ſtatutis infenſum in Cōſuetudine Pariſienſium. §. 10. q. 8.) erat receptum, vt prioris matrimonii liberi omnia bona immobilia, maximè quæ iam parentibus delata, & ſtante illo matrimonio fuerant acquiſita, præceperent, poſterioris verò matrimonii proles vel vtroque vel etiam hocce ſaltem matrimonio parta omnia & mobilia ſibi vindicarent tantum, hinc magna vt plurimum eueniebat inæqualitas, vt aut hi, aut illi extremam ferrent inopiam, cùm vix minimum è parentum ſucceſſione conſequerentur, dum interim alii ex eorundem ſucceſ-
2 ſione, benè & molliter ſe curarent. Quod † certè ſi non iniquum, ſaltem prędurum viſum fuit, argumento. l. maximum vicium. C. de lib. præter. in verbo, qui enim tales differentias inducunt, quaſi naturæ accuſatores exiſtunt. & argumen. l. lege XII. tabularum. §. huiuſmodi. verſic. cùm enim vnius ſanguinis. C. de legitimis hæredibus. Atque hinc factum vt parentes & amici, conniuentibus oculis Magiſtratu Statuta prætereunte, ad ta-
3 lia pacta conuolarent. Cæterùm, † vbi talia vel ſimilia Statuta non ſunt, ibi de iure communi, ſi mulier ſucceſſiue duos habeat maritos, & ex vtroque liberos quamuis nō omnes eodem modo maritis matris, patri & vitrico reſpectiuè ſimul ſuccedant, ſed quilibet ex ijs ſuo tantum patri, communiter autem matri: Et vir duas habens vxores, exque vtraque liberos, quiſque ſuccedit ſuæ matri, vt in Nouell. de conſ. & vter. fratrib. l. matris. ff. ad Terty. aut. itaque mortuo. C. communia de ſucceſ. Verùm quia diuerſorum matrimoniorum bona confuſa, ſæpè magnas lites pariebant, atque aliæ diſcordiarum cauſæ ſuborirentur, ex hac duplici ſeu triplici diuiſione, pactum vnionis tanquam vnicum remedium inuentum eſt, vt omnes liberi ſiue fictitii, ſiue veri, æqualiter in omnibus bonis, tā maternis, quàm paternis, ſecluſa differentia conſanguineorum, & vterinorum, de qua habetur in Nouell. de conſanguin. & vterinis fratribus, quæ tamen in ſucceſſione collateralium non reiicitur. Atque his & ſimilibus de cauſis, quæ variæ humanitus accidunt, pactū prius introductum modici vſus, nunc tantum propter æquitatem ſuam ſumpſit incrementum.

CAPVT III.

An pactum Vnionis iure ſcripto valeat, & ſi non valet, conſuetudine, ſtatutis, vel pactis priuatorum ſuſtineri poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Iura ſanguinis ſunt immutabilia.*
2 *Ius publicum non patitur alicui liberum teſtandi arbitrium auferri.*
3 *Pactum de futura hæreditate inducit votum captandæ mortis.*
4 *Pactiones priuatorum legum auctoritate non cenſentur.*
5 *Quatuor ſunt modi iure ciuili introducti ad vniuerſitatem acquirendam.*
6 *Pactum vnionis non principaliter ſuper hæreditate fit, ſed ſuper iure ſiliationis.*
7 *Aequalitas concordiæ, inæqualitas diſcordiæ ſeminarium.*
8 *Apophthegma Leonis pro æqualitate.*
9 *Parentes vnionis pactis litium radices ſuccidunt.*
10 *Magiſtratus officium eſt lites dirimere.*
11 *Leges ad ea quæ frequentius accidunt, non quæ rarius reſpiciunt.*
12 *Hoc pacto ad mores aurei ſæculi quatenus ad vnitos redītur.*
13 *Hoc pactum non ipſum ius ſanguinis, ſed effectum eius conſtituit.*
14 *Iura in defectum veritatis ſæpè fingunt, quod veritatis vice fungatur.*
15 *Hoc pactum non aufert omninò liberam teſtandi facultatem.*
16 *Donatio præſentium & futurorum valet, ſi donans parum quid habeat de quo teſtetur.*
17 *Quatuor modis abalienatur libera teſtandi facultas.*
18 *Teſtamenti factionem auferre, non eſt contra ius honeſtatis, vbi videre rationes.*
19 *Ingreſſu monaſterij, & arrogatione tollitur liberum teſtandi arbitrium.*
20 *Parentes hoc pacto non de liberorum, ſed de ſuis bonis diſponunt.*
21 *Parentes hoc pacto de bonis aduentitijs liberorum diſponentes, faciunt id iure adminiſtrationis.*
22 *Parentes hoc pacto nihil dicuntur alienare.*
23 *Non omnis alienatio parentum eſt prohibita, ſed ea quæ deteriorem conditionem filiorum notoriè facit.*
24 *Calor iudicii plurima ſuſtinet.*
25 *Non quicquid votum captandæ mortis inducere poteſt, improbatur.*
26 *Argumentum à contrario ſenſu, ſi abſurdum quippiam ſequatur, non valet.*
27 *Pactum hoc ſine diſpendio ſalutis æternæ poteſt ſeruari.*
28 *Quod contra bonos mores eſt ex naturali ratione ceu cauſa proxima iuramento non confirmatur.*
29 *Moribus prohibitum dicitur Iuriſconſultis, quod legibus vel conſuetudine prohibetur.*
30 *Pacta futuræ ſucceſſionis eo caſu moribus prohibita dicuntur.*
31 *Pacta futuræ ſucceſſionis adeo ſunt odioſa vt nuſquam niſi in militibus admittantur.*
32 *Hoc pacto ſalus animæ & populi (ſummæ leges iuris Canonici & ciuilis) conſeruatur.*
33 *Ratione incertitudinis & dubij euentus permittuntur quædam aliàs prohibita.*
34 *Donatio patris in filium facta valet propter cohærentiam matrimonij.*
35 *Pacta hæc ſunt conſeruatiua matrimonij & concordiæ coniugalis.*
36 *Interpretatio l. licet inter priuatos. C. de pactis.*
37 *Paganus non tenetur leges teſtamentarias obſeruare, cum non vult condere teſtamentum.*

38 *Intel-*

Source : BIU Cujas

38 *Intellectus l. hæreditas. C. de pactis.*
39 *Iure veteri pacta etiam aliquando eundem quem vltimæ voluntates effectum habuerunt.*
40 *In arrogatione pactum de successione interponitur.*
41 *Pactum hoc vnionis non simplex, sed publicum quodammodo est.*
42 *Pactum hoc quoad ius filiationis iure subsistit, quatenus verò ad successionem si non omninò iuri innititur, certè consuetudine, & statutis sustinetur.*
43 *Consuetudo ab honesto, & possibili, & bonis moribus peti debet.*
44 *Testamenti factio tandem discursu quodam practico inducta est, non cum ipsis hominibus orta formæ variæ iuuentæ.*
45 *Contrario vsu formæ illæ mutari potuerunt, & libertas ista aliquantulum constringi.*
46 *Lex ipsa quosdam libera testandi facultate priuat.*
47 *Non eadem Romanis semper testamenti forma in vsu fuit.*
48 *Illatio à lege ad consuetudinem, tam affirmatiuè quàm negatiuè valet.*
49 *Statutis locorum passim hodie libertas testamentorum restricta.*
50 *Statuta talia non omninò à rationibus legum Romanarum aliena.*
51 *Ab ijs quæ in more posita sunt. I. C. frequenter argumentantur.*
52 *Hoc pactum ne in ipsis quidem bonis huic obnoxijs liberam testandi voluntatem aufert.*
53 *Vbi quid directè bonorum morum honestati contrarium est, ibi eadem partis quæ totius ratio.*
54 *Arbitrio testãdi se abdicare nihil turpitudinis cõtinet testimonio Ciceronis.*
55 *Contra bonos mores ciuitatis est, velle quempiam pœnæ adiectione astringere ad certam hæredis institutionem.*
56 *Inhonestum est vinculo pœnæ obstringi matrimonia.*
57 *Improbum est de viui non consentientis hæreditate sollicitum esse.*
58 *Liberam testandi facultatem, statutis, consuetudine vel etiam consensu tolli posse, auctoritatibus confirmatum.*
59 *Quid iudici faciendum, vbi vnio non omnino recepta vel forma nõ vndequaque conuenienti celebrata.*
60 *Vtilitatis causa quædam recepta, quæ stricta ratione recipi non poterat.*
61 *Consuetudo aliam formam potest inducere quàm leges iusserunt.*
62 *Præsumptio voti captandæ mortis cadit non in omnes, sed sceleratissimos tantum.*
63 *Actus hominum ob solam mortis captandæ occasionem non improbantur.*
64 *Pacta priuatorum sine publica auctoritate in hac vnione non sufficiunt.*
65 *Argumentum à lege seu consuetudine ad pactum affirmatiuè non procedit, nec a pacto ad legem, vel consuetudinem negatiuè, nisi bonis moribus sint contraria pacta.*
66 *Differentia est, vtrum quis de suis bonis tantum, an etiam de ijs, quorum proprietas liberis est acquisita disponere velit.*
67 *Solennitatis omissio personæ extraneæ liberis mixtæ nocet.*
68 *Quod dicitur pactum hoc a legibus Romanorum non omnino alienum, intelligendum est, omnibus solennitatibus interuenientibus.*

Atque hactenus de significatione verbi, nunc rem ipsam aggrediamur, Ibi primo loco, an iure pactum hoc toleretur scripto, tum si non scripto, an consuetudine, statutis, pactisve priuatorum sustineri possit tẽtabimus. Et certè videri potest tale pactum legibus nostris omninò improbabile esse. † Primò, quia iura sanguinis & filiationis omninò sunt immutabilia, quia naturalia §. sed natural. Instit. de iur. nat gent. & ciuil. quemadmodum pactis priuatorum non possunt dirimi, ita nec constitui. l. iura sanguinis. 8. ff. de reg. iur. l. ius agnationis. & 4. ff. de pact. l. abdicatio. C. de pat. pot. sic nec legari potest ius agnationis. Barto. in l. cætera. 41. de leg. 1. neq; quis aliquem vt fratrem adoptare potest. l. nec apud. 7. C. de hęre. instit. pulchrè Ferrarius in forma libelli in causa societatis, in verbo societatem. num. 7. And. Gayl. li. 2. Practi. Obser. 126. Obser. nume. 7. facit optimè tex. in l. 2. ff. de vsufr. ea. rer. quæ vsu cõsu. vbi dicitur, ꝙ ratio naturalis auctoritate Senatus commutari non potuit.

Secundò idem suadet, † quia hoc pactum liberis & parentibus paciscentibus hinc inde liberam testandi facultatem aufert, sicque in ius publicum (quo proditum est, nihil magis hominibus deberi, quàm vt supremæ voluntatis, postquam iam aliud velle non possunt, liber sit stilus, & licitum quod iterum non redit arbitrium, text. in l. 1. C. de sacrosan. eccle. l. 3. ff. de alimen. leg.) peccat, tot. tit. ff. & C. si quis aliquem testari prohibuerit, vel coeg. l. vel negare. ff. testam. quemadmo. aper. tum etiam quod prematurè nimis de bonis & quasi fortunis illius qui vel in rebus humanis nondũ existit, cuiusve adhuc nullæ sunt qualitates, vel cuius hæreditas, si qua est, nondum delata est, tale pactum videtur esse conceptum. l. j. §. si impubere. 17. Ibi, præmatura est enim spes collationis, cùm adhuc viuat is, cuius de bonis quarta debetur. quod hoc loco quilibet exempla huius pacti intuens, intelliget. Vt interim taceam parentes seu consanguineos ita paciscí super bonis interdum prorsus alienis, nempe super hæreditate defuncti coniugis, liberis iam delata, & pleno iure acquisita. Nouella constitu. 118. & tot. titu. ad Orficianum. ff. & C. quod etiam est prohibitum in d. l. vlti. in fin. C. de pact. paciscenti vsufructu saltem lege & fortè statuto reseruato. l. prima, & tot. titu. C. de bon. mat.

Tertiò † non videbatur hoc pactum admittendum; quoniã talia de futura hæreditate, præsertim acquirenda, improbabile votum captandę mortis inducunt. l. de fideicommisso. 11. C. de transact. sæpeque tristissimi euentus sunt plenissima. d. l. vlti. C. de pact. & vsque adeò contra bonos mores sunt ciuitatis, vt ne quidem iuramento confirmari possint Dd. communiter. in l. stipulatio hoc modo concepta. 61. ff. de verbo. obligat. ibi Zasius nume. 48.

Quartò † quoniam pactiones priuatorum quales hę sunt, legum auctoritate non censentur. tex. in l. fi. ff. de suis & legit. l. pactum dotali. 3. in verb. Iuris auctoritate improbatur. C. de collat. Atque verò iura ciuilia quatuor tantum modos constituerunt, † quibus per vniuersitatem res nobis acquiruntur. §. vlt. Institu. per quas personas nob. acqui. inter quos modos pactum non connumeratur, neque id immeritò, ne quis scilicet temerè & per quandam fortè incogitantiam promiscuè alteri promittendo seu paciscendo, continuò in laqueos obligationis incidat, naufragiumque & iacturam omnium suorum bonorum vnico momento faciat, cumque habere cogatur successorem, qui pessimè de se aut iam meritus est, aut in posterum mereri possit, sicque libertas oris nimium constringatur, supremæque voluntatis liberum arbitrium (contra l. cùm hic status. 32. §. ait prætor. 2. ff. de don. inter vir. & vxo.) suum perdat nomen & officium, dum sæpius temerario ostentandæ liberalitatis & beneuolentiæ quàm iustæ & constantis benefaciendi voluntatis studio homines donant, aut montes aureos pollicentur, qui legitima deliberatione præuia vix carbones præstarent, quam inconsultam largitionem, quàm liberalitatem Cic. lib. 2. de Offic. appellare maluit. Et hinc est, ꝙ in testamentis & vltimis voluntatibus, quæ vniuersitates deferunt, maior requiratur, & solennis testium numerus, cum alioqui iuxta dictum Christi. Matth. 18. In ore duorum vel trium consistat omne verbum. c. in omni. ext. de testib. Hisce tamen non obstantibus defendi hæc pacta iure optimo posse censemus. Primò, quia non principaliter † nec præcipuè eriguntur super hæreditate vel successione futura, sed super filiationis iure, & quasi mutuæ & indiuiduæ confraternitatis, quo scilicet ꝰiugalis amor, & fraterna inter vtriusque matrimonii proles dilectio tanto facilius coalescat, & progressu temporis firmissimũ quasi robur accipiat, quæ cùm ferè nulla re conseruetur melius quàm succedendi æqualitate, argu. opt. in l. cum oportet. 6. §. non autem. 2. versi. sin autem res, in verb. Quatenus in omni pace inter se successio eius permaneat, nec altercationis cuiusdam (maximè inter fratres) oriatur occasio. C. de bon. mat. l. vlt. in fi. C. com. vtriusq; iud. Nã † ęqualitas cum omnibus in rebus, tunc maximè inter fratres est inductiua, nutritiua, conseruatiua & consolidatiua concordię & fraterni amoris, ad quam ipsa lex parẽtes inuitat. §. fi. in Nouel. 22. de nupt l. inter filios. 11. C. famil. ercisc. aut. in successione. C. de suis & legit. hęred. Inæqualitas enim est seminarium discordię. Nec quidem id ignorauit Leon † Eurycratidis Laconis filius. Is enim interrogatus in qua tandem vrbe possit quis tuto vitam agere: In ea, inquit, quam qui incolunt neque plus possident, neque minus, & vbi iustitia viget, iniustitia imbecillis est. Grauiter certe admonuit ęqualitatem esse pacis & tranquillitatis altricem, inęqualitatem turbarum & seditionis, vt refert Plutarch. in Lacon. Apoph. Quid † autem aliud agunt parentes & amici liberorum hoc pacto, quam vt omnem materiam litiũ & dissidiorum, quæ in huius vltimę ętatis quasi senecta copiosius & virulentius spiritus ille superbię, & procurator malitiæ infernalis disseminat & præsertim inter eos qui arctiori vinculo coniuncti sunt, conuellant, ac radicitus extirpent? Quando † itaque prętoris & Magistratuum pręcipuum est officium, cõ trouersias priuatorũ dirimere, & litium quò ad fieri potest, auferre & imminuere vires. l. quidam. 21. ff. si cer. pe. in verb. Quia ad officium eius pertineat lites deminuere. Quare si id priuati ipsi sponte inter sese faciant, ratũ id habere debet prętor: Quod enim quis teneretur facere, si factum non esset, id magis cum factum est, probare cogitur. Nec certe hic periculũ est, vt pactio priuatorũ iussui prętoris ante lata videatur, tex. opt. in l. j. § inde quæritur 4. ff. de no. oper. nunc. quæ facit optime ad soluendam quartam dubitandi rationem supra motam, & latius infra discutiendam. Nec quicquam fecerit, si dicatur, contrarium aliquando vsuuenire, vt non tam auferantur quàm seminentur his pactis lites. † Leges enim ad ea respiciunt, non quę raro, sed quę sępius accidunt. l. iura. 3. l. nam ad ea 5. cum l. seq. ff. de legib. Itemque voluntatem potius & initium, quam exitum & finẽ spectant. l. sed an vltro. 10. ibi. Sed sufficit si vtiliter gessit, etsi effectum nõ habuit negocium ff. de neg. gest. l. quod si. 3. ad fi. ibi. Quia ambo in rem domini vertere voluerunt. l. seruus. 17. in prin. ff. de in rem verso. l. qui iniurię. 53. in princip. ff. de furt. l. diuus. 14. ff. ad l. Cor. de Sicar. & vt pulchrè ille.

Careat successibus opto
Quisquis ab euentu facta notanda putat.

Quare hęc pacta vt lites amputantia non immeritò recipienda sunt. Omitto, ꝙ per istas † cõiunctiones & adfiliariones ad mo

res vc-

Source : BIU Cujas

res vetuſtiſſimi iuris gentium quodammodo redeatur,quo antequã bella ſuis inuentorib. pernicioſa orirentur, inter omnes homines erat quaſi fraterna communio. Quæ res vſqueadeo laudem meruit,vt ea ætas aureum ſeculum nominaretur.

Nec verò quæ ſupra pro dubitandi rationibus a nobis allata ſunt,hanc ſententiam turbant, qđ in ſingulis,quo ꝫriorũ collatione veritas clarius eluceſcat, oſtendere paucis conabimur.

Ad primã qđ attinet, qua dr,ius sãguinis ſeu cognationis pactis conſtitui non poſſe, facilis eſt reſpõſio:Neq;.n.hoc nos volumus,& ſi vellem⁹ facere nõ poſſemus.Iura.n.ſanguinis ibi accipiunt,,p ipſo ſanguine ꝫiunctione,vti Philipp.Dec.in d.l.iura
13 ſanguinis.in prin dicit,† at nos quoddã ius abuſiuæ vel fictitię filiationis & parẽtelæ hoc pacto ꝫſtitui poſſe defendimus, in eo qđ de facto eſt poſſibile,principaliter in finẽ & effectum fraternæ concordiæ & coniugalis amoris ſeminarium: frater eĩ qui adiuuatur a fratre,quaſi ciuitas firma,& iudicia quaſi vectes vrbium,Prouerb.c.18.ſecundario verò in finem ſuccedendi mutuo æqualiter in bonis parentum & filiorum vtriuſq; matrimonij. Et qm̃ verè non poteſt hoc pactum vterinos vel extraneos germanos fratres facere,facit quaſi germanos,argu.l.2.ff.de vſu fruct.ear.rer.q̃ vſu conſ.eatenus ſolũ quoties parẽtib. hi æqualiter,& illi his ſuccedant.Neque verò hoc alienum eſt a legib.noſtris,quæ ſuper eo quod eſt poſſibile,quantumuis verum nõ ſit,
14 † ſæpenumero ius aliquod fictitium conſtituunt.§.ſi ab hoſtib. inſti.quib.mod.ius pa.po.ſol.§.vlt.inſti.quib.non eſt permiſ.fateſt.l.vni.in prin.C.de rei vxo.act.l.fi.ff.de natal.reſt.ibi.Perinde habetur, ac ſi ingenuus factus medio tempore maculam ſeruitutis non ſuſtinuiſſet.l.bona.22.ff. de cap.& poſtli. reuerſis. can. non dicatur.12.q.j.de quo Euerar.Præſes in *loco*, A vi fictionis. Taceo ꝙ pro hac dubitationis ratione *auferenda poſſint* adferri omnia iura de adoptionib.loquen*tia*, *quib* etiam tanquã pacto effectum filiationis *conſtitui nemo* eſt qui dubitet. Sic itaq; ſublata prima *dubitandi ratione ad* ſecũdam accingor, quæ ni*hilo plus obſtat. Nam etſi* fortè hoc pactum ſuꝑ vtriuſq; lineæ *parentum bonis* communicandis erectum, eã habeat vim, ꝙ nullo *modo* reuocari poſſit,de quo infra c.fi.acturi ſumus, per
15 id tamen non aufertur neq; parentib. † neque liberis ſuper aliis bonis teſtandi facultas,vt enim infra c.5.& 7.dicemus, tã parẽtibus, quàm liberis adhuc plures res manẽt præcipuæ, quæ huic pacto nõ includuntur. Iam verò poſt inueteratos opinionum adhuc diſcentium conflictus,communiori tãdem calculo ob-
16 tinuit,† ſi paciſcẽti,vel omnia ſua bona præſentia & futura donanti aliquid minimum ſaltem bonorũ, de quibus teſtari poſſit,ſuperſit, non videri peccatum in illam iuris prohibitionẽ valereque diſpoſitionem & ferè irreuocabiliter. argu.l.licèt minimam.10.cum ſine præced.ff.de hæred.petit.Barto.in d.l.ſtipulatio hoc modo concepta. num.19.Iaſon ibidem, nu.6.vbi hanc doctrinam euangelicam dicit.Vide Coraſium lib.6.Miſcel.iur. ciu.c.16.per tot.Rom.conſi.26.in c.Pro deciſione eorũ,in prin. & ibi addit.Mãdoſij ad verbũ. PRO TESTANDO. itẽq; eundem conſ.171.inci.pro deciſione conſultationis. At dices. Itaq; ſi tales res nec liberis nec parentibus ſuperſint, vtique procedit dubitandi rõ? Reſpondeo iuris noſtri deciſiones aliæ ſunt gñales,quas Theſes ſeu Regulas nominant,aliæ ſpeciales, quas hypotheſes ſeu in ſingula facta exempla dicere poſſumus. Iam demus regulam iuris fuiſſe antiqui, homini libero & ſanæ mẽtis non eſſe auferendam teſtamenti factionem.l.pactum quod dotali.15.C.de pact.l.ſi fratres.§.Idem reſpondit.ff.pro ſocio, adeo,vt ne principis beneficium contra valere dicamus.l.ex facto.43.ff.de vulg.& pup. ſub.tamen eadẽ regula etiã illo iure & vitium fecit & perdidit officium ſuum infinitis caſib.arg.l.j.in fi.l.omnis definitio.202.ff.de reg.iur.Et ſi dixeris,multa imperti
22 nẽtia regere, exceptionesq́ue regulæ obiicere, non eſſe certo caſu realiter ſoluere,ſed magis argumentationem in caſibus nõ exceptis confirmare,quandiu de eis non doceatur, tum etiã ꝙ alia ſit legis,alia hominis, & huius quidẽ multis modis inferior poteſtas. Reſpõdeo ,ppius quatuor modis abalienari ab aliquo
17 liberã teſtãdi facultatẽ. † Primò, legis ſcriptæ vel principis auctoritate.Secũdò,qñ quis nullo dato, recepto repromiſſo, oĩa
23 ſua tam præſentia q̃ futura bona pacto vel contractu in alium transfert,expreſsè & nimis illiberaliter abdicans a ſe teſtandi facultatẽ.l.ex eo inſtru.4.de inutilib.ſtip. Tertiò, qñ cõuentione aliqua reciproca,incerta,non etiã ſuper tota hæreditate,ſed ſaltẽ quota bonorũ inita,præiudicium in bonis de quib.conuenit generatur,non tñ in totũ teſtamenti faciendi libertas tollitur. Quartò,qñ auctor hanc legẽ rei dedit,vt non niſi in certas poſſet alienari perſonas.De primo mõ inquirere ſeu dubitare ſacri
18 legiũ eſſet.l.ſacrilegij.5.C.de diuerſ.reſc. † Illud certè notandũ eſt,teſtamẽti factionẽ alicui auferre, nõ ita eſſe ꝰ bonos mores, vt inde lædat ius honeſtatis, vel ſic vt peccet ĩ iuris p̃cepta gñalia,q̃ sũt:honeſtè viuere,alterũ nõ lędere,ſuũ cuiq; tribuere.l.iuſtitia.x.ff.de iuſt.& iu.tũc.n.nec prĩcipis nec legũ q̃cq̃ ſuꝑ eo valeret ptãs,arg.l.ius ciu.6.ibi.Ius ciu.eſt,qđ neq; in totũ à nãli vel gentiũ iure recedit.ff.de iuſt.& iu. Qđ ad fm modũ attinet, niſi ꝰria opin.tã pertinaces hr̃et pleroſq; patronos,primaq; frõte tã ſpinoſa videretur,intrepidè affirmarem, nec eũ eſſe omnimodo bonorum morum honeſtati & decori contrarium ea maximè ratione,ꝙ & hoc caſu ſupereſſe res donatori poſſint, de q̃bus adhuc liberum habeat teſtandi arbitrium, Ioan. Coraſij in terminis lib.6.Miſcel.iur.c.16.per totum.Rom.conſil.26.incip.Pro deciſione eorum, in princip. & ibi. Additio Mandoſij in verbo PROTESTANDO. Et idem conſilio 171.incip. Pro deciſione conſultationis,quod & ſupra hoc eodem c.notauimus.Item & hac ratione ſecundò:quia legibus ipſis ita ei ne egeat proſpectum ſit,vt quidem huic ſuo priuilegio, quod cõpetentiæ vocant,renunciare non poſſit, argumento. l. necare. ff.de alen.lib.l.alia cauſa.14.§.1.ff.ſolut.matrimon.Quemadmodum militat tertiò ratio,quod reuocatione propter ingratitudinẽ donatarij bona ſua recuperare poſſit,adeò vt nec iuri huius reuocationis renunciare poſſit.Bal.in l.vlt.C.de reuocan.donat.& Caſtrenſis in l.fin.C.de pactis.Ioach .Minſing. Reſponſ. Deca.10. Rñ.nu.10.Tertius modus p̃cedentib. attentè cõſideratis & benè ponderatis nullum habere dubium poteſt, argumento à maiori ad minus ſumpto.probatur in §.cum autẽ impubes.Inſti.de adopt. De quarto modo ſatis multos expreſſos legũ tex.habemus.l.vnum ex familia.67.l.peto. 69. §. fratre.3.l. cùm pater.77.§.libertis.27.ff.de leg.2.l.fin. C. cõmunia de leg. l.filius familias.§.Diuus.ff.de lega.1.& multis alijs.l.centurio.ff. de vulg.& pupil.Quod ſi quis hoc pactum acrius ſubuertere ni
19 tatur;† quia teſtandi facultatem auferat, eiſdem argumẽtis ingreſſum monaſterij,& arrogationẽ aggrediatur,qui actus quãquàm liberam teſtandi facultatem auferant,tñ non modo tolerantur,ſed & confirmantur à legibus.aut.ingreſſi.C.de ſacroſanct.eccleſ.§.alio. & ſeq.Inſti.quib.mod.teſtã.infirm. Et certè nõ minor hic vel etiã maior ratio,quàm in ingrediẽte monaſteriũ militat,ibi enim vnius perſonę, hic multorũ gratia hæc libertatis conſtrictio toleratur:ſed & d.l.ſtipulatio hoc modo, nõ generaliter intelligitur, veriſimiliter enim loquit in extraneo,vbi nulla probabilis cauſa præceſſerat hãc libertatẽ ſibi adimẽdi,ita nouæ intelligit d.l.Zaſius in l.quidã cũ filiũ.132. nu.8. ff.de ver.oblig.quales plurimas cauſas hic uerſari ſupra demõſtratum eſt.Quod † porrò in eadem diſputatione dicitur,parẽtes præproperè nimis de ſpe,ſeu bonis illius diſponere, qui nõdum ſit in rerum natura,id à veritate q̃ alienum eſt,quia parentes de ſuis ptoprijs rebus in caſum mortis, & quomodo tũ ĩter liberos hæreditatis debeat fieri ſucceſſio,diſponunt, qđ iniquũ eſſet liberis hominibus interdicere,inqt Caius in l.2.ff.ſi à parẽ. qs manumiſ.ſit.l.vlti.C.famil. erciſcũd.cũ auth. ſubiecta. Quin nec liberi quidẽ nati viuis parẽtibus vllũ ius,vel in legitima ſũa habẽt,de quo vide Minſing.ſing.Obſer.cent.4.Obſer.25.faciũt quæ paulo ſupra in quarto modo de abalienãda libera teſtãdi facultato ſcripſimus,nu.18. Sed in eadẽ dubitãdi rõne dictũ eſt. Hoc pactũ ẽt extẽdi ad bona defunctorũ cõiugũ vel cõiugis, eius liberis iã acquiſita,& ſic ad aliena,ſuper quibus nõ valẽt pactiones vel voluntatũ vltimarũ teſtationes.l.1.§.ſi id quod dari 3.de oblig.& act.l.pactũ.46.in verb.Cũ liceat ſui iuris perſecutionẽ &c.ff.de pac.l.teſtãdi.13.in verbis Pecunia ſua &c. C. de teſtã.item per vulgaria.Res inter alios acta alii præiudicare nõ debet.Ad † hoc reſpondeo,parentes adhibito amicorũ ꝰfilio, & propinquorũ plena cauſæ cognitione Magiſtratuũ intercedente,id facere auctoritate adminiſtrationis,ſibi in bonis præmortui cõiugis cõceſſa à lege,perſonamq; in ijs gerere legitimã,& gubernationẽ earũ rerũ apud eos penitus eſſe impunitã. l.1.C.de bo.mate.d.l.cũ oportet.6.§.nõ autẽ hypothecã.6.C.de bo.quæ li.eosq; multo pleniorẽ quã alios vſufructuarios habẽt vſumf.doctè declarat Arius Pinel.ad 2.part.l.1.nu.16.& aliquot
22 ſeq.C.de bo.mat.Neq; † verò qs dicat alienari hoc pacto quodammodo bona liberorũ,quod prohibitum eſt Dd.ll.argumẽto.l.vlt.C.de reb.alien.nõ alie.l.pactũ curatoris.22.C. de pactis, & vide ea quæ habet Iaſon.in l.nul li.13.ff.de tranſact.nã id verum non eſſe patet ex ijs, quæ à nobis dicta ſunt, & quę Doct. ad ll.allegatas tractarũt. Et ſi maximè quædã alienationis ſpecies eſſet,nihil tñ refragaretur.l.fi.§.penul.C.de bon.quæ lib.dicit enim patri nõ permittẽdũ † vt deteriorẽ filij proprietatem faciat,ita enim intelligitur patri cõceſſa poteſtas in bonis aduẽ titijs,fm Bal.in l.1.ad fi.C.de bo.matern. per regulã. l. creditor. 60.§.Lucius.fi.ff.mandati.facit in patre.l.generaliter.ver.negotia.ibi.vtiliter.C.de ſec. nupt.Arius Pinel.2. part.l. 1. numer.60. C.de bon.mat. Non enim continuo ſi quid alienat, proprietatem filij deteriorem facit propter mutuam fortè acquiſitionem, quod hic clarum eſt, facit optima præſumptio. leg. nihil. 50. ad finem. ibi. Cùm omnia quæ noſtra ſunt liberis noſtris ex votis paremus. ff. de bon. liber. l. ſcripto. ſeptima. §. finali. ibi. Parentum commune votum. ff. vnde liber. facit. l. penultima. C. de adoptio. in verbo, ibi nullius circumuentionis ſuſpicio poteſt aliquam ſibi vindicare licentiam, auita & proauita affectione hæc omnia reſecante. Sed ſi cui adhuc in parentum perſona, quoad huius adminiſtrationis functionem, defectus aliquis reſidere videbitur, is eum ſi lubet per Magiſtratus auctoritatem, & decretũ (qui verè

Source : BIU Cujas

paternum & animum & officium debet inducere, argu.l.qui liberos,vel aliàs.Capite trigeſimo 5.19.ff.de rit.nupt.l.bonorum. 7.ibi.Sciens hoc competens iudex.C.de nupt.l.ait prætor.7.§.j. verſ.permittitur.ff.de minor.) emendet ac ſuppleat.Quid mirũ
24 † cum & aliàs calor iudicii plurima ſuſtineat: ſic res minorum immobiles cauſæ cognitione prehabita decreto iudicis interpoſito validiſſimè alienantur,tot.tit.C.de præd.min.ſine dec. non al.& ff.de reb.eorum,qui ſub tutela vel cura ſunt, ſine dec. non alien.Sic & ſolutio minori facta non liberat, iudicis tñ auctoritate intercedente liberationem inducit.l.ait prætor.7.§.j.ad fin. ff.de minor.§.fi.Inſti.quib.alie.licet vel non.l.25.C.de admi.tut. ſic res iudicata propter iudicis auctoritatem ꝑ veritate habet. l.res iudicata.207.ff.de reg.iur.l.ingenuum.25.ff. de ſtat. homi. facit plurimum.l.cum putarem.36.ff. famil.erciſcun.l.j.C.de errore calculi. Sed nec tertia dubitãdi ratio robur pacti noſtri cõ
25 iuncti labefactat.Neq; † eiñ quicquid votum captandæ mortis inducere poteſt legib.noſtris quaſi propter acerbiſſimam eius ſpem improbatur,nam ſic tota materia teſtamẽtorum, fideicõmiſſorum,legatorum,ſubſtitutionum,ſucceſſionum ab inteſta. donationum cauſa mortis,vnico quaſi ictu præciſa concideret, quod a ſanctitate legum ,& veneranda Iuriſconſultorum prudentia q̃ longiſſimè abſit.Sed nec in Dd.ll.l.de fideicõmiſſo.l.j. & l.cũ proponas 16.C.de pact. Ita argumentantur Impp.Fideicõmiſſa ſeu ſubſtitutiones inducunt votũ captandæ mortis, ergo non valent:verũ is potius ſenſus elicitur.Quandoquidẽ propter optimã hominis de homine præſumptionem (hominem eiñ homini inſidiari nefas eſt,& natura ipſa abhorret.l.vt vim. 3.ff.de iuſt.& iur.l.ſeruus ea lege.7.ff.de ſer.export.l.non tm̃.6.ff. de appellation.) leges ipſæ definitiones teſtamentarias,& fideicõmiſſarias reliquaq́;,de quib.ſupra,inducãt,& licèt aliquo mo
do mortis alterius votum ſecum ferre videantur, ſtabiliant, tñ vbi pactione contraria talis metus & incertitudo tollitur,(quãuis ea alii vitio ſubiacere videatur.l.qui ſuperſtitis.94.l.ſi quis.§. iuſſum.5.ff.de acq.hæred.) valet conuentio.Sed nec a contrario inducta dubitandi ratio ex eiſdem legib.procedit.Si valet pactũ quo votum illud deteſtabile aufertur.Ergo pactum quo introducitur,& ad peccandi libidinem feneſtra aperitur,contra l.cõ-
26 uenire.5.in principio.ff.de pact.dotal.ſuſtineri non debet. † Argumentũ n.a contrario ſenſu non procedit, vbi abſurdus intellectus reſultat.Dd.cõiter in l.j.C.qui admitti ad bon. poſſeſ.Præſes Euer.in loco a contrario ſenſu.q̃ hic fieret,omnis.n.materia ſucceſſionis, & acquiſitionis poſt mortem tot prudentium virorum elaborata vigiliis hoc argumento funditus euerteretur. Neq; eiñ iſta pactione quiſquam magis ad delinquendum inuitabitur,q̃ aliis modis,quib.poſt mortem aliquid captaturus eſt. Cum dici poſſet,pactum hoc multis caſib.votũ captandę mor- 32
tis tollere.Quid.n.ſi qui ab inteſtato ſucceſſuri eſſent, vereanť, ne teſtamẽto facto in extraneos quis conferat bona, hi eũ inteſtatum & quidem q̃ citiſſimè, ne facultas mutandi ſucceſſionẽ inteſtati,ſuperſit,extingui optabũt, qui ſi pacto tali certi ſint de
27 tali ſucceſſione, forte nihil de eius morte ſolliciti ſint. † Illud vtiq; certo tenendum hoc pactum poſſe ſine diſpendio ſalutis æternæ ſeruari,& non poſſe leges vel ſtatuentes ſcire, quid ſit in animis paciſcentium,ſaltem ex eo quid animis eorũ ineſſe dẽt, 33
inducunt præſumptionem poteſtatis paciſcendi taliter,argum. l.ſed licèt.12.ff.de offic.præſidis.Baldus in capitu.moribus.num. 2.ſi de feud.controuerſ.fuerit inter dominum & agnat. vaſall. Cæterùm aut iſtam dubitandi rationem de bonis intelligis, de fruſtra, nam:

Oderunt peccare boni virtutis amore.

Aut de malis: & reſpõdemus aut votum id in mente retinet, & nulli prætereq̃ ei qui ꝯcepit,nocet: aut in actũ aliquem procedit,& tunc ſcimus iõ vigorem legũ in medio cõſtitutum,vt earũ tranſgreſſores meritis ſuppliciis obiiciant; q̃ a bonis nocet,q̃ malis parcit:neq; verò poſſunt leges alia rõne ſingulorũ prauis affectib.obuiare.Quod ſubiicit,adeo hoc pactũ eſſe contra bonos mores, vt ne quidem iurato cõfirmetur, id multo aliã hẽt
28 conſiderationẽ.Quocirca ſciendũ, aliud eſſe † ꝯ bonos mores fundata.ſ.prohibitione ſuper ratione naturali, tanq̃ ex cauſa ꝓxima.Et tunc verus eſt intellectus Dyni traditus ad reg.iur. Canonici Non eſt obligatorium ꝯ bonos mores præſtitum iuramentum:dũ tenuit ibi actũ non confirmari iuramento; quia ſit prohibitus ꝓp ſui turpitudinem,eamq́; certã, quo caſu fatendũ neq; lege,principis placito,ſtatuto,vel etiam pacto,quicq̃ in cõtrarium diſponi aut introduci poſſe,& hic accipiendus eſt text. 34
in l non dubium.5.ad fi.C.de leg.l.iuriſgentium.7.§.ſi paciſcar. 6.verſ.Et generaliter.ff.de pac.l.ſi quis inquilinos.112.§.fin.ff.de
29 leg.j.& ſimiles.Aliud item † bonis morib.vetitum,vel moribus cõtrarium eſſe:hic.n.terminus & ſimiles in iurib. noſtris complures vſurpantur pro legibus Romanis, vnde Vlpia.l.j.ad init. ff.de donat.inter virum & vxorem. Moribus apud nos receptũ eſt,inquit,ne inter virum & vxorem donationes valeant. Sic in l.item apud Labeonem.15.§.meminiſſe.18.ff.de iniur.Non omnis qui aſſectatus eſt virginem, nec omnis qui eam appellauit iniuriarum tenetur,ſed ſaltem qui contra bonos mores hoc feciſſe dicitur,ſimile quid eſt eadem l.§.adiicitur.29. & l.moribus 2.ff.de vulg. & pupill. l.more.5.ff.de iuriſdic.Nec multum hinc diſſidet Viglius, quia ad §.j.ad verb.moribus.nu. 22.ſic ſcribit, I.C.cum quid moribus inductum dicunt,ſignificare velle arbitror,id ius ante duodecim tabulas fuiſſe vna cum vrbis primordiis obſeruatum,vel poſtea vſu & cõſenſu receptum: huius interpretationis optimum teſtem citat Vlpianum in l.j.ff.de curat.furio. Lege,inquit,duodecim tabulatum prodigo interdicitur bonorum ſuorum adminiſtratio,quod moribus quidem ab
30 initio introductum eſt. Sic quoq; † moribus Romanis pacta futuræ ſucceſſionis ſunt verita, nõ quod in hoc proxima cauſa ꝓhibitiua ſit fundata,quaſi honeſtati bonorum morum ſint omnia repugnantia,vel turpitudinem introducentia certam: ſed quia legibus (ideſt moribus) Romanis improbãtur, ideo quod legumlatores & more ciuitatis ægrè ferrent, teſtamentorum iura,quæ ab initio publico populi Romani conuẽtu calatis comitiis fieri voluerant,ita labefactari,& fraudem paulatim iis attexi,vt priuatis pactiunculis & domeſticis cautionibus euerterentur.Atque ita hoc pactum accipiendum, vt certa ſui turpitudine non ſit prohibitum,cenſet Bald.d.c.moribus.num.2. ſi de feud.cont.fuerit inter dom.& agna.vaſall. Facit plurimum qd̃ hic de aſcendentium & deſcendentium, nõ quorumuis extraneorum conuentionali ſucceſſione agatur, in quibus pietatis p̃ſumptio & σοργῆς φυσικῆς, vt potentior alterã de voto captandæ mortis facili negotio elidit, argumẽ.l.ſcripto.7.ff.vnde lib.l. nihil.50.ff.de bon.lib.Nam,vt inquit ille:

Filius ante diem patrios inquirit in annos.

Eſt & quartæ eiq́ue vltimæ dubitandi rationi reſpõdendum, ne quem ea tranſuerſum rapiat, vtpotè prima facie admodum veriſimilis.Sunt enim moribus † (ideſt legib.) Romanis adeò
31 interdicta & odioſa pacta alterius ſucceſſionis venandæ,vt nec dotis fauore,nec matrimonii honore (quibus multa alioquin & præſtantiſſima in iure noſtro priuilegia ſunt conceſſa l.j.vbi gloſſ.ſoluto matrimo.glo.in c.j.in verbo,ſeruetur, extra,vt lite non conteſtata) ſuſtineri poſſe dicantur.l.hæreditas.5.C.de pact.conuen.tam ſuper dote &c.l.pactum dotali.3.C.de collat. immo nec ſi de certa tantum parte, ſeu quota bonorum, non etiam de tota hæreditate futura pactio eſſet inita,tex. in l.pactũ quod dotali.15.ibi.Ex qua portione.C.de pac.l.donari.29.§.fin. ibi.Partis bonorum.ff.de donat.l.vlt.in verbis, Certos modos. & ibi, Certas pactiones.C.de pac. vbi gl.in verb.declarat.adeo: etiam quod nec reciproca,nec uiciſſitudinaria talis conuentio toleretur,niſi inter ſolos milites.l.licet.19.C de pac.Reſpondẽdum tamen pactum noſtrum,non modo non odioſum, ſed & publicæ tranquillitatis ſummo fauore ſubnixum. † Nam cum
leges ciuiles ſalutem populi ſupremam legem faciant:canones verò ſalutem animæ ſummũ canonẽ conſtituant,cuius vtriuſque hæc conuentio eſt vindex & conſeruatrix, facilè intelligẽti ſanctitas,æquitas, & maxima legum noſtrarum cõuenientia in hocce pacto apparet, cuius etiam non obſcurum veſtigium I.C.reliquerunt in l.quidam cum filium.132.ff.de verb.obliga. Pro ſolida igitur & irretractabili huius pacti legitimè initi obſeruatione,facit & multum iuuat,quod & aliàs † ratione incertitudinis & dubii euentus,item reciprocationis (qualia hoc pactum continet) multa in iure noſtro tolerentur, quæ alioquin communi ratione reſciſſioni ſubiecta, vel nulla eſſe videbantur.d.l.de fideicom.11.C.de tranſ.l.ſi ea lege.17.ibi. Propter incertum fructuum euentum.C.de vſuris.l.pen.C.de ſolut.l.ſi pater.12.ibi.Poterat peruenire.C. de inoffi. teſt. Sic leges noſtræ deteſtantes generaliter donationes inter virum & vxo.l.j.ff.de don.inter virum & vxor. tamen reciprocam & mutuam inter eoſdem,immo & inter aliàs perſonas ſibi donare prohibitas admiſerunt.l.quod autem.7.§.ſi vir.2.ibi.Inuicem.ff.de don. inter virum & vxo.gloſ.in l.2.C.de do inter uirum & uxor. quia genus quoddam quaſi permutationis eſſe videatur,non inſidioſæ negotiationis,arg.l.ſed etſi.25.§.conſuluit.7.ff.de hær.pet.adeo ꝙ Iaſon in d.l.ſi pater.12.nu.2.ratione ſpei uiciſſitudinariæ & incerti euentus, exiſtimet valere inter coniuges donationem ſeu diſpoſitionẽ, qua alter alteri in caſum mortis bona ſua dat, relinquit,uel hæredem eſſe vult,cuius ſententiæ eſt etiam Barto.in conſ.incip.Promitto tibi & tu mihi. Tenetque Calderin. conſi.1.titu.de dona.inter uirum & uxorem. ubi multos in eãdem ſententiam citat.& Dom. Gayl Ob.Pract.li.2.Obſ.126.vide Minſing.cen.2.Obſ.33.

Facit † ſecundo,quòd quamuis pater filio,quem in poteſtate habet, donare non poſſit.l.j.§ j.ff.pro donato.l.2.C.de inoffic. donatio.l.donationes.25.C.de donat.inter uirum & uxorem. tamen donatio inter uiuos facta & contemplatione matrimonii per patrem in filium collata ualet: quia pars & ſequela eſt matrimonialis contractus, & cum toto ipſo dotali contractu confunditur.l.Pomponius.35.ff.famil.erciſcun.l.dotem quam dedit.16.ff.de collat.bonorum. ita ut cum contractus ipſe matrimonialis ualeat, ſublata difficultate acquiſitionis de patre in filium uel filiam, propter cohærentiam, fauorem, & ſanctitatem matrimonii iſtæ donationes quoque ſine ſcrupulo

firmæ

Source : BIU Cujas

firmæ iudicentur,facit l.etiam .11.vbi Bart.ff.de inof.teſt.facit l. illud pen.verſ.ad hæc.C.de coll.vlt.C.cõmu.vtriuſque iudi. vide
35 Ferronum in conſuet.Burdegal.tit.de teſta.§.22. † Facit tertio, ꝙ ſi illa pacta penitus elimnarentur, multa matrimonia alioquin fauſta futura aut nõ contraherentur,aut etiam contracta, & bene concordantia,iamq; fortè liberis ſubnixa, vel diſſoluerentur, vel pactis eiuſmodi in quæſtionem vocatis turbarẽtur, & diſſidiis inextricabilib.obnoxia redderentur,qđ ſemper etiãſi aliquo colore & iure fieri poſſet,fugiendum, argu.l.j.§.vltim. ff.de liber.exhiben.Hiſce ergo fundamentis & auctoritatib.cõmitti,ſi iure etiam ſcripto pactũ hoc defendere conabimur, ni-
36 hil hanc ſnĩam morabitur.d.l.licet inter priuatos.C.de pac. † nã ideo ibi inter non milites reiicitur reciproca illa mortis cã donatio,vel hæredis inſtitutio, quia propoſitum iis erat iure ſolẽni teſtari,vel ſuprema ſua ordinare,patet hocĩ verbis tex. Vim ſupremi iudicii.Item Pertinerent.Itemq; ibi, Alterius rebus potiatur.Et ibi,Ex fratris tui iudicio .Hæc.n. verba nõ ſunt paciſci vel contrahere, ſed teſtari volẽtium.l.verba geſſerunt.20.ff.de verb. ſig.Et vix ex vno totius legis verbo, alius quàm teſtantiũ animus colligitur. Iã conſtat militibus propter malum, quod
37 a Republica,a qua aluuntur,†auertũt.l.milites noſtros.31.C.locati.iure populi Romani ſingulari eſſe tributum, vt quocunq; modo velint,de rebus ſuis diſponere, & teſtamenta facere poſſint.l.j.3.C.de teſtam.militar.tamen paganus non poteſt facere, ne leges in ſuo teſtamento locum habeant.l.nemo poteſt.55.ff. de leg.j.l.teſtandi.13.C.de teſtam.Sed leges teſtamentarias non tenetur obſeruare,quando non intendit enixa legum ſolemnitate obſeruata teſtamentum condere,ſed iure libero & ſecuro res ſuas relinquere.l.codicillis.pen.§.vlt.& l. cum pater.77.§.filius.23.ff.de leg.2.l.ex ea ſcriptura.29.ad fi.ff.de teſt. Facit apprimè tex.in l.Lucius.88.§.fi ff.de leg.2.Lucius Titius hoc meum teſtm̃ ſine vllo iuriſperito ſcripſi, *rationem animi mei potius, quàm nimiam & miſeram diligentiam ſecutus*, & ſi minus aliquid legitimè, *minusve perite fecero*, pro iure legitimo habe ri *debet hominis ſani voluntas*, quã ſcripturã l.C.ibi probant. Quod ſiquidem expreſsè pacto vel teſtatione voluntatis prote ſtatus ſit, (id quod in eo expreſsè leges requirunt.§.vlt.inſti.de pup.ſub.l.vlt. verſ.illud quoque.C.de codicillis) vix vlla ratio eſt cur non valeat talis cuiuſcunq; priuati pacta voluntas,& hic ſenſus.d.l.colligi vĩ ex Bar.ibidem nu.1.in verſ.alii aſſignant, & in ſummario eiuſdẽ,cui expreſsè aſtipulatur Donellus in fin.l. ibidem.Eſtq; idem verus & genuinus intellectus.d.l.hereditas.
38 † Hæreditas.n.non eſt niſi teſtamenti hæreditas, pactum verò vbi fit,teſtamentum non fit,ſicq; hæreditas capi non põt. Neq; diſſidet,ſi dicas,verba hæc vice teſtamenti denotare imp.oprietatẽ,& quaſi non verã ſeu legalem teſtandi volũtatem. Nos.n. ea veritatis potius expreſſiua,quã impropriati ſenſus ſubauditiua exaudimus:& ꝙ hoc pactum, vt teſtamentum eodemque robore cenſuerit habendum paciſcens, qđ ipſe efficere nõ potuit.d.l.nemo poteſt.55.d.l.teſtandi.13.l.ius publicũ.28.ff.de pactis.optimè faciunt notata ab Alex.de Imo. in conſ.2.incip.viſis codicillis,legitimatione & aliis,in verſ.non obſtat decimum arg.vol.2.dum dicit, ꝙ quoties dictio aliqua improprietatẽ demonſtrans apponitur circa ea quæ poſſent eſſe vera ſm veritatẽ & proprietatem, magis dr̃ eſſe verbum veritatis expreſſiuũ, quàm improprietatẽ denotans, & patet in dictione quaſi, in l. ſi ante nuptias,& ibi notatur.ff.ſolu.mat.Sed cur obſtupeſcis ad iſtam meam cenſendi leges audaciã? Audi quis me eo accinxe-
39 rit. Vidi † ego non ſemel iure etiam veteri pacta contractusq; inter viuos ꝙ quidem priuatos, vim ſupremi eorum iudicii meruiſſe,in l.tale pactũ.40.§.vlt.ff.de pac.l. quidã cũ filiũ.46.verſi. ſi tñ.ff.de hær.inſt.vbi mandati actione hæreditas fideicõmiſſaria peti & transferri poſſe dr̃,adde.l.ſi vnus.27.§.itẽ ſi pactus.6. ff.de pact.dicitq; expreſsè Bar.in d.l.nemo poteſt.in prin.ꝙ ſpecies facti poſita in §.vlt.inſti.de fideic.& in l.fi.C d.tit.tranſeat in verum contractum,& ꝙ hæres ex ſua promiſſione teſtatori facta a legatariis conueniatur, quem intellectum cõmendant & ſequuntur Iaſ.Imo.Alex.& alii.Facit quod dicit Bal.in l.in tacitis.103.ff.de leg.j.ꝙ ſi nõ ſubſit fraudis ſuſpicio, poſſe quem ſe domeſtica cautione vel chirographo obligare ad præſtandum quid,ſeu reſtituendam hæreditatem alteri. Non dico hic quod nutu,& in epiſtola,vel libello, vel ſine ſcriptura hæreditas per fideicommiſſi viã dari alteri poſſit.l.& in epiſtola.22.C.de fidei cõ.l.nutu.21.ff.de legat.3.In teſtamẽtis.n. ꝺ obtinet.l.iubemus. 29.C.de teſt.aliàs quidẽ ex teſtamento,qđ iure nõ valet, nec fideicõmiſſum, ſi nõ ab inteſtato ſuccedentes quoq; rogati pro-
40 bãtur,peti poteſt.l.23.29.C.de fideic. † Suffragatur tandẽ & nõ minimũ momentũ illuſtrãdi pacti noſtri p̃bet,qđ in arrogatione quoq; pactũ ſatiſdatione ſubnixũ interueniat,ꝙ ſi qua hæreditas arrogato extrinſecus obueniat,& quæcunq; ex bonis eius arrogator conſecutus fuerit,ea ſe reſtituturũ eis,ad quos peruẽtura eſſent, ſi arrogatus in ſuo ſtatu permanſiſſet.l.nõ aliter.18. & l.ſi arrogator.22.vbi Dd.ff.de adop.elegantius multo Imp.ipſe in l.2.C.eo.quo in iiſdẽ terminis refer pactum arrogatori de quarta bonorũ ſuorũ arrogato relinquẽda.§.cũ impubes.inſti. de adop.l.ſi.ſi quid in frau.pat.Tandẽ & hoc ſuccurrit teſtamẽti factionẽ nõ priuati ſed publici iuris eſſe, quæ cauſa eſt, cur eius forma priuatorum pactis nõ lędatur.l.3.ff.de teſt.l.tabularũ.2.in
41 prin.l.vel negare.5.ff de teſt.quẽad.aper. † Actus verò iſte vnionis nõ manet in terminis ſimplicis pacti,ſed publici inſtrumẽti fidẽ & robur,vt ĩ.de forma dicetur,aſſumit, ꝙ res ẽt priuatim geſtæ,& poſt in Archiuũ publicũ, vel armariũ legitimè depoſitæ,ſeu deſcriptæ,inſtar ſunt monumẽti publici.Dd. in l.Celſus. 10.ff.de probat.auth.ad hęc.C.de fide inſtrumen.Canoniſt.in c. 2.& c.poſt ceſſionẽ.extra de prob.facit l.omniũ.19.ibi. Sicut ergo ſecurus erit.C.de teſt.Ex hiſce perſpicuum factum puto, quã non a rationib.iuris cõis, quãq; non a legum noſtrarum mente pactum hoc ſit alienum.Interim ne iudicis potius,quàm cognitoris partes egiſſe videamur,tutiſſimum ſum ratus mediam viam eligere,iuxta illud,

Inter vtrunq; vola,medio tutiſſimus ibis.

42 Concludendum † ergo,pactum hoc quatenus in ſolis terminis vnionis & filiationis reciprocæ cõſiſtit,neq; ẽt explicitæ ſucceſſionis futuræ faciat mentionẽ,non mõ eſſe ſuſtentabile, ſed & textib.rõnibusq; largiſſimis de iure ſtricto cõprobatũ iri.d.l. quidã cũ filiũ.132.de verb.obl.& in progreſſu operis luculẽtius apparebit,quatenus verò conuentionẽ de ſucceſſione mutua futura includat,maximè ſi irreuocabilitatẽ contineat,& liberã teſtandi,ſeu aliter diſponendi facultatem abalienet, etſi cenſura legum Rom.illas conuentiones vtcunq; deſtruat & proſternat,morib.tñ totiꝰ ferè Germaniæ sũt q̃ receptiſſimę.Neq; morib.ſolũ,ſed & expreſſis Prĩcipũ ſcriptis,ſtatutis & Ordinatiõib.

Et ſic procedendo,videamus,quæ ſit conſuetudinis,vel ſtatutorũ circa hoc pactũ firmandũ poteſtas. Sanè nulla aut perquã exigua ea eſſe vr̃: vt.n.ſit aliqua, † neceſſe eſt eam ab honeſto,
43 poſſibili,& bonis morib.peti.c.erit aũt lex.4.diſtin.l.2.C. quæ ſit long conſuet.Quàm verò pacta iſta ab omni pietate, honeſtate,bonorũ morũ obſeruãda rõne & a l.C. (contra quæ nec facere quidẽ nos poſſe quicquã pie credendũ.l. ꝺditiones.l.filius. 15.ff de ꝺdit.inſt.) aliena videanť, ſupra demonſtrauimus. Sed quemadmodũ ibi allegatas leges,de iure cõi noſtro pacto non aduerſari,ſupra demonſtrauimus, pariter hic eſt declarandum qũo eorundem rõnes conſuetudini, vel ſtatuto nihil detrahãt. Aiunt pacta eſſe turpia,ideo turpia, ꝙ ſint ꝺ bonos mores, & hoc vt oſtendant,trib.vtuntur cõcludendi mediis.Primò, ꝙ liberã auferant teſtandi,teſtamẽtiq; mutandi facultatẽ. Secũdò, ꝙ peccent in formã legũ publicè introductã. Tertiò, ꝙ inducãt votũ captãdæ mortis,inſidiãdiq; vitæ alterius occaſionẽ. Quod ad primũ attinet notius eſt,q̃ vt probationẽ requirat. Teſtamẽti factionẽ † iuriſgentiũ eſſe,& quidẽ eius, qđ vſu humano exi-
44 gente,& practico quodã humani diſcurſus exercitio dãte. paulatim ab omnib.gentib.receptũ firmatumq; eſt,Iaſ.in rep.l.nemo põt.55.nu.76.ff.de leg.j.& in l.interdũ.29.ff.de cõdic.indeb. & in l.ex hoc iure.5.ff.de iuſt.& iu.Iulius Clar.in trac. de teſta.q. 2.Cuius deinde formæ iuris cęperunt eſſe cuiuſque ciuitatis ꝓpriæ,quanquã formã iuris Quiritũ alii pleriq; populi ſunt ſectati;Nã etſi origo teſtamentorũ fuerit antiquiſſima, & vt pleriſq; placet ante tẽpora.12.tabularũ, a Romanis vſus eorũ receptus, quod probatur ex verbis.Si paterfa.inteſtatus deceſſerit, inquit l.12.tab.Familia pecuniaq; eius agnatorũ gẽtiliumq; eſto.Ergo teſtatus mori poterat. In veteri quoq; teſtamẽto exẽpla huius vſus extant nõ incognita.Nam Gene.27.c.Iſaac filiũ ſuũ Iacob benedicẽdo hr̃dẽ inſtituiſſe dr̃,& Leuit.25.Moyſ.dixit: Hos habebitis famulos & hr̃ditario iure ad.poſteros trãſmitteris: quo etiã pertinet c.27.Numer.Deut.2.tñ nõ oẽs gentes vſum teſtãdi vno tẽpore receperunt, vel retinuerũt. Cornelius.n. Tacitus in lib.de Germanorũ morib.Hæredes,ſucceſſoresq; ſui euiq; liberi,inquit,& nullum teſtm̃,ſi liberi non ſint,proximus gradus in ſucceſſione fratres,patrui,auunculi.Sic apud Ath.primus Solon excitatus legẽ de teſtamẽtis tulit,& gratiã p̃ponens neceſſitati,& amicitiã propinquitati, omnib. de reb. propriis liberam diſponẽdi facultatẽ cõceſſerit,vt Plut.eſt Auctor. Neque licuit cuiquã ante Solonẽ Athenis extra cognationẽ hr̃dẽ ſibi quẽquã ĩſtituere.Ex quib.liqdo ꝓſtat teſtamẽtorũ vſum nõ ſtatim cũ ipſo genere humano ortũ initiũq; ſuũ ſumpſiſſe, ſed poſtea, dũ inſita p ipſam naturã in ſanguinẽ (quẽ plerunq; ſucceſſiones ſequunt Nouel.ꝓſti.de hær.quæ ab inteſt.defer.) affectio vitioſis hominũ morib.deprauata flacceſceret & deperiret,trãſferri cæperũt cũ ipſis aliis ẽt hr̃ditates & bona mortaliũ a proximis ad bene meritos,ex quo extremæ profluunt teſtantiũ diſpoſitiões,atq; adeo inſtitutiones ac ſubſtitutiones hr̃dũ,liberis.n. de iure naturæ debeť parẽtũ ſucceſſio, quẽadmodũ & vice verſa turbato mortalitatis ordine liberorũ parentib.l.cũ rõ.7.ff.de bon.dam.a qua per teſtamenta plerunque excluduntur.Et hoc eſſe puto quod Cice.lib.3.de fi.bon.& mal.Ex hac,ĩquit,animorum affectione teſtamẽta, commendationesque morientium natæ ſunt.Huic teſtamẽti factioni,vti ſubſtantię inſeparabiliter ineſt libertas illa qua vnicuiq; ciui Ro factio illa ẽ pmiſſa.Quẽadmodũ.n.lex neminẽ aliis vitiis non incidentib.teſtari prohibet,ita neminem ad teſtãdum cogit.Et hoc eſt qđ lege 12.tab.

Source : BIU Cujas

fuit expreſſum. Vti quiſque ſuæ rei legaſſet, ita ius eſto, ſaltem eũ qui teſtiñ facere inſtituit, formam a iure præſcriptam ad vnguẽ vt ſeruet aſtringit: ſed id libertati teſtandi nihil detrahit, quemadmodum quod clericis aliiſq; quibuſdã perſonis carnalia matrimonia interdicuntur, libertatem matrimonii nõ imminuit.

45 Ergo id quod † paulatim moribus, hoc eſt, legibus gentium eſt receptũ firmatũq;, potuit ꝫ riis morib. abrogari, & in deſuetudinẽ abire. l. de quibus. ff. de ll. cũ infinitis aliis. Nam vt inquit ille.

Moribus antiquis res ſtat Romana virisq;.

Sed vt hic & quaſi ad oculum tibi demonſtrẽ, q̃ non ſit conſuetudo iſta, cui pactum hoc innititur, nec etiam generaliter quarumcunq; prouinciarum ſtatuta, ordinationes liberam hominib. teſtandi facultatem adimentes, a bonis morib. turpitudinem & omnem inhoneſtatis ſpeciem auerſantib. alienæ. In pri-

46 mis vides † lege ipſa abdicari a quamplurimis liberũ hoc a natura quaſi ipſa conceſſum teſtandi, teſtamentiq; mutandi arbitrium. Nam & paterfa. poſtquàm ſe arrogari permiſit, non ſolũ quod ante fecit teſtiñ ruptum, irritumq; eſt. §. non tñ. verſ. nam ſi ideo. Inſt. quib. mod. teſta. infir. ſed & ſtante hoc vinculo arrogationis aliud facere vel ante factum mutare nõ poteſt, vti hoc ex §. non tamen, inferre & colligere licèt, & probatur in l. qui in poteſtate. 6. ff de teſtam. & inſti. quib. non eſt permiſ. fa. teſt. in prin. Item ingreſſi monaſteria (vt & ſupra monuimus) ipſo iure ſe ac ſua Deo dedicant, itaq; in his, quod habuerunt, liberum amittunt arbitrium, vtpotè nec domini rerum. auth. ingreſſi. C. de ſacroſan. eccleſ. Sic olim lege Aelia Sentia ius libertatum dãdarum in teſtamẽto fuit cõſtrictum, vt tit. inſt. quib. ex cau. manumit. non licet. Fuſius item & Caninius lege lata vetuerãt, ne vltra certum numerum teſtamento datæ ſeruis libertates tenerent. Inſti. de lege Fuſ. Can. tol. quam tñ vti libertati teſtamento

47 rum inimicam poſt ſuſtulit Iuſtin. † Fuerunt apud eoſdem Romanos variæ teſtamẽtorum formæ inductæ, rurſusq; paulatim aut abrogatæ aut mutatæ. Inſti. de teſta. ord. in princi. vbi doctè Viglius. Inter cæteras ea teſtamẽti forma, quæ per æs & libram, hoc eſt, imaginariam vẽditionem fiebat, ideo progreſſu tẽporum eſt antiquata, ꝙ contra bonos mores ciuitatis eſſet, quaſi votum captandæ mortis inducens, quod veterum ſimplicitas & in ipſa paupertate ꝓbitas nõ cõſiderabat, prodigioſũ hoc & abominabile genus inſidiatũ nõ præſumẽs, nã vt Tibullus ait:

Tunc melius tenuere fidem, cum paupere cultu
Stabat in exigua ligneus æde Deus.

Immo iure quo adhuc vtimur, libertates hæ teſtamentorum per legem Falci. & S.C. Trebellianum notabiliter, ſed vtili & ſalutari admodum Reip. modo ſunt imminutæ, tot. tit. Inſtit. & ff. & C. ad l. Falci. & ad S.C. Treb. Ex quib. vel luce clarius meridiana cerni põt, q̃ nõ ſint coarctationes & cohibitiones hæ teſtamentariæ, eiusq; liberi arbitrii moderationes a ratione naturali atq; morũ honeſtate ſeiunctæ: alioquin. n. nullo valuiſſent mo-

48 mento latæ illæ leges. Iam valet illatio † a lege ad conſuetudinẽ tam affirmatiuè, quã negatiuè facta. l. de quib. in fin. ff. de lega. §.

49 ſed ius. Inſti. de iur. natural. gent. &c. † Videmus item hodie & innumerabilib. Prouinciarum exemplis & ſtatutis locorũ omnem paſſim teſtamentariam ſuper hæreditariis vel aditis bonis diſpoſitionem planè vel in parte eſſe prohibitam. Sic Ferronus in conſuet. Burdeg. de teſta. 22. §. 7. pleriſq; locorum ſtatutis receptum meminit, vbi nemini ſit conceſſum parentẽ gradu cõſanguinitatis proximiorẽ teſtamento exhæredare a bonis immobilib. quæ ſucceſſione obuenerint, ſed debere illi duas omnino partes relinquere liberas, & ab omni onere immunes, qđ verum ait etiam iuſta exhæredationis cã intercedente, quo caſu ſtatutum non ſolum aufert in beſſe illo liberam teſtandi fa-

50 cultatem, ſed & eundẽ alteri immobiliter defert. Et huius † cõſuetudinis vel ſtatutorum rationes etiam Romanarum legum auctoritate, haud obſcurè cõprobari poſſe videntur, quib. libertus ita teſtari iubebat, vt patrono partem dimidiã bonorũ ſuorum relinqueret: Et ſi nihil aut minus parte dimidia reliquerat, dabatur patrono cõtra tabulas teſtamenti patris dimidiæ bonorum poſſeſſio, videlicet. n. imago ſocietatis & ad remunerandũ tam grande beneficium, quod ex ſeruitute in ciuitatẽ Romanã eſſet productus, huius partis præſtationẽ induxit & extorſit. l. j. ff. de bon. lib. Inſti. de ſucceſ. libert. in prin. Quando itaq; eiuſmodi ſtatuta per totam ferè Germaniã & paſſim frequentantur, &

51 I.C. ſæpenumero, † ab iis quæ in more poſita & vſu ſunt recepta valide argumentatur. l. quod ſi nolit. 31. §. quia aſſidua. 18. ibi. Ea cñ quæ ſunt moris & conſuetudinis in bonæ fidei iudiciis venire debẽt. ff. de ædil. edict. l. ſi fundus. 6. ibi. Ex conſuetudine. ff. de euict. l. ſi de interpretatione, cum l. ſeq. & 4. præceden. ff. de leg. & plenè videda ſunt, q̃ annotauit Præſes Euer. in Topicis legalib. in loco ab vſitato, ſeu a ſolitis. Graue foret eiuſmodi ſtatuta, & a populo pacta frequẽtiſſima quaſi ad viuum præſcindere & eliminare. Sed dices. Illa ferè oĩa quæ cõpilaſti hactenus, de parte bonorũ teſtamentis alienari vetita loquunt, in reliquis teſtãdi arbitriũ nõ adimunt, & non tñ peccatur ꝫ bonos mores in

60 parte, quantũ in toto, iuxta illa quæ alibi expreſſim notauit Ioã. Dilectus de arte teſtandi. Quamuis hic reſpondere poſſem nec noſtro pacto, vel conſuetudine pactũ hoc fouente liberã & om-

52 nimodã teſtandi facultatẽ † abrũpi, immo ne in bonis quidem ipſis pacto obnoxiis auferri, ſed voluntatẽ, quæ aliàs ad ſupremum vſq; vitę halitũ ambulatoria & mutabilis erat futura, a tẽpore initi pacti arctat & obligatoriã facit, ſeu neceſſitatiuã eam quæ ſemel fuit libera. & ſic non teſtandi potius, q̃ teſtamenti ſemel facti mutandi poteſtatẽ aufert, argu. eor. quæ tradit Petrus Peck. in trac. de teſta. coniug. lib. 3. c. j. tñ qñ ſtatutorum & Prouincialium conſuetudinum meminimus, reſpõdere aliter poſ-

53 ſumus, nẽpe ꝙ in his † q̃ ſint in natura turpia, illicitaq; & bonorum morum honeſtati, quaſi vnanimi gentium conſenſu, indubitanter ꝫ ria, eadẽ eſt cã illationis prohibitiua de loco ad locũ, & de parte ad partẽ, quæ eſt de toto ad totũ, ita vt nec lex generalis, nec ſpecialis, nec ſuper parte bonorum in talib. ferri vlla poſſit, impedientib. ſ. generalib. iuris præceptis & doctrinis. l. iuſtitia. ff. de iuſt. & iur. §. iuris p̃cepta. Inſti. de iu. nat. gen. & ci. quo referantur ea quæ ſcribit in Paradoxis Cice. Peccare eſt tanquã tranſilire lineas, qđ cum feceris culpa cõmiſſa eſt, q̃ longè progrediare, cum ſemel tranſieris, ad augendam tranſeundi culpã nihil pertinet. Et Cicero non Ethnico & indocto, ſed Chriſtia-

54 no & Iuriſconſultiſſimo planè modo in libris de officiis. † Tale verò quid arbitrium hoc teſtandi nõ eſt. Quid. n. peccarunt, quid turpiter egerunt illi qui libere & aĩo benè deliberato ſemet hoc arbitrio priuarunt, ſiquidem voluntatẽ humanam, & ſpem futuræ actionis, plena inteedente donatoris voluntate transferri vel auferri poſſe nõ immerito placuit. l. 3. C. de don. c. ſi religioſus. de elect. in 6. Ergo nihil vetat tam pro parte q̃ in totum liberam teſtandi facultatem ſtatutis vel etiam pacto tolli, & hoc vt oĩa eleganter tenet Couar. in rub. de teſta. par. 2. nu. 5. & 6. verſ. nã & ſtatuto, & nu. 15. ver. Sed hæc opinio vſus tõnibus Fortuniij Garzias de vltimo fine iuris quem vtinam nobis videre contigiſſet, ne quid præter rõnẽ recti iudicii hac in parte ſcripſiſſe videremur. *Sed iã reſtat refellere. l. ſtipulatio hoc modo. ff. de verb. obl. & l. ex eo. 4. C. de inuti. ſtip. haſce. n. ambas Couarruuias d. loco. nu. 16. vnico ſignificatu cõplectitur, & ſol*uens ipſe dicit. Iſtarum legũ pacta non modo eſſe ꝫ bonos mo-

55 res ciuitatis, ſed etiã honeſtatis, † ſiquidẽ illicitũ & ab omni honeſtatis ſpecie alieniſſimum ſit, pœnæ adiectione velle quenq̃ aſtringere ad certã hæredis inſtitutionẽ Dd. ll. ne inuito cuiquã hæres ſuus agnaſcat §. ſed ſi quis. Inſti. de adopt. repugnante hoc caſu in ſpecie. l. j. C. de ſacroſ. eccle. Hac rõne ſtipulatio pœnalis inter ſponſos, & eorum parentes ſup ſponſalib. interpoſita eſt ipſo iure nulla; qa nõ ſm bonos mores interpoſita nulla eſt ipſo iure, & inhoneſtum viſum eſt vinculo pœnę mrimonia ob-

56 ſtringi, † ſiue futura ſiue iã cõtracta, vt ait I.C in l. Titia. 134. ad fi. prin. ff. de verb. obl. c. Gẽma. ext. de ſponſ. cum alioquin extra pœnam tractatus iſte matrimonialis bene valuiſſet c. j. in fi. extra de ſponſ. impub. c. ſicut. c. ex literis Siluani. ext. de ſponſ. Legis itẽ finalis. C. de pac. non ita difficilis erit ſolutio ei qui rõnẽ Imp. in fine l. poſitã diligenter examinat, ibi tex. Cum in alienis rebus ꝫ dñi voluntatem aliquid fieri vel paciſci ſecta noſtrorũ tẽporũ non patitur. Et hoc caſu maximè improbũ eſt & infauſtũ, quẽ ſollicitũ eſſe † de viui hrditate, vt ait I.C. in l. 2. §. interdũ. 2. ff. de vul. & pup. ſub. qui intellectus apprimè conuincit ex

57 eo, ꝙ aliæ eiuſdẽ l. rõnes accedente etiã conſenſu eius, de cuius hrditate agebatur, non ceſſent, qđ ſagaciter expendit Couarr. d. loco. & in ca. quãuis. de pac. in 6. in initio. 2. par. eius relectionis. nu. 2. Sed vt rẽ auctoritatib. finiã † ſtatutis prouincialib. & locorũ cõſuetudine, itẽ proprio & libero paciſcentiũ conſenſu liberã teſtãdi teſtamentumq; mutuandi poteſtatẽ poſſe tolli, maxi-

58 mè ſi talia ſtatuta loquantur de certa parte bonorũ, non ẽt de quota hrditatis. pulchrè & neruosè tenet Couarru. in relec. d. c. quãuis. de pac. in 6. 3. parte ſtatim ab initio, & Deci. in l. pactũ qđ dotali. C. de coll. Bal. in d. c. morib. Idẽq; ſentit Vigilius in §. acceſſit. nu. 8. Inſt. de teſt. Guil. Bened. in c. Rayn. in verbo duas habens filias. nu. 197. cũ infinitis ſeq. & in verbis & vxorẽ noĩe Adelaſiã. nu. 34. & ſeq. Idẽ Benedic. in d. c. Rayn. in eiſdẽ verbis & vxorẽ noĩe Adelaſiã in quinta deciſione. nu. 477. vbi multa, vt & ferè per totũ illum tractatum tradit aureis ſignãda literis. Adde Capellã Toloſanã in deciſ. 453. & deci. 454. vbi vide additionẽ Aufrerii, & Nicolaũ Boeriũ dec. 355. Sed iã ad finẽ ſecũdi mẽbri tertii huius capitis ꝓperãti mihi iudex vr monendus,

59 vt ſi fortè in loco, quo conſuetudine vel ſtatuto tales † vniones nõ planè ſunt receptæ, ſed dubia adhuc fortuna ſuſpenſę pactũ hoc in diſceptationẽ vocet, ne ꝯtinuo id explodat, ſed aut principẽ cõſulat, iuxta l. eũ quem temerè. 79. §. j. ff. de iudi. & toto tit. C. & ff. de relation. aut etiã ſiquidẽ a formis aliarũ prouinciarũ, & reformationũ, vel a præſcripto huius tractatus non ſit omnimodo alienũ, ꝓ eo ꝓnunciet. Nã ſi quo in loco conſuetudo deficiat, tũc id qđ proximũ & conſequẽs eidẽ eſt, ſequendũ erit. l. de quib. vbi elegãter Iaſ. nu. 4. & 14 ff. de legib. neque deterreat eũ rigor legũ, qb. s. hoc pactũ in dubiũ vocare, & deſtruere co-

60 nati ſumus. Meminerit enim multa iure ciuili † contra rationem diſputandi pro vtilitatis communi recepta eſſe innumerabilibus exẽplis comprobari poſſe, vt ait I. C in l. Ita vulnera-

tus.

Source : BIU Cujas

tus.51.§.vlt.ff.ad l. Aquil.& in l.vnic-C.vt act.ab hær.& cõt.hær. l.posthumus.12.ff.de iniust.rup. & irri.fact.testamen.l.hoc.amplius.9.ad finem ptincip.ibi.Iuliani sententiam vtilitas probat. ff.de damno infecto,quam ad id allegat Cast.& Zasius in l.si inter me.ff.de excep.rei iudic.Expediti nunc de primo contra secundum membrum huius c.medio,quo dicebatur,consuetudinem hanc peccare in formam publicam a legibus introductã,
61 excutiamus & secundum. † Et sanè cum eadem sit consuetudinis iam inductæ quæ legis rogatæ potestas, ridiculum esset dicere consuetudinem peccare in legem, quæ in futuram non habeat imperium vt parem.l.nam magistratus.4.ff.de recep. arbi. sed quæ legem publicam in loco,in quo viget, vincit & abrogat. Proinde queadmodum lex potest per figmẽtum adoptionis certa ad id data forma inducere, vt qs sit filius & hæres, qui in veritate nec filius nec hæres extra istam fictionem futurus erat,ita consuetudinem per sua solennia similes fictiones inducere posse,quis est qui merito dubitet.Facit, quod notat Bald.in l.sed ea.nu.1.ff.de legibus vbi expresse tenet, consuetudinẽ posse derogare solennitatibus,videatur Ias.in l.j.col.37.C.de sum.
62 trini.Tertium argumentum, † quo hoc pactum euertere conabamur,est,ꝙ votum inducat,occasionemque præbeat alterius mortis captandæ.Quis verò ille est, qui genus humanum incõperti cuiusdam latrocinii reum facere aggreditur.Iste enim metus in profligatissimos tantum & sceleratissimos homines cadit,qui insidias ob leues res facilè struere solent his,quorum pactas vel deferendas hæreditates venantur,quorum etsi non desint exempla apud Suetonium in Galba c.9.& in Caligula c.38. & ostendit luculenter Cicero de quodam Oppiniaco & mulie re Milesia ĩ orat.pro Cluentio,& Tryphoninus in l. Cicero.39. ff.de pœn.§.sinautem quis ita. Inst.de pub.subst.

Tamen heus tu

Desine paucorum diffundere crimen inomnes.

Vt ille cecinit,nam cum omnes probi esse credantur.l.pen. C.de euict.l.meritò.51.ff.pro socio.l.quoties.18.§.qui dolo.j.ff. de probat.cum concord.In dubio hanc fraudis suspicionẽ non admittimus.c.vlt.extra de præsump.l. omnimodo.30.C.de in-
63 offi.test.l.cum pater.77.§.rogo.25.ff.de leg.2.Adde † ꝙ actus hominum ob solam captandæ mortis occasionem iure ciuili nũquam improbantur,cui rei argumento sunt legata mortis causa donationis,& omnes denique institutiones & substitutiones hæredum,siquidem periculum est,ne legatarii,donatarii,& hæredes instituti vitæ eorum insidientur,quorum mors sibi compendium est allatura, vide quæ doctè in hanc rescripsit Antonius Guibert.quæst.iur. memor.lib.j.capi.6.& 7. Adde etiã quæ a nobis supra hoc capite dicta sunt nu.25.& seq. Descendamus porro ad tertium principale huius secundi capitis membrum. Diximus supra pactum hoc vnionis non esse omnino a rationibus iuris communis alienum: A nne ergo si priuati inter se super hæreditate,vel filiatione per vninem liberorum paciscant, tales dispositiones absque eo quòd publicis actis insinuentur,
64 vale. † In quo quidem puncto decenter nos submittimus censuræ Gaylianæ obseruationis.125.in fin.vbi is inquit.Etiamsi ex generali quadam consuetudine promiscuè cuiuslibet voluntati & priuatæ affectioni permitteretur,citra vllam publicæ solennitatis necessitatem contractum hunc vnionis celebrare,talem consuetudinem tanquam corruptelam & multorum malorũ causatricem,esse ipso iure nullam, neque attendendam.libr.2. Pract.Obser.Neque reformido,ꝙ obiici possit,id quod docent Barto.Bald.Castrens.& alii ad l.pactum inter hæredem.46. & l. non impossibile.50.ff.de pact.quod id etiam pacto potest fieri, quod lege vel testamento. Quæ ratio argumentandi maximè procederet in iis, quæ non sunt regulis honestatis & bonis moribus peccatum auersantibus contraria, quale hoc pactum no-
65 strum non esse supra deduximus. † Ista enim inductio iam dudum per eosdem, tum maximè per Iasonem ad supradic. leges est explosa exemplis ibi adductis elegantissimis.Pariter non obstat,si negatiuè intuleris. Quicquid est prohibitũ fieri pacto, id nec per legem,statutum,vel consuetudinem expediri potest l.fin.C.de rebus alien.non alien.glo.in rub.de decur. libro 10.c. sacrosancta.c.Messana.extra de elect. Hæc enim tantum obtinent in iis quæ propter sui turpitudinem, & malos mores fieri prohibentur,ibi ratio illationis tenet, diciturq; consuetudo eatenus tacitum pactum in l.de quib.& in l.sed ea.ff.de legibus.in cæteris notissimum est maiorem consuetudinis & legis quàm pactorum esse virtutem. Dd.in d.l.non impossibile, & Præses Euer.in loco legali a pacto ad legem statutum, vel consuetudinem.Hic verò si & hoc ingesseris. Si pactum hoc non est omnino legibus nostris improbatum, sed earum exemplis similitudine quadam adaptabile; quis prohibebit me quo minus ẽt absque solennitatibus hic requisitis priuatim paciscens legẽ diuisioni bonorum meorum dicam,& liberis succedendi modũ præscribam,præsertim cum ea quæ inter liberos & parentes geruntur,minori negotio valeant, neque eam enixam legum desiderent solennitatem.l.fi.C.famisercisc.l.hac consultissima.§.
66 ex imperfecto.C.de testa. † Respondeo,quatenus de suis tantũ bonis inter plurimum matrimoniorũ proles volet disponere, liberum hoc ei ex forma superioribus legibus præscripta relinqui,de quo tamen latius infra in c.de forma.At cum de bonis liberis iam ex matris vel aliorum successionibus acquisitis taliter paciscivult,tunc, quia speciem aliquã alienationis hæc res præ se fert,nõ potest pater id priuatim facere nisi apud acta, totius vel certè maioris partis Ordinis intercedente decreto ineũ di contractus,vel dissoluendæ obligationis causa probetur, vt eleganter dicunt Impp.in l.2.C.de præ.decur.lib.10.tit.33.& in l.j.ibidem in verbis.Interpellet iudicem competentẽ, omnesq; causas singulatim quibus strangulatur exponat,& infra sub fide actorum,tumque firmitatem res hæc habitura est. argumento l.cum putarem.36.ff.famil.erciscund.Deinde considerandum est pactum hoc aliquando interponi cum merè extraneis, puta
67 vxoris ex alio marito filiis. Iam † certum est solennitatis omissionem quamuis liberis non officiat, extraneæ tamen personæ nocere.d.§.ex imperfecto. vnde merito pactum hoc priuatim factum non minus reiicimus,quàm legitimis solennitatib. innixum probamus.Denique cum diximus † pactum hoc nõ om
68 nino a legibus Roma. alienum,ita diximus, vt omnibus solennibus adhibitis & præscriptis hoc iudicãdum censuerimus: Itaque iam capite secundo finem donamus in hoc residentes, pactum hoc non directo improbari & si minus comprobetur, ex consuetudine tamen plenam vim sumere, non tamen eousq; vt sine solennibus ab eadem consuetudine inductis priuatim factum valeat.

¶CAPVT IIII.

¶Quæ personæ hanc vnionem facere possint, & coram quibus.

SVMMARIVM.

1 *Vnio potest ab ijs celebrari,qui matrimonium contrahere possunt, quandocunque siue ambo ex alio thoro liberos susceperint,siue alter tantum.*
2 *Vtrum naturalis solus vel cum alijs legitimis existens pacto vnionis possit excludi.*
3 *Pater potest naturalem legitimari facere etiam inuitis his qui ab intestato vocarentur.*
4 *Naturalis in necem legitimorum non potest per hoc pactum vltra legitimum modum quicquam capere.*
5 *Nomen liberorum nunquam verificatur in naturalibus ad præiudicium legitimorum.*
6 *Olim singularis fauor erat eorum qui curiæ offerentur,sed hodie cessat id, cũ quilibet id sponte affectet.*
7 *Concubinatus hodie non est de genere permissorum.*
8 *Si vnionem faciens non habeat alium præter naturalem,tunc is vocatus censebitur.*
9 *Nominatio est modus quidam legitimationis.*
10 *Concedens feudum ei quem scit naturales tantum habere liberos,videtur naturales etiam vocasse.*
11 *Naturalem excludi per legitimos verum est in paternis bonis, secus in maternis.*
12 *Quatenus hoc pactum naturales comprehendens extendatur ad bona aliorum.*
13 *Filij ex non legitimo coitu suscepti succedunt matri & mater ipsi.*
14 *Atque illa filiorum successio,ne quidem per legitimos impeditur.*
15 *An ex concubina & sacerdote natus matri succedat.*
16 *Coitus sacris ordinibus initiati cum concubina vtroque iure damnatus & punibilis.*
17 *Ex concubina sacerdotis iuxta Bartol. sententiam matri succedere non videtur.*
18 *Plenior huius quæstionis decisio, remissiuè.*
19 *Mulier ex non damnato coitu susceptum,licèt extra matrimonium, vi pacti vocasse censetur.*
20 *Vtrum vir & vxor inter quos propter ætatem,vel aliàs causas exilis proli spes est,vnionem faciant.*
21 *Frigidi & reliqui,qui ad debitum carnale præstandum idonei non sunt, matrimonium non possunt contrahere.*
22 *Insigne Augusti Cæsaris de effœtæ mulieris libidinosis nuptijs & impio testamento iudicium.*
23 *Sola sterilitas non impedit nuptias.*
24 *Matrimonium in multis legis est obsequium & humanitatis officium.*
25 *Matrimonium etiam sine spe effectus matrimonij dicitur.*
26 *Moriens etiam in extremis matrimonium contrahere potest.*
27 *Si ambo licèt effœti,ex prioribus matrimonijs liberos habeant, vnionem facere possunt, aliàs secus.*
28 *Coram quoiudice hæc vnio facienda,remissiuè.*
29 *Si bona in diuersis territorijs sint sita quæ in vnionem veniunt, vtrum corã vtroque,an coram altero vnionem celebrare sufficiat.*
30 *Adoptio & emancipatio coram iudice etiam illius loci non ordinario fieri possunt.*
31 *Quæ voluntariæ sunt iurisdictionis etiam extra territorium expediri possunt.*

Source : BIU Cujas

Iacobi Richij, De Vnione prolium.

32 *Prorogatio iudicis non ſui de iure eſt licita.*
33 *Veritas eſt ſine vtriuſque iudicis auctoritate vix fieri poſſe vnionem.*
34 *Sic tutela non committitur ſine vtriuſque iudicis auctoritate.*
35 *Decretum vtriuſque iudicis neceſſarium in alienatione rei minoris extra domicilium ſitæ.*
36 *Si alterius iudicis copia haberi non poſſit, ſufficit eius auctoritas, ſub quo maior pars rerum ſita eſt.*
37 *Quæ cauſæ cognitionem requirunt, licèt ſint voluntariæ iuriſdictionis coram iudice territorij tractanda ſunt.*
38 *Prorogatio quæ ſit tacitè habet in ijs, ſolum locum qui expreſsè prorogare poſſent.*
39 *Non ſolum clericis, ſed & laicis hoc tempore interdicta eſt prorogatio promiſcua.*
40 *Coram eccleſiaſtico iudice non eſt neceſſarium hanc vnionem facere.*
41 Ratione iuramenti poteſt hæc cauſa ad iudicem eccleſiaſticum trahi.
42 *Propter res in vnionem deductas, quæ ſunt in territorio Epiſcopi, coram eo hæc celebratur.*
43 *Si iudices malè aut negligenter in hac vnione verſentur, in ſubſidium imploratur iudex eccleſiaſticus.*

1 ILlud eſt quam explorariſſimum, perſonas, † quæ inter ſe matrimonium contrahere poſſunt, vel iam nunc in initio cõtractus, vel poſtea ſtãte matrimonio (ſecùs eſt ĩ ſtatuto Frãcofurtenſi, vbi nõ niſi ante matrimoniũ, vel in ipſo nuptiali tractatu, licèt de vnione paciſci &c.) poſſe ſuper prioris & huius præſentis matrimonij liberis pactum illud vnionis cõficere. idq́ue ſiue cõtracturi iã ambo ex prioribus diuerſis thoris liberos habeãt ſuperſtites, ſiue alter tantum. † Sed pone, habet quis
2 naturalẽ ſobolem tãtum, vel etiam cum legitimis prolibus ex præcedenti matrimonio genitis, deinde aliud cõtracturus, vult eã vnitam eſſe, cum alterius matrimonij liberis, hoc eſt vult, vt hic naturalis pacto vnionis incluſus, ſimili cũ alijs omnibus ſpe ſuccedẽdi gaudeat, quæritur, an hoc poſſit efficere pacto? Quod videbatur dicendum ad ſimilitudinẽ eius legitimationis liberorum, quæ olim per oblationem curiæ celebrabatur, procedebatq́ue exiſtentibus ẽt legitimis. Nouell. cõſtit. quib. mod. natutales effic. ſui. 86. §. ſi quis igitur, in verbis. Siue legitimorũ filiorũ ſit pater, ſiue nõ, & infra eod. Proinde pater quidem etiam exiſtẽti
3 bus legitimis offert Curiæ non legitimos filios. † Secundò quia hi vti extranei & inculpati etiam veteri Romanorũ iure vidẽtur potuiſſe ex aſſe hæredes inſtitui, modo portio legitimis iure naturæ debita ipſis aſſeruaretur integra, argumẽto. l. naturali. 7. ff. de cõſir. tut. pater enim poteſt filiũ naturalem legitimari facere inuitis & non conſentientibus his qui ab inteſtato vocabuntur, aut verò in teſtamento diſponere, vt legitimetur & ad eius ſucceſſionẽ admittat̃, quare poſſet pater etiam inter alios & ex alia cauſa donãdo ſcilicet, legãdo, diſponere & proprios filios vſq; ad legitimã priuare. Bar. & Dd. in l. Gallus. §. & quid ſi tãtũ. ff. de lib. & poſthum. Hinc in ijſdem ꝺigeſtorũ libris ſæpius naturalium liberorũ mẽtionẽ fieri videmus, nũc vt à patribus hæredũ inſtitutorũ. l. fi. ff. de iur. delib. nunc cũ legitimis ſimul ſucceſſiſſe. l. Lucius. 40. ff. de vulg. & pupil. nunc ijs fideicõmiſſa relicta l. Lucius. 88. §. Damæ. 12. ff. de leg 2. nunc; ſuper illis S. C. ita aliquot promulgata fuiſſe. §. fi. Inſti. ad Terty. l. 2. ff. vnde cog. Et ſic videbatur illos hoc expreſſo verborũ pacti tenore legitimè
4 vocatos eſſe. † Sed nos cõtra cẽſemus naturali huic in necem filiorũ legitimorũ, vltra præſcriptũ legis emolumẽtũ hoc pacto nihil acquiſitũ eſſe iuxta l. humanitatis. 8. cũ auth. ſubiecta. C. de natural. l Immò nec quidẽ ipſum aut vix cẽſeri incluſum, argũ. l. filiũ. 6. ff. de his qui ſui vel alien. iur. ſunt. l. placet. 4. vbi gl. & Bal.
5 ff. de li. & poſth. & hoc liquida ratione cõſtat; † quia actio ſeu repreſentationis hoc ius, quod ex d. §. Damę infertur, nũquã intelligitur in præiudiciũ legitimorũ verti, maximè quib. ius eſt acqſitũ. l. ſi mulier diuerterit. 20. ff. ſolu. mat. & ibi Dd. vnde elegãter dicit gl. in Clemen. vni. de baptiſ. ꝙ quoad cõmoda & honores legitimi tãtũ liberi cõtinẽtur nomine liberorum, neq; poſſe eorum, iuri iam quæſito in aliquo fieri præiudicium. Cæterum ꝙ quædã onera obſequialia & grauamina fieri aliquãdo, vt appellatione filium naturales tantũ cõtineantur. l. parentes. 6. vbi gl. & Dd. ff. de in ius voc. Neq; verò moueamur ijs quę de legitimatione per obligationẽ Curiæ celebrãda ſupra diximus, quia nihil illi cum hoc noſtro uacto cõe eſt, vnde a ſeparatis ceſſat illatio; tũ quia maior fauor eiuſmodi, q̃ noſtri, eſt pa ctitẽpore eñ
6 † illarũ ꝙſtitutionũ ius illud ſingulare legitimãdi ꝙcedebat̃ ꝓpter magnã Curialiũ inopiã, quæ hodie ceſſat, cũ oẽs, quæ nũc inualuit ambitio, curialitates, vt ita dicã, affectẽt. Minus verò dubitãdi ratione altera offendimur, illa eñ iura ſunt iãdudũ per d. l. humanitatis, & auth. licèt, Nouellãq;, vñ ea deſumpta eſt, ad iuſtę moderationis arbitriũ reſtricta, arg. l. generaliter. 6. §. cũ autẽ. in verbis. Reliquerit vel dederit vſq; ad modũ quẽ nos ſtatuim⁹
7 C. de inſti. & ſubſt. l. † neq; ẽt hodie ꝙcubinatus eſt de gñre permiſſorũ, quẽadmodũ olim fuit. di. 34. c. audite. 32. q. 2. c. ꝙcubinę in prin. q. 4. c. nemo c. dicat aliqs. Quid ergo ſi aliã ſobolẽ q̃ naturalẽ nũq̃ habuerit is, q vnionẽ de ſuis filijs paciſcitur? † Certè humanitatis intuitu nõ abſurdè videtur poſſe dici, tunc venientes
8 etiam hanc in ſimilem vnionis & communionis bonorum ſortem vocare voluiſſe & potuiſſe. argumen. dicta l. generaliliter. §. cùm autem dicta l. finali. ff. de iur. deliber. l. ex facto. 17. §. ſi quis rogatus. l. hæredibus. 77. §. fina. S. C. Trebellia. & dicto
9 §. Damæ. Idq́ue † ad exemplum eius legitimationis modi, qui per nominationem, fit proceditq́ue in omnibus bonis nominatis, ſcilicet non exiſtentibus, legitimis liberis, aut. ſi quis verò. C. de natura. lib. Mar. Mãtua ſing. 60. §. Nouell. vt liceat mat. & aui. §. ſi quis verò non habens. Nouel. quibus modis natur. effi. ſui. huc facit quod tradit Iac. Aluarottus in §. naturales, num. 13. ſi de feud. fuer. contr. inter domi. & agnat. † Quod ſi
10 dominus concedat alicui feudum pro ſe & liberis natis & naſcituris, quem naturales tantum habere ſciebat, naturales hos ad feudi ſucceſſionem admitti debere. Qui latius argumenta harum quæſtionum perueſtigare volet, videat Valẽtinum Forſterum de ſucceſſ. ab inteſta. titu. de ſucceſ. filiorum natura, in quæſtione, an appellatione filiorum in teſtamento purè facta comprehendantur naturales, cum quæſtio. ſeq. itemq́ue in ea: An legitimatio in prę iudicium tertii fieri poſſit in iure quæſito, q hãc rem concluſionibus aliquot illuminauit, & vide non tamẽ nimis ſecurè diſſerentem Ioan. Corraſ. Miſcel. lib. j. c. 7. & Gabrielem Paleorum de Nothis ſpuriisq́ue filiis. c. 27. & duobus ſeqq.
11 † Et hæc in bonis patris taliter paciſcentis locum habere puto. Nam matris ſucceſſio filio naturali, etiam extantib. legitimis, iure eſt parta ciuili. Sed an pactum hoc etiam extẽdatur ad bo-
12 na alterius qui cum hoc factum ſit? † Quod & videbatur dicendum eatenus, dummodo per hoc non lædatur ius cæterorum, quod vtiq; læditur, filii aut ſuperſint, aut in hocce matrimonio naſcantur proles naturales & legitimæ, qui caſus vt accidere poteſt, ita & ab amicis, tutorib. & magiſtratu ipſo nõ debet ꝓiici, ſeu inaduertentia quadam præteriri, debetq́ue iudex cuncta rimari & ſingula momenta conditionum plena cognitione perueſtigari iubebit. l. j. & toto titu. C. de prædiis & aliis rebus minorum ſine decreto non alien.

Hic dum mentis acumẽ in ſingulos (qui & *in primis hodie*) frequenter accidere poſſunt euentus, acrius intẽdo, *talis* ſubdit animum recordatio, exq́ue ea hæc iuris dubitatio, quã vbi pri-
13 mo notabile vnum præmiſero, ſubnectam. Illud † ferè conſtitit, ſi mulier extra matrimonium (quamuis ex coitu aliquo à legibus improbato & prohibito, dummodo nõ ſit talis coitus, qui à lege certam & quidem in perſonam matris deſtinatã mereatur pœnam) vnam vel plures habeat proles, quemadmodũ hæ matri & toti cognationi maternæ, ita & mater ipſis ſuccedet. §. nouiſſimè. Inſt. ad S. C. Orphicianum. l. ſi ſpurius. l. ex parte ff. vnde cognati. l. ex libera. C. de ſuis & legit. hære. l. quod verum exaudimus etiam extantibus, legitimis & naturalib. filiis,
14 dictis locis. & ibi. Dd. Hæc † deinde mulier ſi matrimonium cõtractura vnionem facere intendat, nihil prohibet quominus & haſce proles per iſtud pactum in viciſſitudinariam ſuccedendi ſpem vocare poſſit. Quinimmo etſi ſimpliciter filiorum in inſtrumento vnionis facta ſit mentio, haſce paciſcẽtes intellexiſſe nemo recta ratione addubitauerit ex iis quę ſup. adduximus. Verũ propone, mulier ex ſacerdote habet prolem, deinde matrimonium contractura hanc cum ſequentis matrimonii, vel mariti ſui ex priori thoro ſuſceptis liberis, cupit in vim vnionis ſuccedere & communium bonorum reddere capacem, an potẽs ſit id efficere pacto? Huius quæſtionis deciſio facilis erit, vbi deciderimus prius aliam opinionum aduerſis inter ſe frontib.
15 pugnantium mirè periclitatam, ſcilicet † an ex concubina & ſacerdote natus matri ſuccedere poſſit, nã ſi ſuccedit, vtiq; vnionis pacto etiam tacitè incluſus cenſebitur. In huius itaque quæſtionis deciſionem præmitto coitum hunc inter ſolutum & ſacris inſignitum ordinibus coniungentem, † non ſolum de iure
16 canonico damnatum eſſe & punibilem, vt patet ex cano. cum multa 15. quæſtio. 8. quem textũ veritati lectionis & nitori ſuo reſtituit nobis incomparabilis ille Didacus Couarr. in tract. de ſponſalib. & mat. ſecundæ partis, capitu. 8. §. 5. num. 17. textus eſt alius in c. ſi concubinæ. 55. extra de ſenten. excom. c. clericos. c. ſicut. c. ſi autem. extra de cohabit. cler. & mulier. Sed etiam legibus ciuilibus maximo operè eſſe improbatum, vt eſt tex. in §. ſi quis autem monaſticam, in N. C. de monachis. §. presbyteris. N. C. de ſanctiſſ. epiſc. adeo vt non modo clerici concubinarii, ſed & concubinæ ipſæ puniantur. ꝓ c. ſi quiſquã. in fi. in verbis, fœmina verò canonicè iudicetur. vbi gloſ. ext. de cohabit. cleri. & mul. & in d. c. ſi concubinæ. ext. de ſent. excom. † vnde videbat̃
17 filios quoque ex illo coitu prodeuntes planè & matri inſucceſſibiles eſſe per doctrinam Bart. in l. fin. ff. de his quibus vt indig. num. 4. vbi is, inquit, natum ex tali coitu ex quo & mater ipſa punitur, matri non ſuccedere, neque matrem ipſi, quod certè durum videri poſſet, niſi durius multo eſſet, tam fœdo delicto & execrabili magiſtratum per conniuentiam talem manus quaſi dare.

18 Nos † itaque tempore excluſi ſubſiſtimus, remittentes lectorem ad Rodericũ Suarez, qui in allegationib. ſuis, in l. j. ti. de todo home. num. 29. arreſti ſeu ſnĩæ cuiuſdã meminit latæ pro

filio

Source : BIU Cujas

filio clerici de bonis maternis contra poſſeſſorem eorūdē bonorū quendam Didacum de Madrigal.ciuem Salamantinum. Item ad Angelum Aret. in.in §.nouiſſimè.Inſti.ad S.C.Orficianum plenè in quæſtionibus ſuis Hartmannus Piſtoris de Seuſelitz,quæſtione 42.per totum.Interim quaſi longa parentheſi interpoſita noſtram prius propoſitam quæſtionem abſoluamus, qua quærebaṫ,vtrū mulier vniēs videaṫ ex nō dānato coitu ſu-
19 ſceptos † liberos extra mr̄imoniū ī vnionē p̄ pactū vocaſſe,qđ equidem putarim factum,cum in mulieris liberis nō diſtinguatur regulariter inter legitimos & extra matrimoniū nō tamen damnato coitu ſuſceptos liberos,vnde & Germanis in ore multum eſt Prouerbium illud: Rhein mutter tragt eyn baſtardt, hoc eſt,illegitimus nemo matri filius, quatenus ſcilicet ad ſucceſſionem:quæ paulo ſupra etiam obiter notauimus.

20 Sed hic illud etiam in diſceptationem vocari poſſet, † Vir & mulier cum iam vel propter ætatem, vel propter frigiditatem nulla,vel ex illis eſſet ſuſcipiendæ prolis ſpes,contrahunt matrimonium,vnionemq́ue iſtam in forma requiſita cōficiunt,quæritur,an tale pactū teneat?Sanè huius quęſtionis deciſio ex præiudicio illius,vtrum tale matrimonium teneat, multum iuuari vel eneruari poteſt,& planè videbatur huiuſmodi matrimoniū non tenere, vtpote cui bona ſua prædicamentalia,fides,proles, & ſacramentum non adſint, nam & explorati iuris eſt, † frigi-
21 dos,maleficiatos,eosq; omnes qui ad debitū carnale præſtandū idonei non ſunt à matrimonio contrahendo arceri. c. 2. ext. de frig.& malef.vlterius,quando eſt impedimētum etiā non perpetuū,quod tamē nō poteſt ſine corporis periculo amoueri, tūc tale impedimentum matrimonij contractum impedit.c.fraternitatis.6.ext.d.tit.taceo q̄ hi libidinis cauſa,& pruriginis ſeu fœdæ tentiginis ingliſcentia potius,quā bono coniugijzelo cōiun-
22 gi videāṫur.Adde exēplū illuſtre quod† Valerius Maximus li.7. c.7.refert, Septitia, inquit, mater Trancalorum Ariminenſium filijs irata,in contumeliam eorū cū iā parere nō poſſet,Publico ſeni admodū nupſit,teſtamēto etiā vtroque præterito : a quibus aditus D.Auguſtus,& nuptias mulieris & ſuprema iudicia impbauit,nam hæreditatem maternam filios habere iuſſit, dotē, qa nō creandorū liberorū cauſa interceſſiſſet coniugium, virum retinere vetuit,ſi ipſa æquitas hac de re cognoſcere potuiſſet,iuſtiuſne aut grauius pronūciaret?ſpernis quos genuiſti,nubis effę ta,teſtamēti ordinē violēto animo confundis, neq; erubeſcis ei totum patrimonium addicere,cuius pollincto iā corpori marcidam ſenectutem tuā ſubſtrauiſti.Ergo dum ſic te geris,ad inferos vſque cœleſti fulmine afflata es:Grauiter hæc & omnia Valerius,quæ omnia eò faciunt,vt fiat probabile coniugium illud, de quo diximus,improbandum & conſequenter pactum reijciendum eſſe,de quo latius vide Meuizanum in ſylua in nuptiali in ea quæſtione,An ſit ducenda vxor,amplia.3. Verius tamen videtur dici matrimonium etiam hoc caſu contrahi poſſe, pa-
23 ctumq́ue quandoque ſubſiſtere,† nam ſola ſterilitas matrimonium nō impedit.l.ſancimus.27.C.de nupt. Ideoq́; Iuſtinianus legem Papiam emendauit, atque antiquauit, qua nuptiæ inter maſculos & fœminas maiores quinquagenarijs & ſexagenarijs interdicebantur.d.l.ſancimus.l.ſi maior.12. C.de legit.hære.Ma-
24 trimonium † enim in multis vt ſenibus,legis eſt obſequium, & humanitatis ſolatium.can. quod ſi dormierit. can. quod ſi aperiant.3.q.1.Geneſis c.3.ibi.Nō eſt bonum homini ſolum eſſe,fa-
25 ciamus ei adiutorium.† Et matrimonium dicitur, etiamſi omnis ſpes effectus matrimonij deſit.can.Omne itaque.can. Beata 27.q.2.ſupereſt itaque vt quam non poteſt habere maritus vt vxorem,habeat tanquam ſororē.c.gaudemus.ext. de frig.& ma-
26 lef Hinc eſt† q̄ moriens etiam in extremis matrimoniū contra here poſſit.c.2.vbi latè Canoniſtæ. extra, de coniug. leproſ. Sichar.in l.3.nu.final. C.qui teſtamen fac. poſſ. Planè ſi corporis quadam imbecillitate & infirmitate nimia ſenſu iudicioque orbatus ſit alter,matrimonionium cōtrahi nō poteſt. l. patre. de his qui ſui vel alien.iur.ſunt.c.dilectus. 24. ext. de ſponſa. & ma-
27 trim.Ex hiſce inferre facile eſt, † q̄ ſi ambo hi contrahentes ex prioribus matrimonijs adhuc liberos habeāṫ,legitimè inter eos vnionem fieri,& in ad filiationem ſucceſſionēq; mutuā eos inuicem cooptari potuiſſe,quod ſi eos aut ambo,aut alter non habeāṫ,neque ex hocce matrimonio vlli prodeant, pactum illud quaſi neceſſaria conditione defectum ſua ſponte concidere.

28 †Sed iā ad alterum huius capitis membrum feſtinando,videamus coram quo iudice hæc pariatio & abuſiua filiorū adlectio celebrari debeat. Et quia hoc in fine capitis tertij attigimus. idemque latiùs in capite de forma proſecuti ſumus,ideò remiſſione eò facta,duas hic ſaltē intendemus tractare quæſtiones.
29 Primò,† finge perſonas quæ huiuſmodi vnionis pactum inter ſe erigere volunt,diuerſæ iuriſdictionis eſſe,vel propone bona quæ in cōſequētiam huius vnionis,poſt mortē parentum vniētium inter liberos cōmunicanda veniūt,ſub diuerſis diſtrictib⁹ ſeu territorijs eſſe ſita:quæritur an coram vtroque iudice vnio fieri debeat,an verò coram altero expediri poſſit?Et quidem prima fronte videri poterat ſufficere,ſi apud alterum ſaltem iudi-
30 cē hoc pactū interponatur.† Primò inſtar adoptionis & emancipationis,quæ corā incompetēte magiſtratu fieri poſſunt I. C. enim Paulus auctor ex,ēt apud Procōſ.in ea Prouineia quā ſortitus nō eſt,& manumitti & in adoptionē dari quē poſſe l.emācipari.36.ff.de adopt.Idē quoq; I.C.reſpōdet,emancipari filiū à patre quocūq; loco poſſe cōſtat.d.l.emācipari.facit.l.2.ff.de off.
31 proconſ.vnde Bar.Bal.Alb.& alij pro regula ſtatuūt,† ea quæ vo lūtariæ ſunt iuriſdictionis extta territorium exerceri & expediri poſſe.gloſſ.& Dd.in c.nouit.extra de offic.legati. Secundò quia is qui eſt aditus,videatur hac in parte tam quo ad bona, quàm quo ad perſonas per quandam prorogationis ſpeciem, competens fieri iudex, idq́ue rationi taciti vel expreſſi conſenſus par-
32 tium: † ſiquidem prorogare iuriſdictionem iudicis, nō ſui,hoc modo aliquem poſſe ex multis noſtri iuris locis conſtat, Bar.in l.j.ad finem.ff.de iudic.Innocen.in ca.cum veniſſet. extra de integ. reſt.

33 Sed nos rei & commodo liberorum ac pupillorum conſulētes,putamus vix fieri poſſe legitimè vnionem,niſi vtriuſque iudicis interponatur decretum, aut verò vtriuſque territorii bona adamuſſim explotentur, argum. tex.in l.iuriſperitos.30.§.cū
34 oriundus.ff.de excuſat.tut.ex quo Barto.& Dd.cōficiunt,q̄ † qñ bona pupillaria ſunt ſita in duobus territoriis,tunc vtriuſq; iudicis decretum requiri in declaratione tutelæ,text. in l. ſi prædiū. 16.C.de prēd.& aliis rebus minorum.&c.ibi, Sine decreto præſidis prouinciæ in qua ſitum eſt.adde text.in l.j.& ibi Ange.vbi
35 petantur tutor,vel curator.† Sic decretum vtriuſque iudicis ad cautelam ſolet adhiberi in contractu minoris Colonienſis, puta alienantis rem ſuam forenſem ſeu peregrè exiſtenten. Cyn. & eleganter Bald.in l.j.C.de cont.empt.vide text.& Canoniſtas in c.j.extra de rebus eccleſi.non alienand.& in c.paſtoralis. ext.
36 de priuilegiis. † Sanè ſi vtriuſque iudicis copia haberi non poſſit,ſufficit decretum iudicis loci, vbi maior pars rerum ſita eſt. Sic Bald.in d.l.j.arg.d.l.ſi prædium.ibi ſine decreto preſidis prouinciæ in qua ſitum eſt, & cæte. vide textum & ibi Barto. in l. magis puto. § illud quæri poteſt. ff.de rebus eorum qui ſub
37 tutel. vel curato. Et certè † videtur hæc deciſio optimam habere rationem ex gloſ.in d.capit.nouit.in verbo,terminos,dum ait etiam in iis quæ ſunt voluntariæ iuriſdictionis, dummodo plenam requirant cauſæ cognitionem (qualem in primis hæc vnio exigit pleniſſimam) non modò debere intra fines territorii expediri,ſed & iudice pro tribunali ſedente, quod poſterius propter formam quorundam actuum conceſſerimus, in vnione verò neceſſarium eſſe negauimus.i.capite de forma. nu.27. textus eſt alius,quem ad huius quæſtions deciſionem multum pertinentem poſteà inuenimus in l.fin.in fin.C.vbi de ratiociniis ogi oportet,in verbis.In loco in quo & inſtructio ſufficiēs, & nota teſtimonia,& veriſſima poſſunt documēta præſtari. cōcord.tex.in Nouel.vt omnes obed.iud.§.hoc conſiderātes &c. Atque ſic prima obiectio remota eſt,adde Iaſonem in l.nec qc quam 9.§.vbi decretum.j.ff.de off.proconſ.& legati.

38 Quod ad ſecundam dubitandi rationem attinet, habe, † prorogationem quæ tacito conſenſu fit, in iis ſolum locum habere,qui prorogare iuriſdictionē expreſsè poſſent, ne tacitus cōſenſus & præſumptus plus operetur quàm expreſſus & verus.
39 Deinde ſcimus †non ſolùm clericos inconſulto Epiſcopo ſuo iudicium prorogare non poſſe.c.ſi diligenti.de foro compe.ſed etiam in laicis hoc recepiſſe conſuetudinem.Bar.in l.2.ff.de iudiciis,& in l.j.§.& poſt operis.de nòu.oper.nūc.& ibi fusè Alex. Coſtalius in d.l.j.de iudiciis.

40 Sed † an corā Eccleſiaſtico iudice manifeſtari hæc vnio, aut poſſit aut debeat, quæ altera eſt huius ſecundi membri quæſtio. Breuiter licèt is inter viduas, pupillos & miſerabiles perſonas, quales ferè contrahentes hi ſunt,latiori iuris dicendi & æquitatis ſtatuendæ poteſtate ac diſcretione præditus eſſe videatur,tamen non cenſemus abſolultè neceſſarium eius hac in re auctoritatem deſiderare,cum hic neque de matrimonio, neq; de alia re ſpirituali,ſed de iure ſuccedēdi,quod merè ciuile eſt, agatur, præſertim cum alibi Cynus (iniquior ferè Canoniſtis) contra aliquot c.cenſuerit in ciuilibus indicendum,dicens:ſeruetur eorum decretalis in ordinibus,& legem noſtram ſeruabimus in ſucceſſionibus,vbi noſtram eſt iudicare.l.etſi contra.nu.4.C.de nupt.in l.ſi quis tutores.in fin.C.de inceſt.& inutilibus nupt.

41 Planè † ſi ratione iuramēti aliqua oriatur dubitatio, trahi poteſt cauſa ad iudicem eccleſiaſticum.c.fi.de foro compet.in 6.
42 Item† ſi dominium temporale,ſeu iuriſdictio rerum quæ in hanc vnionem deducuntur,ad iudicem eccleſiaſticum ſpectet, eius auctoritas requirenda eſt c.veniens.extra de iureiur.c.fi.ne
43 clerici vel monaci ,vel † etiam ſi laici iudices aut malè aut negligenter & ſupinè in hac vnione conficienda verſentur, tunc enim in ſubſidium imploratur Iudex Eccleſiaſticus maximè à perſonis omni ſolatio deſtitutis, quarumq́; maior in iure vertitur fauor,argumen.l.j.l.iudices.l. ſi præſens quidem.l.ſancimus, vt ſi quando,& aliis.C.de epiſcopali audientia.c. ex tranſmiſſa in fi.c.licèt ex ſuſcepto.c.ex tenore. extra de foro compet. vide Bald.in l.ordinarii.C.de rei vendi.& Aluarotum in d.§.naturales.titu.ſi de feudo fuerit controuer.inter domi.& agna. vaſalli.

Source : BIU Cujas

Iacobi Richij, De vnione prolium.

¶CAPVT V.

¶Quæ res veniunt vi huius vnionis communicandæ.

SVMMARIVM.

1 *A parentibus hinc inde acquisita liberis inter vnitos veniunt communicanda, quæ autē aliàs suis fratrib. conferre nō tenerentur, neq; vnitis conferūt.*
2 *Idem statuitur reformatione Moguntinensi.*
3 *Quæ filiorum forent, etiamsi parentum hæredes non essent, in vnione non comprehenduntur.*
4 *Sumptus studiorum, & libros filius vnitis non tenetur conferre.*
5 *An in dignitatem alicuius ex filijs collata veniant conferenda.*
6 *Quæcunque in quartam legitimæ imputantur collationi subiacent.*
7 *Militiæ quæ nec vendi, nec cedi, nec ad hæredes transmitti potest, nec confertur, nec in quartam imputatur.*
8 *Militia quæ vendi potest, licèt ad hæredes non transmittatur, in collationem venit.*
9 *Militia quæ ad hæredes transmitti potest, licèt non possit vendi, oneri collationi subiacet.*
10 *Quando feuda & emphyteusis conferantur, remissiuè.*
11 *Feudū à patre emptū pro se & hæredib. seu filijs imputatur & confertur.*
12 *Feudum antiquum ex prouisione primi acquirentis proueniēs, nec confertur, nec imputatur.*
13 *Feudum pro se & hæredibus concessum, licèt antiquum, conferri debet.*
14 *Ex consuetudine Franciæ liberum est vasallo de feudo testari.*
15 *Ex eadem fœminæ in feudis succedunt.*
16 *Si inæqualitas maxima ex sumptibus in prioris matrimonij liberos factis oriatur, debebunt ad æqualitatem conseruandam eos conferre.*
17 *Ex qualitate personarum præsumitur fere aut non præsumitur donatio.*
18 *Quæ pater dat filio, videtur vt filio, dare, & sic non donare, sed in peculium concedere.*
19 *Magnę impensæ in librorum comparationem factæ conferuntur.*
20 *Vitricus seu nouerca impendens quid in ascitos filios, potius negotium eorum gerere, quàm donare videtur.*
21 *Iudicis æstimatio hoc casu & viri boni arbitrium plurimum attendendū est.*

Atque ista quidem de verbo vnionis vi, eiusque significatione, causa, & origine, itemque quibus iuris rationibus hoc pactum firmetur, sufficiant, progrediamur nunc eò, vt ostendamus quæ res huic nostræ pactioni subiiciantur. De
1 quo regulam hanc constitui posse existimamus.† Quæcunque ex successione respectiuè paterna & materna filiis sunt acquisita, ea omnia vi vnionis huius veniūt communicanda, & vtrinque æqualiter diuidenda: at verò quæ iure communi ab onere conferendi sunt exempta, quæque filii præcipua haberent in successione parentum, si hæc vnio facta nō esset, ea nunc quoque præcipere debebunt, neque fratribus vnitis communicare
3 tenebuntur: æqualitatis tamē semper regulis attentis. Sic † etiā quæcunquàm filiorum sunt, etiamsi parentum suorum hæredes non forent; puta, feuda, maioratus, primogenituræ &c. Regulariter censentur huic collationi vnionis esse exempta, arg. l. si patroni filius. 55. vbi gl. no. in verb ad hæredē. ff. ad S.C. Tre. debebunt itaq; ista vti æs alienum sibi debitum, cuiusq; matrimonii liberi præcipere, arg. l. pater filiū. 54. ff. ad l. Falci. quia hæc non iudicio parentum ad eos pertinent, sed principali seu legali prouidentia, argu. l. si arrogator. 22. § j. ff. de adopt.

Quid verò de libris & sumptib. quos pater in studiis vnius horum filiorum impendit, anne conferentur? Et † tenet glo. in l. filiæ. 18. C. famil. erciſc. per illum text. & l. quæ pater. 50. ff. d. titu. talia non subiacere oneri collationis, rationem suggerit Barto.
4 in l. j. §. nec castrense, de collat versic. quandoque pater emit libros filio, sed necdum ei tradidit &c. quia, inquit, quando pater dat arma, equos & alia ornamenta militaria filio in militiā proficiscenti, non confert ea: ergo nec hæc conferri debent, quia militant & aduocati causarum. l. fori. 4. l. aduocati. 14. C. de aduoca. diuers. iudic.

5 Sed an ea quæ † in dignitatē vnius filii pater insumit, veniāt conferenda: vt in dignitates Ecclesiasticas, promotiones studiorum, decurionatum? Quod videbatur dicēdum per l. illud. pen.
6 C. de collat. vbi Imperator sic ratiocinatur. † Quæcunque in quartam legitimè imputantur, collationi subiacent, & tales ferè militiæ, dignitates imputātur d. l. illud. & l. omnimodo. §. imputari. C. de inoffi. test. Quocirca pro huius argumenti solutione libet succincta methodo & quasi in ordinem reuocare, quo anteſignanus sacræ forensis militiæ Barto. in d. §. nec castrense,
7 post se reliquit, dum ait, † quædam est militia, quæ nec vēdi, nec cedi, nec in hæredes transmitti potest, vt sunt beneficia ecclesiastica, episcopatus, prælaturæ, doctoratus, & similia non veniunt in collationem, sed cum persona prorsus extinguuntur, cùm nec in quartā imputentur d. §. imputari. & d. §. nec castrense. vide l. sacrosanctæ 32. l. cum lege Leonina. C. de episc. & cle-
8 ric. Alia † est militia quæ vendi quidem potest, non tamen ad hæredes transmitti, & ista in collationem venit, habita tamen æstimatione ad id, nō quantū pater p̄ ea expositi, sed quāti cōiter valeret post mortē patris qñ est conferēda omni onere deducto. Hoc post Bar. sic eleganter vide explicatū p Ias. in l. illud
9 num. 5. de collat. Tertia militia † è contrario vendi quidem nō potest, sed ad hæredes transmitti, vt feuda, & hæc oneri collationis subiacere creduntur, arg. d. l. omnimodò. §. imputari, in verb. vendi potest, vel ad hæredes transmitti, multò magis id de ijs militijs dicetur, quę non minus vendi quàm ad hęredes possunt transmitti, cùm etiam alterutrum ad hoc satis fuisset: cæterùm ne eorum quæ supra diximus parum hic memores videa-
10 mur. Quando † feuda & emphyteuses aut collationem patiantur, aut eidem eximantur, vide latius apud Ias. in d. l. illud. num. 4. apud Iacob. de S. Georgio in tractatu suo defeudis, versi. num pacto, quòd de ipso feudo possint vasalli inuestiti testari & per vltimam voluntatem disponere. nu. 17. per totum. Alc. in l. in quartam. 91. ff. ad l. Falc. Alex. conſ. 19. & 27. volum. 5. Illud ferè
11 de hac quæstione constitit. Quòd † si feudum à patre sit emptū pro se & hęredib. seu pro se & filijs, tunc & in legitimam imputari, & in filios vti hæredes transire, & similiter in collationem
12 venire. Alc. d. loco. nu. 41. At † si feudum sit antiquum, sicque non ex substantia patris, sed ex prouisione primi acquirentis proueniens in legitimam non cōputabitur, arg. l. scimus. 36. in
13 prin. versi. repletionem. C. de inoff. test. nisi † & antiquum feudum pro se & hæredib. esset concessum; tunc enim & imputatē & confertur, & filius tale feudum non capit, nisi sit hæres patris, Alciatus d. loco, de quo vide tamen doctè, eleganter & latè disputantem Arium Pinellum, 3. par. l. 1. nu. 84. & multis seq. C. de bo. mater. Illud te quamuis vtrumque alieno loco, vt aureum & notatu digniſſimum latere nolui, quod tradit Maturinus Mōtanus de hæredib. ab intest. venient. nempe ex generali consuetudine totius Franciæ liberum & permissum esse ciuilibet vasallo de bonis feudalibus non secus ac de allodialibus & proprijs testari & disponere, firmamque eam & validam esse consuetudinem etiam de iure, per not. Bal. in c. 1. §. donare. qualiter olim feud. alien. pot. & in c. Imperialem de prohib. feud. alien. per Frider. Iasonem in l. de quib. nu. 64. & 65. ff. de leg. Guilelmus. Bened. in c. Raynutius. in ver. duas habens filias. nu. 70. extra. de te-
15 stam. † Fœminas item ex inueterata & recepta ibidem consuetudine indifferenter & promiscuè cum masculis in feudis succedere. Cęterum ex his prædictis disparitas & inęqualitas sæpè potest oriri maxima, quid enim si (vt assolet) in prioris matrimonij proles iam fortè grandiores, vel militiæ, vel menchanici opificij, vel liberalium artium & studiorum auidos, & in ijsdem exercitatos, pater plurimis expensis factis, res suas vtcūq; exhauserit, dū in posterioris matrimonij liberos adhuc tenellos nullę, adhuc dum tales expensę vel collatæ sint vel conferri potuerūt, an nō prioris matrimonij filij hasce impensas præcipuas habere debent, an verò conferre teneantur? Et certè ex rigore supradictorum concludendum videretur, eos precipuas illas habituros. verum ne in hac quęstione scopum & Cynosuram, quā hoc toto tractaru sequendam ac obseruandam proposuimus,
16 æqualitatem scilicet & concordiam ipsam amittamus, † & rationi & iuri magis consentaneum crediderim harum impensarum etiam rationē haberi debere, casu quo ijs patris res & opes euidenter exinanitæ essent, vt ea æqualitas quæ tempore vnionis apparebat, iam in ijs considerari non possit, idque argum. l. illud. §. adhæc. C. de collat. ne ex eo iniustum aliquod oriatur. l. fi. C. com. vtriusque iud. ibi. ad simile tñ lucrū computandas, & ibi illo quod ad similem quantitatem currit excepto; cætera quasi paternę substantiæ facta secundum modum institutionum decidantur. facit. l. ex parte. 39. §. intestato. ff. fam. erciſc. faciunt in argumentum ea quæ tradit Ias. in d. l. illud. nu. 8. & l. vt nemini. nu. 4. C. de collat. quod & nos maxime verum exaudimus, si stet præsumptio alerum vel vtrumque parentem noluisse expensas
17 filio donatas. † Ex qualitate enim rerum & personarum prę-sumitur, aut ferè non præsumitur donatio. Bal. Oldradus & Salic. in d. l. filię. C. fam. ercis. vnde I. C. in l. vtrum. 47. ff. de don. inter vir. & vxo. utrum negotium vxoris, ait, gerens, an officio mariti ductus in rem eius impenderit vir, facti non iuris est quęstio, iuuat quod quanquam impensæ modicæ propter coniunctionis affectionem à patre donatæ censeantur, licèt alioquin
18 † quę pater dat filio, vt filio dare, & sic in peculium concedere, neque etiam donare censeatur. Bart. in d. §. nec castrense. vide Iasonē in authen. quod locum. C. de collat. si tamen † magnæ sint quæ
19 in comparationem librorum collatæ sint, oneri collationis plerisque casibus subiacent. Bart. d. §. nec castrense. num. 2. Quæ ratio decidēdi adminiculum habere hoc videtur veritatis nam licèt inter germanos fratres, eorū quæ eis à parētibus intuitu castrorū vel Martis vel Mineruę impēdūtur nō facilis habeatur imputatio vel collatio, tamen cùm hic de vnitis inuicem inter se fratribus nobis sermo fit, ad quos quēadmodū nulla ex hoc pacto prouenit inter se successionis spes, ita nec isto casu exemptio collationis locū habere videt. Taceo † q̄ pater iste cooptatus, &
20 vel verius vitricus seu nouerca impēdēdi in filios istos ascitos potius negotiū eorū gerere, & ex bonis eorūdē subministrare q̄ donare videatur, argumēto. l. fi. C. de pet. hæred. l. Nesennius. ff. de neg. gestis. l. Titius. 43. in fi. cū l. seq. ff. de act. empt. Nos itaq;, ne scādalū ĩter fratres oriat, & vni⁹ generatio alteri⁹ sit cor
21 ruptio, vna cū l. C. In l. donationes. 32. §. Species. ff. de do. † Iudicē

Source : BIU Cujas

æſtimaturum reſpondemus, & verecundiæ maternæ, reiq́ue qualitati congruam, boniq́ue viri arbitrio competētem in hac quęſtione ferre ſententiam debere, argu.l.ſi paterno. vbi glo.in verb.repetiturus. C.de neg.geſtis.l.patrem. C.de nuptiis. Manet itaque in cauſa & regula. Cætera bona tam mobilia quàm immobilia, item tam primo quàm hocce ſecundo matrimonio parta & acquiſita, ijs caſib. & pro ea quota pro qua parentibus reſpectiuè acquirūtur, vel iam acquiſita ſunt, in communionē huius vnionis venire &c.

CAPVT VI.

¶Qua forma quibusve ſolennibus celebrari debeat iſta pariatio ſeu vnio.

SVMMARIVM.

1 *Statuta de forma vnionis faciendæ ſuis locis præcisè obſeruari debeat.*
2 *Adoptio & emancipatio quomodo olim fuerint celebratæ.*
3 *Iuſtinianus putauit ſatis eſſe in adoptione & emancipatione ordinarium iudicem adire.*
4 *In vnione ordinarius iudex adeundus eſt.*
5 *Quare arrogatio coram principe fieri debuerit.*
6 *Quo tempore à populo in principē translatum ſit ius arrogationis iubēdæ.*
7 *Leo Imperator ſtatuit in arrogatione ſufficere ordinarium loci iudicem.*
8 *Magiſtratus non impartitur officium ſuum, niſi petatur, maximè in ijs quæ voluntariæ ſunt iuriſdictionis.*
9 *In vnionis pacto parentum votum non ſufficit, ſed cognati etiā vocādi ſunt.*
10 *In defectu cognati, amici honeſtiores vel alij à prætore adiecti adhibebūtur.*
11 *Quicquid ratione ſanguinis diſponitur inter coniunctos, hoc ratione affectionis locum habet inter amicos magna amicitia coniunctos.*
12 *Amicitię elegantia Solomonis & Socrat.elogia.*
13 *Magiſtratus diligenti cura in auctoritate vnioni præſtanda verſari debet.*
14 *Parua inæqualitas iudicem mouere non debet.*
15 *Diligēter iudices cauſam προκαταρκτικὴν. in parētibus conſiderare debent.*
16 *Parentes ſecundis nuptijs funeſtati rem prioris matrimonij liberorum, itē cognati vti ad ſe non pertinentem, negligentius curant.*
17 *Adhibiti debent coram iudice præſtare iuramentum, quod credant hoc pactum ſalutare fore.*
18 *Idem eſt in ſtatutis quibuſdam particularibus expreſſum.*
19 *Curatores & tutores, ſi eos liberi habeant, debent adhiberi.*
20 *Maxima parentum cura de liberis.*
21 *Præſūptio metus reuerentialis præſentia Magiſtratus & cognatorū eluitur.*
22 *Leges minus fidunt parentibus nouercam vel vitricum liberis ſuis ſuperinducentibus.*
23 *Si liberi tutores vel curatores non habeant, debent à Magiſtratu conſtitui, vel legitimè cognati vocari.*
24 *Liberis etiam adhuc in poteſtate parentum conſtitutis, propter euidentem vtilitatem tutor vel curator dari poteſt.*
25 *Iuramentum quod hic præſtari debet, non eſt veritatis, ſed credulitatis.*
26 *Iudicis officium generaliter informatur.*
27 *Vnio hæc non neceſſario iudice pro tribunali ſedente celebranda eſt, ſed alibi etiam fieri poteſt.*
28 *Si eorum qui vniuntur præſentia haberi poſſit, nec ſint planè infantes, eorū aſſenſus requiritur.*
29 *Si præſentes fuerint, licèt expreſsè non conſenſerint, ſufficit tamen ex taciturnitate præſumptus.*
30 *In vnione ſcriptura eſt neceſſaria.*
31 *Vnio iuris eſt ſingularis diuerſa comprehendens capitula.*
32 *Conſuetudines ferè omnes & ſtatuta ſcripturam publicam requirunt.*
33 *Quicquid coram iudice fit, vt iudice, debet in monumenta publica referri.*
34 *Scriptura non præindicat rei veritati.*
35 *In teſtamento coram principe condito requiruntur ad minimum duo teſtes.*
36 *In vnione non requiri teſtes.*
37 *In teſtamento quod actis interuenientibus fit, non ſunt neceſſarij teſtes.*
38 *Scabinorum præſentia defectum teſtium ſupplet.*
39 *Si nulla adſit hominum copia, vt in iudicijs aſſolet, teſtes adhiberi debent.*
40 *Pupillis vtile & neceſſarium eſſe, vt inuentarium fiat, quamuis non vſurpetur hodie.*
41 *Iudicem ex cauſa parentes ad inuentarium faciendum poſſe cogere.*
42 *Licèt pater hæredi vel tutori remiſerit inuentarij confectionem, iudex tamē ex cauſa poteſt iubere, vt fiat.*
43 *In vnione non nudus iudicis conſenſus ſufficit, ſed decretum etiam requiritur.*
44 *Cùm auctoritas non ratione ſui commodi requiritur, videtur ad legitimationem perſonarum adhiberi.*
45 *Decretum hoc cauſæ cognitionem ſequi debet, vtrum verò pactum vnionis vel præcedat, vel ſtatum ſequatur, parum refert.*
46 *Vtrùm vnio inter fratres hinc inde vnitos aliquid ipſorū reſpectu operetur.*
47 *Argumenta pro affirmatiua ſententia.*
48 *Fictio tantum in caſu ficto, quantum veritas in caſu vero operatur.*
49 *Largus ſermo proferentem conijcit in promptum periculum.*
50 *Semper præſumitur idem mente concipi quod verba ſonant.*
51 *In proxima quæſtione negatiua verior ſententia.*
52 *Mens & ratio potius quàm ſuperficies & cortex verborū attendi debet.*
53 *Vniones regulariter intelliguntur ſaltem in aſcendentium & deſcendentium ſucceſſionem mutuam fieri.*
54 *Quæ ſcribendorum contractuum cauſa.*
55 *Non eſt prohibitum, ergo permiſſum, quando valeat.*
56 *Omiſſa vel verbis vel natura cōtractus iuris cōis deciſioni cēſentur relicta.*
57 *Poteſt quis teſtamento inter liberos bona ſua æqualiter diſtribuere, licèt liberi ex diuerſis matrimonijs progeniti ſint.*
58 *Dum ſuis liberis relinquatur legitima, poteſt quis vxoris ſuæ ſolius liberos æqualiter vocare.*
59 *Vnus parentum non poteſt teſtamento vnionem facere.*
60 *Poteſt vnus eatenus in teſtamento quid proficere, quatenus id iudici & curatoribus videatur.*
61 *Vnione ita teſtamento iuſſa, liberi contra fratres qui vnionem facere recuſant, habent actionem ex teſtamento.*
62 *Aequalitas ſemper conſideranda.*
63 *Iudex non tenetur præcisè arbitrium teſtatoris ſequi.*
64 *Propter immoderatiorem & nimium exceſſum ſeu inæqualitatem receditur à perſona, ac recurritur ad arbitrium boni viri.*
65 *Arbitrium hoc poteſt ſe extendere eatenus, quatenus ex bonis teſtantis liberi legitimam ſaluam habeant.*
66 *Cur hoc caſu parens non potius per viam fideicommiſſi, vel ſimilem, quàm vnionis alterius coniugis liberis hoc reliquerit.*
67 *Non poſſunt grauari, qui honorati non ſunt.*
68 *Vtrùm parentes ſuccedant etiam liberis vnitis, ſi de eo nihil ſit cautum.*
69 *Parentes vnientes hoc caſu etiam contineri.*
70 *Argumentum à correlatiuis procedit tam in teſtamentaria, quàm ea quæ fit ab inteſtato.*
71 *Superflua non nocent.*
72 *Exempla non reſtringunt regulam.*
73 *Expreſsio eorum quæ natura inſunt nihil operatur.*
74 *Actus non ab euentu, ſed intentione diſponentium pendent.*
75 *Diſpoſitum in vnum caſum expreſsè, videtur in tacito etiam receptū, quatenus teſtator ſeu diſponentes idem in tacitum expreſsiſſent, ſi id ipſis in mentem veniſſet.*

Extant vt ſupra memini, certorum territoriorum ſtatuta & conſtitutiones ſuper forma huius pacti ſcri
1 ptæ, † illa ſuis locis ad vnguem ſeruari debent. §. ius autem ciuile. Inſtitu. de iure nat. gent. & ciuili. l. omnes populi. 9. ff. de iuſti. & iure. at ijs locis quibus nulla certa vnionis forma ſtatutis vel conſuetudine recepta eſt, noſtra principaliter ſubſeruit oratio. Et certe multa huc ex multum affini materia adoptionis & ar-
2 rogationis mutuari placet, in primis verò † adoptio ſpecifica olim variis ambagibus per tres emancipationes & duas manumiſſiones in filiis, aut per vnam emancipationem in cæteris liberis fieri ſolebat. l. fi. C. de adop. At arrogatio (quia quo periculoſior, eo pluribus erat obnoxia cæremoniis & cautionibus. c. vbi periculum. de elec. in 6.) coram principe Romano fiebat.
3 §. j. Inſtitu. eod. l. 6. C. eo. Verùm † quia Iuſtinianus veteres iſtos circuitus correxit, ſiue ſuſtulit, & cenſuit ſufficere competētis iudicis aditionem, apud quem legis actio eſt, hoc eſt, qui ordinariam & liberam habet iuriſdictionem. l. j. C. de adopt. l. 4. ff. de
4 adopt. & denique. l. fina. C. d. titu. † ſatis etiam putarim, ſi corā cuiuſquam loci ordinario Magiſtratu vniones ſeu conſolidationes, vt ita dicam, prolium, hæ inſinuentur & perficientur, facit perſpicuè. l. j. C. de emancip. libe. Nec enim hic ea ſolennitas debet interuenire, vt coram principe fiat, quemadmodum ar-
5 rogatio. Ratio diuerſitatis minimo negotio poteſt dari: † Arrogatio enim quia libero homini liberum quodammodo arbitrium auferebat, non poterat niſi apud populum fieri, vel nunc eius loco apud principem, dictis ll. & Gellius lib. 5. capit. 19. iſta autem in vnione non interueniunt, cum inde nulla poteſtas in perſonam ſeu corpus acquiratur: neque etiam talis eſt & tanta
6 in bona vnitorum. Quo† autem tempore a populo in principem ſit tranſlatum ius adrogationis iubendæ, vide paulo verius, quàm communius dicitur ſcribentem Franciſcum Hotoman. Inſtitu. de adopt. prope ab initio, qui arbitratur non ſub Auguſto ſeu Tiberio, ſed circa tempora Impp. Diocletiani & Maximiani auctorum. l. 2. C. de adopt. id inualuiſſe, qui anno Chriſti 286. imperarunt, quanquam poſſit ſatis dici, longius ante eorum tempora id vſitatum fuiſſe, cum l. C. in l. 2. ff. de adop. meminerint auctoritatis principalis, qui ſub L. Seuero patre & M. Antonio Magno Caracalla ferè omnes vixerunt, teſte Anton. Auguſti. lib. ſing. ad Modeſt. libro 6. §. philoſophi. & paulo ante fere, quorum imperium in annum Chriſti 195. incidit, niſi quis malit dicere compoſitores digeſtorum verba Caij paululum ad ſua tempora deflexiſſe. † notādum autem a Leone Im-
7 perato. hoc mutatum: vt non ſolum coram Imperatore, ſed etiam coram alio loci ordinario iudice arrogatio fieri poſſit. Nouell. 27. in fin. Maneat itaque in cauſa Magiſtratum inferiorem Ordinarium ſufficere ad hoc vnionis pactum perficiendum, a quo parentes aſſenſum & auctoritatem accommodari
8 pacto huic poſtulare debent. † Magiſtratus enim non eſt cuiquam officium ſuum impartiri niſi rogetur, maximè in ijs quæ in facto conſiſtunt, vel voluntariæ ſunt iuriſdictionis. l. 4. §. hoc autem iudicium, vbi Dd. ff. de dam. infect. Neque verò parentū
9 votum in hoc ſufficit, † ſed vtriuſque lineæ cognatos nec non conſanguineos proximiores aduocare debēt, vt horum ſtipati præſidio, omni fuco & colluſione actum carere iudicem edoceant.

Source : BIU Cujas

ceant.tex.in l.2.C.d.titu.in verbis : Si hi qui ſanguinis neceſſitudine iunguntur,id ꝙ expedire apud præſidem prouinciæ confirmauerint.Nam & ita Diuus Marcus Eutychiano reſcripſit.l. 39.ff.de adop,tex.in l.6.ibi.Pietatis fungeris munere, qui fratris tui filios (vt neceſſitudo ſanguinis ſuadet) protegere conaris. Et in fine Arbitrio cognatorum bonæ opinionis conſtitutorum. C.de ſuſpect.tuto. textus elegans in l hæc autem.5.§. non defendi.j.ff.quib.ex cauſis in poſſ.eat.ibi. Requirendi cognati &
10 affines. † Quod ſi fortè & cognati deſiderentur amici, vel ſi qui alii prolibus honeſta & ſpectata familiaritate cõiuncti ſint, adhibebuntur,aut a prætore duo vel tres probi & intelligentes viri adlegentur,facit.l.latæculpæ.223.§.j.ff.de verborum ſigni. nemo dubitat.58.ff.de hæred.inſtitu.l. 1.ff.qui pet.tut. Pro quo apprimè facit quod dicit Iaſon in l.exigendi.12.num.4.C de ꝓ-
11 cur. † quod quicquid diſponitur inter coniunctos ratione ſanguinis,hoc ratione affectionis locum habere inter amicos ma-
12 gna amicitia coniunctos.Hinc † Salomon Prouerb 18.Vir amicabilis ad ſocietatẽ magis amicꝰ erit quàm frater, inquit. Quod etiam Socrates vſu & prudentia cognouit,qui dicere ſolitus eſt, nullam eſſe poſſeſſionem precioſiorem verò bonoque amico, nec aliunde plus fructus aut voluptatis c.Itaq; præpoſterè multos facere,qui pecuniæ diſpendium grauius ferunt quàm amici iacturam,faciunt eleganter notata apud Sichardum,num.15.& alios in l.generaliter.§.ſin autem C.de inſtit. & ſubſtit. Sed nec iis adhibitis adhuc iſta cõiunctio temerè & inexploratè per iu-
13 dices eſt admittenda,verùm † diligenti inquiſitione bonorum & conditionum ætatis ac valetudinis vtriuſque prolis parentũ præhabita,argumento.l.comparationi.68. aliàs in vulgo eſt.l. hæreditatum.ff.ad l.Falcid. ſcilicet vbi conſtiterit ſalutarem eã fore,vel non magnam inæqualitatem ſeu damnum allaturam, admittat eam,text.in l.nec ei.17.§.& primum.ff.de adopt. Præterea videndum eſt,ait Vlpia.ibi,an non debeat permitti ei qui vel vnum habebit,vel plures liberos aliunde adoptare, ne aut iſtorum,quos iuſtis nuptiis procreauit,diminuatur ſpes, quam vnuſquiſque liberorum obſequio paret ſibi, aut adoptatus minus percipiat,quàm dignum fuit eum conſequi concord.§.cũ
14 autem impubes.Inſtitu.de adopt.Paruam † autem inæqualitatẽ non debere in conſiderationem vocari, poteſt dici, argumento eorum,quæ ratione incertitudinis, & dubii euentus in iure noſtro plerunque conceduntur.l.ſi pater.12.C.de inoffic. teſta-
15 men.vbi Dd & in primis ſolerti cura † in id Magiſtratus aduigilare debet,ne ſub copulandæ adoptionis iſtius ſeu vnionis obtẽtu alter in alterius facultates potius irruere, illiſque inſidioſè contra bonos mores inhiare,quàm coniugalis amoris arctiorẽ coniunctionem,& vitæ concordiam, vel denique litium fugã appetiiſſe videatur.Prætori enim ea res quærenda cõmiſſa eſt, non negligenda,nec donanda vel præcipitanda.l.cum hi.8.§.ſi prætor.ff.de tranſact.arg.opt.l.magis puto.5.§ ſi æs alienum.10. ff.de rebus eor.qui ſub tut.vel cura ibi. Prætori enim non liberum arbitrium datum eſt diſtrahendi res pupillares, ſed ita demum ſi æs alienum immineat,& paulo poſt, Non enim paſſim diſtrahi iubere prætori tributum eſt, ſed ita demum ſi æs alienum vrgeat,quam legem fuſiſſimè illuſtratam vide apud Iaco.
16 Menochium de arb.iudicum lib.2.cent.2.caſu.171.Nam † cum in hoc actu perſonæ parentum iam ſecundis nuptiis funeſtatorum & liberorum prioris matrimonii ſpem vtique certiorem contriſtantium, aliquatenus ſint ſuſpectæ, cognati item hanc rem vti ad ſe commoditate non pertinentem, non qua decet diligentia exquirant, æquum eſt iudices hac in parte vices parẽ tum agere,ac geminatum fidei ac pietatis officium præſtare l. 3.§.ſi quis eum.ff.de homi.libe.exhib.Pro quo eleganter facit.l. ſi infanti.18.ad fin.C.de iur.deliber.l.j.C.de nupt.text.opt.in d.l. magis puto.§.in primis.7.verſic.requirat ergo neceſſarios,ibi. Si nemo inueniatur, aut qui inueniuntur ſuſpecti ſint, iubere debet ſcilicet prætor edi rationes, itemque ſynopſin. (Sic enim Florentiæ legi & legendum eſſe monuit Anto.Auguſt. libro 4. Emend.c.3.) bonorum pupillarium, aduocatumq; pupillo dare,qui poſſit inſtruere prætoris religionem,abſentire venditioni vel obligationi debeat.Textus eſt alius & quaſi ad punctum, in l.lex quæ tutores.12.C.de admini.tut.in verb. Scilicet per inquiſitionem iudicis & probationem cauſæ interpoſitionemq; decreti, vt fraudi locus non ſit. & in l.ſi quis a liberis.§ j.ff.de agnoſ.& alend.liber.ibi.Et cùm ex æquitate hæc res deſcendat, charitateque ſanguinis, ſingulorum deſideria perpendere & ꝙquirere iudicem oportet &c. Alius textus illuſtrior & aptior in d.§.in primis.verſ.perquirere debet,ſcilicet prætor, eum qui ſe inſtruat de fortunis pupilli,nec nimium tutoribus vel curatoribus credere,qui nonnunquam lucri ſui gratia adſeuerare quid
17 prætori ſolent.Debet† præterea iudex religione iuriſiurãdi adigere, & pro conditione perſonarum conſcientias adhibitorũ vrgere,quod putent & ſincerè credãt, pactum hoc ſalutare fore liberis omnibus, vel non magnum inde rerum diſpendium eos facturos,argumento eorum quæ dicit Gellius de iureiuran-
18 do quod in arrogãdo iuraretur.lib.5.c.19.† Sed an hæc ſufficiãt,
19 neq; tutorũ curatorumve auctoritatẽ requirimus? † Equidẽ ſi eos habeant debẽt adhiberi,ar.l.qđ vt nec.8.ff.de adop.ꝙ ſi nullos habẽt vel teſtamẽto vel a Magiſtratu datos, videbant parẽ-
20 tum & cognatorũ ſufficere cõſilio, enixũ. † n.& ardentiſſimũ eſt deſideriũ parẽtũ in liberos.gl.in l.Paulo Callimaco.27.§.Põpeius Hermippus.j.ff.de le.3.Et nullum eſt conſilium qđ vincat paternum.l.pen.C.de ſponſ.Plus etiã parentes liberos amare dicuntur,q̃ a liberis amentur,arg.l.ſcripto.7.ff.vnde lib.l.nihil.50. §.ſed nunquid.ff.de bon.libe.elegãs tex.in l.fi.in prin.C. de cur. fur.Quis.n.ait,talis affectus extraneus inueniatur, vt vincat paternum? vel cui alii credendum eſt res liberorum gubernãdas derelictis parentibus? quæ ſummè confirmantur:ꝙa † ſuſpicio
21 metus reuerentialis (quæ alioquin eſt.l.ſi ſuperſtite.5.ibi.Paternam verecundiã.C.de dolo mal.tex.ti.qua.rer.act.nõ dat.) Magiſtratus auctoritate & amicorũ ſeu propinquorum interuẽtu eluitur.l.tranſactionẽ.35.C.de tranſact.l.fi.ff.qđ met.cã.l.j.C.de his q̃ met.iud.nõ appel.tñ qm̃ eædem leges ſui nõ immemores ijs nõ obſtantib. † parenti vitricũ vel nouercã liberis ſuis ſu-
22 perinducenti minus fidunt,minusq; attribuunt.d.authen. ex teſtam.C.de ſec.nup.Ideo.ſ ꝙ & defuncti cõiugis memoriã & liberorum charitatem neglexit.§.ſin autẽ tutelã.Nouel.conſt.de nupt.22.Per ſecunda.n.vota contriſtatur aĩa primi coniugis.§. proſpeximus.& §.quæ verò nunc ſequitur.d.Nouell.conſt.& ferè videmus inæſtimabilem illã paterni maternive amoris affectionem, poſterioris coniugis delinimentis, inſtigationibusq; corrumpi,ne dicã aliqñ etiã extingui.l.4.ff.de inoffic.teſta. Nouel.conſt.neque vir ex dote,neq; mulier ex donatione ꝓꝓ nuptias & c.98.§.Illud certum eſt,in verb.Aut etiã proprios negligere filios.Quo plurimũ cõducunt exempla, quæ recenſet Valerius Maximus dictorum factorumq; memorabilium lib.7.c. 7.De teſtamentis quæ ꝓꝓ neglectum a parentib.pietatis officiũ
23 reſciſſa ſunt.Ideo inquã conſultius † immo decentius fecerint Magiſtratus,ſi aut tutores curatoresve hiſce liberis præficiant, aut verò coſdem propinquos & amicos in debita forma ad tutelam curamve vocent,arg.l.lata.27.ff.de dona.vbi nec inter parentes & liberos geſta omni ſuſpicione liberantur,quemadmodum & aliàs receptum eſt,liberis † etiam adhuc ĩ poteſtate parentũ ꝯſtitutis,ꝓꝓ euidentem eorum vtilitatẽ tutorem vel curatorem bonorum eis dari.l.fi.§.ſin autẽ.C.de bon.quæ libe.vbi Bar.facit optimè in argumentum textus in l.quidã cum filium. 46.ff.de hæredib.inſti.vbi plus de amico confidit filius, q̃ de patre ipſo &c. Sed quia ſupra diximus debere huic actui adhibitos iuſiurandũ ſubire,è re & vtilitate vtrinq; fore iſtã cõem liberorum,parentumve,quærat fortaſſis aliquis, quale hoc iura-
25 mentũ debeat eſſe,veritatis an credulitatis: † Et ſanè prius præſtare non poſſunt,nec debent,ꝙa tota ea res ex futuro eoq; valde incerto dependet euentu,eſtq; ſaltem in cõi & vulgata facti hominum exiſtimatione ſita,ne itaq; anceps incurrat periuriũ, ꝫ l.j.C.de indic.vid.toll.l.j.C.ſi aduer.ven.l.4.ff.de in litẽ iuran. ſufficere vĩ,ſi credulitatis tm̃ præſtent ſacramentum,argu l.j.§.j. ff.de vent.inſpic.in verb.ſi renuncient prægnantẽ videri.& §.igitur. An ſe putet prægnantẽ:ſic in ſimili adminiſtratores legitimi & procuratores litium tenentur iurare ſm credulitatem.l. fi.§.quod obſeruari.2.C.de iureiu.propt.calum dand.in verb.& licèt verè cãæ natura alia forſitan eſt,tñ qđ quiſq; credit ac exiſtimat eſt iurandũ.c.quoties.in fi.ibi, & credere ita eſſe. ext.de teſtib.nõ abſimile iuſiurandũ dĩ præſtandum a Dd.in examine ſeu promotione iuris cãdidatorũ.l.nemini.11.verſ.iuriſperitos. C.de aduoc.diuerſ.iudic.de quo Pan.in c.ꝓpoſdiſti.ext.de ꝓba.
26 Sed & in hoc cautiores debent eſſe iudices, qñ poſt aliqđ tẽpus a cõtracto ſecundo mĩmonio,hæ conſolidationes petuntur, cũ iã numerus liberorum alterius mĩmonii maior minoris eſt & certior.In ſumma magiſtratus cũ primis parentũ hinc inde patrimonia tã in re,q̃ in ſpe conſiſtentia diligenter explorabit,fortunasq; liberorum,collatione cũ amicis facta, ſollicitè inquiret:neq; tñ vt ſupra meminimus, ab illorũ ſolùm pendebit arbitrio, ſed motum ſuũ in varios qui accidere poſſent euentus,ſubiecto & diſcreto iudicio informabit,arg.tex. & eorũ quæ traduntur in l.ſi cũ dotẽ.22.§.nec nõ illud.6. ſolu. matr. Et eorum quæ plenius traduntur in l.cum hi.8.ff.de tranſact.& in d.l.magis puto. verſic.27.perquirere &c.
27 Conſequẽs † eſt nunc excutere,an neceſſariò fieri debeat actus iſte corã iudice pro tribunali ſedente, & in loco maiorũ, qđ dĩ,in iure fieri.l.pen.ff.de iuſt.& iur. videbat omnino ita dicendũ, ꝙa cauſæ cognitionẽ deſiderat, vnde ꝓ libellũ expediri nõ põt.l.nec quicq̃.9.§.vbi decretum.ff.de offi. proconſ.& leg. l.a procedente.4.C.de dila.l.6.C.de p̃diis & aliis reb.minor.ſine decret.nõ al.in verbis, ꝓ procuratorẽ delato ad prætorẽ vel p̃ſidẽ prouinciæ libello fieri nõ potuit &c.Verùm ꝙa quæcunq; voluntarię ſunt iuriſdictionis,vti eſt adoptio,emãcipatio,vnio. l.2.ff.de offi.proconſ.& leg.etiãſi cauſæ cognitionẽ deſiderent, reſpondendũ eſt hunc actũ vbiq; peragi poſſe.l.emancipari.36. ff.de adop.& quæ notanť in c.cũ epiſcopus.de off.ordi.in 6.Bar. in l.j.in prin.nu.4.& 5.C.de confeſ.Ius.n.eũ locũ eſſe, vbi iuriſdicẽdi vel iudicandi gratia conſiſtat,vel ſi domi vel ſi in itinere hoc agat p̃tor.l.voluit.4.ad fin.ff. de interroga.action. Et quod

amplius

Source : BIU Cujas

amplius esse vī ēt quolibet die feriato iste actus expediri pōt, atque super eo instra fieri.l.actus.8.C.de feriis,& q̄ ibi notat Bart.

28 Sed † an & ipsorum qui vniuntur requiras assensum? Sanè si præsentia eorū haberi possit,& nō plane infantes sint, adhibe bunt.l.fi.in fi.C.de adop.l.pen.C.de emanci.liber.in verbis, si tñ ipsæ,scilicet personæ emancipandę,nihilominus sub gestorum testificatione apud eundem iudicem, vel apud aliū quemlibet proposito parentum suā etiam voluntatē consonare, vel ante preces oblatas,& sacros apices promulgatos, vel postea deposuerint,nisi infantes sint, qui & sine consensu etiā hoc modo sui iuris efficiuntur.facit huc l.in adoptionibus.5.ff.de adopt.

29 Quid † si eos actui interfuisse doceatur, licèt de aperto consensu nō liqueat,an ne sufficiēter eos consensisse iudicabimus? Quod videt ex iis quæ tradit Dyn.in c.q taces.de reg.iur.in 6.ar. tex.in d.l.5.ibi,vel non p̄dicendo,tū maximè,quia liberorū cō sensus non perinde atq; parentū seu magistratus ad integrādā persōnā solenniter,sed rōne qđ interest eorum saltē requirīt.l. cū ostēdimus.4.§.fi.ff.de fideiuss.tutor.vide quæ latius in vtrāq; partem in simili disquirit Petrus PecKius de test.cōiugū.li.3.c.4.

30 An † etiā scripturā exiges?Omnino,arg.tex.in l.4.C.de adop. vbi Diocletianus & Maxi.Impp.Adoptio,inquiunt nō tabulis licèt per tabellionē conficiendis,sed solenni iuris ordine apud Præsidē solet copulari.& l.fi.eo.tit.in verb.actis interuenientib. & l.pen.C.de eman.lib.ibi,subgestorū testificatione.d.l.6.mino

31 rū.C.de p̄diis minorū sine decre.nō al. Probatur † rōnib. hisce, Primò;quia vnio est iuris singularis, multa & plurimū habens

32 & diuersa capitula.Secundò † qa consuetudines ferè omnes & statuta locorū,quib.vniones hæ confirmantur, scripturam nō p riuatam sed publicam requirunt,vt se iuri cōi accōmodēt.d.l

33 4.Tertiò, † quia quicquid coram iudice, vt iudice, fit vel agīt, dēt in scripta & monumenta seu archiua publica referri,text.& ibi Canonist.in c.qñ cōtra.ext.de prob.Nouel.cōstit.de defens. ciúit.15.a prī.ver.q̄ verò apud ipsos gerunt.l.gest.fi.C.de re iudi.

34 Planè † si res aliter gesta q̄ scripta doceatur,nō dēt veritas rerum gestarum errorib.vitiari.l.illicitas.6.§.veritas.j.ff.de offi.prę sid.tot.tit.Plus valere qđ agitur q̄ qđ simul concip. In emancipationib.liberorū, inquiunt relati Impp.& donationibus non tam scriptura quàm veritas considerari debet.l.2.C.de emancipa.liber.arg.l.pactum quod.17.C.de pa.

Verùm quoniam supra dictum est, pactum hoc vnionis naturam ferè & effectum habere testamenti reciproci & mutuo inter cōiuges facti,dubitari meritò possit, an ne etiā quēadmodum in testamētis septem,in alia vltimæ voluntatis specie quinque requirimus testes.l.hac consultissima.21.C.de testa.l.fi.C.de codicill.& de don.cā mort.ita hic etiā alteruter desideretur numerus? Dicendum videbatur ad minimum duos vel tres testes esse necessarios.Nouel.const.de inst.caut.& fid.73.§.sed etsi. vbi Iustinianus.Sed etsi,ait.instra in foro & publicè conficiantur, licèt per tabelliones absoluta sint, adiiciatur & eis antequàm cōpleantur testiū ex scripto præsentia.Adde Nouel.de hæredi. & Falcid.§.sancimus igitur.vbi gl.ad verb.quantum ad hoc. Nā

35 vt Bar.Bal.& Alex.in l.omnium.19.C.de testa.† tenent, qđ in specie eius legis testamenti corā Principe cōditi requirant duo testes,quā multo fortius hic requirentur.His tñ non obstantib.

36 firmiter est † tenēdū nullos ad hunc actum requiri testes.In donationib.ait Imp.Zeno.in l.31.C.de don.non esse necessarium iudicamus,vicinos vel alios testes adhibere, nā cū publica monumenta sufficiant,superfluum est priuatum testimonium. Simile est in d.l.omnium.vbi æquiparatio fit eius actus,seu testamenti,qđ corā septem testib.hoc est,aurib. priuatorū vel actus cuiuscunque iudicis vel municipum, & eius qđ in præsentia & conscientia sit Principis. Atq; ita speciatim censuit Castren.in

37 d.l.oīum. † in testamēto,qđ actis interuenientib. fit, nō esse necessarios testes,no.addi.ad Bar.ibi.est & tex.alius in l. sancimus. 27.C.d.tit.& verb.non minus trib.testib. vel inter acta manifestauerit,quæ minus dubii habent,si, vt iā ferè moris est, assessô-

38 res seu scabini huic actui intersint † eorum.n.præsentia aliū defectum supplet:Consuetudinib. tñ & locorum statutis his nihil detractum volumus.c.j.de consti.in 6.Nec obstat d.§.sed etsi.de inst.caut. & fide:neq; eñ ibi Iustinianus loquīt de iudicialibus monumentis,sed ad morē veterum tēporum alludit,quo argētarii seu nūmularii habentes publicè & in foro tabernas & rōnes suas,vices tabellionum gerebant,instrumentaq; publica cō ficiebant.Iason in l.prætor ait.4.nu.1.& 2.ff.de edend. allegans gl.in l.quędam.9.§.nummularios.2.ff.eod.

39 Planè † quia cā nō adhibendorum testium est, qđ in iudiciis ferè semper plures p̄sonæ sunt,iudex,scabini, assessores, apparitores,scribæ:item quia extranea hoīum frequentia ferè stipata sunt.Ias.in d.l.omnium,& ferè oēs,crediderim his cessantib. testes adhiberi debere.Feli.in d.c.qñ contra.arg.l.qnæstionem.C. de fideicom.in verbis,cum.n.res per testium solennitatem ostēditur,ac.j.vt per ampliores homines perfectissima veritas reueleī.l.4.ff.de pig.ibi,vt qđ actum est per eos facilius probari po-

40 terit.Tandē † non vtile modo pupillis sed & penè necessarium fuerit repertorium seu inuentarium bonorum conficere, omniaq; descripta publicis monumētis fideliter asseruari, p̄ multa qua intra os supremaq; labra intercidunt,interim qđ curiarū nostrarum ritus id non vsquequaq; obseruant,nō multū aduertendum duximus,ar.l.39.§.si Stichū.ff.de statuli.ibi, Trebatii & Ophilii snīa rōnem quidem hēt,sed hoc iure quidē vtimur,vide tñ eos & quos cōgessit Arius Pinellus,ad l j.C. de bon.mat. par.2.nu.23.& seqq.Et alii passim de inuentariis tradiderunt. Il-

41 lud † planè indubitatum censemus,si iudici ita ex causis rationa lib. sederit, posse eum parentes cogere ad descriptionē bonorū,quæ in hoc pactum veniunt,arg.l.vbicunque.ff.de interrog. & eorum quæ hēt Decius in c.j.ext.de prob.nu.31.& 53.arg.l.j. C.de edendo,in verbis,id ex causa ad iudicis officium pertinere solet,& in d.l.magis puto.§.in primis,vers.si nemo.ff.de reb.eo rum qui sub tut.l.si ego.9.circa mediū.ff.de iure dot. Faciunt in simili ea quę tradit Ias.ad d l.nemo potest.53.ff.de leg.j.nu.9.vbi

42 dicit,q̄ † licèt pater remiserit hērdi vel tutori inuentarii confectionem,fm l.fi.C.arbit.tut. Iudicem tñ debere inuestigare & perquirere ex morib.s.& facultatib.&c.qui si videat remissionē illam multum forè pernicioſam & grassationis causatricē, eā voluntatē non sequetur.l.vtilitatē.l.in confirm.in do.ff.de con fir.tutor.arg l.cum tale.71.§.Titius.ff.de cond.& dem.ibi. Rōni verò nō exigendæ modus adhibituscensetur.Planè in locis vbi inuentarii confectio frequentatur, solent curatores, vel vitricus,vel nouerca,sub ipsam vnionis celebrationem, descriptionē bonorū iudici exhibere,exq; ea ipsum plenè informare. Tā-

43 dem † verò his omnib. quasi per modū deliberationis & cuiusdā quasi consultationis p̄missis, decretū etiam ac auctoritatem magistratus requirimus,dd.supr.legib.l.2.C.de prædi decur.lib. 10.in verb.non pōt pater id priuatim facere,nisi apud acta, totius vel maioris partis ordinis intercedente decreto &c. & in l. j.C.eo.Et quia magistratus auctoritas cā cognita ītercedēs pars est solennitatis ipsius actus,dum ad integrandā,vt sic loquar, & pupillorum & parentū iam defunctorum personas adhibetur, ideo nō nuda volūtas & consensus sufficit.neque etiā sat erit,si ex interuallo,aut etiam longè post magistratus consensum & auctoritatem suā interposuerit, sed requirīt etiā expressa p̄ decretum approbatio atq; vt eadē incontinenti in ipsomet actu interueniat,causa vnionis plenè & exactè p̄cognita,nō perfunctoriè atq; obiter inspecta.ar.l.6.C.de p̄di.mino. sine deci.non alien.sic.n.ibi Impp.rescripserunt: Minorum possessionis venditio per procuratorem delato ad prætorem, vel p̄sidē prouinciæ libello,fieri non potuit,cum ea res confici rectè aīr nō possit,nisi apud acta causis probatis quæ venditionis necessitatem inferant,decretum solēniter interponatur. Nam hoc cōiter est

44 traditum,quoties † suffragium alicuius requiritur, non ad suū ipsius cōmodum,sed vt contrahenti personæ in defectum aliarum adlit,citra suam tñ vtilitatem tunc videri eum consensum ad integrandam p̄hentis vel absentis personam requiri. Bar. & Dd.in l.si qs mihi bona.6.§.iussum.ff.de acq.hære. per l.quid ergo.in prin.ff.de his qui no.infam.Bal.in l.j.C.qui admitti,& cæt. & in l.si vxorem.C.de condit.infert.latè Tiraq.in legib.connubialib.in fi.in verbo,consentement.gl.4.in prin.nu.7.Dd.cōiter in l.transactionē.C.de transs.qui plura desiderat videat plaustra legum & auctoritatē apud Ludo.Romanum cons.54.quasi per totum.Atq; hic magistratus auctoritatē requirimus, non rōne ipsius interesse,vnde ad validitatem & substantiam actus, legitimationemq; personarum adhiberi, plusquàm manifestū est.

45 Verùm quæri possit:an † auctoritas ista seu decretum interponi debeat ante actum,vel eum sequi.Et vī, q̄ præcedere debeat arg.l.magis puto.§.ne passim.vbi Bal.ff.de reb.eor.l.2. in verbis: auctoritate præsidis p̄cedente.C.si p̄ pub.pensitat, estq; gl.ordinaria in c.j.de reb.eccles.non alie.in 6.in verbo, tractatus.circa fi. Sed enimuerò dicendum est hoc in casu qñ debita causæ cognitio præcessit,decretum quod eam sequitur,actum siue iā celebratum siue mox celebrandum confirmare,arg. eorū quæ scripsit Bart.in c.2.de feu.sine culpa non amittendo, vbi & hoc nota,quibusdā in locis,proprios libros esse adhoc deputatos q̄bus vniones inscribantur.Pro auctario huius capitis.De forma tres libet tractare quæstiones.Prima esto, quoniam verba huius pacti sic ferè concipiuntur.Et oēs liberi,quos vel habēt,vel sequenti tp̄e susceperint sunt,tales censebuntur, proq; ijs iudicabuntur,perinde atq; si ex his ipsis parentib.progeniti essent: ad similitudinē l.5.C.de adopt.quæstionis esse potest, an hæc verba generalia efficiant, vt non solū iura filiationis & parentelæ inter vitricū seu nouercam assumptos parentes istosq; filios, &

46 vice versa,militent aut locū habeant,sed † etiā inter hinc inde fratres cooptatos seu fictos,ita vt & hi inuicem succedant, mutuisq; confraternitatis officiis prosequi semet teneantur, adeo vt quib.in iure casib.fratris in cā fratris testimonium prohibet, vnitus etiā frater sit prohibitus:itē quib.casib. germanus frater, turpi persoua instituta.fratris testiñ per querelā inofficiosi expugnare,& in irritum deducere pōt: iisdem hoc fictitius seu receptitius frater possit.Videbatur q̄ sic, † quia supra diximus verba dare huic pacto formam,& esse:& contractum hūc,vt omnes ex conuentione legem accipere.l.j.§.si cōueniat.5.ff.depo-

sit.

Source : BIU Cujas

sit. Cum ergo conuenerit, eos perinde atque ex his parentibus progenitos habendos, censebuntur vt germani mutuo fratres: alioquin quid foret absurdius, quàm filios parentum esse eorũ
48 dem illos, qui fratres inuicem non sunt, cum † fictio tantum in casu ficto, quantum veritas in vero operari debeat. Quando itaque verba illa ex propria & necessaria argumentatione eã habent vim & ineuitabilem consequentiam, videbatur ex eis pactum etiam quoddam confraternitatis esse concludendum & inferendum, & satis vtique expressum esse, tam quod sententiæ & necessariæ verborum illationi, quàm quod verbis ipsis inest, arg. l. nominis. 6. § j. ff. de verb. sig. Verum enimuerò, licèt verba generalia magnæ & amplæ sint importantiæ & generaliter in-
49 telligenda, profususque † & largus sermo proferentem conijciat in promptum periculum. l. fin. C. de dot. promiss. licèt item
50 † semper præsumatur idem mente concipi, quod verba sonant. l. Labeo. 7. versi. idem. ff. de suppel. leg. verbaq; contractuum nõ modo per figuram literarum, sed etiam per eorundem sententiam demonstrentur. d. l. nominis. & l. j. §. si is qui. ff. de exercit.
51 act. dicendum tamen hoc casu contrarium, † illæ enim verborum generalitates constringi debent ad mentem & rationẽ cõtrahentium seu disponentium, debentq; narrationes, seu etiã dispositiones, eæ indistinctæ secundum naturam negotii & materię subiectæ qualitatem semper limitari, & interpretari. l. 3. C. de lib. præter. de quo latius Felin. in c. causam. 18. de rescript. Debet † enim in quacunque re mens & ratio, quæ spiritus & ani-
52 ma legum est, attendi potius quàm superficies & cortex verborum. arg. text. in l. scire. 15. §. Aliud autem. ff. de excus. tut. in verb. sed & si maximè scriptum legis eam sententiam efficiat, tamen legislatoris mens aliud vult. Suffragatur id quod dicitur in l. penul. ff. ad exhib. Non oportere ius ciuile calumniari, neque verba eius captari, sed qua mente quid dicatur, animaduertere cõuenire, facit l. credendum. fin. ff. qui petant tutor. ibi, incidit quidem in verba constitutionis, sed sententia excusatur. Item huc refer. c. certum. 88. de reg. iur. in 6. Certum est, inquit Pontif. ꝙ is committit in legem, qui legis verba complectens, cõtra legis nititur voluntatem. Ponit enim posse legis verba teneri & tamen contra sententiam fieri, eleganter ad longum Ias. in l. nõ dubium. C. de ll. Quando itaque hæ vniones ad istos casus & effectus regulariter & de sui natura non intelliguntur esse conceptæ, † sed solummodo in ascendentium & descendentium
53 reciprocam succession, sequitur eos vti nec verbis nec ratione inclusos, relinqui dispositioni iuris communis. In omnibus enim actibus oportet solum spectare scribẽtium voluntatem. Verba enim ambigua in plures intellectus ducta sunt, † at scri-
54 bendorum contractuum causa fuit voluntatis expressio, eiusq; facilior probatio: ergo id vnum spectari oportet, propter quod scripta sunt, ne in vnum effectum inducta, vt voluntatem manifestent, contrarium operentur, voluntatem certam argutiis verborum obscurando & subuertendo. dic. l. 3. Manet itaque inconuulsa decisio, vnionis pactum, etiam ex generalitate suorum verborum non venire extẽdendum vltra casus vel in specie pactis conclusos, vel in materia & de natura sua consuetudine seu lege municipali introductos. Nequc valet semper illa-
55 tio qua posset deduci ex l nec non. 28. §. quod eius. 2. ff. ex quib. caus. maio. hoc pactum vnionis nõ est prohibitum, ergo vel ex generalitate sermonis, vel iure cõi censebitur esse permissum, hoc enim argumentum valet in iis, quæ iure cõi inducta sunt, non etiam illis, quę contra vel præter ius statuta sunt, cum in iis
56 dicat: omissum † vel verbis, vel ex natura pacti casum iuris cõmunis regulis relictum. Et sic in specie quæstionis huius cõcludimus, per ista seu similia verba, nec fraternam inter istos vnitos vel abusiuos fratres induci successionem, nec alios iuris effectus inter hosce, nisi quatenus de iure communi locum habere.

Altera q̃stio hæc est, an si vnio nõ sit facta viuo parẽte, possit is testamẽto suo inducere, vt fiat: Et quidẽ si quæris, an sua bona
57 possit † inter liberos vtriusq; mrimonii æqualiter distribuere, respõdeo vel oẽs ex eo nati sunt, & iure cõi quo oẽs æqualiter vocant, posse non est dubium, quum id summè Imperator sua deat. §. vlti. Nouel. constitu. de nupt. 22. aut certè quidam vxoris
58 solius sunt liberi, † & põt iis cũ suis æqualiter sua distribuenda bona relinquere, quatenus ꝓprii liberi, q̃ pietatis sibi sunt conscii (ex l. parentib. C. de inofficioso test.) nõ fraudent legitima,
59 iuxta aut. nouissima. C. de inof. test. Quod † si de nostra hac vnione tibi sermo est, qua nõ solũ sua parẽtis testãtis, sed ẽt reliquorũ parentũ bona æqualiter diuidi vult, ex iis q̃ s̃. dicta sunt de solẽnitatib. satis apparet eũ nõ posse accedit arg. tex. l. h. in fi. C. de pac. adde l. fi. ff. ad S. C. Tre. Alioqn. n. vnius cõsensus, seu potius mãdatũ, aut iussus ad vnionẽ perficiendã sufficere, qđ ꝑ princi-
60 pia vnionis ꝯcederet. Sanè posset dici, patrẽ † vnionẽ vel ipsũ testamẽto erigentẽ, vel erigi cupientẽ: eatenus quid proficere, quatenus iudici adiunctis tutorib. curatorib. & cæteris quos s̃. diximus adhibendos ex iustissima cã videat vnio tũ æqua, tum
61 salutaris fore liberis. Quid ergo: † si, vt plerũq; contingit, vnius lateris liberi maius aliqđ emolumentũ ex ista pariatione sentiãt minus habituri, si vnio erecta non esset: an vi istius vnionis testamẽtariæ ita sibi consultũ habeant, vt actione ex testamẽto fratres suos vniendos, eorundẽ ve tuto. seu cura. apud iudicẽ ad hãc fideicõmissariã vnionẽ perficiendã cogere possint? Profecto licèt volũtas testatoris sit ꝓ lege, Regina & præses eorum quæ in testamẽtis scripta cõtentaq; sunt, liberiq; ꝓ ea parte qua sunt hr̃des, facta, pactaq; defuncti, grata rataq; habere teneant. l. cũ a matre. 14. vbi Dd. C. de rei vend. Si tñ magna vel enormis læsio, si immoderata hinc resultaret iniquitas, nõ censerẽ proles, curatores, seu ẽt magistratus vigore huius testamẽti absolutè & p̃cisè ad hãc vnionẽ ea, qua testator voluit forma, faciẽdã, ab alterius mrimonii liberis cogi posse, sed eã ad boni & prudẽtis viri arbitrium componendam, tũ quia neque aliter testatorẽ voluisse præsumamus. argum. l. quæsitum est. 12. §. sed & ipse Papinianus. 24. ff. de fund. instruc. & instrum. leg. in verbis. facilem iudici voluntatis coniecturam fore, cæteris patris facultatibus examinatis: Plerunque enim de facultatibus suis amplius, quã in his sit, sperant homines. §. in fraudẽ. Insti. quib. ex cau. man. nõ
62 lic. Arbitriũq; † couśq; progreditur, vt semper ad æqualitatis Iustinianeæ rationem in omnibus hisce personis redigatur calculus. Auth. quæ tertiæ. C. de collat. & in Nouell. cõstit. de triẽte & semisse. 18. §. neq; illo. in verbis, Ita & nos eandẽ vtrique æqualitatem cõseruemus. Facit ad cõiecturã huius volũtatis. l. si libertus. 30. ff. de oper. libert. & l. in personam. 22. §. generaliter. 1. ff. de regul. iur. Tum quia si maximè ea voluntas patris fuisset, nec deberent, nec possent magistratus hãc sequi. Neq; † enim nouũ
63 est, iudicem non verbotenus vel ad amussim defuncti voluntatem sequi, sed sæpiusculè pro inclinatione tẽporum, pro varietate & mutatione rerũ, vel ꝓpter alias nõ dissimiles causas (quæ humanitùs multæ, & nec opinato non rarò emergunt) arbitriũ testatoris cũ aliqua moderatione suscipere. Pro quo in primis nobis admodum seruit à duobus celeberrimis I. C. interpretata cuiusdã testatoris voluntas, relata à Põponio, in l. Quintus Muti⁹. ff. de annu. lega. in verbis, In testamẽtis quædã scribũtur, quæ ad auctoritatẽ duntaxat scribentis referuntur, nec obligationẽ pariunt, & ibi, Nec tamen semper voluntas eius aut iussum conseruari debet, & ad finem. Et in omnibus vbi auctoritas sola testatoris est, neque omnimodo spernenda, neq; omnimodo est obseruanda sed interuentu iudicis hæc omnia debẽt, si nõ ad tur pẽ causam ferũtur, ad effectum perduci. Facit nõ minus eleganter. l. quidã filium. 74. §. fi. ibi. Imper. autem noster motus & æqtate rei & verbis testamenti. Accedit tex. in l. quidã in testamẽto. 30. ff. de leg. 2. Nec omittẽdũ est hoc loco arg. quasi in terminis. l. quidam decedẽs, vel vt Florẽ. l. ita tamẽ. 5. §. Papinianus. 6. ff. de adm. tut. ibi. Nõ idcirco minus officium tutorum integrum erit, sed viris bonis cõueniet salubre cõsiliũ matris admittere: tametsi neq; liberatio tutoris, neque voluntas patris, aut intercessio matris tutoris officiũ infringat, ibi, liceat eis contemnere hanc patris voluntatem &c. & quæ sequuntur. vide l. cũ filius. 76. §. pater. 5. ibi, Moderandæ portionis. ff. de legat. 2. adde l. 1. in princip. ff. vbi pupill. educa. Ex his satis liquet tale testatoris mandatum non omnino absolutè & præcisè liberos, tutores, seu executores ligare, cum multa suboriri possint, quæ pro bono & æquo æstimanda sint: ideoque huiusmodi varietatem merito viri boni subijcimus arbitrio, arg. l. Męuia. 13. §. vxore. 1. ff. de annu. legat. l. quidam in testamento. 30. ff. de leg. secunda. in verbor. Aut ex mediocritate facultatum &c. Faciunt denique & alia iura quibus propter † immoderationem & nimium excessum seu inæ-
64 qualitatem receditur à persona, & recurritur ad opinionẽ & discretionem boni & innocentis viri. l. fina §. sed & si quis. 9. C. commu. de leg. l. si sic legatum. 75. in in prin. ff. de leg. 1. At q̃ res quousque debeat se moderamen & arbitrium hoc extendere: quid enim si illis qui voluntate hac parãtum sese grauatos querunt legitima nihilominus salua ẽt, an sine tũc subsequi teneã-
65 tur dispositiocem defuncti? Plane sic lex scripta est. Ergo † quò ad bona testãtis cõtenti naturali hac portione esse debebũt, in reliquis bonis nõ censerẽ istã volũtatis inæqualitatẽ oĩno executioni esse obnoxiũ per ea quæ supra diximus. Sed dices: quor-
66 sum † hic vnio, quum id citra eam iure communi potuisset: Respondeo duplicem posse dari causam: Primã si iure cõmuni disposuisset, de suis tantùm bonis alterius matrimonij liberis ꝓuidisset, at iam etiam ex aliorum parentũ bonis vi vnionis inter se communicant partes. Secunda dari posset, quoniam titulus vnionis paulò est honestior, & minus in odium propriorum liberorum incurrit, dum ꝓpter circuitum nõ statim intelligũt, parentem testantem sibi legitimam tantum reliquisse, videntq; rationabilẽ eius causam latuisse in animo eius. Certè si alterius matrimonij liberis ex hoc parente non editis immoderatum & magnum quod detraheretur, & proprijs adiiceretur, non putarim eos cogi posse ad vnionem. † Non enim possunt grauari, q̃
67 honorati non sunt. l. 1. §. sciendum. 4. & aliquot ll. seq. ff. de leg. 3. Id quod ex statuto Francfurt. & VVormatien. in ingressu huius tituli doceri & fusius demonstrari potest, vbi causę statuentium & vnientium exprimuntur &c.

Tertia qp̃stio, qua per excursionem quandam huic c. de forma ad finem sumus facturi, est hæc. Contingit vt plurimum pactum

Source : BIU Cujas

ctum hoc in vnum solùm casum concipi,dū formalia eius verba sic ferè sonant. Prædicti itaque coniuges coram nobis Præfecto,seu Schultero,ꝙ Scabinis fecerunt, vt etiam vigore huius sigillati instrumenti faciunt vnionem, hac forma, & hoc fine, vt omnes & singuli prædictorum coniugum liberi, ex quocūq; matrimonio,etiam præsenti, nati, post mortem coniugum in communem hæreditatis diuisionem conferant omnem à parē tibus acquisitam hæreditatem, & sic tandē inuicem æqualiter diuidant, eo modo quasi omnes ex vnius & iisdem parentibus legitimē nati seù procreati essent. Hinc,quoniam de parentum actiua successione nihil dictum est,solet ferè disputatio talis ori-
68 ri. An † posito quòd non parentes ante liberos,vt sonant verba instrumēti,sed oēs liberi ante parētes fati munus impleuerīt, ēt parētes ipsis,vel vltimo eorūdē decedēti succedere possint.Et certè licèt pars negatiua ex ijs, quæ de phibita huius pacti extē sione sæpius diximus,haud difficiliter astrui posse videatur,tū & ex eo quod princeps & arbiter ℈ctus sit is qui cū alio paciscitur, id est,cuius gratia ℈hitur,cuiusve fauorē res respicit, qui est is q verbis præit,& quasi formā ℈ctui præscribit,quod hoc pacto no stro vtiq; sunt parētes ipsi, vñ & ad eosdē pertinebat dispicere, vt lex ℈ctus apertius,hoc est in vtrumq; succedēdi euētū definiretur.l.cū in l.33.ff.de cōtrah.empt.l.si arborē.17.§.fi.ff.de seruit. vrb.præd.l.veterib.39.ff.de pactis,quod si nō fecerint,suis ipsi sciant ascribēdū partibus neq; est qđ expectēt nūc arbitriū & suppletionē alterius,in quo ipsi sibi arbitrari per socordiā,& negligētiā dū poterāt, omiserūt, ita vt nō iniuria cēseātur pati dānū hoc quod sua sentiūt culpa.Hisce tñoībus reiectis incūctāter te
69 nemus † parētes vniētes ēt in vim vnionis vno casu expresso vocādos esse.Primò mouet me natura ac propria,& quasi genuina huius pacti vis,quam supra aliquoties delineauimus, fecimusq; eā cōem & reciprocā inter liberos & parētes hinc inde respectiuè. Atq; naturalia ℈ctuū ipsa vi & ex generalitate sensus semper inesse videtur,maximè verò ea quæ ex illatio nec correlatiuorū per idētitatē rationis cōcedūtur. Pro qua decisione, & quasi in proprijs terminis facit,quod notat Baptista de S. Blasio in tract. suo correlatiuorū c.4.Exēplo seu casu 105. vbi dicit procedere
70 ēt argumētationē † à correlatiuis affirmatiuè factā, tā in successione ex testamēto,quā in successione ab intestato, q a vbi filius vel filia pōt vel nō potest succedere patri,ibi & è ℈rio pater succedit filio suo,vel filię.Id quod ante eū tenuisse videtur Bar.in l. fi.nu.5.ff.de his quib.vt indig.arg l.lege 12.tab.C.de legit.hæred. Accedit fauor & extēsiua in vltimis volūtatibus (qualis est hic) interpretatio permissa.c.cū dilecti.extr.de donat.l.in testamētis 12.ff.de reg.iuris.Facit tertiò,ꝙ superflua nō noceāt.l.testamētū. 17.vbi Dd.C.de testam.l.quæ dubitationis.81.ff.de reg.iur. Cùm itaq; si in simplici dictione vnionis permāsissent, vtraq; cōprehēderetur successio ex propria pacti natura,absurdum fuerit ꝓp vnū casum ex abūdantia expressum alterū excludi: Simile enim foret ac si cōmodato facto cōmodās diceret,Hāc tibi rē Titi charissime pro nostra amicitia cōmodo,vt tamē culpā præstes.Quare volo vt mihi cōmodatū reddens latæ culpæ ratione tenearis, si qs propter hāc specificationē latæ culpæ leuē præstare neget, quæ vi ipsa in cōmodato continetur.l. contractus. 23. ff. de reg.
72 iur.meritò ab audiētibus irridebitur: † Exēpla enim nō restringunt regulā.l.damni.30.ad fi.ff.de dam.infect.Hic itaq; exemplū vnius effectus vnionis reliquos nō excludit. Adde regulam quæ traditur cōiter ex l.3.ff.de leg.1.Dec.in l.actus legitimi.71.nu.10. ff.de reg.iu.Cyn.in auth.nisi rogati.nu.4.ad fi.C.ad S.C. Trebell.
73 † Quod expressio eorū quæ sui natura insunt,nihil operetur:hic autē successio descēdētiū æqualis sui natura inest, quare expressio eius nō debet operari exclusionē successionis ascēdētium,nisi alia ratio id suadeat.Quādo itaq; pacta hæc fortè fortuna ita ꝓcipi solēt,nō ꝙ in eo casu & ordine præcisè cōditionē certā cōstitutā volunt parētes paciscentes,sed ita simpliciter protulerūt, quia cōmmuniter & naturæ lege parentes ante liberos morituri vidētur gl.in l.nā etsi.15.ff.de inoff.test.Couar.var.resolut.li.2. c.7.vnde & parentum actiua successio, turbato mortalitatis ordine fieri dicitur.d.l.nā etsi.Atq; id apud Ouidiū innuere videt Penelope dū ad Vlyssē maritū de Telemacho cōi filio sic loqt;

Dij precor hoc iubeant,vt euntibus ordine fatis
Ille meos oculos comprimat,ille tuos.

74 Iam † cùm actus non ab euentu,sed ab intentione disponentium dependeant, exq; ea suam recipiant interpretationem.l. verū.39.l.qui iniurię.54.ff.de furt.l.quæro.54.§.inter locatorē. ff. locati.l.sed Celsus.6.§.si fundus.ver.in empt.ff. de cōtrah.empt. l.item quęritur.13.§.item Iulianus.4.ff.locati.Liquido ēt & ex potenter præsumpta volūtate paciscētiū cōstet,eos in omnē & qui dē in hunc grauiorē casum eandē succedēdi reciprocā spē præseruasse,liberi ēt & amici huic actui adhibiti vix saluo pietatis officio & respectiuè boni viri functione retēta, potuissēt petētib⁹ & volētib⁹ parētibus hūc casum instrumēto inseri denegare,nō esset mihi religioni,quin si casus in hisce terminis cōtingeret,ꝓ parentibus respōdēdū ac iudicādum decerneremus Neq; verò me ab hac concepta sententia vel tantillum dimouent,quæ obiter pro contraria parte adducta sunt,quæq; porro moueri possent ex l.ad probationē.2.C.de proba.ibi. Quem teneor scriptu
75 §.actionum.19.Insti.de act.quæ est,qđ dispositū † sit vnū casum expressè,eatenus quoq; extendatur ad alterum casum non expressum,quatenus testator vel disponentes,idem in casum tacitum expressissent,si hoc ipsis in mentem venisset.l.cum res.47. in verbis,vbi verisimile est eum voluisse.ff.de leg.j.l.mulier.22. l.quidam ita.25.ff.ad S.C. Trebellia.latè Præs. Euerar. in loco a verisimili,ab initio text.in l.Gallus.29.§. Et quid si tātum.2.vbi Bar.& Ias.nu.21.ff.de lib.& posth.l.quæsitum.13.ff.de testib.ibi. Verum quod legib.omissum est.tex.& glo.in l.tale pactum.40. §.fi.ff.de pact.His adde quæ supra diximus de iis quæ sui natura insunt,& nullo obstante sine scrupulo concludes. Parentes, licèt expressum hoc statutum non sit,succedere filiis vnitis.

¶CAPVT VII.

¶De successione liberorum & parentum, nec non fratrum & sororum, eorumdemque liberorum hinc inde ex illo pacto.

SVMMARIVM.

1 *Vnio non fit ad agnationem perpetuam inter liberos constituendam,sed eatenus saltem vt bona vtriusque matrimonij communicentur.*
2 *Post mortem parentum vltra primam hæreditariam diuisionem vnionis effectus non porrigitur.*
3 *Quicquid ex latere fratribus aduenerit, id vnitis non communicant.*
4 *Consideratio vnionis saltem in recto limite locum habet, nec inde fratres sibi succedunt.*
5 *Vnionis notatio.*
6 *Casus omissus,vt est,sic habetur pro omisso.*
7 *Pactum de futura parentum & filiorum successione præter leges est.*
8 *Pactum de viuentis hæreditate non valet citra eius consensum.*
9 *Duæ fictiones circa eandem rem non cadunt.*
10 *Pacta quæ non omnino contra bonos mores honestatis fiunt,obseruanda sunt.*
11 *Vtrum pactum factum de acquestu alterius latoris, extendatur etiam ad aliud,affirmatiuè.*
12 *Quod quisque iuris in alium statuerit eodem ipse vtatur.*
13 *Vnio fit pro euitandis grauissimis litibus.*
14 *Ad vnum effectum inducta,non debent contrarium operari.*
15 *Iustinianus in dote & donatione propter nuptias, tam quoad data,quàm pacta æqualitatem seruandam censuit.*
16 *Dilatio vni parti data,parti etiam non petant, communis est.*
17 *In societate lucrum sentiens etiam damnum sentire debet.*
18 *Donatio simplex filio facta non confertur.*
19 *Fallit,si alij donationes ob causam conferant.*
20 *Si ratio vno casu expressè concepta militet etiam in alio, idem de vtroque est iudicium.*
21 *Voluntas tacita à iure,seu multum verisimili mente disponentium cōcepta, tantum operatur,quantum expressa.*
22 *Differentiæ & inæqualitatis euidentis ratio est habenda.*
23 *Prioris vel posterioris matrimonij liberi,etiam post vnionem aliquando certum quid præcipiunt.*
24 *Vtrum auorum successiones his pactis includantur,negatiuè.*
25 *Casus hisce pactis non expressus relinquitur dispositioni iuris communis.*
26 *Non omnis qui filius est,nepos est,& contra.*
27 *Aui ficti non succedunt nepotibus.quemadmodum nec hi illis.*
28 *Auorum successiones regulariter non includuntur huic pacto.*
29 *Spes bonorum debet considerari à Magistratibus & paciscentibus.*
30 *Bona post mortem parentum obuenientia,& testamentariæ dispositiones cognatorum non comprehendunt generali vocabulo vnitos fratres.*
31 *Relinquens proximos cognatos hæredes, non censetur vnitum fratrē vocasse.*
32 *Fratrum appellatio vtrum in testamentis similiter de consanguineis,vterinis,& germanis intelligenda sit.*
33 *Fratres simpliciter vocans censetur germanos vocasse.*
34 *Testator censetur in dubio voluntatem suam iuri communi conformasse.*
35 *Paritas gradus non inducit semper paritatem succedendi.*
36 *Fratris appellatio verificatur in vnito, si neque germani, neque consanguinei,neque vterini sint.*
37 *Vtrum patrum vel auunculus instituens cognatos, videatur vnitos fratris vel sororis filios vocasse.*
38 *Filios nepotes seu sobrinos hac scriptura non contineri.*
39 *Qui de exclusione fictorum in successione testamentaria dicta sunt,multo magis obtinent in successione ab intestato veniente.*
40 *Vnio semel confirmata,morte quorundā effectum in recta linea non amittit.*
41 *Pacta omnia sui natura realia sunt.*
42 *Pacta dicuntur personalia, quia obligant personas,non res.*
43 *Fideicommissum restituere rogatus,liberatur onere restitutionis, si liberos post se relinquat.*

Liberi

Source : BIU Cujas

Iacobi Richij, De Vnione prolium.

44 *Liberi non videntur ad hæreditatem parentum lucratiuo titulo, sed tanquam ad debitam successionem venire.*
45 *Vnio extenditur etiam ad vlterioris gradus liberos, putà, si filij sint ante diẽ functi*
46 *Transmissionis priuilegium habent liberi.*
47 *Transmissionis beneficium liberi habent, etiamsi extraneos hæredes habeant.*
48 *Parentes liberis omnia ex voto parent.*
49 *Descendentes etiam vlterioris gradus, quàm cum quibus pactum factum est, vnione comprehenduntur.*
50 *Hæredes planè incerti ac nulli institui non possunt.*
51 *Filio longo etiam tempore post pactum aliquod factum nato, prodest pactum patris.*
52 *Pactiones quæ primogenito præcipuum quid tribuunt, etiamsi is necdum natus sit, valent.*
53 *Posthumi alieni olim propter incertitudinem hæredes institui non poterant, verùm id postea correctum est.*
54 *Posteritati etiam nondum natæ potest prouideri tam in successionib. quàm conuentionalibus dispositionibus.*
55 *Ecclesia construenda potest institui hæres.*
56 *Incertitudo obest venienti ex persona sua, secus si alterius personam prætendat.*
57 *Hi qui in vtero sunt quoad commodum succedendi pro natis habentur.*
58 *Existentia consideratur in successionibus ab intestato, non etiam testamentis aut dispositionibus conuentionalibus.*
59 *Filiorum nomen in dispositione legis vel statuti comprehendit etiam nepotes & ex ijs descendentes, secus in dispositione hominis.*
60 *Filiorum talis acceptio locum habet præcipuè in extraneis vel collateralibus, non etiam in descendentibus, cùm absurdum quid sequeretur.*
61 *Renuntiatio matris de hæreditate paterna vel etiam fraterna non præiudicat filijs.*
62 *Feudi paterni renunciatio nihil obest filio.*
63 *Feudum quamuis refutatum, manet paternum.*
64 *Alienatio rei quæ extra familiam alienari non debet, licèt omnes qui tunc erant de familia consenserint, natis tamen ex consentientibus non præiudicat.*
65 *Posteritas tota quantum ad primam diuisionem faciendam, vel ratificandam, hoc pacto astringitur.*
66 *Iniquum in casum commodi quid probare, & in contrarium euentum impugnare.*
67 *Hæres iure defuncti vti debet.*
68 *Nepotes in hoc pacto parentum personas repræsentant, cùm de successione auorum tractatur.*
69 *Adoptiui filius adoptanti nepos est.*
70 *Ius succedendi separatum est a iure filiationis.*
71 *Vnus ex altero latere superstes, vtrumque etiam receptitio, parenti, cuius liberi obierunt, succedat.*
72 *Vnio non est nisi plurium rerum vel personarum.*
73 *Vnum solum superstitem receptitio parenti etiam succedere.*
74 *Vnio non solùm fit respectu liberorum, sed etiam parentum.*
75 *Nepotes ex defunctis fratribus vnitis superstites subintrant locum patris.*
76 *Statuta possunt statuere, vt vno saltem post mortem parentum superstite vnio non habeat locum.*
77 *Vnitis omnibus, non relictis descendentibus, ante parentes mortuis, expirat vnio.*
78 *Qualitas adiecta verbo secundùm tempus verbi intelligi debet.*
79 *Mors omnium liberorum successionem parentum passiuam, quæ vi vnionis fieret, mutat, non actiuam.*
80 *Vtrum nouerca vnitorum liberorum, matris bonorum, decedente marito, vsumfruct. habere debeat.*
81 *Vsusfructus aduentitiorum soli patri debetur, ei, qui liberos in potestate habet.*
82 *Fictio non debet plus operari quàm veritas.*
83 *Vsusfructus non potest constitui vsusfructus.*
84 *Beneficium in aliquem collatum non debet in eius necem retorqueri.*
85 *Vsusfructus bonorũ maternorum an debeatur nouercæ, iudicis est despicere.*
86 *Nouerca cum germanis fratribus succedit vnito morienti.*
87 *Maternorum bonorum in vnione magis habetur respectus, quàm lucrorũ*
88 *Nouerca præfertur in bonis maternis fratribus consanguineis.*
89 *Si vnius moriens relinquat matrem veram, vnio nullum habet effectum.*
90 *Fratribus germanis non existentibus, consanguinei præceptis paternis, reliqua matri relinquunt.*
91 *Fratrum germanorum filij excludunt fratres vnitos, vbi vide declarationẽ.*
92 *Fratres germani vel eorum filij excludunt consanguineos, & vterinos, eorumq́ filios.*
93 *Soli fratrum germanorum filij etiam consanguineos & vterinos excludunt.*
94 *Germanorum filij etiam solos consanguineorum filios excludunt.*
95 *Si vinco vincentem te, multo fortius vnico te.*
96 *Sensus Nouellæ. 118. vers. sed & is.*
97 *In fratrum filijs succedentibus duo sunt attendenda.*
98 *Carolinæ constitutionis sensus.*
99 *Filius non modo in patris sui gradum, sed etiam in omnimodam eius gradus qualitatem succedit.*
100 *Post fratrum filios proximitas & paritas gradus fixè attendenda.*
101 *Mulier vniens post mortem mariti ad alias nuptias conuolare potest.*
102 *Consuetudo matrimonij prohibitiua non valet.*
103 *Matrimonium potest sine dote consistere.*
104 *Vsusfructus in dotem dari potest.*
105 *Mulier cogit liberos de bonis vnione astrictis succedenti marito lucrum nuptiale constituere.*
106 *Dotatas mulieres esse publicè interest.*
107 *Pro expressis habenda, quæ disponentes verisimiliter expressissent, si cogitassent.*
108 *Dos in primo matrimonio data, videtur in secundo repetita.*
109 *Incommodum sentire debet, qui sentit commodum.*
110 *Donator non conuenitur nisi inquantum potest.*
111 *Dotis causa in multis comparatur alimentis.*
112 *Dotis vel donationis propter nuptias nomine res alioqui non alienabilis, alienari potest.*
113 *Infideicommissi euersionem non videtur dotis constitutio vergere.*
114 *Fideicommissum cessat propter necessariam alienationem.*
115 *Parentum munificentia circa liberos non est iniecta formidine retardanda.*
116 *In lucro nuptiali constituendo quis modus teneri debeat.*
117 *Liberi posterioris matrimonij, quorum mater antea vnionem fecit, quid habere debeant.*
118 *Legitima saltẽ liberis, de quibus præcedenti nu. ex bonis maternis debetur.*
119 *Gasparis Caballini declaratio ad l. si totas. C. de inoff. dona.*
120 *Gasparis Caballini reprobata opinio. qua in casu d. l. si totas, omnibus liberis viriles portiones tribuit.*

1 ID quod supra dixi sæpius non piget hic repetere vniones istas non in hoc erigi, † vt agnatio inter liberos & consanguineos vtrinque constituatur perpetua, sed eatenus saltẽ vt bona vtriusque matrimonij communicentur, & quasi vniãtur: quoad parentum defunctorum successionem, vtriusque matrimonij liberi æqualiter vocentur, & tantisper omnes liberorum loco habeantur. Quemadmodũ ergo pacta omnia regulariter stricti sunt iuris. gl. in l. pacta. 6. ad verb. nullam. C. de pac. nec facilè extra res & casus in ijs expressos trahenda veniunt. l. si vnus. §. Ante omnia. ff. d. ti. ita etiam hoc pactum vltra liberos siue veros siue fictos, patrem itẽ & matrem siue naturales siue fictitios, non extenditur, in eum scilicet finem & effectum, vt vtrorumque parentum bona, omnibus liberis tam veris, quàm adfiliatis communicentur æqualiter, & ècõtrario hæreditas siue bona liberorum omnium mediante parentum voluntate, accedente cognatorum, seu affinium proximorum assensu, & denique auctoritate iudicis cum causæ cognitione accedente, casu quo hos illis superesse contigerit, in potestatẽ & dominium parentum transferantur. In summa quoad bona quæ vtriusque lineæ liberi à suis habent, vel expectant parentibus, perinde debet haberi, ac si vnius eiusdemq́ue lineæ & parẽtelæ essent, eandemq́ue vicissim in bonis liberorum hinc inde debent habere prærogatiuam parentes. Hoc ergo effectu considerato vitricus induit personam veri patris, nouerca veræ matris, priuignus & priuigna germanorum filiorum & filiarum vices, & personas assumũt, nõ tamẽ perpetuo hæc ita habẽt, nã
2 post † mortem eorũ vltra primã diuisionem hæreditariam, ad alios actus seu vlteriores successionis gradus, effectus vnionis natura & vi sua, porrigi & extendi nequaquam possunt. Quic-
3 quid † ergo hisce fratribus vnitis stante etiam parentum matrimonio ex latere aduenerit, id veris & germanis inter se fratribus manet præcipuum, neq; id hæreditatis diuisione postea vnitis communicare, seu conferre tenentur: quemadmodum etiã si vnus ex istis fratrib. vel ꝑstate parẽtũ matrimo. vel soluto fuerit mortuus, ij soli huic succedẽt, q̃ ei non natiui, sed germani & natiui fratres sunt, aut ex talib. ꝑcreati, quẽadmodũ & hi eosdẽ
4 in sui germani fratris successione excludunt. Saltẽ † ergo est reciprocũ & strictũ commodũ successionis horum filiorũ & eorundem adscitorum parentum, vt eius consideratio saltem in recto limite, non etiam transuerso locum habeat, vnde cum de fratrum transuersi limitis successione agitur, planè cessat vnio.
5 Ratio est, quia vnitas illa dicitur. † Vnitas seu Parentela liberorum, & non Vnitas fratrum, quod satis patet ex vulgari germanico idiomate, quo dicitur Eint indt schafft non Einbroderschafft. Ergo nec veri fratres fictis, nec ficti veris vi vnionis suc-
6 cedunt: Altera † ratio, quia casus omissus, vt est, sic etiam habetur pro omisso, siue omittatur à Canone, Lege vel statuto. c. ad nostrã. 21. extr. de iureiur. siue à paciscẽte. l. fin. C. de pac. con. tam sup. dot. siue ab appellante. Clem. appellãti, de appell. Ergo & quod & successione patrui, amitæ, auunculi, matertere, pactis dotalibus, prosperitate fortunæ, filiisue similibus titulis, vni pluribusue ex hisce, stante hocce matrimonio, aduenerit, nõ cadit in vinculum huius pacti. Ratio, q̃ pactum hoc vnio-
7 nis † quatenus de futura parentum & filiorum successione ẽt explicitè factum, si non directò contra, sanè omnino prẽter leges videtur esse. Ergò ad non expressa non extendendum. Alte-
8 ra ratio; quia vt pactum super alterius bonis † post mortem eius habendis valeat, necessum est eundem in id consentire, idq́ue

agi

Source : BIU Cujas

agi expreſsè tex.ĩ l.fil.& ibi Dd.C.de pac.Sed hic fortè alij,quorum deinde extrinſecus hæreditates, vel lucra nuptialia fratribus meis fictitiis obtigerunt,vel ſi maximè,non tamen conuenit,vt & iſte caſus huic adfiliationis ſucceſſioni ſubiaceret: vnde iuris communis diſpoſitioni relinquendus,argumento.l.cõmodiſſimè.ff.de lib.& poſt. hæredib. inſtitu. Tertia ratio ; quia
9 † duæ fictiones circa eandem rem non cadunt.l.ſi quis in rem.
10 in princ.ff. de pollicitationib. Planè ſi & hoc † expreſsè actum ſit,vt ſi alterutri fortè horum filiorum vnitorum, iam natorũ vel naſcendorum,hæreditas aliqua aduentitia,vel collateralis, bona ex donatione,matrimonijs, ſeu quibuſcunque alijs cauſis acceſſerint,ea & hoc parificationis pacto fore comprehenſa.Iſta omnia & quęcunque porrò non omninò contra bonos mores honeſtatis, decoris & æqualitatis dicta conuentaque erunt,firmiter & ſtrictè obſeruanda erunt,argument. l.iuriſgẽtium.§.ait prætor.ff.de pact.

11 Hinc plures reſultant quæſtiones.Prima, † Quid ſi de hæreditate certa futura,de bonis donatis,mercantia,vel aliũde quęſitis,in certum caſum,ſeu à certa linea prouenientibus,expreſsè ſit conuentum, quòd præter naturam vnionis traditum eſt, Anne idem in acquiſitis à fratribus alijs fictitijs ſeruandum? Finge, conuenit,vt ſi filijs primi matrimonij ſingulis vel in vniuerſum,lucrum nuptiale,hæreditas,vel alius titulus lucratiuus ab extraneo forte,vel etiam linea collaterali obueniat, totum id inter omnes vnitos fore communicandum: at in caſum aduerſum pactum eſt nihil, anne hoc pactum nihilominus erit reciprocum & commune,ita vt etiam in aliorum filiorum perſonas ſit extendendum? Et licèt ex ijs quæ de ſtrictiſſima pacti interpretatione ſupradicta ſunt, videatur ſuaderi, extenſionem nullatenus faciendam,hoc tamen loco eam admittendã, & in caſum tacitum protendendum, pluribus & iuris & æquitatis rationis,vt credam,adducos.Primum ex æquitate ſanctiſ-
12 ſimi illius Edicti Prætoris, † *Quod quiſque iuris in alium ſtatuerit, vt eodem ipſe vtatur. toto titulo* ff. quod quiſque iur.l. *cum eo.44.ff.de pact.l.cum hæreditas.59.* ff. de adminiſtratione tutor. *Nam in eum finem parentes per hanc vnionem liberos ſuos ex diuerſis matrimonijs natos,& ſic quandoque inter ſe extraneos iungunt, vt quemadmodum* (id quod de pacto quotidie fieri videmus) dicti parentes & prioris & poſterioris matrimonij bonis communiter vtuntur, ſic quoque illorũ vniendi vtriuſque lateris liberi in eorum ſucceſſione æquali
13 poſtmodum iure inuicem cenſeantur,quo † grauiſſimæ contẽtiones,quæ alias facillimè hinc inde ſuboriri poſſent, effugiantur argumento l.vltim.ff.pro ſuo. Nunc ſi fortaſsè ex ipſorum parentum ſimplicitate,atque in hac vnione tale pactum fiat, quod ſaltem vnius,non etiam vtriuſque lateris liberos reſpicere videatur,verbi gratia,ſi dicant,Hæreditas, lucrum nuptiale, donatio, &c. etiam ab extraneo iſtius lateris liberis accedens, inter alios omnes communicari debet,ſanè illud pactum etiã ex tacita mente paciſcentium,arg.l.item quia.ff.de pac.reciprocum,& ſic ad alterius lateris fratres extendendum eſſe dicendum eſt:ita quidem vt ſi & illis, de quibus nominatim mentio facta non eſt,hęreditas,lucrũ nuptiale, donatio & ſimile quid obueniat,inter cæteros quoque commune ſit, alioquin certè vnio hæc non eſſet vnio,ſed maximæ potius inæqualitatis, ſeu
14 confuſionis adminiſtra:& ſic † ad vnum effectum inducta aliũ operarentur,contra l.non omnis.ff.de reb. cred. Secundò pro hac ſententia eleganter facit,quod Inſt.Imp.circa dotem & donationem propter nuptias.tam quo ad ea quæ dantur, quàm
15 quò ad pacta,omnino æqualitatem ſeruandam eſſe velit,† nõ enim,ait,aliter iuſtitiæ & æqualitatis ſeruabitur ratio, ſi negotiatiuè ſe circunueniant,& videantur quidem facere æquas ſtipulationes,pro vero autem inæquales maneat effectus. §. hoc igitur.in Nouell.97.de æqual.dot. authen. inde ſumpta. Sed iã neceſſe.C.de donat.ante nupt.Tertio pro confirmatione iſtius
16 opinionis adduci poteſt.Quod in † iudicio vni parti data dilatio,etiam alteri parti non petenti communis ſit,ita quod quilibet in iſto termino probare poſſit.l.petendæ.C.de temp.in integr.reſtit.Specul.de dilat. §. in ſumma. Lanfranc. in ſua praxi ſuper c.quoniam,in verbo,dilationes.nume.6.extr.de probat.
17 Quarto iuuat itidem, quod in ſocietate † is qui lucrum ſentit damnum etiam communicare debet,eo quia ſocietas ius fraternitatis quodammodo in ſe habeat.l.verum. ff. pro ſocio, & iniquiſſimum (teſte Vlpiano) genus ſocietatis ex qua quis damnum non etiam lucrum ſpectat.l.ſi non fuerint. ff. pro ſocio. Quinto & vltimo non leue argumentum huic aſſertio-
18 ni præſtat, quod licèt regulariter donatio † ſimplex in aliquẽ filiorum collata non conferatur ſecundum communem Dd. ſententiam, quam pluribus commendat & defendit Iaſon in authent.ex teſtamento.C.de collat.caſũ tamen quo alij dona-
19 tionem propter nuptias † ſeu dotem conferunt,venit propter æqualitatem ſeruandam & donatio ſimplex conferenda.l. fin. C.commun.vtriuſque iud.l.illud.§.final.C de collat.Alioquin enim ait imperator, ibi quid iniuſtum inde oriretur. Neque vero morantur hanc ſententiam ſuprà pro ratione dubitandi adducta.Licèt enim verba ferè prout iacent, & pacta ſtrictè ac-
20 cipienda ſint, † tamen vbi ratio legis in vno caſu concepta expreſsè,æquè in caſu non expreſſo militat & verificatur, tunc ẽt eo debet diſpoſitio trahi & extendi,argumen.l.iura non ſingulis.ff.de ll.vbi Dd.argumen.l.ſi quando.109.ff.de lega.j. Neque verò tunc id dicitur fieri per extenſionem ſed ex proprio intellectu.l.nominis & rei.de verborum ſignific.Etſi enim hæ rationes ſingulis his ſpeciebus ſint differentes, quia tamen ſimilitudine decidendi vna includuntur, certè de termino ad terminũ per adæquationem,ſiue pariationem fit progreſſio.Cyn.& Bal. in l.quod verò.ff.de ll.quæ etiam dicit, quòd & aliàs volũtas ta-
21 cita, † ſiue in corde retenta,ſeu a iure, ſeu a multum veriſimili contrahentium,teſtantium, fideicommittẽtium voluntate ſit præſumpta æquè operatur ac ſi eſſet expreſſa.Bald.in l.j.§.ſi is q. ff.de exercit.act.vide Iaſonem in l.Titius.25.§. Lucius.j.ff.de libe.& poſthum.Pulchrè & neruosè PecKius in tractatu de teſta-
22 ment.lib.j.capit.6.per totum ferè. Planè ſi ratio † differentiæ & inæqualitatis euidens ſubſit,vt ſi proles primi matrimonii,quorum iam numerus certus eſt & definitus, non ſint facultatibus & fortunis pares vel contra,tunc aliud foret dicẽdum, ſed quia iſta facti ſunt,& non præſumuntur, nec ratione concluduntur, niſi probentur, ideo conſultum, immo neceſſe foret ea ſemper
23 addere pactis. In † quem vltimum caſum probè in pleriſque ciuitatibus & prouinciarum reformationibus eſt ſtatutum, vt liberis alterutrius matrimonii præcipuum aliquid (hoc eſt certa quædam quantitas pecuniaria vel ſpecies,vt fundus, & cæter. quod ante diuiſionem bonorum cum vnitis fratribus,pręcipiatur.) aſſignetur, quod per totam etiam Franconiæ regionẽ obſeruari ex aliorum relatu intelleximus: hoc tamen frequentius aſſignari ſolet tam prioris mſimonii liberis quàm poſterioris.
24 Secunda quæſtio,anne † etiam auorum ſucceſſiones in hiſce pactis veniant ſubintelligendæ?Finge parentes,qui vnionẽ fecerunt, vel ambos vel alterum eorum, ſuis adhuc parentibus ſuperſtitibus,qui aui ſunt horum filiorum vnitorum,mori, nunquid hi nepotes ſimul veri & ficti mortuis auis iure repręſentationis ſuccedent? Videbatur quòd ſic, per rationes ſupra quæſtione proxima traditas,tum verò maximè,quia (vt ſupra diximus) caſus haſce † pactis non expreſſus relinquitur diſpoſitioni iuris communis,quo iure deſcendentes aſcendentibus in infinitum ſuccedunt,perſonamq; parentum ſubintrant. Nouell.
25 conſt.118.Tenendum tamen & concludendum eſt contrariũ, argumento.l.ſi quis nepotem.10.cum l.ſequent.l.quem filius. 26.ff.de adoptio.Quæ deciſio hac ratione iuuatur, quia ſi ſecus diceremus,neceſſum haberemus, duas tresve fictiones in eodẽ imaginari ſubiecto.Primò enim filii, deinde nepotes eſſe fingerentur (neq; † enim omnis qui filius eſt,ſtatim eſt nepos, & vice verſa,argumen.l adoptare.27.ff.de adopt.) tertio repręſentatio ipſa fictio eſt,cuius beneficio nepotes auo ſuccedunt.Ex his
26 virtute correlatiuorum infertur, ꝙ quemadmodum nepotes
27 † extra quàm pacti ſunt,auis ſuis datiuis,ſeu (vt ita dicam) emẽtitis non ſuccedunt,ita neque auis eiſdem ſuccedere debere, & hoc multo fortius,quia non quemadmodum in deſcendenti linea recta, inferiores ſemper & in infinitum repręſentant ſuos maiores,ſic etiam in ordine aſcendentium.tex.in d.Nouell.cõſtitu.118.§.conſequens,vbi gloſ.Bald.in authen.defuncto C.ad
28 S.C.Tertul.Ex quibus † omnibus perſpicuè intelligitur, auorũ ſucceſſiones & bona adhuc deferenda regulariter,& natura ſui non includi huiuſmodi pacto.Ex quo, quia quilibet prima ſa-
29 tim fronte contrarium reſpondiſſet,magiſtratus locorum, † & paciſcentes parentes, & neceſſarios diligenter admonitos volumus,vt in confectione iſtorum pactorum ſagaciter aduertant, ad hæreditates & ſpes eas bonorum quæ iſtis filiis reſpectiuè ex linea eorum aſcendenti poſſent accreſcere, & ꝙ ſi auita bona etiam pactis hiſce incluſa eſſe velint, id non modo exprimant in iiſdem,ſed & auorum, de quorũ bonis agitur, expreſſum requirant,& obtineant aſſenſum,ſi ſecus faxint, norint ſe illicito & turpi planè modo ſup alienis paciſcendo,ſimbolũ ſine hoſpite (vti curialiter inquit Zaſius, in l.ſtipulatio hoc modo.ff. de verborum obliga.) facere.
30 Ex ſupradictis infertur, † ꝙ quæcunque bona poſt mortem parentum,hæreditatemve aditam,vel diuiſionem factam obueniunt, item ſi quæ diſpoſitiones teſtamentariæ erectæ ante per cognatos vnitorum fuerint, in hiſce appellatione hæredũ vel cognatorum, non venire fratres vnitos. Vnde ſi ego ſim Titii frater per vnionem factus, mihiq́ue non habenti liberos, ſiue ex teſtamento, ſiue codicillis factis, ab inteſtato proximos cognatos ſucceſſores bonorum vel hæredes,reliquero, argumẽto.§.præterea.inſtitu.de fideicommiſſ. hæredi.l.j.§ fi.ff.de leg.3.
31 † non cenſebitur vocatus Titius frater meus vnitus,fortè conſanguineus,vel vterinus,vel etiam omnino extraneus,dummodo mihi ſint ſuperſtites fratres germani & legitimi eorumve filii, quibus deficientibus admittetur fortè Titius, ſi conſanguineus,vel vterinus ſit,non quidem vi vnionis, ſed ex iure communi.d.§.conſequens.Nouell.de hæredita.ab inteſt.venien. At
32 dices: Nonne in teſtamentis † vel codicillis facta fratrum vel

ſororum

Source : BIU Cujas

sororum mentio venit intelligenda tam de fratribus consanguineis & vterinis, quàm germanis? Respondeo: Voluntatis esse eam quæstionem potius, quàm iuris, plurib. defensam & cõsultatam rationibus a Baldo in consi. ego Baldus, & cõsil. incip. In nomine Domini, Amen. Viso statuto Cortonien sis. Castrẽs. in l. tres fratres. ff. de pact. Bar. in l. Lucius. §. quæsitum. ff. de leg. 3. Franciscus de Porcellinis in Tractatu de duobus fratribus, par. 3. quæst. 9. tex. in l. Iurisconsultus. §. secundo gradu. ff. de gradib. affinit. Regulariter tamen in dubio decidendum censemus ſm
33 Castr. in l. fin. C. de verbo. signifi. dicentem. † Si quis fratres suos simpliciter hæredes instituerit, vel vocarit ī partem bonorum, eum præsumi sensisse de fratribus vtrinque coniunctis, nõ verò simul de consanguineis & vterinis. Ratio est apud Baldum in l. j. C. de sacrosanctis eccles. & Dd. in l. hæredes mei. §. cùm ita.
34 ff. ad S. C. Trebell. ꝙ † in dubio censeatur testator voluntatem suam ſm ius commune conformasse. Neque obstat tex. in d. §. secundo gradu, vbi æquali gradu, scilicet secũdo, fratres germani, consanguinei & vterini, itemque sorores includuntur; quia huic eleganter videtur obuiasse Caius in l. j. ab init. ff. eod. titu. hisce verbis: Illud admonendi sumus, si quando de hæreditate seu bonorum possessione quærimus, non semper eos qui eiusdem
35 gradus sunt concurrere, quasi dicat: Paritas † gradus nõ inducit paritatem succedendi in hisce personis semper, sed paritas iuris & vinculi naturalis, quæ radix est successionum. §. repetitis. §. amotis. instit. de seru. cogn. §. quandoquidẽ. Nouell. 118. glos. in l. 2. §. legitima. ff. de suis & legiti. Meminimus autem supra vi iuris communis vterinos & consanguineos deficientib. germanis fratribus eorumq; liberis succedere: quid verò si hic Titius, cuius & supra meminimus, neq; consanguineus, neque vterinus sit mihi frater, sed cùm extraneus esset, saltem vnitus. Finge dum Berta patri meo nuberet, quemadmodũ pater me, ita ipsa ex priori suo toto dictum Titium habuit filium, qui ambo per vnionis pactum adfiliamur, & quasi confraternizamur, vt ita dicam: an mihi nunc taliter decedenti fratribus germanis eorumque filijs, necnon consanguineis, & vterinis deficien
36 tibus, Titius hic legitimus hæres mihi habebitur. Profecto † si cùm nullum fratrem in rerum natura haberem, nisi hunc Titium vnitum, scripsi fratrem hæredem, dicendum est, Titium vocandum, cui soli hoc nomen quadrat. Sanè ab intestato prætextu vnionis, quæ iam dudum expirauit, non potest haberi. Ergò nullo modo: Nam aliàs iure cognationis venire nõ potest, Cùm si id posset, mater eius nõ potuisset facilè iũgi patri meo.
37 Vel finge fratrem eius, qui quæve vnionem fecit † qui patruus, vel auunculus est filiorum vnitorum, facere testamentum, quo simpliciter hæredum vel cognatorum meminerit, an etiã hos per vnionem sibi factos nepotes eũ intellexisse arbitrabimur? Et licèt aliqui putauerint distinguendum, vtrum patruus stante adhuc vnionis pacto (hoc est) viuo suo fratre, qui vnionem fecit, & hæreditate inter filios & adfiliatos nondum diuisa, an verò eo implero & sublato taliter testat⁹ moriatur, quasi priori casu omnes, posteriori germani saltẽ ex fratre nepotes veniant:
38 mihi tamen placuit sententia † existimantium, neutiquàm fictos nepotes in dubio vocari, aut ad successionem huius veni-
39 re. Hic notandum † quod supra veluti per transcursum tetigimus, ea quæ in casu facti testamenti vel codicillorum diximus, multo magis obtinere, si planè & merè intestatæ hæ collaterales personæ decedant. Propone ergo Titium stante vnionis pacto relictis duplicis matrimonii liberis fati munus implere, moriuntur ante, vel etiam post Titij è viuis excessum alterius matrimonij proles ad vnam vsque omnes, vnûs ille isq; solus eius lineæ decedens fratres suos vnitos non habet hæredes, nisi consanguinei vel vterini sint, & hoc quidem casu, non vlla vi vnionis, sed ex regulis iuris communis. Supersunt hic aliquot quæstiones, verùm hæ quoniam idem ferè in probatione habent principium, ne in singulis cum tædio repetere cogamur, id hic
40 instar Regulæ ceu maximæ præmittemus. Vnio † semel per diuersorum filiorum natiuitatem confirmata, postea per mortẽ quorundam vel omnium, in descendentem vel ascendentẽ parentum lineam adhuc vires porrigit. At quo expeditius in hoc themate, & manantibus inde quæstionib. versemur, neve opus sit sæpius intersistere, generalia quædam hic prius in vestibulo
41 proponenda censeo. Sit itaq; primum. Pacta † omnia sui natura realia esse, iuraque præsumere, vnumquemque non modo sibi, sed etiam hæredibus suis paciscì. l. si pactum. 9. ff. de probationibus, faciunt qua traduntur a gloss. & Dd. ad l. 2. C. de pact.
42 inter emptorem & venditorem. Nam † licèt effectu obligationis & hactenus quidem pacta dicantur personalia, & personas obligent non res: nec regulariter extra personas paciscentium euagentur. l. si viuus. 27. §. ante omnia. ff. de pactis: tamen quatenus transitionem spectamus, dicuntur realia, neque cum persona paciscentium extinguuntur. dicta l. si pactum, sed transeunt in successorem tam vniuersalem, vt est hæres. l. epistola. 52. §. j. ff. de pact. quam singularem, vt est emptor. l. si tibi. 17. §. pactum. 4. vbi Bartol. ff. de pact. l. in conuentionalibus. 219. ff. de verborum significationibus. Secundò præmitto, quòd quemadmo-
43 dum † rogatus restituere hæreditatem, seu fideicommissum liberatur onere restitutionis, si liberos post se relinquat, modo ipse sit ex liberis testantis. l. generaliter. 6. §. cùm autem. C. de instit. & subst. l. cùm acutissimi. 30. C. de fideicommis. (Quid † mi-
44 rum cũ filii seu nepotes ad parentum hæreditates accedendo, non titulo lucratiuo veniant, sed ratio naturalis, quasi lex quædam tacita eis parentum hæreditatem adiiciat, veluti debitam successionem tribuendo. l. fin. ff. de bon. dam. Neque etiam debet par videri eorum ratio, qui debita amittunt, vt sunt liberi, & parentes, & eorum qui lucra nõ capiunt. l. fi. C. de codicillis.)
45 Sic videbatur † etiam ex tacita legum interpretatione verisimili paciscentium voto, ad filios, & reliquam eorundem posteritatem hoc pactum extendendum esse. Immo, qđ magis est, fideicommissaria ea species, non modo expirat, ipsoq; iure euanescit, si rogatus liberos post se relinquat, sed etiã si iis ante suã mortem interceptis, vel vlteriorem post se posteritatem relinquat. textus est perspicuus in l. j. C. de condit. insert. l. iubemus. 6. C. ad Senatusconsultum Trebellianum. & in d. §. cũ autem, ibi, nepotes, vel neptes: pronepotes, vel proneptes. Tertium locũ
46 occupat, priuilegium transmissionis, † quo liberis iure singulari est indultum, bonorum possessione non agnita, & ante apertas tabulas testamenti parentum decedentib. ius suũ nihilominus ad liberos, & deinceps omnem posteritatẽ transmittere. l. j. & toto titulo. C. de his qui ante apertas tabulas, quod ius nulla Suitatis ciuili ratione, sed sola sanguinis naturali consideratione est inductum, patet in verbis, d. l. j. matre, auia, proauia, quib. iungantur quę tradunt gl. & Dd. ibid. Quartò considerandа est
47 potentia, † vis, & efficacia Suitatis, & voti naturalis, vnde hoc transmittendi priuilegium habent filii eatenus, vt etiam ad extraneos hæredes non aditam hæreditatem transmittant. l. apud hostes. 8. C. de suis & legiti. l. ex militari. 11. §. si filiusfa. fi. ff. de testam. milit. Bar. in l. ventre. 84. ff. de acquir. hære. Et ratio est; quia mortuo patre filius suus & in potestate existẽs absq; alia aditione a lege constituitur hæres necessarius omniũ iuriũ ac bonorum paternorum, perinde ac si naturaliter hæreditatem adiuisset. §. fui, instì. de hær. qual. & diffe. l. j. §. prætermittere. 3. ff. si quis omissa causa testament. Quintò prætereundum non est id, qđ
48 vulgo dicitur, parentes omnia † liberis ex voto parare. l. nihil. ff. de bon. libert. item quilibet præsumitur hæredi suo consulere. l. vnum ex familia. 67. §. si rem tuam. 6. ff. de lega. 2.

Atque ex his generalib. propositionib. conclusionẽ formo
49 † ꝙ etiam in vlteriores descendentes, q̃ cum quibus pactum factum est, extendatur vnio. Neq; verò mordeat te, ꝙ hac cõclusione attenta, videantur illi etiam ad hanc testamentariam seu fideicommissariam pacti dispositione vocari, qui illo tempore necdum concepti, neque animal, & consequenter paciscentib. nullo sanguinis nexu coniuncti erant. l. Titius. 6. ff. de suis & legiti. l. 4. §. proximus. ff. vnde cognati. l. verũ. 3. ff. de bon. possess. secund. tabu. & plenè per Bart. in l. item prætor. 8. ff. de suis & legititi. & sic videatur dispositio eos vocare & quasi hæredes declarare, qui adhuc planè incerti & nulli sunt, ꝓtra. l. eius seruũ. 64. ff. de hæred. instituen. l. j. §. & cũ triplici. 2. C. de cad. tollend.
50 † Respondeo enim, licèt hi qui fortè per consequentiã successionis ad pactum hoc vocantur, tempore quo pactum hoc fiebat in rerum natura non essent, neque adhuc in vtero quidem,
51 tamen pactum hoc ijs prodesse posse. Neque † nouũ: sic enim si nunc paciscar, & post decennium nascatur mihi filius, inde ego decedam, pactum filio meo hæredi proderit: Non eñ tempore pacti hoc ꝓ principaliter agebatur tam vt nascituro filio ꝓuideretur, qꝝ am mihi: at is per consequẽtiam successionis, qua ius vniuersum, etiam ius illud pacti acquirit, cũ pro eadem hæredes persona habeantur, adeo vt etiam commodũ hoc pacti ad extraneum hæredem, licet post pactum conceptum & natũ videar transferre posse, vide pulchrè Hartmannũ Hartmanni Obseruationum Forensium, lib. 2. tit. 40. de hæred. Obseruat. 8.
52 Facit secundo, † quod hodie videmus tam de iure, quã consuetudine pactiones eas valere, & effectui mandari, quib. vt primogenitus in certis bonis præcipuis succedat, prouidet, licèt tempore pacti facti & passati nondum is conceptus, & incertũ planè an aliquando in rerum natura futurus esset. Bald. in l. cum Artemidoram. 4. C. vt in poss. legat. pulchrè Guido Papæ decis.
53 Gratiano pol. q. 267. Nam † & veteri iure, licet posthumi alieni subtilitate quadam iuris attenta, quæ ipsis in multã cedebat pernicie, arg. l. sancimus. 7. C. ad Trebell. hæredes instituì ꝓp incertitudinem non poterant, tñ post prætores hoc iniquũ esse videntes eos per bonorum possess. ad successionem maiorum admittebant. Instit. de bon. possess. §. j. post superuenientes Impp. hanc æquitatem prætoriam, vti omni humanitati & naturali rationis ductu expositam in constitutiones certas redegerunt, quarũ vestigia extant. Instì. de leg. §. posthumo. & de bon. possess. Ex
54 quibus omnib. cõficiendũ hoc est, † ꝙ tã in successione legitima siue ab intestato, siue ex testamẽto ꝓueniẽte, q̃ ī dispositione q̃uẽtionali, vt in pacto, nec nõ vi consuetudinis põt ꝓuideri filiis & toti posteritati, nedũ natæ, & in vtero matris existenti, sed & nondũ conceptæ, facit text. in c. mulier. & c. filij nati. si de

feudo

Source : BIU Cujas

feudo fuerit contr. & c.j.de filiis natis ex mat.ad morganat.ꝛct.

Facit notabiliter.l.ſeruus.ff.de alim.& cib.legatis. Sic eccleſia
55 † conſtruenda inſtitui poteſt hæres & poſthumus alienis.l.Gallus.§.ille caſus.ff.de lib.& poſthum.Bar.in d.l.ſeruos.

Neque obeſt,quod ſupra diximus, conceptum poſt mortem illius,de cuius hæreditate agitur, non poſſe ad illius uenire ſucceſſionem,
56 hoc.n.verum eſt † quatenus ex perſona ſua nullo alio adminiculo iuris venire volet,nam quatenus ex perſona patris venire,& priuilegio trāſmiſſionis potiri deſideret, nihil obierit ei incertitudo & ignoratio perſonæ ſuæ d.l.j.C.de his q̄ ante apert.tab.l.j.C.de ſucceſſorio edicto, tp̄e mortis aui & proaui ſui.Et hoc illud eſt,qđ à ueterib.legib. non fuit incognitum, q̄
57 † qñ de cōmodo & iure ſuccedendi agitur,ij q̄ in vtero, vel nōdū ſunt cōcepti pro iam natis habent. Dd.in d.l.ſi quis filio.l.q̄ in vtero.ff.de ſtat.ho.l.Paulus.47.§.Paulus.ff.de bon.libert.

58 Sed quid multis?hoc † ius & tēpus exiſtentia,vt ita dicam,de quo ſup.nu.49.non habere locū niſi in ſucceſſionib. ab inteſta. In ſucceſſione ex teſtamento & aliis diſpoſitionib.cōuentionalibus eā nō attendi apertè teſtat Bar.in d.l.Item prętor.ff.de ſuis & legit.hære. Sed age quemadmodum anſa anſam trahit,ſic ex præcedentib.noua ſuccedit quæſtionis materia,quę quo minus expeditè propoſitas quæſtiones diſſoluamus nos ſuſpendit & detinet: hoc veluti tranſlatitiū cōi ferè opinione vī obtinuiſſe,
59 q̄ † licèt in diſpoſitione legis, ſtatutorū, vel conſuetudinis appellationi filiorum cognationi ſeu aliàs vocationi per nomen collectiuum plurium perſonarum factæ non modo nepotes, ſed oēs ēt ex eiſdem deſcendentes cenſeantur includi, vt patet ex ſupradictis.l.iuſta.l.filii.l.liberorum.ff.de verb.ſigni. ubi Bart. & Alciat.non minus doctè,q̄ cōpendioſè.Minſing. in §.ſi quis nepotis.Inſti.qui teſt.tut.da.poſſ.tñ in diſpoſitione hominis,puta fideicōmiſſi,teſtamēti,codicillorum &c. uerius exiſtimatum eſt,nepotes non includi, ſed ſaltē ex uerbis ipſis uocatos & ipſi fideicōmitti proximi.l.cū ita.§.in fideicōmiſſo.ubi Dd.ff.de leg. 2.l.peto §.fratre.ff.eod.l.ſi.C.de uer.ſig.Dd.in l.Gallus.§.q̄dā rectè.ff.de lib.& poſth.hær.Coua.prac.q.c.38.qñ itaq; hic in diſpoſitione hoīs mutuā & fideicōmiſſariā quōdā p̄ interpretationē ſucceſſionē demōſtrate uerſamur,& ferè hanc vnionē paciſcētes, vix ſemel nepotū vel vlterioris poſteritatis faciant mētionē.videri poterat eos nec uocatos ex volūtate paciſcētiū videri. Sed longè iſta inductio ab arte æqui & boni faceſſat, quæ ēt duabus ſolutionib.poſtrata facilè corruet.Primò,q̄ ea quæſtio
60 p̄priè & principaliter procedit, † qñ teſtator cognati alicuius, vel amici ſui,vel prorſus extranei fecit mentionem, eidem legādo,fideicōmittendo, ſeu mandando quid:at nos loquimur de diſpoſitione in proprios filios coniecta.Secundò ſoluo; quia licèt vbi coniecta eſt diſpoſitio fideicōmiſſaria in lineam collateralem,dubium ſubſit maximum, utrum etiam deſcendentes ex eiſdē lateralib. videanē uocati, nos tñ hic uerſamur in linea paciſcentium recta, in qua crebrius obtinuit etiā ex diſpoſitione hominis venire oēm poſteritatem.Dd.dictis proximè legib. & Paulus Pariſ.Sed hic aliud nobis ſuggeritur dubium ab illis, qui exiſtimabant hæc adhuc dum aliquo ſaltem modo videri expedita eo caſu quo nepotes parati ſunt vnionis præſcriptam formā ingredi,quid verò ſi reclamant,an cogi poterūt ſtare parentum placitis,qđ non videbatur dicendum. Primò argumē-
61 to eorum quæ dicuntur de matre renunciante, † quæ ſi ad manus patris hæreditati toti in gratiam fratrum, vel etiam hæreditati fraternæ in commodum aliorum fratrum renunciarit, ipſaque ante patrem uel fratres moriatur.Eius enim renunciatio filiis ipſius non nocebit, pro qua quæſtione videantur quæ in vtramque partem diſputauit Maranta diſputatione 10. per totam,præſertim uerò.nume.8.& 42.& ſeq.nos enim omnia nec debemus, nec poſſumus pærſequi.

62 Secundò iuuat, † q̄ renunciatio feudi paterni nihil noceat filio,puta ſi quis feudum receperit pro ſe & liberis,id quod ſubintelligitur,ſalua gradus prærogatiua,vt primo filii acquirentis admittantur,& deinceps nepotes, ſeu ex eodem ſtipite deſcendentes.l.peto.§.fratre.ff.de leg.2. Contigit filium acquirente iā mortuo hoc feudum refutare, eiq̄ue renunciare, quæritur, an hoc noceat nepoti, an uerò is poſſit hoc feudum a patre ſuo refutatum nihilominus ex ſucceſſorio edicto acquirere. Et reſpō ſum eſt,filii renunciationem non præiudicare hac in parte nepoti,quin is vti proximior renunciante, & quaſi ex propria ſua perſona ad hoc feudum poſſit uenire.c.j.§.vaſallus culpā. & argumento eorum quæ ibi notantur ſi de feud. fuerit contr. int.
63 dom.& agnat.vaſalli.& in l. pater filium. 14.& l.ſi is qui.31.ff.de inoffi.teſta. † quia feudum quamuis refutatum manet tamen paternum.capitu.quidam vaſallus.de vaſall.decrep.ætatis. Atque eadem dici poſſent ad propoſitum quæſtionis noſtræ, ſiue enim iſte nepos tempore pacti vnionis(in quo quaſi renunciatio continetur bonorum auitorum, quo ad nepotem) erat in vtero matris ſuæ,ſiue etiam poſt cōceptus ſit, videbatur illi renunciationem iſtā quæ fit per vnionem nihil nocere, quin nihilominus ad auita bona peruenire poſſit,& admitti nō obſtāte hoc pacto debeat.Tertiò,facit in argumētum huius deciſionis negatiuæ,id quod tradunt omnes ferè Dd. ad l. quotiens. ri. C.
64 de fideicom.† q̄ licèt valeat alienatio rei extra familiam prohibitæ alienari,ſi omnes,qui tūc erāt de familia cōſentiāt,ita vt p eoſdē reuocari nō poſſit.d.l.quoties,nati tamē ex cōſentiētib⁹ poſſunt eā reuocare,& ad nihilū deducere,ſm Dd.in d. l. quoties. Cuius hęc eſt ratio;quia nō modo preſentes ſed oēs in gradu ſequētes, & quo ex eadē teſtatoris familia & ſtēmate perpetua quaſi ſuccedēdi ſerie naſcētur, iſta fideicōmiſſi voluntate ſuo ordine & quaſi per cōtinuationē indefinētē vocati cēſent. l.peto.69.§.fratre.ff.de leg.2.l.ſi cognatis.ff.de reb.dubijs.l.fi. C. de verb.ſigni.in verbis.Et hoc videlicet gradatim fieri.Sed nos vnionis veritate & validitate poſita cōtrarium indubitāter de-
65 fendebamus,pactum ſcilicet † hoc vnionis nō in ſolis cōtrahētibus vim ſuā exercere,ſed etiā in eorū totā poſteritatem propagari,à qua ſnīa necdū cur recedatur video, quin omnia eā potius mihi ſequēdum ſuadēt.Quid enim vel magis indignū eſſet,
66 vel plus iniquitatis cōtineret,† quàm idē in caſum damni reprobare vel impugnare,quod in euentum commodi probares,nulla ſingulari ratione id permittente ? quod vel naturalis & communis rationis iudicio ſatis perceptum,leges tamen ſępius notarunt.Impp.in l.penult.C.de ſolut.in verbis.Contrarium non poſtulaturus,ſi minoris diſtraxiſſe. Nec enim quis in ſua perſona æquū exiſtimare debet;quod in alterius perſona iniquū reputat,tot.tit.quod quiſ iur.Sed & hæc noſtra ſentētia generalibus iuris regulis cōfirmatur,quib.cōſtanter proditum eſt, † eū
67 qui in ius alterius ſuccedit,eodem iure, quo ille vti debere,itē ex qua perſona quis lucrum capit,eūdem etiam factum eius approbare debere,nec mirū. Hęres enim eadē perſona cū defuncto cenſetur.l.cum hęres.ri.ff.de diuer.& tempor.præſcri. Nouel.conſt.de iurei ur.à morient.præſtito hinc ratum & gratum habere debet hęres id,quod defunctus pepigit,contraxituè. Sanè ſi defunctus bona (quibus vnione facta quodammodo renūciauit)accepta infami modo abligur;iſſet,hæredes id pari cogerentur,cur ergo,cum tam honeſta pactione nō ea ſimpliciter amiſſa,ſed in compenſationem alijs accepta, quaſi permutata ſint,tam difficiles ſe præbere deberent hæredes in eo pacto ratificando.Nec verò obſunt nobis tantillum ea,quæ ſupra produbijs mouimus.Non enim hæc poteſt verè dici renūciatio,vt de ſuperioribus ſpeciebus ſcribitur, ſed potius quædam permutatio. † Sed iam è ſemita in viam reuerſi,in propoſita ſupra quæ-
68 ſtione nu.59.concludimus, ēt nepotes in hoc vnionis,ſeu vltimæ voluntatis pacto perſonas ſuorum parentum, & quidem ex perſona ſua,proprioq; iure repræſentare. d. l. Gallus. §. quidam rectè.ff.de libe.& poſth. quam ſententiam firmat reſponſum Iuliani.in l.27.ff. de adopt. vbi † eum qui ex adoptiuo natꝰ
69 eſt,nepotis locum obtinere reſpondit,facit & l.1. C. de ſucceſſ. edict. vide Alcia.in l.liberorum.ff.de verbor. ſignifica. facit eleganter quod tradit Grammaticus deciſ.1.nu.17. vbi ex ſententia Bart.in d.l.liberorum,inquit, † ius ſuccedēdi, quod liberis in
70 bonis parentum competit, eſſe ſeparatum quid à iure filiationis.l.nec ei.ff.de adopt.vbi dicitur, filios habere ſpem ſuccedēdi parētibus,& mortuo filio primi gradꝰ nepotes ſuccedere in illud ius pr̄is ſui.l.j.§.filius.ff.de ſuis & legit.§. poſthumorū.Inſt. de exhęr. liber.Si ergo ſuccedunt in illud,ergo eſt aliquod ſeparatum à iure filiationis, cū in iure filiationis nō ſuccedāt, hoc enim extinguitur cū perſona filij decedētis, vt in l. is poteſt.ff. de acqui.hæred. Et hoc ius ſuccedēdi quod deſcendentibus eſt paratum in bonis aſcendentium elegāti circumlocutione alibi ſpes,alibi votum, alibi debitum bonorum ſubſidium, alibi portio iure naturæ debita vocitatur, non quod hoc ipſis iam nunc immobiliter ſit acquiſitum,& quaſi per legalem quandā prudentiam è iudicio maiorum conceptam in totam poſteritatem infallibiliter tranſmiſſum,ſed quaſi legum quadā moderatione inuinculatū nō poſſit, niſi ab eiſdē legibus ſumpto remedio alienationi & diſtractioni vlli ſubiacere, partim uerò iſtud non continet merā alienationē ſed legalē & permiſſam bonorū adminiſtrationē, & eorundē euentualē acquiſitionē perficiendā corā cauſam cognoſcente prætore & exponēte parente ſeu fido amico,arg.tot.tit. C.de præd.min. ſine decre. nō alie.Porrò cū certum ſit,ſi duo ſaltē inuicē uniti, hoc eſt ex diuerſis matrimonijs progeniti & ui pacti copulati ſuperſint,pluribus uel nunq̄ natis,uel natis quidem, ſed ſine liberis mortuis, in horū perſona pactū hoc cū maximo eorū emolumēto uerificari,& effectū ſuū habere.Probabiliter dubitari poterat, qđ
71 ſit ſtatuendum † ſi vnus ſaltem ex altero matrimonio ſuperſit, omnibus alterius alteris liberis vita functis,an hic quoad commodū ſuccedēdi vtriq;, tā verò, q̄ receptitio parēti p̄ iuſto habeat filio.Sanè cū primū hāc quæſtionē apud me diſcuterē,nō putaui dubitādū,quin pactū hoc quoad receptitium parentem ceſſaret,q̄a dū cōiūctio illa & copula ſeu effectus parificādi ante mortē parētum deficit(vnio enim † nō eſt niſi pluriū rerum
72 vel perſonarū quæ inter ſe vniātur) videbatur etiam diſpoſitio vnionis ꝯcidere, ſicq; eo ad qđ vnionis fieri debebat relatio,extincto,etiā illud quod in eius cōſequētiā fuerat p̄uiſum extingui,hoc eſt pactū paritatis,dum nō eſt in quo pariatio nūc fiat.

Source : BIU Cujas

73 At postea † contrariam sententiã, quamuis inuitis penè omnibus quibuscum contulimus, tenere non addubitauimus, ratione illa moti, quia vnio hæc non solum est facta † respectu liberorum vtriusque matrimonii inter se, sed etiam contemplatione parentum ita vt reciprocatio illa seu respectus vniendi tamdiu verificari possit, quamdiu vel vnus liberorum parentib. vel alter aut vterque parens omnibus vel vni liberorum supererit, cuius decisionis origo ex illa regula, quam supra tanquam summam constituimus, petenda est.

Quam sine scrupulo probat statutum Friburgense, quod in hanc sententiam. tit. 4. 3. trac. §. conceptum est.

Atque si parentes eorum nullos naturales & legitimos filios habeant, soli vnione quæsiti filii ad hæreditatem admittuntur, eamque capiunt, reliqui verò omnes cognati siue ascendentis rectæ, siue collateralis lineæ sint, per eos excluduntur. Vides ibi vnius saltem lateris seu matrimonii plures superfuisse, nihilominus tamen pactum hoc vires suas exercuisse. Quare nihil causæ est, cur vnus alterius lateris hoc pacto non gaudeat, vbi tamen
75 † notandum, vnum hic ita admitti, vt si ex defunctis aliis fratribus vnitis nepotes superstites sint, partem, quam ipsorũ parens,
76 si viueret, habiturus erat, capiant. † Poterunt tamen locorum statuta, quorum permagna vis hac in re in vtramque partẽ est, aliter prouidere, saltem vbi non aliter scriptum est, quod modo diximus obseruandum censemus. Sic quia Francofurtense statutum expressè statuit post mortem parentum vtrinque vnitos filios superesse debere, censemus vnius saltem lateris liberis superstitibus vnionẽ expirare, tit. vlti. 3. par. §. 18 Quid verò si omnes vtrinque liberi nullis relictis descendentibus ante parentes moriantur, quod ex proposita mihi facti specie aliquando euenisse comperi? Profectò † hoc casu putarim vnionis etiam ædi-
77 ficium corruere, quia tales dispositiones quantum ad effectum deuolutiuum & destinatiuum attinet, vim habent vltimæ voluntatis, argu. notato. a gl. in l. vlt. in verbo accommodauerit. C. de pac. quam communiter Dd. sequuntur, iuxta Decium consi. 378. nu. 7. VVesenb. consi. 38. nu. 49. Est enim quasi reciprocum testamentum. seu donatio causa mortis vtriusque cõiugis in filios collata. Iam quemadmodum si viuo testatore hæres moriatur, vel donãs donatarium causa mortis superuiuat, testamẽtũ infirmatur & donatio corruit. §. posteriori. Inst. quib. mod. test. infir. l. si inter virum. 8. ff. de rebus dub. ita & filiis præmorientibus cessat atque absorpta est dispositio vnionis, quæ in fauorẽ
78 filiorum vtriusque matrimonii plerunque erigitur. Nã † qualitas adiecta verbo debet intelligi secundum tempus verbi. l. in delictis. 4 § si damnũ extraneus. j. ff. de noxal. actio. & rebus ita stantibus. i. liberis ex vtroque uel altero saltẽ matrimonio existantibus, qua conditione deficiente, deficit & dispositio, proq; non scripta habetur, iuxta notata per Robertum Marantã disp. 10. nu. 8. & Iasonem in l. qui superstitis. de acq. hære. c. quemadmodum. extra de iureiur. cum similibus. Hæc tamen † ita acci-
79 pe vt de parentum successione passiua (vt loquuntur) hoc pacto nihil actum censeatur, at actiuæ (qua ipsi liberis succedũt) nihil hisce præiudicare volumus, de qua successione quædam in c. de forma. per nos dicta sunt.

80 Verùm nunc talis occurrit facti species, † Titius cum prima vxore mortua ad secundum descendisset matrimonium, vnione in debita forma facta, liberisq; ex vtroq; matrimonio relictis decedit, inq; bonorum illius proprietatem filii: vsumfructum vxor succedit, vnde disputabilis valde occurrit quæstio, quam priusquam ad sequentes huius capitis hypotheses properem, discutiendam duxi. Est autem hæc: An vxor seu vidua hæc præter mariti quondam, iam filiis acquisitorum bonorum etiam filiorum primi matrimonii, bonorum maternorum vsumfructum habere debeat? Quod videtur dicendum ex eo; quia (vt supra diximus) ea est vis & natura vnionis, vt vitricum faciat videri verum patrem, nouercam veram matrem. Deficiẽte ergo Titio vero & non ficto liberorum primi matrimonii parte, videbatur superstiti matri datiuæ bonorum, quæ iidẽ liberi ex ascendenti linea materna habent, deberi vsusfruct. argum. l. j. &
81 2. C. de bon. mat. authen. ex testamento. C. de secund. nupt. hac quoque ratione potissimum suffragante, qp hæc eadẽ bona post illius mortem veniant communicanda inter omnes liberos. Diuersa opinio, qp vsusfru. in bonis liberis iam acquisitis nouercæ non debeatur, nititur etiam quibusdam fundamẽtis. Primum: quia iure inuenitur cautum, † vt solus pater vsumfruct. bonorum aduentitiorum habeat, atque eo extincto plenum ius liberi consequãtur. d. l. j. & 2. C. de bon. mat. l. j. C. de bon. quæ lib. neque tñ indistinctè omni patri sed saltẽ ei qui liberos in potestate hẽt. d. l. j. l. 4. in prin. & passim. C. de bon. quæ libe. quare mater in bonis filii aduẽtitiis vel hæreditate paterna nullũ vsumfr. sibi fingere poterit, facit arg. l. j. C. si secũ. nupt. mulier. si eñ iure cõpeteret, legari nõ opus esset. l. cætera. 41. §. j. ff. de leg. j. l. proprias. 13. C. de le. q̃ filios in potestate nõ hẽt. §. fœminæ. Inst. de adopt. multo igitur minus nouerca, quæ saltẽ fictitiè mater dr. Alio-
82 quin eñ cõtra iuris regulas † plus fictio q̃ veritas operaretur, si nouerca, quia mater fingitur, vsumfr. filiis abstrahęret, quem ne mater quidẽ vera habere. Secundò specialiter in bon maternis negatiua opinio probatur. Ecce eñ habuit pater vsumf. bono-
83 rum maternorũ, qd̃ si eundem relinqueret nouercæ, † iam cõtra iuris reg. vsusfr. cum persona non extingueretur, & sic vsusf. constitueretur vsusfr. contra. l. j. ff. de vsufr. leg. Tertiò quia hæ psonæ, ideſt, nouerca, vel uitricus vi pacti subintrãt personas defunctorum parentum: Ergo in bonis maternis, si fictio aliquid operari deberet, censerentur domini, & per consequẽs eorũ, vt rei suæ vsumfr. habere non possent. Quartò facit, quia sic intolerabili iniuria hoc pacto liberi primi matrimonii afficerẽtur, quæ si vnio nõ esset facta, oĩa bona materna, & partem paterno
84 rum sine vlla abstractione vsusfr. habuissent, iã verò ne partem quidem maternorum, quæ cũ aliis cõicarent, solido iure possident, neq; † eñ hoc eorum in liberos alterius matrimonii collocatũ beneficium ipsis necem adferre debet. His tñ pro utraq; parte motis & additis ijs, quæ accuratius paulo, de vsufru. mater-
85 no dicentur infra c. 9. totum hoc sub iudice relinquentes † eum in id, cuius gratia pactum hoc est factum, ideſt, ipsam æquabilitatem fixis oculis intueri, neq; inde dimoueri admonemus, cõtra quam siquidem a præscriptis in hac materia per locorũ statuta regulis, aut obtenta longo tẽporis spacio consuetudine recedendo sciens prudens iudicet, nõ secus, q̃ si in legem scriptam peccasset, tenet. Quid eñ si hic Titius fuisset primus huius, nunc viduæ, maritus, ita ut in casum aduersum ipsi de duplicis lineæ vel de tam opulento vsufr. prospectum esse non potuerit, argu. eleganti in l. j. ff. de reb. dub. Quid si viduę parẽtes adhuc sint in viuis, ita ut in ijs bonis Titio nullus vsusfr. esse potuisset, sed præter hæc alia multa possunt iudicem variis motib. impellere, tam in hanc q̃ in illam partẽ. Coeant ergo in fœdera dextræ potius, neq; se sumptib. tribunalia litib. defatigent, cũ uix obtinẽdi spẽ vllã se habere videant, arg. l. item si res. 4. §. j. uer. nõ tñ. ff. de alienatione iudicii mutand. cã. Hæc eñ, ait Iureconsultus, Verecũda cogitatio eius qui lites execratur reprehendenda non est. facit huc tex. in l. j. ad finem. ff. de inoff. testa. ubi cognatis qui sunt vltra fratrem querelam diffuadet l. C. qui obtinendi spem non habent. Tantum de illa quasi per parenthesin quæstione, iam priori themate repetito. Finge deinde alterum ex priori matri-
86 monio editum filium, fratrib. germanib, vnitis & nouerca in viuis relictis decedere, quęritur quomodo huic succedi debeat, atque hic nobis uerius iuriq; magis vr̃ † consentaneũ, vt germani in bonis defuncti fratris cum nouerca in matris locum cooptata potiori iure fruãtur, argumẽto, Nouel. 84. auth. defuncto. §. sed si cum parentib. C. ad S. C. Tertyl. auth. itaq; C. com. de succes. Sanè vbi de consuetudine vel statutis locorum hæredia, vt loquuntur, antiqua, seu bona gentilitia & auita, ad familiã agnationem q; semper redire debent, ibi existimarim ita ineundam diuisionem, ut germanis bona defuncti materna vnà cum nouerca præcipientib. in reliquis omnes æqualiter succedant, nullo matri seu nouercæ vsufructu relicto. Nouell. consti. 118. §. si cum ascendẽtib. uersi. nullum in hoc casu vsumfructum. Eo tũ, nisi fallor, excepto, ut si defunctus bona reliquerit prosperitate fortunæ parta aliis lucris, vel deniq; ita acquisita, vt oneri collationis regulariter eximantur, ea solis germanis inter se diuiden
87 da maneant propria, tum maximè, † quoniam in vnione fit respectus cõicandorum bonorum maternorũ, non etiã lucrorũ.

88 Quid † autem si defuncto nulli sint germani fratres, utrũ nouerca & consanguinei in maternis bonis cõcurrẽt, an uerò alterius cã erit potior? Atqui vr̃ nouerca in maternis saltẽ præferẽda, in reliquis bonis partes singulis viriles dandas, qa vi vnionis matris locũ subintrat nouerca. Quid aũt si post patrẽ Titiũ secundi matrimonii prolium vna præmoriatur? Respondeo,
89 † vnionis pactum hic nullum producere effectum; quia defuncto naturalis & legitima mater est superstes: paternis ergo bonis inter vtriusq; matrimonii proles, matri vsufructu saluo, diuisis, in reliqs fratres germanos defunctus habet in uiriles portiones hæredes. l. de emãcipatis. C. de legit. hæred. Nouel. consti. 22 §. ex hoc alius nos tractatus. uer. q̃ si filius intestatus. Sed quid
90 iuris si nec germanos fratres reliquerit defunctus † certè præceptis a fratrib. consanguineis bonis paternis in reliquis vr̃ mater successura, alienatione seu interuersione omni prohibita. l. fœminæ. §. illud etiã. C. de secund. nupt. Insuper, & super eiusmodi casus euẽtu, qd̃ esset iuris a me aliq̃ quæsitũ memini. † Coniuges stãte matrimonio duas habẽt proles vnã masculam alterã
91 fœmellã, moritr̃ mater, pater ad secũda uota cõuolat, atq; pactũ vnionis facit in debita forma: ex secũdo hocce mr̃imonio quatuor prodeunt filii, moriunt̃ successiue parentes, exinde prioris mr̃imonii filia, filiis ex se genitis ĩ uiuis relictis moritur, & post eiusdẽ frater absq; liberis in fata ꝓcedit: quæritr̃ ad quẽ hr̃ditatis huius capiẽdæ ius transeat? Et licèt qdã respõderint, ex præmortua primi mr̃imonii filia liberos solos auũculo in oĩbus bonis successuros d. auth. itaq; (cuius decisio fratres defuncti germanos cõsanguineis uel uterinis præferẽs ex cõi, eaque approbata traditione ẽt ad fratrũ filios extẽdir) & hoc ex cõib. iuris regulis: ideo, quia pactum vnionis ſm supra tradita præcepta per mortẽ parentum & hæreditariorum bonorum initam diuisionem

Source : BIU Cujas

nem prorſus eſſet extinctum, adeoque eius beneficium ſecundi matrimonii quatuor filios in ſucceſſione hac, de qua quæritur collaterali, inuocare non poſſe. mihi quidem deciſio ea etſi cum eiuſdem rationibus non diſpliceret, tamē in locis quibus in ſucceſſionibus, ex qua linea bona prouenerunt, de conſuetudine ſeu ſtatutis fixè obſeruatur, placuit inquirere, quæ & qualia defunctus bona reliquiſſet. Et videbam iſtic triplicis generis bona ſupereſſe, paterna uel profectitia, materna & aliunde quacunque ratione honeſta parta. Ad paterna omnes ſimul vocari dubium habere non pu tabam iure Codicis attento. dicta l. de emancipatis. l. quod ſcitis §. ſinautem. C. de bonis quæ liberis &c. In reliquis filios ſororis defunctæ. Planè ſi pater iſte in uiuis fuiſſet, vel ſola mater, & ad eas ſucceſſiio huius deueniſſet, exiſtimabam virtute vnionis omnes æqualiter vocandos ad hæc bona, non attento vnde proueniſſent. Tandem ne quid intactum reliquiſſe viderer, duæ dum hoc caput tractarē mihi perpetuo obuerſabantur quæſtiones, quarum Prima etſi directo ad materiam vnionis nō pertineret, poteſt tamen tam circa eundem, quam extra eam frequentiſſimè in dubium vocari. Diximus ſupra, quomodo fratres germani, & vniti ſibi ex iſto pacto mutuo ſuccedant, quibus pro complemento addendum, quòd licèt † quàm diu defuncto ſuperſint fratres germani, eorumve liberi, tamdiu ex iuris diſpoſitione non admittantur fratres conſanguinei vel vterini, multo minus horum filii, ad illius ſucceſſionem. Nouell. 118. §. reliquum. verſicu. vnde conſequens, non attento vnde bona ad defunctum fratrem venerint. gloſſ. in authenti. itaque, communia de ſucceſ. Dyn. in ſuo tractatu de ſucceſſion. ab inteſtato, prope finem. Bald. in l. de emancipatis. C. de legitim. hæredi. tamen id tunc obtinere videtur, quando cum defuncti fratre vel fratribus filii fratrum ſimul concurrant, ſicque hi iure repreſentationis ad patrui vel amitæ, & reſpectiuè auunculi vel materterræ illi iure proprio ad fratris ueniunt ſucceſſionem, tunc enim & tamdiu non eſt locus fratribus conſanguineis vel vterinis, vti ex vno latere (qa duplicitas adhuc in defuncti fratribus integraliter extat) coniunctis. At ſi conſanguineus, vel uterinus frater cum ſolis prę-
mortui germani fratris filiis ſuperſit defuncto, videbatur fratrem ex altero latere ſaltem coniunctum præferēdum nihilominus nepoti, quamuis duplicitate vinculi vincēti, ex eo quòd ille in ſecundo, hic in tertio gradu defunctum contingat: Atque ex d. Nouell. 118. in §. ſi verò conſtat proximiorem gradu vlteriorum excludere. Et certè videbatur id dubio carere, quū quamuis conſanguineus, uel vterinus non eoſdem mecum vtrosque parentes habuerit, habuit ad minimum ſaltem alterum communem, at nepos neutrum, ſed ex alio qui mecū duplici uinculo iungebatur natus eſt, vt uerè quis dicere poſſit, nihilominus fratrem meum vno nihil latere coniunctum mihi proximiorem. Contrarium tamen Iuſtiniano placuit in Nouell. 118 § ſi igitur. uerſicu. vnde conſequens hiſce verbis: Vnde conſequens, ait, eſt, vt ſi fortè præmortuus frater, cuius filii viuunt per vtramque partem nunc defunctæ perſonæ iungebatur, ſuperſtites autem fratres per patrem forſan ſolū aut matrem ei iungebantur, præponantur iſtius filii patruis, auunculis, amitis, materteris ſuis, & ſi tertio gradu ſint, quemadmodum & pater eorum præferretur, ſi ſuperfuiſſet. Sed adhuc videntur vrgere in priorem ſententiam verba illa. Nouell. 118. dicto §. ſi igitur. uerſic. ſequen. Sed & ipſis, inquit, fratrum filiis hoc beneficium concedimus, quando cum patruis & auunculis, neq; non amitis & materteris vocantur. Ergo quia hic non vocantur cum propriis Thiis, ſed ſoli ſunt, præferri debent conſanguinei & vterini. Adde q ratio in Nouel. 44. (vnde hæc diſtinctio fratrum fluxit) poſita hic locum non habet: neque in his nepotibus & defuncto (ut ibi ait) & lege & natura iuuante ſe, eo q ex ijſdem ſint procedentes in atrium finibus, ſitque eis patris ſemen vnum, & vndique veluti ſignum quoddam germanitatis ijs reſpondet: vbi nihil certius eſt, quàm ibi de ſolis fratribus Iuſtinianum loqui. Ergo adhuc ſoli, licèt utrinque coniuncti ne-
potes excludantur. Verùm contraria ſententia † cum communi opinione in authen. ceſſante. & Noue. 118. nobis ſequēda videtur, ut adhuc nepotes vtrinque coniuncti, licèt ſoli excludāt conſanguineos vel vterinos fratres, & qui poterunt ex ſuperioribus eſſe ſcrupuli in ſequentis quæſtionis examine, quantum poterunt, commodiſſimè à nobis eximentur. Verùm noua q. ſtionis ſpecies hic oborta progreſſum noſtrum moratur: Quid enim ſi ſoli fratrum & utroque & altero latere coniunctorum ſuperſint filii, ita ut ſinguli non iure patris eū repreſentando vocenť, ſed ex ſuis perſonis & ꝓprio iure veniāt, ſicq; de ſucceſſione nō fratris, ſed patrui agit tm: † ante his oīb. regulariter nullo vinculi duplicitatis habito reſpectu attribuet hr̄ditas? Et ſanè hoc poterat videti ꝓp paritatē gradus: hic. n. nulla pōt fingi pro gationis ſeu repreſentationis cōſideratio, vnde pariter poterāt vocādi uideri, argumēto vulgatiſſimæ in iure reg. pars gradu pariter ſuccedūt, auth. poſt fratres. 2. C. de legit. hær. & Noue. 84. ſaltē eā innouat, qñ fratres ꝯcurrūt cōſanguinei, vterini & germani: Nou. aūt 118. limitat eā regulā ſolū, niſi cū iis fratrib. germanis ꝯcurrāt nepotes ex alijs. Ergò eo caſu quo ſoli ſicut nepotes, correctio iſtius reg. non dēt conſiderari, per vulg. quibus correctionem legum odioſum & vitandam dicitur. l. præcipimus. C. de appell. Et quod hoc caſu nō parentum, ſed filiorum, nepotum defuncti perſona conſideretur. Probat ſatis Conſt. Caroli V. Imp. qua fratrum filios ſolos, in capita tanquam ſui conſideratione non in ſtirpes ex parentum perſona ſuccedere voluit, cuius tenor eſt inſertus reform. Iulia cenſ. c. 86. Contraria tamen ſententia, fratrum ſcilicet aut cōſanguineorum aut vterinorum filios à fratrum defuncto vtrinque coniunctorum filijs excludi, & iure & ratione verior eſſe videtur. Neque enim paritas gradus hac in parte ſemper paritatem præbet ſuccedendi. Nam (vt ſuprà dictum) & ipſe frater defuncti ab vno latere coniunctus hoc caſu excluderetur. Ergò multò magis eiuſ-
dem filij: quia ſi vinco † vincentem te, multò fortius te vincam. Allegatio etiam & inductio ad Nouel. 84. & Nouellæ 118. §. cō-
ſequens. verſicul. Sed & ipſis, non plus hic quam in ſuperiori quæſtione rectè fit. Licèt enim in Nouell. 84. de ſolis fratribus collatione inter ſe facta fiat mētio, id tamen poſteà per Nouell. 118. in fratrum filios vſque productum eſt: at verſiculi, ſed &
ipſis, alius ſenſus eſt. Primùm † enim vult Imperator, quòd defuncti fratrum filij concurrentes cum Thijs iure repreſentationis ſuccedant patruo, amitæ &c. nec hæc ſuccedendi forma latiùs ſit extendenda in fratrum filijs, niſi quatenùs cum patruis auunculis &c. veniant, ita vt ſi ſoli ſint non iure repræſentationis ſub perſona patris, ſed proprio iure ex perſona ſua ſuccedāt. Deinde Imperatoris eſt intentio, eos excludere, ſi aſcendentes concurrant, quod ſequens verſ. oſtendit: vbi particula aduerſatiua A V T E M, hoc caſu, licèt cum Thijs concurrant, eos excludendos cenſuit, quod tamen ipſum poſteà Nouell. 127.
correxit. Itaque † in ſucceſſione fratrum filiorum duo principaliter debent attendi Coniunctio naturalis, & vinculum illud copulatiuū duplicitatis: ſi. n. ab vna parte cōiūctionis & vinculi eſt duplicitas illa, hoc efficit, quòd illi ad ſucceſſionem vocētur ſoli, excluſis ab vno ſaltem latere coniunctis. Deinde, an cum Thijs iure repræſentationis, an verò inter ſe iure proprio ſuccedere velint, defuncto patruo vel auunculo &c. priori namque caſu in ſtirpes fiet ſucceſſio, poſteriori verò ex Carolina Conſti. in capita, vbi ergo primum defecerit, coniunctio illa naturalis duplicitatis, ex qua ad hæreditatem, quæ cauſa eſt, ſine qua non vocantur, fruſtra poſterius membrum quod & in fratrum filijs ex altero latere defuncto iunctis, deficit, attendimus.
Vnde etiam † Carolinam Conſt non obſtare liquet, qua non voluit Carolus alios iure cōmuni excluſos vocare, ſed quomodo ij qui iure cōi vocātur, hæreditatē debeant diuidere clarè ꝓpter varietatem interpretum iure decidere, neque ſucceſſionē in capita inter eos tam iuduxit; quia pares gradu eſſent, quàm etiā quia iure proprio venirent, argum. l. fin. & quæ ibi notant Dd. C. de legib. Neque enim voluiſſe cenſetur Imp. vt qui aliàs hoc caſu inſucceſſibiles erant, & de genere excluſorum, illa Cō ſtitutione generali ad ſuccedendum habilitarentur, arg. l. ſi qñ. C de inoffic. teſt. c. ad noſtram. 21. de iureiurand. ex quib. perſpicimus rationem, cur filius fratris germani defuncti perſonę, de cuius ſucceſſione agitur, excludat eiuſdem fratrē ex altero tātū latere cōiūctū. Qualitas enim duplicati vinculi, & arctior in eo cōiūctio, ſanguinisq; vnio, quæ planè integra in filio, vt in eiuſdē patre cōſeruātur, hoc efficit. Vñ Fulg. in d. aut. ceſſāte. C de legit. hær. nu. 4. inquit, q in hac trāuerſali ſucceſſionę † filius nō modo in patris ſui gradū, ſed ēt in omnimodā gradus eius qualitatē ſuccedat Frāciſcus itē Aretinus, nō eſt incōueniēs, inquit, q talis potētia ſuccedēdi cū tali qualitate tranſeat in nepotem ſurrogatum loco filij; quia dicitur eſſe pars corporis ſui, vt in l. cū ſcimus. 22. C. de agr. & cēſit. li. 11. vnde Dido ad Aeneam:

Parſque tui latitat corpore clauſa meo.

Et hæc abſque cōtrouerſia procedunt in diſpoſitione legis: At in diſpoſitione hominis contrarium tenuit Matheſilanus in trac. ſucceſ. ab inteſtat. par. 3. prin. nu. 3. in fi. quæ res quia non ſatis expedita eſt, tu vide vbi caſus occurrerit, ea quæ paulò ſupra dicta ſunt, quaque tradit Viuius in commun. opi. vel Filius
FRATRIS, li. 2. in vlterioribus † ſanè lubens fatebor, Proximitatem & paritatem graduum fixè ſemper venire attendendam, & proximos perpetua lege præferri remotioribus, paresque ſimul vocari, nulla neq; repræſentatione neque duplicitate vinculi, neq; bonorum prærogatiua attēta, ſed vndecunque bona peruenerint in gradu potiores in iure quoque ſuccedendi habere priores. Sic Matthel. in d. loco nu. 19. vbi dicit ita tenuiſſe Bal. & gl. in authē. itaque, C. communia de ſucceſ. verſ. & eſt quidam ordo. Vnde ſi defunctæ iam perſonæ patrui ſuccedere uellent, quorum unus ab uno aut utroque, alter, altero ſaltem latere coniunctus eſſet, tunc ferè obtinuit. quòd non attento diſcrimine duplicitatis uinculi aut bonorum æqualiter admittantur. Iacob. de Beluiſo d. loco. Caſtren. & Corneus in d. aut. poſt fratres, fratrumque, uide Bartol. in l. ſecunda. §. legitima. ff. de ſuis & legitim. hære. Et hæc ſummoperè obſeruāda quæ ipſe uti aliena ferè huc nō retuliſſē, niſi boni cuiuſdā

Source : BIU Cujas

viri communicato consilio. Succedit prope terrarũ videnti, altera non minus dubiſi, quam neceſſaria quæſtio Pone igitur, Titius prima vxore ſua mortua, ſuperinducit filiis quos ex illa ſuſcepit, mouet cauſa, cum eaque in tractatu ſponſaliorum paciſcitur, & in debita forma liberos & ex priori matrimonio natos, & ſequenti naſcendos vnit, poſt exiſtentibus & relictis ex vtroque matrimonio liberis Titius in fata cõcedit: hinc vidua, dono continentiæ non prædita, alium expetit maritũ, ægrè deſiderio ſuo remedium inueniens, ob id quod omnia bona ſua vi pacti vnionis in liberos transfudiſſe videtur, & iam (ſin minus ab initio) profecto morte uiri irreuocabile hoc pactum factum videretur, de quo in capitu. fina. diſſeremus. Quare hic tria potiſſimum quæruntur. j. An hæc mulier nuptias iterare poſſit ij. ſi poſſit nuptias iterare quid in dotem dare, anne aliquod lucrum nuptiale in caſum ſuæ mortis marito poſſit promittere. iij. qd de liberis ex hoc iterato mrimonio naſcẽdis ſit iudicãdũ.

101 Prima quæſtio † vtcunque expedita eſt, nulli enim in dubiũ venire poteſt, quin mulier hæc ad alias nuptias conuolare poſſit. tot. titu. C. de ſecund. nupt. & Nouell. 22. de his quæ nuptias iterant. Dummodo annum luctus iuxta præſcripta legum caſtè

102 obſeruet, adeo quidem quòd non ualeat conſuetudo † matrimonii prohibitiua vel impeditiua talis. gloſ. in capitu. j. in verb. priori. extra de ſponſa duorum. ubi Canoniſt. vide capitu. j. extra de ſponſa Neq; uerò hoc pactum, ſi maximè eo omnia bona ſua amiſiſſet, nec quicquam quo ſe dotaret haberet, obſtat,

103 † cum matrimonium ſine dote poſſet cõſiſtere nemo dubitet. l. fin. C. de dona. ante nup. d. Nouell. 22. §. matrimonium itaque.

Quare ſecundæ quæſtionis paulò altioris ingrediamur pela-

104 gus, vbi primum pedem figimus in eo, cum † vſumfru. in dotem dari poſſe conſtet. l. 7. & 78. ff. de iu. dot. ad minimum eam vſumfruct. quem habet in dotem dare poſſe. Sed quòd ſi hic ad onera matrimonii ſufferenda non ſufficiat, & ea fortè de cauſa difficilius maritum inuenire poſſit, an poſſit proles, in quas omnia bona per pactum vnionis transfudit, cogere non ſolùm ad ſe dotandam: ſed & ad conſtituendum marito certũ & nuptiale lucrum in euentum mortis: Quid item dicendum ſi hæc mulier irrequiſitis liberis dotem ipſa vel lucrum tale nuptiale cõſtituerit, an liberi teneantur agnoſcere hoc onus, & exoluere.

105 Sanè pars affirmatiua ut æquior, † ita & iam quàm plurimis iuris rationibus, & doctrinis ſtabiliri poſſe uidetur. Primùm tã-

106 tus dotis fauor, ut & publicè dicat intereſſe, † dotatas eſſe mulieres. l. j. & 2. ff. de iur. dot. l. j. ff ſoluto matrimo. id ſuadet, præſertim cum ea bona de quib. dos cõſtituenda ex ipſa proceſſerint.

107 Deinde facit reg. toto iure decantatiſſima. † Ea ſcilicet omnia quæ ueriſimiliter paciſcentes, uel teſtantes expreſſiſſent, ſi de his cogitaſſent, uel interrogati fuiſſent, eſſe habenda pro expreſſis & poſitis. l. ſi cùm Cornelius. ff. de ſolut. l. cum uirum. 16. C. de fideicom. Iaſo. latè in l. Titius. §. Lucius. ff. de libe. & poſth. Dd in l. mulier. 22 § Baſidas. ff. ad S. C. Trebellia. facit text. optimè in l. generaliter. 6. C. de inſtitu. & ſubſtitu. l. cum acutiſſimi. 30. C. de fideicommiſ. l. cum auus. 10 . ff. de condi. & demonſtr. Et profecto humanum ueroque quàm ſimilimum foret ſponſam ſi uiam ſibi a morte mariti ſuperfore cogitaſſet, illam in eum quoq; caſum, (maximè ſi adhuc in flore ætatis cõſtituta.

Iam matura viro plenos adoleſcat in annos.

Hanc vtique dotis repetitionem ſibi excepiſſe quod nominatim facere, partim quia ominoſum, noluit, partim quia parum virginali verecundiæ congruens putauit, puduit. Tertiò,

108 non leue momentum adfert, quòd † dos in primo matrimonio data cenſetur in ſecundo repetita. l. dotem. 30. l. diuus Seuerus. 40. l. poſt diuortium. Quartò facit, quòd nemo iuſtè ad eam contradictionem uenire poſſit, cum filii a matre habeant, cum enim liberis hoc fideicommiſſo, ſeu pactione honorarit mater, cur non eoſdem & ad ſuum, quidem neceſſarium uſum, onerare poſſit. l. j. §. ſciendum. 4. & aliquot. ll ſeqq. ff. de lega. 3. pulcherrimus caſus, & ferè ad viuum huic conueniens, in l. cùm

109 quis. 37. §. nuptura duobus filiis. 4. ff. de lega. 3. † Secundũ enim naturam eſt, eum ſequi incommoda, qui ſentit commodum. l. ſecundũ naturam. 0. ff. de reg. iur. Faciunt quinto hic quæ paſ-

110 ſim dicuntur, donatorem † non fruſtra deſiderare, vt in quantum poſſit, conueniatur. l. 33. in princ. ff. de donat. l. & exhæredatum. 49. cum l ſeq. ff. de re iud. hinc q̃ non totum quod habet ei extorquendum ſit, ſed & ipſius ratio habenda ne egeat. l inter

111 eos. 19. in fi. ff. d. tit. de re iud. At dotis cauſa † non minus quàm alimentorum fauorabilis habetur in multis. Cy. & Bar. in auth. res quæ. C. communia de leg. & fideicõ. Satis enim dicitur mulier egere, quæ quia dotem dare non poteſt, maritum idoneum non inuenit, iuxta illud.

Cur nemo eſt Hecaten, nulla eſt quæ cœperit Irum:
Nempe quod alter egens, altera pauper erat.

Educatur in aciem & ſextum argumentum. Ea enim res reſti-

112 tutioni obnoxia, † cum neque alienari, neque obligari poſſit. l. ſi. C. communia de leg. ea tamen dotis uel donationis propter nuptias nomine & obligari, & alienari permittitur, dummodo pro modo honeſtati perſonarum congruo id fiat. Ea enim quę communiter omnibus proſunt, his quæ ſpecialiter quibuſdam vtilia ſunt, præponimus, inquit Impe. in d. auth. res quæ. C. cõia de leg. & fideic. ubi optimus tex. & ibi Iaſ. ad longum, idem in l. filiusfa. §. diui. ff. de leg. j. num. 13. in lectura. j. & num. 16. & 77. in lec. 2. vide Bald. Nouellum de dote, part. 6. priuilegio 13. per totum, quæ omnia vehementer augentur, dum hic de proprijs bonis, ibi de ijs quæ ab alijs relinquuntur conſtituere vult. Sed nec ſeptimum prætereatur argumentum ex l. mulier. 22. §. cũ

113 proponeretur. ff. ad Senatuſconſul. Trebel. † vbi mulier, quæ rogata erit relicta reſtituere, dote certæ quantitatis conſtituta, decedens maritum inſtituit, quæritur; An dos detrahi poſſit: reſponderque Vlpia. non poſſe dici in euerſionem fideicommiſſi hoc factũ, quod & mulieris pudicitiæ & patris voto cõgruebat: quare dicendũ dotem decedere, ac ſi quod ſuperfuiſſet, rogata eſſet reſtituere. Quandò itaq; noſtrorũ quoq; pactũ, quaſi quoddã continet fideicõmiſſum reciprocũ & cõpẽdioſum, eſt que inſtar diſpoſitionis teſtamẽtariæ, videtur dotis cauſa eidem ſemper eſſe exempta, quo facit apprimè l. cum pater. 77. §. mater. 2. ff. de leg. 2. Nec quidẽ octauo ſe præterire ſinit argumen-

114 tũ, q̃ hoc † onus tanq̃ ex cauſa neceſſaria proueniẽs fideicõmiſſum ceſſare iubeat. l. peto. 69. §. prædiũ. 1. ff. de leg. 2. l. cũ fidei hę redis. 9. ff. de fideicom. libert. cui in argument. reſpõdet. l. pater filiũ. 38 in fi prin. ff. de leg. 3. ibi rectè ꝺ̃ctũ (ſic & dotẽ rectè ꝓſti tutam) ſi nõ erat aliud in hæreditate, vnde debitũ exolueret. facit & l. magis puto. 5. §. nõ paſſim. 5. ibi. Si igitur deprehẽderit. ff. de reb. eor. qui ſub tut. ibi ẽt legis prohibitio in cauſa neceſſitatis expirat. Videtur tãdẽ & nonò abſurditas cõtrariæ ſentẽtiæ in hãc nos inducere. Niſi enim id poſſet & deberet fieri, id prius pactũ ſi nõ principaliter, ſaltẽ indirectò cauſis matrimonij adiuuãtib⁹, ſubtractis, viduitatẽ induceret, ꝺ̃ l. 1. & tot. ti. C. de ind. vid. tollen. vide l. cũ pater. 11. ff. de pact. dot. cui nõ inelegãti rõ-

115 ne aſtipulatur Imper. in l. 2. C. de bon. quæ li. in ver. † Proſpicien dũ enim ſummopere eſt, ne hac iniecta formidine parẽtũ circa liberos munificẽtia retardetur. Tãdẽ ergò vt finẽ iſthæc quæſtio accipiat breuiter ꝯcludo, hãc opinionẽ, vt nõ paulo plus ę-quã, ita etiã de iure veriorẽ eſſe exiſtimo, ſuffragãte ſupradictis etiã Scæuolæ reſpõſo in l. à filia. 62. ff ad S. C. Trebel. vbi reſpõdit, id quod in dotẽ fuiſſet nõ cõtineri in partẽ hæreditatis, quę reſtituẽda eſt, ſed etſi ex promiſſione dotis aliquid debitũ fuit, æris alieni loco habẽdũ. Ergo & hoc onus, vt æs alienũ agnoſcere filij hæredes matris debẽt. l. 1. C. ſi cert. pet. l. cũ à matre. C. de rei vind. Eo etiam attento quod dotis cauſa ſit pia, ſancta & pro ea in dubio iudicandum. Bart. in l. 2. §. Titio. ff. de donat. Specul. in tit. de teſte. §. poſtquàm verſ. ſed quid ſi.

116 † Eſt tamẽ modus ſeruandus in lucro nuptiali in mortẽ ſuã marito cõſtituẽdo, de quo ſic habe, quod poſſit cõſtituere non obſtante pacto hoc vnionis, verum ita ne lucrũ hoc egrediatur modũ cũſtitutũ in l. hac edictali. 6. C. de ſecũdis nuptijs. vbi cauetur, ne ad ſecũdas trãſiẽs nuptias nouercæ vel vitrico ſuorũ liberorũ plus quouis titulo poſſit relinquere, quàm rellquerit vni ex filijs præcedẽtis matrimonij, ei cui minus reliquerit, ſi enim quid vltra detur quocũq; titulo vel excogitata fraude ad ſolos liberos ex anteriori matrimonio eorumque ſobolẽ ſi illi deceſſerint pertinere. d. l. 6. ad finẽ. authen. ad eos, d ti. Neq; enĩ prudendes & pij filij facilè detrectabũt matri ſeu nouercæ certũ cõſtituere lucrũ nuptiale cũ æqualitatis tacita & reciproca ratio (per l. ex morte, cũ auth. ſequenti. C. de pactis cõuentis tã ſuper dote) &c. eos in augmentum & participationẽ huius lucri vocare poſſet, nõ eſt ergo quod renuãt pietatis officium & fortunæ aleã. l. 1. C. de pac. l. de fideicõm. C de tranſa. Eis duabus queſtionibus ita expeditis, tertia & vltima huius hypotheſeos oritur. Quid de liberis ex hoc forte matrimonio natis iudicandũ? † Sanè cũ exiſtẽtia liberorũ faciat deficere donationes quo

117 tæ bonorũ, vel alias immoderatas teſtamẽtarias, vel fideicõmiſſarias diſpoſitiones, videri poterat aut hoc pactũ per ſuperuenientiã, vt ita loquar, liberorũ tolli. l. ſi vnquã, cũ ſua materia. C. de reuocãdis donationibus. l. cũ auus. ff. ad S. C. Trebell. aut verò hos filios ſuperuenientes in partẽ bonorũ maternorũ ſaltẽ virilẽ, pacto quaſi tacitè quo ad eorũ perſonas eatenus repetito, aut etiam omnino extincto vocandos. Sed hanc nos quæſtionẽ lectori apud illos relinquimus diſquirendã, qui iuſtos in d. l. ſi vnquam. ſcripſere cõmentarios, vide Bar. in l. Titia Seio. §. Imperator. ff. de legatis. 2 Canoniſtas. in c. fi. extr. de donat.

Illud vnum ſilentio tranſire non poſſum † legitimam iure

118 naturæ filijs ex bonis parentum debitam. § principio igitur, Nouella conſtitut. de hæredibus & Falcidia, & in qua filij quaſi creditores cenſentur. l. ſcimus. §. cum autem. C. de inofficioſo teſtamento. Iaſon in l. multi non notæ. nume 6. ff. de libe. & poſthu. &c. quæque ipſius debetur liberè ſine omni grauamine, conditione, vel mora. l. quoniam in prioribus. C. d. titulo. d. §. cùm autem, etiam hoſce ex bonis maternis omnimodo capere debere, quod quaſi in terminis noſtris probari videtur in l. ſi totas. C. de inoffic. don. quam legem Gaſpar Caballinus ab initio ſui tractatus quem in eam edidit, in verbo, neceſſe, his ver-

119 bis declarat, & noſtro ferè themati applicat. Liquet † ergo, inquit

inquit,quod in tota hac lege non agitur, nec disponitur de reuocatione quæ fit ex voluntate tacita vel expressa donatoris, sed duntaxat detractione quæ ex necessitate iuris & sic etiã inuito donatore fit. Pater enim post dictam donationẽ mortua prima vxore, noluit secundam ducere in damnum filiorũ primi matrimonii,nec eos contristari, itaque volebat donationẽ puta vnionem istam præteritorum bonorum stare, & immotã manere non obstante natiuitate secuta vel futura filiorum secundæ vxoris, & super hoc videlicet,an & quatenus eo inuito, non ex voluntate patris, sed ex necessitate iuris reuocari posset donatio per filios postea natos,consulti fuerunt Imper. per patrem vel filios primi matrimonii nomine patris,& responsum, vt hic videlicet quod etiamsi maximè pater donationi stare,filios verò deinde natos bona postea quæsita duntaxat habere,tamen facere nequit,quin postea nati possint etiam de bonis antiquis seu donatis si opus sit, legitimam detrahere. Hactenus ille,a † quo tamen cauendum vt qui in eiusdem legis transactione nume 43.& sequentibus,censet talem donationem, vtpotè ab initio nec re,nec consilio,inofficiosam non solum vsque ad legitimam, sed in viriles portiones à filiis secundi seu posterioris matrimonii reuocari posse, quod probare asserit ex d.l.Titia.87.§.Imperator.cum §. sequenti.ff.de legatis.2.l.si libertus. §.planè.ff.de iure patronatus.l.tale pactum.§.fin.ff.de pactis.argumento Canonis quicunque.17.quæstio.4. Cuius argumenta etsi sint probabilia, Baldus tamen iam antea in terminis non longè dissimilibus aliter sensit, qui in l.j. C.de inoffic. dotibus, num.4.& sequenti tenuit mulierem secundò nubentem, posse per pactum cum marito factum totum dotis lucrum ad filios secundi matrimonii transferre, dummodò primi matrimonii filii legitimam suam habeant saluam, quam & sententiam se tenere asserit, licèt totus mũdus & natura ipsa cõtrariũ teneat.

CAPVT VIII.

De officio & potestate parentum ac liberorum vnitorum vltrò citroque.

SVMMARIVM.

1 *Vnio non est modus patriæ potestatis constituendæ.*
2 *Patri fictitio acquiritur media potestas inter patriam & tutelarem.*
3 *Vni parentes & filij debent sibi mutua officia.*
4 *Quæ notabiliter fiunt,si non specialiter notentur, neglecta videntur.*
5 *Alimenta ab vnitis mutuo sunt præstanda.*
6 *Ad alimenta a successione quandoque argumentum sumitur.*
7 *Bona vnioni subiecta,nihilominus alienari possunt.*
8 *Pacta non afficiunt rem.*
9 *Filiorum bona aduentitia ex causa necessaria a parentibus alienantur.*
10 *Alienandum est tãtum,quantum extrema postulat necessitas,& nõ vltra.*

Effectus vnionis in hoc etiam cõsiderari potest, vt de officio, & potestate parentum ac liberorum vnitorum vltrò citroque disputetur.Et quidem quod ad potestatem parentibus ex vnione acquirendam pertinet, breuiter
1 censemus dicendum,vnionem † non esse modum patriæ potestatis constituendæ, cùm enim vnus saltem modus iure ciuili sit introductus, quo ij qui ex nobis nati non sunt, nostræ subijciantur potestati,scilicet adoptio.Instit. de adopt. & ibi scribẽt. & ijdem ad tit. de pat. potestate, ex sufficienti partiũ enumeratione sequitur,vnionem hanc vim non habere, verũ ne omnii iure spoliemus vnione quæsitos parentes, arbitramur nõ incommodè posse dici. Vnionem hanc tale aliqđ ius tribuere pa-
2 tri fictitio,quod maius quidem sit eo, † quod tutor seu curator in pupillos aut adultos habeat,minus tamen potestate patria:& sic medium inter potestates has obtineat,quod magis quis secũ considerare, quàm verbis exprimere possit. Est enim non alienum à ratione,vt is qui curam alicuius tanquam filii, aliquando etiam sibi successuri,gerit, atque omnia quasi verus non receptitius parens agit, maiorem aliquam potestatem in ipso habeat, quàm tutor qui sæpius extraneus commoditates pupilli tanquam ad se parum spectantes, negligit toto titu.de administrat.& pericu.tutorum,& in titu.de tutelæ & rationibus distrahen. vt autem tantam potestatem acquirat, quantam habet parẽs naturalis, durum est quum liberum caput alienæ potestati subiici, nõ nisi certis & à legib.expressis modis liceat. Quod
3 autem ad officia, quæ vniti parentes † & liberi sibi mutuo præstare debent, arbitramur uerius ea quæ citra considerationem potestatis in naturalibus locum habent,eadem ferè ratione honestatis inter vnitos conseruanda:Quæ autem officia hæc sint, cùm longum esset scribere,transmitto lectorem ad ea,quę hac in re latissimè collegit Ascanius Clementinus in tractatu suo de
4 patria potestate, duo † tamen ascribenda duximus (ne ea quæ notabiliter fiunt,si non specialiter notentur, neglecta videantur.vt ait Iurisconsultus in l.item apud Labeonem.15.§.ait prætor.20.ff.de iniur.) Primum est † quòd vnione quæsiti llberi &
5 parentes mutuo sint alendi, nec.n.in eo patria potestas spectat solũ.l.si qs a liberis.in prin.ff.de agno.& alẽd.lib & hi filios hos quasi adoptarunt,& professi sunt actis interuenientibus, quod tanquam liberos & parentes respectiue se colere velint. Deinde quia commmodum successionis sperant vtrinque:vnde ar-
6 gumentum † ad alimenta sumi posse,perspicitur ex l. alimenta.6.l.si quis à liberis.§.fi.& l.fi.ff.de agnos.& alen.lib. & ijs quæ scribit Cynus prope finem.l.alimenta.C.de negotijs gestis,quã sententiã hoc casu veriorem & æquiorem arbitramur. Alterũ qnod hoc capite monendũ scripsimus, est. Quod sit nobis eri-
7 piendus is error,qui quorundam animos occupauit, † dũ male existimant parentes bona propria, quæ huic pacto subiecerunt,etiam casu necessitatis vrgente,alienare seu obligare non posse,sed eos actus nullos esse, quod perspicue falsum est, (nisi specialitatis ratio ex statuto vel placito partium afferatur) idq;
8 primum inde liquet,quia † pacta non afficiunt rem, sed personã.l.fi.§.fi.ff.de cont.empt.& similib.Secundò demõstratur pul
9 chre a maiori;quia parentes † etiã bona filiorum materna, in quibus saltem vsumf.habent alienare,vel obligare possunt casu necessitatis vrgente,argum. l.2.C.de patrib. qui fil. dist. vide quæ scribit late Arius Pinellus ad 3.part.l.1. C. de bon. matern. adde Ascan.Clem.in tract.de pat.pot.effectu.1.& 12. Multò ergo magis in bonis proprijs hæc posset casu necessario,pro quo facit.l.diuus.5.§.causa.ff.de petit.hæred.l.2.§. si eo tempore.ff. de'administ.rerum ad ciuit.pert.vbi & hoc pro declaratione doctrinæ huius est prænotandum,eatenus,& tantum solum in ca
10 sum necessitas † est alienandum,quantum vrgens necessitas requirit,neque vltra,ita Bal.cons.332.præmittendum est ad euidẽtiam.lib.1.Iason in l.creditor.nu.3.ff.si cert.pet.& in l.qui Rome.§.duo fratres.nu.37.ff.de ver.obl.idque arg text.in l.fi. ff.de exer.act.ibi,quare & si in ea causa fuerit nauis,vt refici deberet, multò tamẽ maior pecunia credita fuerit, quum ad eam rem fuerit necessaria,textus est alius in l.quod adipiscenda. 40. ff.de donat.inter virum & vxo.quo probatur, donationem ab vxore viro factam ad dignitatis consecutionẽ eatenus valere, quatenus ipsa sola causa postulat.Est quoq; textus cæteris illustrior in d.l.magis puto.§.item prætor.ff.de rebus eorum qui sub tutela vel cura.ibi,ne propter æs alienum modicum possessio magna distrahatur.Quæ omnia discretioni boni & prudentis iudicis sunt committenda,arg.l.cùm hi.§.modus. ff. de transact.& in d.§ item prætor.vide quoque plura quæ ad hoc Caput pertinent cap.seq.tractata.

CAPVT IX.

Vnio & adoptio quæ habeant similia,quæque dissimilia.

SVMMARIVM.

1 *Vnio adoptioni similis, qua itidem pro natiuis & viris liberis fictij habẽtur.*
2 *Similia maximam illustrandi vim habent.*
3 *Vt a populo adoptio expressè,sic ab eodem unio tacitè inducta.*
4 *In vtroque actu vtriusque consensus requiritur.*
5 *In neutro actu propter se præsentia agnatorum requiritur.*
6 *In vtroque actu parentum tutorum & curatorum consensus spectatur.*
7 *Neutrum actum castratus celebrare potest.*
8 *Spadones vtrumque actum celebrare possunt.*
9 *Cæcus vtrique actui interesse agendo vel patiendo potest.*
10 *Vt vitricus priuignum adoptare,sic & vnire potest.*
11 *Fœmina non minus vniri quam adoptari potest.*
12 *Infans vt capax est adoptionis,itidem vnionis.*
13 *Instrumenta publica in neutro actu sufficiunt.*
14 *Filius in Magistratu existens tam vnioni quàm adoptioni auctoritatem præstat,paulò secus in patre.*
15 *Vterque modus si solennia desint a prin cipe confirmatur.*
16 *Neuter actus in præiudicium tertij confirmatur.*
17 *Nec adoptio,nec vnio ius sanguinis,quod non est,reuera constituunt.*
18 *Nec adoptio specifica,nec vnio ius patriæ potestatis constituit.*
19 *Arrogatorum & vnitorum filiorum eadem natura quæ parentum.*
20 *Nemo vt frater adoptari vel vniri potest.*
21 *Arrogatoribus & vnientibus quæritur vsusfructum in bonis vnitorum & arrogatorum.*
22 *Quo iure vsufr.patri aut matri debeatur.*
23 *Vsusf.patri naturali debitus vel etiam vnito, non expirat filij veri vel fictitij capitis diminutione.*
24 *Consuetudo in quibusdam induxit,vt vsufr.bonorum filij, ex collaterali linea plena pubertate,vel matrimnnio pereat.*
25 *Onera adoptati & vniti transferuntur ad adoptantem vel vnientem.*
26 *Nec adoptiui nec vniti liberi prosunt ad obtinenda propter se priuilegia.*
27 *Nec vniti nec adoptiui liberi sufficiunt ad reuocandam donationem.*
28 *Conditio si sine liberis &c.non excluditur per adoptiuos vel vnitos.*
29 *Grauatus reddere non liberatur liberis adoptiuis vel vnitis.*
30 *Conditio liberorum non verificatur in adoptiuis vel vnitis.*
31 *Statutum simpliciter loquens de liberis,nec de adoptiuis,nec de vnitis intelligitur.*
32 *Quod masculi fœminis præferantur,nõ habet locum in adoptiuis vel vnitis.*
33 *Concesso feudi vel emphyteuseos facta filijs non extenditur ad adoptiuos, vel vnitos.*

Source : BIU Cujas

Iacobi Richij, De vnione prolium.

34 *Vt adoptiui, sic vniti possunt inter se nuptias contrahere.*
35 *Vt sororis adoptiuæ, sic & vnitæ filiam vxorem ducere licet.*
36 *Pœnitentia nec adoptionem, nec vnionem dissoluit.*
37 *Adoptione & vnione finita, similiter nullus remanet effectus.*
38 *Vnionem promiscuè fœminæ, non etiam adoptionem celebrant.*
39 *In adoptante ætas certa requiritur ratione adoptandi, non item in vniente.*
40 *Adoptio, non etiam vnio, in descendentibus ex nobis locum inuenit.*
41 *Vniuntur non nati, sed non adoptantur.*
42 *Cœlibes adoptant, non tamen viuunt.*
43 *Qui sui iuris sunt non adoptantur, nisi per principem, secus in vnione.*
44 *Vnio temporalis est, non item adoptio.*
45 *Arrogator, non etiam vniens, satisdatione oneratur.*
46 *Liberi nati adoptionem remorantur, at vnionem promouent.*
47 *Adoptio diffundit effectum suum in mutuas collateralium successiones, at vnio solam rectæ lineæ successionem respicit.*
48 *Adoptionis effectus non desinunt morte, at vnionis post primam diuisionem non viuunt.*
49 *Adoptiui potestati subiecti quærunt parentibus, non etiam vniti.*
50 *Adoptantis vxor adoptato matris loco non est, filia sororis loco est, contrarium in vnione seruatur.*
51 *Adoptio matrimonium impedit, non vnio.*

1 Nulli solēni iuris nostri ciuilis materiæ assimilior est hæc vnio, quàm adoptioni, in qua itidē ficti liberi pro natiuis & veris habentur, argum. l. 2. ibi. Iustum sibi filium. ff. de adopt. l. 2. ibi, filium habebis C. d. tit. l. quidam cū filium. 132. in verbis. Si eum aliter quàm vt filium obseruasset. ff. de verb. obli.

2 Quandoque itaque non † minimam illustrandi vim habeant similia, idemq; de iis sæpe fit iudicium, nisi aliqua diuersitatis iusta ratio appareat. l. non possunt. 12. ibi, ad similia procedere, & l. seq. ff. de legib. & natura humana nouas semper deproperat edere formas, in procem. decret. in 6. & l. 2. §. sed quia diuinæ. C. de iur. vete. enucl. commodum duximus hic paulisper in collatione adoptionis & vnionis tanquā diuerticulo, cōmorari, earumq; tā præcipuas similitudines, quàm differētias obiter colligere, sed primo videantur similia.

3 Quemadmodum † itaque a populo expressè lege lata adoptio inducta firma est, hæc enim propter peculiarem quandam & ciuilem adoptandi formam a Romanis introductam, licet apud alias quoque gentes vsurpata sit eius ratio, merito iuris Romani dicitur, Vigil. in §. adoptiui. Institu. de exhæ. liber. VVesenb. in cōment. suis nu. 1. ff. de adop. eo. mō hoc vnionis pactū tacitè iure non scripto, idest, consuetudine receptum, valet.

4 Secundò, † quemadmodū in adoptione requiritur adoptātis & adoptandi consensus. l. in adoptionib. 5. l. neq; absens. 24. ff. de adopt. sic etiam in hoc vnionis actu desideratur, vel consentiendo vel non contradicendo.

5 Tertiò, † quēadmodum in adoptione non est necessaria in eam rem eorum inter quos iura adgnationis consequuntˉ auctoritas & approbatio. l. cū adoptio. 7. ff. de adopt. ita nec, cū sit vnio necessaria est cæterorū cognatorum præsentia: exceptis semper fratrib. & sororib. vniendis, aliisq; q honestum aliquod interesse prætendunt, arg. l. nam ita diuus. 39. ff. de adopt. itemq; iis qui nō simulata affectione videntur adesse velle. arg. l. 2. ibi. Si hi qui sanguinis necessitudine iunguntur. C. de adopt.

6 Quartò † quemadmodum in adoptione expressus patris cōsensus requiritur. d. l. in adoptionib. & curatoris. l. quod ne. 8. ff. de adopt. ita etiam in vnione parentum, tutorum & curatorū consensus merito spectandus.

7 Quintò † quemadmodum castrati adoptare non possunt. l. 2. vers. illud. ff. § spadones. Insti. de adopt. ita nec vnionem facere, cū eiñ liberos procreare non possint, quorsum vnio, quæ nō nisi diuersi matrimonii liberos vnit: at si ex priori matrimonio liberos habeant, videbantur posse facere. Sed dicēdū nihilominus non posse, quoniam cōtrahere nuptias non possunt, extra tot. tit. de frig & malefi. VVesenb. in comment. suis nu. 4 ff. de rit. nupt. quæ sanè intellige secundùm. c. hi qui. 32. q. 7. & ibi glo. fin. vide latius Connanum lib. 2. c. 15.

8 Sexto † quemadmodum spadones adoptare possunt. l. 2. ver. illud vtriusque. ff. de adopt. ita etiam vnire, cū enim matrimonium ritè contrahāt. l. si serua. 39. §. si spadoni. j. ff. de iur. dot. vtpote quibus seminis meatus impediti, cōtortiq; sunt, cum spes sit eos, sublato vitio aptos fore ad generandum. VVesenb. nu. 3. ff. de adopt. quæ tamen vnio non prius effectum aliquem sortitur, quàm spes illa verificata sit, cum vnio non nisi diuersas proles vniat.

9 Septimò † quemadmodum cæcus adoptare uel adoptari potest. l. etiam cæcus. 9. ff. de adopt. ita tam vnire sibi filium, quàm ab alio vniri potest.

10 Octauò † quemadmodum vitricus, tutor, priuignum, pupillum suum adoptare potest. l. nonnunquam. 32. § j. ff. de adopt. sic etiam eundem vnire. Quod enim alibi dicitur, tutori non permittendum pupillum suum adoptare, id intelligitur nisi iusta subsit causa. l. nec ei. 17. uers. eorum aūt duntaxat. ff. de adop. Hic autem ea subest, & suesse semper, nisi cōtrarium probetur, præsumitur, ut coniugalis concordia retineatur, quod non nisi ex sanctissima affectione proficisci potest, idque innuit addit. marg. ad d. l. nonnunquam.

11 Nonò † quemadmodum etiam fœmina adoptari potest. l. 2. ibi. l. nam & fœminæ. 21. ff. de adopt. ita etiam vniri, quum eadē ratio vnionis in fœminis, quæ in masculis militet.

12 Decimò † quemadmodum infans adoptari potest. l. etiam. 42. ff. de adoptio. ita etiam vniri.

15 Vndecimò † quemadmodum adoptio non tabulis, licèt per tabellionem conficiendis, sed solenni iuris ordine apud præsidem solet copulari. l. j. l. adoptio. 4. C. de adopt. l. 2. in princ. l. 4. ff. d. tit. §. pen. insti. quib. mod. ius pat. pot. sol. ita nec vnio inter priuatos parietes, licèt interueniente tabellione publico, facta, tenet, nisi apud iudicem fiat, adeo ut ne consuetudo quidem talibus pactis uim tribuens ualeat, sed ut corruptela, & multorum malorum causatrix reiicienda sit. And. Gail. libr. 2. Pract. Obser. ad finem. 125. Obseruationis.

14 Duodecimò † quemadmodum si consul vel præses filiusfa. sit, apud semetipsum adoptari potest. l. si consul. 3. ff. de adop. ita quoque filius in Magistratu existens potest sibi ipsi hac in parte auctoritatem interponere. Planè si vniens sit in Magistratu, eum coram & per semetipsum hunc actum explicare posse, nō crediderim, tum quia nec hoc in adoptionibus permissum est l. si parte is. & l. seq. l. nec ei. 17. per totam. l. non aliter. 18. ibi, probabit. ff. de adopt. Non enim huc procederet, nisi hunc actum iamdudum ante sibi probasset, vt plerunque homines philautia quadam omnia quæ ipsi faciunt, sine scrupulo iusta iudicant, tum verò maximè quia patres sæpiusculè cæca & inconsulta feruntur affectione, eorumq; res & periculum non tam, quam filiorum agitur. Illi enim nouarum nuptarum blanditiis deliniri, aliquando non solùm bona, sed etiam vitam prolium prioris matrimonii vxori posteriori addicunt. l. lex quæ. 22. C. de admi. tut. Itaque apud Collegam causa probata poterit, argumen. l. vn. ad fin. ff. de offic. cons. vnde & hic adoptio & vnio congruunt.

15 Decimotertiò † quemadmodum adoptio non iure facta, a principe confirmari potest. l. adoptio. 28. ff. de adopt. eodē quoque modo vnio non omnibus solennibus subnixa: faciunt quæ notat Andreas Gail. Obseruat. Practic. libro. 2. Obseruat. 126. numero 5.

16 Decimoquartò † quemadmodum adoptio nulliter facta nō confirmatur a principe, si in aliorum tendat præiudicium seu detrimentum. l. nam ita diuus. 39. ff. de adopt. l. nec auus. 4. C. de adopt. ibi. Nec in cuiusquam iniuriam beneficia tribuere moris est nostri, ita nec vnio, si aliorum inde oriatur iniuria, confirmatur.

17 Decimoquintò † quemadmodum adoptio ius sanguinis nō inducit, quod iure ciuili nec adimi, nec constitui potest. l. iura sanguinis. 8. ff. de regu. iur. l. ius adgnationis. 34. ff. de pact. l. non nudis. 14. C. de probat. l. parētes. 22. C. de lib. caus. sed ius aliquod saltem successionis. l. cum in adoptiuis. 50. §. sed ne articulum. j. C. de adopt. ita nec vnio facit eum sanguine iunctum, qui non est, sed saltem eum ad quasdam hæreditates capiendas legitimat.

18 Decimosextò † quemadmodum adoptiuus in potestatē patris adoptantis nō trāsit. d. §. sed ne articulū. j. ita nec vnitus vllo modo, nec enim vnio est arrogatio, nec vniens potest auus maternus vel paternus esse, vt eum semel emanciparit, tum eiñ nuptiæ hæ non consisterent.

19 Decimoseptimò † quemadmodum is qui liberos habens in potestate, si se arrogandum dat, non modo ipse potestati arrogatoris subiicitur, sed & liberi eius, tamq; nepotes in eiusdem sunt potestate. l. 2. §. fin. l. arrogato. 40. ff. de adopt. ita qui liberos habens vnioni se subiicit, nō modo ipse fictitius seu receptitius fit filius, sed & liberi eius qualitate eiusdem nepotes, argu. l. sed & nepos. 14. ff. de adopt.

20 Decimooctauò † quemadmodum nemo potest adoptione sibi fratrem facere. l. nec apud. 7. C. de hær. insti. ita nec vnione. Alex. consi. 28. inci. ponderatis verbis. volu. 3. num. 5. vbi tenuit, quod pactum eorum, qui se fratres iuratos, constituunt, quo ad successionem, nullius sit momēti. Boer. deci. 355. And. Gaild. d. Obser. 126. nu. 2. lib. 2. quanquam sequenti Obseru. 127. id pactū in nobilibus & illustribus personis, moribus Germaniæ receptum, defendi posse dicat adde Vdal. Zas. consil. volumi. 2. consil. 1. Decium consi. 516. in princip. volum. 4. VVesenb. consi. 71. parte. 2. quasi per totum.

21 Decimononò † quemadmodum arrogatori, omnium bonorum arrogati vsusfructus & commodum iure patriæ potestatis accrescit, tot. titu. de acquis. per arroga. l. j. C. de bon. mat. l. 6. C. de bon. quæ lib. §. si verò pater naturalis. Institu. de adopt. ita etiam parentibus vi vnionis quæritur vsusfruc. in bonis vnitorū iam quęsitorum, quādiu qdē parens alter vnitorum viuit, respectu eius, argumento & æquitate. l. j. & 2. de bonis maternis de iure communi, illo verò mortuo in vim pacti, etiamsi nihil de vsufructu. explicitè pactum conuentumque sit.

Hic

Source : BIU Cujas

22 Hic tamen † vnum quod multorum ſenſus fefellit hactenus, cautè eſt aduertendum, vſumfr. patri in bonis maternis iam filiis delatis, deberi iure patriæ poteſtatis. l. 3. in princi. & in §. j. C. de bonis mater. in verb. Circa eorum quidem perſonam, quæ adhuc in poteſtate patris detinentur, vſumfru. ex legem auctoritate detinebit pater. l. j. C. de bon. quæ lib. in verb. iure poteſtatis acquiri. & l. 4. eo. ibi. Parētib. verò ſub quorū poteſtate ſunt, vſumfr. tantum habituris. Arius Pinel. ad 2. parte rub. in princi. C. de bonis mat. Proinde cùm mater iure Romano nō habeat poteſtatem in liberos, neque debitus fuerit illi vſusfru. in bonis paternis filiis iam acquiſitis (eo tamen moderamine ꝙ mediāte filii defuncti perſona interdum vſumfr. capiat. l. mater. 5. C. ad S. C. Tertul. Aut ex teſtamento C. de ſec. nupt.) Sed quia inæqualitatis ne dicam iniquitatis hoc compluſculum habere videbatur, inter eas perſonas quas vitæ ſors eadem humani diuiniq; iuris communicatio nexuiſſet. l. j. ff. de rit. nup. ideo vſu primum receptum, deinde & lege confirmatum putamus, vt quē mulier a lege non haberet, eum vir extremam ſuam voluntatē conſtituens, de rebus propriis illi relinqueret plerunq; vſumf. argu. l. de fructib. 18. ff. de donat. inter vir. & vxo. in verbis. Fructus quoque & vſuras licitam habere donationē. l. vxori vſufr. 24. cum ſeq. l. vxori maritus. 27. l. 35. & aliquot ſeqq. ff. de vſufr. & vſu leg. & l. vn. cum auct. ſubiecta. C. ſi ſecundò nupſ. mulier cui marit. reliquit vſumfr. Quod quidem ius ex paritate correlatiuorum tam viſum fuit æquum, vt nunc peruulgata ferè omnium locorum conſuetudine, quib. caſib. viro, eiſdem & vxori eorundem bonorum debeatur vſuſf. Quid mirum? nefas quippe eſſet inter eos quicquam non commune eſſe. Nouel. conſti. ne vir ex dot. aut mul. ex don. ꝓpter nup. 98. 34. q. j. & 2. c. Chriſtiana religio. 32. q. 5. quinimmo & Impe. Alex. in l. j. C. de in ius vocan. bonis morib. conuenire reſcripſit, reuerentiam viro debitam & vxori eius, re ita exigente, præſtandam. Facit quod aliquando citra patriæ poteſtatis vinculū patri quid in bonis maternis acquiratur. l. 3. *ibi doctè Pinellus.* C. de bon. mater.

23 *Vigeſimò † quemadmodum vſusfr. patri de iure communi debitus non expirat morte filii, maxima vel media capitis diminutione. l. j. ibi. In diem vitæ.* C. de bon. mat. attenditur enim vita patris. d. l. j. & apertius in tex. l. fi. §. ſin verò. verſ. Pater quidem vſumf. quem & viuente filio habebat, teneat, donec viuit, incorruptum. C. ad S. C. Tertul. Arius Pinellus prima parte. l. j. nu. 39. C. de bon. mat. itidem vſumf. ſemel hoc pacto poſtea nō amittit morte filii receptitii, quanquam hoc non propriè inter ſimi-
24 lia adoptionis & vnionis referatur. † Eſt tamē hic ad praxin notandum in pleriſque locis vſu eſſe receptum, vt vſuf. bonorum, quæ ex linea filiorum vnitorum collaterali ad parentes prouenerunt, adueniente plena pubertate liberorum, vel vbi eos matrimonium contrahere contingit, expiret meminit Pinellus. j. parte. l. j. nu. 34. ad fi. C. de bon. mat. Tiraquel. de retract. ligna. §. j. gloſ. 9. num. 6. Boer. deciſ. 197. Sichard. in rub. C. qui admit. ad bon. poſſ. & in l. 3. nu. fin. C. de iure deliberandi.

25 Vigeſimoprimò † quemadmodum onera adoptiui in patrē adoptiuum transferuntur. l. onera. penul. ff. de adop. §. fi. Inſti. de acquiſ. per arrog. ita etiam adſcitus pater receptitiorum filiorū onera ſubire debet, arg. l. eum ad quem. 7. C. l. ſi pendentes. §. j. l. hactenus. 8. ff. de vſufru. latè Pinellus. C. de bon. mater. ad l. j. parte. 2. nume. 72. per tot.

26 Vigeſimoſecūdò † quemadmodum adoptiui liberi nō proſunt ad obtinenda priuilegia, quæ dantur ob liberos. l. 2. §. j. ff. de vacat. mun. §. j. inſti. de excuſ. tut. Quod & longo ante I. C. tempore iuris fuiſſe conſtat ex ea oratione quam P. Scipio Cenſor de moribus ad pop. Rom. habuit, in qua inter ea, quæ quod cōtra maiorum inſtituta fierent, reprehendebat, id quoque culpauit, ꝙ filius adoptiuus patri adoptatori inter præmia patrū prodeſſet, vt Aulus Gellius lib. 5. Noct. Attic. c. 19. memoriæ prodidit, pariter & in vnione hoc obſeruandum cenſemus.

27 Vigeſimotertiò † quemadmodum beneficium. l. ſi vnquam 8. C. de reuo. don. non habet locum in filiis ſolùm legitimis, id eſt, adoptiuis, ſpiritualibus, nec etiam in naturalib. tantum. Caſtren. in l. 2. ad fin. C. ſi quid in fraud. pat. & conſi. 433. incip. Reſpondeo per ordinem. Curt. in tract. iuris patrona. in verb. ipſe & is a quo. quæſt. 34. Iaſon in l. generaliter. §. cum autem. verſic. octauo limita. C. de inſti. & ſubſti. Decius in c. in præſentia. verſ. quarto non habet locum, extra de proba. ita nec ad filios iſtos fictitios illa lex erit trahenda. Nam alioquin donanti erit parata via reuocandi donationem a ſe factam, quod fieri non dēt, vt in ſimili dicitur in l nec ei. 17. §. j. ff. de adopt.

28 Vigeſimoquartò † quemadmodum fideicommiſſum a filiis relictum. Si ſine liberis diem ſuum obierint, adoptionis commento non excluditur. l. fideicommiſſum. 76. ff. de condi. & demonſt. l. ſi ita. 51. §. is cui. j. ff. de leg. 2. Guilel. Benedi. in c. Raynu. in ver. Si ſine liberis. extra de teſt. ita nec ꝓ hoc inuētū vnionis.

29 Hinc cōcluditur vigeſimoquintò † ꝙ quemadmodum præſumptio tacite cōditionis in grauato reddere nō verificatur in adoptiuo. l. gñaliter. 6. §. j. ibi. Procreādorū. C. de inſti. & ſubſt. & ibi gl. l. cū acutiſſimi. 30. C. de fideic. ſic nec vnito ſubintelligit.

30 Vigeſimoſextò † quemadmodum relictum in tempus liberorum non debetur quæſitis adoptione liberis. l. ſi itaque quis 51. §. is cui. j. ff. de le. 2. ita nec hoc pacto filiatiōis incipit deberi.

31 Vigeſimoſeptimò † quemadmodum ſtatutum loquens ſimpliciter de filiis, nunquā intelligitur in filiis adoptiuis. Bal. in d. l. fideicommiſſum. 76. & in conſi. 24. li. 7. incip. ſtatuto cauetur, argumento aperti tex. eiusq; elegantis in l. filio quē. 23. ff. de lib. & poſth ibi. Vt veri patris adoptiuus filius nunquam intelligatur, & ibi. Ne imagine naturæ veritas obumbretur, ita certè de vnitis erit interpretandum tale ſtatutum.

32 Vigeſimooctauò † quēadmodū ſtatutum præferens maſculos fœminis non hēt locum in adoptiuis. Iaſon in d. l. gñaliter. 6. §. cū antea. j. C. de inſt. & ſubſti. Ioan. Cāpeg. in tract. ſtatutorū repellentium fœminas. q. 40. Natta in repet. c. quamuis. 3. q. 3. q. princi. de pact. in 6. ita nec vnitos maſculos præfert veris filiab.

33 Vigeſimononò † quēadmodum conceſſio feudi vel emphyteuſis facta ſolis filiis ſimpliciter nō cōprehēdit adoptiuos. De feudo eſt tex. in c. adoptiuos, vbi Bal. & omnes ſi de feudo fuerit contro. vbi & hoc notat Cardinalis Alexādrinus. Quòd ſtatutum vel conſuetudo loquens de ſimplici non extendatur ad fratrem, niſi adoptio ita fuerit facta a principio, vt adopratus ſuccedat in feudū, vti Bal. in §. naturalis. d. tit. tñ & hoc ita dēt intelligi, vt ſi ſint filiæ, quæ ex pacto in feudo ſuccedere poſſint, nec ipſe quidem ita adoptatus excludat, ſed potius ipſe ab iis excludatur. Iſern. in d. §. adopt. de emphyteuſi, qđ ſcilicet illius cōceſſio pro ſe & filiis nō includat adoptiuos, habēt teſtimoniū Speculatoris tit. de locato. §. nunc aliqua. verſi. 68. Bal. in d. l. fideicōmiſſum. Iaſon in l. 2. verſ. quartò quæritur hic. C. de iure emph. vide Couarru. lib. variar. reſolu. 2. c. 17. nu. 6. & c. ſeq. ita vix eſt, vt ad vnitos filios bona taliter affectionata & quaſi inuinculata tranſeant, niſi expreſsè id conuenerit.

34 Trigeſimò, † quemadmodum filii adoptiui poſſunt inter ſe cōtrahere nuptias gloſ. in c. vnde extra de cog. leg. Ita etiā vniti ſi parētes diuerſos habuerint, arg. §. mariti tñ. Inſti. de nuptiis.

35 Trigeſimoprimò, † quēadmodum ſororis adoptiuæ filiam ante adoptionem conceptam, poſſum ducere vxorem. §. inter eas. verſ. eius verò mulieris. Inſt. de adopt. ſic etiam ſororis vnitæ ex diuerſis parentibus genitæ filiam mihi ducere licet.

36 Trigeſimoſecundò, † quēadmodum qui ſemel in adoptionē conſenſit, nō pōt ex pœnitentia patrem adoptiuum ad diſſoluendam adoptionem cōpellere. l. nō poteſt. 31. ff. de adopt. §. fi. Inſti. quib. mod. ius patr. poteſta. ſol. ita nec is qui ſemel in vnionem conſenſit, poſtea cauſa ſolo ſuo diſſenſu tollere poteſt, argumēt. l. ſicut initio. 5. C. de obliga. & actio. ſed de hoc infra c. fin. latius fortaſſe dicetur.

37 Trigeſimotertiò, † quemadmodum in omni ferè iure. finita patris adoptiui poteſtate, nullum ex priſtino retinetur veſtigiū l. in omni. 13. ff. de adopt. d. l. cū in adoptiuis. §. ſin autē per emācipationem. C. de adop. Sic etiam vnione finita nullus amplius ſupereſt effectus ex ſuperiori tempore.

Atque hactenus ꝑcipuas adoptionis & vnionis ſimilitudines collegimus, uerum quoniam non per omnia ſimilitudo quædam in iis eſt, alioquin eadem eſſent, itidem quaſdam differentias, leui brachio, quod aiunt, percurramus.

38 Primò in adoptionib. fœminæ nō admittūtur, niſi ex indulgentia principis. §. fœminæ. Inſti. de adop. l. ſi ſuſpecta. 29. §. qm̃ fœminæ. 3. Inſti. de inoffi. teſta. l. mulierē. 5. C. de adopt. in vnione uerò indiſcretè admittuntur fœminę & maſculi, quanquā Leonis Imperatoris Nouel. 27. indifferenter fœminis ſiue matribus, ſiue uirginibus, quin etiam caſtratis permittit adoptare, quod etiam alibi Viglius ſubmonuit, in §. Adoptiui. Inſtitu. de exhæred. liber.

39 Secundò † adoptare qs prohibetur niſi plena puberta te maior ſit adoptato. l. ſi paterfamilias. 15. l. arrogato. 40. §. nō tantū. j. ff. & §. minorē natu. Inſti. de adopt. At vnire pōt quis liberos, licèt non plena pubertate maior ſit vniendis. Ratio diuerſitatis. Quoniam adoptans ſpectatur ut pater adoptati, & hac ſaltem ratione ut filium habere dicatur adoptionem facit, at vniēs nō tā hoc ſpectat, ut vnitus filius uideat uel dicat, q̃ ut ꝓiugalis cōcordia nutriatur, & lites æquali omnibus ſucceſſione tributa fugiantur, cui ſpeciei nihil natura, qnàm adoptio imitatur, obſiſtit, ſeu refragatur.

40 Tertia † adoptio ēt deſcendētiū nobis ex inferiori gradu in proximiorē admittit. l. ſi pater. 15. §. q duos. j. ff. de adopt. at vnio in deſcendētib. ut proximiorem gradum capiant, locum inuenire non pōt: quia vnio non tam in noſtris liberis nobis, quàm aliis uel aliorum noſtris vniendis adhibetur.

41 Quarta † adoptio non poteſt fieri non natorum, argumento l. in adoptionibus. 5. ibi, utriuſque. l. neque abſens. 24. l. 2. ibi, in poteſtate parentis ſunt. ff. de adopt. At vnio etiam in naſcendis, & qui nondum in rerum natura ſunt locum habet.

42 Quintò, † Et qui vxores non habent filios adoptare poſſunt l. & qui. 30. ff. de adopt. At vnionem facere non poſſunt niſi rationematrimonii uel præſentis, uel mox futuri, uel etiam præteriti, ſi diuerſi liberi ſint.

Source : BIU Cujas

43 Sexto, † arrogatio eorum qui sui iuris sunt, a solo principe impetratur. l. penultim. §. vltim. ibi. Augusta libertate. l. 6. C. de adop. §. cùm autem impubes. §. j. ibi, principis auctoritate. Insti. eodem. Viglius in d. §. adoptiui. num. 6. & 7. At vnio potest non modo apud Imp. sed etiã inferiorem magistratum fieri, de quo sup. capit. de forma dictum.

44 Septimò, † adoptio ita fieri non potest, vt certo tẽpore desinat adoptiuus esse, nec enim moribus nostris conuenit temporalem filium habere. l. quæsitum. 34. ff. de adopt. at vnio semper temporalis, vt potè quæ semper morte finiatur post primam hæreditariam diuisionem.

45 Octauò, † arrogator in ipso actu arrogationis satisdationẽ interponere debet, qua seruo publico caueat, se restituturũ quę est ex bonis eius consecutus fuerit, si pupillus ante pubertatem moriatur, iis ad quos peruẽtura fuissent, si arrogatus in suo statu mansisset. d. l. nec ei. 17. cum 3. ll. seqq. Hac satisdatione nõ putamus onerandos parentes, tum quia id faciunt potestate administrationis sibi a lege cõcessæ. l. j. C. de bon. mat. tũ quia nõ cõsequuntur hi parentes eam potestatem quæ olim quærebatur arrogatori: illi eñ quasi precariã, & multis nominib. obnoxiã agunt potestatem in bonis horum liberorum: hæc tamẽ intellige procedere, nisi esset extraneus, huic actui non consentiens substitutus, iniquum enim esset ei per alterum hac vnione iniquam afferri conditionem.

46 Nonò, † causa liberorum vel existentium, vel nascendorum facit: vt ægrius admittatur, adoptio. l. nec ei. 17. §. præterea. 3. ff. de adopt. l. 3. C. eod. At vnio saltem propter liberos natos vel nascendos admittitur, atque solùm propter pariationem diuersarum prolium fit.

Decimò, filius arrogatus, vel ascendenti in adoptionem datus, plenè sub eius potestatem redigebatur. l. pen. C. de adop. At vnio nullum patriæ potestatis ius tribuit.

47 Vndecimò, † filius adoptione in potestatem adoptantis trãsiens non tantùm cum eius naturalib. simul & legitimis ei succedit sed etiam ad vlteriores successiones cum aliis eodẽ planè modo quo alius naturalis defuncti cognatus admittitur. l. si te parens. 5. C. de suis & leg. l. si is qui. 44. ff. de adop. in quam. l. vide Duarenum lib. 2. disput. Anniu. c. 14. At vniti hi filii tantùm ad hæreditatẽ parentũ hinc inde indifferenter vocantur. Neq; eñ vlterius se porrigit vnio, quàm vt bona parentum vtriusq; matrimonii liberis, & horum illis vniantur atq; cõicentur. Ratio diuersitatis est, quia adoptatus trãsit in familiã & agnationẽ adoptãtis, gẽtilitiaq; nõ modo eiusdẽ, sed & oĩum eius agnatorũ, fratrum, filiorũ nomẽ & insignia induit & assumit, vnio verò neq; genus, neque gentilitium nomẽ transmutat, sed saltem successionis spem in parentum bonis, liberis, & in liberorũ vicissim parentib. spẽ constituit. Ratio rationis est, quia adoptantis est propositum, vt hĩdem sibi nominis pariter & bonorũ faciat, ad conseruãdã familiæ memoriam. Sic Caius Iulius Cæsar Caium Octau. Augustum in familiam nomenq; suum adoptauit, Tranq. in Iulio Cæsare, c. 83. Sic postea Octauius Augustus Liuiã vxorẽ quã dilexit & probauit vnicè & perseueranter, nec non Tiberium suos hæredes, nomen suũ ferre iussit. Suetonius in Augusto. c. 101. hoc est, adoptauit. Adoptat⁹ eñ quasi nouus surculus suo proprio & agnationis & familiæ nomine relicto, toti generi & agnationi patris adoptiui implantabatur atq; inserabatur, hanc augebat, illam deminuebat, id quod eleganter ex vetustatis fundamentis latissimè disseruit ex nouioribus clarissimis I. C. Franc. Connanus lib. 2. c. 15. at vnionis longe alius & finis & effectus est. vt supra differ. 2. dictum est.

48 † Hinc resultat & duodecima differentia. Nam adoptio perpetuum & indissolubile ius tribuit, & actib. saltem certis solemnibus soluit. l. in omni. 13. ff. de adop. casũ eñ vt morte licèt potestas patriæ soluatur, tñ per suos liberos nomẽ familiare patris adoptiui retinet, & post mortem etiam effectus adoptionis manet. d. l. si te parens. 5. quod etiam Connanus d. c. 15. nõ obscurè probare videtur: At verò pactum vnionis non parit vinculum perpetuum, sed tale quod post mortem parentum vltra primã diuisionem ad alios etiam actus, vlterioresq; successionis gradus non debeat extendi, sed statim post mortem parentum & primam diuisionem expirat. Ex quibus facili negotio liquet, q̃ in adoptiua sobole arctius ius, quàm in vnita persona cõsistat, & quod in radice seu causa finali vnio ab adoptione plurimum differat, & hæc dissimilitudo incidit in eam, quam supra, eodẽ num. 44. tetigimus.

49 Decimotertiò, † adoptiui potestati subiecti oĩa quæ quęrunt exceptis castrensib. vel quasi, quærunt parentib. adoptiuis, d. l. penul. §. si verò pater, in verbo, eiq; acquirat. C. de adop. vniti nõ itẽ Neq; hoc mirum, tum quia verba pactorũ regulariter eo se se non extendunt, tũ quia vniti aliqñ prorsus sunt extranei, alioquin si ex proximiorib. essent, nõ possent parentes eorum coire matrimonium. c. pen. extra de consang. & affinit. quod omnino hic ponendum, vt matrimonium valeat.

50 Decimoquartò, † eius qui filium adoptat, vxor adoptato matris loco nõ est, filia tñ eiusdẽ adoptiuæ filio soror est. l. q̃ ĩ adoptionẽ. 23. ff. de adop. In vnione quoad affectum q̃ seruatur, vt mater adscita quoad successionẽ pro vera habeatur: at soror adscita quoad eius successionem pro sorore non habeatur, quæ latius in c. de successio. persecuti sumus.

51 Decimoquintò, † stante adoptione & ĩ mea persona patria potestate, sororem adoptiuam quam pater meus adoptauit, in vxorem ducere non possum. d. l. qui in adoptionem. 23. in fin. ff. de adop. §. inter eas. Insti. de adopt. At vnitam sororem diuersis parentibus progenitam, etiam stante vnione vxorem ducere possum, quoniam hic nulla est quæ impediat potestas, vt illa sola non impedit, argumen. l. 3. ff. de rit. nupt. Atque hic subsisto: Plures qui vel similitudines vel differentias habere cupit, legendo inuestigare poterit.

CAP. X. SEV VLT.

Quæ vnioni sint contraria, seu quomodo dissoluatur.

SVMMARIVM.

1 *Pactum vnionis regulariter est immutabile.*
2 *Diuisionis hæreditariæ instar habet pactum hoc.*
3 *Deceptis vltra dimidium in diuisione subuenitur.*
4 *Remedium l. 2. C de rescin. vend. non habet locum in vnione.*
5 *Damnum temporis euentu passi, non debent de eo quæri, cùm contrario casu de lucro gauisuri fuissent.*
6 *Transactionis quædam species est hoc pactum.*
7 *Transactio ob enormem læsionem non rescinditur.*
8 *Si legitima liberis alterutrius matrimonij propter hoc pactum non sit salua, possunt implorare officium iudicis.*
9 *Minores non restituuntur aduersus hoc pactũ, si bona fide omnia acta sint.*
10 *Minori probandum & se læsum, & facilitate minoris ætatis læsum.*
11 *Minores ex suis non prædecessorum contractibus restitutionem impetrant.*
12 *Testamenti cuiusdam vicem hoc pactum obtinet.*
13 *Testamenta coniugum etiam alterutro mortuo reuocari possunt.*
14 *Testamento non potest mutari hoc pactum.*
15 *Pactum vnionis non manet in terminis vltimæ voluntatis, sed transit etiam in contractum.*
16 *Libera testandi facultas pactis non perditur.*
17 *Philosophia Ethica tractatur in nostro iure.*
18 *Verbum, mores, triplicem habet significationem.*
19 *Verbum, mores, nedum est.*
20 *Mores intelligitur pro politica ratione cùm dicuntur pacta quæ liberam testandi facultatem constringunt contra bonos mores.*
21 *Priuatorum pactiones non derogant iuri publico, quomodo intelligendum.*
22 Renunciatio iuris pro se introducti cuilibet licita.
23 *Conarr. sententia in explicationem verborum contra bonos mores.*
24 *Pacta futuræ successionis non sunt merè à ratione aliena, nec peccatum inducunt.*
25 *Successionis futuræ pacta valent inter milites & fauore piæ causæ.*
26 *Militibus & ecclesiæ non permittuntur prohibita ob turpitudinem.*
27 *Propter ingratitudinem posset reuocari hoc pactum.*
28 *Clausula, rebus ita stantibus, semper intelligitur.*
29 *Mutatio testamenti iuramento abdicata, vtrum sit licita.*
30 *Causa noua mutationi locum dare potest.*
31 *In negotijs consideratur primùm voluntas expressa, secũdò verisimile, tertiò verba.*
32 *Reuocatur hoc pactum omnibus, quorum interest, consentientibus.*
33 *An in dotalibus pactis possit conuenire de quota hæreditatis, & vtrum sint irreuocabilia.*
34 *Dotalia hæc pacta valent.*
35 *Coniunx l. 12. tab. à successione coniugis per fiscum etiam includebatur.*
36 *Vir & vxor præferuntur fisco ex edicto prætoris.*
37 *De viri & vxoris successione ex iure nouissimo.*
38 *Pacta dotalia vbi de conseruanda successione agitur, valent, ex Zasio.*
39 *Pacta dotalia si reseruent omnia bona possunt testamento mutari, secus si partem.*
40 *Ingratitudinem cauere debent, quibus reseruatio facta est.*
41 *Ingratitudinis effectus quidam.*
42 *Ingratitudinis causa filius puniendus est.*
43 *Ingratitudo pacti mutationem causans, grauis esse debet.*

Cum hactenus, quatenus in nobis fuit, vnionis causas, effectus & similia obiter notauerimus, lubuit ad finẽ libri quædã eius contraria colligere, quib. scilicet qñque videatur tantùm dissolui, cùm tamen id non fiat: itemq; quibus reipsa dissolui possit. Regulariter autem ponimus, † Pactum vnionis legitimè confectum esse immutabile, perpetuoq; ad hæredes vtrinque transitorium, quatenus scilicet respicit hæreditatem parentum, atque illa quidem regula ex generalib. iuris traditionib. satis firmatur, quibus illud perquàm notum est. Nihil fidei humanæ magis conuenire, quàm ea seruare, quæ inter eos placuerunt. l. j. in princip. ff. de pact. Et graue esse fidem fallere. l. j. de constitu. pet. facit. l. Quintus Mucius. 48. ff. mandati.

Id quod & sup. c. de successione, &c. iure communi probauimus latius. Regula præmissa primùm vĩ fallere, si vltra dimidiã hæredi-

Source : BIU Cujas

hæreditariç portionis partem alterutrius matrimonij proles de
cipiantur: vt vnio per implorationem remedij l. 2. C. de reſcin.
vend. annulletur. Statue, Titius prima vxore mortua ad ſecun-
das prouolat nuptias, atque vnione legitimè confecta, ſobolē
ex hocce matrimonio procreandam, in ſuæ & defunctæ vxoris
bona cum præcedentis matrimonii liberè ſimultaneè vocat,
contingit ex alteto matrimonio numeroſam prouenire ſobo-
lem, ita quidem vt mortuis parentibus, ſubductisque rationib⁹
bonorū, quæ nūc, & quæ iſto pacto non facto, primi matrimo-
nij proles habituræ fuerāt, reperiantur, nunc eatenus per pactū
defraudati, vt ne quidem dimidiā eius, quod ante habituri erant
habeant. Hoc caſu ſicut diximus imploratio remedij, l. 2. videba
2 tur locum habere. Habet † enim hæc pactio inſtar cuiuſdam hæ
reditariæ diuiſionis à parentibus, & eorum locum tenente ma-
giſtratu atque curatoribus factæ argum. l. fi. C. famil. erciſcun. in
3 † qua diuiſione deceptis vltra dimidium ſubuenitur auxilio d.
l. 2. tex. & ibi Dd. in l. 3. C. commun. vtriuſ. iud. adeò quòd etiam
ſi iurata ſit illa diuiſio, & expreſſe renunciatum ſit vlteriori pe-
titioni ſeu diuiſioni, nihilò tamen magis hoc remedium ceſſet.
Zaſius in l. ſi quis cum aliter. ff. de ver. oblig vnde Bal. in d. l. 2. de
cidit. Quòd ſi partes diuiſionem bonorum vel hęreditatis fece
rint per breuia, & ex poſt facto appareat enormis læſio, quòd lę
ſus poſſit implorare officium iudicis, vel condictionem ex d. l.
2. intentare, vt iterum fiat æqualis diuiſio gl in d. l. 3. in verbo, p-
peram, quæ illud verbum exponit ibi, quandò alter eſt decep-
tus vltra dimidium ad inſtar venditionis.

4 Sed nos † ſaluo aliorum quorumcunque melius ſentientiū
iudicio, contrarium verius iudicamus, vt hoc etiam caſu firma
permaneat reg. ſuperius tradita, nec vitietur vnio propter quę
lam hanc deceptionis, tum quod ſupputatio illa læſionis ad id
tempus, ad quod deberet, referri non poſſet. Præmiſimus enim
caſum quo tempore erectæ & per magiſtratum cōfirmatæ vni-
onis æqualitas, vel non magna *fuit inæqualitas bonorum* & fa-
cultatum, vtriuſque *matrimonij liberorum* natorum & naſcē-
dorum *quæ ſucceſſu temporis* ex natiuitate forſan plurium li-
berorum *ex poſtremo* matrimonio, vel etiam morte quorun-
dam *prioris* matrimonij redacta fuit ad tantam inęqualitatem.
Quandò itaque omnis fides pacti huius legitimè initi fortunæ
euentu propter reciprocationem & incertitudinem fati, cuius
apud conuenientes non potuit eſſe determinata veritas, debet
committi hinc (quia tam contrarium eius quod euenit, ex poſt
5 facto euenire potuiſſet) non debent filij † læſi hoc fatum & in-
certum temporis euentum in querelam trahere, cùm ſi aliter
accidiſſet, ſe ex eo, quod nūc impugnant, ipſi iuuari & tueri vo-
luiſſent, argum. l. penul. C. de ſolut. l. de fideicommiſſo. C. de trā
ſact toto titul. quod quiſque iur. concordat materia Dd. tracta-
13 ta in l. cùm pater puellæ. C. de inoffic. teſta. minusq; bono viro
conueniret, nunc id reprobare, quod ſub contraria ſpe & euen-
tu fuerat approbaturus. l. Pomponius ſcribit. 9. ff. de negoc. geſt.
c. quod ſemel. de regu. iu. in 6. tum etiam ideò remedio. l. 2. hic
6 locum non dabimus; quia pactum hoc eſt trāſactio † quædam,
intentione cōuenientium materiam omnem futurarū litium
inter hinc inde proles amputans & concordiam ſeminans, id
quod ſup. cap. 3. excuſſimus. Trāſactio verò ob ſolam deceptio-
nem vltrà dimidium vix reſcinditur, per tex. in l. Lucius. §. fi. ad
S. C. Trebel. gl. in c. ad noſtram, ext. de empt. & vend. & in l. 2. de
condi. indebi. tenetq; Afflictus deci. Neapo. 220. Zaſius pulchrè
7 conſi. 18. vol. 2. qui dicit iuxta iſtam opinionem (quod † tran-
ſactio ob enormem læſionem non reſcindatur) fuiſſe iudica-
tum in Camera, quæ opinio vt vera etiam probatur ab Andrea
Gaylio, lib. 2. Pract. Obſeru. Obſerua. 70. vbi etiam requiſita nar
rantur planè etſi ex contingentia facti, quia res ita cecidit, non
etiam ex propoſito vel ab initio enormiſſima, vt ita loquar, ſit
læſio, ita vt fere tota ſua ſubſtantia defraudati videantur alte-
8 rius matrimonij liberi, † hoc eſt, ſi neque legitimam iure natu-
ræ ipſis debitam ex bonis parentum communibus ſeu cōicatis
habere poſſint, putarim ipſos officium iudicis implorantes, &
quaſi querelam inofficioſi teſtamenti ſeu inofficioſæ donatio-
nis intendentes audiendos eſſe. Legitimæ enim tanta ſunt pri-
uilegia, vt neque ex futuro euentu (caſu excepto fortuito) neq;
vllo grauamine ſeu onere in necem filiorum eorū, qui ſibi pie-
tatis ſunt erga parentes conſcij, poſſit prægrauari, ſeu conſtrin-
gi, vide Axioma per plures doctrinas dilatatū à Friderico Sua-
rez in l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. teſta. Schurf. conſil.
85. cent. 1. nu. 2. & ſeqq.

Sed quid, nonne enormiter læſi minores in integrum reſti-
tutionis auxilio vnionem poſſunt ſubuertere? Huius pūcti bre
9 uiter vera mihi reſolutio vī negatiua, † modò ab initio vnio-
nis erectæ bonam fidem in contrahēdo agnouerint partes, nā
ſi in ipſo vnionis actu ſe circumuentum minor docere poſſet,
aliter decidendum eſſet ex l. 3. §. ſi quis minor. ff. de minorib. nec
vſquam dolo quid actum ſit. Pro qua reſolutione in primis face
re videtur reſponſum Vlpiani in l. verùm. 11. §. ſciendum. ff. de
minorib. vbi is ex ſententia Pomponii. Sciedum eſt autem, ait,
nō paſſim minori ſubueniri, ſed cauſa cognita ſi capti eſſe pro-
ponantur. Itē non reſtituitur qui ſobriè rem ſuam adminiſtrās
occaſione damni nō incōſultè accidētis, ſed fato velit reſtitui,
nec eīm euentus damni, ſed inconſulta facilitas reſtitutionē in-
dulget. & l. nō omn. 44. ff. eo. l. in pupillo. 47. ff. de ſol. neque eīm
capitur is qui ius publicū ſequitur, inquit l. C. in l. nihil conſen-
ſui. §. j. ff. de reg. iur. duo eīm reſtitutionē petenti minori proban-
10 da ſunt, & ſe læſum, † & facilitate minoris ætatis lęſum. l. 5. & ibi
ſcribentes. C. de in int. reſt. min. Hinc Imp. nō vī. ait, circunſcri-
ptus, qui iure vſus ſit cōi. l. fi. C. de in integr. reſt. minor. arg. l. ſine
hærede. & l. Titium & Mæuium. 47. §. Lucius. ff. de admi. tutor. l.
inter eos fideiuſſores. 51. §. cùm inter. ff. de fideiuſſorib. At hic
damnum nō facilitate inconſultæ ętatis, ſed euentu ſaltem con
tigit, quod non conſideratur, vt d. §. ſciendum. & l. de fideicom-
miſſo. C. de tranſa facit qđ rōne incertitudinis multa tolerātur.

11 Deinde & hoc ſciendū atque conſiderandū, † minorib. ſi ex
ſuo facto capti ſint ſubuenire, nō tī etiam reſtitutionē ſi ex cō-
tractu parētum capti proponant. l. apud Iulianū. ff. ex quib. cauſ.
in poſſeſſ. catur, quo caſu iure cōi vtitur. l. magis puto. §. ſi pupil-
li. ver. ſed ſi pater. ff. de reb. eor. & c. l. quę à patre. C. de reſt. militū.

Secundò videbatur reg. noſtra vitium facere, ſi pacta hæc per
ſubſequens teſtamentum, aut aliam vltimam voluntatem mu-
tarentur, reuocarentur, ac virib. ſuis ſpoliarentur. Et quāuis hu-
ius limit. quæſtio ſup. c. 3. aliquo modo videatur diſſoluta, ideo-
que hic non tractandā, tñ quoniam & illud nō ex profeſſo nec
expreſsè, ſed accidentaliter & obſcurius eſt factum, & quia res
non leuis momenti ex quotidiano & frequenti vſu eſt, placuit
aliquando maiore diligentia in eius pleniorem diſſolutionem
incumbere. Illud Lectorem beneuolum maximo rogātes ope-
re, vt ſi fortè vel hic vel alibi in hoc tractatu, non vſu vſq; adeò
trita, vel minus commodè applicabilia attulerimus, id nouitate
rei tantiſper excuſatum habeat, dū hæc materia vſu frequētiſſi-
mo cōmendabilis meliorib. etiā ſtudiis exornetur. Sed hanc ex-
cuſationē modeſtis ſatisfacturā non dubito, de mordacib. autē,
vel inuidis hic parū ſolicit⁹ sū, quos ne plauſtris qdē excuſatio-
nū ſatiari docet experiētia. Verū vnde egreſſi ſumus, redeamus.

Quantum ergo ad ſuperiorem quæſtionē attinet, poſſet pri-
mo aſpectu videri dicendum, quia † hoc pactum vicem cuiuſ-
12 dā teſtamenti inter coniuges obtinet, in quo quidem nō ipſi ſe-
met hæredes viciſſim faciunt, ſed cogitatione futuræ ſucceſſio-
nis officium arbitri diuidendæ hæreditatis ptæueniendo, futu-
risq; litib. & diſcordiis occurrendo, viui coram cām cognoſcē-
te & approbante magiſtratu, omnia bona ſua inter hic inde li-
beros diuidunt, arg. l. quoties. 10. l. ſi cogitatione. 21. l. inter om-
nes. fi. cum auct. ſi modo. C. famiſ. erciſcund. l. ſi filia. 20. §. ſi pa-
ter. ff. fami. erciſ. l. parentib. 8. C. de inoffi. teſtam. adde Schurf. cō-
13 ſil. 20. & 21. cent. j. Et porro quia talia mutua † coniugum teſta-
menta, etiā altero mortuo, poteſtati reuocandi & annullandi
ſunt ſubiecta, prout latè tenet Perckius cum ijs quos allegauit
in trac. de teſtam. coniug. libr j. c. 18. & Minſing. cent. j. Obſer. 8.
itemq; Andreas Gail lib. Prac. Obſer. 2. Obſeruat. 117. Ex his in-
quam poſſet videri dicendum, & finaliter concludendum, idē
de pacto hoc cenſendum, vt quemadmodum aliæ vltimæ vo-
luntates vſque ad mortem ambulant, & ſemper ſunt reuocabi-
les, ita etiam hoc pactum annullationi ſit ſubiectum. Verùm iis
14 non obſtantib. & hanc regulæ ſuperioris † limitationem non
ęcedere arbitror. Rationes diuerſitatis inter alias vltimas vo-
luntates & pacta hæc puto plures afferri poſſe. Ea autem vt pro-
cerior ante reliquas prodit, † qua dicitur, hanc vnionis diſpoſi-
15 tionē nō manere ſeu cōſiſtere in terminis vltimæ volūtatis, ſed
porro in cōtractum & actum vltro citroq; trāſire obligatoriū,
ita quidem, ęp diſpoſitio hęc ſeu pactio non quidem hēt ſtatim
effectum deuolutiuum actionis, vt cōtractus & pacta pura, ſed
tñ ius aliquod tribuat, cuius effectus in tēpus incertum ſuſpen-
ſus eſt, atque interim irreuocabilis eſt hæc pactio quemadmo-
dum cæteri contractus. l. ſicut. C de act. & obliga. vnde bona de
reciproca & mutua ſucceſſione in pactum hoc deducta debe-
ri quidem ipſo iure videntur, vi ſcilicet & efficacia obligatio-
nis, exactio tñ eorum propter tacitam q̄ ineſt conditionem ad
tēpus mortis ſuſpenditur argu eorum quæ docet Gaylius Ob-
ſer. 126. nu. 6. & ſeq. lib. 2. Prac. obſer. Obſer. 127. in fine. Hic nūc
ſi & illud denuo mihi ingeſſeris, qa pacta iſta liberā teſtamēti,
(quæ ad mortem vſque ambulat) faciendi voluntatem aufe-
16 rant, † à iure eſſe teprobata, quia contra bonos mores, pro re-
ſponſione repetimus primum ea quæ ſup. c. 3. per totū ferè dixi-
mus, deniq; quo penitus hic ſcrupulus eximatur dubitātiū ani-
mis quib. ſemper occurrit eſſe hęc pacta contra bonos mores,
quia liberā teſtamenti factionē auferant, pro vero & genuino
intellectu eorū verborum, contra bonos mores, præmittendū
videtur, ęp Ioannes Faber & Dd. ferè antiqui in proœmio Inſt.
aiunt, iuris noſtri ciuilis ſcientiā eſſe ſubiectam illi parti philo-
ſophiæ quæ ethica dī, & circa morū correctionē & diſciplinā
verſatur, vnde paſſim in iure noſtro fit mētio de malis bonisve
morib. l. mercalē. C. de cōdic. ob turp. cauſ. l. j. § j. ff. de in ius voc.
l. fi. C. de pactis. l. cōditiones. j. & 2. l. filius. ff. de cōdi. inſti. l. ſi quis
inquilinos. §. fi ff. de leg. j. l. quidā. §. j. de don. l. ex ea par. §. mulier.

l. Titia.

Source : BIU Cujas

l. Titia. 134. in prin. de verb. oblig. Sed dici etiam consueuit, ex malis moribus bonę leges natæ sunt, vnde ab hisce tribus, honestè viuere, alterũ non lędere, ius suũ cuique tribuere pendẽt lex & Prophetæ, illaq; sunt principia & tãquam summæ quędã regulæ iustitiæ tã ciuilis q̃ Canonicæ, ad quas non secus, atque nautæ ad cynosuram, omnia nostra componere debemus.

18 Secũdò præmitto, vocẽ hanc † Moribus, triplici ferè significatu in iure nostro accipi. Primò, pro actibus illis, q̃ ad introducendã consuetudinẽ plurimũ habẽt momẽti, vñ ait Gratianus in Can. 4. dist. j. mos est longa cõsuetudo de moribus tm̃mõ tracta, & Imperator in §. pen. Instit. de iur. nat. gent. nã diuturni mores, ait, ꝯsensu vtentiũ approbati, legẽ imitanr̃. Scdo, ꝓ eo qđ ad disciplinã & politicã ꝯiunctionẽ honestè & decorè ꝯseruandã est introductũ, vñ cõplura in legibus nostris moribus introducta esse dñr, tex. in l. j. C. de sec. nuptijs. ibi. Ne in his quæ ad correctionẽ morũ induximus, fisci videamur rõnem hr̃e. l. Labeo. 21. ibi, morẽ. n. agẽtiũ sequi debemus. ff. de statu lib. l. moribus. ff. de don. int vir. & vx. l. j. §. q̃ eã, ibi, intra tẽpus quo virũ lugere moris est l. liberorũ §. j. ff. de his qui notantur infam. toto titu. C. de rep. & iudicio de morib. sublato. l. j. §. taceat. C. de rei vxor. actio. l. 2. C. de his qui ven. ęt. imp. ibi. honestate morum prædiți. l. rei iudicatæ. j. ff. sol. mat. morũ coerctionem non habet. c. refragante ext. de off. ord. Tertiò sumunr̃ mores ꝓ eo qđ à naturali rõne ꝓmanat, & ꝯ mores illud, qđ à naturali rõne longè alienũ est, atq; omninò turpe, & peccato affine. d. l. mercalẽ. c. nõ est obligatoriũ. de reg. iur. in 6. Huic & tertio deducitur verbũ hoc, mo

19 res † videri verbũ esse mediũ, sicut & verbũ venenũ. l. q̃ venenũ. ff. de verb. sig. ita vt tam in bonã q̃ in malã partẽ accipiatur, suntq; alij boni, alii mali mores, alii mores simpl'r & pro se, vñ si non adijciaṫ quid, sed simpl'r ꝓferantur mores, dẽt intelligi hoc verbũ �means subiectã materiã. Iam qđ passim ī legibus nostris asseueraṫ, pacta liberã testamenti factionẽ auferentia esse ꝯ bonos mores, neq; ex primo, neq; ex vltimo morum significatu inter-

20 pretationẽ suã accipit, ad mediã † ergo significationem referamus esse necessariũ. Quid. n. peccauit, quid deliquit, in quam naturæ legem incurrit ille, qui liberrimo animi motu de bonis ac fortunis suis in euentum mortis pactũ inijt? licèt. n. pactum hoc ꝛm bonos mores ciuitatis & rõnem politicã, non vndequaque validũ sit, nihil tñ turpe cõmisit, qui tot rõnibus concurrentibus libero testamẽti factioni quodãmodo renũciarit. Proinde cùm prohibitio horũ pactorum non sit fundata super ratione naturali, tanquam cã proxima, sed tñ politica, sequitur cum pa-

21 ctis priuatorum (concurrentib. tot specialitatis rationib. matrimonii fauore, liberorũ prouisione, magistratus cognitione, consuetudine, statutis atque ordinationib. &c.) mutari posse. Neque obstat, ꝙ iuri publico pactis priuatorum nihil derogari posſit, † id enim locum habet in iis quæ tam auctoritate quàm vtilitate publica sunt, & intentione publici commodi principaliter sunt sancita & promulgata. gl. in l. ius publicum. vbi & Dd. ff. de pac. vide eleganter differentem Gellium noct. Atticarum lib. 2. c. 23. alioquin potest quis ius suum paciscendo vel renunciando facere deterius. l. j. & l. pen. ff. de pact. Permittunt em̃ le-

22 ges vnicuiq; † renunciationem iuris pro se introducti. Deinde hoc pactum, nõ quemadmodum reliqua pacta simpliciter est considerandum, sed cum reliquis causis, effectis & adiunctis, q̃ multum priuilegii huic pacto conferũt, vt ex superiorib. patet.

Resideo itaq; tandem in hoc, ꝙ pactum nostrum nõ habeat rationem prohibitionis naturalem immediatè, & a turpitudine deductam, sed saltem ciuilem & politicam principali intentione in fauorem & salutem singulorum, secũdario verò in salutẽ & commodum populi, idest, reipubl. directam. Salus enim populi suprema lex esto, vt inquit ille. Vnde rerum varietas, vt plurima, ita & hęc commutans natura vim aliquam scitis iis de non transmittendis hæreditatibus per pacta facere potuit & fecit, arg. Nouell. de test. imperfectis. 107. in prin. ī procem. decret. in 6. vers. & quia humana natura nouas semper deproperat edere formas. Hinc nõ possumus descẽdere in snĩam Couarruuias dicentis in c. quamuis. de pactis. in 6. ab initio. 2. parte electionis.

23 Quòd quoties lex ciuilis respondet, † aliquid esse ꝯ bonos mores, non aliud sentit, quàm ꝙ illud sit turpe, & a ratione naturali alienum. l. si quis inquilinos. §. fin. ff. de legat. j. mercalem. C. de condict. ob turp. causam. hæc ille.

Nos verò priori opinioni adhuc inhærẽdum opinamur, qua sequuti sumus Gaylium distinguentem cum Iasone, Zasio, & reliquis in l. pacta quæ contra. C. de pactis. inter bonos mores ciuiles & canonicos, lib. 2. Obserua. 39. nu. 15. & sententiam nostram duab. etiamnum rationibus probare nitentur (quod tamen idem quoq; Couar. d. loco sentit) ꝙ scilicet pacta ista futu-

24 ræ successionis † non sint merè & prorsus a ratione naturali aliena, itaque neque peccatum incurrere, nec turpitudinem vllam admittere paciscentes, licèt ꝯ bonos mores facere dicanr̃.

Illud in confesso est, inter milites & fauore piæ causæ pacta hæc futuræ successionis valere. l. licet. vbi Dd. C. de pac. quæ certè ne inter illas quidem personas valerent, si omnino forẽt, & ita quidem contra bonos mores vt turpitudinem & peccatum

26 inducerent, quia † quotiescũque aliquid prohibetur ob turpitudinem, vel quod sit ꝓtra bonos mores naturales, cõprehẽdit prohibitio etiam militem. l. miles ita hæredem. §. mulier. ff. de mili. test. l. captatorias. C. de mil. testam.

Tum etiam ecclesia, quæ debet esse cultrix & altrix iustitiæ neque vlli inijcere laqueum vel scandalum præbere. capit. 1. verb. sed diuersum. de alienat. feud. non foret in re turpi, & contra bonos mores naturales inducta improbo gauisura priuilegio hoc, quo tamen gaudet &c.

Planè etsi hæc ita regulariter se habere existimem, posset ta-

27 men tãta esse contumacia, † tamq; magna ingratitudo vnius vel pluriũ liberorũ vnitorũ, vt ẽt exhæredari mœreantur, vel aliàs seueritate arbitrioq; parẽtũ multandi veniãt, argum. l. cõgruẽtius. & toto tit. C. de patr. pot. hisce inquã casibus nolumus officiũ & potestatẽ parẽtũ, legumq; in harũ rerũ vindictã seueritatem quiescere. Habere ergo hoc pactũ cẽsemus vices quasdã testamẽti, sed ita, vt ĩnõ quemadmodũ cętera testamẽta indistinctè mutari possunt, & sunt ambulatoria vsq; ad vltimũ vitæ spiritũ. Ita quoq; hoc pactum indistinctè & semper mutari possit: sanè ex causa eaq; graui & constanti iudici expendenda in parte, vel in toto mutari posse videtur, quare nihil tã firmũ.

28 † perpetuũ & immobile excogitari potest, quin illa clausula rebus ita stãtibus, subintelligatur, argum. l. 2. C. ad l. Iul. Maiest. c. veniens. vbi gl. in verbo prętciuisset. ext. de iureiuran. quã clausulã mirè illustratam vide apud Tiraquellũ ad præfationem. l. si vnquam. C. de reuoc. donat. nu. 165. cum innumeris seq. &c.

29 Facit † perspicuè pro intellectu huius decisionis explicatio quæstionis eius, in qua disputatur, an is qui in conficiendo testamento iurauerat illud nullo vnquam tempore reuocare, possitne illud reuocare vllatenus? Quam quæstionem egregiè explicauit Didacus Couar. de testamẽtis in 2. parte Rub. nu. 8. ver. ex quibus insinuat sese quæstio. Scinditur verò hæc quæstio in duas principales opiniones, vnam eorum qui existimabant, testatorem tale testamentũ indistinctè, et absq; vllo reatu reuocare posse; sic glossa in c. vltima voluntas. 13. q. 3. Bar. in l. cũ duobus. §. idem respondit. ff. pro socio. Iason in l. stipulatio hoc modo & c. ab initio, vbi Alex. de Imola dicit eam opinionem esse cõmunẽ. nu. 5. Alci. in c. cũ cõtingat. nu. 39. ext. de iureiur.

Altera opinio fuit eorũ qui existimarunt testatori non esse quidem adimendam mutationem talis testamenti, qui tamen, si mutet, fiet periurus: sic Alc. d. loco. n. 77. & alij quos ad nauseam ferè congessit Couar. d. loco. ver. tertia igitur opinio &c.

Sed inter hasce mediã, & quidem nec iudicis veriorem opinionem consectatus est Fernãdus Vasquius in locupletissimo suo tractatu de successionibus. ti. de successionum resolutione.

30 li. 1. §. 1. ab initio, dũ inquit † neutram harum partium, & sententiarum sibi simpliciter videri veram, interim verò vtranq; aliquo cum moderamine appositio posse defendi, proinde ait, q̃ testamentũ fecit, iurauitq; illud nõ reuocare, siquidem reuera & nulla noua causa & iusta testamenti mutãdi orta est, vel cũ retrò iam fuisset, denuò detecta nõ est, nõ video quonã modo testamẽtum mutare queat, quin periurus fiat. Quod si vera orta est noua causa, vel cùm antea esset occulta, tamẽ denuò detecta est, ęquissimum est, testatorem posse testamentum mutare, nec per hoc periurum videri. Quid enim si hæres testatoris vxorem compressérat, quid si eius vitæ insidiabatur, vel aliter inter eos culpa hæredis ipsius exortæ fuerunt inimicitiæ capitales? Certè in omnibus his speciebus & similibus inhumanũ ac inciuile esset testatorẽ cõpelli in eadem voluntate perseuerare, illumq; indignũ & immeritum lucro & non potius malo affici. hactenus ille, qui rationem addit euidentissimam.

31 Nã in rebus humanis ait, † voluntas agentium primum locum tenet, alterum verisimilitudo, tertium verba, primum probaṫ in l. obligationum substãtia. 3. ff. de act. & oblig. l. non solũ. 30. ff. eod. l. an inutilis. ff. de acceptilat. l. 3. & ferè per totum. C. plus valete quod agitur. Secundũ probatur in l. penul. ver. cogitasse. C. de impub. & alijs substit. l. ita stipulatus. 115. ver. Sabinus autẽ existimabat. ff. de ver. obli. l. hæredes mei. §. cum ita, vbi optim⁹ tex. ff. ad S. C. Trebel. l. 3. C. de inoff testam. in quibus quidẽ iuribus & alijs compluribus, vt in l. cum acutissimi. C. de fideicom. l. generaliter. §. cùm autem. C. de instit. & substit. recedimus à proprietate verborum, vt mentem sequamur non solum certam & indubitatam (nam hoc parum esset) sed etiam verisimilem tantum aut coniecturalem. Vltimum probatur in l. nõ aliter. ff. de leg. 3. l. Labeo. de suppellect. legata. l. vnica. §. sin autem ad deficientis. C. de caduc. tollen. sicq; si de tali volũtate certò aut verisimiliter constet, posthabitis verbis ei standum esset, vt ait Cagnolus in l. semper in obscuris. ff. de reg. iur. Cùm ergo iuramentum illud sit interpretandum vt cesset, quãdo iusta cã denuò detecta vel primitus est orta, arg. tex. in l. fi. C. de nõ nu. pec. c. cum M. Ferrarien sis. de constit. & quæ plenissimè tradit Tiraquell. de causa cessante quasi tunc consensus iurantis deficiat. d. l. fi. supereṡt vt transgressio iuramenti postea secuta, nõ tam sensui & menti iurantis, q̃ verbis dũtaxat pugnare videaṫ, id quod in consideratione non est, sicque periurium non fit.

Consimili

Source : BIU Cujas

Consimili planè ratione (vt vñ digressi sumus reuertamur) in casu pacti nostri dicendum videtur, alioquin enim in hac occasione data in moram & intolerabilem degenerarent tales filij contumaciam & inobedientiam in parentes, ex quibus omnibus videre est, vnam tantùm superesse limitationem ad istã
33 regulam: potest esse & altera. Quando scilicet † omnibus retroactis, omnibusque quorum interest præsentibus & consentientibus vnio ipsa ex causa aliqua magna dissoluitur, & ad ius commune reditur, argum. l. nihil tam naturale. ff. de reg. iuris.

Atque hic quidem subsistere nunc constitueramus, verùm auctarij vice non longè remotam quæstionem ab hisce pactis discutere voluimus. An scilicet, pacta super quota successionis futuræ, in tractatu nuptiali facta, valeant, et si valent an sint irrevocabilia, adeò quod nec per pactum aliud, nec per vltimam voluntatem, nisi consensu omnium, quorum interest, possint mutari, atque euerti: quæ quæstio si te a veritate iuris nõ remoueas, facilem habet expeditionem, verùm si ea in concilium voces, quę passim Docto. (qui ex sono & cortice verborum earum legum, quæ de prohibitis pactionibus circa futuras successionum quotas loquuntur, falsi sunt) congesserunt, miram & inextricabilem patietur difficultatem. Itaque quantum ad primum quæstionis membtum, talia pacta † scilicet valere, du-
34 bium nullum habere censeo, vel ex eo saltem, q̃ ea hodie videamus esse quàm frequentatissima, argu. l. certi condictio §. si nummos ibi cum quotidie. ff. si cert. pet. l. quod si nolit. 31. §. qa assidua ff. de ædil. edic. l. si quis donaturus. 24. ff. de vsuf. ibi, quia vt ei talis seruus stipulari possit, vsitatum est, probaturque expressius per totum ti. C. de pactis cõuentis tam super dote quã super donatione ante nupt. & ff. de pactis dotali. itẽ de irreuocabilitate. in l. cũ maritus. §. fi. ff. de pact. dot. l. mulier bona. 72. §. fi. ff. de iure dot. l. cũ quis decedẽs. §. nuptura. ff. de leg. 3. Auth. sed hodie. C. ad l. Iul. de adult. in verbis, pactis dotalium instrumentorum in omni casu viro seruandis.

Alteram quæstionis partem de irreuocabilitate, vt sic dicam horum pactorum, antequam aggrediar, hoc lubet præmittere.
35 Magnam fuisse duritiem † & asperitatem legũ 12. tab. quæ nullo modo indulgebãt coniugi superstiti, licèt pauperrimo, mortui coniugis etiam ditissimi successionem capere, sed deficientibus ad 10. vsque gradum agnatis fiscum vocabat: quod posterioribus legum latoribus inhumanum visum fuit, eò quòd cõiuges diuini & humani iuris sint socij, & duo se vicissim in carne vna habeant, possideant, habeantur, possideantur. c. non debet. 10. de consan. & affin. & quia infortunia alterius alteri sunt cõmunia. l. aduersus. C. de cri. expil hęred. l. 1. ff de rit. nup. l. si cũ dotem. 22. §. sin autem in sæuissimo. ff. de iure dotiũ: ideò quò minus afflicto adderetur afflictio, summa æquitate prætoria
36 † ꝑstitutũ est, vt si defunctus neq; liberos, neq; parẽtes, neq; vllos agnatos, aut cognatos intra prædictũ decimũ gradum habuerit (quod vtique rarius contingit) tunc eius successio fisco repulso deuoluatur ad coniugem, quæ successio vocatur VNDE VIR ET VXOR, per quam vxor marito intestato mortuo, & contra maritus intestatæ vxori in totum succedit: cui hoc à Iustiniano additum, vt si quis locupletior indotatam vxorem vltrò duxerit, hæc possit cum suis, aut etiam alterius matrimonij liberis in bonis mariti sui succedere, ita tamẽ, vt quartam saltem partem de bonis mariti, si tres vel pauciores liberi sint, accipiat vxor: sin plures tantundem, quantum quisque consequatur. Partis autem quam accipit proprietatem liberis seruare debet, quibus non extantibus, proprietatis etiam erit domina, imputabitur autem illi etiam in portionem debitam, si quid legati nomine acceperit à marito. Auth. præterea. C. vnde vir & vxor. Quæ omnia vice versa de marito vxori succedente sunt dicenda, quod ius etiamnum hodie, nisi alibi moribus populorum sit immutatum, durat, adeò vt coniunx moriens non coniugem superstitem, sed proximos agnatos & co-
38 gnatos habeat hæredes. Si ergo † in pactis dotalibus conuenit, vt in casum non existentium liberorum successio alterius, vel vtriusque coniugum ad proximos ab intestato hæredes deuoluatur, quid hoc aliud est, quàm pactum successionis conseruãdæ nullo iure prohibitum. Atque hac in re vnius Zasij clarissimi Germaniæ nostræ luminis testimonium mihi sufficiet, cuius verba, quia lectori grata fore existimabã, ascribenda duxi. Quãuis, ait, in pactis dotalibus non possit fieri Ordinario super successionibꝰ (hoc enim in solis testamẽtis est receptũ l hæreditas. C. de pac. cõ. l. pactũ qđ dotali. C. de col. l. pactũ. C. đ pac. l. qđ ex eo C. de inut. sti. l. cũ donõnis. C. de trãsa cũ sim. in quibꝰ oĩbus phibẽt ordinatio successionis in pactis dotalibꝰ) tñ ĩ casu conseruandæ, seu reseruãdæ successionis valent, & optimo iure pacta fieri pñt, vt cũ dicit: Si ego maritꝰ præmoriar, tũc bona, quę tibi apportaui reuertãtur ad agnatos meos, & ita ẽt vxor reseruat circa bona dotalia: istæ reseruationes sũt receptę, qđ ego ab aliquo nõ legi, qa aduocatis hoc in primoribꝰ labijs relidet. In pactis dotalibus nõ pñt ordinari successiones: Rñdete vos hoc verũ esse in alio genere, sed in successione reseruãda bene pñt fieri ordinationes in pactis dotalibus: hoc ego didici a præceptore meo Doct. Ioanne Knapp. in quodam cõsilio, is dicebat ea valere in casu successionis deuoluendæ, cũ debẽt deuolui bona ad certas personas, sed nõ allegabat ista iura, at ego memini.
39 Nihilominus qui † agnationi suæ reseruat ius succedẽdi, is possit facere testm̃, nõ obstante ista reseruatione, maximè si esset reseruata successio omnium bonorũ: quia nunquàm dẽt arceri in vniuersum testandi facultas. Sed si in aliquib. bonis fieret ista reseruatio, vt cum dr̃: Donatio propter nuptias morte obita reuertatur ad agnatos meos, & ita vxor disponeret de dote, tũc non posset testm̃ fieri in cõtrarium, nisi vtrisq; partib. recedentibus ab huiusmodi pactis, & hoc casu absentib. ius quæsitũ est; quia in partẽ põt tolli testandi facultas, in vniuersum non põt, vt hic per Dd. Hęc Zasius in l. stipulatio hoc modo. in princ. nu.
40 19. & 20. scripta reliquit. Hoc tñ † vltimo casu diligenter aduertant & caueant sibi illi, qui ea spe hæreditatis potiundæ aluntur, quorumque messis ita adhuc in herbis viresĉit, ne verbis facto vel qualibet rõne grauiore (modica eñ non curat prætor) eũ a quo beneficium hoc expectant ad iustam iram, sicq; ad mutationem huius pacti lacessent, seu prouocent. Nam quemadmodum in reliquis actib. etiã iuratis, ita multo magis in hac dispositione subintelligi debet. REBVS ITA STANTIBVS, nihilq; potest tam firmum, tam perpetuum, aut inuiolabile excogitari, seu ita cautelosè poni, qn clausula ista locum habeat. Ingratitudo itaq; & offensa maxima sola causa est, q̃ pactum
41 hoc renocationi & mutationi subiiciat. Neq; id mirum, † cum propter ingratitudinem liceat parentibus non modo liberos exhæredare, sed etiam alimenta denegare. l. si quis a liberis. §. itẽ iudex. ubi gl. & Bar. ff. de liber. agnoscen. glos. fi. in l. fi. C. de alen. libe. gl. in § si igitur. in Aucten. Vt cum de appella. cognoscitur. Panor. in c. cum haberet. extra de eo qui duxit in mat. quam per adult. pol. nihil eñ æquè societatẽ humanã dissoluit (quæ mutua beneuolentia confirmatur) atq; ingratitudo, & de illis malè mereri, qui de nobis bene meriti sunt: vt rectè aduersus ingratos apud Athenienses actio constituta sit: quia dandi, & accipiẽdi beneficii cõmercium, sine quo vix vita hominum extat, perdit & tollit, quisq; bene merito parem referre gratiam non meminit, vt Valerius Max. lib. 5. c. 3. ait, vbi plurima pessimæ ingratitudinis vitia collegit. Sanè ingratitudo tollit debitum naturale, ita vt pater non teneatur filiam ingratam dotare, neque eidẽ legitimam assignare. Bal. in l. fin. C. de dot. promis. Et, quod fortius est, crimen ingratitudinis facit cessare pœnam l. Pompeiæ
42 particidiis. l. diuus. vbi glo. & Bar. ff. ad l. Pomp. de par. Iason in l. ius autem ciuile. ff. de iust. & iur. Item propter ingratitudinem retrahitur libertus in pristinam seruitutem. l. alimenta. § j. ff. de libe. agnosc. l. 2. C. de libert. & eor. li. c. octaua. 12. q. 2. c. de familiis. de seru. non ordin. quod primo fuit Athenarum institutum, vt conuictus ingratus a patrono libertus iure libertatis exueretur. Supersedeo, inquit, habere ciuẽ tanti muneris impium æstimatorem. Nec adduci possum, vt credam vrbi vtilem, quem domi sceleștum cerno, abi igitur, & esto seruus, quoniã liber esse nescisti, qđ refert Valerius Maxi. lib. 2. c. j. Item propter ingratitudinem filius emancipatus patriæ potestati rursus subiicitur. l. vn. C. de ingra. lib. & legitimatus ad statum naturalitatis reducitur. Bal. in c. j. §. filii nati. ff. de feudo fuerit controuersia. facit text. in Nouel. ut liber. decætero § illud verò, vbi manumissor æquiparatur patri. Item filius † propter ingratitudinem & contumeliã
43 in patrẽ seu matrem puniendus est. l. j. ff. de obse. parent. & pat. & non modo in parentes & manumissores cõmissa punitur ingratitudo, sed etiam in quoscunque benefactores vt donatores l. fi. C. de reuoc. donat. & d. §. illud. Non † tamen quælibet occasio sufficit, per quam officii debiti immemor censeatur, vt ĉ aperiatur via mutandi pacti (qđ ob ingratitudinẽ mutari posse ex superiorib. satis constat) sed requiritur grauis & insignis ingratitudo. d. l. fi. & c. vn. In quibus causis feud. amit. & causæ ingratitudinis specificãtur latè per tit. quæ fuit prima causa benef. amit. Curtius tradit. 41. causas, & latissimè, cum Zasio petractat. Verùm hic anchoras figimus, obtestati Lectorẽ, vt cursui nostro, quẽ hactenus uaria fortuna nauigauimus, faueat, nec eñ tanquàm indubitatè ex nostra sententia verum scripsimus: sed quod ex multis nobis verius fuit visum posuimus, melioribus diuersum suadentibus, libenter sententiam mutaturi.

IO. BAPTISTAE CACCIALVPI,

De Transactionibus.

SVPERIORIBVS annis diebus festis quadragesimalibus memini edidisse opusculum de aduocatis, in quo aliquas quæstiones forum poli respicientes & conscientiam consolãtes examinaui, sed perfunctorie, inter quas inserui pericula, quibus aduocati circũdant̃, & sepenumero irretiunt̃, quorũ tertiũ in ordine fuit, ꝑ aduocatus aliqũ in progressu maieriæ aduertens eã esse iniustam,

Source : BIU Cujas

Ioan. Bapt. Caccialupi, De Transactionib.

iniustam, non inducit clientem ad cedendum liti & causæ, vel ad componendū sine aduersarii damno, vt tenetur, vt cōcludit. 22. q j. c. 4. sed potius inducit teum ad trāsactionem & aliqd corradere de alieno, vt videatur hominib. astut⁹, bonus, & peruigil athleta iudicialis, & etiam vt tegat ignorantiā aut improbitatē suam in præiudicium aīæ suæ, nec de eis videri pōt: nunc eiusdē tēporis quadragesimalis remissio cohortatus aliquod opusculum extraordinarium proponam caritatib. vestris, quod nō sit inutile pigris aut nouis, onerosum deuotis & doctis, visum est texere opusculum de transactionib. in quib. maiores nostri plurimum laborauerunt, veluti in materia difficillima & speculatiua, & saltem per hanc nauiculam possimus nauigare per altū pelagus transactionum. Quo fiet vt sentiēt humanitatem nostram imbecillitates debilium, destitutio pupillorum & desolatarum laniamēta viduarum, in quib. innandis nemo est qui nō aliquam possit exequi beniuolentiæ portionē, nulli paruus est census, qui istis magnus est amicus, vt inquit inclitus Leo Papa sermone 2. de quadragesima. Cum igitur esse speretis & futuri sitis optimi causarum patroni cum auxilio diuinæ bonitatis sitis gratia præfuturi quandoq; minima re iudiciali & officii huiusmodi virorum sit ab initio elaborare per compositionē & cōcordiā esse proniores ad cōponendum quā ad contendēdū, vt 90. di. per totum. eo. tit. de transc. cum si. & p Spec. in ti. de prępa. iudi. parte. 2. circa fi. versſ. sed etiam iudicis officium circa huius compositionis, bonumq; sit intelligere, quæ debent esse partes iudicis, aut aduocati circa dictas transactiones aut compositiones iam institutas, pergamus.

¶Q V AE S T I O N V M T A B V L A.

Quid sit transactio. q.j.
Vnde dicatur transactio. q.ij.
Quotuplex sit transactio. q.iij.
Vtrum transactio sit contractus vel distractus. q.iiij.
Posito qꝑ sit contractus, quis contractus sit nominatus vel innominat⁹, & cuius speciei, & vtrū bonęfidei vel stricti iuris. q.v.
Quot modis possit fieri transactio. q.vj.
Quis possit transigere, & ista erit vltima. q.vij.
Quæ solennitas requiratur in transactione. q.viij.
De quibus rebus aut super quibus possit fieri transactio. q.ix.
Vtrum possit fieri sub conditione, aut modaliter. q.x.
Vtrum aliquo casu liceat pœnitere, seu admittatur pœnitētia, vel recessus ab ea. q.xj.
Vtrum decepto per transactionem re ipsa vel dolo aduersarii aut tertii adueniatur & qualiter & contra quem. q.xij.
Quia sępe contingit, qꝑ reus non implet nec seruat, quod promisit per transactionem, aut non plene implet, qualiter sub ueniatur actori contra reum. q.xiij.
Econtra, videlicet qualiter subueniatur reo contra actorē non implentem, aut non perfecte implentem. q.xiiij.
Quid iuris in duabus quæstionib. præcedentib. quando transactio fuisset iurata. q.xv.
An liceat reo qui non impleuit transactionem quando debuit implere purgare moram & vsque ad quod tempus. q.xvj.
Econtra an actori qui non impleuit liceat purgare moram & vsque ad quod tempus. q.xvij.
Quis sit effectus transactionis, & qd includat, & qd si cōfirmatio Papæ vel imperatoris accesserit, qđ robur adiiciat. q.xviij.
Vtrū transigere sit meritoriū & laudabile, an verò secus. q.xix.
Vtrū possit qs compelli ad transigendū, & qñ, & a quo. q.xx.
Vtrum statutum, vel decretum superioris compellens ad transigendum sit fauorabile, vel odiosum. q.xxj.
Vtrum valeat statutum prohibens fieri transactionem generalem, vel aliquo casu. q.xxij.
Vtrum iuramentum de non transigendo sit seruandum, & quando. q.xxiij.
Vtrum contractus a lege prohibitus fieri possit per viam transactionis, aut compromissi, seu arbitramenti. q.xxiiij.
An & quando transactio facta in re alia pīudicet aliis. q.xxv.
An & qñ. prohibitus alienare sit prohibitus transigere. q.xxvj.
An rescriptum, vel statutum, vel transactio contra transactionem valeat, & quando. q.xxvij.
An reuocata transactione censeatur reuocatum iuramentum super ea impositum. q.xxviij.
Statutum loquens de transactione illam prohibendo aut aliter disponendo de ea, de qua transactione intelligatur. q.xxix.
An aduocatus possit petere salarium conuentum aut statutum lite se data per transactionem. q.xxx.

S V M M A R I V M.

1 *Transactio qualiter proprie & stricte definiatur.*
Transactio super lite futura vel præsenti debet fieri.
2 *Iustitia vel iniustitia causæ principalis ad transactionis validitatem non attenditur.*

1 Super prima quæstione, videlicet quid sit transactio proprie, & stricte sumpta. † Dic breuiter, qꝑ transactio est de re dubia & lite incerta non gratuita pactio aliquo dato vel retento, vel promisso, vel remisso, seu permisso. i. qꝑ attenta conuētione haberi potuit. l. j. ff. de transl. 2. & l. sup pos. & l. trāsactio. C. eo. tit. & ex eo. ti. sup eo. vbi hoc ꝓbanť. Et intelligas, qꝑ transactio debet fieri super lite, scilicet pręsenti, vel futura saltē de facto mouenda etiā extra iudiciū, vt d. l. 2. & ibi ꝑ doc. & sufficit, qꝑ sit de re dubia, siue ꝑꝑ iudiciū, siue ꝑꝑ aliud, vt d. l. j. & d. l. 2. & vtrobique per doc. ēt si de iure nō esset dubia, sed de facto tm̄, vt dixi, vt puta ꝑꝑ potentiam aduersarii vel rixositatis, vel cauillositatis, aut similē cām, ar. no. in l. j. ff. qui satisd. cog. & in l. si cōuenerit. ff. pro socio. & no. per Mode. in si. in l. fi. ff. si cer. pe. & in l. j. ff. de verb. obli. & singulariter per Io. And. in addi. Spe. in tit. de præpara. iud. in 2. par. Spe. & dicetur in q. 9. & 19. Siue ergo sit dubia ꝑꝑ litē, q̄ est, vel esse potest de iure, vel de facto, vel aliter, sufficit ad validitatem transactionis, vt dictis iuribus, dummodo pactio fuerit non gratuita: vt dixi. † iustitia ergo vel iniustitia causæ principalis non attenditur quantū ad validitatē transactionis, vt d. l. 2. cum sufficiat transactionē esse factā metu litis etiam futuræ, & de facto nō de iure, vt sępius dixi. Quòd si quis dixerit, transactionem ex toto vel culpa non subsistere, vt in l. summa. ff. de condi. inde. Dicas de hoc vt dixi in q. 12.

S V M M A R I V M.

1 *Transactio quasi transitus, seu transitio actionis dicitur.*
Transigere quis dicatur proprie.

quaginta intra mẽſem, ꝙ omnino patieris pœnam huius l. quia cogeris ad ſoluendum integrum pretium, & ego ero liberatus à periculo euict. & duplæ. & ita dr̃, ꝙ poteris adaptare hanc l. ad alios caſus, qui de facto contingunt. Et ego per prædicta vidi iu-
3 dicare in iſta ciuitate per Do. Manfre. de Furli. † ꝙ cum quidam ex cauſa tranſa. iuratæ promiſiſſet ſoluere 70. duca. in ſeptẽ pen ſionibus, ſeu terminis, & ſoluiſſet primis duobus terminis, tertio verò termino fuiſſet in mora, ꝙ poterat compelli ad ſoluẽdum totum reſiduũ non expectatis aliis dilationibus rõne periurii. Hic cadit pulchra inquiſitio. ecce iam eſt dictum, ꝙ pẽna poteſt exigi, ne ſis in æquiuoco. circa hunc art. vtrum pẽna poſ ſit peti, ſcias ꝙ pẽna can. aut legalis poteſt exigi 16. q. j. c. ſtatu, & l. ſi quis in tam. C. vnde vi. cum temperamẽto tñ, de quo per gl. 12. q. j. c. fraternitas. Similiter pẽna conſuetudinaria poteſt peti. c. dilectus. de offi. ordi. Item pẽna puniens contumaciam in iudicio commiſſam põt peti l. j. ff. ſi quis ius di. non ob. & l. locum. §. condemnatio. ff. de tab. exhi. Item pẽna arbitralis, ſeu cõpromiſſaria. c. dilecti. de arbi. & in prædictis Doc. conueniunt. Quædam eſt pẽna conuentionalis, in qua Doct. vtriuſq; iuris ſunt va rii, an peti poſſit & inquantum, vt p̃t videri in l. cum allegas. C. de vſur. & in l. Iulianus. §. idem Papin. ff. de act. emp. & c. j. de dolo & contu. & 25. q. 2. c. ſi eccleſiæ. per mod. in l. 2. §. idem ſi in facto. de verb. obl. & multi tenent, ꝙ põt peti, quatenus intereſt, ſi eſt appoſita quantitati, ſeu dationi & non vltra, non aũt ſi eſſet appoſita loco contumaciæ, vel contemptus, arg. d. c. ſi eccleſiæ. & ita dicendum eſſet in tranſactione non iurata, volẽdo ſequi
4 opi. cõem, de qua in dictis locis: † ſed in tranſactione iurata an pẽna peti poſſit vltra, q̃ interſit, eſt pulchra q. & eadẽ q. eſſet in omni contractu iurato. Dñs Pe. de Anch. in d. conſi. 144. incip. Apud antiquos. dixit ꝙ ſic per d. l. ſi quis maior. ꝙ in odium deierantis vult oĩno illum teneri ad pẽnam, conuenta & promiſſa implenda & accepta reddenda: cum alias teneretur ad alterũ. l. cum proponas. eo. tit. & dixi in q. præce. Hinc ſequitur, ꝙ illa pẽna imponitur deieranti, & peti põt quaſi pẽna legalis: vt d. c. ſtatuimus. & d. c. ſi eccleſiæ. Ideo autem dr̃ legalis, licet à cõtrahẽtibus appoſita: quia niſi illa lex ſic diceret, appoſitio illius pẽnę, vt vltra intereſſe nõ fuiſſet efficax per dicta iura. Præterea cũ iudex, vel arbiter à litigatore contemnitur, poteſt licitè peti pẽna: vt ſupra dixi, multomagis cum contemnitur Deus pp periurium, cum longè grauius ſit ẽternam, quàm temporalem offendere maieſtatem, vt c. vergentis, de pẽnis, & auth. Gazaros. C. de hære. Præſuppoſito hoc pro vero, ꝙ pẽna poſſit exigi auctoritate iuris vltra intereſſe, quæro in qua quantitate iſte exceſſus tole retur, nunquid ſine moderamine. præfatus Doct. in d. cõſi. 144. dicit, ꝙ dicta pẽna eſt redigenda ad menſuram, vt in c. ſua. de pẽnis. iuncto c. animauertendum. 22. q. 5. & no. in l. eos. de vſur. putat igitur iſte Doc. ſaluo cõſilio ſaniore, ꝙ pẽna iſta non dẽt excedere quadruplum veræ ſortis. inſti. de acti. §. omnes. & hãc moderationem putat ẽquã, exceſſum aũt quadrupli putat inhoneſtum, & iuro non confirmari. vnde pro 25. contentis in contra
5 ctu nomine ſortis putat poſſe exigi pẽnã vſq; ad c. † Item putat poſſe peti omne intereſſe lucri ceſſantis & damni emergentis iuxta no. per Doct. in l. nummis. ff. de in litem iur. & l. non vtiq;. §. nunc de officio. ff. de eo quod cer. lo. & l. j. C. de ſentẽ. quę pro eo. vt latius videre potes in d. conſi. quam deciſionem tenemẽti: quia aliàs non audiſti. ideo dixi. l. illam, ſi quis maior. habere locum in maiore tm̃; quia Bar. Rich. Malum. Iac. de Ra. Cy. Bal. Ang. Ra. Pau. de Caſt. & cõiter in d. l. ſi quis maior. dicũt, ꝙ diſpoſitio illius. l. non habet locum in eo, qui tpe quo iurauit erat maior 25. ex rationibus de quibus ibi per eos, quicquid aliter dixerit diſtinguendo Iaco. But. ibi. Colligitur ex prædictis, ꝙ diſpoſitio d. l. ſi quis maior. habet locum etiam in compromiſſo iurato: & ita Bar. Bal. & communiter Doc. ibi dicunt, & idem tenuit Do. Abb. in repe. c. per tuas. de arbi. in 7. char. dummodo cõpromiſſum fuerat volũtariũ: vt infra dicetur, & hoc vr̃ oĩno tenendum: nam compromiſſum in arbitratorem eſt contractus. l. 3. §. ſi ſeruus. ff. de pecu. ideo dixi voluntarium: quia ſi cogente Imperio ſiue iniuſto, ſiue iuſto, puta iudicis imperantis, aut ſtatuti aſtringentis quis compulſus fecerit compromiſſum, aut alium contractum iuratum, non haberet locum d. l. ſm Do. ibi ſuper
6 quo aliqualiter inſiſtamus: † quia in multis locis ſunt ſtatuta iubentia fieri compromiſſum inter litigãtes generaliter, alibi inter litigantes conſanguineos aut coniũctos vſq; ad certum gradum, alibi in quibuſdam cauſis. ſi ergo quis compulſus à iudice iuſtè vel iniuſte, vel à ſtatuto compromiſſum iuratum fecerit, & laudũ latum ſit, aduerſus quod nihil poſſit opponi, & quod ſit omnino ſeruandum; tamen diſpoſitio d. l. ſi quis maior. locũ non habet per prędicta, & hoc eſt expeditum, quando ex inſtrumento compromiſſi, vel aliter apparet, ꝙ partes venerũt ad cõpromiſſum pp neceſſitatem cauſatam à ſtatuto, vel iuſſu iudicis, ſi aũt non appareret, ꝙ ex aliqua neceſſitate Imperii cogentis, tunc dicendum eſſet, ꝙ qui allegat neceſſitatem illam, probare debet, ar. l. fideicommiſſa. §. ſi rem. de leg. 3. cum ſi. ſm Sali. in l. ſi. C. de iud. qui videtur innuere, ꝙ in dubio præſumatur voluntariè factum, hic eſt aduertendum not. ad duo. primum eſt, pone ꝙ ſtatutum adſtringebat ſolum ad compromiſſum, non autem ad iuramentum, partes autem compromiſſum neceſſarum iurauerunt ſuper illo, vtrum militet d. l. Rapha. & Pau. de Caſt. in d. l. ſi quis maior. dicunt ꝙ ſic, arg. no. in l. ;. C. quod me. cau. & in l. ſi ob turpem. ff. de condi. ob turp. cau. & hoc puto veriſſimum, quando certum eſſet, ꝙ ad iuramẽtum non compel-
7 lebant̃. † Spontaneitas enim iuramẽti purgat coactionem illã, ſicut etiam & longè clarius, quando poſt dictum compromiſſum neceſſarium laudum poſtea latum eſſet expreſsè homologatum cum iuramento; tunc enim indubitanter haberet locũ d. l. ſm Rapha. & Moder. ibi Adde in hoc, quod dixi ſupra q. 12. ſi verò ſtatutum cogit partes ad compromittendum, & de iuramento nihil ibi dr̃, vtrum videatur ẽt compellere ad iurãdum? De mente Raph. & Pau. de Caſt. ibi eſt, ꝙ non. ad quod bene fa. quod Doc. dicunt & maximè Anto. de But. in c. clericus. de iureiu. Putarem, ꝙ quando ſtatutum cogit ad compromittendũ, videatur ſentire, ꝙ compromiſſum fiat cum clauſulis conſuetis. l. ꝙ ſi nolit. §. quia aſſidua. ff. de ędi. edi. & l. ſi. C. de fideiu. & l. bene à Zenone. C. de quadri. præſcri. cum ſim. & quia conſueuit iuramentum apponi, ſi partes ſuper compromiſſo neceſſario iurarent, putarem eſſe locum diſpoſitioni d. l. cogita tamen in
8 hoc. ¶ † Sed cõtra prædicta fortiter oppo. ꝙ immo nullo modo iuramentum poſſit poni in compromiſſo, & ſi fuerit poſitũ nihil releuet, caſus videtur not. in auth. decernimus. C. de arbit. vbi per illum tex. dicit Bald. ꝙ diſpoſitio d. l. ſi quis maior. non habet locum in compromiſſo iurato per illum tex. euacuantẽ oẽm virtutem iuramenti appoſiti in compromiſſo: & tñ Doct. in d. l. ſi quis maior. cõiter dicunt locum habere, qñ fuit voluntarium, quid ergo dicendum? Solu. primò ꝙ illa auth. nõ loquit̃ de compromiſſo facto in arbitratorem ſm Bart. ibi. & Bald. ibidem q. 2. quod no. ergo in compromiſſo iurato facto voluntarie in arbitratorem locum habet d. l. ſi quis maior. Reſtat dubitatio quid in compromiſſo facto in arbitrum, & de iure ciuili expeditum eſſet ꝙ non per illum tex. d. auth. ſed Do. Abb. in repeti. d. c. per tuas. col. 14. & 15. & 16. determinat, ꝙ de iure cano. in omni compromiſſo poteſt apponi iuramentum, & operatur virtutem ſuam, & ita debere ſeruari tam in foro ci. q̃ in foro cano. vt ibi per eum potes latè videre, quæ verba no. Adde prædictis ſecundùm Petr. de Anchar. conſi. 155. quod incip. rationes
9 quæ ſuperius † ꝙ conſanguinei, vel alii qui tenentur facere cõpromiſſum ex forma ſtatuit; tunc ſi facient compromiſſum, antequàm à iudice hoc præcipiatur, videntur coacti facere, ex quo ſciunt ſe poſſe ad hoc compelli, & hoc dicit tex. in l. nouiſſimè. §. quod ſi compulſus. ff. quod cum fal. tu. auth. geſt. eſt argu. etiam eod. quæ dicit Bald. ſicut alibi inſpicitur nocendi potentia ſicut nocendi actus, vt l. Labeo. ff. de ſtatu lib. & c. piſanis. de reſtitu. ſpol. ſic etiam appellatio in potentia idem operatur quod appellatio in actu c. non ſolum. de appella. lib. 6. Eandem concluſionem quò dicatur compromiſſum coactum propter præcedentem diſpoſitionem ſtatuti ſecutus eſt concludo Do. Franc. de Are. in conſi. quod incipit. quatuor ſunt dubia. bene faciuant ad prædicta, quæ Docto. dicunt in d. l. 2. C. quod met. cau. & in d. l. ſi ob turpem. & quod dicit Barto. in l. j. §. & parui. ff. quod vi aut clam. ad idem text. opti. in auth. vt immobilia. colum. 5. & quod per Bald. in c. j. qualiter debeat iurare vaſal. & in c. Imperialem. in verſic. pactiones. de prohi. feu. alie per Feder. quinimmo & ſingularius ſi quis fuerit iuſſus à iudice, ꝙ faciat compromiſſum, à quo iuſſu potuiſſet appellare, adhuc videtur, coacte tale compromiſſum facere, argu. tex. ſingu. in l. ait prætor. §. permittimur. ff. de mino. bene facit, quod dixit glo. in l. qui putat. §. j. de acquir. hæred. quinimmo etiam ſingu. tene menti
10 aliud, quod dixit Pet. de Anchar. in præallega. conſi. 155. † quòd ſi ſtatutum arctans ad compromi. coniunctos vſque ad certum gradum narrat, quòd partes compellantur ad compromittendum, quando eſt lis, vel quæſtio, & quòd altera pars petat coram iudice, quòd iudex compellat, quòd fiat compromiſ. in vnum, ſi partes concordant vel in duos ſi diſcordant, aut quòd fiat de omnibus in libello contentis, quòd & iudex de tertium, ſi illi duo diſcordauerunt, & quòd petatur illud compromiſſum vſque ad publicationem proceſſus, & ſimili. nihilominus illa omnia enumerata non ſunt de forma ſubſtãtiali ſtatuti, adeo quòd illis omnibus non concurrentibus ceſſet fauor ſtatuti, ſed illa duo videntur de ſubſtantia, quòd ſit quæſtio. Item ꝙ inter coniunctos vſq; ad dictum gradum, vnde ſi partes de concordia cõpromiſerunt in plures quàm dicat ſtatutum, & etiam poſt publicatum proceſſum, & de parte contentorum in libello, aut ſimilia fecerunt, ſtatuti tamen fauor introductus ad terminandas facilius lites inter coniunctos locum habebit in laudo inde ſecuto, argu. no. in c. quia propter. de elect. & in l. j. §. & poſt operis. ff. de ope. no. nunc. & in c. prudentiam. ff. de offic. delega. in ratione ſui. Iudicantur enim iſta potius accidentialia quàm de forma: quia cõcernunt ordinẽ procedendi non deciſionẽ, aliàs ſi diceremus oĩa ſupradicta eſſe de forma ſubſtãtiali, quę in ſtatuto narrantur, difficile poſſet reperiri laudum, in cuius cõpromiſſo dicta omnia concurrerent, dicit præfatus Doc. in d. conſ.

vbi la-

Source : BIU Cujas

vbi latius est videndum, bene facit tex. in l. j. in fi. ff. de ven. inspi.
11 † Si verò reus non seruasset transactionem iuratam, aut aliū cōtractum voluntariè factum, & tempore iuramēti fuisset maior 25. annis, tunc propter periurium & eiusmodi contrafactum an reus incurrat pœnas d. l. si quis maior. videbatur ꝙ nō: quia pñt omnes istæ pœnæ adaptari reo, ar. no. per gl. & Doc. in l. mancipia. C. de seru. fugi. & cap. j. de homi. lib. 6. per Io. An. in gl. super verbo Christianum, in nouella, & gl. not. in cle. j. de vsur. super verbo hæreticum: contrarium tamen determinat gl. & Bart. in l. si quis maior. ſ. ꝙ habeat locum etiam in reo quò ad pœnas, quæ sibi possunt adaptari, quod bene not. Alia pertinentia ad transactionem iuratam vide in d. l. si quis maior. & in l. si ex falsis. eod. titu. per Doct.

SVMMARIVM.

1 *Reus qui transactionem non impleuit, an & vsq; quo moram purgare possit.*

1 Decimosextò quæro, an liceat reo † qui non impleuit transactionem, qñ debuit implere, purgare moram, & vsq; ad quod tempus, vide gl. & Doc. in l. siue apud acta. C. de transac. & maximè Bal. vide etiam Bal. & Paul. de Cast. in l. si maior. eod. titu. & Doct. in l. super possessione. eo. titu. & hoc quando non esset iurata transactio: tunc enim inramentum impedit purgationem moræ. d. l. si quis maior. & per Do. latè in l. & si post tres. ff. si quis cau. & in l. si insulam. de verbo. oblig.

Decimoseptimò quęro, an ex parte actoris, qui venit contra transactionem, admittatur purgatio moræ. vide Bar. in l. vbi pactum. 4. col. C. de transac. & ibi dixi post Pau. de Cast. intelligendo qñ transactio non fuit iurata, aliàs si fuit iurata, dicas vt in præcedenti q. dixi.

SVMMARIVM.

1 *Transactionis effectus quis sit.*
2 *Compromitti causam petens non auditur, quando exceptio transactionis obiecta est.*
3 *Transactio duobus modis fieri potest pacto simplici & per acceptilationem.*
4 *Transactio propriè quæ censeatur includere.*
5 *Replicatio doli datur contra pacti generalis executionem, si transactio facta sit pacto simplici.*
6 *Compromissum si factum sit generaliter in arbitrum & arbitratorem, non potest compromittens cogi ad faciendam generalem remissionem.*
7 *Compromissum super vna re factum ad alium porrigi non potest.*
8 *Sententia conditionalis valere potest, si conditio non sit extranea.*
9 *Arbitrator an possit manum extẽdere ad res in compromissum nõ deductas.*
10 *Clausula quæ in compromisso adiici soleat.*
11 *Arbitrator vigore clausulæ illi appositę ad alias res manus potest extendere.*
12 *Confirmatio Papæ, vel Principis an aliquid roboris transa. adiiciat.*
13 *Confirmatio Papæ de beneficio alicui collato cum clausula, supplentes omnẽ defectum &c. quid operetur.*
14 *Dispensatio contra statuta confirmata obtenta, nisi de confirmatis sit mentio facta est inualida.*

Decimooctauò quæro, quis sit effectus transactionis, & quid includat, & an confirmatio Papæ, vel Principis aliquod robur adiiciat. Assumo primum articulum huius q. & dico † ꝙ effectus transactionis est: quia ex parte eius qui erat actor lite sopita per trās. nudo pacto factam actio sibi competēs non est extincta, obstaret tamen exceptio l. cum proponas & l. siue apud acta. C. de transac. cum si. nisi intentasset actionem sibi competentem ex delicto; quia tunc ipso iure esset extincta solo pacto l. si tibi decem milia. §. quædam. ff. de pac. & l. si vnus. §. pactus ne peteret. in fin. eo. titu. & in dictis locis videndum de hoc. Si verò lis esset sopita per transact. solennem factam per acceptilationem & cum Aquiliana stipula. vbi esset necessaria: tunc actio esset ipso iure extincta. l. 2. ff. de transact. & l. vt responsum. C. eo. titu. cum sim. Ex parte autem rei conuenti lite sopita si quidem simplici pacto transactio facta sit, exceptionem habet, & eam potest opponere, si ex parte sua soluit & alia fecit. l. si maior. C. de transac. & hanc excep. transa. potest opponere in vim declinatorię ad processum ante litem contest. & ex consequenti expellere à limine iudicii & à litis contest. & eadem exceptio opposita in vim declinatoriæ ad processum impediret etiam compromissum
2 alias necessarium ex forma statuti † vnde petens compromitti causam vigore statuti dicentis, omnem causam debere cōpromitti, non esset audiendus, quando esset opposita exceptio trās. transact. vt in l. fratris. C. de transact. & ita dicit Bald. ibi, & placet Doct. ibi & in l. eleganter. §. si quis. ff. de condi. inde. quod bene no. quia quotidie allegatur, potest opponi etiam dicta except. in vim peremptoriæ ad merita causæ post litem contesta. vt dictis iuribus, si verò fuit facta solenniter cum Aquiliana & acceptil. tunc ipso iure extincta est actio non solum personalis, sed realis, vt rei vendi. Item mixta, vt petitio hære. vt d. l. vt responsum, & aduersus illum de facto iterum agentem habet exceptionem intentionis & facti. l. nec intentio. C. de transa. cum simi. Potest etiam illum iudex ex officio repellere cum sibi cōstet illum agere sine actione: vt not. in l. vbi pactum. C. de transac. & ibi per Doct. bene facit. l. 2. in fi. C. vt nemo pri. & per Docto. in l. vnica. C. vt quæ desunt. & in d. §. pactus ne peteret. & in l. 4. §. hoc autem iudicium. de dam. infec. ꝙ si pœna erat apposita, quid possit facere actor vel reus, dictum fuit supra q. 13. & 14.
3 si verò iuramentum, dixi. q. 15. † Quod autem transact. possit fieri duobus modis scilicet pacto simplici & per acceptilatio. solennem: vt dixi supra q. 6. An autem oriatur actio ex transac. & quæ & quando & ad quid & cui, dictum fuit supra q. 13. & 14. Item transac. facit de indebito debitum: vt d. l. nec intentio. an autem læso per eam competat aliqnod remedium, dixi supra q. 12. Est & alius effectus transactionis: quia instantia litis extinguitur, ita vt ad eandem veterem instantiam rediri non possit scilicet, quando partes illi instantiæ renunciauerunt expresse, vel transac. facta fuit cum acceptilatione. vel tertiò reus paruit transac. soluendo vel implendo: vt l. si diuersa. C. de transac. & dictis casibus instantia non potest resurgere etiam consensu partium. Quando verò transac. fuisset facta simplici pacto, & reus non impleuisset, & instantiæ non esset expressè renunciatum; tuuc actori liceret ad veterem instantiam redire de communi consensu, quasi potius fuerit suspensa & elisa, q̃ extincta, ista colliguntur ex dictis Cyn. & Bar. in l. si maior. C. de transac. & l. ex falsis. eo. titu. circa medium. & ex dictis Pau. de Cast. not. in d. l. si diuersa. de qua q. etiam habetur in d. l. siue apud acta. & l. cum mota. eo. titu. Sed prædicta conclusio videtur vera & naturalis, an autem per transactionem fiat nouatio & quomodo, vide in d. l. vt responsum. & l. si causa cognita. eo. titu. & Doct in l. singularia. ff. si. cer. pet. Item transactione tolluntur omnia iura competentia trāsigentibus, siue sint instrumenta, siue testes, siue præscriptione, siue quid aliud competens de iure communi. vel speciali: vt c. j. de transa. & ibi per Abb. in primo no. ¶ Venio ad secundum arti. huius q. videlicet quid includat transacti.
4 † Pro maiori declaratione considera diuersos casus. Primus est clarissimus, quando præcessit petitio specialis super aliqua causa, de qua litigabatur, & adiecta fuit generalis clausula in transac. & tunc generalis clausula defertur ad rem, de qua litigabatur. l. si de certa. C. de transac. vbi casus, nisi verba essent adeo latè cōcepta, ꝙ nō possent restringi salua sententia verborum, vt per Bar. & alios vbi vide no. dicta Doct. Secundus casus est, quā do est gñalis petitio, transac. verò fuit specialis, & tūc nō includit nisi ea, de quibus est transact. l. age. C. de transac. secundum vnā lect. Tertius caus est, quando petitio fuit generalis, prosecutio specialis de quibusdam & transac. generalis, & tunc quid iuris sit, patet ex intellectu. l. licet. C. de iudi. quæ vult, vt restrictio fiat ad prosecuta tantum, & licet illa. l. loquatur in sententia. Doct. communiter extendunt eam ad transactionem, vt ibi per eos, & in l. sub prætextu specierum. C. de transac. Quartus casus est, quando petitio fuit generalis, prosecutio generalis, transac. generalis, & tunc refertur ad omnia, quæ in actione proposita po terant comprehendi, non tamen porrigitur ad ea, quæ postea emerserunt, vel tunc occulta fuere dolo rei, vt est casus in d. l. sub prætextu. vbi omnino vide, & vide in l. tres fratres. ff. de pa. in l. qui contutori. §. qui per fallaciam. ff. de transa. vbi glos. not.
5 per quam habemus † ꝙ quando transactio est facta simplici pacto: tunc contra executionem pacti generalis datur replicatio doli propter dolum occultationis: vt d. l. tres fratres. Si autē trās. esset facta per Aquilianā stipulat. & acceptila. quæ tollit primam actionem ipso iure: tunc non potest habere locum replicatio doli, de qua loquitur d. l. tres fratres. sed darē actio de dolo: vt d. §. qui per fallaciam. & ibi glos. præallega. quæ allega. l. actionem. C. de transact. secundum Petr. & Matth. qui reputat valde no. ad intellectum d. l. fratres. & Bart. hoc idem tenuit in d. §. qui per fallaciam. Generalis igitur transac. quæ est generaliter intelligenda: vt supra dixi, refertur etiam ad incognita specialiter cogitata tamen generaliter & inclusa in petitione & actione proposita: vt d. l. sub prętextu. vbi omnino vide, quando de similibus contigerit dubitare. Et vide Abb. in d. c. j. de transa. & diligenter inspicienda sunt verba transact. Si enim facimus transact. de omni lite, quæ esse posset inter te & me, & hoc de necessitate non refertur nisi ad ea de quibus est actum, vt d. l. si de certa. & l. Aquiliana. ff. eod. tit. sed si occasione vnius litis deueniamus ad hanc conuentionem, & facimus inuicem generalem remissionem, quod potest fieri, vt l. cum Aquiliana. eod. tit. tunc generalitas attenditur, ita tamen vt non sit captiosa, vt ibi est tex. not. per quem Doct. dicunt ibi, ꝙ tu non posses cogere aliquē, vt faciat tibi quietatio generalē: quia est captiosa. i. posset de facili capi in aliquo. Dicunt secundò Docto. ibi maximè
6 Bar. † ꝙ si compromissum est in arbitrum & arbitratorem generaliter cum hoc, ꝙ compromissum sit plenum & plenissimum, non poterit iubere, ꝙ fiat generalis quietatio & remissio, q̃ porrigit ēt ad incognita, vel etiā ad cognita, de quibus non erat lis,

Source : BIU Cujas

niſi hoc ſpecialiter ſit permiſſum in compromiſſo. l. ſi cum dies.§.plenum.ff.de arbi.cum ſimil.talis enim iuſſus ſi fieret, cõtineret manifeſtam iniquitatem, ſcilicet vt remiſſio fiat de incognito:poſſet enim pars de facili capi:quia ex verbis generalibus fieret incluſio, quaſi eſſet in genere cogitatum:probant autem,q̃ non cogitaſſet,& eſſet quaſi impoſſibile, dicit ibi Ange. oportet ergo, quòd ſpecialis volũtas partium hanc poteſtatem concedat arbitratori:vt d.l.Aquiliana. cum ſequen. dicit etiam ibi not. Barto. quòd ſi contentio erat inter te & me de fundo quodam,& compromiſimus in aliquem,& dedimus ei plenam poteſtatem arbitrandi, non poterit arbitrator iubere, quòd altera pars det alteri aliquam aliam rem, de qua non erat contẽtio:vt d.§.plenum.cum ſimil.& l.arbor. §. de veſtibulo. ff. communi diui. poteſt tamen iubere dari rem illam de qua erat lis, vel pecuniam,prout ibi latius, quod dicit eſſe menti tenẽdum, hoc dictum ſequitur de Franc de Albe.& Bald.ibi. Item Ange.
7 in lect.mea idem ſequitur in l.de his.eo. titu. dicens † q̃ ſi compromiſſum eſt factum ſuper vna re, nõ poteſt porrigi ad aliam, vnde ſi peto librum à te, non poterit arbitrator tibi adiudicare librum & damnare te, vt des mihi alium librum, ſed bene poſſet damnare te ad dandum mihi 10. pro illo libro: quia pecunia,per quam omnia exiſtimantur, ſuccedit in locum libri. l. ſi ita fideiuſſorem accepero. de fideiuſ. poſſet etiam te damnare ad reddendum mihi librum 10.per me tibi prius ſolu.& hoc dicit tenere Specu.in tit.de arbi.§.excipitur.verſic. ſed pone. & ita
8 dicit obtinuiſſe in q.de facto; quia † valet ſententia conditionalis,dummodo non ſit conditio extranea.l.cum iudex. C.de ſenten. cum ſimil.ſecus putat, quando hoc dixiſſet arbitrator vno contextu verborum,vt quia in vno capi. te damnauit ad librũ, & in alio me damnauit ad 10.& ſic diſpoſitiuè:quia valebit ſententia in libro, & non in 10. quod menti dicit eſſe tenendum, & ſe habuiſſe de facto,iſta ſunt verba eius,ſi lec.non eſt mendoſa.Item Anto.de But.in c.niſi eſſent.de præben.ſequitur Bart.in d.l.cum aquiliana.ſentiunt igitur Bart.Franc.de Alber. Bald. & Ant.de But. vbi ſupra q̃ poſſit extendere manum etiam ad alia extra compromiſſum cõnexa tamen rei quæ venit in compromiſſum,vt puta de pecunia, vel intereſſe, ſeu æſtimatione, aut qualitate rei,vt ibi latius,licet Ange. vt dixi, videatur vim facere,vtrum vno contextu vel non.Poſſet tamen arbitrator quan
12 doq; pro bono pacis extendere manus ſuas in adiudicando res non deductas in compromiſſum, vt eſt caſus in d.c. niſi eſſent. ſecundum Do.Anto.Imol. & Abb.ibi, etiam ſi illa res non deducta in compromiſ.pertineret ad tertium,dummodo ille tertius etiam compromiſerit,aut cõſenſerit,q̃ ita fieret,vnde not. illum tex.Imo.ibi,q̃ arbitrator poſſit etiam tertium non nominatum in compro.condemnare ipſo conſentiente, quod dicit menti tenendum, & de facili non reperiri alibi, iuris fictione cenſeatur ipſum tertium condemnationi conſenſiſſe poſtea
9 ab initio compromiſſi,vt ibi latius:† & iſtud ſcilicet,quòd arbitrator poſſit apponere manum etiam ad rem extra compromiſſum pro bono pacis, tenuerunt multi Doc. Bono. Sen.& Peruſi.in q.de facto. pendente in curia Rom. Idem ſecutus fuit. D.me. ſoluendo in materia finium inter Racanetum & Auximum: nam arbitrator aſſumptus ſuper finibus laudauit in compenſationem quãdam etiam de pedagio pro bono pacis, quod eſt not.Quinimmo Ang.in aliquibus lect. in d.l.cum Aquiliana,vt ibi refert D.me.in arbitratore vult,q̃ poſſit iubere vnam rem pro altera dari,vel remanere, vel apponere conditionem, modum & terminum quaſi tranſac. quædam. l. ſi de poſſeſſione. & l. ſi pro fundo. C. de tranſact. & idem ſequitur ibi. D. me. quod etiam videtur tenere Anto.de But.in c.quintauallis.de iureiur.in 24.differentia,quam ponit ibi inter arbitratorem & arbitrium,& ſimiliter Imo.ſing.& Abb.& D.Benedic. de Peru. in co. c. quintauallis ſcilicet, q̃ poſſit iubere dari aliquam rem in recompenſam alterius rei, quæ venit in compromiſſum adiudicare alteri.Temperant autem do.cano.niſi ſint talia, de quibus non eſt cogitatum:cum ad aliena prorſus & inco. non poſſunt extendere manum, quod no. & an tñc poſſint pro bono pacis, pendet ex prædictis;& vide quod dicetur in q.19.& 20. in arbitro autem planius habent dicti Doct. q̃ non poſſit extendere manus ad ea,quæ ſunt extra compromiſſum, & omnino extranea:vt l.non diſtinguemus. §. de officio. ff. de arbi.& in d.§.plenum.& nota.in c. cum dilectus. extra eo. titu.Et ita etiam tenet Ange.& Do.me. in l. cum Aquiliana. & cano.in d.c.quintauallis.quæ verba no.perpetuò,quia millies in die dubitatur de prædictis.
10 Cautela eſt igitur, vt ceſſent dubitationes prædictæ † q̃ in compromiſſo ponatur clauſula illa,videlicet, & intelligatur fuiſſe & eſſe lis & quæſtio de omni eo de quo fuerit laudatum; tunc enim cenſetur data poteſtas, & adeo dilatatum compromiſſum & eius virtus, q̃ etiam de iam liquidatis cõfeſſione vel aliter & de iudicatis dicit valere laudum, & illam dicit eſſe no. cautelam.Ang.in l.j.ff:de tranſac.poſtea idem Ang.in l. cum hi. § ſi cum lis.eo.tit.dicit, q̃ virtute dictæ clauſulæ poteſt laudare de omnibus his, in quibus lex non reſiſtit potentiæ tranſigendi.i.de eo de quo poſſet ſpecialiter tranſigi.vnde infertur,q̃ ſu-

per iudicatis,quando non negetur eſſe iudicatum,& ſuper iudicato nulla poterat eſſe lis,non poſſet:quia lex reſiſtit, nec ſufficerent illa verba iſto caſu, niſi verè eſſet lis, nõ ſufficit ergo lis aſſerta,vt ibi latius.Eandem cautelam ponit idem Ang.in l. tale pactum §.qui prouocauit.ff.de pac.in repe.col.5.Ant.in c.expoſita.extra de ar.dicit,q̃ virtute dictę clauſulæ poterit arbitrari etiam ſuper eo, de quo vel fuiſſet iudicatum: quia poterat de validitate ſententię in dubium reuocari.Item voluit ibi D.Car. & Abb.quando illud tale, quod dicimus includi per illa verba generalia, partes fuiſſent veriſimiliter in ſpecie cõpromiſſuræ, quod erat dubiũ,vel aliquis probabilis tenor litis,vt ibi per eos. Illud ſaltem operatur dicta clauſula,vt videatur per partes ſaltẽ in genere cogitatum de omni eo,de quo fuerit iudicatum, ſm Ang.in d.l.cum Aquiliana.in aliquibus lec. vt ibi refert D. me. Idem dicit Pau.de Caſt.in l.j.eo.titu.& Do.Abb.in d.c.expoſita.
11 & ita hoc anno conſului apud Scarlinũ. vnde videtur † q̃ arbitrator virtute dictæ clauſulæ poſſit ſine dubio apponere manũ ad aliam rẽ aliàs non incluſam in cõpromiſſo, de qua potuiſſet ſpecialiter tranſigi.Itẽ ad ea quę aliàs erant deciſa ſnĩa,quæ alio modo potuiſſet in dubium reuocari, ſeu de qua potuiſſet ſpecialiter tranſigi & cõpromitti,q̃n ſic dictũ fuit ſupra q.9. q̃n vero certũ eſſet,q̃ non potuiſſet ſpãliter tranſigi,aut cõpromitti: tunc nõ includeretur illud tale,cui lex reſiſteret, quæ verba no. ſingu.voluit D me.ẽt in d.l.cũ Aquiliana.q̃ virtute dictæ clauſulæ non põt iubere fieri quietationem gñalem,quod verbum not.p̃p auctoritatem tãti Doc.requireret tñ iudicio meo altiorem indaginem,& adde Pon.conſi.83.& 108.& 260.& 299.vide ẽt quę dixi ſupra q.15.Q̃n verò dicta clauſula non eſſet appoſita,tunc ad quid poſſit ſe extendere arbitrator,colligitur ex ſupra relatis.Item pone,q̃ filii cõpromiſerunt de oĩbus litibus,& pendente compromiſſo delata ſit hæreditas materna, vel alia, an cõpromiſſum ſe extendat ad illam,vide Pon.conſ.88.Itẽ an generaliter cõpromiſſum includat,q̃ partes poſſunt cõpelli ad pacem.Itẽ q̃ poſſit adiicere pęnam in laudo, vide Pon. cõſ.115. itẽ an includatur illud, quod ſi includeretur quis eſſet periurus vide Pau.de Caſt.conſ.65.item ſi duo conſtituerunt procuratorem ad compromittendum cum quecunq; perſona, an poterit
12 ille procu. compromittere de cauſa vertente inter ipſos conſtituentes,vide Pau.de Caſt.conſi.74.¶ † Reſtat tertius arti. huius q.an confirmatio Papæ vel Principis aliquod robur adiiciat trã ſac.& certè ſi cauſa cognita & ex certa ſcientia cõfirmauit, tũc dĩ facta nõ in forma cõi,ſed ſpecificata,puta inſerto tenore trãſactionis,& eſt tunc tanquam tranſac.Papalis, confirmatio igit̃ ſupplet oẽm defectum & firmat actum inualidum, vt per Doc. in d.c.j.de tranſac.& c.j.de confir.vti.vel inuti. ad quod vide ſingularia verba Bal.in l.ex placito.C.de re. permu. & l. ex facto.ff. de vulg.& pup.& Pe. de Anch. in c.quia regulares. de ſup. neg. prel.& Gemi.in c.preſenti.de offi ord.& per Doc.in l.reſcripto. C.de præci.imp.offe.& ita vidi conſultum in q.de facto per ſolẽnes Doc.Bon.Peruſi.& Senenſes.Hinc dicimus,q̃ ſi Papa nõ ſolum cõfirmat,ſed approbat ſtatuta laicorum ſuper rebus eccleſiaſticis, inſerendo tenorem dictorum ſtatutorum in confirmatione:tunc ſtatuta valent ſm Doc.ſingu.in d.c.j. de tranſa. Sola autem confirmatio ſimpliciter facta non valet, niſi probaretur certa ſcientia quam ſentiunt non poſſe probari niſi ex his quæ continentur in ipſa confirmatione,quod eſt bene not.& tenuit
13 conſulendo Fran.de Are.conſi.quod incipit Abunde. † Item ſi Papa confirmat beneficium alicui collatũ, & apponit illã clauſulam ſupplentes oẽm defectum de plenitudine ptãtis, iſta cõfirmatio operatur, vbi actus eſſet nullus ex defectu ſolẽnitatis non ſeruatę:ſecus ſi eſſet nullus ex inhabilitate perſonæ,puta q̃ quis eſſet excõicatus,vel illegitimè natus,vel aliũ defectum naturalem pareretur;quia nullitas ſurgens ex tali capite non videtur ſublata ſm Spec.in tit.de leg.§.nunc oſtẽdendo,ver. 18. Idẽ ſi eſſet nullus ex defectu poteſtatis confirmantis ſm An. de Bu. in d.c.j.vel eius qui primo fecit actum,quod bene no. ideo ſi Papa confirmat ſtatuta laicorũ,non videtur confirmare illa, quorum defectus ſurgit ex inhabilitate perſonæ, quæ eſt de iure diuino,etiam ſi ſit clauſula de plenitudine &c. ſupplentes oẽm defectum ſm præfa.Doc.in conſi.prædicto.Q̃n verò eſſet clauſula
14 ex certa ſcientia,eſſet maius dubiũ:† & ideo diſpenſatio obtẽta contra ſtatuta confirmata non valet,niſi de confir. ſit facta mẽtio.c.conſtitutus.de reſcrip.& vide Archi.in ca. Cenomanenſe. 55.diſt.& tex.eſt no.in cle.j.de re iud. an autem alius citra Papã, vel Imperatorem poſſit ſupplere defectus commiſſos circa cõtractus vel iudicia.Spec.dicit q̃ non in d.§.bene facit gl.in c.ſtatu.de hære.lib.6. & ideo legatus de latere non poſſet, quæ omnia tene menti:quia ſingulariſſima.

SVMMARIVM.

1 *Tranſactio an ſit meritoria,aut laudabilis.*

2 *Actor vincẽs cæteris paribus ad componẽdum promptior eſſe debet,quàm reus abſolutus.*

3 *Litigans cum potentioribus concordiam capere debet, etiam ſi iuſtitiam foueat.*

Decimo-

Source : BIU Cujas

1 Decimononò quæro,vtrum † tranſigere ſit meritorium & laudabile,an verò ſecus dicit Spe.in ti.de præpara.iudi.in fi.parte ſecunda,ꝙ nemini expedit eſſe nimis promptum ad litigādum: ſcriptum eſt enim ſi quis voluerit tunicam tuam tollere & in iudicio tecum contēdere,dimitte ei & pallium.14.q.j.Apoſtolus dicit. Secularia in dicia ſi habueritis,omnino peccatum eſt in vobis,& vos contēptibiles facietis,vt ibi.& 14.q.§.ex his. & etiam videtur vt patet 88.diſt.per to.maximè autem hic non expedit clericis. 24.q.j.c. j.quia nemo Deo militans implicat ſe negotijs ſecularibus. 2.q. 3.& extra ne cler.vel mona.c.j.in fi. cum hic vix ſine nota peccati valeat explicari,de pēni.diſt.5.c.qualitas.Hinc eſt,ꝙ litigios prohibet Apoſtolus ordinari:vt 90 diſt.per tot. ſequitur,ꝙ multominus conuenit religioſis.16.q.j.c.monachi. vnde cōſuluit Spec.vnicuiq; bona fide,ꝙ pronior ſit ad componendum, quàm ad contendendum:ut 9.diſt.per to.& c. fi. extra de tranſ. & 5.q.2.c.ſi primates.nam & litigans qui iurat ad pacem cum proximo non venire non ligatur tali ſacramento.22.q.4 ca.qui ſacramento.Dicit etiam Io.And.in tit.de præpar.iu.in fi.in addi.
2 † ꝙ cæteris paribus promptior debet eſſe ad compoſitionem actor vicens,quàm reus abſolutus.Prima enim requirit executionem.2.non niſi forſan in expenſis,quando in expenſis actor eſſet cōdemnatus:quia ergo executio, quam petit actor,poteſt impediri de facto,vel multum tardari per legitimas appellationes,poſſet inuicem expedire cōpoſitio. & ideo dixi cęteris paribus:quia ſi actor ſuccumbens litigioſus & pecunioſus eſt & p appellationem fatigaturus eſt Reum abſolutū, & maximè cū pro ipſo actore qui ſuccubuit faciebat aliqua æquitas,quæ non ſuffecit in puncto iuris propter aliquam ſolēnitatem omiſſam, vel vigorem non obſeruatum,puta non inſinuauit inſtrumentum,vel ſimile;tunc enim iuſte moueretur iudex ad componēdum:vt ibi latius.Idem dicit Do.Abb in d.c.fi.de tranſa.& pro
3 pter iſtud vidi conſultum per famoſiſſimos Doc. † ꝙ licet quis foueat iuſtitiam,tamen ſi litigat cum potentioribus, qui ducerent eum per anfractus iudiciorum,ꝙ debet capere concordiā & idem dicit conuenire prælatis & Rectoribus eccleſiarum litigantibus cum potentibus,& ſubdit, ꝙ putat illum peccare illo caſu,ſi non recipit concordiam,& tranſac. cum dicto potente,ſeu litigioſo,intelligo qñ omnibus circunſtantiis conſideratis bonus vir arbitraretur expedire eccleſiæ potius,quòd fiat ꝯcordia,quàm litigare, & hæc ſufficiunt in hac q. bene faciunt, quæ dicentur in ſeq.q.

SVMMARIVM.

1 *Compelli quando quis poſſit ad tranſigendum,vel compromittendum.*
2 *Iudex paci & quieti prouinciæ debet ſtudere.*
3 *Iudex eccleſiaſticus quando poſſit ſupplere negligentiam iudicis ſecularis.*
4 *Compromiſſum ſuſcipere,quando ſit laudabile.*
5 *Papa & Imperator cogere poſſunt ad tranſigendum & cōpromittendum.*
6 *Aduocatus quando clientulum ſuum inducere debeat ad cedendum,ſiue cōponendum.*

1 Vigeſimò quæro,vtrum poſſit quis cōpelli † ad tranſigendum,ſeu compromittendum,& quando & a quo.Gl. no. & Bar.in l.furti.§.qui iuſſu.ff.de his qui no.infa.dicunt, ꝙ iudex non poteſt cogere partes ad tranſigendum,neque ad compromittendum in arbitratores, quod Bart. dicit eſſe menti tenendum.Adde,ꝙ compromiſſum factum iuſſu iudicis indebite cōpellētis compromittere in aliquem, qui habet iuriſdictionem, vel dignitatem,eſt ipſo iure nullum,tex.eſt no.in l. ſi quis ex cōſenſu.verſi.ꝙ is.ſm vnam lect.de epi.audi.& Bal.no.ibi hic. ſubditur pro Bar.poſt gl.in d.§.q iuſſu. ꝙ ōn poteſt quis cogi etiam ad pacem,niſi forte per hoc quies populi inquietaretur:tunc.n. poteſt,arg.l.congruit.ff.de offi.preſi.& l.æquiſſimum.ff. de vſu fruc.& in auc.de man.prin.§.eos.de quo etiam per Bar.in d.l.cōgruit,& tunc qualiter fiat contractus pacis,vide Bar.in l. de die. ff.qui ſatiſd.cog.& idem ſequuntur in §. qui iuſſu.Franc.de Alberg.Bal.Ang.& Rap.Mod.ibi & Bal.in ti.de pa. tenen.§. ſi quis furatus.in vſi.feu.& idem d.l.æquiſſimum.vbi ſubdit, ꝙ quādo eſſet diſſenſio inter inſignes perſonas,ex qua reſp.turb.vt l.ſi qs
2 ingenuam.§.in ciuilibus.ff.de ca.† ꝙ iudex debet ſtudere ad generalem pacem & quietem prouinciæ ſibi commiſſæ:vt l. congruit.& hoc puto verum.audiui contigiſſe periculoſas ſeditiones in multis illuſtribus ciuitatibus ex cauſis ciuilibus motis inter ciues potentes,& ꝙ peius eſt inter fratres,quibus nō fuit occurſum,& de his multa dicit Ariſto.in j.lib. polyticorum, dicit Pau.de Ca.in l.quidam æſtimauerunt.ff.ſi cer.pet.ꝙ quando iudex videt ſe non poſſe cauſam expedire per ſententiam, vt debet,poteſt ſuum officium interponere,& partes compellere ad compromittendum,per illum tex.cum ſi.ꝙ intelligo ſubſiſtente probabili cauſa,quæ mouere debeat bonum virum habendo reſpectum ad ea quæ dicunt præfati Doc.in d.§. qui iuſſu.bene faciunt,quæ dicentur ꝯ.q.21.dixit etiam do.Abb. in ca.cum inter.R.de ele.in 4.col.ꝙ cauſa legitima compellēdi partes ad componendum in quolibet iudicio eſt, quando diu partes litigauerunt,& quæſtio eſt multum dubia: nam tūc etiam iudex ſeculi poteſt compellere partes ad componendum vel cōpromittendum,& ſubdit † ꝙ negligētiam iudicis ſecularis in hoc
3 poterit ſupplere iudex eccleſiaſticus excommunicādo partes, niſi venerint ad concordiam,vt in ca. placuit.92.diſt.per quem tex.ſing.Ant.de Bu.& Imo.in ca.j.de mu.pe.dicunt, ꝙ quando dubitaretur de ſcandalo propter litem diu ventilatam, iudex poteſt compellere partes ad pacem, & cōpoſitionem. quinimmo licet nemo poſſit rſr cogi eſſe arbi.l.4.§.tametſi neminem. ff.de arbi.tamen quando eſſet tale litigium, vnde veriſimiliter dubitaretur de ſcandalo,poſſent conſanguinei partium litigantium cogi ſuſcipere compromiſſum ſecundum Bal.in l.2.ff.vbi pupil.edu.de.Præterea recuſans eſſe arbitrator, tali caſu peccaret:vt habetur.j.q.j.c.ſicut.& tenet Car.Flo.in c.paſtoralis. de offi.dele.quæ verba nota ſing.& ideo puto bene dixiſſe Bald. in l. ex ſtipulatione.C.de ſen.vbi voluit, ꝙ partes non ſunt cogēdæ ad compromittendum in arbitratorem,ſi timeretur ſcandalū: nam immo ſunt cogendæ ex cauſis prædictis: eſt enim tranſactio pax quædam, quæ fieri ſuadetur:vt dixi ſ.in præfatione huius operis:& ſicut poteſt fieri tranſactio etiam die feriato in honorem Dei:vt l.dies feſtos.C.de fer.ibi,tranſactiones loquātur. ita poteſt ferri laudum per arbitratorem dicta die,vt per Bar.& Doct.l.fi.C.de contrah.emp.& Doct.in c.quintauallis. extra de
4 iur.iur.quod no.† Fateor tamen, ꝙ licet quò ad Deum ſit meritorium ſuſcipere compromiſſum in ſe pro concordia inter litigantes,vt prædixi,quò ad mundum tamen affectare in ſe fieri compromiſſa,& illa acceptare ſępe eſt attribuendum ſimplicitati:vt dicit gl.no.in auc.vt differentes iudices.poſt prin. ſup verbo conuentum,& eo caſu quando aliquis ſuſcepit compromiſſum,& laudauit vt arbitrator, ſi bona fide contra iuſtitiam tamen laudauit,vtrum & quando teneatur in foro conſciētię, vide Cy.eleganter poſt Pe.in auc.hodie.C.de iud. Iudex autem licet ab initio quando ſibi ſunt ignota iura partium debeat laborare pro compoſitione,poſtquam tamen videt ius clarum: vt quia iam eſt in cauſa concluſum,& cognoſcit, ꝙ debet pronunciare pro altera parte,nunquid debeat illam inducere ad ꝯponendum.Spe.in præl.loco reliquit hoc diſputandum a curioſis:ſed Ant.de But.& Imo.in d.ca.j.de mu.pe.dicunt,ꝙ poſtquam ſibi liquet de cauſa,non debet ſuadere,& abſtinere debet a tali compoſitione:non enim poſſet ſuadere cum bona conſcientia:quia eſſet de iure vnius alteri dare ſine cauſa, niſi fortè videat expedire parti iuſtitiam fouenti ex aliqua cauſa, puta qa lis poſſit multum protelari per appellationes:nam poſſet tunc perſuadere actori & etiam reo,ꝙ velit potius tranſigere,quàm diu ſic litigare,vt d.c.placuit.& no.gl.in d.l.æquiſſimum. & loā. And.in addi.ſuper ti.de præpara.iud. & tenet Abb. in d.c.fin.de
5 tran.† Adde etiam,ꝙ licet iudex rſr non poſſit cogere partes ad tranſigendum,aut compromittendum,aut ad concordiam:ut dictum eſt Papa tamen,aut Imperator poſſet cogere in materia,in qua habent plenam adminiſtrationem: vt habetur in d. c.cum inter R.de elect.& c.cum pridem. de pac. quinimmo iudex ſeu officialis,qui videt aliquos rixari, & non interponit ſe, poteſt ab officio remoueri ſecundum Pe.quem ſequitur Cy. in l.ſi ſeruus.C.de nox.& Bal.in l.j.§.quies.ff.de off.præfe.vr. Adde prædictis ꝙ inter alia pericula,quibus ſæpe irretiuntur aduocati,illud eſt primum,quando inducit partem ſuam ad tranſac. q̃ ſcit iniuſtam fouere cauſam:conſulit enim tunc ut alienum accipiat,vnde ipſe aduocatus tenetur ad reſtitutionem: quia qui cauſam damni dat:vt in regu.iur.damn.& in l. inde Neratius.ff. ad l.Aqu.& tenet Albe.in l.j.de vſufru.dicit etiam beatus Tho.
6 2.2.q.71.ꝙ † aduocatus ſi in progreſſu viderit cauſam ſui clientuli iniuſtam,debet eum,cuius cauſam agit,inducere ad cedendum,ſiue ad componendum ſine aduerſarij damno,& hoc aduocati plerunque negligunt. Vel tamen eis: quia in die iudicij de his & aliis reddituri ſunt rationem.dixi.12.parti. quibus implicantur aduocati,in trac.de aduo.q.4.vbi omnino vide.

SVMMARIVM.

1 *Statutum uel decretum compellens ad compromittendum,an ſit fauorabile,uel odioſum.*

1 Vigeſimoprimò quæro, vtrum †ſtatutum vel decretum ſuperioris compellens ad tranſigēdū, vel compromittendum ſit fauorabile,vel odioſum.Bar. in j.cōſti.C.§.hoc igitur diſputat de validitate dicti ſtatuti, & ſentit,ꝙ licet ſit exorbitans a regu.iu.tamen ſit fauorabile,quādo ad bonum finem,vt parcatur ſimplicibus,& non oriantur diſſentiones,& non cogit compromittere de rebus liquidis, puta de q̃bus apparet inſtrumentum publicum,uel ſententia.& idem ſequitur Bal.ibi,& plures rationes aſſignant ambo referentes ad hoc.idem ſenſit Bar.in l.ambitioſa.col.6.de decre.ab ord.fa.Idē firmant Bald.Pau.de Caſt.& Mode.in l. qui ſe patris.C. vnde li. & Mode.dicunt in c.quod clericis.de fo.compet.Bal.autem in conſi.quod fecit apud ciuitatē Aſtenſem ſentit illud odioſum & ſtricto modo intelligendum, quod admitterem, quādo cogerer

Source : BIU Cujas

gerer ad compromittẽdum de rebus claris & indubitatis, alias puto, ꝙ sit fauorabile, vt in d.lo. videre potestis.

SVMMARIVM.

1 *Statutum transactionem prohibens, an sit validum.*

1 Vigesimosecundò quæro, vtrũ †statutum ꝓhibens fieri transactionem generaliter, vel aliquo casu valeat. Respon. ꝙ si quidem statutum vniuersaliter prohibet transact. & compromissa & facta dicat non valere, hoc statutum videt inualidum: quoniam compromissa & trãsactiones sunt de iu. gentium. vt dixi s. q. v. igitur non valet prohibitio generalis, vt Insti. de iu. natu. gen. & ciui. §. sed naturalia. & l. manumissiones. de iusti. & iur. & no. inf. l. j. ff. de const. prin. & per Bar. in l. omnes populi. q. 3. princ. ff. de iust. & iur. Item impeditur publica quies & publica vtilitas, vt colligitur ex multis iuri. s. alleg. q. 19. q. 20. & per Doct. in locis alleg. in quæstio. præce. & ita vidi determinatum per quendam Mod. Perusi. in quodam tractatu de arbi. si verò statutum aliquo casu prohiberet transigi, vel compromitti, in quo aliàs licebat de iure communi, tunc puto valere, & sufficit pro ratione voluntas. l j. §. pueritiam. ff. de post. & ibi per Ang. in fi. & in l. prospexit ff. qui & a qui. & l. omnes populi. & l. transigere. C. de transa. & per Bal. in l. legem 12. tab. C. de le. hęre. bene faciunt quæ dicta sunt s. q. 9.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum de non transigendo an sit seruandum.*
2 *Iuramentum excludens id, quod est de genere bonorum seruari non debet.*

1 Vigesimotertiò quæro, †vtrum iuramẽtum de nõ trãsigendo sit seruandum. videtur ꝙ non, quando ex obseruantia d. iuramenti impediretur pax cum proximo: nam litigans qui iurat ad pacem cum proximo non venire, non tenetur illud iu ramentum seruare. 22. q. 4. c. qui sacramento. dixi s. q. 19. & sen-
2 tit Bal. in l. si ad excludendum. C. de reb. cred. vbi d. † ꝙ iuramentum non est seruandum, quod excludit illud, quod est de gene re bonorum, puta si iurat non doctorari, vel non facere aliqd opus laudabile: istud enim iuramentum excludit bon. mores, ideo non est obligatorium secundum eum, vbi vide latius no. de multis q. simil.

SVMMARIVM.

1 *Contractus alias prohibitus, an possit iniri per uiam transactionis, compromissi, seu arbitramenti.*
2 *Alienare per uiam transactionis quando possint hi, quibus permissum est.*
3 *Iudex resistere debet fraudibus palliatis per hos, qui litem compromitti procurant.*

Vigesimoquartò quæro, vtrum

1 †contractus alias prohibitus iniri possit fieri per viã transactionis, aut compromissi & arbitramenti. Hæc q. pendet ex his quę d. sunt s. q. 7. & 8. vbi in effectu fuit dictum, ꝙ prohibitus aliena re, nisi seruata certa solennitate similiter non potest transigere nisi illa solennitate seruata, vt ibi dictum fuit, & similiter non potest compromittere in arbitratorem, nisi eadem solennitate seruata, vt ibi dictum fuit, & plenè per Barto. in l. j. C. si aduer. transi. est etiam videndum de materia in l. si pro fundo. C. de trã
2 sact. † Illud est notan. ꝙ illi, quibus est permissum alienare per viam transactionis factæ tanquam de re dubia, vt habetur in l. Imperatores. & l. nulli. ff. de transact. & l. præses. C. eo. tit. & dixi s. q. 7. ita demum possunt illud facere, si lis pendebat vera, secus si ficta lis esset. l. cum hi. §. si cum lis. ff. de transa. & ibi per Bar. & per Inn. in si. in c. grauis. de depos. lex enim non videtur assiste re illis actibus, nec de illis loqui, qui finguntur a partibus, sed q verè fiunt: ut d. l. cum hi §. si cum lis. de transa. & ibi per Bart. dicit do. Fran. de Alberg. nec permittitur per obliquum, quod est directo prohibitum, & transactio super lite ficta nullius est momenti: vt d. §. si cum lis. colligit Ang. dicens, ꝙ ille text. est utilis pro pupillis, quorũ tutores aliquando fingunt lites, vt habeant materiam transigendi, quod nota. vnde dicit ibidem do. meus,
3 †ꝙ iudices debent resistere fraudibus, quas palliant illi, qui volunt facere compromitti litem, quæ secundum formam statutorum non esset committibilis. narrant enim in petitione rem aliter, quàm in veritate sit, vt sic attenta facie petitionis res pronuntietur compromittibilis iuxta no. in l. cum quędam puella. §. quoties. ff. de iurisdi. om. iud. debet enim bonus iudex resistere & pronunciare, ita ꝙ fraudi non sit locus, vt per eum ibi latius in d. § quoties. vnde vidi quandoque iudicari, fieri debere compromissum secundum petita hac declaratione adiecta, ꝙ in dicto compromisso nihil includatur, quod ex forma statuti compromissum iubentis non fuisset compromittendum, probatur iste modus pronunciandi ex dictis Bar. in l. si quis liberta tem. ff. de pet. hęre.

SVMMARIVM.

1 *Transactio inter aliquos facta quando alijs præiudicet.*
2 *Obligatio naturalis & ciuilis fideiussoris, obligationem concernit rei principalis.*
3 *Exceptio quæ principali prodest, fideiussori etiam prodesse debet.*
4 *Transactio quæ fit cum hærede uero, nec nocet, nec prodest hæredi ficto.*

Vigesimoquintò quæro, an & quãdo transactio facta inter aliquos præiudicet aliis. † dicendum est, ꝙ regulariter
1 prodest & nocet transigentibus tantum & eorum successoribus non autem alijs. l. iurisgentium. § ante omnia. ff. de pac. & l. & hæredi. §. nos autem. cum seq. eod. ti. Transactio autem facta cum principali porrigitur ad fideiussorẽ, licet fideiussor esset prius condemnatus, & sententia transisset in rem iudicatam, ꝓ transactionem ergo factam cum Reo principali minus obligato: quia nondum condemnato liberatur fideiussor magis obligatus; quia iam condemnatus, text. est no. in l. si fideiussor. ff. de transa. vnde do. meus ibi mirabiliter infert & dicit, non inuenisse ab alio, ꝙ ubi reus principalis est naturaliter tantum obligatus, cui naturali tãtum potest accedere fideiussor, vt l. j. & l. Marcellus. cum si. ff. de fideiuss. qui fideiussor obligatus sit naturaliter, & ciuiliter si postea reus liberat se per pactum de non petẽdo factum in rem, tollitur non solum naturalis sed ciuilis fideiussoris, & tamen per pactum proprium fideiussoris non tolleretur, nisi naturalis sua & non ci. l. si vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pact. cum simi. quod videtur sibi mirabile, & rationem pu-
2 tat esse † quia obligatio fideiussoris naturalis, & ci. respicit obligationem rei principalis, & super ea requiescit & repausat. vnde tollitur tota, licèt sit natu. & ciui. & sic potentior: sicut videmus in si. in d. l. si fideiussor. & sic consequitur fideiussor per pactum factum reo illud, quod non consequeretur per pactum factum sibi. h. d. ibi do. me. Adde, ꝙ istud idem dixit prius Guil. de Cu. aperte, quod etiam reperi tenere Bal. in vna lect. sequendo Guil. & alleg. pro casu. l. Stichum. §. fi. & l. cum quis. §. fi. ff. de solu. idem etiam tenuit post Guil. Ang. ibi dicens, ꝙ pro d. opi. Guil. est casus in l. 4. iuncta gl. ff. de rei ven. super verſ. liberari, & d. l. Stichum. §. fi. & in l. an inutilis in fi. ff. de accept. idem tenet in d. l. fideiuss. Paul. de Cast. sequendo Guil. & Ang. quod dicit esse no. quia pulchrum & subtile. Subdit idem doct. ꝙ ille tex. sin
3 gu. probat † ꝙ exceptio competens. principali prodest fideiussori, licet inceperit competere, postquam fideiussor fuit condẽnatus, & sententia transiuit in rem iud. & subdit, ꝙ si non haberemus illum tex. esset valde dubium, quia sicut non prodest fideiussori transac. facta secum, postquàm sententia contra eum lata transiuit in rem iudi. vt in d. l. ver. si tamen. multominus videbatur sibi prodesse transactio facta cum principali, cuius cõtrarium ibi determinatur, scilicet ꝙ illa transi. facta cum principali non condemnato valet, & prodest fideiuss. & tamen facta cum fideiussore non valeret; quia quoad ipsum lis erat finita,
4 quod per pe. no. † Transactio vero facta cum putatiuo hærede non prodest, nec nocet hæredi vero. l. debitor. ff. de transac. vbi de hoc plenius per doc. an autem transactio facta cum hærede qui vendidit hæreditatem, vel qui ex Trebelliano restituit pĩudicet emptori, vel fideicommissario. vide in l. vẽditor. ff. de trã sa. per doc. Item an compromiss. factum per hęredem ante restitutionem hæreditatis afficiat fideicommissarium, & quando, vide in l. cum hæreditas. ff. ad Treb. & ibi per Doct. & dixi s. q. 7. quando verò transa. esset facta inter hęredem scriptum in testamento & legitimum prætendentem hæreditatem ab intest. an afficiat creditores, vel legatarios, aut alium tertium, vide in l. ꝙ trouersia. ff. de transi. per do. in d. l. fi. C. de pe. hæ. Alia multa pertinentia ad hanc quæst. colligere potes ex dictis s. q. 7. & ex dictis doct. in c. auditis. de præscr. & l. etiam si in rem. & l. creditor. ff. de iureiurando.

SVMMARIVM.

1 *Alienare prohibitus an & quando transigere valeat.*

Vigesimosextò quæritur, an & quãdo ꝓhibitus alie
1 nare sit prohibitus trãsigere. † Pro claue huius q. solet allegari. l. si pro fundo. C. de transi. vbi singulariter probatur, ꝙ si ex causa transactio. res dimittitur apud possessorem tanquam sua, nõ dicitur alienari: si verò tanquam actoris tunc aliter: verum qa istud posset habere multa capita, vide post doct. ibi Barto. in l. si quis aliam. ff. de solu. & Bald. in l. si inter suos. communi diui. & in c. j. de contro. inuesti. inter do. & alium de beneficio. & doc. in l. nulli. ff. de transi. & pro maiori parte colligitur ex dictis s. q. 7. 8. 9. & 14.

SVMMARIVM.

1 *Sententia & transactio an & quando contra transactionem valeant.*
2 *Supplicans principi pro sententia retractanda, quæ transiuit in rem iudicatam, impetratis caret & incurrit infamiam.*

Vigesimoseptimò quæro, an rescriptũ vel sentẽtia,
1 vel transactio valeat. † De sententia, & de transactione contra

Source : BIU Cujas

præce.transa.habetur in l.si diuersa C.de transa.& dixi s.q 9. per reſcriptum autem principis non reſcinditur legitima tranſactio: vt l.cauſas.C.de tranſac.niſi ſit adiecta clauſula non ob. vt ibi not.qualis autem debeat eſſe dicta clauſula derogatoria, vide Bar.in l.fi.C.ſi contra ius,vel vtil.publi.in extrauag.ad reprimen.ſuper ver.non obſtante.& Bal.in d.l.fi.& in auc.hoc inter lib.C.de teſt.& can.in c.ex multiplici.de deci.& in c.j. de exceſ. præla.in 6.& Moder.in c.j.de reſcrip.& adde, ꝙ ſicut non valet reſcriptum contra tranſact. vt d.l.cauſas. ita nec contra ſententiam.l.fi.C.de ſent.reſcind.non poſ.vnde tex.no.in l.fi.C. vt lit,
2 pend.dicit † quòd ille qui ſupplicat principi, vt retractetur ſententia quæ tranſiuit in rem iudi.& iterum reuideatur, non ſolū caret impetratis,ſed etiam incurrit infamiam,quem tex. ſemp tene menti:quia,vt dicit Paul.de Caſtr.pauci aduertunt, & poſſet eſſe magni effectus; quia ſi infamis eſt, ergo incurrit præiudicia,de quibus in regula,infamis.de reg. iur. in 6.& ſemel vidi de facto in iſta ciuitate,& obiectum impetranti de illo text.

Vigeſimooctauò quæro, an reuocata tranſactione cenſeatur reuocatum iuramentum ſuper ea appoſitum. Reſpõdeas vt habetur in c.conſtitutus.extra de tranſac.per Do. in ca. j.de iureiuran.

SVMMARIVM.

1 *Statutum de tranſactione loquens prohibendo,aut alias diſponendo, de qua intelligi debeat tranſactione.*
2 *Arbitramentum non continetur ſub ſtatuto diſponente de tranſactione.*

1 Vigeſimonono quæro † ſi ſtatuta loquãtur de tranſactione illam prohibendo,aut aliter diſponendo de ea, de qua tranſactione intelligetur. puto ꝙ intelligatur de tranſactione propriè & ſtrictè ſumpta,de qua dixi s.q.j.quia ſtatutum debet propriè & ſtrictè intelligi.l.4.§.hæc verba.ff.de neg geſt.& l.conſtitutionibus.ff.ad munici.cum ſi.& per Bar.in l.omnes populi. ff. de iuſt.& iu.q.6.prin.non includetur ergo tranſactio largo mo-
2 do ſumpta † puta arbitramentum,de qua dixi s.q.3. niſi iam eſſet a partibus poſtquam fuit latum explicitè acceptatum; cum tunc vim habeat propriè tranſactionis,vt ibi vide. Eſſet etiam ponderandum,nunquid tale ſtatutum ſit fauorabile,vel odioſum propter not.in regu.odia.de reg.iur.in 6. Item eſſet aduertendum,nunquid ratio contenta in dicto ſtatuto æquè militaret in tranſactione impropria ſicut in ꝓpria ſumpta:tunc enim vtrum fiat extenſio ad eam,recurrẽdum eſſet ad regulas & fallentias,quas ponit Barto.in d.l.omnes populi.q.6. circa partem interpretationis extenſiuæ,& ibi latè dixi.

SVMMARIVM.

1 *Aduocatus ſalarium ſibi conuentum,an poſsit petere,ipſo inſcio per tranſactionem ſedata lite.*
2 *Diſcipulus qui conuenit dare centum magiſtro,cum ab eo inſtitutus cauſam apud iudices oraſſet et viciſſet,ſi nolit cauſas recipere diſcipulus,et magiſter cum eo litem ingreſſus vincat eum,an teneatur, & quid replicare poſſit diſcipulus,ſiue victor.*

1 Trigeſimo & vltimo quæro, † an aduocatus poſſit petere ſalarium conuentum pro victoria, lite poſtea ſedata per tranſactionem ipſo inſcio.Bal.in l.j.C.de ſuſtra. q.5. dicit,ꝙ aut clientulus tranſegit culpa ipſius cliẽtis & fingitur aduocatus viciſſe,aut tranſegit bono conſilio, & fingitur ſuccubuiſſe,aut ſumus in quodam incidenti: quia neſcimus an prudenter,vel imprudenter fecerit,tunc dicit, ꝙ aduocatus nõ debet aliquid conſequi ratione victoriæ,ſed ſolum ratione ſimplicis patrocinii: quia de futuro incerti ſumus.l. quod debetur. ff. de pecu.non obſt.quòd per aduocatũ non ſteterit: quia in iſtis agoniſticis & caſualibus non ſufficit dicere non ſtetit per me, vt no.in l.in executione.§.fi.ff.de ver.ob.ita dicit Bald. cui adde quod habetur poſt gl.l.fi.ff.man.& per Pileum.q. 52. & Spec.in ti.de ſalari.§.ſequitur.ver.ſed pone.Tandem poſſet etiam inſeri.hic q.illa,quę apud multos indiſſolubilis eſt,quam ponit Gellius lib.6.c.j.& habetur in Spe. hiſtoriali lib. 4.c.55. quæ fuit ta-
2 lis.† Diſcipulus conuenit cum magiſtro dare ſibi centum ducatos die, quo primũ ab eo inſtitutus cauſam apud iudices oraſſet & viciſſet:cum diſcipulus iam eſſet valde peritus cauſas nõ recipiebat,ne ſolueret illa cẽtum.vnde magiſter litem cum eo ingreſſus eſt & conteſtatus eſt, & concludebat contra diſcipulum hoc modo,ſi vicero te in hoc iudicio, neceſſe habebis ſoluere propter ſententiam,ſi verò viceris tu,oportebit ſoluere ꝓpter pactum.Sed econtra diſcipulus retorquebat in eum dicẽs ſi vicero & ſim abſolutus,iam ſum tutus opc ſententiæ: ſi vero ſuccubuero me,tuebitur pactum inter nos conuentum. Referunt prædicti in dictis lo.ꝙ dicta quæſtio tanquam indiſſolubilis per iudices coram quibus pendebat fuit diffuſa in longius tẽpus,ſed Io.And.in addi.Spe.in tit.de ſalariis,parte j.in §. ſequit. in addi.quæ incipit propoſito congruit,& in tit.de appel. parte 2.§.fi.in fi.dixit cauſam poſſe diffiniri per regulam, cum ſtat ꝓ eum.de reg.iur.in 6.& per l.iure ciuili.ff.de condi.& dem.cum ſi.Iam ſuccido hanc telam tranſactionum,quam ordiri cępera mus.Inſtat enim tempus feriarum paſchalium,& confeſſionũ, confiteor me in iſta materia difficillima tranſactionum nõ adhibuiſſe diligentiam, vt conueniſſet,propter infinitas occupationes,quibus detentus fui.Tranſigo igitur vobiſcum, vt ſi qd bene dictum in hoc opuſculo inuenitur, illud tribuatis omnipotenti Deo, ſi quid verò ineptè & imperfectè, illud fraterna charitate emendetis & ſuppleatis.

BALD. DE VBALDIS De Peruſio.

De conſtituto.

SVMMARIVM.

1 *Mercator,quòd recipiat a me Lugduni centum florenos & occaſione cambij faciat mihi dare Romæ 90 nunquid ſit licitum.*
2 *Mercator conſtituit ſe ſoluturum fundum,& ſi non ſolueret,conſtituit ſe ſoluturum decem,qualiter intelligatur,ſi non ſoluerit.*
3 *Exiſtens Romæ ſi cõſtituto me ſoluturum Capuæ,vtrum creditor debeat ire Capuam,vel mittere ad recipiendum ſolutionem.*
4 *Conſtitutum nunquid per generalem nuntium poſſit fieri.*
5 *Inſtitores an poſſint dominum obligare ad pœnam.*
6 *Verba iſta in his appoſita,dabitis illi plenam fidem,quid operentur.*
7 *Scriptura hominis licet ſemper vigeat, non tamen ſemper homo conſentit.*
8 *Mercator quis dicatur.*
9 *Mercatores & alij artifices,an poſſint inter ſe facere ſtatuta.*
10 *Conſules mercantiæ qui iurant ſeruare ſtatuta mercantiæ, nunquid obligentur ad periurium ſi non ſeruant ſtatuta,quæ continent id, quod ius commune.*
Statutum, quòd contra ſcripturas mercatorum non poſſit opponi exceptio præſcriptionis,an valeat.
11 *Mercatores vtrum poſſint ſtatuere,quòd pater teneatur pro filio.*
Mercatores non poſſunt ſtatuere contra ius publicum totius ciuitatis.
12 *Statuto mercatorum,quo cauetur, quòd contumax habeatur pro confeſſo, quomodo intelligatur.*
13 *Diuiſionis beneficium,quod competit pluribus fideiuſſoribus,competit pluribus conſtituentibus pro alio.*

VIA ſum aduocatus artis lanæ & mercatorum,ideo breuem ſummam cõponendam duxi ſuper materia conſtituti & cõſtituendi,quæ propriè reſpicit artem mercatorum.Ipſi enim magis vtũtur hac materia,quàm aliquod hominum genus,& hæc materia diuiditur in ſeptem partes. Nam primò quæram circa res. Secundò circa tempus certum conuẽtionale.Item tacitum legale, item circa conditionem.Tertiò circa locum. Quartò circa cauſam. Quintò circa perſonam.Sextò circa formam. Septimò & vlti. ſubdam,quis proprie dicatur mercator.Redeo ad primum, nũ
1 quid ſit hoc licitum,videlicet ꝙ † mercator recipiat a me in hac ciuitate centum flore. & occaſione cambii faciat mihi dare in ciuita.Neapo.90.& videtur quòd ſic.hæc enim nõ eſt vſura,ſed periculi pretium,dummodo non nimis excedat modum. Sed ſecundum generalem cõſuetudinem mercatorũ, vt ff. de nau. fęno.l.periculi.& iuris fictione dando mihi literas, vel conſtituendo ſe ſoluturum Neapo.non dicitur minus ſe conſtituiſſe & ſic iſta cambia permiſſa ſunt vſque ad condignum vel parũ. s.Secundò quæro circa tempus certum an poſſim conſtituere pro nouem præſentibus 10. vſque ad annum, videtur ꝙ ſic ut extra de do.int.vir.& vxor.c.per veſtras. In contrarium eſt uerum:quia illud dicitur præſentatiuum temporis & cum vſura, vt ff.eod.l.hactenus.§.fi.non obſt.ca.per veſtras,quia ibi loquit ratione licitæ negociationis,quæ præueniebat lucrum non ratione temporis. Tertiò quæro circa tacitum tempus, quod eſt 10. die. inter præſentes,vt l.ꝓmiſſor.ff.e. inter abſentes arbitrio iudicis,vt l.continuus.§.cum ita.ff.de verb.obl. nunquid per lapſum iſtius temporis,per quem conſtituit ſe ſoluturum mercator immediatè ſit in mora,videtur quòd non;quia iſtud eſt iniunctum in beneficium,ergo non conuertitur ad odium, contrarium tenet gl.ff.eo.l.ſi duo.facit quod nota.ff.ſol.ma.l.ſi mo-
2 ra.Quartò circa conditionem, quæro mercator † conſtituit ſe ſoluturum fundum,& ſi non ſolueret,conſtituit ſe ſoluturum decem,qualiter intelligatur,ſi non ſoluerit. Reſpondeo ſi fuerit in mora ſoluendi,vt ff.eo.l.ſi duo. in fi.nunquid autem conſtituto nudo pacto poſſit apponi pœna, dic quòd quantum ad pœnam non ſufficit nudum pactum, vt ff.eod.l. Titius. ſinautem interuenerit ſtipulatio, tunc an fideiuſſor poſſet eſſe deteriori loco,quàm principalis propter moram,vt l.centũ Capuę. de eo quod cer.lo.

Modò

Source : BIU Cujas

Bal.de Vbaldis.De conſtituto.

Modò venio ad locum, & quãdo locus ſine vlla determinatione ponitur,& tunc ad ius commune referẽ,vt l. ſi duo. ff.eo.& ideo ſi in iſta ciuitate ſit conſtitutum inter duos Senẽſes,non poterit cõſtituens hic conueniri, ſi iſti mercatores ſint aduenæ,vt l.hæres.§.j.ff.de iudi.not.per Dy.in l.3.de bon.aucto. iu.poſſ.ſinautem eſſet promiſſor reſidens vel cõuerſans, vel nõ cito receſſurus,poſſet conueniri,vt not.ff.eo.titu.l.eum qui.§.j. hic autem patere poteſt ex qualitatibus perſonarum, aut eſt appoſitus locus determinato modo,& ille inſpicitur, vt ff.de ſol. l.quæro.de ver.obl.l.qui Romæ.§.Calimachus.de actio. & ob.l. traiectitiæ.§.de illo.aut eſt appoſitus locus in voluntate, vel in electione creditoris,& eligere poteſt, dummodo ibi inueniat debitorem,vt ff.depo.l.Lucius.quæ eſt ad hæc notabilis.Secun-
3 dò circa locum quæro,ſi conſtituo† exiſtens Romæ me ſolutu rum Capuæ,vtrum creditor debeat ire Capuam,vel mittere ad recipiendum ſolutionem,& dico ꝙ ſic, aliàs debitor non eſſet in mora.ff.eo.l.item illa.l.Labeo.de nau.fœn.& ideo ſuper hoc creditor debet conficere inſtrumentum. Venio ad cauſam & quæro,quid ſi conſtitutum eſt factum ex falſa cauſa,quam conſtituens confitetur eſſe veram, reſpondeo falſa cauſa appoſita in antecedentia,vel conſequentia erroris,ideſt cõſtituti per errorem nihil operatur,vnde contractus inualidus nõ confirmatur per confeſſionem erroneam,vt ff.eo.l.ſi.ſed dubitatur,quid ſi non per errorem,ſed ex ſcientia.Reſpondeo, ſi quidem nulla præceſſit obligatio,vt donum,ſi autem præceſſit,ſed eſt eliſa per exceptionem,agitur ex veteri cauſa non ex donatione,nec de conſtituto: quia videtur exceptionem donare,ideſt ex cauſa donationis non rem,vt l.ſi maritus.§. ſi quis. & l.hactenus.§. ſi quis.ff.eo.Item circa cauſam quæro, an ſi poſt conſtitutionem cauſa elidatur,deſinat conſtitutum.Reſpõdeo, aut ibi eliſio infertur in veteri actione & in conſtituto,& eliditur vtrunq;, puta pactum de non petendo,aut infertur ſolum in veteri non in noua,vt puta præſcriptio & non elidit conſtitutum. ff.e.l.item illa.§.adiicitur.

Venio ad perſonam, & quæro j.de perſona nuntij † vtrum per ge
4 neralem nuntium poſſit fieri cõſtitutum:pone enim ita, reperitur in quodam inſtrumento,facto talem nuntium meum ad conſtituendum cum quacunque perſona,dans ei arbitrium loquendi quicquid velit in perſona mei.dicit Barto. ꝙ non valet hoc mandatum:quia de eſſe nuntij eſt, ꝙ habeat formam ſpecificam,vt in l.multum.C.ſi quis alteri vel ſibi,& ff.e.l. licet. & ibi per Bar.ipſe idem innuit contrarium.ff. de fideiuſ.l. nuncius. & melius,quia ſicut ſe habet litera ſic nuntius,& ſufficiunt literæ generales,arg.ff.de inſti.l.quicunque.§.ſed cum ſullo. quod intellige.vt ſ.dicam.Item circa perſonam quæro, vtrum diſcipulus contrahendo vel conſtituendo obliget magiſtrum ſuum, tota die videmus in diſcipulis ſutorum,ꝙ portãt ad cameram ſeu apothecam pannum,deinde vendunt,vel pignorant,an dominus cameræ teneatur.Breuiter dicendum videtur,ꝙ ſi diſcipuli,vt diſcipuli non habent aliud mandatum,ꝙ non obligant magiſtrum ſeu dominum, iſte eſt caſus notus in d. §. ſed cũ fullo.tamen ſi conſentienti magiſtro cõſueuit negotiari in huius apotheca,per hoc conſtituitur inſtitor,& tenetur magiſter, ar. ff.quod cum eo.l.Titianus.Quæro etiam circa perſonam,an hi
5 inſtitores† poſſint dominum obligare ad pœnam.dic quòd ſic, ſi ſunt pœnæ ex natura contractus,ſecus ſi extra naturam,primum fallit in officiali fiſci, qui nullam pœnam promittere poteſt,vt l.ſi procurator.§.j.ff.de iur.fiſ.vbi tex.eſt no.vnum ẽt adde circa officiales publicos, ꝙ non poſſunt agnoſcere bonam fidem,etiam ſi habeant arbitrium,etiam ſi illa bona fides ſit cõiuncta obligationi.Vnde non poſſunt ſoluere ex capite ſuo vnum nummum,ar.ff.de ſolu.l.ſi is cui.§.Flauius.& quod no.per Bar.in l.2.§.hæc uerba.ne vis fiat ei.Modo q̃ro circa literas mercatorum vtrum inducant obligationem, & dico ꝙ ſic duobus concurrentibus.ſ.ꝙ materia patiatur & quòd loquantur diſpoſitiuè, vt ff.eo.l.Lucius.ſecus ſi enunciatiuè: quia tunc probant, ſed non obligant:vt ff.depoſi.l.Publia.in fi.ideo in l. Lucius. ff. de conſtit.pecu.non obligatur inſtitor:quia non promiſit, ſed ſolum confeſſus eſt,& iſte eſt intellectus illius.l.notabilis.

Quæro,an mercator poſsit reuocare
6 lras,antequam ſoluatur.dicendum eſt,ꝙ ſi ſint diſpoſitiuæ,non poſſunt reuocari,ſecus ſi ſint literæ mandati,vt ff.eo.l.vtrum.§.vnde falſam. Quæro vlterius de iſtis literis † dabitis illi plenam fidem, quid operenrur iſta verba.Barto.ponit.ff.de fideiuſ.l. Lucius.& interdum dantur nõ ſolum literæ,ſed ſigillum, tu dic ꝙ ſic debent intelligi,dabitis plenam fidem & bonam fi.non enim omne quod loquitur credendum eſt, ſed ſi ad bonã fidem ſpectet id credetur.Si ergo dicit aliquid veriſimile,vel utile mittẽti,credi poteſt,arg.ff.commo.l.argentarius.ſinautem pertinet ad ſpoliandum dominum:tunc non debet credi.ff.manda.l.creditori.in fi.facit l.fi.ff.quod cũ eo.Iſtæ ergo literæ intelliguntur, dabitis plenam fidem.ſ.diſcreto modo. Quæritur modo hic de libris mercatorum,reperitur in libro mercatorũ, quòd ego debeo recipere ab eo decem,quæ ſibi mutuaui,vtrum iſte liber ꝓbet contra mercatorem.Iſta quæſtio eſt dubitabilis: nã aut iſte liber eſt codex rationum,& eſt quemadmodum liber auctenticus publicus;quia mercatores gerũt quaſi publicè officium. ff. de eden.l.quædam.§.nummularios.& tunc huic libro creditur quaſi publicæ ſcripturæ: nam præſumitur de conſenſu alterius partis hæc ſcriptura facta ab ipſo principio. ff. de eden. l. ſi quis ex argentarijs.§.rationem.& §.ſeq.& argu.eius quod no.in auc. de tabellio.§.nos autem.& quia ita cõſueuit fieri,ar. de fideiuſ. l.fi.ſinautem non eſt codex rationum,ſed quoddã ſimplex memoriale,tunc adhuc idem tali ratione:quia hęc ſcriptura ſemꝑ loquitur. Et ideo ſicut ſi viua vox loqueretur omni tempore, poſſet omni tempore aſſentiri viuæ voci,ita & ſcripturæ, hanc rationem ponit ipſe.ff.de do.l.nuda ratio. & videtur ratio multum pulchra. Tamen veritas eſt, ꝙ licet ſcriptura legis ſemper
7 loquatur,& ſemper conſentiat; tamen ſcriptura † hominis licet ſemper vigeat,non tamen homo ſemper conſentit.Sed ꝙ ſenſus attribuitur principio.& ideo alius ex interuallo ſuperueniens non poteſt iungi cum principio; quia non eſt actus continuus,vel quaſi continuus,qui requiritur in contrahẽdo, ut no. ſ.de do.l.nec pignorans.de ſacroſan.eccle.l.illud.de act.& obl.l. conſenſu.& ideo iura inuenerunt organa coniungentia ſenſus utriuſque partis,ideſt nũtium vel epiſtolam. de do. cauſa mor. l.inter mortis.in quęſtione ergo ſua dico,quòd iſtud memoriale non plus operatur,quàm confeſſio facta ad obligandum coram teſtibus parte abſente. Fallit in vſurario propter eius delictum,vt in c.j.de vſur.in cle.& arg.l. quæro.in fi.de ædi.edic.

Sequitur videre de præſentia, vtrũ ęqui
paretur literis.& dico ꝙ ſic:ſi fiant ſub nomine præſentis, aliàs non.ſt quod iuſſu.l.j.§. ſi ratum. Sequitur videre de forma. vbi ſcias,ꝙ ſi ſic dico,promittis mihi per ſtipulationem decem, & tu ex interuallo reſpondes, non valet ut conſtitutum. ff.e.l.j.§. j.ſed ſi nõ appoſuiſſem illud verbum,per ſtipulationem, ſed dixiſſem,promittis mihi 10.& tu dixiſti,ego deliberabo,& reſpõdebo cras,ſi in craſtinum tu reſpondes,ꝙ ſic, iſtud eſt conſtitutum,vel ſaltem pactum nudum:quia verba pariuntur, ita intelligitur,quod no.ff.de pact.l.iuriſgentium.§.ſed cum nulla.Quid dices de iſta forma,conſtituo Titium pro me ſoluturum, & videtur ꝙ non valeat:quia promitto alium daturum, veritas eſt, ꝙ valeat:quia quando ad obſeruantiã eius ad quod ego teneor promitto alium daturum,intelligitur,ꝙ faciam & curabo,ꝙ ille dabit,tex.eſt in l. qui autem.§.j ff.eo.& ibi per Bar. quod tene
8 menti:quia nõ eſt alibi.† Vltimò quæro, quis dicatur mercator. ꝙ vna mercantia non facit mercatorem,ſed profeſſio & exercitium.Qua ratione credo in ſimili,ꝙ ratione vnius actus quis non dicatur propriè ęnerator;vt no.ff.de tribu.l.j.in gl.& ideo ſtatutum,quod loquitur de ſcripturis mercatorum, non habet locum in vna negociatione.& vide Bar.in l.legatis ſeruis. de legat.2.& hoc verum,niſi hanc vnam mercantiam præcedat profeſſio,ſeu matriculatio in matricula mercatorum. Nam nomina dicta a profeſſione acquiruntur profitẽdo,nomina verò dicta a conſuetudine,vel ab vſu,ſeu ab actuum generalitate acquruntur vſu & exercitio non per vnicum actum.Vnde non dicitur quis aleator,licet ſemel ludat,nec meretricator, licet ſemel delinquat,nec lector,licet ſemel legat, & idem in ſimilib. Sed nomina,quæ non denominantur reſpectu actuum in genere, ſed reſpectu vnius actus,puta hoc nomen homicida, vel adulter verificatur etiam ex vno actu, vt ſicut in ſe habent eſſe formale habeant eſſe nominis.facit l.3.C.de epiſ.audien.

Quęro,an mercatores † & alii artifices poſ
9 ſint inter ſe facere ſtatuta.& dic quòd ſic,& iſta ſtatuta ſunt confirmata a iure cõmuni,& ideo non eſt neceſſe,ꝙ confirmentur per l.municipalem,vt in auc.de fideiuſ.§.fi.& eſt tex.no. Vtrum autem ſtatuta mercatorum valeant in alia curia, & videtur ꝙ non; quia ipſi non poſſunt.l.imponere aliis officialibus præſertim ſuperioribus.Sed huic rationi reſpondetur,ꝙ eorum ſtatutum eſt cõfirmatum iure communi.Vnde ius commune imponit legẽ non ipſi mercatores,vt l.j.§.merito.de vete.iu.enu. & ideo dicũt docto.ꝙ ſi ita ſtatuta mercatorum reſpiciunt actus eorum, vel fidem actorum,puta eſt ſtatutum, ꝙ mercator poſſit conueniri ex nudo pacto, vel ꝙ ſcriptura priuata mercatorum faciat plenam fidem.Nam iſtud ſtatutum valet in quolibet foro, nedũ ſeculari,ſed etiam epiſcopali,vt nota.in l ex ea.ff. de poſtu. niſi iſtud ſtatutum referret ſe ad proprios iudices ſolum.Verbi gratia,ſi ſtatutum mercatorum diceret,ꝙ conſul mercatorum reddat ius ex nudo pacto,vel ꝙ credatur teſtimonio vnius legalis mercatoris, vel ꝙ non admittant exceptionem contra ſcriptũ mercatoris;tunc iſtud non ſeruatur in alio foro: quia non loqtur in illo:ſi verò ſtatutum eorum reſpicit modum procedendi,puta eſt ſtatutum eorum conſuetudine confirmatum, ꝙ ꝓcedatur de plano ſine ſtrepitu & figura iudicij, iſtud non valet niſi in eorum foro.vnde coram Poteſtate ſeruabitur ordo iuris

ſecun-

Source : BIU Cujas

ſecundum doctri. Doctorum. in l.cunctos populos. C.de ſum. Trin.& fi.cath.& l.j.C.de eman.lib.Sed dubitatur, nunquid cō-
10 ſules † mercantiæ, qui iurant ſeruare ſtatuta mercantiæ, obligē-tur ad periurium, ſi non ſeruant ſtatuta, quę continent id, quod ius commune.& videtur ꝙ non: quia iſta ſtatuta non ſunt propriè ſtatuta, vt no.in c.j.de conſti.lib.6. tu dic contra per text.ff. ad mu.l.magiſtratus.

Quæro, nunquid valeat ſtatutū, ꝙ contra ſcripturas mercatorum non poſſit opponi exceptio præſcriptionis. Et videtur, ꝙ non, nam hoc non poteſt fieri per pactum, ergo nec per ſtatutum: vt no. C. de decre. decu. in rubr. In contrarium, ꝙ hoc poſſit fieri per pactum. ff. de ædi. edic. l. ꝙ ſi nolit. §. ſi quis. Breuiter dico, ꝙ valet ſtatutum eorū: quia poſſunt ſtatuere aliter, quàm diſponat ius commune per illū text. Ad argumentum de pacto reſponde, vt no. ff. de reg. iur. l. nec ex prætorio.& l. quod ſi nolit. §. ſi quis. nō facit ad propoſitum, qa ibi loquitur de quadam prouiſione inducta in defectum prouiſionis hominis, cui renuntiari poteſt, ſecus in ea quæ eſt inducta mero odio negligentis, vt ff. de fideiuſſ. l. ſi quis poſtquā.
11 †Quæro, vtrum poſſint ſtatuere, ꝙ pater teneatur pro filio. Reſpondeo non, niſi filius mercator patri referat quæſitum. ff. de eden. l. prætor. §. 2.& eſt ratio: quia iſtud ſtatutum eſt cōtra iuſgentium. Non obſt. gl. quæ eſt in rubr. de decre. decu. quia loquitur in ſtatuto ciuitatis non vnius collegij. Item nō poſſunt ſtatuere aliquid, quod ſit naturaliter & euidenter iniuſtum. l. ambitioſa. de decre. ab ordi. faci.& no. C. quæ ſit long. conſue. l.j. Itē non poſſunt ſtatuere contra ius publicum totius ciuitatis, puta quòd in depoſitis mercatorū non poſſit opponi exceptio banni. Item non poſſunt ſtatuere inter alias perſonas eis non ſubiectas, niſi ſubijciant ſe foro ſubmittendo ſe, vel agendo: nam ſi agunt, poſſunt ibidem reconueniri vi iuris communis: vt in authen.& conſequenter. C. de ſen.& l. ſi idem cum eodem. §. ſed ſi mutuam. ff. de iuriſ. om. iud. Sed quid ſi quis eſt matriculatus in diuerſis artibus? Reſpondeo, inſpice artem, in qua conuenitur: nam ad iudicem illius artis pertinet. ff. de leg. 3. l. legatis ſeruis. §. ſi vnus. ff. de tribu. l. procuratoris. §. ſi plures. ſi autem eſt negotiū extra vtranque artem, ad neutram pertinet cognitio, ſed ad forum commune poteſtatis recurrendum eſt, tex. eſt not. ff. nau. cau. ſtabu. l. 4. §. eo. modo.

12 Sed pone, quòd ſtatuto †eorum cauetur, ꝙ contumax habeatur pro confeſſo, quomodo intelligatur hoc? Reſpōdeo p trinam citationem, nec ſufficit vna pro omnibus propter magnum prę iudicium, quod inde ſequitur. ff. de iur. fiſ. l. edicto. §. ſi tribus.& adde, ꝙ qñ ſententia fertur ex contumacia, oportet, ꝙ in ſententia fiat mentio de cōtumacia. ff. de iu. fiſ. l.j. §. quoties. ſciant etiā prædicti conſules & officiales, ꝙ vnus officialis non poteſt intromittere ſe de tempore alterius officialis. ff. de iu. fiſ. l. fiſcus. §. delatoris. item ſciant, ꝙ pendente contradictione coram eis non debent fulminare tenutas, ſeu miſſionem in poſſeſſionem: vt ff. de iur. fiſ. l. res. §.j.& ff. de re iud. l. a diuo Pio. §. ſi ſuper rebus. Item ſi mercator decedit ſine hærede, ſuccedunt ei in
13 bonis quæ habet Ibi non in alijs, arg. optimum. ff. de iur. fiſ. l. diuus Commodus. †Item beneficium diuiſionis, quod competit pluribus fideiuſſoribus competit pluribus conſtituentibus pro alio, vt in l. fi. C. de conſt. pec. vbi quęſiui, vtrum iſtud beneficiū diuiſionis poſſit opponi in executione ſententiæ. Doc. tractant in l. exceptionem. C. de prob. ſed hic videtur caſus, ꝙ ſic. ff. de iure fiſ. l. bona. §. fi. ſed quid ſi conſtitui me ſoluturū id quod erat relictum in teſtamento Titij, demum Titius teſtamētum reuocauit, an teneor? Dic ꝙ non. ff. de ſol. l. fi. de leg. 3. l. cum quis decedens in prin. Quid ſi mercator debebat mihi decem, hæc me mandante promiſit alij, nunquid iſte duret obligatus mihi? Reſpondeo non. ff. de ſol. l. ſi debitor. vbi videas.

FABIANI DE MONTE Sancti Sauini.

De emptione & venditione, ac de omnibus contractibus in genere.

¶ Præfatio cum diuiſione.

TRACTATVS Emptionis, & venditionis ſatis eſt diffuſus in iure: vt patet p varios titulos digeſtorum. & C. vbi interſerunt rubri. circiter vigintiſeptem nume. Nos autem vt neceſſaria complectamur: quia materia vtilis, & quotidiana eſt, principaliores titulos aſſumemus, & eos quaſi per modum quæſtionum examinabimus, & ordine ſ. ſcripto dicemus. Primò, quid ſit emptio & venditio, & quo iure ſit introducta. Secundò, quid veniat appellatione emptionis & venditionis. Tertiò, quis emere & vendere poſſit & de perſonis ementium & vendentium. Quartò, quæ res vendi poſſint. Quintò, de forma & modo contrahendæ emptionis & qualiter, & quando contrahatur. Sextò, quæ veniant in emptione & ven. & de ipſius natura & effectu. Septimò, de pactis inter emptorem & venditorem. Octauò, quādo liceat ab emp. diſcedere. Nonò, de periculo, & commodo rei venditæ. Decimò & vltimò, de contractibus in genere ſubijciemus.

SVMMARIVM.

1 *Emptionis & uenditionis diffinitio & quo iure introductæ.*
2 *Emptor obligatur ad pretium ſoluendum.*
3 *Conſenſus in emptione & venditione principaliter requiſitus. Venditionis ſubſtantia conſiſtit in pretio.*
4 *Emptio & venditio tria requirunt, & quo iure introductæ.*
5 *Nummus quo iure inuentus.*

¶ Prima quæſtio principalis.

1 PRIMò quæro † quid ſit emptio & venditio. Solutio, eſt contractus bonæ fidei vltro citroque obligatorius, qui conſenſu, re & pretio perficitur. Contractus ad differentiam vltimarum voluntatum, qui non veniunt ſub nomine contractus. l. verba geſſerunt. ff. de verb. ſig. bonę fidei ad differentiam ſtipulationis, & aliorum contractuum inter viuos, qui ſunt ſtricti iuris non bonæ fidei: vt inſti. de act. in §. actionum, & ideo bonę fidei: quia in eis exuberantior bona fides requiritur, quàm in aliis ſtricti iuris: vt l. ſi dolo. C. de reſcin. ven.& in l. bonam fidē. C. de act.& obl.& no. in d. §. actionum. Vltro citroque obligatorius ad differentiam eorum qui ſunt ex vna tantum parte obligatorii, vt donationis, depoſi.& ſimilium, in quibus regulariter non cadit obligatio niſi ex altera parte tantum. l. Ariſto. in §. fin. ff. de do.& in l. ad res donatas. ff. de ędi. edi. cōtractus autem emptionis & ven. ideo eſt vltro citroque obligatorius, quia in eo ex bono & æquo alter obligatur: vt dicit tex. no. in l. ex conſenſu. in fi. ff. de act.& obl. in l. 2. in fi. j̃. eo.& inſti. de obl. quæ ex conſenſu in fi. †Nam emptor obligatur ad pretium ſoluendum, vē-
2 ditor verò ad rem tradendam, vt in l. ex empto. in prin. infra de act. emp. ita ꝙ obligationes & actio. inter eos oriuntur, vt inſti. de auct. tu. in §.j. conſenſu ad differentiam contractuum, qui re, verbis & literis contrahuntur, de quibus inſti. de oblig. in §. fi.& l. obligamur. infra de ac.& obliga. Nam contractus emptio.& vendi. non tam verbis, quàm conſenſu confirmatur, vt ſingulariter dicit tex. in l. ſi ſtipulor. §. fi. ff. de verbo. oblig.& empti.& vendit. potius quod actum eſt, quàm quod dictum ſequi debemus, dicit tex. no. in l. ſed & Celſus. in §. ſi fundus. j̃. eod. titu. & licet in aliis contractibus etiam requiratur conſenſus, & ſine eo perfici non poſſint, vt in l.j. princ. ff. de pact. & in l. in omnibus neg. ff. de act.& oblig. tamen in emptione & ven. principaliter
3 requiritur, † ita ꝙ neque ſcriptura, neque præſentia, neq; aliqua verborum proprietas requiratur: vt dicit tex. in d. l. cōſenſu. Pretio, ad differentiam locationis & conductionis, vbi non pretiū ſed merces, ſeu penſio interuenit: vt l.j. §.j. in gl. in ver. in agēdo. ff. de ſuperficie. licet in locatione etiam quandoque merces dicatur pretium, vt l. ſi quis ante. in fi. ff. de acq. poſſ. & in l. qui inſulam in §. qui ædem.& in l. ea. l. in §. locaui. ff. loca. quia improprie & abuſiue quandoque, vt dicit Bar. in diſp. ſua. Publicanus quidam. Nam ſubſtātia venditionis conſiſtit in pretio, vt dicit tex. in l. pacta conuenta. j̃. eo.& abſque pretio, vel mercede, vel conuentione, certè contractus emptionis & vēditionis nullus eſt, dicit tex. in l. empti fides. C. de act. emp.& probatur in §. pretium. inſti. eo.& in l. 2. in §.j. j̃. eo. Item ad differentiam permutationis, vbi res, vel merces, vel pretiū interuenit: vt in l.j. j̃. de rer. perm.& in l.j. j̃. eod. Re, quia ſine re emptio perfici non poteſt. l.
4 nec emp.& in l. ſed ſi conſenſum. j̃. eo. † De ſubſtātia itaque emptionis, & venditionis prædicta tria requiruntur, videlicet conſenſus, res & pretium: ita dicit gl. ma. no. in l. pacta. j̃. eo.& Bal. in l. in mentis. vbi bene declarat. C. e. ti. Quo autem iure ſit introducta emp.& vendi. dic ꝙ iure gentium: vt in l. ex hoc iure. ff. de iuſt.& iur.& in l.j. in fi & ibi per Bar. infra eo. licet gl. in l. cas cauſas. ff. de cap. dim. dixerit, ꝙ erat de iu. naturali quantum ad quātitatem, tamen eſt introducta de iur. ciui. Sed Bal. in rubr. C. eo. in j. q. reprobat dicens ꝙ eſt de iure naturali gētium: quoniam debet attendi principium, licet ei ſit addita pecunia de iur. ciui. vt l.j. infra eod. propterea non deſinit eſſe de iure gen. vt l. ius ciuile. cum l ſeq. de iu.& iur. Sed Bart. melius in d. l.j. infra eod. vbi
5 dixit, † ꝙ nummus non eſt de iur. ciui. ſed de iure gentium: quia nulla gens eſt, quæ non habeat materiam forma publica ſignatam, quam nos monetam, vel pecuniam appellamus: licet aliq habuerunt in corio, alii in carta, & ſic non fuit nummus de iu. ciui. inuentus. facit, quod habetur. C. de uet. numiſmatis po. lib. 11. in

11.in rub.& nig. Quale autem debet esse pretium & quantum, & qualiter consensus debet adhiberi, dicitur infra in 5. quæst. de forma & modo.

SVMMARIVM.

1 *Emptionis & venditionis appellatione quid veniat. 2.*
2 *Alienationes omnes continent, quod in venditione locum habet.*
3 *Pretij mentio solum congruit emptioni & venditioni.*
4 *Emptio sine pretio non dicitur.*
Vulgi opinioni standum.
Statutum de gabella soluenda ex qualibet compra an trahatur ad permutationem.
5 *Verbum, Comparare, quid significet.*
Venditionis nomen in decreto iudicis positum.
Vendere aliud est, aliud est obligare.
6 *Sententiæ decreti vel iudicis verba strictè intelligenda.*
Emptionis nomen in odiosis ad alios contractus non trahitur.
7 *Statutum emptionis & venditionis mentionem habens ad alios nõ trahitur contractus. 14.*
8 *Permutationis contractus similis est emptioni, non tamen idem, & est vicinus venditioni.*
9 *Contractus omnis etiam in statutis venditionis nomine continetur in sensu affirmatiuo.*
10 *Lex reipubli. utilis interpretatione benigna est iuuanda, & an si sit penalis.*
Statuta nunquam contra rempublicam sunt interpretanda.
11 *Dispositio hominis priuati venditionis mẽtionem faciens omnes contractus includit permissiue.*
Venditionem testator prohibens, donationem uidetur prohibuisse. 15.18.
12 *Pignus est commercium.*
Alienatione prohibita quid censeatur prohibitum. 14.28.
13 *Statutum prohibens emere, an prohibeat pignori accipere.*
Dotis datio venit consensu venditionis.
Decretum iudicis obseruandum ad literam.
15 *Gabella per Statutum de venditione soluenda, an solui debeat de permutatione.*
16 *Venditio prohibita quid secum trahat. 21.*
17 *Permutatio nomine emptionis an & quando veniat.*
19 *Venditio prohibita per testatorem extra familiam permutationem an etiam videatur prohibuisse.*
20 *Intellectus. l. ab Anastasio. C. man.*
Redemptio quandoque fit sine pretio.
21 *Personæ quæ sint, quæ possunt vendere, non autem donare.*
22 *Donatio non venit in generali administratione.*
23 *Venditio an dicatur permutatio re una pro alia data interueniente pecunia pro æquiualentia.*
Æstimatio rei quomodo facienda.
24 *Attendendum quid veniat in quolibet contractu.*
25 *Permutatio vtrumque contrahentium facit quasi emptorem et venditorem, & est nomen generale ad omnem contractum.*
26 *Contractus emptionis & venditionis qualiter cognoscatur a contractu locationis & conductionis.*
27 *Locatio sine certa mercede contrahi non potest.*
Locatio proprie est, vbi merces in pecunia consistit.
28 *Locatio & conductio in quo differant ab emptione.*
Argumentum de emptione venditione ad locationem est optimum.
29 *Locatio an sit, an emptio, vbi merces in pecunia non consistit.*
30 *Verbum, emere & uendere, interdum sumitur pro locare & conducere.*
Baraptus & baraptare quid sint.
31 *Emptionis contractus dicitur oneroſus respectu solutionis pretij.*
Emptionis nomen contractum gratuitum non capit.
Datio in solutum emptionis uicem habet.
Litis æstimatio pro venditione habetur.
32 *Emptor & venditor sunt correlatiua, sunt tamen diuersa quo ad personarũ distinctionem. 33.*
33 *Diuersitas personarum non cadit sub eodem subiecto.*
Emptori pœna indicta venditorem afficit.
34 *Statutum compellens quem vendere, an intelligatur compellere quem emere.*
Emptio nominata locum habet in omni contractu emptioni simili.

¶ Secunda quæstio principalis.

1 SECVNDO quæro qd veniat appellatione emptionis & venditionis. † dicendum videtur, q̃ tantum dictus contractus contineatur, & non alius, vt videtur probari in l.j. infra eo. in l.j. infra de rer.perm. in l. in quorum. ff. de pig. & in l. fi. C. de prædi. cur. li. 10. In cõtrarium. q̃ omnis contractus contineatur, & omnis alienatio, ex quo dominium transfertur, quod probatur primò ex tex. in l. statuli. be. a cęteris in §. quintus. ff. de statulib. vbi tex. in verbo emptionis, dicit ad literam, q̃ l. 12. tabu. emptionis verbo omnem contractum ex quo dominium transfertur contineri voluit, quem text. Bal. in l. 2. ff. de vsuc. pro em. dixit, q̃ ad dictum propositum erat notabilior tex. quam esset in iure. Secundò per tex. in l. sicut. in §. nã dicimus. ff. quibus mod. pig. vel hip. sol. vbi tex. dicit, q̃ appellatione venditionis generaliter accipitur: ita q̃ etiam legatũ continet. Tertiò per text. in d.l. sicut. in §. sed si promiserit. vbi qui consensit venditioni, videtur etiam & dotis dationi consensisse. Quartò per text. in l. sed quod ad eas. in §. quod emptione. ff. de pigno. vbi tex. dicit, q̃ illud quod emptionem & ven. recipit
2 etiam pignorationem recipere potest. †Quintò per tex. in ca. j. de conten. int. do. & em. in vsi. feu. vbi quod dicitur in venditione, locum habet in omnibus alienationibus, per quem tex. Põt. in singu. suis dicit probari, sicut per d. §. quintus. de stat. lib. Sextò etiam probatur per text. in l. sequitur. §. de illo. iunc. gl. ff. de vsuc. in l. 2. in §. eam rem. ff. quæ res pi. ob. pos. & facit etiam tex. in l. fi. C. de re. ali. non ali. & in l. si vsufr. in §. in sum. ff. de lib. cau. Septimò & vlti. quia hoc idem declarando voluit & tenuit gl. & Cy. in l. 2. C. de vsu. pro emp. & gl. in d. §. q̃ venditionis, appellatione contineatur omnis contractus ex quo dominium trãsfertur. Idem etiam voluit Cy. in l. 2. C. de iure em. qui etiam vltra prædicta alle. l. 2. 2. respons. ff. de dot. præleg. & l. si ego. §. interdum. ff. de publ. hoc tamen fallit primò, vbicunque est facta
3 mentio pretii: †quia tunc in illa dispositione intelligitur ꝓpriè de emptione & vend. non de alio contractu propter proprietatem verbi pretium. Ita singulariter voluit Ioã. And. in addit. spe. in ti. de empt. & vend. in §. nunc dicendum. el 2. in versi. sed pone statutum: quia propter specialissimum nomen pretij intelligitur propriè de ipsa empt. & vend. non de alio contractu, tex. est notab. cum gl. in d.l. fi. C. de prædi. cur. Idem voluit Bald. in suo commento super decreto. 14. q. 5. ca. planè. & firmauit ẽt Saly. in l. cum hi. in §. pe. ff. de transf. quia mentio pretii solũ congruit emp. & ven. ita dicit tex. cum gl. in d.l. fi. in ver. intelligi, & in l. j. in §. j. in verbo, agendo. ff. de superficie. & idem gl. & Bald. in l. cum dotem. C. de iur. dotium. in l. apud Celsum. in §. sed cũ legitime. ff. de do. exce. in l. illicitas. in prin. in gl. 2. ff. de offi. præsi. in l. si quid earum. in ver. em. ff. de lega. 3. & Bald. in l. Gallus. in §. & quid si tantum. ff. de lib. & post. & no. scribentes in l. fideiuſ
4 so. in §. fi. ff. de leg. j. † quia vt sit emptio pretium debet interuenire, arg. l. fi. ff. de condi. ob causam. & in l. naturalis. de præscrip. ver. & dicit Spe. in d. ver. sed pone statutum. Secundò fallit cum adiicitur verbum vulgare, comparare, vel comparationis, quia cum vulgus hoc vocabulo vtatur pro emptione tantum, standum est opin. vulg. vt l. sciendum. in §. illud. ff. de ædil. edic. Ideo stante statuto, q̃ de qualibet compera soluatur gabella, nõ dẽt solui de permutatione: ita eleganter dixit Bal. in l. j. C. de rerum permu. pro quo facit: quia communis vsus loquendi attendi ac seruari debet. l. librorum. §. quod tamen Cassius. cum concord. ff. de leg. 3. alias si staremus proprio significatui verbi, prout est
5 in iure, hoc non procederet: †nam verbum comparare, non est proprium nomen emptionis & venditionis, sed est generale emptionis & permutationis: vt dicit gl. & Bal. in d.l. j. infra eod. & in l. j. ff. de rer. perm. & etiam Bart. in d.l. j. infra eod. & confirmatur per gl. in l. si quid earum. in prin. in verb. empta. de leg. 3. dum dicit empta, idest pretio comparata, alio modo quæsita vt per permutationem. Tertiò fallit in decreto iudicis, vel sententia, vel alia eius dispositione, vbi nomen venditionis non comprehendit alium contractum, sed strictè accipitur: vt est tex. no. ff. de reb. eo. in l. si pupillorum. in §. si prætor. & in l. magis puto. in §. ne passim. ver. in primis. ff. eo. ubi permissa uenditione non intelligitur permissa obligatio: quia aliud est uendere, aliud est obligare: ita declarando firmauit Bar. in l. alio. ff. de ali. & ci. leg. in l. sicut. in §. sed si permiserit. ff. quibus mod. pig. uel hypo. sol.
6 & Bald. in l. uoluntas. C. de fideicõ. quod probatur; † quia uerba sententię, decreti, uel iudicis sunt strictè intelligenda tanquam stricti iu. & in suo proprio significatu & sensu: ut l. j. C. si plures una sententia, in l. diuus. ff. de libe. causa, & no. Bar. in l. j. C. quando prouo. non est necess. bo. text. in l. post sententiam. in uerbo, finibus certis. C. de sen. & interlo. Quartò fallit in materia & dispositione pęnali, uel odiosa, in qua uerbum emptionis ac uenditionis, non comprehendit alium cõtractum, ut in dispositione testatoris, uel alia, q̃ quis non possit uendere sub pęna & huiusmodi: ita eleganter uoluit Barto. in l. qui duobus. ff. de fal. & Bald. in d.l. uoluntas, quia penalia & odiosa debent restringi. l. cum quidam. ff. de lib. & posthu. c. odia. & ibi per Dy. de regu. iu. in 6. & in l. si de interpretatione. ff. de pœn. Item quia diuersitas uocabulorum hoc idem uidetur inducere: ut l. si idem. C. de codi. q̃ tamen intelligas, ut statim dicetur in seq. fallen. Quintò & ulti. fallit in statutis, in quibus si fiat mentio emptionis, & uenditionis, sumitur strictè pro ipso proposito contractu, q̃ uerbũ
7 sonat, nec alius contractus comprehẽditur. † Nam statutum de emptione loquens non comprehendit dationem insolutum, nec permutationem, ut eleganter dicit Spec. in titu. de emp. & uend. in §. nunc dicendum. el 2. in uer. sed pone statutum. & ibi firmat & sequitur Io. And. in addi. qui subdit, q̃ statutum, q̃ de qualibet emptione soluatur gabella tantum pro libra, non cõprehendit contractum permutationis; quia statuta sunt stricti iuris, & eorum uerba strictè sunt intelligenda: ut in l. quicquid astringem. ff. de uerb. obli. l. constitutionibus. ff. ad muni. & in l. j. §. si is qui nauem. ff. de exercit. quia licet contractus permuta-

tionis

tionis sit similis emptioni: nō tamen est idem. l. actionis verbo. ff. de ꝓct. & obli. & ita refert tenuisse Alb. Galeoti, & Gui. de Suza. qui etiam alleg. l. in quorum. ff. de pig. l. voluntas. C. de fidei. & l. vlt. C de prædi. curia. lib. 10. & l. per diuersas. C. manda. quod etiam tenuit Bal. in l. j. C. de rer. perm. & idem etiam voluit Bal. in l. cum hi. in §. si cui. ff. de transf. dicens, ꝙ de proprio significatu vocabuli non venit alius cōtractus, nec etiam permutationis: & sic dictum statutū non haberet locum, licet in contra-
8 rium fortiter facere videatur: † quia quælibet permutatio sapit vim & naturam venditionis: vt d. l. j. C. de rer. permu. Item quia tatio est vicina venditioni, dicit tex. in l. fi. ff. ex qui. caus. in poss. ea. & in l. 2. ff. de rer. perm. immo dicitur species venditionis: vt dicit text. ff. de ædi. edic. l. sciendum. in §. deinde. & plene posuit Spe. in ti. de loca in §. nunc aliqua. in vers. 121. & quod statuitur in venditione idem in permutatione statui debet: vt est tex. nota. in l. apud Celsum. in §. si quis autem. ff. de doli exc. Vnde Bal. multum sing. in quodam eius consilio, quod incipit. In Christi nomine. istud statutum terræ Gualdi dicit procedere prædicta, quando statutū loquitur per verba negatiua, vt ꝙ quis non possit vendere, vel ꝙ sit prohibita venditio, & tunc non comprehendat permutationem: ita loquit̄ Spe. & Io. And. vbi s̄. nisi respiceret huiusmodi prohibitio publicam vtilitatem: quia tunc
9 ad impediendum alienationem fauore publico verba latè accipiuntur & ampliantur, vt omnem alienationem comprehendant, † alias in sensu affirmatiuo omnis contractus etiam in statutis continetur appellatione venditionis, per d. §. quintus. ita dicit Spec in d. eius consilio, cui adde ad illud, quod dicit de publica vtilitate, quod bene videtur probari per text. q̄ dicit, ꝙ lex reipub. vtilis benigna & lata interpretatione adiuuanda est: ita dicit tex. notabilissimus, quem perpetuò tene mēti in l. hoc modo. ff. de cond. & demon. & ꝙ huiusmodi statutum prohibitiuū de vendendo extēdatur etiam ad permutationem, & ad alium similem contractum, quādo vertitur publica vtilitas, vel fauor publicus. Dixit gl. ordi. & notanda in verbo, vendi. in l. quemadmodum. C. de agr. & cen. li. 11. volens vlterius, ꝙ alias, nec in emphyteusim dari, nec obligari possit, per l. fi. C. de re. ali. & in l. 2. §. eam rem. ff. quæ res pig. obl. pos. vbi Bar. in d. l. quemadmodum.
10 eleganter voluit per d. gl. ꝙ † licet lex pœnalis, vel alias odiosa non extendatur extra terminos eius, tamen vbi extensio pertinet ad fauorem reipubli. ita extendatur sicut fauorabilis, quod dictum nunquam obliuiscaris, & bene probatur per l. hoc modo. Item tex. no. in l. si quis in graui. in §. hi autem. ff. ad Sille. vbi statuta nunquam sunt contra rempub. interpretāda, quem tex. ibi summæ ponderat Bal. dicens ꝙ alibi melius non reperitur. Secundò adde, ꝙ hoc dictum Bal. de permissione & prohibitione, vel de actu affirmatiuo, seu negatiuo videtur fuisse de mente Bart. in l. alio. ff. de ali. & cib. lega. vt ſ̄. patebit: exceptis tamen casibus prædictis firma remanebit regula affirmatiua prædicta, quòd sub noīe, vel appellatione venditionis omnis ꝯctus, uel dispositio, seu alienatio dominij discreta continetur.

Ad cuius articuli clariorem intelligētiam pro regula & fallentiis prædictis, vt videatur veritas, & ꝙ in iure bene fundatæ procedant; quia dignus est & sępe de facto cōtingit
16 libet dicta Bar. Bal. An. & aliorum summatim referre. Et primò est aduertendum, ꝙ Bar. in d. l. alio. de ali. & ci. lega. multum no-
11 tabiliter dixit, † ꝙ appellatione venditionis in dispositione priuati hominis permissiuè omnis contractus & alienatio continetur per quam impletur causa ob quam permissa fuit: vt ff. q. mo. pig. vel hip. fol. l. sicut. §. venditionis. secus in permissione iudicis: quia illa strictè sumitur pro ipsa venditione: vt in l. si pupillorum. in §. si prætor. ff. de reb. eo. Idem Bar. in l. filiusfa. in §. diui. de leg. j. dixit, ꝙ prohibita venditione omnis alienatio intelligitur prohibita: vt l. 2. & ibi per gl. Gui. & Cy. C. de vsuc. ꝓ em. & quod no. in l. voluntas. C. de fidei. Idem etiam Bar. in d. l. 2. C. de vsuc. pro em. dixit, ꝙ vbi a testatore est prohibita venditio, intelligitur etiam prohibita donatio, per glo. in d. l. voluntas. & probatur in l. j. in fi. cum se. ff. de his quæ in frau. cred. Idem insu per Bar. latius & plenius in l. in quorum. ff. de pig. referens Iaco. But. distinguendo dixit, quandoq; prohibetur res vendi, qa eius interdicitur commercium, & tunc non potest pignori accipi;
12 † quia etiam pignus est commercium: vt in l. 2. in §. eam rem. ff. quæ res pig. obli. pos. Quandoque non prohibetur commercium in genere, sed prohibetur venditio; tunc ex propria significatione non prohibetur res pignori dari, vt ibi. Non obst. l. fi. C. de reb. alie. non alie. quia illud est magis ex quadam præsumpta voluntate, quàm ex significatione verborum secundū Iac. Butr. ipse autem dicit, aut prohibetur res vendi, aut alienari, & tunc potest obligari. d. l. fi. Ratio: quia per obligationem peruenitur ad venditionem: vt in tit. de distrac. pig. Vnde sicut prohibetur venditio ita & eius præambulū. l. oratio. ff. de spon. Quandoque persona prohibetur emere, res autem non prohibetur vendi: tunc illa non prohibetur pignori accipi, casus est ibi in l. in quorum. ratio: quia licet accipiat pignori, per hoc non deuenitur: vt ipse accipiat in solutum, vel emptionem, sed quòd alij vendat pro suo debito, quod non est prohibitum, nisi accipiat pro tanta pecunia, ꝙ nō sit verisimile debitorem luiturū. arg. l. qui habeat. de leg. 3. & sic intelligit l. illam, siue prohibitio
13 fiat a lege siue a iudice, cuius contrarium voluit ibi glo. † Et per hoc concluditur, quòd forensis prohibitus per statutum emere in territorio huius ciuitatis, potest pignori accipere: vt ibi secundum Bart. Vlterius & postremò idem Bar. in d. l. sicut. §. fed si permiserit qui. mo. pig. vel hypo. fol. dicit, nota mirabilem casum, vbi consensus venditionis extenditur ad dotis dationem. Hoc autem licet verum sit ex consensu partis, contra quā verba interpretanda sunt, in cuius potestate fuit legem apertius dicere. l. veteribus. ff. de pac. tamen idem puto in præcepto, seu decreto iudicis, quod debet obseruari ad literam. l. si pupillorum. §. si prætor. ff. de rebus eo. Bal. autem in c. j. de feu. alie. dicit, quòd prohibita venditione absoluta & omnis cōtractus intelligitur prohibitus l. 2. de vsuc. pro emp. Si verò prohibitum est sub certa forma data in vendendo, tunc alii contractus qui non habēt eandem causam non intelliguntur prohibiti. l. j. C. de præd. cur. lib. 10. Sed gl. ibi dicit. Aut prohibetur contractus in singulari, & tunc non prohibentur alii contractus, aut in plurali, & continentur, nisi sit contra ius commune, quæ gl. est no. & singula-
14 ris, & dicit esse menti tenendam † Idem Bal. in l. voluntas. C. de fideicom. dicit aliter & hoc modo. Aut prohibetur vēditio strictè sumpto vocabulo: quia fit mentio pretii, & non continet̄ donatio. l. ad res. ff. de ædil. edic. Aut largo modo, & tunc secus, vt ibi. & d. §. quintus. Aut est dubiū de sensu prohibitionis, tunc si prohibitio procedit ex affectione, & includitur donatio: qa dilapidatio videtur multo fortius prohibita quàm venditio: vt no. in d. l. 2. de vsuca. pro emp. Aut in prohibente non cadit affectio: vt quando lex prohibet, & tunc non continetur donatio: vt no. in l. fi. C. de iur. emphy. & in l. j. C. de fun. patri. lib. 11. & subdit, an in statutis appellatione venditionis contineātur alij contractus. vt in l. sicut. §. venditionis. qui. mo. pig. vel hypo. fol. In contrarium l. in quorum. de pig. & ff. de condit. ob causam. l. fi. & hoc tenet Spe. in titu. de empt. & vendi. §. nunc dicendum. ver. sed pone. & facit insti. de loca. in §. adeo. l. fi. C. de iur. emp. &
15 l. fi. C. de prædi. curi. lib. 10. & sic facit, † ꝙ si statuto cauetur, ꝙ de venditione debeat solui gab. non tenetur soluere de permutatione. Sed in alia lec. quam fecit Papiæ in eadem l. uoluntas. sup hoc articulo, an prohibita uenditione uideatur prohibita donatio, dicit qnòd sic in l. sæpius allegata. Pro hoc facit l. ista: nā si speciale est in sorore, ergo in contrarium est ius commune. Dic, ꝙ aut prohibetur uenditio a lege, & non intelligitur prohibita donatio: quia talis prohibitio est contra ius commune, & non debet extendi. ff. de uer. obliga. l. quicquid astrin. aut prohibetur a testatore, & quia testator habet necesse causam apponere: ut l. filiusfa. §. diui. ff. de leg. j. & tunc oportet considerare causam, utrum concernat speciem contractus, aut rem ipsam. Primo casu non extenditur prohibitio. Secundo casu large sumitur ex ui finalis causæ secundum Cy. & Gui. de Gun. uel dic, aut est actui annexa pęna, & uerbum uēditionis intelligitur strictè. ff. de leg. j. l. si domus. §. fin. Aut est annexus fauor, & tunc large, de hoc per Iac. de Are. in d. l. §. fi. Idem Bald. in c. j. de conten. in-
66 nia.C.de iure do.& in c.j.§.j.qui feu. da. poſ. † Trigeſimononò quæro, Quid ſi pater & filius eodem inſtrumento vel cōtractu vendant fundum.Reſpondeo,pater videtur partem illius rei filio conceſſiſſe,& conſenſum,& voluntatem ſibi accommodaſſe ad vendendum,vt not.declarat Bar.in l.cum pater.§. libertis. ad fi.de leg.2.Quadrageſimò & vltimò quæro, An minor poſſit bona ſua vendere, dicas ꝙ non,abſque curatoris auctoritate & iudicis deceeto.Nam ante legitimam ætatem xxv. annorum non habet bonorum ſuorum adminiſtrationem, vt dicit text. no.in l.j.In fi.cum ſe.& ſe.ff.de mino.& tex.clarus, ꝙ etiam ſi veniam ętatis impetrauit,ſine decreto alienare nō poteſt.in l.eos. C.de his qui ve.æta. impe. & hoc ſi habet curatorem; quia tunc aſſimilatur ei,cui bonis eſt interdictum. Sed ſi curatorem non habet,poteſt alienare, ſed læſus reſtituitur: vt C. de in integ.reſtit.in l.ſi curatorem habens.quod glo.in titu.qui.alie.licet in §. nunc admonendi intelligit & limitat, ꝙ poſſit alienare res tantum tempore perituras:& idem Cyn.in d.l.ſi curatorem.aliorū bonorum immobilium alienatio,vel venditio per adultum facta ſine decreto iudicis & curatoris auctoritate, ſi habet, eſt ipſo iure nulla,& bene probatur in l.j.in l.minorum.in l. prædia. & in l.ſi is qui.& in l.fin.C.de præd.mino.& C. ſi propter pub.pē ſi.in l.fi.& in l.ij.C.de fideiuſ.mino.

SVMMARIVM.

1 *Vendi,& emi quæ res poſſint.*
2 *Commercium quid ſignificet, & comprehendat.*
3 *Res furtiuæ an vendi poſſint.*
4 *Res non eſſe in noſtro commercio, quæ dicantur.*
Legatario debetur æſtimatio marito fundum dotalem alteri legante.
5 *Venditio rei ſacræ vel religioſæ, an teneat.*
6 *Obligatio oritur etiam ſi contrahentes erant ignorantes.*
Dolus cum dolo compenſatur.
7 *Res aliena vendi poteſt quò ad præiudicium vendentis, & non domini in immobilibus.*
8 *Diſponere de re aliena nulli licet contra domini voluntatem.*
9 *Poſſeſſor malæfidei emens non agit ad pretium.*
Venditio rei alienæ confirmatur, ſi venditor domino ſuccedat.
10 *Bona publica, an & quando vendi poſſint.*
Legis auctoritas multa inualidanda validat.
11 *Iuriſdictiones,& merum,& mixtum imperium vendi an poſſint.*
12 *Iuriſdictio quid ſit.*
Feudalia & emphyteutica non venduntur ſine domino.
13 *Dotalia an & quæ vendi poſſunt. 16. 18. 32.*
14 *Maritus ad quid teneatur in dote vxoris.*
15 *Æeſtimacio debetur, ſi res dotalis per virum legetur.*
16 *Lex Iulia de fundo dotali in quibus locum habeat.*
Iuramentum firmat contractum rei dotalis tam per virum quàm mulierem factum.
17 *Standum eſt primo licito.*
19 *Minorum bona prohibita ſunt alienari, & quando, & quæ. 20.*
20 *Fundus fructuoſus quando dicendus.*
Res quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, quæ ſint.
Molendina quæ periculo impetus aquarum patent, etiam ſi ſint minoris, poſſunt alienari.
21 *Donatio mortis cauſa contractui potius accedit, quàm vltimæ voluntati.*
22 *Prodigorum res & furioſorum an ſint alienabiles, & qualiter.*
23 *Mentecaptus quis dicatur.*
24 *Fatuus quis dicendus.*
25 *Rubricæ quando pro nigro allegandæ.*
26 *Legis prohibitio per hominis prohibitionem fortificatur.*
Prohibitio addita prohibitioni magis aſtringit, ſicut permiſſio permiſſioni iuncta.
27 *Eccleſia non moritur.*
Iuri canonico in alienatione rei eccleſiaſticæ ſtandum.
28 *Bona capellæ ſecularis, vel fraternitatis laicorum ſunt in alienabilia.*
Cardinales ſunt capita totius vniuerſalis eccleſiæ.
29 *Vendi an poſſint bona reſtitutioni ſubiecta.*
30 *Diſpoſitio inter viuos quomodo interpretanda.*
31 *Dos data quando renocari non poſſit.*
Intellectus auct.res quæ.C.communia de legatis. 41.
32 *Prohibitio facta ne res alienetur, non exit quartam generationem.*
33 *Res litigioſæ vtrum vendi poſſunt, & quæ ſunt res litigioſæ. 35.*
34 *Litigioſa res per quem actum efficiatur.*
36 *Litigioſi vitium eſt reale.*
37 *Eccleſia ex conuenienti difficultate non cenſetur perſona idonea.*
38 *Alienari res prohibita an intelligatur aliquo caſu permiſſa. 39. 43.*
39 *Alienatio voluntaria differt a neceſſaria.*
40 *Teſtatoris prohibitio de non alienando non includit cauſam neceſſariam.*
42 *Statutum de alienando forenſibus quomodo interpretandum.*
43 *Papæ lex non poteſt imponi.*
44 *Alienatio cum vniuerſitate facta an tranſeat cum eis, quæ prohibita ſunt alienari.*
45 *Decimandi ius an veniat epiſcopo ſua iura concedente.*
46 *Fructus futuri non poſſunt vendi.*
47 *Alienationis prohibitio quas res non comprehendat.*
48 *Bannitorum bona vendi poſſunt.*
49 *Emi res propria an poſſit.*
50 *Confiſcatum propter collectam non ſolutam vendi quatenus poſſit.*
51 *Gabellæ licitæ & iuſtæ non debent fraudari.*
52 *Emphyteuta per alienationem partis nunquid perdat totum.*
53 *Uſusfructus ius & alimentorum vendi vtrum poſſit.*
54 *Uſusfructus per religionis ingreſſum quatenus duret.*
Intellectus.§.finitur.inſtitu.de uſufruc.
55 *Intellectus.l.uoluntas.C.de fideicom.*

Quæſtio quarta principalis.

QVarta quæſtio principalis eſt,quæ res vendi poſſunt,vt poſt perſonas ſequatur videre de rebus. Pro cuius ſolutione dicas † ꝙ omnis res quam quis poteſt habere & poſſidere,poteſt emi & vendi præter illas quæ ſunt exemptæ a commercio noſtro vel natura,vel iure gentium, vel iure ciuili, ita dicit text.not.ad literam in l. ſi emptione. in §. omnium rerum.infra eo.Et hoc tenendum pro regula affirmatiua. Pro cuius declaratione eſt ſciendum, ꝙ commercium eſt nomen generale ad omnem contractum, & comprehendit omnem contractum,& in c.notarius. de prohi. feu. alie. & plenè declarauit glo.or.inſti.de inuti.ſtipu. in §.j. in verbo.commercium, quod etiam probatur in rub.C. de commercijs & mercatoribus. in l. iij.C. quæ res ven.poſ.l. j. quæ res expor. non po. & in l.ij.C. de eunuchis.Vnde illa res dicitur exempta a noſtro commercio, quæ prohibetur contractari, & non eſt in noſtra diſpoſitione, & dicitur commercium quaſi mercium commutatio.Aliter tamen ponitur generalius † vt ſumatur pro conuerſatione,ſocietate,vel conuenientia,prout ponitur in c.forus.in fi.de verb. ſigni.vbi dicitur.iuſtitia cum ſcelerato homine nullum commercium habere poteſt. Et eſt exemptum a noſtro commercio natura,vt liber homo iuregentium,vt res ſacra, vel religioſa. Iure ciuili vel more ciuitatis,vt res publica vel publicis vſibus deputata,vt campus martius,Baſilica, forum, & huiuſmodi, ita dicit glo.in d.§.omnium. & probatur in l.ſed & Celſus.in princ.& in l.qui officij.in §.j.infra eo.in l.vſucapionem.ff. de vſuca. & in l. j.§.eam rem.ff.quæ res pign.ob.poſ. & l. inter ſtipulantem.§.ſacrā.cum ſi.de verb. obli.Item diſtinguendum, ꝙ aliquando res non eſt in commercio communi;quia nulli hominum licet eā habere ex natura ipſius;quia ſacra,vel religioſa, & tunc contractus eſt nullus, ſi verò eſt in commercio communi, ſed non in particulari: quia alter contrahentium non poteſt talem rē habere,nec de ea diſponere:vt eſt in iudeo de mancipio Chriſtiano,vt in l.vna.C.ne Chriſtia.man. vel quia iudex in cauſa interdicit alicui commercium certæ rei:vt in l.moris.ff. de pœ. tunc ſi non eſt in commercio concedentis,ſeu vendentis,valet contractus ſicut in commercio acquirentis,ſeu recipere debentis,ſecus ſi econtra in commercio concedentis, ſed non recipientis, vt eſt tex.& gloſſ.& ibi Bart.optime declarat in l.multum.ff. de verbo.oblig & in l.apud Iulianum.in §.fi.ff.de leg.j. Vnde ſtante ſtatuto, ꝙ forenſis non poſſit emere,vel habere aliquid in territorio Peruſino,quod valet,l.in quorum.ff.de pig. quod ſi permutat vel vendat alteri,bene valet contractus & obligatur per d.l.multum,ſed ſi emat,non valet contractus ex alia parte,vt in l.ſuæ

l.ſuæ rei. infra eodem . niſi lex vltra procedat.l. non licet infra eo.ita no.dicit Bar.in d.l.multum.Sed circa prædicta quæro pri
3 mò, † an res furtiua, vel vi capta poſſit vendi. Dic inter ſcientes ꝙ facta venditio non valet;quia vergit ad crimen: vt in l.ſi emptionem.in § item ſi emptor.ĩ.eo.& eleganter tradit Bal.in rub.C.eod.titu.Et addes,ꝙ ratio eſt;quia vendens rem alienam ſcienter committit furtum ſecundũ Bar.in l.cum vir.ff. de vſuca.probatur in l.alienum.C.de fur.ſ.in re mobili.& in l.iiij.in §. ſi.ff.de pig.ac.& firmauit gl.in l.rem alienam.ĩ.eo.ſed rẽ vi poſſeſſam ſi quis vendit,non dicitur committere vim in ea vendẽda ſecundum Azo.in ſum.in tit.de contrahen.emp.in ver.quid in re vi poſſeſſa,& refert Bar.in d.l.cum vir.Item emens rem furtiuam ſcienter ſimiliter incidit in criminis ſuſpitionem.l.inciuile.& in l.ciuile.C. de fur. & inter ignorantes non valet contractus in præiudicium domini.d.l.rem alienam.ĩ. e. quia nõ trãſfertur dominium,nec vſucapiendi conditio rei furtiuæ, niſi res ipſa vendita in domini poteſtatem reuertatur,vt eſt tex. in l.ſequitur.in §.quod autem.ff.de vſuca.& inſti.eod.tit.in §. furtiuæ. vſq; ad §.nouiſſime.nec aliter purgatur vitium furti, quo eſt affecta.Et dicitur in poteſtatem domini redijſſe ſiue vere, ſiue interpretatiue;vt quia dominus pro ea executionem acceperit,ca
4 ſus eſt no.in d.l.ſequitur in §.rem in poteſtate.in ver. ſed ſi vẽdicauero.ff.de vſucap. † Secundò quæro,quæ res generaliter dicãtur non eſſe in noſtro commercio, dicas ꝙ omnis res quæ propter eius qualitatem perpetuam alienari nõ poteſt, vt res ſacra, vel religioſa.Item res,quæ habet in ſe perpetuam cauſam prohibitionis acquiſitionis dominij non dicitur eſſe in noſtro commercio,ſed res quæ propter priuilegium cauſæ, vt quia dotalis vel perſonæ,vt quia minoris illa dicitur eſſe in noſtro commercio,vt in l.ſi is.C.de præd.mino.ſecundum gl.no.in l.cum lex.ff. de fideiuſ.& ſequitur Bal.in l.iij.vbi bene declarat, qualiter cognoſcatur res,quæ ſit in noſtro commercio, vel ab eo exempta. C.de iure dot.l.ex quib.Bar.in d.l.cum lex.& Bald.in d.l.iij.poſt Cyn. in l.ſi prædium.C.de iure do.dixit,ꝙ res dotalis non eſt in noſtro commertio,quod non bene dixit,& ↄtrarium tenent ipſi,& alij doc.quia licet per mulierem non poſſit alienari, tñ per alios valet facta alienatio & venditio, vt in l. cum vir.ff. de vſucap.& patet:quia non habet perpetuam cauſam prohibitionis: quia in cæteris caſib.poteſt alienari,vt in l. ita cõſtante. & in l.ſi. ff.de iu.do. Item quia emptori poteſt acquiri, vt in l. ſi fundum. ff.de fundo do.Ex quoinfertur,ꝙ ſi maritus legauit fundum dotalem alteri,debetur æſtimatio legatario,vt dicit Bal.in d.l.iij.&
5 tenent alij in d.l. dotalẽ.Tertiò quero, † an rei ſacræ vel religioſæ conſiſtat venditio.Dic ꝙ non, immò diſtrahens illas incidit in crimen læſæ religionis:vt in l.j.C.de ſepul.vio.& in l.& liberi. cum ſeq.ĩ.eo.quia harum rerum ſicut & publicarum non extat commercium,nec alienari, nec vſucapi poſſunt.l. vſucapionẽ. ff.de vſucap.niſi per principem,vel Papam ius ſtatuẽtem, quod adeo eſt difficile, quando per vnum ſolum eſt explicandum, quod impoſſibile reputatur.vt dicit glo. in l. continuus.in §.cũ quis.ff.de verb.obli.& Dyn.in c.quod ſemel.de reg.iur.in vj.per tex.in l.apud Iulianum in §.fin.præallegato, ponit Inno.in c. filius.de teſta.cum ſimi & quod habetur in cle.quia contingit.de reli.do.niſi ob redemptionem captiuorum vrgentia debita. 2. q.2.hoc ius.& in l.ſancimus.la ſecunda.C.de ſac.ſan.eccle.& nota glo.in d.ca.quod ſemel. oritur tamen obligatio inter ſciẽtes quò ad refuſionem pretij, ſecundum ꝙ determinat Bart. in d.l. cum lex.de fideiuſ.allegat,l.emptorem.§.fi.ff. de actio. emptio. ſecundum Ange.ibi tenet contrarium, & dicit hoc eſſe falſum
6 per tex.iuncta glo.in l. & liberi. infra eo. † vbi oritur obligatio, quando contrahentes erant ignorantes, vel alter ex eis, vt emptor,ꝙ idem probat tex.inſtit.eod.in §.fin. vbi tex. expreſſus,ꝙ tunc demum datur actio emptori,quando fuit deceptus,quòd res religioſas vel ſacras pro profanis & publicas pro priuatis emeret. Idem etiam probat tex. in l.ſi in emptione. in §.item ſi emptor.infra eo. & bene facit etiam tex. in l.iuſto.in princ.ff.de vſuca.ſed ſi ipſe emptor ſciuiſſet,nullo modo teneret contractus; quia ſeipſum decepiſſe videtur, & cum agitur de ſciente & ignorante attenditur ſcientia emptoris non venditoris, vt d. l.& liberi.& d.§.item ſi emptor. nam tunc tenetur venditor, cũ ſcienter vendit rem alienam;quia ſcienter facit,& in dolo uidetur,ut in l.tenetur. in § fi.& in l.emptorem. in fi. infra de actio. emp.Sed nolenti & ſcienti dolus non infertur.l. cum donationis.C.de tranſac.& in l.j.in §.uſque adeo.ff. de iniur. & ſic dolus cum dolo compenſatur.l.ſi duo.cum concor.ff. de dolo.

7 Quartò † Quæro.An res aliena poſſit uendi. Dic quòd non quò ad præiudicium domini: ſed quò ad præiudicium uendentis bene poteſt :quia obligatur ex empto, tanquàm ſi proprium uendidiſſet,ut l.rem alienam. infra eod. & l.nemo.C.de re.ali.non ali.& de euictione tenetur.l.ſi fundũ. C.de euic.ſi emptore ignorante,ſed eo ſciente non datur actio de euictione,ut in d.l.ſi fundum ſciens, quia eſt in malafide rẽ alienam ſcienter emendo, ut l. cum quærebatur.C. unde ui. & idem not.in l.fin.in §.emptor.C.communia de leg.niſi fuiſſet ſtipulatus,ut d.l.ſi fundum ſciens.& ibi declarat Cyn.& idem Cy. in l.fin.C.de litig. & in l.j.C. de vſuca.pro empt. & hoc intellige de re immobili: quia ſi mobilis vendatur, non tenet contractus,cum ipſa venditione committatur furtum d.l.j.C.de vſuca. pro emp.& dictum fuit ſupra in fin.j.q. huius.iiij.q. princip. Sed iterum ponamus vtrunque ſciuiſſe rem alienam,an valeat venditio,glo.or.in l.ſi is qui pro emptore.in §.fina.ff.de vſuca. dixit ꝙ non, quando vterque emptor & venditor ſcit alienam, ꝙ videtur probari per tex.in l.domum.in fin.infra eo.ſed alia glo. dicit contrarium,ꝙ valet quò ad præiudicium vendentis.l. ſi in emptione.§.item ſi emptor.infra eo. & iſtam partem approbat Barto.in l.continuus.§.cum quis.ff.de verb.obli.& in l.cum lex. ff.de fideiuſ.vt teneatur venditor ad reſtitutionem pretij, vt dictum fuit. ſupra in precedenti q. niſi eſſet res furtiua, quo caſu non valet,vt dicit tex.in d.§.item ſi emptor. ſed poteſt attentari
8 contrarium,cum vterque ſit alienum.Primò † quia de re aliena nulli licet diſponere contra domini voluntatem,tex. in l.fin.in fi.C.de pac.& ſic videtur factum contra.l. & non valere.l.nõ dubium.C.de legi.Secundò fortiter vrget tex.in d.l.domum.infra eo.vbi non valet venditio,quando vterque ſcit rem non eſſe in rerum natura;quia quilibet ſeipſum decipit. Tertiò cum vterq; agat rem illicitam de re aliena ſcienter contractando, vt dicit tex.in d.l.j.C.de vſuca.pro emp. iniquum eſt de ſua improbitate conſequi actionem,vt dicit tex.elegans in l.itaque fullo.in prin. cum concor.Quartò moueor per text.in d.l. ſi fundum ſciens. C.de euic. vbi ſcienter emens rem alienam pretium non repetit,niſi in caſu.l.fi.in §.emptori.communia de leg.quando ſcienter emit rem ſubiectam reſtitutioni,vbi eſt caſus ſpecialis ſecundum Bart.ibi. Quintò:quia cum vterque male agat contrahere de re aliena ſcienter,nulli dubium, ꝙ poſſeſſoris melior eſt conditio.l.ſi ſeruum.§.ſequitur.ff.de verb.oblig. & in l.ij. cum concor.C.de condi.ob turpem cauſam.Nam ſoluendo pretiũ ſcienter videtur donare.l.cuius per errorem.ff.de reg.iur.& not.Cyn. in d.l.ſi fundum.Sextò probatur per tex.inſtit.eod.§. fin. & in d. l.ſi in emptione. in §. item ſi emptor. vbi tunc demum agitur,
9 cum quis deceptus ignoranter emit.Septimò: quia † malæfidei poſſeſſor emens non agit ad pretium,vt eſt tex.in l.j.C. de præſcript.xxx. ann. ſed qui ſcienter emit rem alienam, non poteſt habere bonam fidem.d.l.cum quærebatur. & facit tex. in cap.fi. de præſcrip.ſic ille qui cõtra iura mercatur.l. quemadmodum. C.de agri.& cenſi.lib.xi.& in c.qui contra iura. de reg. iur. in vj. & iſtam partem tenuit Ang.in d.l. cum lex. quod tamen intelligas procedere, niſi ſcienter emens fuiſſet ſtipulatus de euictione:nam eo caſu agit,per tex.in d.l.ſi fundum.a contrario, vt ibi declarat Cyn. & in l. ſi fratres.C. communia vtri. iudic.& in d.l. quemadmodum.& tradit Cyn.in l.fina.C.de litig. & in l.j.C. de vſuca.pro emp.Confirmatur tamen venditio rei alienæ, ſi venditor ſuccedit domino, vel ad ipſum rei dominium poſtea peruenerit,vt in l.ſi a Titio.ff.de rei vend.in l. cum vir. & ibi plenè per Bart.ff. de vſucap.& in l. cum mater.& ibi per Bald.C. de reĩ
10 vẽdi.Quintò quæro. † An locus publicus,vel bona publica poſſint vendi.Dic ꝙ ad hoc vt vendi poſſint: cum multæ ſolennitates requirant: vt l.fin.C. de ven. re. ciui.lib. xi. ꝙ primò & ante omnia debet fieri ſtatutum in ciuitate, ꝙ talia bona poſſint, & per quos,& qua forma, & cuius auctoritate, & tunc tutè uendi & emi poterunt,vt notabiliter tradit Barto.in l.prohibere. in §. planè.ff.quod ui aut clam in l.cõtinuus.in §.cum quis.ff. de uerbo.obli.& in d.l.fin.de uen.re.ciui.ubi ulterius dicit, ꝙ uenditio rerum ciuitatum imperialium poteſt fieri auctoritate conſilij: quia uicem imperatoris gerit ſecundum Bald. in rub.C. eod.in uerſi.3.quæro.Barto.ubi ſupra dicit, ꝙ poſſunt uendi abſque eo, ꝙ fiat lex, uel ſtatutum cum mandato eorum qui habent poteſtatem ſtatuendi.l.Cæſar.de publica.Sed adde,ꝙ legis auctoritas multa permittit, & ualidat, quæ aliàs prohibentur & infirmantur, ut etiam de ſtatuto fiendo in ſimili dixit Barto.in l.quidam conſulebat.ff.de re iud.& Bald.in anc.habita.C. ne filius pro pa. ideo tutior uidetur practica,quam tradit Bart. ut diſponitur per l.de venditione talium bonorum:dixit tamen idem Bart. ꝙ res prohibita vendi propter publicam vtilitatem, non poteſt vendi nec priuata pactione,nec iudicis auctoritate in l.ij.per text.& glo.ibi.C.de agri. & cen.bona tamen publica a principe, vel ab qui loco Principis emi poſſunt; quia quò ad eum omnia bona ſunt in commercio,eius contractus pro lege habetur, vt in d.l. Cæſar.de pub.ſecundum Bal.in d.rub.in ver.3.quæro.

11 Sextò quæro. † An poſſint vendi iuriſdictiones & merum & mixtum imperium.Dicas ꝙ non; quia non recipiunt æſtimationem maxime reſpectu perſonarum, in quibus exercentur.ff.ad l.Aquil.l.liber homo,ſed de conſuetudine cõtrarium vſurpatum eſt. Nam tota die videmus vendi caſtra & territoria cum iuriſdictione & mero & mixto imperio,quæ cõſuetudo vincit legem, vt dicit tex. in ca. Obertus.de feudi.cog. prout elegantes tradit Bald. in ca. ex eadem. de lege Corra.Sed idem Bald.in c.j.in fi.de pa.iur.fir.dicit,ꝙ iuriſdictio non poteſt vendi per illam conſuetudinem & ſic erat ante de iure;quia eſt publici iuris.Item quia non eſt in noſtro patrimonio,vel commertio.ff. de leg.j.l.apud Iulianum.in §.fi.& in l. inter ſtipulantem.

Source : BIU Cujas

rem.in § sacram.ff.de verb.oblig.& quia sunt prohibitæ barataria,quæ ex venditionem iurisdictionis proueniunt, vt in auct. vt ind.sine quoquo suf.in §.j. & sic non valet contraria consuetudo secundum eum.Idem insuper Bal.in c.j.quę sint rega.dicit non posse vendi,cum sint Principis de iure Romano,de quo vide per Bar.in l.cotem.ff. de pub.probatur prædicta ex diffinitio-
12 ne, † quia iurisdictio est potestas iure publico introducta cum necessitate iurisdicendi & æquitatem statuendi,vt magistraliter dixit Azo in sum.C.de iurisdi.om.iu.& Spe.eo.tit.in princ.& sequitur Bal.in c.j.de pa.constan. & bene facit tex.in l.fi.in §.iudicandi.ff.de mu.& hò.& est gl.in l.j.ff.de iurisd.om.iu.& in auc.de defen.ciui.in §.nulla.in ver.oportet,super ver.iurisdictione.ideo ecclesia non potest vendere directam & inseparabilem iurisdictionem,vt not.in auc.quomodo oportet epi.in princ. Ad hoc de re iudi.c.cum Bertoldus.q̃.eo.in l. in modicis.& in l.quædam. ff.de acqui.re.do.Nam merum & mixttum imperium conceditur solũ a lege vel a principe.l.ij.§.nouissime.ff.de o r. iur.& not. Iac.But.in l.ij.ff.de iud.& in l.j.C.noua vecti.& optimus tex.ff.de off. præfe. vrb. in l.j.§.cum vrbem.& in l.j.ff.ad l. Iul. de ambi.& quia administratio officialibus debet concedi nullo dato vel accepto nisi ex publico, tex.est in auc.de defen.ciuita.§. & iudicare.col.3.Septimò quæro. An bona feudalia, vel emphyteutica possint vendi.Dic regulariter ꝙ non sine domini uoluntate, ut in l.fi.C.de iure emphy.& in ca. .de prohi.feu.ali.de quibus late dicemus; quia materia ardua & grãdis.& in rub. de iure emphy.
13 † Octauò quæro,an bona dotalia possint uendi. Dic ꝙ res, quæ seruando seruari non possunt,uendi possunt, aliæ uerò nõ possunt alienari sine solẽnitate, auc.siue a me.C.ad Velle. prout ibi declarat Barto.& in l.cum uir.ff.de usuca.& in l.j.sol. mat.& plene per Cy.& alios in l.j.in §.& cum lex.C.de rei ux.act. quia mulier admittitur ad uendicandum sol.mat.l.iij in §. Marcellus de iu.di.Bal.no.in d.l.j.solu.matri.addit quod omnes res quæ in genere suo recipiunt functionem.i. quæ consistunt pondere, numero,uel mensura,possunt alienari, casus est in l. res in dõtem. ff.de iur.do.& bene facit.l.cum tabernam.in princip.ff.de pig.& quod not.in l.ubi adhuc.C. de iu.do. quod procedit in re mobili.& idem in rebus quę seruando seruari non possunt,dicit Ange.in auc.ut immobilia ante nuptia.dona.col.5.quæ tamen alienatio ualet,si maritus est soluendo,dicit glo.instit.quibus alie. licet.in §.j.allegat.C.de seruo pigno.da.manu.l.j. quinimmò Bal. no.in l.si inter uirum.C.de iur.do.dicit, ꝙ maritus potest alienare res mobiles datas in dotem ẽstimatas,utputa boues & alia aãlia cum pacto,ꝙ illa solu.mat.restituatur, & hic cum ad bonum pretium deduxerit,ne sit postea,ꝙ sibi imputetur,si ualuerit ui-
14 liori; † quia maritus tenetur conditionem dotis facere meliorem.l.etiam.in §.j. in ratione sui.ff.solu.mat.& bene facit,ꝙ possit alienari.l.& si dotis.C. de iure do. Ioan. tamen de Imo. in l.si æstimatis.ff.sol.mat.per illum tex.indistincte tenet,ꝙ res mobilis æstimata in dotem data,ut eadem restituatur,non potest alienari,& si fuerit alienata soiu.mat.debet restitui in ea æstimatione,quæ est secundum præsens tempus,licet tunc temporis cum data fuerit minus æstimata fuisset:cum per uirum staret,quominus restituatur.Et prædicta intellige, quando æstimatio nõ est facta ea intentione,ut faciat emptionem,prout in dubio præsumitur,ut est glo.no.in l.si inter uirum.C.de iure do. & quod habetur in l.plerunque.in fi.ff.eo.& no.do.Io.de Imo.in d.l. si æstimatis.Nam tunc talis æstimatio facit desinere rem omnino esse dotalẽ, & haberi ac si empta fuisset a uiro. Vnde marito eius alienatio non est interdicta.l.ꝙ si fundus.ff.de fun.dota. quia tenetur solum ad æstimationem.l.quoties. & in l. cum dotem.C. de iu.do.Rei autem immobilis dotalis inæstimatæ de iure nõ ualet alienatio constante matrimonio facta a marito,ut in l.j.in §. & cum lex.C.de rei uxo.ac.& insti.qui.ali.li.in §.j.quia non dicitur in nostro commertio secundum glo.in l.dotalem.ff. de mili.test.licet in hoc ꝙ immò sit in commertio, doc. tenent contrarium;quia certo casu potest alienari.l.ita constante. & in l.fi. ff.de iur.do.vt declarat Bald.not.in l.iij.C. eo. titu. & idem Bald. in d.l.dotalem.subdit, ꝙ quantum ad mulierem non est in cõmertio:quia ab ea non potest alienari, sed quò ad alios contrahentes potest & tenet alienatio, licet non transferatur dominium,vt concludit Bart.in l.cum lex.de fideiuss.& dictum fuit su-
15 pra in 2.q.huius 4.princi. † & si legatur res dotalis, debetur æstimatio secundum Ia. de Are. Old.Cy.& Bar.vt refert Bald.in d.l. dotalem.sed subdit,ꝙ prædicti hoc non aduerterunt;quia maritus legando fundum dotalem videtur legare ius quod habeat in eo.l.vxor.patrui.C.de lega.cum concor. sicut dicimus in emphyteuta,sed facilis est responsio, ꝙ dictum argu. non habet locum:cum maritus solu.mat. nullum penitus ius habeat in re.Et in tantum est prohibita fundi dotalis alienatio,ꝙ venditor non obligatur personaliter ad tradendum,nec tenetur de euictione si emptor fuit sciẽs.l.& liberi.& in l. si in emptione.§. si emptor. ff.eo. secundum quod not. declarat glo. & Bald.in d.l.si prædiũ. C. de iu. do. Item in tantum non valet venditio, quòd maritus ipse poterit rem vendicare constante matrimonio : cum sit factum contra leges.C.de agri.& censi.l.quemadmodum.li.11.

& eo soluto mulier l.in rebus.C.eo.secundum glo.insti.qui.ali. licet in §.1.& no.Bar.in d.l. .sol.ma.quia lex Iulia de fundo dotali habet locum etiam ante matrimonium,vt in l.non sine.C. de bonis quę lib.& l.lex iulia.ff.de fun.do.Item eo constante,vt
16 ff.de fun.do.per totum.& d.§. .qui.ali.licet.† Item eo soluto an tequam dos sit restituta,vt in l.etiam.ff.de fun.do.& in l. dotalẽ. vbi hoc tradit Bal.ff.de mil.test.hęc tamen prohibitio cessat,si in alienatione interuenerit iusm;quia firmat & validat q̃ctum rei dotalis tam per virum quàm per mulierem factum,vt est tex.in c.cum contingat.de iure do.& in c.licet eo.ti.in 6.nisi præcederet iusm de non alienando contra alium;quia tunc secundum non valeret,vt dicit gl.in c.licet.& do.Io.de Imo.in d.l.si ẽstimatis.ff.sol.ma.dicit, ꝙ est optima cautela ad impediendum ipsius alienationem,quamuis subdat, an hoc procedat, se dicturum in l.si quis pro eo.vbi nihil scriptsit.ff.de fideiuss.sed Bal.in l.si prædium.C.de iu.do.dicit,ꝙ in q̃rium facit; quia fundi dotalis alienatio sit iure publico seu fauore publicæ vtilitatis interdicta;qa publicè interest,mulieres esse dotatas,vt in l. .ff.sol. mat. vnde tale iusm.l.ciuilis non amplectitur.l.iurisgentium in §.& generaliter.ff.de pact.& idem vr voluisse gl.in d.l.vnica. in §. & cum lex.C.de re.vxo.per l.non dubium. C.de leg. sed iuri c. standum
17 est:& † ita cautela valet,ex quo primum licitum est, standũ est ei,vt in c.intellecto.de iure do.& tenet Spe.in ti.de emp.& vẽd. §.3.loco ver.& generaliter.Nõ ob.quod dicit Inn.in c.dilecto. de præb.quia intelligitur, quando primum iusm fuit interpositum super rebus non prohibitis alienari: sed hic erant prohibitæ,ideo statur primo;quia secundum seruari non potest sine dispendio salutis ęternæ,de quo plene per cano.in d.c.licet.& per scribentes in d.§. .qui.alie.licet.Item & secundò tradit Bal.cautelam,vt quis possit emere fundum dotalem,ꝙ marito vendente alter tertius tanquam correus & principalis insolidum ac principaliter se obliget, & cessabit omnis scrupulus & altercatio,vt simili verbo alias vtitur gl.in l.cum proponas. C. de inter. ma.ita eleganter dixit Bal.in d.l. si prædium. C. de iu.do. Potest
18 tamen alienari & † vendi in præiudicium vendẽtis,& se de euictione obligantis,vt in l.cum vir. ff. de vsuc.& per Dy. in l.cum lex.ff.de fideiuss.& per Cy.in l.non dubium. C. de legi. Quinimmo dixit Cy. & Bal.in d.l.si prædium.ꝙ mulier potest alienare, & valet alienatio etiam absque iuramento,& sol.mat. non potest venire cõtra,quando dos ad eam esset reuersura,vt d.l. cum vir.de vsucap.Sed alij tenent opp.ꝙ sicut vir non potest alienare vxore cõsentiente,vt in auc.siue à me.C.ad Velle.ita nec ecõtra vxor viro consentiente,nisi in casibus notatis in l.quamuis. ff.so.ma.licet Iac.de Are.in d.l.si prædium.tenuerit, ꝙ licet mulier non possit consentire viro alienanti,tamen bene potest vir mulieri consentire,ut refert Bal.in auc.sed quãuis.C. de rei uxo. Sed contrarium tenet Bar.in l.si ẽstimatis. supra allegata, ꝙ uir non possit consentire;quia constante matrimonio dos nõ potest restitui,nisi quando fieret melior conditio dotis,ut in l.fi.ff. de iu.do.secundum Bald. & Imo.in d.l.si ẽstimatis. & ita teneas.

19 Nonò quæro.† An bona minorum possint uendi.Dic ꝙ non regulariter: quia ipsorum prohibita est alienatio,ut dicit tex.in l. .in prin.ff.de reb.eo.in l. . & per totum. C.de prædi.mino.& in l.lex quæ C.de admi.tu.nisi ex causa legitima & interuenientibus solennitatibus & forma.in iure requisitis,de quibus plenè dicetur infra in uer.seq.q.principali de forma & modo in primo argu.Possunt tamen uendi propter tributa non soluta, & tenet uenditio, si interueniunt solennia iuris, ut est tex.& hoc declarat Bal.in l.edicto.C.si adue.fis.ꝙ sicut possunt vendi, pro collectis,itaẽt pro pęnis incursis rõne collectarum non solutarum,quę spectant ad eum,ad quem spectãt collectæ.l.creditor.ff.de actio.emp.Item possint uendi, quando expedit propter ęs alienum & debitum usurarium soluendum,ut habetur in l.si minor.& per glo.si non expediretur. ff. de bo.auto.iudi.possi. de quo plene in l. Fulcinius. in §.adeò. ex quibus cau.in poss.& in l.magis puto.§.ne passim.ff.de re. eo. Item possunt uendi,quando pater in testamento suo disposuit,quòd uẽderetur,ut est casus rotundus in l. .in princ.& ibi Bald.no.& in l.fi.ff.de rebus eo.& in l.pe.C.quando decre.opus non est. Item bona sterilia minorum,quæ tamen requirunt eandem solennitatem in eorum alienatione, quam requirunt bona fertilia uel fructuosa,ut in l.cum hi.in §.eam transactionem.ff.de transa.& in d.§.ne passim.ubi declarat glo.& Barto.in l. .C.de agrico.& censi.lib. 11.non possunt similiter uendi:ut est tex.in l. si fundus
20 in prin.ff.de rebus.eo.† quia non potest dici fructuosum, quod pro modofructuum pretium sit inuenturum, ut not. dicit ibi text.quòd secus uidetur in ecclesia, ut in auc. sicut alienatio. & in auc.item qui prædium. C. de sacro. sanct. eccle. licet aliter de iure cano.ut in cap. ut super. de rebus ecclesia. non aliena. Et quòd res fructuosæ debeant vendi,est text.in l.fina.§.fina. de leg.2.& in l.fina.§.ubi autem ibi, steriles quidem non tamẽ inubonis.C.de tiles quæ lib.hæc tñ prohibitio alienationis nõ extendit ad res,quæ facile corrũpunt,& seruari nõ pñt,utputa vestes,quæ attritæ sunt, & animalia superflua, vinum, frumentum & oleum,& huiusmodi vt in l.lex quæ tutores.in fi.& l.vlti.in §. fi.C.de

Source : BIU Cujas

fi.C.de admini.tut.vt C.quando decre.opus non eſt.l.fi.ff.de mi no.l.ſi ſine.§.quæſitum.Item poſſunt vendi pro alimentis pupil li,ſi redditus non ſufficiunt.l.nõ ſolum.quam ibi ad hoc propo ſitum ponderat Ang.ff. de pe. hær.& eſt optimus text.in l.ſed ſi is.in §.an autem.ff.de carbo.& quod not.in l.ob æs.C. de prædi. mino.item molendina quæ ſunt in periculo impetus aquarum poſſunt alienari ſecundum Ange.in d.l. non ſolum. & facit.d.l. lex quæ.de admi.tut. Si tamen bona minorum a ſtatuto prohi beantur alienari, vt ꝙ minor non poſſit alienare tam inter vi uos quàm cauſa mortis, non comprehendit nec prohibita vide
21 tur mortis cauſa donatio per minorem facta in codicillis† quę magis accedit contractui quàm vltimæ voluntati, vt not.in l.ij. ff.de dote præleg.nec eſt emere vltima voluntas.l. pater filium. in prin.ff.de leg.3. nec id quod requirit auctoritatem curatoris, quæ in vltima voluntate non requirit,vt eſt tex.not.cum glo.in l.Aurelio.in §.fin.ff.de lib.leg.ita eleganter determinat Bald.in ſuo conſil.quod incipit in Chriſti nomine. verba ſtatuti ſic di cunt, minores xxv. an. quod videtur mirabile,& ego pro tuto nou tenerem,maximè quia ꝙ exprimit alienationē mortis cau ſa,& inter viuos videtur omnem ſpeciem alienationis compre hendere:cum inter actus inter viuos & mortis cauſa non ſit da te medium, nec actus humani aliam diuiſionem recipiant, ad quod ſufficiat tex.no.in l.fi.in fi.ibi.actus viuentium ſicut defun 27
ctorum.ff.communia prædio.Decimò quæro,quid de rebus furioſorum & prodigorum. Dicas, ꝙ cum non abſimilis ſit eorũ
22 natura,ſed minoribus æquiparentur, † idem ꝙ de bonis minorum,vt in l.Marcellus.ff.de fideiuſ.l. ſi infanti.C. de iure delib.& bonus tex.in l.iiij.§.j.cum l.ſeq.ff.de pri.cred.l. Fulcinius.§.adeo. verſi.idemque.ff.ex qui.cau.in poſ.ea.& optime not. & declarat glo.in l.ij.C.de cur.fur. in l.ſub prætextu.C. de tranſac.ff. de reg. iur.l.in negotijs.& in l.certi condictio.§.quoniam.ff. ſi cert. pet. & l.interdum.in fi.magnæ glo.ff. de condi. indebi. & eleganter tradit Bald.in c.j.de duo.fra.de benefi. inueſti. quod priuilegium competens pupillo competit etiam prodigo,cui bonis eſt inter dictum,& furioſo,per glo.quam appellat ſingularem in d.l.ij.de cura.fur.& ponit etiam Bart. in l.j.§. cui quæſitum.ff. ad Trebel. & bonus tex.in l.apud Celſum.in §.illa.de doli excep. & licet fu rioſi nullus ſit ſenſus,vt l.ij.C.eod. item nulla voluntas.l qui ſer uum.ff.de acqui.hære.& habeatur loco abſentis.l.ij.§.furioſus.ff.
23 de iure codi.& l.vbi non voce.§.furioſus.ff.de reg.iur. Et † mentecaptus eſt is, cui mens deficit, & conſilium animi non habet, tamen nullum furorem oſtendit, ſed eſt extrinſecus in habitu mentis quietæ,prout not.declarat Bald.C.de nup.l.ſi furioſi.ſub dens ꝙ de mentecapto eſt tex.in auc.vt hi qui obligatas&c cir ca medium.colla.v.glo.tamen or.inſti.qui teſta.fa.poſ.§.furioſi. dicit,ꝙ quæ dicuntur de furioſo,habent locum in mentecapto, & idem Bald.in l.ſi quis in tantum.C.vnde vi. quia iura loquentia de furioſo vendicant ſibi locum in mentecapto. d.l.ij.C. de cura.furi.l.conſilio.§.ſi de mẽtis.& l.obſeruare.ibi, furioſum vel dementem.ff.eo.tit.& d.l.furioſi.C.de nup. vbi furioſus & mentecaptus coniunguntur,& not. Bald.in l.Gallus.in §. inſtituentes.de lib.& poſth.& idem voluit in l.humanitatis.C. de nup. in ver.venio ad quartum not.vt in ſubſtitutione exemplaria furio ſus demens & mentecaptus ſimul ponuntur & coniunguntur, vt in l.tam dementis.C.de epi.audi. & quilibet furioſus eſt men tecaptus,licet eius dementia ſit cum ſeuitia, vt d.auct. vt hi qui
24 obliga.Et idem de fatuo † qui is dicitur, qui vadit per vicos,& deridendo loquitur.ff. de ædil.edic.l. ob quæ vitia.§.i. & facit.l. quidam in ſuo.ff.de condi.inſtit.& de facto.vide tex.ff.de poſtu. l.fatuo.& ff.de priui.credi.l.vel fatuo Et de lunatico tex.in l. bouem.§.aliquando.ff.de ædil.edic.& ꝙ omnia iſtorum bona ęqui parantur in alienatione,eſt tex.no.in l.prædia.ff.de reb.eo.ibi dũ dicit,idem ſi furioſi,aliàs prodigi,vel cui uſcunque alterius &c. quæ omnia addes ad ea quæ ſupra dicta ſunt in præcedenti quæ ſtio.in 18.articulo de prodigo.

Vndecimò Quæro de rebus eccleſiæ. Dic ꝙ regulariter prohibetur alienatio,vt patet per omnes rub.de reb. eccle. non ali. inantiquis.vj.& in cle.& in auct.de non ali.aut permu. re. eccle. non ali. in antiquis.vj.& in cle. & in auc. de non ali. aut permu. re.eccle.col.1.quæ cum loquantur negatiuè, in tantum diſpo-
25 nere videntur,ꝙ † licet eas allegare pro nigro,vt dicit glo. ordi. C ne fideiu.do.den.l.j.ad fi.in rub.C.ne liceat in vna eaque cau ſa &c.& quod no. gl.in proœmio.vj. ſuper verbo. titulis.& patet in §.ſanctiſſimas.in auc. de ali.& emphy.co.ix.& in tantum pro cedit prohibitio,ꝙ ſi res ſit relicta eccleſiæ cum hoc,ꝙ non poſ ſit alienari, ꝙ etiam imminente neceſſitate alienari non poterit,vt eſt glo.ſingu.in verbo alienare,in d.§.ſanctiſſimas,licet de 30
iure cano. ſecus,niſi eſſet relicta ad certum vſum;nam tunc ſine licentia Papæ ad alium permutari non poterit; quia text. eſt in cle.quia contingit.de relig.do.& ſolenniter declarat Bal.in auc. hoc ius porrectum,in ver.ſed pone,ꝙ cuidam.de ſac. ſan. eccle. pro quo bene facit text.in l. legatum.ff. de admi. rerum ad ciui. perti.& in l.legatum.ff.de vſufru.leg.vbi tex.no.ꝙ relicta ad certum vſum non poſſunt in alium commutari ſine principis auctoritate,& vocatis hæredib. & primatibus ciuitatis:hoc tamẽ iuris ciuilis diſpoſitio probatur; quia vbicunque concurrat circa idem duplex prohibitio alienationis, ſcilicet teſtatoris & legis,ibi nunquam res poterit alienari, ſed dicitur prorſus inalienabilis effecta glo.eſt ſingu.in l.ij.C. de vſuca. pro emp. & idem voluit do.Io.de Imo. in l.filiusfa.ff. de leg.1. ꝙ etiam ibi colligit ex dictis Bart.& ſequuntur Moder. in c. cum contingat.de iure-
26 iu. † Nam accedente prohibitione hominis intantum fortifica tur legis prohibitio,ꝙ etiam in caſu aliàs a lege permiſſo nõ po terit res alienari. facit glo. in l.fi.C.de reb.alie. non alie. & quod no.Inno.in ca.Ray. de te.vnde dixit Inn.in d.§.diui.in 2.co. ꝙ ſi relinquatur res eccleſiæ per teſtatorẽ cũ hoc,ꝙ nõ poſſit aliena ri,non poterit alienari etiam in caſu alias permiſſo. auc. hoc ius porrectum.C.de ſac.ſanc.eccle.& 12.q.2.c.ſine exceptione.acce dit, ꝙ prohibitio addita prohibitioni magis aſtringit, ſicut permiſſio addita permiſſioni magis ampliat,vt in d.§. ſanctiſſimas. de alie.& emphy.& no.in l.j.§.nũtiatio.de ope.no.nun.quia pactum ſeu diſpoſitio debet aliquid operari.l.ſed & ſi quis.§. quæſitum.in glo.ff.ſi quis cau.h.d.Bald.no.in c.1.§.præterea. de capi. Cor.& licet ea quæ relinquuntur eccleſiæ,ſemper videantur ea intentione relinqui, vt perpetuò ſint ad vſum ipſius & pauperum,& ideo cauendum eſt ab alienatione,& prælati periurium incurrunt Deo & Papæ,ſecundum Inn.in c. vt ſuper. de reb. ec-
27 cle. non alie. in eo qui eligit † eccleſiam pro perpetuo hærede, quæ nõ moritur.12.q.2.c.liberti.& tradit Bal.ſing. in c.j. in prin. qui feud. da. poſ. tamen expreſſa magis operatur,quàm tacita.l. nonnunquam.ff.de cond.& demon.& ff.de reg.iu.l.expreſſa.cũ concordã.& quia plus ſolet timeri, quod ſpecialiter inhibetur, quàm quod in genere prohibetur,vt in cle.vna.cum concor.de excel. præl.Item facit illud,quod dicit Cy.in d.auc. hoc ius.in 4. q.ꝙ res prohibita alienari per expreſſam diſpoſitionem, vt quia relicta ſub conditione, ne alienetur etiam propter famis neceſſitatem,non poterit alienari,ſecus ſi ſimpliciter a lege prohibeatur.Sed res eccleſiæ,quæ ſemel eſt affecta alienabilis,ſemper du rat alienabilis,vt dicit Bar.per illum tex.C.de impo.lucra.deſcri. lib.x.l.j.ver.ꝙ ſi res.& l.pater.in §.quindecim.de leg.3. ſed inalie natione rei eccleſiaſticę ſtandum eſt potius iuri cano. de re diſponenti quàm iure ciuili,vt no.dixit glo.96.di.c.bene quidem. & not.in c.eccleſia.S.Mariæ. de conſti. & ſicut res eccleſiæ non
28 poteſt alienari, † ita nec bona capellæ ſecularis, vel fraternitatis laicorum,vt dixit Ange.per tex.ibi in auc.de eccleſia. re. immo.alie.col.v.& per tex.in auc.de alie.& emphy.§.hoc etiam. & in auc.de non alie.§.vult enim.& §.nos igitur.ibi,actio pia conſtituit.& § ſi minus.col.1.ſecundum Ang.poteſt tamẽ Papa alie nare res eccleſiæ,vt in l.bene a Zenone.& in l.omnes.C. de qua dri.præſcrip.& in l.Valerius.de iu.fiſ.& not.Io.And. in nouella in c.cum veniſſet.de iudicijs. Quinimmò Papa neceſſitate cogẽ te poteſt poſſeſſiones eccleſiæ alienare & infeudare bene meritis,cum Imperator idem poſſit,vt in c.1. de na. feu. & per Ioan. And. in d. ca.cum veniſſet,tamen in magnis & valde pretioſis rebus, vt in magna ciuitate debet id facere de conſenſu Cardinalium,qui ſunt capita totius vniuerſalis eccleſiæ, vt per Arch. 12.q.2.c.de rei emptor.& in c.ab omnibus.facit.l.humanum. & quod ibi not.C.de leg.niſi eſſet ſtatutum eccleſiæ Romanæ contrarium;quia tunc ſucceſſor reſcindere poſſet.12.q.2. non licet. per Arch.ita eleganter tradit Bald.in l.cum multa.C.de bo.quæ libe.quæ omnia addes.ad ea quæ dicta ſunt in 18. articu. præce-
29 dentis.q.an prælati.Duodecimò quæro. † An bona ſubiecta reſtitutioni poſſint vendi & alienari.Dicas ꝙ non.text.eſt in l.fi.in §. ſed quia noſtra maieſtas.C. communia.de leg. ſiue pure, ſiue ſub certa die ſubiaceat reſtitutioni,vt ibi,ſi autem ſub conditio ne:tunc licet melius faciat,qui ab alienatione abſtinet: tamen ſi alienata fuerit, & conditio extiterit, vendicari poterit per eum, cui debet reſtitui,nec vſucapi poteſt,ac ſi nulla facta eſſet venditio,vt d.l.ij.§. ſinautem ſub conditione & qui ſcienter emit, ſolum agat ad pretium.d.l.fi.in §. ſi emptor.ſed ſi vterque ignorãs fuit tam emptor,quàm venditor,tenet contractus,& agitur ſolum ad æſtimationem per eum, cui debeat fieri reſtitutio.caſus eſt ſing.in l.fin.ff.de leg.2.quod Bald.ſecundum Dy.& Cy. in auc.res quæ. C.communia. dele. dixit procedere propter iuſtã ignorantiam vendentis & ementis: & ſubdit ipſe cauſatam facto teſtatoris.Hoc tamen fallit, quando alienari poterit ex cauſa dotis,donationis propter nuptias & alimẽtorum, ſi bona propria non ſufficiunt,vt in d.auc. res quæ. & in auc. cõtra rogatus C.ad Treb.& in l.mulier.§.cum proponeretur.ff.e.tit. quod habet locum in prohibitione facta in vltima voluntate, ſecus in contractibus inter viuos,vbi ſi detur ſub conditione, ne alienetur,non poterit talis res dari pro dote † cum diſpoſitio inter vi-
30 uos non recipiat hanc interpretationem: ita elegãter dixit Bal. per glo.ibi,quam dixit notandam & magiſtram in l. nullam.C. de iur.do.in vltimis ſuis verbis.Secundò fallit: quia hæres poterit illam alienare ad pias cauſas in eius teſtamento,ſiue ſciuerit, ſiue ignorauerit rem reſtitutioni ſubiectam, & hoc fauore piæ cauſæ & teſtamenti.ita not.Moder.quidam per tex. ibi qui bene facit in l.quidam ita.in §.fi.ff.ad Treb.æquiparata pia cauſa libertati ſecundum doc.Bart.in l.proxime.ff.de his quæ in teſta.dele.

Tertiò

Source : BIU Cujas

Tertiò fallit: quia licet per hæredem vel legatarium alienari nõ poſſit,poterit tamen per iudicem ad inſtantiam creditorum iuris ordine ſeruato alienari,vt not.tradit Bart.in l.fi.§. & ſi præfatam.C.de iur.delib. Item per creditorem iure creditoris vendẽtem, vt ſoluatur æs alienum in præiudicium fideicommiſſi, vt not.ff.de leg.1.l.ſi fundum per fideicommiſſum.in princip.& ibi not. Bald.& probatur in l.j.& ij.C. debi.ven .pi.impe.non poſ.Et eſt intelligenda dicta prohibitio ſanè, ꝙ pendente conditione poterit alienari,& interim valet alienatio,licet exiſtente poſtea conditione poſſem reuocari,vt probatur ex text.in d.§. ſinautẽ ſub conditione.in ver.melius quidem faciet,vt dicit gl.in §.quãobrem.de reſti.& ea quæ parit col.4.& l.cum pater.§. libertis.de leg.2.& firmat Pet.& Cyn.in d.auc.res quæ.& Bart.in l.ſeruo legato.§.j.de leg.1.licet glo.in l.ſi fundum.ff. de condi. & demon. & d.l.ſeruo legato.§.iij.& in l. Marcellus.§. res quæ.ff. ad Treb.l. fina.§.ſinautem auaritiæ.C.communia.de leg. & in l.plerunque in fi.ff.de reg.iur.dicunt,ꝙ interim non valent, & non bene,ſecundum doc.vbi ſupra,quod eſt vtile ſcire propter fructus interim perceptos & cauſam præſcriptionis & alia quæ conſiderari
31 poſſunt. † Sed dos data quatenus fuit bonafide data,& vſque ad competentem modum.i. competenti moderamine non reuocatur per d.auc.res quæ.quando filij remanent,aliàs temporalis cauſa temporalem habet effectum.l.adigere.§.quamuis.ff.de iure pa.& ſi ſine filijs mortua fuerit filia, maritus ſolum lucratur partem dotis ex forma ſtatuti. & hæc eſt differentia, quæ eſt inter dotem & aliam cauſam alienationis; quia exiſtente cõditione,reuocantur alienata,ſed non dos:ita ſing.dicit Bal. in ſuo cõſilio,quod incipit,filia de reſtituendo poſt mortem ſuam grauata.Diſpoſitio tamen dictæ auc.res quæ,non habet locum in contractibus,vel actibus inter viuos;vt ſupra dictum eſt,nec ad legitimam, vel trebellianicam ſe extendit,vt in auc. de reſtit. & ea quæ parit,in §.quamobrẽ.col.4.Quartò fallit; quia poſſunt alienari in caſu neceſſitatis,etiam ſi alienans habet aduentitia, maximè ſi pater in caſu neceſſitatis alienationem promiſerit ſecundum Pet.de Peru.in ſuo conſi.quod incipit,ſuper teſtamento cõ 36
dito,ꝙ debet probari. in d. auc. contra roga.ibi in fin.vel ſi non habeat vnde faciat expenſas.Quæ an poſſint fieri ex vtroque patrimonio pro rata,vide tex.not.in l.Titius.ff.ad Treb. & in l. ſed
32 & ſi lege.§.quod autem.ff.de peti.hære. † Item legata pia nõ tollunt, nec impediunt alienationem ex dicta cauſa dotis, ſecundum ꝙ tenet Bal. in d.auc.res quæ.licet idem in ſuo eleganti cõſil. qđ incipit.Franciſcellus.dixit eſſe dubitabile propter fauorẽ matrimonij, quando mulier aliter abſque dote & pulchritudine non reperiret virum, qui fauor debet præcedere, vt in l.ij.& auc. cui relictum.C.de indict. vidui.in glo.ſed an idem. ſed tu dicas minimè dubitandum, cum fauor filiorum præponatur piæ cãæ,vt 17.q.4. c.quicunq;.vbi hĩ, ꝙ qui vult eccleſiã inſtituere, & filiã exhĩdare &c.de quo meminit gl.in l. ſi quis ad declinandã.C. de epiſc.& cle.& in l.Papi.§.j.ff.de inoffi. teſt. Vnum tñ eſt perpetuò menti tenendum,ꝙ prohibitio facta,ne res alienetur, ſed perpetuò ſtet in familia non extenditur vltra quartam generationem,tex.eſt in auc.de reſti.fideicom.in §.ſeq.col. ix.ſecus ſi dixiſſet de deſcendentibus;quia tunc intelligitur in infinitum ſecundum Bal.in l.voluntas.C.de fideicom.qui refert Ia.de Bel.in d.auc.de reſti. fideicom.§. fi.

Decimotertiò Quæro de rebus litigioſis,vtrũ poſſint vendi. Pro cuius declaratione
33 eſt videndum,quæ dicatur res litigioſa,& qualiter efficiat̃.† Idẽ dicendum,ꝙ illa efficitur litigioſa,de cuius dominio in iudicio tractatur,vel eſt controuerſia,vt eſt text.in auc. res litigioſa : & ibi per Cyn.C.de litigioſo.ſecus ſi de iure pignoris vel poſſeſſionis agatur;quia tunc non efficitur litigioſa, nec impeditur alienari,vt eſt text.in §.ad hæc.in §.autem.de liti.& videtur probari in l.j.C.eo.titul.& Barto.declarat in l.creditores.C.de pig.Cy.in l.j.C.de aliena.iudi.& notauit glo. or.in c. 1.de confirma.vti.vel inuti.& idem firmat Bal.in l.j.C. de reuo. his quæ in frau. credi. allegat not.in c.quãto.de iud. & idem tenet Spe.in tit. de appel. §.nouiſſime.ver.vtrum. ſed coram arbitratore res non efficitur litigioſa ſecundum Inno. in ca.quintauallis.de iureiur. vt refert Bal.in l.ij.C.de reſcin. vendi. Secundò eſt videndum, per quem
34 actus,res dicatur effici litigioſa. & diſtinguunt; † quia aut loquimur de actione mere reali, & intelligitur per ſolam citationem deductam in aduerſariorum notitiam:vt in clem. 1. vt lit. pen.in d.auc.res litigioſa.Aut de perſonali, & illa nunquàm efficitur litigioſa,niſi poſt lit. cõteſta. non poteſt alteri cedi.l.ij. & ibi hoc tenet Bart.C.eo.tit. nam actio perſonalis non facit rem litigioſam,vt dicit Spe.in tit.de appel.§.nouiſſime.ver.6. & ver. cæterum.Aut in mixta,& tunc aut eſt actio vniuerſalis, & idem ꝙ in mere reali,vt l.diuus.ff.de peti.hære.Aut eſt ſpecialis,& tũc eligitur media via;quia requiritur litis conteſtatio, vt dicatur effici litigioſa; vt eſt caſus not.in l.j.& ibi do. Bartol.C. communi diui.& ibi hanc diſtin.tradit Bald.quod etiam tenuit idem Cyn. Iaco.de Are.& Barto.in d.l.j.& auc.res litigioſa.C. de litigio. Et not.dicit Ang.in d.l.diuus.& ꝙ efficitur litigioſa actio, quæ inrenditur, non res, de cuius dominio non tractatur ſecundum Cyn.in d.auc.res.de quo Inn.in c.cum M.de conſti.& in d.ca.dilecto.de except.nam in actione perſonali propriè res non dicitur effici vitio litigioſi,argu.in §.j.auc.de litigio.& bene declarat Bal.in l.executorem. de execu.rei iud.in ver.pone ꝙ executio.& facit glo.in d.l.iij.de litig. Sed res, ſuper qua eſt petita in integrũ reſtitutio,etiam dicitur effici litigioſa, vt interim nõ poſſit alienari,vt determinat Bald.in l.j.C.de in integ reſti.poſtu. ꝙ etiam vitium litigioſi cadit ſuper re mobili,vt l.j.C. quæ res pig. oblig.
35 poſ. His præmiſſis reſpondendum eſt † ꝙ alienans vel vendens rem litigioſam nihil facit,nec valet alienatio, vt eſt tex. in l.fin. & in auc.ſi hæres.C.de litigi.& notauit glo.in cap.ſæpe. de reſtit. ſpo. quia eoipſo ꝙ res eſt in controuerſia, prohibetur alienari, vt in l.alienationes.ff.famil.erciſ.l.item veniunt.§.petitam.ff. de pet.hære.& in l.Diuus.& ibi not.Bartol.eo. tit.ſubdens ꝙ etiam in particularibus iudicijs locum habet ſecundum iura auc. niſi eſſet alienatio neceſſaria,quæ non impeditur ex vitio litigioſi: vt l.peto.§. prædium.ff.de leg.2.l.j.ff.de fun. do. & l.ij.C. de litig. & not.declarat Bart.ff.de dam.infec.l.inter quos.§.ſi domus. Poterit enim alienari ex cauſa dotis, donationis propter nuptias, diuiſionis,tranſactionis & legati;vt in l.fin.ver. exceptis.C.de liti & tradit Barto.in l.hanc diuiſionem.C.de iu.do.& glo. declarat ꝙ ex dicta cauſa neceſſaria poterit alienari, & non incidit in edictum.c. .de alie.iud. Et rei litigioſæ contractus venditionis &donationis adeo eſt nullus,& a lege reprobatus,ꝙ emẽs ſcienter perdit rem & pretium & applicatur fiſco,ſed ignoranter repetit pretium cum.3.parte lucri.tex.eſt in d.l.fin.& not. glo.in l. j.C.de præſcr.xxx.ann. niſi fuiſſet ſolenniter de euictione ſtipulatus, vt latius diſputando firmat Cyn.in d.l. fin. Idem licet nequeat alienari ab eo,qui de ea patitur controuerſiam ſibi, tamẽ poſſidenti bene poteſt ab alio fieri alienatio,& eius poſſeſſio cõfirmari per ſuperuenientiam alterius iuris.l.per diuerſas.§.exceptis.C.manda.ita eleganter dicit Bald.in l.cogi. de peti. hære. & idem conſulendo tenuit Pontanus allegans.ca.abbate.de re iud. in 6.l. ſi rem.§.fi.ff.de pig.acti.& l.ſinautem.§. poſſidere.ff.de rei
36 ven.cum ſim. † Et aduertendum, ꝙ huiuſmodi vitium litigioſi eſt reale, & afficit rẽ,& eã reddit prorſus inalienabilem, quod non facit perſonale,vt l.vlti.& ibi not.C.de rei ven.& ponit Cy. in d.l.fin.ſicut dicimus de vitio furti vel violentiæ.inſtit. de vſucap.§.furtiuæ. Item afficit rem, vt ea eadem inſtantia agi poſſit contra nouum poſſeſſorem.l. chyrographis.§.fina.ff. de admi. tuto. ſecundum Bald.not. in l.certa forma.C. vt in poſ.lega.qui etiam allegat Inno.in ca.quia.V.de iud. in qua ſpecie alienationis etiam habere rem pro derelicto continetur, vel tanquàm alienatio prohibetur, vt ibi not.dixit Barto.l. quod ſeruus.ff.de ſtipul.ſer. quod intellexit ibi Ang.ſi fecit in fraudem, alias cum hoc genus alienationis non reperiatur interdictum,intelligitur eſſe permiſſum,ar.ff.ex quib.cau.ma.l.nec nõ §.ſed quod eis,ſed non poteſt fieri alienatio in potentiorem, qui de facili ſe facit aduerſarium,vt not.glo.or.ff.de verb. oblig.l. ſi ita quis.§. ea lege.& per Iac.de Bel.in c.1.de alie.feu. & quod not.in l. qui autẽ. ff.ſi quis cau.l.ij.ff.qui ſatiſd.cog.& in l.vna.C. ne lice. potentio. inter quos fiſcus connumeratur.l.iij.C.de litigi.& in l.ij.C. ne.fi.
37 vel reſpublica. † Item eccleſia ex conuenienti difficultate non cenſetur perſona idonea,facit quod not in l.j.ff. ſi quis in ius vo. non ie.ſecundum Bald.in ca.1.de alie.feu.& tenet Specu.in titu. de loca.§.nunc aliqua.verſic.117.& ſequitur Salic.in l. fina.C.de iu.emphy.& ponit etiam glo.in ca.potuit.de loca.licet gl.videatur tenere contrarium in d.§.ea lege.Inſuper alienata ab eo, qui ſtatim erat maleficium commiſſurus, debent tanquam in fraudem legis ex æquitate reuocari, vt occurratur malitijs, vt dicit Rof.in libellis,in titu.de ac.pauliana,in princ.quia ei contra quẽ inquiritur,ſtatim ꝙ inquirit̃,licet alienare ſecundum Inno.in c. veritatis.de iureiur.de quo plene per Bart.in l.poſt contractum. ff. de donatio.& per Cyn.in l.ſi quis poſt hac.C. de bo. proſcrip.

Decimoquartò quæro † an res prohibita
51 dò quæritur, an per hæc uerba. † uolo tibi uendere pro 10. & reſpondens uolo emere contrahatur uenditio. Dicas ꝙ ſic ſm gl. in l. in mentis. C. eo. facit tex. inſti. de ſing. re. per fi. reli. in §. fi. qa ubi actus ſolo conſenſu perficitur, uerbum, uolo, plenam perfectionem ſignificat: ſecus ubi requiritur factum: ut ſi dixiſſet, uolo aſcendere arborem: quia non ſequitur, ergo aſcendo. Aliud eſt enim facere, aliud uelle facere, ut not. in l. ſerui electione. in prin. ff. de leg. j. ſecus ſi dixiſſet, vellē tibi uēdere, & tu diceres, uellem emere: quia uerbum prędteriti imperfecti rem imperfectā ſignificat ſm gl. in d. l. in mentis. Sed Pet. & Cy. tenent contrariū ibi de uerbo, uolo, ꝙ non contrahatur uenditio, niſi aliter eſſet de conſuetudine loquendi, per l. Labeo. ff. de ſuppel. lega. pro quo optimè facit tex. ff. qui. mo. pig. uel hypo. ſol. l. ſicut. §. uolūtate. ibi, non. eſt ſatis ad repellendum creditorem ꝙ uoluit ueni re: quia licet donatio ſolo cōſenſu perficiatur, non tñ ſequitur uolo donare, ergo dono, ſm Pet. Item facit pro eo tex. & gl. in c. pe. de reg. li. 6. ubi aliud eſt profiteri religionem, aliud uouere
52 de profitendo: licet ſecus in ultimis uolūtatibus † ubi uerbum, uolo, importat plenam diſpoſitionem, ut eſt tex. no. in l. Pāphylo. §. propoſitum. ff. de leg. 3. ubi l. interpretatur, ꝙ teſtator uelit diſponere: ut l. ex hac ſcriptura. & ibi no. ff. de dona. & quod hñ in c. fi. de ſuc. abinte. de quo plenè per Bar. ubi optime declarat in d. l. ſerui. electione. in prin. de leg. j. & Bal. in d. l. in mentis. ad fi. C. eo. Sed bene ualet promiſſio de uendendo, licet non ſit p̄tium taxatum, ſed non ipſa uenditio: ut dicit Bal. in l. ſi fideiuſſor. §. fi. ff. de leg. j. & alleg. Cy. in l. j. C. de cōtrah. emp. & commit. ſtipu. qui Bal. in d. l. in emētis. in terminis huius q. videtur tenere cum gl. in ſua lect. in 5. q. ſed ſi dico, uendo tibi, ſi uis pro 10. & tu dicis, emo ſi uis, bene ualeat contractus: quia eſt condictio de præſenti, quæ non ſuſpēdit. ff. ſi cer. pe. l. ſi itaq;. ita dicit Bal. poſt
53 gl. in d. l. in mentis. ¶ Tertio † quæritur an dicatur uenditio p̄fecta, ſi dico tibi, uendo pro tanto prętio, & uolo tibi facere inſtrumentum ad tui petitionem & requiſitionem. Dicas ꝙ non

ſed dicitur

Source : BIU Cujas

ſed dicitur potius quoddam ratiocinium de vendendo ſecūdū Paul.de Caſt.qui ita dicit ſe pluries conſuluiſſe de facto per illū tex.ibi in l.contractus.C.de fi.inſtru.& allegat etiam gl. ordi. in ſtit.eo.§.j.in verbo conficiuntur,& dicit, ꝙ eius conſilio ſe ſubſcripſerunt Doc. Paduani. pro quo optime facit: quia aliud eſt vendere, vel locare, aliud vendendo, ſeu locando promittere, tex.eſt ſecundum vnam lect.in l.in bonęfi.in §.ſi tamen.ff.de eo quod certo loco,quod etiam dixit & voluit Ia.But.& Ang. per illum tex.in l.j.C.de pac.pig.tu aduerte, ꝙ hæc denunciatio videtur dubitabilis:quia facere inſtrumentum non eſt de ſubſtantia emptionis,immo,valet ſine eo,vt habetur in l.cum res. C.de proba.cum concor.cuius reſeruatio non debet illam factam vitiare,ſed pro ſuperuacua haberi debet illa adiectio de inſtrumē
54 to fiendo,arg.l.fundus ille infra eo.† Non ob.l.contractus.quia ibi loquitur,quando huiuſmodi contractus ex cōuentione partium debet fieri in ſcriptis,quod eſt,quando eſt actum expreſſe, ꝙ redigatur in ſcriptis,& aliter non valeat ſecundum Cy.ibi,licet gl.in §.j.in verſ.conficiantur, dicat cōtrarium,ꝙ dicatur fieri in ſcriptis,quotieſcunq; actum eſt,ꝙ fiat ſcriptura,per d.l.cōtractus.ibi dum dicit, illos tñ quos in ſcriptis fieri conuenit &c. Item adde, pro opin. D.Paul. quia aliud eſt tractatum & colloquium cum aliquo habere de contrahendo vel vendēdo,aliud contrahere vel vendere,vt no.dixit Bal.per illum tex.in l. elegāter.in princip.ff.de condi.indeb.vt eſt in eccleſia:vt in auth.hoc ius porrrectum. C.de ſacroſan. eccleſ. & facit ſecundum eum. l.fin. ff. de preca. ¶ Quartò quæritur iuxta prædicta,aliquis pro-
55 miſit vendere, & accepit aliquid nomine venditionis † an ſoluens poſſit pęnitere. Tex.eſt ſecundum vnum intellectum in d. l.in bonæfidei.§.ſi tamē.ff.de eo quod certo loco.& per promiſſionem de vendendo promiſſor obligatur ſtipulatori,non ecō tra:cum ſtipulatio non ſit vltro citroq; obligatoria. vnde cum non ſit obligatus,in ſua poteſtate eſt an obligetur,vt in l.qui pecuniam.ff.ſi cer.pe.& in l.ſi pecuniam. ff.de condit. ob cauſam. Non ob l.Labeo.quia ibi loquitur in venditione.i.in conditione,quę pendet ex voluntate vendentis & alterius,quæ habetur pro impleta ſi per emptorem ſtat,ſecus in ea,quæ pendet ex voluntate emptoris,ita videtur fuiſſe de mente Bald.in l.ſi quis cū debitore.ff.de iure do.per illam.l.Labeo.& facit,quod dicit Cy. in d.l.contractus.in 3.q C.de fide inſtr.ſecundum Moder.in d.§. ſi tamen.ex quo infert in d.l.j. C.de pac. pign. ꝙ ſtante ſtat. ꝙ de qualibet venditione ſoluatur gabella, ex ea promiſſione nō de-
56 bet ſolui.cum non ſit venditio.† Tu aduertas: quia ſi datum eſt aliquid nomine arræ,& altera pars conſentiat diſſolutioni contractus,repeti poteſt.Si verò nomine pretii: tūc quia res deſinit eſſe integra ex tali donatione, à tali conuentione recedi nō poteſt,immo agi poteſt ad id, qđ venditor eſt obligatus, caſus eſt apertus in l.2.C.quādo lic.ab empt.di.non ob. ꝙ fuerat promiſſum de vendendo,& aliud eſt vendere,aliud de vendendo promittere.d.§.ſi tamen.quia vel ex ſtipulatione,vel ex pacto veſtito agi poteſt ad obſeruantiam contractus,ſeu promiſſionis per l.ius gentium,in prin.& in §.quinimmo.de pac.prout agitur qñ quis promiſit non vendere niſi mihi,vt no.per gl. & Doc. in l.ſi eum.§.qui iniuriarum.ff.ſi quis cau.& per Bar.in l.actione.C.de tranſac.quod videtur probari per l.ſi ſterilis.§.ſi tibi.ff. de actio. emp.& in l.qui fundum.l.2.infra eo.tit.& obligatur ad intereſſe, non præcisè ad vendendum,vel tradendum:quia in obligationib.facti ſuccedit obligatio ad intereſſe.l.ſtip. non diuidūtur.ff. de verb.obl.& bene facit tex.in l.ſi vir vxori.ff.de præſcript.verbis.vbi ex tali pacto de vendendo agitur præſcr.verbis, maximè ſi pretium fuit certum,vel ſpecificatum, vt dictum fuit ſupra in
57 2.q.huius partis,& dicetur infra in 7.q.¶ Quintò quæro, † quia conſenſus impeditur ab errore:qm̄ nihil tam contrarium conſenſui q̄ error,vt ff.de iuriſdi.om.iud.l.ſi per errorem.& in l.2.in prin.ff.de iudi.& vbi non eſt conſenſus,ibi deficit ſubſtantia emptionis,vt in l.2.& ibi no.Bal. C.eo. qualiter & quādo dicatur cōſenſum impediri ab errore.Dicas,ꝙ gl.or.infra eo.tit.in l.in venditionibus.ponit ſex errores concurrentes circa cōtractū emp. & vend. de quibus ibi latius in tex. cum ſequen. legibus vſq; ad l.& ſi conſenſum.§.j.ſed gl.in l.in negotiis.ff.de act.& obl.ponit 4.Bar.verò latius proſecutus materiam in l.j.in §.j.ff.de off. procu.Cęſa.vbi eſt melior gl.q̄ ſit in corpore iuris, poſuit quinq; errores,de quibus etiam Bal.& Ang.tradunt in l.ſi ego.ff.ſi cer.pe. ſed ego latiſſimè poſui in rub.ff.de acqui.re.do. in 3.q. principali in prin.vbi tradidi octo errores, & plenè examinatur hic articulus per quatuor cartas. Addi poteſt & nonus, videlicet error in menſura, qui impedit dñii tranſlationem & emptionem fieri,vt in l.ſi quis vxori.in §. ſi quis minora. ff. de furt. & bene declarat gl.in l.arbitrio.§.de eo.ff.de dolo. & concludas, ꝙ ſiue erretur in corpore rei ſiue in materia,vel ſubſtantia,ſiue in eſſentia,vel ſenſu,ſiue impletio impedit conſenſum,& per cōſequēs ipſa venditio,vt d.l.in venditionibus.cum ſeq. vſq; ad l.in huiuſmodi infra eo. nec prætermittendum,quod dicit Io.And.in addi.Spec.eo.tit.in §.j.in addi.quæ incipit, ſi conuertatur caſus, ꝙ error in qualitate dñii rei venditæ impedit venditionem, vt ſi habens directum & vtile dñium vendat ei, quem putat habere directum,vtrunq; erat apud vendentem, & concludit vēditionem non valere,alle.Dy.ita tenuiſſe in ſuo conſi.25.in ordine,
58 † quia ſubſtantia venditionis conſiſtit in conſenſu.l.j.in fi.infra eo.& ff.de reſcin.ven.in l. emptio.ſed conſenſus deficit, vbi eſt error.d.l.ſi per errorem.cum concor.Item ſi errans: quia vēdat rem propriam vt alienam,non tenet venditio.l.& ſi cōſenſum. in §.fi.infra eo.& ff.de acqui.re.do.l.ſi procu.& propoſitum erat circa vtile,ergo nihil operatur circa directum, quinimmo nec circa vtile: quia quod potuit noluit &c.l.multum.C. ſi quis alteri vel ſibi. Item quia cum ſpecies dñii ſint diuerſæ: quia aliud directum,aliud vtile.l.j.& 2.ff.ſi ager vecti.& in l.2.& vlt. ff. de ſuperfi.conſtat,ꝙ ſi erratur in corpore vel in ſpecie, cōtractus nō valet d.l.in venditionibus.& in l.ſi quis in fundi vocabulo.ff. de leg. j. Item error contrahentium circa ſpeciem contractus impedit cōtractum vt ſi vnus intelligit de vno,alius de alio,vt plene ponit Bar.in d.l.j. in §.j.ff.de off.procu.Cę. vbi latè declarat,
59 & Ang.poſt Ia.But.in l.ſi ego.ſi cer.pet.† Et licet error circa corpus rei vitiat emptionem, vt d.l.in venditionibus, tamen circa acceſſoria,vel rei qualitatem error non vitiat, caſus eſt no. in l. ſi in emptione infra eo.de quo Ang.fecit feſtum in l. veteribus. ff.de pac.quod tene menti, ſed error in nomine rei, vel qualitate ipſius,& error.in confinibus non uitiat contractum, nec impedit:cum conſtat de corpore, vt colligitur in l. ſi quis in fundi vocabulo.ff.de leg.j.in l. patronus.§.j.& 2.vbi de errore finium. ff.de leg.3.& in d.l.in venditionib.in fi.in l. aliter.& l. Labeo. li. poſteriorum infra eo.& ff.de actio.in l.Iulia.in §.j.& in l. ex empto.in §.ſi quis virginē.& in l.ſi in qualitate.eo.tit. ¶ Sextò quæritur,quando dicatur contractus emptionis perfectus.Sol.dicas
60 ꝙ † triplex eſt perfectio. Vna eſt, quando à partibus abſoluitur contractus,vt amplius non ſit locus pęnitentiæ. l.cōtractus. C. de fi.inſtr.Secunda, quando naſcitur obligatio & tranſit periculum in emptorem,vt l.neceſſariò.ff.de pericu.& cōmo.rei ven. Tertia,quando eſt deuentum ad executionem facti.i.ad vlt. effectum.vt amplius diſcedi non poſſit, niſi intercedat actus retro ſimilis,vt in l.ab emp.ff.de pac.ſecundum Cy. in l.2. C. quādo li. ab.emp.di.quē refert & ſequitur Bal. in d.l.neceſſario. ſed iuriſconſultus tradit regulam firmiorem & breuiorem, dicens, ꝙ tunc dicitur perfecta venditio,quando apparet illud,quod venditur,& pretium quale quantumve ſit, & pure ſit venditum: ita dicit in d.l.neceſſario.§.j. nam conditionales venditiones tūc perficiuntur:cum conditiones impletæ ſunt, vt dicit tex.no.in l.hęc venditio.§.j.infra eo.pendente enim conditione venditio non valet,niſi conditio extiterit:vt in l. ſi quis fundum infra eo. nec agi poteſt,vt conditio impleatur:vt in l.cum ab eo infra eo. & eſt interim nulla deficiente conditione deficit in totum. d.l. neceſſario.in §.j.& in l.fi.C.eo. Vlterius ſciendum eſt, ꝙ rerum conſiſtentium in pondere,numero,vel menſura non intelligit perfecta venditio,ſi ſecuta appenſione,numeratione & menſuratione ſi pro ſingulo corpore,pondere, vel menſura certū pretium ſit ſtatutum: ſecus ſi vnum vniuerſale pro omnibus; quia tunc ſtatim,ꝙ de pretio eſt conuentio, dicitur eſſe vēditio perfecta,caſus eſt no.in l.quod ſępe.in §.in his infra eod. & dicit ibi
61 Bal.† ꝙ quæ conſiſtunt pondere,numero, vel menſura duplici ter venduntur.vno modo ſimpliciter, & tunc ſtatim eſt perfectus contractus à prin. quantum ad agendum & ad periculum emptoris. ſecundò ſub menſura menſurando,& ſub numero numerando;& tunc ſecus: quia conditionalis videtur contractus; qa hēt pendentiam de futuro:ita no.declarat ibi Bal.& tunc dicitur venditio facta ad menſuram, qñ pro ſingulo ſtario vel iugere terræ conſtituitur certum pretium,puta decem pro ſingulo ſtario, non qñ dicitur ꝙ venditur prædium, quod dixit eſſe tot iugerum:ut notanter dixit Bar.in l.Iulianus.§.ſi Titius.ff. de act.emp. vnde concludendum eſt, ꝙ uenditio facta ad menſuram non dicitur perfecta,niſi facta uel ſecuta mēſura. d.l. quod ſępe.§.de his.& l.ſi in uenditione.§.j.& quod ibi no.ff.de pericu. & commo.rei vendi.& in d.l.Iulianus. §. ſi Titius. ita eleganter dixit Bar.in ſuo conſi.quod incipit. Petrus Ioannis de antiquo, in ordine 22.inter contractus,de quo tetigit & non decidit in l. 2.C.de pericu.& commo. rei uendi. Et in tantum requiritur, ꝙ conſenſus ſit abſolutus, ut dicatur contractus perfectus, quod no.uoluit Bar.ꝙ ſi reperiatur inſtrumentum, uel abbreuiatura
62 notarii hoc modo dicēs, † talis uendidit rem pro 10. Titio hoc pacto,nec reperitur ulterius,ꝙ contractus dicitur imperfectus, & non ualet:ita ſingu.dixit Bar.ff.de teſta.in l.ſi is qui.& eum ſecutus fuit ibi Bald.& in d.l.contractus.C.de fid. inſtru. Idem dicitur de inſtrumento, in quo reperitur, ꝙ Abbas uendidit domum Titio,nec reperitur pretium diffinitum; quia non continetur pro quanto pretio, ꝙ non probatur emptio per dictum inſtrumentum,ꝙ pretium tanquam ſolennitas extrinſeca non præſumitur:cum ſit quid informe.i.aliquādo magnum,aliquādo paruum:ut no.dicit Cy.in l.j.C.de contrahen. & cōmit. ſtip. licet ſubdat dictam quæſtionem non improbabiliter Pet. fuiſſe uiſam dubiam,& ipſe etiam ſub dubio reliquit. ¶ Septimò quæritur,quæ & quot requirantur:ut contractus emptionis & uen-
63 di.dicatur perfectus,& dñium transferatur. Dicas,ꝙ † ad hoc ut

omni

Source : BIU Cujas

omni ex parte dicitur perfectus & consummatus & completus & absolutus,requiritur, ꝙ venditio sit facta communi consensu,pretium solutum,& res tradita:ut insti.de emp.& vend.§.pretium. in l.2.§.j. & in l. pacta.infra eod. in l. Iulianus.§. offerri. ff. de actio.emp. & insti.de re.diu.§.venditę.& in §.per traditionē. aliàs quando res non esset tradita, non diceretur venditio perfecta;vt in d.§.venditæ.quia verba cum effectu sunt accipienda: vt dicit Spec.in tit.de loca.§.nunc aliqua.in ver.95.& debet tradi vacua possessio,vt à nemine detineatur:vt in l.2.in §.vacua.& ibi Bar.ff de act.emp.de quo tamen dicetur latius infra in seq.q. 67
principali,quid veniat in venditione. Et dicitur perfecta variis modis secundū subiectam materiam & diuersis effectibus. Nā quandoq; dicitur perfecta,si ille,qui tenetur emere, offerat pretium,licet hæres,qui vendere tenetur, nolit accipere:vt not.dixit Bar.in l.vxorē.in §.agri plagam.ff.de lega.3.per l.Labeo scribit,si mihi bibliothecam infra eo.de quo etiam per Cy.in l.2.C. communia de leg. & Dy. in l. si fideiussor.in §.meminisse.ff. de leg.j.ideo latius dicas,ꝙ perfectio ꝯractus dicitur quadruplex. Prima respectu ipsius existentiæ:vt in contractibus,qui solo cō sensu contrahuntur,& dicuntur perfecti solo consensu : vt in l. iurisgentium.in prin.ff.de pac. instit. de oblig. quæ ex consensu per totum.& dedicta perfectione loquitur tex.in d.l.ab emp. ff. de pac. ¶ Secundo modo dicitur perfectio respectu actionis & obligationis ex contractu producendæ , si sit contractus conditionalis ; quia conditione pendente non dicitur perfectus , nec producit actionem sicur purus:vt in l.hæc venditio. infra eo. & in l.fi. ¶ Tertio modo dicitur perfectus respectu substantiæ : vt omnia,quæ sunt de mente contrahentium,sint expressa,& quę requiruntur pro solennitate sint apposita, & tunc dicitur cōtractus perfectus:vt in l.contractus.C.de fid. instru. ¶ Quartò dicit perfectus quantum ad effectum;quia ex contractu facta est executio,& deuentum est ad traditionem rei , & de hac fit mentio in gl.ordi.in l.necessariò.in prin.ff.de peri.& commo.rei vendi. 68
in l.j.C.eo.tit.in l.si post perfectam.C.de euic.& in l.2. quādo li. ab emp.di.ita solenniter tradit Do.Bern. de Narnia, hodie Car-
64 dinalis Spoletanus in d.l.ab emptione.in prin. ff.de pac. † & dicit Bal.valde no.ꝙ procedit iste libellus, dico ꝙ promisisti vendere,quare peto,ꝙ aut vendas,aut rem præstes , nec dicitur nudum pactum,ex quo obligatione pretii vestitur.d.l. Labeo scribit,si mihi infra eo.præsertim de iure can.vt in c.j.de pact.in 6.& si dicatur,ꝙ iste libellus est incertus , respondetur , immo actus habens in se ordinem ex natura contractus,licet sit euentus incertus,istud contingit ex facto rei non seruantis promissa.ideo de tali incertitudine non potest opponi:vt in l.j.§.quod autem. ff.de quorum lega.ita egregie dixit Bal.in suo eleganti consilio, quod incipit.In Christi nomine,allegationes hincinde factę.Et est no.ꝙ qui tenetur ad vendendum,non tenetur ad nudum factum:vt not. in l.certi condictio. in prin.ff.si cer. pet. sed ad tradendum & dñium transferendum si est Dñs : vt in l. ex empto. in princip.ff.de act.emp.l.in conuentionalibus.§.fi.ff. de verbo. obl.& ita declarat Bar.in l.vxorem.§.agri plagam.ff.de leg. 3. & in l.j.in princip.ff.de actio.empt. de quo tamen latius dicetur in 69
fra in sequen.q principali.

65 Octauò quæritur † an sicut emptio & vēditio solo consensu contrahitur, ita solo dissensu distrahatur.Dicas ꝙ sic re integra.i.re nō tradita,nec pretio soluto , aliàs requiritur , ꝙ interueniat actus retro similis:vt est tex.not.in l.j.C.qñ lib.ab emp.di. & in l. ab emptione.ff.de pac.ratio est:quia per quoscunq; modos res contrahitur per eosdem dissoluitur.l.prout quisq; ff.de sol.& ff. de reg. iur.l.nihil tam naturale.& in c.j.extra eod.& erit huiusmodi distractus bonæfidei sicut contractus principalis. vnde dolus dās causam illi ita reddit eum nullum sicut cōtractum , iuxta illud quod legitur & notatur in l. eleganter. §. non solum. & ibi per Bart. ff.de dolo. & bene facit.l.de tutela. & quod ibi habetur.C. de in integ. restit. & plenè declarauit Bal.in d.l.j. quando lib.ab emp.& Bar.in l.in summa.ff.de condi.inde.& in l.& ideo.ff.de ꝯdi.fur.Item dicetur vnus contractus non duo,& sic vna duntaxat gabella erit soluenda non duæ ; quia primus vocatur solum contractus, secūdus verò pœnitentia dicetur, licet si precarium interuenerit ex parte venditoris , ex quo sit translatum dñium in emptorem per l.quod in eo.ff.de acqui. pos. & etiam possessio per l.& habet.§.eum qui.ff.de preca.non sufficit sola rescisio contractus,vel incisio instrumenti,sed debet interuenire cōtrarium precarium emptoris, quo reseruatur primum venditoris: ita eleganter concludit Bald.in 2.q.in fi.in d.l.j.C.quando lib.ab emp.di.& sufficit,etiam si actus retro similis ex interuallo intercedat post dissolutam emptionem solo consensu factam : vt in l.Modestinus.ff.de solu.si ab initio ita conuenit,vel pars ei consenserit,aliàs secus.l.quod ab initio. ff.de reg.iur.secundum Bar.
66 in d.l.ab emptione.Illud autem non est omittendum , ꝙ † venditio metu facta non consensu est ipso iure nulla ; sicut quando dolus dat causam contractui bonæfidei:vt signanter ponit Bar. in l.3.ad fi.C.quod me. cau. Quid autem faciat desinere rem nō esse integram in contractibus,qui cōsensu perficiuntur. Dicas, ꝙ solutio pretij in toto vel pro parte:vt in l.j.& 2.C.quando lib. ab emp.di.Item traditio rei vera vel ficta,vt per constitutum:vt dicit gl.in d.l.ab emptione. Itē si interuenerit aliquis actus. quo venditor sit liberatus,vt mors rei venditæ & similis: vt in l. emptio.in fi.ff.de rescin.vend.Item si res vel pretium in stipulationem deducatur:vt in l.emptor.in prin.ff.de pac. & in l. emptor. ff.de rescin.ven.sed non simplex datio arrarum:vt in d l.2.C.qñ lice.ab.emp.secundum Bar.no.in d.l.ab emptione.¶Nonò quę ro,an datio arrarum faciat desinere rem esse integram , vt solo
67 consensu recedi possit.gl.& Bar.in d.l. ab emptione † dicunt ꝙ non,nisi data fuerit arra pro parte pretii & pagamenti;quia tūc desinit esse integra,ex quo transit in aliam naturam: vt est text. expressus.& bene notandus in d.l.2. C. quando lice. ab emp.di. & in l.quod sæpe.§.j.infra eo.& declarat Bart.not.in d. l. ab emptione.& confirmat etiam Bal.in cōsi.suo,quod incipit,in Christi nomine,dubia mouetur.& in dubio arra videtur data, vt cedat in partem pretii,si erat in pecunia nu.constituta : vt dicit gl. & Bald.in l.3.ff.de leg.commiss.per no.in d.l.quod sæpe.§.j. & sic videtur etiam pro parte pretii & pagamenti,facit.l.ex empto.§. is qui vina.ff.de act.emp. vbi hoc no. ponit Ric. Malum. & Cy. in addi.quos refert & sequitur ibi Bald. & alleg. l. vlt.ff.de lega. commiss.licet datio arrarum sit cōtractus separatus de per se ab ipsa venditione:vt in l.contractus. C. de fide instru. Sed tamen aduertas:quia si hoc esset indistinctè verū,sequeretur, ꝙ ex datione arrarum, semper videretur desinere rem esse integrā , qđ videtur expresse contra d.l.2.quando li.ab emp.& no.per Bar.in d.l.ab emp.nisi intelligas hoc procedere duntaxat,quando arra est constituta in pecunia nu.nō in alia specie,prout videtur loqui tex.in d.l.2.in ver.arrarum.Et adde,quod no.dixit Dy.ꝙ inuestitura facta,vel datio annuli non faciat desinere rem esse integram:vt dixit in c.j.de reg.iur.lib.6.& secutus fuit Bald. in d.l. ex empto.in §.si quis virginem. ¶Decimò quæritur, qua actione petantur arræ.Dicas,† ꝙ actione ex eo contractu, si est contractus perfectus.& ideo repetuntur: quia non possunt confundi cum pretio:vt si datus fuit annulus , vel alia species : vt in l. Celsus.§.j.& in l.ex empto.§.si quis virginem.ff.de act.empt aut contractus est imperfectus;quia pœnitet venditorē,& tunc agit conditione ob causam,vel sine causa:vt reddantur.Si verò agitur vt tātundem reddatur; quia debent reddi duplicatę per pœnitentem,tunc agitur conditione ex d.l.contractus. C. de fi.instru.ita magistraliter ponit ibi Bald. Et no. ꝙ pretio ad idem nō soluto videtur actum, vt arra & pretium solutum perdatur : vt in l.si fundus.& ibi no.ff.de l.commiss.quod Bal.ibi limitat verū in pacto duntaxat.l.commissoriæ: secus si sit simplex terminus statutus ad soluendum:quia tunc cum valeat contractus,pretiū solutum semper imputabitur in partem illius.

Vndecimò quæritur, an datis arris si altera pars pœniteat, vltra ꝙ missionem arrarum possit agi ad interesse pro perfectione contractus.Dicas,ꝙ gl.in d.l.contractus. C. de fid. instru.& instit.de empt.& uend.§.j.dicit ꝙ sic,quas secuti fuerunt Dy.& Bar.in l.j. §. si quis dixerit. ff. de publica. dicentes ꝙ † per promissionem 69
arrarum non uidetur recessum à prouisione legis de interesse, quod etiam uidetur tenuisse Bal.in d.l.cōtractus. ꝙ possit interesse peti,quatenus excedit arras.Non ob. ꝙ pœna succedat loco rei;quia illud est uerum usq; ad concurrentem quantitatem & non ultra,ut in l.prædia.ff.de act.empt. Item non ob. ꝙ arra petitur tanquam rescisio contractus ; quia immo concurrit cū esse contractus,ut in d.l.ex empto.§.si is qui uina.Ita dicit Bald. in d.l.contractus.& refert tenere Ray.de Forl.& ita dicit,ꝙ approbat usus.Hanc etiam partem tenuit Spec.eo.tit.in §.j.in fi.primi contractus arrarum,in uer.sub pœna.in j. charta Dy. uerò in d.l. contractus.tenet contrarium,& idem dicit tenere Iaco.de Are. quia uidetur partes uoluisse stare cōtentæ solis arris, & idem sequitur ibi Bar.de Sali.sed Io.And.in addi.Spec.in tit.eo.§.j.in addi.quæ incipit,de emptore loquitur. refert Mar. de Fano. disputasse hanc q.& pro utraq; parte multa adducit,& nihil expresse soluit,nisi ꝙ ult.loco alleg.l.ulti.C.de pac.inter emp.& uend. & uidetur inclinare ꝙ non ob.datione arrarum possit peti res uel interesse,prout elegerit.Tu autem aduerte,ꝙ huic decisioni uī obstare tex.in d.l.2.in j.respōso.C. quādo li.ab emp.ubi dicitur, ꝙ si aurum nomine arræ datum sit, potest hoc solum secūdum fidem pacti recuperare, secus si sit pars pretii , & sic notando dictionem taxatiuam , solum , uī ꝙ nihil ultra peti possit † idē uī uelle tex.in §.j.uer.ita tamen.insti.eo.& idem l.contractus.uer. illud,ꝙ datis arris nolēs perficere solum afficiatur illarum damno.Sed pōt responderi ad hos duos ultimos tex. qñ conuenit ꝯractum in scriptis fieri,quo casu nullum ius oritur nisi eo habito pro completo,perfecto & absoluto, ut dicetur latius infra in 15.q.Sed Io.An.ubi supra secutus fuit Ang.in l.stipulationes nō diuiduntur.ff.de uerb.obl.ꝙ possit emptor cogi præcisè ad perficiendum contractū non obstāte , ꝙ dicat uelle perdere arras, & non recipere illas duplicatas.Io.autem de Imo.in d.l.j.§.si qs dixerit.ff.de publ.dicit,ꝙ tres sunt opi. una, ꝙ non possit agi ad interesse,secūda,ꝙ utraq; agi possit copulatiuè: ut ar.in l. si pro

fure.

Source : BIU Cujas

fure.in §.1.ff.de condi.fur.3.ꝙ poſſit agi, quatenus plus ſit in intereſſe,q̃ in arris:& hæc videtur eſſe communis opin. quam ſibi placere dicit;quia licet inducat pœnam in arris, tamen ipſæ arre originantur à conuentione contrahentium,& ſic loco intereſſe in dubio cedunt.facit l.ſi quis à ſocio.ff.pro ſoc.& in l.Pedius. ff.de act.emp. Et per hoc non obſtat §. furt. in l.ſi pro fure ſupra allegata:quia loquitur in pœna mere legali ſecundum Imo.

¶Duodecimò quæritur,quæ probanda ſunt:vt dicatur emptio
71 & venditio facta.† Dicas ſecundum Specu.in titu.de teſta. in §. nunc tractandum.ver.quid ergo, ꝙ teſtes debent deponere cõmuni conſenſu cõtractum celebratum rem emptam fuiſſe traditam & pretium numeratum, vel habitam fidem de eo, quod probatur per tex.ad literã in l.cum res.C. de proba. vbi tria ſunt probanda,videlicet emptionem factam,poſ. vacuam traditam, & pretium numeratum. Verum vt agens ex empto poſſit obtinere,dẽt eſſe cautus:vt probet ſe emiſſe tali tpe,videlicet tpe li. conte.vel cãe,& pretiũ ſoluiſſe,alias ſi indefinite probet ſe emiſſe & ſoluiſſe ſine tempore ſuccumbit: quia probatio ſine tempore non inducit tempus,quod erat neceſſariò probandum ſecundum Io.de Imo.Io.An.vt ſolẽniter refert Bal.in l.j.C. ſi plu. vna.ſen.in pe.col.ver.ſed pone.ſecus ſi probet tempus venditionis, licet non probauerit tempus ſolutionis;quia ſolutio veniẽs ad implendum veterem cõtractum poteſt quandocunque fieri pendente iudicio. Adde vt probatur in l.ſi rem.§. fin. ff.de pigno.acti. Ita ſignanter dicit Bal.in d.l.j.pro quo bene facit,quod legitur & notatur per Barto.in l.non ſolum. §. ſed vt probari.ff. de oper.no.nunc.

Decimotertiò quæritur, an & quãdo dicatur ɔtractus
perfectus,qñ aliquid eſt in voluntate,vel arbitrio alterius ex cõ
72 trahentibus vel tertii.Dicas † ꝙ accidentalia cõtractus poſſunt remitti in arbitrium alterius, vel vnius ex contrahentibus, ſed non ſubſtantialia;vt in l.nec emptio. & in l. pacta conuenta infra eo.tit.& gl.ordi.bene declarans,quod communiter Doc.ſequuntur in l.in mentis. C.eo.tit. & probatur etiam per tex.in l. centeſimis.§.fi.ff.de verb.obl.& voluit Bar. Ange.& Imo.in l.ſi quis arbitratu.ff.de ver.obli. Sunt autem ſubſtantialia cõtractus res,pretium,& cõſenſus:vt plenè dictum fuit in prin. huius q. prin.& probatur in d.l.pacta conuenta infra eo.in verſi.Paulus. & tradit Bald.ple.in d.l.in emẽtis.& in l.fi.C.eo. ac etiam probãt in l.j.in fi.& in l.in venditionibus infra eod. Alia verò dicuntur accidentalia,vnde tempus non eſt de ſubſtantia,& ſic poteſt in alterius arbitio remitti,vt in l.eum qui calendis.§.quoties. ff.de verb.obl.vnde ſi vendo cum voluero, valet, non ſi voluero: qa primo caſu ſubſtantia obligationis non eſt repoſita in voluntate vendentis ſicut ſecundo:vt in l. centeſimis.in §.fin.& in l.ſub hac.in gl.op. ff.de actio.& oblig.& ita declarat Bal.in d.l.in emẽtis.in verſi.3.quæro,vbi dicit,quando poteſt remitti in voluntate alterius allegantis.l.Lucius.ff.depoſi.in verſi.vbi voles, & qñ
73 voles † quia tempus & locus ſunt prædicamenta accidẽtalia accidentis,& non ſubſtantiæ,vt in c.cum Ioannes.de fid.inſtru.& ſic valet,vt in d.§.fi.l.centeſimis.& in l.ſi ſub hac. dummodo in vita declarauerit,ꝙ declarare debet,vt in l.4.ff.loc.Sed pretium in arbitrium mentis vel vendentis remitti non poteſt, vt in l. quod ſæpe.§.j.infra eo.nec contractus d.l.in mentis. ſed res,vel eius qualitas bene poteſt remitti:vt ſi placuerit,vel diſplicuerit, inſti.eo.§.pe.ita dicit gl. in d.l.quod ſæpe. in §. j. & de quo plenè in l.in perſonam.in §.generaliter.ff.de reg.iur.& in d.l.in mentis.& ſing.dixit Io. An.in addi.Spe.eo.ti.in §.nũc dicendũ in verſi.eſt etiã actio in forma ſequenti, ꝙ licet ſubſtantia contractus non poſſit in arbitrium alterius committi.d.l.in mentis. tamẽ contractus perfecti reſolutio bene poteſt poni in alterius arbitrium,vt in l.3.j.eo.& in d.§.pen.inſtit.eod.& quod not.in c.illonos. de pig. Prædicta tamen limitat Bal. eleganter, ꝙ licet non valeat venditio poſita in alterius voluntate per d.l. in mentis. tamen ſi interuenit traditio,bene valet gl.eſt ſing. in l. inter ſtipulantem.in §.ſi ſtipulatus.ff.de verb.obli. quam ſolenniter cõmendauit Bal.in c.j.de feu.da.in vicẽ. l. commiſ.in vſi.feu. & dicit ibi probari per illum tex.& bene facit,quod idem tradit in l. contractus.C.de fid.inſtr. Sed quando remittitur pretium in arbitrium alterius,valet contractus tunc,deinde ſi ille fuerit arbitratus,aliàs efficitur nullus,nec receditur à perſona, vel ad alterius arbitrium itur,vt eſt tex apertus in l.fi.C.eo.no.in d.l.ſi quis arbitratu.ff.de verb.obl.licet in vltima voluntate ſecus ſit; quia recurritur ad arbitrium boni viri,vt in l.j.ff.de lega.2.& in l.fi. §.
74 fi.C.communia de leg.† vnde no.dixit Bal.ꝙ ſi vltima voluntate habes ſit damnatus vẽdere alicui, & ſit pretium remiſſum in alterius arbitrium,receditur à perſona illa non arbitrante,vt attendatur potius cauſa prima & origo, q̃ ſecundaria, allegat.l.ſi habes teſtõ.ff.de ac.emp.ita ſing.inquit in d.l.fi.in 3.oppo.C. eo. de qua materia,quando recedatur à perſona,& quando incertitudo pretii non declarati vitiet, plenius dictum fuit ſupra in ea. q.in 4.arg.de pretii certitudine,vbi videas.Sed ſi venditor ſit deportatus,antequam arbitrator declaret pretiũ, an poſſit poſtea arbitrari. Bar.no.in l.poſtquam.ff.vt leg.no.ca.dixit, ꝙ non, per
l.quoties.in §.fi.ff.de noua.& ita refert ſe conſuluiſſe.Sed Bal. & Sali.in l.fi.C.eo.tit. tenent contrarium, ꝙ immo arbitrator potuit arbitrari,& fiſcus obligatur ex tali declaratione ſicut ſucceſſor.& hæres.d.l.quoties.in fi.& l.Statius.Florus.in §.fi. ff. de iure fiſ.& in l.cum quædam.§.ſi fiſcus. ff. de vſu. Sed quid econtra,ſi ipſe arbitrator antequam declaret deportaretur,an poterit arbi
75 trari, dicas ꝙ ſic: quia † ius & facultas eligendi non perditur ex deportatione.tex.ibi apertus in l.cum pater.in § hereditatem.ff. de leg.2.& in l.ex facto. §.ſi quis rogatus. ff. ad Treb. & ita videt declarandi,poteſtas deportatione nõ fuiſſe perempta, maximè cum deportatus vere non habeatur pro mortuo,vt in l.ex ea.in §.inſulã.& ibi no.ff.de ver.obl. licet quò ad quædam loco mortui ſit habendus,vt in l.j.in fi.ff.de bo. poſ.cõtratab.de quo dicas vt ibi & in d.§.inſulam.licet deportatus iure arbiter eſſe nõ poſſit,vt in l.2.ff.ad l.Iul.pe.& ibi Bart.& Angel. in l.illa verba.ff.de verb.ſign.& diximus in no.8.in litera.B.¶Decimoquartò quæritur, quando partes conueniunt, ꝙ contractus emptionis fiat in ſcriptis,quando dicatur perfectus. Reſpondeo, tunc demum cum ſcriptura inde conficienda,vel inſtrumentum fuerit completum,perfectum & à partibus abſolutum & in mũdum redactum.i.ſine aliqua falſa ſuſpitione:quia non ſit ibi raſura,vel vitiũ & ſic à notario debet eſſe abſoluta. i. partibus lecta, & ab eis approbata:ita dicit tex.no.in l. cõtractus. C.de fid. inſtr. cum dictis expoſitionibus ſuppletis,& intellectibus, quæ colligũtur ex no.inſt.de contrahen.emp.§.j.& in l.fi.C.eo.tit.& ſolenniter declarat Bal.in d.l.contractus.in prin.& bene facit gl.ord.in l.fideicom.§.j.ff.de leg.3.& quod habetur per Bar.in l. ex ea ſcriptura. ff.de teſta.& antequam hoc ſit factum, locus eſt pœnitentiæ &
76 nulla oritur obligatio.vt in d.l.contractus.† Dicetur autem cõtractus fieri in ſcriptis non ſolum, quando hoc inter partes conuenerit, ꝙ fiat ſcriptura de eo,ſed quandocunq; eſt facta ſcriptura de ipſo,licet poſt ſit dictum,& primo ſit factum. vnde quandocunq; ante factum aliqua partium dicat, habeamus notariũ, ibi eſt ſignum, ꝙ debet contrahi in ſcriptis.i. ꝙ non aliter ſit ɔtractus.& idem ſi à iure,vel conſuetudine hoc ſit inductum: vt dicit Bal in d.l.contractus.qui allegat Nico.de Mata.& Cy. in l. cum inſtrumentis.C.de fid.inſtr.& ideo ſubdit, ꝙ contractus, q formantur & breuiantur in ſchedulis,ſicut ſunt contractus, qui fiunt per ſubhaſtationem,& qui à regibus & comitibus, in quibus forma ſcripturæ præcedit conſenſum,omnes iſti ſunt cõtractus in ſcripturis:ita dicit Bal.in d.l.contractus.in tertio no.Cy. autem ibi dicit, ꝙ contractus tunc dicitur fieri in ſcriptis,quando partes hoc agunt, ꝙ fiat ſcriptura,& ꝙ aliter non fiat contractus,& hoc dicit tenere Azo.Sed Bar. dicit, ꝙ debet primò fieri ſcriptura,deinde ſequi conſenſum partium per l.2.C.de ſen. ex breui.reci.Bal. verò dicit de tali ordine non curare, & eius opinio videtur approbata à gl. ut ſupra dictum fuit in 3. arti. ſeu.q.
77 huius 5.prin.¶Et aduertendum, ꝙ † contractus in ſcriptis habitus non recipit additionem nec diminutionem aliquam, poſt quam eſt in ſcriptis redactus,ut no.dicit Bal.in l.Gallus. §. idem credendum.ff.de lib.& poſthu. quem refert & ſequitur Bald. in ſuo conſi.quod incipit. In Chriſti nomine,in primis uidendum eſt:quia ipſa ſcriptura eſt forma contractus.& idem dixit Bal.in l.quoties. C. de fideicom. nec recipit aliquam facti ſuppletionẽ ſm Io.in nouella in c.cum P.tabellio de fid.inſtru. pro quo etiã Bal.in d.l.contractus.allegat Inno.in c.dudum.de re.eccle. non alie.Sed Bart. in l.actorum.ff.de re iud.dicit, ꝙ poteſt per ipſum notarium emendari, licet ſit in ſcriptis redactus. Item quando contractus fit in ſcriptis,& factus fuit, licet inſtrumẽtum ſit deperditum:nihilominus ualet & tenet ſecundum Spec. in tit. de loca.in §.nunc aliqua.in uer.139.& idem dicit Cyn.in l.cum inſtrumentis.C.de fid.inſtr.per gl.ibi.& tex.in l.teſtium in fi. C.de teſti.& facit quod no.ff.ad l.Aquil.l.in Aquilia ſi deletum.Item omnia pacta quæ partes faciunt, antequam cõtractus habeatur pro perfecto & abſoluto, dicuntur fieri incontinenti, etiam ſi fierent mille pacta,per d.l.cõtractus.ſecundũ Bar. in l. lecta.ff.ſi cer.peta.Itẽ ſi quis promiſerit alicui facere chartã ad ſenſum ſui ſapientis,intelligitur, ꝙ contractus ſit celebratus in ſcriptis: ita dicit Spe.in tit.de empt.& uend.in §.j.in uer.ſed ſi dictum, allegat glo. in d.l.contractus.Vltimò dicit Bald. ꝙ donec partes loquũtur,non dicitur contractus abſolutus, ſed demum illis amplius non loquentibus,per d.l. contractus. ſecundum eum in l. in bonæfidei.C.de pac.

Sequitur tertia pars, q.de forma & ſolennitate contractus emptionis
78 & uenditionis,† de qua materia formæ qualiter concipiatur inſtrumentum,& ſub qua forma, & quibus uerbis latè ponit Spe. eo.tit.§.ſciendum.& in §. tertio loco. ubi uarias & diuerſas formas tradit & ad eum eſt recurrendum. Verum eſt aduertendũ, ꝙ licet omne minimum uerbum poſitum in dicto cõtractu debeat operari:ut in l.hanc.l.infra eo.tamen uerba debent intelligi ſecundum naturam eius contractus,ut ei magis conueniant: ut in l.ſi ſtipulatus ff.de uſur.& in l.ſi uno.in prin.ff.loca.& p Inno.in c.ex literis.de iurepatr.Et ſicut ampliatur emptio per dictiones ampliatiuas & copulas:ut in l.qui fundũ.in §.quia agrũ.

infra

Source : BIU Cujas

infra eo.& l.hęc tamen adiectio.de lega.3.ita reſtringitur per ꝯ-
trarias dictiones & reſtrictiuas:vt in l.qui fundū.ff.de verb.ſign.
ita no.dixit Bal.in rub.C.eo.tit.Et qui alicui vendit, cogitur ſi-
bi facere inſtrumentum venditionis ſm conſuetudinem loci.
l.ꝙ ſi nolit.in §.quia aſſidua.ff.de ędil.edi.& ibi per Iac.de Are.q
etiam alleg.l.2.C.de diſcuſ.lib.12.ſm Bal.in l.inſtrumenta. C. de
fideicom.licet de iure non cogatur inſtrumentum facere: vt in
l.cum res.C.de probat.& l.contractus.& l.non idcirco.C.de fid.
79 inſtru.& l.non idcirco.C.de contrahen.empt.† Sed bene tenet̄
venditor tradere emptori inſtrumenta ſuæ emptionis de re vē-
dita cum opus fuerit pro ea defendenda:vt in l.Titius.ff.de acti.
empt.& in l.prædiorum.C.ad l.fal.vt bene declarat Bal.in l.j. C.
de dona. Et ſi in inſtrumento emptionis apponantur hæc ver-
ba,vendidit,dedit & tradidit,illud verbum,tradidit,nihil opera
tur,tex.eſt no.in l.ſi ſtipulatus.in ver.verum.ff.de vſu.prout no.
declarat Bar.in l.fi.ff.de condi.ob cauſam, ſed importat ſolam
licentiam de ingrediendo poſſeſſionem propria auctoritate:vt
in l.prædia.ff.de acquir.poſ.& per Dyn.in l.2. C. de acqui.poſ.&
Spec.in tit.de empt.& vend.in §.ſciendum.verſ. Sed ſi in inſtru-
mento.idem de ver.dedit, quia non importat rem emptoris fie
ri,vt in l.ex empto.in prin.& in §.j.ff.de act empt.hæc tamē ver-
ba appoſita vt ſupra non faciunt deſinere eſſe contractum em-
ptionis & vendi. quia impropriè accipiuntur ſm naturam con-
tractus.per d.l.ſi ſtipulatus,ſm Bar.in d.l.fi.& in d.l.j.C.de re.per-
mu.Nec inſuper dictum verbum, dedit, importat: vt cenſeatur
contractus innominatus; quia ponitur impropriè pp verbum,
80 vendidit,† ſed ſi ſolum diceret,dedit & tradidit,intelligitur cō-
tractus innominatus:vt in d.l.fi.ff.de condit.ob cauſam & ſi di-
ceret tm̄, tradidit pro certa pecuniæ quantitate, intelligitur ex
cauſa venditionis:vt in l.naturalis.§.j.coniuncta gl.ff. de præſcr.
verbis.ita dicit Bar.in d.l.fi.& in d.l.j. Rurſum verbum,dedit, eſt
ſuperfluum,& impropriè ponitur; quia intelligitur, ſi eſt Dñs,
aliàs idem importat,quod verbum tradidit.per d.l. ſi ſtipulatus.
& per dicta verba non intelligitur ꝙ ſit venditio,licet cumule-
tur:vt dixit Bald. in d.l.fi.vbi dicit, ſi do tibi 10. vt des 10.corbas
frumenti,non eſt venditio,ex quo datio eſt in obligatione, qđ
non eſt de natura emptionis; quia in emptione non poteſt emp-
tor concludere ad dandum,non obſtāte ꝙ natura generis eſt,
ꝙ ſemꝑ dari eſt in obligatione:vt in l.ſi domus. in §. de euictio-
ne.& ibi no.ff.de leg.j.etiam ſi nō dicatur;quia cum eſt Dñs, da-
tio in executione non in obligatione ſm eum ibi. Item per illa
verba,tradidit,non intelligitur tradita poſſeſſio,ſed tm̄ denota-
tur tradendi voluntas,& apprehendendi conceſſa licentia, niſi
res fuiſſet tunc in conſpectu confecti inſtrumenti,aut inſtrumē
tum eſſet confectum in ipſa re; quia tunc probaretur traditio,
aliàs non.vnde eſto cautus ſm Ang. ꝙ quando vis probare tra-
81 ditam poſſeſſionem,ꝙ † te fundas ex alio, quam ex inſtrumen-
to prædicto,vbi ſit verbum,tradidit,niſi vt ſupra eſſet confectū,
quod probatur per d.l.prædia.& ibi per Bar.ff.de acq.poſ. & in l.
j.C.eo.de acq.poſ.vbi hoc ſolenniter dicit & declarat Ange. cui
adde quod de conſpectu rei, vel de confectione inſtr̄i in ipſa re
probatur per tex.in l.j.§.ſi iuſſerim. & l. quod in eo.§.ſi venditō-
rem.ff.de acq.poſ.Et idem tenet Bal.in l.inditia.C. de rei ven.&
Io.An.in c.2.de conſue.Itē eſt vtilis dicta clauſula, quod liceat
emptori propria auctoritate ingredi poſſeſſionem,qua licentia
non data emptor teneretur de vi,ſi propria auct. ingrederetur;
quia vim committere dr̄:vt l.ſi ex ſtipu.ff.de acq.poſ.l.3.ff.vi bo.
rap.C.ſolu.matr.l.dotis.& in l.extat.ff.quod me. cauſa. ſm Bart.
& Ang.in l.3.C.de pig.quod intelligas tanē, qñ illud faceret ſine
conſenſu & voluntate venditoris tacita vel expreſſa:ita loquit̄.
l.ſi ex ſtipulatione ſupra alleg.aliàs ſecus:vt in l.2.& ibi no. C.de
acq.poſ.& in l.quædam mulier.ff.de rei vendi.quia videtur ade-
pta poſſeſſio ex præcedenti titulo,vt in dictis iuribus,& inſti. de
re.diui.§.per traditionem.& ſufficit tacita voluntas: vt non di-
catur prædo,quæ inducitur ex tit.abili, ſi Dñs faciat & non con-
tradicat:quia non vr̄ conſentire:vt ponit Bar.in d.l.ſi ex ſtipula
82 tione.† Eſt tm̄ vtilis illa clauſula, ꝙ ponatur in inſtr̄o vendidit,
ceſſit & conceſſit omne ius ſuum, omnesq; actiones ſibi com-
petentes & competituras occaſione dictæ rei,faciens eum pro-
curatorem vt in rem ſuam & ponens ipſum in locum ſuū, quā
cautelam valde commendat Bal.in l.j. C.de iure do.dicens ꝙ p
ea poterit emptor denunciare auctori ſui actoris litem moram
abſq; alia ceſſione.Itē eſt vtilis,maximè ſi addatur, ꝙ poſſit age-
re & experiri,quæ verba Bar.dicit eſſe vtilia,per text. ibi.in l.j.in
§.j.ff.de ſuperfi.& facit tex.in l.in creditore.ff. de euic.¶ Vltimò
aduertas ꝙ res immobilis vendita debet ſpecificari & termina-
ri in inſtrumento per eorum quātitates, qualitates,loca latera
& fines:vt in l.forma.ff.de cenſi.l.Titius.in §. fi. ff.de act.empt.&
in l.ſi rem.ff.de rei vendi.ita magiſtraliter ponit Specu. in tit. de
emp.& vend.in §.j.in verſi.ſi ita.

¶ Subhaſtationum materia.

83 Sequitur de ſolennitate ſubhaſtationis † quæ requirit̄
in aliquibus vēditionibus particularibus ex
ſpeciali priuilegio,vt eſt in vēditione bonorum minorum,quæ
non poſſunt vendi abſq; ſubhaſtationis ſolennitate: vt probat̄
in l.ſi ſine.in §.j.iuncta gl.& ibi Bar.ff.de mino.& idem dicit idē
Bar.in l.alio.ff.de ali.& ci.le.& firmat Spec.in tit.de emp.& ven.
in §.nunc dicendum.in verſi.ſi igitur tutor. & tit.de cita.§.ſequi
tur videre. in verſi. ſi verò ſubhaſta.& hoc dicit Bald. ſm.cōem
opi.Doc.teneri per d.l.& ſi ſine,quia minor,vel pupillus ęquipa
rantur eccleſiæ, quæ habet hoc priuilegium: vt in auth.hoc ius
porrectum.C.de ſacroſan.vt dixit in ſuo no.conſ. quod incipit,
in Chriſti nomine,ad intelligentiam prędictorum.quod etiam
voluit idem Bal.in ſuo commen.ſuper Inno.in litera C.in ver-
bo contractus.allegat Inno.ita tenere in c.dudum. de reb. eccl.
non alie.lib.6.Eſt autem ſubhaſtatio rei venalis publicè expoſi-
tio cum edicto vel proclamatione præconis,quæ plus offeren-
ti conceditur:vt probatur in d.auth. hoc ius porrectum. & in l.
84 j.C.de fid.inſtru.& iur.haſtæ fiſ.li.10. Et dr̄ ſubhaſtatio,† quia ha-
ſtarium ſm Papiam eſt locus, vbi venduntur, vel vendebantur
bona proſcriptorum.Quæ etiam ſubhaſtatio requiritur in ven-
di.bonorum eccleſiæ de iure ciuili, niſi qñ venderentur ex ne-
ceſſitate pro ſatisfaciendo debito, vel qñ pro vtilitate eccleſiæ
fieret venditio:vt in auth.hoc ius ſecus tñ de iure cano. vt dicit
Inno.in d.c.dudum. & ꝙ in rebus templorum vendēdis habeat
locum ſolennitas ſubhaſtationis de iure ci.dixit etiam Bar. in l.
eos qui.C.de præd.vrba.li.11. Item requiritur in rebus fiſci ven-
dendis:vt in l.edicto.C.ſi aduer.fiſ.Item in execu.ſnīæ,hoc eſt in
venditione bonorum,quæ fieret pro ſnīæ exec.in l.ordo. C.de
execu.rei iudi.& in l.2.& fi.C.de fid.inſtru.& iur.haſt. fiſ.lib.10.
Item in venditio. quæ fit pro executione vltimæ voluntatis: vt
per executores teſtamentarios: vt not. ponit Bart.in d.l.alio.de
ali.& cib.leg.Sed Bal.in hoc tenuit contrarium in ſuo conſi. qđ
incipit.Carnouale turcarini de Spello ſuam condidit vltimam
voluntatem,dicens ꝙ ſufficit fides à teſtatore electa in bonis di
ſtribuendis inter pauperes Chriſti, & ꝙ à defuncto fuerit ex di-
cta cauſa commiſſa iuriſdictio & ptās vendendi. l.2. C.qñ decr.
opus non eſt.& in l.ſi quis ad declinandam.C.de epiſc.& cle. &
85 in l.vlt.ff.de reb.eo.† non ob. ꝙ bona pauperum æquiparentur
bonis minorum & eccleſiæ,in quibus requiritur ſubhaſtatio:vt
l.ſi.& auth.hoc ius porrectum.C.de ſacroſ.eccl.& in l.orphano
trophos.C.de epiſc.& cle.& in d.l.& ſi ſine. de mino. & hoc niſi
conſuetudo,vel ſtatutum dictaret cōtrarium, ſed bene dicit,ꝙ
requiritur bona fi.per l.creditor.in §. Lucius.ff.man.quæ præſu-
mitur:vt in l.pe.C.de præſcr.long.temp.& inſti.de act.§. aliæ. ita
no.dixit Bal.in d.conſi.ſed dici poſſet pro tenenda opi.Bar.ꝙ ex
auctoritate data vendendi per teſtatorem non videatur ſubla-
ta ſolennitas ſubhaſtationis,arg.l.ſi qñ.in prin.C.de inoffic.teſt.
nec ꝑpea vr̄ electa via,vt venditio nō rite fieret,arg.l. ſi miles,q
deſtinauerat.ff.de mili.teſta. coniunctis his quæ hñr in l. nemo
poteſt.ff. de leg. j. Itē requiritur ſubhaſtatio in omni venditio-
ne,quæ fit a repub. vel à fiſco de bonis ſuis vel alterius propter
debitum ſoluendum:vt in l.ſi quis. C.de reſcin.vend.& in l.2.&
in l.fi.C.ſi pp pu.pen. Item in oībus venditio. bonorum abſen-
tium requiritur ſubhaſtatio:vt in l.fundus qui.ff.de reſcind. ven
di.In rebus verò prę ſentium non requiritur, niſi fuerint mino-
86 rum,eccleſiæ,vel decurionum,& fiſci† quorum bona ſunt pro-
hibita vendi ratione publicæ vtilitatis:vt in l.j.C.de prædi.curia.
lib.10.d.auth.hoc ius porrectum.& in l.j.ff.de mino.ita ſolenni-
ter declarat Bal.in d.l.ordo.C.de execu.rei iudi.& eſt tanta ſolē
nitas ſubhaſtationis,ꝙ vbi interuenit, ceſſare vr̄ omnis fraudis
ſuſpitio:ut d.l.ſi quis.C.de reſcin.uen. item firmat contractum,
& ſibi perpetuò robur attribuit:ut d.l.fi.C.ſi pp pub. pen. nā in-
quit tex.notabiliſſimus,fiſcalis haſtę fiſ.facile conueniri non de
bent:vt C.de remiſ.pi.l.ſi hypothecas.ideo gl. ord. dicit, ꝙ non
eſt leuis ſolennitas ſubhaſtationis,in auth.de fideiuſ.in § j.ſuper
uer.ſumus,quam ſignanter ponderauit Bal. in d.l.ordo. Eſt aūt
tempus ſubhaſtationis, in quo res venalis debet ſtare ſub haſta
à iure diffinitum ſpatium 20. dierum in rebus fiſci,eccleſiarum
& minorum:ut in d.auth.hoc ius.ibi,per 20.dies rem eſſe uena-
lem,in aliis uerò eſt arbitrarium.i.arbitrio uenditorum,niſi ali-
ter tempus eſſet limitatum ſtatuto, uel conſuetudine: ut dixit
Bar.poſt gl.in l.ſi tempora.C.de fid.inſtru.& iur.haſt.fiſ.& Bald.
etiam tradit in l.j.C.de prę ſcrip.30.an.Sed idem Bal.in d.l.ordo.
C.de exec.rei iudi.uoluit contrarium,dicens ꝙ eſt in iudi. arbi-
trio, & poteſt facere rem ſub haſta teneri poſt ſuam ſnīam uſq;
ad annum per c.quærenti.de offi.deleg. quod tñ tempus officia
lis poteſt augere non minuere ſm Bar.in d.l.ſi tempora.† & ela
87 pſis diebus primi banni, in quo aliquis obtulit, nō pōt fieri ſm
bannimentum, ut alius admittatur, & tollatur ius iam quæſitū
priori offerenti niſi eſſet minor,uel perſona, quæ ex reſtitutio-
ne hoc impetraret.d.l.& ſi ſine.§.quæſitum.ff.de mino.aliàs pri-
mo banno ſtandum eſt:ut l.2.C.de loca.fun.ci.li.11.ita declarat
gloſſ.& Bart.poſt eam in d.l.ſi tempora. & in l.licitatio. in prin-
cip.ff.de publica.

Inſuper no.ꝙ ad hoc ut uenditio facta per fiſcum de re-
bus priuatis pp ceſſationem ſolutionis onerū
ualeat,quinq; requirūtur.ſ.ꝙ ſubſit debitum,ꝙ bonafide diſtra-
hatur, ꝙ ſub haſta, ꝙ iuſto pretio & plus offerenti detur:ut in l.
j.C.ſi pp publicas penſitationes.& ſingulariter ponit gl. ordi.in
d.l.ſi

Source : BIU Cujas

d.l.ſi quos.C.de reſcin.uend.& melius in l.j. C. de præſcri.long. temp.& optime declarat Bal.in l.fi.C.ſi aduer.fiſc.Item aduerte, ꝙ bona quæ ſub haſta vendi debent,non ſunt ſtatim concedēda,ſed pluries præconizanda & diu ſubhaſtāda ſunt, vt plus offerenti detur:vt in d.l.ordo.C.de exec.rei iud.ibi,dum dicit, diu ſubhaſtatas,& ibi no.Bal.& hī in d.l.ſi tempora.de fid. inſtru. &
88 iure haſ fiſ.Et diligenter eſt aduertendum, ꝙ † ſtatuta loquētia de vendendis rebus captis pro execu. rei iudic. ad vnguem ſeruanda ſunt,aliàs irritum eſt & inane quicquid fieret lege municipali non ſeruata:vt no.tradit Bal.in d.l.ordo.C.de execu.rei iudi.in cuius rei vendi.quæ fit pro execu.ſuīæ quatuor de iure cōi ſunt neceſſaria, vt plenè no. in l.Fulcinius.§.hoc edictū.ff.ex q. cau.in poſ.ea.Et addas ad id quod ſupra dictum eſt de rebus eccl. vendendis in quibus de iure cano. non requiritur ſubhaſtatio; quia Bal.in d.auth hoc ius porrectum.in verſi.ſed hic quæritur, dixit hoc eſſe verum.& ꝙ nulla dec. reperitur, quæ dicat, ꝙ ſit neceſſaria. & idem ſcribit, ꝙ in venditione bonorum minoris 93 etiam non requiritur ſubhaſtatio, dummodo aliàs fiat in caſu licito & bona fide.d.l.ſiue. & ibi per Guil.cuius contra ſupra idē dixit.Sed in d.l.ſi ſine,diſtrinxit,ꝙ tunc requiritur, qñ venditio fieret per iudicem pro execu.ſententiæ,allegat l.à diuo Pio. §. ſi pignora.ff.de re iudi. aliàs ſi per ipſum minorē cum decreto iudicis dixit,non reperiri iure cautum, ꝙ reperiatur ſubhaſtatio, remittit tñ ſe ad no.per Spec.in tit.de emp.& vend.§. nunc dicē dum infra eo.tit.& j.& 2.decre.tamen ſequitur, res fuit vendita ſub haſta,ergo fuit vendita iuſto pretio.l.ſi quis. C.de reſcin. vē. prout no.declarat Bar.in l.j.C.de præſcrip.30.anno.quem ſequitur ibi Ang.immutans niſi facta foret ſubhaſta. rite & rectè; ꝙa tunc videtur vendita iuſto pretio, nec poterit dicere emptor ſe deceptum,nec implorare beneficium.l.2.C.de reſcin.vend. per caſum,quem dicit ſing.in l.j.C.de prædi.curi.li.10.pro quo opti
89 me † facit,quod elegantiſſime tradit Io.An. ꝙ quid ſit iuſtū pretium diſcernitur per ſubhaſtationem,allegat.C.de ſacroſan.eccle.auth.hoc ius porrectum.C.cōi diui.l.ad officium.l.fi. §. pen. C.de iur.do.impe.l.2.& 3.C.ſi pp pu.pe.ita inquit in tit.de empt. & vend.in addi.Spec.in §.nunc dicendum.in verſ.fi.ſm Mar.de Fan.quod tene menti,& nunquam obli.Quid autem fiet, ſi plures concurrunt in ſubhaſtatione.Dic ꝙ dabitur primo offerenti,ſi tantundem offeratur per oēs:vt in d.l.j.C. de cōi ſeruo manu. Si verò ſimul concurrant, & ſint æquè idonei & tantūdem offerant, dabitur cuilibet pro rata, vel erit locus gratificationi: ita ſolenniter ponit Bal.in l.fi.C.de teſta ma.Offerens tñ plus iuſto non vt emat,ſed vt alios inducat ad pluris emendum, tenet crimine ſtellionatus.i.pena extraordinaria ad arb. iudicis:vt eſt tex.no.in l.3.in §.ſi quis impoſituram.ff.de cri.ſtel. quem ſingu. commemorat Pon.in no,ſuis.& vide tex. in l.licitatio.in princ. in ver.calore.ff.de publi.Item aduertendū, ꝙ ſtatim ꝙ quis offert,obligatur tñ dare in ſubhaſtatione:vt ponit Bart.in d.l.ſi tē pora.C.de fid.inſtru.& iure ha.fiſ.& officialis vel venditor cogitur vendere & dare plus offerenti,ſi prætor dixit, ꝙ plus offerē-
90 ti dabitur, † niſi expediat alteri potius dari offerenti minus pp faciliorem ſolutionē, quia magis idoneus:vt in l.3.& in l. Sabinus.ff.de in diem adiec.ſm Bar.in d.l.ſi tempora.& in l.licitatio. in princ.& ad hoc vt dicatur melior conditio oblata:vt in l.4.& in l.ſed & ſi proponatur.ff.de in diem adiec.Minor tñ in licitationibus reſtituitur:vt d.l.ſi ſine.in § j.& facit.l.Emilius.ff.de mino.& declarat Bart. in d.l.ſi tempora.& in l.licitatio. & licet res fuerit conceſſa alicui, tñ veniens alius infra tempora ſubhaſtationis debet admitti, & res ſibi vendi, ſi plus offerat:vt dixit gl. & Bar.in d.l.ſi tempora.Et ſi inter bannimenta & prouiſionem intercedat temporis interuallū;tūc ex tali prouiſione,vel oblatione poſtea ſecuta oritur obligatio;quia ex quo facio rem prēconizari,vel edictum infigi, videor contrahere cum incerta pſona,hoc eſt cum illo,qui plus promittente contractus eſt perfectus:ſicut ſi dico,volo emere,& tu dicis volo vendere: vt no. in l.in ementis.C.eo.& ſicut pecunia proiicitur in populo : quia videor donare ei,qui illam occupauerit:vt in l.qua rōne.in §.fi.
11 *Cautela fœneratorum ſuper pacto legis commiſſoriæ.*
12 *Pactum,ꝙ creditor habeat pignus pro ſoluto,an in uenditione impediat dominij tranſlationem.*
Pacti legis commiſſoriæ effectus.
13 *Dominium non reuertitur per uerba obliqua.*
14 *Contractus conditionalis uel purus, ſed reſoluendus ſub conditione quando dicatur.*
Pactum legis commiſſoriæ eſt odioſum propter fraudem vſurarum,quod nūquam fingitur retro ex interuallo appoſitum.
Pactum,quòd emptor ſoluat uenditori annuam penſionem,donec pretio ſoluto,ualet.
15 *Cautela pro penſionibus quæ ſoluuntur propter inſolutum pretium.*
Clauſula retentionis dominij,donec pretio integre ſoluto,in uenditione appoſita quid operetur.
16 *Vendere promittens alicui poteſt conueniri, ſi rem uenalem habet, ut nulli, quàm ſibi rem uendat.*

¶Septima quæſtio principalis.De pactis inter emptorem & venditorem.

SEquitur ſeptima qō principalis de pactis inter emptorem & uenditorem,pro cuius expeditione uidendum eſt. Primò de pacto de reuendendo.Secundò de pacto. l. cōmiſſoriæ & adie. in diem.Tertiò de aliis pactis. Circa primū
1 de pacto de reuendendo primò quæro. † An valeat pactum factum per emptorem uenditori de reuendendo rē emptam ipſi.dicas ꝙ ſic,caſus expreſſus in l.2.C.de pact.inter emp.& ven. quæ l.non habet locum in adulto emente abſq; curatore & ꝓmittente reuendere,ſeu reſtituere,ſi intra terminum conſtitutum pretium fuerit ſibi reſtitutum:ita ſingu.dixit Io.An. diſputando tenuiſſe Fran.Accur.in add.Spe.in ti.de pac.per l.ſi ad reſoluēdam.C.de præd.mi.Tu autem pro iſta deciſione alle. tex. ad literam in l.j.in fi.cum ſeq.ff.de rebus eo. vbi minor non pōt obligare ex pacto rem emptam, & vēditor illam retineat loco pignoris,donec pretium fuerit ſolutū,ex quo dñium fuit ſemel acquiſitum:licet uno & eo.tpe concurrat dñii acquiſitio, & pignoris obligatio,ꝙ vī mirabile:& tñ litera innuit iſta, niſi fuerit confirmatum pignus reſcripto principis. unde colligīt tacitè ꝙ valuiſſet pactum ante dñium acquiſitum.Secundò quero.
2 † An pactum factum de reuendendo duobus venditoribus per emptorem dēat conſeruari uni eorum tantum emere volēti,altero nolente,& vtrū pro parte uni tantum emptor cogatur reuendere.Bar.eleganter in l.ſi quis aliam.ff.de ſol.dicit ſe ꝺſuluiſſe ꝙ non,per illum tex.in l.ꝙ autem.§.fi.ff.de in diem adiec.q̃a non dēt diuidi,cum partē quis non fuiſſet empturus.idē firmauit ipſe Bar.in l.qui vſufr.ff.de vſufru.leg.quia cum ſit facta vno pretio,non dēt reuendi,niſi illud totum pretium reddat.d.l.ꝙ aūt.in fi.cum ſeq.& in l.ꝙ ſi vno.ff.de in diem adiec. & quia nō eſt veriſi'e,ꝙ emptor vnam tantum partem emiſſet ſine alia.d. l.ſi quis aliam.& quia non affert tantam vtilitatē pars reſpectu partis,quantā totū reſpectu totius,quia inuitus nō dēt in cōionem incidere,iuxta no.in l.ſi fundus ille.ff de ꝺh.emp. & in d.l. ſi quis aliam,& quia vendere nō eſt quid diuiduum ſed indiuiduum,vt in l.certi cōdictio.in prin.in gl.magna.ff.ſi cer.pet.vbi dī,ꝙ vendere eſt factum licet non merum,ſm Bar.in d.l.ꝙ vſufru.Adde ad hoc,quia venditio partis non minima habet incō modā,vt in l.2.C.qñ & qui.quar.pars.lib.x.& in l.ſi non ſortē.in §.ſi ter.ff.de cond.inde.prout no.declarat Bal.in l.vnica.§.in primo.C.de cadu.tollen.& minus valet pars reſpectu partis q̃ totū reſpectu totius,ut in l.Męuius.§.in fundo.ff.de leg.2. & egregiè tradit Bal.in l.filium quem.C.famil. erciſc. Hoc inſuper uoluit
3 Bar.in ſuo no.conſincipiente,Ang.& And.†quia cōditio mixta de dando & faciendo appoſita in perſona duorum non pōt impleri in perſona unius,ut in l.ſi fuerit.in prin.& in §.hæc.q.ff. de manu.teſt.no.in l.ſi plures.C.de condi.inſer.ſed conditio de emendo conſiſtit in dando & faciendo,ut in l.conſilio.ff.de cura.furio.& in d.l.certi condictio in gl.Non obſt.l.legatum. § fi. & l.pen.in §.j.ff.de cond.& dem. quia ibi loquitur in cōditione dandi.Item in legatis,in quibus fauorabilis dēt fieri interpretatio.l.in teſtamentis.ff.de reg.iur.Præterea conditio non dēt ſcindi.l.cui fundus.ff.de condi.& dem. Præterea in ꝺctu emptionis & uenditionis uenit rem tradi.l.ex empto.ff.de act.emp.ſed obligatio rem tradi eſt indiuidua.l.obligationes non diuiduntur. ff.de uerb.obl.ita inquit Bar.in d.con.& idem ēt uoluit ſequēs eum Bal.in d l.2.C.de pac.inter emp.& uen.& eſt bonus text.ꝙ bene probat in l.fiſtulas.in §.pe.ff.de ꝺh.emp.ubi quis non tenetur ꝺctum diuidere.Item adde alium bonum text.in l.ꝙ ſi nolit.in §.ſi plures.cum ſeq.ff.de ędi.edic.ubi res non poteſt ꝓ parte redhiberi.item aduerte,ꝙ debet conſiderari, ꝙ emptor non fuiſſet partem empturus a prin.ut ſ.dicetur,& bene probatur in d.l.fundus ille.ff.de ꝺh.emp.& in l.Iulianus.§ idem Celſus.ff.de
4 act.emp.& in l.cōi diuid.§.fi.ff.communi diuid.† Tertiò quæro, an pacto de reuendendo,qñcunq; voluerit uenditor redimere poſſit per emptorem preſcribi,& an ualeat pactum,ꝙ ſine temporis præfinitione vſq; in infinitum emptor teneatur reuendere uenditori,& uī ꝙ ſic,ut l.ꝙ ſi nolit.§.ſi quis ita.ff.de ædi.edic. & ff.de conſti.pec.in l.item illa.§.quod adjcitur.& quia vī emptor poſſidere malafide:cum ſciat rem a ſe poſſe euinci,ut C.de fur.l.apud antiquos,ſed malefidei poſſeſſor ullo tempore nō ꝓ ſcribit,ut in reg.poſſeſſor.In ꝺrium,ut infinitas euitetur. itē qa præſcri.30.anno.eſt odioſa,cui non poteſt renunciari, ut tenet Bar.in l.nemo poteſt.ff.de leg j.nec eſt uerum,ꝙ interim iſte ſit malęfidei poſſeſſor:quia interim res eſt ſua. item quia licet malęfidei poſſeſſor nō poſſit præſcribere dñium,poteſt tñ preſcribere dñij cōfirmationem,ut in l.in bello.§ ſi quis ſeruum. ff. de
5 cap.& poſtli.re.& no.in l.2.C.quod me.cau.Item ꝺ ius', † quod alicui competit de iure ſpeciali non de iuregent. etiam malęfidei poſſeſſor ꝓſcribere poteſt,ut in reſti.in integ.ut l.fi.C. de tēpo.in integ.reſti.& in l.in honorarijs.§.ſed cū reſciſſa. ff. de acti. & ob.Nimirum quia priuilegia facilius tolluntur q̃ ius commune,ut in l.eius militis.§.militia miſſus.ff. de mil.teſta. & quia de facili redit res ad ius cōe,quod uocatur natura,ut in l. ſi unus. §. pactus.in ver.quod & in ſpecie dot.ff.de pac. ita eleganter dixit Bal.formaliter in eius no.conſi.inci.quæritur vtrum poſſit dari curator,quem libuit referre ad literā,quia viſa eſt ius determinatio ſatis dubia:nam tex.in d.§.ſi quis ita.expreſſe vult ꝺrium, ꝙ valeat pactum,ꝙ res in perpetuum poſſit redhiberi, in uerſi. ſi uerò conuenerit.ubi dicit iuriſconſul ꝙ ſi redhibitioni certum tempus eſt præfinitum,illud debet ſeruari, ſi nihil de tempore eſt conuentum,poteſt ſ.40.dies:ſed ſi in perpetuum ualet conuentio & eſt ſeruanda,& ſic patet,ꝙ ſicut poteſt de certo tē pore conueniri,ut puta 10 uel 20.anno.poteſt & ſimili modo de perpetuo,ut ibi uult tex.idem uidetur uelle in l.2.C.de pact. inter emp.& uend.ubi quandoque uel ſ.certa tempora.Secundò,quia nō poteſt negari,ꝙ emptor, qui emit cum dicto pacto de reuendendo,non ſciat ſe obligatum ad illud: & ſic cum habeat ſciētiā obligationis, eſt conſtitutus in malafide,& ſic non

poteſt

Source : BIU Cujas

poteſt præſcribere.c.quoniam omne.de præſcrip. Non ob. ꝙ ſit
6 dominus;quia eſt reuocabilis. † Tertiò non ob.ar.de infinitate:
quia in multis caſibus toleratur in iure,vt in c.cum in multis. in
glo.de reſcri.lib.6.& Bar.in l.qui bona.§.fi.ff.de dam.infec. Quar
tò non obſt.ꝙ præſcriptioni odioſæ non poſſit renunciari: nã
plerique voluerunt contra,vt expreſsè voluit idem Bal.in l.j.C. 11
de ſen. quæ pro eo qđ inte. in 6.col. in uer. non de infinitate,di-
cens ꝙ pacto poteſt fieri,quòd nulla præſcriptio currat, alleg.d.
§.ſi quid ita.hoc etiam firmat Io.de Imo.in l.j.ff.de uſuca.& vo-
luit Dy.in l.nemo poteſt.ff.de leg.1.ubi Bald. ipſum referens di-
cit ita ſe conſuluiſſe,ꝙ exceptio præſcriptionis poteſt tolli pacti
replicatione,per quod inducitur malafides, & quòd communi-
ter doc.adhærent Dy. & ſicut debitor ſciens rem obligatam ad-
uerſus creditorem non præſcribit,ut in l.ſicut.C.de præſcrip.30.
an.& in l.j.C.ſi aduer. cre. & Bart. ponit in l.ſi quis fundum.ff.de
acquir.poſſ.ita nec empto r ſciens rem vel ſe obligatum ad reuẽ-
dendum. Quintò: quia ſi eſſet comprehenſum certum tempus
ſpecificum,puta 30.ann. nulli dubium, quòd nemo diceret in-
terim præſcriptionem non currere, ergo nec quando dicitur in
7 perpetuum,vel quandocunque. † Non ob.l.in bello.in §.ſi quis
ſeruum.quia ibi redimẽs erat in bonafide, ideo non oblato pre-
tio ſtatuto tempore præſcribit. Item quia uertitur fauor redem
ptionis.Præterea ſi curreret præſcriptio,eſſet decipere contrahẽ
tes,ſcilicet vendentem,qui non vendidiſſet ſine dicto pacto,qđ
eſſe non debet,ut in l.j.in §.magiſtrum.ff.de exercito. Item quia
hoc pactum de redimẽdo eſt fauorabile, ex quo redit res ad ſuã
naturam,ideſt ad priorem dominum.d.ver.quod & in ſpecie,er
go interpretatione iuuandum.

Quartò quæro, ſi res uendatur primò venditori ex pacto, an
tranſeat cum onere obligationis ſuper re contractæ per empto-
rem.Bar.in l.in diem.ff.de aqua plu.ar.dicit,quòd quãdo res trã-
ſit ex neceſſitate ad uenditorem,reſcindetur omne ius ſeruitu-
tis & obligationis,vt ibi,& in l.vbi autem.§ ſed ſi Marcellus.ff.de 12
in di.adiec.ſecus ſi ex voluntate, ut in l.ij. in fi.ff. quib.mo.pig.uel
hyp.ſol.& in l.bouem.in §.pignus.ff.de ædi.edi. hoc eſt,quando
ex facto emptoris ad hoc ordinato reuerſa fuit, aliud ſi non eius
facto directo ad hoc ordinato; quia tunc diſſoluitur, ut in l.lex
8 vect.ff.de pign. † Quintò quæro,an pactum de reuendendo in
terpoſitum inter creditorem & emptorem pignoris proſit debi
tori,cuius erat.Dic ꝙ ſic,ut in l.ſi cum uenderet.ff.de pig. act.in
prin.& not.ponit Bart.in l.epiſtola.in §.j.ff.de pac.& facit.l.ſi pi
gnoris.ff.famil.erciſ.Sextò quæro, quidam promiſit reuendere
venditori vſque ad quinque annos,an uirtute iſtius pacti poſſit
cogi ante tempus præfinitum, an verò poſtea?Bald.not. in eius
no.conſi.incip.in Chriſti nomine, ſi emptor promiſit uenditó-
ri reuendere &c. concludit, ꝙ ante quinque annos non poſſit
cogere uendere,ſed poſt ſic,cum uideatur conceptum in eius fa
uorem ut habeat illam dilationem,alleg.not.per Bart.in l. eum
qui ita.in §.qui ita.ff.de verb.obli. quæ tamen deciſio mihi vide-
tur dubitabilis:hoc tamen pactum, ꝙ liceat redimere vſque ad
certum terminum pro eodem pretio, & non ante,non facit cẽ-
ſeri contractum vſurarium; quia forma huiuſmodi contractus
non eſt a iure improbata,vt in d.l.ij.C.de pac. inter emp.niſi eſ-
9 ſet factus a conſueto fœnerari, † quia alteratio contractus, pa-
cta inſolita,& ꝙ ſit vſurarius faciunt præſumi contractum vſu-
rarium,vt not.in l.vj.ff.de condi.inſti.facit.ff.de proba.in l.qui te
ſtamẽtum.& in l.cum tacitum.C.de nat.lib.& in l.j.& in l.fraus.
ff.de legib.ita eleganter dicit Bal.in c.1.de feu. da. in 6.le. cõmiſ.
Tu verò addas,ꝙ exiguitas pretij, conſuetudo fœnerandi & pa- 13
ctum de reuendendo ſimul concurrẽtia faciunt præſumi con-
tractum vſurarium,vt not.d.glo.& ibi.D.Abb.Sic. in c. conque-
ſtus.de vſu.glo.& Inno.in c.illo vos.extra de pig.facit.l. vel vni-
uerſorũ.ff.de pig.act.& in l.qui ſemiſſes in §.fi.ff.de vſur. & not.
ponit Bald.in ſuo excel.conſi.incip.in q.Gaiuagnini. & ꝙ dicta
tria ſimul cõcurrentia operentur præſumptionem vſurariam,
ſoluit etiã Iaco.de Are.in quadam eius diſput.idem Cy in l. em-
ptione.C.plus va.quod agi.& Raymun.de pœna furti, refert Ar
chi.in c.plerique.14.q.4. & eſt communis opi. ſecundum Bal.in
conſi.ſuo incip.hunc paſſum tangit. & in alio conſi. verba Bart.
in l.Gallus.Non obſt.gl.in d.c.conqueſtus. dum dicit præcipuè,
quia reprobatur ab omnibus ſecundum eum.

Reſtat videre de ſecundò,ſcilicet de pacto.l.commiſſoriè. qđ
10 concipitur ſub hac forma verborum. † Si tu emptor non ſolue-
ris pretium infra menſem,vel alium terminum,res ſit inempta,
vt in l.j.& per to.ff.de leg.cõ.Et primò quæro, an dictum pactũ.
l.commiſſoriæ ſit permiſſum in omnibus caſibus. Solu. dicas ꝙ
non;quia eſt prohibitum in pignoribus inter creditorem & de-
bitorem propter eius aſperitatem,vt eſt tex.in l.fi.C.de pac. pig.
exemplum,ſi pactum eſt factum, ꝙ debito non ſoluto ad tem-
pus pignus ſit creditoris pro debito, & iſtud eſt, quod reproba-
tur in d.l.fi.ſed ſi apponatur pactum, ꝙ dicto caſu pignus ſit ſibi 14
emptum iuſto pretio, vel tanto pretio, iſtud non eſt pactum.l.
commiſſoriæ: ſed ceſſat in eo omnis captio & deceptio, vt eſt
tex.in l.ſi fundus.in §.fin.vbi eſt tex.valde not.ff.de pig. quo caſu
debet per iudicem æſtimari, quando fuit dictum pro iuſto pre-
tio, vt in l.fi.in fi.§.C.de iu.do.impe.vbi ita declarat Bart.ſubdẽs
ꝙ fœneratores ex conſilio eorum aduocatorum vtuntur caute
la,& fraude,vt faciant confici inſtrumentum, ꝙ ſi pretium non
fuerit ſolutum ad tempus,res ſit ſibi empta pro illo pretio,quod
declarabitur per talem, & talem,quos exnunc elegerũt, ꝙ dicit
eſſe bonum conſilium, ſupple non pro debitore. † Sed fallit di-
cta prohibitio, ſi ex interuallo non incontinenti ſit appoſitum
tale pactum;quia tunc ſi ex interuallo non reprobatur,vt eſt ca
ſus in l.ſi totius.ff.de pig.actio.& l.cum dominam.C.de pig & in
l.ij.vbi hoc tenet Bart.C.de pac.pig. & in l.quamuis.aliàs incipit.
Calipodius.ff.de ſolu. & eſt ratio ſecundum eum:quia tempore
contracti debiti debitor faceret quicquid vult creditor,vt habe-
ret pecuniam: ideo lex voluit tale pactum non valere, vt credi-
tor habeat pignus pro ſoluto; ſed quando tale pactum appon-
itur ex poſtfacto,ceſſat ratio,& ideo valet,prout hoc ratio colli-
gitur in d.l fi.C.de pac.pig.prout not.declarat Ang. in ſuo quo-
libe.in ver.pactum.l.commiſſoriæ. & Bart.in d.l. Calipodius &
in d.l.ij.in fin.C.de pac.pig.Secundò fallit, ſi eſt appoſitum iura-
mentum in tali contractu,vt in c.ſignificante. de pign.& tenet
Bart.in l.Scius & Augerius ff.ad l.Falc.& in l.ſi quis pro eo.ff.de
fideiuſ.& ponit etiam glo.in c.cum cõtingat. de iureiu.& ſequi-
tur etiam Bald.in l.j.C.de pac.pig.referens Fede. de Senis ita etiã
voluiſſe in ſuis conſilijs. Tertiò fallit, ſi fuit inter principalem &
fideiuſſorem,non inter creditorem & debitorem; vt in l. fin.in
prin ff.de contrahen.emp.& not.in c.1.per glo.de feu. da.in vic.
le commiſ.Quartò & vltimò fallit,quando eſt dictum, ꝙ ſit em-
pta pro iuſto pretio, vel pro tanto pretio, vt ſupra dictum fuit,
non ſimpliciter ꝙ ſit res ſua in ſolutum cõceſſa pro debito, per
d.l.ſi fundus.in § fi ff.de pig.& firmat Bart.in d.l.fi.C. de pac. pig.
& glo.in l.j eod.titu.& Ang.in d.ver. pactum.l.commiſ. & Bart.
in l.ij.in repe.de pig.in ver.iuxta hoc quæritur, vbi hoc idem te
net,& reputat hoc multum not.& Ang. in d.l. cum dominam.
de pig. † Et in tantum non valet tale pactum in pignore, ꝙ in
venditione impedit translationem dominii, vt dicit glo. in d.l.
fi.C.de pac.pig.& Ang.in d.l.cum dominam.C.de pig.no.dixit,
ꝙ licet ut elapſa dies reluendi pignus, poterit nihilominus poſt
lapſum moram purgari,& non habebit creditor pignus inſolu-
tum,vt d.l.Calipodius.ff.de ſol.vbi eſt tex. ſing. ſecundum
Ang. in d.l. cum dominam.

Secundò quæro,quis ſit effectus pacti.l.commiſ. vel adiectio-
nis in diem. Sol.aut fuerunt appoſita verba directa,aut obliqua,
ſeu inflexa.Primò caſu ſi fuit dictum, ꝙ pretio non ſoluto, vel
meliori conditione allata ſit res inempta, aliàs quòd res ſit ven
ditoris,ſeu ab emptione recedatur,quæ propriè ſunt verba dire
cta,tunc transfertur dominium ipſo iure in venditorem abſque
alia retraditione, & agi poterit rei vẽdica. ad ea conditione ad-
ueniente. Aut fuerunt appoſita verba obliqua,uel inflexa, ut pu
ta non ſoluto pretio res reuertatur ad uenditorem;& tunc non
transfertur dominium ipſo iure, ſed agitur actione ex vendito
vel præſcri.uer.ad obſeruantiam cõtractus, ita probatur per tex.
in l.j.in l.qui ea lege.& in l.commiſſoria.C.de pac.inter empt. &
ven.in l.ſi quis hac.l.ff.de rei uendi.& ponit gloſ.ordi. quæ bene
declarat in l.j.ff.de dona.& declarat Barto.in l.j.C.de pac.pigno.
& Cy.in l.ij.in addi.ff.de contrahen.emp.licet etiam primo caſu
quando re transfertur dominium ipſo iure, competere poſſit
actio ex vendito ad retradendum, in l. Imperator.ff. de in diem
adiec. in l. ſi fundus.ff. de leg.commiſ.& in l.ſed & Celſus. in §.j.
ibi,ſed nec conturbare debemus,de contrahen.emp.ita forma-
liter declarat Bald.in l.j.ff.de leg.commiſ. † & eſt caſus ad literã,
ꝙ non reuertitur dominium per uerba obliqua,in d.l. qui ea le-
ge.C.de pac.inter emp.& uend.Eſt enim proprium pactum.l.cõ
miſſoriæ dicere, ꝙ ſi reliquum pretium non ſoluatur infra ter-
minum,res ſit inempta,& pretium ſolutum perdatur,ut in l.ſed
& ſi lege.in prin.ff.de peti.hære.& no.tradit Bal.in c.1.de feu.da.
in 6. le. commiſ.& ſcias, ꝙ tale pactum non operatur effectum,
niſi uolente uenditore,in cuius fauorem appoſitum fuit,ut in l.
ij.& iij.& in l.ſi per emptorem.ff.de leg.commiſ. & ſic non ſolu
to pretio,uẽditor lucratur pretium ſolutum, nec illud reſtituit;
quia ſic actum inter eos uidetur de natura contractus, vt d.l. ſi
per emptorem,& declarat glo.in l.cum fundus.ff.eo. tit. Itẽ not.
uerbum,inemptum, ſicut facit rem inemptam: ita uerbum in-
uenditum, quia utrunque eſt uerbum directum ſecundum Bal.
in l.fi.ff.de reſcin.uend.Item aduerte, ꝙ venditio & emptio,ſeu
pactio.l.commiſſoriæ,uel adiectionis in diem non dicitur con-
ditionalis,ſed pura,licet ſub conditione reſoluatur,ut dicit text.
no.in l.ij.§.j.ff.pro empt. Sed tu latius dicas, ꝙ hoc deprehendit̃
ex cõceptione uerborum & forma pacti.Nam ſi dicatur,ut me-
liori conditione allata a uenditione diſcedatur, erit contractus
purus,& reſoluitur ſub conditione.Si autem dicatur, quòd per-
ficiatur,niſi melior conditio afferatur,erit conditionalis, ita di-
cit tex.ad literam in l.ij.ff.de in diem adiec. † & quando dicatur
contractus conditionalis,uel purus,ſed reſoluendus ſub condi-
tione,ideſt ſi conditio extiterit,uide glo.& ibi Bald.in d.l.ij.ff. de
indi. adiec.& in l. quibus diebus.§. quidam Titio.ff. de condi. &
demon.& in l.iij.ubi bon.tex.ff.de contrahen. emp. Rurſum te-

nemenți,

Source : BIU Cujas

ne mẽti,quòd pactum l. commiſ. uel adiectionis in diem ex interuallo appoſitum nunquam fingunt retro,ut not.dicit Bal.referens Guil.de Cu.in l.ij.C. commu. de leg. Vltimò aduertendũ, ꝙ pactum l.commiſ.eſt odioſum; quia in fraudem vſuratũ adiectum præſumitur,ideo in pignoribus reprobatur,text.eſt not.& ibi etiam hoc not.in l.Aemilius.ff. de mino.

Sequitur tertium de alijs pactis. Et primò quæro,an valeat pactum appoſitum in cõtractu emptionis,ꝙ emptor teneatur ſoluere uenditori ſingulis annis certam mercedem uel penſionem pro re empta, quandiu pretium ipſius non ſoluerit.Sol.dicendum eſt quòd ſic,cum ſit conforme, ſeu conſonum naturæ contractus; quia non debet emptor fructus percipere impune pretio non ſoluto, & ipſos lucrari in dãnum uenditoris;quoniam non eſt ęquum re & pretio ſimul carere,ideo permittitur ſibi petere intereſſe ratione pretij tardius ſoluti,ne uerſetur in damno & emptor in lucro, ut probatur in l.bonafides.ff.de act.emp.& in l. curabit. & ibi per Cyn. & Bald. C.de ac.emp.in l.Iul.in §.idem Papinianus.& ibi per gl. & Bart. ff.eo.& plenè per Bal.in l.ij.C.de uſur.& bo.tex. expreſſus de hu
15 iuſmodi pacto in l.fi.§.fi.ff.de fun.do. † cautela tamen eſt, ne uideatur pactum ſuſpectum uel appoſitum in fraudem uſurarũ, quòd apponatur clauſula, ꝙ non intelligatur dominium trãslatum,niſi integro pretio ſoluto, & quòd interim habeat rem titulo locationis,& ſoluat tantum nomine pẽſionis, ut plene colligitur in d.l.cum uenderem.& in iuribus ſupra alleg.& in l. fiſtulas.in §.pen.ff.de contrahen.empt.ꝙ pactum de reſeruando dominio uel non transferendo,niſi pretio ſoluto valet,ut in §.uenditæ.inſtit.de re.diui.& in l.ſi procuratoris.§. pen.ff. de tribut. & op. declarat Bald. in rub.C. de contrahen.emp.in 13.q. & ſupra dictum fuit plenius: hoc enim pactum a iure non reprobatur, quòd quis habeat aliam partem rei, quam non emit, conductã pro tanta mercede. Inſuper poteſt res uendi, ut precario ſit penes emptorem,donec pretium ſoluat, quo ſoluto deficit precarium,& non ſoluto poteſt reuocari, ut eſt text. clarus in l. ſi diſtracta.ff.de preca.& ecõtra valet pactum, quòd emptor teneatur relocare uenditori, & ꝙ remaneat pẽnes eum titulo locationis,& debet ſeruari. Item ꝙ non poſſit rem uẽdere alteri quàm ſibi,ut eſt tex.not.in l.qui fundum.el in.ff.de contrahen.empt.& not.per glo.Barto.& doct. in l. eum qui.in § qui iniuriarum.ff.ſi quis cau. nec propterea ex dictis pactis præſumitur contractus ſimulatus,ut not.declarat Bald.in d.l.qui fundum.& facit.l.cum
16 ab eo.ff.de contrahen.emp. † Secundò quæro de eo qui promiſit non uendere,niſi mihi,an poſſit me conuenire, ut mihi uendat,dicas ꝙ ſic,ſi habet rem uenalem, ideſt, ſi uult alij uendere, non aliàs,ut not.ponit Barto.in l.actione.C.de tranſ. & in d.l.ſi eum.§.qui iniuriarũ.ff.ſi quis cau.vbi Ange. hoc expreſsè ponit, qui allegat.ff.de act.empt.l.ſi ſterilis.in § ſi tibi fundũ & in l. qui fundum.la ſecunda.de contrahen. emp. & ſequitur do.Ioan.de Imo.in l.qui Romæ.§.cohæredes.ff de uerb.obli.Tertiò quæro, uendita fuit equa prægnans cum pacto, ꝙ ſi pareret maſculum, pertineret ad emptorem,ſi fœminam ad uenditorem,ſi peperit utrunque Bar.in l.ſi extraneus.ff.de condi.ob cau. poſt Guil. de Cu.ibi uidetur concludere, ꝙ partus debet diuidi inter eos ex æquitate,arg.l.ſi ita.ff.de lib.& poſthu. & l. qui quadringenta.ff. ad l.Falc.ſed tu dicas, quòd hæc quæſtio de facto propter impedimentum naturæ animalia nõ poteſt euenire, cum equa uno, & eodem partu non poſſit, niſi unum pullum parere, niſi contingeret,quòd eſſet utriuſque ſexus, quia tunc prævalet potentior in eo,per l.quæritur hermophraditum.ff. de ſta.ho.

SVMMARIVM.

1 *Recedere ab emptione bonafide facta parte inuita non licet,& quando fallat.*
2 *Reſciſſionis venditionis qui ſint effectus. 3. 4. 5.*
Pretium reſtituere quando teneatur,qui contractus reſciſſionem petit.
3 *Venditione reſoluta res in priſtinam formam redit.*
4 *Melioris ratio habenda reſciſa venditione.*
Inſtrumenta caſſanda contractu irrito facto.
5 *Gabellæ reſtitutio in venditionis retractatione venit.*
Contractu annullato clauſulæ omnes extinctæ.
6 *Venditio reuocari poteſt ratione affectionis.*
7 *Remedium.l.ij.C.de reſcind.vendi.quando locũ habeat. 9. 10. 12. 19. 21. 23.*
8 *Æqualitas in contrahentibus ſeruanda.*
Venditio propter nimiam cauſam iniquitatis reſcindi non debet.
Vendere plures & minoris emere,& ſe inuicem circumſcribere, naturaliter eſt conceſſum.
10 *Contractus permutationis eſt ſimilis emptioni.*
11 *Tranſactio propter immoderatam læſionem non reſcinditur.*
Tranſactio æquiparatur ſententiæ,& eſt contractus liberatorius.
12 *Deceptio excedens dimidium æſtimationis dubij litis euentus reſcinditur.*
Iuramentum & tranſactio æquiparantur.
13 *Barto.opinio prævalet.*
Tranſactio captioſa reſcindenda.
Reſciſio contractus per procuratorem celebratus quandò per dominum deceptum peti poteſt.
14 *L.ij.C.de reſcin.ven.nunquid habeat locum in feudo & emphiteuſi.*
15 *Beneficio.l.ij.C.de reſcind.ven.tacite vel expreſsè per contrahentes renunciare qui poſsint.*
Venditor renunciare non præſumitur emptore renunciante.
16 *Iuramentum in dubio nunquid referatur ad enormem læſionem.*
Renunciatio generalis non ſufficit,vbi ratione ignorantiæ alicui ſubueniretur.
17 *Remedium.l.ij.C.de reſcin.ven.per clauſulam,& ſi quid pluris valet, donauit &c. nunquid tollatur.*
18 *Clauſulam donationis pluris valentiæ in venditione appoſita quid agat, & quam relationem habeat.*
19 *Sciens remittenti æquiparatur.*
Clauſula donationis maioris valentiæ non inducit veram donationem,nec habet locum in ceſsione iurium incorporalium.
Clauſula donationis maioris ualentiæ nihil operatur in procuratore, ſindico & adminiſtratore eccleſiæ.
20 *Ignorantia uenditoris ex coniecturis præſumitur.*
Læſio enormis potius præſumit ignorantiam, quàm ſcientiam.
Patrimonij ſui uires intelligere quando quis cenſeatur.
21 *Vendere uilius non eſt donare.*
22 *Venditio cum iudicis decreto nunquid poſsit reſcindi,per l.ij.C.de reſcind. uend.*
Sententia diffinitiua pro ueritate habetur.
23 *Iudicium reſciſorium uenditionis contra quos detur.*
24 *Libellus pro conſequendo.l.ij.C.de reſcin.uen.quomodo formandus.*
25 *Pretium iuſtum quid ſit. 26.*
Æſtimatio rei quomodo facienda.
Iudex in æſtimatione rei,de qua petitur contractus reſciſio per læſionẽ, quid debeat conſiderare.
26 *Venditio ad æſtimum facta præſumitur iuſta.*
27 *Valor rei qualiter probetur.*
Teſtis qualiter debeat deponere dictum ſuum ad probandum rei ualorem.

Octaua quæſtio principalis, quando liceat ab emptione diſcedere.

1 SEQVITVR octaua q. princi. quando liceat ab emptione diſcedere. Et primò ſciendum eſt † ꝙ ab emptione bonafide facta non licet recedere regulariter altera parte inuita,vt in l.iij.C.de reſcin.vend. & in l.ſicut.C.de act. & obl. etiam ſi vendens eſſet pupillus, non debet venditio retractari non ſubſiſtente iuſta cauſa;quia inutile foret pupillo,cum aliàs neminem reperiret emptorem.l. cum in plures. in §.j.ff. de admi.tuto. & idem contra eum contingere poſſet, vt emptio per eum facta reſcinderetur ſine cauſa,vt in l.ratas.C.de reſcin.ven. niſi eſſet venditio facta malafide,quæ rata habenda non eſt, ſed irrita debet haberi,vt in l.j.C.de reſcind.ven.& in d.l. cũ in plures.§.j.& bene notabis,ꝙ vendens, & pretium recipiens regulariter repellitur a rei venditæ vendicatione; quia contra factum ſuum venire nõ poteſt,vt l. poſt mortem.ff. de adop. Item quia quem de euictione tenet actio &c.vt in l.vendicantẽ.ff.de euic. Hoc tamen fallit fauore reipublicæ,ne agrorum cultura deſeratur, quo caſu vendens admittitur ad repetitionem rei venditæ, vt l.quemadmodum.C.de agri.& cenſi.lib.11. Sicut etiam fit in l.iubemus.C.de ſac.ſan.eccle.& in auc.de non alie.in prin. in l.j. C.de fide inſtru.Non ob. ꝙ qui vendidit, turpiter faciat,ex quo cõtra iura mercatus fuit, & in pari cauſa turpitudinis potior ſit conditio poſſidentis,vt in regula.in pari.de reg.iur. in 6.quia fallit fauore reipublicę,vt ſupra dictum eſt.Ita formaliter dicit Barto.poſt glo.in d.l.quemadmodum.

2 Secundò quæro,quis ſit effectus reſciſſionis venditionis. Dicas, ꝙ primus eſt, ꝙ venditor debeat reſtituere pretium perceptum ab emptore,vt dicit tex.in l.j.§.ſi quis fundũ. ibi, recepto pretio.& in §. ſed ſi forte.ff. quæ in fraud.cred. etiam ſi venditio fuiſſet nulla,ideſt non ſeruata iuris ſolẽnitate facta, dummodo pretium in rem venditoris ſit cõuerſum,vt in l.pretium.vbi bonus text.C.de procu.volens enim reſcindere venditionem non auditur,niſi primò refundat pretium in eius vtilitatem conuerſum;vt bene probatur in l.ſi non ſortem.§.ſi centum.ff. de condi.inde.& in l.fundus:qui.ff.de reſcin.ven.quod plenè & latè firmat Bal. in eius not.conſi. incip. executores poterunt vendere, vnde ſi emptores cogantur reſtituere rem emptam ex vitijs,debet eis pretium reſtitui;vt in l.ſi Senatus.ff.ad Sille. fallit in l.pe. & fi.C.de reſcin.ven. in quibus emptor perdit pretium, vt in eo qui ſcienter emit ab eo,qui vult recedere de ciuitate ad effugienda munera publi.vt in d.l.pe. & in emẽte rem prohibitam, vt in caſu d.l.fin.aliàs regulariter qui petit contractum reſcindi, ſemper tenetur pretium reſtituere,vt C.de ſac.ſan.eccle.in auctẽ. at qui res iam dictas.in l.bona fides.ff.de act.empt.in l.j.C.ſi ſeruus exte.in l.j.C.de fur.& in ca.j.in §.j.& ibi not.Bald qui feu. da.poſ. quod procedit etiam in minore petente contractum reſcindi, vt in l.quod minor.in §.reſtitutio.in l.patri.§.ſi pecunia.in l.ſi iudex circunuento,& in l.tutor.§.j.ff.de minor. nec aliter auditur volens vendicare rem alienatam niſi oblato pretio, quod fuit in eius vtilitatem conuerſum,vt in l.vtere.in l.prædiorum.& in l.ſi prædium.C.de prædijs mi.in l.edicto.C. ſi aduer.fiſ.& d.l. fundus.

Source : BIU Cujas

3 dus.de reſcin.uen.† Secundus effectus eſt,ꝙ qñ reſcinditur ven
ditio ex utraq; parte acceſſiones hincinde reſtitui dicunt,vt nil
amplius quicquam conſequatur alteruter ipſorum ⁊hentium,
quàm ſi venditio facta non eſſet,vt bene probatur in l. cum au
tem.in §.j.ff.de ædi.edic.quia venditione reſoluta perinde habe
tur,ac ſi retro facta non eſſet,vt in l.ſi hominem.in fi.ff.de vſu
ca.quia reſoluta venditione res in priſtinã cauſam redit,& om
ne ius rei eſt ſaluum & integrum,ac ſi nunquam interueniſſet
venditio,vt in l.uoluntate.§.j.ff.quibus mod.pig. uel hypo. ſol.
& bonus tex.in l.intra utile.in §.vendentibus.ff. de minor.ideo
in caſu reſciſſionis emptor poterit rem retinere, donec ſibi in
tereſſe ſoluatur,& quò ad agentem excipere,arg.d.l. ſi non ſor
tem.in §.ſi centum.de cond.inde.& in l.pater.§. ex quadrante.
ff.de doli excep.& no.tradit Bal.in c.ſi vaſallus.ſi de feu.fue.con
tro.in quibus acceſſionibus & fructibus ueniunt,quæ dicunt re
ſtitui,niſi in pacto adiectionis in diem, de qua dic, vt habetur
in l.ij.in fin.& in l.item ꝙ dictum.ff.de in diem adie.ꝙ habet lo
cum etiam,qñ reſcinditur venditio tanquam nulla,ut declara
uit gl.in l.ij.in ver.reuocare.C.ſi propter pu.pen. quæ alle.l.j. C.
de fide inſtru.& iure haſt.fiſ.li.x.nã vbi ⁊ctus eſt nullus, emptor
non lucratur fructus:ut d.l.j.& in l.j.C.de præd.cur.lib.x. & vtro
4 bique per Bar.†Tertius effectus:quia reſciſſa venditione debet
haberi ratio meliorationis factę in fundo ab emptore,ut ſibi re
ſtituatur,ut in l.j.& ij.C.de alluuio. & palu. & in l.intra utile. in
§.vendentibus.ff.de mino.in l.in fundo.ff.de rei uen. niſi quan
do reuocarentur illicitè alienata,ut eſt tex.in l.chirographis. in
§.j.ff.de admi.tut.& not.declarauit Bal.in l.fi. C. communia. de
leg.ubi quærit,an reſciſſa uenditione dominus debeat pati ędi
ficium tolli,vel meliorationem deſtrui,de quo dicas,ut ibi per
eum.Quartus effectus eſt; quia contractu irrito facto agitur ac.
ex eo ⁊ctu,& inſtrumenta inde confecta caſſentur.gl.eſt ſingu
laris in l.ex empto.in §.qui vina.ff.de acti.empt.quam no.pon
derauit Ponta.in l.ſi id quod.ff.de uerb.obl.& quòd detur actio
ex eo ⁊ctu ad reſolutionem ipſius,tradit Bar.in l.ij.C.de reſcin.
uend.per l.ſed & Celſus.in §.j.ff.de ⁊h.emp.& l.ex empto.§.ſi qs
virginem.ff.de act.empt.qui eſt bonæ fidei & habet duo capita,
vnum ad reſcindendum,aliud ſi reus uelit ſupplere pretium,a-
5 lias rem reſtituere,quod etiam voluit gl.in d.l.2.† Quintus effe-
ctus:quia in retractatione uenditionis factæ extraneo uenit re
ſtitutio gabellæ,licet ille qui emerit ex qualitate ſuæ perſonę il
lam non ſoluerit,puta quia clericus,prout no.dixit Cy.in l. nec
pro ſe.C.de hære.inſti.Sed Bal.ibi contra, quia non poteſt pete
re,niſi quod ſua intereſt.l.fin.C.de fruc.& lit.expen.Sextus effe-
ctus : quia annullato & reſciſſo contractu ex quacunque cauſa
intelliguntur omnia in eo contenta annullata & reſciſſa, & ſic
renunciatio, pœnæ obligatio & quælibet alia clauſula ibi poſi-
ta,ut dicit gl.or.in l.j.in §.patronum.ff.ſiquid in frau.pa.& Bald.
in l.ſeruum filii.in §.cum qui chirographum.ff.de lega.j.ubi di-
cit,ꝙ reſciſſo contractu propter non ſolutam gabellam intelli
guntur annullatæ omnes obligationes in eo contentæ,& idem
no.voluit op.gl.in c.j.in prin.in fi.ſui apparatus, de prohi.feud.
alie.per Fede.Septimus effectus:quia ſi petitur reſcin.vend.for-
matur libellus ⁊ emptorem uel eius hæredem per l.qui ſolidũ.
§.j.ff.de leg.ij.& hoc ſi poſſidet ipſe emptor, alias citãdus eſt poſ
ſeſſor per l.ſi deſerta.C.ſi propter pu.pen.& l.cum militiæ.§.j.ff.
ex quib.cauſ.ma. ut bene declarat Bal.in d.l. qui ſolidum. in §.j.
6 †Octauus : quia admittitur quis ad reuocandum venditionem
nedum ratione deceptionis uel pacti, ſed etiã ratione affectio-
nis ad rem,uel ratione alicuius probabilis intereſſe,puta qa fue
rat ibi educatus,vel fuerint ibi ſepulti parentes eius,aut ꝙ ea res
fuerit maiorum ſuorum,tanquam ibi ſit memoria ſuę antiqui-
tatis,ſeu originis,ut bene probatur in l.ſi in emptione.ff. de mi.
in l.lex quæ tutores.C.de admi.tuto.in l.milites prohibentur.ff.
de re mili.& in l.j.§.ſed ſi rẽ.ff.ſiquid in frau.pat.Nonus effectus,
ꝙ quò ad reſoluendam venditionem contractam de partium
conſenſu non requiratur noua contraria reuẽditio, ut dixit gl.
in l.vlt.C.quando lice.ab emp.diſt. ſed ſufficiunt verba apta ad
reſolutionem contractus,licet non fiat cõtractus, vt probatur
in l.ab emptione.iũcto prin.cum ſimi.ff.de pact.& facit l.iuriſg.
§.adeo.eo.tit.& ſic non erit ex tali reſolutione ſoluenda noua
gabella ſecũdum Bart.in d.l.ab emptione,& ſi fuerit tradita res
emptori,ſufficit ficta traditio,ſcilicet ꝙ emptor cõſtituat ſe uẽ
ditoris nomine poſſidere : quia licet debeat interuenire actus
retro ſimilis,tamen ſufficit dicta ficta traditio,quæ eſt æquipol-
lens.l.ſi mater.C.de inſti.& ſubſti.l.mulier.ff.ad Treb.& in l.prę
ſes.C.de ſen.& perinde eſt ac ſi retro tradiderit.l. certi cõdictio.
7 in fi.ff. ſi cer.pet.ita no.declarat Bar.in d.l.ab emp.†Quartò quę
ro de reſciſſione vẽditionis,quæ fit beneficio ſeu remedio. l.ij.
C.de reſcin.ven.de cuius materia,quia latè traditur per Bar.An
ge.& alios Mod.in d.l.ſi quis cum aliter ff.de uerb.obl.& Bal.&
Sali.in repe.d.l.ij.& per cano.in c.cum dilecti.& in c. cum cauſa
de emp.& uend.ideo breuiter attingemus ſolum infraſcript.q.
tanquam vtiliores & frequentiores.

Primò igitur Quæro, quando & ex qua deceptione locum habeat. d.l.ij. Reſpondeo, quando emptor fuit deceptus vltra dimidiam iuſti pretii,utpu
ta ſi res quæ ualet x.fuit empta pro quatuor,& hoc in venditore,& econtra quantum ad emptorem, ſi res quæ valet x. fuerit empta pro 16.& ſic exceſſus eſt in quantitate,quæ facit maiorẽ vel minorem dimidia iuſti pretii,facit l.ſi ex uoluntate.C.de reſcin.ven.ita not.declarat Bal.poſt gl.in d.l.2. & dicitur exceſſus iuſti pretij,etiam ſi fuerit in uno nummo:quia ſufficit,ꝙ ſit exceſſus,ex quo.l.ita determinat,quia ſtare debemus cõtenti eius taxationi,ut in l.ſi non fuerit.in glo.ff.pro ſo. ſecundum Bal.in d.l.ij.& habet locum dictum beneficium tã in uenditore quàm in emptore,ut ſ.exemplum poſitũ eſt', quia ita ſuccurritur em-
8 ptori decepto qui emerat vltra dimidiam iuſti pretii † quoniã in contrahentibus ſeruanda eſt ęqualitas,ut in l.ſi ſocius ꝓ filia. ff.pro ſo.& quod vni licet,dẽt alteri licere,ut in l.j.C. de cupreſ. ex luco daph.li.11.& ita declarat gl.in d.l.ij.in gl. magna in ver. item habet locum ecõtra.l.iſta.& Bal poſt eam .Sed modicitas pretii uel maioritas non reſcindit contractum, niſi ſit exceſſus ſupra dimidiam maioris,licet glo.in l.ſi uoluntate.& in l.ſi quis. C.de reſcin.ven.dixerit,ꝙ ratione modicæ iniquitatis reſcindi tur vend.tu dicas cõtra,quia propter minimam cauſam reſcindi non debet,ut dicit tex. in l.res bonafide.ff.de contrah.empt. ad idem.l.ſcio.ff.de in integ.reſti.& eſt tex.clarus in l.item ſi pretio.in §.j.ff.loca.ubi inter empt & uen.naturaliter eſt cõceſſum pluris uẽdere & minoris emere,& ſe inuicem circumſcribere, qui text.eſt notabiliſſimus & perpetuò menti tenẽdus,& idem dicit tex.in l.in cauſæ.la ij.in §.idem Pomponius.ff. de mino. & hoc de iu.ciui.ſed in foro poli ſtrictius eſt agendum ; quia inqt Apoſtolus,ne quis circumueniat fratrem in negotio, & etiam iure naturæ prohibitum eſt cum aliena iactura locupletari. ff. de reg.iur.l.iure naturæ.& hæc procedunt in deceptione pretii, ſed in deceptione alia propter uitium ei ſuccurritur decepto,& competit ſibi remedium,etiam ſi deceptio conſiſtat circa dimidiam,dummodo non ſit minima:ita no.declarat gl.ord.in l. Iulianus.in prin in gl.magna ſuper ver.furem.& Bal. qui illam ſe-
9 quitur,& allegat in d.l.2.de reſcind.ven.in 2.q.†Secundò quęro in quibus contractibus locum habeat remedium.d.l.ij.Sol. dic, ꝙ non ſolum in emp.& vend.ſed in omnibus bonæfidei cõtractibus,ut probatur in l.maioribus.C.communia utriuſq; iud.& in l.ſi olei.in gl.C.loca.& tradit gl.ord.in d.l.2.& Bar.& Bal.optimè declarant in l.item ſi pretio.in §.fi.ff.loc.& ultra no.uoluit Bal.ꝙ etiam in donatione remuneratoria locum habeat, auct. ex teſtamento.C.de colla.& in omnibus contractibus bonæfidei nominatis & innominatis, ut in permutatione ſecundum Bal.in d.l.ij.& ſic etiam in locatione & diuiſione per ſupradicta iura,& l.ſciendum.§.deinde autem.in ver.emptorem.ff.de ędi. edic.& in ⁊ctibus ſtricti iuris, ex quibus hincinde ex æquitate naturali par naſci debet obligatio:vt no. declarat Bal.in d.l.ij. ꝓ gl.in d.l.ſi quis cum aliter.de verb.oblig.licet gl. in d.l.ij. ſolum ſe reſtrinxerit ad contractus bonęfidei.& licet Bal. in allegationibus Spec.in tit.de dolo & contum.dixerit Spec.tenere,quòd d.l.non habet locum in contractu locationis per d.l.item ſi pretio.§.fin.Tu dicas,quòd etiam in locatione locum habet,ut tenuit Ioan.And.in d.c.cum dilec.de emp.& uend.& glo.in d.l.ſi olei.quinimmo etiam tenuit Spe.in tit.de emp.& ven.in §.nũc dicendum.el ij.in ver.ſed nunquid prædicta.l.vbi allega.l.j.§. ſi quis.ff. ſi quid in fraud.pat. Item etiam in datione in ſolutum, vt ung.voluit Ioan.And.in addi.Spec.in tit.de iud.in 4.parte.in §.ſequitur.in verſic.ij.licet Bal.voluerit contrarium,quod non habeat locum propter auctoritatẽ rei iudicatæ l.3. alias, ordo. C.de execut.rei iudi. & Barto.in l.j.C. de prædi.cur.libro 10.ſed poteſt intelligi pro concordia dictum Ioan. And.in datione in ſolutum extraiudiciali de partium conſenſu & voluntate vbi iudicis auctoritas non interuenit.Item in diuiſione hæreditatis ſecundum Ioan.And.vbi ſupra.& idem voluit Bald.in l. per diuerſas.C.mand.qui allegat.d.l.maioribus.C.communia vtriuſque iud.Item inter clericos & eccleſiaſticas perſonas, vt in di-
10 cto c.cum cauſam.de emptio.& vend.† Item in contractu permutationis,qui ſimilis eſt emptioni,ſecundum Ioan.And.in dicto §.ſequirur.per l.fi.ff.de bon.auctо.iudi.poſſ. quod idem voluit Spec.in tit.de empt.& ven.§.nunc dicendum.el ij.in verſ.& nunquid in contractu permutationis, & firmauit etiam Bal. in dicta l.ij.ſed non habet locum in contractibus liberatoriis, ſeu diſtractibus,vel pacto gratuito:vt no.dicit Bal.in l.prima. C.de pact.& in dicta l.ij.de reſcin.ven. quem etiam retulit & ſecutus fuit do.Pau.de Caſtro in dicta l.ſi quis cum aliter.de verborum obliga.Item ceſſat remedium.dicta l.ij.in caſu.l.habitationum. in princ.ff.de pericu.& commoda.rei vend.ratione dubij euentus.Item in caſu.l.Lucius in §.fina.ff.ad Trebellian. Item quando venditor diceret ignoraſſe pretium rei, de quo per Specul. in titu.de emptione & venditione. in dicto §. nunc dicendum. in verſic.item quid ſi aliquis,prout tradit Bald.in l.j in fin. ff de actio.emp.Rurſum tenementi,quòd in dote.dicta l.ij. non habet locum in dote,quaſi ęſtimatio fuiſſet iniuſta,citra vel vltra dimidiam iuſti pretii, & res data eſſet perempta,& non extaret in rerum natura,quia tunc in ſubſidium ſtandum eſſet ęſtimationi

Source : BIU Cujas

mationi factæ in instrumento dotali, dūmodo maritus vel mulier dicens se deceptum non fuisset in dolo, ita elegāter probaī per tex.& gl.quem Ang.ibi summopere commēdat,& dicit esse no.dignum in l.si circunscripta.C.solu.mat.& idem ibi tenet Bar.de Sali.& idem firmauit ipse in l.2.in 14.q.C.de rescin. ven. Sed an habeat locum.d.l.in transa.facta etiam vltra quadruplū iusti pretii non pōt procedi ab ea ratione enormis læsionis, ut vī probari in l.Lucius.§.fi.ff.ad Treb.quem tex. dicit Dy. ibi nō reperiri parem de iu.ciui.vt refert ibi Ang.quam l.ita intellexit ibi Dy.& Inn.& Io.And.in c.cum causam.de emp.& uen.& idē Io.And.in addi.Spe.in ti.de arbi.in §.j.in addi. quæ incipit,& est sciendum,q̄ Mar.de Fan.quam etiam sententiam tenuit, & se-
11 cutus fuit Bal.† q̄ transac.propter immoderatam læsionem nō rescindatur,per d.l.Lucius.§.fi.etiam si læsio excederet dimidiā iustæ ęstimationis,vt ibi no.& in l.post decisionem.C. de fur.ita voluit Bar.in l.3.alias,ordo.C.de exe.rei iud.idem etiam voluit & clarius firmat ipse Bal.in d.l.2.de rescin.uend.Primò per tex. in l.j.C.de plus peti. Secundò,quia transac. æquiparatur sententiæ,vt l.post rem.ff.de transa.Tertiò:quia transac. est ℈ctus liberatorius,in quibus ℈ctibus nō habet locum. d.l.2. & hoc refert tenere Dy.Ia.de Are.& Rich.Malum. & Cy. & hanc suam opi. ipse idem Bal.sequitur in l.fi.§.j.C.communia.de lega.dicens q̄ a transac.non potest recurri etiam ad arbitrium boni viri, quia ℈hentes non possūnt sibi iustitiam facere,ut l.Lucius.§. fin. sed ab arbitrio,seu arbitramento iniquo bene recurritur, licet habuerit plenum mandatum,vt in l.creditor.§.Lucius.ff. man. & in eandem partem videtur inclinasse in l.sub prętextu.C.de trā sac.dicens non rescindi prætextu læsionis, dummodo cessauerit consilium fraudis.Sed Bar.concludit ℈rium in d.l.Lucius.§. fi.per gl.ibi,q̄ d.l.habeat locum etiam in transa.q̄ quis esset deceptus ultra dimidiam iusti pretij non rei in transact.deductæ, sed dubii litis euentus; quia quando quis est deceptus vltra dimidiam ęstimationis & valoris eius, q̄ valet litis euentus, non dimidiam valoris eius rei,in qua facta fuit transac.tunc bene rescinditur ratione læsionis.C.man.fm Bar.in d.§.fi.& in d.l.2. & etiam voluit in d.l.si quis cum aliter.ff.de uerb.obl. & ipsum ibi sequuntur Io.de Imo.& Lu.de vrbe per gl.in d.l.fi. & in d.l.per
12 diuersas.Insuper etiam Ang.sequens Bar.in d.l.fi.dicit † q̄ quādo deceptio excedit dimidiam valoris,seu æstimationis nō rei sed dubij litis euentus rescinditur,& ita etiam in arbitramento, vel arbitrio,prout refert voluisse Bart.in l.si societatem.§. arbitrorum.ff.pro so.& subdit magistraliter debere esse cautum petentem rescissionem,ut in articulis,seu positionibus non referat se ad rei æstimationem dicti litis euentus, q̄ tamē semper dicit intelligendum,nisi transac.huiusmodi fuisset facta dolo alterius; quia tunc semper rescinderetur.ff.de transac.in l.qui cū tutoribus.secundum Ang.in d.§.fi. & hanc etiam partem secutus fuit in d.l.si quis cum aliter.ubi dicit ipsam tenendam propter gl.allegatam ab eo.d.Pau.de Cast. in d.l. si quis cum aliter. dicit,q̄ de iure videtur uerior opi.Bal.in d.l.2. q̄ non habeat locum in transac.pro qua facit secundum eum.l.sub prętextu. C. de transac.fm unum intellectum Dy.dum uult,q̄ ideo ibi non agitur ad resoluēdum:quia ibi tractatur de actu liberatorio. Itē secundò per rationem.l.q̄ si deferente.ff.de dolo.ubi decisa per iurm non rescindunt,esto q̄ quis velit probare de læsione enormi,vel de periurio,ergo idem in transact. quia iurm & transac. æquiparantur,vt l.2.ff.de iure do.Tertiò per l.si superstite.C.de dolo.ubi tunc agitur ad rescissionem transact.si expresse dolus interuenit. Quartò:quia hanc partem refert tenere Inn.in d.ca. cum causam.de emp.& uen.& in c.constitutus.de reli.do.Vltimò:quia pro actu liberatorio non habet locum remedium.d.l.
13 2.secundum Bal.in l.j.C.de pac.& in d.l.2.de rescin.uen.† sed determinatio Bar.tanquam æquior tenenda videtur, ut tollat dēceptio,& quia etiam transac.captiosa & damnosa rescindi dēt, vt in l.cum aquiliana. ff.de transac.ibi,liberalitatē enim captiosam interpretatio prudētium fregit.] Prædicta tamen limitabis, q̄ si excessus sit in dimidia,uel deceptio,succurratur per d.l.2.esse uerum,quando ℈ctus fuit celebratus per principalem, secus si per procuratorem,quia tunc sufficit, q̄ sit deceptus dominus in 6.parte æstimationis,ut possit peti rescissio:ita no.ponit Bar to in d.sua repe.in l.si societatem.§.arbitrorum.in 6.col.ff. pro so.fm do.Pau.in d.l.si quis cum aliter. Tu autem circa hunc ar. de uenditione facta per procuratorem recurres etiam ad no. d. Ang.in l.qui fundum.§.procura.ff.de vsuca.pro empt.ubi dicit, q̄ interdum procu.rem valentem quatuor uendit pro uno nullo interueniente dolo ipsius, nec emptoris, sed ignorantia; & tunc valet contractus,& transfertur dominium, seu usucapiendi conditio,& imputet sibi dominus,cur talem procu.elegit,ut in l.siue hæreditaria.cum concor ff.de negot.gest.sed habet remedium.d.l.ij. Interdum procurator cum emptore fuerunt in dolo,tunc non ualet contractus,nec dominium transfertur,siue fuerit pecunia corruptus,siue gratia,vt d.l.ij.§.procura. cum gl.Interdum fuit dolosus proc.tunc non transfertur dominiū, sed bene usucap.conditio,vt ibi.Interdum fuit in dolo emptor non procu.& tunc distinguendum, aut dolus dedit causam cō-
tractui,aut non: ut in l.eleganter.in prin.ff.de dolo.& ita no.dicit Ange.ubi supra.

14 Vlterius quæro † an d.l.ij.habeat locum in feudo. Sol. Spe.in ti.de emp.& uen.in §.nunc dicendum. el ij.in uer.sed nunquid habet locum in feudo, dicit q̄ non: qa feudum magis præstatur gratia, fauore & amore quam pretio: quia est remuneratio inæstimabilis fidei.facit in arg.l.si pater.ff. de do.& sequitur Bal.in d.l.ij.sed nunquid habeat locum in emphyteusi.Spec.in d.§.nunc dicendum.uer. quid de concessione in emphyteusim.dicit q̄ non:quia emphyteusis concessio non est emptio,nec uenditio,sed Bal. in d.l.ij. reprehendit ipsum dicens,q̄ non bene dicit:quia similis est locationi, & eadem ætate regulatur,vt instit.loca.§.adeo. Sed tu aduertas: quia idem Specu.dixit contrarium,q̄ habet locum in emphyteusi,in ti.de loc.§.nunc aliqua.in uer.90.de quo tamen plenius per Bart. de Sali.in sua repeti.in l.de quibus.in 4.col.ff.de legi.Rursum.d.l.2. non habet locum in ven.facta ad tempus,puta cum pacto,q̄ tu tenearis reuendere infra certum tempus fm Bald. singulariter in l.cum allegas.C.de vsur.quem refert, & sequitur do. Paul.in
15 d.l.si quis cum aliter.† Tertiò quæro, an possit renuntiari per cō trahentes beneficio.d.l.ij.So.dicas q̄ sic,q̄ potest renuntiari tacitè uel expressè.l.quæritur.§.si uenditor ff.de ædil. edic.secundum Odof.Nico.de Mata.& Bald.in d.l.ij. Quod tamen limita verum secundum Bal.nisi renuntians esset rusticus re & opere & conuersatione,mulier,uel minor,tunc enim debet certificari de beneficio.d.l.ij. ne magis ex facilitate quam ex liberalitate fecisse dicatur,arg.l.athletę.§.de rusticis.ff.de excus.tut.& l.fi.C. de testa.& notabis,q̄ si renuntiat emptor,non propterea prę sumitur renuntiare uenditor,ut in l.iubemus.C.ad uelle. & in l.si unus.§ in summa.ff.de pac.secundum Bal.no.in c.j.qualiter do. pro.pri.in usi.feu.ratificans tamen contractū ex postfacto non uidetur illi.l.renuntiare,nec sibi præiudicat in illo beneficio,cassus est ualde no.in l.j.C.si ma.fa.si.dece.& ibi Bal.no.Sed utrum iurm prestitum a muliere, minore, uel rustico de non veniēdo contra,excludat dictum remedium.Dom.Io.de Imo.in c.cum contingat.de iureiu.dicit q̄ non: quia ad tam enormem lęsionem non refertur tale iurm,& ita refert tenere.Do.Ant.de Bu. Abb.& Per.de Anc.in c.canonum statuta. de constit.quia quo errore fuit inductus ad uendendum,eodem errore prę sumitur inductus ad renuntiandum.l.doli.in dicto §.diuersum.ff. de no
16 ua.secundum Imo.& † quòd iuramentum in dubio non referatur ad enormem læsionem,tenet Roffre.ut refert Ia.Bu. in auc. sacramenta puberum.C.si aduer.uen.Dy.expresse consuluit,q̄ non tollitur dictum remedium per dictum iuramentum, nisi fuerit certificatus de eo.& idem tenet Ioan.An.in d.c.cum causam.de empt.& uend.sed Bart.tenet contrarium, q̄ indistinctè tollatur per iuramētum,per l.j.& auct.sacra puberū.C.si aduer. uen.& gl.ord.quæ hoc voluit in d.l.j.circa medium.in uer.item quid si iste uenditor iurauit,q̄ etiam uoluit Bal.in suo consi.incipiente.In Christi nomine,domina Angela. nisi probaretur, q̄ habuisset scientiam ualoris rei, quod non præsumitur in dubio,sed q̄ errauerit ex enormi lesione secundum Cy.in d.l.2.in 14.q.Concludit tamen tutius esse,q̄ petatur prius relaxatio iuramenti,& in hanc partem uidetur inclinare Spec.in d.§. nunc dicendum.el ij.in uer.quid si uenditor iurauit. ubi ulti. loco refert Accur.voluisse,q̄ tollatur,ut ℈.dictum est. Iuramentum tm̄ prestitum a minore de non ueniendo ℈, non tollit dictum remedium,quia intelligitur ratione minoris ætatis & non ratione iusti pretii fm glo.Bar.& Bal.in d.l.2. quia sicut maior factus ratam habens venditionem factam in minori ætate non impeditur, quominus possit dictum beneficium implorare, ut d.l.j. C.si ma.fa.ita minor promittens per iurm nō venire ℈,nisi specialiter promisisset non venire ℈ ex certa scientia, nec ratione ętatis,nec ratione minoris pretii:quia tunc non audiretur, nisi aduersarius eum induxerit dolo,ar.l.de tutela.C. de in integ.resti.mi.& l.tres fratres.ff.de pact.determinat glo. & doc.in d.l.ij. sed si uenditor sit maior, nec excusari possit aliqua simplicitate,q̄ sit maior & discretus,tm̄ propter ignorantiam sit lęsus,si in instrumento contineatur, q̄ renuntiauerit omnibus beneficiis suis,non tamen vī renuntiasse beneficio.d.l.ij.quia generalis renuntiatio non sufficit,vbi alicui ratione ignorantię subueniretur,ar.l.cum aquiliana.ff.de transa.& l.ij.in fi.ff. si quis in ius vo.non ie.secundum Nic.& Bal.in d.l.ij.

17 Quartò †Quęro,an remediū d.l.2. tollatur, si in instrumento venditionis ponatur clausula communiter apponi consueta uidelicet,& si quid pluris ualet, donauit &c.Bar.in d.l.si quis cum aliter.de uerb.obli. concludit q̄ non, quia ea non obstante poterit rescindi, dummodo ignoraverit deceptionem;nam si sciuisset ualorem rei, tūc cessaret dictum remedium.l.si libertus ita.ff.de oper.lib.Do. Pau.de Cast.ibi dicit,q̄ quando subesset scientia & certitudo ualoris rei cessaret. d.l.ij.etiam si non fuisset apposita dicta clausula quia scienti dolus nō infertur,ut in l.j.ff.de ac.em.sed Bal.in d.l.ij. limitat Bart. nisi fuisset dictum totum, & quicquid plus valet &c. quia tunc nullo modo poterit peti rescissio,quod tamen do.Pau. in dicta

l.si

Source : BIU Cujas

l.si quis cum aliter dicit nõ esse fortè verum:quia eadem est rõ, quando simpliciter dicit,si quid plus valet, donauit, & qñ dixit totum,& quicquid plus ualet.Ideo etiam Bald.in l.cũ filius. in §.pater ff.de le.2.simpliciter dixit,q̃ ex dicta clausula nõ cessat dictum remedium,sed in l.2.ℨ.alle.distinxit. q̃ aut dicitur, si quid plus valet donat,tunc hæc clausula ad modicam quantitatem refertur,vt l.hæc adiectio.de verb.sign.ita Bar.in d.l. si quis cum aliter,& dicit,q̃ hæc donatio non tenet: quia est captiosa veniens ex consequentia erroris,ut d.l.cum aqui. ff. de transac. aut dictum fuit omne totum & quicquid plus valet, & tollitur dictum remedium,& sic loquitur Nicol. de Mata.& ita dicit ẽt de cautela,q̃ in instrumento apponatur,non per errorem, sed
18 ex certa scientia,vt in auct.sed cum testor.C.ad l.fal.† Sed Bart. in d.l.2.& in d.l.si quis cum aliter,dicit,q̃ dicta uerba excludũt dictum remedium,qñ quis sciebat valorem rei, aliàs q̃ vĩ modicum donare.d.l.hæc adiectio.& l.si libertus ita.ff. de oper. lib. & in l.si de meis.§.recepisse.ff.de arbit.& ideo si sit læsio in magna quantitate,potest peti,seu implorari dictum remedium,ad quod euitãdum debet dici,& si quid plus valet,id totum donat: siue sit magna quãtitas,siue parua,& valet l.si donauimus. ff. de ℨhen.emp.In dubio autem semper præsumitur scĩa per l. si qs. C.de rescin.vend.vbi est casus no.& fortè sing.& ibi tenet glo. 4.& Bar.& Specu.& Io.An.in ti.de emp.& ven.in §. nunc dicẽ dum.el 2.in ver.quid si aliquis,& Io.de Imo in d.l. si quis cũ aliter.Aduertas tamen:quia Bal.no.in suo consi.quod incipit,quidam Petratius indistinctè dixit, q̃ d.clausula,& si quid plus ualet,refertur etiam ad magnam quantitatem, vt aliquid operet̃, maximè facta a sciente cõditionem rei suæ. Illud autem est cer
19 tum,q̃ † qñ uenditor scit valorem rei,non habet locum dictũ beneficiũ ſm Spe.in tit.de emp.& ven. in d.uer. quid si aliquis. & Bal.in l.j.in fi.ff.de act.emp.ubi allegat casum in l.domum ff. de ℨhen.emp.& idem etiam ipse uoluit in d.l.2.quia sciens æquparatur remittenti,tex.est nota.in l.quæritur.§.si uenditor.ff.de ædi.edic.nisi personæ uendentis simplicitas,seu rusticitas aliud persuaderet,quod totum arbitrio iudicantis remittendum est, vt l.cum de indebito.§.fi.ff.de proba.Item scias, q̃ dicta clausula non inducit veram donationem,ut tradit Ang.no.alle.Bart. & Bal.in l.si tibi.x.ff.de pac.q̃ fuit dictum Guli.de Cu. quia non profertur ex mera liberalitate,sed potius ex quadam facilitate, & ignorantia quid & quantum res valeat. ita dixit in suo quolibeto super ver.clam.Item ulterius tenemenți,q̃ per dictã clausulam non intelligitur recessum a d.beneficio. l.2. quia intelligitur de modico pluri,nõ de pluri,quod excedat dimidiam iusti pretii,ita no.dixit Bal.in l.cum filius.§.pater.de leg.2.& facit. l.cum pater.§.qui dotalem.ff.eo.tit.quod etiam idem uoluit & firmauit in suo not.consil.incipiente.in Christi noĩe. domina Ang.Item sciens, q̃ dicta clausula nõ habet locum in cessione iurium incorporalium,sed tm̃ in venditionibus bonorum corporalium:ita sing.uoluit Bal.in l.per diuersas. in 3.q.C. manda. insuper in procuratore & sindico nil operatur.d. clausula. q̃ nõ potest donare ſm Bal.in l.ℨ iuris.in §.fi.ff.de pac. idem si uenditio facta fuit per quoscunq; administratores eccle. vel alterius retractatur,etiam si fuerit scienter facta,quia nõ est permissum eis tam damnosam aliena. facere,& sunt in malafide ꝓpter eorum scientiam.l.qui fundum.§.si tutor.ff.pro emp.& in l.qui filium.ff.de ma.test.& in l.creditor.§.Lucius.ff.mand.l.si in emp.
20 §.fi.ff.de ℨh.empt.ſm Bald.in d.l.2.† præsumitur autem scĩa,vel ignorantia venditoris ex cõiecturis:quia si versabatur circa res colendas,præsumetur scĩa:si verò res erat in remotis, uel habebat patrimonium valde diffusum,præsumitur ignorantia,in dubio autem æstimatæ læsionis enormitate potius præsumit̃ ignorantia quàm scĩa:quia quis nõ præsumitur iactare suum. d.l. cũ de indebito.ſm Nicol.de Mat.& Bal.in d.l.2. item in vendentẽ præsumitur scientia ualoris rei suę,per d.l.quisquis.C.de rescin. uend.quæ tñ præsumptio tollitur,quando est excessus magnus ultra dimidiam iusti pretii:nam tunc propter enormem læsionem præsumitur potius ignorantia:quia non est verisimile, q̃ si sciuisset,vendidisset pro tam paruo pretio,ſm Cy.Bar.& Bal. in d.l.2.& Ange.& Imo.in d.l.si quis cum aliter.Quomodo autem procedat,q̃ quis intelligat̃ scire uires sui patrimonij,qualiter intelligatur,tradit Io.An.in d.§.nunc dicendum.in uers.sed
21 non res emp.† Vnum tamen scias,q̃ vilius vendere non est donare,sed est ℨctum damnosum facere:sicut dãnosa diuisio non est donatio,sed sibiipsi iniustitiam facit, qui tali modo ℨhit, iõ de iniustitia non potest cõqueri,sed de seipso, ut in auc. de triẽ. & semis.§.j.etiam si apponatur dicta clausula,non est donatio, sed actus consecutiuus venditionis, in qua licitum est ℨhentibus utilitatem propriam procurare: Nam natura commercij talis est; quia non sunt introducta commercia,nisi propter utilitatem contrahentium,vt ff.de mino.l.in causæ.§. idem Pomponius.nisi excedat dimidiam iusti pretii; quia tunc excedit terminos æquitatis,qui dati sunt naturæ contractus, alias esset uera donatio in eo,quod iustum pretium excederet, vt in l.si quis donationis.ubi Bal.hoc formaliter no.ff.de ℨhen.emp.Vltimò tenemenți,q̃ d.l.2.non habet locum,quando apponitur pactũ q̃ si non soluatur pretium conuentum in paschate, postea soluatur iustum pretium, quia sufficit prouisio hominis per quã tollitur.l.prouisio.ita eleganter dixit Bal.in c.j.qualiter do.propri.priue.in usib.feu.

22 Quintò Quæro † an uenditio facta cum iudicis decreto rescindatur per l.2.Bart.not.voluit q̃ non p tex.ibi in l.j.C.de prẽd.cur.lib.x.quod idem etiam tenuit Bal.in datione in solutum,nisi decretum interuenit propter auctoritatem rei iud.in l.ordo.C.de execu.rei iud. prout accidit in trãsa.vt in d.l.Lucius.§.fi.ad Treb. & in l. post decisionẽ.C.de fur. Sed Imo.& Pon.in d.l.si quis cum aliter.tenent ℨrium dicẽtes, q̃ dictum decretum tantum operatur,q̃ videatur vẽditio facta scienti,unde poterit probari ℨrium,& glo.ord.in l.j.C.si aduer. fis.tenet,q̃ in venditione facta per fiscum, in qua requiritur decretum habet locum.d.l.2.pro qua etiam uidetur bonus tex.in l.si quos.C.de rescin.vend.ubi solennitas subhastationis nõ tollit,quominus possit dici res vendita uiliori pretio: tu autem aduerte quoniam Bal.in eius excellenti consilio incipiẽ. iudex & creditor in executione sententiæ diffinitiuę & eleganter dixit, q̃ uenditio facta a iudice exequente seruatis subhastationibus non potest rescindi beneficio.d.l.2.primo. per d.l.j.C. de prẽdi. curi.quia ubi est seruata tanta solennitas, non potest quis conqueri de iniustitia ℨcti.Secundò per l.ab executore.C.quo appel.non rescin.ubi si iudex excedit modum appel.sicut generaliter a præcep.iudicum appellandum est,ut in l.ait prætor. in §. permittitur.ff.de minor.hoc maximè si fuit debitor contumax qui habetur pro præsente & absente, prout ei magis nocet, ut in auc.qua in prouincia.C.ubi de crimi.agi oportet. Tertiò: qa creditor deceptus non potest conqueri.l.a diuo §. si pignora.ff. de re iud.ergo nec debitor; quia debet seruari æqualitas, ut in l. in sacris.C.de proxi.sa.scri.li.12.Quartò:quia quatuor,quę sunt substantialia in tali uenditione concurrerunt, ut in l.Fulcinius. in §.cum hoc edictum.ff.ex quibus cau.in po.non continent iustum pretium. Quintò: quia standum est uenditioni, nisi quis fuerit probabili causa absens,vel minor,ut in l.ignorare. C. de resti.mili.& in l.si finita.§.si fortè.ff. de dam. infec. alias decreta prætorum essent delusoria,ut in l.si prætor.ff.de iudic.Non ob. l.j.§.uerba.ne uis fi.ei.quia ibi fuit obreptũ prętori,sed hoc non potuit; quia fuit sententia diffinitiua, quæ pro ueritate habet̃, ut in l.res iudicata.ff.de re iu.Item non obst.l.fundus qui Lucij. ff.de rescin.uen.quia ibi nõ fuit iuris forma seruata.Ita pulchrè dixit Bald.in d.suo consilio, cui addas,q̃ pro hoc articu.facere uidetur,quod no.tradit Spec.in ti.de empt.& uen.in §. nũc dicendum.el j.in uer.& breuiter scias, cuius dictum semper allegatur,q̃ ubi interuenit decretum iudicis,ibi omnia prẽsumunt̃ solenniter acta,& adhibitæ iuris solennitates,& multa facit prę
23 sumi pro eo,nisi contrarium ostendatur.† Sextò quæro, an d.l. 2.habeat locum, si quis fuerit dãnatus a testatore uendere pro certo pretio.Bal.no.dixit q̃ non.in l.si fideiussor. in §. meminisse.ff.de lega.j.& in l.imperator.in §.si centum. per text. ibi.ff.de leg.2.& plenè etiam per Pon.in d.l.si quis cum aliter.Septimò quæro,an habeat locum,ut detur contra emptorem emptoris, si fortè emptor alienauit alteri.Sol.Cyn.in d.l.2.in 11. quæst.uidetur dicere q̃ sic:cum sapiat quandam restitutionem,quæ datur contra singu.successorem,si scienter emerit,per tex.no.in l. in causæ la j.§.fi.cum l.seq.ff.de mino.Sed Bal. ibi in d.l.2.intelligit hoc uerum, quando secundus emptor emit minus dimidia iusti pretij,uel quando haberet ti.lucratiuum, uel nullum, alias si haberet onerosum,uel iustum ti. non daretur cõtra eũ. arg.l.apud Celsum.ff.de doli excep. nisi solum in subsidium qñ prius emptor non esset soluendo,uel non reperiretur, quo casu ne uenditor uersetur in damno,habet regressum contra secundum emptorem,per tex.in d.l.in causæ.in §.fi.cum l.seq. & l.planè.la 2.§.j.ff.de leg.2.& bene facit tex.in l.fi.in princi.ff. de eo per quem fac.fu.& ita loquitur Bal.in l.qui solidum. in §.j.ff. leg.secundo.ubi dicit,quòd contra heredem emptoris, & contra successorem,& contra possessorem datur iudicium rescissorium uenditionis,de quo supra dictum fuit in septimo effectu secunda quęstionis huius 8.principalis.Item Specu.in tit.de emptio.& uend.§.nunc dicendum.el secundo. in uersi. quid si emptor.simpliciter dicit,quòd si emptor rem alteri uendiderit,adhuc locum habet.dicta l.2.secundum Azo. secus si res penes eũ
24 casu perierit. † Octauò quæro, qualiter formatur libellus pro consequendo beneficio.dicta l.2.dicas,quòd vẽditor debet petere rem sibi restitui,& offerre separatum reddere pretium, qđ accipit:iudex autem in sententia debet condemnare ad rem restituendam & adiicere,ut si emptor uelit,possit supplere pretiũ, ita quòd rem restitui est in obligatione pretii, aut suppletio est in potestate emptoris vsque ad litis contestat. uel quasi in executione secundum glo.ordin.Richar.Malum. & Bal. in dicta l. 2.non autem potest peti,ut pronuncietur uenditio nulla; quia tunc libellus esset inceptus,& sententia super eo non ualeret, ut in c.cum dilecti.de emp.& uen.& si in libello nihil fuit dictum de suppletione pretii,quòd sit in electione rei,nihilominus ualet, quia potest in iudicio postea offerri, ut l.si maior. C. de

Source : BIU Cujas

tranſac.& in l.ſoror.C.de colla.quia non eſt obligatio alternati ua:& quia licet non fiat mentio de beneficio rei in libello, nihilominus tenet,vt in l.ſi pater.ff.quod cum eo.ſecundum Bal. in d.l.2.Et aduertendum quia qui petit contractū reſcindi tanquam deceptus vltra dimidiam iuſti pretij, videtur præſuppónere ab initio contractum validum,vel ſaltem fuiſſe talem,qui dat coloratum tit.poſſidendi,ita no.concludunt do. de Rot.in deciſionibus ſuis,in deci.112.in deciſione quæ incipit.item licet cauſa.quod no.quia eſ hoc tanquam bonæfidei poſſeſſor facit fructus ſuos,vt in l.certum.& in l.ſi fundum.C. de rei venditio.

25 †Nono quæro,quid ſit iuſtum pretium.dicas illud eſſe iuſtum, ꝙ res valet conſideratis conſiderandis,ideſt oneribus, redditib. & qualitate & conſuetudine loci,vt in l.mortis cauſa.§.fin.ff.de do.cau.mor.dēt enim res æſtimari ſm rei qualitatem & reddituum quantitatem,vt in l.ſi quos.C.de reſcin.ven. & dicitur res tantum valere,quantum de fructibus reſpondet,vt in d.l.ſi fundus.& ibi Bal.no.ff.de re.eo.& plenè tradit gl.in d.l.2. & eſt bonus tex.in l.ſi fundum per fideicom.in prin.ff.de leg.j.ibi.excuſſo pretio ſecundum redditum,& debet probari valor rei per teſtes,ꝙ tantum valebat tempore contractus, & ſi dicerent ante per annum tantum valuiſſe non concludunt,iudex tamen debet reſpicere diuturnitatem temporis & vſum regionis, an res eſſet deteriorata,ita no.voluit Cy.in auc.ſed quamuis. C. de rei vxo.ac & debet attendi valor rei,qui erat tempore vēditionis, vt d.l.2.& l.ſi voluntate.C.eo.tit.& no.gl.& doc.in ca.cum dilecti.de emp.& ven.& bonus tex.in c.cum cauſam,quæ inter ęconomum.ibi.venditionis tempore,de teſti.Item aduerte, ꝙ pretium,quod contrahentibus placuit,præſumitur iuſtum, nec vēditor præſumitur calumniari,& lites execrari, ut in l.minorib. ff.de mino.& in l.hæreditatem.C.man.ſecundum Bald. in l.per diuerſas.in 4.q.C.man.Et no.quod res minori pretio vendita di

26 citur quaſi proiecta,in l.ſi pignо.ff.de euic. Item † quid ſit iuſtū pretium,vide per Io.And.in ti.de emp.& ven.in §.nunc dicendum.in ver.fi.ubi alle.plura iura ad illud diſcernendum, maximè.l.in fundo.ff.de rei ven.l.prætor.§.in eum ff.de bon. auc.iu. poſſ.l.ubi.§.vlt.ff.de in diem adiec.l.ſi ſeruus furtiuus ff. de condi.fur.d.l.mortis cauſa.in § fin.cum pluribus aliis.Et adde,quòd venditio facta ſecundum eſtimationem cataſti,& æſtimi præſumitur iuſta, & bonafide facta, ideſt iuſto pretio, quia præſumitur pro cataſto a publicis perſonis confecto. l. hac ædictali, in §.immobilium.C.de ſecun.nup.ita no.dixit Bald.in l.fi. per tex.

27 ibi C.de mag.conuc.†Decimo & vlti.quæro,qualiter probabit valor rei,ſeu pretium.dicas,ꝙ fiat articulus,ꝙ res communiter tantum valet,& tantum venderetur, vel vendita fuiſſet homini ſcienti eius conditionem,tex.eſt cum gl.& ibi Bart.declarat in d.l.mortis cauſa.§ fi.vbi Bar.dicit,ꝙ debet apponi hoc verbū homini ſcienti eius conditionem,alias non cōcludit.l. nō hoc. C.vnde cogna.ſed in l.pretia rerum.ff.ad l.Falc.dicit, hoc nō eſſe neceſſarium; quia illud incumbit aduerſario,& preſumitur, ꝙ emens ſciat eius conditionem, & ſufficit artic. prætumptiuè concludere per l.omnes.in §. Lucius.ff.quæ in frau.cred.ſed do. Io.de Imo.in d.§.fi.dixit cautum eſſe illud opponere ad tollendum omne dubium, & qualiter teſtis debet deponere dictum ſuum ad probandum rei valorem in caſu.d.l.2.Bal.plures tradit ibi in 16.col.in verſi.nunc videamus,qūo probetur, & vide bonum tex.in l.non intelligitur.§.diui fratres.ff.de iure fiſci.

SVMMARIVM.

1 *Maritus an poſsit retinere,quod vxor nomine proprio emit, donec ſibi pretium reſtituatur.*
Vxor viro mortuo quando uendicare poſsit fundum emptum de mulieris pecunia.
2 *Res in dubio pro quo præſumatur empta.*
Emens in dubio videtur emere nomine proprio.
3 *Statutum, ꝙ emens rem in foro non teneatur domino reſtituere non ualet: quia eſt contra ius diuinum.*
Venditor rei alienæ dicitur in culpa.
Bonafides in contractu emptionis & venditionis,quando requiſita, ut poſſit præſcribi.
Emptor bonæfidei quando quis dicendus.
4 *Emptio malafide celebrata quæ dicatur.*
5 *Poſſeſsio ex ſimulata uenditione non transfertur.*
Vinum poſt deguſtationem dicitur pleniſsimè uenditum.
Regula omnis obligatoria fortior eſt in prima cauſa,quàm in ſecunda.
6 *Venditor traditione liberatur,niſi poſtea res euincatur.*
Poſſeſsio præcario tradita uenditorem non liberat.
Emptio dicitur ambulare per plures perſonas & manus.
7 *Pretij additamentum nouum contractum præſumit.*
Contractus effectus attendendus,non nomen.
8 *Venditor promittens de pretio detrahere,ſi res tanti ueneat, an teneatur re minoris æſtimata.*
Eccleſia reſciſſa uenditione quando teneatur ex pretio ſurrepto.
9 *Recedere ab emptione totius reſpectu partis quando liceat.*
10 *Ratihabitio ſequens uenditionem præcedentem reconciliat.*
11 *Venditio ad uitam quando ualeat.Et quid de uenditione facta ad uſum.*
Onus probandæ ſolennitatis requiſitæ in uenditione cui incumbat.
12 *Venditor promittens uni uendere, & alteri uendit, tenetur de promiſsione, & poſſeſſor eſt citandus.*

¶Nona & vltima quæſtio principalis.

NONA & vltima quæſtio eſt cōis, de emp & vend.in qua tradentur quædam præludia, quæ ſub præcedentibus qō.congruè adaptari non potuerūt,quæ explicabimus per concluſiones,& no.†Si uxor uiuente viro emit aliquid nomine ſuo,acquirit ſibi dominium & poſ & in l.multum C.ſi quis alter. uel ſibi,ſed præſumitur de pecunia viri emptum,vnde illam retinere poteſt vir, donec ſibi pretiū reſtituatur.l.ſi vt proponis.C.de rei ven. & in l. uxor marito.C. de do.inter virum & vxo.ita no.concludit in ſuo conſi.inci.ponitur,ꝙ quidam Vannes,adde,ꝙ non refert, ex cuius pecunia quid ſit emptum.vt in l.non vnde originem.C.ſi cert. peta. & bene facit tex.in l.ſi auia.C.de dona. niſi fuerit pecunia militis,minoris,vel eccleſiæ.d.l.ſi ut proponis.Item uxor viro mortuo poteſt vendicare fundum emptum per ipſum de ipſius mulieris pecunia ſi aſſeruit in inſtrumento emptum eius nomine ex ſua pecunia & ſibi fuerit tradita:ita dicit Io.And.in addi. Specu.in ti.de emp.& vend.§.in loco in ver.hoc autem ſcias. Item

2 aduertas,†quòd res non præſumitur empta in dubio pro eo,cuius eſt pecunia,ſed pro emptore & eius hærede, vt in l. ſi pactū. ff.de proba.& de dō.inter virum & vxo.in l.ſi non virum. & in l.ſi filii.ita dicit gl in d.l.ad probationem.C.de prob. Fallit in pecunia militis,eccleſiæ & minoris ex quorum pecunia res empta eis acquiritur,licet non eorum nomine ematur. d.l. ſi ut ponis,& ibi no.ſi ematur per eius adminiſtrationem,vt in d.l.ſi curator.C.de arb.tu.& gl.in l.2.C.quando ex fa.tuto.ſed ſi ex pecunia vxoris per maritum ematur, efficitur eius vxoris, ſi eius nomine ematur,ſi maritus non eſt ſoluendo,ita loquit.l. vxor. prout declarat Bal.in d.l.ſi vt proponis.& Ang.in l.item ueniū t in prin.ff. de pe.her.Item ꝙ emens in dubio videtur emere nomine proprio non alieno.l.& magis.ff.de ſōl.quia perſona extrinſeca non eſt ſubintelligēda,vt in l.ſi ita ſtipulatus.in §.Chriſogonus ff.de verb.obli.& tradit Bar.in l.ſi pater.C. communia vtriuſq; licet Bal.ibi dicat recurrendum ad coniecturas,vtrum cōſueuerit noīe ſuo emere,an alterius.l.vel uniuerſorum ff. de pig.ac.Item ex his,quæ inter partes acta ſunt,de quo ibi latius peum Item ꝙ ex pacto procuratoris, vel alicuius alterius alieno nomine ementis non poteſt reſolui, ſeu reſcindi emptio contracta nomine dñi,tex.eſt no.in l.j.ff.de reſcin.ven.quem perpe

3 tuò not.†Secundò not.ꝙ non valet ſtatutum,ꝙ emens rem in publico foro non teneatur illam recognoſcenti domino reſtituere:quia eſt ɔ̃ ius diuinum, & nutrit pactum, ita tenet Hoſt. in ti.de pęnit.& remiſ.in ſum.in §.fi.in uerſ. quid ſi quis emit rē furtiuam.& Pet.de Ancha.in repe.in c.canonum ſtatuta. de cōſti.Item eoipſo,quòd quis uendit rem alienam dicitur in culpa. l.quod ſæpe.in §.ſi hæres.ff.de act.emp. Similiter uendens rem, quam non poſſidet,dicitur in culpa,ut eſt tex.cum gl.in l.uenditor ex hæreditatate.in §.fi.in uer.alio poſſidente.ff.de hære. uel act.uen. De bona fide in contractu emptionis & uend. quando requiritur dicas,ꝙ duobus temporibus requiritur: vt præſcribi poſſit.ſ.tempore contractus,& tēpore traditionis, licet in aliis ɔ̃ctibus ſufficiat ſolum tempore traditionis:ita dicit tex. no.in l.2.in §.j.ff.pro emp.in l.3.ff.pro ſolu.& in l.ſi aliena.in prin.ff.de vſucap.& ad hoc ut concurrat bona fides in emptore requirit primum,ꝙ putet illum a quo emit dominum.Secundò, ꝙ putet illum habere bonorum admi.Tertium, ꝙ emat cum ſolennitate legali,alias dicitur in mala fide: ita eleganter concludit Bal.in l.& ſi ſciens.ff.de ɔ̃hē.empt. item ꝙ dolus debet abeſſe a venditore non ſolum tempore uenditionis,ſed poſtea qñcunque,ut dicit Cy.in auc.ſacra pube.in 17.q.C.ſi aduer. uen. & refert & ſequitur Bal.in l.ſi cum fundum.in §.j.per tex.ibi.ff.de ɔ̃hen.emp.item ꝙ dolus uenditoris nocet emptori.l.eum qui. in §.prætor.ff.de pub.item ꝙ uenditor committit fraudem ita tacendo ſicut loquendo & obſcurè uel ambiguè uerba proferendo.l.ea quę commendandi.ff.de ɔ̃h.emp. & in l.j.§.j ff. de actio.

4 emp.†Et dicitur emptio dolo facta & mala fide celebrata,ſi eſt facta,poſtquam quis eſt uocatus ad iudicium,uel erat ſpes,ꝙ uocaretur,& talis emptio non patrocinatur emptori, ut colligit in l.ſi ea res.in §.fi.ff.de acti.empti.Et per hoc reparatur multis fraudibus & barattariis,ut no.Odof.in l.quoties.C. de rei uend. quem ibi refert & ſequitur Bar.& tenet Io.And.in addi. Specu. in tit.de cauſa poſſ.& proprie.in 4.parte,in §. nunc uidendum. in addi.ibi poſita,& idem etiam no.in l.cogi.in §.2.C.de pet. hęredi.per Bald.item ſi quis poſt proteſtationem & denuntiationem ſibi factam de non emendo emerit, dummodo habuerit ius denuntiandi,ut in l.ſi fundum.C.de rei uen.& in l.ſi maior.

5 C.de reſcind.uend.† Tertiò nota. quòd ex ſimulata uenditione non transfertur poſſeſſio:ut in l.emptor.ff.de aqua pluu.arcen. item uinum dicitur pleniſſimè uenditum, cum fuerit deguſtatum,text.eſt in l.j.in princi.ff.de peric.& commoda.rei uendit.

nam

Source : BIU Cujas

nam vbi vinum venditur ad mensuram, requiritur degustatio & mensura, vt fiat periculo emp. ita declarat glo. not. in d.l.j.in princ. item qui post terminum præfixum tenuit vinum, potest petere mercedem doliorum, in quantum alteri locasset, seu cõduxisset: vt d.l.j.§.licet. item venditor tenetur non solum retradere, sed tutè & liberè tradere secundum Barto in l.ratio.§.j.ff. de act.emp.& refert & sequitur Bal.in l.fi.C.eo.& exponitur tutè a seipso non ab alio, vt d.l.fin. quia omnis regula obligatoria fortior est in j.causa quàm in 2. vt in l.frater a fratre.in ver. porrò.ff.de cond.inde.& ita traditione venditor liberatur.gl. est in auc.sacra.pub.C.si aduer.ven. In venditione sufficit tradere possessionem facti secundum gl.& Bal.in l.rem alienam. ff. de ℈h. emp.& idem no.in l.2.& fi.C.si res ali.pi.da. fit. & traditione semel facta liberatur venditor, nisi postea res euincatur, ut l.si cũ fundum.in §.ferè.ff de ℈h.emp. ita intelligit Bal.in l.j.in 3. opp.
6 C.de iure emphy. † Item precario pos. tradita per venditorem emptori non liberat eum: quia non transtulit dominium, nec possessionem ex eo animo se liberandi, sed donec pretium soluatur, vt in l.Iul.§.possessionem.ff.de act.empt. facit l.si tibi.ff.si cer.pet.& quod habetur in l.ab emptione.ff.de pact. sed primus emptor, qui pretium soluit, vel cui habita fuit fides de pretio,& cui res fuit tradita uerè, vel fictè per precarium, vel constitutũ, præfertur secundo emptori secundum Io.And.in ti.de emp. & vẽn.in §.j.in ver.no. quòd expensæ in addi.Spe. quod no.ad materiam.l.quoties.C.de rei ven. Quartò est notandum de empt. quæ dicitur ambulare per plures personas & manus, de qua habetur in l.si quis sub hoc pacto.ff.de ℈h emp.& in l.sed vbi.ff.de mino. Item bona quæ semel vendita sunt amplius augmentũ percipere non possunt, vt est text.in l.si creditores. ff. de separa.
7 bo. † Quintò no ℭ additamentum pretij facit videri nouũ contractum & recessum fore a priore, ut in l. pacta cõuenta. in ver. Paulus.ff.de ℈hẽ.emp.& facit l.Valerianus.ff.de præto. stipu.& bene declarat Bal.in l.item ℭ dictum.in versi.si quis steterit. & in l.quod in diem.ff.de in diem adiec. Item in adiectione ad p̃tium attenditur, quod domino venditori utile est.& quod ipse acceptat & comprobat pro conditione meliori, pro tali habendum est, quicquid sibi placet, vt est tex.no.in l.quicquid. & in l. Sabinus.& in l.si prædio.ff.de in diem adiec. Item si instrumentum dicit. Titius concessit talem rem pro tãto pretio, valet instrumentum, licet non sit reus: quia præsumitur venditio ratione pretij, vt in l.fi.C.de præd.cur.lib.x. ita no.refert Bal.cõsuluisse Bar.in l.2.C.ne li.po.& bene facit, quod idẽ Bal. dicit in rubr. C.de iure emphy.in fi.vbi voluit, ℭ attendatur effectus contractus positus in instrumento non nomen. Item si plures res vno pretio emantur, vel vendantur, videlicet pro cẽtum, & postea specificetur singulariter, videlicet.x.pro tali.& x.pro tali, intelliguntur plures venditiones factæ: ita dicit gl.singu.in l.ediles autem.in §.fi.ff.de ędil.edic.in gl.in ver.unico. quam etiam allegauit Bar.in sua q.publicanus quidam,& bene probatur in l.cum plures.ff.de euic.vbi plures res vno instrumento emptę faciunt
8 plures emptiones & venditiones. † Sextò notandum, ℭ qui promisit uendere librum valentem cẽtum pro x. minus quàm alii personæ, ℭ si non reperiantur, nisi 60. fit detractio de x.prout fieret de centum: ita dicit Cyn.in addi.secundum Pet. in l.illud in §.minus.ff.de tribu quia nulla locutio debet esse captatoria, ut ff.de transa.in l.cum Aquiliana.& ita refert & sequitur Ang. in auc.de non ali.secun.nuben.in §.ꝑspeximus.in uers. quapropter.super glo.quæ incipit circa hoc posset. Item si uenditor rei ecclesiasticæ non est soluendo rescissa uẽditione tenetur ecclesia, quatenus est facta locupletior ex pretio surrepto: ut dicit gl. no.in auc.qui res.C.de sacrosanc.eccl.quam ibi sequitur Bar.& dicit pluries de facto ita fecisse fieri & seruari, & comprobat ẽt Bal.ibi & cano.in c.ad audientiam.de rebus eccles.non alie.nisi emens fuisset in dolo, debet remanere impunitus, ita dicit Petr.
9 Cy.& Bald.in d.auc.qui res. † Interdum receditur ab emptione totius respectu partis, ut quando quis non fuisset empturus nisi totum, vt l.si tutor.in §.j.ubi gl.alleg.concor.ff.de mino. item si vendatur fundus pro centum cum pacto, ℭ si apparuerit emphyteuticus, diminuitur pretiũ arbitrio Titij, si apparuerit emphyteuticus, Titio mortuo debet fieri diminutio arbitrio iudicis secundum Bar.no.in l.si quis arbitratu.ff.de uerb.obli. qui allegat.l.domum & l.suæ rei.cum seq.ff.de contrahen. empt. Sed Saly.in l.fi.C.de contrahen.empt. dicit, quòd illæ legis non probant: quia ibi fit diminutio.l. auctoritate, sed dicit, ℭ probatur in gl.in l.in ementis.alias in vendentis.in gl.magna.C.de cõtrahen.emp.ubi dicitur, ℭ in accidentalibus receditur a persona, sed ista diminutio non est essentialis, sed accidentalis, ergo &c.
10 † Septimo notandum, ℭ ratihabitio sequens confirmat & reconciliat venditionem præcedentem, ut l.si fundus.§.j. ff. de pigno.l.si fundum sciens.C.de euic.& l.fi.§.fi.C.communia.de le. Octauò notandum, quòd emptor non potest petere, quæ inuitus non potest cogi recipere, dicit tex.in l. si vina.ff. de peric. & commo.rei uen. Item qui vendit, agit furti pro arboribus prius cęsis, casus est in l.fi.ff.arbo.fur.cęsa. secus si damnum respiceret futurum: vt pro opere facto, quod agro noceat: quia tunc datur actio emptori, vt in l.si tertius.in §.si quis prius. ff. de aqua plu. arcen. Nonò est notandum, ℭ emptor non potest esse melioris conditionis in re empta, quàm ipse vẽditor fuerit auctor suus, ut in l.in his.§.non debeo.ff.de regu. iur. & eadem causa debet esse emptoris in agendo, quæ fuit venditoris.l.inuitus.§.plerunque.ff.de reg.iur.& in l.si quando.in §.hæres.vbi Bal.no.ff.de lega.j. quia fungitur uice illius, ut in l.2.§.fi.ff.de hær.uel ac.uen.& ex persona uenditoris transeunt exceptiones in personam emptoris: ut in l.si a te.in §.fi.& in l.si mater.in fi.ff.de excep. rei iudi. probatio tamen facta contra uenditorem nõ prẹiudicat emptori non uocato, qui prius emerat: ita not.dixit Io.And.in addi.Spec.in tit.de teste, in §.nunc tractemus. referens consilium Dy.& econtra ℭ ob.emptori obstabit pariter & uẽditori.l.quo
11 ties.ff.si fami.fur.fe.di.& in l.emptori.C.de euic. † Decimò notãdum, ℭ ualet uenditio facta ad uitam, quando datur congruũ pretium considerata qualitate rei & ætate mentis, secundum ℭ no.declarat.in l.si pater puellæ.C.de inoffi.testa. & per Cy.in l.cum lege.C.de usu.& tradunt mo.in l.de fideicom.C.de transac.& facta pro se & filio, filius uiuente patre non habet ius in ea, prout dicit Bal.in l.liberti libertęq;.in 6.col.in uersic.quæro igitur.C.de bo.lib. Et uenditio rei facta ad usum intelligitur ad proprietatem plenam per tex.in l.donationes in concubinam.§.species.ff.de donat. ita dicit singulariter Bal.in rubr.C.de iure emphy. Vndecimò est notandum, ℭ uenditio facta ex necessitate subeundorum publicorum munerum, uel alia opportunitate cogente, non propterea rescinditur, quod non uideatur facta ex libera & mera uoluntate & sponte, tex.est sing.in l.nõ idcirco.C.de rescin.uen. Item cui incumbit onus probandi solennitatem requisitam in uenditione interuenisse, uel fuisse adhibitam reo uel actori, uide per gl.in l.imperatores.ff.de priuileg. cred. & per Bart.qui bene declarat, ℭ illi contra quem est præsumptio in l.fi.ff.de separa.bono.& quod no.in l.j.C. de iure fisli. 10. Item in uẽditione pro satisfactione legatorum debet seruari ordo: quia primo fructus debent uendi, secundò mobilia. tertiò immobilia & sterilia & minus damnosa. tex.est no.in l.fi. in §.ubi autem in unum.C.de bonis quę lib.in l.a diuo Pio.§.in uenditione.ff.de re iud.& in l.is cui.§.qui legatorum.ff. ut lega.
12 no.ca. † Duodecimò & ultimò notandum, ℭ si quis promiserit mihi rem uendere infra certum tempus, si alteri uendat, an possim agere contra emptorem & possessorem, an contra principalem obligatum & promittentem. uidetur, quòd contra principalem per tex.in l.fi.in fi.ff.de contrahen.emp. quia actio personalis non sequitur fundum. Item quia hoc pactum non impedit dominij translationem, si contrafiat, ut in l. penult.ff. de pactis.& quod no.in l.ea lege.ff.de conditio. ob causa. & ita dicendum. Est tamen possessor citandus per l.si deserta. C. si propter publi.pensi. ut tradit Bald.in l.qui solidum.in §.primo.ff.de lega. secundo. probatur per tex.nota.in l.in causę.la j.§.fin. cum l.sequenti.ff.de mino. ubi si uendi. uendat alteri, secundus non conuenitur, si bona fide emit, nisi in subsidium primo existente non soluendo.

FRANCISCI
ZOANETTI I. V. D. CONSVLTIS.

De emptione & venditione sub pacto retrouenditionis.

SVMMARIVM.

1 ALEXANDRI Cæsaris laus summa.
2 L.2. C.de pact.inter empt.& uend. magno consilio & prudentia latam.
3 Pactum retrouendendi a temporibus usque Vespasiani in orbe Romano vsitatum fuisse.
4 Conditionem potestatiuam non transire ad hæredes, quando illorum mentio non est facta in dispositione.
5 Rationem dubitandi duplicem in hac lege.
6 Pactum de re empta restituenda ad utriusque contrahentium hæredes, quorum nulla sit facta mentio, transire.
7 Cedi pactum de retrouendendo an alteri possit, usque ad nu.25.26.
8 Alienationem rerum prohibitam non pertinere ad alienationes, quæ fiũt ex necessitate, siue a statuto, siue a iure communi, aut magistratu, uel testatore prohibitio sit.
9 Cedi alteri ius competens de iure speciali non posse: cum limitatione tamen insigni.
10 Cessionem iurium non posse in alterius euidens præiudicium fieri.
11 Cedi ius magistratui vel alij potentiori contra alium non licere.
12 Cedi ius non posse, quod cohæreat duntaxat personæ vnius.
13 Vasallum ex iuramento fidelitatis non obligari opem ferre domino contra ipsius uasalli filium.
14 Prohibitum alienare in potentiorem, non prohiberi in filium potentiorem

Fran. Zoan. De empt. & ven. sub pac. retrou.

distr. habere, & quomodo procedat, nu. 22.
15 Legatione qui fungunt ur, non alios regulariter, ac proprios filios, posse uicarios sibi constituere, & quis eius rei sit effectus. nu. 23.
16 Electionem uni competentem in alteram non transferri.
17 Accidere uel offerri quid ab uno potius, quàm ab alio, nostra referre.
18 Profiteri aut docere per substitutum, an, & quando cui sit integrum, regulariter autem nemini.
19 Filios ex iniuria parenti illatam non minus, ac parentem, lædi.
20 Agnationem totam iniuria affici ex ignominia uni agnatorum irrogata.
21 Patris personam non esse eandem cum persona filij, nisi fictè.
24 Cessionarium utiles actiones aduersus debitorem, suo nomine mouere.
26 Regulam qui habet pro se, iure certo niti. & nu. 77.
27 Quandocunque, dictionem, nullo temporis termino inclusam videri. & numero 35.
28 Præscribi num possit pacto de retrouendendo quandocunque: quòd non, habes num. 33.
29 Verba contrahentium interpretari secundum naturam contractus.
30 Crotum olim inter Germaniæ Nobiles consuluisse, pacto de retrouendendo quandocunque, nullo tempore præscribi: sed eius rationes inefficaces omnes.
31 Conditionem fieri per illas præpositiones, Si, & Cum.
32 Contrarijs non respondere consulendo, notam esse insignem.
33 Pacto de retrouendendo quandocunque, nullo tempore præscribi.
34 In æternum, in perpetuum, & similes dictiones, quantum inuicem distent.
35 Quandocunque, in perpetuum, & similes dictiones in materia transitoria ad hæredes. sine ullo fine constant.
36 Quandocunque, dictioni vim repetitionis usque in infinitum inesse.
37 Præscribi simplici pacto de retrouendendo annis 30.
38 Præscribi iuri adeundæ hæreditatis annis 30.
39 Præscribi pacto de retrouendendo, cui sit inditum iusiurandum, annis triginta, communi suffragio receptum.
40 Intellectus Gozadini argutus ad l. ult. C. de non numer. pecun. parum tamen idoneus.
41 Declaratio auctoris contra Bart. & communiter scribentes ad l. nã postea quàm. in §. si is qui temporali. ff. de iureiurand.
42 Vsurarium venditionis contractum non præsumi propter additum pactũ de retrouendendo, an & quando verum sit. & nu. 43. 44. 45.
46 Vsurarius venditionis contractus num præsumatur ex sola pretij modicitate. & nu. 48. 52. 55. 57.
47 Simulatum, vel usurarium contractum in dubio non præsumi: sed instrumento standum, donec simulatio ostendatur.
48 Valet res minus propter onus illi annexum.
50 Valet res minoris propter petulantem & malum vicinum.
51 Valet res minoris, si uenditor sponsorem pro euictione non inueniat.
53 Dolum ac fraudem patefieri ex quantitate pretij, quando sit verum. & numero 59.
54 Contractuum qualitatem discerni ex tenui pretio, aut magno.
56 Iudicem, virum bonum, locoque patris litigatoribus esse.
57 Iudicis partes in discernendo emptionem simulatam in fraudem usurarum quales. & nu. 62. 63. 67. 69. 70.
58 Singula quæ non prosunt, multa iuuant: quomodo intelligi oporteat.
60 Homines natura sunt procliues, pro modico præsenti multis renunciare futuris bonis.
61 Declaratio vera c. ad nostram. extra de empt. & vend.
64 Natio infamata præsumptionem contra se habet.
65 Famam malam generalem per bonam in specie aboleri posse.
66 Fœneratores pessimum genus hominum: ob idq́, contra eos facile præsumi.
68 Bonum quenque credi, donec malus appareat.
69 Dationem in solutum factam pro modica summa cum pacto retrouendendi, à simulationis suspicione prorsus alienam.
71 Emptor qui rem restituere potest, an ex vi pacti de retrouendendo, cogatur illam præcisè reddere, aut potius soluendo interesse liberetur. & nu. 73. 75. & 78. vbi emptorem præcise compellendum, decernitur.
72 Obligationem ad fructus post moram, argumento esse, debitorem non teneri ad merum factum, non ad interesse, sed ad rem ipsam.
74 Promissionem cessionis, & ipsam cessionem, esse diuersa.
76 Venditori magis esse consultum, quando promittit emptor se redditurũ fundum recepto pretio, quàm si retrouenditurum se spondeat.
77 Regula, uelut Bononiensi Carocio, donec aliud doceatur, standum.
79 Debitorem onerosum, sicut nec creditorem delicatum esse tolerandum, & econtra.
80 Pactum de retrouendendo, sicut aliud simile onus annexum censeri partem pretij.
81 Venditioni factum & ius permixtum inesse.
82 Venditio & emptio ex quibus constet, quando perfecta habeatur.
83 Venditionem ac emptionem contrahi, si alter dicat, Volo hoc vendere pro decem: & respondeat alter, Volo id emere tanti.
84 Gozadini lapsus in explicatione l. consilio. ad fi. ff. de curatorib. furio.
85 Venditionem aliud esse, quàm promissionem de vendendo, quomodo accipiendum sit. & antea nu. 73.
86 Venditor quando agat contra emptorem actione ex empto, propter pactum de retrouendendo.
87 Pactum, vt emptor nulli alij, quàm venditori, rem emptã distrahere queat, cur valeat. & nu. 88.
89 Nisi, & Quàm, dictiones exceptiuæ, cuius sint virtutis.
90 Verba & quælibet dictiones etiam minimæ, debent in contractibus et reseri ptis aliquid operari.
91 Pactum, vt emptor nulli alij, quàm uenditori, rem comparatam vendere possit obligare emptorem retrouendere, venditori etiam inuitum, licet Bar. & Doctores contra.
92 Verba, emere, vendere, & id genus alia, actum propriè vendendi & emendi naturaliter significare.
93 Verbis facta, aduerbijs qualitates demonstrari.
94 Verba ubi conueniunt dispositioni, illic & dispositioni locum fore.
95 Genus à quo remouetur, & quælibet generis species.
96 Verba cuiuscunque dispositionis, de actu puro, non etiam conditionali intelligenda.
97 Verba dispositionis alicuius ita demum ad solam potentiam atque habilitatem faciendi detorquentur, si in recto sensu nequeant ad actum uerum, & naturalem referri.
98 Obscuram pactionem nocere potius venditori, quàm emptori: & locatori, quàm conductori debere: quomodo accipi id oporteat. & numero 99. 100. 101.
102 Emptor, qui promisit, rem emptam nemini, quàm uenditori distrahere, quando sit compellendus ad distrahendum. & numero 103. vsque ad numero 110.
104 Recuperatione rerum festina nimis, præcedentem actum infectum reddi.
105 Repeti commodatum, aut quid aliud, intempestiuè non posse.
106 Mutuum simpliciter contractum, non posse creditorem ilicò repetere.
107 Hispaniensium quorundam lapsus insignis, & declarata duo Africani Vlpianiq́, prudentum responsa in tit. de lega. 1. & de leg. 3.
108 Debitorem, qui sine præstituto tempore simpliciter debet, non statim ad solutionem præproperè compellendum.
109 Tempus a lege ubi non est expressum, ius dicentis arbitrio intelligi commissum.
110 Emptorem & venditorem esse correlatiua, quibus eadem insit, ratio, eademq́, ipso iure dispositio.
111 Retrouenditionem simpliciter promissam, absque certi pretij mentione, quanto peragi pretio oporteat, & eodem quo prior celebrata fuit uenditio, faciendam, contra Gozadinum & Taurinenses deciditur. numero 117.
112 Valorem rerum, secundum uarietatem temporum, varium esse, sicut nec in diuersis locis eundem semper esse constat.
113 Valorem rerum augeri cultura diligenti, & minui negligenti.
114 Declaratio ad Barto. in l. cum emptor. §. fi. ff. de dam. infecto. in l. non intelligitur. §. diui. ff. de iure fisc. & in l. Titius. la j. ff. de actio. empt. contra Gozadinum.
115 Declaratio ad Baldus. in l. prima. C. communia. de legatis contra Gozadinum.
116 Declaratio ad l. si fideiussor. §. meminisse. ff. de leg. j. contra Modernos Taurinenses.
118 Absurditatem in omni re uitandam.
119 Repetitam qualitatem imius, censeri in altero, quod in eadem sit ratione copulatum.
120 Declarata planissimè l. qui fundum. la j. in prin. ff. de contrah. emp. quæ Accursio perobscura atque difficilis uisa fuit.
121 Diem solutionis esse obligationis partem.
122 Repetitas qualitates dispositionis & verba in eius ratione videri.
123 Melioramenta, & sumptus utiles aut necessarios, vẽditorem, qui iure pacti de retrouendendo fundum redimit, restituere oportere: & quonam tempore æstimatio sumptuum facienda sit, habes nu. 125.
124 Fructus percepti cum sumptibus factis quando sint compensandi, & quando non.
126 Gozadini lapsus insignis: & declarata l. in fundo. ff. de rei uend.
127 Alluuionis incrementum an uenditori redimenti fundum ex ui pacti de retrouendendo cedat, aut potius ad emptorem, qui possidet, pertineat. & nume. 128.
129 Insula in flumine nata, quæ fundo uendito cum pacto retrouendendi accesit an ad uenditorem, qui redimit, vel ad emptorem, qui restituit fundum, pertineat. & nu. 130.
131 Fœtus pecoris uenditi cum pacto retrouendendi emptorem semper lucrari: cum moderatione tamen, de qua ibi.
132 Partus ancillarum, quæ uenditæ fuerunt cum pacto retrouendendi, quando ad venditorem, qui redimit, quandove ad emptorem spectent.
133 Vniuersitatem sui natura recipere incrementum & diminutionem, quin & omnimodam immutationem, retento eodem nihilominus nomine.
134 Fructus pendentes tempore oblati pretij per venditorem, redimentem prædium ex ui pacti de retrouendendo, cui, & pro quota parte debeantur. Et nu. 137. ubi contra scribentes difficilis altercatio, ut noue, ita æquissimè deciditur.
135 Defenditur Alexander aduersus Bartholomæum Socinum & alios.
136 Aequitatem rigori iuris præferri.
138 Petere nemo debet, cuius contrarium non esset alioqui postulaturus.
139 Tempus uenditionis repetitum intelligi in pacto retrouendendi statim subiecto.
140 Intellectus nouus ad hanc legem secundam.
141 Emptorem obligatum retrouendere, qui fructus immaturos tempore retrouẽditionis decerpsit, teneri eo nomine uenditori.

Source : BIU Cujas

142 *Hæredem, qui adire hæreditatem eſt cunctatus, ut pendentes fructus nõ percipiat vſufructuarius vſufructuario eo nomine de dolo obligari.*

143 *Venditorem, qui fundum redimit ex vi pacti de retrouendendo, colono emptoris ſtare oportere.*

144 *Emptor, qui tenetur ex pacto retrouendere nemus, an euellere arbores radicitus queat, & ad culturam interim redigere remiſſiuè.*

L. II. C. DE PACT. INT. Emptor. & venditor.

ALEXANDER. IMP. A. CARISIO.

SI fundum parentes tui ea lege vendiderũt, ut ſiue ipſi, hæredesve eorum emptori pretium qñcunque, vel intra certa tempora obtuliſſent, reſtitueretur: teque parato ſatisfacere cõdictioni dictæ, hæres emptoris non paret: vt contractus fides ſeruetur, actio præſcriptis verbis, vel ex uẽdito tibi dabitur: habita ratione eorum, quæ poſt oblatã ex pacto quantitatem, ex eo fundo ad aduerſarium peruenerunt.

DLINIVS, vir in omni diſciplinarum genere clarus, dicere ſolebat, commilitones dilectiſ. beatos illos, quibus Deorum munere datum eſſet, aut facere ſcribenda, aut ſcribere legẽda: beatiſſimos quibus vtrũque. Cuius beatitudinis ſupremum gradum non immeritò ſaluberrimę iſtius legis auctor, Alexander Mammeæ filius, iuuenis admodum legitur aſſecutus. Inter id genus homines, quibus ſcilicet imperãtibus, ferream Monarchiam diuellere, atq; tandem prorſus conterere iuxta Propheticum vaticinium ſtatuit Deus, hic 25. de ſerie
1 Cæſarum Romanorum Imperator præſtãtiſſimus floruit. † Fecit Alex. non modo ſcibenda, verum & ipſe legenda cõſcripſit Dominum, exemplo Auguſti, ſe appellari vetuit. Vitas bonorum Principum carmine depinxit. Doctos amauit, formidauitque ſimul. Permultas leges optimas ſapientiſſimorum Iuriſcõſultorum iudicio cõdidit. Sine ſanguine imperauit: licet ſanguinarij Maximini Thracenſis maleficio apud Mogũtiam unà cũ matre occubuerit, vndetrigeſimo ætatis ſuæ anno, adminiſtra-
2 tionis verò imperij Romani tredecimo. † Putare igitur, legem hanc, ſicuti alias plures, à prudentiſſimo Principe citra conſiliũ doctiſſimorum Iuriſcõſultorum, quibus familiariſſimè vtebatur, promulgatam fuiſſe, religio eſt. Quare eo nimirum adduci mur, vt maiore cum attentione eam velut æquiſſimam, humano generi perneceſſariam, ac denique ſacroſanctam ambabus, quod aiunt, vlnis, ſuſcipiamus, interpretemur, & illuſtremus.
3 †¦Plures ante nos, quàm lex iſta lata fuiſſet, Marcus Anton us, cognomento Philoſophus, prærogatiua hac redimendi res vẽditas Romæ eſt vſus. Cum enim Marcomanico illo bello graui præmeretur, ærariumq; exhauſtum eſſet, Imperatoriæ aulæ ſupellectilem diſtraxit, quò reliquias ſuſcepti belli perſequeretur. Quo pęnè tandem feliciter confecto, Romam reuerſus, ornamenta Imperatoria ab his, qui pridem emerant, volentesq; reſtituebant, redemit. Atque dudum anteà hoc retrouendendi pactum in orbe Romano vſitatum fuiſſe, ex Proculo, qui Veſpaſiani floruit temporibus, conſtat in l. ſi vir vxori. ff. de præſcript. verbis.

Epitome huius legis ſic colligi a Doctoribus ſolet: Vendito fundo cum pacto retrouendendi, ſi emptor vel eius hæres nolit pactioni parere, tenetur præſcriptis verbis, aut ex vendito actione: præterea quoq; emolumentum, à tempore moræ quod percepit, reſtituet.

Commodè non poteſt diuidi, quòd thema unicum, vnaque principalis deciſio ſit in ea.

Cauſam dubitandi in hac lege Moderni Taurinenſes eſſe voluerunt: quoniam ius implendi poteſtatiuam conditionem ad hæredes non tranſit, l. ſi decem cum petiero. quem text. Bar. hic ante illos citauit. ff. de verb. obli. debet enim implementum recipere a contrahentibus, vel altero ipſorum, verè & formaliter adiecta conditio: quæ ſi ab hærede impleretur, non eſſet quidẽ formaliter & propriè, ſed per fictionem impleta, quod fieri nõ debet, l. qui hæredi. in prin. & l. Męuius. ff. de cond. & demon.

4 Hanc rationem dubitandi prorſus ipſe non recipio. † Porrò verum eſt, conditionem poteſtatiuam ad hæredes contrahentium regulariter non tranſire, quando ſcilicet in conuentione non fuit facta mentio hæredum, & ita loquitur tex. in d. l. ſi decem cum petiero. Nos verò ſumus extra illos terminos longè poſiti. Hic etenim pacto fuit diſertè cautum, vt ſiue venditores, ſiue ipſorum hęredes pretium obtuliſſent, fundus reſtitueretur. Igitur abſque dubitandi ratione lex iſta ſubfrigide edita foret.
5 †Crediderim ipſe, in conſilio Alexandri Cæſaris dubitatũ fuiſſe de duobus circa illud pactum. Prima exoriebatur dubitatio, qua actione poſſet agere venditor, aut eius hæres, cõtra emptorem, vel eius hæredem ex illo pacto. Videbatur, per oblationẽ pretii reſtituendi fuiſſe reſolutum emptionis contractum, & fundum inemptum protinus cenſendum: ob idq́ue nimirũ rei vendicationem aduerſus emptorem competere venditori, qui pretium obtuliſſet: quemadmodum alioqui videmus, ſi venditur res cum pacto adiectionis in diem, aut legis commiſſoriæ, exiſtente pacti cõditione, res eueſtigio inempta efficitur, & dominium eius ad venditorem ipſo iure redit: pro quo rei uendicatio poſtea competit l. ſi quis hac lege. in prin. ff. de rei vendi. l. ſi. ibi, vt a venditrice vendicari debeant. ff. de lege commiſſa. l. ſi quis ex duobus. §. ſed & Marcellus. ff. de in diem adiect. l. commiſſoriæ. ĵ. titulo noſtro.

Altera fuit dubitatio, q́ reſoluto ea ratione contractu, videbantur omnes ab initio percepti de fundo fructus, venditori reſtituendi. Nam quoties venditio eſt conditionalis, toties lecti fructus omnes ſunt ab emptore reſtituendi, l. 2. ver. ſinautẽ hoc actum eſt. & l. vbi autem. ff. de in diem adiect. Contrarium in vtroque dubio Alexander reſcripſit, vt videtis.

Ratio deciſionis primi dubii vtique eſt, q́ in propoſita quæſtione pactum illud neque adiectionis in diem, neque legis cõmiſſoriæ conuentio fuit: ſed in tertia quadam peculiari & propria ſpecie conuentionis remanſit: appellatumq́ue eſt ſimplici & differenti a prædictis nomine, pactum inter emptorẽ & vẽditorem. Et cum ſit contractui, ilicò admotum, recipit ab ipſo contractu propter cohęrentiam robur, atq; ex eo datur actio ex uendito, aut ſi malit venditor, præſcriptis verbis actione vtetur, vt in ipſa lege ac in gl. prima eius, necnon & in l. ſequenti videre eſt. bene facit l. qui fundum vendidit. ff. de contrah. empt. & melius l. ſi vir vxori. ff. de præſcr. verb.

Proinde & ratio ſecundæ dubitationis nõ obſcuro loco eſt. Quandoquidem enim purè fuit facta venditio, quæ ſub conditione reſoluitur, ſi venditor redimere volet: nõ iniuria emptor fructus medio tempore vſque ad moram cõtractam perceptos ceu verus eorum dominus, ſibi habet. Scite itaque admonet Vlpianus, in id genus contractibus primum inſpici oportere, quid actum ſit inter partes, d. l. 2. ff. de in diem adiect.
6 †Collige primum ex tex. pactum hoc, de re empta reſtituenda ad vtriuſque ℘hentium hæredes, quorum etiam nulla eſſet facta mentio tranſire. Quod & gl. in verb. ſiue hæredes. ſubnotat. Aliter quoq; ratione probari poteſt. Nam contra emptoris hæredem, qui non fuerat in conuentione nominatus, tranſit pactum illud, vt reſtituere fundum, actione præſcriptis verbis, aut ex vendito compellatur: ergo multo magis ea uis pacti conſiſtens reſpectu venditoris, in dando, tranſibit ad eiuſdem uendi toris hæredes, tametſi illorum nulla fuerit nominatim habita mentio, argumento. l. uni. §. nè autem. ĵ. de caduc. tollen. iuncta l. cum ita. ad ſi. ff. de condit. & demonſt. ità Barto. arguit ex hoc tex. in l. ſi decem cum petiero. ff. de uerb. obliga. Vel meliorem cauſam huius notabilis ex eodem Bart. in prędallegato loco adduces. Quando ille, qui alteri promittit ſe paſſurum impleri cõditionem, aliquid ex illo contractu percipit, ſemper huiuſmodi conditio tranſit ad utriuſque contrahentis hæredes. Exemplum uides in hoc tex. Accepit fundum emptor, fructusq́; medij temporis præterea eſt lucratus. Proinde etſi pacto non forẽt comprehenſi paciſcentium hæredes, nihilominus tamẽ p eos, contrahentibus defunctis, rectè implebitur conditio. Extat & de hoc alius tex. minimè anceps, in l. ſi prædio. in princi. ff. de in diem adiec. Sin uerò perciperet nihil, qui cõditioni parere debet, tunc nequaquam ad contrahentium hęredes conditio implenda pertineret, d. l. ſi decem cum petiero. in fi. ff. de uerb. obl. l. qui Romæ. §. Augerius. eod. titu.

Cum itaque dixerimus, tranſmitti ad hæredes pactum de retrouendendo fundo, ſiue reſtituẽdo: proximum eſt cognoſcere, num ius illius pacti alteri cedi poſſit. †Negat Angelus in l. ad
7 officium. ſupra communi diuid. hoc ius redimendi fundũ poſſe cedi. Quo loco & ad propoſitum Cynus, quem Bal. & Salyce tus ſunt imitati, ait in ſimili, ſi conſuetudine aut ſtatuto ei, qui habet rem cum altero indiuiſam, ſeu communem, cuius portionem ſocius extraneo uendidiſſet, intra annum redimendi eam ius competat, illud ius redimendi cedere nequibit alteri.

Oppoſitum Caſtrenſis defendit in ſuo conſil. 45. incip. Videt dicendum, quòd dictus Chriſtophorus. in antiquis, li. 1. alias eſt in conſil. j. lib. 2. Nititur primum uulgari illa regula. Quod eſt tranſmiſſibile, eſt ceſſibile, l. ex pluribus. ff. de adminiſtr. tut. Sed reſponderi poteſt, regulam negatiuè duntaxat procedere, puta, Non poteſt quid ad hæredes tranſmitti: igitur illud idem, nec cuiquam cedi, ſicuti propriè loquitur Papinianus in dicta l. ex pluribus. Cæterum affirmatiuè ſi concipiatur argumentatio, prout ſic argumentatur Caſtrenſis, falſa eſt: ita notant Alexander in l. ſi ſtipulatus fuerim illud aut illud. ff. de uerborum obligat. laſ. in auth. res quæ. C. communia de lega. & l. j. §. fin. col. 3. ff. de no. ope. nunc. Ad hęc text. in l. ſi mulier. §. ex aſſe. ff. de iur. do. ubi ius fideicommiſſi alteri cedi non poteſt ante factam reſtitutionem, quanquàm poſſit ad hæredes tranſmitti.

Secundo adducebat Caſtrẽſis aliam rõnem: Quemadmodũ uẽditor in caſu noſtrę legis, ſi redemiſſet fundum, poſſet illum cuicunq; alteri uendere atque concedere: eodem modo deberet ius redimendi poſſe alteri cedere. Replicari quoque ad hoc

Source : BIU Cujas

poteſt, conſequentiam eſſe malam. Etenim videmus, q̃ fideicõ miſſarius poteſt bona fideicommiſſi poſt factam ſibi reſtitutionem in alium, ceu dñs, transferre & tamen ante reſtitutionem non valet illud ius fideicommiſſi alii cedere, d. §. ex aſſe.

Allegabat deinde præterea Caſtrenſis textum in l. Gracchus. j. de adult. vbi ius occidẽdi adulteram vxorem poteſt alteri cedere maritus. Tollitur æquè iſtud fundamentum, quoniã ea poteſtas ſolum modo filiis, vt ibi dr̃, a patre cedi poteſt, aliis autem non Bar. in l. non ſolum. §. ſi mandato. ver. ſed q̃ritur. ff. de iniuriis. Ale. in d. l. j. § fi. ff. de no. ope. nunc. & Salyc. in d. l. Gracchus. Fel. in c. ſi verò. el j. extra de ſent. excom.

40 † Reſpondet præterea argutè Gozadinus ad l. fi. C de nō nu. pec. Iuramentum imitatur naturā cōtractus, cui apponitur &c. Verum quidē hoc eſſe, reſpectu rei debitæ, nè in plus quis obligetur ꝓp iuramētum præſtitum, ita propriè habetur in d. l. fi. At verò ſecus reſpectu efficacioris obligationis, quæ iureiurādo interueniente, ſolidius dubio procul, neruoſiusq; ꝓtrahitur, auth. ſacramenta. vbi copiosè traditur, C. ſi aduerſ. vendi. faciunt notata Imo. & Alex. in l. miles. §. decem. ff. de re iud. cum ſimi. Hęc reſponſio Gozadini non placet. Nam alias videmus fideiuſſorē non poſſe in plus obligari, q̄ principalem, pro quo fideiubet, l. j. per totam, ff. de fideiuſſ. Attamen ſi fideiuſſerit cum iuramēto, obligatur in duriorē etiā cām, ſiue maiorem ſummam. Bar. in l. ſi quis ꝑ eo. col. vlti. ff. eo. de fideiuſ. Rurſus inquit, diſpoſitionē d. l. fi. procedere rōne deficientis conſenſus: vt ſi confitens, ſe recepiſſe pecuniam mutuam ſub ſpe futuræ numerationis, nolit obligari, nec obligetur ad eam reſtituendam, niſi reuera numeretur, ita nihilominus obligatur propter additum confeſſioni iuramentum. Hic intellectus non eſt Gozadini, quandoquidem ita propriè reſpondet Bar. in l. ſi quis pro eo. ad fi. ff. de fideiuſſ & inquit Bal. in l. j. in 2. q. C. commodati. vbi actus non valet ex præſumptione deficientis conſenſus, ibi iuramentum nihil operatur. In quæſtione autem noſtra actiones perſonales 30. annis pereunt, non quia lex præſumat vltra id temporis deficere conſenſum contrahentium, puta, ꝙ intelligeretur ſub cōditione obligatio pacti contracta, ſi intra 30. annos retrouēditio fuiſſet petita &c. Sed illud ſic accidit in odium negligētis proſequi ius ſuum, notatur in c. fi. extra de præſcripti. Inſti. de vſuca. circa prin. l. fi. §. ſed licet. ibi, cùm non ſimilis &c. C. de præſcr. 30. ann. Quę negligentia tanta non eſt in illo, qui vel fuit litem conteſtatus, vel pro tali habetur beneficio iuramenti præſtiti, d. l. fi. in §. ſed licèt. C. de præſcr. 30. vel 40. anno. Proinde nō conſtat differre plurimùm terminos quæſtionis noſtræ à diſpoſitione illius l. fi. C. de non nu. pec.

Dura mihi & acris nimium videtur cōis illa deciſio Bar. in d.
41 l. nam poſteaq̄. §. ſi is, qui temporali. ff. de iureiu. † Verba etenim tex. clara ſunt, & ad iudiciale iuramentum illam legem pertinere haud obſcurè produnt. Cur ergo Bar. id decretum ad iuramētum extra iudicialiter in contractu pręſtitum trahat, ratione pręſertim eadem minimè ſuadente, non ſat intelligo. Ibi apertè Iuriſconſultus in verbis illis, quia poſt litem conteſtā &c. affirmat, per eam iuramenti delationem in iudicio litis fieri conteſtationem. Quod per ſe alioquin etiam patet: Cùm enim litis conteſtatio fiat per narrationem actoris & negationem aduerſarii, l. j. vbi gl. & Doctores, C. de lit. conteſt. nulli dubium, ꝙ reo deferente actori in iudicio iuſiurandum, conteſtatio litis peragitur. Quamobrem extendere virtutem illius iuramēti, per quod ve-

reac

rè ac propriè litis conteſtatio fit,ad iuramentum,per quod nul la prorſus vel re,vel aptitudine agitur cõteſtatio litis, iniquum ſatis videtur. Aliud quoq; cogitabam:In d §.ſi is,qui temporali. iurat creditor,& ad vtilitatem propriam, & in iudicio. In contractu autem iurat regulariter debitor extra iudicium, non quidem ad vtilitatem propriam, ſed contra ſe,quo magis obligeẽ creditori ſuo. Illationem proinde iſtam, à remotiſſimis petitã finibus,vix probo. Cogitabis tamen tu hæc altius aliquando,mihi etenim in præſentia non vacat.

Poſtremò collige ex iſto textu,pactum de retrouendendo,p eodem pretio, non improbari legibus, ſed nominatim recipi:
42 † Neq; contractum vſurarium,aut pignoratitium ob id propterea præſumi,vt antea notauimus. Ideoq; nec emptor imputabit ſibi fructus quos ante oblatum pretium legit, in ſortẽ,quinimmò lucrabitur eos,quemadmodùm Cęſar ſub finem legis appoſitè hîc explicat:quod & Bald. animaduertit, & iure Canonico æquè eſt admiſſum. Archid ſic tradit in c.pleriq;.14.q.3. Abb. in c.ad noſtram col.j.ver.primus caſus.poſt gl.ibi in verb.patet extra de emp.& vend.gl.& Doctores in c.cõqueſtus.eẽ de vſuris.

Sed his repugnare videtur, qñ ex pacto vel aliàs reſoluitur ꝯ tractus debent percepti fructus cum re principali reſtitui,l cùm autem.§.cùm redhiberetur.l.ꝙ ſi nolit § pen.& fi.ff.de ædil.edi. l.Imperator.ff.de in diem adiect. Vnde pro veritate preſentis ar
43 ticuli aliquę nobis erunt concluſiones conſtituendæ.† Sit itaq; prima concluſio:Re vendita pro iuſto pretio, & collata per pactum rei redimendæ poteſtate in venditorem,contractum vſurarium aut ſimulatum non præſumi: fructus verò emptorẽ ea rõne lucrari,ꝙ venditor,qui licuit, rem illam prius nõ redimit, vt hic:& Arch. Abb.& reliqui in locis antea citatis.

44 Secunda eſt concluſio:† Vbi facultas reſoluendi contractũ, ſeu redimendi rem vẽditam, eſt collata in arbitrium emptoris, aut tertii cuiuſpiam, puta,offerentis meliorem conditionem,rẽ cum fructibus emptor(quaſi nihil ſit tunc, quod poſſit venditori obiici,cur contractum reſoluat) reſtituet d.l.cùm autẽ. §.cũ redhiberetur. ac aliis ſimilibus adductis. ita cenſuit Abb. poſt Ioan. And. in c. illos vos. num. 6. extra de pignor. & hic Tauri-
45 nenſes ſequuntur. Tertia eſt concluſio: † Quandò fit pactum de retrouendendo ea lege, vt poſt certum tempus quandocunq; res pro eodẽ pretio poſſit redimi,ante non, & modico pretio res fuit empta: tunc contractum præſumi vſurarium, per ꝓñs, rem cum fructibus oportere reſtitui,aut in ſortem fructus cõputari, d.c. ad noſtram.vbi Doctores per illum tex.extra de empt.& vend.c. cõqueſtus.extra de vſur.

46 † Sed incidit dubium, an ſola pretii modicitas cum pacto de retrouendendo ſimpliciter arguat præſumptiuè contractum ſimulatũ: aut potius aliud cũ exiguitate pretii in ea præſumptione deſideretur. Inno. quem refert Io. And. in d.c.ad noſtram. in fi.tener per illum textum, modicitatem pretii ſolam cum pacto de retrouendendo,non ſufficere tali præſumptioni. Et Abb. antiquus aiebat,id plurimum verbis illius capituli cõuenire. Huc ſpectat,quod refert Cyn. in l.j.C.plus val.quod agi. Iac. de Are. exiſtimaſſe,hęc tria ſimul ẽt concurrentia,emptorem vſurariũ, pretium modicum,& de retrouendendo pactum,non inducere ſimulationis præſumptionem. & Io. And. commemorat in
47 c.illo vos.col.2.ver. Iac.de Are. extra de pignor. † Nanq; in dubio contractus non iudicatur ſimulatus,ſed ſtandum eſt inſtro, donec contrariũm doceatur.l.cùm precibus. vbi Doctores, C. de probati. accepimus.§.interim autem. extra de fid.inſtr. Itaq; quum nominetur in inſtro ille contractus emptio & venditio, talis nimirùm æſtimabitur,qualis in ſua forma apparet, c. in ciuitate.ibi,ex tali forma.extra de vſur. Et Bal. in l.rogaſti.§. ſi tibi. ad fi.ff.ſi cer. peta.ait,in dubio contractum nõ cenſeri vſurariũ. Vr hoc quoq; ſatis conſtare ex d.c.ad noſtram. vbi Pontifex nõ ob ſolam pretii modicitatem,ſed principaliter, quia cautũ fuerat,vt ante certum tempus non poſſet redimi fundus, ſicq; emptor interea temporis lucrum certò ex ſua pecunia cãpere ſtudeat,iudicat illum contractum ſimulatum. Et inquit gl. in l.dolus.in verb.non ex quantitate pretii.C.de reſcind.vend.non prę ſumi dolum ex quantitate pretii ſola, ſed cum aliis concurrentibus indiciis ſic.

48 † Hanc partem conſulendo æmulatus fuiſſe videtur Pet. de Anch. in conſi. 9.incip. Plurimæ coniecturæ, per totum,vbi ex plurib. tantùm ſimul congeſtis ſuſpitionibus contractum emptionis in propoſito ſibi themate ſimulatum oſtendit,& multò apertius alio conſi.257.incip.Si prædicta ſnĩa.col.j.ver.diſcutiẽ dum eſt &c.Id ipſum manifeſtè voluit Alex.in conſi.109. incip. Viſo proceſſu cauſæ.col.fi.ver.nec contractus:lib.4. aſſeuerans, ex pacto de retrouendendo cum ſola modicitate pretii non argui contractum ſimulatum in fraudem vſurarum: illamq; eſſe magis cõem opinionem teſtatur,quia contrarium non apparet iure cautum,Cor.conſ.224.241.& conſi.346.col.5.ver.nã ſunt tres opiniones.lib.j.Soci.antiquior in conſi.ſuo 155. incip. Præſtantiſſimè Doct.col.fi.ver.ſed ad hoc reſpondetur.li.2.& in cõ ſi.248.incip.Nunquid ex duabus præſumptionibus. per totum, lib.2.Dec.conſ.197.incip.In cauſa, quę coram Reuerendo vicario,col.2.lib.j. Bartholomæus Veronenſis copioſè in ſuo Tract. ſimulationis contractuum, ante fi. necnon & Moderni Bononiẽſ.hic,Taurinenſesq; ſimul, affirmantes hanc magis commanem eſſe atque tenendam ſententiam.

Pro quorum opinione facit, ꝙ deceptio, quæ dolo caret, & vltra dimidiam iuſti pretii non excurrit, in pretio emptionis & venditionis contrahentibus eſt naturaliter impunè permiſſa,l. in cauſæ.la 2.§ idem Pomponius ait.ff.de minor.l. ſi voluntate.
49 C.de reſcin.ven.† Et ratione illius oneris annexi de retrouendẽdo,res vtiq; ęſtimatur minoris,l.fundi partẽ.ff.de contrah.emp. Abb.in d.c.ad noſtram.col.2.ver.ſecundò, quia res.& in c.in q̃buſdam.in 2.notab.extra.de decim. Eſt tex.in l.j.§.ſi hæres.ff.ad Treb. Habes clariorem textum in l.ſi ſterilis.§.ſi tibi fundum.ff.
50 de act. emp.† Atqui etiam ratione vicini petulantis & moleſti res minoris æſtimatur, l.quod ſæpè.in fi.ff.de cõtrah.emp. Quare quum filio debeatur legitima de bonis patris abſq; grauamine vllo,l.qñ in prioribus.C de inoff.teſt.§ j. in Auth.de trien. & ſemiſſe.non debebit ei res tradi,quæ habeat vicinum cõtentioſum,ſi aliũde poſſit legitima detrahi. Ang.& Alex.per illam ra-
51 tionem ſic tradunt,in l.in quartam.ff.ad leg.Falc.† Simili modo res minoris eſſe pretii creditur,vbi Dñs volens eã vendere,non põt,qui fideiubeat pro euictione,aliquem inuenire. Bar.& Doctores communiter in d.l.j.§.ſi hæres.ff.ad Trebel.

52 † Altera eſt opinio affirmatiua, vt ex modicitate pretii cũ pacto de retrouendendo ſimulatus ille preſumatur contractus.gl. in c.ꝙqueſtus.in ver.de feudo.ante fi. extra de vſur. Arc.in c.pleriq; 14.q.3. Et Alberi.in l.emptione.C.plus val.quod ag ſcribit, ſe ita de facto in ſubiecta quæſtione reſpondiſſe, proq; ſua opinione latam ſententiã fuiſſe. Pro qua opinione facit: † qñ aliàs
53 ex quantitate pretii deteguntur fraudes,aperiuntur doli, l. cùm hi.§.modus quoq;.ff.de tranſac.c.etſi quæſtiones.extra de ſimonia.l.per diuerſas.C.mandat. † Et ex pretii tenuitate aut magni-
54 tudine qualitas contractus diſcernitur.gl.in l.j.§.j.in verb. agendo.ff.de ſuperficiebus. Bar.in l.cotem ferro.§.qui maximos.ff.de publica. Nemo enim ſuum iactare facilè creditur. c. ſuper hoc. extra de renunc.l. cùm de indebito. ff. de probati. Ita decidunt Imo.in d.c.ad noſtram.de emp.& vend. Ant.de But.& Abb.ibi nu.9.ver.dictum tamen in ſe videtur verum &c.iterum Ant.de But.in c.illo vos.extra de pignor. Idem Imo.reſpõdit in ſuo cõſ. 55.incip.In caſu præmiſſo eſt videndum.col.2.ver.nec obſtat ẽt prædictis &c.vbi ait,Licet exiguitas pretii remediũ paret reſciſſionis contractus iuxta l.2.C.de reſcind. vendi. non tamen facit præſumi contractum ſimulatum,niſi quoq; interueniret pactũ de retrouendendo: Illa etenim duo ſimul cõcurrere debent ad hoc,vt ſimulatum contractum cõiici liceat. & rurſus ita defendit in conſi.99.incip.In quæſtione,quæ vertitur.col. 3. verſi. ſed certè videtur &c. Ita æquè Abb. conſuluit in conſi.ſuo 76. inci. In præſenti conſultatione.col.2.ver.& nimirùm.lib j.dicens ſic cõiter teneri, & à ſe legendo & conſulendo iſtud ipſum defendi. Alex.in hoc articulo ſibi contrarius in conſi. 46. incip. Circa præſentis conſilii materiã.col.j.& 2.in j.dubio.ver. circa primũ. & ver.& ſic nihil alius &c,lib.3. inquiens, illam opinionem videri magis communem:quæ in dubio etiam fęneratori ſeu emptori magis tuta eſt exonerandæ eius animæ cauſa: idcircoq; amplectenda,arg.c.iuuenis.extra de ſponſ.illud idem repetit in conſi.54.col.j.lib.6.

Quid igitur in tanta varietate, tamq; difficili opinionum repugnantia propoſitę quæſtionis nobis ſtatuendum erit? † Reor
55 ego equidem, quum agatur de dolo ſeu fraude probanda, quæ in dubio non præſumuntur,l.quoties.§.qui dolo.ff. de probat.l. meritò.ff.pro ſoc.perſpicuis indiciis,& coniecturis haud ſinuoſis eſſe opus,l.dolum. C. de dolo. Verù ꝙ hæc indicia non ſunt legibus præfinita,arbitrio iudicis concredita eſſe putarim.l.j. ff. de iure delibe.c.de cauſis.§.illis.extra de off.iud.deleg.l.3.§.ideo
56 que.ff.de teſtib.† Quocirca iudex,quia vir bonus eſſe dicitur,& litigatoribus patris loco conſtituit,l.vir bonus.ff.iudi.ſol. §. eos autẽ.in Auth.vt iud.ſine quo.ſuff.gl.in §.interim.in verſ. iudex. in Auth.de defenſ.ciuita. itidem quod bonum æquumq; eſt, ſequi accuratè debebit,c.fi.in fi.extra de tranſac.li.j.circa princ.ff. de iuſti.& iu. Nè aũt eiuſmodi æquitas à nobis,qui iuſtitiam colimus,æquumq; & bonum profitemur, hoc loco optata deſideretur quid ius dicenti conueniat,ordine demonſtrabo.

57 † Aut cum pacto de retrouendendo ſola paruitas pretii concurrit,quæ non implet dimidiam partem iuſti valoris:tunc arbitror. contractum nullo modo cenſeri ſimulatum. Porrò ex huiuſmodi paruitate pretii (niſi aliud accedat) dolus aut fraus emptoris minimè gentium præſumitur, tametſi propter enormem læſionem venditoris, vel reſcindatur contractus,vel emptor reliquum pretii numerare cogatur, c. cùm dilecti. c. cùm cauſa.vbi etiam gl.& Doctor.extra de empt.& ven.l. 2. vbi Bar. & alii,C.de reſcin.ven. Simili modo per ſolum pactum de retrouendendo,tantum abeſt,vt ſiniſtra aliqua preſumptio oriatur, cùm & legibus ſit maximè illud cognitum atq; probatum, vt hic,& in l.ſi vir vxori.ff.de præſcri.verb. Ergo illa duo, quæ ſingula

Source : BIU Cujas

gula omni fraudis carent ſuſpitione, ſimul iuncta, ſuſpitionem non gignent aliquam, iuxta copiosè tradita per Bart. in genere probatorio, in l. admonendi. ff. de iureiuran. optimum textum iudico in l. ſpadonem. §. qui iura multa. ff. de excuſationibus tutor. Alioqui ſi ſecus diceremus, & nos impoſſibile quoddam admitteremus, & abſurdum planè foueremus. Vbi nāq; dolus non eſſet, inde tamen opinione noſtra dolus colligi poſſet, qđ per rerum naturam impoſſibile iudicatur, quum non entis nul læ ſint partes, l. nam etſi. §. poſt defectum. ff. de iniuſto rup. irrit. teſt. Abſurdum quoque præterea foret, vt qualitas ſine ſubiecto exiſteret, l. ſi ſeruum. §. i. ff. de act. empt. l. eius. §. fina. ff. ſi cert. pet. Quare ſi dolus neque hinc neque illinc deſcendit, vtique illam qualitatem ſimulationis, ſiue fraudis, contractui admouere non poſſumus.

58 † Neque aduerſum cenſeri debet ſententiæ noſtræ quod in ore omnium eſt: Singula quæ non proſunt, multa iuuant. Illud verum eſt, quando in ſingulis, & ſi non totum, aliquid tamē eſt ius, quod quæritur, l. inſtrumenta. ibi, ſi non aliis quoque adminiculis iuuentur, ſola nō ſufficiunt. C. de probati. eſt bona gloſſa in l. 3. §. eiſdem quoque in ver. ſpeciem. ff. de teſtib. Dein, quādo exiguitas pretii eſt vltra dimidiam iuſti valoris, habet remedium ordinarium venditor, nempe reſciſſionis contractus ex d. l. 2. ſupra de reſc in. vend. cum ſimilibus. Ideoq; extraordinarium ſimulati contractus, quod ex ſolis ſuſpitionibus & minimè apertis probationibus comparatur, eidem venditori nō cōpetet, l. in cauſæ. la 2. in prin. ff. de minoribus. Maximè verò, quia in obſcuris, quod minimum eſt, nos ſequi oportet, l. ſemper in obſcuris. vbi gloſſ. & Dec. ff. de regul. iur. dolusque emptoris non exiguitate pretii, ſed qualitate facti ęſtimetur, l. dolus. ſupra de reſcind. vend.

59 † Nec obſtat, quod alibi legitur, paruitatem pretii nonnihil ad fraudes reſeruandas facere, l. cùm hi. §. modus quoq;. ff. de trā ſact. Id ſanè procedit (licet gl. in d. l. dolus. in ver. non quantitate. aliter locuta fuerit, & malè quidem) in caſu valde ſingulari, propter faciliratem eorum, qui de alimentis annuis ſibi legatis modica præſenti pecunia accepta, tranſigere libenter & incautè so-
60 lent, vt patet in d. l. cùm hi. in prin. † Sunt enim homines natura procliues (prout experientia rerum parens docet) pro modico præſenti multis renunciare bonis futuris. l. j. ſup. de pact. d. l. cum hi. in prin. & ibi gl. j. Id quod in alimentorum cauſa, quæ sēper fauorabilis eſt atq; præcipua, nè poſtea egeant, tales admitti dedecet, d. l. cùm hi. & Bar. latè tradit in l. Mela. ff. de alim. & ci ba leg. Alex. in l. mulier. §. cùm proponeretur ff. ad Trebel. Cęte rùm ſubiecta qō noſtra nullo, præter ius cōmune, gaudet priuilegio, & longè diſtat ab alimentorum cauſa. Sicuti nanq; in alimentis legatis, ob eam fauoris rationem, modicitas etiam ſola pretii eſt nonnihil argumento fraudi: ita exiguitas ſola pretii ni hil creditur in emptione continere doli, d. l. 2. C. de reſcind. ven. cum ſimilibus.

Inde nimirum conſtat, erraſſe Corneum in ſuo conſi. 4. inci. Multùm diffusè. col. . verſ. nam ſi eſt res vendita. & rurſus conſi. 346. inci. Viſa copia petitionis. col. 6. in fi. verſi. in tanto autē opinionem cōflictu. lib. j. vbi ait, ex magna paruitate pretii, quæ dimidium iuſtæ æſtimationis non impleat, cum pacto de retrouendendo contractum præſumi ſimulatum. Quam opinionē ſi Abb. in d. c. ad noſtram. de emp. & ven. nu. 9. ver. ſed debet eſſe pretium valde tenue &c. eſt æmulatus, non vtiq; minore errore & is mihi videtur lapſus.

61 † Neque repugnat deciſio d. c. ad noſtram. de emp. & ven. Ibi certè aliud q̄ exiguum pretium, emptori obfuit. Nam tractatus de mutanda pecunia fuerat antea habitus: vel etiam ſi tractatus non fuiſſet habitus, attamen pactum, ne liceret venditori ante ſeptēnium redimere fundum, & poſt ſeptennium vſque ad nonum duntaxat annum poſſet, ſimulationem in illo cōtractu de tegit, ſicut inibi expreſſe cauetur in ver. quod patet ex eo &c. Et quanuis fiat illic quoque mentio modicitatis pretii, illa mihi videtur exprobratio potius in emptorem, q̄ cauſa, vnde coniiciat dolus. Quaſi dicat ſummus Pontifex, Non ſat fuit emptori agere contractum ſimulatum in fraudem vſurarum, q̄ etiam vix dimidium iuſtæ æſtimationis venditori numerauit. Facilè conceſſerim, eam ibi modicitatem pretii non carere fraudis ſuſpitione, non quidem p̄ ſe, ſed accidentaliter propter pactum, & præcedentem ſimul mutui tractatum: iuxta illud, Facienti malum, omnia cooperantur in malum: ſicuti facienti bonum, omnia cooperantur in bonum.

62 † Aut cum pacto de retrouendendo eſt exiguitas pretii, quæ tamen implet dimidiam partem iuſtæ æſtimationis, ita q̄ nō eſt locus remedio reſciſſorio d. l. 2. C. de reſcin. vend. Tum vel probatur, initiò venditorem pecuniam mutuā ab emptore petiiſſe, & emptorem ſe mutuò daturum aſſenſiſſe, ſicq; tractatum de mutuo contrahendo præceſſiſſe, & contractum emptionis & venditionis ilicò ſubſequutum fuiſſe: ex illo præcedenti tractatu præſumam contractum eſſe ſimulatum, arg. l. quanuis. §. ſi cum eſſem. ff. ad Velleia. Quæ enim vno temporis tractu aguntur, ab eadem voluntate proficiſci, eodemq; iure cenſeri, creduntur, l. quod ait lex. § fi. ff. de adulter. facit tex. in l. hæredes palàm. §. vno contextu. ff. de teſta. & quæ incoatinenti fiunt, præcedenti actui ineſſe iudicantur, l. iuriſgentium. §. quinimmò. ff. de pact. l. lecta. ver. dicebam. ff. ſi cert. pet. Nimirùm itaque ex facti qualitate, non etiam ex pretii modicitate dolus rectè deprehendetur, d. l. dolus. C. de reſcind. ven. Eodem ſpectat: quoniam probationes admittuntur ad docendum contractum vſurariū, quæ in alia cauſa minus eſſent idoneæ. Quod ita meritò accidit propter excogitatas fęneratorū fraudes, quas, nè aculeos ſacræ leges incurrant, contractibus impoſtores ſæpenumero indunt, Io. And. in c. ex literis. extra de iureiur. in c. 2. eo. tit. lib. 6. necnon & in d. cap. ad noſtram. vbi etiam Petrus de Anchar. de empt. & vendit. Alexander in conſ. 54. incipiē. Circa primum dubium. nume. 3. lib. 6.

63 † Aut in propoſita quæſtione nihil conſtat de præcedenti, ſicut diximus, tractatu: tunc ſi contractus fuit celebratus in loco, vbi communiter ſolent fieri tales ſimulati contractus, & exerceri vſuræ, quemadmodum hodie pluribus in locis pernicioſo exemplo fieri ſcimus ac dolemus: & emptor ſit indigena loci,
64 aut incola: † iudicabo contractum illum ob eam infamatam nationem ſimulatum, l. quòd ſi nolit. §. qui mancipia. ibi, præſumptum eſt, quoſdam malos videri, quia ea natione ſunt, quæ magis infamis eſt &c. ff. de ædil. edi. Præſertim autem, quoniam in obſcuris attendi debet, quod eſt veriſimilius, aut quod plerūque in loco fieri conſueuit, l. in obſcuris. ff. de reg. iur. l. ſi ſeruus plurium. §. ſi numerus nunimorum. ibi, deinde regionis, in qua verſatus eſt &c. ff. de legat. j. Et multis in aliqua regione graſſantibus, ſeueriore cenſura debēt cohiberi delicta, l. aut facta. §. nōnunquam. ff. de pęnis. His reſpondent quàm maximè notata p̄ Alexan. in propriis terminis in conſi. 119. incipien. Sine diſputatione. in vltimis verbis, li. 4. † Vnde emptor noram illam ſuę gentis in præmiſſo caſu à ſe amoliri non aliter poſſet, quàm ſi teſtibus perſpicuis, omniq; exceptione maioribus, probitatē ſuā, animumq; verè Chriſtianū, ab huiuſmodi fœneratitiis cōtractibus alienum oſtenderet. Tum præſumptionem illam aduerſum ſe aboleret, & generi velut per ſpeciem derogaret, c. qa veriſimile. extra de præſumpt. l. in toto iure. ff. de regu. iur. Bona nanque fama hominis, honeſtas, & auctoritas extinguit malam contra eum ſuſpitionem c. niſi eſſent. in princi. & ibi glo. j. extra de præb. vbi præterea Abbas & reliqui Canoniſtæ tradunt per eum textum.

Aut in eo loco vel ciuitate celebrati contractus non fiūt cōmuniter tales imaginarii contractus, non exercetur communiter fęnus: tunc aut emptor eſt ipſe fœnerator, & cōtractus tales improbatos atque illicitos facere aſſuenit: præſumam illo equidem caſu contractum emptionis eſſe ſimulatum, d. c. illo vos.
66 in fi. extra de pignor. † Facilè etenim contra vſurarium eſt præſumendum: quia ſunt fęneratores peſſimum genus hominum, ſecundum Hoſtien. & Io. And. in d. c. ad noſtram. col. j. ver. & dicit de facili contra vſurarios. de empt. & vend. idem Io. And. in d. c. illo vos. in vltimis. verbis. Quare, quū improbi adeò ſint vſurarii, mirabere minus, q̄ acerbiores in illos exemplo Iuriſconſulti exiſtimus, l. & ita de facto. §. miratur igitur. ff. nau. caup. ſtab. Et ſemel malus, ſemper poſtea præſumitur malus in eodem genere delicti, l. ſi cui. §. iiſdem. ver. ſi tamen. & ibi notatur, ff. de accuſationib. l. nō omnes. §. à barbaris. ff. de re mili. c. ſemel malus. de reg. iur. lib. 6. facit tex. in l. cùm hi. §. in perſona. ff. de tranſact. d. l. ſi ſeruus pluriū. §. fi. ibi, ante omnia ipſius patris familias conſuetudo &c. ff. de leg. j.

67 † Aut emptor non eſt ſolitus aliis fęnerari, eſtq; alias integrę opinionis: & contractum emptionis cum modicitate pretii &
68 pacto de retrouendendo fictitium nō ſuſpicabor. † Regula eſt, & naturæ & iuris ciuilis protrita: quemq; bonum credi, donec malus doceatur, l. omnimodo. ver. ſi tamen non ingrati. C. de inoff. teſt. l. cùm quidam ita fideicommiſſum. & ibi gl. in verb. qui non offenderint. ff. de leg. 2. l. ſi cui. §. iiſdem. ver. ſi tamē. & gl. ibi in verb. admittendum. ff. de accuſa.

Sic vides, nullo caſu exiguitatem pretii cum pacto de retrouendendo quicquam facere ad ſuſpitionem ſimulatus contractus contra emptorem eliciendam, niſi & alia accedant.

69 † Sin autem loqueremur de fundo dato pro modica ſumma in ſolutum creditori cum pacto de retrouendendo: vtiq; multò minus ſimulatam eam in ſolutum dationem, q̄ ipſam venditionem, præſumeremus. Nam emptionis & venditionis cōtractus eſt voluntarius, & pretium interuenit tempore cōtractus: in ſolutum verò datio & acceptio fit ex neceſſitate debiti præcedentis, & nulla tunc temporis adnumeratur pecunia. Ideoq; tanto longius abeſſe doli ſuſpitionem ab illa datione in ſolutum crediderunt noſtrates. Sic & ante eos reſpondit Raphael Fulgoſ. in ſuo conſ. 134. inci. In quęſtione verſa. col. 2. ver. ſed & illud animaduerſione &c. Dec. conſi. 167. incip. In cauſa, quę coram Reuerendo. col. 2. ad fi. ver. tertio reſpondetur. necnon & in conſi. 18. incip. Viſo puncto. col. 2. ver. nec obſtat. lib. j. Pergo nunc cęptas Iudicis referre partes.

70 † Nouiſſima erit obſeruatio & amuſſis quædam Iudici tenē-

da: Cùm

Source : BIU Cujas

da:Cùm venditio fuit certo pretio facta, addito pacto, vt possit venditor intra certum aliquod tempus, maiore tamen summa pecuniæ, q̃ antea pretium illud fuerit, rẽ redimere, & q̃ fructus interea perceptos, sibi emptor imputet in sortem:cõtractus habeatur in fraudem vsurarum simulatus: quandoquidem illa sit pignoris species,non etiam venditionis habeat imaginem, d.c. illo vos.& Doctores omnes,extra de pignor.

Quarto iuxta ordinẽ textus nostri, an emptor obligatus ex pacto retrouendere,si habet facultatem rei restituẽdæ,cogatur ita omninò præcisè eam restituere,vel potius soluendo interesse liberetur? Quotidiana quæstio est, & valde frequens: meritò
71 diligentius nobis examinanda.† Videtur in hoc textu satis probari, emptorem copelli præcisè debere ad rem ipsam reddẽdã, quando eam in sua potestate habet. Competit enim venditori ex primo contractu actio ex vendito, vt emptorem retrouendere cogat:at ea est illius contractus emptionis & venditionis natura,q̃ debitorem obliget præcisè ad rem tradendam,quę in eius sit potestate,gl.magna in l.j.in princ. ff.de act.empt.Regula est vulgata.Aliud pro alio inuito creditore solui non posse, l.2. §.mutui datio.ff.si cer.pet.Ergo &c.

Aliter quoque pro hac parte possunt verba istius legis expendi.Oblato per venditorem pretio, si confestim fundus non restituatur, ad fructus à die moræ perceptos emptor etiam tenetur:† Cæterum qui à tempore moræ obligatur ad fructus,& nõ
72 ad interesse, non dicitur obligatus ad nudum factum: quia veniret tunc à die moræ interesse, non fructus, l.si fundum certa die.ff.de verbor.oblig.l.si quis ab alio.in fi.ff.de re iudic.sed cautam bonorum,idest, proprietatem fundi, in creditorem transferre est obligatus,l. in conuentionalibus.in fin. eodem titu. de verbo. oblig. Enimuerò hæc inuicem distant, fructus deberi à tẽpore moræ,vel interesse,secundùm Barto. *in l. si filiumfamiliàs.*§.j.ff.de verbo.obliga. Igitur *illi regulæ iam non erit locus*, vt in obligationibus faciendi *succedat obligatio* ad interesse: de qua in l.*stipulationes non diuiduntur.*§. Celsus. ff. de verbo. *obligatio.* d.l.*si quis ab alio.in fin.*quoniam huiusmodi promissio de retrouendendo purum factum non continet, sicuti ex præcictis liquet.

Huc pertinet quod voluerunt Ioan. And in addi. ad Spec. in titu.de obliga.& solutionib.in princ.Alexan.& Iason in l.cùm fundus.§.seruum.in princ.ff.si cert.petat.Quando promisi me obligaturum tibi dare decem certo tempore, termino solutionis adueniente, dicor absq; alia noua obligatione adstrictus ea decem dare,perfectaque tum esse creditur obligatio.Sic in proposita quæstione, cùm quis est obligatus retrouendere certo pretio,oblatione pretii facta, dicetur absque alio extrinsecus accedente venditio esse perfecta:per consequens ille tenebitur præcisè rem tradere secundum naturam contractus venditionis.d. gl.magna in l.2.prin.ff.de act.emp.

Vel si promisi tibi retrouendere certum fundum, non possum absque tuo consensu in alium quempiam fundum ipsum alienare: quinimmo vbi solueris pretium, fundus ad te reuerti debet sine onere vllius obligationis per me factæ.Bar.in l.diem. per illum textum.ff.de aqua plu.arcen.in l.si ex duobus.§. sed & Marcellus.ff.de in diem adiectio.& in l.si res per illum tex.ff. q̃bus modis pigno.vel hypot.sol.Ergò præcisè ad illum,eundem fundum retrouendẽdum restituendumque ero tibi obligatus: alioquin alteri vendere possem, & tibi interesse, dare quirem. Vnde aiebat Pau.Cast.in l.si cùm venderet.per illum textum.ff. de pign.actio.vim illam inesse pacto de retrouendẽdo,vt oblato pretio dicatur perfecta retrouenditio,etiam absque traditione,atque dominium vtile censeri translatum: ob id & competat vtilis rei vendicatio aduersus quoque singularẽ successorẽ.
73 † Præterea qui promisit retrouendere,& obligauit se ad rem restituendam, tenetur dubio procul retrodare: quia verbum, reddere,siue restituere,habet retrodandi significationem,l.verbum reddendi.ff.de verbo.signifi.l.cùm quidam vxori.ff. de lega. 2. Ideoque illius rei dominium debet in recipientem transferre, si ipse dominus sit, l. non videntur data. ff. de regu. iur.§. sic itaque. Institu.de actio.l.vbi autem.§.fin.ff.de verbo. obliga. per consequens, solutio eius, quòd interest,eum non liberaret, per prædicta.

Dein,si tenetur rem restituere, eamque penès se habet, non potest soluere interesse,inuito creditore: quum in obligatione rem restitui, non succedat obligatio ad interesse post moram, nisi re perempta, l.in re furtiua. ff. de condict. furt. Barto. & alii Scribentes in l.stipulationes non diuiduntur, ff.de verbo. obligatio. meritò rem penès se emptor habens, eam propriè restituere compelletur.

Accedit prædictis:Ista restitutio fundi potest momento temporis facillimè expediri: igitur præcisè ad id emptor est obligatus.Porrò quamuis alias obligatus ad factum, liberetur soluendo interesse,d.l. stipulationes non diuiduntur. §. Celsus. cum similibus:attamen vbi factum illud posset facilè & temporis momento fieri,vtiq; præcisè ad illud debitor teneretur,secundùm Ioan.And.in addi.ad Spec.in titu.de rebus eccles.non alien.§.j. vers.non fuerunt &c.Rapha.Cum.& Ang.scribunt in d.l. stipulationes non diuiduntur.Ita pro hac parte,& per prædicta consuluit Barthol.Socin.in consi.253.incip.In causa Domini Ioannis Francisci.col.5.ver.circa tertiam quæstionem.lib.2.& in cõsi.80.incipiente,In quæstione quæ vertitur.col.j.& 2.lib. 3.& in consi.170.incipien. In præsenti consultatione.col.j. & 2.lib.2. Eundem sensum videtur habuisse Barth.in l.si fideiussor.§.meminisse.ff.de legat.j.in l.vxorem.§.agri plagam.ff.de lega.3.in d. l.in diem.ff.de aq.plu.arc. cũ similibus proximè adductis. Ang. Areti.in §.fi.Insti. quibus mod.toll.oblig. Ioannes de Ana.in c. conquestus.extra de vsur.

Contrariam verò partem,q̃ soluendo interesse emptor libe retur, in quæstione subiecta tueri nihilominus conantur Moderni Bononienses hic. Pro qua semel consulentes,inquiunt illi,effecerunt, vt aduersarius eorũ clientis obtinere potuerit nũquàm proprii fundi restitutionem. Mouentur: Quoniam promissio de vendendo non est ipsa venditio,Bar.in l.si pupillus.ff.
8 ad leg.Falc.in l.fi.num.8. ff. de condict. causa data causa non sequut.Ang.in l.j.C.de pactis pig.facit bona gl.in l.Titius cùm crediderit.in gl.vlt.in fi.ff.de pig.act.vbi allegat in proposito tex.in l.Callipodius.aliàs incipit,quanuis.in prin.ff.de solutio. Idem tenet Alex.in consi.119.in prin.consi.120.& 121.lib.4.necnon & in consi.72.lib.3.& consi.73.lib.2. Defendit in proposito Ioan. de Ana.in suo cons.64.q̃ statutum vetans,probari testib.liberationem debiti, non vendicabit locum sibi in promissione de liberando.Bene facit,quod Corn.respondit in cõs.74.li.4. † Cõcessio & promissio concessionis faciendæ, sunt diuersa, Iaso.in l. 74 quoties.C.de rei vend.Dec.in cõsi.183.Quare si emptor solummodò est obligatus ad retrouendendum, videtur ad nudũ dun taxat factum teneri,si quidem contractus omnes sint facti.l.cõsi.in fi ff.de curat. furios. In obligationibus autem facti solutione eius,quod interest,debitor liberatur,nec præcisè factum præstare inuitus compellitur, d.l. stipulationes non diuiduntur.§. Celsus.de verbo. oblig.l. si quis ab alio. in fi.ff.de re iud.Idcirco emptor,qui interesse soluere malit, retrouendere fundum nolens minimè adigendus erit.

Rursum sic instant mei Bononienses: Dispositioni l. si quis argentum.in §.fi.C.de donationib. vt ex solo donationis pacto oriatur contra donantem actio &c.non est locus in promissione de donando facta per pactum nudum.Ita Ioannes de Imola tradit in l.in ædibus.§.j.ff.de donatio.Salicetus in l.2.C.de dona. ob causam.& in d.l.si quis argentum. §.fin.C.de dona. Alex. & alii in l.iurisgentium.in prin.col.3.ver.item adde, quantũ iuxta prædicta.ff.de pac.Idem Imo.in c.qualiter.extra de donatio.Ratione illa vnicè nituntur memorati Scribentes:quoniam aliud est donare aut vendere,& aliud promissio de donando aut vendendo.Itaque in propposita quæstione,licèt qui vendidit, teneatur præcisè rem tradere,quando potest,sicuti notatur in d.l.j.in princ.ff.de act. emp. hoc tamen non videtur procedere in promissione de vendendo,quæ diuersa est ab ipsa venditione.

Vrge adhuc sic tertiò acutus Gozædinus: Tum quis cogitur præcisè rem venditam actione exempto tradere,quum actio illa ad tradendum intenditur:ita propriè loquitur glo.in d. l. j.in prin.de act.empt. Verum in subiecta disceptatione proponitur actio ad retrouendendum,non etiam ad tradendum: meritò ille locus gl.in d.l.j.de act.emp.nõ impediet, quo minus maneat quæstionis præsentis decisio sub regula d. §. Celsus l.stipulationes non diuiduntur. cum similibus. Maximè verò, quum in dubiis ab regula non sit recedendum, Barto. in l. quoties. ff. si quis cautio.

Considerant præterea Moderni Bononienses,quod qui vendidit,tenetur ideò præcisè tradere, si penès se rem habet; quia obligatio illa continet aliquam mixturam obligationis dandi: ob id nimirum eligitur via quædam media, vt si possit præcisè rem tradere,id,creditore petẽte, nullo modo detrectet.allegãt notata per Bar.& alios in d.l.j.de act.emp.& in d.l.stipulationes non diuiduntur.de verb.obl.Vides bonũ tex.in l.ex empto.circa prin.ff.de act.emp.vbi venditor,qui tradere rem tenetur,dare quoque,idest,dominiũ transferre, debet, si Dominus ipse est. Enimuerò cessat ea ratio in pacto de retrouẽdendo,vbi ad merum factum, sine mixtura aliqua obligationis dandi vel tradẽdi,emptor tenetur:proptrerea cessante illa ratione mixturę, nõ erit cogendus præcisè tradere,per prædicta.

Nouissimè pro hac parte allegant Bononienses decisionem Alex.in cons.68.inci.Visis duobus.col.fi.lib.j.affirmantis, q̃ qui promisit vendere,si vendere nolit,obligatur ad interesse,alleg. l.si sterilis.§.si tibi fundum.ff.de act.emp.& l.qui fundum.la 2.ff. de contrah.emp.Quam opinionem defendit Are.in l.si fideiussor.§.meminisse.ff.de leg.j.dicens,in promissione de contrahendo contineri factum,aut etiam interesse,si non contrahatur, citat ad hoc tex.in l.ex parte.in prin.ff.de verb. oblig. Ita quoque consuluit Corneus cons.256.incip.Primus consultationis.col. 3.ver.nec obstat secunda ratio.lib. 4. Idem & multo clarius voluit ipse Corneus in cons.1.incip.Multum diffusè.col.2.ver.pactum de retrouendendo.lib.j.Francis.Areti.in cons.6.incip. Viso in-

ſo inſtrumento diuiſionis &c. penè per totum. Hanc partē ſimpliciter ſequuti ſunt Taurinenſes hic per regulam d. l. ſtipulationes non diuiduntur. in §. Celſus. At quando eiuſcemodi pacto de retrouendendo eſſet additum iuramentum, putant iidē Taurinenſes, Bononienſesq; ſimul emptorem præcisè tunc rem, ſi poſſet, reſtituere compellendum, propter efficaciam iuramenti arctius iurantem ligantis, iuxta notata per Iaſonem in l. ſi pecuniam. in prin. col. fi. ff. de condictio. ob cauſam. cum ſimilibus, p ipſos adductis. Vide Corn. in d. conſi. 256. per tot. lib. 4.

75 † Neq; anteriore loco in contrarium adducta huic alteri opinioni refragari videntur. Reſpōdent etenim ſic noſtrates ad Primum & ſecundum obiectum: Hic agitur actione ex vendito, & veniunt fructus à tempore moræ &c. quoniam non interuenit pactum de retrouendendo fundum, ſed de reſtituendo illū red dito: Sicque lex iſta loquitur, quando emptor erat obligatus rē reſtituere, in qua obligatione rem reſtitui ſatis cōſtat, ipſam eā dem rem (ſi modo extet) eſſe reſtituēdam, neq; intereſſe pro ea inuito creditori vel poſt moram poſſe ſolui, l. in re furtiua. ff. de condi. fur. Bar. in d. l. ſtipulationes non diuiduntur. in 6. q. Enimuerò quæſtio exorta eſt principaliter de fundo retrouendendo iuxta promiſſionem factam, quæ ſanè promiſſio nihil aliud, q̄ merum factum continere viſa eſt: idcircò à diuerſis & ſeparatis iniqua eſt argumentatio.

Ad id, quod dixit Ioan. Andr. in additio. ad Specu. in titu. de obliga. & ſolutio. in princip. ꝙ ſi promiſi me obligaturum tibi dare decē certo tpe, aduenientе tpe, ſit perfecta obligatio, obligatusq; ſim tibi dare decem &c. Rrſpondent Bononienſes, illud eſſe verum non ſolū in illo, ſed etiam in caſu noſtro, ſi emptor promiſiſſet, ſe certo tempore aut quandocunque obligaturum retrouendere. Nam tunc aduenientе tempore eſſet efficaciter obligatus retrouendere, & ſic ad purum factum, vti antea dictū eſt. Igitur ille locus Io. And. nihil venditori opitulatur.

Tolli poteſt quartum obiectum: quoniam Bart. in l. in diem. ff. de aqua plu. arcend. cum ſimilibus, loquitur de pacto de retrouendendo per adiectionem in diem, prout leges, quibus ipſe nititur, manifeſtè indicant: & tunc euentus reſolutionis cōtractus pendet à voluntate extranei, qui emere illam rem carius cupit, & ſic à caſu fortuito: In quæſtione autem noſtra pendet à libera venditoris voluntate, volentis pretium reſtituere. Idcircò termini non ſunt omnino ſimiles. Et ꝙ dictū Bartoli huc ad quæſtionem noſtram non pertineat, probari perſpicuè videtur in l. ſi ſterilis. §. ſi tibi fundum. ff. de act. emp. & in l. quifundum. la 2. ff. de contrah. emp. vbi emptor fundi, qui promiſit nullli alii, q̄ venditori, fundum reuendere, poteſt nihilominus, cui velit, diſtrahere, licet ex vendito actione primi contractus ſit venditori obligatus.

Quintò reſpondetur ad opinionem Pauli Caſtren. in allegata l. ſi cùm venderet. ff. de pignor. act. eam eſſe falſam, neq; per illam legem probari. Inibi certè Iuriſconſultus refert ſpeciem facti in venditore, qui non erat Dominus rei venditæ, ſed tātùm in illa conſtitutus creditor hypothecam habebat. Proinde vendens eam, ius ſuum duntaxat pignoris transfert in emptorem: dominium verò apud debitorem permanet. Id quod non obſcure indicant ibidem legis verba, Liceret debitori eripere rem ſuam &c. Ita quoq; declarat, & Paulum Caſtrenſem reprehendit, Alex. in conſi. 10. col. vlt. verſi. vel poteſt dici &c. lib. 3. & Curtius in conſi. 12. per totum. Igitur probabile non eſt per eam legem in propoſito themate noſtro, ꝙ oblato per venditorē pretio cenſeatur protinus retrouenditio perfecta, atq; dominium ſaltem vtile in venditorem tranſlatum.

Simili modo ſextus & ſeptimus obices tolluntur, ſicuti duo primi: quādoquidem illis poſſet ſolummodò eſſe locus, vbi pactum interueniſſet de reddendo fundo, aut reſtituendo: diuerſum in occurrenti dubio, in quo dicuntur pepigiſſe partes, vt fundus retrouenderetur, quum pretium reſtitueretur.

76 † Hinc reddi cautiores poſſunt venditores, qui res ſua cū pacto redimendi diſtrahunt. Concipiant enim pactum iuxta præſentis legis normam, nempè ſic: Titius vēdidit Sempronio fundum cum pacto, vt quandocunq; pretium reſtituerit, teneatur viciſſim Sempronius reddere, aut, ſi mauis, reſtituere fundū &c. Tum quippe res extra omnem diſceptationis aleam erit. Alioqui ſi pactum fieret de retrouendendo, cernis reuocari ſeriò in dubium, an ſoluēdo intereſſe ſuę ſatisfaciat ꝓmiſſioni emptor.

Octauum venditoris fundamentum, ex omni parte falſum, in ſe corruit. Non planè vera eſt doctrina Angeli & aliorum, ꝙ ſi factum promiſſum poſſit facilè & temporis momento explicari, tunc debitor ad id præcisè teneatur. Quia hoc iure non ꝓbatur, & regulam, à qua non eſt temere diſcedēdum, habemus contrariā, ꝙ in omnibus faciendi obligationibus ſuccedit poſt
77 moram obligatio ad intereſſe. † Ergo illi, donec aliud iure doceatur, velut Bononienſi Carocio, ſtari oportet, glo. in l. omnis definitio. ff. de reg. iur. Bar. in l. quoties. ff. ſi quis cautionibus. vnde Io. Imo. & Alex. in d. l. ſtipulationes non diuiduntur. reiiciūt illud Angeli dictum.

Poſtremò expungitur obiectio illa, quæ ex Bar. in l. ſi fideiuſſor. §. meminiſſe. ff. de legat. j. & in l. vxorem. §. agri plagam. ff. de legat. 3. huc tranſcribatur. Nam ſententia illa Bart. procedit in vltimis voluntatibus: nos autē in contractu inter viuos verſamur. Et ratio differentiæ inter vtroſq; caſus nō incōgrua eſſe videtur, vt hærede damnato hæreditariam rem in vltima volūtate vendere, ſtatim per obligationem pretii dominium rei trā ſeat in legatarium emptorem: quia aliàs dominia eorū, quæ in vltimis relicta ſunt volūtatibus, recta via in legatarios tranſeūt, l. à Titio. ff. de fur. cum ſimilibus.

Sublatis itaq; propoſitis aduerſus emptorem argumentis, videbitur fortè accedendum eſſe ipſius emptoris partibus, vt ei liceat pro retrouenditione fundi pacta, intereſſe in caſu præmiſſo venditori præſtare. Ita nanq; pro emptore Alex. Franciſcum Aret. Pet. Philippum Cornetum, Franciſcum Curtium, Ludouicum Gozadinum, ac nouiſſimè Modernos Taurinenſes, reſpōdiſſe audiuiſtis: cùm pro altera contraria opinione duo, Paul.
78 Caſt. & Bartholomæus Socin. ſoli recenſeantur. Verùm † ipſe opinor (non equidem per rationes & fundamenta Caſtrenſis vel Socini, quibus facile, vt noſtis, reſponderi potuit) in præſenti difficultate contra emptorem & conſulendum eſſe, & omnino iudicandum: illumque nimirum adigendum, rem (ſi eam apud ſe habeat) præcisè venditori retrouendere, ſimulque tradere, neque eius creditori inuito intereſſe tunc præſtare vllo iure poſſe.

Primò conſiderandum eſt, ꝙ emptor retrouēdere obligatus,
79 non debet in ea re venditori eſſe oneroſus: † quæ regula eſt generaliter vera in aliis etiam obligationibus. Sicuti viciſſim nec actor nimis delicatus eſt tolerandus, & ecōtra, l. ſi ſeruos pignoratos. in fi. ff. de pig. actio. At ſi emptori permittatur facultas ſoluendi intereſſe pro fundo, vtiq; oneratur & ſumptibus, & probationibus venditor cui probandi ſuum intereſſe munus incūberet, l. vni. C. de ſenten. quæ pro eo quod intereſt, profer. atque eo modo ſumptibus litis vexaretur: quod ne fiat, nimis multū cuiuſq; intereſt, l. minoribus 25. annis. ff. de minoribus. Quod in bonæfidei contractibus, vbi ex bono & æquo iudicari oportet, iniquum planè foret, §. in bonæfidei iudiciis. Inſt. de act.

80 † Secundò, Illud pactū de retrouendendo, vt quod vis aliud ſimile onus, lex ſubrogat in partem pretii, & pro pretio reputat, l. ſi ſterilis. §. ſi tibi fundum. ff. de actionib. empt. l. fundi partem. ff. de contrahen. empt. Verùm emptor obligatus ad pretium cogitur illud præcisè dare, nec intereſſe eo nomine poſſet præſtare, l. ex empto. §. emptor autem. l. Iulianus. §. ex vendito. ff. de act. emp. Bar. in l. ſtipulationes non diuiduntur. nu. 12. in decima oppoſitione, ff. de verb. oblig. Igitur in ſubiecta cōtrouerſia ad ſolutionem intereſſe non eſt admittendus emptor, quum ſubrogatum illud pactum de retrouendendo in partē pretii cenſendum ſit eodem iure, quo pretium, l. ſi eum. §. qui iniuriarum. vbi gloſſ. not. in ver. danda non eſt. ff. ſi quis cautionibus. §. fuerat. Inſtit. de actio.

81 Tertiò & efficacius ſic dico: † Venditio ipſa ſeu retrouēditio non continet purum factum, ſed ius & factum permixtim in ſe habet. Factum quidem, propter certi pretii conuētionem inter emptorem & venditorem cum primis neceſſariò ineundam. l. j. §. conuentionis. ibi, Nam ſicuti conuenire dicuntur &c. ff. de pact. item propter rei venditæ ttaditionem, in qua actus naturalis ſiue corporalis interuenit, vel ſit mobilis, vel immobilis res, quæ traditur, l. plebs. §. pignus. ff. de verb. ſignifi. l. fiſtulas. §. fundum. ff. de contrah. emp. l. j. §. ſi vir vxori. ff. de acq. poſſ. Ius quoq; ineſt venditioni: quoniam venditor ius ſuum, quod habet in re vēdita, transfert in emptorem, l. ex empto. circa prin. ff. de actionibus empt. Bartolus inſigniter explicat in d. l. ſtipulationes nō diuiduntur. num. 39. dum rationem differentiæ oſtendit inter obligationem, rem tradi ex venditionis contractu, & obligationem, rem tradi ex alio cōtractu, puta ſtipulatione. Idem annotat rurſus in l. j. in prin. nu. 13. ff. de act. emp. vbi etiam Paulus Caſtrenſis & reliqui Scribentes probant. Ergo qui venditionem ꝓmiſit, ſeu retrouenditionem, non purum factum promiſit, ſed factum iusque ſimul, vti dixi. Et hoc voluit gl. quauis non ita affatim declarat, in l. certi condictio. in princ. in verb. certum. ff. ſi cert. pet. dicens, factum purum in emptione & venditione non contineri. Habes de hoc præterea doctrinam Bar. indubitatam in l. cui vſusfructus. ante finem, ff. de vſufru. legato. quo loco ait, ꝙ vendere eſt quid facti non meri. Sic propriè in terminis quæſtionis noſtræ decidit idem Bar. in ſuo conſi. 195. incip. Angelotus & Andreolus. vbi in diſcurſu conſultationis obiter pro cōſtanti affirmat, pactum de retrouendendo, conſiſtere in dando & faciendo: citat l. conſilio. ad fi. de cura. furio. & d. glo. in l. certi condictio in ver. certum. ff. ſi cer. pet. Rurſum perſpicuè hoc idē voluit ipſe Bar. (ſi puriore mētis acie inſpiciatur) in d. l. ſi fideiuſſor. §. meminiſſe. ver. & hanc dico veram, quia ille &c. ff. de leg. j. illic aſſignans rationem, cur damnato hærede in teſtamēto vēdere, & recuſante oblatum pretium recipere, cenſeatur tranſlatum abſque alia traditione dominium rei in legatarium &c. inquit: Quoniam ille, qui damnatus eſt vendere, non eſt ſimpliciter damnatus ad factum, ſed ad dandū, ſi eſt dominus. citat prædictam

Source : BIU Cujas

dictam l:ex empto.& gloſſam in d.l. certi condictio. En igitur Bart.noſter, qui rationem indicat generalem,conuenientē nō minùs contractui & pacto de retrouendendo, quàm teſtatoris diſpoſitioni, hoc ipſum ſenſit nobiſcum. Repetit denuò idem in l.vxorem.§.agri plagam.ver.ſecundò per rationem.ff. de lega.3.Itaque ſi obligatus vendere, dicitur eſſe obligatus ad dandum & faciendum ſimul,vti Barto.teſtatur,& veritas certè ipſa demonſtrat:emptorem in caſu noſtro fundum, quem apud ſe retinet, præcisè tradere venditori compellendum, optimo iure crediderim.

Quartò, ſi penitiùs pactum hoc de retrouendendo intueor, nihil prorsùs aliud,ac ipſam fundi traditionem ex cauſa vendi-
82 tionis in eo pacto peculiariter contineri,videre videor.† Licèt nanque conſtet ex duobus venditio, ex pretio certo conſtituto,& ex partium conſenſu l.2.in ſecundo reſpōſo,l.in venditionibus.in prin.ff.de contrah.emp.§.pretium. Inſti .eo.de emp.& vend. veruntamen tunc & imperfecta eſt, & effectu ſuo caret, niſi res vendita tradatur, & pretium numeretur,l. ſi quis alienā rem.ibi,cogetur implere venditionem.ff.de actio. empt.l. fina. ibi,& precia perſolui,& venditionē ad effectum peruenire &c. C.de contrahen.empt.l.j.per totam,ff.eo. de contrah. empt.l. ſi ſoluturus.in fi.ibi,quia emptio perfecta ſit.ff. de ſolutio.l. fi. ibi, conuentione facta eſt &c.ff. de acceptilationibus. Vnde nimirum Iuriſconſultus ait, ineſſe imprimis naturaliter huiuſmodi contractui emptionis & venditionis,vt rem venditor emptori omninò præſtet,tametſi de re pręſtanda actum expreſſim inter contrahentes nihil fuerit:viciſſim vt emptor, quamuis de pretio numerando dictum aliquid non fuerit, ex natura tamen contractus venditori pretium numeret,d.l. ex empto.in princ. & in §.emptore autem.& l.Iulianus.§.ex vendito.in princ.ff. de actio.empt.d.l.j.ff.de contrah.empt.facit tex.in l. cùm quid.ff.ſi certum pet.l.ſi vno. in prin.in ſecundo reſponſo,l. quæro.§.inter locatorem.ff.locati.Proindè reliquum eſt,talem promiſſorem teneri non ſolùm vendere ſimpliciter,ſed etiam rē ex cauſa venditionis tradere principaliter:ſicque promiſiſſe intelligi gitur non purum factum. iuxta notata per Bartol. Paulum Caſtrenſem,ac alios in d.l.j.in prin.ff.de actio.empt.& per Bar.in l. ſtipulationes non diuiduntur.nu.39.de verb. obl.meritò præciſè rem tradere,ſi poteſt,quia eam penès ſe habeat,cogēdus erit.

Nouiſſimè puto dici poſſe:per id pactum de retrouendendo pro eodem pretio, retrouenditionem ipſam eſſe (quantùm ad ſubſtantiam eius & ſolennia requiſita attinet) tunc illico celebratam,quum pretium venditor offert:nihilq; amplius, quàm rei reſtitutionem,pro eius perfectione atque implemento deſi-
83 derari. † Nam ſi duo ſimul de re & pretio ita conſentiant,vt alter dicat, Volo hanc rem vendere tibi pro decem: & reſpōdeat alter, Et ego pro decem illam emere volo: p̄rotinus eſt vēditio contracta & emptio.glo.habes inſignem, & communi Scribētium calculo receptam, in l.in vendentis. paulò ante finē eius, C.de contrah.emp.tradit Bart.in l.ſerui electione.in fine princi pij,ff.de leg. .Enimuerò in pacto de retrouendendo fundū pro eodem pretio,verba prædicta ſaltem virtualiter interuenerunt: quia emptor promiſit ſe velle venditori retrouendere illū fundum pro eodem pretio,quando vēditor ipſe pretium reſtituiſſet.Simili modo & venditor dixit ſiue aſſenſit, ſe velle eodem pretio retroemere eum fundum,vbi idem ipſemet pretiū obtuliſſet.Quare oblato p̄tio retrouenditio protinùs erit contracta.

Pro iſta opinione induco præterea text.in l. pacta conuenta. §.an idem dici.in fin.ff.de contrah.empt.Quando poſt primam venditionem ſi rursùs de augendo aut minuendo pretio eiuſdem rei inter partes conueniant,noua ſtatim emptio contrahi tur,& à priore receſſum videtur.Rationem inibi aſſignat Iuriſconſultus:quoniam emptionis ſubſtātia conſiſtit ex pretio. Sic ergo,quamprimùm de pretio rei conuenit inter contrahentes, emptio & venditio celebrata eſt. Vnde in quæſtione tractata, quum fuerit conuentum inter emptorem & vēditorem, quòd pro eodem pretio retrouendetur fundus,quando pretium venditor reſtituiſſet &c.dicendum eſt,oblato illo pretio,retrouen ditionem confeſtim eſſe peractam.

Quapropter huic ſententiæ,quæ multo æquior atque iuſtior ſanè mihi videtur,& à qua vel conſulendo,vel iudicando nun quàm ipſe recederem,firmiſſimè inhærendo, in contrariū oppoſita expugnare operoſum minimè duxerim.

Admitto equidem in illis,in quib. Doctores loquuntur, terminis,aliud eſſe promiſſionem de vendendo,& aliud ipſam vēditionem.Nam,vt inquit Barto.in l.ſi pupillus.ff.ad leg.Falcid. ſubſequens venditio eſt præcedentis promiſſionis ſolutio. bene facit tex.iuncta glo.in l.certi condictio.in prin.in ver.ex omni cauſa.ff.ſi cer.peta. Attamen non ob id in controuerſa quæſtione negari poteſt, quin in ea venditionis promiſſione ius & factum ſimul fuerit promiſſum: quandoquidem venditio ipſa purum factum non contineat, ſicut paulò ante in tertio argumento demonſtraui.

84 † Neque adeo verum eſt, quod hic profitentur Bononienſes, venditionis & emptionis contractum eſſe ſolummodò facti, non etiam iuris,allegantes ad hoc l.conſilio.ad fi.ff. de cur. fur. Quia illic contrarium Iulianus haud ſinuosè docet. ita ſcribēs: quia ſolutio,venditio,traditio magis facti,quàm iuris ſunt. Fatetur itaq; Iuriſconſultus inibi, venditionem non eſſe meri facti,quamuis plurimùm facti illa habeat: ſed iuris etiam nonnihil eſſe,quemadmodū Papinianus alibi de poſſeſſione loquēs, ait:poſſeſſio plurimum facti habet,l. denique. ad fi.ff. ex quibus cauſis ma.cæterùm non negauit propterea, eidem poſſeſſioni & ius quoq; ineſſe,l. poſſeſſio quoque. in princ.& in §. qui aliena.l.poſſeſſionem pupillum.ff.de acqui.poſſeſſ.

Secundò reſpondeo (& hæc reſponſio priore nō eſt inferior)
85 † Dum Bar. Doctoresq; cæteri aſſerunt, promiſſionem de vendendo non eſſe ipſam venditionem, loquuntur neceſſariò, vbi quis ſimpliciter promiſit, ſe venditurum aliquam rem alteri, nullo certo in promiſſione expreſſo p̄tio. At verò ſecus in themate noſtro, vbi non fuit ſimplex pactum de retrouendendo, ſed p̄tium certum,quod venditionis ſubſtantia eſt,fuit nomina tim cōuentū. Pro eodem etenim, quo ipſe emerat,p̄tio retrouendere velle emptor, q̄ſcunq; reſtitueret pretium, promiſit. Meritò ex illa p̄tij conuentione retrouenditionē eſſe celebratam, cùm primis offert pretium,facilè cōiectari licèt, d.l.pacta conuenta.in §.an idē in fi.ff.de ꝓtrah.emp.Et cùm aſſenſerit cō trahentium vterq; emptor,velle ſe retrouendere pro eodē pretio,& vēditor,velle ſe eodē pretio retroemere: peregi protinùs venditionē oblatione pretij,certo certius eſt.d gl.in l.in vēdentis.C.de contrah.empt.vt anteà pridem tradidimus. Ideoq; cōſtat per illud pactum de retrouendendo, non ſimplicem promiſſionem venditionis eſſe factam,verùm eam ipſam vēditionem,oblatione pretij accedente, propriè actam.

86 † Ob id per prædicta dixerim,oblatione pretij facta,agendū eſſe tunc actione ex empto ad rē tradendā: vtpotè emptione per illam pretij oblationē peracta,l. ex empto.in prin.l.Iulianus.§. offerri.ff.de act.emp.non aūt actione vēditi ex primo ꝓcto agi tum oportere:qa non ſumus in terminis amplius nr̄æ legis,vbi ꝓtrahentes pacti fuerunt, p̄dium reſtitui, non quidē retrouēdi.

Per hæc primum & ſequens contrarium fundamentum eſſe expugnatum,videre eſt.Vel ēt vltra p̄dicta dices, obiectū illud ſecundo loco,de donatione facta pacto nudo, & nuda promiſſione de donando &c.diſputationi noſtræ parum cōmodè applicari. Nāq; pacto nudo facta donatio actionē parit valde ſingulariter donatario,contra oēs Iuris noſtri ciuilis regulas,d.l.ſi quis argentū.C.de don.l.iuriſgentiū.§.igit nuda.ff.de pact.Quappter minimè mirū videri pōt, ſi illud ſingulare legis decretū non retinet vim roburq; ſuum in nuda pactione de donando: quum ius ſingulare, & contra cōes regulas vno aliquo caſu receptum ad conſequentias latius non ſit prudentium interpretatione producendum,l.quod verò,cum ſequentib.ff.de legib.

Ex punctis proinde primo & ſecūdo partis aduerſæ argumētis,neque tertium conſiſtit. Porrò aget venditor in caſu noſtro poſt oblationem pretij actione ex empto præcisè ad tradendū, ſicut iam dixi.Ergo locum adhuc habebunt notata per gl. Bart. & alios in d.l.1.in prin.ff.de act.empt.nempè q̄ res, qui rē apud ſe habet,eam præcisè tradere ſit compellendus. Aut etiam ſi diceremus,non eſſe per oblationem pretij retrouenditionē celebratam,prout eſt & venditorem agere tantiſper ad retrouēdendum: nihilominus tamen diceretur tū quoq; agere hic vēditor principaliter ad tradendum:quoniam traditio rei principaliter ineſt venditioni ex propria illius contractus natura, d.l. ex empto.in prin.ff.de act.empt.l.1.per totam,ff.de contrahen. empt. Quod & pridem in tertio,ac quarto fundamento latè ſcripſi.

Conſtat dein ex proximè dictis, non eſſe verum, quod quarto loco à dño Gozadino eſt propoſitum: vt ſ. venditor agens contra emptorem ad retrouendendum,dicatur agere ad merū factum:quinimmò agit ad factū & ius ſimul, quia in pacto fuit promiſſa retrouenditio, quæ iuris & facti eſt, d.l.conſilio.ad fi. ff.de curatoribus furioſ. & vberius,ante notaui in tertio fundamento. Præterea,quod & fortius eſt, reor venditori agendum eſſe poſt oblationem pretij ex empto ad tradendum, non ad vendendum,quemadmodum anteriore loco ſcripſi.

Neque valet poſtremò,quod ex conſi.Alex.68.in vlt.col.lib. 1.adducebatur:eum,qui vēdere promiſit,niſi vendat, ad intereſſe obligari.Illud dictum Alex.arbitror ad leges, quas inibi ipſe allegat,eſſe referendum,iuxta doctrinam Bar.in l.nō ſolùm. la ſecunda.§.ſi liberationis.nu.7.ff.de lib.legat Sed in legibus citatis per Alexan.de eo tantùm legitur,qui promiſit,nulla certi & definiti pretij facta mentione. nemini, quàm mihi,vendere fundum, quem alij poſteà nihilominus vendidit,ſicq; apud ſe nō retinuit:quare actione ex vendito mihi eo noīe tenebit,l. ſi ſterilis.§.ſi tibi fundū.ff.de act.emp.Cæterùm in occurrenti diſputatione fuit promiſſa retrouenditio fundi pro eodem pretio: & ſic per eam qualificatam promiſſionem cum oblatione pretij, vt dictum eſt, peracta intelligitur venditio: præſupponiturque præterea, quòd fundum hic promiſſor,contra quem agitur, penes ſe habeat. Et Alexand.intelligit, actione ex vendito ad intereſſe illum teneri in caſu dicti §.ſi tibi fundum.

Source : BIU Cujas

Id quod & ipſe admitto, ſi modo uendidit ille, ſimulque emptori fundum tradidit : aliàs fundum apud ſe iam ſi retineret, vtique fundum mihi præcisè vendere tradereque omni iure adigeretur, per ſuperius copiosè a nobis deducta. Nec illo caſu, quando fundi tradendi poteſtatem habet promiſſor, Alexand. loqui puto, aut certè eo caſu loquentem ex ante latis reprehendo. Explicitus eſt tractatus ille pacti de retrouendendo quandocunque, aut intra certum tempus, pro eodem precio.

Iam quæro, ſi fundi emptor venditori promiſit, nulli alij, quàm ipſi venditori, emptum prædium vendere : an ex vendito actione emptorem venditor cogere poſſit retrouendere?

87 † Diſpiciamus primo, ſi placet, num id pactum recipi oporteat quod alienandæ pro arbitratu rei propriæ adimit poteſtatem. Et non recipiendum, Pomponius clare ſatis reſpondiſſe videtur in l. nemo. ff. de pact. ubi ſtatuit non valere pactum, quo qs fundum ſuum citra vicini aſſenſum non diſtrahere promittat. Sed Pomponio Paulus atque Hermogenes palàm diſſentire viſi ſunt in dicta l. ſi ſterilis. §. ſi tibi fundum. ff. de action. empti. in l. qui fundum la 2. ff. de contrah. empt. vbi valere pactum aſſerunt, quo nemini, quàm uenditori, comparatum fundum uendere emptor ſe obliget.

Vnde pro conciliandis pugnacibus Iuriſconſultorum ſententijs dices : valere quidem pactum hoc à nobis propoſitum, per quod licentia diſtrahendi rem propriam emptori non penitus aufertur, tametſi coangustetur plurimum, ad eamque amuſſim reſtringatur, quo minus in alium, quàm uenditorem ſuum, diſtrahere queat, dicta l. ſi ſterilis. §. ſi tibi fundum. cum ſimilibus. Quinimmò tunc emptori lex ſubuenit, ut ſi uenditor, de emendo fundum interpellatus, emere neglexerit: in alium quenuis emptor libere poſſit alienare, l. qui Rome. §. cohæredes. vbi Doctores, ff. de uerbor. obligationibus. Quare allegatus locus in d. l. nemo. ff. de pact. a quæſtione mota eſt alienus. Procedit ſanè, quando nemini vnquam uendere quis rem ſuam abſque vicini aſſenſu alicui promittit : quod lex nimis ſeuum eſſe exiſtimat, argum. l. dudum. ibi, neque homines ſuo arbitrio vendenda diſtraherent &c. necnon ibi, vt homines de rebus ſuis facere aliquid cogantur inuiti &c. C. de contrahen. empt. l. inuitum. eodem titu facit in ſimili. l. illa inſtitutio. ff. de hæred. inſtitu. In hunc penè ſenſum Petrus de Bellapertica, Ioannes Imolenſis, & Raphael Fulgoſius reſponderunt in dicta l. qui Romæ. §. cohæredes. de uerbor. obligatio. ſicut inibi Alexand. num. 7. ſcribit.

88 † Altera eſt reſponſio certior, adeoque probata magis: non valere quidem pactum regulariter, quo rem propriam alienare quis ſibimet interdiceret, dicta l. nemo. niſi alterius paciſcentis intereſſet, pactum huiuſmodi ſeruari: aut etiam uenditor in rei ſuæ traditione talem emptori præſcripſiſſet legem. Tum quippe venditor, illa fretus pactione, ius ſuum tranſtulit in emptorem: ideoque ſpe ipſum fruſtrari ſua, æquitas ſacrum legum non eſt paſſa. l. fina. infra eodem titu. noſtro. l. in traditionibus. ff. de pactis. dicta l. ſi ſterilis. §. ſi tibi fundum. de acti. empt. cum ſimilibus. Sic propriè docet Bartol. cui Doctores communibus ſuffragijs accedunt, in l. ſi ita quis promiſerit. §. ea lege. in princ. ff. de verbor. obligationib. & glo. reliquique. Scribentes tradunt in præallegata. l. nemo ff. de pactis. Ad inſtitutam quæſtionem tunc redeo.

Quandoquidem in pacto conuento præceſſit oratio negatiua, vt quia promiſit nulli alij fundum vendere emptor, & ſtatim conſequitur exceptiua illa dictio. Quam, ſeu Niſi: dicendũ eſt, venditori ius eſſe agendi ad retrouendendum contra em-

89 ptorem. † Porrò vbi negatiuæ orationi iuncta eſt huiuſmodi exceptiua dictio, niſi: quod in oratione præcedenti negabatur, in exceptione ſequenti certò affirmatur, l. actione, ubi poſt gl. Doctores omnes per illum textum. C. de tranſact. Dyn. in cap. peccatum. in princip. de reg. iur. lib. 6. Ant. de Butrio, Cardinalis, & reliqui in cap. ex parte. extra de ſponſali. Alex. in conſi. 152. incip. Viſo proceſſu cauſæ matrimonialis, col. 2. lib. 5. indico bonum textum in l. prætor ait. §. ſed & filiusfamil. verſi. Labeo. ff. de edendo. in l. venationem. ff. de uſur. Ideoque emptorem cogi, diſtrahere fundum, a venditore poſſe uidebat. Quin & in ſubiecto dubio ita penè ſenſit per omnia glo. in l. ſi cum. §. qui iniuriarum. in verb. idem Pomponius ait. ff. ſi quis cautionibus. Idem gloſſator repetit remiſſiuè in d. l. actione. in verb. niſi. necnon & in d. l. ſi ſterilis. §. ſi tibi fundum. in verb. ſed ita. ff. de act. emp.

Bartol. autem, cuius ſententiæ Doctores communiter ſubſcribunt, in d. l. actione. & in d. §. qui iniuriarum. contrarium docet. Inquit ipſe, in tali pacto non actum uendendi, ſed potentiam ſolum contineri: ut ſi quando emptor vendere comparatum fundum uoluerit, nemini, quàm uenditori ſuo, uendere poſſit, allegat in ſimili text. in l. Titia. §. Lucius. ff. de manumiſſ. teſtam. ubi Oneſiphorus a domino iubetur non eſſe liber, niſi rationes diligenter reddiderit: & tamen Scæuola reſpõdet, uel ipſis rationibus redditis, nihilo magis Oneſiphorum fore liberum: nimirum itaque aiebat Bartol. illum locum de poteſtate tantum, ſeu habilitate perueniendi ad libertatem, non etiam de ipſo actu libertatis conſequendę, intelligendum. Perinde ac ſi teſtator elogio ſuo cauiſſet, ut Oneſiphorus liber eſſe non poſſit, niſi rationes reddiderit: ergo ubi rationes reddiderit, ad libertatem (ſi hæredi domino uidebitur) perduci tunc poterit, antea non poterit. Sic quoque in propoſito ex ui pacti emptor fundum nemini uendere poterit, niſi uenditori ſuo. Igitur ſi diſtrahendi fundum emptori animus non eſt, nec uenditori retrouendere cogetur, arg. l. non quicquid. ff. de iudic. l. ſæpè audi ui Cæſarem. ff. de offi. præſ. Bartolum ſunt imitati Ange. Imo. & Alex. in l. qui Romæ. §. cohæredes. num. 9. ff. de verb. oblig. Iaſ. & alij in d. l. actione. C. de tranſac. & in l. ſi eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis caution. ac citra controuerſiam Moderni Bononienſes hic.

At uero Bald. in cap. cum acceſſiſſent. extra de conſtit. contrarium ea ratiõe uerius eſſe autumat, quod illa pacti exceptio, Niſi tibi &c. inanis illic foret atque ſuperuacua: alias etenim iure communi emptor potuit retrouendere fundum ſoli venditori, ſi ita utrique libuiſſet, l. ſicut. C. de acti. & obligat. l. in re mandata. C. mandati. Quamobrem eiuſdem pacti exceptio, ne fruſtra conuentioni indita videatur, præſtare quid vltra ius cõmune debebit, puta quod uenditori teneatur vendere emptor l. ſi ſtipulatus. ff. de uſur. l. j. in fin. ff. ad municipal. l. ſi quando. in

90 princip. ff. de legat. j. † Maximè autem, cum in contractibus, tũ in reſcriptis uerba aliquid operari debent: neque minimum uerbum, nè dixerim dictiones, in illis oportet eſſe uacuum. glo. in cap. ſolitæ. in verb. tanquam extra de maior. & obed. Bald. ipſe in rubrica, C. de contrah. emp. in 9. quæſt. num. 9. In qua opinione, contra Bartol. priuſquam Bald. aut alios viderim, ego certè fui. Sed reſponderi poteſt argumento Baldi, eam pacto admotam exceptionem ſatis operari vltra ius commune: quia emptor, alteri ſi vendet, actione ex uendito ad intereſſe obnoxius venditori fiet, d. l. ſi ſterilis. §. ſi tibi fundum. de act. emp. Iure autem communi nõ item, prout Iaſo. refert in d. l. ſi eum. §. qui iniuriarum. col. ult. nu. 41. ff. ſi quis cautionibus.

91 † Cæterum ipſe diſputationis ergo, veritatisque indagangæ ſtudio, vehementius contra Bartol. & communem ſententiam inſto, atque emptorem poſſe cogi a uenditore, ut fundum ſibi retrouendat, ſecundum ea, quæ proponuntur, exiſtimo. In illo de quo loquimur, pacto promiſit venditori emptor, nulli, niſi ipſi, vendere fundum: † Enimuerò uerbum Vendere, ex pro-

92 pria eius natura, propriaque ſignificatione actum uendendi cõtinet: ſicuti uerbum Emere, actum emendi quoq; demonſtrat, l. inuitum. C. de contrahen. emptio. patet hoc in rubrica, C. quæ res uendi non poſſunt, & qui uendere vel mercari vetantur. in l. non intereſt. ibi, poſſeſſionem uendere cogerentur. C. de his, quæ vi metus. cauſa. & verbum Reficere, item Purgare, actum reficiendi, ac purgandi naturaliter indicant, l. 1. §. deinde ait prætor. ff. de riuis. quemadmodum Eximere, necnon Eripere, verba, cum effectu ſemper in diſpoſitione dicuntur adſcripta, l. ſed eximendi verbũ. ff. ne quis eum, qui in ius voc. eſt, vi exim. cum ſimilibus. Meritò emptor uendere promittens, non quidem nudum arbitrium, ſed actum uendendi potius, promiſiſſe cenſendus erit. Alioquin verba illa, Emere, & Vendere, intelligerentur prolata ſine effectu, quum demonſtrarent ſolummodo licentiam & poteſtatem vendendi, non etiam actum uenditionis, quod nuſquàm alias ſic eſt receptum, l. j. §. hæc autem verba. ff. quod quiſque iur. l. pen. §. docere. ff. ne quis eum, qui in ius voc. eſt, vi exi. l. blanditus. C. de fideiuſſoribus. Quid enim prodeſſet uenditori hoc pactum, ſi promiſſio nullum haberet effectum? vt inquit Iuriſconſultus in dicto §. hæc autem verba. in fine.

93 † Eodem ſpectat, quod alibi ſcripſit Bartol. in l. Pomponius. num. 19. ff. de neg. geſt. dicens. Verbis factum prę ſignari, Aduerbijs autem facti qualitatem notari. Proinde uerbo Vendere, in pactione illa nihil, quam actum propriè uendendi, ſeu actus uẽditionis perfectionem, deſignari puto.

Subinde cogitabam, quòd ipſi ſoli venditori, per illam pacti exceptionem, fundum uendere promiſit, ſicque ipſam venditionem, quum uerbum Vendere, venditionem actualem ſignificet, ſicut ex quouis alio uerbo factum prænunciari dixi. Ergò ſi uenditionem promiſit emptor, vtique actum vendendi ſeu factum, atque actus conſummationem promiſit, non ſolam vẽdendi licentiam ſiue poteſtatem, l. conſi. ad fi. ff. de curatoribus furioſ. ubi dicitur, facti magis, quàm iuris eſſe venditionem.

94 † Quare, ſi verba pacti cõueniunt opinioni noſtræ contra Bartolum, ut & ipſa pacti diſpoſitio conueniat, eſt neceſſe, l. j. §. generaliter. ff. de legat. præſtand.

Aliud præterea deniq; uenit in mentẽ: Nemo creditur ĩ dubio tacite uendere, aut in vendõne excipere, qđ ignorat & nõ ſcit, in lege fundi. ibi neminẽ. n. nec uendere, nec excipere poſſe, quod non ſcit. ff. de ℈h. emp. Sed emptor, ſecundum Bar. & reliquos Scribentes, ipe quo promittit, nulli vendere fundũ, niſi vẽditori, non ſcit adhuc, an ne fundũ vẽdere nelit: igitẽ uẽditionem, quam neſciuit futurã, neque promittere aut excipere ĩ p-

miſſione

missione valuit. Nam si non potest quis vendere, vel in uenditione excipere, quod illi est incompertum: æquè idem non po-
95 tuit promittere, quod ignorat. † Quoniam à quo remouetur genus, remouetur & quælibet generis species. habes gloss. de hoc in l. si causa cognita. in verb. peremisti. C. de transactio. est bonus textus in §. vulgò quæsitos. Insti. de succe. cog. in l. 1. § quod autem prætor. in fi. ff. de aleæ lusu, & aleat. & gl. vlt. in l. j. in fi. ff. de suis & legit. Sic ergo qui non potest vendere, venditionis promissionem, quæ eius est species, non quibit facere. Quare vides, opinor, pactum illud, si ad Bartoli normam retuleris, inutile prorsus iudicari oportere. Quod tamen pernegauit Paul. in dicta l. si sterilis. §. si tibi fundum. ff. de actio. empt.

Quintò moueor: Verba simpliciter prolata debent simpliciter intelligi, & non secundùm quid. l. hoc legatum. ff. de legat. 3. Verùm si pactum hoc intelligatur sub conditione, quemadmodum à Barto. intelligitur in d. §. qui iniuriarum. in fin. nempe. Si emptor volet aliquando vendere fundum &c. verba eiusdem pacti non simpliciter, vti debent, accipientur. Quia conditionalis conuentio non est simplex conuentio, l. j. §. si quis simpliciter. ff. de verbor. obligatio. Igitur istiusmodi pacti verba ad sensum Bartoli non sunt referenda.

96 † Sextò dicebam: Vera non modo pacti, sed cuiusque dispositionis (nisi aliud dictum manifestè constet) de puro actu, non etiam cõditionali, dicta esse credendum, secundùm Bartholomæum Socinum in l. [illegible] in 1. notab. nu. 3. ff. de vulga. & pupilla. Quod & manifesto iure probatur. Lex simpliciter iubet filium institui vel exhæredari, l. inter cætera. ff. de liber. & posthu. Non veruntamen præcepto legis satisfit per institutionem vel exhæredationem conditionalem, l. si pater. C. de institu. & substit. l. 3. §. purè. ff. de liber. & posthum. Vel pone, municipali lege caueri, de quouis contractu aut legato quid fisco pendi debere: nihil de contractu conditionali siue legato soluetur: siquidem statuti verba ex proprio significatu ad contractus purè celebratos duntaxat pertineant, Barto. in l. cùm Titio. ff. ad leg. Falcid. Bald. in l. in annalibus. C. de leg. Itaque verba huius pacti de actu venden di puro, non autem conditionali, si quando emptor vẽdere volet, sunt sanè intelligenda.

97 Septimò ac postremò sciendum est, † quòd verba cuiuslibet dispositionis ita demum inflectuntur detorquẽturve ad solam potentiam siue habilitatem, si in recto sensu nõ possint de actu vero intelligi. non aliàs. Exempli gratia, Seruit, ideſt, seruire potest: vel Nocet: ideſt, nocere potest: Videbitur, ideſt, videri poterit: Tenetur, hoc est, teneri potest: & id genus similia verba. Quæ cum in sensu directo citra orationis vitium non possint ad actu efficaciter referri, detorquentur, vti dixi, ad solam eorum aptitudinem vel potentiam, nè dispositio elusoria reddatur. l. si pater mulieris. in fin. cum glo. in verb. seruiat. ff. de iur. dot. l. Labeo. vbi est text. de hoc singularis, ff. de statuliber. l. patri. in princip. & ibi glo. in verb. tenetur. ff. de minor. Quocirca hic quum verbum illud, Vendere, sine orationis vitio, quinimmò commodius magisque propriè in sensu recto & cum effectu vendendi naturaliter possit accipi, ad solam duntaxat potentiam non benè videtur referri.

Has venditoris partes, quæ multò validiores apparent, tutari si libet, obiectam de libris Scæuolæ difficultatem minimo negocio ita delebis: In d. l. Titia. in §. Lucius. ff. de manumiss. test. verba illa testatoris, Liber nè esto &c. non poterāt de actu proprio consequendæ libertatis intelligi, sicut ibidem Scæuola respondit: propterea Barto. ad solam adipiscendæ libertatis potentiam ea haud immeritò transfert, d. l. Labeo. ff. de statulib. & proximè scripsi in septimo fundamento. At non sic in subiecta pacti conuentione verbum illud, Vendere, ad solam vendendi potestatẽ est trahendum, cùm in recto ac proprio sensu actum vendendi aptissimè comprehendat, per prædicta.

Neque sententiam protrita iuris regula nostram lædit: obscuritatem pacti nocere potius venditori, quàm emptori, & locatori, quàm conductori debere, l. Labeo scribit. la 1. l. cùm in lege. ff. de contrahen. empt. l. veteribus. ff. de pactis. capit. contra eum. de regul. iur. lib. 6. Respondere multifariam obiectioni possum.

98 † Vbi in venditionis & emptionis contractu aliquid obscurè pronunciatur ab emptore, non etiam æquè exprimitur à venditore, illud non debet venditori nocere: sed ea tum accipienda est interpretatio, quæ emptori, qui id protulit, incommoda est: ita enim præmissa regula restringi solet, l. si in emptione. in princip. iuncta gloss. 1. ibi, necnon & altera gloss. in ver. intellexetit. ff. de contrahen. empt. Verùm sic accidit in disputatione proposita: emptor promisit (his enim verbis quæstionem glossa, Bartolus, & Doctores in medium referunt) nemini, nisi suo venditori, comparatum fundum vendere. Quamobrem, si quæ dubietas in tali promissione inest, nulli certè, quàm emptori, qui eam protulit, iustius oberit. Tum quippe Labeo atque Papinianus aiunt in d. l. Labeo scribit. la 1. & in d. l. veterib. esse, quod imputetur illi, qui pactam conuentionem ambiguè enunciauit, cùm eam explicatius proponere potuisset.

99 † Secundò respondeo, verba ancipitia venditionis, ab ipso venditore emissa, contra eum esse accipienda, quando ex dubijs illis verbis, quid inter contrahentes actum sit, deprehendi nõ potest: secus, si constet, quid actum sit inter eos: quoniam id nos iudicando sequi decet, d. l. cùm in lege. ibi, primum spectari oportet, quid actum sit: si id non appareat &c. ff. de contrahen. empt. Sic propriè tradit Barto. in d. l. veteribus. colum 2. versi. nec obstat &c. per l. insulam. ff. qui potior. in pignor. hab. Cùm itaq; ex pluribus aduersus Bartol. nuper à me obiectis, plus satis videas, quid per illam pactionem egerint inuicem contrahẽtes: operę pretium non est, in venditorem præmissa pactionis verba, præter eorundem sonum, propriumque significatum, duriter nimis detorquere.

100 † Tertiò dico, Iuris regulam, vt ambigua pactio soli venditori noceat, procedere, si pactio vel ob id dubia sit, qꝝ eius verba varias præ se ferant significationes: alioquin, si verborum pactionis certa esset significatio, licèt in alio esset obscuritas, præscriptæ tamen regulæ nõ foret locus: quia a verborum significatione tum recedere fas non esset, secundùm Dec. in l. in contrahenda. num. 2. versicu. item regula dictæ l. veteribus. intelligitur. ff. de reg. iur. Benè his conuenit textus in l. non aliter. in princip. ff. de legar. 3. Sed in oblata disceptatione verbum, Vendere, vnicam atque indubitatam secum vendendi trahit significationẽ, vti à me prid em scripta indicant: proinde non sic habenda pactio illa erit, quo vẽditori noceat, emptoris autẽ partes foueat.

101 † Rursus nouissimè respondeo, pactum, de quo agitur, fuisse in venditione gratia venditoris, inque fauorem eius adhibitum. Nam pars pretij aliqua tale pactum esse censetur, d. l. si sterilis. §. si tibi fundum. ff. de action. emptio. At pacta, vtut obscura, vt libet à venditore præscripta, si in venditoris aut locatoris, qui inuicem æquiparantur, fauorẽ contractui induntur, semper contra emptorem vel conductorem pro vẽditore seu locatore interpretanda sunt, l. ea lege. in princip. & ibi gloss. in verb. pro locatore. ac Bartol. in summario notant per illum text. ff. locati. bene facit d. l. insulam. ff. qui pot. in pignor. hab. Tunc quidem regula prædictæ l. veteribus. ff. de pact. pœnitus silet, & alteri, qua in fauorem alicuius, quod est introductum, non posse præter commodum illius conuerti, disponitur, locum cedit, capit. quod ob gratiam. de regul. iur. libro 6. l. quod fauore. C. de legibus tradit Dyn. in cap. contra eum. circa princip. eodem titul. de regul. iur. libro 6. Meritò pro venditore est respondendum. Cernis itaque, vt Bartol. nostri opinio contra venditorem in præmisso dubio defendi non possit: glossatoris autem sententia in d. l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautionibus. multò solidioribus possit rationibus sustineri.

102 † Nunc igitur ordine ꝛo. qñ venditor ad retrouendendũ hũc tibi fundum agere possit? Dixit fortè aliquis (ꝙ sine die emptor vẽdere promisit) præsenti cũ die venditori ad retrouendendũ obligari, l. eum qui calendis. §. quoties autem. ff. de verbo. oblig. §. omnis. in princip. Institut. de verbo. obligatio. l. si dies. in princip. ff. quando dies legat. ced. neque id graue emptori posse videri: quum & ipse vicissim fundum, si displiceret emptio, inuito etiam venditori pro suo arbitratu protinus retrouendere posset, l. quod quis aliquo anno. ff. de actionib. & obligatio. l. quod in diem certum. ff. de solutionibus. aut certè post interpellatum venditorem, eiusque in retroemendo compertam negligentiam, in alium quemuis distrahere, l. qui Romæ. §. cohæredes. & ibi Doctores, ff. de verb. oblig. Si ergo emptor oneratur in vno, & commodum sentit in alio: non est, quarè in subiecto themate conqueratur, l. cum qui. in prin. ff. de iureiur. l. secundùm naturam. ff. de reg. iur. c. qui sentit. de reg. iur. lib. 6.

103 † Quanquàm verò hæc iure stricto colorem in casu nostro aliquem habere videantur: veruntamẽ saporem illis inesse nullum, facilè sentio. Animaduertere quippe est, emptionem rerum, & venditionem eam ob causam peculiariter contrahi (licèt non exprimatur) vt commodum indè contrahẽtium vterque capiat. Nam pone, ego cum abundarem nummis, & indigerem frumento pro alenda familia, à te, qui agros possidebas, & pecunia ad instruendam mercium negociationem aliquam egebat, fundum comparaui: sicque neuter ex nobis suo caret emolumento, l. [illegible] per totam, ff. de contrahen. emptio. Hæc ideo, quoniam inter venditorem & emptorem verisimiliter aguntur, etsi nominatim non exprimantur, vt dixi, pro expressis tamen, cautisve habenda sunt l. tale pactum. §. pater. vbi gloss. vltima ad fi. notat per illum textum, ff. de pact. l. insulam. ff. qui pot. in pigno. habean. l. cùm quid. ff. si cert. petat. Cùm itaque debeat ex illo contractu vterque contrahentium referre commodum, non poterit venditor confestim, omni emptoris posthabita cõmoditate, pro suo tantùm libitu emptorem ad vendendum intempestiuè etiam cogere. Eo pacto nimirum res tradita, censeretur non tradita: & pretium, quod fuit solutum, pro minimè
104 soluto haberetur. † Recuperatio etenim festina nimis, totam perindè venditionem præcedentem infectam redderet, ac si facta nunquam illa fuisset, l. qui sic soluit. ff. de solutio. Quamobrẽ putarim, tamdiu venditori expectandum esse, priusquàm agat contra emptorem ad retrouendendum, quàmdiu emptor ex ea

Source : BIU Cujas

emptione commodum aliquod, cuius gratia prædium comparauit, percipere queat. Neque antea vēditorem debere id petere, ac emptor ſuæ promiſſioni ſatisfacere diu fuerit cunctatus,
105 planè cenſuerim. † Sic nanque in ſimili videmus, ei, qui rem alteri cōmodat (quamuis officij & humanitatis ſtudio ductus, amico commodet) nihilo magis rei commodatæ vſum intempeſtiuè auferre, integrum eſſe, l. in commodato. §. ſicut autem. ff. commodat. Potuiſſet enim, inquit ibi Iuriſconſultus, cōmodatum aliunde ſibi commodatarius quærere, ſi ille non commodaſſet: & ſeſe viciſſim beneficio homines iuuare, non decipere debent.

Præſens quæſtio deciditur penè in terminis in l. Lucius. ff. mādati. vbi qui rem alteri commodauit, permiſitque, vt eam creditori ſuo obligaret, non poſſe illam eueſtigio repetere, ſed diu expectandum eſſe, quò creditori ſatisfieri poſſit, Marcellus perapoſitè monet. Idem voluit glo. quam Barto. & Scribentes communibus ſuffragijs probant, in l. de reſtituendis. C. commoda. dicens, eum, qui conſenſit rem ſuam pro alio obligari, non prius agere poſſe, quam tranſactum fuerit tempus, ad quod rem obligari eſt paſſus: vel, ſi abſque præſtituto tempore obligationem contrahi permiſit, non antea aget, quàm ſi commodatarius aut diu perſoluere debitum diſtulit, aut facilis ei exolutio debiti fuerit. Proinde fretus ea gloſſatoris ſententia Bart. in l. ſi pœnam. ad
106 fi. ff. de verb. oblig. in propoſito aiebat: † Si mutuaui tibi pecuniam ſimpliciter, nullo ſolutioni tempore præfixo, non tamen potero agere, vt mutuum ſtatim reddas: ſed ita demum agam, ſi diu ſoluere ceſſaueris, aut tibi graue non ſit ſolutionem illicò facere.

Ad confirmandam hanc Bartoli doctrinā Hiſpanienſes quidam in additionibus ſuis ad Decium noſtrum in l. in omnibus obligationibus. ff. de regul. iur. vidiſſe videntur bene quadrare text. in l. ſi ſeruus legatus. §. fina. ff. de legat. 1. & in l. fideicommiſſa. §. ſi hæres. ff. de legat. 3. Teſtator ſi damnet hæredem Sempronio pecuniam certis ſub vſuris leuioribus fœnori dare, inquit il-
107 lic Iuriſcōſultus, legatum ex toto vtile fore. † At lapſi ſunt Hiſpani ſplendidè nimium. Ibi legitur, huiuſmodi legatum, de mutuanda pecunia pro leuioribus vſuris deſignatis, eſſe vtile, ac per conſequens, hæredem non poſſe protinus mutuum repetere ex voluntate teſtatoris eertò colligitur, aliàs legatum vtile appellari non poſſet. Id ſanè ibidem ſic accidit non propter latentem contractus ineundi vim, ſicut Hiſpanienſes non adeò bene ſunt opinati: ſed propter certas illic à teſtatore decretas vſuras. Porrò iuſſit teſtator, certis vſuris, putà annuis, vel menſtruis, tantam pecuniam Sempronio credi. Igitur ex certis illis præfinitis vſuris ſatis ſuperque patet, teſtatorem vetuiſſe hęredi, mutuum antè repetere, quàm ſors demonſtratas (vt ſic dixerim) promeruiſſet vſuras: quemadmodum de loco obligationi adiecto, qui ſpatium tēporis ſolutioni tacitè tribuit, dicere ſolemus, l. eum qui calendis. §. quoties. ff. de verbo. obligatio. Alioquin vſuſæ certæ videri non poſſent, niſi quantitas earundem foret expreſſa, l. certum. ff. ſi certum peta. Si quantitas ergo vſurarum, quas legatarius hæredi præſtare nomine mutui debuit, à teſtatore fuit expreſſa: neceſſum identidem eſt, tempus fuiſſe expreſſum, cuius ſolius gratia vſuræ præſtantur, l. debitor vſurarius l. cum quidā cauiſſet. in princip. §. ſi pupillo. in fin. & per totum titulum, ff. de vſuris. atque ideò ipſum teſtatorem noluiſſe prius mutuum repeti, quàm legatarius emolumentum vſuris illis vberius de mutuo ſibi percipere potuerit: quia legata continent merum lucrum, l. ſi hæreditatem. ff. mandat. & vt alibi traditur, eſt donatio quædam legatum, hoc eſt, merum commodum, pura vtilitas, l. legatum eſt quædam. ff. de lega. 2. l. legatum eſt deljbatio. in princip. ff. de legat. j. §. legatum itaque. Inſtit. de legat. Meritò illos Africani Vlpianique prudentum locos in d. l. ſi ſeruus legatus. §. fina. & d. l. fideicommiſſa. §. ſi hæres. à relata Bartoli doctrina & quęſtione, vbi nec temporis, nec vſurarum mentio vlla penitus habita eſt, oppido alienos, huc minimè gentium duximus tranſcribendos. Vnde eram digreſſus, iam redeo.

Dicta gloſſæ & Bartoli in locis pridem memoratis, aliàs ſua vi, ſuaque firmitate conſiſtunt, & frequenti Doctorum aſſenſu
108 recipiuntur: † quin & generaliter procedere in quouis alio debitore, qui ſine temporis prefinitione aliquid debeat, vt is ſtatim ad ſolutionem adigendus præproperè non ſit, Decius rectè exiſtimat in d. l. in omnibus obligationib. nu. 6. ff. de regu. iur. Quod & ego propter rationis identitatem maximè probo.

Quandoquidem autem proximè ſtatui, non prius poſſe venditorem agere ad retrouendendum, quàm emptor diu re empta fuerit vſus: diſpiciamus nunc, quatenus diuturnitas illa tem-
109 poris excurrat. † Qua in re quum nulla ſit ab emptore & venditore certa conſtituta meta, diutinum hoc tempus ius dicentis arbitrio commiſſum, ex regula generali non iniquè iudicabimus, l. j. ff. de iure delib. Id quod & Marcellus faciendum apertè docet in d. l. Lucius. vbi quoque gloſſator in verb. condemnetur. adnotat, ff. mandati.

110 † Enimuerò quas venditori hoc loco præſcriptas eſſe debere leges, teſtati ſumus: eaſdem & emptori nō minus ipſo iure indictas profitemur. Sunt hi quidem venditor & emptor correlatiua, quibus eadem ineſt ratio: idcirco ſtatutū in altero, ad vtrunque pertinere æquo iure, conſentaneum eſt l. fin. ff. de acceptilationibus. l. cùm emptor. in prin. ff. de reſcind. vendi. l. bona fides. ff. de actio. empti. Quid enim ſi præproperè emptor, priuſquàm vſum de pretio ſibi neceſſarium venditor capere poſſet, retrouendere fundum volet? Vtique intempeſtiuo eius deſiderio locum non faciet iudex, ſicut de venditore nuper nos differentes audiſtis.

Concluſioni noſtræ nequaquàm aduerſatur textus in d. l. eū qui calendis. §. quoties. ff. de verbo. oblig. in §. omnis. Inſtit. eodem, cum ſimilibus, Loquuntur illæ leges in remotiſſimis à diſputatione noſtra terminis: quando obligatus ſine diei præfinitione commodum ex vi & natura contractus de re debita nullum erat laturus. Diuerſum quippe, vbi emolumento frui aliquo debitor ante ſolutionem poſſe debet, quemadmodum in controuerſa iam quæſtione noſtra accidit: præceptum creditoris interpellatio damnatur, per prædicta.

Simili modo non repugnat textus in d. l. qui Romæ. §. cohæredes. ff. de verbo. obliga. vbi qui promiſit nemini vendere fundum, niſi cohæredi, poteſt quandocunque cohæredem interpellare, vt emat, aliàs &c. Nam illic quoque hæredi per eam pacti conuentionem, eiusve naturam, nulla ſibi vtilitas ex pretio fundi ſeu valore acceſſura erat: ſiquidem prior altera de eodem fundo non præceſſerat venditio, vti in quæſtione noſtra contigit. Igitur huc ille caſus non ſpectat.

Quod verò fertur, creditorē ſuo debitori etiam inuito confeſtim, nullo temporis interiecto ſpatio, ſoluere poſſe, l. quod in diem certum. ff. de ſolutio. l. quod quis aliquo anno. ff. de actio. & obliga. eò pertinet, vt ex celeri illa debiti ſolutione conditio creditoris ſolum fiat melior, deterior nequaquam. Ob id debitori, ac cuiuis alteri, lex illud haud difficulter indulget, argumē. l. ſoluendo. ff. de nego geſt. l. ſoluere. ff. de ſolution. Inſtitut. quibus modis tol. obligat. circa princip. Secus eſt in ſubiecto diſputationis articulo, vbi aduerſario nihil, quàm incommoditas & damnum ex huiuſmodi intempeſta properatione alterius generatur. Vlteriora tradere pergamus.

111 † Non procul à terminis nuper tractatæ quæſtionis vagantes diſpiciamus, quanto nam pretio (vbi pretij certi in pacto de retrouendendo, quod fuit incontinenti appoſitum, non eſt habita mentio) retrouenditionem prædij emptor facere teneatur. Noſtri Bononienſes, ac poſt illos Moderni Taurinenſes aſſerūt, pretium, quo res communiter valet tempore retrouēditionis, dari oportere: non autem pretium, quo res vendita fuit, inſpici debere. Sed nè illos ſæpius citando defatigamus, ſuum iam ipſi exordiantur narrare commentum.

Pactum hoc de retrouendendo, inquiunt illi, in quo nulla eſt facta mentio de pretio, intelligitur de pretio, conſiderando tēpus retrouenditionis, argum. eorum, quæ ponit Barto. in l. cum emptor. § fina. ff. de damno infect. & in l. non intelligitur. § diui. ff. de iure fiſci. vbi vult, quòd valor rei inſpicitur ſecundùm tempus præſens, non præteritum. Et ſimiliter dicit ipſe in l. Titius. la 1. per illum textum in 2. norab. ff. de conſtitut. pecu. quòd valor rei inſpicitur tempore, quo euincitur res, non autem tempore, quo fuit vendita. Et in terminis decidit Bald. in l. 1. colum. penulti. verſic. item nota. C. communia de legat. dicens, quòd pretium debet declarari tempore venditionis, non autem promiſſionis de vendendo. Et ſentit Dominus meus Senēſis in d. l. qui Romæ. ff. de verb. obligationibus.

His poſtremò in hunc modum ſequentia verba Taurinenſes addebant: Si promiſſio de retrouendendo ſimpliciter facta fuerit an intelligatur pro eodem pretio, vel quomodo, elegans eſt dubitatio. Sed pro iuſto & legitimo pretio conuētionem dicas intelligi. Burgos latè in capit. ad noſtram. in ſecundo caſu, colum. 2. extrà de empt & venditio. facit notab. textus iunctis dictis Doctorum in l. ſi fideiuſſor. §. meminiſſe. ff. de legat. 1 & quę ſcribit Socin. in l ſi quis arbitratu, col. 11. ff. de verb. ob Hæc illi.

112 Vltra eos hanc ego partem diſputandi gratia cōfirmo: † Rerum valor ſecundum diuerſas temporum viciſſitudines varius eſt, ſicut in varijs locis non ſolet eſſe idem, l. pretia rerum. §. nōnullam. ff. ad leg. Falcid. l. ideò. ff. de eo, quod certo loco. l. datio poſſeſſionis. §. ſi per venditorem. ff. de act. empt. Proindè pactū de retrouendendo, cuius effectus in aliud tempus refertur, haud ſecus, quàm illius temporis conditio circa pretium ſit latura, videtur intelligendum. Aliàs vnum hoc pactum cēſeretur diuerſo iure reſpectu temporis & pretij quod Iuriſconſultus de vna eademque re ſic ſtatuendum pernegat, in l. eum qui ædes. in fin.
113 ff. de vſuca. † Et, vt Calliſtratus ait in d. l. non intelligitur. §. diui fratres. ff. de iure fiſci. agrorum pretia ampliantur diligenti cultura, quemadmodum negligentius ſi excolantur, eorum pretia minuuntur. Ideoque diligētia emptoris aucto fundi pretio, iniquum foret, ſi minoris, quàm poſteà valeat, retrouendere deberet, argumento eorum, quæ in ſuccedenti quæſtione de ſumptibus & melioramentis mox ſumus acturi.

Hæc porrò veritatis quandā imaginem, ſi ſuperficiem eorum ſolam

ſolam eminus proſpexeris, præ ſe ferre videri poterunt. At verò altius ſi petantur, veritasque nuda penitus referetur, contrariũ eſſe tenendum, & meos Bononienſes cum Taurinenſibus hac parte deſtituendos, non (opinor equidem) iudicabitur. Dicamus aliqua priùs de illorum argumentis.

114 Tenuis admodum eſt illorum prima ratio. † Nam etſi Bartolus in d.l.cum emptor.in §.fin.ff.de dam.infect.& in d.l.non intelligitur.§.diui fratres.ff.de iure fiſci.rectè affirmet, rerum valorem conſiderandum eſſe ſecundùm tempus, quo peragitur venditio, non etiam ſecundùm tempus præteritum; non tamen loquitur in terminis noſtris, quando venditio iſta appellanda eſt retrouenditio, quæ fiat inter eaſdem perſonas ex neceſſitate præcedentis pacti incontinenti appoſiti, & propter priorem alterã de eadem re certò pretio factam venditionem. Cæterùm loquitur expreſſim Barto.de venditione, ſeu rei æſtimatione, quæ fiat abſque neceſſitate præcedentis pacti, prout alioqui res vẽdi aut æſtimari communiter ſolent. Tunc planè verum eſt, antiquum illius pretium, quo ſemel anteà res illa fortè valuit, nõ eſſe poſthac conſiderandum: quoniam res, vt dixi, modo pluris, modo minoris æſtimantur, quemadmodum à poſſeſſore ſegnius aut diligentius coluntur, d.§.diui fratres. Igitur cum noſtra quæſtione Barto.verba non habent quicquam commune.

Quòd autem allegatur prætereà Barto.in l.Titius.la 1.ff.de cõſtit.pecu.qui ſcribat, valorem euictæ rei inſpici tempore euictionis præſentis, non tempore venditionis præteritæ, error eſt impreſſoris. Id enim ſic voluit Barto.in l.Titius.la 1.ff.de actio.emptio. Sed reſponde, ꝙ etiam ſi maximè tempus euictionis conſiderari debeat pro æſtimatione rei euictæ, iuxta l.Titius. la 1.& l.idemque & Iulianus.in princip.cum gloſſ.in verb.deterior. & Bart.ff.de actio. emptio. nihilo magis id emptoris partes in caſu noſtro promouet. Illud quidem ita accidit propter actionis empti naturã, cuius proprium eſt intereſſe emptoris totum cõplecti, d.l.Titius.la prima ibi, non enim pretium continet tantùm, ſed omne quod intereſt emptoris &c.& l.1.in princi.eodem tit. de actio.emptio. At nos quærimus, num ex conuentione partiũ venditioni illico ſubiecta, quin potius in venditionismet oratione & verbis comprehenſa, cenſeatur illud idem venditionis pretium repetitum. Quæ res longè oppidoque nimis à Bartoli doctrina diſtat.

115 † Nihil denique magis verum eſt, ꝙ propoſitam quæſtionẽ Baldus decidat in l.1.col.penult.C. communia de legat. Eo loci Bald.loquitur de ſimplici promiſſione venditionis, quam altera prior venditio inter eaſdem perſonas non præceſſerat. Sicque ad caſum noſtrum verba Baldi nulla ratione queunt applicari. Id qđ manifeſtè liquet ex verbis & quæſtione ipſius Baldi proximè præcedentibus, dum allegat.l.& ſi æquo.ff.de legat.1. Eſt dein quoque animaduertendum, quia dominus Gozadinus commutat verba Baldi, in ſuamque ſententiam, quoad eius fieri poteſt, cautè pertrahit. Ait nanque Baldus, non oportere declarari pretium tempore promiſſionis de vendendo, ſed tempore venditionis ſic: quaſi dicat, non eſſe hoc neceſſarium, licèt tum fieri poſſit. Gozadinus autem refert, debere declarari pretium tempore venditionis, non tempore promiſſionis de vendendo. Eſt certè emphaſis ibi non modica in verbo illo, debet: perindè ac ſi nõ aliter fieri poſſe, Baldus teſtatus eſſet: quum Baldus ipſe ab eo ſenſu fuerit nimirum alienus:

116 † Simili modo oſtenſus à Taurinenſibus locus in d.l. ſi fideiuſſor.§.meminiſſe.de legat.1. huc malè transfertur. Damnauerat illic ſimpliciter hæredem teſtator vendere fundũ: cuius nulla prior, quæ certo pretio facta fuiſſet, præceſſerat altera venditio. Reſpondet Iulianus, venditionem iuſto tum pretio peragendam. At quæſtio oblata in eo tota verſatur, ꝙ in contractu primæ venditionis, actæ ſub certo pretio, interpoſitum fuit pactũ de retrouendendo. Inde quæritur, an ſemel de eadem re inter eaſdem perſonas incontinenti conſtitutum pretium vtriq; credatur præſcriptum venditioni. Quod planè aſſerere, minimè ineptum paulò poſt agnoſces.

Neq; te tandẽ moueat, ꝙ pretia rerum debeant imitari cõditionem temporum. Siquidem illud ita generaliter obſeruetur, niſi aliud contrahentes fuerint pacti, quorum eſt proprium placitam conuentioni præſcribere legem, l.j.§. ſi conueniat.ff.depoſiti. Cuius rei exemplum de hac ſumito lege. Et licèt diligenti cultura poſſint augeri rerum pretia, non tamẽ quod inter partes cautum eſt, ea contẽplatione culturæ exolere poteſt, vt hic, & in l.fin.infrà eodem.l.fundi partem.ff.de contrahen. emptio. l.ſi ſterilis.§.ſi tibi fundum.ff.de actio.empt.

Vides ergo, quàm parũ ſolida ſint, quàmve multum exigua, quæ pro domini Gozadini, proque Taurinẽſium opinione poſſunt adduci. Arma nunc itaque noſtra in illos confertiſſima, ſi placet, è regione conuertamus.

117 † Reor ipſe, non alio pretio retrouenditionem prædij faciendam in oblata diſputatione, ac prima venditio inter contrahentes celebrata fuit. Porrò cetum eſt, propter pactum de retrouendendo contractui interpoſitum venditionem primam fundi illo ſic conuento pretio fuiſſe actam: aliàs enim pluris emptori ꝑdium diſtraxiſſet venditor, dict.l.fundi partem.& d.l. ſi ſterilis §.ſi tibi fundum.de actionibus empti. Si igitur propter retrouẽditionem promiſſam fuit inter contrahentes ſic conſtitutum illud mediocre fundi pretium, multò magis & ipſi retrouenditioni idem competere conſtitutumque eſſe pretium debet. Nam propter quod vnumquodque eſt tale, & illud magis, c.cùm Marthæ.poſt princip.extrà de celebrat.Miſſ.auth.multò magis.C.de ſacroſanct.eccleſ. Clem.vnica, in prin.& ibi gloſſ.in verb. profectò.de reliquijs & veneratio.ſanctor.

Secundò argumentum deſumo ab vltima voluntate ad contractum. Quod (ni diuerſa ratio impediat, prout in caſu noſtro minimè impedit) conſtanti efficacia pollet, l. iure ciuili.ff. de conditio.& demonſtr.l.pactum inter hæredem. vbi etiam gloſſa in verb.diui Marci.& Bartol. de pact.l. ſeruum filij.§. eum qui chirographum.ff. de legat.1.l. obligationum ferè.§. placet.ff.de actio. & obligatio. Teſtator libertis ſuis fundum inſtructum legans, poſtea ex interuallo codicillis iubens partes morientium ſuperſtitibus reſtitui. neque inſtrumenti tunc amplius habeat mentionem: nihilominus talem videtur in codicillis præcepiſſe fundi reſtitutionem, qualem prius in teſtamento fecit donationem, l.fundum inſtructum.in princip.ff.de fund. inſtru. Quo etiam loco Barto.generaliter monet per illum textum talia credenda eſſe ſubiecta, qualia demonſtrant prædicata. Quare ſi ibi qualitas fundi expreſſa in legato repetita videtur in fideicommiſſo ex interuallo: multò magis in quæſtione noſtra qualitas pretij ſemel expreſſa videbitur in pacto, quod eſt incontinenti appoſitum, repetita, capit.cùm in cunctis.in princip.extrà de electio.capitu.quemadmodum. poſt princip. verſicul.nam ſi poſt contractum.extrà de iure iuran.& d.authen. multò magis.C. de ſacroſanc. eccleſ. Quòd autem maior multò ſit ratio firmiusq; robur in his, quæ fiunt incontinenti, quàm in his, quæ aguntur ex interuallo, nuſquàm non paſſim traditur, l.quod ait lex.§.vlti.ff.de adulter.l.iuriſgentiũ.§.quinimmò.ff.de pact.l.continuus. in princ.ff.de verbo.oblig.l.lecta.§.dicebam.ff.ſi cert.petat.l.hæredes palam.§.vno contextu.ff. de teſtam.

118 † Tertiò: Abſurditas atque captio cùm in omni mortalium actione, tum præſertim in bonæ fidei conuentione eſt vitanda prorſus, leg.nam abſurdum.ff.de bon.libert.l.prima.§.vnde quæritur.ff.de publican.l.ſcire oportet.§.aliud.ff.de excuſat.tut. Sed promiſſam eiuſcemodi retrouenditionem ſi pro iuſto pretio, quo tunc temporis æſtimabitur fundus, tacitè factam intellige remus, accidere facillimè poſſet, vt lucrum emptor cum venditoris captione, & iactura iniquè faceret; Meritò ea interpretatio iuſtius relinquenda videtur: noſtra autem, quæ tali vitio caret, opinio tenenda.

Minor ſic euidenti exemplo poteſt ſignificantius oſtendi. Pone, quòd tibi vendiderim fundum, qui communi æſtimatione valebat triginta, pro viginti tantùm, cum pacto tamen de retrouendendo (legis etenim quoque eſt ea præſumptio, vti res vilius diſtracta credatur propter onus retrouendendi aut locãdi annexum, d.l.fundi partem. & d.l. ſi ſterilis.ff.de actio. empt.) quandocunque, aut intra conſtitutum aliquod tempus: certè ſi poſtea fundus tempore retrouenditionis pretio auctus eſſet, aut etiam priſtinum retineret valorem, quia triginta, vt prius, communiter æſtimaretur, & iuſto ac communi pretio triginta mihi redemptio fieri deberet: duorum alterum non leuius altero ſubirem neceſſariò damnum: vel deterritus pretij magnitudine fundum non redimerem, ſicque perderem illa decem, quibus initio fundum minus vendidi: vel vltra viginti, quæ ſola ipſe à te prius accepi, decem nunc numerare deberem, ſi fundum redimere cordi foret. Quod etiam abſurdum, minimeque ferendum, Imperator inquit. Ego nanque tali conuentione de retrouendendo fretus, res meas in te minoris alienaſſem: iam verò ex incerta & vaga interpretatione captionem incurrerem.l.fin. ad fin. infrà eod. Præſertim verò ea pactio quum ſit in venditoris fauorem contractui adiecta, non debet aduerſus eum reflecti, l.ea lege.in princ.vbi glo.in verb.pro locatore. & Bartol. per illum text.ff. locati.

Neque dixeris, eandem prope modum poſſe mihi contingere captionem, ſi eodem, quo tibi vendidi, pretio retrouenditionem tacitè cenſeri promiſſam fateremur: velut quoniam fieri æque poſſit, vt fundus retrouenditionis tempore non tanti, aut pluris, ſed quandoq; minoris valeat, quàm antea, quum tibi illũ venderẽ. Reſpondeo, nullam iſto caſu venditori imminere captionem, nullam inde effluere abſurditatem: itaque nec ob id noſtram fluctuare argumentationem. Aut enim nunc minoris æſtimatur fundus retrouenditionis tempore ob dolum, vel culpam emptoris, qui in eo colendo ſolertem ſeſe minime præbuit: & poterit venditor fundum redimens, tantum ab emptorem conſequi, quantum iudicis religioni & bonum & æquũ fuerit vſum.§. in bonæ fidei iudicis. Inſtit. de actio. & inferius commodiore loco aliam nacti occaſionem de hoc latiùs diſſeremus. Aut minoris iam valet fundus ex euentu conditionis temporum; & nihil tum habet, quod conqueri poſſit. Aut ſi mauult redimere, quàm emptori relinquere, ſibi imputet ven-

Source : BIU Cujas

ditor,quum nulla captio volenti,nulla irrogetur iniuria conſentienti,c.ſcienti de reg iur.lib.6.l.i.§.vſqueadeo.ff.de iniurijs.l.qui autē.§.prætereà.ff.de his quæ in fraud.creditorum.l. nemo fraudare.ff.de reg. iur.

Quartò mouet me: quoniam pactum iſtud de retrouendendo eſt & habetur pars quædam pretij venditæ rei.d.l. ſi ſterilis.§. ſi tibi fundum.cum ſimilibus.Vnde cùm pretium ſit ſubſtantia emptionis & venditionis,l.pacta conuenta.§.an idem.ff.de contrahen. emptio. ſi dico in terminis ſubiectæ quæſtionis, Vendo hunc tibi fundum viginti: oratio mei ſermonis adhuc eſt imperfecta atque inefficax, quia deeſt pactum de retrouendendo, hoc eſt,integrum pretium, quod eſt ſubſtantia voluntatis meæ, orationis,& contractus, argum.l. ſi is qui teſtamentum faceret. ff.de teſtament. Ideoque non prius erit perfecta oratio, vtpotè orationis deficiente ſubſtantia, quàm addidero partem pretij reliquam, id eſt, pactum retrouendendi. Quo facto, orationis meæ verba vno vocis, vt ita dixerim, ſpiritu quaſi continebuntur:ſic nempè,Hunc fundum cum pacto retrouendendi &c.vē-
119 do tibi pro viginti. † Si itaque pactum de retrouendendo continetur in vna eademque oratione venditionis, conſequens eſt neceſſarium,q̄ expreſſa qualitas certi pretij in venditione repetita dicatur in pacto de retrouendendo:neq; minus illi ac principali venditioni conueniat,l.Seiæ.§.Caio.ff. de fundo inſtruct. vbi Bart. quem nemo non ſequitur, in fortioribus terminis ait per illum tex.quando duo copulantur in eodem oratione, qualitas vni adiecta creditur in altero repetita,etiam ſi qualitas ſubintellecta per repetitionem nō ſit eadem numero cum illa qualitate,quæ fuit expreſſa,ſed ſit eadem tantùm genere. Exemplū habes apud Barto.& in text.Verùm,ait Barto.ſi qualitas vna eademque eſſet genere & numero,quę vniformiter reſpicere poſſet vtrunque in vna oratione copulatum: vtiq; huiuſmodi qualitas adiecta vni multò magis intelligenda foret repetita in altero. Iſtud ipſum tradit Bartol.in l.ſi ita ſtipulatus.§. Chryſogonus.nume.4.ff.de verbo.obligat. Sic ergo in caſu noſtro, quum illa qualitas 30. aureorum pretij expreſſi in venditione ſit eadē genere & numero cum ea quæ repetitur in pacto de retrouendendo, vniformiterque reſpiciat venditionem & retrouenditionem,multò magis repetitam cenſeri,ipſe fatebor.

120 † Quintò, hanc pro opinione noſtra litem penè in terminis ſuſtuliſſe dudum videri potuit Paulus in l.qui fundum.la prima in princip.verſicu. reſpondi, intereſſe quemadmodum lex &c. ff.de contrahen.emptio.Fundum vendidi,inquit ille, & cū emptore pactum pepigi, vt in diebus triginta proximis fundū metiatur,& mihi renunciet,quanti modus agri minor ſit, reddituro pretium ſcilicet pro modo agri minore. Si renunciet emptor poſt diem trigeſimum, quot ſit iugerum ager, nihil id ei planè eſt profuturum. Sed ſi in triginta illis dieb. renunciaſſet, minorem agri modum eſſe:poterit poſteà quandocunque pretium pro modo minori agri repetere. En ibi in contractu venditionis expreſſum fuit tempus triginta dierum pro metiendo agrum,pro renunciando autem menſuram agri nullum pœnitus erat tempus expreſſum: & tamen Paulus ait,ſi poſt diem trigeſimum renunciauerit agri modum emptor, nihil ſibi huiuſmodi renunciationem vſui futuram. Igitur tempus illud triginta dierum,quod erat,vt ſic meritò dixerim, ſubſtantia menſuræ agri (poſt enim illos triginta dies ad metiri agrum iuxta conuētionis legem non poterat emptor) non expreſſum verè in renunciatione poſt menſuram facienda, nihilominus repetitum in ea quoque renunciatione atque expreſſum intelligitur:aliàs iure ſuo non caderet emptor, ſi poſt triginta dies renunciaſſet. Ita in propoſito dicamus: pretium viginti aureorum, quod eſt primæ venditionis ſubſtantia, expreſſum in ea duntaxat venditione, repetitum nihilominus videri in promiſſione retrouendendi,quæ illico ſit à contrahentibus ſubiecta. Quanqnàm,verò gloſſator imbi in d.l.qui fundum. in verb. triginta proximis. putet eam iuriſconſulti diſtinctionem difficilem, negetque repetitionem temporis expreſſi in metiendo, fieri in renunciando:attamen,manifeſtus eſt gloſſatoris error,introſpicere tu verba textus,& mentem ſimul Pauli cum mea hac explicatione accuratius expende: nihil ſanè difficile illic, & omnia indubitata planaque comperies.Quapropter alibi gloſſa in §.capite tertio. in verb. prima parte. Inſtit. de lege Aquil.errorem ſuum latenter accuſans, melius citra controuerſiam eſt locuta, dum inquit: quod eſt expreſſum in præfatione contractus, haberi pro repetito in ipſo contractu:atque adeò inter cætera,quæ allegat ad hoc iura,citat prædictam.l.qui fundum.ff.de contrahē. emp.

Sextò adduco doctrinam Barto.in l.ſi Stichum.§.legata.ff.de nouat.Debebas mihi centum in diem, ante diei aduentum nouaui eam tecum obligationem,nulla diei habita mentione: reſpondet Bartol. ſi dictum fuit ſimpliciter in nouatione, Quod ex prima mihi debes obligatione,promittis?& reſpondeas,Promitto: quoniam nulla fuerit in ea nouatione expreſſa quātitas, nullaque expreſſa dies,intelligi in dubio diem prioris obligationis repetitum in nouatione. Quamobrem in propoſito haud aliter videtur dicendum: quinimmò multò certè magis idem

121 eſt iudicandum. † Nanque ſicut dies ſolutionis obligationi additus,pars eſt ipſius obligationis,l.j.§.editiones.verſic.nam dies. ff.de eden.§. plus autem.Inſtit.de action. cum ſimilibus, repetitusque exiſtimatur in noua promiſſione etiam ex interuallo facta:ita & pretium,quòd eſt maxima venditionis pars, atq; ſubſtantia in promiſſione de retrouendendo incontinenti facta,in eodemq; orationis ſpiritu & cōtractu venditionis, vt diximus, comprehenſa, multò fortius repetitum meritò arbitrabimur.

Septimò cogitabam,rationem illius mediocris pretij,in ſolis viginti conſtituti,non aliam,quàm pactum hoc de retrouēdendo fuiſſe.d.l.fin.infra titul.noſtro, d.l.ſi ſterilis.§.ſi tibi fundum.
122 ff. de actio. emptio. † Enimuerò qualitates & verba diſpoſitionis repetita cenſentur omnia in ratione ipſius diſpoſitionis, ſecundùm Bartholomæum Socinum in conſil.ſuo,quod eſt conſilijs Curtij interpoſitum, in ordine autem 40. incipiens, Cum in præſentiarum.colum.8.verſic. quod etiam patet.& colum.9. in fine,verſic.accedat,nam teſtator &c. vbi ad hoc allegat notata per Barto.in l.prætor.la.2.§.eritque differentia. in princi.ff.vi bonor.rap.o.Idcircò in pacto retrouendendi pretium illud vēditionis repetitum rectè putabis.

Vel ſi nobis à legibus ad contractus exempla ducere licet, ſicuti leges & pacta haudquaquàm inuicem diſſimilia ſunt,l. non impoſſibile.ff.de pactis.eſt bona gloſſ.in rub.C. de decurion. libro 10.expreſſum vtique ſemel pretium in venditionis contractu,repetitum in pacto retrouendendi erit.Etenim primo legis Aquiliæ capite cauetur, vt qui ſeruum alienum iniuria occiderit, quanti is eo anno plurimi fuerit, tanti domino damnetur, l.2.in princip.ff.ad leg.Aquil.Inſtit. eod.in princi. Cæterùm capite tertio eiuſdem legis, ſi quis alterius ſeruum vulnerauerit, quanti ſeruus ille in diebus triginta proximè præteritis fuerit, tanti erit condemnandus. Non autem additum erat in hoc tertio capite verbum *illud*,plurimi,quemadmodum in primo:verunta men Sabino placuit,repetitum æque verbum,plurimi,in tertio ſequenti capite haberi,l.quemadmodum.in fin.ff. ad leg. Aquil.§. ex hoc tamen.Inſtitu. eo. Quamobrem facilius in propoſita controuerſia repetitum idem pretium in pacto retrouendendi, quod non erat ſeparatim, ſed in eadem venditionis oratione & contractu fuit comprehenſum,videri quiuis dixerit. Vlteriora tradam.

Quæro iam,emptor,qui promiſit retrouendere,intereà temporis dum fundum poſſideret,ſumptibus & meliorāmentis fundum ipſum reddidit auctiorem, pretioſioremve: num eidem meliorāmenta & ſumptus,venditor fundum redimens reſtitue
123 re teneatur? † Quippe certum eſt, redimere volentem fundum ad illos ſumptus reſtituendos (obiecta ei per poſſeſſorem doli mali exceptione) teneri,quos vel neceſſariò, vel vtiliter in fundo factos conſtat.l.domos hæreditarias.ff. de legat.1.l.intra vtile.§.vendentibus.ff.de minoribus.l.colonus.in princip.ff.locati. Habes bonam gloſſ.in l.in fundo.in gloſſ.magna in verb. deducto.ff.de rei vendi. cap.1.§. ſi vaſallus, vbi gloſſ. in verb.ſoluit.& Doctores,in tit. hic finitur lex &c. in vſibus feud. ita propriè reſpondit Bald.in conſi.ſuo 167. incipiente, Titius vendidit fundum Sempronio.lib.1.

Neque dixeris,vtiles ſumptus,aut neceſſarios, cum perceptis fructibus computandos iuxta.l.ſumptus.l.emptor.in princip.ff
124 de rei vend. † Etenim illi compenſationi eſt ita demum locus, ſi fundus tempore lectorum fructuum erat alienus, non poſſeſſoris:Secus verò quando poſſeſſor pro domino fundi habetur, legisque diſpoſitione decerptos fructus ſuos facit, vt hic in lege noſtra,& quæſtione mota.Fructus tum lucratur, & ſumptus huiuſmodi factos per exceptionem,vti diximus,nihilominus ſeorſim conſequitur: ita declarat Alexander poſt alios communiter in dicta l.domos hæreditarias.colum.2. verſi. quando fit expenſa in re ſubiecta &c.necnon & nu. 2. verſicu. & hoc eſt bene notandum.ff. de legat.1.

125 † Eſt veruntamen,quod accurratè ſubnotes: Sumptus factos in fundo,non niſi ſecundum tempus,quo fundus redimitur, & exceptio propter ſumptus opponitur,eſſe æſtimandos. Tempus enim factæ impenſæ præteritum,non oportet in ea re inſpici,d. l.domos hæreditarias.ibi,ædificiorū qualitatib. extantibus æſtimatis &c.Quo etiam loco idipſum Bar.atq; Alex.cū cæteris per illum tex.tradunt.facit textus in l.ex damni. in princ.ff. de damno infect.iunctis notatis per Bart.in l.cùm emptor.§.fin. eodem titu.Quod quia vſu ſæpiſſimè venit,memorabile ideo eſt, obliuionique minimè tradendum.

126 † Inde nimirum rōcinari licet, dñm meum Gozadinum affatim lapſum, vbi voluit in tractata qōne, ſi emptor quinquaginta duntaxat in fundo inſumpſit, ſed fundū meliorē reddidit in centum, ſola quinquaginta per doli exceptionē poſſe ſeruare, plura non poſſe,d.l.in fundo.verſi.& ſi plus pretio.cū gl.ibi,ff.de rei vēdi. Reſpondeas tu,Celſum eo loci verba facere de illo,qui bona fide ductus in alieno p̄dio imprudēs fecerat ſumptus, qui & alios fructus,ſi quos percepit,cū impendijs cōpenſare cogit̄. d.l.ſumptus.l.emptor.eo.tit. At nos diuerſam nunc agimus cauſam,quando ſcilicet emptor, qui erat fundi dominus, & decerptos

Source : BIU Cujas

ptos fructus,velut è re propria,habebat præcipuos, impensas ante restitutionis diem vtiles vel necessarias in fundo ceu proprio fecit:tunc non præteritum, sed præsens tempus est considerandum,vti Alexan.cum reliquis in d.l.domos hæreditarias. oppidò appositè insinuat.

¶His proximum erit, de incremento fundi, quod alluuione
127 contingit,aliqua dicere. † Vendidi tibi fundum cum pacto retrouendendi,intereà dum tu eum possides,per alluuionem augetur: quæro num incrementum illud commodo meo cedat, vt id quoque cum fundo pro eodem nihilominus fundi pretio restituere mihi cogaris? Procliues sunt erga me venditorem, qui fundum iam redimo, Taurinenses hic, ac proinde meo alluuionem cedere commodo censent:idque per textum in l. itē si fundi.§.huic vicinus.ff.de vsufruct.quo loco Celsus scribit,accessionem alluuionis respectu vsusfructus ad fructuarium fundi pertinere.Sic itaque augurantur illi,quòd ea alluuionis accessio latens,quum ad proprietatē fundi pertineat, & inde propterea fructuario vsusfructus illius debeat, nō absimili identidē rōne posse defendi, accessionem eiusmodi mihi totum fundum reposcenti sine onere soluendi alicuius pro ea pretij debitam iri.

¶Sed Neratius, Vlpianusque contradicunt in l. Iulianus.§. si Titius.versicul.si verò ignorans &c.ff.de actio. empt. vbi ad eū, qui vendidit fundum,necdum tamen emptori tradidit,alluuionis spectare augmentum legitur.

128 † Qua de re sic tecum deliberatius planè statues:Quando vēdidi fundum tibi vniuersaliter, & indiscretè, suis solummodo, intrà quos clauditur,finibus demonstratum aureis vtputà mille,addito retrouendendi pacto,quicquid,te possessore,alluuionis iure accesserit fundo, id sanè mihi,fundum olim pro pretio anteà conuento ac numerato redimenti, totum lucro absque onere vllo cedit, §.cùm autem emptio. versicu.sed & si post.Institut.de emptio.& venditio. facit à contrario text. in l.ij.versic. cùm autem vniuersum.& ibi gloss. vlt. ac Doctores,C. de periculo & commod.rei vend.

Cæterùm si vendidero tibi fundum discretè,putà sic. Vendo tibi illum fundum Sempronianum centum iugerum, eius singula iugera aureis decem, cum pacto retrouendendi &c. tunc alluuionis incrementum erit tuum:siquidem iugera eadem cētum illius prædij à me tibi venditi promiseris retrouendere. Ergo nihil præterea retrouendere mihi cogeris: sicque alluuionis emolumentum illud tu solus feres, d.l. Iulianus.§.si Titius. versicu.si verò ignorans. vbi etiam Bart. & reliqui ita declarāt. ff.de actio.emptio.

129 ¶At verò insulam eo,quo tu possides, tempore proximè fundum in flumine natam, ad te emptorem pertinere, atque in restitutionem fundi non venire,Taurinenses putarunt. Aiunt illi, esse augmētum apparens insulam,cuius alioqui vsusfructus ad fructuarium fundi non spectet,d.l item si fundi.§ sed si insula.ff.de vsufruct.Ideoq; nec in retrouenditione comprehendet.

¶Errasse mihi videntur Taurinenses,qui ab vsufructu ad proprietatem argumenta malè ducunt: vtpotè ratiocinantes à re temporali ad perpetuum, à re incorporali ad corporalem,l.si vsusfructus municipibus.ff.de vsufructu legato.l.prima.l.secunda.ff.de vsufructu.Institut.eodem in princip.& in §.finitur. Itaque à diuersis non vsqueadeò dextrè illationem per illos fieri constat,l.Papinianus exuli,in princip.ff.de minor.

130 † Enimuerò crediderim ego potius,quoniam disputatio nostra de toto fundo est,ac eius proprietate potissimum,iuxta l. rectè dicimus.ff.de verbo. significat. non esse tantam vsusfructus fundi,quantam exigunt Taurinēses,rationem habendam.Quarè quum insula proxima fundo proprietati fundi accedat, d.l. itē si fundi.§.sed si insula.ff. de vsufru.l.inter eos.l. ergo ff. de acquirend.rerum domin. similiaque sint (proprietatem fundi si resxpexeris) alluuionis incrementum latens, & augmentum, quod fundo adijcitur euidenter, l. quod in rerum natura.§. si quis post. ibi, & simjlis est causa alluuionis &c.ff. de legatis primò, non insulsè reor,in casu propositio eandem pro insula nata, atque pro alluuione facta, relatam nuper adhiberi distinctionem.

¶Fœtus autem pecorum & iumentorum quæ distraxi cum pacto retrouendendi, mihi cum pecoribus & iumentis non esse restituendos, sed emptorem eos optimo iure lucrari, Tauri-
nenses scribunt. In fructu siquidem sunt istiusmodi fœtus,l. in pecudum. in princip.ff. de vsur.l. plerunque.§.si serui.ff.de iure doti.Igitur illos medio tempore contingentes,emptori lex concedit,vt hic.

¶Dubitatio veruntamen incidit, an ne ancillarum partus sint cum seruabus & mancipijs in retrouenditione prædicta restituendi? Dicitur enim in d.l.plerunque.§.si serui. quòd vbi dotales serui sobolem ediderunt,mariti lucrum id non esse: secus in pecorum fœtu. Sed nihilominus putant ipsi, & ancillarum partus lucrifacere emptorem: ac ob id eos venditori restituere non cogendum: quoniam huiusmodi mancipia periculo ipsius emptoris fuerunt,arg.l. si mancipia. cū gl. ibi,ff. de iure dot.

¶Ego verò, omissa in vtrisque propositis dubijs Taurinen-
sium doctrina, quæ infirma est & vacillat, crediderim rem to-
131 tam cōmodiore alia certioreve methodo sic posse tradi: † Aut vendidi tibi sub collectiuo nomine vniuersitatis animalia quædam,vno pro omnibus generaliter pretio constituto: putà gregem ouium,seu armentum,aut equitium,cum pacto retrouendendi.Aut cum eodem pacto vendidi tibi,detracto vniuersitatis nomine, singula quorundam animalium capita, in singula corpora certo constituto pretio.Primò casu lucraris tu quidem emptor omnes equitij vel gregis natos fœtus: siquidem hi in fructu sint,§.in pecudum.Institt. de rerum diuision.d.l in pecudum.ff.de vsur.meritò tui sunt, vt lege hac nostra. Cæterùm in locum demortuorum capitum seu inutilium, fructuarij maritique exemplo, noua eiusdem generis summittere animalia, gregemque conseruare emptorem tunc debere, existimo,l. vetus quæstio.§. planè. cum l. sequenti,ff. de vsufructu. dict.l. plerunque. ff. de iure doti. Nam quum fructuarium, vti accuratum patremfamiliàs in re, cuius vsumfructum capit, bona fide versari oporteat, l. sed cùm fructuarius debeat.ff. de vsufruct.ita quoque emptorem, qui retrouendere promisit, haud aliter,ac bona fides patitur,decere,consentaneum est,l.bona fides.ff.de actioni.emptio.§ in bonæ fidei.Institut. de action. Prædictis benè congruit textus in l. quæsitum.§. item nonnullis.ff.de fundo instru.l.item si fundi.§.seminarios.l.agri.ff.de vsufructu.Altero casu, quando vendidi corpora singula animaliū, emptor identidem editos pecorum fœtus lucrabitur, l. post perfectam.C. de actionibus empti. neque noua veteribus substituet capita, argumento.l. quid ergo.§. sed quod dicitur.ff.de vsufructu. Porrò quia singula animalium capita in venditione & retrouendendi promissione speciatim sunt demonstrata, ab illis posteà retrouendendo recedere, non est necesse,l. si quis in fundi vocabulo.in princip. in gloss. in verb. nominauerit.ff.de legat. 1.in l.certum.ff.si cert.petat.

¶Sin autem de ancillarum partu quæsieris, distinguendum
132 simili modo rursus opinor: † Aut vendidi cum pacto retrouendendi ancillas,siue mancipia,sub nomine vniuersitatis, veluti chorum aut familiam seruorum,iuxta l.si chorus.in princi. ff.de legat.3.l.pronunciatio §.seruientium quoque.ff. de verbo significat. Aut ancillas seu mancipia quædam, singulariter numerata,cum eodem pacto distraxi. Primo casu omnes ancillarum partus natos ante retrouenditionem,quoniam sub eo vniuersitatis nomine,chori aut familiæ, ipso iure comprehenduntur,neque in fructu referuntur, mihi pro eodem, quo vniuersi-
133 tatem illam anteà vendidi,pretio restituendos dixerim. † Vniuersitas etenim sicuti natura sui recipit diminutionem in speciebus sub se contentis, quin & omnimodam prorsus immutationem:ita vicissim & incrementum in ijsdem speciebus complectitur,retento nihilominus eodem suo priore nomine,l.proponebatur.ff. de iudic.l. sicut municipij.§. in decurionibus.ff. quod cuiusque vniuers. Indico ad propositum optima iura in l.peculium legatum.in princip.ff. de legat. 2.l. equis. §. equitio. ff.de vsur. & in l. denique.§. vltim. versicul. vtrùm autem.ff. de pecul.legat.

Secundò casu, quum vendidi singula mancipiorum corpora,ancillarum partus venditori haud esse restituendos autumo. Emptori nanque,qui proprietatis mancipiorum intereà dominus fuit, sicuti in lege hac nostra est videre, ancillarum eiuscemodi partus occupat proprio dominij iure,l. & seruorum §. iure gentium.ff.de statu hominum.§.in pecudum.ibi,ad dominū proprietatis pertinet &c.Institt.de rer.diuis.l.in pecudum. versi. partus.l.partum..ff. de Vsur. vel etiam, quia ancillarum capita tùm in venditione, tum in retrouendendi conuentione singulatim fuerunt nominata:eadem solùm postmodùm, vbi retrouenditio peragitur,absque vllo partu erunt restituenda.Quippe tum certa sunt mancipiorum corpora,quæ per legem venditionis restitutioni fuerunt addicta. Igitur illis solis penitùs non inhærere religio foret, vti pridem antea, fœtuum pecorum faciens mentionē,scripsi,per d.l.certum.ff.si cert.pet. & d.l. si quis in fundi vocabulo.in prin.ff.de leg.1.

Ex ordine verborum textus nostri quæstio (vsitatane an difficilis magis,non facile dixerim) quæ nec per omnia distat à præcedentibus,tractanda occurrit.

134 † Vendidi fundum tibi cum pacto retrouendendi intra certum tempus:nunc autem offero pretium, retrouenditionemque peto,dum flauent lata, fructus in agro sunt pendentes,ante quàm seges sit demessa, & vindemia facta: num ergo plenum frugibus fundum te mihi restituere confestim oportet? Inclināt verba nostræ legis in partem hanc, vt refertum ac vberem agrū sine mora cogaris restituere, alioquin ad fructus illos omnes post moram lectos mihi teneberis.

Verùm Bart.in l.qui Romæ. in fine principij,ff. de verb. obligatio. aliud docuisse videtur. Inquit enim, si creditor ex pacto fructus prædij oppignerati vsurarum nomine est percepturus, iuxta l. vsuræ vicem.ff. de vsur. & debitor solutionem ante decerptos fructus pendentes offerret: diuisionem illorum fructuum secundùm normam cùm à Papiniano, tum ab Vlpiano

Source : BIU Cujas

dotalibus præſcriptam prædijs eſſe faciẽdam. l. diuortio. in prin. in l. de diuiſione. ff. ſolut. mat. l. vnica. §. ſed & nouiſſimi anni. vbi gloſſ. in verb. temporis. C. de rei vxo. actio. Vnde Raphael Cumanus in præallegata. l. qui Romæ. aiebat, iſtud dictum Bartoli pro venditionibus, quæ cum pacto retrouendendi non rarò fiunt, apprimè notatu dignum: ad huncque certè modum legẽ noſtram eſſe limitandam. Idem Cuman. in dicta l. diuortio. tametſi nihil inibi indubitatè ſtatuat, periniquum tamen eſſe affirmat, ſi venditori permitteretur, vtut vellet, pretium quocunque tempore emptori offerre, & fundum fructibus plenum auferre. Repetit hoc ipſum in l. final. ff. de iure fiſci. dicens, bonæ fidei æquitati cõgruere, in caſu noſtro fructus, qui ſunt colligendi, pro temporis illius anni ratione inter emptorem & venditorem diuidi. Bartholomæus Socinus quoque in allegata. l. qui Romæ. in princi. pro hac diuiſione fructuum ſic facienda, citat Bartol. in dicta l. diuortio. vbi in huiuſmodi fructibus diuidendis vult differentiam eſſe inter dotem & venditionem, per dictam l. diuortio. & l. Iulianus. §. ſi fructibus. in princip. ff. de actio. emptio. quoniam fit venditio ex voluntate, at verò dos reſtituitur ex neceſſitate. Sic itaque monet latenter Bartolus, eandem partitionem fructuum in venditione, quæ fieret neceſſariò, adhibendam, quæ in dotis reſtitutione eſt facienda. Quarè cùm retrouenditio ex neceſſitate præcedentis pacti agatur, haud ſecùs de fructibus retrouendendi agri, ac de fructibus dotalis prædij reſtituendi, inire nobis rationem vtique licebit. Et hanc partem, vtpotè æquiorem tutiorem, ſequitur laſon in dicta l. qui Romæ. Sequuntur hic Moderni Bononienſes, Taurinenſesque poſtremò. Ad hunc proinde modum inter emptorem & venditorem fructus in agro maturi partiendi eſſent: Pone, quòd tibi vendiderim fundum Calendis Octobris cum pacto illo retrouendendi: poſt decennium autem offero tibi pretium Calendis Iunij, fundumque repeto: tunc principium huius vltimi anni debet ſimili modo à Calendis Octobris accipi. Illo ergo anno, quo fundum mihi reſtitui pero, octo menſes tu poſſediſti fundum, per conſequens beſſem fructuum tu, ego verò trientẽ feram. Anteaquàm tamen huiuſmodi fructuum diuiſio fiat, omnes ſumptus, gratia culturæ & fructuum factos, tibi præcapies, l. fructus. in princip. ff. ſolut. matrimo. d. l. diuortio. & d. l. de diuiſione. eodem titulo.

¶Sed Alexander in d. l. qui Romæ. in princ. licèt in Raphaelis Cumani opinione æquitatis ſpeciem quãdam conſpici poſſe exiſtimet, attamen illi apertè diſſentit. Hæc etenim, ille inquit, Cumani opinio abijcienda eſt propter textum in l. ſecunda. C. de pact. inter empt. & vendi. Veruntamen Taurinenſes hoc loco replicant aduerſus Alexandrum, nõ ſtatui in lege præſenti, quòd omnes fructus poſt pretij oblationem pertineãt ad venditorem. Porrò legis verba alium intuenti repreſentant ſenſum, dum ſic legitur ſub finem eius: habita ratione fructuum, poſt pretij oblationem ex eo fundo perceptorum &c. Noſtri igitur textus verba, inſtitutam illam de fructibus à Papiniano diuiſionem, in memorata l. diuortio. nullo pacto reijciunt, quia debebit talis ratio in fructibus hic adhiberi, qualis illic à Papiniano docetur. At replicari contra Taurinenſes poteſt, legem noſtram ſecundùm Papiniani præſcriptum, eadẽ ratione vtrobique non ſubliſtente, minùs rectè intelligi, vti paulò inferius latè oſtendam.

Subinde Alexander contra Cumanum adduxit gloſſam in c. illo vos. in verb. percepti. extrà de pign. & alteram in capit. conqueſtus. in verb. de feudo. poſt medium, extrà de vſur. Quibus in locis gloſſatores tradunt, &, vt dixi, probatur in lege iſta, emptorem, qui ex pacto tenetur retrouendere, lucrari fructus omnes ante oblatum pretium, ſicque ante moram ab ipſo commiſſam perceptos: poſt oblatum verò pretium, ſi moram emptor in retrouenditione fecerit, fructus quoſcunq; fundi venditoris commodum fore.

Præterea, ſi diuiſionem illam Papiniani hoc loco obſeruare mus, ait Alexander, profectò emptor fructus ante moram quoque perceptos non faceret omnes ſuos: quoniam exemplo dotalis prædij, fructus etiam lectos ante moram pro ratione anni, & temporis, quo fundus reſtituitur, emptor cum venditore diuideret, d. l. diuortio. in princip. §. interdum, & in l. fructus. ſolut. matr. Hanc veruntamen conſiderationem Alexandri, Bartholomæus Socinus in d. l. qui Romæ. expugnare ſedulò contendit, inquiens, concludere argumentationem Alexandri, ſi loqueremur de fructibus ante moram ab emptore perceptis: quia tũc omnes non lucraretur, ſi ad diuiſionem fructuum prædij dotalis quæſtionem iſtam referemus: id quod falſum eſt, vti hac lege cauetur, cum ſimilibus. At noſtra eſt diſputatio ſolùm de fructibus fundi pendentibus necdum collectis, in quibus diuiſionem
135 eſſe faciendam, ſuadet æquitas. † Cum ea Socini arguta diſtinctione licèt Laſ. ibidem & Gozadinus hic cum Taurinenſibus in ſententiam Cumani pertranſeant, nihilominus tamen, rem totam ſi accuratius expenderis, Alexandri obiecta adhuc ſtare cognoſces. Conſiderandum eſt, inquam, quòd illius diuiſionis fructuum, de qua in dicta l. diuortio. cum ſimilibus, vna eademque ſemper eſt ratio, ſiue de iam perceptis fructibus, ſiue de pendentibus non perceptis, quæramus, nempè onus matrimonij, quod ſuſtinet maritus, l. pro oneribus. C. de iure dot. Enimuerò ea ratio prorſus deficit in caſu noſtro, etiam quãdo fructus ſunt pendentes. Ergo diſpoſitio illa Papiniani huc, vbi ratio illa exolet, trahi nequit, l. quod dictum eſt. ff. de pact. c. cùm ceſſante. extrà de appellat. Sed pendentes fructus oblationis pretij tempore omnes lucrabitur venditor per prædicta.

Dein reſpondet Alexander ad doctrinam Bart. in d. l. qui Romæ. in fi. princ. quòd quum vſuræ debeantur propter ceſſationem debitoris factam in ſolutione ſortis, l. lecta. verſic. ſed cùm ſortis. ff. ſi cert. pet. idem iuris eſſe debet in fructibus fundi oppignerati, vbi actum fuit, quòd fructus vſurarum loco cedant creditori facit textus in l. vſuræ vicem. ff. de vſur. In quæſtione autẽ propoſita fructus fundi capit emptor iure dominij, meritò nõ debet inſpici, quanto is fuerit tempore dominus, vel qua parte anni debeat propter pactum illud retrouendendi deſinere eſſe dominus, l. Herennius. la 1. ff. de vſur.

Reſtat tunc quoque obex Socini contra Alexan. ex Barto. in d. l. diuortio. paulò antè adductus. Quem tu tamen paruo negocio remouere potes, quandoquidem neceſſitas reſtituendi fundum dotalem, non ſit prima cauſa diuiſionis fructuum, aut præcipua: ſed onera matrimonij potiſſimum ſunt, quæ pro tempore exiſtentis matrimonij ſuſtinuit maritus, d. l. pro onerib. C. de iure doti. Quamobrem exin ſatis apparet, & dictum illud Bart. ſi huc applicueris, nihil habere firmitatis, & Cumani illam prę-
136 dicatam æquitatem nulla in caſu noſtro ratione niti. † Cæterùm aduerſatur nihilominus Alexandro aſperitas illa & iuris nimius certè rigor, qui in lure noſtro æquitati poſthabetur, l. ſi tibi pecuniam. in fi. ff. ſi certum petat. l. placuit. C. de iudic. Quocirca proſpiciens in controuerſia diſceptatione tantam difficultatem laſ. in d. l. qui Romæ. ff. de verbo. oblig. non ab re videtur dixiſſe, hanc eſſe pro amico quæſtionem, vt luriſconſultus conſulenti amico pro alterutra parte poſſit reſponſione ſua gratificari.

¶Quid itaque nunc nos dicemus? Ne malos imitemur nautas, qui dum maris fluctibus & tempeſtate aguntur, animum pauidi cum arte perdunt: panca poſt alios, ab æquitate haud alie-
137 na subijciemus. † Arbitror ego, nullam pœnitus inter emptorem & venditorem in themate oblato diuiſionem fructuum faciendam; cæterùm venditorem, emptore reclamante, non alio menſe, non alio die, non alio denique agri ſtatu, quàm quibus ille eidem emptori olim anteà & vendidit & tradidit, fundum redimere poſſe iudico. Tunc enim ſi eo anni tempore, quo primitus ille vendidit, extabant fructus in fundo, plenumque ſic fructibus agrum emptori tradidit: vtique ſanè plenum fructib. identidem & ipſi redimere licebit. Sin verò, lectis fructibus, fundum poſtea vendidit, nullo iure tum redimere fundum, ante decerptos ab emptore fructus, poterit. Id quod ratione conſpicuum facio, & lege ac æquitate verum eſſe demonſtro.

Quippè venditor, qui fundum frugibus vacuum initio diſtraxit, volens iam ab emptore fructibus plenum recipere, mini-
138 mè gentium, eſt audiendus. † Quia nemo illud petere debet, cuius contrarium non eſſet alioqui poſtulaturus, l. penulti. C. de ſolu. l. j. §. ſi quis. in fin. & tot. titul. ff. quod quiſque iur. l. bona fides. ff. de actio. emptio. Ad hæc commodiſſimum indico textum pro argumento à ſimili, in l. item ſi fundi. §. ſeminarios. ff. de vſufruct. Ibidem ait Celſus, ſeminarios etiam fructus ad fructuarium pertinere: ita tamen, vt illos renouet, ſemperque in fundo paratos habeat, quos reſtituat proprietatis domino, vbi deſinet vſusfructus deberi. Conſpicis ergo nimirùm æquitati legum hoc maximè conuenire, vt cum ijſdem qualitatibus reſtituatur, cum quibus fuit acceptus ager.

Vel (quod & acrius vrget) dico, tempus expreſſum in venditione repetitum videri in retrouenditionis conuentione ſtatim ſubiecta. Ita nanque (exempli gratia) narratur in inſtrumento venditionis: Titius anno tali, menſe tali, & die tali vẽdidit pro centum Sempronio cum pacto retrouendendi tale prædium.
139 † Igitur ea pars anni, nempe, menſis & dies venditionis, repetita cenſetur in promiſſione retrouendendi, argumento, l. ſi, vt proponitur. ff. de fideiuſſo. Mutuam pecuniam Sempronio dum crederes, locum, & per conſequens diem, vbi ſolueretur, adieciſti, iuxta. l. eum qui calendis. §. quoties. ff. de verbo. obligat. Reſpondet inibi Paulus, Si ego mandator, pro Sempronio demùm ſimpliciter interceſſero, mandatum meum cum ijſdem loco & die acceſſiſſe videri. Bene facit textus in l. centum Capuæ. ff. de eo quod cert. loc. l. in illa ſtipulatione. la 1. ff. de verbo. obligatio.

Et dum fiebat in venditione pactum de retrouendendo ſi vterque paciſcentium fuiſſet interrogatus, num eodem menſe ac die, & fructibus ſic pendentibus, vti vendebatur tũc fundus, retrouendi quoque deberet; veriſimillimum eſt ex prædictis, ambos reſponſuros fuiſſe, quòd ſic, æqualitatis ſeruandæ gratia, & ne alter cum iactura alterius lucrum iniquè faceret. Ideoque talis aſſertio habenda eſt pro expreſſa in pacto, l. tale

pactum

Source : BIU Cujas

pactum.§.pater.& ibi.gloſſa vlt.communiter approbata per illum textum,ff.de pactis.Hinc porrò dignoſcere licet,neque Raphaelem Cumanum cum ſequutoribus ſuis, neque Alexandrum, ſacrarũ baſes & lumina legum,difficilem hanc quæſtionem optimè explicuiſſe.

140 † Eſt & aliud quoque,quod ſubnotes diligenter: legem noſtram ſub finem eius aliter,atque a Doctoribus hactenus, intelligendam:vt moram reſtituendi fundi per emptorem, oblato à venditore pretio,fieri nõ credatur, niſi ea parte vltimi anni, qua uenditus ager anteà fuit,retrouenditio petatur.

Neque obſtat, ſi tu acutè ſic objiceres: Secundùm opinionẽ meam ita æque fructus prædij dotalis cum agro eſſe reſtituendos:quoniam anni tempus & dies,quo fuit data dos,intelligendus erit repetitus in promiſſione dotis reſtituendæ. Quod tamen eſt falſum,d.l. diuortio. ff.ſol. matr. Reſpondeo,terminos quæſtionis noſtrę longè lateque diſtare à reſtitutione prædij dotalis, ac ob id de vno ad alterum argumenta elicere eſſe nefas. Hic etenim retrouenditio peragitur ex ſola uenditoris voluntate,cui prędium redimere libet:idcircò eius uoluntas non debet emptorem damno indigne afficere, l. non debet alteri. ff.de reg. iur. Neque debet petere, cuius contrarium non eſſet poſtulaturus,vt pridem dixi. Illic autem diſſoluitur ex neceſſitate matrimonium (per conſequens reſtituitur dotale prædiũ) velut naturæ lege,hoc eſt, morte,aut ciuili iure,ideſt,repudij libello,utputa ex cauſa adulterij,aut ſimilis miſſo.Quocirca quũ hic libera uoluntas unius, ibi neceſſitas naturæ aut legis, contractum diſſoluat,fundumque repoſcat,minimè mirum uideri poterit, ſi ab uno ad alterum non pateat argumentandi tranſitus.

141 † Sed iam è contrario tempeſtiuum erit dicere, quando emptor obligatus retrouendere: ſuſpicatur, quòd uelit redimere fundum venditor, antequàm maturuerint fructus, ob idque immaturos ipſe illos ante oblatum ſibi pretium decerpſit,non decerpturus aliàs ſcilicet: an eo nomine venditori obligetur? Exiſtimat Gozadinus,& benè, emptorem uenditori teneri: ſicut videmus in ſimili, qui nummis colit, ſi poſtremo locationis menſe acerbos collegerit fructus, nè illos percipiat dominus,ad intereſſe domino teneri. gloſſ. eſt in l. penult.ff.de vſufruct.leg.allegat textum in l. & hæc diſtinctio.§.cum fundum. ff. locat. habes alteram non abſimilem gloſſ. in l. ſi pendentes
142 fructus.in princip. in uerb. extantes. ff. de uſufruct.† Moram ſi dolosè faciat hæres in adeunda hæreditate, quo minus fructus pendentes vſufructuarius percipiat, de dolo eidem fructuario tenetur. Adducit gloſſator textum in l.ſi vſusfructus legatus.in princ.vbi de hoc eſt bona gloſſa in uerb.præſtabitur.ff.eodem, de vſufruct. in l. ſi quis rogatus. uerſic. ſed etſi nondùm.ff.de fideicommiſſar.libert.

Quid autem, ſi emptor ad certum tempus fundum locauit, quem ex antecedenti pacto retrouendere nunc ante locationis finem cogitur: nunquid colono fundum redimens vendi-
143 tor ſtabit? † Et uenditorem, qui redimit, colono emptoris ſtare oportere,Bald.ſcribit in l.1.ſub fin.C.de iure fiſci. lib.10.Alexander in l.ſi filiofamiliàs.§.ſi uir.num.11.ff.ſolut.mat. Bartholomæus Soc.in conſ.125.lib.j.Ratio eſt prædictæ concluſionis: quia quum ſit in arbitrio venditoris fundum redimere, intereà temporis ſi non redimat,cum autem locet emptor,videtur voluntate venditoris, & poſſidere & locare, l. ſi vir vxori. ff. de præſcrip. verb. & d.l. ſi filiofamilias. §. fina. cum ibi notatis per Alexandrum & alios,ff.ſol. matr.vbi mulier,quæ uiro fundum tradidit,ut illo fruatur,conſentit tunc etiam tacitè,quo eum locet.Sequuntur & hoc poſt Gozadinum Taurinenſes.

144 † Videamus poſtremò, an qui nemus emit cum pacto retrouendendi,poſſit, donec interim poſſidet, arbores radicitus euellere, nemusque ad culturam redigere? Eam quæſtionem habes apud Cæpollam Veronenſem diligenter examinatam in eius tract.de ſeruit.ruſt. præd. ſub tit. de menſib. in 6. q.quapropter huc eam tranſcribere perexiguum operepretium fore exiſtimaui.

IODOCI DAMHOVDERII BRVGENSIS.

Subhaſtationum compendioſa exegeſis capitatim diſtincta.

SVMMARIVM.

1 *Iuris ſanctiones ad ea quæ frequentius accidere ſolent, conditæ ſunt.*
2 *Legislatores ad eorum quæ ſæpenumero cueniunt cognitionem, multo magis quàm quæ rarò contingere ſolent aſtringuntur.*
3 *Praxis vera legum & canonum enucleatrix eſt.*
4 *Theorica,ideſt ſcientia ſine experientia parui eſt momenti.*
5 *Expertus non artifex certius operatur artifice inexperto.*
6 *Natura potentem,ars facilem,vſus promptum reddit artificem,& cuilibet artificio præbet experientia nutrimentum.*
7 *Experientia efficax rerum magiſtra.*
8 *Quæſtio omnis a diſſinitione proficiſci debet.*
9 *Subhaſtatio quid ſit.*
10 *Subhaſtatio vnde dicta.*
11 *Subhaſtatam rem eſſe & præconizatam paria nonnunquam ſunt.*
12 *Subhaſtare quid ſit.*
13 *Haſta quid erat.*
14 *Præcones qui ſint.*
15 *Subhaſtatio in quibus requiſita.*
16 *Subhaſtatio an requiſita in venditione bonorum eccleſiæ ac ſimilium piorũ locorum.*
17 *Subhaſtationibus omiſſis,ſi res eccleſiæ vendantur, an teneat venditio.*
18 *Subhaſtatio præter commodum,bonum & æquum nihil adfert.*
19 *Subhaſtationis ſolennitas,nequaquàm leuis ſolennitas eſt.*
20 *De alienatione,ipſius ſolennitate & forma,rerum eccleſiaſticarum, & ſimilium.*
21 *In alienatione rerum eccleſiaſticarum cauſæ cognitio principio deſideratur.*
22 *De alienationis legitima cauſa debet apparere ac diſcuti,quid magæ alienari expediat.*
23 *Vbi diſputatur,cauſæ cognitio abſimiliter requiritur.*
24 *Alienatio rei eccleſiaſticæ, vel rei publicæ, vt valeat, quinque ſecundùm Accurſium requiruntur.*
25 *Alienatio vel venditio rei eccleſiaſticæ,vt valeat, debet neceſſitatis aut euidentis utilitatis eccleſiæ cauſa fieri.*
26 *De ipſius eccleſiæ vtilitate ac neceſſitate,ad effectum alienationis fiendæ, aliter conſtare debet, quàm per prælati aut ſuperioris aſſertionem aut confeſſionem.*
27 *Confeſſio per voluntariæ iuriſdictionis modum emanans, eccleſiæ præiudicare nequit.*
28 *Abbatiſſa debet requirere monialium conſenſum pro alienatione fienda.*
29 *Conſuetudo curiæ epiſcopalis,circa decreti interpoſitionem eſt ſeruanda.*
30 *Forma debet eſſe actui coniuncta.*
31 *Decretum,quia eſt habilitatio ad actum,ſemper præcedere debet.*
32 *Contractus quando eſt vtilis Eccleſiæ,decretum poteſt & præcedere & ſequi,etiam ex interuallo,valetq; contractus,Baldo teſte.*
33 *In alienatione rei eccleſiaſticæ ſolennitas quocunque etiam iure requiſita, omiſſa,nonnullis in caſibus contractum minime uitiat.*
34 *Res quandò modicæ æſtimationis dicatur,iudicis arbitrio ſtatur.*
35 *In rei eccleſiaſticæ alienatione iura certam ſolennitatem requirentia, habẽt locum,quandò alienatur directum: nequaquàm, quandò utile dominium duntaxàt.*
36 *Epiſtopus vel prælatus quandò emit rem a ſua eccleſia aut capitulo, non requiritur ſolennitas,quæ requiritur in extraneo emptore.*
37 *Statutum arctans Eccleſiam vel pium locum ad uendendum, an ualeat.*
38 *Subhaſtatio an requiſita in alienatione rerum publicarum ac communitatum.*

Caput Primum.

1 QVoniam † ſacroſanctæ iuris ſanctiones ad ea quæ frequentiùs accidere ſolent, conditæ ſunt, teſte Pomp. in l.Iura conſtitui.ff.de legib.præſentis inſtituti meique muneris eſſe non abſurdè cenſui, nonnullas ſtu-
2 dij horas in huiuſmodi collocare: †quum legiſlatores ad eorũ, quæ ſæpenumerò eueniunt,cognitionem multò magis,quàm qnæ rarò contingere ſolent,adſtringuntur: ut in authen. ut ſine prohib.matr.debit.& credit.§.quia uerò.Cuius itidèm & luculẽter meminit Celſ.I.C.in l.Nam ad ea.ff.de legib. Huius itaque Exegeſis materia admodùm frequens & utilis eſt, necnon
3 in praxi (quæ † uera legum canonumque enucleatrix eſt, Baldo teſte, in titulo de Feud. ſine culpa non admittend. in vſib. feud.) apprimè commendabilis. Hinc regulariter ait D. Ioan. An. in c. Poſt tranſlationem,per illum textum, de renunciat.
4 Theoricam † ſine practica ſeu adaptatione,id eſt, ſcientiam ſine experientia, parui admodùm eſſe momenti. Quod etiàm
5 perpulchrè alibi ait quidam magni nominis philoſophus.†Expertum non artificem, certiùs operari artifice inexperto. Atq;
6 idem alio ſatis etiam celebri loco. † Natura potentem, ars facilem,vſum promptum reddit artificem.& cuilibet artificio præbet experientia nutrimentum, cuius partim & meminit Marcellus I.C.in l.legatis.§. Ornatricibus.ff. de legat. 3. quibus nec inconcinnè addi poterit textus in c.quàm ſit, ad exordium,cũ
7 glo.in uerbo,magiſtra rerum, de electio.lib.6. habens † magiſtram rerum efficacem,experiẽtiam eſſe.Quamob rem ad munus ſuſceptum progrediamur. Sed nè ex ignotis, incognitisq;
8 procedamus† quandoquidem omnis quæſtio à diffinitione proficiſci debeat(vt inquit Cic. primo officior.libro)pretium operæ duximus,Muſis benè fauẽtibus,ſciſcitari,Quid ſubhaſtatio? vnde dicta? In quibus requiſita? & cuius efficaciæ ſit? Cuius or
9 dini vt faciamus ſatis. † Subhaſtatio eſt rei vęnalis publicè expoſitio, cum preconis uel edicto uel proclamatione, quæ pluris licitanti ſeu offerenti conceditur,ſicuti probatur in authen. Hoc ius porrectum.C.de ſacroſanct.eccleſ. & in l. prima. C.de
10 fid.inſtru.& iure haſt.fiſca.libr.x. Et † dicitur ſubhaſtatio,ab haſtario,quod ſecũdum Papiam locus eſt,ubi uenduntur vel vẽ-

debantur

Source : BIU Cujas

Iodoci Brugenſis. De ſubhaſtationib.

debantur proſcriptorum bona. Animaduertendum tamen,
11 † nequaquàm diſparia in iure vnquàm reperiri, rem eſſe ſubha
ſtatam & præconizatam, vtì Impp. Seuer. & Anton. memine-
runt in l. Old. coniuncta gloſſ. in ver. Subhaſtatas, C. de execut.
rei iudica necnon Dioclet. & Maxi. Impp. in l. Edicto. C. Si ad-
uerſ. fiſc. reſtitu. poſtule. cum nonnullis iuribus minimè diſſimi
12 libus. Hinc † ſubhaſtare, eſt ſub haſta mittere, hoc eſt, per auctio
13 nem vendere. Haſta † enim erat virga, quæ dabatur quum po-
14 teſtas cuiquam daretur alicuius mercis. Et † precones (Priſcia-
no teſte) ſunt qui iuſſu magiſtratus publicè aliquid ore denun
ciant, qui auctionem faciebant, & audientiam in theatris indi-
cebant, &c. de eiuſmodi ſatis, quæ elementarijs veniunt relin-
15 quenda. In † quibus verò requiſita ſubhaſtatio, (hoc opus, hic
labor eſt) ſeriatim elucidabimus. Subhaſtationis ſolennitas in
nonnullis uenditionibus particularibus, ſpeciali ex priuilegio
competentibus, quàm ſit cognitu neceſſaria, nemo non ex ſe-
16 quentibus facilè iudicabit † vtpotè in bonorum eccleſiæ, tem
plorum, hoſpitalium, necnon ſimilium venerabilium domo-
rum, collegiorum ac piorum locorum (vt à dignioribus exor-
diamur) venditione, quorum bona, potiſſimùm immobilia,
ſubhaſtationis abſque ſolennitate vendi, alienarìve proculdubiò
nequeunt. Huic nec diſſentanea ſunt, quę habentur per Im
pe. Iuſtinia. in authen. Hoc ius porrectum. C. de ſacroſan. Eccle.
& in authen. de non alie. aut permut. reb. eccleſ. immob. §. Nos
igitur, colla 2 in auth. de alien. & emphy. colla. 9. §. Hoc autem
ſuper ipſis, & §. Hæc verò iubemus. conſtit. 3. vndè dicta auth. de
prompta eſt. & vtrobique Bart. Cui auth. concordat §. Hoc ius.
10. q. 2. vbi hanc authenticam verbotenùs legimus canoniza-
tam iuriſque canonico incorporatam. His ſeruit quod uoluit
Ang. in d. authen. de aliena. & emphyteu. §. hoc autem. 1. colu.
in verbo. nota hic quòd res Eccleſiæ ſubhaſtantur. collat. 9. Bar
tol. in l. Eos qui. C. de diuerſ. prædi, vrba. lib. 11. Sed præcedenti-
bus ſubnectere propoſuimus quęſtionem, quam ponit Baldus
ad prælegatam authenticam Hoc ius porrectum, vbi inquit.
17 † Demus res eccleſiæ vendi, ſubhaſtationibus omiſſis, nūquid
tenet venditio? Cui interrogationi ſuccinctè ibidèm ſatisfacit
reſoluendo: Si ius ciuile inſpiciamus, minimè. dicta authentic.
Hoc ius porrectum, quodque notatur in l. Si tempora. de fid.
inſtru. & iure haſt. fiſc. lib. 10. C. Si verò ius Canonicum ſeu Pō
tificium perlegamus, non eſſe ſubhaſtationem neceſſariam iu
dicabimus, nec aliqua eſt decretalis, quæ canat neceſſariam eſ-
ſe, quod ait ſignandum. Eiuſdem ſententiæ ac opinionis vide-
tur Innoc. in c. dudum. de reb. Eccleſ. non alie. in 6. Quia dicta
authen. (inquit) fuit introducta ab Imperatore, ſtatuendi pote
ſtatem nequaquam habente. Tamen quicquid Baldo ſentire
placuerit, communi doctorum opinioni ac ſententiæ inhære-
bimus: quandoquidem vti ſuprà allegatum eſt, dictam authen.
Hoc ius porrectū. ī §. Hoc ius porrectū. x. q. ij. verbotenus cano
nizatā, ac iuri canonico īcorporatā reperimus. relinquimus tī
18 iuris ſtudioſis interim cogitandū. Subhaſtatio † enim (vt vulgo
notum eſt) præter commodum, emolumentum, bonū, & ęquū
affert nihil, quemadmodum ex ſubſequentibus facilè conſta-
bit. Ideo glo. ordin. (cuius authoritas, deficiente textu, maxima
eſt, omnium authoritates antecellens. Bar. in l. vt uim, ff. de iuſ.
& iure. Bald. in l. Cum hęreditas. C. depo. teſtibus nequaquam
19 minimis) ait, Subhaſtationis † ſolennitatem minimè leuem ſo
lennitatem eſſe, in authen. de fideiuſ. in § j ſuper verbo, ſumus.
20 quam ſignanter ponderauit Bald. in dicta l. Ordo. Nec † incaſ-
ſum fuerit, hoc paſſū de alienatione, ipſius ſolennitate & for-
ma, rerum eccleſiaſticarum atque ſimilium obiter ac leui bra-
21 chio mentionem facere, in † qua profectò cauſæ cognitio prin
cipio deſideratur, ſicuti colligitur ex c. j. in fine extra. vt eccleſ.
benefi. ſine diminutione conferan. atque per Archidiaconum.
22 in c. in venditionibus. 17. quæſt. 4. Debet † enim de alienationis
legitima ac iuſta cauſa conſtare, & apparere: necnon diſcuti,
quid magis alienari expediat, iuxta Vlpia. l. C. l. Magis puto, ff.
de rebus eor. qui ſub tutel. vel cura ſunt, coniuncta l. Nec quic-
quam. §. vbi decretum. ff. de offi. proconſul. & lega. quemadmo
23 dum dicimus, † quod vbi diſputatur, cauſæ cognitio non abſi
militer requiritur, vti placuit Archidiacono poſt Innocentiū
in cap. Licèt cauſam, de elect. lib. Idem nec diſplicuit D. Federi-
co de Senis in ſuis conſilijs, conſi. 137. Verum Accurſ. in gloſſ.
ordinaria. C. ne rei Dominicæ vel templo vendica. tempo. præ-
ſcrip. ſubmoueat, ait quinque requiri, quo rei eccleſiaſticæ vel
24 reipublicæ alienatio valeat. † Nempe, quòd debitum ſubſiſtat,
bona fides, iuſtum pretium, ſubhaſtatio, & Præſidis auctoritas.
De decreto ac ſuperioris conſenſu claret in dicta auth. hoc ius
porrectum, dicto c. dudum. meminitque illius gloſſ. in l. fin. C.
25 de tranſact. necnon Baldus in Rubri. C. de reſcind. vend. Et † vt
rei Eccleſiaſticæ alienatio vel venditio valeat requiritur neceſ
ſitas; aut euidentis vtilitatis eccleſiæ cauſa fieri: quippe, aut pro
æris alieni ſolutione, vel captiuorum redemptione, aut ſimili.
cap. ſine exceptione. 12. quæſt. 2. & cap. vt ſuper. extra de reb. ec-
cleſ. alienan. vel non. Plenè meminit Oſtienſis eo. titu. in ſum-
ma. §. ex quibus. atque huius fit mentio in c. dudum, eo titu. lib.
26 6. Et † animaduerte de ipſius eccleſiæ vtilitate ac neceſſitate p
alienatione fienda aliter conſtare debere, quàm per Prælati
aut ſuperioris aſſertionem aut confeſſionem Petro de Peru. &
D. Card. Florent. teſtibus in cap. quod quibuſdam. de fideiuſſo.
Anto de But. in cap. j. de depoſ. per id quod habetur in ſæpiu-
ſcule allegata authent. hoc ius porrectum. in cap. dudum, de e-
lect. in cap. præſentium de teſtib. lib. 6. necnon Pet. de Ancho.
in Clem. j. de reb eccleſ. atque ita communiter in præfatis iuri-
bus ac paſſibus tenetur. Immò confeſſio Prælati & capituli hoc
caſu non ligat, quemadmodum gloſſæ placuit in authen. de
non alienan. in § ſi uerò, & ibi Iac. de Bel. hoc idem firmant
Bal. in dicta authentica. hoc ius porrectum. Petrus de Anch. &
27 Anton. in cap. j. de depoſ. ea potiſſimum ratione, † quia confeſ
ſio per uoluntariæ iuriſdictionis modum emanans Eccleſiæ p̄-
iudicare nequit, per id quod habetur in l. certum. in §. ſed an
ipſos. & ibi per Bart. ff. de confeſſis, per Cyn. in l. j. C. de confeſſ.
atque per plures alias rationes deductas per Io de Imo. in dict.
cap. quod quibuſdam. vbi ait, hanc opinionem eſſe tenendam
& obſeruandam, & quod dictum eſt de prelati, & capituli con-
28 ſenſu, idem dictum cenſeri oportet in Abbatiſſa, † quę debet
requirere monialium conſenſum, iuxta S. P. Alexandri III. c.
continebatur extra. de his quę fiunt à prela. ſine conſen. capit.
& in cap. j §. Abbatiſſa. quę feu. dar poſ. in vſib. feud. Prętereà
29 † attendite circa decreti interpoſitionem curię epiſcopalis cō-
ſuetudinem ſeruandam eſſe, quę habet hanc iuriſdictionem ī-
terponendi, cui & poteſt preſcribere, ut inquit Bald. in l. finali.
§. neceſſitate, C de bo. quę liber. aliàs decretum debet interpo-
ni in ipſo actu, ideſt, venditionis contractu & ex parte ante, vt
dicit Innocen. ſecundum Bald. in l. quęcunque. C. de bon. quę
30 liber. forma † enim debet eſſe actui coniuncta, & hęc dicit
gloſſa ordinaria in verbo, auditurum non eſſe. in l. ait Prętor.
31 § permittitur. ff. de minori. quia † iſtud decretum, quod eſt quę-
dam permiſſio, addictio, ſeu habilitatio ad actum, ſemper prę-
cedere debet, quia eſt quędam poteſtatis factę ſeu legatę rela-
32 xatio, ſine qua inferior nihil poteſt. Huic ſeruit, † quod notatur
in dicta l. fina. §. neceſſitate: ſed idem bald in prcalle. l. quęcun-
que ait, quando contractus eſt vtilis eccleſiæ, poteſt præcedere,
& ſequi etiam ex interuallo, valetque contractus. Nec pugnat
cap. auditis. de elect. quandoquidem in electione ſit ſpeciale:
33 de quo ibi latius per eum. Solennitas † tamen tradita & requiſi
ta in rei eccleſiaſticæ alienatione, ſiue de iure ciuili, ſiue cano-
nico omiſſa, contractum non uitiat. Primò, ſi res ſit modici va
loris, vt inquit gloſſ. in cap. j. extra, de his quæ fiunt a præla. ſine
conſen. capit. quam doctores imitari non erubeſcunt, maximè
Feder. de Senis in ſuis conſiliis, conſi. 22. ſaturque † iudicis ar-
34 bitrio, quandò res modici valoris aut æſtimationis dicatur, ſe-
cundum Feder. vt refert ac ſequitur d. Card. Spoleт. in d. auth.
hoc ius porrectum. His optimè congruit text. in l. ſcio. ff. de in
integ. reſtit. & in l. res bona fide. ff. de contrahen. empt. Vbi res
bona fide vendita minimam ob cauſam inempta fieri nō de-
bet. His ſeruit gloſſa in verb. magno incommodo. ad finem, in
cap. propter. extra. de loca & condu. Secundò, ſi alienatio ma-
nifeſtam & euidentem eccleſiæ vtilitatem cōtinet. Nam tum
etiam omiſſa ſolennitate ualet, per gloſſam in l. cum hi. §. eam
tranſactionem. ff. de tranſact. quæ quidem opinio, licèt (teſte
Bart.) ſit ambigua & dubitabilis, fulciri ac probari tamen po-
teſt textibus l. finalis. ff. de iure dot. l. finalis. ff. de polli. necnon. l.
cui bonis. ff. de noua. eamque ſequi apparet Bald. in l. ſi fundus.
ff. de reb. eor. cui etiam ſeruit bonus textus in l. non eo minus
facta ęquiparatione de minore ad eccleſiam. C. de procur. Ter-
tiò, in alienatione rei eccleſiæ reuerſæ ad eam, conſuetæ tantū
in emphyteuſim alienari, quæ poterit concedi & alienari abſq;
ſolennitate, vt in cap. ij. de feud. & notanter declarat Bal. in di
cto §. eam tranſactionem. & hoc etiam tenuit & conſuluit Fe-
dericus de Senis in ſuis conſiliis, & conſilio 131. Idemque Bald.
in l. 3. §. fina ff. de reb. eo. Sed Ioan. And. in cap. quæ in eccleſia-
35 rum, de conſtitu. dicit, † quòd iura requirentia certam ſolenni-
tatem in rei eccleſię alienatione habent locum, quando alie-
natur directum, nequaquàm quando utile dominium dunta-
xat, per dictum cap. 2. de feud. Sed ille textus loquitur exiſtente
conſuetudine alienandi in emphyteuſim, non ſimpliciter: &
anceps ſeu dubitabile apparet, per textum l. 3. § ſed ſi ius habet.
ff. de reb. eor. Quartò, non requiritur in alienatione neceſſaria,
vt in cap. extirpandę, de prębend. & in l. 3. §. pignori. ff. de reb.
eor. Quintò, in re pignorata cum ſolennitate, & cum poteſta-
te alienandi ex lege, uel ex pacto, quæ poterit alienari abſque
alia ſolennitate, l. ſi pupillo. § Si pupillus. ff. de reb. eor. vbi Bal-
dus extendit ad bona Eccleſiæ, etſi in minore loquatur. Sextò,
36 quando † epiſcopus uel prælatus emit rem à ſua eccleſia aut ca
pitulo, quia non requiritur ſolennitas, quę requiritur in extra-
neo emptore, Baldo atteſtante in l. voluntas. ad exordium. C. fi-
deicommiſ. Sed id ſuſpenſum multumque dubitabile uidetur
ob infinitas fraudes, quę in damnum Eccleſię quotidie fieri
ac redundare poſſent: ideò nec ab re fuerit deſuper cogitandi
anſam iuris ſtudioſis relinquere. Septimò, in alienatione rei,

quę

Source : BIU Cujas

quæ ſeruando ſeruari nequit,ſicuti placuit Innocentio in dicto cap.dudum,per textum l.lex quæ.C.de adminiſtra.tutor.Octauò ac ultimò in repudiatione rei eccleſiæ legatæ; vbi propriè non dicitur alienatio,de quo per Bald.in l.Contra iuris,§.fina. ff.de pact. Sed argutus quiſpiam hic aliquod dubium mouere
37 poſſet, Vtrùm † ſtatutum arctans eccleſiam, vel pium locũ ad vendendum valeat ? Cui paucis ſtatui facere ſatis, quum nec opus habeat magno uerborum ambitu.Nempe huiuſmodi ſtatutum robore effectuque proculdubio carere.Loca enim pia, huiuſmodi ſtatuta arctatiua, uel paſſiua non recipiunt,quãdoquidem libertati Authenticæ deſumptæ ex noua conſtitutione Federici imperatoris, collat. 10. Caſſa & irrita.C.de ſacroſanct. eccleſ. aduerſentur, prout tradidit Bald. in ſæpe allegata authentica,hoc ius porrectum.in verſi.tertiò dicebam.C.de ſa
38 croſanct.eccleſ.Item † in alienatione rerum publicarum,nempe vrbium, ciuitatum,pagorum, atque id genus communitatum, ſubhaſtationis ſolennitatem profectò deſiderari,eſt omnibus meo iudicio in confeſſo: Angelo eiusque ſequacibus teſtibus in præallegato Authentic. de alienat. & emphy.§.hoc etiam.j. column. in uerb. nota hic quòd res Eccleſiæ ſubhaſtantur,collatione 9. in quorum ſententiam haud dubiè inclinandum eſt.Omitto interim plura, breuitatis ſtudio, quæ hic dici commodè poſſent.

SVMMARIVM.

1 *Subhaſtationis ſolennitas eſt neceſſaria in bonorum pupilli ac minoris venditione.*
2 *Subhaſtatio trium conſideratione ac reſpectu fieri debet.*
3 *Subhaſtatio fieri debet ſeruata forma ſtatuti, aut conſuetudinis, aliàs nulla.*
4 *Subhaſtatio cùm fit,ſi quippiam promittatur,in contractu ſequenti repetitum cenſetur.*
5 *In ſubhaſtationibus patriæ,loci conſuetudo,vſus ac ſtylus obſeruandus.*
6 *In ſubhaſtationibus,licèt formæ nonnullis in locis diuerſæ ſint,effectus finiſque idem erit.*
7 *Subhaſtationes non ſunt neceſſariæ in bonorum mobilium minorum alienatione.*
8 *Subhaſtationis ſolennitas eſt neceſſaria in rerum mobilium minorum alienatione,in quibus conſiſteret affectio.*
9 *Minor aut pupillus Eccleſiæ æquiparatur.*
10 *Quòd venditio rerum minorum ac ſimilium valeat, quatuor ſunt neceſſaria.*
11 *Quòd venditio rerum minorum ualeat, octo ſecundùm Baldum ſunt neceſſaria.*
12 *In alienatione bonorum minoruu iudicis decretum eſt neceſſarium.*
13 *Statutum eſt, minorum bona alienari obligarive non poſſe ſine decreto, &cæt.*
14 *Adminiſtratores bonorum minorum ſine decreto alienantes, nihil agunt.*
15 *In alienatione rei emphyteuticæ per minorem facta decretum neceſſariò deſideratur.*
16 *Minor nequit ſuam emphyteuſim ſine decreto uendere.*
17 *Minori non tantùm proprium, ſed ne vectigale quidem uel emphyteuticarium prædium ſine decreto venundare permittitur.*
18 *Pupillus ſicut nequit ius proprietatis directè alienare, ita nec utile dominium,aut ius vſusfructus vel iura quorumcunque reddituum.*
19 *Exceptiones aliquot prædicta admittunt.*
20 *Voluntas teſtantis in alienando ſeruanda eſt.*
21 *Voluntas teſtantis idem operatur,quod iudicis decretum.*
22 *Brugenſis ſi vendidit prædium in territorio Gandenſi ſitum,utrius territorij iudex debeat decretum interponere?*
23 *Decretum ſententiæ æquiparatur,ſecundùm Baldum.*
24 *Decreti ſolennitatis interpoſitio cuius efficaciæ eſt?*
25 *Decretum iudicis vbi interpoſitum reperitur,omnia atque ſingula ſolenniter acta præſumuntur.*
26 *Pro decreto ſemper in dubio præſumitur, ut actus, valeat ſuper quo interpoſitum eſt.*
27 *Iudicis decretum in contractibus facere interueniri,ſemper utile eſt.*
28 *Iudicis decretum omnis doli a culpæ præſumptionem ceſſare facit.*
29 *Decretum iudicis omnem metum dolique præſumptionem in contractu excludit.*
30 *Interpoſitio decreti ſub conditione an ualeat?*
31 *Iuriſdictio eſt officium neceſſarium.*
32 *Decretum ſub conditione interponi non poteſt,ſicut nec ſententia.*
33 *Actus legitimi conditionem regulariter non recipiunt.*
34 *Cauſæ ſingulatim exprimi debent.*
35 *Qualitas negotij, iudici apertè ac enucleatè declarari debet, quòd decretum ualeat.*
36 *Decretum ſine cauſæ cognitione aut leui interpoſitum robore caret,*
37 *Decretum iudicis non debet eſſe alternatiuam.*
38 *Decretum iudicis debet eſſe certum,ſicut ſententia.*

Caput I I.

1 PRoſequendo huius libelli materiam † non eſt iuris ambigui,in bonorum pupilli,aut minoris vẽditione, ſubhaſtationis itidem ſolennitatem eſſe perneceſſariam, quorum bona abſque ſubhaſtationis ſolennitate uendi,alienariq́ue proculdubio nequeunt,quod ſtabilitur in l. & ſi ſine.in §.j.coniunctis gloſſa & ibi Bart.ff.de minorib. Idem adſtruit Barto.in l.alio. ff. de ali. & cibar. lega. & firmat Speculator in titulo de empt.& venditio.in §.nunc dicendum. in verſ. ſi igitur tutor.& titulo de citat.§. ſequitur videre,in uerb. ſi uerò ſubhaſtatio.& titul.de 1.& 2.decreto. §. 5. verb.ſed qualiter. & ſequenti titulo de empt.& uendit.§.4.verſi.hoc quoque. Et Bartol.in l.licitatio. ad exordium.ff. de publi.& vectig.& Ang. in §.hoc etiam.in Authentic.de alienat.& emphy. collat.9.ubi
2 inquit,† fieri debere trium conſideratione ac reſpectu, vtpotè reſpectu loci,vt publico in loco uno aut pluribus, pro conſuetudine,uſu,vel ſtylo fiat.Item reſpectu modi: ſubhaſtator enim obligatur & cogitur dicere, quòd plus offerenti dabitur. Tertiò,reſpectu temporis,quod durare debet 20. dies. Sed ſeruare
3 conſuetudinem,& locorum ſtatuta. Debet † enim fieri ſeruata forma ſtatuti aut conſuetudinis ſubhaſtatio,aliàs prorſus inefficax,& nulla eſt,teſte Bald.in l.Ordo.C.de execu.rei iudic. Et
4 ſi quippiam, † cum fit ſubhaſtatio promittatur, in contractu poſteà ſequente repetitum indubiè cenſetur, ſecundùm Bart. in l.Sciendum.ff.ædili.edict. Quibus locis nec grauabimini edictorum ac proclamationum formam,de iure communi, hoc loco (breuitatis cauſa) omiſſam videre, quæ ſatis obſeruationi hodiernæ in talibus concors eſt : hoc tamen admonitum iuris
5 tyronem volumus, † patriæ lociq́ue conſuetudinem, uſum ac ſtylum in huiuſcemodi eſſe omnibus modis obſeruandum.Li
6 cèt † formæ agendi videantur nonnullis in locis diuerſæ, tamẽ effectus finisque omnium idem profectò erit. Superiora tamẽ
7 quodam cum temperamento intelligenda indubiè ſunt.† Niſi bona minorum eſſent mobilia,ut frumentum aliaque victualia, quæ eſſent uendenda & alienanda. In huiuſcemodi enim mobilium rerum alienatione,quæ vendi poſſunt publico in foro, minimè ſubhaſtationes ſunt neceſſariæ, nec etiam præconia: immò ſi fierent, eſſent fruſtranea, iuxta notata Bald.ad l.r. C.ſi prop.publi. penſita.quia præconium eorum adeò eſt manifeſtum,quòd ibidem colluſiones nequeant interuenire, & habere locum,ſecundum l.ij.C de reſcind.uendit.& ibi Bald.uide re lubebit,poſt Barrol.in l.fina. C. de fid.inſtru. & iur.haſt.fiſca.
8 libr.10. quod † quidem temperamentum etiam ſub temperamento gaudet:nempè, niſi eſſent tales res mobiles, in quibus conſiſteret affectio, quia tum ſine ſubhaſtationis ſolennitate vendi alienariq́ue prohiberentur, cui ſeruit præalle. l. & ſi ſine. ff.de minoribus,& prædictis ſubſcribit Bald. communi doctorum opinioni inhærens, per l. & ſi ſine, ſæpiùs præallegatam,
9 quia † minor,aut pupillus Eccleſiæ æquiparatur, quę id priuilegii habet,ſecundùm authen. Hoc ius porrectũ. C. de ſacroſan. eccle.quàm ſæpiſſimè prænarratam,cuius meminit Bald.in ſuis conſilijs,conſilio ſuo notabili, incipiente, In Chriſti nomine, ad intelligentiam prædictorum,quodque eidem Bald. placuit in ſuo commento ſuper Innocentio,in litera C. in uerbo,contractus,alleganti Innoc.ita tenere in cap.dudum,de reb.eccleſ. non alie.lib.6.deinde nec incaſſum fuerit hic commonefacere de forma atque ſolennitate, quę in rerum pupillarium ſeu bonorum minorum, necnõ ſimilium ſubiectarum perſonarum,
10 alienatione requiritur. † Quatuor enim ſunt apprimè neceſſaria, vt uenditio, alienatiove eorum ualeat ac robore gaudeat. Primò,tutoris curatorisve auctoritas.Secundo cauſę examinatio ſiue diſcuſſio.Tertiò,iudicis decretum, quemadmodũ probatur in l. finali.C. ſi propter publi.penſita. ac per Imperatores Diocletia.& Maxi.in l.ſi quidem.& in aurea leg.ob æs.C.de præ di.& alijs reb.minor.ſine decre.nõ alienan.uel obligand. & Vlpianum I.C.in l.cùm hi.§.ſi prætor.ff. de tranſact.id ponit Azo titulo de Prædijs minor.in ſumma.Quartò, Subhaſtatio, vulgata ac non ſemel allegata l.& ſi ſine.§.j.ff.de minoribus 25.annis ſecundum Innocen.in pręallegato capit.dudùm,de reb.eccleſ. non alienan.libr.6.Ita notabiliter tradit Bal. in ſuo repertorio ſuper Innoc.in uerbo, contractus. Sed idem Baldus in ſuo eleganti conſilio,incipiente,In Chriſti nomine,videtur dicendũ, quòd nulla ex dictis uenditionibus, &c. latiùs pleniuſque ait
11 † octo eſſe neceſſaria. Primò, quòd cauſa neceſſaria ac urgens ad uenditionem ſubſit.Secundò, quòd debitum vrgens ex mobilibus ſolui non poſſit. Tertiò, quòd hoc liqueat Prætori, aut Pręſidi per inquiſitionem ac diligentem ſcrutationem. Quartò,quòd res minùs damnoſa vendatur. Quintò, quòd pro paruo debito res magnæ,ſeu magni valoris non vendantur.Sextò, quòd ſubhaſtatio interueniat.Septimò,quòd tutoris uel curatoris auctoritas ĩterueniat. Octauò, quòd iudicis decretum interueniat. Ita ſolenniter refert Mar. de Peruſio in ſuis conſilijs, conſi.incipiente, Ser Petrus ma. filioli &c. Addi poteſt & Nonò,iudicis nempè ſubſcriptio:ut in l.ij.C. de aſſeſſo.& notatur in l.j.

Source : BIU Cujas

in l.j.ff.eod.Item & Decimò,quòd iudicis interlocutoria prece dat, per quam mobilia minimè extare declaretur.ita notabiliter dixit Ang.per tex.ibi,facta æquiparatione bonorum eccleſiæ,& minoris,in Authen.de eccleſi.rer.immobil. aliena.colla. 5.Item & Vndecimò,Tutoris & curatoris præſentia,vt inquit gloſſa & Bald.in l.j.in princ.ff. de reb.eor.ubi gloſſæ placuit tria requiri,ſcilicet,decretum, cauſam, & præſentiam in alienatione bonorum minoris & eccleſiæ.Sed prædicta indubiè intelligenda ſunt,vltra illa quatuor,quæ ſunt formę,neceſſariò interuenire debere, aliàs contractus effectu omnino caret, tanquã omiſſa,vel non ſeruata forma, vt in l.Cùm hi.§. Prætor, ſuprà alleg.Sed alia præter illa,ſi interueniunt, præſtant contractum etiam per reſti.in integ.irreuocabilem: cum nec poſſit,illis ſernatis, minor dici læſus, argum.l. Non videtur, cum ibi notatis. C.de in integ.reſt.& l.inter eos.§.quum inter.ff. de fideiuſſo.Et
12 animaduertendum ſignanter. † Iudicis decretum adeò eſſe neceſſarium, vt ipſius defectus bonorum alienationem ipſo iure reddat nullam: ita ſenſit gloſſ. ordin. in vulgatiſſima authent.
13 Sacramenta puberum.C.Si aduerſ.vendit.Statutum † eſt enim bona non poſſe alienari obligarive ſine decreto,bona fide ,& non per obreptionem interpoſito, id eſt, per mendacium,falſoque a Prætore,Præſide aut iudice, quòd alienetur,impetrato quemadmodum cenſuit Vlpian.l.C.in exord. l. j. necnon in l. magis puto.§.manet actio pupil.ff.de reb.eo.qui ſub tute.uel cura ſunt. Quodque in bonorum minorum alienatione decretũ requiratur,aliàs ipſo iure nulla.Diocletia.& Maxim. Impera.ac pleriſque aliis eorum ſequacibus viſum eſt,in l.ſi quidem. & in l.ſi prædium ruſticum.C.de præd. & alijs reb.min. atque Vlpia. I.C.in præfata.l.magis puto.in §.ſi æs alienum,vbi,inquit,decre
14 tum nullum, ſi fuiſſet non rectè interpoſitum, quia ſine iuſta cauſa.idem quoque uiſum eſt Valent. & Gal. Imp. in l. non ſolum.C.de præd.min.Item † tutores,curatores, ac id genus ſimiles adminiſtratores ſine decreto alienantes nihil agunt, ſicuti ſenſit Vlpianus I. C.in l. tutor quoque.§. Seuerus.ff.de ſuſpect. tuto.& curato.& Imperatores Valentin.& Gal. in l.cum emancipatis,atque Imperatores Diocleti. & Maxi. in l.ſiquidem,atque Imperator Gord.in l.2.C.de præd.& aliis reb.mino. Idque
15 adeo uerum eſt,† vt etiam in rei emphyteuticæ alienatione per minorem facta decretum indubiè requiratur,quemadmodum Imperatores Diocletian.ac Maxim. ſenſerunt in l. etiam.C.de
16 prædi.& aliis rebus minor.ubi inquit Bald. minor † nequit ſuã emphyteuſim ſine decreto vẽdere . Idem Saliceto enucleatius
17 placuit in d.l. etiam,non† tantum proprium, ſed nec vectigali vel emphyteuticarium prædium minori ſine decreto venundare permittenti: quod Speculator declarat in titul. de emphy
18 teuſi in §.nunc aliqua.in verſic.99.Sicut†enim pupillus nequit ius proprietatis directè alienare, ita nec utile dominium, aut ius vſusfructus,vel iura quorũcunque reddituum. Ita ſentit Vlpianus I.C.in l.ſed ſi pecunia. §. ſi ius emphyteuticarium habeat pupillus.ff.de reb.eo.qui ſub tut.vel cura ſunt, & ibi Bald.
19 Prædicta † aliquot adſciſcunt & admittunt fallentias ſeu exceptiones.Prima eſt,niſi res minoris iudicis auctoritate pignorata fuerit, quo caſu abſq; decreto per creditorem proculdubio
20 vendi, alienarive poterit, quandoquidem in eius obligatione ſemel interuenit iudicis auctoritas, licèt tutius & ſecurius longè foret rurſus adhiberi. Textus eſt admodum notabilis Vlpiani I. C. in l. ſi pupillorum. §. ſi pupillus. VERBA TEXT. Si pupillus dedit res pignori ex permiſſu Prætoris, nonnulla erit dubitatio, an alienatio poſſit impediri . Sed dicendum eſt, poſſe creditorem ius ſuũ exequi. Tutius tamen fecerit, ſi prius Prætorem adierit, qđ Bal. ibi ſignat. ff.de reb. cor. qui ſub tutel. vel cura ſunt. Secunda, in alienatione quæ fit per negligentiã abſque alicuius facto , quæ ad ſui validitatem decretum minimè deſiderat aut requirit,vt notabiliter inquit Bal.ad l.ſed ſi pecunia. §. ſi ius emphyteuticarium habebat ſuprà allegatam,vbi dicit eſſe caſum de eo in uerbis, an ergo hic non vtendo amittatur,ſi tutor cauſam præbuerit:huius rei & manifeſtum eſt reſtaurari debere,de quo tamen dubitauit gloſſ.in l.fin.C.in quibus cauſis in integ.reſt.non eſt neceſſaria.Reſpondendum aũt, quòd ibi eſt alienatio legalis,id eſt,præſcriptio,vt in l. alienationis verb.ff.de verb.ſig.Tertia,Quum pater iure patris bona minoris filij alienat, non ratione ſui officij, in caſu permiſſo non prohibito : quo quidem caſu valet ac robur habet ſine decreto,ſi alienandi neceſſitas ſubeſt:quemadmodum adſtruit Azo in ſumma.C.de bo.quæ liber.quem ſignanter refert ac ſequitur Bald.in l.3.C.de prẽd.& aliis rebus min.ſecus in caſu prohibito alleg.l.j.C.de bo.mater.Huius etiam meminit ac inſequutus eſt idem Baldus in l.j.ff.de reb.eor. qui ſub tut.uel cura ſunt.Nempè patrem iure patris, tanquàm adminiſtratorem legitimum, in caſu neceſſitatis ſine decreto alienare poſſe : aliàs minimè, vti nec diſplicuit Vlpiano I. C. in l.ſi pupill.§.ſi pater.ff.de reb. eor.qui ſub tut.vel cura ſunt : & id ſecundum Azonem, quod alibi ait non reperiri.Quarta exceptio ſeu fallentia eſt, decretũ
20 non deſiderari nec requiri † quum in alienatione defuncti voluntas concurrit:quia pater in teſtamento venundari iuſſit, vt lib.j.& 5.& ibi Baldus notat.C.quando decreto opus nõ eſt: voluntas enim teſtantis in alienando & in teſtamentis, & codicillis profectò ſeruanda eſt . Ita quoque cenſuit Vlpianus in l.j. princip.& in l.magis puto.§.ſi fundus, necnon Paulus in l. vltima.ff.de reb.eor.qui ſub tut.vel cura ſunt. Voluntas † enim teſtantis ſeu teſtatoris idem operatur, quod decretum iudicis, & ibi Baldus in l.magis puto.§.ſi fundus.ff.de reb.eor.qui ſub tute. vel cura ſunt, atque ita ſenſit gl.ord.in l.j.in princip.ſuper verb. cauerint.ff.de reb.eo.qui ſub tutel.vel cura ſunt.Alias exceptiones ſeu fallentias,quas hoc loco in medium adducere poſſem, iuriſprudentię ſtudioſis ſciſcitandas ac inueſtigandas relinquo quãdoquidem multò plus laboris , quàm vtilitatis earum perſcrutatio ac enarratio eſſet allatura.Sed hic † occurrit pulchra,
22 & notabilis quæſtio.¡Si Brugenſis vendit prędium in territorio diſtrictu ſeu ditione Gandenſi ſitum , vtrius territorij iudex debeat decretum interponere? Bald.notat in l.j.C. de contrahen. empt. & vendit. (in vtranque partem argumenta ſuccinctè referens,Carneadis Philoſophi inſtar,¡qui quauis de re vtranque in partem diſputare ſolebat) pro iudice territorii , quòd ſuum debeat interponere decretum . Adducitur.l. ſi prædium.C.de præd.& alijs rebus minor.In contrario,quòd iudex loci,vbi negocium agitur,allegatur.l.magis puto.§.illud.ff. de reb.eor.qui ſub tutel.vel cura ſunt, & in l. in hac. C. de donat. Cui quidem quæſtioni nonnulli faciunt ſatis,expreſſim ſuſtinentes quemlibet auctorizare poſſe , licèt ſecurius foret vtrũque ſuum interponere decretum:cui nec incongruit Papini.l.C.l.iuriſperitos. §.j.ff.de excuſa.tut.vel cura.patet, quia coram quolibet conueniri nequaquàm prohibetur : ergo cuilibet decretum interponere licet. Decretum † enim ſententiæ æquiparatur , vt inquit
23 Baldus in l.j. in prędallegata . Animaduerte tamen Bald. in crebrò allegata.l.magis puto.§.illud.ff.de reb.eor.qui ſub tutel.vel cura ſunt , cautelę loco haberi voluiſſe , nempè quando res in vna ciuitate poſita venundatur in alia , vt vterque iudex ſuum interponat decretum, iuxta illud quòd reperitur in prędicta l. iuriſperitos. §. cùm oriundus, & apud Archid. 17.q.4.in cap.in venditionis,licèt Iac.de Are.teſte Cyn.in dicta l. ſi prędium,alterius duntaxat decretum ſufficere ſenſerit , ſiue eius in cuius territorio res ſita eſt, ſiue eius, vbi quis contractum celebrat,p
24 l.ſi.C.de long.temp. prędſcrip. cuius † decreti ſolennitatis interpoſitio tantę eſt efficacię, vt in inſtrumento, in quo interpoſitum
25 iudicis decretum reperitur † omnia atque ſingula ſolenniter acta & probata indubiè prędſumuntur & intelliguntur : ſi in ea mentio fiat illorum, ſeu de illis, quę interuenerũt. gloſſa eſt aurea & ſingularis in l.prima. C. de fid. inſtru.& iure haſt.fiſca.libr. 10. quam ſolenniter ponderauit & excuſſit Baldus in l.
26 j.in prin .ff.de reb.eor. qui ſub tut. vel cura ſunt . In † dubio eũ pro decreto ſemper prędſumitur , vt actus valeat , ſuper quo interpoſitum eſt, ſicuti notabiliter tradit Speculator in titulo de empt.& vend.§.nunc dicendum,uer.& illud ſcias, & probatur in l. minor 25. annis adito prędſide ex adſpectu. ff. de minorib. 25.annis,in l.actor.ff.rem rat.haber. & in l.ſciendum. ff. de ver. oblig.quod tradit etiam Bald.in capitul. primo, quod ſit inueſtitu. Nam † ſemper ac perpetuò utile eſt , in contractibus effi-
27 28 cere,ut interueniat iudicis decretum,†ex eo nanque omnis doli ac culpę prędſumptio & ſuſpicio ceſſat. Vulgata l.ait Prętor.§. permittitur. ff. de minorib. 25. annis. ita perpulchrè ait Ange. poſt gloſſam in l.ſi ſtipulatus.§.ſi lancem. ff. de ſolut.Sed idem Angel.in l.quęcunque.§.qui a pupillo emit.ff.de publicia.in rẽ actio.non ſequitur gloſſam in d.l.j.C.de fide inſtrumen.& iure haſt.fiſca.lib.x.aitque eam iure minimè probari.Sed (ſalua interim pace tanti viri) dici nec iuri diſſonum fuerit, immò probari ex prędallegata l.mino. 25. annis adito Prędſide ex adſpectu.ff. de minorib. 25. annis dicens, cum iuris decretum reperitur interpoſitum per modum uoluntarię iuriſdictionis ad confirmationem actus,quòd tum ſemper cauſę cognitio iuriſque ordo prędceſſiſſe prędſumuntur,nequicquàm ſic in decreto actus contentioſi,ſicuti notatur in d.l.j.C. de fide inſtrumen. & iure haſt. fiſc.lib.x.niſi contrarium probetur.Hęc ſunt verba Baldi ſignãda in l. nec enim. ff. de adop. Idemque tenuit & firmauit ĩ ſuo notabili conſilio,incipiente, In Chriſti nomine,utrum dictus contractus:Quòd vbicunque requiritur & reperitur decretum ſuperioris, ibi prędſumuntur omnia ſolenniter acta , ut inquit Speculator in uer.& illud ſcias §.nunc dicendum,titu.de empt. & vendi. licet in ſuo conſilio incipiente , Ad intelligentiam quęſitorum , dixerit non eſſe ſimpliciter & categoricè uerum, niſi conſtet formam iuris eſſe ſeruatam per dictam l.actor.& l. primam.C.de prędi. decurio.lib.x. & in l.cum hi. §. ſi prętor.ff. de tranſact. ſubditque gl.in d.l.j. quòd omnia prędſumuntur interueniſſe , ſi notarius dicat in inſtrumento fuiſſe adhibita, &
29 & ita uidetur ea gloſſa pertranſire.Item, † Quia decretum a iudice interpoſitum omnem metum , dolique prędſumptionem ac ſuſpicionem in illo contractu excludit, vt in l.2 C. de prędi. decurio.lib.x.in l.ſi quos ſpontaneos.C.de decurio.lib.10.ſignãter tradit,& declarat Bald. in l. pacta nouiſſima.C.de pact.nec-non Ang. ſolenniter in ſua diſputatione, incipiente , Aſtenſis

miles.

Source : BIU Cujas

miles.allegans.l.cum hi,in exord.ff.de transact. & sat benè probatur in l.lex quæ.C.de administra.tuto.vel cura.in l.nō est uerisimile.ff. quod met. caus. facit, quod habetur in l. omnium. C.de testamen.sed circa hæc occurrit pulchra, elegans & utilis
30 quæstio. An † valeat decreti interpositio sub conditione hoc modo facta,quatenus,vel, si & inquantum de iure debeo,interpono,& aliàs minimè. Bartolum præsentem quæstionem mouisse ac tradidisse in leg.& si conditionalis.ff. de auth.'& cōsen. tuto.& cura.sed nequaquam determinasse reperio. Affirmatiuæ tamen parti subscribit Baldus in l.j. in penultima colum.in versiculo,vlterius quæro:cauetur statut.Cod.qui admitt.ad bonor.possess.possunt.Nempè iudicem debere interponere, si negocij qualitas suadet,& aliter non.dicta l.cum hi.§.si prætor.de iure enim,inquit,debet interponi, ex quo petitur,itaque se refert ad iuris dispositionem,quæ certa est,quod signandū perpetuo ait.Nam actus voluntariæ iurisdictionis quò ad partem est
31 necessariæ iurisdictionis, quò ad iudicem † cum iurisdictio sit officium necessarium,quemadmodum ex iurisdictionis definitione apertè claret.l.j. iuncta glossa in verbo, Potest.ff. de iurisdict.omnium iud.l.2.ff de offic. proconsul.& lega. idque versi, sicuti prius meminimus, si æquitas contractus decretum interponi suadebat: secus,si dissuadebat argumento ł cum hi.§. si p̄tor.ff. de transact. facit l. final. C. si contra ius vel vtili.pub.sed prædictis allegationibus ac argumentis, necnon infinitis alijs breuitatis studio prætermissis minimè obstantibus, Angeli opinionem esse longè receptiorem ac rationabiliorem arbitratus sum (quem & ego sequor)eleganter,nedum argutè sub-
32 tiliterque dicentis † decretum sub conditione interponi non posse,sicut nec sententiam,vt in l.cum sententiam.C. de sentē. & interloc.omnium iud.& in l.j.§.biduum.ff.quando appel.sit. Huius meminit idem Ange.in l. item eorum. §. si decuriones. ff.quod cuiusq; vniuersi.nomi. Rationes sunt in promptu. Primò, Quia † actus legitimi conditionem regulariter non recipiunt,iuxta Papinianum I.C. in l. actus legitimi. ff. de regu.iur. Item secundò, Quia decretum hoc modo interpositum videretur derisorium, ex quo Iudex nequaquàm videtur contractum approbare, nec causæ cognitionem, prout requiritur &
34 desideratur in eius interpositione habuisse. Causæ † enim singulatim exprimi debent,vt in l.magis puto.§. non passim.ff.de reb.eo.qui sub tut. vel cura sunt: necnon in l.j. coniuncta glos. & ibi optime declarat Bartol.C.de præd. decur.libr. 10. Negoci
35 jque,† qualitas iudici apertè ac enucleatè declarari debet, vt plenè & ad amussim,quid agatur,intelligat, ad finem effectūq; quòd decretum valeat, secundum quod eleganter voluit Baldus.C.qui admit.super rubr.allegans.l.finalem. C. de edic.Diui Adria.tol. alias cum præsentia, vel auctoritate factum non videtur.Idem placuit Baldo in l.j.in penultima quæstione. C.qui admit.Item tertiò, quia hoc decretum videtur perfunctorium ac delusorium,quod non valet, quandoquidem nil decernat.l. meminerit. C. vnde vi. l. iustè possisi.det. cum ibi notatis. ff. de
36 acquir.poss.& † decretum sine causæ cognitione, aut saltem lui interpositum non valet,roboreque caret, iuxta Baldi traditionem in capit.j. in §. Similiter. de controuer.inuest. Item 4.
37 quia † Iudicis decretum non debet esse alternatiuum, Vlpia.I. C.in l.si pupillo.§.si prætor.ff.de reb.eor.qui sub tutel. vel cura sunt:quod comprobatur per id quod habetur in l.In causæ. prima,in §.causa autem cognita.ff. de minor.25. annis.ī l. nec q̄quam.in §.ubi decretum.ff.de offi. procōs. & in l.cum hi.§. vult
38 igitur. ff. de transact. Item quintò, quia † decretum debet esse certum,sicuti sententia. §. cura re. institu. de actio. & textus & glossa in præcitata l.Item eorum.§.si ita.ff. quod cuiusque vniuersi.nomi.nemo tamen est qui nesciat,de consuetudine generali seu stylo hodie vbique seruari,in iudiciis multa fieri aut recipi vel propter assessorum, seu consiliariorum imperitiam, vel quia locus, & tempus non patiuntur plenius deliberandi consilium,vt inquit Vlpianus in l.j.in prin.ff.de exercito.actio. finaliter missam hanc facio quæstionem. Interim tamen eius materiam ad satietatem examinare ac discutere desiderantem ad apostillas seu additiones Bartoli in dicta l. & si conditionalis,ac Baldi in l.j.C.qui admitt.ad bo.posses.possunt, necnon ad D.Fabianum de Monte in suo Contractuum tractatu ibidem copiosius explicantem,prolixitatis euitandæ causa remitto.

SVMMARIVM.

1 *Subhastationis solennitas in sententiæ executione desideratur.*
2 *Executori licitum est sono tubæ aut voce sua horrida,vel aliàs pro loci consuetudine rem esse venalem proclamare,& subhastare.*
3 *Fraus,& dolus in subhastatione ab executore committi non debent.*
4 *Executor in subhastatione multa singulatim narrare obligatur.*
5 *Limitatio ad illud,quod plus offerenti dabitur.*
6 *Præconis horrida vxor in solenni festo sileſcat.*
7 *Necessariorum omissio omnem dispositionem vitiat.*
8 *Subhastationes debent fieri per plures & plures dies,nè fiat fraus.*
9 *Res quæ capiuntur pro subhastatione, non debent statim adiudicari parti, sed debent priùs poni ad incantum ac iusto pretio vendi.*
10 *Publicus exactor debet iusto pretio vendere res subditorum, nec debet pati vllam in subhastatione fraudem.*
11 *In subhastatione practica Pauli haud aspernanda.*
12 *Res etsi fuerit vendita ad incantum,nihilominus potest venditor, aut is cuius erat res,conqueri de vltra dimidium iusti pretij defraudatione.*
13 *In re subhastata ius prætendentes debent vocari ad ius ante decreti adiudicationem.*
14 *Subhastationum edictum proclamatorium est necessarium.*
15 *Subhastatio est solennitas, cuius defectus, quicquid actum fuerit, reuocat.*
16 *Subhastationis solennitas in cuius fauorem introducta.*
17 *In venditione, cuius hic fit mentio, nonnulla desiderantur.*
18 *Iudicis decretum efficit,nè quis de dolo aut metu conqueri possit.*
19 *In iudicis præsentia acta,iustè legitimeq; facta præsumuntur.*
20 *In venditione per subhastationem celebraca debitor verè,vel interpretatiuè necessariò præsens desideratur.*
21 *In iudicio agitato inter aliquos,tertius de cuius præiudicio agitur,semper citari debet.*
22 *Si pars,de cuius præiudicio agitur,& cuius res subhastatur, appellet,pendē te appellatione,an satelles aut apparitor supersedere obligetur?*
23 *Appellatione indecisa pendente,iudici legitimè insinuata, ante discussionem bene ne an malè fuerit appellatum, non procedetur per iudicem ad decretum.*
24 *Appellatione pendente nil nouari oportere.*
25 *Solennitates non dicuntur iudicium,sed præparatorium ad iudicium arripiē dum coram iudice.*
26 *In subhastatione an liberetur qui minùs obtulit per plus offerentem.*
27 *Quando res subhastandæ sunt,non est subitò ad venditionem procedendum, sed sæpiùs diutiusq; sunt subhastandæ,quo plus offerenti addicantur.*
28 *Subhastatio in venditione, quæ pro vltimæ voluntatis executione fit, requiritur.*
29 *Pauperum, minorum, & Ecclesiæ bona æquiparantur quò ad subhastationis requisitionem.*
30 *Subhastationis solennitas an uideatur sublata ex auctoritate testatoris de vendendo.*
31 *Subhastatio semper requiritur,quando uenumdatur res absentis.*
32 *Subhastatio an in locandis, sicut vendendis rebus fisci perpetuò desideratur.*
33 *Subhastatio in pignoris venditione an requiratur.*
34 *Consuetudinis his in partibus maxima auctoritas.*
35 *Pactum inter creditorem & debitorem,quo res pignorata creditoris efficiatur,si debitor intra statutum tempus non luat inualidum est, nisi addatur,quòd empta sit pro quanto iustè æstimabitur.*
36 *Fœneratorum praxis circa pignora.*
37 *Subhastatio pignoris debitoris citationem semper affectat.*
38 *Exclamatio inuectiua Auctoris in nostræ ætatis fœneratores pestilentissimos.*
39 *Pignus nequaquam distrahitur, nisi debitoris ter fuerit denunciatum, ut soluat,& cessauerit.*
40 *Fœneratores,furibus ac prædonibus impudentissimis comparantur.*
41 *Casus apprimè signandus pro egentibus fœneratorum opera, contra eosdē tamen fœneratores.*
42 *Annus fœneratoribus ex consuetudine permissus,nō conceditur,ut eo lapso pignora omnino,& simpliciter ipsorum efficiantur, sed duntaxat vt ex illorum venditione sortem cum vsuris recuperare possint, & residuū debitori restituant.*
43 *Fœneratoribus sufficere debent sors & permissæ vsuræ.*
45 *Fœneratorum inerme argumentum.*
45 *Fœneratorum consuetudo inuiolabiliter obseruata.*
46 *Vsuræ præsentes ab antiquis mirum in modum discrepant.*
47 *Subhastatio an & quando requiratur, priusquàm ad secundum decretum perueniatur.*

Caput I I I.

1 MAteriam præsentem vt continuemus,nulli non cōpertissimum est, † subhastationis solennitatem in sententiæ executione, hoc est, in bonorum venditione,quæ pro sententiæ executione fit,indubitato desiderari & requiri,Impp.Seue.& Ant.in l.ord.C.de execu.rei iudic.necnō Imp.Gor.in l.duplex,& Imp.Aug.in l. si quis pscri
2 bente.de fid.instr.& iure hast.fisc.li.x.C. Executori † enim licitū est,rem proclamare sono tubæ,si tuba sit,aut voce sua horrida, aut alias pro loci consuetudine (quæ optima legum interpres est, id adstipulantibus Innocentio III. in cap. cum dilectus.extra, de consuet. atque Paulo I. C. in l. si de interpretatione, qui textus ad hoc quotidiè citantur. ff. de legi.) remque vænalem, & exponere, & subhastare pro primo termino octo dierum, aut pauciorum,aut plurium, secundum locorum consuetudinem,usum,vel stylum, in quibus fiunt, virtute literarum obligatoriarum, condemnatoriarum, ac similium executorialiū, quod intellige in loco publico & solito, necnō in die fori territorij, in quo res sita fuerit: & ad quam maxima fieri poterit

populi

Source : BIU Cujas

Iodoci Brugenſis. De ſubhaſtationib.

populi affluẽtia, nè fraus ac dolus in huiuſcemodi ſubhaſtatione præſumantur, † quæ ab executore committi minimè debẽt, textus eſt Valent. Theod. & Archad. celebris in l. ſi quos. C. de reſcind. vẽdit. potiſſimum ibid. Nè ſub nomine ſubhaſtationis publicè locus fraudibus relinquatur, vt poſſeſſionibus viliore pretio diſtractis, plus exactor ex gratia, quàm debitor ex pretio conſequatur, & ibidem ad finem. Etenim periniquum eſt, vt alienis bonis ſub gratioſa auctione diſtractis, parum accedat publico nomini, cum totum pereat debitori, & ibi per ſcribentes, & per Paulum Caſtrenſem, in dicta l. ordo. C. de execu. rei iudica. Et † debet executor ſingulatim narrare cauſæ ſaiſinæ, nomen creditoris, debiti quantitatem, propter quod res eſt ſaiſinata & ſubhaſtata. Atque poſt octo dies primæ proclamationis & ſubhaſtationis completos, aut aliud tempus iuxta locorum conſuetudinem, vſum ac ſtylum, ita quòd nec ſufficit tẽpus ab vno die Martis, vſque ad alium diem Martis proximũ. Poſt completum octo dierum ſpatium executori nec illicitũ eſt, publicè (ſicut dictum eſt) ſono tubæ, aut uoce iterum pro ſecundo edicto proclamare, ac ibidem manifeſtare, ut ſciant omnes & intelligant, quòd talem rem emere volentes veniãt in ſecundum edictum octo aut quindecim dierum (ſecundũ quòd conſuetudo, vſus, aut ſtylus habeat & dictet) coram talibus in tali loco, ad uerum rei ualorem licitãdum, & quòd plus offerenti dabitur. Adſtipulatur Iuſtinian. Imperator in vulgata authenr. Hoc ius porrectum. C. de ſacroſan. eccleſ. necnon Imperat. Aug. in l. prima, de fid. inſtru. & iur. haſt. fiſca. libr. x. Limita, quòd † plus offerenti dabitur, niſi quando eſſet adiudicatio facta iuſtè. Et ſic tranſactis, & elapſis præfatis octo aut quindecim diebus pro tertio edicto, quadraginta dierum, aut aliud tẽpus, iuxta conſuetudinem proclamari, & ſubhaſtari debet, ꝙ omnes ſciant, vt dictum eſt &cæt. Et intellige, quòd a diſtantia ſecundi edicti ſubhaſtationum, quod eſt quindecim dierum, vſque ad tertium edictum, quod dicitur quadragenaria, debeãt eſſe tres hebdomadæ: aliàs quindecim dies non complerentur: & totũ tempus illud debet eſſe completum, adeo quòd ſi vna dies ſupereſſet, nihil eſſet. Et ſi aliquod ſolenne feſtum interueniat in illis edictis, quo † uox preconis ſileſcere debet, ut volunt Impp. Leo & Ant. in l. dies vox. C. de ferijs, tempus fori ſequentis, quod erit octo dierum, expectandum erit executori, quia huiuſcemodi die feriato fieri nequeunt: cum tuba & uoce preconis opus ſit, quæ his diebus ſilere neceſſe eſt. d. l. dies feſtos, & illius fidem faciat per eius relationem, illud quippe obſeruatum fuiſſe. Si autem bis ſit forum una in hebdomada, & illud feſtum interueniat in vna die edictorum, debet expectari dies ſequentis hebdomadę, in qua habuerunt ortum ſubhaſtationes, & non alia dies fori: & hoc modo nonnulli practicarũt. Hæc autem omnia in decreti literis inſerta ſint, ut videatur, an interruptio temporis facta fuerit. Si enim unius diei intermiſſio defectusve ſolẽnitatis illius interceſſerit † quicquid antè actum eſt, reuocari debet nec præſumuntur ſeruata ſolennia, & ſic neceſſariorum omiſſio omnem diſpoſitionem uitiat, textus eſt ſolennis Imperatorum Archad. & Honor. in tritiſſima l. teſtamentum. Codic. de teſtamen. & ibi Alexander. Ex quibus nota poſt Paulum, in dicta l. ordo. C. de execution. rei iudica. Subhaſtationes † debere fieri per plures, & plures dies, ne fiat fraus, quodque res † quæ capiuntur pro ſubhaſtatione, non debent ſtatim adiudicari parti: ſed debent prius poni ad incantũ, ac iuſto pretio uendi. per textum & ſcribentes in dicta l. ſi quos Codic. de reſcinden. uendit. ubi † publicus exactor debet uendere res ſubditorum iuſto pretio, nec debet pati ullam in ſubhaſtatione fraudem, & ibi Paulus ponit hanc practicã. † Antequã ponat in ſubhaſtatione, faciat rem æſtimari per habẽtem illius rei notitiam, & tum demum ponat in ſubhaſtatione pro pretio declarato per æſtimatores. Deinde detur plus offerenti. per dictam l. creditor. 2. ſi enim non præmiſſa tali æſtimatione poneret in ſubhaſtationem, magna fraus committi poſſet, cum graui damno, & debitoris, & creditoris: addiceretur enim res fortaſſis pro viliori pretio gratiosè per publicum exactorem alicui fortè amico ſuo, & ita plus lucraretur exactor ex gratia, quàm creditor ex debito. Et idem Paulus notat ĩ dicta l. ſi quos. Quòd † licet res fuerit uendita ad incantum, nihilominus poteſt uenditor, uel ille cuius erat res, conqueri de ultra dimidiũ iuſti pretij deceptione, quia nequaquàm ſequitur: Non fuit repertus qui plus offerret ad incantum, ergo non pluris ualebat, textus eſt in d. l. ſi quos, & ſic non perdit beneficium. l. 2. C. de reſcinden. uendit. Animaduertite (quandoquidem è memoria excidere nefas eſſet) quòd † prætendentes cauſam & ius quoddam in re ſubhaſtata debent uocari ad ius ante adiudicationẽ decreti, ut ibi iura & rationes ſuas ſeriatim adducant, ut per eaſdem cognoſcatur, uter prior & uter poſterior, per Ioan. Fab. in l. properandum. C. de iudi. Innoc. in cap. cum uenerabilis, de religio. domib. & debeat cenſeri ſecundum naturam ſuarum hypothecarum cum cauſæ cognitione, & hoc cum intimatione fiet, quòd aliàs procederetur ſuper his, prout erit rationis. Dein de ſigna, quòd † eſt admodum conueniens & neceſſarium edictum proclamatorium ſubhaſtationum, pro foribus tribunalis territorij, cui ſubeſt prædium ſubhaſtatum, affigere, † & eſt profectò vna de ſolennitatibus, cuius defectus, vel alterius ſi interceſſerit, quicquid actum fuerit, reuocabitur: quia nõ præſumerentur ſeruata ſolẽnia, vt hinc debeat res reſtitui cum ſuis fructibus, teſte Imper. Aug. in l. j. de fide inſtru. & iur. haſt. fiſc. lib. x. C. nec mirum ſi hoc ſit neceſſarium, quia ſubhaſtatio (quę auctio dici poteſt, ab augendo, per argumentationem preti) eſt venditio facta in publico, vt declarat Bartol. in l. licitatio. ff. de pub. & vecti. & in d. l. j. de fid. inſtru. & iu. haſt. fiſ. libr. x. C. ne videatur fraus ſecretò & clandeſtinè committi: fores enim tribunalis dicuntur locus publicus, in quo talia debent exerceri, ne fraus interueniſſe præſumatur, quæ in talibus abeſſe debet, per d. l. ſi quos, & per d. l. j. per Paul. in d. l. ordo, & in d. l. ſi quos. Hæc † autem ſolennitas eſt inducta in fauorem debitoris, cuius bona alienantur, ne ſua bona magni valoris vili pretio vendantur. Nam ſæpenumero videmus rem oblatam uenditioni in neceſſitate viliſſimo pretio venundari. Sed huic iniquitati procul dubio iura ſubueniunt. Nam † vt valida ſit talis, & quæuis alia uenditio, nonnulla profecto deſiderantur, ſuntque neceſſaria: Primum quòd debitor ſit in mora ſoluendi. Secundũ, quòd talis venditio fiat cum auctoritate præſidis ſeu iudicis. Tertium, quòd fiat bona ſynceraq; fide, & ſine fraude, per ſcribentes in d. l. ſi quos. Quartum, quòd iuſto pretio fiat. Quintũ, quòd fiat ſolenniter, & cum ſubhaſtatione. Nam ſi aliquod illorum deficiat, & maximè ſi non interueniat præſidis, iudicis, ſeu magiſtratus auctoritas, venditio retractari poteſt. Hinc † certum eſt, iudicis decretum operari, ne quiſquam de dolo aut metu conqueri queat. Præſumptio † enim eſt de his, quæ fiunt in præſentia iudicis, quod iuſtè legitimeq; ſint facta, † Iacobo Rebuffi ſentiente in l. j. de loca. præd. ciuil. lib. xj. C. In qua quidem venditione neceſſario deſideratur præſens debitor, de cuius præiudicio agitur, quod intellige verè vel interpretatiuè. Nempe quòd fuerit citatus cum intimatione ad perſonam, vel domicilium: aliàs ſibi nequaquàm fieret præiudicium: & ad hoc allegatur, † quòd in iudicio agitato inter aliquos debet ſemper citari tertius, de cuius præiudicio agitur, ſecundùm Iacobum Rebuffi in l. prohibitum, ſuper gloſſa, quorum ĩtereſt, de iure fiſc. lib. x. C. alias poſito, quòd valeat iudicium inter prę ſentes, minimè faceret prę iudicium abſenti nõ citato. Cui ſeruit, quod notatur in l. in cauſæ. j. §. interdum. ff. de minoribus 25. annis. l. cum miles. ad finem. ff. ex quibus cauſis maior. per D. Cyn. in l. j. ante finem. C. de aduoca. diuerſo. iudi. & gloſſam in d. l. j. de fid. inſtrumen. & iur. haſt. fiſc. libr. x. C. Nec peregrina, & extranea erit ſequens quæſtio, ſi & huic loco ac materiæ inferatur. Quid † ſi pars, de cuius præiudicio agitur, & cuius res ſubhaſtatur per preconem (IVXTA ILLVD Ciceronianum, Bis iam vidimus haſtam in foro poni, & bona ciuiũ ſubiacere voci preconis) appellet, pendente ſubhaſtatione, an ſatelles vel appariror debeat ceſſare virtute appellationis, aut ſuas ſubhaſtationes iuxta formam, conſuetudinem, vſum ac ſtylũ loci, in quo fiant, proſequi. Cui faciunt ſatis docti ac præcipui noſtræ memoriæ practici, intrepidè ſuſtinentes, apparitori eo caſu minimè ceſſandum ac ſuperſedendum, quum is cognitione cauſæ ac iuriſdictione careat, immò debet & obligatur procedere uſque ad ſolennitatum completionem, quæ ſuum concernunt officium. Etiam quia caſus appellationis reparari poteſt in diffinitiua, ubi ſubhaſtationes proſequens, ſuam (vt uocant) requeſtam ſuſtinere nequaquàm valeret. Attamen † non procedetur per iudicem ad decretum, appellatione indeciſa pendente, iudici debitè ac legitimè inſinuata, quæ debet prius ante omnia diſcuti, an bene uel male fuerit appellatum. Nec pugnat illud tritum iuris inuolucrum, contrariarum opinionũ rationibus inuolutum ſeu brocardicum. Nil nouari † oportere appellatione pendente: quandoquidem id intelligi debeat, verum eſſe inter eaſdem perſonas, & iudicio pendente, ſcu vi illius ſententiæ a qua eſt appellatum: hic uerò inter diuerſas, quia plures ſunt opponentes, per Cy. in l. appellatione, C. de appellat. & iudicio non pendente, † quia ſolennitates non dicuntur iudicium, ſed præparatorium ad iudicium arripiendum coram iudice, ut ſignat Pyrrhus Anglebermæi in ſæpiuſculè alle. l. j. in glo. magna, de fid. inſtr. & iur. haſt. fiſ. li. x. C. Iudicare enim, iudicis officium duntaxat reſpicit, Cyn. teſte, in l. ſancimus. C. de iud. Deinde hic velut ob oculos inſignem quandam ſeu ſingularem in hac materia ſubhaſtationum obſeruationem adijcere cupio. Videmus † enim bona hypothecata pro quodam debito ſub authentico ſigillo ſubhaſtatione, iudicisque decreto venundari vltimo appreciatori, ac plus offerenti tradi. Largiamur & fingamus tres fuiſſe appreciatores: Vnum ad decem, alium ad viginti, & tertium ad triginta: demusque ultimũ ſeu tertium mortuum eſſe, aut alias dicta bona nequaquàm concupiſcere: immò expreſsè eis renũciaſſe ac renuiſſe, aut adeo egenum ac inopem, ut non ſit ſoluendo, aut alias nequiret haberi ad & contra eum recurſus, vel hoſpite inſalutato receſſerit: quæſtio uertitur, an moleſtari, & cogi is poſſit, qui uiginti obtulerat,

Source : BIU Cujas

lerat,vt pro illo oblato pretio capiat? Bar.in l.licitatio.ff.de public. & vectigali. ait, oblatione facta a secundo primum minimè liberari: ideoque indubiè talis cogi potest, ut rem tali pro pretio capiat, cui Vlpianus l.C.subscribit in l. Sabinus. ff. de in diem adiecti.Bald.verò contrarium adstruit,& primum licitatorem liberatum esse,sustinet,allegans.l. cum plures. §. lege.ff. loca.Vbi per secundum actum ante rem perfectam videtur recedi a primo actu, & respondet ad dictam l. Sabinus, quòd loquitur in actu perfecto & iam consummato, puta in uenditione facta cũ pacto adiectionis in diem: tunc enim creditore inuito per oblationem factam a secundo,non rescinditur prima actus venditionis perfectæ.Secus in casu præsenti, vbi uenditio non erat perfecta, sed erat in suspenso, donec plus oblatũ esset ab alio: & hac opinione dicit Bal. se cẽtũ aureos fuisse lucratũ. Qđ tñ, Paulo Castrensi teste in d.l.Licitatio,limitationẽ assiciscit,quando adhuc non fuerat adiudicata secundo, vbi esset uẽditio perfecta.Atque hæc Baldi opinio cum consuetudinibus, iuribusve municipalibus Flandrensium, potissimum autẽ Brugensium consentit.Aduerte tamen hoc unum,cuius meminit Baldus & eius sequaces in frequenter allegata.l.ordo.C. de exe cut. rei iudic. ponderando ac excutiendo textum in verb. diu
27 subhastatas,† minimè repentè ac subito ad uenditionem pro- 36
cedendum esse, quoties res subhastandæ sunt, sed sæpius ac diu subhastandæ, id est, preconizandæ, quo plus offerenti dentur.
28 Dein † subhastationem in venditione,quæ pro vltimæ voluntatis executione fit,vtpotè per executores testamentarios,desiderari ac requiri,explorati iuris indubiè est, vt signanter ponit Bartolus in l.Alio.ff de alim. & cibar. legat. Sed Baldus in hoc contrarię opinioni subscribere nequaquam erubuit in suo vulgato consilio, incipiẽte, Carnouale Turcarini de Spello suam condidit vltimam uoluntatem,inquiens fidem a testatore electam in bonis distribuendis inter pauperes Christi, sufficere atque a defuncto fuisse ex dicta causa iurisdictionem & vendendi potestatem commissam,l.2. C.quando decre. opus non est.l.si quis ad declinandam. C.de episco. & cleric.& in l. vltima.ff.de
29 reb.eor.qui sub tutel.vel cura sunt.Nec oppugnat,†pauperum bona minorum ac Ecclesiæ bonis æquiparari, in quibus subhastatio necessaria est,ut l.final,& authentic.hoc ius porrectum. C.de sacrosanct.eccles.& l.orphanotrophos.C.de episc. & cle. & crebro citata l.& si fine.ff.de mino.25. annis.& hoc nisi consuetudo,ius municipale,seu statutum vrgeret contrarium: sed 37
bene (inquit) bonam synceramque fidem desiderari ac requiri,per l.creditor.§.Lucius,ad finem.ff.mandat. quæ profectò pẽsumitur,vt in l.penultima.C.de præscrip.long.tempo. & §.aliç. institut. de actionibus. ita notabiliter sensit Baldus in præfato suo consilio.Sed nec obscuram fuerit dicere, pro Bartoli opi-
30 nione tuenda ac defendenda,quòd † ex authoritate vænundã 38
di seu vendendi data per testatorem nequaquàm censeatur subhastationis solennitas sublata, argumento exordij l.si quãdo.C.de inoffi.testa.nec ea ratione apparet electa via, quòd vẽditio non ritè fieret seu celebraretur,argum. l. si miles, qui destinauerat.ff.de milit.test.coniunctis his quæ habentur in l. ne-
31 mo potest.ff.de leg.j.Item† in omnibus ac singulis venditionibus bonorum absentium absque dubio subhastationis solennitatem interuenire,operæpretium necessariumque est,ut in l. fundus qui.& ibi Alexan. ff. de rescind. uendit. & in non semel citata l. Licitatio. ff.de publica. & vectigal. per eundem dominum Alexandrum in l.ordo.C.de execu.rei iudic. In rebus verò præsentium subhastatione minime opus est, nisi fuerint minorum,Ecclesiæ,decurionum,aut fisci,quorum bona, ratione vtilitatis publicæ,venundari sunt prohibita,vt in l.j.de prẽd.decurio.lib.x.d.authen.hoc ius porrectum.necnon in l.j.ff.de minorib.25 annis.Hoc pacto apprimè solenniter declarat Bal.in 39
32 sępissimè allegata l.ordo.C.de execu.rei iud.Subhastatio† quoque in uendendis rebus fisci desideratur & requiritur, vti Imperat.Diocletianus & Maximianus atteștãtur in l. edicto. C si aduers.fisc.restit.postule.hoc est,in omni uenditione, quæ fit a fisco de bonis suis vel alterius propter debitum soluendũ, subhastatio necessitatur.Nec a proposito alienum erit,hoc loco alterius quæstionis recordari. Nempe subhastatio an requiratur in locatione rei fiscalis,sicut & in uenditione. Hæc quæstiuncula negatiuam, desiderat partem, iuxta glossam in uerb. Publici prædij,in vulgata ac notabili.l.quamuis.C.de uend.reb. ciuitat.lib.xj.& ibi Bart.necnon glossa in uerb. licitatio. in l.3. C.de fund.patrimo.libr.etiam ij. quæ glossa distinguit inter locationem perpetuam, & temporalem,quam videre poteritis.Superioribus adnectere minimè absurdum fuerit, subhastatio † in
33 venditione pignoris seu distractione an requiratur? Cui interrogationi affirmatiuè satis fieri haud dubium est, per Iustinianum Imperato. in l.fi. C.de iure domi. impetrãd. quod uerum adstruit Bal.ibidem in j.col.in uersi. nota diuersitatem istorum &c.etiã si pactum fiat, sine subhastatione ac debitoris citatione fieri posse,& ait inualidam censendam esse cõuentionem, vt sine vlla subhastatione distrahi possit,etiam debitore certificato ac certiorato post biennium. Hinc Bal. ibidem ait apprimè notandum ꝯ & aduersum fœneratores, qui elapso biẽnio a die pignoris vendunt: quod de iure nequeunt, immò vetitũ legitur,quia illud biennium incipit a die nunciationis,non pignoris,uti placuit glossæ in uerb. nisi ei, in l.si conuenerit. ff.de
34 pigno.actio. Nisi † id consuetudo (cuius his in partibus maxima pro culdubio est authoritas, ac cui obtemperandum est)admittere,sicuti placuit glossæ in prędalleg.l.fi.Sin aũt est creditor gratiosus,tum profecto obseruandum,quod notatur in tritissima.l.si conuenerit,iamiam prænarrat :cuius recitationẽ prolixitatis euitandæ causa, posthabere constituit. Ex quib. indubiè
35 sustineri minimè extraneum fuerit.†Pactum inter creditorem & debitorem,ꝙ res pignorata efficiatur creditoris, si debitor ĩtra certum tps non luat,inualidum esse, roboreque carere, nisi addatur,ꝙ sit empta summo iustæ ęstimationis pretio. Alexandro in l.j.necnõ Dioclet.ac Maximi.in l. 2.Imperatorib. testib. C.de pact.pigno.atq; Martiano I.C.in l.si fundus.§.fi. & ibi doctores Bar.& Ang.ff.de pigno. Verba textus: POTEST ita fieri pignoris datio,hypothecæve,si intra certum tps non sit soluta pecunia, iure emptionis possideat rem iusto pretio tunc æstimandam: hoc enim casu vĩ quodammodo conditionalis esse venditio:& ita Diuus Seuerus & Anto. rescripserunt, vbi inqt
† esse fraudulentorum usurariorum seu fœneratorum astutias ac praxim huiusmodi ꝯctus celebrare,quibꝰ addũt, ꝙ nisi luat, resoluatur ac redimatur intra tps, omne pignus detur ipsis integrum, insolidum pro pretio æstimando Titij ac Scij arbitrio, quos ex nunc in arbitratores & bonos uiros eligimus, qđ memoriæ commendandum asserit,sed subdit Ang vsurariũ seu fęneratorem,callidum, vafrum ac astutum esse debere, ꝙ eligat amicos,qui pignus æstiment ad ipsius animi sententiam,quod postremum Ang.additamentum mihi (salua interim pace tanti uiri) admodum displicet, ut quod apertè erroris vitium præ se ferat.sicuti omnib.rectè syncereque sentientibus perspicuũ est,de quo uidere nemo grauabitur Bar.in l.fi.C. de pac.pigno. dicentem,subdolos fęneratores Bononienses ex consilio suorum antiquorum doctorum & aduocatorum facere fieri instrumenta,hoc modo. Si pecuniam ad tempus non resolueris sit fundus mihi emptus iusto pretio, arbitrio huius & illius declarando, quos ex nunc in arbitratores bonosque viros eligimus,quod consilium ait signandum Barto.in l.3. in vlt.q. C.de pigno.& in d.l.si fundus.& Bal.in c.j. 2. col.de feud. dat. in uicẽ leg.commisso. in vsibus feud. Nec † obliuiscendum censui,pignoris subhastationem debitoris citationem desiderare, & requirere,glossa & doctores in allegata.l.fi.in j.col. C.de iure domi.impet.ac in l.4.C.de distract.pigno.& in vulgata.l. si conuenerit.ff.de pign.actio.doctores in l. ordo. C.de execut. rei iudic. quibus quidem passibus clarè & expressè huius fit mẽtio, quos intueri licebit. Sed † quid hic de nostrę ętatis pestilentissimis, numero (proh dolor) infinitis fœneratoribus mihi dicendũ? qui pignora à debitoribus recepta post finem anni, uti propria sępe clam & secreto,rarius autem palam aut publicè ex suo arbitrio,parteque minime uocata uendunt atque distrahunt:vnde non contenti sua sorte & usura recepta,vniuersam etiam pecuniæ summam excrescentem sibi impudenter vendicant,in animarum suarum,nisi tempestiua sequatur restõ, perpetuum & ineuirabile exitium,qui iuxta utriusque legis humanę & diuinę ueritatem, nullo penitus in republica honore digni sint, sed eꝯ tam haberi quàm uocari debent voraces ut lupi, execrabiles & detestabiles ac infames ut prędones, tametsi hoc sęculo uerè infelici,ꝙdõnis multò melioris appareant quibusdam alijs inculpatę vitę hominib.qui egenis depositò pignore,mutuum dant,nil inde sperantes (quos doctores sępenumero creditores gratiosos appellare consueuerunt) l. si conuenerit.ff.đ
pignor. actio. vetitum † legimus pignus distrahi, nisi debitori
ter fuerit denunciatum, ut soluat, & cessauerit: solutione autẽ
cessante,distractio publica permittitur eatenus, ut quod,acceptа sorte,supersit,debitori restituant.Secus illi: nam ut dictum
est, non contenti sorte & usura, residuum (ẽt inuitis dominis)
post anni terminum pertinaciter retinent,& quod deterius est
debitoribus idipsum,iustè repetentib. minaciter & odiosè recu
40 sant,ueluti fures,latrones,& prędones impudentissimi†quibus meritò ueniunt comparandi, quanquàm suam rapinam conẽtur in humeros principum nonnunquam reijcere, prętextu quarundam literarum sibi ad vsuras exercendas ab ijsdem principibus, alias importunis & improbis precibus, aliàs ingentib. munerib. (restitutioni tamen indubiè obnoxiis) concessarum & permissarum,quum tamen huiusmodi literę, si penitius introspiciantur,nihil supra usuras fieri posse conniuent. Quamobrem usuris huiusmodi, utut permissę sunt, receptis, reliquũ vt debitori, etiam anno elapso, restituant, necessum est,atque
41 ad hoc iudicialiter sine dubio compelli possunt.Quod† testari possum. Dum enim Louanij operam iuri nauarem,ac eximio D.doctori Nicolao Heems a Bruxella tunc in humanis agenti cohabitarem, contigit quendam clericum sex argenteos scyphos deauratos,quos necessitate constrictus fęneratori Louaniẽsi pignori dederat, anno decurso, sorte & usura realiter oblatis,

Iodoci Brugenſis. De ſubhaſtationib.

latis,repetere:fœnerator negauit ſe debere huiuſmodi realem oblationem accipere,& ſcyphos velle reſtituere, quandoquidem ſui (vt aiebat) facti eſſent,per annuam poſſeſſionem, quo non luiſſet pignus. Tandem re in controuerſiam iuridicam deducta,cõſilio eiuſdem D. doctoris Nicolai Heems à Bruxella ſuccubuit fœnerator, vtiq; condemnatus, & dictorum ſcyphorũ reſtõnis,& expenſarum, citra vllam ēt tpis illius vel anni lapſi conſiderationem. Quamobrem ſimili caſu occurrente ſic iudi
42 candum erit. Nam † annus ex conſuetudine fęneratoribus admiſſus,non conceditur,vt eo lapſo pignora prorſus & ſimpliciter illis fiant propria:ſed ita demum, vt ex illorum venditione ſortem cum vſuris ſibi recuperare poſſint: quibus receptis, iuris,rationis,& ſummæ æquitatis eſt,vt reliquum debitori reſti-
43 tuant † ſufficere enim illis debent ſors & vſura permiſſa. Ne-
44 que † ipſis ſuffragari poteſt inerme argumentum,quo ſuam iniuſtitiam tutari volentes, dicunt pignora nonnunquam anno lapſo ſortem & decurſas vſuras præſtare non poſſe,& ſic ſuis pmiſſis fraudari vſuris:huius nanque periculi caſum facilè pro-
45 uidentia fœneratoria vitare ſatagunt, qñ † duntaxat habitæ ratione dimidij valoris oblati pignoris,ſua mutua vſuraria ex cõſuetudine per eos ēt inuiolabiliter antiquitus obſeruata exercent, adeò vt nihil illis periculi ſuperuenire poſſit per anni huiuſmodi decurſum. Et haud dubium etiam eſt, pignus ſemper pluris ęſtimari quàm debitum. Vnde dicitur, ꝙ reſiduum debet reddere creditor debitori, qñ pluris debito pignora vendit,l.fi. §.ſin autem minus.C.de iure domi.impetran.l.ſi inter colon.in fine,ff.de pignor. Vlpianus:Quia quod amplius debito cõſequutus creditor fuerit, debitori reſtituere debet pignor. actio. Sed
46 dolendum † ꝙ ab antiquis adeò diſcrepent præſentes uſuræ,vt optimè (quid dico, norunt) ſentiunt, quicunque neceſſitate adacti, modernorum fœneratorum operam, ſeu verius immitẽ immiſericordiam implorare coguntur,a quibus velut ab hirudinibus exuguntur: neque etiam minus deplorandum uideo, tam abiectos olim & infames homunciones, ad primos nunc honores vbique forè locorum,atque adeo in ipſas aulas principum vſque prorupiſſe, vt ipſos quibuſlibet viris, extra oẽm controuerſiam ēt authoritate longè maioribus, ac dignitate, prudentia, conſiliove magis conſpicuis, ſolo mammonæ iniquitatis reſpectu,paſſim in matrimonijs ꝯtrahendis,in priuatis,& publicis conuentib.prandijs & cœnis, denique in acceſſibus ad principes,ad conſilia cum optatiſma audientia præferri uideamus:ſubticendum interim,quia ea eſt materia,quam hic altius repetere non eſt conſilium, & de quibus amplius dicendũ eſſe non arbitror. reliqua enim communia ſunt, & ingenio & prudentia facilè in promptu erunt. Præterea qõ occurrit minimè
47 aſpernãda. Subhaſtatio † an & qñ requiratur, priuſquam ad ſm decretum perueniatur? Huic facit ſatis Bal. qui iuris nodos, & legum ænigmata vt plurimum ſoluit in l.ordo, in j.co.in verb, ſed tu vlterius nota. C. de exequu.rei iudic. ꝙ ad ſm decretum non peruenitur,niſi pendente ſubhaſtatione: hoc enim eſt neceſſe,vbicunque res abſentis vænundantur.l.ſi fundus, ff.de reſcind.uend.Bar.in l. acceptam. C. de vſur.ſecus ſi res præſentis: niſi ſit fiſcus,minor, Eccleſia,vel decurio cuius bona ſunt prohibita diſtrahi publicæ vtilitatis fauore, vt in auth. hoc ius porrectum.C.de ſacroſanct. eccleſ.necnon in l.j. de præd.decur.li. 10.C.l.ſed & ſine.ff.de minori.ꝛ 5.annis, dicitq; gloſſa,ꝙ vendere rem cum ſubhaſtatione,non eſt ſolennitas leuis, vt in auth. de fideiuſſ. poſt exordiũ. De hoc capite ſatis,ad alia veniamus.

SVMMARIVM.

1 *Bartolus ſecundum nonnullos* { *Iuris lucerna* / *Cæcorum dux* / *Veritas ſpeculum* / *Veritas pater* } *appellatur.*

2 *Baldus ſubtilis ac ingenioſus.*
3 *Speculator vetuſtioris ſeculi practicus inſignis.*
4 *Bartolum iuriſperiti pro numine colunt.*
5 *Subhaſtationis forma ſecundùm Bartolum.*
6 *Licitatio quando fit,uenditor emptori de meliori conditione per alium oblata notificare obligatur,quòd licitantem vel vincere vel ſuperare poſſit.*
7 *In ſubhaſtatione ac licitatione, qui ſemel minus obtulit, ſuperatus ab alio, iterùm poterit plus offerre,& admitti debet,quia venit vt alius.*
8 *In licitationibus,id eſt, oblationibus precij ad rem uænalem, pro illa comparanda, priorem licitatorem, per poſteriorem (qui ultra aliquid ad precium oblatum offert) liberari certum eſt,ſi ſoluendo ſit, & licitationi aptus ac idoneus,alias vero minimè.*
9 *Idoneus non dicitur,qui conueniri nequit.*
10 *Licitator vt admittatur,requiritur maior idoneitas & maior vtilitas.*
11 *Non habens vndè ſoluat,ſimilis eſt habenti exceptionem peremptoriam.*
12 *Verbà incanti cum effectu intelligenda.*
13 *Obtuliſſe nec videtur,qui minimè ſeruauit,quæ ſeruare debebat.*
14 *Venditori indubiè licitum eſt, pluribus ex licitatoribus maximè idoneum eligere.*
15 *Licitatio tum eſt admittenda, cùm licitator fideiuſſores idoneos dare paratus eſt.*
16 *Fiſcus non acceptat,niſi ſufficientes,& ſoluendo.*
17 *Subhaſtatoribus in mandatis non videtur dediſſe reſpublica, vt inidoneum licitatorem acceptent,& idoneum dimittant.*
18 *Licitator prior per poſteriorem inidoneum minimè liberatur, ſed vt ante obligatus remanet.*
19 *Per ſubhaſtationem aut alias res immobiles, tam vendendæ quàm uenditæ, ſpecificari ac terminari debent in inſtrumento,literis decurionalibus,aut ſimilibus,per earum quantitates,qualitates,loca,latera & fines.*
20 *Pretia ſeu æſtimationes rerum aliquot probantur modis.*
21 *Teſtis obligatur deponere per ſenſum corporeum actui congruentem.*
22 *Iudicare non ad teſtem,ſed iudicem ſpectat.*
23 *Probatio valoris rei in duobus priuilegiatur.*
24 *Probatio de credulitate admittitur in his,quæ non cadunt directò in ſenſum corporeum.*
25 *Res poſtquàm fuit ſubhaſtata, non eſt locus remedio.l.1 1. C.de reſcind. vendit.*
26 *Aduerte ad diſtinctionem.*
27 *Franci ſeu Galli ex more habẽt, ut impetrent literas regias pro contractus reſciſſione,quas literas regias reſciſſorias appellant.*
28 *In Gallia,elapſo decennio a tempore contractus, non habet amplius locum remedium l.2.C.de reſcind.uendit.*
29 *Literæ huiuſmodi reſciſſoriæ,elapſo decennio,in Gallia non dantur.*
30 *Memoria hominis eſt labilis.*

Caput IIII.

1 TRactaturus de ſubhaſtationis forma ac modo, ſequentes doctores legendos atque relegendos interim omnibus modis,nequaquàm diſſuadeo: vtpotè † Bartolũ (quem nonnulli iuris lucernam, & cæcorum ducem, alij verò ſpeculum atque veritatis patrem appellare ſolent) in l.licitatio.ff.de publica.& vectiga.necnon in l.j.C.de fid.inſtru.& iur.haſt.fiſca.lib.x.atque doctores in ſæpè dicta authen. Hoc
2 ius porrectum.C.de ſacroſan.eccleſ. Et † Baldum in l. ordo. C.
3 de execu.rei iudica. quàm ſæpiſſimè allegata. Et † Speculatorẽ in titulo de cita. §.ſequitur.verb.ſi uerò ſubhaſtatio. Vbi formæ ſubhaſtationis rei pupillaris notanter meminit, quorum opiniones,dogmata,& interpretamẽta hac in materia omnes paſſim ſequuntur,laudant & aſſerunt: nec eſt, meo iudicio,etſi tenui,vlla iuris ciuilis pars, in qua adeò Bar. Bal.& Speculatori aſſentiantur, & tribuant ſcriptores: ita recepta eſt in hoc ſcribendi genere eorum authoritas,vt pro lege (quamuis vtique nullis
4 corroboretur legibus) apud omnes habeatur. Bartol.† tamen (quem iuriſperiti pro numine colunt, & cuius ſcripta inter ſacrorum vatum oracula in lararijs habent) in allegata. l. licita-
5 tio.ait,ſubhaſtationis formam eſſe, † ꝙ edicto aut præconis voce notum manifeſtumque fiat, quicunque talem aut talem rẽ emere, comparare ac mercari deſiderat, coram talibus,uel talibus,infra tot dies ad promittendum compareat: & plus offerenti dabitur,vt in dicta authen.Hoc ius porrectum, & in alle-
6 gata.l.j.C.de fid.inſtru.& iur.haſt.fiſcal.lib.x.Et † qñ fit licitatio venditor emptori de meliori ꝓdõne per alium oblata,ac qualiter ab altero plus offertur,indicare tenetur, ꝙ licitantem,vel vincere vel ſuperare poſſit, ſm Bal. in l. licèt. & in l. neceſſe.ff. de in diem adiect. & eſt ſimile de licitatione in l. vlt. C. de iure emphy.in l.ſi tamen quibuſdam.& in l.cùm pater.§. rogo.ff.de
7 leg.2.Qui † enim ſemel minus obtulit ſuperatus ab alio,ſecundo poterit plus offerre,& admitti debet: quia uenit vt alius, & pro noua obligatione,vt inquit gloſſ. & Bart. in l. ſi tempora. C.de fid.inſtru.& iur.haſt.fiſc.lib. 10. & ſi unus emerit cũ hoc, ꝙ ſi melior ꝓdõ fuerit oblata,& ſecundo emerit pluris cum dicta conditione,ſtatim a prima venditione receſſum uidetur,vt in l.qui autem.& ibi declarat Bald. ff. de in diem adiect. & ſi res fuerit vni addicta & vendita, nihilominus audietur alius poſtea ueniens,durante termino,& admittetur ad emendum: qa vĩ prima facta ſub conditione,ſi alius meliorem conditionem infra tempus in ſubhaſtatione adpoſitum non attulerit, dicta l.ſi tempora, & ibi Bart. declarat, licèt ſubdat hoc locum non
8 habere, † qñ priuatus vendit, ſed duntaxat quum fiſcus vel reſpublica. Animaduerte diligenter in licitationibus, id eſt,oblationibus pretij factis ad rem vęnalem pro illa emenda ac comparanda,primum licitatorem per alium vltimum, & poſt eum vẽnientem,qui vltra aliquid ad pretium iam oblatum offert,liberari,quando is vltimus eſt idoneus & ſoluendo,atque per vẽditores admittitur: ſecus, ſi non ſoluendo aut inidoneus reperiatur:tum enim prior remanet obligatus. Ita determinat ſingulariter Bal.in ſuo conſilio incipiente, Modus & forma datiorum in ciuitate Anconæ &c. inquiens eum videri liberatũ, quia qui dare fideiuſſorem promiſit inidoneum,dando liberatur,authore Vlpiano l.C.in l.qui ſatiſdare.§.planè.ff.de fideiuſſo. & mandato. quia nõ dicitur in incantu, ꝙ dabitur idoneo, ſed plus offerenti,& plus eſt oblatum,ergo ex virtute verborũ receſſum eſt a penultimo licitante. Quamobrem nequaquàm curandum eſt,ſi ſit ſoluendo an non,dummodò ſit talis ꝙ obligari

Source : BIU Cujas

ligari poſſit.Sed his ac ſimilibus rõnibus minimè obſtãtibus, in ℨrium eſt proculdubio ipſa veritas,qđ præall.l.probaẽ: requiriẽ enim ꝙ licitator ſit talis,qui poſſit obligari & ϙueniri d.l.qui ſa
9 tisdare.j.reſp.Et † nequaq̃ dr̃ idoneus,qui cõueniri nequit.Martia.l.C.in l.ſciendũ.ff.qui ſatisdare cog.in Auth de exhi.reis.in §. ſuſcepto.probaẽ per d.l.qui ſatisdare.in fi.ibi.ꝙ qui admiſit, à ℨrio ſenſu,necnõ per tex.in l.qđ aũt.§.fi. ff. de in diem adiect. vbi
10 † ad hoc vt licitator admittaẽ,& dicaẽ plus offerre, requriẽ facultatũ idoneitas,maior ꝓmiſſio, vtilitas, & ϙueniendi facilitas,l. vbi aũt.§.pen.& fin.ff.de in diẽ adiect.ſed in his ac ſimilibus. oĩno ℨrium cenſendum;ꝙ nec ϙueniendi facilitas,nec par vtilitas,nec par quantitas põt eſſe,vbi quis non eſt ſoluendo. Nam
11 † qui non hẽt vnde ſoluat,ſimilis eſt hñti exceptionem peremptoriã,vt notaẽ in l.Titius, ff. de procu.& in l. nam is.ff.de dolo.
12 Itẽ † verba incanti ſiue(vt nonnullis placet) incãtamenti cum effectu intelligi debent,vti notat gl.in l.2.ff.qui ſatiſd.cog. nec-
13 nõ in l.j.ff.in ius vocati vt eãt. Itẽ † nec obtuliſſe vr̃,quiſquis minimè ſeruauit cętera,quę ſeruare debebat, nec ℨctum perfecit, nec idoneos fideiuſſores dedit,vt in l.arbitro. ff. qui ſatiſd. cog.
14 Item quia † venditori indubiè licitum eſt pluribus ex licitatoribus maximè idoneũ eligere:quemadmodum teſtatur Vlp. I.C.
15 in l.Sab.ff.de in diem adiect. Item † tunc eſt licitatio admittenda,cũ licitator fideiuſſores idoneos, & cautiones offerre ac dare paratus eſt,Auctore Põp.I. C. in ſępiſſimè alleg.l. licitatio.ad initiũ.ff.de publ.& vecti. aliàs eñ maximum ſequereẽ abſurdũ, vtpotè,ꝙ qui malè licitareẽ ſeu offerret alium inidoneũ, ꝙ ſeſe à promiſſione liberaret, ꝓculdubio ſubmitteret.Vlp.I.C.in l.cũ hi.§.ſi cùm lis.ff.de tranſ. & maximè hoc ꝓcederet nõnulli aiũt
16 in vẽditione Reip. cui ſemper debet excipi qđ eſt vtile. Itẽ † qa fiſcus nõ acceptat niſi ſufficientes & ſoluendo. l.j. §.bona. ff. de
17 iu.fiſc.facit in rõne ſui.l.ſi ſeruus plurium.§.ſi quis ante. ff. de le. j.Itẽ † qa reſpublica nequaq̃ vr̃ ſubhaſtatoribus in mandatis dediſſe,vt acceptent inidoneũ licitatorẽ, & idoneũ dimittant. Caius I.C.in l.in perſonã.§ qui pecuniã.ff.de pact.& Vlp.I.C.in l.ſi benè.ff.de vſur. ita ſolẽniter ϙcludit Bal. in d. ſuo conſi. Idemq́; ẽt paucis vr̃ ſenſiſſe verbis Bart. in d. l. licitatio & in d.l.ſi tꝑa.ꝙ
18 † prior licitator per poſteriorẽ inidoneum minimè liberet, ſed
19 vt prius obligatus indubiè remanet.Prętерea animaduerte † res immobiles per ſubhaſtationẽ, aut quouis alio ẽt modo tã vẽdẽdas,q̃ vẽditas ſpecificari ac terminũ debere in inſtr̃o, literis decurionalibus(vulgò ſcabinalibus)aut pariũ curię,per earũ q̃tates,qualitates,loca,latera & fines,vt ſignanter Vlp. I. C.placuit. in l.forma.ff.de cenſib.necnon Scævolæ.I.C.in l.Titius hęres. §. fin.ff.de act.emp.Ita cõfidenter ponit Spec.in tit.de emp.& vẽd. in §.j.in ver.ſi ita. quod paſſim practici oẽs oĩbus in curiis ac foris inſequunt̃,ſaltem obſeruare q̃ maximè ſtudẽt & nituntur,ꝙ indubie controuerſię oẽs,concertationes,diſcrepationes,rixæ,
20 necnon oĩs generis diſcordiæ facilè deuitabunt̃. Prætерea † meminiſſe minimè obſuerit hoc paſſu (tametſi à ſubhaſtationum materia nonnihil abhorreãt,occaſione tñ oblata, cùm alioqui cognitu ſint digna,nõ piguit annotare) pretia ſeu rerũ æſtimationes aliquot probari modis:Primò,per iudicẽ,facta ꝑ eum taxatione.Scđò,per relationẽ peritorũ & aſſumptorũ ꝑ iudicẽ ad hoc.Tertiò,ꝑ librũ æſtimi ſiue cataſtri publici (vt volunt Itali) in quo deſcribũtur res oĩum ac ipſarum pretia qui quidẽ liber minimè plenã fidẽ facit,ſed præſumptionẽ ac iudiciũ duntaxat inducit,Bar.ac Bal.teſtib.in l.vlt.C.de magiſtr.conue necnon ẽt Bal.in l.ſi pater.C.de act.emp. Quartò per teſtes,quorũ probatio oĩum difficillima,vtpotè per indirectũ ſeu obliquũ,nequaq̃ autẽ per directũ,ſ.per ſenſum corporeũ:æſtimatio.n.rei in ſenſum corporeũ teſtis non cadit,ſed per iudiciũ intellectus:manifeſtiſ-
21 ſimi.n.iuris eſt,teſtẽ † debere & obligari deponere ꝑ ſenſũ corporeũ actui ϙgruentẽ,vt l.qui teſta.§. fi. & ibi latè Bart.& Doct. ff.de teſt.Bar.in l.ad teſtiũ.C.de teſtib.ibidẽ Inno.deciſ.referens. Gl.ſolen.& ibi Bar.in l.2.C.de reſcin.vend.tex.notabilis in l.vlt. & ibi Bar.C.de præd.nauic.lib.11.& non per iudiciũ intellectus.
22 † non eñ ad teſtẽ,ſed ad iudicẽ ſpectat iudicare,vt notat Bar.in
23 l.j.ff.ſi cer.pe.Ex quo elicere nequaq̃ pigebit.† valoris rei probationem in duobus debere expendi,quod (vulgo)dicimus priuilegiari.Vnum, quo in eo obliqua & indirecta probatio admittatur,neq; cogitur quis per ſenſum corporeum deponere. Bar.in l.2.C.de reſcin.vend.Alterum eſt priuilegium, licèt regulariter nõ admittatur depoſitio de credulitate ſed tantũmodo de certitudine.Bar. in l.3.ff.de iureiu.tñ in probando valore rei admittitur depoſitio de credulitare, & in hoc priuilegiatur. Bart.in l. pretia rerum.§.vlt.ff.ad l.Falc.Ratio eſt; quia in his quæ non ca-
24 dunt directo in ſenſum corporeũ,† admittitur probatio de credulitate.l.j.§.j.de vent.inſpic.c.propoſuit, de probar. in antiq.qđ eſt ſolenne. Quintò, per ſubhaſtationẽ, quæ oĩa aut his ſimilia explanare,neq; eſt oĩno virium noſtrarum, neq; põtis inſtituti, quinto duntaxat modo excepto, quo ęſtimatio ſeu valor rei ꝑbatur per ſubhaſtationem: ſed horum vberius explicatusq́; meminit D.Ang.Aret.in ſuis cõmentariis in §.ſi quis agens, inſtit. de actionib. quem petite. Proſequendo tñ materiam noſtram, amplexabimur præfatum quintum modum,quo fructuum aut rei æſtimatio per ſubhaſtationẽ probatur, quia tunc ad æſtimationem factam in ſubhaſtatione conuolatur & recurritur, per tex.in ſæpiſſimè allegata auth.hoc ius porrectũ. C. de ſacroſan.
25 eccle.Hinc ſcribit Io.de Imo.in d.l.pretia rerum.§.vlt.ꝙ † poſtquàm res fuit ſubhaſtata,non fit locus remedio.l.2.C.de reſcin. vend. Ratio ſm eum, quia tunc venditio vr̃ legitimè facta. Sed Bar.contrarium indubiè ſenſit,allegans text. l.2.C.ſi propter publi.penſita.Exiſtimo tñ(ſalua interim pace tam eximii ac ſingularis uiri)priorem opinionẽ,quæ eſt Imolæ,eſſe profecto ueriorem.Ratio eſt,quia res quæ haſtæ ſubmittitur ac ſubhaſtatur, & traditur plus offerẽti,datur ſm loci publici æſtimationem, quæ dr̃ ac cẽſetur æſtimatio legitima & uera, vt ſcribit Bar.in ſæpiuſculè citata l.Pretia rerum §.ult. Pro concordia atq; cõciliatione dictarum opinionum intrepidè ac fixo pede cenſendũ pau-
26 cis arbitror: Vbicunq; † res uenditur ſeu uenundatur ad ſubhaſtationem,dolo & fraude ceſſantibus,idq́; ob neceſſitatẽ,& daẽ plus offerenti,tum in illa nequaq̃ eſt locus remedio,l.2.C.de reſcind.uend. & hanc opinionem amplexantur & obſeruant huius ætatis practici oẽs.Res uerò quæ minimè ob rei familiaris neceſſitatem,ſed quadam ex uoluptate uenundatur,ſi ad ſubhaſtationẽ,repugnante ſtatuto loci aut conſuetudine, plus offerenti non detur,eo caſu locus erit remedio d.l.2.C.de reſcin.uen.hoc certè pacto intelligitur opinio Bar.in l.j. C. de præſcr.30.uel.40. anno.Ita intelligitur opinio Ang. & Pau. in non ſemel allegata
27 l.Pretia rerum.§.ulti. Nota, ꝙ † ſemper in Frãcia hñt pro more, ut impetrent literas regias pro contractus reſciſſione,quas Galli literas regias reſciſſorias appellitant.Sed id ab hinc aliquot an
28 nis limitatum per regias ordinationes reperi,† ut decẽnio elapſo,à tempore contractus celebrati, non habeat amplius locum
29 remedium.l.2.Itaq; † poſt decennium effluxum huiuſmodi lite
30 ræ nequaquàm dantur † quum hominis memoria labilis ſit, ſicuti meminit Imperator Iuſtinia.in l.2.§.ſi quid autem.C.de uet.iure enuclean.Spec.de locato.§. .uer. habito quandoq; poſt annum.gl.in c.ſi teſtes.4.q.3.l.ſi arbiter.ff.de probat.His ſatis, nè copia faſtidium pariat.

SVMMARIVM.

1 *Subhaſtationis tempus.*
2 *Subhaſtationis tempus iudici ſeu officiali augere, non minuere, permittitur.*
3 *Subhaſtator vendens,an fidem de pretio habere queat?*
4 *Subhaſtatio an ementis præſentiam requirat?*
5 *Exponens venalia, ſi obligari nolit,illa verba, quòd plus offerenti dabitur, non adponat,quo caſu potius rei pretium explorare, quàm vendere voluiſſe videtur.*
6 *Subhaſtatio iudicis decreto facta, an exceptionem deceptionis dimidia excludat?*
7 *Ioannis Andreæ profundiſſimus vtriuſque cenſuræ monarcha, & veritatis iuridicæ defenſor amantiſſimus.*
8 *Subhaſtatio pretium iuſtum deſcernit.*
9 *In ſubhaſtatione ſi plures concurrant,quid iuris, quidq́, fiet?*
10 *In ſubhaſtatione offerens plus iuſto,non vt emat, ſed ut alios inducat ad pluris emendum,tenetur crimine ſtellionatus.*
11 *In ſubhaſtatione ſtatim quòd quis offert,obligatur tantum dare.*
12 *Minor in licitationibus reſtituitur.*
13 *Edicta publica uulgò banna ſeu bannimenta nuncupantur.*
14 *Ex quo facio edictum fieri ſeu rem præconizari, uideor contrahere cum incerta perſona,quippe plus promittente.*
15 *Subhaſtatio cùm fit, an habens duas partes rei, præferatur habenti unam duntaxat?*
16 *Quum eris iudex ſuper re communi diuidenda, optio defertur habenti maiorem partem, quam ſi non acceperit, tranſit optio ad habentem minorem partem.*
17 *In ſubhaſtatione offerens an poſſit pœnitere?*
18 *Subhaſtatio an requiritur,quando hæres confecto repertorio uendidit?*
19 *Subhaſtatio non probatur uenditionis inſtrumento, in quo fit mentio ſubhaſtationis factæ,quæ fieri non potuit tempore inſtrumenti.*
20 *Subhaſtationis factæ confeſſio in ultimo elogio an probet, & quid,ſi fit cum iuramento,remiſſiuè.*
21 *Subhaſtata res cui concedenda.*
22 *Subhaſtatæ res Eccleſiæ iuſtum pretium,non plus offerenti traduntur.*
23 *Eccleſia in ſuis contractibus nequit fraudem adhibere.*
24 *Eccleſia cultrix & auctrix iuſtitiæ,non patitur contra iuſtitiam aliquid fieri ac moliri in ſe uel alterum.*
25 *Priuatus ſæpè obuiat iuſtitiæ.*
26 *Lex ciuilis admittit:ut contrahentes ſe inuicem decipiant.*
27 *Ius diuinum & forum conſcientiæ non admittunt, ut contrahentes ſe inuicem decipiant.*
28 *Euangelium Matthæi 7.iubet cuique facere,quod ſibi uult fieri, & prohibet alteri inferre,quod ſibi nolit fieri.*
29 *Omnia quæcunque uultis ut faciant uobis homines,& uos eadem facite illis. Matth.7.*
30 *Nemo præſumitur iactare ſuum.*
31 *In foro conſcientiæ quilibet debet eſſe bonus uir.*
32 *Ratio,quare in foro ciuili ac canonico licitum eſt contrahentibus ſe circumuenire,& non in foro conſcientiæ.*

Source : BIU Cujas

33 *Lex diuina nihil impunitum reliquit, quod ſit virtuti contrarium.*
34 *Iuſtum pretium non eſt punctim determinatum.*
35 *Subhaſtatio cuius efficaciæ.*
36 *Subhaſtatio vbi interuenit, omnem doli fraudisq; ſuſpitionem ceſſare facit.*
37 *Subhaſtatio firmat contractum, & perpetuò ei robur attribuit.*
38 *Haſtæ fiſcalis fides facile conuelli non debet.*
39 *Subhaſtatio non eſt leuis ſolennitas.*
40 *Subhaſtatio tollit præſcriptionem contra vendentem.*
41 *Quòd plus offerenti dabitur, illa verba in ſubhaſtatione quid importent remiſſiuè.*

Caput V.

ANtequàm huic Exegeſi vltimam imponeremus manum, nonnulla adhuc alia mihi ſubiicienda videbãtur, quorum explicatio & enarratio non parum ad intellectum eorum, quæ capitibus prȩcedentibus exposita & declarata ſunt, conducet. Eſt † autem tempus ſubhaſtationis, in quo res vȩnalis ſtare debet ſub haſta, à iure diffinitum, ſpatium quippe viginti dierum in rebus Eccleſiarum, minoris, fiſci, & id genus nec diſſimilium, vt in dicta authentica, hoc ius porrectum ibi (per viginti dies rem Eccleſiæ eſſe vȩnalem &c.) In aliis verò eſt arbitrarium, ideſt, arbitrio venditorum, niſi aliter tempus ſtatuto aut conſuetudine eſſet aut reperiretur limitatum, ſicuti ſenſit Bart. poſt gloſſam inſignem ac memorabilẽ in l. ſi tempora. C. de fid. inſtru. & iure haſt. fiſc. lib. 10. à cuius ſententia & ratione non abhorret Bald. id etiam tradens in l. j. C. de præſcrip. 30. vel 40. annorum. Sed idem Bald. in d. l. ordo. C. de execut. rei iudica. cenſuit contrarium, inquiens: In † iudicis eſſe arbitrio, poſſeq; efficere rem ſub haſta teneri, poſt ſuã ſententiam, ad annum vſq;, per c. quærenti. de offic. deleg. quod tñ tempus officiali augere, non minuere permittitur ſecundũ Bar. ita adſtruentem in l. ſi tempora prȩcitata: atq; elapſis primi banni diebus, in quo aliquis obtulit, ſm bannimentum fieri nequit, quo alius admittatur, ac ius iam quæſitum priori offerenti tollatur, niſi eſſet minor vel perſona quæ ex reſtitutione id impetraret, expreſſa l. & ſi ſine. § queſitum. ff. de minorib. 25. annis. aliàs primo banno ſtandum eſt, vt l. 2. C. de loca. præd. ciui. lib. 11. ita declarat gl. atq; Bar poſt eam in ſępè allegata l. ſi tempora. & in l. citatio. in prin. ff. de pub. & vectigal. Nec inconcinniter prioribus ſubſequens quæſtio accommodabitur: An † ſubhaſtator vẽdens fidem de pretio habere queat? Hęc quæſtio negatiuam aſciſcit partem, ipſum fidẽ de pretio habere non poſſe, vti Vlp. I. C. viſum eſt in trita ac vulgata l. A diuo Pio. §. ſed ſi emptor. in verbis, oportet enim res captas pignori & diſtractas pñti pecunia diſtrahi, non ſic vt poſt tempus pecunia ſoluatur. ff. de re iud. & ita Bar. ſenſit in l. j. ad finem. ver. quæro, vtrum procurator. C. de fid. inſtr. & iur. haſt. fiſc. lib. 10. dicitq; gl. pretio prȩſente, vt l. ſi procurator. in fi. ff. de iure fiſci. Adde Bal. in l. contractus, in 2. col. in ver. ſecundam verò opinionem. C de fid. inſtr. & in prac. Pap. in ver. per publicũ nunciũ. in ti. de exec. ſent. Huius nec immemor reperitur Ioannes Bertachinus in ſuo tractatu Gabellarũ, tributorum, atq; vectigalium. Deinde, ſubhaſtatio † an mentis præſentiam requirat, præſens quæſtiuncula deſtructiuam partẽ deſiderat, nec requirit perſonæ mentis pñtia, ſufficit enim q̃ eat ad promittendũ, ad illam perſonam vel locum, qui continetur in prȩconio aut edicto, & ita obligatur proponens ad vendendũ, niſi antequã aliquis offerat, publicè reuocet, ſicut publicè ꝓpoſuit, vt l. ſed & ſi pupillus. §. de quo palam. in prin. ff. de inſtit. actio. Sed † ſi exponens ad vendẽdum, obligari nolit, illa verba, q̃ plus offerẽti dabitur, nequaq̃ adponat: quo caſu potius rei pñtiũ explorare, q̃ vendere voluiſſe vr̃. Ita notabiliter placuit Bar. in d. l. licitatio. & in d. l. ſi tempora. Præterea † ſubhaſtatio iudicis decreto facta, an exceptionem deceptionis dimidiæ excludat? Pro huius quæſtionis enucleatione conſiderandũ eſt, hoc quippe pacto iuſtũ pretiũ probari poſſe, vtpotè q̃ res fuerit ſub haſtata in loco publico alta voce, atq; non plus fuerit repertũ, niſi tñ. Iſto enim caſu quum res eſt vendita per ſubhaſtationẽ, nequit dicere venditor ſe vltra dimidium iuſti pretii circunuentum ac deceptum, ſi iudicis decretum interuenerit, vt in l. j. C. de præd. decurio. ſine decre. non alienan. lib. 10. & ibi Bar. pro quo optimè facit quod elegantiſſimè tradit Ioãnes † An. profundiſſimo vtriuſq; cenſuræ monarca, & veritatis iuridicæ defenſor amantiſſimus in add. ad Spec. tit. de cita. §. ſequitur. verſ. ſi verò ſubhaſtatio. Quod † quid ſit iuſtũ pretiũ, diſcernitur per ſubhaſtationẽ, allegat auth. hoc ius porrectum, C. de ſacroſan. Eccl. l. ad officium, C. commu. diuidun. l. fi. §. pen. C. de iure do impetr. l. 2. & 3. C. ſi propter publi. pẽſita. quod tene memoria: id expreſsè etiam ſuſtinet D. Ang. in l. obſeruandũ §. corpora. ff. ad l. Falcid. licèt Bar. aliter ſentiat in l. j. C. de præſcrip. 30. vel 40. annorum, allegans l. ſi quos C. de reſcind. vendi. quia (inquit) non ſequitur, res fuit ſubhaſtata, ergo iuſto pretio vendita. Ideoq; nequaquam ſequitur neceſſario, q̃ non poſſit eſſe iniuſtũ pretiũ, atque q̃ nequeat eſſe reuera deceptio, ſeruit quod habetur in ſimili in l. 3. in fine, de ſupel. leg. alias ſequeretur, q̃ re vendita per minorem cum ſubhaſtatione, cum auctoritate tutoris ſeu curatoris, & cum decreto iudicis non poſſet per in integrum reſtitutionem retractari, quod eſt à veritate haud dubio alienum, vt eſt bonus textus in l. ſi quidem C. de prædi. minor. Sed ibi clarè fuit probata ambitio, ſecundùm Angel. in d. §. corpora. Ita refert Matth. ab Afflictis Neapol. in ſuo commentario, ſuper Conſtitutione Fed. Imp. de iure Protomiſeos. §. 2. num. 9. Similiter & Angel. in § ſi quis agens, num. 3. inſtit. de actionib. quos, ſi lubet, videte. Quandoquidem aliquot nũc ſcrupuli circa ſubhaſtationis materiam memoriæ occurrunt, Quid † iuris, quidque fiet, ſi plures in ſubhaſtatione concurrant? Reſpondẽdum arbitror, primo offerenti dari debere, ſi tantundem per omnes offeratur, vt l. j. C. de commu. ſeruo. manu. Si verò ſimul concurrant, & ſint ęquè idonei & tantundem offerant, cuilibet pro rata dabitur, aut gratificationi locus erit. Ita ſolenniter ponit Bal. in l. fi. C. de teſta. ma. Offerens. † tamen plus iuſto, non vt emat, ſed vt alios inducat ad pluris emendum, tenetur indubiè crimine ſtellionatus, ideſt, pęna extraordinaria iudicis arbitrio imponenda, ſeu infligenda, vt eſt textus notabilis in l. tertia. in §. item ſi quis impoſturam. ff. de cri. ſtelliona. quem ſing. commemorat Innocen. in notab ſuis, & vide tex. in l. licitatio. in prin. in verb. calore. ff. de publ. & vect. † Aduertendum, quòd ſtatim cùm quis offert, obligatur tantùm dare in ſubhaſtatione, quemadmodùm ponit Barto. in ſæpiſſimè citata l. ſi tempora. C. de fid. inſtrum. & iure haſt. fiſca. lib. 10. & officialis aut venditor cogitur vendere & dare plus offerenti, ſi dixit, quod plus offerẽti dabitur, niſi alteri potius offerẽti minus propter faciliorem ſolutionem dari expediat, quia magis idoneus, vt in l. tertia, & in l. Sabinus. ff. de in diem adiect. ſecundùm Bart. in dicta. l. ſi tempora. & in l. licitatio. in exor. & ad hoc quòd dicatur melior conditio oblata, vt in l. quarta. & in l. ſed & proponatur. ff. de in diem adiect. minor † tamen in licitationib. reſtituitur, vt d. l. ſi ſine. §. primo. & facit l. Aemilius. ff. de minoribus, 25. anno. declaratq; Bartol. in crebro citata l. ſi tempora. & in l. licitatio. Et licèt res fuerit conceſſa alicui, tamen veniens alius infra ſubhaſtationis tempora debet admitti, & res illi vendi: ſi plus offerat, vt dixit gloſſa, & Bar. in d. l. ſi tempora. Et † inter edicta publica (quæ ſecundùm vulgare Gallicorum & Lombardorũ ac eos inſequentium appellantur banna ſeu bannimenta, ſi ita fari liceat) & prouiſionem intercedat temporis interuallum, tunc ex tali prouiſione, vel oblationes poſtea ſequuta oritur obligatio † quia ex quo facio rem præconizari, aut edictum fieri, videor contrahere cum incerta perſona, hoc eſt cũ illo, qui plus promittit, quo promittente contractus eſt perfectus, ſicut ſi dico, volo emere: & tu dicis, volo vendere: vt notatur in l. in vendentis. C. de contrahen. emp. & vend. & ſicut cùm pecunia proiicitur in populo: quia videor donare ei qui illã occupauerit, vt in l. qua ratione. §. finali, ff. de acquir. rer. do. Deinde etſi plurimarum quæſtionũ ſuperius memini, quæſtiuncula nequaquam ſilentio prætereũda in mentem venit. Subhaſtatio † cùm fit, an habens duas partes ſiue maiorem partem alicuius rei, præferatur habenti vnam aut minorem dũtaxat? Bal. in l. ſancimus. in principio ad finem ſecundæ columnæ, nu. 9 & 10. C de donatio. affirmatiuam partem intrepidè ſuſtinet, nempe habentem duas partes aut maiorem partem rei anteferri debere habenti ſolum vnicam aut minorem rei partem: quia inquit loco præallegato, maior ſeu prȩcipua pars rei, quippiam operari debet. Subditq;, quum † eris iudex ſuper re communi diuidẽda, optio defertur habenti maiorem partem quam ſi non acceperit, tranſit optio ad habentem minorem partẽ. Præterea hic obiter occurrit nodus apud ſcriptores indifficilis, explicandus ac commonefaciendus: Offerẽs † in ſubhaſtatione an poſſit pęnitere? Bar. in vulgata l. licitatio. ad exordium. ff. de publica. & vectig. affirmatiuam ſuſtinere partem legimus, ſi modò publicè pęniteat, ſicut & publicè promiſit per l. ſed & ſi pupillus. §. j. ff. de inſtito. actio. quod Ang. diſplicet, cùm emptio ſit perfecta, à qua non licet diſcedere, argumẽto l. ſicut. C. de actio. & oblig. l. primæ & ſecũdæ. C. quandò licet. ab emp. diſce. l. ſecundæ. ff. de reſcin. vend. & l. ab emptione, ff. de pact. dicere tamen nec obſcurum fuerit ſecundùm Ang. de Periglis poſt Bar. in non ſemel allegata l. licitatio. Bar. opinionem poſſe eſſe veram, ſi Reipublicę expediat, alias ſecus, quòd ſigna. Dein, ſubhaſtatio † an requiratur, quando hæres facto inuentario vendidit? Negatiuè reſpondendum eſt cum Bart. in l. finali. §. & ſi præfatam. C. de iure deliber. hoc eſt, hæres repertorium conficiens poteſt vendere bona pro ſolnendis & ſatisfaciendis debitis & legatis, nec ſubhaſtatio aut alia ſolẽnitas deſideratur. Præterea † ſubhaſtatio nõ probatur venditionis inſtrumento, in quo fit mentio ſubhaſtationis factę, quæ fieri nequaquàm potuit tempore inſtrumenti. glo. & Bar. in l. j. C. de fid. inſtru. & iur. haſt. fiſc. lib. 10. necnon in l. ſciendum. & ibi Alex. 10. colum. de verb. obligat. Deinde † ſubhaſtationis factæ confeſſio in teſtamento ſiue vltimo elogio an probet? & quid ſit, ſi cum iuramẽto, vide Bal. in ſuis conſiliis conſilio 475. in quinta parte. Et quã doquidem nonnulla locis ſuperioribus de ſubhaſtatione tradidimus, obliuiſcendum nequaq̃ cenſuimus, Rem † ſubhaſtatam

plus

plus offerenti profectò concedi & tradi debere, ſicut non minus rationabiliter, quàm eleganter tenuerunt ac tradiderunt Bart. eiusque ſequaces in l. ſi tempora. C. de fid. inſtru. & iur haſt.
22 fiſc. lib. 10. Quod † verum habebitur præterquàm in rebus Eccleſiæ, quæ indubiè iuſtum pretium offerenti tradi debeat, & ſi alter plus obtulerit, ſecundùm gloſſam ſingularem in verb. vt plus in c. hoc ius porrectũ. 10. q. 2. & ibi Arch. & Bartolom. Cęp. in libello de ſimulat. contract. in 2. præſum. & Lud. Pon. in ſing. verb. venditio. verſ. ſcis cp res atq; Bal. in l. in cauſæ. §. penul. ff. de minorib. 25. annis. Itaq; ſi in vẽditione plus offertur, quàm pro rei valore res valeat, Eccleſia ſummam illam oblationem recipere nequaquàm debet, ſed duntaxat iuſtum rei pretium, iuxta
23 allegationes iamiam in mediũ deductas, † quia Eccleſia in ſuis contractibus non debet fraudem aliquam adhibere, vt in c. per tuas. extra. de donat. cui ſeruit. textus in c. j. §. j. in titul. de aliena.
24 feud. in vſib. feud. vbi pulchrè textus ſic habet: Eccleſia † cultrix & auctrix iuſtitiæ non patitur contra iuſtitiam aliquid fieri in
25 ſe vel in alterum: priuatus † verò ſæpè obuiat iuſtitiæ, quod ait ſatis notabile ibidem gloſſa in verb. Eccleſia. quia Prelati quàm ſæpiſſimè contrario ſtudent ſub prætextu, quòd ſemper melior
26 conditio Eccleſiæ fieri debeat. Nec aliquid operatur, legem † ciuilem ac humanam admittere, vt contrahentes ſe inuicem decipiant. I. C. Vlp. referente in l. in cauſæ. 2. §. idẽ Pomp. ff. de mino. 25. ann. vbi textus. Idem Pompo. ait in pretio emptionis & venditionis naturaliter licere contrahentibus ſe circunuenire, quia Eccleſia in ſuis contractibus nequit dolum aut fraudem
27 committere, dicto c. per tuas. Itaque † ſuſtinendum de iure diuino ſeu poli, & ſic in conſcientiæ foro minimè licitum eſſe contrahentibus ſe decipere, etiam citra dimidiũ iuſti pretii: & etiã in caſu vbi non daretur reſtitutio, contrahentesq; eſſent laici, p
28 id quod etiam Euangelico fundatur eloquio, † quo quiſque iubetur alij facere, quod ſibi vult fieri: & prohibetur alii inferre, quod ſibi nolit fieri. Vnde Chriſtus in Euangelio Matth. 7. Om
29 nia † quæcunq; vultis vt faciant vobis homines, & vos eadẽ facite illis: hæc eſt enim lex & prophetæ, iuxta c. humanũ genus prima diſt. Sed certum eſt vnumquenque velle quod ſibi venderetur iuſto, ęquo & communi pretio: neque quenquam tam patientis animi, qui in pretio decipi velit, vel etiam citra dimi-
30 dium iuſti pretii. Nemo † enim præſumitur iactare ſuum, trita l. cum de indebito. in princip. ff. de proba. cum ſine numero ſimilibus. quamobrem vnuſquiſq; debet velle vẽdere iuſto & communi pretio, & neminem decipere, potiſſimùm mendaciis ac periiuriis, teſte beato Auguſt. in c. quoniam 88. diſt. & Caſſiodorus eadem diſtinctione, c. quid eſt aliud. Quos textus vtinam noſtri æui mercatores ac negociatores memorię ſcrinio perpetuò cõmendarent, præque oculis haberent, nequaquàm tam proni ad mendacia & periuria (proh dolor) eſſent. Ad prædicta vide gloſſam notabilem in l. ſemper in conuentionibus. ff. de reg. iur. quæ dicit, Quòd licèt lex dicat, cp ſit licitum contrahentibus ſe
31 circunuenire, non tamen conuenit viro bono, † ſed in con-
32 ſcientiæ foro quilibet debet eſſe bonus vir, ergo &c. Verũ † quęnam apparet ratio, cur in ciuili vel canonico foro admittatur contrahentibus qualisqualis circunuentio in pretio, qua licitũ eſt carius vendere & vilius emere, etiam vſque ad dimidium iuſti pretii excluſiuè, & non ſic in conſcientiæ foro? Huic interrogationi facio ſatis, ſecundùm B. Tho. ſecunda ſecundæ, q. 77. articulo primo, verſic. ad primum. ergo dicendum: Quòd lex humana populo datur, in quo ſunt multi à virtute deficientes, nequaquàm autem datur ſolis piis, bonis ac virtuoſis. Quocircà lex humana non poteſt prohibere quicquid eſt contra virtutem, cui ſufficit vt prohibeat ea quę deſtruunt humanam coniunctionem: alia verò habeat quaſi licita, non quòd ea approbet, ſed quòd non puniat. Sic ergo habet quaſi licitum, pœnam non inducens, ſi abſq; fraude venditorem ſuum ſuperuendat, ac circunueniat, aut emptor illius emat, niſi ſit nimius exceſſus. Nam tunc lex humana cogit ad reſtitutionem, puta quoties ali
33 quis decipitur vltra vel citra dimidium iuſti pretii. Porrò † lex diuina, quę non ſolum datur populo, ſed omnibus virtuoſis, nihil impunitum relinquit, quod ſit virtuti contrarium. Vnde ſecundùm diuinam legem illicitum reputatur, ſi in emptione & venditione non ſit æqualitas iuſtitiæ obſeruata, & tenetur ille qui plus habet, reſarcire omne detrimentum illi, qui iacturam & fraudem paſſus fuit, ſi ſit notabile damnum: quod ideò dico,
34 quia † iuſtum pretium quandoque non eſt punctim determinatum, licèt magis in quadam exiſtimatione conſiſtat, ita quòd modica additio vel diminutio nõ videtur tollere æqualitatem iuſtitiæ, & hoc videtur rationi conſentaneum. Huius opinionis ac ſententiæ etiam legitur beatus Bernardinus in libello de cõtractibus & vſuris, in ſermone 35. arti. j. c. 2. Præcedentibus interim minimè inutile fuerit annectere cõcluſionem admodùm ſignandam, ac nulli non compertiſſimam: Quamuis ius permittat & toleret, vt contrahentes ſeſe decipiant infra dimidium iuſti pretij, tamen in conſcientię ſiue poli foro (vt vocatur) omninò illicita eſt huiuſmodi deceptio. Hæc eſt omnium Doctorum ac bonorum virorum ſententia, D. Anto. de Butrio in c. cùm. extr. de empt. & vendi. & bea. Thom. 2. 2. quæſt. 77. 1. & 2. art. teſtibus. Tene Cynus in additione ad l. cauſæ. 2. §. penult. ff. de min. 25. ann. tractant id Sali. in authen. ad hæc. C. de vſu. Petr. de Anchar. in regula. peccatum, de regu. iur. lib. 6. Panor. in cap. plerique. de immunita. Eccleſ. Innoc. in c. ciuitat. de vſur. ac ibi latiſſimè Io. de Ana. quodq; confirmat Bald. in c. cùm cauſam. de teſtib. huiuſmodi ratione dicens idem eſſe conſcientiam & bonum virum, ſed minimè cõuenit bono viro, vt aliquem decipiat contrahendo, etiam in minimo, ergo &c. & hoc placuit etiam Bald. in Rub. C. de contrahen. emptio. & vendi. in allegata authen. ad hæc. Præfatę tamen concluſioni admodùm aduerſari videntur c. primum, prima diſtinct. atque c. ſana, 9. diſtinct. continentia ac diſponentia, Ius naturale & diuinum idem eſſe, ſed iure naturali admittitur deceptio infra dimidium iuſti pretii, vt inquiunt Vlpian. I. C. in l. in cauſæ. 2. § Idem Pompo. ff. de minor. 25. annis, & Paulus I. C. in l. item ſi pretio. §. finali. ff. loca. quia naturaliter licet contrahentibus inuicem ſe circunuenire, ergo huiuſmodi deceptio non eſt illicita, etiam in conſcientiæ ſeu poli foro. Huic, omiſſa digreſſione, faciẽdo ſatis, indubiè dicendum arbitror, verbum naturaliter illis in legibus nequaquàm ſignificare idem quod de iure naturali, cùm dicitur in d. c. 1. diſtinct. 1. Naturali iure iubetur quiſque alii facere, quod ſibi vult fieri, & prohibetur alii inferre, quod ſibi nolit fieri. Sed dictio, naturaliter, in prædictis accipitur pro eo, quod eſt ex natura contractus, qui non eſt ex iure naturali, ſed ex iure gentiũ, vt inquit gl. in verb. naturaliter licere, in d. l. in cauſæ. ſecunda. §. Idem Pomponius. cùm dicit, naturaliter licere, id eſt, iure gentium. Haud ſpernendum exemplum ob oculos ad præcitatam concluſionem non inconcinniter accommodabimus: Si mercator vendat rem vni habenti bonam rei notitiã, 12. alteri ignoranti vendat 15. Vel ſi quis non mercator ex cauſa vendat fundum ſuum minoris, quàm re ipſa valeat & emptor nouerit pluris valere: nam his caſibus ac minimè diſſimilibus procedit indubitatò prędallegata concluſio. Aut, vt nemo hominum (potiſſimum lectione multa exercitatorũ) neſcit, poteſt generaliter ſaluari prætacta cõcluſio: nempe legem ciuilem ac canonicam permittere contrahentes inuicem ſe circũſcribere re ipſa, ideſt, rem pluris vendere quàm valeat, citra tamen dimidiũ iuſti pretii, ita cp in contradictorio & iudiciali foro talis venditio nõ reſcinditur: relinquit tamẽ venditorem, qui rem pluris vendidit, quàm valeat, ſuę conſcientię: quia ſi venditor ex hoc habeat conſcientiam remordentem, quia rem tanti vendidit vltra laborem ac impenſas factas, ad reſtitutionem proculdubio tenetur: neq; eum tuetur lex canonica vel ciuilis, quæ ſolùm loquũtur in exteriori ſiue iudiciali foro, idq; contingit multis aliis in caſibus, in quibus canon relinquit aliquem ſuę conſciẽtię, vt in c. mulieri. de iureiu. & in c. 2. de ſponſali. iuncta ibi optima ac ſcitu digniſſima gl. in verb. tolerari, & in c. veniẽs. qui cleri. vel vouen. matri. contrah. poſſ. ſeruit tex. in c. cùm iam dudum. de prę ben. item facit, cp Eccleſia tolerat & permittit paſſim prothibula. c. inter opera. de ſponſalib. Similiter lex ciuilis ob vitæ vtilitatem meretrices dignas legum obſeruatione non credidit, inquit Conſtan. in vulgata ac trita l. quæ adulterium, ad finem. C. ad l. Iul. de adult. & ſtup. item lex ciuilis permittit concubinatum. ff. de concub. per vniuerſum titulum. Poſſentq; dari exempla, in quibus venditor rem pluris vendendo, vel emptor minoris emendo, habere debeat conſcientiam leſam, vt in caſibus præmiſſis & ſimilibus, vt quia modico labore vult nimis lucrari, quamuis citra dimidium iuſti pretii. Deinde, quo præſentis opuſculi ſit terminus, nè offendat vnius nimia longitudo, reſtat
35 demonſtrare, cuius † efficacię ſit ſubhaſtatio, & vt quàm pauciſ
36 ſimis enucleem. Tanta † eſt ſubhaſtationis ſolennitas, cp vbi interuenit, abeſſe & ceſſare proculdubio omnis doli fraudisq; ſuſpitio appareat. Cui minimè diſſentit Impp. Valen. Theo. & Archadii haud incelebris l. ſi quos. C. de reſcinden. vendi. Præterea
37 † ſubhaſtatio eius eſt efficacię, vt firmet contractum, ac ſibi perpetuò robur attribuat, Imperat. Conſtantino auctore in l. finali. C. ſi propter publi. penſita. vendit. fuer. celebrata, ibi. ſub haſta diſtracta comparauerit, perpetuam emptionis accipiat firmitatem &c. Cui admodum ſeruit Imperatorum Diocletiani & Maximiani text. notabiliſſimus in l. ſi hypothecas. ad finem. C. de
38 remiſſio. pignor. ibi. Nã † fiſcalis haſtæ fides facilè conuelli non debet, cum ſimilibus etiam iuribus, in gloſſa, in verbo, fides, allegatis. Ideò gloſſa ordinaria ait † ſubhaſtationis ſolennitatem
39 nequaquam leuem ſolennitatem dicendam eſſe, in auth. de fideiuſſoribus. §. j. ſuper verbo ſumus quam plurimum ſignanter ponderauit Bald. in ſępè allegata. l. ordo. C. de execu. rei iudi. di-
40 cens, † cp vendere rem cum ſubhaſtatione, nõ eſt leuis ſolennitas: quod & paſſim & vulgo hiſce in partibus adamuſſim obſeruari cernimus. Eſt etiam ſubhaſtatio tantæ efficaciæ, vt tollat pſcriptionem contra vendentem, in Spec. de ceſſio. act. §. primo. in 6. colum. ver. ſed opponitur. Et † quid importent illa verba,
41 quæ vt plurimum & ſemper in ſubhaſtationibus ponuntur & adiiciuntur, quòd plus offerenti dabitur, lubebit videre Bald. in ſuis conſiliis, conſil. 191. in 3. parte. Quæ omnia ſurda aure non

Source : BIU Cujas

ſunt prætereunda, ſed altius infigenda animo, atque memoriæ ſcrinio commendanda, quoniam optima, notatu digna, vtilia & quotidiana ſunt. Cętera quippe, quę pertinerent ad huius materiæ ampliorem enodationem, non licuit per meorum negociorum molem examinare ac ſciſcitari. Sed plura deſiderantem ac expectantem remitto ad Bartolum in l. licitatio. ff. de publica. & vectigalib. necnon in l.j. C. de fid. inſtrum. & iure haſt. fiſcal. lib. 10. Baldum in l. ordo. C. de execut. rei iudic. & Speculatorem in titulo de cita. §. ſequitur. verſicu. ſi verò ſubhaſtatio. quorum opiniones, dogmata & interpretamenta (vt prius memini) hac in materia omnes paſſim ſequuntur, laudant & aſſerunt, nec eſt meo iudicio, etſi tenui, vlla iuris ciuilis pars, in qua adeò Bar. Baldo ac Speculatori aſſentiantur & tribuant ſcriptores, nō ſolùm ſpeculatiui, ſed etiam & practici: ita recepta eſt in hoc ſcribendi genere eorum auctoritas, vt pro lege (quamuis vtiq; nullis corroboretur legibus) apud omnes habeatur. Quocirca vt res tandem ad finem decurrat, his impono finem huic exegeſi, etiam ſi ſine numero alia pulchra, vtilia & quotidiana, huic materiæ minimè incongrua, ſed admodum conuenientia, in medium adferre facilè potuiſſem, quæ nè lectorem multis morer, poſthabeo & omitto, atque ſtudioſo in rebus publicis non occupato, indaganda relinquo. Interim hoc pium, candidumque rogans lectorem, ſi in huiuſmodi exegeſi, celeri calamo edita, aliqua fortaſſis oſcitanter per incuriam aut imprudentiam minus rectè, ſyncerè ac dexterè excuſſa & abſoluta reperiantur, ea & quæuis etiam alia præſcripta, ſaniori ſemper iudicio peritorum atque melius ſentientium diſcutienda & ſciſcitanda benignè humiliterque ſubmitto.

DE EVICTIONIBVS
GASPARIS CABALLINI
DE CINGVLO.

SVMMARIVM.

1 *Euinco idem quod vincendo extorqueo.*
2 *Validiſſimum teſtimonium ſua cuique fides.*
3 *Fides appellata vt fiat quod dictum eſt.*
4 *Inter bonos bene agier oportet.*
5 *Graue facinus eſt fidem datam fallere.*
6 *Ne quis fratrem ſuum in negocio circumueniat.*
7 *Euictio proprer bonum publicum introducta videtur.*
8 *Statuta maleficia punientia extendenda.*
9 *Euictio videtur remedium pœnale.*
10 *Concluditur eſſe remedium mixtum.*
11 *Actio ex empto pro euictione.*
12 *Actio ex ſtipulatu pro euictione.*

PRAEFATIO.

EVICTIO elegans nomen eſt, nec humanarum literarum auctorib. incognitum. Nempe Cicero Act. ſecūda in Verrem ita ait: Qui tā nefariis criminib. tam multis ex faſtibus euictus ora iudicum aſpicere, atque os ſuum populo Romano oſtēdere auderet. Virgilius 4. Aeneid. Tu lacrymis euicta meis &c.[a]

a 1 Significatque † idem, ꝙ vincendo extorqueo. Liuius libro ſecūdo ab vrb. cond. Omne id tempus cum coniuratis conſultando abſumunt, euincūtq; inſtando, vt literæ ſibi ad Tarquinios darentur. Columella libro ſexto, capite quinto: Euincendi ſunt autem quamuis peſtiferi morbi, & exquiſitis remediis propulſandi. Et in hunc ſenſum Marcellus Iuriſconſultus accepit, dum in titulo de regulis iuris, dixit:
b Quod euincitur [b] non eſt in bonis. Idem Pau. Iuriſc. in tractatu de euictio. inquiens: Euictus autem à creditore tunc videtur, cū ferè ſpes habendi abſciſſa eſt.

Quæritur quare introducta fuerit euictio? Faciebat dubitationem, quòd venerabile quiddam, & immaculatum putabatur
2 fidelitas, ac validiſſimum † teſtimonium ſua cuique fides. Za-
3 ſius §. de conſtituta, inſtitut. de actio. ab eo † ſic appellata; quia fiat, quod dictum eſt. Cicero libro primo Officio. ex quo etiam
4 extitit illa priſcorum temporum aurea vox † inter bonos bene agier oportet. idem Cicero libro tertio Offic. & libro ſeptimo Epiſt. Fam. cui fidei templum Romæ erectum erat, teſte Halicar. libro ſecundo.

Adeoque ſacroſancta priſcis, & erat fides, & habebatur, non
5 ignorantibus † quàm grauè, turpeque facinus ſit ſemel datam fidem fallere. l.j. de cōſtituta pecunia. l. poſtquam. §. Imperator, vt leg. nomine caueatur. Cic. in Orat. pro Sexto Roſcio Amer. Id propter illo ſic fœlici ſeculo omne id, quod agebatur inter homines ſeruabatur, vt nec latum quidem vnguem à promiſſis recederent, ſic conſtans erat inter ipſos fides.

Verum gliſcentibus deinde moribus in peius, neceſſum fuit illud, quod in hominum fide conſiſtebat, in legis nexum deducere. Quocirca, cum aliquando accideret, vt promiſſa nō adimplerentur: vel, quia non eſſet res promiſſa in bonis promiſſoris, vel facilè à manu accipientis extorqueretur ſecuta traditione: vel, quia in limine contractus immineret euictio, vt homines auocarentur ab huiuſmodi alieni promiſſis ſub ſpecies ac velamine rei proprię, introductum fuit remedium euictionis, quandoquidem Diuus Paulus dicat ad Coloſſenſes 1. capite quarto.
6 † Ne quis fratrem ſuum in negocio circumueniat, vel ſupergrediatur.

Secundò dubitatur, an iſtud remedium euictionis ſit fauorabile, vel odioſum? Videbatur dicendum, ꝙ eſſet fauorabile,
7 † quoniam bono publico introductum eſt, vt rerum commercia libera; & abſque fraude procedant, argum. l. primæ, de vſucapionibus. velut in ſimili dicimus, ꝙ in maleficiis puniendis fauor publicus vertitur, cum reipub. interſit, ne maleficia remaneant impunita. l. ita vulneratus, ad legem Aquiliam. & propterea dicebat Bartolus in l. ſecunda, §. exercitum, de his qui notan. infami. l. quemadmodum. C. de agricolis & cenſi. libro vndecimo. † quòd ſtatuta maleficia punientia extendenda ſunt fa
8 uore publico.

9 In contrarium facit, ꝙ immò ſit odioſum, † quoniam eſt remedium pœnale, vt probatur in rubrica hoc titu. dum dicitur de euictionibus, & duplæ ſtipulationibus &c. & in l. ſecunda, illo titu. Paulus Iuriſconſultus dicit: Si dupla non promittitur, & eo nomine agebatur, dupli condemnandus erit reus & cita ſentit Paulus de Caſt. in l. cum emptor, ad legem Falcidiam. Cum igitur ſit pœnale, odioſum reputatur ideo reſtringendum, cap. odia, & ibi no. Dynus, de regulis iuris, lib. 6. l. commodiſſimè cū ibi not. de liberis & poſthumis.

10 Concludendum † videtur, ꝙ ex parte agentis dicatur fauorabile, ex parte verò rei conuenti odioſum, vt in ſimili dicunt Doctores de ſtatuto excludente fœminas propter maſculos &c. ꝙ tale ſtatutum ex capite maſculorum eſt fauorabile ratione cōſeruandæ agnationis, ex capite fęminarum eſt odioſum, vt no. Bald. poſt gloſſ. ibi, & alii ſequuntur in l. prima, C. de in ius vocand. Iaſ. l. qui exceptionem, de condictione indebiti. Verùm in his diu immorandum non eſt, cum ad vtiliora properemus: poteris tamen multa mutuare etiam ad ſaturitatem ab Andrea Tiraquello, qui copioſè loquitur in præfatione ad tractat. de retractu proximiorum.

Tertiò quæritur, quomodo appelletur actio, quæ oritur ex euictione? Bartolus in l. qui concubinam, § ſi hæres, de legatis tertio. & in l. Ariſto. §. primo, de donationibus. quem ſequitur Aretinus in §. actionum, numero vigeſimoſecundo, ibi, & ad-
11 uerſus &c. Inſtitu. de actionib. tenet, quòd † appelletur actio ex empto pro euictione, quæ naſcitur ſtatim re euicta: & hoc probat tex. in l. non dubitatur. C. de euictionibus. Alibi idem Bartolus in l. eleganter, in principio, de pignoratitia actione. in l. ſi quis aliam, de ſolutionibus. nuncupat vtilem actionem ex empto, quod colligitur ex l. ſi prædium. C. de euictionibus. quæ cū ſit perſonalis durat triginta annos, qui incipiunt, cum res euicta eſt, tex. in l. empti, & ibi Salicetus, C. eodem. Balbus de præſcriptio. in 4. part. quartæ partis principalis, quæſtione vigeſimaſeptima. Rebuff. titulo de reſciſſ. contr. articulo primo, gloſſa ſexta, in fine, & gloſſ. 19. num. 24. tom. 2. Intelligendum eſt tamen nulla præſtita cautione pro euictione.

12 At illa prętita nūcupabitur † actio ex ſtipulatu pro euictio-
c ne, [c] Bartol. in l. cum quis. §. qui hominem, & in l. ſi quis aliam, in fine, de ſolutionibus. Alexander in l. finali, colum. penult. de condictione ob cauſam. Socinus Iunior præceptor meus conſi. vigeſimoſecundo, numero vigeſimoſeptimo, & ſequent. libro tertio. Quæ non eſt actio, ſed actionis nomen, vt aliæ ſimiles, ſicut dictio homo ſignificat hominem, & tamen non eſt homo, quod comprobari poteſt. Nam ideo actiones ex empto, & ſimiles non ſunt propriæ actiones, quoniam cum adiuncto proferūtur, Bar. l. Lucius. §. quæſitum, de legatis tertio. Iaſ. l. videamus, in principio, numero ſexto, de in litem iurando. & l.j. numero 5. de re iudicata, latè Gomeſ. Inſtitu. de actio. in principio, num. vigeſimoquinto. eritq; actio bonæ fidei ad ſimilitudinē actionis ex empto primæuæ, §. actionum, inſti. de act.

SVMMARIVM.

1 *Euictionis diffinitio Azo. & Corneſii.*
2 *Diffinitio eſt breuis oratio.*
3 *Euictio eſt rei emptæ rectè facta ablatio, amiſſione.*
4 *Emptionis verbo omnem alienationem complecti.*
5 *Venditionis appellatione omnem contractum contineri.*
6 *Verbum, rectè ad iuſtitiam refertur.*

Source : BIU Cujas

7 *Ablatio ſimpliciter prolata importat iure, vel iniuria.*
8 *Amiſſio eſt verbum priuatiuum.*

§. I. Euictionis diffinitio.

1 EVictio † (Azo. diffinitore in Sum. C. de eui.) eſt emptæ rei, vel ex aliqua iuſta cauſa acceptæ per iudicis ſententiam abductio, vel (vt puto) alio euincẽte cauſæ amiſſio. Non enim ſemper neceſſarium eſt rẽ abduci vt videat euicta. l. euicta. §. j. de euict. Pet. Coruef. in add. ad Dec. in l. quod euincitur, de regulis iur. ſic deſcribebat. Euictio eſt abductio quædam, vel amiſſio rerum, quę emptæ ſunt, vel alio modo alienatæ vero domino inſcio.

2 Verum cum † diffinitio ſit oratio, quæ rẽ quæ eſt quid ſit breuiter enarrat, teſte Cicerone in Topicis, nos ſub breuiori compendio, vtcunq; fieri põt, ſic deſcribimus (reiectis ſubtilitatibus, quas dialecticis relinquimus.)

3 Euictib † eſt rei emptæ rectè facta ablatio, amiſſiove.

4 Perſuaſum omnibus eſſe velim, † emptionis verbo omnem alienationem complecti ſic lege 12. tab. diſponente, text. eſt ad hoc peregrinus in l. ſtatuliberi à cęteris §. fin. de ſtatulib. quem ſingularem dicit Roma. ſing. 520. verbum emptionis &c. Anto. Burg. in c. ſi. nu. 25. de empt. & vend. Soci. Iun. præceptor meus conſi. 73. num. 10. & conſi. 129. num. 13. lib. 2. quemadmodum

5 † venditionis appellatione omnem contractum contineri l. ſicut §. venditionis, quib. mod. pig. vel hyp. cõtrah. Scimus enim (vt infra latius demonſtrabitur) in multis ſpeciebus contractuũ euictionem locum habere, vt tradunt Doct. in l. ſi domus §. de euictione, de legatis primò & alibi: frequentius tamen in emptionum contractibus. Hæc tamen emptionis ſignificatio quo modo procedat, & quas declarationes recipiat, explicant latè Scrib. in l. filiusfa. §. diui. in q. 8. Bar. de leg. j.

6 Non ſine cauſa dictum eſt. Rectè factam, qm̃ aduerbiũ † (rectè) ad iuſtitiam cauſæ refertur. l. hæc verba, la 2. de verb. ſig. no. Scrib. maximè Alcia. in l. lecta. verb. rectè. ſi cer. pet. Vnde infertur, ꝙ ſi per iniuriam iudicis, vel imperitiã ſequatur euictio (vt multoties contingere poteſt) l. ſi per imprudẽtiam. de euictio. l. ſi non iniuria. C. eo. vel quia emptor fuit in culpa non defendẽ-

a do. l. ſi ideo. de euict. aut non denunciando litem ſuo a auctori. l. emptor. C. eod. vel quia vi ablata, occupatave eſt. l. fina. C. de act. empt. non tenetur venditor de euictione, quæ omnia ſuo loco expendentur.

7 Si ſimpliciter eſſet prolatũ verbum illud ablatio † poſſet ſignificare iure vel iniuria ablatio ſubſequeretur. l. 3. §. non ſolũ. de incen. rui. naufr. Verum cũ additũ ſit. rectè, intelligitur ablatio iuſtitia mediante. l. qui rem. C. de euict.

8 Amiſſio † licet ſit verbum priuatiuum ſicut ablatio. l. nec vtilem. ex quib. cau. mai. tamẽ intelligitur per ſententiã. not. Gem. conſi. 23. col. j. Aymo conſi. 239. nu. 1.

SVMMARIVM.

1 *Euictio eſt quadruplex.*
2 *Quid ſit euictio expreſſa.*
3 *Quid ſit tacita.*
4 *venditor poſt venditionem cogi poteſt ad cauendum de euictione ſimpliciter.*
5 *Re euicta agitur ad intereſſe.*
6 *Quid ſit ſolennis euictio.*
7 *Præſtatur fideiuſſor de euictione quando ita conuentum eſt.*
8 *Idem quando in limine contractus imminet euictio.*
9 *Ad officium iudicis ſpectat, ne fraudes committantur.*
10 *Faciles ſunt homines ad iurandum.*
11 *Iuſiurandi religio contempta Deum vltorem habet.*
12 *Fideiuſſio pro euictione aduerſus omnes præſtanda eſt.*
13 *Lex nihil fruſtra operatur.*
14 *Pater vendens bona filiorum an teneatur fideiubere de euictione.*
15 *Quando in loco eſt conſuetudo, vt præſtetur fideiuſſor.*
16 *Cum princeps ſuo reſcripto venditionem confirmat, datur fideiuſſor.*
17 *Idem quando creditor cogitur in ſolutum accipere de bonis debitoris.*
18 *Si auctor venditoris ſuſcipit in ſe iudicium, ſi eſt diues, habetur pro fideiuſſore.*
19 *Fideiuſſor euictionis non poteſt petere ſe ab obligatione eximi, quamuis diu permanſerit.*
20 *Venditio ſi reſcinditur via ordinaria, fideiuſſor non tenetur, ſecus ſi extraordinaria.*
21 *Habet electionem fideiuſſor vel rem euictam reſtituere, ſeu intereſſe ſoluere.*
22 *Et poteſt appellare quieſcente venditore.*
23 *Impropria euictio quæ dicatur.*
24 *Pactum generale ne teneatur emptor de euictione includit etiam pretium, ſecus ſi à certa perſona, uel cauſa.*
25 *Rationem differentiæ ex Baldo.*
26 *Ex mutuo pacto ne debeatur euictio, includit pretium.*
27 *Abſque dubio procedit ſi expreſsè conueniatur etiam de pretio.*

§. II. Euictionis ſpecies.

1 EVictio † eſt quadruplex, expreſſa, tacita, ſolennis, & impropria.

2 Expreſſa † eſt, quando quis ſtipulatus eſt duplũ a euictionis nomine à venditore, illo enim caſu dicimus expreſsè emptorem ſibi prouidiſſe pro euictione, vt caſum relatum habemus in l. non ex eo. C. de euict.

3 Tacita † eſt quando venditor de euictione ſe non obligauit, tamen ex natura contractus non eſt neceſſe exprimi. Dec. conſ.

4 483. nu. 15. Cur. Iun. conſi. 38. nu. 2. poteſt tamen venditor † poſt venditionem cogi ad cauendum de euictione ſimpliciter, quia eſt de cõſequentibus, & naturalibus cõtractus emptionis, Pau. de Caſt. cõſ. 207. viſis omnibus. in prin. lib. j. gl. fi. in fi. in l. rẽ alienam. de contrah. emp. Hinc eſt, ꝙ Iabolenus Iuriſc. dicebat in l. ſi in venditione. de euic. Si in venditione dictum non ſit, quantũ venditor pro euictione præſtare oporteat, nihil venditor præſtabit præter ſimplũ euictionis nomine, & ex natura ex empto actionis hoc quod intereſt: & no. ibi Sali. ꝙ natura actionis ex

5 empto eſt, vt re † euicta agatur ad intereſſe. Sali. in l. non dubitatur. C. eo. Rebuff. tit. de contum. art. 6. tom. 3.

6 Solennis † eſt, quando interuenit fideiuſſor, qui verborum ſolẽnitate intercedit. l. blanditus. C. de fideiuſ. hoc colligitur in l. auctore, & ſeq. C. de euict.

Hæc ſolennis euictio multis in caſibus contingere põt, quos ſeriatim ponit Bar. in l. j. §. ſtipulatio duplæ. de præt. ſtip. & illos reaſſumit Aret. in §. fi. inſt. de ſuſp. tut.

7 Primò † quando expreſsè conuentum eſt inter partes: vt vẽditor pro euictione det fideiuſſorem, quem ſecundum auctorẽ lex appellat. l. illud. de euict. l. j. §. ſtipulatio duplæ. de præt. ſtipu. ex quo tex. colligit ibi Pau. de Caſt. ꝙ venditor qui tenetur cauere de euictione (vt dicunt multa iura) non habet neceſſe præſtare fideiuſſores, niſi expreſsè actum fuerit. l. emptori dupla. in prin. de euic. l. pacta conuenta. verb. fideiuſſore. de cõtrah. emp. l. non idcirco cum gl. C. eo.

8 Secundò quando † in limine contractus imminet euictio, l. habitationem. §. fi. vbi Bar. Bal. & Sal. de pericul. & com. rei ven. l. fi. §. j. vbi Bar. Bal. & Sali. de reſcin. vend. l. ſi poſt perfectam, vbi Cy. Bal. & Sali. C. de euict. & tunc dicitur euictio imminere in limine contractus, quando pretium nondum ſolutum eſt. adde Pau. de Caſt. conſi. 46. ſuper eo quod quæritur. lib. j. Nattam cõſ. 267. vbi declarat non procedere, primò ſi lis aliqua mota non fuerit, ſecundò non procedit in eo qui ſciebat rei qualitate. Sali. poſt Cy. in l. ſi fundum. C. eo. Neuiz. conſi. 57. nu. 15. Bertr. conſi. 60. lib. 2. par. 2. Intellige tamen ſm Bal. in d. l. ſi poſt perfectam, ꝙ venditor non cogitur præciſsè ad dandum fideiuſſorem, ſed cauſatiuè ſi vult pretium conſequi, & iſtud ope exceptionis cõtinget. Ang. in §. quod autem. in auth. de fideiuſ. & vide infra caſu 18. alioquin doli exceptione repelletur. l. pater. §. ex quadrante. cum gl. in verb. ſubmoueri. de dol. excep. inferũt not. Cy. Bal. & Sali. in d. l. ſi poſt, ꝙ aduena ſtatim receſſurus ſi contrahit, ibi non ſortitur forum. l. hæres abſens. §. proinde. de iudi. nihilominus ſi immineat euictio in limine contractus, ibi forum ſortitur per illam. l.

Dñt Doct. in locis ſupra citatis, & Pau. de Caſt. in d. §. ſtipulatio duplæ. ꝙ ſm d. l. ſi poſt. aperitur via emptoribus extorquẽdi fideiuſſores, ſi nondum ſoluerũt pretium ſubmittendo aliquẽ, qui cõtra emptorem moueat litẽ. Bal. in l. nõ idcirco. C. de contrah. emp. Attamẽ huic fraudi poterit per iudicis officiũ ad quẽ

9 † ſpectat prouideri, ne fraudes cõmittant̃, arg. l. hoc aũt, in prin. ſi cui pluſquam per l. Falc. iudicis officiũ in hoc verſabitur ſm Bart. in d. l. ſi poſt. qm̃ cõpellet emptorẽ iurare, ꝙ per calumniã non facit. Soc. Sen. conſ. 208. col. pen. ver. ſecunda defenſio, li. 2. Cur. Sen. in l. vni. in fi. C. de proh. ſequeſt. pec. & ſimiliter ille qui mouet litem. Sali. in d. l. non idcirco. Et ſi detegeretur calũnia, emptor repelleretur, Neuiz. conſi. 37. Melius tñ foret: vt illi actori iuſm deferatur, vt iuret, an ab illo emptore requiſitus litẽ mouerit, nam is facilius rei veritatem iurabit, cũ tanti ſua nõ interſit, vt teſtatur Iac. Menoc. de arb. iud. li. 2. caſu 224. nu. 5. Sed heu quantum ſit periculoſa via hęc docet nos experientia, qñquidẽ

10 hoĩes † faciles ſint ad iurandũ. l. quæ ſub cõditione. de cõſt. inſt. in Dei cõtemptum. Bal. in d. l. ſi poſt. tales tñ pſeudo chriſtiani Deum ſaltem vltorẽ habebunt. l. 2. C. de iureiu. vbi Alex. Imperator inquit, iuriſiurandi † religio contempta ſatis Deũ vltorẽ

11 habet. Cæpol. caut. 52. aliquis emit &c. & cau. 181. multi emptores. Poterit ẽt vẽditor allegare, ꝙ emptor per dolum, & fraudẽ actorẽ inducit, vt litem ei moueret, ne pecuniã numeraret, quã fradẽ probare poterit coniecturis iudicis arbitrio penſatis, Cur. Sen. in d. l. vni. in fi. C. de ſequeſt. pec.

Cur verum ſit, ꝙ imminente euictione per litis motionem à tertio vẽditor teneatur fideiuſſorem præſtare. Oritur dubium. An aduerſus tm̃ motorẽ litis, vel aduerſus quemlibet alium, & ſic generaliter teneatur illum præſtare? Dyn. in d. §. ſtipulatio duplæ. quem referunt & ſequuntur Doct. in ſupra citatis locis,

12 tenet ꝙ venditor † debet fideiuſſorem præſtare aduerſus oẽs, & dicit hoc probari in l. fi. §. fi. de reſcind. vend. vbi Bart. Bald. &

Source : BIU Cujas

Saly.Rom.conſi.204.2.dub.Pau.de Caſt.in d.conſi.col.2.Quod ſatis comprobari poteſt ex generalitate d.l.ſi poſt. quæ lex cum generaliter loquatur,generaliter intelligi debet. l. j. §. generaliter.de leg.præſt.eſſetq; legis prouiſio fruſtratoria, ſi non teneretur venditor aduerſus quemlibet pro euictione fideiubere, &
13 lex † nihil fruſtra operatur.l.hæc ſtipulatio. §.diuus, vr leg. no. caue.Crat.conſi.135.in fi.lib.2.vbi atteſtatur de communi. Reſtringe hoc principale dictum ſecundùm Bal.in l. non idcirco. ante fi.C.de contrah. emp.vt non procedat in emptore petente fideiuſſorem pro euictione quando eſt in notoria calumnia, ꝙ contingere facile poteſt.Immò ſi ex parte venditoris conſtaret de notoria calumnia,quia res vendita non eſt ſua, emptorē hunc non teneri ad pretii ſolutionem, etiam ſi offerret fideiuſſorem euictionis, quia venditor detegit eius calumniam. Neuiz.conſi.37.num.9.

b Tertiò quando b † pater vendit bona filiorum in quibus ha-
14 bet vſumfructum,illo enim caſu pater debet præſtare fideiuſſorem pro euictione.l.j.§.fi.C.de bon.mat.intellige ſi emptor velit.Bar.& Pau.in d.§.ſtipulatio duplę,&Bal.in d.l.ſi poſt.Verùm Pau.in d.§.fi.aliud ſentire vī poſt Bar.& Bal.vbi inquit, ꝙ ita demum tenetur pater fideiubere,ſi ante ſolutum pretium filius litem mouerit, quo caſu imminet euictio in limine contractus, & ſic videtur innuere,ꝙ nulla ſpecialitas ſit in caſu d.§.fi. ſed ꝓcedat ſm terminos d.l.ſi poſt,& in d.§.fi.dicebat Saly.ꝙ ille.§.loquitur per viam conſilii, conſulendo emptori, vt ab initio ſibi proſpiciat de fideiuſſore.Verùm attende diligenter,ꝙ Bart. ibi iuxta intentionem antiquorum reprobat opinionem gl.illa ratione,qñ cum filius ſit in ptāte patris nō pōt agere.l.j.§.fi. C. de anna.excep.Rebuf.tit.de reſciſ.cōtract.art.j.gl. 23. in prin. tom. 2.ergo non pōt imminere euictio.Sed aduerte, ꝙ ſi viuente patre non pōt agere,nulla filio curret præſcriptior:quia non valēti agere non currit.d.§.fi & præſupponit hoc tex.in citato. §. fi. in illis verbis.Nullam præſcriptionē poterit filiis opponere qñcunq; rem ſuam vendicātibus &c.quo caſu ſemper dici pōt, ꝙ immineat euictio ꝓp periculum ſub quo ſtat emptor, ꝙ mortuo patre filio vendicabit rem ſuam.Mors enim certa eſt, quānis dies incerta.l.j.de cōdi.& dem.cum ſemel (ſm Apoſtolum) conſtitutum ſit hominibus mori,& dicit Sāctus Dauid, quis eſt homo,qui viuet, & non videbit mortem? Vnde cum primum ſciuerit emptor rem venditam à patre eſſe filii, & pater non docuerit eſſe ſuam emptor, ſi velit, coget patrem ad præſtandum fideiuſſorem de euictione,vt clarè præſupponit ille text. in illis verbis.Docere debet pater proprii iuris eam rem eſſe quam donat,vel diſtrahit &c.& in hoc ſtabit ſpecialitas illius §.ne cogamur incidere in ſuperfluitatem:cum alibi lex hoc diſpoſuerit ꝓ viam conſilii l.illud.de euict.& d.§.ſtipulatio duplæ.

15 Quartò qñ † in regione eſt cōſuetudo: vt venditor fideiuſſorem exhibeat emptori.bonus tex.in l.ſi fundus.vbi Bar.Bald. & Sali.de euic.l.ꝙ ſi nolit.§.quia aſſidua,de ædil.edi. & ita ſentiunt Bar.& Pau.in d.§.ſtipulatio duplæ, & Bald. in d. l. ſi poſt.& fuit opinio gl.2.in d.l.illud.de euict. Feli. conſi.15.nu.7.prout talem conſuetudinem eſſe Bononiæ teſtatur Gratus conſi. 135. nu. 9. lib.2.Propterea dicebat Bar.in l.ſi pignore.§.fi.de pig.act.ꝙ euictio intelligitur promitti cum clauſulis conſuetis.Soc.Iun.cōſi. 148.lib.3.Aymo conſi.325.nu.3.

16 Quintò qñ † Princeps ſuo reſcripto venditionem cōfirmat, arg.l vniuerſa.C.de prec.Imp.offer. Bar. & Pau.in d.§.ſtipulatio duplæ.Bal.in d.l.ſi poſt.tunc enim venditor debet pręſtare fideiuſſorem,Iſte caſus ſolum doct.auctoritate nititur.Aret.in §. fi. inſti.de ſuſp.tut.Nā in l.vniuerſa.ſolum probatur, ꝙ debitor, ꝙ impetrat dilationem per reſcriptum principis ad ſoluēdum fideiuſſorem idoneum præbere debet,alioquin huiuſmodi priui legio non frueretur nolens cauere.Rebuf.de liter.dilat. §.j. gl. j. nu. 49. tom. 2. Propterea ego hunc caſum nō pono pro ꝓſtāti.

17 Sextò qñ † creditor neceſſitatur inſolutū capere ex bonis debitoris, tunc tenetur debitor fideiuſſorem præſtare qualem pōt. §.ꝙ autem,in auth.de fideiuſſ.& not.ibi Bar. nu. 7. ꝙ ſi debitor non pōt præſtare fideiuſſorem, præſtabit iuratoriam cautionē. l.cum non facilè.cum ibi no.ſi cui pluſquam per l.Fal.

18 Septimò quando † auctor venditoris ſuſcipit in ſe iudicium motum, tunc ſi eſt diues, habetur loco fideiuſſoris, & emptor non poteſt retardare ſolutionem pretii, ita votauit conſilium Neapolitanum,vt teſtatur Affl.dec.171. quidam vendidit. Natta conſi.267.num.4.

19 Fideiuſſor † euictionis non pōt petere ſe eximi, & liberari à fideiuſſione, quanuis diu ſteterit in promiſſione niſi re euicta. Bar.Bal.Pau.Alex.in l.facere.ſol.mat.Cy.Bald.Sali.in l.ſi pro ea. C.mand.vbi Sali.nu.5. teſtatur hanc eſſe cōem Doc. opinionē. Bald.in l.j.C.de fideiuſſ.min. Bal. Pau.Alex.Iaſ.& Dec.in l.ſi pater.C.de colla. Bart. in l. Lucius. mand. Affli.deciſ.241.nume.4 quidam Notarius.

20 Si reſcinditur † venditio beneficio reſtitutionis in integrum fideiuſſor euictionis tenetur,ſecus ſi remedio ordinario,puta.l. 2.C.de reſc.ven.Bal.Sal.Pau.& Alex.in l.j. C.de fideiuſſ.min. q̃uis Bart.ibidem dubitaueri t, probatur hoc in l.in cauſæ, la prima,in prin.de min.& in l.2.C.de fideiuſ.min.

21 Fideiuſſor † euictionis habet electionem vel reſtituendi rē
c euictam, vel intereſſe ſoluere.l. fideiuſſor, c de dol.mal.except. vbi Bar.no.& in l.ſi inſulam.nu.14.de ver.obl.

22 Similiter † poteſt appellare à ſententia lata in cauſa euictionis etiam quieſcentibus venditore, & emptore.l.à ſententia. 3. reſp.& ibi no.Bar.& Ang.Aret.de appell.

23 Impropria † qñ venditor pactus eſt, ne de euictione teneat, licèt ex hoc liberetur ſecuta euictione ab intereſſe, obligatus tamen remanet ad pretii reſtitutionem.l.emptorem.§.fi. de act. empt.Bal.l.j.col.fi.C.de per.& com.rei ven.& ibi Sali.q.5. & in l. non dubitatur.C.de euic.Hanc deciſionem eſſe ſingulariter intelligendam docuit Rom.ſing.382.Si vendo rem &c. vt ita de-
24 mum procedat, qñ † in genere eſſet factum pactum à quocūq; euiceretur, ſecus ſi ſpecificaret à certa ꝑſona, puta à Sēpronio, tunc enim ēt pretiū nō reſtituitur, caſus eſt ſingularis in l.qui libertatis.in prin.vbi Bar.Bal.& Sal.de euict.& ibi colligit gl.ex illo tex.idē eſſe qñ exprimitur, ꝙ nō vult teneri ex certa cauſa, vt Bar.ibi no.Bal.in d.l.j.q.2.C.de peri.& com.rei ven.Rebuf.in
25 tit.de dilat.ar.5.gl.j.num. 51.& 53. tom.3.Ratio differentię † eſt ſm Bal.in d.l.qui libertatis. quia vbi venditor excipit aliquē ſpecialem caſum, vel perſonam per hoc videtur certiorare emptorem ꝙ in tali caſu,vel perſona pōt res euinci.l.j.in fi.de act.emp. Sed vbi generaliter excipit,tunc ſaltem tenetur ad pretium, qa per generalem exceptionem non poteſt eſſe certus emptor,niſi ſciuerit venditorem non habere ius: ſed vide infra caſu 6. vbi reprobatur hoc.

26 Item verum eſt, niſi dictum pactū † ſit factum inter mutuò vendentem,& ementem, quia tunc neuter agit ad pretium, gl. ſingularis in l.ſi familiæ.C.fam. erc. & ibi Bar. dicit non habere locum in diuiſione,tenet Bal.in l.non.dubitatur.in fi.C.de euic.

Poneretur tamen hoc extra omnem dubitationem ſi expreſ
27 sè, † & ſpecialiter conuenerint, ne etiam ad prerii reſtitutionē venditor teneatur,vt no.in d.l.emptorem.§.fi.per gl.& Bar.Sal. in d.l.j.q.5.C.de peric.& comm.rei vend.

SVMMARIVM.

1 *An emptor teneatur nunciare litem venditorem ſcienti.*
2 *Certus non eſt certificandus.*
3 *Denunciatio in dubio præſumitur exigi ad certiorandum.*
4 *Tutius,immò oportet ſcienti denunciare.*
5 *Venditor melius ſcit rem venditam defendere.*
6 *Taſ.mouit dubitationem.*
7 *Venditor denunciatus tenetur de euictione.*
8 *Numquid emptor debuerit appellare.*
9 *Non ſolum in prima inſtantia,ſed in aliis etiam denunciatio fieri debet.*
10 *Emptor à ſententia contra eum lata tenetur appellare.*
11 *Denunciatio aliquando fit ad duplicem effectum.*
12 *Debitor ex ſola ſcientia ceſſionis videtur inhibitus.*
13 *Ceſſio aliquando fit ad commodum ceſſionarij, aliquando cedentis.*
14 *In ſolutum datio æquiparatur emptioni.*
15 *Conciliatio Baldi duplex ad illa iura.*
16 *Non ſufficit ſimplex ſcientia,ſed inhibitio ne ſoluat.*
17 *Dies interpellat pro homine.*
18 *L.magnam,procedit in die certa,ſecus in incerta.*
19 *Obligatus ad factum tenetur ſi requiſitus fuerit.*
20 *Promiſſor non poteſt defendere,niſi ſciat.*
21 *Non ſufficit ſimplex nunciatio,ſed requiritur etiam incitatio.*
22 *Venditor debet venire ad defendendum.*
23 *Lex ſuper aliquo diſponens præſupponit cætera habilia.*
24 *Muliere prægnante ſatis eſt denunciare ijs quorum intereſt.*
25 *Quando eſt vnica ratio habetur pro expreſſa.*
26 *Emptor poteſt ſe tueri iuribus propriis,& venditoris.*
27 *Dicitur defendere venditorem,ſi emptorem inſtruit.*
28 *Pro forma requiritur:vt venditor interpelletur.*
29 *Forma data adimplenda eſt.*
30 *In claris non eſt opus coniecturis.*
31 *In denunciis ſufficit narrare factum.*
32 *Intellige declaratoriis non incitatoriis.*
33 *In denunciatione requiritur inſertio libelli.*
34 *Emptores auctoribus ſuis litem intimant in hac forma.*
35 *Intimatio debet fieri ſub forma clem.cauſam,de elect.*
36 *De conſuetudine non ſeruari quidam aiunt.*
37 *Doctori atteſtanti de conſuetudine credendum.*
38 *Datur copia libelli,vt reus deliberet.*
39 *Doctori conceſſum eſt iura interpretari.*
40 *Venditor credere debet emptori,ſi vir bonus reputatur.*
41 *Aduerſario meo credere non debeo.*
42 *Alicui non creditur in eo quod eius commodum reſpicit.*
43 *Libelli copia dari debet,ſi petatur.*
44 *Venditor ſponte veniens ad litem ſuſcipiendam non eſt requirendus.*
45 *Quatuor concluſiones colliguntur ex ſupradictis.*
46 *Venditor qui iurauit,ſciens litem motam non eſt requirendus.*
47 *Vaſallus tenetur dominum defendere ſciens vi iuramenti.*
48 *Promiſſio,& iuramentum debent aliquid operari.*

49 Iuramen-

Source : BIU Cujas

49 *Inramentum quod est uinculum animæ interpellat.*
50 *Licet arguere à materia feudali ad alios casus non decisos de iure communi.*
51 *Conductor qui iurauit soluere cessans per annum constituitur in mora.*
52 *Qui promittit facere, & curare, cum primum potest, & non facit, constituitur in mora.*
53 *Iuramentum habet vim litis contestatæ, intellige vt infra nu. 69. Iuramentum interpellat.*
55 *Iuramentum intelligitur secundùm naturam actus, & probatur duobus exemplis.*
56 *Iuramentum non obligat in plus, sed efficacius.*
57 *Iuramentum non auget obligationem, sed addit vinculum religionis.*
58 *Iuramentum intelligitur secundùm naturam actus primordialem, non accidentalem.*
59 *Non procedit, quando accessoriè venit ad actum per accidens.*
60 *Vel intellige quantum ad pœnam.*
61 *Vasallus non obligatur Dominum defendere propter iuramentum, nisi requisitus regulariter.*
62 *Ad constituendum in mora requiritur interpellatio.*
63 *Fallit in certis casibus, inter quos non numeratur iuramentum.*
64 *Lex si habeat clausulam decreti, inductum ab ipsa censetur pro formadatum.*
65 *Intellectus ad c. breui. de iureiur.*
66 *Valet Arg. de feudo ad emphyteusim.*
67 *Reprobatur doctrina Bal. in c. querelam. de iureiur.*
68 *In eo qui promittit se facturum requiritur interpellatio.*
69 *Declaratur doctr. Bar. in §. si iurauero. l. eum qui. de iureiur.*
70 *Distinctio Soci. refertur, & improbatur.*
71 *Refertur distinctio Ripæ, quæ pariter reprobatur.*
72 *Quando venditor sciens habet instrumentum ad victoriam, & vltro non exhibet emptori in lite mota, alia non requiritur interpellatio quod reprobatur.*
73 *Cum venditori nulla competit defensio, non requiritur denunciatio.*
74 *Intellige si emptor probat iustitiam euincentis.*
75 *Si debitor non est soluendo, non potest opponi exceptio discussionis.*
76 *Vbi est notorium rem esse euincentis, venditor tenetur de euictione non secuta sententia iudicis.*
77 *Si constat ex actis sententiam fuisse latam ex legitimis probationibus, emptor contumax non impeditur agere.*
78 *Citatio omitti potest, quando constat nullam defensionem competere.*
79 *Emptor qui non denunciauit venditori nullum ius defensionis habenti, non aget de euictione.*
80 *Lex per aliam legem distingui potest, non per hominem.*
81 *Lex præsumit pro sententia iudicis.*
82 *Emptor, qui non denunciauit, præsumitur succubuisse sua culpa.*
83 *L. emptor. C. de euict. an sit præsumptio iuris & de iure.*
84 *Quid sit præsumptio iuris & de iure.*
85 *Aduersus quam præsumptionem admittitur probatio per notorium rei.*
86 *Intellige hæc duobus modis.*
87 *Cessante causa impulsiua non cessat dispositio.*
88 *Quæ dicatur causa impulsiua, & quæ finalis.*
89 *Ripæ distinctio reprobatur.*
90 *Duæ aliæ distinctiones referuntur.*
91 *Improbatur quædam opinio Aymo. consi. 86. nu. 6.*
92 *Prima distinctio approbatur, & latius declaratur.*
93 *Secunda distinctio reprobatur Rubei & Fulg.*
94 *Aymonis opinio saluatur.*
95 *Quædam Rubei consideratio.*
96 *Cautela quædam Petri Rebuffi.*
97 *Quando emptor, & venditor sunt simul conuenti in eodem iudicio, an requiratur denunciatio disputatur.*
98 *Emptor non tenetur denunciare, si non potest.*
99 *Denunciatio absente venditore domi facienda est amicis vicinis, vel per edictum, vel secundùm formam clem. causam, de elect.*
100 *Si venditor dixisset, quòd nolebat emptorem defendere, non requiritur alia interpellatio.*
101 *An credatur nuncio referenti citatum nolle comparere, discutitur: pro cuius resolutione refertur distinctio Franci.*
102 *Fauore minorum, piæ causæ, & Fisci non requiritur interpellatio.*
103 *Intellectus. l. minorum. C. in quibus caus. in inte. rest. non est nec.*
104 *In ecclesiam transfertur dominium absque traditione.*
105 *Priuilegia non sunt multiplicanda.*
106 *Fiscus regulariter vtitur iure priuatorum.*
107 *Reprobatur gl. in §. fiscus. l. cum quidam, de iure fisc.*
108 *In ecclesia requiritur interpellatio, Ant. Burgos probat.*
109 *Ecclesiis est fauendum, nisi alijs præiudicium inferatur.*
110 *Expenditur constitutio. c. breui, de iureiur.*
111 *Intelligentia ad c. potuit, loca.*
112 *Vltimæ voluntates, & contractus bonæfidei à pari procedunt stante similitudine.*
113 *Gl. auctoritas à multis commendatur.*
114 *Si pacto remissa est denunciatio, non requiritur alia interpellatio.*
115 *Quomodo procedat gl. in l. 1. C. ne fideiuss. dot. dent.*
116 *Non obstante remissione nunciationis ex æquitate facienda est secundum Rebuf.*
117 *Cedenti non fit denunciatio, duplex ratio adducitur.*
118 *Venditor nen potest declinare forum emptoris.*
119 *Quid in clerico venditore dicendum latè disputatur, & concluditur idem.*
120 *Hieronymi cautela.*
121 *Refertur distinctio Ripæ in clerico no.*
122 *Iudex ecclesiasticus in hoc casu inhibere non potest iudici seculari.*
123 *Potest clericus coram iudice seculari suo iure vti.*
124 *Quid in fisco venditore? tdem dicitur quod supra.*
125 *Intellectus. l. 3. cum gl. C. de in. fis. lib. 10.*
126 *An venditor vigore statuti possit petere compromissum contra agentem.*
127 *Per compromissum non mutatur forma.*
128 *Compromissum non perimit, sed suspendit iudicium.*
129 *Iudex coram quo fuit res euicta cognoscere potest inter emptorem, & venditorem.*
130 *Fallit in clerico venditore.*
131 *Venditor potest vti declinatoria fori emptori competente.*
132 *Excepto fori competens principali non competit fideiussori.*
133 *Pluribus hæredibus venditoris in solidum denunciandum est, intellige, vt infra num. 137.*
134 *Ius defensionis indiuiduum est, intellige vt infra num. 136.*
135 *Dictio omnis, est collectiua.*
138 *Non sufficit vt denunciatio fiat fideiussori.*
139 *Auctori fieri debet, non procuratori, nisi in causa absentiæ.*
140 *Procurator potest præstare fideiussorem de euictione, licèt in mandato non contineatur.*
141 *Procurator denuncians litem venditori debet docere de mandato.*
142 *Sufficit vt pupillo fiat.*
143 *Quando res vendita transit per plures manus quid agendum.*
144 *In denunciando tempus seruandum est.*
145 *Per denunciationem non eximitur emptor à defensione litis.*
146 *Emptor defendens litem ad quæ contra venditorem regressum habet.*
147 *Ad quos sumptus tenetur venditor.*
148 *Venditor tenetur ad expensas litis necessarias.*
149 *Si emptor fuit in culpa non petendo aduersarium in expensis condemnari.*
150 *Emptor vltra duplum à venditore an aliud consequi possit.*
151 *Interesse duplum excedere non potest.*
152 *Si lis mota est super possessione, an agatur de euictione.*
153 *Per hythecariam verè res non euincitur.*
154 *Emptor si rem meliorauit, soluit primam æstimationem.*
155 *Obligatus ad dandum liberatur primæua actione si det, & caueat.*
156 *Venditor promittens stare simplici verbo, vel iuramento emptoris de omnibus expensis, an talis conuentio ualeat?*
157 *Pacta, & conuentiones seruandæ sunt, si absque peccato seruari possunt.*
158 *In arbitrio boni uiri tacitè subintelligitur, dummodo dolus absit.*
159 *Emptor tenetur conducere aduocatum expertum.*
160 *Agitur de euictione re euicta, fallit in quatuor casibus, ut infra numero 162.*
161 *Differentia est inter stipulationem duplæ, & habere licere.*
162 *Contra impedientem me uendere agere possum actione de dolo.*
164 *Si uenditor promisit de euictione rato manente pacto.*
165 *Sententia lata contra emptorem, an exequi possit contra uenditorem.*
166 *Si emptor & uenditor sciant rem uenditam esse alienam, an debeatur euictio.*
167 *Quando consanguineus retractus iure agit, an uenditor teneatur de euictione.*
168 *Si promissum est, quomodocunque res euincatur.*
169 *Emptor bonæ fidei recuperat melioriationes.*
170 *Emptor malæfidei non recuperat, nisi necessarias, eandem distinctionem facies circa fructus perceptos.*

§. III. Vt emptor agere possit contra venditorem de euictione, quæ præcedere debeant.

AD huius intelligentiam de trib. videre contingit, quibus cognitis facile intelligi poterit, quæ interuenire debeant, vt euictio locum habeat. Primo
1 quæritur, An emptor † teneatur denunciare litem motam contra se venditori, scientiam dicte litis habenti?

Videbatur dicendum quòd non, per regulam iuris, quòd
2 qui † certus est, amplius certificari debet minime. c. eum qui, de reg. iur. in 6. Non enim (inquit Vlpia.) certiorari debet qui non ignorauit. l. j. in fin. de actio. empt. l. 1. §. si intelligitur, de ædil. edi. l. item veniunt. §. petitum, de pet. hæredi. Et in dubio ad
3 quem finem exigatur † denunciatio præsumitur exigi ad certiorandum, & ideo tunc sola scientia sufficit. Dyn. in d. c. eum qui, refert Alexan. consi. 24. num. 6. lib. 4. & consi. 138. nume. 3. lib. 7. allegat Cyn. & Iacob. de Beluis. in l. emptor. C. euictio. cuius opinio probari videtur in l. si cum quæstio. C. eod. dum ibi disponitur, ꝙ emptoris auctor certus reddatur. Si verum est, quòd uenditor est certificandus, si iam scit litem motam, adimpletum videtur quod in lege disponitur, Bertrand. consi. 233. num. 3. lib. 3.

Source : BIU Cujas

Contrarium tñ vbiq; tenent Doct ꝙ immò nō obſtante ſciē tia oīno emptori eſt denunciandū. Huius opinionis auctor eſt
4 Accurſ.in l.emptor.C.eo.quoniam ait,ꝙ turius † eſt ſcienti denuntiare.Strictius tñ cęteri loquuntur, ꝙ oīno oportet denuntiare.Spec.de emp.& ven §.fi.in fi.vbi Io.And.Bar.Bal. Saly.in l. emptor.C.eo.in l.j.in fi.de act.emp.Bar.in l.2. §. voluntatem,in fi.ſol.mat.& ibi Alex.Iaſ.& Rip.Bar.in l denuntiaſſe.§.j.de adul. in l.non ſolum.§.morte.nu.52.de no. ope. nunc.& ibi Alex.nu. 11
44.Iaſ.num.40.Rub.num.408.Bar.Bal. Pau.in l.qui abſentem, de procu.Pau.Ang.& Iaſ.in l.in executione.§.inſolidum.de verbo.oblig.Feli.c.cum M.nu.65.& Rip.nu.166.de conſti.Feli.in c. cum contingat,conclu.4.de reſcrip.Canon.in c.fin.de empt. & vend.vbi Ant.Burgos.col.3.Alex.in ſupra citatis conſi.& in cōſi.191.num.3.lib.6.Bald.conſ.279.lib.3.Pau.de Caſt.conſi.308. col.pen.viſis,&ponderatis,lib.j.Capel.Thol.q.407. & ibi Aufr. in addit.Corn.conſi.6.num.4.& 231.nume. 10.lib. 2.conſi.255. lib.3.Ioan.de Amicis conſi.145.num.5.Soc.Iun.conſi. 4. num. 34.lib.2.Curt.Iun.conſi.104.num.1.Natta.conſi.38.num.5.Frā. Marc.deciſ.581.num.9. Riminal. conſi.147.nume.3.lib.j.conſi. 205.num.1.& conſi.274.lib.2.Bertrand.conſi.12.li.4.Bello cōſi.50.dub. 2. Alciat. conſi.404. circa primum. & in l.deteſtatio, 12
col.19.in paruis,de verb.ſig.Rebuf.tit.de dilat.arti.5.glo. vn.nu. 27.To.3.Didacus Couarr.li.3. variarū reſol. c.17. illat.j.Viui.li.j. cōmunium opin. nu. 434. qui multos ex ſupra dictis non citat. quib.planè conſtat,hanc eſſe communem opinionem.Iſta opinio probatur.in l.empti actio,& in l.ſi parentes. C. eo.ibi,vt defendatis:& hoc ponderat Bald. in l.ſi cum quæſtio.C.eo.probatur etiam in l.qui abſentem,de procu.ibi. poſtulabat à venditore fundi,vt ab eo defenderetur &c. Et ratio huius denunciatio- 13
5 nis eſt ſecundùm Dec.conſ.74.quia venditor † melius ſcit rem venditam defendere,cum magis certus, & inſtructus ſit de iure ſuo:& non fit talis denunciatio ad illum finem ſimpliciter, vt venditor ſciat,ſed vt faciat aliquid de nouo, vt declarat Bart.in d.l.denuntiaſſe,& colligitur ex ſupra citatis iurib.Corn.d. conſ.
6 255.Mod.in conſuet.Pariſ.§.13.gl.11.num.5.At Iaſ.† in d.§.voluntatem,num.26.mouet dubitationem, ꝙ differentia Bart. & Doct.eſt verbalis,& nō realis,dum aiunt, ꝙ ſi intimatio fit ſimpliciter ad certificādum,ſi aliunde eſt certus non requiritur. Si verò non fit ſolum ad notificandum,ſed etiam ad incitandum, tūc requiritur omnino non obſtante eius ſcientia: inquit enim Iaſ. Nam quid intereſt,ꝙ vēditor certioretur ab vno tertio, vel ab ipſo emptore? Reſpondetur ſecundum Bar.in d.l.emptor.C. eo.Quando venditor certioratur ab extraneo de lite mota, nō eſt ꝙ impuretur venditori,ſi non venit ad defendendum litem motam, poteſt enim præſumere ꝙ ipſe emptor poſſit ſe defendere ſine auxilio ipſius venditoris: ſed quando emptor denunciat ipſi venditori,videtur ꝙ nō poſſit ſe defendere,ideo eſt ne- 14
ceſſe,ꝙ veniat ad defendendum. Tu verò diligenter aduerte,ꝙ cum huiuſmodi denunciatio vltra ſimplicem ſciētiam incitet ipſum venditorem:vt ad defendendum,omnino neceſſaria eſt. Nec diuinam dum eſt,vt faciunt Bart.& Iaſ.ꝙ ſi emptor nō denunciauit,ſed aliquis tertius,forſitan ipſe emptor cōſidit de ſuis iuribus,quod incredibile eſt, cum omnes leges cōſulant ipſum emptorē denuntiare debere,ſi cautius procedere vult, vt in ca-
7 ſu ſuccumbentię venditor † teneatur de euictione,ad quam regulariter non teneretur, niſi præcederet notificatio Corn. & Dec.in præcitatis conſiliis.

Alio modo pungit Cum.in d.§.voluntatem.Bart.dicit enim ꝙ Bar.ineptè allegauit gl.in d.§.volūtatem.in verb.ſcire. & l.allegatam in ea.Nam ait,ꝙ tex.in l.Herennius.§.Caia.de euic. nō 15
loquitur de denunciatione litis motæ,ſed de ſentētia lata. Nū
8 quid † emptor debuerit appellare à ſnīa,cum debuerit denunciare venditori,ꝙ appellet.Et ſic videtur,ꝙ Bar.non bene ponderauit illum tex.Reſpondet Iaſ.in d § voluntatem,ꝙ Bar.conſiderauit,ꝙ qua ratione ibi non requiritur denūciatio, ſicut qñ venditor ſcit,eadem ratione non debet requiri denunciatio euictionis,qñ venditor ſcit.Aduertendum eſt,ꝙ Iaſ.ſic interpretādo mentem Bar.videtur potius deſtruere,cum ipſe Bar. vbiq; teneat,ꝙ denunciatio tequiritur, q̄uis venditor ſciat litē motā eſſe,quicquid ibi gl.ſenſerit.Vnde ego rñdeo,ꝙ Bar.aptè allegauit.d.§.Caia.,pbatur hoc in illis verbis. Auctorē laudauerat &c. interpretatur.Sal.ibi;ideſt laudabiliter denunciauerat,& ſic ibi tex.loquit̄ de denunciatione litis motæ.ꝓpea malè reprehendit̄ Bar.à Cum.quinimmò ipſe potius redarguēdus eſt,qui malè intellexit Bar.inductionē.Dicendū tñ eſt ad intelligentiam principalis deciſionis.d.§.Caia.ꝙ emptor fuit in culpa nō denūciādo,& quia ēt negligēs fuit in permittendo labi tp̄s fataliū appellandi, vel appellationē proſequendi. Et ex illo textu colligit̄,ꝙ 16
9 non ſolū † in prima inſtantia,ſed ēt in ſecunda,& vlteriori dēt fieri denunciatio litis,alioquin emptor non hr̄et regreſſum ad uerſus ſuū auctorē,vt in fi.illius l.hr̄,vt animaduertunt ibi. Bar.
10 & Bal.& hoc planè colligit̄;qñ emptor † à ſnīa ꝺ eum lata tenetur appellare,& appellationē proſequi, cū ipſe noīe proprio ad vtilitatē tñ alterius.ſ.venditoris condemnet,vt no.docet & cōcludit Bar.in l.ſi procurator.§.ſi ignorātes.in fi.& ibi Sali. mād. Dec.d.conſ.74.nu.3.Papien.in forma lib.in cauſa vend.gl.verb. promittens de euictione.nu.8.Mod.in Apoſt.ad Dec. in d.conſi.74.teſtatur cōem opinionem eſſe in contrariū,ꝙ non teneatur appellare,vel appellationē proſequi,allegat Bar.in d.§.Caia. & Bal.in l.inuitus.q.2.C. de procur. qui mihi hæc non probant Rub.in d.§.morte.nu.414.ſed vide infra q.12.vbi latius.

Similiter Iaſ.in d.§.voluntatem,reprehendit Bar. qñ doctrina ſua fundamenta in d.l.denunciaſſe,nō eſt vera. Nam qñ † denunciatio fit non ſolū ad finē ſciētiæ,ſed ēt incitationis,ille cui dēt denunciari ad hūc duplicē effectū nō dēt certiorari ſi ſciat. probat̄ hoc ſm eum per duos tex. ſimul iunctos.ſ. per l. 3. C. de
a nouat. iun.l.fi. de tranſa inducendo ſic. Pone aliquis cedit mihi debitorē,dicit ibi tex.in d.l.3.ꝙ non obſtāte ceſſione debitor pōt adhuc ſoluere creditori,ſaluo niſi lis fuerit cōteſtata,vel denunciatū ſit debitori ne ſoluat.Pōdera ergo,ꝙ denūciatio quę fit in d.l.3.fit ad duplicē effectū.primò,ꝙ ſciat me feciſſe ceſſionē. ſecūdò,vt inhibeā debitori ſoluere,& tñ ſi debitor ſciret,nō eſt opus certioratione,d.l.fi.vbi eſt tex.ꝙ ſi ſciat aliunde non eſt amplius certiorandus,ergo contra Bar.

Cui obiectio rñdet Rip.in d.§.voluntatem,poſt numerū 17. 12
ꝙ debitor † ex ſola ſcientia ceſſionis vr̄ inhibitus ſoluere cedenti,cū ſciat illū remiſiſſe iura ſua.l.ſi cū emptore.in prin. de pact. non ſic in d.l.denunciaſſe,nec in qōne noſtra, quia etſi vēditor ſciat litem eſſe motam,non tñ ſcit,ꝙ emptor velit vti defenſionibus ipſius venditoris, cum poſſit emptor etiam ſe defendere ex iuribus propriis.l.emptori.C.de euict.

Sed aduerte ſm Hormano.Detum.in d.§.morte.nu.128.ꝙ illa iura non faciunt in propoſito,quia loquunt̄ in ceſſione actionis,in qua diſtinguit̄,ꝙ aut † ceſſio fit ad commodum ceſſionarii,vt in d.l.ſi quia vendita hæreditate,oē commodum, & incōmodum eſt emptoris,& tunc ſatis eſt ſciētia debitoris.Bar.in d.l. ſi cū emptore,cum quo träſit Iaſ.ibidē, & idem repetit Bar. in l. facta.§.ſi hæres,ad Treb.Si autem fiat ad cōmodum cedentis,vt in d.l.3.omne quod exigitur à ceſſionario cadit in vtilitatē cedētis,quia in tantū liberatur, & tunc requiritur denunciatio. Nos autem non verſamur in his terminis debitoris ceſſi, ſed agitur inter venditorem,& emptorem,qui venditor debet certiorari, vt veniat ad defendendum.

Verùm Rubeus in d.§.morte.nu.409.reprehendit iſtā dr̄iam, & mouetur.Nam in l.2.C.de noua.debitor meus mihi ſolutionis cauſam mandauit actiones cōtra debitorem ſuum,& tñ nō ſufficit ſola ſcientia illius,cōtra quem ſunt actiones ceſſæ,vt impediatur ſoluere ipſi cedenti,ſed requiritur vel exactio partis debiti,vel litis conteſtatio,vel denunciatio,& tñ ibi periculum,& commodū pertinet ad ceſſionariū, ſicut in caſu d.l.ſi.de trāſ. Nā in caſu d.l.3.debitor meus dedit mihi nomē debitoris inſolutū, & periculum eſt meū,ga inſolutum datio † æquiparat̄ emptioni,& venditioni.l libera.C.de ſen.l.ſiquis aliā,& de ſolu.l.j. C.de peric.& com.rei ven.ergo ſi debitor cōtra quē ceſſæ ſunt actiones efficeretur non ſoluendo,periculum ad me ceſſionariū ſpectaret: quia vbi quis recipit nomen debitoris inſolutum ſtatim liberatur dans,ſecundum Imo.& Scrib.in d.l.facta.§.ſi hęres,ad Treb.Quod cogitandum reliquit.

Circa intellectum d.l.3.vide eundem Rub.cōſi.159.Soc.Iun. conſ.82.nu.17.lib.j.Hæc Rub.conſideratio fuit Cum cōſi.4. col. fi.D.Stella.Vbi Cuma.conſiderat pro concordia dictorū iuriū, ꝙ in d.l.fi.tranſigens non poteſt præiudicare ceſſionario, ſed bene ſolutionem recipiendo,vt in d.l.3.antequam interueniat alterum illorum requiſitorum.

Non omitto,† ꝙ Bald.in l.j.col.fi.C. qñ prouo.non eſt nece. duobus aliis modis ſaluat,& conciliat dicta iura.Primò, ꝙ d l.3. loquitur in caſu ſuo.ſ.qñ ceſſio fit creditori cedentis,ſecus ſi fieret emptori,vel donatario.Et eſt ratio dr̄iæ,quia iſta ceſſio, quæ fit creditori, ſuccedit loco pignoris, & cum in iuribus non interueniat vera traditio, remanet quaſi poſſeſſio illius iuris penès cedentem.

Secūdò & verius,ceſſio,q̄ fit creditori fit gratia vtriuſq;,ſed ſi fit emptori,ſeu donatario,fit gratia emptoris,vel donatarii tñ. Et ideo lex æquiparat emptorem ei cui facta eſt reſtō ex Trebelliano,tex.eſt vulgaris,tñ vnicus in iure.in d.l.ſi.de tranſ.Ergo debitor,ſi cedēs agat,pōt ei obiicere de iuris incōpetētia. Quas ſolutiones Bal.refert,& approbat Bertran.conſi.290.lib. 2. par.j.

Poſtremò ego rñdeo,ſi in d.l.3.C.de nou.alterū ex illis ibi expreſſis requirit̄,vt debitor videat̄ inhibitus, ne ſoluat creditori, inter q̄ prędipua eſt denūciatio,& in d.l.fi.de trāſ.ſimpliciter dr̄, ꝙ ſi debitor hæreditarius ignorabat venditionē hæreditatis excuſat̄,ſi ſoluerit hęredi,nō pōt inferri à ꝺrio ſenſu,ergo ſi ſciuit
nō excuſat̄,qñ non ſufficit ſimplex † ſcientia,ſed requirit̄ inhi- 16
bitio,vt d.l.3.& hoc ſentit ibi gl. j. in primo intel. ꝙquid poſtea dixerit,quā in hoc reprehendunt Paul.de Caſt.Alb.Fulg. & Iaſ. ſibi cōtrarius ibi.in d.l.fi.Sali.in l.nomē.col.j.C.quæ res pig. obl. poſſ.Et ſic cōcludendū vr̄,ꝙ in caſu. d.l. fi. ad hoc vt debitor dicatur inhibitus,ne ſoluat,requiritur ſaltē denūtiatio, iuxta d.l. 3.Cautio tñ adhiberi poteſt,vt tollatur prouiſio.d.l.ad fauorem ceſſionarii,vt per Cępol.caut.240.tu habes &c.

Vlterius

Source : BIU Cujas

Vlterius Rip.in d.c.cum M.nu.166.de constit. opponit con
17 tra Bar.q̃ immo non requiritur de denunriatio,quoniã † dies interpellat pro homine.l.magnam.C.de ꝓh & committ. stipu. Verum venditor promisit lite mota defendere causam statim, quamprimum scit litem motam esse, dies illa dicitur eũ interpellare,vt defendat.

18 Cui argumento respondet ipsemet, q̃ † regula.l. magnam, procedit in die certa,secus in die incerta, quia illa non interpellat,vt declarat Bart.in l.ita stipulatus, la grande.in 2.q. princ. de uerbor. obliga.

Vel dicendum est, q̃ promissa est simpliciter legitima defen
19 sio,quando lis moueretur,quo casu q̃ũ aliquis obligatur †ad factum,tunc ita demum tenetur,si requisitus fuerit.gl.est no. in l. vniuersa.quam ibi multis sillibus exornat Ias.C.de p̃ci.Imp. off.

Quemadmodum si in ciuitate lex esset,q̃ prætor cogat agnatos ad compromissum,intelligitur,si aliqui litigatorum perierint.Nemini enim prætor officium suum impartitur,nisi petẽti.l.4.§.hoc autem iudicium,de dam.infe.

Quòd & in ea lege pluries responsum est, quæ forẽsem satisdare iubet,intelligitur enim si cautio petita fuerit.l.peto.§ fi.de leg.2.Alcia.li.j.de verb.sig.pag.26.in paruis.

Vel respõdeas,q̃ argumentum procedit in simplici promis
20 sione facti,secus in ista de defendendo,quia non potest promis sor † defendere,nisi sciat.Abb.consi.49.col.2.lib.2.Fely.c. si autem.col.1.de rescrip.Alciat.cons.760 in fine. Blancus &c. Not. tamen,q̃ si emptor,cui mota est lis, protestatur se nõ posse denuntiare uenditori; quia nescitur, vbi sit, q̃ eo reuerso tenetur vltra primam protestationem iterum denunriare, alias intelligeretur recessisse à protestatione,ita tenet Ias.in l. de pupillo.§. si quis ipsi prætori.num.4.de no. operis nunci. quicquid contra senserit Ange.ibi.

21 Secundò dubitatur, An sufficiat † simpliciter denuntiare litem esse motam,an uerò dicendum sit, ut ueniat ad defendendum,& in se litem suscipiendam,& sic, ut non sufficiat denuntiationem fore notificatoriam,sed etiam requisitoriam? Bar.in l.non solum.§ morte.nu.51.de no.oper.nunc.tenet, quòd in libello nuntiatorio dicatur,quòd sibi mota est lis, & q̃ veniat ad defendendum,allegat tex in l.j.C.de peri.& comm.rei uend.in illis uerbis,vt causæ agendæ adesset &c.& l.si rem la j.§.fi.ibi, vt de ea re agenda adsit &c. de cuict.& l.si parentes.C.eo.idem tenet in l.at qui natura.§.cum me absente.nu 4 de neg.gesto.Addit Ias.in d §.morte. nu.39. q̃ sufficeret denuntiare venditori; q̃ assistat liti motæ.hoc tenet Ang in l.denuntiasse, in prin. de adult.allegat tex.in l.empti actio.C.de cuictio.ubi formalis tex. ibi,interpellare uenditorem,siue successorem eius debes, ut tibi assistat,causamq; instruat &c.& Ias.addit tex.in l.cum successores. C.eo.qñ ait,assistere negotio denuntia &c.Et ista est communis opinio,vt testantur Fely.nu.64.& Rip.nu. 165.in c.cum M.de const.quæ opinio fuit originalis gl.j.in l.auctore.C.de eui. idem tenet Hier.Cagn.in l.vẽditor.col.j.de iud tex.& gl.j.Abb. & alii in c.fi.de emp.& ven.Bal.l.si cum quæstio.C.de cuic.Pau. de Castr.consi.240. effectus,in 2.dub.lib.j.& in l.j.nu.3.C.ubi in rem act.qui allegat tex.in l.si plus.§.mota.de cuic.Bal.in tit.si de feud.uas.ab alio interp.fue.in prin.Ang.cons. 177. Abb.consil. 45.& consi.49.col.2.lib.2.Alex.consi.24.col.2.lib.4.cons. 190. nu.20.lib.6.cons.27.lib.7.Cor.consi.325.col.3.lib.j.& communem dicit idem Corn.consi. 255.col.2.li.3. Rub.d.§. morte. nu. 416.Gozad.consi.94.nu.41.plenè Gratus consil.139. col.j.& ij. lib.ij.Capyc.decis.106.nu.2.Aufr.In addi. ad Capel. Tholos. decis.407.circa fi.Rimin.consi.147.nu.3.lib.1.Alciat.l.detestatio. col.19.in par.de verbo.sign.Did.d.lib.3.var.resol.cap.17.illat.2.

Contrarium tenent idem Bal.in l.emptor. C. de euict.Salyc. dicta l.j.C.de peric.& comm.rei uen.Ias.in d.§.morte,& mouetur ex pluribus.

Primò,per tex in l.si cum quæstio.C.de euict.ibi, Auctorem tuum certum fecisti &c.in quibus verbis videtur probari, q̃ sufficiat simplex denuntiatio litis motæ. Et quamuis verum sit, q̃
22 venditor † teneatur venire ad defendendum, non tamen sequitur, q̃ necesse sit illud denuntiari,cũ ex denuntiatione litis motæ habeat scire se obligatum venire ad defendendum .adde l.si controuersia.C.eo.cum similibus.

Respondet Rip.in d.ca.cum M.nu.165. q̃ illa lex simpliciter loquens de certificatione debet declarari per alia iura speciali ter loquentia.Quæ responsio sustineri potest.Nam quando lex
23 † super aliquod disponit,præsupponit cætera habilia concurre re.l.qui testamento,la ij.in princi.de testa.unde cum lex,si cum quæstio,disponat,q̃ uenditor est certificandus; dicẽdum est talem certificationem continere debere sua requisita, de quibus in dicta l j. C.de pericu. & commod.rei uend.& in aliis iuribus supra citatis.

Secundò Bal.mouetur in d.l.j.col.ij.in secundo casu.C. de pericu.& comm.rei uen.per tex.in l.j.§.denuntiare igitur,de uen.
24 insp.ubi probatur, q̃ † muliere prægnante satis est denuntiare ijs quorum interest partum non edi.

Respondetur secundum Ias.in d.§.morte, loco prẽcitato, q̃ ibi non sufficit denuntiatio certificatoria, sed etiam requisitoria interuenire debet,ut probatur in d.l.j.§. de inspiciendo, ibi, denuntiandum curet,ut mittant (si velint) q̃uentrem inspiciãt.

Tertiò adducũt.Denuntiatio litis motæ solum fit ad finem,
25 vt denuntiatus defendat emptorem.Ergo cum sit vnica † ratio denuntiationis,debet haberi pro expressa,iuxta glo.l. quamuis. C.de fideicomm.

Respondet Ias.in d.§.morte, q̃ potest hæc denuntiatio fieri ad duplicem effectum,uel vt veniat ad defendendum, vel ut teneatur de euictione.Quæ responsio nulla est,cum semper ad illum finem fiat denuntiatio,ut uenditor teneatur de euictione d.l.si cum quæstio.

Alio modo respondet Rip.in d.ca.cum M.præsupponendo,
26 q̃ emptor † aduersus eum,qui litem mouit,potest se tueri,& iuribus propriis,& iuribus uẽditoris.l.emptor.C.de euic. unde dicit,q̃ ad alium effectum potest fieri denuntiatio,scilicet ut uenditor instruat ipsum emptorem de iuribus ipsius,quibus mediãtibus possit se defendere.

Replicatur, q̃ denuntiatio fit principaliter, ut uenditor ve
b niat ad defendendum b emptorẽ,ut iura supra allegata demon
27 strant,& dicitur † defendere uenditorem,etiam si non assistat, dummodo instruat emptorem,& iura,quæ habet ad causam facientia, ipsi commodet, ex quibus iuribus litis motæ defensio proueniat.

28 Respondeigitur clarius,q̃ pro forma † requiritur: ut in denuntiatione ponatur,q̃ ueniat ad defendendum vẽditor.l.emptor C.de euict.Igitur forma† data adimplenda est specificè,&
29 gesta contra formam sunt nulla.ca.cum dilecta,ubi Fely.de rescrip.l.cum hi.§.si prætor.de tranf.Alex.consi.24.lib.4.Non obstat illa gl.qñ nos nõ loquimur,nec quærimus de ratione motiua,quare lex noluerit venditorẽ interpellari, ut veniat ad defendendum,sed nos disputamus de expressa legis dispositione,
30 quæ cum sit clara † non est opus coniecturis.l.cõtinuus.§.cum ita.de uerbo.oblig.

Quartò facit contra Barto.& communem illud,quod ponit
31 Bal.in l.uinum,ad fi.si cer.petat.ubi ait, q̃ in denuntiis † sufficit narrare factum,nec requiritur petitio,uel conclusio.

Respondet Rip.in d.c.cum M.quòd dictum Bal. procedit in
32 protestationibus † declaratoriis,vel certificatoriis, secus in incitatoriis,vel prohibitoriis, in quibus per modum nũtiationis & non petitionis requiritur conclusio,ut tenet idem Bal.in tit. si de feud.vasal.ab alio interp.fuer.nu.2.& hoc modo Bal. seipsum declarat.Et ita cum priore communi opinione transeundum est,pro qua stat etiam gl fi.in cle.causam,de elect.

Tertiò in dubium reuocatur, An quando denuntiatio uenditori est facienda sufficiat denuntiare litem esse motam:an verò sit necesse, ut in publicam formam libellus tradatur uenditori oblatus contra emptorem; alias uenditor non teneatur ei credere litem fore motam?

Bar.in l.empti actio.C.de euict.& in d.§.morte. nu.48. Alex. nu.41.& Ias.nu.38.Ange.in l in executione.§.insolidum.& in l. cum ex causa,de uerb.obl.& Alex.in cons.31.col.fi li.3. tenent,
33 q̃ requiratur † insertio libelli in denuntiatione.Et hanc esse cõmunem opinionem testatur Rip.post Fely.num 63.in d.c.cum M.nu.163.de constit.Aret.in §.actionum.nu. 8.circa medium insti.de act.Rub.d.§.morte.nu.414.Ruy.cons.136.nu.8.lib.5.Riminal.cons.147.nu.5.lib.1.Anan.cons.31.Alcia.l.detestatio,col. 19.in par.de uerb.signi.Rip.in l.quod te.nu.65.si cer.pet. Rebuf. d.tit.de dilat.art.5.gl.vn.nu.33.Didacus d.lib.3.var.resol.c.17 illa.3.Et propterea Hier.Cag.in d.l.uenditor,de iud.dicit,q̃ seruatur in practica,q̃ emptores † uenditoribus,& auctoribus suis li
34 tem intimant contra eos motam super re vendita requirendo, & interpellando,ut ueniant ad defendendum eos, & onus defensionis causæ in se assumere,exhibendo ad hunc effectum,vt certiores de omnibus reddantur copiam petitionis, & libelli,actaq; (ut dicitur) disbrigata, protestando de omnibus damnis, expensis,& interesse, & de agendo contra eos de euictione suo loco,& tempore:&,ut magis securè cuncta procedant, auctoritate iudicis hæc suis auctoribus intimare faciunt. Hoc idem tradit Card.Zabar.in clem.causam.§.fi.de elect.subdens, q̃ intima-
35 tio,† quam facit emptor venditori lite sibi mota in casu. c.fin. de emp.& uend.de rigore iuris debet fieri, ut arctetur uenditor sub forma d.clem.quod perpetuò nota dicit,quia cõiter ignoratur,& rarò bene intelligitur,manda igitur memoriæ

Est uerum,q̃ Ang.in d.l.emptor,ubi etiam Bal.nu.5. dicunt,
36 q̃ de consuetudine † hoc non seruatur, sed solum q̃ uenditor citatur:ut ueniat ad defendendum emptorem in causa euictionis,& litis motæ,& in citatione nuntiatur ei litem esse motam, & dicit istud esse tenendum, & nihil allegat, cuius dictum saluatur per Alex.& Ias.in d.§.morte.& Rip.in d.c. cum M. & in l. quando te,in numeris præcitatis,ut procedat,quatenus denuntiatio,& intimatio litis motæ fieret auctoritate iudicis: quoniam tunc non esset necessarium,q̃ fieret fides de contentis in protestatione intimatoria,quod dictum Ang.tenet etiam Bal.in l.si cum quæstio.C.de euict.

Dum

Source : BIU Cujas

Dum præfati Bal.& Ang.dicunt,conſuetudinem extare, videt
37 illis credendum,quia doct.†excellentibus atteſtantibus de con ſuetudine credendum eſt,Dec.in l.2.§.j.col.fi.ſi cer.pet. conſil. 691.nu.12.cum ſeq.qui ad hoc multos citat Soc.Iun.conſi.60. lib.2 Gratus conſ. 2.nu.58.cum ſeq.li.j.ſubdens ꝙ opinio Bar. in l.de quibus,de legib.videtur communis,vbi tenet, ꝙ doc.at teſtanti de conſuetudine credatur.

Ego circa principalem articulum ſeruarem opinionē Bar.ſiue iudicialiter,ſiue extraiudicialiter fiat talis intimatio, in quā ſententiam etiam inclinat Cagn.in d.l.venditor.nu.4. de iudic.
38 Ratio,quæ me mouet,eſt illa: quoniam ſemper † ſolet libelli, & petitionis in iudicio productæ dari copia,ut reus conuentus deliberet,an velit cedere,vel contendere.l.j.de eden.Et cum vē ditor ſuſcipere litem debeat, certior reddi debet de ſtatu litis, vt ſibi conſulere poſſit quid agere debeat.Et ꝙ Bald.& Ang.dicunt de conſuetudine ſeruari contrarium ſcimus,ꝙ Doct.quāuis excellenti aſſerenti ita ſeruari de conſuetudine nō eſſe cre-
39 dendum,†quoniam illi eſt conceſſum iura interpretari,non āt ſuper his,quæ ſunt facti diſponere.Dec.conſi.472.nu.17.qui alios allegat.Neuiz.conſi.45.nu.7.cum ſeq.qui infinitos allegat, & conſ.66.nu.31.vbi etiam de more doc.turbam inducit, atteſtans ex allegatis hanc eſſe communem ſententiam, quicquid in contrarium dicat cauſæ illi inſeruiendo in d.conſi.691.& in d.§.j.ubi Mod.Apoſt.atteſtatur veriorem eſſe opinionem contra Bar.& uide eundem Dec.conſ.402. in materia conſuetudinis.Vel reſponde & intellige,ut nouiſſime declarat Aymo cōſi.166.nu.9.vbi infinitas Doct.auctoritates allegat. Vel dicas,ꝙ de huiuſmodi conſuetudine allegata poterit ſe iudex informare,& ſecundum probata procedere.Grat.conſi.139.in fi.lib.2.

Rom.etiam in d.§.morte,ut ibi referunt. Alex.& Iaſ. aſſerit, ꝙ Bar.opinio non eſt vera,immo non oportet libellum oſtendi litis motæ venditori,quaſi hoc ſentiat gl.fin.in d.cle.cauſam, iun. tex.dum ibi gl.vult,tutius eſſe ſeruari formam d.cle.in hac denuntiatione,& ſic non eſt neceſſe, ꝙ ſeruetur forma exhibitionis libelli.Vnde certus dicitur ſecundum eū venditor quomodocunque ſit certificatus.l.certum.ff.ſi cert.pet. & debet uē-
40 ditor † credere ſimplici aſſertioni emptoris, ſi vir bonus reputabatur,arg l.argentum,commod.& gl fi.in l.a Titio, de condi. & demonſtrat.

Alex.& Iaſ.his non obſtantibus dicunt non eſſe recedendū ab opinione Bar.& pro ea dicunt facere d.clem.cauſam, in fin. ibi,dum dicit tex.idem quoq; in alijs caſib.obſeruari uolumus, in quibus requiritur intimatio facienda.iuncto princ. illius cle.
41 & ita intellige gl.ibi.Nec eſt uerum, ꝙ debeat † credi aduerſario meo mihi proteſtanti,ut pro eo aliquid faciam, nec iſtud di-
42 cunt iura allegata in contrarium. Non enim † creditur alicui in eo,quod cōcernit commodum ſuum,& onus alterius.l.nullus,de teſt.l.omnibus.C.eod.alias ſequeretur, ꝙ nunquam proteſtanti incumberet onus certificandi aduerſariū,ſed eſſet credendum proteſtanti,contra l.nomen.C.quæ res pign. obl.poſſ. l.ſi quis inficiatur,depoſ. præſertim cum quilibet bonus præſumatur.l.ſeruus,cum gl.de manum.teſtam.l.meritò,pro ſoc.cap. fi.de præſumptio.

Subdit poſtea Iaſ.in d.§.morte,ꝙ uerba Bar.ſunt ſanè intelli-
43 genda,dum dicit,quòd † libelli debet dari copia auth.intellige ſi petatur a uenditore,alias ſufficeret ei legere, iuxta diſpoſitionem d.clem.cauſam,ubi tex.alternatiuè loquitur, & ibi glo.in verb.petita.

Non vī recedendum ab antiqua practica,quæ eſt, vt ſemper in libello nuntiatorio inferatur petitionis tenor ad hoc, ut uēditor certior reddatur de lite mota,& poſſit conſultius reſpondere.Vnde Rom.fruſtra conatur oſtendere,quod ſimplici relationi emptoris eſſet credendum, quandoquidem ultra ſimplicem notitiam litis motæ requiritur,ut uenditor incitetur, atq; interpelletur,ut ad defendendum ueniat, litiq; ipſi aſſiſtat,propter quod a legis forma deuiandum non eſt.

44 Quid ſi uenditor ſponte † uenit ad ſuſcipiendum litem? Dicendum eſt,ꝙ non requiritur tunc alia denūtiatio, cum ceſſet cauſa propter quam fieri ſolet.ſ.vt inuitetur venditor ad defendendum,quo caſu cum vltro ſe offerat, non eſt ſuperuacuis laboribus inſiſtendum,arg.l.is qui ſe obtulit,de rei uend.ita tenet Bal.in l.j.nu.10.C.de peric.& com.rei uē.vbi ait, ꝙ debet admitti ad inſtructionem cauſæ pro ſuo intereſſe,ut no.in l. ſi ſuſpecta,in princ.de inofſi.teſtam.probat tex.in l.ſi parētes.C.de euictio.ubi no.Salyc.ꝙ qui de euictione tenetur,non poteſt prohiberi,quominus aſſiſtat in iudicio,Aymo conſi. 14.

45 Colliguntur † ex ſupradictis quatuor concluſiones.

Prima,ꝙ venditori etiam ſcienti notificari debet ab empto re litem ſibi motam ſuper re uendita.

Secunda,nō ſufficit ſimplex notificatio, ſed requiritur ut incitetur ad ſuſcipiendam defenſionem.

Tertia,in libello nuntiatorio debet inſeri copia libelli,& petitionis contra ipſum emptorem factæ.

Quarta,ſi ultrò venit uenditor ad ſuſcipiendum litem, non requiritur alia inſinuatio.

Tres priores concluſiones recipiunt aliquot notabiles limitationes.

46 Prima limitatio eſt,ut non procedant ſupradicta, ſi † uenditor in inſtrumento uenditionis iuraſſet uenire ad defendendū emptorem in cauſa euictionis,quoniam tunc ſi ſciat litem motam,non requiritur alia denuntiatio. Hanc limitationem ponit Alex.in l.2.§.uoluntatem.nu.16.fol.ma.illam tenet Iaſ.in l. quod te,nu.22.Dec.in lect.nu.11.& in rep.nu.43.ſi cer.pe. idem Alex.conſi.126 lib.j.Aret.conſi.150.Corſet.in repe. rubr.de iureiur.priuil.4.Bauer.in trac.de iur.iur.illa.7. Cremenſ.ſin. 122. vbicunque &c.Rubeus conſ.152.in fi.& in d.§. morte, nu.420. Soc.conſ.27.nu.10.& conſi.57.nu.11.Grat.conſ.139.nu.7.cum ſeq.lib.2.Cur.Iun.conſ.74.nu.7.Capy.deciſ.106.nu.3.uer.ſecundo facit &c.Aufr.in add.ad Capel.Thol.q.407.limit.5.Fely. c.licet Hely.col.3.limit.4.de ſym. Roland.à Valle conſi.6.conſ.57. nu.45.lib.j.& conſi.25.nu.22.li.2.Natta conſi.262.nu.20. Didacus lib.3.variar.reſol.capi.17.illat.5. ex quibus uidetur, ꝙ iſta ſit communis opinio,ut teſtatur etiam in dicta l.quod te. pro qua opinione faciunt infraſcripta.

Primò,dictum Cano.in c.breui,vbi Abb.nu.5.de iureiu. vbi
47 dicūt,ꝙ ſi vaſallus,† vel alius promiſit defendere eccleſiam,& ita iurauerit, ſi poſtea talis iurans ſciat imminere neceſſitatem eccleſiæ,non requiritur alia interpellatio.

Secundo,dictum Spec.in ti.de Aduo.§.j.ver. quid ſi is qui iurauit &c.mouetur Spe.ſimpliciter propter ſtimulū iuramenti.

Tertiò,tex.in c.j.§.licet.ſi de feu.fue.controuer.inter dom.& agna.vaſal.vbi videtur tex.apertus, ꝙ vaſallus ſciēs domino imminere periculum, tenetur vltro non requiſitus auxilium præbere,& hoc propter iuſm fidelitatis &c.c.j.de nou.for.fidel.

Quartò Rip.in d.§.uoluntatem,inducit nu.18.hoc fundamētum,cum abſque promiſſione, & iuſo venditor facta denuntiatione tenebatur liti aſſiſtere.l.j.C.de peric.& com.rei uen. ergo
48 †promiſſio,& iuramētum debent aliquid vltra ius operari, ne ſint fruſtratoria.l.ſi quando,de leg.j.dicamus igitur,ꝙ operent. vt teneatur venditor etiam denuntiatione non facta.idem ſentit Rip.in l.ſi inſulam.nu.91.de verb.obl.

Quintò,Gomeſ.in §.item ſiquis poſtulante.num.10.in ſtit.de act.allegat hanc rationem,quia ex quo quis iurauit certum qd
49 facere,eo ipſo,ꝙ inſtat terminus faciendi,iuſm †ex quo eſt vinculum animæ interpellat,arg.c.præterea.de app.& c.fi.ne prælat.uic.ſuas.

Sextò,idem Gomeſ.loco citato ſtrictius ad propoſitum noſtrū inducit d.§. licet. Nam † vbi aliquis caſus eſt deciſus in ma
50 teria feudali,qui non reperitur deciſus de iure communi,poſſumus de illo arguere,& inferre ad alios caſus non deciſos continentes eandem rationem,& iuſtitiam.ita no.decidit Rom. conſi.212.in 2.dub.allegat Bar.in l.ſi mihi,& Titio,de uerb.obl. Iaſ. in l.j.nu.60.de iur.emph.cum igitur tex.in d.§.licet,loquatur in materia feudali,& ſit fundatum in ratione naturali,& iuſta, poteſt ex eo inferri ad deciſionem cauſarū in aliis cauſis.Ergo erit concludendum,ꝙ ſicut ibi iuſm conſtituit quem in mora ſine interpellatione,ita & in quacunque materia, & per iſtud dictū tenet hanc limitationem Ant.Burg.in c.fi.de emp.& vend.

Septimò,Iaſ.in d.l.quod te,adducit doct.Bal. in c. querelam.
51 de iureiur.per illum tex.cum gl.ubi tenet, ꝙ conductor † qui iurauerat ſoluere penſionem ceſſando per annum conſtituit in mora,quam deciſionem referunt & ſequuntur Alex.conſil.85. lib.j.Corſet.in uerb.Emphyteuta,il j.Marſil.ſin.226.emphyteuta &c.Iaſ.l.ſi quis maior,nu.12.C.de tranſ.& in l.2.q.9.C. de iur. emphyt.& Cagnol.in d.l.ſi quis maior,nu.51.

52 Octauò facit † is qui promittit facere, & curare ipſo iure cōſtituitur in mora:quia intelligitur,quamprimum poteſt, ita ſingulariter dicit Bal.in c.j.§.ad hoc,nu.3.hic fi.lex.quod dictum ꝑ no.refert,& ſequitur Ale.conſ.157.nu.2.ubi Moder.Apoſt.multos concordantes allegat.lib.6.& conſ.148.nu.2.li.7. Cur.Iun. conſ.74.col.4.Rub.d.conſi.152.ad fi.ſed iuſo intelligitur quis ꝑmittere facturum,& curaturum,ut probatur in ca. ex literis, de ſponſ.Bal.in l.fi.C.de non num.pecu.Adde Are.conſi.152. Fely. c.ex reſcripto,col.fi.de iureiur.ergo &c.

53 Nonò,iuſm † habet uim litis conteſtatæ.l.nam & poſtea.§.ſi is.qui temporali,ubi Bar.& alii de iureiu.Iaſ.§.item ſiquis poſtulante,col.j.ver.hinc ſumpta occaſione &c.inſti.de acti. Aymo. conſ.71.nu.2.ſed per litis conteſtationem debitor conſtituitur in mora.l.ſi in Aſia.§.fi.depoſ.cum ſim. ergo & per iuramentū.

Decimò,probat tex.in l.eum qui.§.ſi iurauero,ubi Bar. verſi. poſt mortem &c.de iureiur.ubi habetur,ꝙ ſtante iuſo interueniente mora ante interitum rei debetur res. Cum nemo regulariter conſtituatur in mora,niſi per interpellationem,attamē ibi conſtituitur ſtante iuramento:ergo iuramētum habet vim interpellationis.

54 Vltimò addendum eſt,ꝙ ſtante † iuſo alia interpellatio c ne
c ceſſaria non eſt.c.breui,de iureiur.ubi Doct.Cur. Iun.& Rub.in ſupra citatis conſiliis,Goz.conſ.27.col.3.conſi.31.col.j.in fi.cō ſi.57.col.3.in fi.circa medium.Aymo conſi.64.nu.2.

Contrariam opinionem, ꝙ immo requiratur denuntiatio

litis

Source : BIU Cujas

litis nõ obstãte iurõ,tenẽt idẽ Alex. sibi cõtrarius ĩ d.l.quod te, nu.8.si cer.pet.& ibi Alcia.in verb.deberes.Gomes. in d. §. item si quis postulãte nu.10.insti.de act.Io.Lupi in c.per vestras,in fi. de don.inter vir.& vxo.Rebuff.in tit.de dilat.art.5. gl.vni.nu.36. vbi attestat in praxi hanc limitationẽ non seruari:quia oportet, ꝙ emptor ꝺclaret vẽditori litẽ, & an velit eũ defendere.Anteq̃ ergo venditor requiratur,non tenetur,& hanc opinionem ꝓbat Bauc.tracta.de mora,part.2.num.21.Plaut:in l. quod te. lib. 4.nume.24. & sequen. vbi alios huius opinionis assertores allegat,& Cagno. ibidem nume.95. Quæ opinio probatur ex infrascriptis.

Primò, quoniam de natura contractus emptionis, & venditionis est, vt requiratur denunciatio etiam scienti facienda per
55 supradicta.Igitur iuramẽtum † debet intelligi ſm naturã actus, super quo interponitur.l.fi.C.de non num. pec. vbi iurantẽ quo quis iurat soluere pecuniam sibi mutuò numeratam eam conditionem habet,vt intra biennium possit, qui iurauit,opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ. Hæc siquidem promissio soluendi pecuniam numeratam propriam hanc naturã habet, ꝙ possit intra biennium obiici exceptio non numeratæ pecuniæ.Idem constat in c.quemadmodum,de iureiur etenim, qui iurat aliquam in vxorem se ducturum,non tenebitur eam in vxorem ducere si post hanc promissionem ipsa fuerit fornicata;quia huius sponsalitiæ promissionis illud est proprium, ꝙ sponsa non fornicetur:igitur iuramentum non mutat hanc ꝓpriam huius actus naturam.facit optimus tex.in l.vlti. C. de lib. caus.& sic iuramentum habet illam tacitam conditionem,quã habet actus, super quo interponitur, vt not.Ang.consi.35.statuto cauetur,col.1.Oldr.q.278.licèt quantum.q.3. Deci. consi. 600.in fi.euictionis conditio ea est, vt ita demum venditor teneatur,si illi fuerit denunciatum, etiam scienti ab emptore; vt supra pluries inculcauimus, ergo eadem conditio inest iuramẽto super illo actu interposito.

Huic solidissimo fundamẽto pro hac opinione primo respõ
56 det Dec.in d.l.quod te,in repe.nume.44. ꝙ iuramentum † non obligat in plus quàm sit in principali,ita procedat d.l.fi. sed benè obligat efficacius,vt not.Pau.de Cast. Alex. & alii in l.miles. §.decem,de re iudic.& isto casu agitur de obligatione efficacior,quòd obligetur non interpellatus.

Replicatur,ꝙ quamuis iuramẽtum efficacius obliget,Neuiz. consi.21.nnm.11.non tamen operatur,vt excedat in sua operatione naturam actus, quandoquidem iuramentum † nõ auget
57 obligationem,sed solùm addit vinculum religionis.Old.q.238. cum mulier.Dec.consi.408.nu.10. Verùm in proposito nostro iuramentum in plus obligaret venditorem non laudatum,nẽpe vel ad pœnam dupli.l.1.de euict.vel ad interesse vltra rem,l.fi deiussor.de dol.mal.except.quo casu Dec.decipitur in hoc: cũ præsupponat efficacius,& non in plus obligari venditorem nõ interpellatum,quod non est verum,vt demonstratum est. Vnde secundò modo respondet Rip.in d.l.si insulam,nu.91.de ver.
58 oblig.ꝙ verum est iuramentum sequi † naturam actus, intellige primordialem, Marsſigu.226.emphyteutam. Aymo consi. 102.num.7.non enim ſm accidens,de qua nos loquimur,Dec. c.j.col.13.de iud.glo.in verb.ex omni causa, in fi. in l. certi condictio,in princip.si cert.pet.arg.l.item veniunt. §. cum prædiximus, de per.hære.Sed vẽditorẽ teneri de euictione naturale est. l.pacta conuenta,de contrahen. empt.ꝙ tamen scienti lis sit denuncianda non est quid naturale, nec proprium huius contractus, sed generale & omnibus aliis conueniens ad moræ constitutionem,atque item accidentale,Bal.in l.j.col.j.C.com.Ego audacter teneo, ꝙ iuramentum sequatur naturam actus accidentalem,quando accessoriè
59 † venit ad actum,Alex.in l.certi condictio,in prin.num.8.quem ibi sequitur Dec. si cert. pet. sed cui dubium,ꝙ denunciare litem motã venditori est de natura emptionis & venditionis consecutiuè, vt supra demõstratum fuit in j.& 2.quæstio.Vel respondeꝛ,vt per Gomes.in §.fuerat. nu. 12.
60 inst.de act.vt † illud procedat, quando illud accidens continet pœnam, veluti est in actione legis Aquiliæ, quæ per inficiationẽ crescit:ꝙ non contingit in proposito nostro.Quinimmò,si cõcedimus desiunciationem requiri,venditor liberatur à pœna(si vult)nempe dupli,vel interesse.

61 Secendò facit;quia † vasallus regulariter propter iuramentũ fidelitatis non obligatur dominum defendere, nisi requisitus, tex.est in c.j.de nou.for.fidel.c.j.§.ad hoc,hic fin.lex. tex. rotundus,& gl.in c.j.in fi.an ille,qui interf.fra.dom.Igitur arguendo à causa feudali ad casum nostrum, videtur quòd venditor ratione iuramenri non teneatur emptorem defendere, nisi interpellatus.

Respondet Dec.in d.l.quod te,in rep. nume. 43. ꝙ in vasallo considerandum est, ꝙ non obligatur simpliciter cum iuramento,sed tunc demum quando sit requisitus d.c.j.de no.form.fideli.vnde si requisitus non fuit,non tenetur, non obstante forma iuramẽti,quia lex vltra procedit, & requirit interpellationem, secus videtur,quando iuramentũ interponitur simpliciter, ꝓut Doct.loquuntur in d.c.breui,quia iuramentum operatur,vt debitor sponte,quod promisit,offerre teneatur.

Dicas hanc responsionem Dec.nullam esse,quoniã d.c. breui,loquitur in iuramento,& tamẽ vult,ꝙ interueniat interpellatio,& sic Doct.malè ibi ex illo tex.arguunt.

62 Tertiò, regula est, ꝙ † ad constituendum in mora requiritur interpellatio,vt probatur per gl.Bar.& Ias.nu.22.in d.l.quod te, idem Bar.in l.si duo.§.ait prætor,de const. pec. per illum text.& in l.ita stipulatus,la grande in 7.opp.5.pat.de verb.obl.Dec.cõs.
63 516.num.21.Aymo.consi.89.num.4.verum † reperiuntur certi casus speciales in cõtrarium,de quibus per Alex.in d.l. quod te, & in istis non reperitur aliquid de iuramẽto, ergo debemus stare regulæ,quia dicens fallentiam illã probare debet.l. ab ea parte,de prob. Et non reperitur in iure aliqua dispositio legis, quæ inducat hoc priuilegium iuramenti,ergo nec nos inducere debemus,arg.l.de pretio,de pub.in rem act.erubescimus enim cũ sine lege loquimur.§.consideremus,in auth.de trien. & semiss.

Quartò cum ex natura emptionis proueniat:vt nũciatio fiat venditori litis motæ, omnino facienda est, etsi in instrumento sit iuramentum interpositum.Facit in arg tex. in l. non dubitatur.C.de euict.sicut enim in illa lege disponitur, ꝙ etsi in instrumento nõ apponatur promissio euictionis,nihilominus ex natura contractus tacitè subintelligitur; ita etiam tacitè subintelligendum est, vt ita demum venditor teneatur de euictione, si sibi lis mota fuerit intimata.

Quintò est fortis tex.in l.emptor. C. de euic.qui negatiuè loquitur,& vult,ꝙ emptor,nisi auctori suo denunciauerit,nõ habeat regressum de euictione contra venditorem,quo casu quã-
64 do † lex habet decretum annullatiuum tunc inductum ab ipsa lege dicitur datum pro forma,& gesta contra formam sunt nulla.c.Pisanis,de resti.spol.Feli.c.cum dilecta,col.7.vers quintum signum,de reseri.Cum igitur in d.l emptor,lex velit,ꝙ emptor non habeat regressum contra venditorem, nisi denunciauerit, ergò necessariò requiritur denunciatio, cum pro forma à lege sit inducta, quæ non potest alterari per iuramentum, arg. l. qui per salutem,de iureiur facit in arg.illud quod no. in l. doli.§. diuersum,maximè per Pau.de Cast. de nouat.similiter quod not. per gl.& Bar.in l.fi.§ fi.de cõd. inde. Probatur etiam hæc nostra sentẽtia ex doct.Bal in l.j.nu.6.C.de peri. & comm. rei vend. & in l.nomẽ,nu.2.C.quæ res pig.obl.poss. vbi vult expressè, ꝙ vbi cunq; in denunciando requiritur certa forma:tunc semper denunciatio est de substantia,nec sufficit sola scientia.

Hęc posterior opinio placet etiam Moder.Apost.in d.l.quod te,ad Dec.quia iuramentum intelligitur secundùm ius, & subiectam materiam: quanquam contrarium consuluerit Alexã. consi.9.num.5.& consi.148.num.6.lib.7.& malè,vt ibidem dicit idem Moder. Apost. Cui opinioni non obstant in contrarium allegata.

65 Primò,dictum Cano.in c.† breui,de iureiur. est falsum,cum tex.ille super quo eorum assumptum fundant,probet cõtrariũ: præsupponit enim requisitionem præcedere,antequam ille qui iurauit ecclesiam defendere periurii reatum incurrat. Vnde ex illo tex. colligi potest pro ista opinione argumentum, ꝙ iurm non constituit in mora absque interpellatione.

Secundò,dictum Spec.non obstat, qui solum considerat stimulum iuramenti, quoniam ille stimulus in plus non obligat, quàm natura actus,quanuis strictius liget.

Tertiò,tex.in d.j.§.licet,non officit, quia omnes in hoc conueniunt in d.l.quod te,& alibi,ꝙ ibi illud est speciale in vasallo, ꝙ teneatur dominum iuuare, quando illi imminet maximum periculum,qui aliàs non tenetur,nisi interpellatus d. c.j.fi.an ille qui interf.fra.do.

Quartò,Rip.fundamentum fragile est, cum nec lege, nec ratione illud probet, quia iuramentum sequitur naturam actus. d.l.C.de non num.pec.

Quintò,quod dicit Gomes.non est verum, si simpliciter præstetur iuramentũ, quia regulatur ab actu super quo interponit.

66 Sexto, non obstat Rom. consi. quia opinio sua procedit † in feudo,& emphyteusi,de qua loquitur;quia vñr habere maximã conuenientiam,& interdum in illis argumentamur, vt no.Bar. in l.vt iurisiurandi.§.si liberi,de oper.liber. Est igitur concludẽdum, ꝙ ex matera feudali ad aliam materiam non est inferendum,Bal.in c.j.in fi.prin.de feud.cog.Sal.in l.j.C. de iure emphy. & est communis opinio.

67 Non obstat septimò doctrina † Bal.in d.c.querelam, de iureiur.dicendum est enim non esse veram ꝓꝓ naturam, ac proprietatem contractus emphyteutici,cuius proprium est non amitti emphyteusim ob non solutam pensionem nisi intra bienniũ,c. potuit,loca.l.vlt.C.de iur.emph. Similiter, vt locationis simplicis propria est natura, vt conductor non possit priuari iure suo nisi post biẽnium.l.quæro.§.inter locatorem,loca.Hæc proprietas non tollitur per iurm, quia ex eius contractus specie descendit,vt in simili dicebat Bal.in l.j.nu.j.C.commo.& hanc opinionem Bal.improbant Mod.Apost.ad Alex.in d.consi.85.lib.j. & Cur. Iun.in l.siquis maior. C. de transi.nu. 30. Quinimmò Didacus Couarruu.in c.quamuis,par.j.§.4.illat.6.num.5.de pact.li.6.

ait ex

Source : BIU Cujas

ait ex mente illius c. querelam, deduci poſſe ℈rium illius, quod colligit ibi Bal. ſiquidem poſt biennium à ceſſatione penſionis ſolutionis agitur ibi ad priuationem rei, cuius ratione ſoluere penſionem iurauit. Etenim ℭ emphyteuta non poſſit ob ceſſationem penſionis ſoluendæ priuari emphyteuſi intra bienniũ, proprium eſt eiuſdẽ contractus ab eius exordio, & natura, non ex accidenti.

Ad illud quod octauò dicebatur, ℭ iuꝛo intelligitur quẽ promittere, ſe facturum, & curaturum; & qui promittit facere, & curare conſtituitur in mora quamprimum ſcit, & nõ facit: igitur idem dicendum in iurante. Reſpondetur ℭ iuꝛm recipit in poſito noſtro limitationem ab ipſo ℈ctu, ſicut enim in ℈ctu, promiſſio euictionis obligat vẽditorem facta notificatione, vt demonſtrat Dec. conſi. 74. Rip. d. c. cum M. nu. 66. de conſti. ita ẽt in iuramento ineſt eadem tacita conditio notificationis. Vel re
68 ſponde ℑm Rub. in d. §. morte. nu. 421. ℭ † immo in eo, qui promiſit ſe facturum & curaturum requiritur interpellatio, vt uoluit Aretin. ſibi ℑrius conſ. 72. col. ult. qui loquitur ubi adeſt iuramentum, eiuſdem ſnĩæ eſt Deci. conſil. 2. nu. 7. & in l. quod te, col. 4. ſi certum peta. Moder. Ferra. in trac. moræ, col. 2.

69 Quòd nonò loco dicitur † iuramentum habere uim litis cõteſtatæ, intellige, ſcilicet, delatum & præſtitum in iudicio ad litis deciſionem: quia non requiritur alia conteſtatio, nec cõcluſio in cauſa, ut feratur ſententia, ita ſingulariter declarat Mod. Apoſt. ad Dec. conſ. 682. nu. 7. Adde Laſ. in l. ſi pecuniam, nu. 23. de cond. ob cauſam. Dec. c. j. nu. 23. ver. quartò non obſtat, de iudi. Rip. in l. ſi inſulam, nu. 90. de verb. oblig. & ſic non eſt verum in iuramento in contractu interpoſito.

Ad doctr. Bar. in d. §. ſi iurauero, decimo loco inductam rñdet Rub. in d. §. morte, nu. 425. ℭ iuramentum non cõſtituit in mora tempore contractus, ſed quamprimum potuit, vt in ſimili dicit gl. in §. omnis, inſtit. de verbor. obliga. & iſta fuit conſideratio Alex. in d. §. ſi iurauero, in fi.

Tu dicas, ℭ doctr. Bar. nihil obſtat, quia ſi conſideramus primum membrum ex mente Iac. But. & tunc loquitur in iuramẽto deciſiuo iudiciali, prout loquitur d. §. ſi iurauero. ſi verò conſideramus ſequens membrum, quando per iuramentum eſt cõſtitutum debitum, & tunc Bar. ſentit, ℭ iuramentum non conſtituat in mora, & ſic potius probat opinionẽ noſtram, q̃ ℈. Et non obſtat reſponſio Decij in rep. l. quod te, nu. 43. in fi. quãdo ait, quòd ſicut interpellatio non excludit illud modicum tempus, ita nec iuramentum, ut à pari procedant, & elapſo illo modico tempore iuramentum interpellaret. Nam reſpondetur, ℭ in d. § ſi iurauero, uirtute iuramenti non conſtituitur in mora, ſed bene præſupponit tex. ℭ propter moram tenetur de interitu. Quod intelligendum eſt, quando interuenit mora, vel ꝑ interpellationem l. ſi ex legati cauſa. de verb. obl. vel lapſum temporis, ſeu iuramento deciſiuo interueniente.

Poſtremò, ℭ iuramentum habeat uim interpellationis iuxta. c. breui, de iureiu. teneas, ℭ in d. c. potius probatur contrariũ, vt ſupra deduximus: cum uerba tex. ſint clara ab illorum ſignificatione recedendum non eſt. l. non aliter, in prin. de leg. 3. cum enim in verbis nulla eſt ambiguitas, non debet admitti voluntatis quæſtio. l. ille aut ille §. j. de leg. 3.

Et ex his uides quantum parum conſtantes ſint rationes, & argumenta Scrib. qui hanc limitationem ſequũtur. Quo circa hæc limitatio tenenda non eſt per ſupradicta.

Non omittam, quòd aliqui fuere, qui fẽdere diſtinctionis vtranque opinionem conciliare conati ſunt.

70 Imprimis † Soc. conſi. 133. col. 4. ver. ſecundò principaliter, li. 1. diſtinguit, aut agitur de pœna, & requiritur interpellatio, aut de intereſſe, & non requiritur: quia de uno ad alterum non arguitur, quam diſtinctionem refert, & ſequitur Goz. conſil. 27. col. 3. circa med. & habere eam maximam æquitatem dicit Aymo conſi. 64. nu. 1. conſi. 192. nu. 17. & conſi. 246. nu. 1. ſentit Bauer. in tract. de mora par. 2. nu. 19. & nouiſſimè probat Mod. Apoſt. in conſil. Alex. 157. lib. 6. Cum igitur actio de euictione cõtineat intereſſe, & non pœnam, dicendum eſt interpellationẽ non requiri ſtante iuramento, Barto. in l. ſi inſulam, in 3. oppo. 2. par. princip. de uerb. oblig.

Hanc diſtinctionem non probo, quoniam ſi talis virtus attribuitur iuramento, ut conſtituat in mora abſque interpellatione, non video rationem diuerſitatis inter intereſſe, & pœnam; quandoquidem & pro euictione agatur ad pœna. Pau. de Caſt. in l. ſi cum emptor, ad l. Falc. l. 2. de euic. unde hæc diſtinctio oĩno explodenda eſt, cum ſupra ſatis amplè probatũ ſit, iuramentum non habere vim interpellationis.

71 Poſtremò Rip. † in d. §. uoluntatem, dicebat. Si uenditor ſimpliciter iurauerit, tunc non procedat limitatio. Si verò iurauerit ſuſcipere defenſionem, quamprimũ fuerit mota lis, & tunc procedat limitatio, quia tunc ſtimulatur uenditor ſtimulo iuramenti abſq; interpellatione ſtatim ſuſcipere defenſionẽ metu periurii euitandi. l. ſiquis maior. C. de tranſa. Hanc diſtinctionem (tacito auctore) probat Didacus lib. 3. var. reſol. c. 17. illat. 5. in fi. Subdit tñ hoc eſſe maturius cõſiderandum propter Ale. qui in d. l. quod te, nu. 8. tenet contrarium. Tũ ideo illam reproba, quia nulla lege, nec ratione probatur, ſed ſimplex illius figmentum eſt, & eſt ℈ tex. expreſſum in d. c. breui. vbi ille in indiuiduo iurauit eccleſiam defendere, & tamen præſupponitur requiſitionem præceſſiſſe.

Id propter non recedas ab opinione contra limitationem, velut iuſtiorem, veriorem, & in praxi frequentiorem.

Eſt bene verum, ℭ ad tollendum omne dubium poſſet adijci in clauſula euictionis, qui venditor promiſit dictam litem in ſe ſuſcipere quamprimum ſibi fuerit denuntiatum, & legitimè intimatum &c.

72 Secundò limitatur, ſut non procedat, quando uẽditor ſciẽs habet inſtrumenta ad victoriam facientia penes ſe; quia tenebitur de euictione, ſi illa ultrò non exhibuerit emptori, etiam ℭ ſibi non fuerit lis denuntiata, ſecundum Bal. in l. j. col. 2. uerſi. vel niſi venditor. C. de peri. & comm. rei ven. allegat in arg. tex. in l. Iulianus. §. idem Iulianus, & l. Titius cum decederet, de act. empt. Gratus conſ. 139. nu. 12. cum ſeq. lib. 2. Aufr. in addit. ad q. Tholoſ. q. 407. limitat. 3. Rebuff. tit. de dilat. art. 5. gl. vnic. nu. 41. tom. 3. Rub. in d. §. morte, nu. 434. arguit contra dicens, ℭ a cõmuniter accidentibus uenditores habent iura rei vẽditæ penes ſe, ut eſt caſus in l. Titius hæres, & in l. creditor, de act. emp. ergo raro haberet locum iſta denuntiatio. Non obſtat d. l. Titius. q̃a vbi venditor vendit ſcienter rem alienam, licet expenſæ tranſcendant duplum rei, poſſunt repeti ab eo, licèt emptor poſſit conſequi eas ab euincente. Sed ibi non apparet, ℭ denuntiatio remittatur. Concludit tandem, ℭ ſcienter vendens rem alienã nulla denuntiatione facta tenetur ratione doli etiam nulla euictione ſecuta. l. ſeruus quem. §. ſi ſciens, de act. emp Cepol. caut. antepe. in fi. Verum ſi emptor moleſtaretur ratione rei uenditę neceſſaria eſſet denuntiatio, ut agi poſſit de euictione.

Similiter iſta limitatio reprobatur a Ripa in d. §. volũtatem. Quia venditor potuit credere, ℭ emptor ideo illi non denuntiauit litẽ, quia confidebat de iuribus ſuis. l. emptori. C. de euict.

Hæc limitatio confunditur per dictum Bal. in d. l. j. num. 6. vbi vult expreſsè, ℭ vbicunque in denũtiando requiritur certa forma, tunc ſemper denuntiatio eſt de ſubſtantia, nec ſufficit ſola ſcientia. idem Bal. in l. nomen. nu. 2. C. quæ res pignoris obliga. poſſ. probatur hæc forma in d. l. j. verſi. itaque. C. de peric. & cõ. rei vend. & in l. emptor, & in l. cum ſucceſſiones. C. de euict.

Tertio limitatur ſecundum Alexã. in l. non ſolum. §. morte. nu. 46. de oper. no. nunt. quando † omnino res eſſet euicta, etiã ſi facta fuiſſet denuntiatio, vt ſi uẽditori nulla competebat defenſio. allegat Fulgo. in l. ſi ideo, de euic. Cano. in c. fi. de emp. & vend. idem Alex. conſi. 67. lib. 3. Soc. Iun. conſi. 120. nu. 11. & 12. lib. 3. Natta conſi. 232. nu. 5. & conſ. 462. nu. 8. Capy. deci. 106. nu. 4. Aufr. ibi add. ad q. Tho. q. 407. limit. 6. Rebuf. d. tit. de dila. arti. 5. gl. unic. nu. 37. & tit. de liter. ciuil. are. un. gl. 2. nu. 38. rom. 1. dũmodo † emptor ipſe probet iuſtitiam euincentis, idque iure
74 d ab eo rem euictam fuiſſe, nullumq; ius habuiſſe venditorem quo poſſet rem illam defendere, Alex. conſi. 63. colum. fi. & ibi Mod. Apoſt. lib. 6. Claud. d. §. morte nu. 101. & ibi Rub. nu. 418. Alex. col. ult. Laſ. col. 2. nu. 14. in l. ſi domus §. de euictione, de lega. j. Fely. c. cum olim, nu. 11. & c. cum Bertoldus, nu. 24. de re iudic. Afflic. deci. 49. conuenitur &c. Corn. conſi. 50. in fi. lib. 2. Riminal. conſi. 205. nu. 15. lib. 2. Moder. in conſuet. Pariſ. tit. j. §. 44. col. pen. Rebuf. loco ſupra citato, nu. 45. Didac. d. li. 3. uar. reſol. c. 17. illa. 6. vbi aſſerit hanc eſſe communem opinionem, ꝑ qua faciunt infraſcripta.

Primò probatur per doctr. Ang. in l. decem, de uerbo. obl. in fi. Quamuis non poſſit conueniri fideiuſſor, niſi excuſſo principali debitore, auth. præſente. C. de fideiuſſ. Attamen ſi debitor
75 † non eſt ſoluendo, non poteſt opponere exceptionem diſcuſſionis; quia ſua non intereſt, cum debitor non ſit ſoluendo. Sic in propoſito nihil refert venditori non fuiſſe denuntiatum, ſi cõſtat manifeſtè ſibi nullam defenſionẽ competere, quam deciſionem ſequitur, & comprobat ibi Alex. col. 2. cir. fi.

Secundò facit gl. 2. l. ſi cum quęſtio. C. de euicti. vbi Bal. Ang.
76 & Saly. in qua not. ℭ ubi eſt † notorium rem eſſe alienam, uenditor tenetur de euictione etiam non ſecuta ſententia iudicis.

Tertiò, quia quando conſtat notoriè nullam defenſionem competere uenditori, ceſſat ratio, propter quam debet fieri denuntiatio, uidelicet, ut non dicatur, ℭ emptor ſuccubuit, quia minus inſtructus cauſam defendit, ut per Bart. Ange. & Pau. de Caſt. in l. at qui natura. §. cum me abſente, de neg. geſt.

Quartò, inducit̃ per Dec. conſ. 71. col. 4. in prin. uer. cõfirmat̃ &c. licet enim emptor qui ſuccubuit propter contumaciã non
77 poſſit agere de euictione. l. ſi ideo, de euic. Tñ ſi conſtaret ex factis ſnĩam fuiſſe latã ex legitimis probationib. non impedit̃ cõtumax agere, ℑm gl. verb. abſens. l. 2. C. de cõtr. iud. ture. & Bal. in l. 2. col. 4. C. quib. res iud. non noc. Fel. d. c. cum Bertoldus, nu. 24.

Quintò facit ſecundum Rip. in dicto §. voluntatem, numero 21. Nam omitti poteſt citatio † quando notoriè conſtat nul
78 lam defenſionem competere citando. l. 2. §. quod de frumentaria, ubi Barto. not. de adminiſt. rerum ad ciui. perti. quem ſingularem

Source : BIU Cujas

larem dicit Rom.sing.228.Abb. c.cum olim,de re iud. & in ca. ad nostrum, de iureiu.

Vltimò facit tex.in l.si fundo.§.fi.de euic. vbi dicitur,quòd ille,qui non denũtiauit,videtur perdidisse causam,eo quòd erat male instructus. Ergo à cõtrario sensu, ubi causam perdidisset: non quia male instructus,sed quia habuisset malam causam,videtur,ꝙ de euictione agi possit probando iustitiam euincentis.

79 Contrariam opinionem,quòd immo † emptor qui non denuntiauit venditori nullum ius defendendi habenti agere de euictione non possit,tenent glo.Bar.& Saly. in l.emptorem,in princ.de act.empt.Barto.d.§.cum me absente.Aret. §.fi. inst.de emp.& vend.Dec.d.consi.74.col.4. vbi attestatur, quòd ista videtur communis opinio.idem fatetur Gratus consi.1.num.57. lib.1.& dicit Rebuf.in d.tit.de dilat.art.5.glo.vni.num.37.quòd opinio d.glo.seruaretur in practica, quum semper ferè denuntiare soleamus,saltem ad repetendum interesse, & expensas ab eo, qui rem alienam vendidit. Pro qua Soc.in d.§.voluntatem, adducit tria.

Primò,quia leges indistinctè loquuntur,& dicunt emptorẽ,
e qui non denuntiauit agere non posse.l.emptor.◦C. de euict.cũ simil.Ergo generaliter sunt intelligendæ.l.prima.§.& generaliter, de leg.præst.

Hoc fundamentum fragile dicit Rip.in d.§.voluntatẽ, quia vbi reperitur lex generaliter loquẽs aliquo casu restricta per legem etiam nos ratione subsistente possumus restringere,ut per glo.in l.de pretio,de pub.in rem act.Sed leges loquentes de denuntiatione reperiuntur restrictæ in multis casibus,& maximè quando venditor scienter vendidit rem alienam.l.seruus quẽ. §.si sciens,de act.emp.ergo &c.

Hæc solutio vera est in se, quæ sic declaranda est ex intentione Nicol.Belloni in §.1.inst.quib.mo.re contr.obl. ut procedat argumentum in oppositum, quoties lex ipsa debet distingui p
80 hominem, secus si lex † per legem, quia bene potest, ut est in l. quoniam,de cond.fur.quæ indistinctè loquitur,quæ per aliam legem distinguitur,vt in l.falsus.§.sed etsi is,de furt. Sic in proposito d.l.emptor,debet distingui, & intelligi secundùm d.§.si sciens. quod sic deducitur. Regulariter agi non potest de euictione, nisi euicta res sit per sententiam.l.qui rem.C.de euict.& tamen in d.§ si sciens, agi potest nulla secuta euictione, & consequenter nulla præcedente denuntiatione.

81 Secundò lex † præsumit pro sententia iudicis. l. Herennius. §.Caia,de euict.c.in præsentia,de prob.& tamen non obstante hac præsumptione statuit quòd emptor, qui non denuntiauit
e agere non possit.d l.emptor.◦C. de euict. ergo datur intelligi, quòd lex non considerat iustitiam, vel iniustitiam causæ: aliàs statuisset emptorem posse agere tanquam præsumatur iustè cõdemnatus.

Rip.in d.§.voluntatem, respondet, quòd non stringit dicta consideratio:quoniam contra venditorem non citatum, neq; in iuribus suis auditum non præsumitur pro sententia, gloss.2. l.fi.C.de legib.Abb.c.cum inter.nu.9.de elect.

Dicendum est,quòd si emptor probaret etiam lite denũtiata:nihilominus venditorem succubuisse, tunc præsumeretur pro sententia iudicis.Paul.de Cast.d.§.cum me absente,num.5. l.atqui natura, de neg.gest.

82 Tertiò mouetur,quia emptor † qui non denuntiauit, præsumitur succubuisse eius culpa, & tanquam malè instructus defensauerit causam,& ista est præsumptio iuris, & de iure, super qua lex statuit d.l.emptor.C.de euict. Vnde non auditur uolẽs probare contrarium,gl.in c.is qui fidem,de sponsa.Bar. & Doct. in auth.sed iam necesse.C.de donat.an.nup. & hac ratione vtit etiam Dec.in d.consi.74.col.fin.

Rip.in loco præcitato credit talem præsumptionem nõ esse iuris, & de iure, quia emptor uolens probare, quòd venditor scienter vendidit rem alienam, auditur contra præsumptionẽ huiusmodi.d.l.seruus.§.si sciens,de act. empt.ergo non iuris, & de iure,secundum gl.in d.c.is qui fidem.

Hæc responsio vr, ꝙ non cõcludat in proposito,si rectè ponderetur distinctio Bar.in d.§.si sciens,in 2.memb. vbi vult, ꝙ de euictione agi non possit,nisi re euicta.l.euicta,in prin. de euict. & cum d.l.emptor,tollat regressum contra venditorem, si nõ denuntiauit,colligitur, ꝙ emptor fuit in culpa in non denuntiando, & consequenter ꝙ causam amiserit sua culpa: & damnum, quod postea sentit quoad ipsum emptorem damnum non reputatur, quia ita voluit.l.damnum quod qs, de reg. iur.

83 Illius † tamen.l.emptor,præsumptio sit iuris,& de iure subsisto per doct.Pau.de Cast,in d.§ cum me absente,nu.5.vbi determinat,quòd emptor possit docere nullum ius competiisse ven
84 ditori in re euicta.& idem tenet Saly.in d.l.si ideo,de euic.† Est enim præsumptio iuris,& de iure,quãdo lex aliquid præsumit, & super præsumpto disponit. Si rectè expendatur constitutio. d.l.emptor, potius ibi disponitur super facto quàm super præsumpto.Nisi fortè diceremus, quòd ibi ideo ita disponitur, qa lex præsumit culpam emptoris non denuntiantis, propter quã ita disponit,& sic vr,ꝙ sit præsumptio iuris,& de iure. Vtcũque sit,demus ꝙ ita sit,ex alio sustinetur fallentia; quoniam ad
85 uersus † talem præsumptionem iuris, & de iure admittitur probatio per notorium rei,ita singulariter limitat illam regulam Felyn.in c.quanto,fall.5.de præsump.allegat Rom consi.350.col. 6.ver.fallit secundò.& sequitur Alciat.tract. de præsumpt. in 2. parte nu.16.ver. quartò limitatur &c. Nam sublata qualibet probatione in contrarium nunquam censetur illa prohibita, quæ fit per euidentiam rei.Bald.in l.contra negantem, in fin.C.ad l.
86 Aquil.Quod † dictum intellige duobus modis.Primò, vt procedat,si istud notorium allegaretur in actis, alias nihil iuuaret. Alex.l.vn.nu.4.C.quę def.aduo.facit.l.si adulterium.§. idẽ Pollioni,de adult.Secundò intellige: vt procedat in notorio facti permanentis,vt sensit Roma.in d.cõsi.350. & in proposito nostro ita intelligit Pau.de Cast.in d.§.cum me absente,num.5.

Vltimò Rip.in d.§.voluntatem, inducit pro opinione Soc.
87 nouam rationem (vt ipse appellat) Cessante † causa impulsiua, non cessat dispositio.l.j §.sexum,de postu. Ratio autẽ quare requiratur denuntiatio est impulsiua,vt tollatur emptori occasio colludendi cum actore,allegat Alb.in d.§.cum me absente, licet ergo cesset ista ratio,quando notoriè constat venditorem habere malam causam,non tamẽ cessat dispositio, & istud est, quod fortè voluit dicere text in l.si fundo.§.j. de euict.ibi, hoc ipso videtur dolo fecisse &c.

Si verum esset,ꝙ causa denuntiationis esset impulsiua, sa'si esset doctr.Bal.in l.j.C.de peri.& com.rei vend.Dum ait, ꝙ pro forma requiritur,vt denuntiatio fiat.Et ego nũquã legi, ꝙ forma,quæ dat esse rei,non sit de substantia actus, sed potius sit qd accidens & impulsiuum.

88 Hoc obiter admonere volo, Causam † impulsiuam illam dici,quæ propter finem vltimum mouet agentem, causam dat actui,& sine qua non fieret actus,& est illa, quę precursionem quandam adhibet ad efficiendum. Causam verò finalem dici, quę principaliter in agendo actu ab agente consideratur, quæ ipsum præcipuè mouet,& in quam ipsius mens dirigitur, Bart. l.ambitiosa,num.19.de decret.ab ord.fac.Didac.lib.j.var. resol. c.20.num.2.

Ex quibus facile à quolibet colligi potest, si denuntiatio litis
89 sit causa impulsiua vel finalis,Postremò Rip. † in sępe citato.§. voluntatem nititur vtranq; opinionem saluare fœdere distinctionis (inquit enim) Aut notoriè constabat tempore motæ litis,ꝙ nulla competebat venditori defensio, & tunc procedat limitatio,aut tunc non constabat, sed post sententiam notoriè apparuit de non iure venditoris:& tunc ꝓcedat contraria opinio;quia tunc non potest emptor se excusare,ꝙ non denuntiauerit prętextu iniustitię venditoris, cum sibi adhuc non constaret de tali iniustitia,& ideo fuit in culpa,& hoc ipso dolo fecit,merito non aget d.l.si fundo.

Sed mihi videtur,ꝙ ista distinctio sit verbalis, quandoquidẽ sufficit tempore quo agit emptor contra venditorem pro euictione, ut sit notorium nullam ipsi vẽditori cõpetiisse defensionem,quia nihil refert quantum ad rei effectum, quãdo istud notorium appareat dummodo de eo constet, antequam agat emptor aduersus venditorem de euictione, solet enim effectus attendi,& non curatur modus.l.cum seruus,de verb.obl.Quintò fortius dicam,sufficere quandocunque istud notorium certificaretur, etiam ꝙ succubuerit emptor in iudicio intentato contra venditorem; quia non denuntiauit,& retractatio illius sententię posset fieri iuxta dispositionẽ.l.admonendi,de iureiu. Notorium enim solet facere sententia,confessio,vel instrumẽtũ,no.in c.vestta,de cohab.cler.& mulier.l.cũ precũ. C. de ꝓba.

90 Alij † quidam distinguendo dicebant, ꝙ prior sententia potior est emptore adsumente onus probandi iustitiam euincentis. Posterior autem procedit : cum emptor agnouit bonam fidem,eamque agnitionem allegat agens de euictione, nõ tamẽ probat iustitiam euincentis.

Vel tandem quoad simplicem actionem de euictione obtinebit prima opinio : secunda verò quoad duplam, non enim emptor aget ad eam,nisi prius denuntiauerit solenniter litem motam venditori,etiam si postea probet iustitiam euincentis secundum Imo.d.c.vlt.num.28.de empt. & vendi. qui non ita indistinctè hoc tradit,sed eo casu quo emptor non expectata sententia rem restituit agnoscens bonam fidem, text. optimus in l.habere licere,de euic.Barto.in l.emptorem,in princi.de act. empt.Affli.d.dec.148.nu.3.explicat Rub. in d.§. morte. nu.418. requiritur enim sententia,vt ad duplam agi possit, Fulg.in d.l.si ideo,de euict.hanc distinctionem probat dicens actionem ad duplam iure conditionis exigere semper denuntiationem.

Sic sanè iuxta priorem opinionem emptor qui sententia iudicis rem restituit aget de euictione ad duplam, quamuis non denuntiauerit litem venditori, si probet ius euincentis, iusteque sniam latam fuisse, nec vẽditori vllũ ius in ea re cõpetere.

91 Quo fit † omninò fallum esse,quod scribit Aymo consil.83. nu.6.& consi.179.nu.6. existimans in hac q. conuẽtum actione euictionis ab emptore, qui allegat nõ fuisse necessariam interpellationem,nec denuntiationẽ; quia venditoris nõ interest

condemnan-

Source : BIU Cujas

condemnandum fore, niſi venditor ipſe oſtendat, & probet, ꝙ ſi fuiſſet interpellatus, potuiſſet ſeipſum defendere. Itaq; onus venditori incumbit ſm eum, qui ad hoc citat Imo. in d. cap. vlt. nu. 28. de emp & uend. & Alex. in d. §. morte. num. 47. a quibus hoc ipſum not. Ant. Burg. in d. c. vlti. nu. 6. qui optimè eam opinionem improbat, & poſt eum Mod. Apoſt. ad Alexã. conſ. 63. col. fi. lib. 6. ſiquidem emptor ipſe, qui non denuntiauit omnino probare tenetur iuſtitiam euincentis, ẽt ſi uenditor non alleget, ꝙ potuiſſet rem defendere, ſi ei denũtiata fuiſſet lis idem expreſſe no. Mod. Apoſt. ad Alex. conſi. 63. col. fi. lib. 3. Didacus d lib. 3. var. reſol. c. 17. illat. 6. vbi alia deducit. Ego verò circa præ
92 miſſa aliqua animaduertenda cenſui. Et primo † circa primam diſtinctionem illam latius extende, & intellige ſecũdum Pau. de Caſt. in d. §. cum me abſente, nu. 5. qui ita inquit. Quando emptor eſt incertus, an res ſit propria uenditoris, vel aliena, & tũc expectet ſententiam, per quam hoc declaretur, & tũc ſi poſtea agat de euictione non habebit neceſſe probare, ꝙ res erat aliena, quia hoc probabit ſola ſententia, per quam hoc eſt declara tum venditore ſciente, & ꝯrium non probante, & eo requiſito. Sed ſi emptor certus erat, ꝙ res erat aliena & cõfidit poſſe hoc probare etiam non lata ſententia poſſet reſtituere, tamen cum aget de euictione habebit neceſſe probare, ꝙ erat aliena, & ſic quòd iuſtè reſtituit, & potuit agnoſcere bonam fidem.

93 Secundò aduerte, quòd ſecundam † diſtinctionem nõ ꝓbo, quoniam ſi dupla euictionis fuerit promiſſa, quamuis non denuntiauerit, ſufficit probare iuſtitiam euincentis, qua probata aget emptor ad duplam ex ſtipulatu de euictione, Bar. in l cum quis. §. ſi hominem, & l. ſi aliam, in fi. de ſolut. Alexan. l. fin. de cond. ob cau.

Conſequenter non eſt verum, ꝙ docet Rub. in d. § morte. nu. 48. vt ad duplum agi non poſſit, niſi ſecuta ſententia: quoniam ſatis eſt emptori demonſtrare iuſtitiam euincentis, quãdo agnouit bonam fidem, Afflic. d. deciſ. 49. quæ bonæ fidei agnitio fieri omnino debet ex legis conſilio, quando conſtat ius non ſouere, Bart. in l. deſtitiſſe, de iud. & alibi.

Minusq; procedit, quod dicit Fulg. in d. l. ſi ideo, actionem de dupla requirere denuntiationem: quia nullibi hoc probatur, & conſtituere talem differentiam inter actionem dupli, & ſimpli nulla reddita ratione eſt potius verbalis contra l. 1. C. commu. deleg. propterea tenendum eſt intrepidè conſtito de iure euincentis quomodocunque, & qualitercunque ante ſententiam, lata ſententia, ſemper limitatio locum habebit.

94 Tertiò conſidero, ꝙ Aymo † incidenter loquitur in citatis conſilijs, nec principaliter cõſuluit in terminis illius doctrinæ, ſed inducit illam in argumentum ad comprobationẽ ſuę principalis opinionis. Sed demus, ꝙ principaliter loquatur, & omnino pro vera illam opinionem probet, ſaluari poteſt illo caſu quando venditor allegaret, ꝙ non obſtante iuſtitia euincentis potuiſſet ſe defendere venditor, tunc probare debet ex quo capite, & quo modo ſe potuiſſet defendere, circa quæ certa doctrina tradi non poteſt, ſed totum reſidebit in iudicis arbitrio.

95 Rub. † in d. §. morte, nu. 420. dicit, ꝙ iſta limitatio procederet abſq; dubio, ubi eſſet tale notorium, quòd nulla tergiuerſatione celari poſſet, quia iſto caſu vẽditor eſſet in dolo præſumpto. c. j. cum ibi no. de poſtu. præla. Idcirco talis dolus culpæ emptoris, qui non denuntiauit, præponderare videtur.

96 Ad vnum † aduertendum puto, quod in praxi ſeruari poſſet & illud ponit Rebuf. in d. tit. de dilat. art. 5. gl. vni. nu. 46. ex intẽtione Præpoſ. in c. ſolicitudinem, col. 41. de appel. Quando uenditor nullam iuſtam allegat defenſionem poſt ſententiam, ꝙ ſi ei denuntiatum eſſet antea, alia non allegaſſet, tunc emptor etiam ſine denuntiatione ager: expenſas tamen litis nõ ſoluet, cuius culpa non ſunt factæ, ſed emptor qui ſic temere eſt litem proſecutus.

97 Quartò limitatur, † ut non procedat, quando emptor, & uenditor in eodem iudicio eſſent ſimul conuenti ab eo, qui rem euincit, quia tunc abſq; alia denuntiatione poterit emptor ſuperatus agere ꝯ uenditorem, gl. eſt ſingularis in l. ſi dictum §. ſimili, uerb. poſſit, de euict. quam ibi ad hoc no. Sal. & ex ea colligit Bologn. in ſuis interpret. ꝙ denuntiatio non debet fieri uẽditori, qui ſimul cum emptore in iudicio conuentus fuit, cum ſatis denuntiatum ſit poſtquam ad hoc eſt citatus. Et ratio eſt ſecundum Præpoſ. in d. ca. ſolicitudinem, col. 18. fallen. 7. Nam ex quo uenditor erat in iudicio, potuit ſuas defenſiones adducere, iuxta no. in c. 2. circa fi. de procur. in 6. ſequitur Rub. d. §. morte. nu. 426. cum ſeq. Natta cõſi. 208. nu. 2. Fran. Marc. deci. 583. Capyc. deci. 106. nu. 3. Bebuf. d. tit. de dilat. art. 5. gl. vn. nu. 38. Hãc limitationem ponit Alex. in d. §. voluntatem nu. 15. l. 2. ſol. matri. & fuit Bal. in l. libera, in prin. C. de ſenten. & interl. omnium iudi. Soc. in d. §. voluntatẽ, dicit ꝙ hæc fallentia procedit, quando uenditor comparuit, & ſimul cum emptore cauſam defendit, & in iſtis terminis loquitur gl. allegata, ſed ſi uenditor nunquam comparuit tunc eſſe neceſſariam denuntiationem, ut appareat, quòd emptor egeat auxilio venditoris. Rip. tamen ibidem animaduertit, ꝙ ſi uenditor fuit condemnatus ſimul cum emptore, fruſtra videtur excipere, ꝙ lis non fuerit ſibi intimata: quia emptor aget de euictione tanquam res fuerit euicta ab ipſo venditore propter eius contumaciam, & negligentiam, arg. l. ſi ideo, de euict. Non omitto, ꝙ Rub. in d. §. morte. nu. 428. in fin. teſtatur, ꝙ communis opinio eſt, ꝙ ſiue compareat, ſiue non, ꝙ requiratur denuntiatio. Ego ſic dicerem, ſi citatio fuit ſimplex vt compareat, tunc procedat dictum Soc. ſi verò in citatione eſt inſerta cauſa, propter quam redditur certus vẽditor de lite, tunc procedat dictum Ripa. Intellige, niſi res illa euicta fuiſſet communis inter emptorem, & venditorem, quia tunc ſi propter eandem cauſam ab vtroque fuit euicta, non obſtante contumacia venditoris, quamuis nulla fuerit facta denuntiatio, venditor tenebitur de euictione, tãquam ſui culpa, & negligentia illa contigerit, & cum reſpectu partis ſuæ nullam excuſationem habeat ſimili modo, nec reſpectu partis, quam vendidit, cum res tota ex eadem cauſa iudicio euictionis ſubiecta fuerit. & ita exemplificat gl. allegata, & Saly. ibi.

98 Quintò limitatur, ſi emptor † potuit denuntiare, & non denuntiauit, ſecus ſi non potuit, vt quia venditor aberat, vel latitabat. l. ſi ideo. verſi præſenti, & l. ſi fundo, cum gl. fi. de euic. l. cũ ſucceſſores. & l. ſi permutationis. C. eo facit, quia qui malitioſè abeſt, videtur abeſſe quoad ſui præiudicium, tradit Innoc. in c. quoniam frequenter, de eo, qui mitt. in poſſ. bene facit tex. in l. ſi cum ſeruum. §. fi. a contrario ſenſu, de fidei com. liber. & cum hac limitatione trãſit Præpoſ. in d. c. ſolicitudinem. col. 39. lim.
99 8. de appella. ſi haberet † habitationem in loco, eſſet denuntiatio facienda domi ſecundum Bar. in l. 4. § prætor ait. num. 6. de dam infe. vel tutius eſſet, ſi abſens ſit venditor, vt citentur amici, vel per edictum continens denuntiationem, &, ut liti aſſiſtat & eam inſtruat, ac defendat, arg. l. hęc autem. §. non defendi, ex quibus cauſ. in poſſ. ea l. ſi eo tempore. C. de remiſſ. pig. ita dicebat Bald. in d. l. ſi permutationis. C. de euict. quem ſequitur Rebuf. in d. tit. de dilat. art. 5. glo. vni. nu. 44. Vel poterit fieri ſecundum formam d. cle. cauſam. §. fi. de elec. Fulg. conſi. 76. ita ſentit Rip. in d. § voluntatem. nu. 24. & in d. §. fi. admonet Card. Zaba. emptorem vt ſemper intimationem faciat venditori ſecũdum formam d. clem ad hoc vt de rigore iuris arctetur uẽditor. Addit Rub. in d. §. morte num. 451. ꝙ in puncto iuris ſufficit ſemel proteſtari ad domum uenditoris, aut vxori, vel vicinis per text. in l. aut qui aliter. § etſi fortè, quod ui aut clam. Cum igitur in caſu noſtro venditor ex neceſſitate contractus teneatur de euictione, & ſic agitur ſolum de conſeruando illud ius, quod competit ipſi emptori, ſufficit vnica proteſtatio, ſicut quando agit de conſeruando exceptionem non numeratæ pecuniæ in l. in contractibus, in fi. C. de non numera. pecu. & de conſeruando ius agendi in l. ut perfectius. C. de anna. except. Aufr. in addit. ad q. Tholoſ. q. 407. in fi.

100 Sextò non procedit, ſi vẽditor † dixiſſet, ꝙ nolebat eum defendere à lite mota, uel mouenda, Ant. Burgos in c. fi. col pen. de empt. & ven. mouetur per gl. in ſimili in l. tres denuntiationes, vbi Bar. & Bal. C. quo. & quando iudi. gl. illa loquitur de citato, qui reſpondit nuntio nolle venire, idem not. Bar. in l. conſentaneum nu. 10. eod. tit. facit tex. in ca. venerabilibus. §. ſecus, de ſenten. excommu in 6 quem allegat Rip. in d. §. voluntatem nu. 25. Rebuf. d. tit. de dila. art. 5. gl. vni. num. 48. citat text. in c. 2. de dolo, lib. 6. Dicit tamen Rip. ibidem, ꝙ iſta limitatio non uidetur tuta, tum quia ſimile de citato, qui reſpondet nolle comparere, ꝙ non ſit amplius citandus, non eſt expeditum, ut per Fely. in c. conſuluit, col. 4. de offi. delega. Tum quia denuntiatio requiritur, ut appareat, ꝙ emptor non ſuppoſuerit actorem, &, vt appareat, ꝙ emptor indigebat defenſione venditoris, quæ rationes militant, ẽt ꝙ vẽditor dixiſſet nolle cauſam defendere.

Attende diligenter, ſi uenditor fuit extraiudicialiter requiſitus, vt in ſe iudicium ſuſcipiat, & tunc dixerit nolle comparere quia interpellatio non eſt formiter facta, non conſtituitur venditor in mora. Si vero via iuris fuerit incitatus ad litem defendendam, & nuntio reſpõdeat nolle venire hoc caſu incidimus in quæſtionem.

101 An † credatur Nuntio ſic referenti.

In qua quæſtione Scrib. varij fuerunt. Bar in l. fi. de reſt. in integ in d. l. tres denuntiationes, in l. ex conſenſu. §. fi. de appel. aſſerit, ꝙ nuntio credendum ſit, quia reſponſio citati videtur eſſe de pertinentiis citationis, & propterea eſt ſibi credendum, arg. c. præterea, de offi deleg. & probatur in ſimili in c. cum parati, de app. vbi creditur nuntio quoad locum, & ita ibi reſident Abb. & Dec. poſt alios, idem tenet Zabar. clem. 1. q. 8. de dol. & contum. & mouetur, quia ſicut in mandato, quod eſt ſtricti iuris, veniunt ea, quæ ſunt iuxta mandatum. l. iam tamen, iud. ſol. ita & in iuramento nuntij, Rip. c. j. num. 83. de iudi. ſtat cum hac ſententia, & reſpondet argumentis in contrarium facientibus.

24 ciſio procederet. Ad unum † diligenter aduertendum cenſeo, quod dictum eſt de legato rei alienæ, cum de iure canonico videatur diſpoſitum, vt hęres non poſſit pro tali legato moleſtari. c. filius, de teſta. vī inferendum, ꝙ in terris ſubiectis in temporalibus Eccleſiæ Rom. in quib. ſeruatur ius canonicum, ꝙ hæc duo poſtrema axiomata Bar. non ſeruentur, tanquam illa proceedant de iure ciuili, ita tenet Iaſ. in d. l. cum alienam, in glo. C. de lega. Circa quæ uidenda ſunt quæ nouiſſimè ſcribit Didacus in d. c. filius, ubi ſolerter omnia expendit.

25 Stante ꝙ hæres † non teneatur de euictione legatario, an ſi teſtator aliquam actionem de euictione habuiſſet contra uenditorem rei alienæ, teneatur hęres illam cedere legatario? Pau. de Caſt. in d. §. de euictione, col. fi. refert glo. 2. in l. ſi res quã, de euict. ex qua colligit, hæredem non teneri cedere actionem legatario: non poteſt tamen ſi vult. Contrarium eſt verius, quia
26 teſtator † videtur legaſſe omnem actionem ſibi occaſione rei competentem, arg. l. apud Iulianum. §. idem Iulianus, de leg. j. & facit l. in creditore, de euic. Reſpondebat tamen Imo. in d. §. de euictio. ad d. §. idem Iulianus, ſuſtinendo gl. opinionem, ꝙ teſtator uidetur legare actionem, quæ directo competit pro ipſa re ut ibi, ſed in caſu noſtro actio cedenda non datur pro re, ſeu ad rem, ſed pro intereſſe ratione euictionis. Hoc non obſtante Scrib. ſtant pro opinione contra Pau. de Caſt. quia per hoc nõ grauatur hæres in plus vltra mentem teſtatoris, quinimò utcũque põt eius uoluntatem adimplet, & in id ſtudere, dẽt ut voluntas teſtat oris exitum habeat, & ita reſidet Alex. in d. §. de euictione, nu. 7. quæ opinio optimè probatur in d. l. in creditore,
27 ubi Bal. no. ꝙ quis † tenetur facere quod ſibi non nocet, & alij prodeſt, & ſic illud quod prodeſt mihi, & uenditori non nocet, facile impetratur, & iſta eſt ratio, quare beneficium cedendarum eſt introductum, facit tex in l. mulier, qui pot. in pig. hab. Et propterea gl. prędallegata in d. l. ſi res quam, non probat illud ad qđ Pau. de Caſt. & Alex. illam ponderabant, quinimmò ꝓbat contrarium, cum alleget d. l. in creditore, & dictum Doct.
28 † intelligitur ſecundum l. quam allegat. Bart. in l. non ſolum. §. liberationis uerbo, de lib. leg. ſubdens rationem, quod eſt inutile mihi, & alijs eſt utile, concedi ſolet, allegat not. in l. ſi. in prin. uerb. per ceſſionem. C. de iu. dot. & ſic glo. allegata ſtat pro opinione Doct. ut hęres debeat cedere legatario actionem, & omne ius quod defunctus habebat occaſione rei legatæ.

29 Eſt caſus † ſingularis in quo hẽt locum euictio, non obſtante, quòd res aliena ignoranter extraneo legata ſit, ut probatur in l. hęres prędicto, ad Treb. Ratio eſt ſecundum Pau. de Caſt. ibi: quia hæres habebat retinere pro quarta, quę ſibi debebatur ex diſpoſitione legis, & ſic pro debito neceſſario. Secus ſi ſponte legetur, non pro aliquo debitõ: tunc ſeruatur diſtinctio d. l. cum alienam. Vnde inferebat ibi Pau. de Caſt. quòd ſi teſtator legat rem alienam ignoranter quam putabat eſſe ſuam, animo compenſandi cum debitore naturali tantum cenſetur uelle illi deberi æſtimationem, ſi res euincatur, ꝙ not. aſſerit.

30 Alius † eſt no. caſus: vt hęres teneatur de euictione, quando teſtator ligat libertatem ſeruo alieno putans eſſe ſuum l. Paulus, in princ. de fideicom. lib. legatum enim libertatis ualet fauore libertatis. Nec enim ignotum eſt, quòd multa contra iuris rigorem pro libertate ſunt conſtituta l. generaliter. §. ſi quis tutorem, de fideicom. lib. ex quo Alex. in d. §. de euictione. nu. 8.
31 infert ad legatum ad pias cauſas, quia † pia cauſa, & libertas ęquparantur, ut probatur in l. j. §. fina uerſ. ad rationem pietatis. C. de ſer. com. manu. Bar. in l. ſi vnus, nu. 2. C. de teſt. Verum Alex. in loco ſupra citato in legato facto rei alienę pię cauſę, an ualeat, ſe remittit ad Bal. in rep. l. j. C. de ſacroſ. eccl. nu. 44. vbi Bal. firmat, ꝙ non teneat, quia lex Dei uetuit c. filius, de teſta. & propterea Abb. in rep. c. cum eſſet. q. j. in fin. de teſta. colligit ex d. c. filius, ꝙ legatum rei alienę ignoranter, ſiue ſcienter factum de iure canonico non debetur, nec eius ęſtimatio, & illud procedit de ęquitate canonica, quę in foro eccleſiaſtico ſeruari dẽt.

32 Quid † ſi legatum non eſt factum in genere, ſed duę res alternatiuè legatę ſunt, una pręſtatur, & euincitur, an debeatur euictio indiſtinctè, ſicut quando legatur aliquid in genere? Dicas ꝙ ſic, ita ſentit glo. in l. hęres, de euic. allegat l. quę de legato, de leg. j. quę optimè ſuam ſententiam probat, & hoc dictum ſimpliciter approbat Alex. in d. §. de euictione, nu. 8.

35 Nota † tamen ad intellectum omnium ſupradictorum, ꝙ quãdo euictio prouenit facto legatarij, hęres non tenetur. Imo. conſi. 82. quod etiam exemplificari poteſt in caſu, in quo conſuluit Soci. Iun. conſi. 52. in 2. q. lib. 4. nouiter impreſſo, quando teſtator legauit puta Sempronio: ut teneatur de euictione, ſi Titius moleſtetur ſuper re ab ipſo teſtatore ei uendita.

34 In terminis † euictionis quatuor dr̃ias ponũt Scrib. in d. §. de euictione, inter legatariũ, & emptorẽ, q̃ in practica ſunt no.

Prima dr̃ia eſt, quia legatarius qñ agit de euictione ꝫ hr̃dem petit rẽ legatam, ac ſi nunquam fuiſſet ſibi ſoluta l. qui concubinam. §. ſi hr̃s, de leg. 3. Emptor uerò agit actione ex empto ad īntereſſe l. venditor hoīs, & l. ſi in uendõne, de euic. Lnon dubitat C. eo. Rõ dr̃ię eſt, quia venditor r̃r non tenetur niſi ad tradendum, non ad dandũ l. j. de rer. permu. l. ex empto. in prin. de act. empt. ideo facta traditione ſublata eſt actio ex empto, ẽt ſi res tradita erat aliena, vt eſt gl. in l. ab emptione, de pac. propterea re euicta non poteſt amplius agere ꝫ venditorẽ ad ipſam rem, ſed ad intereſſe. Hr̃s verò in caſibus in quib. tenetur de euictione

Source : BIU Cujas

ne non libera tur ab actione ex teſtamento per traditionem rei legatæ,cum teneatur facere irreuocabiliter accipientis, quod non facit,ex quo poteſt euinci,vt dicit tex.in d.§.ſi hæres, ideo poteſt agi actione ex teſtamento ad ipſam rem, ac ſi tradita non fuiſſet.

Secunda differentia eſt,quia venditor facta traditione, & re non euicta poteſt directò conueniri actione ex empto vt caueat,abſque eo ꝙ eadem res petatur.l.ij.cum glo.2.de euic.quia
35 †iure actionis venit cautio in contractu emptionis d.l. ex empto,in prin.Hæres verò non poteſt directo cõueniri vt caueat, quia hoc venit officio iudicis mercenario:vt in d.§. de euictione,in fin. Ergo legatarius poterit petere ẽ legatam actione ex teſtõ, non vt eam conſequatur quam habuit,ſed vt hæres caueat.l.Iulianus.§.j.de verb.oblig.l.etiam, de ſolut. Ratio diuerſitatis eſt;quia actio ex empto eſt actio bonæ fidei.§ actionum, inſtit.de act. ideo in ea veniunt omnia quæ æquum eſt venire, & conſequenter venit vt caueat de euictione d.l. ex empto, in
36 prin †ed actio ex teſtamento eſt ſtricti iuris.l.alias,& ibi Bar.de in lit. iu. licèt habeat naturam bonæ fidei quoad fructus, & acceſſiones,propter moram.l.in minorum.C. de in integr. reſtit. id propter in ea non veniũt niſi illa,quæ teſtator diſpoſuit. alia verò veniunt officio iudicis mercenario ex diſpoſitione legis.

37 Tertia differentia eſt,quia† emptor non agit de euictione antequam res euincatur.l.habere licere,de euict.& l.vtique, de rei vend.ſed legatarius etiam poteſt agere antequam euincatur, ſi conſtaret eſſe alienam,& eſſet caſus, in quo hæres teneretur redimere à domino; quia non eſt liberatus ſola traditione, cum teneatur ad dandum.l.cum quis.§.qui hominem, de ſolut.& l. ſi à ſubſtituto §.hæres, de leg.1.

38 Quarta differentia eſt, quia † legatarius cum habeat rem titulo lucratiuo,debet denuntiare ante litem conteſta.emptor verò qui habet titulum oneroſum poteſt denuntiare quãdocunque ante ſententiam,dummodo defenſiones ſint ſaluæ. Barto. poſt glo.ibi.& in l.ſi rem quam.§.fin.de euict. in l. qui concubinam.§.ſi hæres, de leg.3.

Quid in datione in ſolutum,an in ea habeat locum euictio? Videbatur dicendum ꝙ non per dictum Spe.in titu. de emp.& vendi.§.nunc dicendum.il 2.ver.ſed pone ſtatutum quem refert,& ſequitur Alex.conſi.76.colum.3.lib.5. dicens ꝙ ſi ſtatu-
39 tum † concedit facultatem vicino, vel conſorti, vt poſſit rem venditam recuperare,non habebit locum ſtatutum in datione g in ſolutum.

Secundò facit quod not.ponit Fulg. conſi.134. in quæſtione verſa &c.col.3.vbi inquit,ꝙ illud quod dicitur in ca.illo vos,de pig.de contractu venditionis,ꝙ præſumatur ſimulatus in fraudem vſurarum ex modicitate pretij, & pacto de retrouendendo,non habet locum in datione in ſolutum, quia illa non eſt vera,& directa venditio.

Tertiò præſtat argumentum illud quod ponit Dec.conſi.18. colum.2. ꝙ in contractu venditionis pretij numeratio interuenit,& contractus voluntarius eſt.Datio inſolutum videtur neceſſaria,nec pretij numeratio interuenit, ergo de vno ad alterum non videtur poſſe inferri, quia ex diuerſis non fit illatio.l. Papinianus exuli, de min.

Quartò,quia ſi idem eſſet venditio,& datio inſolutum,diuer 45 ſo nomine non appellarentur,arg.l.ſi idem.C.de cod.

40 Vltimò ſi vtraque idem eſſet, fruſtratoria eſſet † Bart cautio quam ponit in l.ſi quis aliam, de ſolu. & ſequitur Cępol.caut. 168.ſi aliquis &c.Salyc. in l.libera,prima oppo.C.de ſent.& interl.om.iud.dicens,ꝙ quãdo debitor tuus vult tibi dare aliquid inſolutum,ꝙ tu creditor recipias cum reſeruatione,& proteſtatione,ideſt, ꝙ tu non intendis per illam dationem in ſolutum recedere ab hypotheca, neque ab obligatione fideiuſſorum. Nam ſi tunc res euinceretur, duraret obligatio hypothecæ, & fideiuſſorum:alioquin non.l.cum ea conditione.§.creditor, de euic.tenebitur tamen cedere actionem ſecundum glo.ibi,allegat l.in creditore,illo tit.

Verum his non obſtantibus in propoſito noſtro contrarium eſt verius,ꝙ immò euictio habeat locũ in datione in ſolutum.

41 Primò:quia † datio in ſolutum dicitur venditio;& hoc clarũ eſt capiendo vẽditionem largo modo,quia lex 12.tab.emptionis,& venditionis verbo omnem alienationem complecti vo 47 luit.l.ſtatuliberi à cæteris.§.quint.Mut.de ſta.lib.& l.ſicut.§.venditionis,quib.mo.pig.vel hyp.ſol.Idem etiam dicendum,ſi venditio in ſpecie accipiatur.

Hoc probatur primò: quia datio in ſolutum ſimilis eſt vẽditioni.l.fi.ex quib.cau.in poſſeſ. ea.

Secundò propius ad materiam noſtram accedendo probat tex.in l. ſi prædium.C. de euict.vbi dicitur, ꝙ datio in ſolutum vim obtinet venditionis.

Tertiò probat tex.inl.eleganter,in princ. de pig.act.Ioan. de Amicis conſi.120.nu.8.Cuman.conſi.29.ſecundo dubio,Rub. 48 conſi.5.nu.7 Soc.Iun.conſi.41.nu.14.lib.3.Natta conſi.207.nume.3.Riminal.pulchrè conſi.586.lib.3.Ioan.Cęphal.conſi. 98. lib.1.& conſi.9.nũ.21.cum ſeq.lib.2.

Quartò ita arguit Bart.in l.j.§.cum prædium.de pigno.vbi dicit,ꝙ dare in ſolutum eſt vendere,allegat d.l. fi. ex quibus cauſ. in poſſea.& l.3.pro emp.

Vltimò facit, quia ſicut emptor debet denuntiare venditori litem eſſe motã,ita etiam ille qui recipit in ſolutum. not. Bart. Bald.& Sal.per illum tex.in l.libera.C.de ſent.& interlo.om. iudi.& hoc modo de datione in ſolutum ad venditionem arguit Bart.in l.ſi pupillorum §.ſi prætor,de reb.eorum.Fulg.cõſi.137. quia ex facto &c.colum.pen. in fi.& conſil.190.viſis toto proceſſu &c.col.2.Dec.conſi.586.& conſil.592.& hanc partem tenet,& ſequitur Anto.Burg.in d.c.fi.de emp.& ven.nu.25.

Non obſtant in contrarium allegata, quia illa procedunt in materia odioſa,& pœnali.Abb.in ca.1.col.1.de his quæ fiunt à præl.Ant.Bur.in rub.de emp.& vend.nu.20.Et quod dictum eſt de cautione Bartol.quando inſtruit creditorem vt ſibi reſeruet primęuam actionem,ſemper vtilis eſt, quia duplex remedium ſibi competit per talem reſeruationem, ſcilicet primęua actio, & vtilis ex empto actio.d.l.eleganter,in princ. de pig actio.Sed prior pinguior eſt,quàm ſecunda, cum per illam conſultum ſit creditori,etiam contra tertios poſſeſſores,qui emerũt poſt creditoris obligationem,facit l.Moſchis,ve iure fiſci.

42 Vel reſponde contrarijs argumentis. Demus † ꝙ euictio habeat materiam odioſam, vt ſupra concluſum fuit in præfatione.q.2.ex parte obligati: nihilominus cùm lex expreſsè etiam loquatur in datione in ſolutum.l. ſi prædium.C. de euict. non eſt amplius ambigendum.Alba conſil.2. nu.12. Idem eſt in datione in ſolutum facta auctoritate iudicis.Affl.deciſ.8.nume.4. Bertrand.conſi.298.lib.3. par.1.

43 Quid in contractu † permutationis; an in eo locum habeat euictio, & ſimiliter in alijs contractibus innominatis? Dicendum eſt ꝙ ſic,quia permutatio vicem obtinet emptionis, vt dicit text in l.2.de rer.permut.& eſt ſimilis venditioni.l.fin. quib. ex cauſ.in poſſ.ea.Affl.deciſ.399.nume.2. fuit latum &c Vnde ſi ſimilis nõ eſt idem l.quod Nerua,depoſ.& propterea ſi in ſtatuto fit mentio de emptione, & venditione, non continetur permutatio.Specu.& ibi Ioan.And.in titu.de empt. & vendi.§. nunc dicendum,verſi.ſed pone ſtatutum &c. quia ſtatutum dicitur eſſe ſtricti iuris,& non operatur vltra verba.l.quod conſtitutum,de milit.teſta.cum ſimil.ita tenet Bal.Alex. & Iaſ. in l.fi. no.3.de cond ob cauſam. Verum in terminis noſtris ꝙ in permutatione g habeat locum euictio probat text. in l.j.C. de rer. permut Dec.conſi.281.colum.1.& conſi.555.nume.10. Anto. Burg.d.ca.fi.de emp.& vend.nu.25.facit tex. in l. ſi permutationis.C.de euic.vbi Bald.no.arg.illius tex.ꝙ in contractibus innominatis habet locum euictio.Soc. Iun.conſi. 84. nume.5.lib.2. Ruy.conſi.94.nu.6.lib.1.eſt bene differentia inter permutationem, & venditionem circa dandam actionem re euicta. Nam
44 † euicta re tradita ex cauſa permutationis datur actio præſcriptis verbis.l.naturalis.§ j.de præſcri.verb. Alciat.l. ſi pro fundo, in figuratione caſus.C. de tranſ.in contractu venditionis datur actio ex empto ſecundùm Pau.de Caſt.in l.j.num.4. de rer.permut.cuius ſententia optimè probatur in d.l.1.C.de rer. permu. illis verbis,ad exemplum ex empto actionis & c. & quamuis in contractu emptionis nondum euicta re agi poſſit.l.qui rem.C. de euict. tamen † in permutatione ſtatim agere poſſum, ſi im- 45 minet periculum euictionis,ac ſi non tradidiſſet l.fin.de condi. ob cauſam. Pau.de Caſt.d.l.j.de rerum permut.nu.11.

An † in trãſactione habeat locum euictio? Huius reſolutio 46 habetur in l.ſi pro fundo.C.de tranſ.vbi concluditur, ꝙ pro re quæ dimittitur ex cauſa tranſactionis, non debetur euictio: qa non id actum eſt,vt eius fundi dimiſſi dominus fieret,ſed vt pe nes ſe qualiſcunque dimitteretur.Soc.Iun.conſi.84.nume.26. & conſi.98.nume.16.lib.2.Cremenſ.ſingul.111. volo dare &c. Bertrand.conſi.1.nu.55. parte prima. Secus in illa re quæ traditur tranſactionis nomine, in qua debetur euictio: non tamen prima actione amplius agi poteſt (idque ſpeciale eſt in tranſactione vt ſit litium finis) ſed præſcriptis verbis actione. Scrib. in d.l.ſi pro fundo, Rip.poſt alios in l. naturaliter.§. nihil commune,nu.111.cum ſequen.de acquir.poſſ.Anto.Burg. in d.c.fi. de emp.& vendi.nu.26. Intellige omnia ſupr adicta ſecundum Rubeum conſi.152.& Goz.conſilio 94.nu.40.

Quid † in iure patronatus ſeculari?& Bal.in l.1.in fi.C.de peri.& commo.rei vendi.tenet ꝙ ſi euincitur ius patronatus, cõpetit actio pro euictione,allegat text.not.in l. Titius, la prima, de actio.emptio.Ita illum tex.not.ibi Bart. & admonet ibi Pau. de Caſt.nu.2.ꝙ licèt ille qui habet ius patronatus, non dicatur ex hoc locupletior,vt l.naturalis, in fi.de præſcriptis verb.& ſic propter hoc non poſſet onere pecuniario grauari,vt l.planè,la ſecunda.§.fi.de legat.primo:ſi tamen ſibi aufertur,cenſetur fieri pauperior:vt ſic poſſit agere de euictione.d.l.Titius,quod diligenter not.eſt.Dec.conſi.483.nu.15.

Quid in iure patronatus eccleſiaſtico? Idem † videtur dicendum.Facit in argumentum quod ponit Iaſ.in d.§.de euictione, nume. 11. dicens,ꝙ ſi epiſcopus, vel alius prælatus confert vni beneficium eccleſiaſticum, quod erat alteri debitum, tenetur

illo

Source : BIU Cujas

Gaſpar. Caball. De euictionibus.

illo euicto prouidere illi de æquiualenti beneficio, vt eſt text. valde not. in c. inter cætera. in fi. & ibi Abb. not. vlt. de præb. Rebuf. tit. de recuſ. art. ſecundo, gloſſ. 1. nu. 3. tom. 3. intellige hoc ſano modo, quando collator eidem teneretur conferre, vel in vim mandati apoſtolici, aut nominationum, dict. cap. inter cætera, Rebuf. tract. nomin. q. 19. verſic. 2. alioquin non. idem Rebuf. titu. de dilat. artic. 2. glo. 1. nume. 34. tom. 3. & quomodo cõ tingere poſſit, vt iuſpatronatus eccleſiaſticum euincatur exem plificari poteſt in l. in modicis, de contrah. empt. in l. quædam, de acquir. rer. domi. in c. cum ſeculum, & c. ex literis, de iur. patr. Sicut enim in dictis iuribus habetur, ℭ vendita vniuerſitate bo norum tranſit ius patronatus ibi exiſtens, ita poteſt contingere ſi euincatur dicta vniuerſitas bonorum, & ius patronatus euincatur, vt & hoc reſpectu contingere poteſt euictio in iure patronatus eccleſiaſtico. Vide in ſimili Soc. Iun. conſil. 51. & conſi. 79. lib. 2. Ferret. conſil. 134. & conſil. 179. Paul. de Cittad. tract. iuriſpatr. par. 9. q. 3. Eſt verum, ℭ ius patronatus de per ſe vendi non poteſt. ca. quia clerici, de iurepatr. & conſequenter euictio locum habere non poteſt, argu. l. ſi fundum. C. de euict. & l. quemadmodum. C. de agric. & cenſ. lib. 11. quinimmò emptor ſciẽter emens amittit pretium, & applicatur eccleſiæ. Ab. ca. de iur. patr. Roccus Curt. trac. de iur. patr. §. fi. nu. 52. c. de hoc, vbi not. de ſymo. Bar. in §. & hanc, in auth. quomodo opor. epiſ.

h An in feudo h locum habeat euictio? Bar. in l. ſi plures, num. 11. C. de condi. inſer. tenet ℭ in feudo debetur euictio, & nihil allegat. Idem Bald. in cap. 1. in prin. nu. 22. de prohib. feud. alie.

49 per Feder. † tenet contrarium, ℭ non debeatur euictio, quando feudum alienari non poteſt, quo caſu ſi alienetur, cum fiat contra legem, ſicut principalis eſt contra legem, ita & euictio, quæ eſt acceſſoria. l. non dubium. C. de ll. quæ ſentẽtia infraſcriptis ſimilibus probatur. Primò per tex. in l. neceſſario. §. fi. de peri. & com. rei vend. vbi probatur, ℭ ſi vſufructuarius vendat cõ moditatem vtendi, & fruendi, mortuo vſufructuario extinguitur, nec emptor habet regreſſum contra hæredes vſufructuarij pro euictione; quia illud contingit ex natura rei. Aymo. conſi. 211. vbi quibuſdam exornat. Secundò per text. in l. ſi ſeruus, in prin. de euic. vbi diſponitur, ℭ ſi ſeruus venditus deceſſerit ante quam euincatur, ſtipulatio non committetur; quia nemo eum euincit, ſed factum humanæ ſortis. Tertiò per text. in l. ſi quis domum. §. fina. loc. & hoc ideo eſt; quia emptor proſpicere debuit hoc euenire poſſe, & cum hac opinione pertranſit Rom. ſing. vbicunque fit euictio &c. in antiquis. Mirumque non eſt:

50 quia † cum emptio fiat contra legis interdictum, non tenet. Tiraq. de retract. proxi. §. 12. glo. 1. nume. 12. Rub. conſil. 152. Non obſtat. l. ſi fundum. C. de euict. quia ibi contractus non erat cõtra legem, licèt eſſet ſuper re aliena, cum rei alienæ alienatio ſubſiſtat. l. rem alienam, de contrahen. emptio. Intellige ſano modo, ℭ non datur actio pro euictione etiam ad pretium; vt ita demum procedat, ſi ſciebat emptor rem illam non poſſe alienari: ſecus ſi ignorabat. Card. Zab. in clem. 1. in princ. q. 25. de reb. eccleſ. non alien. & ita etiam cum opinione Bald. tranſit Curt. Iun. tract. feud. par. 4. q. 28. aſſerens hanc eſſe communem doct. opinionem. Paul. de Caſt. in l. ſi familiæ, nume. 4. C. famil.

51 erciſ. Et quomodo † bona feudalia poſſint obligari pro euictione, ponit Affli. deci. 286. Iacobus &c. vbi concludit, ℭ poſſunt obligari cum conſenſu Domini; & euicto feudo teneretur Fiſcus prouidere feudatario de excambio, iuxta nota. in ca. 1. de inueſt. de re alien. fac. maximè quando ob merita l. Aquilius, de donatio. Capy. deciſ. 197. nu. 8.

Quid in diuiſionis contractu dicendum? Ponunt docto. in l. cum pater. §. euictis, de leg. 2. & Scrib. in l. qui Romæ. §. duo fratres. q. vlt. Barto. de verb. obliga. adſunt duo iura magiſtralia in l. ſi familiæ. C. famil. erciſ. & in l. ſi fratres. C. communia vtriuſq; iud. & ibidem Scrib. Tu conclude ſecundùm diſtinctionem Rip. in d. §. duo fratres. q. vlt. Cohæres non tenetur cohæredi de euictione pro re euicta, quæ ex diuiſione teſtamentorum illi obuenit gloſſ. Bald. & alij in d. l. ſi familiæ. Ratio eſt: quia diuiſio teſtatoris habet vim ſpecialis legati. l. quid ergo, la ſeconda de leg. 1. hæres autem pro ſpeciali legato non tenetur de euictione. l. à ſubſtituto. §. j. de legat. 1. ergo etiam non tenebitur pro re euicta, quæ ex diuiſione teſtatoris alteri obuenit. Et iſta eſt communis opinio.

Cohæres tenetur de euictione cohæredi, cui res euicta obuenit ex diuiſione facta ab ipſis cohæredibus. d. l. ſi fratres, quia diuiſio, quæ fit à partibus vicem obtinet permutationis. l. communi diuidundo. §. ſi debitor, communi diui. Soci. Iun. conſi. 119. nume. 14. & 28. lib. 3. Curt. Sen. conſil. 63. in quarta differentia, colum. penul. Rom. conſi. 457. colum. 2. Alexand. conſil. 21. lib. 5. Quod procedit, etiam ſi ſit facta diuiſio à iudice d. l. ſi familiæ, quia factum iudicis reputatur factum partis. l. ſi ob cauſam. C. de euic. Hæc concluſio intelligitur tribus modis, primò vt nõ procedat, quando portio alterius eſt in eadem euictionis cauſa ſecundum Bald. Paul. de Caſtr. in d. l. ſi familiæ. Secundò, vt non procedat in diuidentibus, ſcientibus rem diuiſam ſubiacere periculo euictionis, nam inter ſcientes non datur actio de euictione. l. ſi fundum. C. de euict. & d. l. ſi fratres. Goz. conſi. 58. nume. 6. & 21. plenè diſcutit Ruy. conſil. 146. lib. 1. Curt. Sen. in ſupra citato conſi. col. pen. Aymo. conſi. 311. nume. 7. Dec. cõſi. 411. in fin. idem Ruy. conſi. 10. nume. 14. & conſil. 14. nume. 5. lib. 1. Tertiò, vt non procedat, vbi actum eſt, ℭ nullus teneret. d. l. ſi familiæ. Ex quibus breuiter colligi poteſt, quando in contractu diuiſionis habeat locum euictio, & quando non.

52 In pignore † habet locum euictio per ius offerendi, vt probatur in l. 1. ſecundo reſp. C. ſi antiq. cred. Affl. deciſ. 8. quidam &c. & deciſ. 16. fuit in relationibus &c.

54 An † & quando in inſtrumento ceſſionis habeat locum euictio, vide Paul. de Caſtr. conſi. 207. viſis omnibus &c. lib. 1. Cor. conſil. 61. nu. 24. lib. 3.

55 In emphyteuſi † habet locum euictio ad ſimilitudinem venditionis, not. Scrib. in c. 1. de inueſt. de re alie. fac. Alb. l. habebat. §. fi. de inſtit. Bertrand. conſi. 312. lib. 3. par. 2.

56 In litis † æſtimatione ſoluta an habeat locum euictio? diſtingue ex intentione Dy. in regul. pro poſſeſſore, de reg. iur. in 6. q. 1. & 2. Bart. in l. litis, pro emp. q. 2. & 3. Rip. poſt alios in l. in depoſiti, nu. 3. de re iud.

57 i In locatione & † conductione. l. ſi quis domum, i in prin. loc.

SVMMARIVM.

1 *Emptor regulariter agit de euictione.*
2 *Quem de euictione tenet actio &c. limitatur quatuor modis.*
3 *Euictio non procedit in vno, & quinquaginta caſibus relatis hic per ordinẽ.*
4 *Quando emptor omiſit denuntiare.*
5 *Si emptor fuit contumax, intellige vt declaratur.*
6 *Si ſententia lata eſt per imprudentiam, ſeu iudicis iniuriam.*
7 *Iniuria facta per iudicem emptori reputatur caſus fortuitus.*
8 *Imprudentia iudicij culpa iudicis eſt.*
9 *L. ſi per imprudentiam, videtur continere iniquitatem.*
10 *Eſt conſultum actori aduerſus iudicem.*
11 *Venditor non tenetur de caſu fortuito.*
12 *L. ſi per imprudentiam, non procedit in Fiſco, & Rep.*
13 *Sententia lata per iniuriam iudicis non nocet emptori, quando venditor erat inimicus iudicis. quod intellige ſano modo nu. 14.*
15 *Quando emptor compromiſit, non procedit euictio intellige quatuor modis & amplia duobus. nu. 16. 17. 18. 19. 20. 21.*
22 *Si de facto extra iudicium emptor perderet rem, ceſſat euictio.*
23 *Futurus caſus euictionis poſt venditionem ad emptorem ſpectat.*
24 *Princeps tenetur aliquando de facto defendere.*
25 *Non debetur euictio, quando conuentum eſt venditorem non teneri.*
26 *Expenditur intellectus l. qui libertatis, in prin. de euict.*
27 *Mutua remiſſio euictionis includit etiam pretium.*
28 *Cautela ad tollendum omne dubium.*
29 *Quando emptor ſua culpa non vſucepit, euictio non procedit.*
30 *Similiter quando vniuerſitas rerum venditur, & res particularis euincitur.*
31 *Idem in ſcienter emente rem alienam.*
32 *Nouus intellectus ad l. fi. §. fin. C. communia de leg.*
33 *Quando euincitur res ſecundùm propriam naturam. intellige duobus modis nu. 34. & 35.*
37 *Quando creditor vendit ius quod in re habet, non tenetur de euictione, niſi expreſſe ſe obligaſſet, vel ſciret rem eſſe alienam. nu. 38. 39.*
40 *Si emptor habuit inexpertum aduocatum.*
41 *Si non appellauit emptor.*
42 *Si ſuccubuit ex cauſa ab ipſo trahente originem.*
43 *Pro ſuo facto tantum non excludit factum auctoris ſui, intellige vt num. 44.*
34 *Quando auocatur ſola poſſeſſio.*
45 *Venditor non tenetur de euictione, quando iudex inordinatè proceſſit.*
46 *Quid ſi remiſſum fuit ius denunciandi reſpectu inquietudinis facti.*
47 *Quando emptor ſe tueri poteſt exceptione præſcriptionis.*
48 *Quando imminet euictio in limine contractus.*
49 *Tunc præſtatur cautio de dupla cum fideiuſſore.*
50 *Si emptor ſua culpa cecidit à poſſeſſione.*
51 *Quando euinco rem ex facto ſuo vel ſui auctoris.*
52 *Cum vitium rei venditæ poſt contractum ſuperuenit.*
53 *Si emptor domino rei venditæ hæres extitit.*
54 *Quid ſi dominus rei ſuccedit emptori.*
55 *Quid ſi emptor erat dominus rei, quam ignoranter emit.*
56 *Quando res euincitur facto Principis.*
57 *Cum promittitur ſeruum noxa ſolutum.*
58 *Si res vendita pereat, antequam euincatur.*
59 *Cum res in iudicio euicta non eſt.*
60 *Pro re euicta dependente à vendita.*
61 *Si res vendatur ex neceſſitate officij.*
62 *Quando pro parte res periit.*
63 *Quando emptor non eſt ſecutus conſilium venditoris.*
64 *Pro pignore euicto debitoris ceſſi.*
65 *Quando pacto remiſſa eſt euictio. intellige tribus modis nu. 66. 67. 68.*
69 *Eorum quæ tacitè inſunt nõ debetur euictio, niſi vt infra nu. 70. 71. 72. 73.*
74 *Pro re pro derelicto habita.*

75 Quando

75 *Quando emptor præstitit causam rei amittendæ.*
76 *Non tenetur, si tacuit causam, quam ignorabat.*
77 *Res non tradita non procedit euictio.*
78 *Pro re vendita causa ludi cum distinctione, vt nume. 79.*
80 *Quando emptor succedit vendit ori, vel e contra.*
81 *Quando datur res in dotem domino rei.*
82 *Pro re donata incipiente à traditione.*
83 *Pro re in specie legata.*
84 *Cum euincitur pars serui.*
85 *Pro bonitate contingente in re tempore euictionis.*
86 *Non agitur pendente interim controuersia.*
87 *Dictum Matth. not. 50. reprehenditur.*
88 *Fiscus nunquam in contractibus fiscalibus tenetur de euictione.*
89 *Venditor non tenetur de euictione ante solutum pretium ab emptore.*
90 *Quando res euincitur remedio extraordinario.*
91 *Si venditio rescinditur remedio l. ij. C. de rescind. vend.*

§. 5. In quibus casibus euictio locum non habet.

1 EMPTOR † regulariter agit de euictio contra venditorem re euicta l. euicta re, & l. venditor, de euict. l. non dubitatur. l emptor l. si cum quæstio. l. qui rem. C. eod. l. tenetur. §. si tibi iter, de act. emp. Affl. cap. 1. nume. 1. cum alijs seq. si de feud. vas. ab alijs fuer. interp. & in cap. 1. nu. 22. de cõt. int. vas. & alios. Didacus lib. 3. varia. resolu. cap. 17. in prin. Ratio est secundum Abb. & Anto. Bur. in d. capit. fin. not. vlt. de empt. & vend. quia venditor tenebatur rem tradere cum effectu. l. ex empto, de actio. empt. Soc. Iun. consi. 84. num. 19. lib. 2. Et adeo verum est, ꝙ si emptor à seipso sibi euinceret, poterit etiam agere de euictione. l. Iulianus. §. si fundum, de actio. empt. l. si ei §. j. l. si vendideris, & l. non tamen, de euict. immò si sibi mota sit lis ab alio, potest agnoscere bonam fidem, & nihilominus agere de euictione. Affl. decis. 49. conuenitur. Ergo & cum à seipso, Neuiz. consil. 57. nume. 11. Quod intellige, etiam si iure speciali fuerit euicta, vt si beneficio restitutionis in integrum, vel alio quocunque iure speciali. l. minor 25. ann. in princ. vbi Barto de euict. Aget tamen de euictione hoc casu quoad simplam, stipulatio verò duplæ nullo modo committitur, gloss. est singularis in verb restitui, in d. l. minor, quod bene not. propter l. dudum. C. de contrahen empt. Et adeo verum est, ꝙ venditor tenetur de euictione, ꝙ si ageret contra emptorem, repelleretur excep-
2 tione, quem † de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio. l. vendicantem, de euic. Rom. consi. 457. colum. 2. Curt. Sen. consi. 63. 4. difficultate. Ioan. de Amicis consi. 3. nu. 13. Rymin. consi. 39. nume. 37. consi. 77. num. 7. & consi. 91. num. 25. lib. 1. Bertrand. consi. 235. nu. 8. lib. 4. & consi. 53. num. 1. eod. lib. Bellon. consi. 4. nume. 13. Quam regulam limita quatuor modis secundum Rip. in l. qui Romæ. §. duo fratres, nume. 43. de verbo. obliga.

Primo, vt non procedat, quãdo agens habuit causam ab eo, vel auctore eius, contra quem agit, si ipsius, vel sui auctoris facto secuta fuerit euictio, Soc. Iun. consi. 116. nume. 61. cum seq. & consil. 128. nu. 113. & 13. lib. 1. Exemplum vendidi tibi fundum, quem prius alteri obligaueram, postea ego illum reemi à te, contingit, ꝙ tibi illud ius quod alteri constitueram cessum fuit, agis contra me ratione illius iuris tibi cessi, ego nõ possum te repelliere exceptione illa, quem de euictione &c. quia facto contingit meo hæc euictio, nõ autem tuo qui nunc agis, & antea vendidisti propter illud ius quod antea super ista re constitueram. l. fundum meum, de euict.

Secundò limita, vt non procedat, vbi contractus nõ valuisset alterius quàm vendentis occasione, seu defectu. l. si tibi. C. de euict. vbi venditio non valuit non fauore vendentis, sed fauore personæ, quæ vendebat, quæ libera erat: & tamen licèt vendi tor teneatur de euictione: tamen illum agentem non excludit exceptio, vt Bald. & Salyc. ibi not. Et in similibus terminis Alex. consi. 19. colum. 2. lib. 4. consuluit, ꝙ maritus, qui tenetur de euictione rei dotalis per ipsum venditæ, potest venire contra contractum, & vendicare, quia prohibitio alienationis rei dotalis est facta fauore mulieris. l. j. §. & cum lex. C. de rei vxo. act.

Tertiò limita, vt non procedat in casu. l. fin. C. de euict. quia secundùm Bald. ibi, quem de euictione tenet actio hæreditario nomine, eundem agentem proprio nomine non repellit exceptio. Intellige in eo quem de euictione tenet actio accessorio nomine, non principali, vt non obstet. l. siue possessio, vbi Saly. C. de euic. & ibi probatur, ꝙ quem tenet actio de euictione hæreditario nomine, eundem proprio nomine agentem, repellit exceptio, & sic intellige ibi principali, non accessorio, vt in d. l. fi. Ratio differentiæ est: quia hæres principalis obligati factum eius approbare debet. l. ex qua persona, de reg. iur. non sic in hærede accessoriè obligati veluti fideiussoris contingit, quamuis de euictione teneatur, cum ipse accessoriè obligatus nihil fecerit, sed facto à principali obligato cum promissione accessit. §. fideiussoris, instit. de fideiuss. Vnde not. infert in practica Bald. in d. l. siue possessio. Not. istam legem, quia quandocunque patres vendunt res matris, quæ remãserunt filijs iure hæreditario, ille contractus ab initio non valet, vt l. j. C. de bon. mat. Tamen si filius adijt hæreditatem patris, valet venditio: intellige non facto inuentario. l. cum à matre. C. de rei vend. l. fi. §. in computatione. C. de iu. delib. quod perpetuò not.

Vltimò limita, vt non procedat in casu, quando fratres diuidunt bona feudalia inter se, & promittunt ad inuicem de euictione, & se liberant, & renuntiant omni iuri quod habent in feudis, vel habere sperant: quia per hoc non videntur refutare, & promittere in casu quo feudum de sui natura reuerteret ad alterum. Curt. Sen. consi. 49. colum. 65. versic. ad x. argu. Socin. Iun. consi. 119. nu. 3. lib. 3. Aret. consi. 2.

3 Supradicta regula fallit † in multis casibus, vnum & 50. collegimus variis in locis sparsos, ex quibus quadraginta duos enumerat Affl. in titu. quib. mod. feud. amit. §. rursus si fideles. quos omnes diligenter examinabimus, sicut nostri ingenioli subministrabunt vires. Attende diligenter quia not. sunt.

4 Primus † est, quando emptor omisit denuntiare litem vendi tori. l. 1. C. de peric. & com. rei vend. l. emptor. C. de euict. c. fi. de empt. & vend. Ratio est secundùm Abb. ibi; quia venditor sciuisset melius rem venditam defendere: cum magis sit certus, & instructus de iure suo. Vnde præsumitur, ꝙ emptor perdiderit causam propter ignorantiam iuris venditoris. Emptor enim potest vti iurib vẽditoris. d. l. emptor. Intellige hunc casum cũ suis requisitis quæ latè supra explicauimus in § 3. in princ. videlicet, ꝙ denuntiatio fiat etiam scienti litem motam, ꝙ requiratur, & incitetur ad suscipiendam litem, ꝙ detur illi copia libelli auctentica, quibus non interueniẽtibus, vel altero illorum deficiente procedet casus iste, quia paria sunt non facere, vel minus bene. l. quoties, qui satisd. cog. & his adde Didacum. libro. 3. var. resol. c. 17. illat. 1.

5 Secundus est † si emptor fuit contumax tempore sententiæ latæ l. si ideo, de euic. d. c. fin. de empt. & vend. Corn. consi. 326. colum. 2. lib. 1. Capy. decis. 106. num. 4. Dec. consil. 74. colum. 3. Riminal. consi. 147. nume. 8. lib. 1. & consil. 74. lib. 2. Ratio est secundum Abb. in d. capit. fin. quia data contumacia emptoris sententia videtur lata contra eum, nõ propter defectum iuris, sed propter negligentiam suam, ideo imputari sibi debet. & nõ venditori. Cremen. sing. 88. si emptor &c. Et propterea dicebat Ange. in d. l. si ideo & post eum Salyc. not. 2. ꝙ ista est mirabilis præsumptio, ꝙ absens qui succumbit videatur potius succumbere ex eius contumacia, quàm propter defectum iuris. Intellige sano modo hunc casum, vt declarat Bart. in l. si superatus, de pign. quando emptor passus est causam eo contumace l. quidari: tunc enim magis ex contumacia, quàm quia bonam causam non habuit videtur succumbere, Rebuf. tit. de dilat. artic. 5. glo. un. nume. 18. Sed si totam causam pertractauit præsens, licèt in ipso actu sententiandi fuerit contumax, nihilominus habebit actionem de euictione contra vẽditorem; quia eius præsentia in illo actu prolationis sententiæ nihil profuisset. l. si rem. §. fin. de euict. cum Barto. sentiunt Saly. in l. 1. q. vlt. C. de peric. & cõ. rei vend. & in l. emptor, nume. 7. C de euict. Dec. consil. 34. nu. 3. Rubeus in d. §. morte. num. 469. Didacus loco supra citato illat. 9. Abb. consi. 45. nume. 2. lib. 2. Subdens ex intentione Bald. in l. res inter alios. C. quibus res iud. non noc. ꝙ si ex inspectione actorum potest apparere, ꝙ absens contumaciter iustè succubuit, non habet nocere sententia condemnationis. Bald. in l. 2. C. de contrar. iud. tut. Et propterea secundum Rub. in d. §. morte, nume. præcitato poterit probari per emptorem, ꝙ succubuit propter defectum iuris, probando se succubuisse propter exceptionem ex persona venditoris sibi obstantẽ, vel probando sententiam latam ex falsis allegationib. argum. l. sed si ex vtriusque, de euic. & l. si prætor. §. Marcellus, & ibi gl. dè iud. Mathes. not. 18. Idem erit, si emptor fuit absens ex iusta causa, quia tunc sibi talis sententia non nocebit, Bald. in c. 1. in fi. si de feud. Vas. ab al. interp. fuer. allegat glo. 2. in d. l. 2.

6 Tertius casus est † si sententia fuit lata per imprudentiam, errorem, vel iniquitatem iudicis. l. si per imprudentiam, in princ. de euict. l. emptor fundi. C. eod. d. ca. fin. de empt. & vend. Bald. consi. 460. in fin. lib. 4. Corn. consi. 325. colum. 2. lib. 1. Ruy. con-
7 sil. 171. lib. 4. Ratio est secundum Abb. in d. ca. fi. quia † iniuria facta emptori reputatur quidam casus fortuitus; ita etiam imprudentia iudicis ca. 1. de noui. form. fidel. ibi. iniustè, vel fortuito casu &c. qui non imputatur venditori, immò statim post factam emptionem res vendita perit emptori. l. necessario, de peri. & com. rei vend. l. j. C. eo. §. cum autem, instit. de empt. & vẽd. Circa istum casum est aduertendum: quia gloss. in d. l. si per imprudentiam, intelligit hoc, quando emptor fuit causa istius iniustitiæ, aliàs posset agere de euictione, eadem tamen glos. in l. exceptione, & ibi Bart. & Pau. de Cast. de fideiuss. & idem Bar. in d. l. si per imprudentiam, quem ibi Salyc. sequitur, concludunt communiter, ꝙ siue sit culpa emptoris in sententia lata per iniuriam iudicis, siue nõ, imputatur sibi tanquam casus fortuitus
8 non autem ipsi venditori. Ratio est secundum Bar. quia † imprudẽ-

prudentia iudicis culpa iudicis eſt (imperitia enim culpæ annumeratur l. imperitia, de reg. iur.) & eius qui fecit eum iudicē in illo officio. Et ideo non datur regreſſus ipſi emptori contra vēditorem, cum caſus fortuitus ad ipſum ſpectet. Hoc dictum mihi videtur contra expreſſa verba text. d. l. exceptione, vbi dicit, ꝙ iniuria iudicis nocet, ſi culpa illius qui damnatus fuit illud accidit. Vnde præfati docto. vt vtramque opinionem ſaluent, dicunt, ꝙ in ſententia lata contra fideiuſſorem per iniuriam iudicis, illius culpa fideiuſſori non nocet, & ita procedat, quod diſponitur in d. l. exceptione. Ratio differentiæ eſt: quia in cauſa euictionis res pertinet principaliter ad empt. d. l. neceſſario, nō immeritò ſi omne periculum ipſi imputatur, ſed in alio caſu negotium pertinet principaliter ad dominum, non ad fideiuſſorem, ideo iniuria illata ſine culpa eius non tibi, ſed domino imputatur, quod eſt menti tenendum. Et ita pertranſeunt Ant. Burg. in d. cap. fin. nu. 14. de empt. & vend. & Didacus lib. 3. var.

9 reſol. cap. 17. illat. 10. Rub. in d. §. morte, nume. 474. dicit † ꝙ d. l. ſi per imprudentiam, continet iniquitatem, quia emptor non deberet carere re, & pretio, patet: quia vbi venditor paciſcit, ne teneatur de euictione, recuperat tamē ab eo pretium. l. emptorem. §. fin. de act. empt. Dicendum, ꝙ quamuis ſit dura hæc lex, ſeruanda eſt. l. proſpexit, qui & à quib. & iſta durities non procedit venditoris facto, ſed iudicis. Eſt tamen conſultum ipſi em-

10 ptori † aduerſus iudicem ſecundum glo. in d. l. ſi per imprudentiam, actione in factum; quia litem ſuam fecit, quam poſt doc. ibi ſequitur Affl. in d. §. rurſus ſi fidelis. l. ex maleficijs. §. ſi is qui. de act. & obl. l. ſi filiusfamilias, de iudi. Sed quid ſi iudex non eſſet ſoluendo? Dic, ꝙ adhuc non ageret emptor de euictione;

11 quia † venditor non tenetur de caſu fortuito. Non procederēt ſupradicta ſi iudex nullo ſecuto ordine iudiciario tuliſſet ſententiam, quia tunc non teneretur ipſe emptor ſed venditor. l. fiſtulas. §. ſi frumenta, de contrahen. empt. quia non videtur ſe obligaſſe in caſu iſto inſolito, Ange. conſil. 177. quem ſequitur Alex. in apoſt. ad Barto. in d. l. exceptione, Goz. conſi. 94. num. 42. limitat hunc caſum Rom. ſingul. 754. in l. ſi per imprudentiam &c. † vt non procedat in fiſco vel rep. venditrice; quia tenebuntur de euictione emptori, quamuis per errorem, vel iudicis iniuriam lata fuerit ſententia, allegat text. cum gloſſ. in l. 2.

12 §. graui, verb. per iniuriam, de admin. rer. ad ciuit. pert. intellige tamen vt infra caſu 47. Ratio eſt; quia iſtud damnum ſentit. Reſpon. ſuo facto, & culpa, cum talem iniuſtum iudicem conſtituerit. l. damnum, de reg. iur. ſecundò limita ſecundùm Bart. in l. ſtipulatio iſta, in fin. prin. de verbo. oblig. vt non procedat, ſi

13 venditor erat inimicus iudici: quia † tunc ſententia lata per iniuriam iudicis contra emptorem cenſetur culpa venditoris lata, & ideo hæc iniuria non imputatur, nec nocet emptori. l. ſi

14 merces. § culpæ, loca. intelliget † ſano modo hanc limitationem ſecundùm Laſ. ibidem poſt alios per eum relatos, quando talis inimicitia eſt ſuborta ante venditionem factam, ſecus ſi poſt; quia venditor non tenetur de aliquo caſu ſuperueniente poſt venditionem celebratam. l. Lucius, in princ. de euict. Ruy. conſi. 59. nume. 14. lib. 4. Ad euitandum prædicta bonum eſt, vt conueniatur, ꝙ venditor teneatur de euictione, etiam ſi res per in-

15 iuſtitiam euincatur, Rub. d. §. morte. nu. 474.

Quartus caſus eſt, quando † emptor compromiſit, & ſuccubuit, quia tunc regreſſum contra venditorem non habet, cum illud fecerit nulla neceſſitate cogente. l. ſi dictum. §. ſi compromiſero, de euict. Imo. conſi. 82. Paul. de Caſt. conſi. 309. colum. penul. viſis & ponderatis & c. libr. 1. Riminal. conſi. 92. num. 17.

16 li. 1. Reſtringe hunc caſum quatuor modis. Primò † vt nō procedat, ſi fuerit compromiſſum in ipſum venditorem, & ipſe tulerit laudum contra emptorem: tunc enim poterit agere emptor: quia facto venditoris rem perdidit. l. 2. in fin. C. de aſſ. toll. ita dicit Spec. titu. de arb. §. reſtat, verſicu. ſed pone &c. quod dictum pro not. commendat Roma. ſing. 463. emptor &c. Cremenſ. ſing. 311. tu ſcis &c. Alexan. conſi. 4. lib. 3. & in l. ſi domus. §.

17 de euictione, in princi de legat. 1. Secundò † vt non procedat, quando emptor neceſſitatur ad compromittendum ex forma ſtatuti; tunc enim non procedit diſpoſitio. d. §. ſi compromiſero. & ſtipulatiō de euictione committetur: quia illud fecit neceſſitate cogente, ita Bart. ibi Bald. in l. ſi. not. 7. C. de iud. Lanfr. cap. quoniam contra, verb. recuſationis, nume. 18. de probat. & probat ibi tex. in d. §. ſi compromiſero. à contrario ſenſu: vt pō derat ibi Bald. in 2. lect. Admonet Sal. in d. l. fin. nume. 4. ꝙ hæc ſcribantur apud acta, vt appareat, emptorem non voluntariè compromiſiſſe, quæ animaduerſio videtur ſuperflua, cum ſufficiat potuiſſe compelli ad compromittendum. l. nouiſſimè, quod fal. tut. Requiritur tamen ſecundùm eundem Bald. in d. §. ſi compromiſero, in lectura antiqua, & in l. 1. col. 2. verſi. vlterius opponitur &c. C. de pericu. & com. rei vend. vt venditor citetur ad electionem arbitri, quia ſua intereſt, ne ſibi ſuſpectus eligatur in arbitrum, & ita fieri conſuluit, ſequitur Felyn. in ca.

18 quamuis, nume. 13. in fin. de re iud. Tertiò vt † non procedat, ſi emptor probat ſe ideo ſuccubuiſſe, quia venditor non fecit ei bonum ius, Bal. in l. libera, num. 10. C. de ſent. & interl. om. iud.

19 Alex. in d. §. de euictione, in princip. Quartò, vt † nō procedat, ſi venditor promiſit de euictione quomodocunque, & qualitercunque res euincatur: quia tunc etiam ſi per arbitros fuerit ſententiatum, tenetur venditor de euictione. gloſſ. eſt not. in l. cum pœna, de arb. quam ibi ita ponderat Bolog. in ſuis interpret. & ad hoc propoſitum citat Aret. in §. fin. de emp. & vend. inſtit. Alexand. conſi. 4. nume. 3. vbi Mod. apoſt. allegat concordantes lib. 3. Goz. conſi. 14. nume. 22. & conſil. 63. nu. 39. Gratus conſi. 163. nume. 22. lib. 2. Riminal. conſi. 362. nume. 6. cum ſequen. lib. 2. Et propterea Barth. Cępol. caut. 132. tria faciunt &c. inſtruit emptorem ad hoc vt in omnibus ſupra relatis caſibus teneatur venditor de euictione, vt in inſtrumento apponantur hæc verba. Et promittit d. venditor de euictione quomodocunque, & qualitercunque euincatur: etiam ſi euincatur per arbitrum voluntarium, vel neceſſarium, electum cum voluntate, vel ſine venditoris: & promiſit dictus venditor non opponere, vel allegare, quòd ſentētia lata fuerit iniqua, vel in iniuriam emptoris, ſeu propter eius abſentiam, negligentiam, vel alio quocunque modo &c. Quid ſi compromiſerit in arbitrum, vt de iure procedat? Inquit Anto. Burg. in d. capit. fin. nume. 15. de emptio. & venditio. ꝙ ſuperatus emptor non aget de euictione contra venditorem, quod nota. dicit pro extenſione d. §. ſi compromiſero. Didacus libro 2. var. reſol. capit. 17. illat. 7. Am-

20 plia † hunc caſum duobus modis, primò vt procedat etiam, quando emptor detulit iuramentum euincenti; quia tunc emptor non poteſt agere de euictione contra venditorem, Cremens. ſingul. 115. tu ſcis &c. & illum ſequitur Anto. Burg. in d. cap. fina. colum. 8. in princip. Specul. de iura. cal. §. 5. & Bartol. in l. manifeſtæ. nume. 6. de iureiur. Aret. in practica dicit not. in §. item ſi quis poſtulante, nume. 8. inſtit. de actio. vbi Laſ. nume. 84. & remotis quibuſdam contrarijs idem tenet Alexan. in d. l. manifeſtæ, nume. 4. Cępol. caut. antepen. Et propterea dicebat Bartol. in l. atqui natura. §. cum me abſente, nume. 5. de nego. geſt. Imo. in cap. ſi. de empt. & vend. ꝙ emptor non tenetur reſpondere poſitionibus actoris, Alexan. vbi ſupra. Quod comprobatur ex regula quæ habet, ꝙ qui non poteſt alienare, vel de ea liberè diſponere, non poteſt etiam ſuper ea iuramentum deferre, ad quod vide Laſo. in l. 2. quæſtio. 76. C. de iur. emphi. Franciſ.

21 Marc. deciſ. 586. Secundò amplia † vt procedat etiam in iudice prorogato per emptorem, qui illius iudex competens nō erat: quia ſi ſuperatus fuerit, non aget de euictione contra venditorem, glo. eſt not. in d. §. ſi compromiſero, in verb. feci, quam cōmendat Rom. ſing. 112. nunquid. Anto. Burg. in d. cap. fin. nume. 15. & ratio eſt ſecundum Bald. ibi in ſecunda lect. quia illud fecit nulla neceſſitate cogente. At Salyc. in citato ſæpius. §. ſi compromiſſero, videtur ibi contrarium dicere; quia ordinarius eſſe non deſinit, & ab eius ſententia appellatur, & iuriſdictionē habet quam non habet arbiter, vt l. j. de arb. Tu reſpondeas, quòd iuriſdictio illius iudicis ordinarij prorogati non alteratur, ſed cum ſuis quantitatibus cenſetur prorogatus. l. j. cum ibi amplè not. per Paul. de Caſt. de iud. Verùm quia illud fit voluntariè, vē ditori non præiudicat. l. ſi qui ex conſenſu. C. de epiſ. aud.

22 Quintus caſus eſt, ſi de facto † emptor extra iudicium rē perderet, non habet regreſſum de euictione contra venditorem; præſuppoſito etiam quòd venditor promiſiſſet ſe velle teneri, quomodocunque res euinceretur etiam de facto; quia non intelligitur de violentia extraiudiciali, quæ non venit ſecundùm naturam contractus, per tex. in l. fin. C. de actio. emptio. Abb. in d. cap. fin. nume. 7. de empt. & vend. Barto. & alij Scrib. in l. ſtipulatio iſta, in princ. colum. fin. de verborum obligat. Bart. in l. factum. §. non videtur, de reg. iur. Bald. in l. non ſolum. §. ſi ſtatus. de procura. Neuiz. conſil. 92. nume. 21. Natta conſil. 181. nume. 2. vbi ex intentione Angel. in l. ſi filius. §. ſi vir, ſolut. matrimo. not. infert, quòd Florentini, quibus vendita fuere certa loca, & modicum poſt ablata per Piſanos, contra venditorem de iure nullum regreſſum habent: quia venditor vendendo, & tradendo transfert omnem caſum fortuitum & violentum in ipſum emptorem. Et conſiderandum eſt, quòd text. in d. l. fina. dicit, quòd emptor violenter eiectus nullam habet contra venditorem actionem, ex quo oſtenditur, quòd non modo agere nō poteſt contra venditorem de euictione ratione intereſſe, ſed nec etiam ad pretij reſtitutionem propter illam negatiuam nullam actionem &c. quæ omnia complectitur, Bartol. & Salyc. in l. non dubitatur. C. de euictio. l. fin. cum glo. de lib. & poſthum. Abb. in cap. petitio, circa fin. de iureiuran. qui ait, ꝙ venditor, qui promittit defendere emptorem de iure & de facto contra omnem perſonam, illud verbum de facto, reſtringitur ſecundùm naturam contractus, quod eſt dicere ſecundum Barto. in d. l. ſtipulatio iſta, de facto, ſcilicet in iudicio, vt venditor faciat ea, quæ facti ſunt, vt aſſiſtere apud tribunal, producere teſtes, ſoluere expenſas, & ſimilia, Are. in §. actionum, nume. 23. inſtit. de actio. poſt Bal. in d. l. fin. C. de actio. emptio. dicit quòd huiuſmodi verba debent intelligi ciuili modo. l. ſi cui, de ſerui. Alexand. conſi. 137. colum. 2. verſic. tertiò etiam poſſet. lib. 5. & quibuſdam comprobat Laſ. in d. l. ſtipulatio iſta, Anton. de But.

conſi-

Source : BIU Cujas

consilio 22.nume.5.Goz. consilio 94. numero 42.Ruy. consil. 212.nume.10.lib.1.Natta consi.181.Vnde infertur,ꝙ si feratur sententia per iniuriam iudicis, ꝙ tenetur venditor de euictione,si fuit in culpa in non appellando; quia ius infertur in iudicio,Bald.in d.l.fin.nume.5.Et illud intellige sano modo secundùm præfatos Scrib. nisi ante dictam possessionem venditor fuisset causa,& origo huius molestationis, quam nunc de facto patitur emptor,argu.l.si merces.§.culpæ,loca l.nam & Seruius, in princip.cum glo.in verb.iudicium.de nego gest.Bald.consil. 460.lib.4.Corn.consi.12.nume.7.lib.4. Secus si post venditionem factam; quia tunc non teneretur de aliquo casu superue-
23 niente post venditionem celebratum;cum † futurus casus euictionis post contractam emptionem ad venditorem non pertinere dicat,tex.in l.Lucius,in princip.de euict. Reprobat hanc distinctionem Ruy.consil.86.num.11.lib.1.innuens,quòd siue inimicitia venditoris procedat venditionem, siue sequatur, semper dicendum est,teneri de euictione venditorem; quoniã inimicitia eius fuit causa talis expulsionis, quod videtur habere æquitatem,quamuis videatur in consil. 59. nume. 14.libr. 4.
24 sequi illam distinctionem. Hunc † casum limitat singulariter Petr.de Ancha.consi.87.nume.3.vt procedat in priuato venditore: quia ille non tenetur armata manu defendere emptorẽ. Barba.consi.62.lib.4.Secus in principe,vel alio superiore quia illi debent armis defendere cap.1.de offic.delega.lib.6. Intelligе,quando aliquos sub earum protectione receperunt, & ita loquitur Ancha. secus si ipse princeps vendidisset rem particularem,quia illo casu vtitur iure priuati, & sic non teneretur defendere armis, sed alio modo vt priuatus ex natura cõtractus, ad quod vide Bart.in proœ.fforum nume.7.& sequitur Alex.in d.l.stipulatio ista,in princ.in fi.verbis.

25 Sextus casus est, quando † venditor in instrumento dicit, ꝙ nullo modo vult teneri de euictione: tunc enim emptor non
a potest agere contra venditorem de euictione, sed solum ad a pretij restitutionem.l. emptorem.§. qui autem. versicu.ibidem ait &c.vbi Paul.de Cast.de act.emp.quem singularem dicit Roman.sing.387.si vendo &c. sequitur Aret.d.§. actionum,num. 22.inst.de act.Ant.Bur.in d.c.fi.num.15. de emp.& vend.Corn. consi.226.num.6.lib.2.Cassaneus consi.55.num.43. Rub.consi. 152.num.2.& seq.Alcia.consi. 158. allegatum est &c.Rebuf.ti.
26 de dilat.art 5.glos.vn.num.51.Quod verum † est, ubi in genere euictio excipitur,at si ita conuentum sit vt venditor non teneatur de euictione si res empta fuerit euicta a Sempronio,vel ex causa libertatis: secus erit: quia nec ad pretium agere poterit emptor,ita voluerunt glo. Fulg. Ang.Bald.& Saly.per illum text.in l.qui libertatis,in princ.de euict. Rom. dict.singul.Paul. de Castr.d.§.qui autem, Bald. & Sal.in l.j. quæst.5. C.de peric.& com.rei vendi.Marc.singul.656.venditor &c.Rip.in l.si aliquã, num.47.de acquir. post.Tiraq. de retract.proxi.§.12 gl.1.num. 14.Rationem differentiæ ponit Bald.in d.l. qui libertatis.quam supra in §.2.retulimus,Nat. consi.181.nu.7. & hæc est communis opinio.Nouiores quidam contrarium sentiunt,& asseuerãter dicunt hanc communem sententiam falsam esse. Hi sunt Rub.in d.§.morte,num.446. Didacus lib.3. var.resol.capitu.17. in princip. & Mod. Apost. ad Decis. consil. 281. colum.tertia circa fin.

Rub. mouetur, ubi quis non vult teneri de euictione pro facto alieno, tenetur ad restitutionem pretii, ergo idem videtur, vbi non vult teneri pro facto Sempronij, vt idem operetur genus in suo genere, quod operatur species in sua specie.l.si duo, de testamen.tut. & videtur hoc probare tex. (secundum eum) in d.§.qui autem,versi.ibidem ait &c.vbi dicit tex.ꝙ si in instrumento dicatur, nihil euictionis nomine præstitum iri, pretiũ 31
quidem deberi (subdit tex.) neque enim bonæ fidei contractus hanc patitur conuentionem, vt emptor rem amittat,& venditor pretium retineat,&c. Ista enim ratio ita concludit,ubi quis non vult præstare euictionem respectu certæ personæ, vel causæ: sicut vbi non vult aliquo modo teneri de euictione, quia semper militat ratio, quòd sumus in bonæ fidei contractibus, debet ergo tex.in d.l.qui libertatis,declarari per d.§.qui autem, vt non præstetur euictio respectu interesse, sed bene respectu pretii. Addit Didacus arguendo a sufficienti partium enumeratione.Nam pretium istud vel pertinet ad uẽditorem,potestque ab eo retineri iure venditionis, vel causa donationis saltẽ præsumptæ, aut in pœnam emptoris rem alienam scienter,& mala fide mentis, nulla harum causarum in hac specie sufficiens est,igitur pretium iniquè a uenditore retinetur,& iustissimè est emptori reddendum.Prima quidem causa manifestè deficit, eo quòd cum res vendita fuerit aliena, & ab emptore euicta, nec transierit in eius dominium iure uenditionis, vendi- 32
tor eo titulo pretium habere nequit. Secunda causa satis debilis est:cum donatio minime sit præsumenda, vbi alia tractatur causa, nempe commutatio rei;& pretii.Tertia item non proba tur iure: nec enim sequitur,consensu emptoris fuit recepta specialis euictionis causa, ergo emptor sciuit rem alienam esse,potest enim cogitasse, & existimasse nihil periculi sibi ex euictionis causa quæ excepta fuit imminere. Satisque erit, quòd vendi tor sit immunis ab actione euictionis, atque exemptus quoad interesse, & alia damna illius causa contingentia, & huius sententiæ fuit Alberi in d.l.qui libertatis.Quæ opinio in puncto iuris mihi uidetur verior, ac sustentabilior: quandoquidem tex. ille in d.l.qui libertatis,dicit simpliciter, ꝙ venditor non tenebitur euictionis nomine &c.nec de pretio aliquod verbum,& tamen in d.l.emptorem §.qui autem explicat, ꝙ & si euictionis nomine nihil debeatur, pretium nihilominus restitui debere &c. & sic uides casum legis expressum, vnde non videretur ambigendum, quicquid Doct. in contrarium senserint,quorũ auctoritas probabilis est,legis vero necessaria.Bal.in l.conuenticulam,col.2. C. de epis.& cler. Abb. c.1.in fin.de constit.Soc. Iun.consi.62.nu.22. lib.3. Comprobo hanc inductionem isto simili.Scimus,quod vbi lex non distinguit,nec nos distinguere debemus.l.de pretio,de publicia.& tamen si aliqua lex generaliter loquatur,& in illomet casu alia lex distinguat, tunc interpretanda est lex illa generaliter loquens secundum aliam distinguentem. exemplum in l.quoniam, de condi. furt.quæ indistinctè loquitur, quæ per l. falsus. §. sed & si, de fur. distinguitur.

27 Similiter nec teneretur ad † pretii restitutionem, quando est mutua, uel reciproca traditio, & inuicem conuentum est, ne de euictione teneatur, tunc enim non tenebuntur nec ad pretij restitutionem,glos.singularis in l.si familiæ,in glo.mag. C.famil.erciscun.quam not.dicunt ibi Bar.& Pau.de Cast.& ad hoc ponderat Rom.d.singul.387.Iaf.consil.211.colum.5.vers. qui conuenit &c.lib.2. Soc.tract.fallen.reg.47. Rebuf.loco ꝓximè citato num. 54. ego etiam in hoc casu sum eiusdem sententiæ: vt pretium restituatur per supra allegata, quæ hic repetenda sunt, vel intelligas secundum declarationem Bal.& Sal.
28 ibi.Ad tollendum † omne dubium cautela est,vt in instrumẽto dicatur, ꝙ uenditor non vult teneri de euictione, nec ad p̃tij restitutionem,nisi pro dato, & facto suo tantum,quocunq;, & qualitercunque euincatur, & ꝙ emptor renuntiat omni iuri,& actioni,ex quibus posset de euictione agere contra formã prædictam &c. & tale pactum valet, ut dicit gl.in d.§.qui autẽ, Rub.in d.§.morte,nu.447.

29 Septimus casus est, quando † emptor potuit usucapere, vel præscribere rem emptam, & non fecit sua culpa, text. est cum glo.in l.si dictum. §. si cum posset,de euict. quia taliter se impediuit perquirendo, an aliquis esset dominus rei, & sic sibi fuit euicta.Soc.tract.fallen.reg.438.Iste casus forte hodie non procederet inspecto iure canonico,quod in materia peccati vbiq; seruatur in vtroque foro, quo iure quandocunque interuenerit bonæ fidei defectus, vsucapionem vitiat. cap.fi.de præscrip. Immò etiã perfecta vsucapione fuere qui in foro conscientiæ tutum non esse possessorem crederent. Cano.c. vigilanti,de p̃scrip.Alcia.in rub.de acq.poss.nu.3.

30 Octauus casus est,quando † venditur vniuersitas rerum, & aliqua res singularis euincitur: nam uenditor non tenetur de euictione.casus est in l.j.C.de euict.Ruy.consi. 146.col.1. libr.1. Boer.decis.33.num.26.Ratio est secundum gl.ibi, quia aut erat hæreditaria,& tũc est sibi facta iniuria l.serui uenditor, de euic. aut non erat hæreditaria, & tunc non videtur vendita. l. 2.in prin. de hæred. vend. cum neque plus, neque minus iuris emptor habeat, quàm apud hæredem futurum sit. l. hæreditas,de pet.hær.sequitur Soc.d.re 438.& omnes Scrib. simpliciter ubique pertranseunt.Si uenditor asseruisset, tot esse in hæreditate illa debitores,& non sint;tenebitur de euictione,ad quod vide Cuma.consi.53.

31 Nonus casus est, quando † quis scienter emit rem alienam. l.si fundum.C.de euict.quo casu non agitur de euictione etiam quoad pretium.gl.fin.& ibi Abb.in c.ad audientiam, de reb.eccle.non.alien.glo.Bald.& Sal.in l.non dubitatur. C. de euict.gl. Bald.& Sal.in l.iubemus.§.Sanè,il primo C.de sacrof.eccl.Abb. consi.30.num.3.lib.2.Dec. consi. 411. num.4. Paul.de Cast.in l. emptorem. §. qui autem,num.3. de actio. emp. Goz.consi.24. numer.7. Natta consi.181. num.8.Cum.consi.33.& consi.170. colum.fin.Iste casus non procedit, quando sciens aliter sibi p̃uidit de euictone per pactum, ut d. l. si fundum, & supradicti Scrib.Bart.in l. quemadmodum, post glos.num.x.C.de agri.& Cens.lib.11.Cor. consi.2.num.13.libr.3.Abb.in cap.si quis alio, in fin.de reb.eccle.alien. Tiraq. de retract.proxi.§.12. glo.1.nu. 11.Aymo consi.64.num.4. Non procedit ista restrictio in sciẽter rem emente a fisco, casu quo procurator eius vendens non habuit in mandatis, vt promitteret de euictione. Bald. in d.l.si fundum,Cassaneus consi.55.num.43. Huic casui obstat tex. in
32 l.si. §. fin. † C.communia delega.ubi scienter emens recuperat pretium, quamuis non sit stipulatus.Iaf.ibi post alios respõdet, ꝙ ibi est speciale, & rationem specialitatis explicat post glo.ibi Cor.in d.consi.2.nu. 5. Aduerte, ꝙ non esset ponere os in Cælum dicere d.l.si fundum, corrigi per d §. fi. cum sit vna ex quinquaginta constitutionib.Iustiniani,Codici postmodum intertis,quia eundem casum in utroque loco decidi comprehendo.

Nam

Source : BIU Cujas

Nam ꝙ dicitur, fundum alienum ſcienter emens non poteſt agere ad pretium in d.l.ſi fundum, in §.fi. Iuſtinianus dicit, cum ſufficiat ei ſaltem pro pretio, quod ſciens dedit pro aliena re ſibi ſatisfieri &c. cogita tamen, & pro iſta conſideratione facit dictum Cur.Sen.conſi.63.in quarta difficultate.col.pen.

33 Decimus caſus eſt, quando † euincitur res ſecundum propriam naturam ſuam, veluti quando res eſt ſubiecta reſtitutioni, vel feudalis, ſeu emphyteutica: tunc enim iudicio euictionis locus non eſt. Alexan.conſi.21.nu.3.lib.5. Alcia.conſi.133.nume.5. ſuperioribus &c. & conſi.138. prima facie &c. & quomo-
34 do poſſit cautelari emptor, ponit Dec.conſi.323. intellige † tamen hunc caſum, quando ſciebant contrahentes rem eſſe talem, ſecus ſi ignorabant: tunc enim haberet locum euictio. gl. Bar. & Scrib. in l. ſi familiæ. C. famil. ercis. Roma.conſi.503. vlt. dub. Cuma.conſi.33. colum.2. Ruy.conſi.42.nu.19. & cõſi.146.
35 num.3.lib.1. Aym.conſi.24. & conſi.211. Vel quando † ſciebat emptor, prouidit ſibi de euictione. Alcia.d.conſi.133.nu.5. aut ex coniecturis colligi poteſt, vt inquit Dec. conſi.79. & conſi. 265. verbi gratia, quando manifeſtè læſio aliàs inducereтur, Alcia.d.conſi.138.

36 Vndecimus caſus eſt, quando † creditor b vendit ius quod
b in re habet: nam de euictione non tenetur l.1.C credit. euict. pig. nõ deb. l. periculum. de pig. & l. cũ ea conditione. §.1. de euictio. Natta conſi.38. quia venditor tenetur ſolum præſtare rem eſſe obligatam. l. ſi nomen. de hær. vel act. vend. l. ſi plus. §. fina. de euictio. ſicut qui vendit nomen debitoris tenetur ſolum præſtare illum eſſe debitorem, non autem illum fore locupletem dicta l. ſi nomen, & dicto §. fina. Pau. de Caſt. conſi.171. in ſecundo præmiſs. viſo puncto ſupraſcripto libro 2. Aym. conſi.145. nume, 22. dicit Bal. d.l.1. num.4. ꝙ quamuis ipſe creditor non tenetur de euictione, teneatur tamen debitor, perinde ac ſi ipſe vendidiſſet l. ſi ob cauſam. C. de euic. Eſt bene verum, quod ille qui vendidit iure creditoris, debet inſtrumenta crediti edere emptori ad hoc vt emptor poſſit probare iura auctoris, Bertrand.conſ.217. lib.7. & pro indemnitate emptoris tenetur cedere omne ius, quod habet crrditor contra auctorem ſuum l. in creditore, de euict. Et propterea Notarij in inſtrumẽtis emptionum apponunt illa verba. Cedens, & concedens eidem emptori omnia iura perſonalia, realia, & mixta, quæ dicto venditori competunt, & competere poſſunt ratione dictæ rei &c. Bertrand.conſ.317. lib.3 par.j. Alcia.conſ.216. num.7. quamuis &c.
38 Reſtringe hunc caſum duobus modis. Primò † vt non procedat, ſi creditor expreſsè ſe obligauit pro euictione. Deci. conſi.
39 449. num.37. Secundò quando † mala fide ſciens rem alienam eſſe, & non debitoris vendidit. l.2. & ibi Bal. & Sal. C. cred. euict. pig. non deb. Vendens ſimpliciter ius, quod habet in tali predio nullo reperto iure, nulla contra venditorem ſubſiſtit euictio. Bertrand.conſ.268. lib.7.

40 Duodecimus caſus eſt, ſi emptor † habuit inexpertum aduocatum, hoc enim caſu non tenetur venditor de euictione, vt not. per glo. in l. quòd ſi nolit. §. mancipium, verb. culpam, de ædil. edict. vide ſupra in 3. §. q.19. Franc. Mar deci.583. Rymi. cõſ. 205. num.7. & conſi.274. nu.16. lib.2. Rebuf. tit. de dilat. art. 5. gl. vn. num.18.

41 Decimus tertius eſt, ſi emptor † non appellauit à ſententia lata; quia tenetur condemnatus appellare ab ea ſententia contra eum lata, quoties venditor tempore ſententiæ abeſt à iudicio, & ipſa ſententia eſt manifeſtè iniqua, Rymin.conſ. 274. nu. 24. lib.2. ſecus ſi eſſet æqua, vel in dnbio eſſemus; quia tunc non tenetur appellare. gl. vlt. Bar. & alij in l. Herennius. § Caia, de euic. Nat.conſ.208. & ſi appellauerit, tenetur appellationem proſequi. glo.j. in d.§. Caia, verb. venditori &c. Bart. in l. propter veneni. §. fin. ad Syl. Sed tu dicas ex intentione Didaci li.3. var. reſol. c.17. illat.9. emptorem condemnatum ad rei venditæ reſtitutionem debere omnino appellare, etiam eo caſu, quo dubium ſit de iuſtitia ſententiæ, quia licèt præſumendum ſit pro ſententia 48
iudicis, d.§. Caia, ea tamen prẽſumptio coram iudice appellationis admittit probationem in contrarium, immo etiam ſi ex actis proceſſus appareat ſententiam iudicis æquam, & iuſtam eſſe, adhuc appellandum fore, forſan etenim in cauſa appellationis probabitur iuſtitia venditoris ex his teſtibus, & inſtrumẽtis, quæ non fuere producta l. per hanc. C de temp. appel.

42 Decimus quartus caſus eſt. Si emptor † ſuccubuit iniuſtè in cauſa per obiectũ, ſeu obſtaculũ alicui⁹ exceptionis, quę ab ipſo emptore contraxit originem. Veluti ſi ſeruum quem emit manumiſerit l. ſi ſeruum, de euict ſi permiſerit in re empta venditori ſepeliri. l. ſi per imprudentiam. §. ſi quis locum, eo. tit. & generaliter in ſimilibus facti ſpeciebus l. hoc iure, cum ſeq. eo. tit. l. tenetur. §. ſi tibi, vbi Bar. de act. empt. Tunc enim emptor non agit de euictione tanquam ipſe fuerit cauſa huiuſmodi impedimenti, Rim.conſi.205. nu.22. lib.2. Et procedunt præmiſſa, niſi per pactũ ſpecialiter fuerint hæc omnia à venditore remiſſa: vt l. quæritur. §. ſi vẽditor, de ædi. edi. l. Herẽnius, in prin. de euic.

Solet etiam multoties venditor ſpecialiter conuenire, ne pro alieno facto teneatur, ſed pro ſuo tantum, quo caſu ſolum tenetur ſi ipſemet alij rem vendidiſſet, vel obligaſſet. l. de tuo. mand. l.2. in princip. de hær. vel act. vend. ꝙ eſt not. Dec. conſi.492. Nam plerunque Notarij (vt cautius ſuccurratur emptori) ſolent in inſtrumentis apponere huiuſmodi remiſsio-
43 nes, quæ vulgo pacta vtilia appellantur. Adde † tamen, ꝙ per illam taxatiuam tantùm, non videtur excludi factum ſui auctoris, c iſtud eſt dictum Bar. in l. ſi ſeruus, la 2. nu.4. de condi. furt. Ias. poſt alios in l. ſi ſtipulatio iſta, in prin. not.4. de verbo. oblig. Cre. ſing.32. Sepe iſtud &c. Marſ. ſin.475. Non eſt tibi nouũ &c. & ſing.656. Venditor &c. Dec. conſ.281. dub.2. quicquid dubitã. do teneat Bal. in tit. qui ſuc. tenen. in fin. & Ray. ꝛſi.94. nu.3. & 6. & ꝛſi.184. nu.3. & 14. lib.j. Boer. deciſ.67. nu.3. & 4. Cephal. cõſi. 168. q.j. nu.20. lib.2. & ꝑ Bar. ſtat Saly. in d.l. ſi ſeruus, prima oppoſ. & ibi Pau. de Caſt. nu.20. cum ſeq. facit glo. fin. in l. ſi cũ fundum, vbi etiam Alcia. not. verb. ius fundi &c. de uerb. ſigni. Hoc
44 † dictum Bar. intelligit procedere Ant. Burg. in d.c. fin. nu.16. de emp. & vend. in auctore vniuerſali· ſecus in particulari, vt qa ipſe mihi vendidiſſet, & ego poſtea tibi vendidi, & dixi me velle teneri pro meo dato, & facto tantum: quia tunc nõ ero obli-
d gatus, ſi euincatur ex facto mei auctoris particularis, d puta qa ipſe alias vel illam alteri vendidit, vel ſeruitutẽ impoſuit l. fundum, de euict. quem ſingularem dicit Crem. ſing. 158. vnus ſocius, Marſ. de ſing. 656. in fin. tenebitur tamen ad pretii reſtitutionem, Alex. conſi.188. lib.j. Viuius communium opi. lib.2. nu. 317. Aduerte tamen, ꝙ Senatus Burdeg. A reſto ſuo contrariũ pronunciauit, vt teſtatur Boer. ĩ d. deciſ. 67. nu. 7. & alterius ſententię eſt Mod. Apo. ad Deci. in d. cõſi. 281. ꝙ vigore dictæ clauſulæ excludatur tam auctor particularis, quàm vniuerſalis: quia illa clauſula directò apponitur ad excludendum factum prædeceſſoris ipſius promittẽtis, idẽ repetit ad Alex. conſi. 18. lib.5. Super quibus amplius deliberandum cenſeo: ſi cum communi ſtabilis, non errabis.

44 Decimus quintus caſus eſt, qñ † auocatur poſſeſſio ſola, puta
c per hypothecariã, c vel Saluianũ interdictũ: quo caſu vẽditor nõ tenetur de euictione, Bal. in l.j. in fi. ff. de peric. & com. rei vẽdi. & in l. ſi cũ uenditor, in prin. de euict. Bar. in l.3. in princip. de act. emp. de quo ſupra latè diximus. §.3. q.17.

Decimus ſextus caſus eſt, qñ uẽditor in inſtrumẽto promiſit emptorẽ defendere de iure, & de facto, & (qđ plus eſt) ſe obligauit ẽt ſi per iniuriã iudicis euincatur. Boer. deciſ. 67. nu.2. Hoc
45 † pactũ intelligitur, qñ ꝑ imperitiã iudicis iuris, vel facti euinceretur, ſeruato iuris ordine. Secus aũt ſi iudex prætermiſſo iuris ordine procederet, & res euinceretur: qa hoc caſu vigore dictæ promiſſionis venditor non obligaret, ita ſingulariter dicit Ang. cõſi. 176. & ſequitur Alex. in Addi. ad Bar. in l. exceptione, de fideiuſ. refert, & mẽti tenẽdũ dicit Mar. ſin. 354. in dubio &c.
46 Deciſ. conſi. 74. col. 3. Quid † ſi remiſsum fuit ius denuntiandi reſpectu huius promiſſionis de iure & de facto, vt fieri ſolet ꝑ bonos praticos; an ſtipulatio committatur ad duplam euictionis? Rub. in d.§. morte, nu 442. ſic diſtinguit. Aut venditor ſciebat inquietudinem facti inferri ipſi emptori, & tenetur ad duplam, facit. l. in delictis, in prin. de noxal. l. ſocium. in princ. ad l. Aquil. & l.2. ſi quad. paup. feciſ. dic. Aut ignorabat ipsã inquietudinem inferri. & iſto caſu non cõmittitur ſtipulatio ad pœnã l.j. §. occiſorum, ad Syll. Ang. in d. conſi. ſed ad pretium tantum. Hæc dictinctio videtur confundi per ea quæ dicta ſunt ſupra in caſu 5. vbi videas.

47 Decimus ſeptimus caſus eſt, quando † emptor qui rem alienam ignorans emit debito tempore præſcripſit, non aget de euictione; quia prẽſcriptionis exceptione ſe tueri poteſt. l. qui alienam, in principio de euict & l. ſi obligata. C. eod. Rebuf. titu. de dilat. ar. 5. gl. vni. nu.17. Vnde ſi eam oppoſuit, & non fuit admiſſa, & ſic paſſus eſt iniuriam à iudice, venditor non tenetur d.l. ſi per imprudentiam, in princ. de euict. Vel ſi eam non oppoſuit, ſibi imputet l. ſi rem quam. §. ſi duplæ, de euict.

48 Decimus octauus caſus eſt, quando † imminet euictio in limine contractus: tunc enim non agitur de euictione, ſed tenetur venditor præſtare fideiuſſores l. ſi poſt perfectam. C. de eui. l. habitationum § fin. de per. & com. rei vendi. Ange. conſi. 121. Roma. cõſi. 8. quæſt. vlti. Barto. in l. à diuo Pio. §. poſt addictum, de re iudi. Bald. Saly. Paul. de Caſt. in l. non idcirco. C. de contrahen. empt. Socy. conſi. 208. in fin. lib.2. Natta conſi. 267. Alba conſi. 107. num.5. Bertrand. conſi. 60. lib.2. parte 2. Cẽpo. caut. 171. quotidie &c. Rub. in dicto §. morte, numero 461. dicit, ꝙ vbi imminet euictio in limine contractus non cogitur emptor accipere fideiuſſores, & ſic committere ſe fragilitati cautionis l. plus cautionis, cum concord. de regulis iuris, ſed videtur, quòd cogi poſſit venditor ad liberandum rem venditam l. ex ijs prædijs. C. de euict. Alexand. in l. 1. §. ſi hæres, nume. 3. ad Treb. & conſi. 67. li. 3. Alb. de Roſa. in d.l. ex ijs prędiis, dicit, ꝙ etiam ubi conſtat rem veuditam fuiſſe traditam obligatam, ꝙ venditor conſequitur pretium offerendo fideiuſſores: ita dicit ſe obtinuiſſe in contingentia facti. Et ſi colligi põt, ꝙ ſit in ptãte venditoris vel fideiuſſorem prẽſtare iuxta d.l. ſi poſt perfectã, vel rem ipſam liberare, d.l. ex iis, ꝙ in ſe æquitatẽ habet,

Source : BIU Cujas

bet,Grat.conſi.135.li.2. Et quamuis Bal.in d.l.ex iis prædiis, dubiter,an illa lex habeat locum in obligatione conditionali, attamen Alex.in d.§.ſi hæres,& d.conſi.67.cõcludit ꝙ ſic.Et not. ꝙ in caſu l.ſi poſt perfectam,ſecundum Ang.ibi debet præſtari
49 cautio†de dupla cum fideiuſſore,tradit Rom.d.conſi.8.l.habitationum.§ fi.de peri.& com.rei ven.& iſta fideiuſſio ſm Alb. debet præſtari,dato ꝙ venditor ſit locupletiſſimus. l. minor. §. fi.de proc.Verum hæc fideiuſſio euitari ſolet, qñ denũtiatus vẽditor auctori ſuo pariter ſibi litem motam denuntiet:quia vbi ſoluendo eſt,euictionis periculum imminere nõ dicitur, Affli. deciſ.171.Idem dicendum eſſet, quando ipſemet venditor immediatus ſoluendo eſſet,Iac.Menoch.de arb.iud.li.2.caſu 224. nu.4.Quæ fideiuſſio debet præſtari,aduerſus omnes,non tantũ litis motorem,faciunt quæ ſupra diximus in §.2.in caſu 2.quicquid in contrarium dicat Rub.in d.§. morte, nu. 464. cum ſeq. diſtorquendo tex.Conſultum tamen videtur venditori,vt non præſtet fideiuſſorem de euictione,ſi immineat in limine cõtractus,vt in inſtrumento apponantur iſta verba. Quòd ei ſoluat pretium,nec teneatur dare fideiuſſorem nõ obſtante, ꝙ ſibi aliqua lis de euictione moueretur,Bal.in d.l.non idcirco.

50 Decimuſnonus caſus eſt † ſi emptor culpa ſua cecidit à poſſeſſione rei emptæ.l.ſi rem quam.§.ſi duplæ.& l.ſi mancipiũ, in
/ prin.de euict.l.ſi controuerſia,vbi gl.ſi.& Bal.C. eo.l. idemq; § 1.de act.emp.arg.l.Iulianus,& l.ſi hominem,de rei vendi.Vnde ſi emptor faciat conſcribere in inſtrumento rem eſſe ſibi datã in ſolutum,vel cauſa permutationis, vt ius & neceſſitatẽ retractus euitaret,non aget re euicta, ſed perdet pretium retracta re per proximiorẽ,ſi fraudis particeps extitit,Affli.de iur. protho. §.niſi,no.6.Rebuf.tit.de dilat.art.5.glo.vn.nu.20.

51 Vigeſimus caſus eſt,quando † vinco rem ex facto ſuo vel ſui auctoris,non teneor ſibi de euictione.l.fundum,de euict.Corn.
/ conſi.42.colum.fi.lib.4.Ruy.conſi.7.num.21.lib.3. Vnde ſi tibi in dotem dederim fundum alteri pignoratũ pro filia mea, tuque ei in teſtamento prælegaueris,hæres tuus non poteſt cogi, vt illum fundum liberet:quia facto meo ita obligatus erat l.licet,de dot.præle.Similiter frater ſuperuiuens euincit fideicommiſſum ex facto illius auctoris fratris præmortui,ſcilicet Teſtatoris,qui portionem præmortui ſine liberis reliquit per fideicommiſſum fratri ſuperuiuenti, & etiam ex facto ipſius fratris præmortui abſque liberis,qui adeundo hæreditatem quaſi contraxit,l.apud Iulianum.§.fin.ex quib.cauſ.in poſſ.ea.Iaſ. in l.qui Romæ.§ duo fratres,nu.35.de verb.obli.

52 Vigeſimusprimus caſus eſt, quando † vitium rei venditæ poſt contractum ſuperuenit: tunc enim cauſam euictionis non parat l.3.de cui.vbi not.Bal.quæ emergunt poſt contractum,non veniunt in contractu: quia futurus caſus poſt contractam venditionem ad venditorem non pertinere ait tex. in l. Lucius, in princ.eod.tit.

53 Vigeſimuſſecundus eſt,ſi † emptor domino rei venditæ ſibi ab alio hæres extiterit; tunc enim non aget de euictione: quia res ſibi non abeſt,ſed actione ex empto ad pretium, l. ſi vendideris,de euict.& ibi Bal.appellat hãc tacitam euictionem,& ratio eſt; quoniam ei euinci non poteſt,nec ipſe ſibi videtur euincere.l. ſi ei cui.§ item ſi domino,de euic.& l.ſeruum Titii mãd. Cuma conſi.33.colum.1.

54 Quid † ſi dominus rei ſuccedit emptori? explicat hoc Boer. deciſ.23.nu.17.vbi concludit,quòd confirmetur venditio.l.vẽditrici.iuxta 2.intell.gloſſ.2. C.de reb.alien.non alien.l.Seia,vbi Bar.& Bal. de euict. Scrib.in l.cum vir.de vſucap. econtra verò
55 ſi ipſe emptor † erat dominus,& ignoranter emit rem ſuam, ſi extitit hæres venditori,ſibi ipſi euincere poteſt, Ang. & alii in l. cum emptor,ad l.Falc.

56 Vigeſimuſtertius eſt,quando † res euincitur facto principis;
f tunc enim venditor nõ tenetur de euictione,l. Lucius,† in prin. de euict.Bal.conſi.460.lib.4.Natta conſi.181.num.4.Alc.conſ. 340.filias &c.quia factum principis reputatur caſus fortuitus, facit.l.item ſi verberatum.§.item ſi fortè,de rei vend.l.apud Iulianum.§.conſtat,de leg.1.Hinc eſt,quòd in qualibet promiſſione cenſetur reſeruata ſuperioris auctoritas.l.fina. vbi Iaſ.qui ſatiſda.cog.tenebitur ſaltem ad pretium,ſi à principe illud conſecutus eſt,quod præſumendum eſt.l.venditor.§.ſi conſtat, communia præd.

57 Vigeſimuſquartus eſt, quando † promittitur ſeruum noxa ſolutum eſſe venditorem conueniri non poſſe propter eas noxas,quæ publicè coerceri ſolent l.Lucius.§.1. de euict. Et ſi noxæ appellatione omne delictum contineatur.l.plebs.§. fina.de verborum ſignificat.tamen in edicto ædilium comprehenditur ea, quæ priuatim & non publicè coercetur l. quis ſit fugitiuus §.quod aiunt,de ædil.edic.vnde qui promittit ſeruum noxa ſolutum, intelligitur, quòd noxali iudicio ſubiectus non ſit l.hæc ſtipulatio,de verbo. ſignifi.Bal.in l.ſi prædium C. de ædil. act.nu.15.rationem reddit,quia publica iudicia non ſunt inuẽta propter priuatam vtilitatem,ſed propter publicam vindictã l.pen.ſi ex nox.cau.aga.

Præterea cum publica vltio ſit in promptu, iudicium noxale eſſet momentaneum,arg.l.1.C.de cuſt.reor.cum velox pœna conſumet ſceleratos,& propterea prætor actionem noxalẽ ex publicis criminibus non inſtituit.

58 Vigeſimuſquintus caſus eſt, ſi res† vendita perijt, antequam euincatur,ſtipulatio non committitur: quia nemo eam euincit: ſed factum humanæ ſortis,de dolo tamen agi poterit, ſi dolus interceſſit l.ſi ſeruus,in principio de euictio.l. ſi quis ſibi ſeruum,C.eodem vbi Bald. not. quòd periculum euictionis interitu finitur l.vtique,de rei vendi.Riminal. conſil. 490. numero 4.lib.3.

59 Vigeſimuſſextus eſt, quando † res in iudicio euicta non eſt: tunc enim venditor non tenetur de euictione l.non tamen, cũ
/ gl.3.de euict.& ſic requiritur,quòd quæſtio ſuper re mota ſit, & coram iudice.l.emptor,& l.ſi cum quæſtio.C.de euict. & quòd
g res ſit euicta per ſententiam. g l.qui rem.C.eod. c.fin. de empti. & vendit. Nec venditor tenetur ad ſumptus ante ſententiam, quia nondum certum eſt debitum iri.Bald. l. cum teſtamento, vbi glo.C.de teſta manu.per l.petito,de lib.leg.Rebuf.tit.de dilat.ar.5.glo vn nu.15.

60 Vigeſimuſſeptimus eſt,quando † euincitur res,quæ à re venditadeſcendit,ſi tamen tempore venditionis non erat in rerũ natura,non debetur euictio, veluti fructus agri, vitulus vaccæ venditæ,vel partus ancillæ: quia huiuſmodi non cenſentur vẽdita l.ſi prægnans,cum duabus ſequ.de euict.Roma.conſi.503. dub.4.

61 Vigeſimuſoctauus eſt,ſi res† venditur ex neceſſitate officii ſibi incumbentis,venditor non tenetur de euictione. l. ſi pignora vbi Bal.& Salyc. de euict.& per hoc no.decidit Bar. in l.alio, numero 25.de alim.leg.quòd executor teſtamenti vẽdens rem hæreditariam,& (quod fortius eſt) promittens de euictione ſecundùm conſuetudinem loci non tenetur ipſe de euictione, ſed hæres. Similiter vendens rem vt tutor, vel vt curator, procuratorve,non tenetur de euictione.l.1.& ibi Bar Bal.& Salyc. C.cred.euict.pig non deb.Bar.in l.qui erat, famil.erciſcun. Alb. conſi.12.nume.9.& ratio eſt ſecundum Iaſ.in l.à diuo Pio.§.ſi poſt addictum,de re iudi.numero 4.quia officium ſuum nemini damnoſum eſſe debet.l.ſi quis ex ſignatorib. quemadmo.teſtam.aper.c.cum non deceat,in princip.de elect.in 6. Limita vt non procedat,ſi præfati promiſerint de euictione ſuo nomine. l.procurator,qui pro euictione,vbi Bar.& Peu.de Caſt.de proc. Rymi.conſi.151.dub.2.lib.1.

62 Vigeſimuſnonus eſt,quando† pro parte fundus caſmate,vel
h alluuione h perijt: ſi poſtea quota pars eius fundi euincatur,nõ tenetur venditor de euictione, quia quod periit damnum emi ptori,non venditori attulit l.ex mille,1 in princip.de euict.ſecus ſi totus fundus euinceretur, quia iure euictionis obligatio non deminuitur, d.l.§. ſi totus. Idem eſt, ſi aliquid accreuit fundo & poſtea incrementum euictum eſt: nec hoc caſu tenetur venditor: quia alluuionis periculum ipſe non præſtat.d.l.§. quòd ſi modo.

63 Trigeſimus eſt,quando † emptor fuit monitus a venditore, vt certa actione ageret, & non fecit, venditor non tenetur de
/ euictione.l ſi cum venditor,in princ.de eui. quia emptor fuit in culpa non ſequendo conſilium venditoris melius inſtructi de iurib.ſuis.l.ſi fundo.§.1.eod.tit.Intellige vt ſequatur conſilium venditoris circa ea,quæ reſpiciunt naturam contractus, Bal.in d.l.ſi cum venditor.

64 Trigeſimuſprimus caſus eſt, quando † pignora ſunt euicta creditori debitoris ceſſi, iuxta l. cum ea conditione. § creditor, de euictio. vide ſupra in §. quarto, in materia dationis in ſolutum.

65 Trigeſimuſſecundus caſus eſt, quando † quis de euictione pacto non tenetur.Bertran.conſi.112.lib.3.part.2.& conſil.101.

66 lib.6.quod pactum ad tria non porrigitur. Primò † ſi venditor fuit in dolo.l.tenetur.§.fin.& ibi Bart. de actio. emptio. vt quia ſciuit cauſam,ex qua euinci poterat,& tacuit.Bald. in l. ſi traditio,q.3.C.de act.empt.Secundò † ſi ipſe vel hæres eius euincat,

67 l.ſi emptorem,eo.ti.Tertiò † poteſt tamen repeti pretium; quia

68 pretii quod emptor non ſoluit petitione non repellitur,d.l. cũ ea conditione,in prin.l.emptorem.§.fi de actio emp. Aufre.in add.ad q.Tholo.q.360.vbi plenè loquitur,Bertrand.conſi.205. lib.3.par.2.& conſi.217.lib.7.

69 Trigeſimuſtertius eſt, venditorem † non teneri de euictione eorum,quæ tacitè inſunt.l.quo ad ſeruitutes,de euic. ubi Salyce. & not. ibi Bal. quòd ille qui vendit prædium, intelligitur vendere tale quale eſt.l.cum venderes, de contrahẽ. emptio.&
K ideo ſi non eſt liberum,ſed debet ſeruitutem,non k tenetur euicta ſeruitute.

70 Intellige † actione de euictione,ſed bene agetur actione quanto minoris contra venditorem ſi ignorabat illam ſeruitutem.l. quoties,cum glo.de ædil.edict.ſecus ſi ſciebat. l. in venditione, de act.empt.vbi Paul.de Caſt.Dec.conſi.483.nume.18. niſi venditum ſit vti optimum, maximumque eſſet, d.l. & l.cum fundus,eod.titu.& l.non tantum.de verbo.ſignific.ab aliis † tamen

71 oneribus rem ipſam liberam præſtare debet venditor, alioquin

Source : BIU Cujas

quin tenetur, quanto minoris de euictione. l. ſi prędium. C. de
72 euic. Aret. conſilio 105. Alcia. in d. l. non tantum. Et ſi † vendi-
tor dixerit, fundum eſſe liberum ab omnibus datiis, intelligi-
tur de extraordinariis, non ordinariis, fuit dictum Bal. in l. fiſtu
las. §. ſi frumenta, de contrahen. emptio. Cremenſ. ſing. 108. ven
73 didi &c. Non procedit iſte caſus in ſeruitute vſusfructus: quia
ſi euincatur, vēditor tenetur de euictione, l. ſi ab emptore. l. fun
dum, in prin. & l. ſi rem. §. fi. de euic. Similiter ſi eſt vendita ſerui
tus realis, illa euicta debetur euictio. l. ſiquis per fundū, & l. fun-
dum. §. ſiquis per alienam, eo. tit.

74 Trigeſimuſquartus eſt, ſi emptor † rem alienam, quam emit,
pro derelicto habet; tunc enim actionem de euictione amittit:
quia donaſſe videtur. l. fi. de euic. l. quod ſeruus, de ſtip. ſeruo. in-
teruenit enim in perſona emptoris quid, quod illi imputari po
teſt, Rimi. conſi. 274. numc. 15. lib. 2.

75 Trigeſimuſquintus eſt, quando † emptor non eſt conſecutus
rem ratione obligationis ex ſua perſona, vt quia fecit pactum
de non petendo rem venditam poſſeſſori, vel iuſiurandum de-
tulit, & iurauit ſuam eſſe, non debetur euictio. l. hoc iure, cum
glo. de euic.

76 Trigeſimuſſextus eſt, quando † venditor exprimit ſeruum ſta
tuliberum eſſe, & cauſam non expreſſit, tunc ſi ignorabat, non
tenetur, ſi verò ſciebat, & tacuit empti iudicio tenetur. l. minor,
qui ſtatuliberum. l. qui libertatis. §. ſed & ſi quis, de euic. Ratio
eſt: quia interpretatio fit contra venditorem, qui potuit legem
apertius dicere. l. Labeo, & l. cum in lege, de contrah. empt. l. ve
teribus, de pac.

77 Trigeſimuſſeptimus eſt, vt non † agatur de euictione, quādo
res non fuit tradita emptori: vt l. euicta. §. ſi ſeruus, de euic. & l.
3. de dol. mal. excep. vbi Bar. not.

78 Trigeſimuſoctauus eſt, quando † venditor res cauſa ludi, vel
res ipſa in ludo perditur, non agitur de euictione, ſi euincatur.
79 l. fi. §. ..qua. rer. act. non de. Aduerte quòd † Stepha. Coſta in tra-
cta. de ludo, dub. vlt. diſtinguit poſt Bar. in l. ſi quis cum ſciret,
pro empt. quòd ſi vendens vendat colluſori, non tenetur de
euictione, d. l. fi. ſi vendit alteri, tenebitur, Ang. in d. l. fi. §. 1. vide
tamen glo. 3. in fin. in c. clerici, & ibi eam ſequitur Abb. de vit. &
honeſt. cler. quæ ſimpliciter loquitur, Ang. in d. l. fi. quem refe-
runt, & ſequuntur Paris de Put. in ſuo trac. de ludo, num. 24. &
Caccialup. eo. trac. q. 5. caſu vlt. quærit, an ſaltem pretium repe-
tet, iuxta l. emptorem. §. fi. de act. emp. qui tenet, quòd non, ſi lu
ſit illud pretium, ſecus ſi non luſit.

80 Trigeſimuſnonus eſt, quando † emptor ſucceſſit venditori,
vel è contra, tunc non agitur de euictione. l. ſi ei cui, de euic. l. 2.
C. eo. ratio eſt: quia ſucceſſio habet vim ſolutionis. l. Vranius,
de fideiuſſ. & Bar. not. in d. l. ſi ei cui. In ratione legis Falcidiæ
imputatur ſimplum ad legatariorum fauorem. l. cum emptor,
ad legem Falci. vbi Bar. expoſis quibuſdam in contrarium fa-
cientibus inſpecto iure. C. intellige tamen ſecundùm Paul.
de Caſtr. & Alexan. ibi. Bal. Pau. de Caſtr. Alexan. & Iaſ. in l. fi.
§ in computatione, in gloſs. in verb. confundatur, C. de iure
deliber.

81 Quadrageſimus caſus eſt, quando † res datur in dotem domi
no rei, tunc non agitur de euictione, ſed mulier contra vendi-
torem habet actionem ex empto. l. non tamen, de euic.

82 Quadrageſimuſprimus caſus eſt, † quòd non agitur de eui-
ctione re donata euicta, quando donatio incepit à traditione,
l. Ariſt. §. fi. de donat. l. ad res donatas, cum ibi not. de ædil. edic.
& vide ſupra in §. 4. in materia donationis. Vnde ſi ego dona-
ui rem, quam à te emi, ſi euincatur a donatario, non poſſum a-
gere contra te venditorem de euictione: quia mea non inter-
eſt, ex quo donatario non teneor de euic. cum inceperit dona-
tio à traditione, glo. fin. in finalibus verbis in l. ſi pro re, §. fin. de
euic. & ibi etiam Bar. Bal. & Salyc. & idem Bar. & alii in l. Iulia-
nus, §. 1. de verborum obligatio. extra gl. & ibi Bolog. dicit hunc
caſum ſingularem per illum tex. limita hoc dictum, vt ſupra in
§. 3. q. 11. Capy. deciſ. 197. num. 9. Et propterea Paul. de Caſtr. &
Saly. in l. Iulianus, §. ſi fundum, de act. emptio. dicebant, quòd ſi
vendidſti mihi fundum Titii, & Titius poſtea illum mihi dona
uit, remanes nihilominus mihi obligatus ad tradendum: quia
tradere non potes, teneris ad iatereſſe, ſi quod paſſus ſum, non
ſolum ad reſtitutionem pretii. facit Azo in ſumm. de act. empt.
colum. 3. verſic. item tenetur venditor &c. licuit emptori quæ-
rere ſibi talem donationem fieri ſibi, l. atqui natura, §. cum me
abſente, de nego. geſt. quem ad hoc allegat Iaſon in l. ſi ſeruus
plurium, §. ſi ante, de lega. primo, ante fi. ſequitur Neuiz. conſil.
37. numero 1.

Præterea idem Paul. dicebat in l. ſeruus, §. ſi ſciens, de actio.
emptio. in fi. quòd ſi emptor rei alienæ poſtea illam emat a ne
ro domino, & pretium ſoluat, ſi poſtea velit probare rem fuiſ-
ſe illius veri domini, non cogetur pretium ſoluere venditori
rei alienæ, immò ſi ſoluerit, poterit repetere per l. ſi rē quam, de
euic. ſecundùm intellec. gloſſ. 1. in fi. ſequitur Bal. in marg. verb.
venditor. Iaſ. l. huiuſmodi §. qui ſeruum, not. 2. de legat. 1. vbi ſi
emptor habeat rem ex alia cauſa, q̃ venditionis, non tenetur ad
pretium: quod eſt correſpectiuum ad rem venditam, Neuiza.
conſi. 37. num. 14. intellige ſecundum eundem poſtea num. 21.
niſi emptor a uenditore non domino conſecutus eſſet poſſeſ-
ſionem: quia tunc tenebitur illi pretium ſoluere. l. rem quam,
in princip. & ibi Ang. de euic. quia aliàs videtur iniquum emp-
toris facto venditoris conditionem deteriorem facere ex pro
poſito hoc facientis, l. ſi ſeruus, in fi. princ. iunc. gl. in verb. pro-
priè, de acqu. poſſ. & l. ſi dictum, §. ſi compromiſero, de euic. vbi
Ang. no. 2. colligit, quòd illud quod mea uoluntate facio, mihi
non alio nocere debet.

83 Quadrageſimuſſecundus eſt, quando † legatur res in ſpecie,
illa euicta non agitur, ut in l. hæres ſeruum, de euic. ſecus ſi in ge
nere, l. ſi domus, §. 1. de legat. 1. ad quæ vide ſupra latius in §. 4. in
materia legatorum.

84 Quadrageſimuſtertius caſus eſt, quando † euincitur pars
1 ſerui, non agitur de euictione niſi ſpecialiter ſit promiſſum, l.
ſi dictum, §. in ſtipulatione, de euic. ſecus in aliis rebus, l. 1. vbi
Bar. Bal. & Salyc. & l. naue, eo. titu. & Bal. in l. 1. C. eo. agitur ta-
men actione ex empto, ut ibi not. in d. § in ſtipulatione, Pau. de
Caſtr. conſi. 305. viſis, lib. 1. Aret. conſi. 129. num. 1. Dec. conſil.
483. num. 15.

85 Quadrageſimuſquartus eſt; quia non agitur † pro bonitate
rei contingente re euicta, ſed venditionis tempore, l. bonitatis,
de euic. vbi Bal. & Saly. not. Boer. deciſ. 46. nu. 8. vbi dicit atten-
dendam eſſe bonitatem rei, nō partem rei euictæ. Pau. de Caſt.
in l. ſi ex falſis, num. 11. C. de tranſ.

86 Quadrageſimuſquintus eſt, quia non agitur interim penden
te controuerſia, ſed poſtquā res fuit euicta, l. qui rem, C. de euic.
Bal. conſi. 3. & conſ. 23. lib. 1. Franc. Mar. deciſ. 584. niſi vt vendi
tor rem defendat, l. ſi plus. §. mota, de euic. & poſtquam res eſt
euicta per ſententiam poteſt purgari mora in caſu euictionis:
vt l. fideiuſſor, cum ibi not. de dol. mal. excip. quamuis regulari-
ter contra. ad no. in l. ſi inſulā, de verb. obl. quòd non pono pro
conſtanti: quia non dicitur propriè moræ purgatio: pro cuius
reſolutione vide ibi Rip. nu. 72. & plenius per Corn. conſ. 149.
nu. 8. cum multis ſeq. lib. 4.

87 Quadrageſimuſſextus caſus eſt, † relatus à Mattheſ. not. 50.
Not. magnum periculum &c. in eo qui fundum emit, & pretii
reliquam partem certa die ſe ſoluturum iurauit, deinde conſti-
tuta die non fecerit, cenſuit cadere eum à iure petendæ euictio
nis, quam deciſionem ſimpliciter ſequuntur Iaſ. in l. ſi quis ma-
ior, not. 4. & Cagn. nu. 50. C. de tranſ. Dec. conſi 452. nu. 8. & no
uiſſimè Rol. à Valle conſi. 31. li. 2. quam deciſionem non puto
veram, & illam iuure meritò reprobat Alc. in d. l. ſi quis maior,
in verb. pacta. in fi. poſt Rimin. & Parpal. ibi.

88 Quadrageſimuſſeptimus caſus eſt in fiſco. † Nam in contra-
ctibus fiſcalibus fiſcus nūquam tenetur de euictione vltra ſim-
plum, etiam ſi ſit expreſsè promiſſum, l. ſi procurator Ceſaris,
in prin. de iur. fiſc. Bal. in l. 1. nu. 5. C. de hæred. vend. Rebuf. titu.
de dilat. art. 2. glo. 1. nu. 32. qui teſtatur, quòd in regno Franciæ
idem in omnibus ſeruatur quod in fiſco, & hodie emptor fiſca
lis non poteſt moleſtari, ſed fiſcus infra quadrienniū poſt ven-
ditionem, l. 2. in prin. C. de quad. præſcrip. Bar. in d. l. ſi procura-
tor, Paul. de Caſt. in d. l. 1. C. de hære. vend. & ita in facto conſul-
tus reſpondit Bello. conſi. 51. remotis quibuſdam obſtaculis. Si
militer ſi fiſcus poſſidebat rem venditam, emens ab eo non pa
titur euictionem, Riminal. conſilio 103. num. 52. lib. 1. Nota e-
tiam, quòd fiſcus non poteſt euincere rem quam vendidit, l. 1. &
2. vbi Bar. l. ne fiſc. rem &c. lib. 10. Bal. in d. l. 1. colum. 2. C. de hæ-
red. ven.

89 Quadrageſimuſnonus caſus eſt, quòd venditor † nō tenetur
de euictione ante ſolutum pretiū ab emptore ſibi. l. ex empto,
in prin. & ibi Bar. not. 3. de act. emp. Spec. ti. de actio. verſic. item
repellitur venditor.

90 Quinquageſimus caſus eſt, quando res † euincitur remedio
extraordinario, puta per reſtitutionem in integrum. Item ſi pa
tronus ageret contra donatarium per Caluiſianam, ſeu Fauia-
nam, l qui res. §. diuerſum, cum glo. de ſolu. Bal. in l. 2. in fi. C. de
euic. intellige tamen ſano modo ſecundùm Paul. de Caſt. in d.
§. diuerſum, vt procedat in cauſa lucratiua, ſecus in onerosa. l.
minor, in princi. de euic. ita ſentit Alcia. & approbat hanc com
munem ſententiam in conſil. 140. Filiusfamil. quondam Hie-
ronymi, &c.

91 Quinquageſimuſprimus † caſus eſt, ſi venditio reſcindatur
remedio, l. 2. C. de reſcinden. venditio. tunc enim euictio lo-
cum non habet, Rebuff. titu. de reſciſ. contr. art. primo, glo. 15.
numero vigeſimonono, tom. 2. quo caſu etiam fideiuſſores
pro euictione dati liberantur: vt docet Iacobi. in l. 1. C. de fi-
deiuſſ. mi. quia reſoluto contractu principali, & fideiuſſo-
rum regulariter contractus reſolutus cenſetur, l. lex vectigali,
de pign.

SVM-

Source : BIU Cujas

SVMMARIVM.

3 *Formula euictionis.*

§. fin. Formula ectionis.

1 PRomittens † dictus uenditor per ſe, ſuosque hæredes dicto emptori pro ſe, ſuisque hæredib. ſtipulanti, & recipienti litem, vel controuerſiam ei, aut eius hæredib. de dictis rebus, uel aliqua earū nullo tempore inferre, nec inferenti cōſentire, ſed dictas res, & quamlibet earum ei ſuisq; hæredibus tam in proprietate, quàm in poſſeſſione ab omni perſona, & vniuerſitate legitimè defendere, auctorizare, & expedire. Quòd ſi quo tempore lis, uel quæſtio, aut controuerſia per libelli oblationem, uel alio quocunque modo eidem emptori, aut eius hæredibus de dictis rebus vel aliqua earum, uel parte, ſeu ipſarum occaſione moueretur, ipſam litem, controuerſiā, vel quæſtionem quandocunque, vel quotieſcunque ei denuntiatum fuerit, in ſe recipere, & in eadem cauſa ipſius rei, & dicti emptoris, uel ſuorum hæredum legitimæ defenſioni ſe offerre, & in cauſa, uel cauſis, tam principalium, quàm appellationum ſiſtere uſque in finem omnibus ſuis expenſis. Quod ſi non fecerit, promiſit ei ſoluere, atque dare duplum dicti pretii pœnæ nomine ultra litis expenſas, de quib. dictus uenditor uoluit, & cōſentit ſtare ſimplici verbo dicti emptoris, uel eius iuramento, quam duplam pœnæ nomine exigi, & conſequi poſſe uoluit rato manente pacto: & quæ pœna ſoluta, uel non ſoluta toties adhuc committatur pœna, quoties fuerit contrauentum, ſiue res fuerit euicta: ſiue non, quia ſic actum inter eos extitit, & cōſenſum, remiſſa ex nunc per pactum dicto emptori appellandi neceſſitate, ſi ſuper euictione contra ipſum pronuntiari contigerit. Et promiſit dictus uenditor de euictione, quomodocunque, & qualitercunque res euincatur per arbitrum uoluntariū, vel neceſſarium electum cum uoluntate, uel ſine uenditoris. Et etiam promiſit non opponere, uel allegare, ꝙ ſententia lata fuerit iniqua, uel in iniuriam emptoris, uel propter eius abſentiam, negligentiam, uel alio quocunque modo, aut quòd ei denunciatum non fuerit, quòd defenderet infra legitimum tempus. Quòd ſi contra eum ſuper euictione lata fuerit ſententia poſt tertiam diem, poſtquam ei fuerit denuntiatum, prædictū pretium cum pœna dupli, & omne intereſſe ipſi emptori in integrum reſtituet, & perſoluet. Cedens præterea ad omnem bonum finem præfatus uenditor dicto emptori omnes actiones competentes, & competituras occaſione ipſius rei, & omnia iura perſonalia, realia, & mixta, & ipſum emptorem facit procuratorem in rem ſuam.

Ex Specul. in titu. de emp. & uend. §. j. verſic. promittens, &c. quibuſdam aliis additis ex docto. intentione, ut ſupra multis in locis demonſtratum fuit, præſertim in §. 3. quæſt. 11. 18. & 21. & §. 5. caſu. 4. & 16. &c.

Contingit multoties, quòd uenditor non vult ad omnia ſupradicta obligari: propterea illis deletis poſſunt addi in inſtrumento iſta uerba, videlicet.

Et ipſe venditor nullo modo vult teneri de euictione, nec ad pretij reſtitutionem, niſi pro facto, & dato ſuo tantum, quomodocunque, & qualitercunque res euincatur, & ꝙ emptor renuntiat omni iuri, & actioni, ex quibus poſſet de euictione agere contra formam prædictam, & quòd ei ſoluatur pretium, nec teneatur dare fideiuſſorem, non obſtante quòd ſibi aliqua lis de euictione moueretur, &c.

Pro quib. vide ſupra in §. 3. caſu. 6. & 18. &c.

DE AEDILITIIS ACTIONIBVS LIBELLVS.

Eiuſdem Gaſparis Caballini.

SVMMARIVM.

1 *Quid inter ſe morbus, & vitium differant.*
2 *Platonis ſententiam in materia ædilitia.*
3 *Aedilium edictum ſolum res animatas continet. iuriſconſul. ad alias res extendit.*
4 *Apud Chriſtianos ſeruitus perſonalis non exercetur.*
5 *Quæcunque res redhiberi poteſt, quæ ſit morboſa.*
6 *Tres actiones oriuntur ex edicto ædilium.*

CAPVT I.

AEDILES creatos fuiſſe comperimus anno 388. ab Vrbe condita, vt auctor eſt Liuius in fine libri ſexti, ab eo dicti, quòd ædes ſacras, & priuatas procurarent, teſte Varrone libro quarto linguæ latinæ, qui à ſolio eburneo, quod eis datum eſt, Curules dicti §. prætorum, inſtit. de iur. nat. Cicero libro tertio, de legibus, ex lege duodecim tab. Suntoque ædiles curatores vrbis, annonæ, ludorumque ſolennium, olliſque ad honoris amplioris gradum is primus aſcenſus eſto. Quorum iuriſdictio, & auctoritas quanta fuerit conſtat, quia officium eorum erat ludos publicos exhibere, & ſacras, priuatasque ædes procurare, totam Vrbem tueri, vt cloacæ, aquæductus, & quæque publica ædificia munda, & integra eſſent, loca in theatro aſſignare, ſi quiſpiam ſeruum, aut iumentum morboſum, vitioſumve pro integro ſanoque uendidiſſet, edicto ædilium emptori ſuccurrebatur: idque edictum edilitium dicebatur, quod ab Vlpiano in l. prima, & per tituli illius diſcurſum explicatur. ff. de ædil. edict. iusque præcipuè reddebant de animalibus morboſis uenditis, circa quæ aliqua ab illis remedia conſtituta fuere, quibus læſi facilè ſubleuarentur. Et quo fauorabiliores ſe exhiberent, primò redhibitoriam actionem indixerunt illis. qui infra ſemeſtre reſcindere voluerint uenditionem: qui verò non reſcindere, ſed pretium conſtitutum diminuere uoluerint rei morboſæ occaſione, quanto minoris actionem infra annum pollicebantur. Et quia multoties contrahentes paciſcebantur, ſi res emptori diſpliceret, eſſet inempta, ſexaginta dies ad hoc declarandum illi conſtituerunt. Facta redhibitione, quia ab utraque parte contrahentium quædam adimplenda ſupererant, propoſuerunt actionem in factum ædilitiā, quam & pro acceſſoriis ad rem venditam competere declararunt. Hæc eſt totius ædilitij edicti ſumma, ſuper quo multa in praxi utilia tractare intendimus.

1 Illud ſciendum præmoueo (cum de morbo, & vitio noſter ſermo habēdus ſit) quod uaria inter antiquos fuit opinio † qd inter ſe morbus, & vitium differrent, & Modeſtinus in l. inter ſtuprum §. uerum. ff. de uerbo. ſignific. morbum temporalem, vitium uerò perpetuum eſſe dixit. At Sabinus in l. prima §. ſed ſciendum. ff. cod. vitium generalius nomen eſſe diffinit, quod etiam ad animum referatur. Vlpianus uerò ibidem pro eodem accipi morbum, & uitium ait, quamuis in edicto ædilium curulium tollendæ dubitationis cauſa bis ibi idem dictum ſit. Marcus Cicero in Tuſcul. quæſt. libro quarto, morbum totius corporis corruptionem exiſtimauit egrotationem ſi imbecillitas accedit: uitium, cum partes corporis inter ſe diſſident, aut diſtorſio membrorum, & deformitas. Huius iuriſcon. controuerſiæ etiam meminit Aul. Gell. libr. noct. act. 4. cap. 2. Alcia. in d. §. verum.

Non omitto, quòd diuinus Plato dialogo decimo, de legibus diſſeruit, refert Iac. Meno. de arb. iud. libro ſecundo, ca-
2 ſu quinquageſimo, numero ſecūdo, ſi † artifex aliquis huiuſmodi rerum peritus ignaro, & rudi cuipiam tale aliquid uendidit, qui emit citra ſex menſes in aliis, in morbo uerò ſacro vſque ad annum integrum reddere poſſit.

3 Editi † ædilitii formula res animatas ſolum continet ratione, uel ea minime utentes. Iuriſconſulti interpretando ad mobiles, & immobiles res extenderunt: quorum interpretationes pro lege ſeruantur. §. reſponſa, inſtitu. de iur. nat. Quo-
4 niam † in Chriſtiano orbe perſonalis amplius non exercetur ſeruitus, ut teſtatur Barto. in l. hoſtes. ff. de cap. & poſtl. reuer. miſſa faciemus, quæ primum edicti caput continent, & ſolum ea tractabimus, quæ in hominum commercijs verſantur. Non eſt † ambigendum, animal cuiuſcunque ſit gene-
5 ris morbi cauſa in redhibitione eſſe, vt explicatur clarè in edicti formula. l. ædiles aiunt, hoc titu. & hinc propriè ædilitiis actionibus utimur. Si res mobilis morboſa uendatur, veluti fructus uenenoſi, res commeſtibiles corruptæ, & ſimilia id genus, pariter ſi res immobilis vendatur, vt fundus, qui herbas peſtiferas producat l. etiam, hoc titu. l. ſi prædium. C. eod. vel ſi domus uendatur, quæ aerem in ſalubrem habeat, aut in ea ſerpentes naſcantur, vt Cicero egregie demonſtrat libro tertio, Offic. his enim contingentibus ciuiles actiones exercebimus l. Iulianus, in princip. l. ex empto. §. redhibitionē. ff. de actio. empt. Bald. l. ſi prædium, nume. 3. eod.

6 Tres † oriuntur actiones ex edicto ædiliū redhibitoria, quanto minoris, & in factum ædilitia, de quibus ſingulis diſpiciamus, ſentit Azo in initio ſummæ. C. de ædil. act.

SVMMARIVM.

1 *Quid ſit redhibere.*
2 *Actio redhibitoria contra quem intententur.*
3 *Quotuplex eſt redhibitoria.*
4 *Redhibitoria actio eſt arbitraria.*
5 *Vt redhibitoria competat, quatuor concurrere debent.*
6 *Redhibitoria datur pro contractibus oneroſis, non pro lucratiuis.*
7 *Aediles non præerant iuriſdictioni locationum.*
8 *Redhibitio eſt in priſtinum ſtatum repoſitio.*
9 *In emphyteuſi, in feudo, & in locatione ad longum tempus habet locum. numero decimo, & vndecimo.*
12 *Competit ſubſidiaria actio pro prædictis.*
13 *Idem in contractibus innominatis.*

Source : BIU Cujas

14 *Azonis opinio, in quibus contractibus habet locum redhibitoria.*
15 *Pro rebus minimis non datur redhibitoria.*
16 *Statutum de vulnere non procedit in vulnuſculo.*
17 *Diſtinctio Cy. circa modum redhibendi.*
18 *Ignorantia venditoris non minuit damnum emptoris.*
19 *Bald. diſtinctio circa ſcientiam, & ignorantiam morbi.*
20 *Sciens venditor morbum, & tacens non eximitur à redhibitoria.*
21 *Verba generalia, & captioſa fallenti non proſunt.*
22 *Morbus patens liberat venditorem.*
23 *Venditor ſciens morbum emptor ſupine ignorans, an liberetur.*
24 *Vendens cum omni magagna, non liberatur, ſi ſciens morbum tacuit.*
25 *Morbus præcedere debet venditionem.*
26 *Si equus poſt venditionem ſtatim moriatur, quid agendum.*
28 *De animi vitijs mancipiorem non tenetur, ſecus belluarum.*
29 *Fallit in tribus caſibus.*
30 *Redhibitoriæ præſcribitur ſex menſibus vtilibus.*
31 *Dies vtiles qui dicantur.*
32 *In dubio tempus reputatur vtile, ſi ignoranti noceret.*
33 *Si ſtatutum præſcribit tempus redhibitoriæ an ſit vtile, vel continuum.*
34 *Ex diſplicentia redhibitoriæ præſcribitur 60. diebus.*
35 *Quod tempus an ſimplici declarationi, vel effectuali redhibitioni ſit aſſignatum diſceptatur.*
36 *Declaratio ad conſi. Soc. per conſilium Decij.*
37 *Si venditor non eauet, emptor infra duos menſes cogit.*
38 *An ſint 60. dies diſputatur.*
39 *Quando principale propter acceſſorium redhibetur infra 60. dies fit.*
40 *Emptor poteſt redhibitoriam per viam exceptionis deducere.*
41 *An excipiendo perpetuetur hæc actio.*
42 *In venditionibus fiſcalibus non procedit redhibitoria.*
43 *Fideiuſſor contractus redhibitoria conuenitur.*
44 *Emptor contra plures ſimpliciter vendentes in ſolidum agit, ſi vult.*
45 *Intellige redhibitoria non actione ex empto.*
46 *Plures rei inſolidum etiam tacite conſtituuntur.*
47 *Si emptor decedat cum pluribus hæredibus, quomodo agetur.*
48 *Facta redhibitione venditor reſtituit gabellam, & non fiſcus.*
49 *Pro libro mendoſo agitur vtili redhibitoria.*
50 *Pluribus animalibus venditis propter vnius morbum quandoque alia redhibentur.*
51 *Redhibitoria agitur ad pretij recuperationem, ſi pacto receditur à contractu.*
52 *Venditor pretio reſtituto agit ad rem cum aeceſſionibus.*
53 *Emptor redhibens promittit pro ſuo dato, & facto.*
54 *Dominus pro rei deterioratione facta à procuratore tenetur.*
55 *Si venditor nolit recipere animal, quomodo eſt conſultum emptori.*
56 *Libelli conceptio in redhibitoria remiſſiuè.*

De redhibitoria. Cap. 2.

1 REdhibere † eſt facere vt rurſus habeat uenditor quod habuerat, vt Vlpianus eſt auctor l. redhibere, in princip. hoc ti. redhiberiq́ue id dicitur, quod redditum eſt, improbatumq́ue, & qui dedit, rurſus coactus eſt habere. vt Feſtus ait. l. ſi is qui hęres. ff. de excep rei iudi.

2 Actio † redhibitoria contra eum intentatur, qui quid vitio corruptum commutauerit, vendiderit ve, vt cogatur & reſtitue re pretium, & retro quod tradiderat accipere.

3 Duplex † eſt redhibitoria, prætoria, & ciuilis, prætoria, quæ ędilium edicto datur propter animal morboſum: ciuilis quæ datur pro alijs rebus in edicto non comprehenſis, vt non multo antea diximus.

4 Redhibitoria † actio arbitraria eſt, Zaſ. §. præterea, nume. 11. inſti. de act. Petrus Loriotus tract. act. axiom. 69. Nam ſi venditor rei morboſæ iuſſus non reſtituat pretium, & acceſſiones, iuratur contra eum in litem ex iudicis arbitrio. l. redhibitoria, vbi gl. in ver. iubetur, ſentit hoc ff. hoc tit. Iaco. Menoch. de arb. iu. lib. 1. q. 5. num. 23.

5 Vt † competat redhibitoria actio ſecundùm Specul. titul. de emptio. & venditio. §. de reſcind. vend. poſt Rofr. in libellis, quatuor concurrere debent. Primò, quòd interuenerit venditio l. 1. in prin. hoc tit. aut permutatio, l. ſciendum. §. deinde, verb. emptorem, eodem tit. quem text. pro ſingulari notat Crem. ſin. 158. ſi res vendita &c. Secundò, quòd animal ſit morboſum l. ob quæ. §. idem Pomponius, eo. titu. Tertiò, quòd morbus erat latens, nec apparebat tempore venditionis l. 1. §. ſed ſi intelligitur, eo. titu. Quartò, quòd morbus ille erat ante venditionem l. quæro § final. eod. titu.

6 Circa primum requiſitum Bal. in l. 2. C. de ædil. act. dicit, quòd actio † redhibitoria datur pro contractibus oneroſis, ex quibus transfertur dominium, ſecus in contractibus lucratiuis, & in quibus non transfertur dominium. Ratio differentiæ eſt ꝓm eum, quia donatarius ex ipſo ℨctu non damnificat̄, ne eo caſu liberalitatis ſuæ donator pęnā patiatur, de dolo tñ ſe obligare debet, & ſolet, ne quod benignè cōtulerit, fraudis ꝓſilio reuocet.

7 l. ad res donatas. hoc titu. in locatione duplicem aſſignat Bald. rationem. Primò, quia † ædiles non præerant iuriſdictioni locationum. Secundò quia non ſimiliter locatio fit vt venditio, quæ rationes conſideratæ ſunt à iuriſc. Modeſt. in l. ſciendum eſt, hoc tit. Conductor enim accipit vſum rei, & non rē l. nauta. ff. naut. caup. & ſtab. & cum † redhibitio ſit in priſtinum ſtatum repoſitio. l. facta. hoc tit. nō mirum ſi locatio in edicto nō comprehenditur; quia cum rem non habeat, illam reddere nō poteſt l. cum autem. §. iubent, hoc titu. Sed rei uſum habere deſinit, quàm conducto accepit.

9 In emphyteuſi † habere locum ſimiliter autumat Bald. in loco præcitato, quia ex ea transfertur dominium utile l. prima. C. de iur. emph. tu intellige ſano modo, ſi conceſſio facta ſit titulo oneroſo, ſecus ſi lucratiuo, per d. l. ad res donatas, hoc rit.

10 Idem dicendum cenſet in feudo † quod vt plurimum concedi ſolet propter benemerita, vel titulo oneroſo, rarò ex gratia, feudiſtæ in c. primo, de feud. cog.

11 Idem exiſtimat in locatione † ad longum tempus, quod credo verum, quia ex ea transfertur utile dominum. Card. Zab. clement. prima. §. fina. de reb. eccl. alien. Bald. in auth. ei qui. C. de bon. aut. iud. poſſ. Alexand. conſilio primo, libro quarto, Corn. conſilio ducenteſimo quadrageſimo tertio, libro tertio. Intellige uerum, quòd competet actio † redhibitoria in ſubſidium: quia ædiles non habebant hāc iuriſdictionem, cum caſus ſit ſimilis, datur in factum l. quoties. ff. de præſcr. ver. Eodem modo

13 hæc † ſubſidiaria habet locum in contractibus innominatis, docet Bald. in l. ex placito. q. 15. C. de rer. permut.

14 Azo † in ſum. C. hoc titu. aſſerit in quolibet contractu habere locum hanc actionem vtiliter, ex quo agitur de euictione, quæ ſententia magis placet, & in quibus contractibus locum habeat euictio explicatum fuit à nobis ſupra in tract. de euict. §. quarto.

Circa ſecundum, quòd animal ſit morboſum, intellige ſiue

15 in totum, ſiue in parte, dummodo res † minimæ non ſint. l. ſi tamen. §. fin. cum glo in ſecundo intel. ff. hoc tit. ſimiliter nec pro paruis morbis redhibitoria datur, proinde leuis febricula, aut vetus quartana, vel vulnuſculum modicum in ſe non habet delictum l. prima. §. ſed ſciendum, & l. cui dens. ff. hoc tit. ex quo ſolent Scrib. inferre Bald. præcipuè in l. ſi prædium, numero

16 tertio. C. eod. quòd ſi extet ſtatutum † quòd pro vulnere ſoluatur certa pœna, non habebit locum in paruo vulnuſculo per dicta iura, quod non ſat ſcio an hodie admitterent iſti latruncu latores ſolertes nummorum eruſcatores.

Circa 3. diligenter obſerua diſtinctionem Cyn. in l. prima. C. eod. & refert Abb. in cap. iniuſtum. colum. fin. de rer. permut.

17 inquit † enim. Aut morbus erat notus tam emptori, quàm vēditori, & non competit aliquod remedium, quia ſcienti non fit iniuria L. prima. §. ſi intelligitur. ff. hoc tit. l. paciſci. ff. de pac. l. ſcienti, de reg. iur. in ſexto. Corn. conſil. optuageſimo primo, libro tertio, aut vterque ignorauit, & tunc nihilominus tenetur venditor: quia non intereſt emptoris, cur fallatur, an ignorantia uenditoris, an calliditate d. l. prima. §. cauſa. Aut venditor ſciebat, & tenetur ad omne intereſſe, quod inde paſſus eſt emptor nō ſolum ad pretium. l. Iulianus, in prin. ff. de act. empt. niſi interueniſſet pactum, quod non teneretur. d. l. paciſci. quā diſtinctionem tempera ut infra.

Ex quibus intelligis, quòd ignorantia uenditorem non excuſat, & hoc ideo eſt ſecundum Bald. in l. prima. opp. 1. C. eo. quia

18 † ignorantia uenditoris non minuit damnum emptoris, ergo nec actionem, quæ formatur ad damnum facit ceſſare. Vt tamen tollatur obſtaculum dic. l. prima. C. eo. quę uidetur innuere, ꝙ tantum ſcienter uenditorem obliget, diſtinguit ibi Bald.

19 Si conſideras † damnum intrinſecum, quod ex morbo prouenit, & tunc nulla fit diſtinctio, ſciat, uel ignoret uenditor. dic. §. cauſa. Si conſideras damnum, quod extra rem eſt, & tunc conſideratur ſcientia, uel ignorantia uenditoris contingerit illud damnum d. l. ptima. C. eod. & l. Iulianus. in princip. ff. de actio. empt. Eſt tamen ignoranti conſultum, ſi explicauerit, ſe nolle teneri pro aliquo morbo, qui in re uendita aliquando

20 appareret. Sciens † uerò non eximeretur ab actione redhibitoria ex huiuſmodi effuſo ſermone, niſi etiam ſpecificè mor-

21 bum nominaret; quia verba † generalia, & captioſa fallenti non proſunt l. prima, in fin. ff. de actio. empt. uerba verò ſpecifica proſunt, quia dolus non fit ſcienti. l. cum donationis. C. de

22 tranſ. l. quæritur. §. ſi uenditor. ff. hoc titu. Si morbus † patens erat, ut quia equus uenditus erat cæcus, uel claudus. l. ea quæ. ff. de contr. empt. nec de illo uenditor emptorem admonuit, non tenetur: quia ſecundùm Bald. in l. prima, quæſtione prima. C. eo. quoties ſignum de ſui natura demonſtrat ſignatum, non eſt neceſſaria alia hominis declaratio l. prima. §. ſi intelligatur, & l. ſi tamen. §. ei qui. ff. eo.

23 Quid ſi uenditor † morbum ſciebat, emptor verò ſupine ignorabat. l. nec ſupina, de iur. & fac. ign. cui uenditor non denuntiauit, an nihilominus teneatur? Quidam dixerunt quòd teneatur: quia venditor eſt in dolo l. quod uenditor ff. de

dol.

Source : BIU Cujas

dol. emptor verò in lata culpa, quæ eſt non intelligere quod omnes intelligunt l.latæ.ff.de uerbo. ſignifi. & ſic dolus culpæ præponderat. l.ſi mora.ff ſolut.matr. Glo.in l.prima. C.eod.aſ-
30 ſerit venditorem non teneri: quia vbi culpa præſumptiuè præ-
a cedit ignorantiam emptoris, nihil prodeſt emptori d. l.ea quæ. §.primo.ff.de contrah. emptio. Immo ſecundùm Bald. in dic. l.prima, quæſt. ſecunda venditor non eſt in dolo; quia præſumere debuit, quòd emptor non eſſet fatuus, ſed potius ſciret, quòd omnes ſcirent, paria enim ſunt ſcire, vel ſcire debere. l. quod te.ff ſi cert.pet. Ego antiquorum opinionem ſequi ſoleo contra gloſſ. & Bald. illud mihi præcipuum eſt argumentum, quòd ille, qui cum alio contrahit, notam illius qualitatem habere debet. l.qui cum alio.ff de reg.iur.& ſupina illius ignorantia eum excuſat; quia fatuo ſimilis videtur, qui quod videt ignorat, & ſicut illius nulla eſt obligatio l.furioſi. ff. de regu.iur. ita nec iſtius, qui rudis & hebetis ingenij eſt, & venditor videtur eſſe in dolo in omittendo, iuxta dic. l. ſi mora. ff. ſol. matr. qui ſemper præponderat latæ culpæ emptoris. Saluari poteſt opinio gloſ.& Bald. iuxta exempla relata in dic. l. ea quæ.ff.de contrahen.emp.& dummodo emptor aliàs in negotiis propriis vir frugi ſit, & diligens.

24 Si venditor † dicit emptori, uendo tibi equum cum omni vitio, & magagna, ſi ſciens uenditor reticuit morbum, nihilominus redhibitoria tenetur propter dolum l.quæritur.§.ſi uenditor.ff eod. huius ſententiæ eſt Specul.in titu.de empt.& vēd. §.de reſcind. uend. Iaſ. in l. paciſci. ff.de pact.poſt Ang.& Paul. Corn.conſi.optuageſimoprimo, lit.e, libro tertio. Alex. conſil. quartodecimo, in fin.& conſil. 95. libro quinto, emptor enim probare debet uenditorem ſciuiſſe morbum, nec illi proderit pacti exceptio, quòd noluerit teneri de aliquo morbo: quia replicabit emptor de venditoris dolo in reticēdo ſpecificū morbum, ut in d.§.ſi uenditor.

25 Circa quartum, quòd † morbus fuerit ante venditionem, dicit Paulus in l.actioni.ff.hoc tit. quòd actioni redhibitoriæ non eſt locus, ſi animal uenditum poſt uenditionem in morbum inciderit, ex quo antiqui anſam ceperunt in hac quæſtione qd
26 dicendum. Si † animal ſtatim poſt uenditionem perijt, an ex præcedenti morbo, qui latebat forſan, an ex inopinato caſu deceſſiſſe præſumendum ſit? Cyn. & Bald. in l. prima, nume. duodecimo. C.eo. dicunt ex celeritate mortis morbum præceſſiſſe, argum. l.ſi uentri. §. fin. ff. de priuil. cred & dicitur celeritatis, ſi intra triduum obijt ſecundùm glo. in l. prima. C. de emend. ſeru. quando morbus erat occultus, ſecus ſi iudicio Mareſcalli appa ret morbum antiquitus uiguiſſe (exempli cauſa) ſi uitium in veſica apparebat l. quæritur. §. item de eo. ff. eo. aut iecur, uel pulmo marcidus l. qui clauum. ff. eod. tunc enim clarè colligitur, morbum præceſſiſſe uenditionem, Ioan. And. in titu. de empt. & uend. §. de reſcind. uend. in add. Spec. magna. Bald. in l. ſecūda, quæſt. ſecunda. C. de reſcind. uend. Abb. c. injuſtum, colum. pen. de rer. permu. Ang. Imol. & aiii in l. ſi quis cum aliter. ff. de uerb. oblig. Aret. in §. duplum, colum. pen. inſtit. de act. uide rex. in capit. ſecundo, de cler. percuſ. Marſ. in l. ſtatulibet, nume. quinto decimo. ff de quæſt. & in contingentia facti conſultus Alex. conſi. centeſimoquadrageſimooctauo, lib. ſecundo, reſpondit, quòd equus uenditus, & cognitus vulſus per peritos in arte inſpectione inteſtinorum cenſetur illum morbum ante uēditionem habuiſſe, ſi incontinenti poſt uenditionem mortuus ſit per ſupradicta; & quia etiam aliqui ex teſtibus probabant cognouiſſe illum equum viuum vulſum. Non eſt ambigendum in arte peritis credendum fore. Ang. in l. quod ſi nolit. §. ſi mancipium. ff. 35
eo. l. ſemel. C. de re mil. lib. 10.

27 Vendens † equum in ſpatula patientem, non tamen uitium apparebat, niſi poſt fatigationem, interrogatus ab emptore an eſſet morboſus? Reſpondit, equus iſte habet effoſſa lumina, eſt lunaticus, & calcitroſus, & ſic inter multa expreſſit ſpatulæ vitium, emptor verò credens, quòd ſicut de luminibus effoſſis, & aliis quæ uera non erant, ſic eſſet & de uitio ſpatulæ, ſicut de omnibus aliis, equum emit, poſt hoc comperto, agit redhibitoria contra uenditorem, uenditor uerò dicit ſe non teneri cū omnia expreſſerit. Dic, quòd tenetur, quia talia inſidiosè expreſſit. l. ea quæ. §. fin. ff de contr. empt. l. quod cum uenditor. ff. de dol. Abb. in cap. iniuſtum, colum. 2. de rer. permu. Are. in §. in duplum, col. pen. inſt. de act. Iaſ. in l. paciſci. ff. de pact.

28 Aduertendum ulterius eſt, quòd uenditor † non tenetur de animi uitiis actione redhibitoria ſecundùm Specul. tit. de emp. & uend. §. de reſcind. vend. quoniam ēdiles de corporalibus uitiis loquuntur, attamen ex empto actionem habebit l. prima. §. fin. ff. hoc tit. hoc intelligendum de mancipiis, de iumentis verò dicendum eſt propter uitia habere locum redhibitoriam l. ædiles. aiunt. in princip. & l. bouem. ff. hoc tit. Non procedit tamen
29 † principale dictum in tribus caſibus; primò, quando nominatim promiſit, & tunc agetur ex ſtipulatu. l. ob quæ. §. animi. ff. hoc titu. ſecundo, quando ſciebat illud animi vitium, & emptori tacuit: & tunc tenetur, uel quòd redhibeatur, uel quòd ad intereſſe teneatur. l. prima. §. exempli. ff. hoc titu. tertio, ſi uitium animi ſit admixtum corporis morbo. l. ob quæ. §. in ſumma. eod. titu.

Redhibitoriæ † actioni præſcribitur ſex menſibus [a] l. ædiles autem, in prin. & l. cum ſex. ff. hoc titu. quod tempus utile eſt in ſui principio. glo. in l. ſecunda. C. eod. & ideo non currit ignoranti, niſi ignorantia ſit ſupina. Ratio eſt ſecundùm Bald. ibi. quia ſcire debere reputatur pro uera ſcientia. l. quod te. ff. ſi cer. pet. & dicitur ſupina ignorantia ſecundùm qualitatem perſonarum l. profeſſio. C. de mun. patrim. lib decimo, & vide glo. & Barto. in fin. in rubr. ff. de diuer. & temp. præſcrip. quod tempus utile eſt etiam in progreſſu, ut no. in l. annus. ff. de calum. & ſentit gloſſ. in ſecunda lect. in dic. l. cum ſex. Et ratio eſt ſecundùm Bald. in dic. l. ſecunda, quia præſcriptiones prætoriæ ſunt utiles toto ſuo curſu: quia prætor non vult eas currere, niſi quando poteſt adiri. l. ſecunda. §. dies. ff. quis ord. in bon. poſſ. ſeru. cōſiderat enim ſolum dies efficaces. Cyn. poſt Iacob. Butr. in dic. l.
31 ſecunda, & illi dicuntur † dies utiles, & efficaces, quibus iudex ſedit, & copia eius haberi poteſt: probatur in l. iure mariti. C. de adult. & eſt text. in l. prima, in princip. ff. de diuer. & temp. præſc. & in iure ob eam cauſam tales dies dicuntur aliquando dies ſeſſionum. l. is cui. §. ſex autem menſium. ff. ut in poſſ leg. ibi. continuum tempus ſeſſionum, &c. Accedit quod not. Bal. poſt Iacob. Butr. in l. genero, opp. 3. ff. his qui not. infa. quòd
32 tempus † adiectum à lege dicitur utile in dubio, quando aliàs eius curſus noceret ignoranti, Soc. Iun. conſi. decimonono, nume. 16. cum ſeq. lib. tertio.

Ex quo Bald. in dic. l. ſecunda, numero octauo, ad ſtatutum
33 infert. Si enim lex † municipalis diſponeret, quòd poſt tres menſes emptor non audiretur in redhibitoria, an hoc tempus erit utile uel continuum. Ipſe reſpondet, quòd erit nihilominus utile: quia tale ſtatutum interpretatur eſſe ius commune. Item iſta præſcriptio ſtatutaria redacta eſt ad inſtar prætoriæ ex materia & forma. Item iſtud tempus non eſt naturam mutans l. proponebatur. ff. de iud. ſi æquitatem deſideras breue eſt, & artificiale, & ideo tempus utile eſt, quæ rationes Bald. ſubtiles magis ſunt, quàm ueræ. Et propterea concludendum eſt, quòd immo iſtud tempus eſt continuum, quia populi ſtatutum eſt de iur. ciui. l. omnes populi. ff. de iuſt. & iur. & præſcriptiones ciuiles ſunt continuæ, inſt. de perp. & temp. præſc. in princ. niſi in caſibus in quibus. de iure contrarium eſt deciſum, glo. & Barto. in rub. & in l. prima, in fin. ff. de diu. & temp. præſ. text. in l. nunquam. §. in uſucapionibus. ff. de vſuc. vbi Bart. ad idem. text. in l. ſi partem. §. fin. ff. quemad. ſeru. amit. l. fin. vbi latè Alexand. C. de dol. l. fin. C. de præſ. long. temp. Soci. conſil. centeſimooctauo, colum. tertia, verſic. nono, reperio. lib. quarto, & in tempore ſtatuti Calc. tradit conſi. ſexageſimotertio, colum. quarta, in fin. quo caſu ignoranti non currit, aut aliter impedito. l. genero. ubi Barto. not. primo, & Bald. not ſecundo. ff. de his qui not. inf. dic. l fin. ubi Alexand. C. de dol. Paul. de Caſt. conſil. ducenteſimoui geſimo. Ego Paulus, colum. ſecunda, in princip. lib. ſecundo. Rot. deciſ. ducenteſimoquadrageſimo. pro iniuriis, in no. Aymo conſi. 271. nume. quinto, vbi diligenter ſupradicta conſiderat.

34 Aliquando huic † actioni redhibitoriæ præſcribitur ſexaginta diebus, & hoc contingere ſolet ex pacto inito inter emptorem & uenditorem, quod ſi res uendita ſibi diſpliceret, eſſet inempta, ne igitur ſemper eſſet in poteſtate emptoris à uenditione recedere, ſtatutum eſt tempus ſexaginta dierum utiliū, egregius tex. in l. quod ſi nolit. §. ſi quid ita. ff. eod. Rom in l. ſiquis arbitratu. ff. de verbo. obligat. vult quod illud tempus † ſit
35 præfixum effectuali redhibitioni, non autem ſimplici declarationi, quod reprobat Alexand. ibi nume. ſextodecimo, quia eo ipſo quòd redhibet, declarat ſuam voluntatem eſſe rem ſibi non placere. l. Paulus ff. rem. ra. hab. quod intelligit Iaſ. ibi numero vigeſimoquarto, quando à redhibitione incipit: ſecus ſi à declaratione, quòd falſum putat Iacob. Meno. de arb. iud. libro primo, quæſt. vigeſim. ſecunda, nume. tertiodecimo, quoniam eo ipſo quòd iſte declarauit intra ſexaginta dies rem ſibi non placere, locus factus eſt redhibitioni, & ſtatim, ac deinde quandocunque poteſt rem apud ſe retrahere, quem text. ad hoc propoſitum ſingularem dicit Rom. ſing. 705. vendo tibi &c. & ſing. 769. emo à te &c. Quod tempus ſexaginta dierum poteſt per partes immutari, & perpetuum reddi, ut in illo text. probatur. Bald. in l. ſecunda, nume. tertio. C. eod. Iaſ. ubi ſupra. Soc. Senior conſil. vlt. libro tertio, in fin. Cagn. l. ſecunda, nume. ſeptuageſimooctauo. C de pac. int. emp. & uēd. Dida. Couar. libro primo, reſolut. capit. nono.

36 Hinc in facti contingentia † in d. conſi. vlt. reſpondit Socin. per tex. in dic. §. ſi quid ita, quòd emptor cui facta erat venditio ad menſuram poſt ſexaginta dies reclamare non poteſt, ut mēſura ſibi reintegretur, ſi deficiat. Intellige hoc dictum ſano modo ſecundum Dec. conſi. 347. in fi. quando fuiſſet dictum à partibus, quòd terra deberet menſurari: ſecus ſi de hoc nihil dictum ſit: quia tunc iſta facultas petendi ſupplementum ſecundùm numerum expreſſum eſt ppetua, & durat triginta annis.

Source : BIU Cujas

l. omnes. C. de præſcrip. 30. anno. Abb. in cap. per tuas, poſt Imo. de donat. & ratio, quòd menſura debet integrari: quia in contractu oneroſo aſſertio qualitatis obligat ad euictionem, ergo & quantitatis, Ias. conſi. ſeptuageſimotertio, & 79. libro tertio. Neuiz. conſi. 8.

Quandoque etiam duobus menſibus præſcribitur, inquit Ca
37 ius iuriſc. in l. ſi venditor. hoc tit. Si enim venditor † de his quæ edicto ædilium continentur non caueat, pollicentur aduerſus eum iudicium redhibitorium intra duos mẽſes &c. quos duos
38 menſes eſſe dies † 60. oſtendit iuriſc. in l. ædiles aiunt, in princ. ff. eod. Videbatur tamen contrarium dicendum, quia ubi lex duorum menſium mẽtionem facit, qui ſexageſimoprimo, die venerit, audiendus eſt l. vbi lex. ff. de reg. iur. Non obſtat dic. l. ædiles aiunt: quoniam ibi agitur de alia præſcriptione redhibitoriæ occaſione acceſſionis rei venditæ, hic autem quando vẽditor non cauit, quocirca ex diuerſis non eſt bona illatio. l. fin. ff. de calum. Attamen in propoſito noſtro dicendum eſt, ſolũ dies 60. comprehendi: quia de tempore vtili tractatur, quòd ſingulo menſe dies 30. abſorbet, Alexand. conſilio 114. in fi. libri quinti. Dec. in dic. l. ubi lex. & poſt eum Cagno. Verùm ego dubito, an iſtud tempus ſit vtile, vel continuum, quandoquidem non ex edicto ædilium uenit, ſed ex interpretatione Caij iuriſc. cuius interpretatio ius ciuile eſt, quo iure tempus continuum eſt, inſtit. de perp. & tem. act. in prin. niſi exprimeretur in lege, ꝙ vtile eſſet, ut fit in l. quòd ſi nolit. §. ſiquid ita ff. eod. vnde in dubio dicendum eſt, quòd ſit continuum. Non obſtat d. l. ædiles. in princip. quoniam ibi clarè exprimitur de 60. diebus. & eſt vtile, quia ex edicto venit, quod ius prætorium ſapit. § prætorum, inſtit. de iur. nat. & præſcriptiones prætoriæ ſunt utiles, ut ſupra aliquando diximus. Cum tamen ipſe iuriſconſ. concedi ab ædilibus dicat, teneas eſſe tempus utile.

Multoties huic actioni præſcribitur etiam 60. diebus, & hoc
39 contingere ſolet, quando principale † redhibetur propter acceſſorium, ut equus propter ſellam non præſtitam, vel malè præſtitam. l. ædiles aiunt, in prin. ff. eod. Et propterea quando venditor oſtendit equum phaleris ornatum, tradere etiam debet ornamenta, & ſi non vult tradere, licitum eſt emptori redhibere equum infra illos 60. dies l. eum qui, ubi Barto. §. non ſolùm. ff. de fur. illud enim uenit in contractu in dubio, quod tempore contractus demonſtratur. dic. l. ædiles aiunt. §. Celſus ait. ff. eo. Aret. in §. in duplum. colum. pen. inſt. de act. ſi tamẽ emptor non vult agere redhibitoria, ſed ad ornamenta, poterit ꝑpetuò agere l. ſecunda, C. de conſt. pec. Bal. in l. 2. nume. 4. C. eo.

40 Emptor † conuentus ad pretium opponit exceptionẽ redhibitoriam, quod poteſt, quia cui datur actio multo magis exceptio l. nemo inuitus. §. cui damus. ff. de reg. iur. tex. in terminis in l. cum in ea cauſa. ff. hoc tit.

41 An † per iſtam exceptionem ſit perpetuata actio? Videtur ꝙ non, quia ſuper exceptione non conteſtatur lis c. exceptionẽ, de lit. cont. in ſexto. l. eleganter. §. ſi quis poſt, de cond. indeb. Bald. in l. exceptionem, colum. penult. C. de prob. niſi excipiens excipiendo diceret velle litem conteſtari, quia poteſt. Inno. in cap. cum venerabilis, de except. Et iſtę præſcriptiones ſua natura currentes non perpetuantur, immo nõ interrumpuntur niſi lite conteſtata l. ſi eum. §. fin. ff. ſiquis caut. Franciſ. Accurſ. diſputando determinauit contrarium per l. omnes actiones, ubi Bar. ff. de reg. iur. Sed aduerte, quòd ſecundùm Alb. ibi intelligitur perpetuari ita demum, ſi interuenit litis conteſtatio, quem ſequitur ibi Cagnol. Ioan. And. in add. ad Specul. titu. de emp. & vend. §. de reſcind. vend. tenet opinionem Franciſ. Accur. & ſequitur Bald. in l. ſecunda, in fin. C. eod. allegat text. in l. quod in diem § primo. ff. de comp. & l. ſi autem. §. fin. ff. de neg. geſt. ſola igitur propoſitio exceptionis perpetuat actionem l. ſecunda. C. vbi in rem actio. Bald. in l. ſi eum. §. fin. ff. ſiquis caut. & in l. fin. in princ. ff. de eo per quem fa. erit. Non obſtat, quòd in dubio lis non conteſtatur in exceptione, quia non eſt neceſſe. Bald. in l. cum notiſſimi. §. immo, in fi. C. de præſc. 30. ann.

42 In venditionibus † fiſcalibus non habet locum redhibitoria, ſed in venditionibus ciuitatum ſic l. prima. §. illud. ff. eod. & infert Bald. in l. ſi prædium, in fin. C. eo. contractus ciuitatis non dicitur contractus fiſcalis, & ratio differentiæ colligitur ex tex. in l. eum qui. ff. de verbo. ſignifi. & aliud dici non poteſt, niſi ꝙ fiſco in priuilegium hoc ſit conceſſum. Bald. in l. prima, colum. vlt. C. de hæred. vel act. uend. Et hoc eſt propter auctoritatem haſtæ fiſcalis, quam facilè conuelli propter vtilitatem reip. nõ conuenit. l. ſi hypothecas. C. de remiſ. pign. Vel ideo, quia fiſcus vitia rerum à ſe uenditarum ſcire non poſſit, quòd ab eo exigi non debeat, ut illa prædicantur, omninoque vtilitatis publicæ cauſa ad res ab eo emendas ſic accedi oporteat, vt qua conditione ſunt eademmet emantur. Vgo Bonel. in d. §. illud.

43 Fideiuſſor † contractus poteſt conueniri redhibitoria l. Latinus largus. ff. eod. ratio eſt ſecundùm Bald. in l. fin. numero decimonono. C. eod. quia fideiubens in contractibus qui poſſunt per pœnitentiam reſolui videtur in omnem cauſam fideiubere.

44 Si plures † inierint mercaturam animalium, & aliqua ex eis alicui vendiderint, ſi factus ſit locus redhibitioni, quomodo cõ ſultum erit emptori, vt agere poſſit, erit ne in illius electione omnes conuenire, uel illorum alium inſolidum? Paucis hoc deciditur, cum text. in propoſito clarum habeamus in l. iuſtiſſime. §. proponitur. ff. hoc titu. ubi Iuriſconſ. ſic determinat, quòd emptor poterit contra quem voluerit inſolidum agere. dummodo ille contra quem agit maiorem, uel æqualem in ſocietate habeat partẽ: lex enim ipſa præſumit hos mercatores eſſe ſocios, quoniam ita conſuetum eſt, alioquin ſi minorem partem habeat, ſolum pro ſua portione conueniri poterit, & ſic duo ſpecialia habentur in hoc iudicio redhibitorio. Primum eſt, quòd illi qui ſolidum modo promiſerunt inſolidum conueniri poſſunt. Secundum, quòd ille qui cum pluribus contraxit, non cogitur litigare, niſi cum vno ſecundùm Bald. poſt lac. Butr. in l. ſi prædium, nume. decimoquinto. C. eod. quod pro ſingulari refert Crem. ſin. centeſimoſexageſimo ſexto, emi à pluribus &c. qui & alio modo exemplificat. Alioquin ſi ageretur actione † ex empto ciuili, omnes pro ſua parte
45 conuenirentur, ut in dic. §. proponitur, cauetur; niſi ipſi inſolidum ſe obligaſſent iure. C. inſpecto, at iure nouiſſimo authenticorum conſiderato quamuis inſolidum ſe obligaſſent, attamen vnuſquiſque pro ſua portione conueniretur, niſi in caſu abſentiæ uel inopiæ alterius correi, aut. hoc ita. C. de duobus reis. Cauti tamen notarij hodie ſolent ex generali ſtilo (quãuis à partibus non rogati) ponere clauſulam, quòd renuntiat beneficio nouarum conſtitutionum &c. ad quæ late videas pract. Papien. in form. libel. contra plur. reos. Hinc not. dicit Aym. conſilio ſeptuageſimoſeptimo, numero ſecundo, quòd plures
46 † rei poſſunt inſolidum conſtitui expreſſe, & tacitè, quod contingere ſolet tacitè, quãdo vnuſquiſque inſolidum obligat ſua bona, quod eſt not. Quando omnes comparerent in iudicio, ſi ſimul uendiderunt & non ſinguli ſeorſum, poſſunt cogi, vt vnum conſtituant procuratorem l. quòd ſi nolit. §. ſi uenditor. ff. eod. & d. §. proponitur. Bald. in d. l. ſi prædium. nume. tertiodecimo. C. eod. adde text. in l. iam tamen. §. ſed ſi plures, & ibi Barto. ff. iud. ſol.

47 Si emptor † decedat duobus hæredibus relictis, ſi vnus agere velit redhibitoria, alter verò non? ſolet diſtingui, aut animal venditum uiuit, & non poteſt agere altero inuito, & ratio eſt: quia venditor nolens incideret in communionem per partis animalis redhibitionem, ad quod cogi non poteſt l. ſi non ſortem. §. ſi centum. ff. de condi. ind. Si verò mortuum ſit, agere poterit: quia tunc tractatur ſolum de pretio ex ſe diuiſibili: dicitur enim, quòd labor & pecunia diuiſionem recipit. l. Seio. §. medico. ff. de an. leg. Facit ad materiam noſtram text. in dic. l. quòd ſi nolit. §. idem ait in homine, & tunc quilibet procuratorem conſtituere poteſt dic. §. ſed ſi plures. Secus eſſet, ſi venditor mortuus eſſet pluribus hæredibus relictis: quia tunc ipſi coguntur vnum conſtituere procuratorem, nam ſi ex vna perſona originali in plures diſtribuitur obligatio, vnus procurator dandus eſt dic. l. quòd ſi nolit. §. ſi plures, & arg. l. cui fundus, in fin. ff. de cond. & demon.

48 Facta redhibitione venditor † tenetur reſtituere emptori gabellam, quam ſoluit pro re empta (extat enim in multis locis ſtatutum, quòd de re vendita ſoluatur gabella) ſimiliter illud, quod proxenetis ex loci conſuetudine exhibuit, non tamen id quod ex ſua liberalitate ſoluit, eſt ad hoc tex. egregius in l. tenetur. ff. eo. Bal. in l. ſi prædium, nume. 6. C. eo.

49 Si liber † mendoſus uenditur, & eum habere quàm non habere expediat, agi poteſt vtili redhibitoria (ex librorum lectura homo ſapiẽtior fit l. ſi. ff. ad exhib.) arg. l. ob quæ. §. idem Pomponius rectè, & l. prima, §. ſed ſciendum. ff. eod. Azo in ſum. C. eod. Specu. titu. de empt. & vend. §. primo, verſic. & no. Bal. in dic. l. ſi prædium, numero quarto, ſicut in ſcriptura teſtamenti dicitur vitium ab Imperatore in l. fin. C. de edic. diui Adr. toll. & intellige non ſolum de vitio viſibili ſecundùm not. per Bar. in l. prima. ff. de his qui ante aper. tab. Alexand. conſil. centeſimoſeptuageſimotertio, lib. quinto, & conſilio centeſimoſexageſimotertio, lib. ſeptimo, in fin. ſed etiam inuiſibili, qui non legi, ſed intelligi poteſt. Scientiam enim intellectus pabulum appellat Cicero libro primo offic. & vitium dicitur in propoſito quod ſe oculis exhibet. l. quæritur. §. fin. ff. eod. facit cap. ſi forte, de elect. in 6.

50 Plura † animalia emi, inter quæ reperi vnum morbo affectum: tunc ſi vnicum pro omnibus pretium conſtitutum eſt, vel pro ſingulis certum pretium, potero agere redhibitoria pro infecto tantum, niſi ſint in aliquo officio coniuncta, ut par boum ad laborandum, ad quod vide text. in l. ædiles. §. cum autem. ff. eod. intellige hoc vltimum quando vnicum pretium eſt conſtitutum: ſecus ſi pro vnico boue, quia tunc vnus tantum, & qui morboſus eſt in redhibitione erit l. cum eiuſdem, & l. ſi plura. ff. eo.

51 Ex pacto † venditor, & emptor receſſerunt à contractu iuxta materiam. l. ab emptione. ff. de pac. & venditor rem ipſam recepit,

Source : BIU Cujas

recepit, emptor agit redhibiitoria ad pretium , quamuis non ad fuerit cauſa propter quam competit hæc actio , nempe propter morbum, vnde non videbatur competere.l. debitor. §.fi. ff.ad Treb. Tamen vtilis in factum competit , cum venditor propter receptionem rei ſibi præiudicauerit. l. quod ſi nolit. §. in factum.ff.eod.

52 Venditor † conuentus ad pretium redhibitoria reſtituit illud,nec illi emptor rem reſtituit , quia illam non petit , nec ab emptore fuit oblata in iudicio , poterit nihilominus illam petere cum acceſſionibus ad rem , ſi ante litem conteſtatam emergunt , ueniunt officio iudicis l. ædiles. §. item ſciendum. ff.eod. & non ſolùm illæ acceſſiones veniunt , quæ perceptæ fuerunt , ſed etiam quæ percipi potuerunt : quia hæc reſtitutio auctoritate legis fit.l.cum autem.§.fin.ff.eod.Bald.in l.ſi prædium.C.eo.nume.5.

53 Emptor † qui redhibuit rem venditori tenetur promittere de ſuo dato, & facto, text. not. in l. cum mihi. ff. eod. Bald. in dicta l.ſi prædium, numer.vndecimo . intellige quòd includat etiam eum tanquam hæredem alterius, vt not. Bartol. in l. ſi ſeruus, la ſecunda. ff. de condiction. furt. Bald. in l. fina. C. de act. emption. Alexand. conſil. decimooctauo , umer.tertiodecimo, libro tertio . Dec. in l. hæredem. numero ſeptimo.ff. de regul.iur.

54 Si procurator † rem emptam deteriorem fecit, tenetur dominus in iudicio redhibitorio ad damni illius emendationem , quando procurator habuit ſpeciale mandatum ad emendum. l.ædiles etiam. §. procuratorio. ff. eod. aliqua ad huius deciſionis comprobationem mutuanda ſunt a Dec. conſil. 493. Bald. hoc not. in dicta l. ſi prædium. numero decimoſeptimo.C.eo.

55 Venditor † noluit recipere equum , qui ſibi reddebatur tanquam morboſus, emptor ligauit eum ad ianuam venditoris , & receſſit. Venditor timens equum ibi poſſe perire, vel propter frigus , vel aliud accidens, ſi autem illum diſligaret poterat vagans alicui nocere , tandem illum recepit in domum ſuam , dubitari poteſt, an ob hoc uideatur agnouiſſe redhibitionem ? Petr. Iacob. in libello act. in fact. ædil.numer.ſecundo.credit quòd ſic. Conſulit tamen , quòd ſanius eſſet illum reducere ad emptorem : ſi nollet recipere , quod ligaret ad eius ianuam , vel duceret ad iudicem : vel ſi uelit intra domum ſuam recipere , quòd proteſtetur coram teſtibus,quòd illum recipit ne pereat , & non ex alia cauſa , quo caſu in tuto erit venditor . argum.l.ſi quis impediat.§.plerique filij.ff.de relig & ſump.fun.vel dicat ſaluo iure ſuo,argu.l.ſi debitor. §. j. ff. quibus mod. pig.uel hyp.ſolui.Et eſt not.quia hic caſus frequẽtius in practica occurrit.

Quædam alia huc ſpectantia videre poterit per Bald.in titu. C.eod.per diſcurſum,nos ea ſola retulimus,quę nobis digna viſa ſunt ſpecialia nota.

56 Quomodo concipiantur † libellus in actione redhibitoria habes a Roſ.in libell.Spec.tit. de emptio. & vendit.§. de reſcin. vend .a Petr. Iaco. in titu.de redhib.ab Aret.in §.in duplum,in fi.inſt.de act.

SVMMARIVM.

1 *Duplex eſt actio quanto minoris.*
2 *Hæc actio annalis eſt.*
3 *Actor electionem habet agendi redhibitoria, vel quanto minoris.*
4 *Et in illis variare licet,ſi tempora largiantur.*
5 *Exemplum in actione quanto minoris ciuili.*
6 *Differentia inter quanto minoris res eſt , & quanto minoris eſſet empturus.*
7 *Clauſula,quanti rei eſt,quid contineat.*
8 *Qualitas perſonæ non alterat communem rei ualorem.*
9 *Prætoria temporalis eſt,ciuilis perpetuat.*
10 *Ciuilis quanto minoris datur etiam pro rebus fragilibus.*
11 *Si ego quanto minoris,an iudex condemnare poſſit in redhibitoria.*
12 *Libellus in quanto minoris remiſſiuè.*

De actione quanto minoris. Cap. III.

1 ACTIO †quanto minoris [a] eſt duplex Prætoria,quę
2 datur propter morbum. l. quod ſi nolit. §. ſi plures, in fin.ff.eo. Ciuilis quæ datur propter alium defectũ l.Iulianus,in princ.ff.de act.emp.

2 Hæc actio † annalis eſt l.ædiles autem, in prin.ff. eod. & hoc nomine nuncupatur, quia res uendita quæ 20. ualeret propter morbum valet decem.l.quòd ſi nolit.§.ſi quis egerit.ff.eo. l.Iulianus §.j. ff. de act emp.l. 2. C.eo. Et ſic reſcinditur contractus aliquando in totum,vt quando agitur redhibitoria, vel in parte,quando agitur quanto minoris.l.redhibere.ff. eod.eſtque in
3 electione † actoris vtrum velit intentare dummodo tempora largiantur.l.ſi is qui hæres, de excep.rei iud. l. quod in hærede. §.eligere.ff.de trib.act.l.cum filius.§. varijs.ff.de legat.ſecundo. l.nemo ex ijs.§.quoties.ff.de regul. iur.

Et propterea uidebatur dubitabile dictum Bald. in l.ſi prædium.C.de ædil.actio. nume.9. ubi † concludit , quòd quando
4 competunt duo auxilia quorum vnum eſt breue, alterum maioris ſpatii,ſi denegatur breue,poteſt aliud locum habere.l.ſi tamen.§.non nocebit.ff.eo.nec dicitur electum, quod eſt præſcriptione abſorptum . Attamen cum lex hoc concedat prædicta ratione illi adhærendum eſt , quod dictum ſingulare reputat Crem.ſing.165.poſt ſex menſes,&c. & cum inciderimus in materiam cumulationis , vide illã latè tractatam per doct.in l.edita.C.de ęden.ne huc tranſplantem quod ibi conuenit.

5 In actione † quanto minoris ciuili exemplificari poteſt, qui fundum ſimpliciter vendit,ſi ſeruitutem debeat , talem qualis eſt præſtare debet l.cum uenderes.ff de contrahen.empt. competit tamen emptori actio quanto minoris,ſi ſeruitutis ignarus rem emit l.quoties.ff.eod.poterit etiam ex empto agere l.in vẽditione.ff.de act.emp.quòd ſi additũ ſit optimum.maximũque vendi , tanquam fides ſeruata non ſit , nec uenditor pro parte ſua impleuerit , poſſe etiam ad reſciſſionem contractus agi uerius eſt . Sed & ſi vicinus ſeruitutem imponi aduerſus emptorem obtinuerit per actionem de euictione prouidebitur. l.pen. ff.de euict.ita ſentit Alcia.in l.qui vti. ff.de verb.ſig.

Aduertendum eſt,quòd Bald.in l.ſecunda,quæſt.ſecunda,C.
6 de reſcind.vend.conſtituit differentiam † inter actionem quanto minoris res eſt,& quanto minoris aliquis eſſet empturus, & continet affectionem , & ſingulare propoſitum emptoris , illa intereſſe commune,ideſt quãti res communiter uendi poteſt, hanc eandem ſententiam per alia verba ſentit etiam Barto. in l.Iulianus,in prin.ff.de act. empt. & ſuam opinionem ibi tribus modis exemplificat. Primò (inquit) emi ſeruum homicidã : ego ſi ſciuiſſem, nequaquam emiſſem: at tirannus charum habuiſſet pro ipſius tutione. Secundò, equum uitioſum doctor aliquis non emiſſet, etiam minimo pretio : Mareſcalcus verò ſic, quia facile propter artis peritiam curaſſet. Tertiò, Scholaris non emeret librum mendoſum,& lituris plenum: doctor verò emeret propter ſcientiæ peritiam.Ex quibus conſtat multum intereſſe pretium commune à ſingulari inſpecta emptoris qualitate.

7 Ego didici iuriſconſ.hanc clauſulam † quanti res eſt, veram rei ęſtimationem continere interpretatum fuiſſe l. inter hæc verba. & l.hæc uerba. ff. de verbo. ſignif.unde aliquod intereſſe in ea conſiderari non poteſt etiam commune, ut rectè docuit Alcia.in illa.l.hæc verba , minusque in illa quanto minoris eſſet empturus,cum de intereſſe nullum uerbum,ſed tantum reſpexiſſe iuriſconſul. autumo iuſtum rei valorem per iura allegata , quod nec etiam Bald.affirmare auſus eſt, ſed ſub credulitatis verbo reſpondit .

Nec Barto.exempla me mouent , quoniam conſiderandum
8 eſt,quòd qualitas † perſonæ non alterat communem rei valorem, ut faciat illum tranſire in ſingularem,ſed tãtum hoc agit, ut quod mihi expedit habere,alteri nihil valet , ſed ex hoc non ęſtimatur rei ualor,ſed inſpecta illius ſubſtantia, ad not.in l.pretia rerum.ff.ad l.Falcid.& ſic dici poteſt, quòd equus morboſus mihi nihil ualet , at Mareſcalco aliquid valet : quia ſua peritia ad priſtinam reſtituet ſanitatem .

Præterea Bart.ĩ præcitata l.Iulianus, dicit inter ſe differre has
9 actiones , quoniam prætoria † temporalis eſt , ciuilis verò perpetua: illa datur ſolum de illis rebus , de quibus ędiles prouiderunt, hæc pro omnibus.Cyn in l.ſecunda, de ędi. act. non probat primam Barto.differentiam. Quoniam ſi actio quanto minoris res eſt , temporalis eſt, & repellitur ab intereſſe commune,ergo multo fortius actio quanto minoris eſſet empturus,debet eſſe temporalis,& repellere ab intereſſe ſingulari, quia iura ſingularia facilius tolluntur & breuiori tempore. l. in honorariis.§.ſed cum reſciſſa.ff.de act.& obl.& l. eius militis. §. militia.ff.de teſtam.mil.Sed cum ciuilis ſit , tolli non poteſt niſi 30. annorum ſpatio.l.ſecunda,C.de conſt. pec. igitur hæc Bart. differentia uera eſſe non poteſt .

Vnde Bald.in d.l.2.q. C.de reſcind. vend. vt tollat hanc contrarietatem, dicit,quòd duplex eſt quanto minoris ciuilis , duplex quanto minoris prætoria. Nam cum in hoc contractu cõſideretur intereſſe ſingulare & commune, datur electio emptori, an agere velit,quanto minoris eſſet empturus : ſed differunt tempore, quia differunt iuxta rei naturam. Nam ædiles ſolum animata conſiderant,quæ ſunt fragilia & corruptibilia,& ideo non erat conueniens,quòd actio eſſet perpetua ſuper fragili materia , ſed ius ciuile conſiderat inanimata quæ ſunt maioris durationis communiter,vt patet ad ſenſum .

Hæc Bald. conſideratio ſubtilis eſt, tamen non generalis,
10 quia ciuilis † quanto minoris datur etiam pro rebus fragilibus & corruptibilibus , ut in ſecunda differentia Bartol. & probat textus in l. ex empto §. ſi quis virginem. ff. de act.empt. propterea tenendum eſt , actionem quanto minoris res eſt eſſe prætoriam , & actionem quanto minoris empturus eſſet, eſſe ciuilem, vtranque continere iuſtam rei ęſtimationem per

Source : BIU Cujas

ſupradicta. Sed in hoc ſtat illarum differentia, quia prætoria datur pro morboſis, ciuilis verò propter alias cauſas, quæ rei valorem minuunt, & non aliter, ſic diuerſo nomine appellantur, niſi vt vna ab altera cognoſcatur, cum à diuerſo oriantur fonte.

11 Egi † quanto minoris contra te, modo res erat quaſi inutilis, adeo quòd pro nihilo emiſſem. An poterit te iudex condẽnare in redhibitoria? Quilibet diceret quòd non: quia ſententia iudicis debet eſſe conformis libello l. vt fundus ff. communi diuid. c. licet Hely. de ſimo. In contrarium eſt caſus ſingularis in l. boues §. aliquando. ff. eod. quod tamen ſingulariter limitat ibi Ang. ſi modo egi quanto minoris infra ſex menſes, & ſic aliud eſt ſing. vbi quanto minoris expirat ſex menſibus, contra l prima, & ſecunda, C. de ędil. act. Sed iſtud non eſt mirabile, qa ex quo iudex omittit illam quanto minoris, & amplectitur redhibitoriam, tunc redhibitoria durat ſolum ſex menſibus: ut in iuribus ſupra allegatis. & hoc prius animaduertit Petr. Iacob. in forma libel. de act. quanto minoris, nume. tertio, allegat tex. in l. ſi is qui hæres. §. primo. ff. de excep. rei iu. vltra d. §. aliquando. Et ibidem aliud not. admonet, quòd ſi emptor nondum ſoluto pretio cognouerit equum eſſe morboſum, & ſic ſciens ſoluerit pretium, poſtea non poterit agere nec redhibitoria, nec quanto minoris, argu. l. ſecunda, C. his quæ vi met. &c. & l. pen. ff. de con. ob turp. cauſ. Alia quæ hic deſunt ſupplebis per ſupra-
12 dicta in materia redhibitoriæ, libellumque † in hac actione cõcipies ſecundum doct. citatos in capite præcedenti.

SVMMARIVM.

1 *Actio ædilitia in factum eſt ſubſidiaria.*
2 *Dubitatur an ſit temporalis vel perpetua.*
3 *Competit aliquando pro animalibus nocuis.*
4 *Libelli formula remiſſiuè.*
5 *Citantur plures loci remiſſiuè de materia tractantes.*

De actione in factum ædilitia. Cap. vlt.

1 QVoties ſupradictæ actiones non competunt recurrendum eſt ad actionem † in factum ædilitiam, de qua meminit iuriſc. in l. quòd ſi nolit. §. in factum actio. ff. eod. Soletque vt plurimum competere, quando facta rei redhibitione vẽditor moratur pretij reſtitutionem, cum enim iniquum ſit, ut quis re, & pretio fruatur l. emptorem. §. cũ autẽ. ff. de act. emp. placuit hac actione ipſum venditorem conueniri poſſe, & tunc amplius non quæritur, an res ſit in redhibitione, cum iam ſit facta reſtitutio, ſed ſolum pretij reſtitutio petitur.

2 Sed dubitatur, an iſta † ſit temporalis, uel perpetua? Spec. titu. de emp. & uend. §. de reſcind. ven. tenet, quòd ſit perpetua: quia eſt rei perſecutoria l. in honorariis. ff. de act. & oblig. Verùm Petr. Iac. in libel. huius actionis in fin. tenet, qp ſit temporalis: quia ędilitiæ actiones licèt ſint rei perſecutoriæ tamen ipſæ ſunt temporales, ut not. in l. ædiles autem, in prin. ff. eod.

3 Competit † etiam quando eo loci quo inter vulgo fit, habeat quis canem, verrem, aprum & ſimile animal, quod poſſit nocere ſiue ligatum, ſiue ſolutum. l. hi enim, & ſeq. ff. eod. qua tamen pœna huiuſmodi puniantur, ponit Meno. de arb. iud. lib. ſecundo, caſu 366.

4 Formabis libellum † in hac actione: vt docet Petr. Iacob. in forma lib. huius actionis.

Cætera quæ hic deficiunt, ſi non graueris poteris vltra iam re
5 latos doct. videre † per Alb. Ang. Cępol. & alios in hoc tit. ff. & Saly. Io. Fab. in C. de ædil. act. Bald. conſi. 385. lib. tertio. Signor. conſilio 53. Anchar. conſi. 222. colum. ſecunda, Barb. conſil. 56. colum. ſecunda, lib. ſecundo, & conſi. quadrageſimonono, colum. quinta, lib. quarto, Anan. cap. ad fin. de homi. Aquen. in l. ſi quis cum aliter, ad fi. ff. de verb. oblig.

ADDITIONES NOVAE
EIVSDEM AVCTORIS.
PRAEFATIO.

A MEIS) Oratius lib. 2. Serm. Sat. 3. Sic puerilius ijs ratio eſſe euinces amare.

B Euincitur) Euincere eſt (vt verbi vis, & ratio facilè indicat) vincendo aliquid ab aliquo auferre & cõſequi. Vnde in diſputando, atque omni orationis contentione, quod vi argumentorũ, ac dicendo ab aduerſario extorquemus, vt concedat, euincere ab alio dicimur. Eoque modo nunc accipitur. Sed quoniam verbo iuris utimur, & in contentionibus ciuium inter ipſos de rebus, negocijsque omnibus, quæ iuribus ſuſcipiuntur, hæc vna vincendi ratio eſt, ſi iure, iudicioque agamus. Vnde actio definita eſt, ius perſequendi non vi, aut alia ratione, ſed iudicio, quod nobis debeatur. Eo fit, vt euincere hoc loco id ſit, rem non quouis modo, ſed per iudicem auferre & auocare ab emptore, vincere denique iudicio rem illius non eſſe, de qua quæritur. Tunc rem euictam intelligi, & (quod quærimus) tunc emptori aduerſus uenditorem regreſſum eſſe propter euictionem, cum emptor de ea re, quam emit, iudicio victus ob eam cauſam, qp res actoris non erat, quod que per eum rem obtinere non licebat, eam dimittere, eamque cedere coactus eſt.

SVMMARIVM.

1 *Actio euictionis duplex.*
2 *In quibus conueniant, in quibus diſconueniant.*
3 *An illarum electio, & variatio detur.*
4 *An idem permittatur dupla non promiſſa.*
5 *Emptori vt pro euictione actio competat, quæ requiruntur.*

C 1 EVictione) Actio † euictionis nomine duplex. Vna ex empto, quæ ſiue quid de euictione promiſſum eſt, ſiue non eſt, ſemper iudicii poteſtate continetur. l. ex empto, de act. empt. de qua ſic Paulus ait. Euicta re, ex empto actio non ad pretium dumtaxat recipiendum, ſed ad id, qđ intereſt, competit. l. euicta, eod. tit. ideſt, quod intereſt euictam rem non eſſe. l. cum ſucceſſores C. eod. Altera eſt ex ſtipulatione duplæ certi condictio, vbi ea ſtipulatio interpoſita eſt, aut ſimplæ, quibus in cauſis eam tantum ſtipulari poſſumus, vt ſi ſtipulatio interpoſita eſt, liceat alterutra actione experiri. l. ſi tibi. C. eod. Sed huic tantum (vt dixi) locus eſt, cum ſtipulatio nominatim inrerpoſita eſt; illa tum maximè cum nihil conuenit. In hac cætera cum actione ex empto communia. Nam, & emptori competit re euicta, & aduerſus venditorem, hæredesque venditoris. Illud proprium, qp hæc quantitatem certam perſequitur, illa incertam, nimirum quod ĩtereſt, quod temporibus, & perſonis, & locis, & negotiis variè mutari poteſt.

2 Et ſpecialius explicando, ſtipulatio † duplæ & actio ex empto (quantum ad præſentem materiam) conueniunt in duobus, & differunt in aliis. Primò conueniunt in hoc, quòd ſicut ſtipulatio habet duplex ſimplum, ſiue ſimplum duplum, videlicet, primum loco rei vel pretij, ſecundum loco intereſſe ſurrogatũ & adiectum iure conſulente & approbante. §. fin. inſt. de verbo. oblig. l. fin. de præt. ſtip. ita actio ex empto habet duplex caput, ſcilicet, ad pretium & intereſſe. Secundò conueniunt reſpectu primi ſimpli vel capitis, vtraque enim actio (quantum ad hoc) habet ſe vniformiter, idque ratione eiuſdem ſubiecti. Vt ergo ſtipulatio ſemper committitur pro rata pretij, ſiue totius, ſiue veræ partis rei euictæ, ita & actio ex empto quantum ad primũ caput, quod pretium reſpicit. Differunt autem quantum ad ſecundum ſimplum vel caput, quia in ſtipulatione duplæ alterũ hoc ſimplum, quod loco intereſſe ſurrogatur, ſemper eſt çquè vniforme, quia de vniformi duplo pretij, ſiue totius rei, ſiue partis euincendæ tranſactum eſt cum incerto caſuali intereſſe, quod aliàs poſſet eſſe maius, vel minus pretio. Itaque ſtipulatio iſta nullatenus concernit intereſſe, nec ab eo pendet, quamquam loco eius ſurrogatur, ſed ſolum concernit factum euictionis, tanquam euentum conditionis ſub qua concepta eſt, & à qua pendet, ſiue aliàs interſit, ſiue non, aut pluris vel minoris interſit, & ſic tota re euicta ſine alia diſtinctione committitur in totum, parte verò euicta pro rata partis tantum. Secus in actione ex empto, quæ ex primo quidem capite, quo competit ad pretium, ſemper habet certam vniformem quantitatem pro rata rei euictæ, ſed non ex ſecundo capite, quod competit ad verum & iuſtum intereſſe caſuale. Præterea differunt, quia ad hoc vt committatur hæc ſtipulatio, requiritur rem ipſam per iudicium euinci, vel eius partem, quæ propriè & verè venit appellatione partis, puta, quota indiuiſa, vel portio diuiſa, vel vſusfructus, vt in l. naue. l. ſi ab emptore. de euict. quia vſusfructus eſt pars rei & dominij. l. quarta, de vſufr. Secus ſi euincatur, quod poſt venditionem natum eſt ex re, puta, partus vel fętus. l. ſi prægnans. l. vaccæ. de euict. ſed ex empto agitur. l. venditor hominis. eod. titu. l. non quacunque. §. Iulianus. de leg. primo. Intantum, quòd ſi ancilla etiam iam prægnans vendita ſit ſub conditione duplæ, ſi poſtea decedat relicto partu, qui poſtquam adoleuit, & eſt magni valoris, euincitur, ex eo quòd ipſa ancilla non ſpectabat ad vendentem, ſed ad euincentem, licèt partus videatur ſurrogatus loco matris, eamque eodem iure repræſentare, prout eodem iure ex defectu iuris in matre euincitur, & ſic ſatis dicatur ancilla euinci in partu, & inſpecta cauſa euictionis, quodque ſi ancilla viueret, pariter euinceretur, tamen non committitur ſtipulatio duplæ nec in totum, nec in parte, nec pro rata quidem partus, vel embrionis tempore contractus inſpecto, quia nõ erat propriè pars quota, vel integralis

ancillæ,

Source : BIU Cujas

ancillæ, & ſic remanet ſoli actio ex empto. Pariter ſi membra quædam nauis venditæ,puta velum, gubernaculum, vel membra domus. vt quædam cementa, vel tabulæ euincantur, non committitur ſtipulatio duplæ in aliquo,nec in totum, nec pro parte rei euictæ,quia non eſt res empta, nec eius pars homogenea,cui competat appellatio rei emptæ. Ideo ceſſat ſtipulatio, quæ ad ipſam rem emptam concepta eſt, ſed locus eſt ſimplici actioni ex empto.l.emptorem. l.ſi quis rem, de act.emp.l.naue. l.ſchapham, de euict. Pariter ſi quælibet ſeruitus alia ab vſufructu euicta ſit,ceſſat ſtipulatio,quia non dicitur res,nec pars homogenea rei euictæ, ſed tãtum locus eſt actioni ex empto.l.cũ fundus,de euict. Rurſus etiam ſi pars quota,puta,dimidia pro indiuiſo ſerui venditi euincatur,nondum committitur in aliquo ſtipulatio duplę.l ſi dictum. §. in ſtipulatione, de euict.niſi per diuiſionem alteri adiudicetur.l.ſi mancipium.§.ſi communi diuidundo, de euic. Tamen ſtatim committitur actio ex empto pro rata partis. Et quamuis Cyn. & Alber. qui eum tranſcribit in l.ſecunda,col.fi.C. eo.poſt Petr.ibi.multum ſuper hoc inuoluantur: quia aliàs ſtipulatio duplæ etiam pro parte committitur non ſolum in fundis, vt l.ex mille, de euict. ſed etiam in rebus animatis. l.vaccæ, eod.titu. Verior & expeditior ſolutio eſt Io quam Iac. Butrigar. Alb. Bart.Bald.ſequuntur in l.prima, de euict.ſpeciale eſſe in homine, qui non cenſetur tam facilè diuidi poſſe,prout nec aliis rebus accedere.l.iuſtiſſimè,de ędil.edic. Quæ ſcrupuloſitates & differentiæ procedunt propter odioſitatem ſtrictam que naturam ſtipulationis duplæ, quæ ſtricti iuris eſt, contra quam etiam in dubio fit interpretatio. l. ſtipulatio iſta habere licere. §. in ſtipulationibus,de verbo. oblig. Contra verò actio ex empto bonæ fidei eſt, & etiam fauorabilis, cum non competat ad veram pœnam, ſed ſubſiſtere oportet, & probari verum & iuſtum intereſſe, meritò in ea plenior fit interpretatio. Hinc eſt etiam, quòd ſtipulatio duplæ non committitur, niſi habere non liceat propter ipſam euictionem. l.ſi ſeruus, de euic.ſecus ſi emptor ſuccedat domino rei,licèt hoc probare velit, tamen non poteſt agere ad duplum. l.ſi vendideris, de euict.ſed bene poterit agere ex empto. d.l.ſi vendideris.l.ſi ei cui, in fi.de euict. Quod intelligendum eſt,quatenus defunctus tẽpore obitus poterat vindicare,vel aliter euincere,vel is à quo emptor etiam ex cauſa merè lucratiua (non tamen contemplatione venditoris) verum ius acquirit.l.Iulianus §. ſi fundũ, de act.empt.Idem ſi res aliter quàm in iudicio euincatur. l.non tamen, de euict. Moder. Pariſienſ. in l.prima, nume. 122. cum ſeq.C.de ſent.quæ pro eo quod int.prof.

3 Sed circa prædicta oritur neceſſaria quæſtio.An † ſtipulatione duplæ commiſſa electio ſit emptoris agere, ex ſtipulatu uel ex empto. Et an vna electa redire poſſit ad aliam, ſaltem quatenus in ea plus eſt? Breuiter dicendum quòd ſic,per tex. in ſimili in l.prædia,de act-emp.in l.ſi quis à ſocio, cum l.ſeq.pro ſocio.facit. l. ſi emptori duplam, ad fi.de euict. Nihil enim aliud eſt ea ſtipulatio, quàm quædam pœna loco probationis intereſſe appoſita.§.fin inſt.de verbo.oblig. cum vulg.ubi tamen non intelligitur excludi actio vetus ad intereſſe, nec alioquin in dubio cenſetur ſtipulatio,ſiue æquè principalis,ſiue pœnalis nouandi cauſa interponi.l.fin. C.de nouat.ſed ſimpliciter fauore creditoris,faciunt not.in l.quamuis,de pign.act-facit.l.ſi ſeruus.l.non tamen,de euic.quæ probant per hanc ſtipulationem non eſſe ſublatam actionem ex empto,ſed hanc efficacem eſſe, vbi ſtipulatio ob ſtrictam ſui naturam deficit. Sed quid † ſi per ſtipulationem non eſt promiſſa dupla,ſed minus. An tunc poterit eligere, uel variare? Dicendũ quòd non,per text.in fortiori in l.emptori duplam.§.ſimplam,de euict. Vbi ſi ſimplam pro dupla ſtipulatus ſit emptor, ita demum ſupereſt ei actio ex empto quanto minus ſtipulatus eſt,ſi per errorem ſimplam pro dupla ſtipulatus ſit. Secus igitur ſi ſcienter, & ſic ſtipulatio ſimplę ſcienter interpoſita cenſetur facta cauſa limitationis, quod eſt intelligendum,quando eſt interpoſita cum ipſo principali,& pro ipſa euictione,uel eius quantitate,vel in caſum euictionis,& ſic tanquam principalis conuentio, nec apparet de alia diuerſa mente contrahentium. Secus ſi adiectum ſit ſine præiudicio damnorum, vel maiorum damnorum, & intereſſe,vel ſi nihilominus promiſſa ſint damna & intereſſe. Item ſecus, ſi ita ſtipulatum ſit à fideiuſſore: quia tunc operatur, quòd non fideiubet in omnem cauſam, ſed vſque ad ſummam expreſſam tantum. Secus etiam ſi ſint plures venditores, & emptor ab vno ſimpliciter ſtipulatur ſimplam: quia etiam ſi de aliis nil ſit dictum,cẽſentur obligati iure communi ſecundùm naturam actionis ex empto pro partibus ſuis. Is autem à quo ſimplum ſtipulatus eſt (niſi relatio facta ſit ad pretium conuentum, vel quantitas expreſſa) non tenetur de toto pretio, ſed pro parte ſua pretij, quę reſpectu eius eſt ſimplum. Item ſecus ſi ſtipulatio non ſit interpoſita principaliter, uel ſimpliciter, ſed nomine pœnæ,& idem in pacto cæteris paribus. Moder. Pariſien. in dicta. l. prima. numero 120.

5 Tria † concurrere oportet antequam de re aliena diſtracta emptori competat actio aduerſus venditorem. Vnum, ut res certo emptori ablata ſit, vt eam illi habere non liceat. l. tertia, C.de euict.l.ſi prius.§.mota.& l.habere licere.ff.eodem. Alterũ, vt iudicio ablata ſit.l.non tamen.ff.eodem. Tertium, vt ob eam cauſam ablata ſit, quòd aliena eſſet, neque eam per vẽditorem emptori habere liceret.

§. I.

A Auctor) Auctorem laudare veteres dixerunt,ſcilicet,illi litem denuntiare.l.Herennius.ff.eod.l.auctori.C.eod. Auctorem enim generaliter appellamus venditorem, & generaliter qſqs eſt, à quo rem ex uẽditione,donatione, permutatione, aut alia qua iuſta cauſa nobis traditam accepimus, qui nobis habendi, ſcilicet, & poſſidendi cauſam & initium dedit,denique qui,cur rem haberemus, nobis auctor eſt.l.apud Celſum.§.de auctoris, & §.auctori,de except. dol. Laudare verò veteribus dictum eſt idem, quod nominare & citare, vt teſtatur Gellius lib.2.cap.6. & Macrob.lib.6.cap.7.

§. II.

A Duplum) Sed quæritur ſimplum illud, quod in ſtipulatione duplæ includitur, quid eſt? Breuiter dicendum, rem ipſam principaliter debitam, vel in diſpoſitionem deductam certæ quantitatis, uel naturæ,cui accedit extrinſecus obligatio ad intereſſe.l.vn.C.de ſenten.quæ pro eo quod int. prof. Vnde conſiderandum eſt, quòd in venditione,in qua tota res uendita certo ſuo toto pretio communi conſenſu adpretiatur, pretium ipſum in effectu dicitur ſimplum, ſeu (proprius & preſſius loquendo) ipſa res vendita,quæ eſt verum ſimplum,omnino cẽſetur eſſe tanti,quanti vendita eſt. Ita quòd pretium, etiam ex parte emptoris ad intereſſe agentis,vocatur & in effectu eſt ſimplum,tex.eſt rotundus in l.cum & ſorte, de actio. emp.in l.ſi in venditione,de euict. Et hoc etiam ſenſus communis oſtendit. Amplia ſiue res fuerit vendita æquali, ſiue inequali pretio. Vt enim ſi emptor domum tunc valentem mille emerit quingentis tantum,re non tradita vel euicta,non poteſt pro ſimplo petere,niſi quingenta,quæ ſoluit. Ità ſi eandem rem duobus millibus emerit & ſoluerit,re non tradita, uel euicta, verum ſimplũ erunt duo millia, & ultra ſenſum communem hoc probãt oĩa iura in materia euictionis,quæ diſertè aiũt, non ad rem agi, ſed ad pretium, ſcilicet,conuentum & ſolutum, text. in l.Titius,in fi.verſi.non enim,de act.emp. l.ſi fundo, in princ.l.ſi in venditione.l.euicta re, 2.l.ſi plus,in prin.de euict.l.ſuper empti.C.eod. vt nulla lex ſit in toto iure, quæ dicat de euictione agi ad rem, ſed ad pretium, & in id quod intereſt,vel ſimpliciter in id quod intereſt,& tunc largè accipitur, & ſimplum ſuum comprehendit. Non obſtat.l.cum ſucceſſores in fi.C.eod. quia concordat, vt ibi glo.& Doct.rectè exponunt. Non obſtat. l. quòd ſi nulla, in princ.de hæred.uel act.vend. Vbi ſi res vendita ad vendit orẽ non ſpectat, debet eſtimari, vt ſic ad æſtimationem agat. Quia hoc ibi dicitur ad finem augendi actionem, vt ſiue pretiũ nondum ſit ſolutum,exigatur quod ſuperualet pretio,ſiue pretium ſolutum ſit, exigatur maior eſtimatio,non autem ad finem reſtringendæ actionis, ſi fortè ea hæreditas minoris æſtimetur, q̃ empta ſit, ſed tunc totum ſolutum pretium ad minus repetet. Immo etiam ſi quid præterea iuſtè interſit,nec ſuperfluum pretij cedet lucro non implentis quaſi verè impleuiſſet.Moder.Pariſienſin d.l.vn.num.66.69.

SVMMARIVM.

1 *Conſideratio ad textum in l.1.§.fin.C.de bonis maternis.*
2 *Duæ incidentes quæſtiones pro illius.§.intellectu.*

B 1 PAter) Dum † in l.prima.§.fin.C.de bon.mat.dicitur.Patrem vẽditorem teneri edocere rem venditam proprij iuris fuiſſe,& quòd emptori licebit, ſi voluerit, petere ſatiſdari &c. Ecce tex.apertum iun. glo. in l.prima, in fi.C. de anna.exceptio.quòd licèt filius non poſſit patre viuente agere,& rem aduentitiam à patre venditam vindicare.dict. §. fina. de ann. excep. tamen emptor poteſt contra patrem agere, ut doceat rem venditam proprij iuris eſſe, aut quòd euictionis nomine ſatiſdet.d.§. fi. de bon. mat. Si ergo emptor agere poteſt, vt doceatur res propria,ſiue libera, multo magis ſi pretiũ petatur excipere poterit.l.inuitus.§ cui damus,de reg. iur. Et quãuis Bart.ibi reprobata glo.teneat ementem a patre rem, cuius proprietas ad filium pertinet,tanquam propriam ipſius patris,non poſſe contra patrem agere,ut ſatiſdet euictionis nomine, cum filius donec extat in patris poteſtate agere non poſſit,& ſic euictionem non dici imminere, uel quaſi in limine contractus. Quia reſpõderi poſſet. Bar. loqui in caſu ſpeciali,& ſpecialitatis ratio adduci poteſt, propter reuerentiam quam habere debet filius erga patrem, & poteſtatem quam in filium habet pater, quarum occaſione lex erubeſcit eſſe caſtigatores parentum. §.ſed quod ſancitũ eſt,in auth.de nupt. quem citat Alb. in d.§.fi.

Source : BIU Cujas

Superior tamen ſententia verior eſt,& æquior ad emptoris beneficium, cuius indēnitatem proſpicit lex & Imperator in d.§. fi.Placet igitur ſubijcere quādam diſtinctionem quam in ſimili ſecutus eſt Senatus Subalpinus. Aut venditor tempore venditionis bona habebat, in quibus per hypothecam indemnitati emptoris in caſum euictionis cautum eſſe poterat,& tunc non teneatur venditor ſatiſdare.Aut venditor bona non habebat, ex quibus emptori cautum eſſe poterat, & tunc de indemnitate emptoris in euentum conditionis ſatiſdare teneatur.Si verò nec bona habeat,nec ſatiſdare poſſit, reponendū tunc erit pretium in emptionem bonorum immobilium, quæ emptori hypothecata in caſum euictionis remaneant,vel apud tertium virum probum ſequeſtrandum,ad venditoris tamen vtilitatem, donec cautum emptorem fecerit,arg.eorum quæ no.glo.in l.4. C.de vſufr.Aret.in l.2.col.5.ſol.mat.Ruy.conſi. vlt.nu.25.lib.2. Rot.Pedem.deciſ.24.nu.13.cum ſeq.

2 Sed primò † incidenter quæritur. An ipſe pater alienans poſſit rem vindicare ab eo in quem alienauit? Videretur nō admittēdus ex regula vulgari.l.poſt mortem,de adopt.vbi gl. & Doc. not.quòd nemo audiatur contra factum proprium. l.cum profitearis. C.de reuoc.donat.Secūdò ex alio,quia quem de euictione tenet actio, eundem agētem repellit exceptio.l.vindicantē, de euict. Quibus non obſtantibus dicendum eſt, patrem alienantem contra prohibitionem.d.l.j. C. de bon.mater. ex ea admittendum ad irritandam alienationem,& rem vindicandam nomine filij,ſecundum glo.expreſſam Bal. Saly. & alios in l.cū à matre.C.de rei vend.arg.l.quemadmodum.C.de agric. & cēſ. lib.11.quam not glo.in d.ll.pro eorum limitatione, ut nō procedant,quando alienatio fit contra legem, & ita Alb. & Saly.in d.l.vindicantem,Bald.in l.j.C.de lib. cau. & alios referens tradit Iaſ.in l.iuſiurandum.§.procurator,nu.30. in fi.de iureiuran. Secundò reſpondetur ad d.l.vindicātem, quòd ibi repellitur venditor,ſi veniat iure proprio cōtra alienationem quam fecit, hic autem pater obligatus ex ſua perſona reuocat iure & nomine filii,vt eius adminiſtrator,quod generaliter licet ſecundùm Salyc.in d.l.vindicantem,Alb.in d.l.poſt mortem, col.3. verſic.2. Alexand.conſi.109.nume.4.lib.4.qui adducit arg.ex gl.in prin. inſt.quib.alien.lic.verb.interdicta.Pro quo faciunt Bal.Nouel. tract.de dot.7.part.prin.lim.1. Campeg.de dot.part.4.limit.20. Bar.in l.cum vir, nu.13. de vſuc. vbi etiam Imol. Idem probatur magis ex cap.ſi quis presbyterorum, ſecūdùm communem intellectum,de reb.ecc.non alie. Ibi enim prælatus alienans rem eccleſiæ contra iuris præcepta poteſt eandem rē vindicare nomine eccleſiæ, quia tunc cenſetur altera perſona, ſecundùm Imo.& alios ibi,& nouiſſimè Beroum num.46. vbi ita generaliter limitat regulam.d.l.vindicantem, quod in terminis decidit quæſtionem noſtrā. Et ita ceſſant, quæ ex aliis tradit Tiraq. de retrac.prox.§.26.gl.2.nu.7.& ita refidet Arrius Pinel.in l.1. C.de bon.mat.par.7.nu.74.

Secundò incidenter quæritur An filius admittatur ad irritādam alienationem factam à patre? Videretur dicendum quòd non,cum ante finitum vſumfructum patris ius agendi non ipſi filio,ſed patri competat in aduentitiis, & filiusfam. regulariter non agit,iux.l.filiusfam.de act.& oblig.cum traditis in l. fi.§.neceſſitate. C.de bon. quæ lib. Nec quis ante diem agendo audit. l.j.§.dies,quan.di.vſuf. leg. ced. Hoc apertè probari videtur ī l.1. §.fi.C.de ann.excep.Bart.in l.ſi cōſtante,nu.63.ſol.mat.Bellon. conſil.24.nume.5.Exea de pact.nu.114. His non obſtantibus cōtrarium reſpondendum eſt,quoniam impedimentum iuris tantum eſt ex poteſtate non ex vita patris.Aduerto etiam,ꝙ lex fauet liberis, ne durāte patria poteſtate præſcriptio currat, ſed eis non adimit facultatem agendi contra alium, quia æquum non eſſet,ut patre alienante aduentitia filii, non poſſet filius eo viuente admitti.Bal. in l.fi.§.in computatione C. de iur.deliber. Fab. in auth. nouiſſima,nu.139.& ſeq. C. de inoff. teſta. Pariſ.in c.1.nume.24.de præſcrip. Iaſ. conſi.56. colum.3. verſ.confirmatur,lib.3.In quo §.in computatione,probat Bal. filium audiendum,& patrem compellendum cōſentire filio, licèt pater ipſe promiſerit, ſe nunquam venturum contra alienationem. Nō obſtat d.l.1.in fi.C.de anna except.quia verba illa, quæ filiis poteſtatem agendi negare vident, non præcisè nec omnino negant Obſtaret enim æquitas, & ratio vitandæ fraudis, obſtaret etiam deciſio. l.Imperator, ad Treb. vnde verba d.§.fin.referri poſſunt ad regulam.§.neceſſitate,vbi dicitur, filium agere non poſſe: quia non poteſt regulariter agere ſine conſenſu patris, cuius eſt adminiſtratio, & ius agendi in aduentitiis, ex reg. d.l. prima.C.de bon.mat.& l.cum oportet. C.de bon.quæ liber.Satisque verificantur ea uerba attenta regula prohibente filium agere, attenta etiam difficultate qua filius præſumitur ex poteſtate patris, arg.text.in l.in coniunctione. C. de nupt.text.& gl. in l.prima.§.quæ onerandæ.qua.rer.act.non dat. Quibus attentis, ſatis dicitur non poſſe, quod ſine magna difficultate fieri nequit.l.qui cum maior.§.primo, de bon. libert. Confirmatur etiam ex deciſione d.l. Imperator, ibi enim auditur filiusfam. contra iniquam alienationem patris in bonis, in quibus ſpem non dominium habet,à fortiori ergo in aduentitiis ſecundum Paul.& Alex.ibi. Et ita aliàs in alienatione feudi admittitur ſatim filius,vt in c.1.§.Titius,ſi de feud. fuer. controuer.int.dom. & agna.Et conſultius eſt, vt filius quamprimum audiatur, ne lapſu temporis difficilior fiat reuocatio, Arrius Pinel. in auth. niſi.C.de bonis matern.nu.44.

L.Fideiuſſor) Aduerte pro intellectu d. l. fideiuſſor. Quanquam autem certo fundo vendito & euicto non teneatur venditor,niſi ad pretium & id quod intereſt, tamen offerēdo rem per euictionem non deterioratam liberabitur à pretio. Et ſic omnino ſufficit, quòd rem & id quod intereſt offerat, quo facto non ſupereſt amplius iudicium, niſi ſuper extrinſeco intereſſe æſtimando,caſus eſt in d.l.fideiuſſor,qui ita planè debet intelligi,reiectis intricationibus & ſophiſticationibus Accurſ. & Doct.ibi,& in l.ſi inſulam, de verb.obliga. Circa quam grauius ibi errauit Iaſ.nume.25. dicens in d.l.fideiuſſor, ſpeciale eſſe in fideiuſſore, cum quo (tanquam morbo alieno laborante) mitius agitur,ſecus afferens in ipſo principali venditore. Hoc eñ non ſolum eſt contra text.æquitatem, & dictamen rationis,ſed etiam text. rotundum in l.emptori, de euictionibus. vbi patet idem eſſe in ipſo venditore. Quod autem quidam pragmatici opinantur euicto fundo empto agi poſſe ad alium fundū æqualis æſtimationis falſum eſt, & rectè confutatum per Tiraq. de retract.prox.§.31.nume.3.

§. III.

L.Fin.) Tex.in d.l.fi.de tranſ. dicit, quòd tranſactio facta inter debitorem & hæredem præiudicat emptori hæreditatis,per quem text.ita tenet glo. in l. ſi cum emptore, de pact.quam refert & ſequitur Afflict.deciſ.335.nume.22.cum ſeq.vſque ad fi. vbi poſt Fulg.ibi relatum tenet,non ſufficere ſcientiam debitoris ceſſi,niſi ſciat alio de tribus modis, de quibus in l.tertia.C.de noua.& ibi Alber.nume.3. Et ratio eſſe poteſt ſecundum Ioan. And.in addit.Spec.tit.de procur.§.ſequitur,verſi.ſed quid ſi debitor,quia cum l.3.C.de noua.ponat regulam,à qua excipit tres caſus,non eſt tutum addere quartum. Sed in contrarium ponderatur d.l.fi.arguendo à contrario ſenſu, attenta ſcientia debitoris ceſſi. Nam ſicut tranſactio,de qua in d l.fi.nocet, quia debitor ceſſus ignorabat,ita à contrario ſenſu, non debet nocere vbi debitor ſciebat,& ita not.glo.2. & fin. in d. l.ſi cum emptore,refert & ſequitur Pariſ.latè conſi.19.col.pen.& fi.lib.3.vbi dicit,hanc eſſe communem opinionem, vbi reſpondet ad d.deciſ.Afflict.335.tenet Alciat.conſi.136.num.3. Bart.in d.l.ſi cum emptore,& in l.facta.§. ſi hæres, nume.5. ad Treb.ſic diſtinguit. Quandoque ceſſio fit ad commodum cedentis, quia quod exigitur debet verti in eius vtilitatem, & tunc eius factum nocet ceſſionario, niſi ceſſus habuerit ſcientiam vno de tribus modis,de quibus in d.l.3.C.de nouat. Quandoque ceſſio fit ad cōmodum ceſſionarij, & tunc quoquo modo debitor ſciat factū cedentis, non nocet ceſſionario,refert & ſequitur Ruyn. cōſil. 177.nume.5.& 6.lib.1.eſt de mente Spec.in d.§.ſequitur,verſic. ſed quid ſi debitor,& ſequitur Bald.in d l.ſi cū emptore, Rom. conſil.102.in princ.Ang.Aret.in §.præterea, colum.24.inſt.de except.Paul.de Caſt.in d.§.ſi hæres, nume.4.& in d.l.ſi cum emptore,col.pen. & fi.qui optimè declarat hanc materiam. Et ita cenſuit Senatus Subalpinus, quicquid dixerit Alex. in cōſi.46. lib.6.Rot.Pedem.deciſ.45.

Defendendum) Et propterea actio lite mota non datur ad pretij reſtitutionem,nec de euictione, ſed ſolum ad defendendum,vel cauendum,aut liberandum, l. ſi plus. §. mota, de euic. l.qui rem.l.ſiue in libertatem, & l.ſi poſt, & ubique glo. C. eod. per Bened. Cap. in ſuis reg. com. cap.87.nume.202. & ſequitur Paul.de Caſt.conſi.207.nu.4 Rot.Pedem.deciſ.179. nu.5.

Interpellatio) Quia iuramentum habet vim interpellationis continuæ. Ioan.And.& Abb.in c.breui, num.5. de iureiur. Iaſ.in l.quod te,nume.22.& 24.ſi cert.pet, Dec.num.11. ubi dicit ita communiter Doct.tenere,Claud.in l non ſolùm.§. morte,colum.16.de oper.no.nunc.Bauer.de virt.iur.priuil.7.Rip.in l.4.§.Cato,in l.ſi inſulam,num.91.de verbo.oblig. Goz. conſil. 57.numero 11.poſt Ioan.And. Imo.Alexan.per eum allegatos, Aymo conſil.57.nume.2. Afflict.deciſ.174. nu.5. Rot.Pedem. deciſio.49.nume.7.

Euincentis) Ideo qui patitur à ſe euinci non facta denunciatione in forma non habet expeditam actionem de euictione,hoc eſt, executoriam,eo ipſo quòd per ſententiam cōdemnatus & euictus eſt, ſed tenebitur probare fuiſſe euictionē iure factam, Fulg. in l.ex empto.§. emptorem,de act.emp.Apoſt. ad Alex.conſil.63. lib.6. Mod. in tract.uſur.q.89.nu.674. ad quod allegat tex.in l.ſi vendideris,in l.ſi non tamen, de euict.

L.Emptor) Hanc l. limita, ſi aliàs eſt notorium de *iuſtitia* euincentis,vel ſi emptor per viam actionis procedere velit aduerſus venditorem, & ſuſcipere in ſe onus probandi iuſtitiam euincentis,& ſibi fuiſſe venditam rem alienam, & hoc probato locus eſt in effectu euictioni, etiam ſi nec denunciatio, nec ſententia in præſentem proceſſerunt, per text.in l.emptorem, in prin.ibi, ſiue quia non manifeſtum fuit &c. de act. empt. ubi

Alb.

Source : BIU Cujas

Alb.ita tenet,dicens emptorem (& idem de alio quoq; in simili) posse bonam fidem agnoscere,adde bonos text. in l.si vendideris,& in l.non tamẽ, de euict. vbi etiam secuta euictione sine aliquo iudicio locus est actioni ex empto,licèt non sit locus stipulationi ad duplam,idem tenent Bald & Ang.in l.si cum quæstio.C.de euic.Ang.Pau.in l.atqui natura.§.cum me absente, de neg.gest.Vbi tamen Ang.inaduertenter errat,dũ dicit, emptorem posse agere ad duplam,quod est falsum,& contra tex.in d. l.si vendideris,eandẽ sniam tenet Fulg.in d.l.emptorem,in princip.Rom.in d.§.morte,& ibi Alex.col.pen.Alex.consi.67.lib.3. & consi.63.lib.6.Bellam.decis.698.incip.conclusio.col.2.vers. hinc est,Aufr.in addit.ad q.Tholos.407.ver.6.nisi. Soc.in l. 2.§. voluntatem,sol.mat.Ias.in l.si domus.§.de euictione, col. 2. de leg.j.Feli.in c.cum olim,col.7.de re iud.c.cum Bertol.col.11.eo. tit.Et hæc sententia in praxi seruatur.Aduertendũ ad huiusmodi limitationem, de emptore euicto, qui denũciationẽ omisit, & nunc vult suscipere onus probandi de iustitia euincentis, vt sanè debeat intelligi, quãdo non multum post euictionem differt agere contra auctorem,secus si diu distulerit,& medio tempore probatio,quam habere potuisset auctor deperierit,qñ dolus præsumitur contra eum, qui distulit agere,donec periit probatio rei conuenti, vt tradit Bal.consi.37.quidam tabellio,lib j. Afflic.decis.13.col.6.ver.nona coniectura,facit gl.in cle.sępe.§. & quia,ver.non obstante,ver.tertii dicunt. quam ibi sequuntur Cardi.Flor.Lanfr.de verb.sig.Mod.in consuet.Paris.§.44.q.9.

SVMMARIVM.

1 *Defensio an sit diuidua?*
2 *Tres emergentes quæst.explicantur.*
3 *Fundus filii venditur à patre,filius pro parte hæres.*
4 *Defensio an sit accessoria.*
5 *Tres incidentes quæst.examinantur.*
6 *Sex consideranda sunt pro resolutione qq.*
7 *Distinctio quædam bimembris accommoda.*
8 *An detur tertium membrum?*
9 *Quæstio vna in locatoris hæredibus.*

FVS defensionis.] Quæro venditor fundi obiit relictis quatuor hęredibus,Emptor Tertii vindicantis denunciat litem vni dictorum hæredum præsenti, eumq; in ius vocat, vt eam litem cessare faciat,sumptus præroget, defensiones ministret, iudiciumq; suscipiat.Reus ait se hęredem pro quarta parte tantũ, nec vltra teneri,nisi simul cum cohæredibus,& illis prius vocatis.Emptor replicat se adhuc esse in primo capite euictionis, in quo singuli hæredes insolidum tenentur.

1 An † reus teneatur insolidum defendere,suosq; (si velit) consortes suo sumptu vocare? Videtur q̃ sic, quia illo primo capite defendendi singuli tenẽtur insolidum, ergo quilibet eorum insolidum conueniri,& vrgeri potest.tex.in l.2. §.ex his, de verb. oblig.l.in executione.§.insolidum.l.cum ex causa, eo. tit.l.si rẽ. §.j.de euic.saluo recursu suo contra cohæredes.d.§.ex his.l.hæredes.§. an ea, fam. ercis. habita etiam dilatione ad eos vocandos sine præiudicio litis & obligationis, qua insolidum tenetur.l. fideicommissa.§.pen.de leg. 3. In cõtrarium videtur exceptio & oblatio rei valida triplici ratione. Prima, quia nullus text. dicit planè & simpliciter singulos hæredes venditoris insolidum teneri, aut vrgeri posse. Nulla lex vtitur signo distributiuo in hac specie,sed tantum signo vniuersali collectiuo, omnes, pluries repetito.d.§.insolidum.d.l.cum ex causa. d. l. si rem.§.ei qui. Secunda,quia hæc obligatio quamuis incipiat à solido, tamen desinit in partes singulas singulorum.d.l.in executione, in prin. & §.insolidum, & d. l. cum ex causa. Et sic hæc obligatio insolidũ videtur valde modificari, vt pote exiens in obligationem non solum diuiduam,sed actu diuisam.Igitur reus habet iustam causam petendi, vt prius cohæredes sumptu creditoris simul vocẽtur.Tertia,qa ad huiusmodi caput euictionis,scilicet, ad defensionem non videntur hæredes teneri tanquam singuli, sed collectiuè,quia tex.ait,q̃ cęteris(id est singulis) subsistere nihil prodest.d.l.cum ex causa.d.§.ei qui.Si ergo singuli non implent,ergo non tenentur vt singuli, aliàs solutione eius quod debetur, tolleretur obligatio,inst.quib.mo.tol.ob.in prin.Quòd si singulis præstare impossibile sit, igitur nulla singulorũ obligatio est. l.impossibilium,de reg.iur. Et ita in proposita specie q̃ hæredes non teneantur insolidum vt singuli,sed tantum collectiuè omnes simul,latè contendit & decidit Ruy.in l.4.§.Cato,num. 78. cum seq.de verb.oblig.Quid dicendum? Breuiter prima pars & communis sententia vera est.Probatur primò in iuribus prælegatis.Secundò, per locum ab absurdo, quia hæredes non sunt cohæredes collectiuè,sed distributiuè,nec vt vniuersi sed vt singuli,non enim faciunt corpus,nec collegium,& sic nõ possunt esse obligati vt vniuersi,sed vt singuli.Probatur tertiò per regulas communes iuris.l.ea quæ in partes diuidi non possunt, solida à singulis hæredibus debentur,de reg.iur.idem tex.in d.§.ex his,& in d.l.hæredes.§.an ea.Et sic non obstat prima ratio in cõtrarium allegata, quia etiam si non reperiatur tex. in indiuiduo de hæredibus venditoris,q̃ singuli teneantur defendere insolidũ,tñ sufficit hoc iure cautum in genere indiuiduorum. Quid? q̃ etiam in propria specie tex.est in d.§ in executione, in princ. capiendo tex.integrè,vt fieri debet.l.inciuile,de legib. Verba.n. à singulis hæredibus,posita in prima specie.d.l.referũtur ad oẽs species immediatè sub eadem periolo sequentes,vt certum est de secunda & tertia specie,ergo etiam de quarta,quæ exemplificat in hæredibus venditoris obligatis defendere emptorem.Ergo tex.est ibi,q̃ singuli ad hoc tenẽtur insolidum, & sub signo distributiuo,quo idem tex. in quatuor primis speciebus vniformiter,& sic in hoc indiuiduo vtitur.Et sic nõ est verum, q̃ nulla lex in hac specie vtatur signo distributiuo, sed tantum signo collectiuo, omnes. Præterea, quamuis dictio, omnes, in plurali regulariter sit collectiua,per Bar.in l.hoc articulo,de hęre.insti. in l.Moschis,in fi.de iur. fis. & in extrau.ad repri.in verb.omnis. Tñ hoc fallit propter materiã subiectam,vt in indiuiduis, quorum natura est,obligari singulos insolidum distributiuè.d.§. an ea.l ea quæ,de reg.iur.d.§.Cato.Soc.in l.3.in fi.de duob. reis, ibi, omnes tenentur,ideſt,singuli,& alibi passim pro materia subiecta.Et sic Rip.in d.§.Cato.nu. 77. ver. tertiò probatur,& Eguin. Baro in tract.diui.& indiui.lib.3.malè tenent,dictionem,oẽs,stare collectiuè in d.l.cum ex causa.Et in specie, q̃ in obligationibus indiuiduis dictio,omnes,in plurali stet distributiuè,tex. est in d.l.cum ex causa,in fi.ibi.omnes tenetur,quod idem text.exponit distributiuè ibi,vnusquisque pro parte hæreditaria.Adde tex.in d.§.Cato,vbi verba ab omnibus, exponuntur distributiuè, pro parte hæreditaria cuiusque. Minus obstat secunda ratio;quia obligatio euictionis est duplex non mixta,habet enim duo capita distincta,& subordinata,Mod.Paris.in tract. diui.& indiui.in prin.num.41. Primum indiuiduum. Secundum verò caput diuiduum,nec primum transit in fm,nec cum eo permiscetur,sed primo sufficiente euanescit secundum,& primo deficiente tunc secundum succedit.Non obstat. l.si rem.§ j.de euic. ibi,vna de euictione obligatio est, quia (vt tex.ostendit) loquit̃ de primo capite,scilicet,defendendi,quod dicitur vnũ quia oẽs distributiuè obligat insolidum,quemadmodum obligatio Correorum hoc respectu dicitur vna;quia singulis insolidum,& in singulos insolidum competit,non autem omnibus & collectiuè.l.j.in fi.de duob.reis.Minus obstat tertia ratio,quia sensus d. l. cum ex causa,ibi cæteris subsistere nihil prodest,nõ est,q̃ singuli implere non possint,sed q̃ si quidam ex singulis defendunt p partibus suis tantum, neq; sibi, neq; cohæredibus prosunt inuito actore;quia totum simul defendi debet, & non seorsim, nec per partes,secus si aliqui ex singulis,vel vnus etiam solus totam defensionem suscipiant;quia possunt,sibiq; & aliis vincẽdo prosunt,ideſt, implent & satisfaciunt huic primo capiti indiuiduo, tex.est in d.l.si rem.§.j.ibi, nullus tamen ex his &c. Ergo in singulis & possibilis,& prestabilis est obligatio,licèt (vt plurimum) facilior in omnibus simul,q̃ in vno seorsim, quod obligationẽ solidi singulorum non tollit.d.§.ex his,in fi. Et reiicienda est noua opinio Ruy. qui etiam parum sibi cõstat; quia nouam suam inuentionem limitat procedere, quando euictio debetur ex cã vẽditionis tñ,ex eo q̃ non fuisset quis partem empturus, secus ait si ex alia cã debeatur defensio. Sed certè etiam in aliis causis non esset quis communionem subiturus l.si quis aliam,de solu. l.si non sortem.§.si centum,de cond.ind. Immò etiam ex causa merè lucratiua,puta,siquis dedit domum, & de euictione promisit, & reliquit quatuor hæredes, singuli non minus tenentur defendere insolidum,q̃ hæredes venditoris,quia huiusmodi defensio in omni materia indiuidua est. Et sic vera est & tenenda cõmunis sententia gl.& Doct.vbiq;,vt gl.3 in d.l.si rem.§. Quãuis nouam hanc fantasiã Ruy.secuti sint Hier.Butig.in d.§.Cato.nu.155.& Zas.num.43.vbi errorem auget,dicẽdo q̃ omnes dempto vno non possunt solidum defendere,contra tex.rotũdum in d.l.si rem. §. j. vbi vnus solus potest solidum defendere, satisfacere,& omnes liberare.Fateor tamen, q̃ vnus insolidum conuentus non solum potest consortes vocare in idem iudicium,sed etiam dilationem obtinere ad hoc iudicium.l. fideicõmissa.§.pen.de leg.3.

Hic aduertendum in praxi,q̃ circa initium huius litis,seu recursus euictionis, tres † emergere possunt quæstiones. Prima, 2
an reus(uidelicet vnus hæredum denunciatus) teneatur de euictione vel non? Secunda, an teneatur in solidum defendere solus aliis non expectatis,vel dilatione lapsa cessantibus,aut recusantibus? Tertia,cuius cura & sumptu,an actoris,an rei, consortes illi vocandi sunt ? Prima quæstio emergens quamuis videat̃ præparatoria,tamen quia est præter,immò contra naturam euictionis,non spectat ad iudicem causæ principalis, & euictionis, in quantum talis,sed ad iudicem & forum rei,quia negando se obligatum,& teneri de euictione, tollit fundamentum iurisdictionis iudicis denunciantis, vel cuius auctoritate denunciari potest,nisi alias iudex sit rei,in cuius foro discutiendum,& iudicandum est,an teneatur de euictione,vel nõ. Secunda, & tertia

quæstiones

Source : BIU Cujas

Gaſpar. Caball. De Euictionibus.

quæſtiones tanquã præparatoriæ ſpectãt ad iudicem cauſæ principalis, vt & cognitio ipſius defenſionis, & vtriuſq; capitis euictionis, nõ obſtante quocunq; priuilegio fori etiam eccleſiaſtici.l.venditor,de iud.vbi Lancel.Dec.idem Bal.Pau.in auth.clericus.C.de epiſc.& cler.Ancha.in rep.c.ea quæ,col.25. de reg.iu. lib.6.Aufr.in repe.clem.j.de off.ord.reg.2.fall.5. Et hoc niſi reus tale priuilegium haberet, cuius vigore etiam cauſam principalem in vindicante intentatam auocare poſſet,& trahere ad ſuũ iudicem, vt in regno Franciæ Scolares publicarum Academiarum,Mod.Pariſ.in tract.diui.& indiui.par.2.num.464. Ad ſecũdam queſt.reſolutiuè dicendum q̃ ſic,ſub duabus modificationibus, quæ omnibus indiuiduis obligationibus cõmunes ſunt, & ſub vna tertia, quæ huic obligationi alium defendendi peculiaris eſt,videlicet,vt non ſit præciſa, niſi in quantum & quamdiu obligatus poteſt iuſtè defendere, & habet media & inſtrumenta,quæ præcisè tenetur edere. Secus quatenus ſibi impoſſibile,vel q̃ cito apparet defenſionẽ iniuſtam, quia tunc hæc obligatio indiuidua reſoluitur in quantitatem, vel æſtimationẽ diuiduam,& ſemper licitum eſt agnoſcere bonam fidem. Prima modificatio communis eſt, vt petenti dilationem ad ſuos conſortes vocandos oĩno danda ſit.l.fideicõmiſſa.§.pen.de leg.3. Secunda,vt ſi fatetur debitum, ſed ait ſe non poſſe,aut nõ tam cito præſtare,& hoc dicendi iuſtam cauſam habeat, moderanda eſt executio & iuriſdictio,tex.in l.ſi domus.§.in pecunia,de leg. j. qui loquitur etiam in diuiduis, & ſic multo fortius in indiuiduis. Confirmatur, quia etiam debitori contradictorio iudicio victo quadrimeſtre indulgetur.l.2.l.debitoribus,de re iudic. l.2. C.de viu.rei.iudi.Deinde q̃ cõmodius, & minori debitoris damno fieri debet executio.l.ait prætor.§.venditione,de re iud.Vnde nec curioſus creditor nec delicatus debitor audiẽdus.l.ſi ſeruo,in fi.de pign.act. Quemadmodum enim ſi lex iuſta & neceſſaria ſit,ſupplet prętor,quod legi deeſt,etiam ex parte actoris ad actionem dandam,vel ampliandam,tex.in l.quia actionem,de præſcript. verb.ita & ex parte rei pro qualitate perſonarum, & actio formatur,& condemnatio moderatur,inquit tex.in l.Põponius,in fi.de neg.geſt.l.nonnunquam,in fin.de iud.facit.l.Pædius,in fi.de incen.rui.& naufrag.l.aut facta, de pęn. l. vlti.in fin. act.& oblig.& in vſibus feud.in tit.hic fi.l.§.ad hoc, verſ. bonus tamẽ iudex variè &c.iuxta illud.Quod legibus omiſſum eſt, nõ omittatur religione iudicantis.l.quæſitum, in fi. de teſt. Ad tertiam quæſt.vñr omnes citandi ſolicitudine & impenſis emptoris,vel actoris,per tex.in d.l.in executione.§.inſolidum, ibi. Nã auctoris hæredes inſolidum denunciandi ſunt, non dicit hæredes venditoris,ſed auctoris, quod refertur ad ipſum agẽtem de euictione.Igitur denũciatio omnium hæredum eſt onus ipſius, & verbum hæredes,ſtat pro vniuerſali,vt pater ibi.Omnesq; debent ſubſiſtere,quod præſupponit oẽs denunciatos, & ſic ſumptu actoris.Secundò probatur in d.l.cum ex cauſa,ibi Venditoris hæredes inſolidum oẽs conueniendi ſunt, & gl. ibi exponit denunciandi. Sed agitur de denunciatione facienda ab actore, ergo ſumptu eius omnibus denunciari debet. Tertiò, per text. in d.l.ſi rem.§.j.de euict.ibi Omnibusque denunciari. Igitur per emptorem de quo tex.loquitur,quia vnus hæredum venditoris non denunciaret ſibimetipſi,nec omnibus,& ſic illa verba,omnibus denunciari,non adaptatur niſi diligentiæ emptoris.Quarto probatur ponderando verba vltima.d.§.ſi ei, ibi. Rectęq; cũ cæteris agam.loquitur enim de emptore, ergo ipſemet cæteris denunciauit,aliàs videtur, q̃ non poſſet recta contra eos agere. In contrarium q̃ ſumptu & ſolicitudine rei, quia aliàs hæredes venditoris non tenerentur ſinguli inſolidum in effectu, niſi in ſubſidium,videlicet,aliis prius vocatis,& deficiẽtibus, quod eſt abſurdum;quia obligatio defendẽdi vt indiuidua ſingulos obligat inſolidum.Tum ſumptus fieri debet per eum,qui petit actũ fieri,& cuius bono fit,vt per Bald. in l.generaliter.§.ijſdem præſentibus.C.de iureiur.Gem.Fran.in c.præſentium,col.6. de teſt. lib.6.Bar.& Alex.in l. cum ſeruus, de verb.oblig. Sed dum emptor vnum ſolum vtpotè potiorem hæredum vrget, vt poteſt, ſi iſte velit ſuos quoq; conſortes vocari, hoc ſuo bono & commodo petit,ergo ſuo ſumptu,& ſua cura faciat. Secundò probatur per tex.in l.fideicommiſſa.§.fin.de leg.3. quem diligẽter expendunt Mod.Pariſ.in tract.diui.& indiui. part. 2. nu.469.cum ſeq.Quid dicendum? Veritas eſt, q̃ vt mero iure ſinguli hæredũ ſunt ad defenſionem obligati inſolidũ,ita mero iure procedit libellus contra vnum ſolum eorum. Aut ergo vnus inſolidum conuentus non allegauit conſortes denunciandos, nec eis denunciauit,vel ab hoc cępto deſtitit,& ſolus litem ſuſcepit,& inſolidum defendit, ſiue vna cum denunciante contra vindicantem,ſiue ſolus denunciante feriato & à lite exempto, iuxt.not. in l.2.C.vbi in rem act.& procedit iudicium, quod in totum p̃deſt & nocet denunciato etiam extra litem, & telam inſtantiæ poſito.Si enim vincit,quia abſoluitur,prodeſt denunciãti,& ex cõſequenti neceſſariò ſuis conſortibus, qui remanent in tuto. Si autem vincitur,hoc omnino nocet denuncianti,ſed non cõſortibus ſuis,qui non ſunt debitè denunciati,nec vocati. Et tũc aut iſte ſe ſolum hęredem auctoris dixit,vel ſimpliciter & inſolidum ſe liti obtulit,& inſolidum tenetur, eodemq; iudicio ex ſecundo capite euictionis ad damna & intereſſe condẽnari debet erga emptorem,vel ſimilem de euictione agẽtem. Quamuis enim initio non teneretur ad hoc ſecundum caput,niſi pro parte ſua,tamen facto ſuo in totum ſeſe obligauit.Aut vero de nũtiãti dixit,ſe cohæredes habere,nec velle obligari ad ſecũdũ caput euictionis vltra partem ſuam, vel de hoc ante litem conteſtatam denuncianti poteſtatus eſt,& tunc reſpectu victoris ſolus inſolidum (prout condemnatus eſt) tenetur, reſpectu verò denunciantis non tenetur,niſi pro parte hæreditaria, tex.in d.l. in executione,in fi.prin.& §.inſolidum,& ſibi denunciator imputet,qui non omnibus denunciauit. Emptor ergo, vel ſimilis, qui ſatis confidit de denunciato quantum ad ipſam defenſionem,ſi timet vinci, curare debet omnes conſortes vocari. Debet ergo hoc caſu ſuo ſumptu eos vocare, vt in euentum cauſæ prædictæ ſimul omnes eodem iudicio erga ſe condemnentur. Et pariter ſi denunciatus non indiget diligentia, & auxilio conſortum in defendendo,ſed non eſt certus de victoria,debet cõſortes vocare, vt in caſum contrarium ſimul ſecum condẽnentur,& ad refundendum pro partibus ſuis ſumptus,quos iſte prę rogauit.Et multo fortius ſi ſentit ſe imparem,& grauari omniũ ſumptuum & laborum prærogatione. Et hoc caſu certum eſt, q̃ ſaltem poſt litem conteſtatam debet ſumptu ſuo conſortes denunciare,& vocare. Immò etiam ante litem conteſtatam in caſibus in quibus æquitas ſuggerit emptorem non teneri alios vocare, vt mox dicetur. Quandoq; verò neq; alter neque reus curant conſortes rei ſumptibus ſuis vocare, ſed reus inſiſtit ſe habere cohæredes prius denunciandos, & citandos, quàm teneatur ſolus procedere,non eſt abſolutè reſpõdendum, ſed ex bono & æquo.Aut ergo omnes conſortes, quos reus (vt tenẽt) & eorũ domicilia deſignet, ſunt in eadem ciuitate, vel prouincia,nec incommodę conuentionis, & tenetur emptor (& idem de aliis de euictione agentib.) ſuo ſumptu & diligentia eos denunciare,& in ius vocare,& ſemel vocaſſe,& cõtumaciã ſemel accuſaſſe ſufficit ad omnes prædictos effectus.Et commodæ cõuentionis dixi,quia ſi vnus hæredum prodigus, vel hebes curatore indigeat,vel obierit relictis pupillis, cui vel quibus non eſt promptum de certo tutore, vel curatore prouidere, non tenẽt emptor curare,vt cum effectu tutor vel curator detur,cum habeat alium idoneum hęredem,quem cogere poteſt ſolidam defenſionem ſuſcipere,qui etiam in euentum cauſæ perditæ non tenebitur ei,niſi pro parte hæreditaria,vt & alii denunciati. Idẽ in aliis exemplis incommodæ conuentionis.Ideo ſi emptor velit dictos quoq; tutore indigentes pro parte hæreditaria ſimul condemnari,debet ſine retardatione defenſionis ſolidæ per prę ſentem ſubeundæ,curare tutorem dari, & ei denunciare. Amplio etiam ſi denunciatus ſit hæres pro maiori parte & magis idoneus; quia ſemper emptoris intereſt reliquos vocari,immò ſi magis id poſſit,quàm hæres pręſens ad hoc tenetur,vt innuũt iura ſupra allegata.Aut verò quidam abſunt extra prouinciam, & emptor non tenetur eos etiam ſibi deſignatos vocare,niſi vt conſequatur commodum, de quo nuper,ſed tãtum habebit dilationem ad eos vocãdos,& ita intelligitur.§.ſi in opere.l. 2. de leg.3.Fallit,ſi hæres præſens eſt hæres tantum in ſextante,vel minima parte,& alius in beſſe,vel dextante, qui etiã eſt inſtructus de ſpectantibus ad defenſionem, & omnia inſtrumenta habet in poteſtate ſua,abeſt in alia prouincia non hinc remota; quia emptor poſſit contra eum experiri,tunc ſi hæres præſens,penès quem non eſt facultas inſtrumentorum,& defenſionum, iuſtã habet cauſam petendi,vt emptor illi prius denunciet. Et hoc caſu boni iudicis eſt arbitrari præſentem non eſſe in mora,ſed cohęredem prius ſumptu denunciantis vocandũ,& hoc caſu non procedit, ſed limitatur deciſio.d.§.ſi in opere,per iura allegata ſupra,quibus adde.l.mora,de uſur. vbi an & quando verus debitor ſit in mora iudicis eſt examinare.Ad hoc etiam text. in l.cũ in plures. §. inſtrumenta, loca. vbi Dominus habens directam actionem ex locato cum fullone,qua mero iure & cum effectu agere poteſt,tamen ſi non minus agere poteſt contra furem,& magis agere quàm pauper fullo, qui induſtriam ſuam litigando perderet,cogitur Dominus iudicis officio contra furem agere,& ab eo res ſuas conſequi,& hoc ex illa ęquitate,qua habens plures actiones, vel plura remedia cogitur eligere viam minus oneroſam, & per qnam inſpecta vtriuſq; partis vtilitate negocium commodius expeditur.l.prima, & ibi Paul. ſi quis caut.l. cum Stichus, in fi. ibi. Quatenus & commodius promiſſoribus ſtipulatoribusque eſt,de ſolut.l.ſi cum dotem.§. eo autem tempore, verſic.ideoque officium,ſolut.matri.§.vlti. inſti.de dona. l.Dominus,in fin.de condi.ind. Et eligenda via per quam multæ quæſtiones facilius dirimuntur.l.j.§.ſi hæres,ad Treb.facit.l.ſi rem tibi,in princ. de præſ. ver. j. §.item ſiquid de ſepa. bon.facit etiam regula de qua in l.j.§.denique,& ibi gl.& omnes, de aqua plu.arc.gl.in cap.precariæ.10.q.2. Alb. Pau.l. fluminum,in fi.de dam.infec. Iaſ.rep.l.quominus,col.14.de flu.Mod.Pariſ.in trac. diui.& indiui.q.9.par.2.

3 Pater † nomine ſuo vendidit fundum defunctæ vxoris, & obiit

obiit relictis filio ex prima uxore,& filia ex ſecunda hæredibus, filius vindicat fundum ab emptore, qui excipit agentem teneri de euictione,& ſic inadmiſſibilem.l.vindicantem,de euict.Et inſuper ei & eius ſorori,cuique inſolidum denunciat,& contra vtrunque concludit,vt quilibet inſolidum tanquam hęres venditoris teneatur facere cum effectu ceſſare vindicationem illā, ſeque inſolidum defendere,ſumptus,& probationes, & productiones facere.Filius inquantum eſt actor replicat, & inquantū reus excipit,ſe non eſſe hæredem,niſi pro dimidia, pro qua cedit intentioni actoris,& abſtinet à vindicando, perſiſtens in libello pro alia dimidia tantum, pro qua non eſt hæres. Emptor reſpectiuè triplicat & replicat filium teneri inſolidum ſatisfacere dictæ denunciationi,& inſolidum defendere, & ſic in totum abſtinere à vindicando, nec admiſſibilem eſſe ad defendēdum pro parte tantùm. Quid iuris? Et prima facie videtur emptor cauſa ſuperior;quia certum eſt hanc obligationem defendendi indiuiduam eſſe, & præciſam in eo, qui habet facultatem, & quemlibet hæredum obligare inſolidum, ſaltem quatenus facultatem habet ſolidum defendendi,vel faciendi habere licere pro ſolido, etiam ſi eſſent decem hæredes, multo fortius cum iſte actor ſit hæres pro dimidia, & inſuper pro reliquo & ſolido facultatem habens.Et ita nonnulli Doct.cenſuerunt,& in quæſtione occurrenti conſuluerunt. Et ita de facto bis iudicatum Senis,vt ſe vidiſſe teſtatur Soc.in l.4.§.vlt.ad fi.de verbo. oblig. In contrarium tex.eſt rotundus in l.cum à matre.C.de rei vind. Vbi filius hæres parentis venditoris non repellitur à vindicando, niſi pro qua parte hæres eſt, per quem tex.viſum eſt multis præcellentibus Doct. obligationem defendendi etiam in hæredibus venditoris eſſe diuiduam,immò etiam actu diuiſam,alias non poſſet hic filius vindicare in aliquo,quia qui tenetur defendere inſolidum,multo magis tenetur abſtinere ab offendendo in aliquo,& qui tenetur cōtra alios defendere inſolidum,multo fortius contra ſeipſum.l.frater à fratre.§.porrò,de condi.ind. Quid dicendum? Alcia.in d.§.Cato,num.155.in paruis & ibi Lā cel. Galiau.defendendo communem ſententiam, ꝙ obligatio defendendi (maximè in venditione) ſit indiuidua, dicunt ꝙ in d.l.cum à matre,nulla erat obligatio defendendi, nulla obligatio euictionis,quia emptor ſcienter emerat rem alienam,vt expreſsè ait tex.ibi.Scienter comparaſſe,& ſic nō debetur euictio. l.ſi fundum ſciens. C. de euict. Vnde non mirum ſi filius hæres pro parte,& ſic ratificans pro parte hæreditaria, & vindicans ꝓ alia parte non repellitur exceptione euictionis,vel defenſionis, quæ eo caſu non debetur.Et ſic cēſent, ꝙ ſi defenſio deberetur, puta ſi emptor ſtipulatus eſſet,vt in d.l.ſi fundum ſciens, in l. ſi fratres,in prin.C.commu.vtriuſque iud.vel bona fide emiſſe, ꝙ tunc filius,vel Dominus hæres venditoris in decima,vel minima parte repelleretur in totum à vindicando,& ſic in effectu teneretur approbare venditionem inſolidum, & defendere inſolidum. Et ſic quòd bene iudicatum fuit Senis contra filium vindicantem pro parte, qua non erat hæres. Et dicunt quòd Socin. in dicto §.vlt.in fin. & Ruy.in dicto §.Cato,errant, dum putant dictos iudices Senenſes erraſſe.At Maria.Soc.Iun in d.§. Cato,num. 221. Nouiſſimos reprehendens (Alciat. intelligit) Dominum ſuum (hoc eſt) Barth. Soc.patruum ſuum, & Carol. Ruynum tuetur,& cēſet malè Senis iudicatum per aliam rationem,videlicet,ꝙ obligatio defendendi etiam in venditione diuidua eſt,& dicit non obſtare, ꝙ d. l.cum à matre, loquatur de emptore ſciente,quia contingentia facti eſt,& habet locum. d. l.etiam in emptore bonę fidei ignorante,vt etiam ibi tenent gl. Bald.Saly.Pau. & in hoc bene dicit. Et hæc ſententia valde procliuis eſt, & facilis tenendo dari obligationem defendendi diuiduam eſſe.Sed tenendo eſſe indiuiduam, magnus labor, ingens difficultas eſt ad reſpondēdum.d.l.cum a matre, quia reſtringere illam ad contingentiam facti de emptore ſciente,nec valente agere de euictione,non congruit menti legum, nec communi ſententiæ.Barth.Soc.in d.§.vlt. conatur aliter duobus modis ſoluere. Primò, faciendo differentiam inter defenſionem, ad quam ex natura contractus tenetur venditor, & conſequenter eius hæredes,vt hæc obligatio ſit diuidua,& ita procedat. d.l.cū à matre, & inter defenſionē ſpecialiter, & expreſsè promiſſam in contractu,vt hæc ſit indiuidua,& ita procedant dictæ ſententiæ bis latæ Senis,per tex.in l.cum ex cauſa,de verbo. oblig.quæ loquitur in defenſione debita ex cōtractu ſtipulationis, in text. ibi.Duplæ ſtipulationis. Sed hæc ſolutio non valet, nec probatur in d. l. cum ex cauſa, vbi ſtipulatio duplæ non implicat expreſſam nec meram promiſſionem defenſionis, & tantùm valet tacita obligatio ex natura contractus,quātùm expreſſa cautio.l.cum quid,ſi cert. petat. præſertim in contractibus bonæ fidei.l.quia tantum,de neg. geſt. Immò hæc euaſio eſt contra tex. in l.ſi rem quæ §.ſi ei qui, de euict.vbi probatur, obligationem defendendi eſſe indiuiduam ex ſimplici natura contractus circunſcripta omni promiſſione euictionis, vel duplæ. Ideo Soci. non perſiſtit in hac euaſione, ſed reprobando dictas ſententias Senenſes tranſit ad aliam ſolutionem,videlicet,ſtando generaliter & indiſtinctè contrario.d.l.cum à matre, vt Dominus hæres venditoris non impediatur à vindicando pro qua parte eſt hæres. Et ad obiectionem de indiuiduitate defenſionis faretur illam,ſed ait, quòd clauſula, vel obligatio defenſionis venit acceſſoriè ad fortificationem contractus,ſicut ſtipulatio pœnalis & de euictione. Sicut permittitur filio hæredi in parte venire contra factum defuncti,pro qua parte non eſt hęres, ita permittitur ei denegare defenſionem pro eadem parte. Quemadmodum filius hęres vnicus poteſt inofficioſam patris donationem reuocare non obſtantib. clauſulis quibuſuis pœnæ euictionis, & aliis acceſſoriis,glo.in l.ſi patronus.§.patronum,verb. Fauiana,ſi quid in frau.pat.Mod.Pariſ.in l.j §.ſi quis ita, num. 117.de verb.obl. Hæc ſolutio valde plauſibilis eſt, ſed cuncta penitius inſpiciendo,plures incidentes quæſtiones ſimul occurrūt, & illa imprimis excutienda.

4 An † in vēditione obligatio defendēdi ſit acceſſoria? Quod videtur. Primò, quia defenſio non eſt propter ſe, ſed propter retentionem,poſſeſſionem,& fruitionem rei vēditæ, quæ principaliter debetur, & diuidua eſt, & ſic non mirum ſi obligatione principali diuiſa, vel reſciſſa in parte, diuidatur & reſcindatur obligatio defenſionis,vt acceſſoria, quia non eſt propter ſe,ſed propter aliud. Secundò, quia cedit rei iudicatæ,& veritati derectæ, quod etiam pro parte vſu venire poteſt, vt quotidie contingit. Tertios vindicantes pro parte vincere, & emptores pro reſiduo abſolui.In contrarium arguitur, quòd obligatio defendendi ſit principalis,immò principalior,quia,vt eſt primum caput euictionis,ita eſt primæua obligatio, qua tenetur vēditor emptori Obligatio verò ad intereſſe,& reſtitutionē pretii cum non ſuccedat,niſi in prioris defectum, ſecundaria eſt, & potius videtur acceſſoria,illa verò principalis vt primaria,immò principalior,vt principaliter intenta, tantum abeſt,vt ſit acceſſoria. Secundo, quia obligatio defendēdi reſpicit traditionem ipſam rei vēditæ,& ipſum habere licere,quod eſt principale intētum, & finalis cauſa conditionis & emptionis. Non eſt ergo acceſſoria,ſed principalis,vt non ſecundaria,ſed primaria obligatio.Et hæc ueritas.Non obſtant obiecta, quia dicere, ꝙ nō eſt propter ſe,ſed proptor retentionem,non eſt aliud quàm dicere, ꝙ non eſt,vt perpetuò lis duret,ſed quàm citius & efficacius fiat,ut emptori habere liceat pacificè, quæ eſt principalis & primaria obligatio,& finalis intentio uenditionis l.3.in princ. de act. empt l. ſeruus.l.habere licere,de euict. l.2. C.eod. Quod autem ſecundò obiicitur,cedere rei iudicatæ, non eſt aliud quàm ad æſtimationem,uel intereſſe ſubſidiariè reſolui, quādo debitū ipſum principale præſtari nequit, quod non ob id acceſſorium eſt,uel ſub ſidiarium,ſed potius è conuerſo.Non enim defenſio ſubordinatur damnis & intereſſe,ſed potius damna & intereſſe ſubordinātur defenſioni.Quorſum ergo ſecūda ſolutio illa Soc.Certè ſententia eius uera eſt,ſed per aliam rationem.

5 Quare cuncta rimando dependet à tribus † aliis incidētibus quæſtionibus. Prima, an hæc obligatio defendendi ſit præciſa? Secunda,cur ſit indiuidua,cum pro parte fieri poſſit? Tertia, de prouiſionali executione,& eius effectum? Et hæc ultima omnibus aduſque Scrib.penitus ignota fuit. Et (omiſſis ambagibus) primam quæſtionem dicendum breuiter, ꝙ eſt præciſa nō abſolutè,ſed ita ſi uenditor,uel quiuis debitor habet, & quatenus habet facultatem defendendi, ut de actione ex empto ad habēdum tradunt glo.Bart.Bald.Pau.in l.j.in princ. de act. empt.Fab. Ang.Aret.Ial.§.actionum,inſtit.de act.quæ facultas intelligitur ex bona fide & æquitate vnà cum præceptis ciuilibus & prætoriis.l.bona fides,depoſ.vbi tex. eſt in fortiori. Quid enim magis præciſa reſtitutione depoſiti?l.pen.C.depoſ. Si igitur temperatur d.l.bona fides,quāto magis actio ex empto.Et nihil tam præciſum,quin recipiat moderationem.l.licet autem, de arb. Alex. conſi.80.num.15.lib.j.conſ.36.num.10.lib.4.Fel.c.2.col 8. & ibi Dec.num.7.& Rip.ad fi.de reſcrip.Ial.l.j.col.2.de iuriuſd.om.iudi.l.ſtipulatus ſum Damam.l.liber homo,in princ.de verb. obl. Poteſt ergo vēditor,vel eius hæres præcisè cogi emptorem defendere,vt etiam nominatim volunt Ial.Zaſi in l.4.§.ſi is qui duplum,de verb.obli.ſed ita ſi habet facultatem,vt bona fides exigit,ſcilicet,ex cauſis veris & iuſtis,& per legitimas probationes, non per mendacia,vel cauillationes. Et ita vt liceat agnoſcere bonam fidem,& cedere liti,ſi vendens iuſtè agit.l. quoties. §. ſicut,de admini.tut.& in emptione text.in l.emptorem in princ. ibi, ſiue defendat, ſiue non,quia manifeſtum fuit,de act.empt. glo.& Doct.in l.ſi cum quæſtio.C.de euictio.facit tex.in l.nepos Proculo.de verb.ſig & bonus tex.in l.hæc ſtipulatio.iud.ſol.vbi ſtipulatio defendendi reſoluitur & extinguitur ſimul,atque defendi debere deſierit. Sed quamprimum cauſa apparet iniuſta, deſiit debere defendi.l.non eſt ignotum,iun.l.vlt.§. omnem.C. de admi.tut.¶ Ad ſecundam quæſtionem dicendum, ꝙ eſt indiuidua non ſolum propter bonam fidem,& quia aliàs nō probè defenditur,quæ ratio ſola non concluderet indiuiduitatem, ſed inſuper quia hæc obligatio reſpicit vnicam,& integram totius controuerſiæ defenſionem,quaſi certam quandam formā, vt in l.ſi is qui quadringenta.§.quædam, ad l. Falc. Et ſic ꝙ non ſit indiuidua ex neceſſitate, vt ſeruitus prædialis, ideo recipiat

diuiſio-

diuiſionem abſolutam ex parte actoris, & ex parte rei recipiat modificationes, de quibus ſupra. ¶ Ad tertiam quæſtionem (qa vix intelligitur, niſi ab exercitatis in praxi forenſi) ponã caſum in terminis. Fac hunc filium prætendere ius ex donatione patroni retento vſufructu facta, cui frater ſucceſſit à quo emptor emit, cum eſſet nepotis, qui vindicando nondum docet de donatione patrui, ſed indiget teſtibus, vel comparatione literarum, aut aliis documentis longioris inquiſitionis. Reus autem emptor promptè docet de venditione, & actorem venditoris hæredem in ſemiſſe obligatum inſolidum ad totius defenſionem quocunq; vindicãte, & petit ſaltem prouiſionaliter ſuum inſtrumẽtum exequi, & obſeruari, & ſic ſilentium imponi actori. quem hodie conſtat inſolidum teneri reum defendere, ſed de mediis actoris non conſtat. Videtur ergo actor interim à limine iudicii repellendus, & ſic in perpetuum, quia non poteſt docere de iure prætenſo, niſi prius admittatur ad agendum à quo prouiſionaliter repellitur. Et hæc q. faceſcit negocium. Ad
6 omnem † ſcrupulum amoliendum, & omnes inueteratas nebulas diſcutiendas, ſex ſimul conſideranda ſunt. Primum, ꝙ hæc obligatio defendendi deſcendens in ſingulos hæredes inſolidum, non deſcendit in eos, niſi ſub expreſſa contemplatione partium, in quas debet reſolui & diuidi, tex. in l. in executione. §. inſolidum. l. cum ex cauſa, de verbo. oblig. l. ſi rem quæ. §. j. de euict. Ita ꝙ quamuis vnus ſolus hæredum comparens teneatur defendere inſolidum, id eſt totam cauſam, non tamen tenetur defendere tanquam hæres inſolidum, ſed tanquam hæres in tali parte cum denũciantis cohæredibus pro talibus partibus, ſub ſpe diuidendi exitum litis in eaſdem partes, per iura prædicta. Tum in venditione tria ſubordinata veniunt, primò traditio, ſecundò defenſio, tertiò refuſio pretii & intereſſe. Cum ergo defenſio ſtet inter duo extrema diuidua, non eſt tam pręcisè indiuidua, quin etiam ex parte debitoris ex bono & æquo diuidatur. Secundum, ꝙ creditor non debet eſſe tam oneroſus, vt ab eodem poſt implementum plus exigat, quàm exacturus fuiſſet ante implementum. l. ſi ſeruus, in fi. de pig. act. & ne durius agatur cum parente, quàm cum nullo modo implente. Sed ſi venditor etiam poſt totum pretium receptum nunquam tradidiſſet, verus Dominus ei ſuccedens in ſemiſſe non teneretur ad aliud, quàm ad traditionem dimidiæ partis fundi duntaxat, & nullo modo ad reliquam partem, pro qua emptor non poſſet agere, niſi contra alterum hæredum, quem filius nullo modo teneretur defendere, nec pro eo quicquam facere, nec ſumptum, aut periculum litis in totum, vel in parte ſubire, ſed traditione partis pro ſua parte hæreditaria liberatus eſſet in omnibus. Igitur non debet eſſe deterioris cõditionis, nec cum eo durius agi dẽt ex eo, ꝙ defunctus traditionẽ rei non ſuæ prerogando hũc verum Dominũ materius & poſſeſſione & fructibus ſpoliare, præſertim cum hoc ceſſerit commodo emptoris, qui proinde non debet durius, ſed potius mitius cum vero Domino damnũ paſſo agere. Tertium conſiderandum, ꝙ ſiue vnus hęredum vẽditoris nõ tenetur in aliquo defendere emptorem in cauſa iniuſta, ſiue cõtra verum Dominum iuſtè vindicantem. l. emptorem, in princip. de act. emp. l. ſi cum quæſtio. C. de euict. ita nec cõtra ſeipſum, in quantum tertius eſt & extraneus. l. an vitium. §. ex facto, ibi. Quia in extranei locum ſucceſſit, de diuer. & tem. præſcr. vbi tex. loquitur in fortioribus terminis, videlicet, in eo, qui eſt hæres inſolidum, ſed habet ius ab extraneo, & non à defuncto. Quanto maior æquitas in eo, qui eſt hæres in parte tantùm, & pro eadẽ parte confundit ius, quod habet aliunde. Quantum, iſte poteſt iuſtè dicere emptori, cape confuſionem, ſeu remiſſionem partis meæ pro mea parte hæreditaria, & eſto de me contentus, aut redde mihi totum fundum meum, & accipe reſtitutionẽ totius pretii & intereſſe, cedendo mihi actiones tuas contra cohæredes meos pro partibus eorum. Certum eſt, emptorem non poſſe hæc iuſtè recuſare, igitur non poteſt quid vlterius exigere. Igitur acceptando confuſionem dictæ partis à filio non poteſt eundem cogere, vt ſe porrò defendat ab aliis partibus, quas conſtat in effectu ſpectare ad onus aliorum hæredũ, & non ad onus actoris à quo in effectu vtrunque exigeretur, videlicet, traditio & euictio, quod eſt iniquum. Debet enim altero contentum eſſe. l. apud Plautium. §. Labeo, de do. ma. excep. l. ſi duo. §. item ſi duo, ſi quis caut. l. pater. §. ſi mulier, de pac. dotal. Quintum, debet eſſe differentia inter hæredem vnicum, & inter hæredem in parte, etiam in indiuiduis. Sed ſi dictæ ſententiæ Senenſes haberent locum, verus Dominus hæres venditoris in decima parte tantum grauaretur, quantum ſi eſſet hæres inſolidum, & tantum ab eo exigeretur, quantum ab omnibus hæredibus, quod eſt abſurdum; quia iura volunt in effectu hoc oneris inter ſingulos hæredes pro portionibus eorum diuidi. Tum palam eſt, quòd hoc caſu emptor non certat de defendendo cauſam iuſtam, vel dubiam, ſed de lucrando cauſam ſuam iniuſtam reſpectu veri Domini iuſtè agentis omiſſis cohæredibus pro eorum portionibus, ad quos hoc oneris & periculi ſpectat. Sextus, hæc ſubtilitas defenſionis indiuiduæ, & proinde à ſingulis hæredibus inſolidum debitæ, non eſt à iure inuenta, nec introducta, niſi vt commodius negocium expediatur, & obligationi euictionis citius, & melius ſatisfiat, tam ex parte debitorum, quàm creditoris. l. cum Stichus, in fi. de ſolut. Non autem vt alteruter damnificetur, nec vt emptor aliquem ſupergrediatur, ſed ex bono & æquo, alioqui ſub auctoritate iuris ſcientiæ contingeret pernitioſè errare. l. ſi ſeruum §. ſequitur, in fi. de verb. oblig. Tum hęc pręciſa indiuiduitas in ſingulos hæredes non reperitur à iure introducta, niſi in ea qualitate hæredũ, non autem ſi aliunde haberent ius ex perſona ſua, quo caſu aliter ſtatuitur. d. l. cum à matre, & in l. an vitium. §. ex facto, de diuerſ. & temp. præſcrip. l. rem alienam. §. non eſt idem, de pig act. Vnde de mente iuris rigor defendendi inſolidum à ſingulis hęredum venditoris, vel alterius ad hoc obligati, procedit in hæredibus, qui non habent aliud ius in re, quàm hæreditarium, & quando adeundo tantum incidunt in eam obligationem, non ſatisfaciẽdo per hoc obligationi in aliquo, ſecus quatenus vnus adeundo hæreditatem ſatisfaciat obligationi, ita quòd principium obligandi eſt etiam principium obligationis implendæ in parte, vt in Domino hærede in parte. Non obſtat ſcrupulus quæſtionis tertiæ de inſtrumento emptionis garantigio. vel cũ clauſula in forma Camerę prouiſionaliter exequendo. Vt enim omittam non eſſe locum ſummariæ & exequutoriæ prouiſioni quando principale decidi poteſt. l. vn. vbi Alber. C. de oper. no. nunc. l. hęc autem, in princip. quib. ex cau. in poſ. ea. Dico, ꝙ etiam ſi principale nondum liquidari poſſit, tamen non habet locum prouiſio, quãdo per eam abſorberetur principale, vt hic. Tunc nemo tenetur relinquere ius ſuum indefenſum. l. illud, de pet. hære. Tum diſtinguendæ ſunt qualitates, quæ hic ſunt ſubſtantiales. Actor enim verè eſt hæres pro media tantum, & extraneus pro alia dimidia. Et hæc ſunt non ſolum ſeparabilia, immò etiam prorſus ſeparata. Vt ergo pro qua parte eſt hæres repellitur, ita pro qua parte extraneus eſt admittitur, nec hoc reſpectu tenetur emptorem defendere. Et cum vna pars ſit ab altera prorſus ſeparata, ex ſepatatis non fit illatio. l. fi. de calum. Tum in quantum eſt hæres non modo prouiſionaliter, ſed etiã diffinitiuè ſatisfacit cedendo liti pro hac parte, & perdendo dominium & omne ius ſuum pro eadem parte ex eo ſolo, quòd eſt hæres ſatisfacit, & ſeſe liberat ab omni obligatione, qua tenetur vt hęres, & ſic ſolutione eius quod debetur ſublata eſt omnis obligatio, etiam defendendi inde dependens. Non obſtat, ꝙ etiam ſi in parte tantum ſit hæres, tenetur defendere totum contra extraneum, ergo contra ſe, in quantum eſt extraneus, quia verum eſt, niſi hic hæres obligationi hæreditariæ ſatisfecerit, & emptor obligationem defendendi diuiſerit, immò totius rei perceptione conſumpſerit in ea parte. Hæc enim obligatio diuidua eſt ex parte creditoris, & ſic nõ ſolum liberaliter ab eo pro parte, vel reſpectu vnius hæredum remitti poteſt, ſed etiam multo fortius conſumi in parte perceptione partis.

7 Aut † ergo emptor non vult diuidere, nec aliquid percipere', vel retinere pro parte, ſed offert totum fundum reſtituere reddito toto pretio & intereſſe, & non eſt locus obligationi diuiſionis, quæ vnà cum contractu principali reſoluitur, ſed eſt locus reſolutioni, in qua poteſt Dominus fundi contra cohæredes pro partibus eorum agere, vt refundant pro partibus ſuis, pro quibus nec implent contractum, nec implere poſſunt. Poteſt etiam totum refundere emptori; quia tunc cedet ei actiones quales cõtra alios hæredes habet, nec ad aliud tenetur. Aut verò emptor vult vti diuiſione actionis, quam facit actor inſtituendo litem, & ſibi acceptare & acquirere confuſionem iuris actoris pro parte, quam actor offert, & per neceſſarium conſequens actionem ſuam ex empto, & quicquid inde pendet diuidere, ſeu pro hac parte extinguere eiuſdem partis perceptione, & ſibi imputet, quia iam non poterit vti ſua actione, nec aliquo iure inde defendẽdi contra actorem, cuius reſpectu illam remiſit, diuiſit, & extinxit, ſed tantum pro reſiduo contra cohæredem actoris, vel ſi actor habet plures cohæredes, aget emptor contra ſingulos eorum inſolidum ad defenſionẽ totius reſidui.

8 Quod ſi dicas eſſe † tertium aliud membrum, videlicet, quãdiu dubium eſt, & litigatur de iure actoris, quod ius emptor neget, & tamen nec refutat, nec acceptat confuſionem pro parte hęreditaria actoris, ſed forſan expreſsè proteſtatur, ꝙ non vult partem fundi, ſed potius à toto contractu diſcedere, & interim vult actorem excludere à toto, quaſi obligatum ad ſolidam defenſionem. Reſpõdeo ineſſe tacitam cauillationem, quam per explicationem inuolucri retego, quia perinde eſt, ac ſi emptor explicatè diceret actori, nolo diuidere, ſed volo totum fundum retinere, ſi fuerit defuncti, vel totum tibi reddere, ſi tuus ſit, & tamen nolo te admitti ad probandum. Quemadmodum enim expreſsè, vel tacitè acceptando abſolutionem à cauſa, vel inſtantia pro parte, qua actor hæres eſt, diuidit (vt tunc diuidere tenetur) defenſionem, & admittit actorem ad agendum pro reliquis partibus, pro quibus non eſt hęres, ita refutando abſolutionem partis, admittit actorem ad agendum pro toto, & ſic vtroque caſu debet actor admirti ad probandum, nec poteſt in totum repelli, cum totum non ſit hæres. Tum omnia iura, &

ipſa

Source : BIU Cujas

ipſa naturalis iuſtitia volũt differentiam eſſe inter hæredem inſolidum & hæredem pro parte.

9 Quidam † locauit domum ad nouem annos, ſed non erat Dominus, & paulo poſt obiit relictis quatuor hæredibus, quorum vnus eſt Dominus domus, qui agit contra inquilinum, vt prododrante exeat. Reus denunciat ſingulis hæredibus inſolidum, etiam ipſi actori. Certè locator tenetur non ſolum præſtare patientiam vtendi fruendi toto tempore locationis, ſed etiã defendere non ſolum à ſuis, ſed etiam ab extraneis, ſaltem quos prohibere poteſt. l. ſi quis domum. in princ. l. ſi in lege. §. colonus, in fi. & per to. loca. Porrò non eſt dubium, quin obligatio illa defendendi ſit indiuidua & præciſa, vt locator præcisè cogatur, ſi poſſit, nec liberetur offerendo damna & intereſſe, niſi in caſibus iuris, vt in l. æde. C. loc. Cum ergo hæc obligatio defendendi, & manu tenendi præciſa & indiuidua deſcenderit in omnes hæredes, ſequit actorem inſolidum teneri, etiam præcisè, cum facultatem præſtãdi habeat. Breuiter veritas eſt, quòd non tenetur, niſi pro parte hæreditaria, quia nõ habet domum iure hæreditario, ſed proprio vt extraneus, & ſic remittendo ius ſuum proprium, & de ſuo proprio implendo pro tota parte hæreditaria ſatisfacit toti obligationi, qua tenetur vt hæres, & conſequenter non tenetur vltra defendere. Quemadmodum ſi domus non fuiſſet tradita, & iſte Dominus conuentus ad tradendum offerret pro parte hæreditaria, nõ teneretur ad aliud, obligatio enim tradendi diuidua eſt (quicquid omnes glo. & Doct. aduſque malè putauerint) Mod. Pariſ. in tract. diui. & indiu. par. 2. num. 306. 312. 314. Et ſic iſte tradendo domum ſuam pro parte hereditaria ſeipſum euincit pro eadem parte, & omni euictioni ſatisfacit in ea parte conſenſu creditoris eam partem acceptãtis per prædicta in hoc vel ſimili themate, quo mutato aliud eſt. Si quis enim vendidit, vel locauit fundum alienum, nec tradidit, ſed reliquit quatuor hæredes, qui nihil habent iuris in ea re, certum eſt, ꝙ vnus hæredum non tenetur tradere, niſi pro parte, & tradendo partem ſuam liberatur ab obligatione traditionis, ſed non proinde ſequitur, quòd non teneatur defendere, niſi pro ea parte, ſi poſtea emptor, vel conductor ab extraneo impetratur. Hic lõgè alius caſus eſt à quæſtione noſtra, quia hic omnes hæredes ſunt in pari cauſa, nullus habet ius aliunde, & ſic pari iure regulantur, & quiſque tenetur inſolidum defendere totam rem controuerſam, vel partem controuerſam ſaluo mutuo recurſu, & modificationibus, de quibus ſupra, & defenſio inter eos eſt vniformis, tam reſpectu totius quàm reſpectu partis, & niſi vnus totum defendat, non facit ex bona fide. Sed in quæſtione noſtra eſt oppoſitum, in qua hæredes non ſunt in pari cauſa, vnus ſolus eſt Dominus rei venditæ, vel locatæ iure proprio, qui ſolus adeundo partem, quam iure proprio habet confundit, & ſoluit, ſeipſum euincens, quod alii cohæredes nõ faciunt. Et ſic fieret huic iniuria, ſi eadem fidelia, vt alii, dealbaretur, ſi nihil haberet immunitatis præ aliis, qui adeũdo ſe obligant, nec adeundo ſatisfaciunt de ſuo proprio, nec aliquem exonerant, prout iſte, qui eſt Dominus, adeundo exonerat alios à defendendo rem illam vſque ad ratam portionis ſuæ hæreditariæ, & vſque ad eandem metam transfert ius ſuum proprium in communem aduerſarium, & vſque ad eandem ratam liberat conſortes de ſuo proprio, quod illi non faciunt, & ſic cum ſit magna diſparitas terminorum, debet etiam eſſe diſparitas iuris. Præterea, quòd dicitur, obligationem defenſionis rei diuiduæ indiuiduam eſſe, tum demum verum eſt, quando quis tenetur alium defendere contra tertium. Secus quãdo quis tenetur defendere ſeipſum ſuper certa re diuidua, quia tunc ea obligatio diuidua eſt, Mod. Pariſ. in d. tract. diui. & indiui. par. 2. quæſt. 8. num. 420. 479. Et pari ratione idem quando tenetur defendere cauſam contra ſeipſum, quia tunc hæc obligatio defendendi diuidua eſt, ſicut obligatio dandi, vel tradẽdi rem, de qua agitur. Sed hæc obligatio defendendi pro toto reſiduo concernente alios hæredes, qui nihil confundunt de ſuo proprio, indiuidua eſt contra eos ad commodum creditoris, & inter eos habet locum regula. §. inſolidum. l. in executione, & l. cum ex cauſa, de verb. oblig. & §. j. l. ſi rem quæ, de euict. vbi aliis vocatis vnus defendens ſolidum omnibus vincit, & vincitur. Quod tamen ſingulariter limitandum eſt, quando vnus ex vocatis, ſeu denunciatis, nec defendit, nec contumax eſt, ſed dicit cauſam iniuſtã, & offert nunc ſoluere partem ſuam euictionis tanquam ea ſecuta, ſed alius obſtinatus defendit, & litem peragit. Certè tunc iſte ſi euincatur, non vincitur illi, ſibi enim & obſtinationi ſuæ impenſum ferre debet reſpectu eius, qui initio acquieuit, qui non tenetur de impenſis deinceps factis, ſed victus vincitur ſibi & denunciatis contumacibus, & in eos pariter exequitur ſententia ex ſecundo capite euictionis lata ad commodum emptoris, videlicet, ad pretium & intereſſe. Sententia autem principalis de fundo cum fructibus victori adiudicato exequetur in emptorem, necnon adiudicatio impenſarum litis, & damnorum, ſi quæ ſint factæ victori, ſi emptor mãſerit in lite. Quòd ſi à lite mancipatus fuerit, exequetur in victum, & ſuos conſortes pro partibus eorum, & in ſubſidium, ſi ſoluendo non ſint, in emptorem, qui eos vocauit, Fab. inſti. de ſatiſd. §. vlt. colum. vlti. Bald. in l. vlti. in fin. C. vbi in rem act. Quòd ſi obſtinatus ille vincat, non ſolum ſibi & contumacibus, ſed etiam ei, qui liti ceſſit, vincit. Quamuis enim vnus hęredum venditoris initio malit ſoluere, quàm litigare, tamen nihil ſoluit, quamdiu ſupereſt, qui defendit, facit. l. 3. §. pen. ibi. Ob rem non defenſam ſtipulatio non committitur, quamdiu poterit exiſtere, qui eum defendat, iud. ſol. Immò etiam ſi venditor ipſe viuat, & denunciatus offerat ſubire condemnationem, tamen emptor poteſt, ſi velit, aleam iudicii ſubire, & per ſe defendere, & ſi vincat, proderit auctori ſuo, qui liberatus & exoneratus in totum remanebit, quamuis ſi vincatur, non teneatur venditor vltra, quàm initio obtulit, ergo idem reſpectu hæredum venditoris, nec tenebitur ſubire iudicium, qui partem ſuam offert. l. ex iudicatum, iudic. ſol. l. ſi reus paratus, de procu. l. ſi debitori, de iudi. Quod tamen reſpectu eius, qui liti cedit in præiudicium alterius, quem defendere tenetur, non eſt generaliter tenendum, ſed tantum ex bona fide. Si enim probetur, quòd habet inſtrumenta, & facultatem defendendi, & veras probationes miniſtrandi, præcisè tenetur, & ad ſummum tenetur ſe purgare iuramento, & quandocunque inuenietur fefelliſſe, tenebitur, non pro parte hæreditaria, ſed ratione doli ſui ad omnia damna, & intereſſe, Moder. Pariſ. tracta. diui. & iudic. par. ſecunda q. 10.

G Procurator.] Procurator denunciare poteſt etiam generalis, quia eſt actus vtilis emptori, vnde nullum ſpecale mandatum requirit. Tenetur tamen procurator nomine emptoris denuncians docere de mandato, inſtrumentum authenticum oſtendendo, Ang. in l. ſi hæres, ad Trebell. Bart. & alii in dicto §. morte, & expreſsè in ſimili. Afflic. de iu. prothom. in verſic. vt intra 30. dies, colum. 4. verſ. ſed quid è contra. Quod intellige vt procedat, ſi Dominus exigat, & petat ſibi oſtendi procuratorium, aliàs ſecus, vt expreſsè not. Bald. in cap. Cumana, colum. penult. verſic. ſi quis proteſtatur, de elect. faciunt not. per Barto. laſo. alios in l. vniuerſa. C. de precibus Imperat. offerend. Ex quibus infertur, quòd ſimplex negociorum geſtor, non poteſt huiuſmodi denũciationem facere. Nec obſtat, quòd negociorum geſtor interpellare poteſt, & conſtituere in mora, & periculum transferre in venditorem. l. qui decem. §. j. verſi. ſed quid ſi ignorante, de ſolut. Quia eſt verum hoc, quando facit oblationem realem de pecunia, vel re ſua, quam transferre poteſt, Albe. in l. ſi fundum, nu. 4. C. de rei vind. Quod procedit, etiam ſi poſtea emptor expreſsè ratificaret denunciationem nomine ſuo factam, quia adhuc non valet, etiam vt ex nũc. Igitur opus eſt vera & debita notificatione de integro. Et ex his conſtat, ꝙ non obſtat conſi. Paul. de Caſt. 84. viſa dicta, ad fin. lib. j. quòd ſi ſtatutum requirat notificationem fieri per ſe, vel per alium, tamen non requiritur, quòd notificans habeat oſtendere mandatum, quia loquitur in aliis terminis. Mod. in conſu. Pariſ. §. 13. glo. 11. nume. 2. cum ſequen.

H §. Fin.] Ideo in dicto §. fin. permittitur, quòd ſoli pupillo fiat notificatio non apparente tutore propter neceſſitatẽ talis nunciationis, qua omiſſa denuncians graui damno afficeretur, & perderet actionem, & recurſum euictionis, & ſic certat de damno vitando, & non debet conditio ſua vſque adeo deterior fieri ex perſona hæredis auctoris ſui. Vnde non placet ſolutio cõmunis quam tradunt Scrib. in l. ſi ex legati cauſa, de verb. oblig. ꝙ id quod dicitur in d. §. fi. poſſe ſoli pupillo denunciari, eſt ad commodum pupilli, vt teneatur emptor, vel illi ſoli denunciare, & ſi omittat, careat recurſu euictionis, etiam ſi tutor non potuit inueniri. Quia dico quamuis hoc poſſit tendere ad commodum pupilli per obliquum, tamen directò diſpoſitio. d. §. tendit ad incommodum, obligationem, & onus pupilli, quia ex denũciatione ei facta tenebitur, & obligabitur efficaciter de euictione, vt patet per ſeriem. d. l. ſi dictum. Ideo tenendum eſt quod dixi, ꝙ illud eſt propter neceſſitatem denunciationis, in quo aduerſario proſequente periculum eſt in mora, & ne propter mutationem in perſona, vel hærede auctoris emptor bonæ fidei habeat damnum. Afflic. de iur. prothom. colum. 6. verſi. ſed quid ille. Cęterùm aliàs non ſufficeret ſimilis interpellatio ad ſolam pupilli perſonam facta per tex. vbi not. Docto. in d. l. ſi ex legati cauſa, cum l. ſequen. ſed ſi pupillus careret tutore, debet adiri iudex, vt faciat prouidere de tutore. l. diuus, qui pe. tut. Mar. Soci. in tract. de citat. artic. 20. num. 49. Mod. in conſuetud. Pariſ. §. 13. num. 7. in tract. vſur. q. 40. num. 309. Dico tamen, ꝙ ſi tempora patiantur, vt poſſit denuncians inuenire tutorem, vel alium facere ſurrogari, ꝙ tenetur curare hęc fieri, & iterum illi tutori denunciare, nec tunc ſufficeret iſta denunciatio ſoli pupillo facta, immò ex bono & æquo debet etiam amicis & cognatis nũciare, alioquin puto ſimplicem denunciationem ſoli pupillo factam non prodeſſe denuncianti, ſi aliam diligentiam pro temporis ſpatio tacere potuerit & omiſerit. Et hoc not. in praxi. Ex quibus facilè intelligis, ꝙ tutori poteſt fieri talis denunciatio, vel curatori. Fruſtra tamen notificaretur tutori habenti à teſtatore, vel iudice diuiſam adminiſtrationem ad alias res. l. fin. C. de aur.

Source : BIU Cujas

Gaſpar. Caball. De Euictionibus.

de aut.præſt.fruſtra curatori ad lites, vel litem, ſiue ad aliam rē. Sed ſi ſint plures tutores, vel curatores adminiſtratione non diuiſa, ſufficit vni ex eis notificari. d.l.fi. Sed quid ſi per ſeipſos adminiſtrationem diuiſerunt? Reſpondetur, ſi ſint diuiſi in diuerſas prouincias, opus eſt notificare illi, cuius prouinciam negocium reſpicit l.2.C.de peri.tut.l.& ſi pluribus, de aut. tuto. gloſſ. j. Ioan. Fab. in l. 2. C. de diui. tut. Si verò adminiſtratio ſit in eadem prouincia, ſufficit alterutri, quia tunc non eſt in conſideratione diuiſio ab eis facta. dicta l. 2. Moder. dicto §. 13. gloſſ. 11. nume. 10.

I Duplum.] Emptor fundi conuentus à Domino laudat auctorem, liteque diu protracta, vel agitata, tandem euincitur, & in omnes fructus à lite conteſtata damnatur, eidemque venditor eodem fortè (vt fit) iudicio euictionis nomine damnatur. Certum eſt in condemnationem euictionis venire dictos fructus, quos emptos debet reſtituere victori, ſed an in totum per ſe, an infra duplum? Et primò, quòd indiſtinctè ſubdatur duplo, facit illud quod dicitur de partu in l. ſi prægnans, de euict. qui non minus eſt cauſa rei, & acceſſio naturalis & fauorabilis, nec minus in rei perſecutione conſiſtit quàm fructus, & tamen in cauſa euictionis ſubeſt duplo, vt ibi dictū eſt, ergo & hi fructus. Non obſtant, quæ dicunt Mod. Pariſ. in l.j. num. 10. cum ſequē. C.de ſenten. quæ pro quod int. prof. de cauſa rei non duplanda, ſed in totum per ſe exigenda, quia illud procedit in fructibus, vel partubus, quos ipſe venditor & debitor poſt moram regularem, vel irregularem percepit, aut percipere debuit, & ſic nō poteſt duplo imputare, ſed omnes (cum etiam conſiſtat in rei perſecutione) reſtituere tenetur, alioquin ex mora ſua continua, continuum perciperet commodum, & meliorem ſuam cō ditionem faceret, quod eſt abſurdum, facit l. inficiādo. §. infans, de furt. Sed hic loquimur in fructibus quos venditor nullo modo percepit, & ſic contra eum non dicuntur rei perſecutio, ſed intereſſe, ſicut quodlibet etiam intrinſecum & permanens rei augmentum, quod in cauſa euictionis duplo ſubiicitur. Mod. Pariſ. in d.l.j. num. 103. igitur multo magis hi fructus. In contrariū videtur, quòd indiſtinctè per ſe in totum veniant, nec ſubſint duplo hoc caſu etiam, quia ex quo emptor retro à tempore reſtitutionis fructuum euincitur, debet venditor eodem modo euinci, & non ſolum pretium, ſed dictos fructus reſtituere emptori, vel eos pro eo ſoluere, vt euictio ſit æqualis, vel tota recidat in auctorem, qui eam præſtare debet. Confirmatur, quia interim habuit pretim penès ſe, & eius interuſurium, quod ſibiipſi debet compenſare cum dictis fructibus, præſertim cum eos regulariter excedat, Mod. Pariſ. in d.l.j. nume. 126. Breuiter hæc eſt veritas in themate propoſito, quo emptor initio venditorē laudauit. Non obſtat, quod nuper dictum eſt de partu, & alio etiam intrinſeco augmento, quia verum eſt, quando prouenit caſu vel natura rei, vt in l. venditor hominis, de euict. vel ſolo facto & induſtria emptoris, in l. Titius, in fi de act. empt. Secus ſi facto, vel mandato venditoris, vt hic vbi litem ſuſcepit, vel mādauit ſuſcipi ab emptore, & ſic ipſo facto ſeſe obligauit ad euentum litis, & iudicatum ſoluendum, puta, fructus & impēſas, quę eſt noua obligatio à veteri ſeparata ex nouo quaſi contractu, & negocio ſeparato conteſtationis. l.3. §. idem ſcribit, de pecul. ideo non ſubeſt taxationi. d.l.1. quia eſt noua principalis obligatio, & idem in expenſis litis, non ſolum factis ab emptore, ſed etiam quos emptor tenetur reſtituere victori, & ita obſeruatur in praxi, quamuis Bereng. in d.l.1. verb. hoc quod intereſt, q. 10. contrarium velit, & malè vt ibi rectè animaduertunt Mod. Pariſ. num. 150. Sed quid ſi emptor non laudauit venditorem, ſed per ſe litem ſuſtinuit, & ſuccubuit, poſtea via actionis agit contra venditorem, iux. not. in l. emptorem, in princip. de act. emp. Mod. in conſuet. Pariſien. §. 44. nume. 25. & in tract. vſur. nume. 675. Reſpond. aut venditor impediuit ne laudaretur, vel contumax fuit, & idem vt ſupra. l. Seruius, quod vi aut clam. Aut non impediuit, & tunc aut emptor diligentiam fecit laudandi venditorem, vel eius hæredem, & non potuit, vel erat hæres emptoris habens iuſtam cauſam ignorandi, & tunc veniunt dicti fructus, & impenſæ litis in damnis & intereſſe cum omni alio extrinſeco intereſſe, ſed infra duplum, quia venditor non laudatus non tenetur ad hoc ex aliqua noua obligatione, ſed ex veteri tantum, & ſic non aliter quàm per viam iuſti intereſſe, conſequenter non vltra duplum. Mod. Pariſ. in d.l. 1. num. 130. & 150. Nec eſt iniuſtum hoc caſu recurſum euictionis per viam actionis dari non ſolum ex primo capite ad pretium, ſed etiam ex ſecundo in id quod intereſt ſub moderatione legali huic emptori, qui potuit laudare, ſed ſolus litem probabilem ſuſtinuit, quā non tenebatur relinquere indiſcuſſam. l. illud, de peti. hæredit. Immò potuiſſet eſſe in culpa erga venditorem, ſi defenſionem iuſtam, cui locus erat, deſeruiſſet. Non obſtat, q emptor habuit interim pretium & eius interuſurium, & ſic q vēditor indiſtinctè, & integrè dēat exonerare emptorem reſtitutione fructuū. Tum quia ſolum interuſurium non obligat ſine aliqua mora vel culpa. Tum quia ſæpe contingit nullum eſſe, vel nullius vtilitatis interuſurium, Mod. Pariſ. in d.l.j. num. 151. Sed ſi emptor laudauit in fine litis. Quid de fructibus & impēſis temporis medii? Reſpond. tunc abſolutè reſponderi non poſſe, ſed hoc in circunſtantiis cuiuſque caſus ſubiecti conſiſtit, vt in l. de acceſſionibus, de diuer. & temp. præſcrip. l. Mæuia. §. pen. de ann. leg. Poteſt enim eſſe emptorem prudenter feciſſe, quod venditor facturus erat, & tunc idem quod primo caſu, quod eſt indubitatum, ſi vēditor, quod tempore medio factum eſt ab emptore ratum habeat. Sed ſi improbet, & cauſetur initio cedendum liti fuiſſe, nō continuò aliud dicendum eique cedendum, ſed boni viri arbitrio totius negotii circunſtantiæ expendendæ. Quid enim ſi cō ſtet, venditorem non potuiſſe tempore medio prudentius facere? Et adhuc idem, quia tunc præſumitur venditor hoc iactare, & fingere in fraudem emptoris & recurſus euictionis. Moder. Pariſ. in d.l.1. nume. 153. Quid ſi emptor initio notitiam habuit iuris agentis, & tamen litigare maluit, & euentum tentare, vt veriſimile ſit, eum diſtuliſſe venditorem laudare, ne fortè is cedendum liti ſuaderet? Tunc iuſtum eſt venditorem, qui ſtatim bonam fidem agnoſcit de augumento præterito nō teneri, ſed imputari emptori, qui debuit bonam fidem agnoſcere, cum ab initio veritatis notitiam habuerit, vel venditorem confeſtim laudare. Quid ſi venditor initio laudatus vult liti cedere, & condemnari de euictione, emptor autem vult litem experiri, quod (vt poteſt) fecit, & tandem ſuccubuit? Reſpond. ſi emptor nullam iuſtam cauſam habuerit cedendi, quàm à diffidentia venditoris, vt quia nondum liquebat de iure agētis, non eſt ei prorſus imputandum, ſi experiri voluit. l. ſciendum, de vſur. nō enim tenebatur ius ſuum linquere indiſcuſſum. l illud, de pet. hæred. præſertim cum iuſtam cauſam habeat credendi Dominum, idque ab ipſo venditore & eius facto. Quare dico, q fructus & impendia donec apparuerit clarè de iure actoris veniunt in damna & intereſſe infra duplum, vt dixi in ſecundo caſu, Moder. Pariſien. in dicta l. 1. num. 153.

SVMMARIVM.

1 *Melioratio fundo cedit.*
2 *Emptor non perdit melioramenta.*
3 *Intellectus. § emptor. l. fi. C. comm. de leg.*
4 *Non tenetur emptor illa deducere ſuper fructibus.*
5 *Fallit quando percipiuntur ſola bona fide.*
6 *Niſi per ea res facta ſit melioris reditus.*
7 *Quæſtio ſingularis diſcutitur.*
8 *An idem dicendum in creditore hypothecario.*
9 *Quid in malæ fidei poſſeſſore.*
10 *Aliquarum legum in materia intellectus.*

K 1 Elioramenta] Meliorationem † fundo cedere exploratiſſimum eſt. l. . §. ſi quis ſciens. C. de rei vind. & ſtatim neceſſariò acquiritur Domino directo, vel vtili. Bald. in c. j. §. ſi quis de manſo, colum. 4. verſic. pone q vaſallus, de controu. inueſt. Albert. Bru. in tract. de augu. col. 69. concl. 20. & valet argumentum de feudo ad emphyteuſim, quando diſpoſitio feudalis non eſt contra regulas iuris cōmunis, Alex. in l. diuortio. §. ſi fundum, col. j. ſol. matr. & in conſi. 106. col. pen. lib. 4. Dec. in c. cæterum, col. 6. de iudic. Corn. conſ. 67. col. 2. ver. Quartò præmitto lib. 2. Quod argumentum dicitur magis à ratione, & naturali iuſtitia, lege vel conſuetudine deficiēte, quod eſt efficaciſſimum, quoniam iura feudorum ſunt ſingularia, nec habent vim legis, niſi in materia feudali, nec poſſunt allegari deciſiuè in alia mareria, vt tenent Iac. Beluiſ. in titu. epiſc. vel Abb. Bald. Alua. & omnes in c.j. de feu. cog Bart. in l. vt iuriſiurandi. § ſi liberi, in princip & circa med. de oper. libert. Salic. in l. 4. colum. 4. C. de iur. emphy. Iaſ. in l. de quibus, num. 26. de legi. quicquid aliàs dixerit idem Iaſ. cōſi. 62. colum. 5. in fin. lib. 1. Moder. in conſuetu. Pariſien. §. 1. gloſ. quinta, nume. 72.

2 Emptor † qui tenetur reſtituere rem euictione ſecuta nō pdit meliorationes, ſed eas, ſeu earum æſtimationem poteſt retinere. Quod probatur primo naturali ratione quæ neminem patitur cum iactura aliena fieri locupletiorem. l. nam hoc natura, de cond. ind. cum vulg. & bonus tex. in l. planè. §. ſed benignius, de pet. hæred. Secundò, per diſpoſitionem iuris communis, quo cauetur, eum qui bona fide in re aliena etiam ſcienter (modo nō adſit animus donandi) vel in re ſua, ſed reſtitutioni ſubiecta ædificauit, vel quid aliud ad perpetuam vtilitatē fecit, poſſe ſumptus huiuſmodi vtilium, vel neceſſariarum impenſarum repetere. §. certè illud, inſti. de rer. diuiſ. l. qua ratione, in prin. de acquirer. domi. l. domos, de leg. j. l. ſi quis ſciens. l. ſi in area. C. de rei vendi. cum ſim. Scrib. in l. Senatus. §. Marcellus. de leg. j. Bal. in auth. excipitur. C. de bon. quæ lib. in l. 2. ad fin. C. de rei vind. l. in rem. §. tignum, ad fi. de rei vind. Paul. in auth. qui rem. C. de ſacroſan. eccle. in conſi. 237. primò videndum eſt, ad fi. lib. j. Cuman. latè conſi. 57. Monaſterium, colum. ſecunda. Guid. Pap. deciſ. 169. & deciſ. 439. Iaſ. in l. ſecunda. not. 7. C. de iur. emphy. Dec. conſil. 518. Albert. Brun. dicta concluſ. 20. & hæc veritas, quamuis

Fulgo.

Source : BIU Cujas

Fulgo.aliter conſuluerit in conſilio 9.

3 Non obſtat † §.emptor.l.fi.C.communia de leg.Vbi dicitur, emptorem, qui fundum ſubiectum reſtitutioni, vel fideicommiſſo ſcienter emit, & meliorauit, illo euicto habere aduerſus venditorem actionem tantummodo ad reſtitutionem pretii, neque dupli ſtipulatione, neque melioratione locum habente. Quia ille §. loquitur inter emptorem & venditorem tantum, & vult emptorem nullum recurſum habere euictionis aduerſus venditorem eriam meliorationum nomine, non autem loquitur inter euincentem & emptorem, nec excludit emptorē à recuperatione meliorationum reſpectu euincētis, ad quē perueniunt ſine cauſa illæ meliorationes præſentes, ſed de hoc nihil dicit, & ſic relinquit iuri veteri & communi, quod eſt in d.l. domos. Et ſic d.emptor habebit exceptionem, & etiam incerti conditionem aduerſus legatarium, vel fideicommiſſarium vindicantem ratione huiuſmodi ſumptuum & impenſarum inſpecto præſenti valore rei, ſicut haberet ipſe hæres & venditor per d.l.domos, & duas ſeq. de leg.j. Et hoc not. ad ſanum intellectū. d.§.emptor, quia nullus Doct. Scribentium ibi, quotquot legi, aduertunt, ſed ſimpliciter dicunt, illum emptorem ſuos perdere ſumptus, quod eſt falſum, vt nouè dixerunt Moder. in conſuet. Pariſ. §.j.gl.5.num.76.

Et hoc adeo verùm eſt, ꝙ recuperat ſumptus meliorationū, 4 vt non † teneatur deducere ſuper fructibus, nec cum eis compẽſare dictos fructus, ratio: quia interim fuit Dominus, & ſic omnes fructus ad eum ſpectabunt iure dominii, ſiue iure proprio, ita ꝙ non potuiſſent illi fructus ab eo peti, nec auferri, & ſic ſuccedit deciſio ſing.glo.in l.emptor, in prin. in verb. ſuperfluum, in fin. de rei vindicat. dicentis, ꝙ hoc caſu fructus non debent in ſumptus imputari, & ſequuntur Bar.Bald.Ang.ibidem, Bald. Imo.Cum.Paul.Alexan.Iaſ.in dicta l.domos, col.j.Bald. Angel. Imo.Alexan.in l.in inſulam.§.fructus, vbi glo.in verbo.compẽſatis, idem ſentit, ſolu.matr.Bald.in c.grauis, col.2.verſi.ſecundò ſi autem ædificaſſem, de reſtitu.ſpolia. Alex.conſi.123.in fi.lib.j. Cremenſ. ſing.105. Et hoc nedum procedit in fructibus perceptis iure dominii, ſed etiam ex quauis alia iuſta cauſa, aliàs † q̃ 5 ex ſimplici & nuda bona fide; quia ſi ſola bona fides cultura & cura ſuffragetur percipienti fructus, tenebitur eos imputare in huiuſmodi ſumptus, tex. in l.ꝙ ſi artificem, & l.ſumptus, de rei vind.l.ſuper empti.C.de euict. Et intellige ſemper de ſumptibus qui fiunt neceſſariò & vtiliter ad perpetuam rei vtilitatem, non autem de his, quæ fierent gratia quærendorum fructuum; quia iſti primitus & ante omnia imputantur fructibus, & illos minuunt, quia non dicuntur fructus, niſi deductis huiuſmodi impenſis eorum gratiam factis, tuncq; procedit regula.l.fructus, in princ.ſolu.matr.l.j.C.de fruc.& lit.exp.& bonus tex.in l.ſi à domino.§.fi.de pet.hære. Vbi dicitur, ꝙ etiam prædonibus deducū tur; qa nullus caſus interuenire poteſt, qui hoc genus deductionis impediat, inquit Vlpian. in l.fundus qui, in fi.princ.fam.erciſ.& declarat Bal.in Margarita, verb.fructus, & in conſ.303. aduidentiam, lib.j.

Quod dictum eſt, eum qui non ratione dominij, ſed ex ſola bona fide pro cultura & cura fructus lucratur, teneri eos com- 6 pẽſare cum neceſſariis & vtilibus impenſis, non procedit † qñ per tales impenſas res nedum eſt facta maioris pretii, ſed maioris reditus, ita ꝙ ipſæ meliorationes nouum reditum & fructus afferunt vltra antiquum reditum rei, vt eſſet ſatio arborum fructiferum, vel ædificatio domus ad locandum, vel conuerſio de ſertæ terræ in vineam. Certum eſt enim, ꝙ ſumptus ad hoc facti ſunt reſtituendi, cum res euincitur.

Sed nō eſt modicum dubium. An refuſio illorum ſumptuū minuaiur ex fructibus, quos poſſeſſor percepit non ex antiquo reditu rei, de quo non eſt dubium, per no.in d.l. ſumptus, de rei vindic. ſed ex reditu percepto ex melioratione facta. Vt ſi res prius afferebat in reditu ſingulis annis ducentos florenos, & poſt meliorationem attulit mille florenos, & ſic propter dictas impenſas & meliorationes fuerūt maiores fructus, & valor eorum actus eſt in florenis octingētis in ſingulos annos. An † fiat 7 compenſatio nedum vſque ad antiquum valorem ducentorū, ſed etiam vſque ad valorem mille florenorum quolibet anno? Hanc quæſtionem mouet Steph.Bertr.conſi.15.ex themate, in fi.lib.j.& non ſoluit. Afflict.verò deciſ.87.magnum eſt dubium, ad fi.tenet, ꝙ non debent fructus meliorationis compenſari cū ſumptibus factis etiam ab illo, qui non erat Dominus rei, Ang. in l.cæterum, de rei vindic. Hinc inferebat Lācel. Dec.in l.apud Iulianū.§.fructus, de leg.j.ꝙ in omnibus caſibus, in quibus malæ fidei poſſeſſor tenetur de fructibus, quos potuiſſet percipere ex augumento rei facto per ipſum, caſus eſt in d.l.cæterū, Mod. in d.conſuet.Pariſ.§.j.gl.5.nu.85.num ſeq.

8 Eodem † iure vtetur emptor aduerſus creditorem hypothecarium, quoniam omnes meliorationem in re hypothecata factas ante omnia deducet, vel ei reddenti prædium debent reſtituti.l.fi.de cenſi.l.qui agros.C.de omni agro deſer.lib.11. Vel potetit excludere creditorem offerendo ſuum debitum. l. in his. C.de præd.& om.re.naui.lib.11. Et ita decidit ibi Barto.& Alex. Pau.in l.ſi conuenerit.§.ſi fundus, de pignor.act. Soc. conſi.224. eleganter, col.2.lib.2. Corſet.ſing.verb.melioratio, Iaſ.in l.creditor, ſi cert.pet. Brun.tract.de aug.concluſ.14.fall.2.

9 Malæ fidei † poſſeſſor etiam impẽſas deducit, immò repetit, quando conſtat, ꝙ non animo donandi illas fecit, ſaltem quando Dominus rei efficeretur locupletior tempore recuperationis rei ſuæ, probat tex. in l. ſi pupilli.§. ſed & ſi quis negocia, de neg.geſt. Vbi dicitur, ꝙ etiam prædo, qui ſui lucri cauſa, & non contemplatione Domini aliquid impendit, habet etiam actionem negociorum geſtorum contra Dominum, quatenus inde efficitur locupletior ſecundum inductionem Mod. in conſuet. Pariſ. §.j.gl.5.nu.87.quicquid in contrarium Doct.ibi ſenſerint. Probatur ſecundò per tex.in l.planè, de peti.hære.vbi dicitur, ꝙ etiam prædoni habetur ratio huiuſmodi expenſarum. Tertiò probatur per tex.in l.2.C.de rei vind.in fin.vbi malę fidei & ſciē ter in alieno ædificanti conceditur repetitio, & vindicatio materiæ diſſoluti ædificii, niſi animo donandi ædificauerit, ergo non poteſt dici, quod eo ipſo quòd eſt in mala fide vera cenſeatur donare, & non poſſit repetere, niſi aliunde probetur de animo donandi.

10 Solùm reſtat † reſpondere ad quoſdam text. quorum litera ad reliquos tex. iuris non diligenter expẽſos dedit omnibus gl. & Doct.hucuſque anſam errandi, videlicet, ad tex.in §.ex diuerſo, in fi.§.certè illud, in fin.inſti.de rerum diuiſ.in l.adeo.§.ex diuerſo, de acquiren. rerum dom. Quibus reſpõdetur dupliciter. Primò, cum ſubauditione, ꝙ illi tex.intelliguntur, dummodo etiam aliunde q̃ ex ſola ſcientia appareat illum malæ fidei poſſeſſorem ædificaſſe, vel impendiſſe animo donandi vero domino, vel perdendi. Et hæc erat ſolutio Mart. vt teſtatur glo.in d.l. adeo.§.ex diuerſo, verb.petit, in fi.ſed quia vix vſu veniret. Secū dò, & melius reſpondetur abſque ſubauditione, ꝙ illi text.procedunt, & intelligūtur de mero iure. Alii text.pro mea opinione allegati loquūtur de benignitate & æqtate naturali, vt latius hoc explicant Mod.in d.conſue.Pariſ.§.j.gl.5.num.88. cum ſeq. & probat tex.in d.l.planè, ibi. Sed benignius eſt. Vbi poſtquam dixit, prædoni non ſuccurrendum, ſed ꝙ de ſe queri debet, qui ſciens in rem alienam impendit, diſcedit ab illa priori ſententia non tanquā iniuſtam, ſed quia benignior & æquior eſt ſequens contraria ſententia.

L Fructus.] Circa fructus lucrādos ab emptore in hac materia euictionis fac breuiter duas concluſiones. Prima ſit. Emptor tenetur reſtituere fructus perceptos poſt litem cōteſtatam vel cō ſumptos, & ad omnes etiam percipiendos.l.certū.C. de rei vin. Et reprobo ſententiam gl.& omnium Doct. in l. ſi fundum. C. eod.vbi per illum tex.(ſed arguendo à contrario ſenſu) dicunt malæ fidei poſſeſſorem habentem titulum excuſari à fructibus percipiendis, etiam poſt litem conteſtatam, idque propter titulum, niſi in quatuor caſibus à glo.fi.ibi exceptis, quibus (ſi eorū opinio eſſet vera) deberet addi pro quinta fallentia caſus.l.ſi patri.§.ex diuerſo, de min. quando titulus habetur à minore. Sed eorum opinio eſt falſa, quia d.l hoc non dicit, nec ex ea ſumendum eſt argumentum à contrario ſenſu ad correctionem, d.l. certum, nec ad limitandum ſpecificam diſpoſitionem d.ll. Verùm eſt, ꝙ Io.Fab.in d.l.certum, limitat d.opinionem, vt procedat, quando titulus eſt iuſtus, ſecus ſi eſt à iure reprobatus, & ſic ꝙ non eſt ſpeciale in d.quatuor caſibus d.glo.fi. Quidam etiam Doct.veritati magis accedentes limitant dictam opinionem, vt procedat in eo, qui fictè tantum & preſumptiuè eſt malæ fidei poſſeſſor, puta ratione denunciationis, vel litis motæ aut conteſtatæ, iux.l.illud, de petit.hæred. Secus in eo, qui eſt in vera & poſitiua mala fide, vt is in nullo propter titulum excuſetur, & ita tenuit Petr.in §.omnium, num.38.inſti.de act. Pau.in d. l. ſi fundum, Lancel.Dec.in d.l.apud Iulianum.§.fructus, no.2. de leg. j.& ſentit Bald.conſi.397.in cauſa, lib.4. Aliter etiam diſtinguit Sali. in l.mala fide.C.de cond.ex.l.non refero, ſed concludo indiſtinctè, ꝙ etiam verus bonæ fidei poſſeſſor etiam cum iuſto titulo tenetur ad omnes fructus etiam percipiendos à tempore litis conteſtatæ in omni iudicio etiam particulari, per vniuerſalem diſpoſitionem d.l. certum & legū ſimiliū. Nec poteſt ſumi in diuerſum argumentum d.l.ſi fundum, quia (vt patet per d.l. tenorem) non intendit illud, quod per argumentum à contrario ſenſu inferunt. Et ſic ceſſante mente, ceſſat illud argumentum, Dec.in l.j.num.38.& num.53.de offic.eius, conſ.216.col.fi. conſi.364.per totum, conſi.386.col.2. Moder. in conſuet. Pariſ. §.2.gl.2. num.3. cum ſeq. Tum quia per illa iura ſatis reperitur expreſsè diſpoſitum, & illa expreſſa diſpoſitio facit ceſſare tacitum, ſi qua reſultaret à contrario ſenſu, vt no.in l.2.C. de condi. inſ. Moder.in conſuet.Pariſ.§.22.nu.50.cum ſeq. Secunda concluſio. Emptor non tenetur reſtituere fructus perceptos & conſumptos ante litem conteſtatam, quod intelligit Barto. niſi in quantum eſt factus locupletior, ita tenet in l.ſed & ſi lege.§. ſcire, poſt gl.ibi, de petit.hære.in l.ſi fur.§. j. de vſucap. & plenè in l. ex diuerſo, col.3.de rei vindic.& ſequitur Ang.ibi, & in l.ſi me & Titium, ſi cer.pet.in conſi.133.ſuper primo puncto, & in conſi. 260.D. Catherina, ad fin. Pau.in l.ſi fundum.C.de rei vind. But.

Abb.in

Source : BIU Cujas

Gaſpar. Caball. De Euictionibus.

Abb.in c.grauis,de reſtit.ſpol.Alex.conſ.21.ad fi.lib.4. Soc.conſi.251.col.fi.lib.2.Et aduerte,q̃ in dubio non præſumitur factus locupletior,ſed allegans tenetur probare. Nec ſatis eſſet oſtendere,q̃ conuertit in vſus ſuos,quia potuit latius vtendo ſicut re ſua conſumere.l.ſed & ſi lege.§.ſi quis re ſua,de peti.hære.ita tenet Ang.in d.conſ.133.& 160.in fi.Cur.Sen.conſ.73.col.3.concluſ.7.Iaſ.in l.Neſcennius.§.2.de re iudic. Hoc intellige in iudiciis vniuerſalibus,vt in petitione hæreditatis, & ita expreſſim tenet gl.in l.ex diuerſo,de rei vind.Pet.Cy.in l.non eſt.C. fam. erciſ.Bald.in l.j.col.j.C.de vſu.& fruc.leg. Imo.in l.ſequitur. §. j. de vſuc.& in d.c.grauis, Ange.in d.l.Neſcennius.§.j.& ibi Alexand. in fi.Rom.in d.l.ſi me & Titium,Curt.Sen.conſ.71.colum. fin. Et hæc eſt vera & communis ſententia.Moder.in d.§.22.num. 49.Secus in iudiciis particularibus, quia tunc bonæ fidei poſſeſſor non tenetur reſtituere fructus induſtriales conſumptos ante litem etiam quatenus factus eſt locupletior, per textum in §. ſi quis à non Domino,de rer.diuiſ.Vbi poſtquam tex.dixit, fructus induſtriales ſunt bonæ fidei poſſeſſoris pro cultura & cura, addit q̃ ſuperueniens Dominus fundi agere nõ poteſt pro illis conſumptis. Igitur huiuſmodi fructus nedum efficiuntur bonæ fidei poſſeſſoris,quod eſt commune omnium fructuum à quocunque ſeparantur à ſolo, ſed etiam eos per cõſumptionem lucratur. Et per negatiuam additam verb. poteſt, in d. §. ſi quis à non Domino,excluditur omnis eorum perſecutio, excepta ſola compenſatione cum impenſis,ſecundùm not. in l. ſumptus, de rei vind.Naturales tamẽ fructus etiam conſumptos reſtituit, quatenuś eſt factus locupletior & non vltra. l. fructus, de vſur. Moder.d.§.22.num.51.

§. IIII.

SVMMARIVM.

1 *Augumentum acceſſionis & diminutio.*
2 *Euictionis capita quot.*
3 *Si pluries res euincatur.*
4 *Mora tradendi an noceat ſuccedente euictione.*
5 *Res vendita deterior facta.*
6 *Augumentum caſuale.*

A 1 VIctio.] Quidam fuerunt in ea opinione,quòd † in actione ex empto attenditur augumẽtum ſecutũ acceſſionis,aut valoris,aut meliorationis poſt cõtractum ad augendam actionem euictionis.l. Titius,ad fi.de actio.empt.l. venditor hominis. l. ſed ſi quid.l.euicta.j.in princ.& §.fi.l.ſi cum venditor, in fi. de euict. Quemadmodum in eadem actione ex empto attenditur ſubſecuta diminutio, vel deterioratio ad diminuẽdam actionem euictionis.l.euicta.2.in fi.eod.tit. quanquam aliud ſit in actione ex ſtipulatu ad duplum,quę non recipit augumentum, vel diminutionem ob diminutionem,vel deteriorationem rei, ſaltem ſecuta euictione totius.l.ex mille.§.ſi totus,de euic.quam Accur. Salic.ibi,& omnes vbique ita prædicta iura intelligunt,fatendo contrarium, & ſoluendo ſimpliciter, aliud in actione ex ſtipulatu, aliud in actione ex empto. Sed ego dico,quòd gloſſ.& Docto. ſuperficiem tantum non intimum ſenſum horum iurium attingunt.

2 Dicendum † pro breui & plana conciliatione,q̃ actio ex empto dæ euictione præter præuium & præambulum caput ad defendendum,de quo Scrib.in l.4.§.Cato,de verb.obl.Moder. Pariſ.tract.diui.& indiui.par.2.q.9.habet duo capita. Vnum perpetuum,ſcilicet ad pretium non autem ad rem. Secundum caſuale,ſcilicet,in id quod intereſt præter pretium.Et hęc duo capita apertè diſtinguuntur in l.emptorem,§.fi.in l.Titius,ad fi.de act. emp.in l.ſi in venditione.l.euicta.2.l.ſi plus,de euict.& alibi paſſim in iure.Quantũ autem ad primũ caput, quo actio ex empto competit ad pretium,vel pro rata pretii, ſemper quoties pro rata committitur,fit relatio ad bonitatem,quę erat tempore contractus tantum,& ſecundum eam metitur,iuxt.l.j.& l.bonitatis, de euict.quæ non ſolũ habent locum in ſtipulatione duplæ,ſed etiam pariter in actione ex empto ex primo capite, immò plenius in hac actione ex empto,prout (vtpote bonæ fidei & vberior) nõ ſolum committi poteſt pro parte (in omnibus caſibus in quibus ſtipulatio duplæ pro parte committi põt) ſed etiã vbi ſtipulatio duplæ ob ſtrictam ſui naturam non poteſt committi pro parte,vt in l.ſi dictum.§.in ſtipulatione,de euic.tñ committi põt actio ex empto,vt alibi dicetur. Quantum aũt ad ſecundũ caput ſcilicet ad intereſſe,recipit augumẽtum & diminutionẽ, prout plus,quandoq; minus,quandoq; nihil pręter pretium intereſt.Et de hoc ſecundo capite intelliguntur iura reliqua, quæ videntur contraria.d.l.j.& l.bonitatis.Quoties enim iura dicunt agi euictionis nomine,ſi aliud non exprimatur, nec ex materia ſubiecta colligatur, non intelligitur de ſtipulatione duplæ, ſed de actione ex empto,quæ eſt naturalis & perpetua actio euictionis,ſtipulatio verò accidẽtalis,& caſualis eſt. Et rurſus qñ exprimitur,vel tacitè(vt in dubio)intelligitur agi ex empto,niſi aliud addatur,vel ſuppleatur in facto,non ſequitur agi, niſi ad pretiũ, vel pro rata pretii,vt probat.l.q̃ ſi nulla,in fi.cum l. ſeq.de hære. vel act.vend. quia intereſſe non venit niſi interſit, & adhuc niſi probetur,quod à facto & probationibus pendet,& adhuc etiã ſi cõſtet intereſſe,qñq; non agitur niſi ad pretium, vt qñ pactum eſt de euictione non agi.l.emptorẽ.§.fi.de act.emp.His ergo caſibus,cum ad pretium tantũ, vel pro rata pretii parte euicta agitur,non inſpicitur ſecutum augumentum, vel decrementum, ſed ſtatus qui erat tempore contractus, & ad preciatio tunc facta,iuxta d.l.j.& l.bonitatis.Et hoc ipſa naturalis iuſtitia, ſenſusq̃ cõis dictant.Si enim fundũ à te emi mille, deinde cum negligentia mea, vel caſu dimidio deterior factus in totũ euictus, nec apparet de alio extrinſeco intereſſe;cur actio ex empto euictionis nomine limitabit̃ ad dimidiũ pretii, videlicet, ad quingenta,vt omnes gl.& Doct.hucusq̃; malè ſentiunt?Cur tu cum non eſſes Dominus,nilq̃; iuris habeas,lucraberis dimidiam partem pecuniæ meæ cum iactura mea prętextu deteriorationis ẽt caſualis?Cur qui non eſt dominus, & alium decipit, verſabitur in lucro,deceptus verò in damno?Cur non potius tanquam tota re euicta totum pretium repetam ſine alio intereſſe, quia pluris non intereſt?Quòd in venditione pretium ſit verum ſimplũ Io.Igneus in l.quatenus,col.17.18.& in fi.de reg.iur.limitat ſi ſit læſio vltra dimidiam iuſti pretii, quo caſu cenſet nõ debere attendi pretium vt erroneum & iniuſtum,ſed cõmunem rei ęſtimationem,eamq̃ ſimplum eſſe,& duplandum eſſe. Sed nõ aduertẽs ad praxim,nec quorſum res euadat,iudicio lapſus eſt.Sequeretur enim melioris conditionis eſſe decipientem q̃ deceptum,quia emptor,qui fundum valẽtem mille cõi vera æſtimatione non emiſſet niſi quadringentis, poſſet ſecuta euictione, probando tanti ſua intereſſe,conſequi non duplum modo,ſed ferè quadruplũ, vtporè mille quadringẽta, quia primò haberet pretium quadringentorum, deinde extrinſecum intereſſe vſq; ad mille,& ſic ferè quadruplum,cum nõ numerauerit niſi quadringenta.Contra ſi res non valebat niſi quadringenta,& emiſſet pro mille,quæ numeraſſet, nõ poſſet nomine eius, quod intereſt,conſequi vltra quadringenta,& ſic longè infra dimidium pretii numerati.Hoc aũt non ſolum eſſet contra mentem.l.j.C. de ſent.quæ pro eo quod int.prof.ſed in ſe abſurdiſſimum,& cõtra ſenſum cõem.Quomodo enim venditor, qui pluris vendidit allegare poterit cõtra factum ſuum rem minoris valere, cũ ipſe tanti emptorem inuenerit,cum tanto pretio fruitus fuerit? Quomodo in actorem reijcere poterit culpam vel læſionẽ, cuius ipſe non ſolum auctor eſt,ſed etiam lucrum ſentit? l.cum in fundo. §. q̃ ſi mulier, de iur. dot. Rurſus ſi actor viliſſimo emerat, quomodo contra factum ſuum cauſari queat rem pluris valere contra eũdem?Quomodo culpam,cuius actor eſt, & lucrũ ſentit,in alium reiicere?Et ſic.l.2.C.de reſcind.vend. prorſus impræſentiarum impertinens eſt.Præterea(vt veriſimile eſſet)vili vendentem noluiſſe de eo quod intererit vltra duplum pretii teneri.d.l.Titius,in fi.cum ſeq.de act.emp.ita ſi pluris vẽdat, eo ipſo ſeſe obligat,vt teneri poſſit de eo quod intererit vſq; ad duplum pretii.Ex quibus liquet ampliandam concluſionẽ noſtrã, q̃ pretium ſit verum ſimplum, etiam ſi læſio fuerit vltra dimidiam rei,vel pretii.Mod.Pariſ.in l.j.C. de ſent. quæ pro eo quod int.num.69.cum ſequen.

3 Quęro quid† ſi pluries res euincatur? Vt ſi primò tota domo euicta emptoris extrinſecus interfuit in mille vel quingentis,q̃ venditori ſoluit,& loco pretii domum ab euincente redemit & reſtituit,quæ poſtea rurſus ab alio euincitur,vnde rurſus damnificatur emptor in aliis mille. Vtrum debeant compẽſari,vel diduci priora mille, vel quingenta? Videretur q̃ ſic per prædicta, cum dicta reſtitutio domus non fuerit noua venditio, ſed prioris impletio,& ſic ſemper ex eadem cauſa vnius vẽditionis agitur,& eadẽ vetere actione ex empto. Igitur ne duplum excedatur,debet dicta compenſatio,vel deductio fieri, alias nõ ſolum duplum,ſed etiam triplum, vel quadruplum eodem actu ſubinde repetito poſſet excedi. Sed his non obſtantibus,contrarium puto,quia alias ſequeretur, q̃ emptor poſſet impunè inquietari,nec amplius ageret ad intereſſe.Non obſtãt prędicta,quia hic voluntaria traditio, & ſic nouum factum vẽditoris interuenit, ex quo de nouo ad euictionem obligatur,quæ obligatio nõ debet eſſe eluſoria.Tum venditor contra eum,vel eos & ſingulos à quibus ſucceſſiuè redemit,habet nouum & diſtinctum recurſum euictionis, quo ſibi ſubinde conſulere poteſt, & quem ad minimum cedere tenetur.Mod.Pariſ.in d.l.j.num.89.

4 Vlterius quæritur. Venditor † fundi,vel domus recepto pretio fuit primùm in mora tradendi, vnde damnatus ad fructus, vel mercedes moræ, & in id quod extrinſecus emptoris ob eã moram interfuit, quod probatum fuit aſcendere ad ducenta,q̃ ſoluit re tradita,ſed poſtea euincit̃, & emptor multo magis dãnificatur extrinſecus.Vtrũ in æſtimatione & intereſſe euictionis debeant in duplo cõputari illa ducenta ob præteritã morã nõ tradendi ſoluta? Vt̃ q̃ non, quia mora illa præcedens nihil habet cõe cum cã & dãnis euictionis, ſed diuerſæ ſunt obligationes. Prima ad tradendum & præciſa,quæ eſt primitiua. Secunda verò con-

Source : BIU Cujas

rò conditionalis,& oritur ex noua causa, videlicet, euictionis, nec competit ad rem,sed ad pretium & interesse.Et sic videtur quelibet obligatio suum & diuersum simplum habere,quia prima simplum est res ipsa empta,secundæ verò simplum est pretium quod repetitur.l.si in venditione,de euict.Igitur quælibet suam taxationem ad simplum suum habere poterit.Quib.non obstantibus dico illa ducenta deducenda, vel in duplo computanda,non autem quòd nomine dictorum fructuum, vel mercedum præceptum est, & hoc per text. in d.l. ex empto.§. idem Neratius,qui continuatur ad §.præcedentem,de acti.empt. qui loquitur de cautione habere licere, quæ cõcernit euictionem, loquitur etiam de interesse ob non traditionem, vel moram tradendi,& tamẽ subiungit clausulam generalem, deducto eo quod præstitum est,litem æstimandam, vt sufficiat propter hęc omnia,quod plurimum est,ideſt,summum (quod per dicta l.1. C.de sent. duplum est in omnibus certis) præstari. Et sic est ibi casus rotundus,quòd etiã in causa euictionis deducitur, quod prius ob veterem moram tradendi nomine interesse, scilicet, extrinseci solutum est.Non obstat,quod diximus in præcedenti quæstione,quia ibi post rem euictam retraditio rei redemptę est noua venditio;quia est merè voluntaria, nec fit ex necessitate prioris contractus ex quo sufficiebat pretium cum interesse, quod ad summum non poterat pretium excedere, & sic cum fiat ex noua voluntate,nouus est contractus,consequenter noua causa,& nouum simplum. At in hac quæstione traditio rei & purgatio moræ non est nouus contractus, sed necessaria impletio prioris,nec fit ex libera volũtate,sed ex necessitate, & sic est merum implementum necessarium primæ & vnicæ venditionis,consequẽter vnum & idem simplum, quod ab eo quod extrinsecus interest,siue simul, siue particulariter excedi neqt. Mod.Paris.in d.l.j.nu.90.cum seq.

5 Res vendita † vsu vel ætate deterior facta est,veluti est equus & similes,quo tempore euicta est,dubitatur illius æstimatio,cuius temporis attendenda,an contractus,an euictionis?Et prima facie videtur hæc quęstio indubia, nam ea deciditur in l.ex mille.§.si totus, de euict. vbi est text.nominatim loquens in seruo vẽdito & tradito,deinde deteriore facto,& deciditur,ꝙ siue casu,siue iniuria deterior factus sit, non diminuitur obligatio euictionis,& sic nulla est quæstio.l.ancillæ.C. de furti l.illam. C.de colla.Mod.Paris.in dicta l.j. num.124. Contrarium dicendum est.Primò arguendo ab absurdo.Nam absurdum videtur,ꝙ emptor,qui equo toto plenè & pacificè toto ferè vitæ tẽpore fruitus est,possit prætextu euictionis circa finẽ vitæ, quæ retro non trahitur,& sic toto fructu retento totum tamen pretium repetere. Cum ergo toto ferè tempore vitæ præuisæ fruitus sit emptor,nec per euictionem absit nisi modicum,& ferè inutile tẽpus,non potest totum pretium repetere, cum intus habeat totum ferè commodum & fructum præuisæ fruitionis & vsus. Mod.Paris.in d.l.j.num.126.cum seq.Ad §.si totus respondetur distinguendo.Aut res euincitur ex defectu totius iuris venditoris,puta ꝙ tota res ab initio esset aliena, & tunc procedat dicto §.Aut verò euincitur ex defectu iuris à tempore euictionis tãtum,puta quia erat restitutioni subiecta sub conditione, quæ extitit sub finem temporis tantum, & tunc procedat secunda pars,vt non debeatur euictio,nisi pro rata temporis euicti. Verum hæc distinctio penitius inspecta non satisfacit, quoniam non est æquum huiusmodi bonæ fidei venditorem, de quo loquimur,omni commodo possessionis, quod ad eum spectare debebat,priuari,& ad emptorem, qui etiam nullum ius (nisi a venditore suo habuit) transferri neutro enim domino existente iustius & æquius priori, qui bona fide possidebat,commodũ suæ possessionis antiquæ seruari,saltem pro rata vel tempore, quo prior ille impleuit,& liberam & efficacem fruitionẽ præstitit.Debet igitur retinere pretiũ,uel mercedes pro rata. Hanc partem probat tex.appositissimus in l.si mancipium. §.j. de euictio.vbi licèt seruus emptus euincatur ex defectu iuris venditoris in parte tantum,quia seruus erat cum alio communis,tamẽ quia totum adiudicari contingit aduersario,committitur in totum duplæ stipulatio,quia (inquit tex.) non interest quo genere iudicij extet conditio euictionis,vt totum ipsum habere nõ liceat.Sed tamen aduertendum, quòd licèt hæc stipulatio obstrictam sui naturam & formulam mero iure committatur in totum,obstat exceptio in parte,& in effectu non committitur nisi pro parte,quę erat aliena,ratione cuius facta est euictio.Cogitur enim emptor vel pro illa tantum parte agere, vel si pro toto agat, computare & deducere pretium partis suæ, quod ab euincente habuit,vel habere debuit,quod in idem recidit, ac si pro parte ageret,obstat enim doli exceptio, si totum petat, & exigere bis idem certet.l.bona fides,de reg.iur.Ita dicendum in proposito,licèt mero iure in totum committatur stipulatio duplæ,etiam quando equus diu post euictionem iam senex factus euincitur,& deinceps per euictionem totum habere non licet, & sic extat formula,sub qua concepta est stipulatio, siue totus equus euincatur ex antiquo defectu totius iuris venditoris, siue ex iure nuper resoluto, tamen ex quo euictio non trahitur retro,& sic emptor totum ferè rei,& proprietatis,& emptionis emolumentum retinet, & in his habet, obstat exceptio si pro toto euictionem petat,ne bis idem consequatur, contra d.l.bona fides. Non ergo aget in effectu, nisi pro rata reliqui emolumenti sublati.Et in effectu totum hoc casu relabitur in actionẽ ex empto, quæ ex primo quidem capite competit ad pretium pro rata rei effectualiter euictæ, ex secundo verò capite quantum iustè interesse probabitur, dummodo non excedat pretiũ vel summam rei principalis.Non obstat dicto §. si totus, quia intelligi debet,vt si seruus infra annum vẽditionis casu vel culpa mutilatus est,vel in moribus corruptus, aut aliter deterioratus euincatur.Tunc enim emptor non retinet,nec intus habet notabile emolumentum operarum serui, quas non percepit, meritò stipulatio duplæ in totum cum effectu committitur. Si verò emptor plenè & pacificè seruo diu frueretur, qui tandem natura,solitoq; cursu temporis ferè consumptus est, tunc non loquitur dicto §. si totus, nec ad hunc casum trahendus est, in quo euictio,quæ non trahitur retro ad cõmoda præterita,non concernit totum seruum effectu,sed tantum eius minimã partem,cum sit temporalis. Vnde quemadmodum si vsusfructus serui euinceretur,nõ totus seruus,sed pars esset euicta, ita si emptor toto ferè tempore vitæ serui vsus est, tandem sequatur euictio,quæ non trahatur retro,etiam si fiat ex defectu totius iuris non dicitur totus euinci inspecto effectu,quamuis fundus (qui perpetuò durat) diceretur etiam ex magno interuallo totus euinci per prædicta,Mod.in d.l.j nu.130.cum seq.

6 Quid dicendum † de augumento casuali? Emi fundum mille,pretium fundorum successu temporis creuit,nunc mihi fundus euincitur, an venditor teneatur ad istud casuale augumentum? Videtur quòd non, quia perfecta venditione, & multo magis re tradita, vt hic, omne periculum, damnum, & commodum spectat ad emptorem non autem ad venditorem .l. necessariò,de pericul.& commoda. rei vendi. Si igitur non tenetur venditor de damno, vel decremento contingente casu fortuito,in quo emptor magis videbatur certare de damno,igitur multo minus tenetur de incremento fortuito, in quo emptor videbatur non de damno,sed de lucro certare.Tum videtur text.rotundus in l.ex mille.§.quòd si modo,de euict. vbi loquendo in materia euictionis decidit venditorem non teneri de euictione augumenti, quod per alluuionem accesserit, igitur nec de huiusmodi augumento, quod æquè fortuitum est. Et sic videtur venditorem hic non teneri,nisi ad pretium. Breuiter dico,quòd tenetur etiam in id quod extrinsecus interest ratione huius augumenti,non tamen vltra duplum, & non vltra bis mille,quæ moderatio indubitata est. Quòd autẽ veniat in considerationem huiusmodi formatum interesse habẽs totum à casu probat text.in l.venditor hominis,de euicti. Vbi in causa euictionis habetur ratio eius, quod per seruum emptum acquisitum fuisset emptori cessante euictione, vt si seruus emptus postea fuit ab aliquo hæres institutus non contemplatione emptoris,sed quacunque ratione, vel casu, quod augumentum nõ minus est casuale,quàm illud de quo in themate. Tum etiã sine lege specifica sufficerent theses generales de eo, quod interest præstando præter pretium.l.si in venditione. l. emptori,de euictio. Non obstat quòd venditor non tenetur de casu fortuito; quia verum est non solum de lucro, quod per casum aufertur,sed etiam de damno,quod casu infligitur. Secus si dãnum infertur,vel lucrum aufertur non casu, sed per euictionẽ ex defectu iuris venditoris:quia tunc etiam si illud lucrũ, quod nunc per euictionem aufertur,fuerit casu quæsitum,tamen venit in euictione,& rependi debet, text.in l. venditor hominis, de euictio.Non obstat dicta l.ex mille, quia loquitur in stipulatione duplæ.Fateor etiam, quòd dicta l. ex mille, potest procedere in actione ex empto ex primo capite ad pretium, secus in secundo capite actionis ex empto,in quo venit iustum interesse etiam casuale.dicta l.venditor, itaque istud secundum caput modo in minus competit,prout plus vel minus iustè interesse probatur.l.si cum venditor.§ diuisione.l.euicta.2.de euict. Moder.in dicta l.j.numero 135.

B Euictione) Promissio etiam donatoris de faciendo bonam donationem obligat donatorem non solum, vt faciat illud esse donatarii, sed etiam vt teneatur de euictione,ita decidit Corne. consilio 141. colum.fin.libro secundo.Moder. Paris. consilio 36.nume.15.

C Euictio) Contra.l.si vnquam.C.de reuo.dona. non datur euictio,Corn.consi.11.lib.3.Mod.Paris.tract.de dona. fac. in cõtr. matr.nu.41.in fi.

D Genere) Res in genere vendita post euictionem agi potest non solum de euictione, sed etiam si malit emptor primitiua obligatione ad dandum, vel præstandum in simili specie. Sed certa specie vendita non potest post euictionem agi primitiua actione ex empto, sed secundaria duntaxat ad secundum caput euictionis, videlicet, ad interesse,Moder. Paris. in tract. diui.& indiuid.in princ.nume.26. Nisi sciens rem alienam esse mala fide tradiderit bonæ fidei emptori, tunc enim ante euictionem

Source : BIU Cujas

ctionem conueniri poteſt ad ſolidum intereſſe. l. ſeruus quem. § ſi ſciens,& ibi gl.Bar.& Saly.de actio.emp.gl.pen. in l. ſed hoc nomine,de euict.gl.2.in l.ſi tibi.C.de euic.tex.iun.gl.2.in l.ſi decem,de ſtatul.facit tex.in l.ſi hominem, ibi, nec expectabimus, vt creditor euincat,& ibi glo.penul.de ſolu. Cepol. caut.penul. quamuis Pau.limitet illum tex.in d.§.ſi ſciens,vt agatur ad particulare intereſſe tãtum,donec euincatur & malè. Verum eſt, quòd dicto §.ſi ſciens,loquitur in eo, qui ſpeciem alienã ſciens vendit.Sed ego amplio etiam ſi tempore contractus eſt bonæ fidei,ſed tempore traditionis malæ fidei, & tamen tradit bona fide recipienti.Et moueor,quia tenetur venditor præſtare dolum malum abeſſe,in qua ratione & obligatione fundatur expreſsè dicto §.ſi ſciẽs,& ſic a ratione in eodem tex. expreſſa extenditur,etiam ſi non ſit mala fides, niſi tempore traditionis, in qua dolosè de facto verſatur,Mod.Pariſ.vbi ſupra,nu.28.

Hęres) Nota,quòd §.diuiſione.l.ſi cum venditor,de euictio. neceſſariò debet intelligi de euictione ſecuta non facto,vel defectu iuris defuncti (quo caſu non agitur ad intereſſe extrinſecum,ſed ad ſimplum dumtaxat,& pro parte cõuenti) ſed facto, vel culpa cohæredis,qui conuenitur,quo caſu nõ ſolum ad ſimplum pro parte ſua cõuenitur, ſed etiam in omne id quod extrinſecus intereſt,infra tamen duplum ceſſante dolo. Et ſic rectè quadrat caſus ſecundum.l.ſi fratres.C.commu. utri. iud.vbi cohæres prius hypothecauit creditoribus ſuis, deinde diuiſit & tacuit,vnde alter euictionem patitur, ob huius factum aget cõtra eum non ſolum ad ſimplum, ſed etiam ad omne intereſſe, etiam ſi diuiſio facta erat cum procuratore eo ignorante, ſed poſtea diuiſionem ratam habuit ſimpliciter non admonendo nec deducendo hypothecam à ſe factam.Pariter ſi culpa huius in cauſa euictionis laudati noluit,vel neglexit edere inſtrumẽta,quæ penes ſe erant,unde euictio ſecuta eſt, habet locum d.§. diuiſione,qui debet intelligi de ſolo intereſſe extrinſeco,quod tanto minus eſt,quãto res tunc vilior & deterior eſt, vt in l.euicta.2.in fi.eodem tit.Cæterum ſimplæ euictionis obligatio ob rei deteriorationem non minuitur.l.ex mille.§. ſi totus, de euictio.Moder.Pariſ.in l.j.C.de ſent.quæ pro eo quod int.nu.147.

Euictionis) Vel niſi teſtator omnino voluit hæredem teneri de euictione ac ſi vendidiſſet,quod dico, quia aliàs in dubio teſtator etiam expreſsè obligans hæredem de euictione non cenſetur cogitare,niſi de pretio,non autem de damnis & intereſſe.Quæritur ergo,quædam domus legata eſt ſub conditione qua pendente creuit,vel decreuit eius æſtimatio. Cuius temporis valor attẽdetur in taxatione eius,quod propter moram, vel culpam hæredis non tradentis intereſt. An tempus diſpoſitionis,ſiue teſtamenti,an mortis,an conditionis extantis, legatiq; cedentis? Si legatum eſt purum,vel teſtatore viuo purificatum non tempus teſtamẽti,ſed tempus mortis teſtatoris inſpicitur. Sed quid ſi in diem certum etiam adhuc tempore mortis pendentem? Et prima facie videtur idem,quia non impedit ceſſionem,& certi ſimpli determinationem facit l.ſi filiusfa.in princ. de verborum obli.l.quæ legata,de reg.iur.cum ſimilibus. Contrarium dico, quia non poteſt inſpici æſtimatio rei antequam efficaciter debeatur,& peti poſſit. Itaque quantum ad hoc non inſpicitur valor vel æſtimatio, quæ eſt tempore diſpoſitionis, vel etiam obligationis cedentis,ſed quæ eſt tempore, quo non ſolum ceſſit,ſed venit dies,& peti poteſt, text. eſt rotundus in l. quoties,cum l.ſeq.de verb.oblig.idem in vltimis voluntatibus. Non obſtat d.l.ſi filiusfam. cum ſim. quia loquuntur quantum ad ipſam acquiſitionem iuris & obligationis,quia tunc eſt differentia inter contractus,in quibus tempus contractus inſpicitur,etiam ſi eſt conditionalis,& vltimas voluntates, in quibus dies legati cedentis.Et hoc ad ſciendum cui acquiritur ius. Sed ad ſciendum quantum ſit illud ius, & quanti debeat æſtimari, non poteſt attendi tempus, antequam efficaciter debeatur, & peti poſſit,facit.l.cum quis.de act.& obliga.Moder.Pariſ.in d.l. 1.numero 73.

SVMMARIVM.

1 *In permutatione rei æſtimatio quo tempore inſpicitur.*
2 *Euictio locum habet in permutantibus beneficia.*

G 1 ERMVTATIONE) In permutatione † & aliis contractibus prẽter venditionem res quam quis moram,vel euictionem paſſus habere debet,vel eius æſtimatio communis tempore contractus inſpecto,eſt verum ſimplum, ceſſante uerò partium æſtimatione,ꝙ ipſum ſimplum referendũ ſit ad valorem & æſtimationem, quæ erat tempore cõtractus, eſt tex.rotundus,licet non ſoleat citari,in l.Titia, in fin. de iure dot.Vnde circa hæc diligenter aduertendum, quòd iſtud ſimplum non recipit ex poſt facto augumentationem,nec diminutionem reſpectu eius,quod per l.j.C.de ſen.quę pro eo quod int.taxandum eſt.Et ratio eſt manifeſta, quia hoc ſimplum nõ eſt aliud quàm illa certa quantitas,uel natura in diſpoſitionem vel obligationem principalem deducta, ſed non poteſt habere certam & ſtatam naturam,niſi per reſpectum ad tempus diſpoſitionis,vel cõtractæ obligationis principalis, ad quod tempus diſpoſitio (ſi eſt conditionalis vel in diem) refertur. Et ſic certitudo,quæ tunc inuenitur,taxat hoc ſimplum, nec attenditur mutatio ſequens.l.Rutilia Polla,de contrah emp.Et alioquin, cum omnia humana in perpetuo motu conſiſtant.§.ut autem, in Auth.de non alie.aut permu.nihil eſſet certum, niſi per eam relationem.Tum punctualis ratio huius taxationis, quæ eſt, ꝙ non cenſetur quis uelle,nec æquum eſt, periclitari vltra quàm ſit principale,non refertur niſi ad tempus, & principium contractæ obligationis principalis,Moder.Pariſien.in d.l.j.nu.71.

2 In duobus † permutantibus beneficia poteſt habere locum euictio.Quod intellige primò,ſi euictio ſequatur ex defectu iuris reſignantis,ſaltem ob eius dolum uel culpam, ſecus aliàs.c. ſi beneficia,de præb.lib.6.Secundò,niſi euictio fieret ex diſpoſitione legis,cõtra quam nulla querela datur, ſiue fiat ex poteſtate legis ſcriptæ l.damni infecti.1.§.1.& ibi Imo. de dam.inf. Ro. conſi.403.in fi.ſiue ex poteſtate legis animatæ.l.Lucius, de euictio. Tertiò nõ procedit, nec datur ob cauſam de nouo ſuperuenientem.l.1.in prin.ibi.Actor enim ex his tantum cauſis ſuo ordine tenetur,quæ ex præcedenti tempore cauſam euictionis pariant.C.de peric.& comm.rei vend.l.3.in fi.ibi.Hic autem actio poſtea eſſe cępit,de euict.Mod.Pariſ.in regu.Cancel.de public.reſignat.nu.130.

H Feudo) An patronus teneatur in futurum ipſi vaſallo de euictione feudi? Dic breuiter ꝙ non,ſiue vaſallus impetatur in iudicio ſiue extra,in petitorio ſiue in poſſeſſorio. Aut enim iniuſtè impetitur,& agat contra impetentem,& ius ſuum deducat. Aut iuſtè & idem. Quia huiuſmodi renouationes inueſtiturã ſemper intelliguntur fieri ſaluo iure alieno,& hoc ſolet in illis exprimi,& omiſſum tacitè ſubintelligitur.Fallit tamen quantũ ad ea quæ patronus recepit à vaſallo,uel niſi ad hoc expreſsè ſe obligauerit patronus,& ad defẽdendum in totũ vaſallum cõtra omnem. Sed quid ſi feudum in totum, vel in parte euincit attenta ſolum originali inueſtitura? Diſtingue,aut eſt facta gratis & liberaliter,prout eſt natura feudi,& tunc non eſt locus recurſui euictionis,ſicut nec in donatione.l.2.C.de euict.l. Ariſt. de dona l ad res donatas,de ædilit.edic. Sed ſolum vaſallus pro futuro tempore releuatur ab omnibus oneribus feudalibus ꝓ rata reſpectu rerum euictarum. Aut apparet infeudationem eſſe factam mediante pretio,vel ęquipollenti compenſatione,& tunc locus eſt euictioni,niſi culpa vaſalli interuenerit,quemadmodum in contractu venditionis,permutationis, & ſimilibus locus eſt euictioni ſecundum diſpoſitionem iuris communis. Feudum enim inquantum non habet propriam naturam feudi regulatur ſecundum naturam contractuum, quibus hactenus accedit,no.Feudiſtæ in cap.j.de feud.non hab.prop.nat.feu. Curt.Iunior tract.feud.par.1.q.6.Debebit igitur tempeſtiuè interpellari patronus,& omnia obſeruari,quę in materia euictionis à iure diſponuntur,alioquin ceſſabit euictio.l. emptor fundi C.de euictio.quam l.limita & intellige ut ſupra §.3.Mod.Pariſ.in conſuet.Pariſ.§.44.quæſt.9.

SVMMARIVM.

1 *Locatio in materia euictionis dupliciter conſideratur.*
2 *L.ſi tibi alienam,cum l.ſeq.intellectus.*
3 *L ſi prægnans,& l.venditor,de euictionibus explanatio.*
4 *Doct.obſcurant.§. ex empto.l.emptorem.de act.emp.*

I 1 SI quis domum) In §.j.huius.l.no.Alb. Bal.in lec. antiqua in fi.Bart.& Pau.differentiam eſſe,an † qs locet rem ſimpliciter,an verò tanquã vſufructuarius vel emphyteuta; quia hoc ultimo caſu ſecuta euictione ſine ſua culpa ſecundum naturam illius iuris,vel qualitatis, in qua ꝺ̃xit non tenet̃ de euictione, ſecus ſi tanquam proprietarius, uel dñs ꝺ̃xerit, quia tunc ſecum ꝺ̃hentem decepit,& teneri debet.Item ſecus ſi expreſſe ſe obligauit de euictione.In quo no.ꝙ non ſufficeret generalis & ſolita clauſula euictionis: qa illa generalis clauſula intelligitur ſm naturam actus,per l.fi.& quæ ibi not.C.de non nu.pecu.Sed tũc opus eſſet,ꝙ ſpecialiter promitteret euictionem. Tamen quo caſu dixi non teneri de euictione, debet intelligi de damnis & intereſſe, quia ad reſtitutionem pretii tenetur ſecum ꝺ̃henti pro rata,ſ.qua ille ꝺ̃hens non potuit frui,per tex & no.in l.emptorẽ.§.fi de act.emp.niſi ſpecialiter eſſet conuentum non prę ſtari euictionem reſpectu certæ perſonæ, quia tunc ex quo ad certam & ſpecialẽ cãm euictionis eſt deuentũ, excluditur etiã pretii reſtitutio,ſicut ſi de pretio non repetendo expreſſe eſſet ꝙuentũ,per tex.in l.qui libertatis,in prin.de euic. vbi ita tenent Bar.& Bal.Saly.in l.j.C.de peric.& com.rei vend.Ro.ſing.382.ſi vẽdo.Pau.in d.§.fi.Aret.in §.actionũ,col.16.inſti. de act Marſ. ſing.656.Quod eſt intelligendum in venditione fructuum pro certo pretio à principio ſemel ſoluẽdo.Secus in locatione, vel venditione fructuum pretio per ſingulos annos pro rata diſtributo, quæ eſt uera locatio, ut tradit in Bar. in diſputatio. Publicanus.

Source : BIU Cujas

blicanus. In locatione autem indistinctè fiēda est remissio mercedis pro annis, quibus non licet frui, per iura vulgar. l. qui insulam. §. ædilis, l. si fundus, & per to. loca. Mod. in consuet. Paris. §. j. gl. 8. nu. 39. cum seq.

2 L. si tibi alienam, † cum l. seq. loca. not. Vbi emolumentum maioris relocationis à conductore ob euictionem amissum, maiorem efficit condemnationem eius, quod interest, quod per prædicta debet intelligi, vt cum omni alio extrinseco interesse non excedat duplum, in quo inest simplum per hāc. l. Simplum autem ex parte conductoris est tota merces conductionis euictæ secundum not. per Moder. in d. l. j. C. de sent. quæ pro eo quod int. num. 131. quæ si prærogata fuerit, debet pro rata restitui, aliàs remitti præter id quod extrinsecus interest. Et circa hoc valde errant Accur. Bar. Saly. in d. si quis domum, in princ. in l. si fundus, in fi. loc. ubi d. iura restringunt ad scienter locantem domum alienam, & tenent, quòd locans ignoranter secuta euictione non tenetur in id quod emptoris interest, sed solū ad remissionem mercedis pro rata, quod est falsum, & contra tex. rotundum in l. si verò. §. vbicunque, in fi. eodem titu. & contra tex. satis apertum in d. l. si quis domum, in princi. quæ loquitur de eo, qui bona fide fundum, vel domum emit, & mihi locauit. Plus addit text. quòd res locata sine dolo & culpa locatoris euicta est, ergo bona fide & ignorans alienam locauerat. Et sic Accurs. & sequiores peruertunt illum tex. dum supplent, cum sciret alienam, quia tunc fuisset in dolo, quod text. negat, & expresse loquitur in eo, qui est in bona fide, quem tamen vult teneri ad interesse, quod est iustum sub d. l. 1. moderamine, ut dixi, ex quo defectu iuris locantis euincitur, & alioquin locatio non iisdem regulis vteretur quibus & venditio, contra text. in l. 2. loc. inst. eo. in princ. Et ita contra glo. tenet Pau. in d. l. si quis domum, & in dicto §. vbicunque. Secus si non euinceretur ex defectu iuris locātis, sed per vim de facto illatam ab alio, quem locator prohibere non potest; quia tunc sat est mercedem pro rata reddere, vel remittere. l. si fundus. in fi. eod. tit. quæ ita clarè loquitur, & ita debet intelligi, & hoc nisi procedat ob inimicitias culpa locatoris contractas. l. si merces. §. culpæ, loca. Apost. ad Alex. consi. 168. in fi. lib. 2. Mod. in d. l. j. nu. 176.

8 L. si prægnās, † de euict. quæ negat solo partu euicto vendito rem teneri de euictione, solutio facilis est, quam rectè tradunt gl. & Doct. quod ea. l. loquit non de actione ex empto, sed de actione ex stipulatu ad duplum, quæ competit ad duplum rei, vel partis euictæ, etiā si non interfit, nisi in simplo euictio. Quæ solutio non a remotis colligitur, sed primò ex eadem. l. ex ratione decidendi in ea expressa, quia partus (inquit) euictus non est. Quæ ratio meram cōtractus & verborum formulam strictam recitat, & sic non congruit actioni ex empto, in qua (vtpote bonæ fidei & fauorabili) magis effectus attenditur, sed solum actioni ex stipulatione duplæ, quæ stricti iuris est & odiosa. Secū dò ex l. vaccæ, quæ mox ad prioris declarationem subtexitur. Quamuis enim vsusfructus sit pars rei, vt possit inde committi stipulatio duplæ, tamen partus non dicitur pars rei, in quātum res est simpliciter vendita, etiam si tempore venditionis ancilla prægnans erat, & ob id carius vendita. Quemadmodum ob quamlibet aliam accessionem tempore contractus inexistentem, quæ non ob id dicitur pars rei venditæ, sed accessio. Sicut in simili, quę commodatis, vel depositis rebus accedunt, non dicuntur simpliciter commodata, vel depositā, sed eorum accessiones, licèt etiam pro eis competat actio commodati, vel depositi. l. si vt certo. §. vsque, commo. l. j. §. quæ depositæ, depo. Sic etiam competit actio ex empto. l. emptorem. §. si quis rem. l. Iulianus. §. in his, de act. empti. In quo aduertendum, in quantum hæc accessio inerat actu tempore contractus est pars rei, & si p parte rei habetur quantum ad actionem ex empto, in quātum autem hæc accessio tunc non inerat actu, sed postea superuenit, vel aucta est, non est pars rei, nec simpli, sed velut augumentum (si non cadit in fructus) vt partus hominis, vel hæreditas, & sic computatur cum reliquo interesse extrinseco duplādo, vt dixi super l. venditor, de euict. Si verò cadit in fructus, ut fœtus vaccæ, non computatur in interesse duplando, sed compensatur cum interusurio, puta quod habet venditor, Moder. in d. l. 1. numero 129. 148. Sed hic suboritur alia quæstio necessaria ad prædicta quid in casu dicta l. venditor, si ancilla uendita & tradita erat aliena, sed prius obiit, quàm euinceretur, relicto p̄tioso partu, qui euincitur? Respond. stipulationi duplæ locum non esse, sed tantum actioni ex empto, non ex primo, sed ex secundo capite duntaxat, veniet ergo partus tanquam interesse, & sic hoc casu venditor (qui tamen non fuit in dolo) non tenebitur nisi vsque ad simplum, videlicet, vsque ad metas pretii tantum, ne quod interest illud excedat, & ne venditor per obliquum teneatur de casu ancillæ quę emptori periit, ad quem casus spectat. l. necessario, & per tot. de pericu. & commo. rei ven. l. ex mille, de euict. Idem si ancilla uiuit, sed non euincitur, siue, quia dominus abdicat, siue quia venditor redemit a domino, aut aliter facit, ut eam omittat, quia satis est eam nō euinci, sed emptori (si ea uiuat) relinqui. Secus si non relinquitur ei, licèt de facto non euincatur, eo quòd in fuga sit, sed declaratur spectare ad euincentem, & condemnatur emptor ad restitutionē, si in suam potestatem uenerit, tunc enim satis dicitur euicta, ēt ad stipulationem duplæ. l. euictus, de euictio. Non obstat, quòd partus est causa rei, vt fructus, & sic nō debet computari in interesse extrinseco, nec duplo subsit, sed in totum uenire, quia aliàs responsum fuit, & tradunt Mod. in d. l. j. nu. 149.

4 Pariter † glo. & Docto. obscurant. §. ex empto, in dicta l. emptorem, versi. satis autem non dantem, quanti plurimi actorem periclitari oportet. Qui text. est clarissimus, nec vult aliud dicere, quàm reum damnandum in verum, & plurimum, siue summum interesse actoris. Non enim loquitur de simpli repromissione duplæ, quia satis per actionem ex empto suppletur. l. 2. l. emptori duplam, de euic. sed de satisdatione promissa non præstita, siue sit promissa de euictione totius rei, siue certæ qualitatis, puta vitii, vel seruitutis, siue de simplo, siue de duplo. Et dicit quòd non satisdans vti promisit, debet damnari quanti plurimi actor inde periclitatur. Ait autem, periclitari oportet. Quæ verba (nempe Vlpiani viri scientissimi, & elegantissimi) habēt magnam, & elegantem emphasim, non solum enim præsens, sed etiam futurum tempus respiciunt, perinde ac si dixisset. Cō demnandum in id quod ob id interest, & intererit actoris. Hoc duntaxat vult dicere ille tex. nec potuisset melius, quia interesse satisdationis non præstitæ non momentaneum est, sed successiuum. Cęterum de taxatione & exactione huius interesse nihil dicitur in dicto uersi. sed hoc in aliis iuribus & æquitati subiecti negocij relinquitur. Et sic reiicienda est anxia intricatio Accursi ibi, necnon operosa distinctio Barto. Paul. & Docto. ibi non minus falsa quàm commentitia. Quod enim dicunt, cessantem satisdare per dolum statim in duplum condemnandū & exigendum, ut nec reddat, si periculum, vel euictio non sequatur, per l. 2. de euict. l. locum. §. condemnatio, de tab. exhib. & idem vult Bart. in d. l. 2. falsum est, quia in d. §. condemnatio, pœna est specialis in illo edicto specialiter facto cōtra non exhibentes tabulas testamentarias duntaxat, qua in re nō solum priuata, sed etiam publica versatur vtilitas. l. vel negare, quem adm. testa. aper. Ideo pœna illa non potest ad diuersum casum, vbi est alia, & minor ratio, trahi. Dicta uero l. 2. nullo modo dicit, nec sentit statim duplum exigendum, sed condemnādum ad soluendum duplum, quando casus eueniet, perinde ac si per stipulationem cautum fuisset. Patet, quia condemnatio. de qua ibi, refertur ad actionem, actio autem ad promissionem, scilicet, per stipulationem faciendam; quia actum fuerat de dupla, vel id rei qualitas & consuetudo exigebat. l. emptori duplam, de euictio. Ergo sententia non potest intelligi plus continere, quàm actio, vel stipulatio, & ita debet ille text. planè, simpliciter, & sine vlla sophistia intelligi reiectis anxijs, & superuacuis intricationibus Accur. Bar. & aliorum ibi. Redeundo ad dicto versi. satis autem, fateor, cp si emptor omnino non erat empturus sine satisdatione, & hoc actum fuit expresse, vel tacitè scientе, videlicet, venditore non empturum (aliàs propositum emptoris in mente retentum nō faceret duriorem obligationem venditoris. l. si repetendi. C. de condit. ob caus.) & potest (si uelit) emptor agere ad redhibendum & resoluendum cōtractū, argu. l. arboribus. l. sed Celsus. §. j. de contrahen. emptio. & tunc non loquitur dicto ver. sed loquitur dicta l. arboribus, & l. si vēditor, de ædil. edic. & similes, quæ de redhibitione, vel resolutione loquuntur. Sed si emptor nolit, vel non possit agere ad redhibendum loquitur dicto uer. Et sic etiam contra dolo cessantem non poterit statim totum exigi; quia nec duplum, nec simplum quidem totius ob id venit, sed tantum quod ob id interest, & intererit, nec priusquam interfit taxari, uel exigi poterit. Moder. in d. l. 1. nu. 86. cum seq.

§. V.

Qui autem] Obligatio restitutionis pretij ob euictionem secuta superest ob æquitatem d. §. qui autem, quæ est æquitas, de qua in l. si me & Titium, si cert. pet. ne venditor lucrū retineat, & emptor damnum ferat. Mod. Paris. consi. 49. nu. 2.

SVMMARIVM.

1 *Nominis venditor non tenetur præstare debitorem locupletem.*
2 *Creditor tenetur præstare se creditorem esse.*

B 1 REDITOR) Qui † uendit nomen, non tenetur præstare locupletem esse debitorem; sed dumtaxat debitorem esse, tex. in l. si nomen, de hæredit. uel acti. uendit. ubi Bal. uetus pragmaticorum dictum citat, quòd cedens non tenetur facere nomen bonum, Bald. consilio 270. libro 1. Paul. consilio 170. libro 2. Alexand. consilio 242. ad fin. libro sexto. Immo text. ait, quòd cessionarius ipse nomen bonum facit, id est, pro tali suo periculo accipit, ut inquit tex. in l. inter causas. §. abesse, mandat. ibi. Quia bonum nomen facit creditori, qui admittit debitorem delegatum,

Source : BIU Cujas

id eſt, accipit in ſolutum pro bono qualecunque ſit; Mod. Pariſ. conſi. 49. nume. 9.

2 Creditor † licèt non teneatur de euictione ex defectu iuris pignorantis. l. j. & per tot. C. cred. euict. pigno. non debe. tamen tenetur præſtare ſe creditorem fuiſſe, hoc eſt, tenetur ad limites iuris pignoratitij, ſeu qualitatis in qua vendidit, vnde tenet̃ omne ius pignoratitium, quale habet, ſi eſt efficax, ſaltem contrariam pignoratitiam, quam in omnem euentum habet, contra debitorem cedere emptori ſuo, eiusque indemnitati, quantum ſine diſpendio ſuo poteſt conſulere, & ad hoc emptori ſuo ex proprio contractu obligatus eſt, & in hoc emptor ſecutus eſt fidem venditoris ſui. Et plus, creditor ad hoc tenetur etiam iure actionis. l. pen. de diſtr. pig. & l. In creditore, de euic. vbi tex. inquit, quòd ad hoc teneatur ex empto, Moder. in tract. vſur. q. 46. nu. 335. niſi promiſiſſet non ſolum euictionem iuris. l. ſi nomen, de hæred. vel actio. vend. ſed etiam facti, videlicet, debitorem fore ſoluendo, quia tunc teneretur. Mod. in d. tracta. vſu. q. 62. nume. 413.

C Auctoris] De natura contractus emptionis, & venditionis eſt teneri venditorem de euictione reſpectu ſui, & pro facto auctorum ſuorum etiam extraneorum. l. emptorem. §. qui autẽ, & ibi glo. in verb. per omnes, de act. emp. & in l. inter ſtipulantẽ, in princ. & ibi glo. in verb. habere licere, de verbo. obliga. facit. l. ſi fundus, verſ. nam & ſi vendideris, & ibi Albe. poſt glo. loca. vbi venditor fundi publicati poſt venditionem, licèt nõ teneatur de euictione reſpectu intereſſe, tenetur tamẽ reſtituere pretium. Et in hoc à pari procedunt locatio, & venditio, nec traditio in hoc caſu videtur conſiderabilis reſpectu tranſlationis periculi. l. 1. & l. neceſſario, de peric. & commod. rei vendi. & l. j. C. eodem titu. & ibi Ang. in 1. not. Alb. in l. euicta re, num. 2. de euictio. Item pro hac opinione videtur in terminis deciſio Ang. in dicta l. j. no. 2. C. de pericu. & commoda. rei vendi. Vbi ſi exules ex forma legis, ſeu pactorum reſtituuntur ad bona, tenet̃ tunc venditor de euictione, quia cauſa euictionis iuris fictione præceſſit contractum.

D Particularis) Venditor pro facto auctoris ſingularis non tenetur ſecundum glo. fi. in l. ſi cum fundum, de verborum ſigni. quam dicit ſingu. Crem. ſingu. 158. quem ſequitur ibi Apoſt. nume. 3. & Alciat. in d. l. ſi cum fundum, in fi. Tiraquel. de retract. conuentu. §. j. glo. 6. num. 5. Non procedit, quando facta eſt promiſſio de præſtando, & conſeruando indemnem partem agentis ab omnibus cõditionibus propter quam promiſſionem tenetur de euictione, quomodocunque res euincatur, Abb. conſil. 43. lib. 1. quem refert & ſequitur Dec. conſi. 323. nume. 4. Pariſ. conſi. 76. nu. 21. lib. 3. Gratus conſ. 7. nu. 24. lib. 2. Natta in rep. clem. læpe, in prin. verb. cauſas, col. fi. de verb. ſign. & tenetur de caſu fortuito ſecundum Saly. in l. 1. not. 2. C. commod. perinde enim eſt ac ſi promiſiſſet facere, q̃ damnum non eueniſſet, & ſic tenetur ad omne intereſſe, Soci. Iunior conſil. 78. nu. 20. lib. 2. poſt Salyc. in l. 2. q. 2. C. de ſent. quæ ſine cer. quant. prof. Did. lib. 3. reſolut. cap. 17. nu. 7. vbi latè de promiſſione euictionis cũ verbis vniuerſalibus, & generalibus. Ex præmiſſis patet reſponſio ad adducta in contrarium „quia non habent locum in caſu noſtro. Nam Crem. d. ſing. 158. & alii loquuntur, quando venditor pacto noluiſſet teneri de euictione, niſi pro ſuo facto tantũ quo caſu non tenetur pro facto auctoris ſingularis. Et ita cẽſuit Senatus Subalpinus, vt refert Rot. Pedem. deciſ. 48.

SVMMARIVM.

1 *Oblatio altero de ſex modis fit.*

E 1 EYPOTHECARIAM) Et tũc habebit locum oblatio, quæ † altero de ſex modis fit. Primò ad moræ purgationem, & tũc ſola ſufficit abſque depoſitione, ſeu conſignatione. l. illud, de peric. & commod. rei vend. l. ſi ſeruum. §. vlti. de verborum obliga. Ideo datur remedium ad hoc, ne venditor conſtituatur in mora, Bart. in l. pen. circa fi. de diſtr. pi gn. quia quando debitor dicit, ſum paratus ſoluere, debet creditor reſpondere, ſum paratus recipere. Quod remedium pro ſingulari commendat Iaſ. in l. 2. col. 63. C. de iure emph. Alex in l. ſi mora, col. 5. ver. omnes, ſoln. mat. Secundò fit ad vſurarum prohibitionem, & tunc aut quæritur de curſu earum incipiendo, aut de iam incepto. Si de iam incipiendo, tunc ſola oblatio impedit. l. ſi per te, & l. ex præ diis. C. de vſur. Si de curſu iam cępto, quidam dicebant, quòd ſola oblatio non prohibet, ſed requiritur conſignatio, & depoſitio. l. ſi creditori. C. de vſur. Paul. in l. acceptam. C. eod. col. 3. poſt Bald. ibidem, cuius dicta ad hoc multum commendat. Sed contrarium eſt verius. Moder. in tract. vſu. q. 39. Si enim compenſatio ipſo iure impedit curſum vſurarum, quæ incęperunt currere, etiam ſi compenſatio non opponatur ab homine. l. cum alter, cum l. ſeq. de compe. l. ſi conſtat. l. etiam. C. eod. & tenent gl. Bar. Bald. Ang. Pau. Fulg. & omnes in d. l. ſi conſtat, & generaliter vbicunque defectus ſolutionis poſſet afferre præiudicium, vel damnum debitori, Alex conſi. 45. nu. 4. lib. 3. conſi. 74. nu. 4. lib. 5. Soc. conſi. 130. ad fi. lib. 4. Curt. Sen. conſil. 70. col. vlt. Iaſo. §. in bonæ fidei, inſti. de act. Soci. in l. Iulianus, num. 9. de condit. & demonſt. Quanto fortius oblatio congrua facta ab homine, quæ plus eſt quàm compenſatio non oblata ab homine. Ad iura in contrarium reſpondent Moder. in d. q. 39. Tertiò ad euitã dam pœnæ commiſſionem, & tunc ſola oblatio ſufficit. l. Celſus, in fi. de arb. l. traiectitiæ, de acti. & obli. Et ſic in quolibet debito cõditionali. l. ſi poſt diem. §. item ſi qua, quan. dies leg. ced. Quartò fit ad pignoris liberationem, vel ad agendum pignoratitia. Tunc aut fit in iudicio, & tunc ſola oblatio operatur, itaque naſcitur pignoratitia actio. l. ſi rem. §. fi. cum l. ſeq. de pign. act. Aut fit extra iudicium, & tunc aut quæritur nũquid operetur quantum ad ius actionis pignoratitium, aut quãtum ad ius excipiendi. Si quantum ad actionem, tunc quidam dicebant, q̃ ſola oblatio nõ operatur abſque cõſignatione, & depoſitione, d. l. acceptam. l. nec creditores, in fi. C. de pign. act. l. inuicem. C. de comp. l. ſi reſiduum. C. de diſtr. pigno. Sed verius eſt, q̃ ſola oblatio operatur abſque conſignatione; quia extra iudicium ſola realis & congrua oblatio impedit ipſo iure pignorum vẽditionem, tex. in d. l. ſi reſiduum, in 2. reſp. ibi, ſiue oblato ſuperfluo, intelligitur etiam extra iudicium, prout indiſtinctè loquitur, quamuis princip. d. l. loquatur de oblatione iudiciali etiam nõ reali. Et ita debet d. l. rectè intelligi, & in vtroque reſp. diſtingui, quamuis nemo animaduerterit. Quintò aliquando fit ad transferendum periculum in aduerſarium, tũc ſola oblatio cõgruo loco & tempore facta, vt in l. ſi ſoluturus, de ſolu. ſufficit, non ſolum ad eximendum à periculo, ſed etiam ad transferendum illud, ſi creditor recuſauerit, vel alias in mora conſtitutus fuerit, etiam ſi prius offerens fuerat in mora, quia vltima attenditur, tex. in *l. illud*, de pericu. & commod. rei vendi. text. in l. qui decem, in prin. de ſolu. l. ſi debitor, eod. tit. l. ſi ex legati cauſa, de verbo. obligationibus. Et ſecundum communem gl. Barto. & omnium Doct. in d. l. qui decem, debitor generis ſumma oblata perempta liberatur ope exceptionis debitor verò ſpeciei ipſo iure. Idem in debitore generis ex cauſa dotis, & ſequit̃ Deci. in l. quod te, nume. 26. lect. vlt. ſi certum petatur. Sextò fit ad debiti liberationem, & tunc ſola oblatio non ſufficit, ſed requiritur depoſitio. & conſignatio. l. ſi debitor offerret, iun. gl. de ſolu. & l. obſignatione. C. eodem titu. Anchar. conſil. 331. col. 2. in princ. Bar. in l. prætor ait. §. ſi quis paratus, de ope. no. nun. Rom. conſi. 163. in fi. conſi. 204. colum. 2. Bal. in c. licet, ſi de feud. fue. contr. Sed quid ſi debitor non offert, nec deponit, ſed dicit ſe paratum ſoluere, & ſolo verbo offert? Dicit Barto. in d. l. acceptam, quòd in rebus quæ offerri non poſſunt realiter, vt in immobilib. dicta verba habere vim validæ oblationis, vt in auth. dos data. C. de dona. ante nup. alias nullum haberent effectum, niſi poſt talia verba non acceptata creditor vendat pignus, qa tunc poteſt debitor petere venditionem reſcindi. d. l. ſi reſiduũ. l. pen. de reſcind vendi. Barto. in d. §. ſi quis paratus. Sed quid ſi dominus, vel creditor nõ eſt præſens, nec aliquis pro eo, an valeat conſignatio, & depoſitio ſine oblatione? Paulus in d. l. acceptam, colum. 4. in fin. dicit, quòd debet adire iudicem, & ibi proteſtari, quòd eſt paratus ſoluere. dicta l. ſi creditori, in fin. & expreſſius in l. vlt. de leg. commiſ. Et talis proteſtatio habet vim realis oblationis ſecundum eundem Paul. in l. 2. C. de naut. fęn. l. pupillo. §. ſi quis ipſi prætori, de oper. no. nun. aliàs autem non ſufficeret debitori propria auctoritate facere depoſitum, licèt creditor abeſſet, nec propterea purgaret moram. Et ſic ſecundum eundem Pau. debet intelligi tex. in l. pecuniam, in fin. in l. cum quidam. §. ſi pupillo, de vſuris. Et ſi non poteſt habere copiam iudicis deberet ſecundum eum facere iſtam proteſtationem coram honeſtis perſonis, & rogare notarium ſuper eo. l. fin. C. de his qui prop. me. iud. non app. & dicto §. ſi quis ipſi prætori. Eſt etiam ſciendum, quòd ad hoc vt fiat oblatio valida, debet fieri loco, & tempore congruis. l. ſi ſoluturus, de ſolut. gl. in d. l. obſignatione. l. mora, de vſur. l. qui Romæ. de verbor. oblig. cum ibidem not. per Scrib. ideo fieri debet de die, & non de nocte, ut dicit Petr. in d. l. acceptam, Mod. Pariſ. conſi. 57.

F L. Lucius.) Vbi emptor prędiorum, quæ poſt contractum emptionis ex principali diſpoſitione ab ipſo emptore fuerunt auocata, & aliis aſſignata, non poteſt aduerſus venditorem agere de euictione, nec ad reſtitutionem pretii, nec etiam illius retentione vti. Et ratio eſt ſecundum Iuriſc. quia futuri caſus euictionis poſt perfectam venditionem non ad venditorem, ſed ad emptorem pertinent. Et facit tex. in l. j. C. de peric. & comm. rei vend. & l. neceſſariò. ff. eod. tit. & l. fi. C. de act empt. & l. ſi per imprudentiam, prim. reſp. de euic. vbi violentia, ſeu iniuria, quę fit emptori, uel alia cauſa ſuperueniens non nocet uenditori, Iaſ. in l. ſtipulatio iſta, in prin. nu. 14. de uerbo. oblig. Saly. in d. l. fi. C. de acti. emptio. concordat tex. in l. ſi fundus, uerſ. nunc & ſi uendideris mihi fundum, loca. arguendo à contrario ſenſu, uidelicet, ſi publicatio, de qua ibi, fuit facta poſt traditam uacuã poſſeſſionem rei uenditæ, non competit emptori actio ad reſtitutionem pretii, ſequitur Alb. in dicta l. Lucius. Item facit doctrina

Source : BIU Cujas

ctrina Ang.in l.ſi filio.§.ſi vir in quinquennium,ſol.mat.quem ſequitur Iaſ.in dicta l. ſtipulatio iſta,ubi determinat, quòd Florentini,quibus fuerunt vendita certa loca, quæ paulò poſt fuerunt per Piſanos ablata,cõtra venditorem de iure nullum poſſunt habere regreſſum dicta l.fi.C.de act.empti.cum ſimilibus. Et ratio eſt,quia per venditorem transfertur omne commodũ & incommodum in emptorem.

Sententiam) Ante ſententiam, & poſt realem euictionem rei,ad quam agitur,non dicitur nata actio de euictione. l.ſi ſeruum, in princip.iun.glo.in ver.abeſſet,& ibi Bart.Albe.& Paul. de Caſt. de actio.emptio.l.euicta.§.duplæ.l. minor 25. annis, in fi.prin.l.ſi ſeruus.l.habere licere,vbi Ang.in j.not.de euict.l. quirem.C.eodem titu.Imo.in l.ſi fundum per fideicommiſſum, in fi.princ.de leg.j.Alexan.conſi.4.num.1.& ſequen.lib.3. & conſ. 119.nume.33.libro 6.Cẽpol.caut.71.Iaſ.in l.quoties,nume.48. C.de rei vindicatio.Bened.Capra in ſuis regul.commu.cap.87. num.202.& 214.

Alluuione) Quid autem ſit alluuio, & de eius effectu vide vltra locos communes vberrimo,& facili ſtilo per Iaſonem conſilio 126.lib.4.Mod.in conſuet.Pariſ.§.1.glo.5.nu. 102. vbi aliqua vtilia carpes ad propoſitum.

SVMMARIVM.

1 *Diligens explanatio.l.ex mille.*

1 LEX MILLE) Accipio primum reſponſum.l.Titius erat dominus quartæ partis indiuiſæ mille iugerum ab alio venditorum,poſtea flumen abſtulit decenta pro diuiſo,nouiſſimè Titius euicit ducẽta indiuiſa reſidui,& ſic pro rata quartæ partis ſuæ indiuiſæ,quæſitum fuit quatenus eſſet commiſſa ſtipulatio duplæ? Et videbatur pro quarta parte,primò quia euictio facta eſt iure, & nomine quartæ partis verè ſpectantis ad Titium,& ſic cũ quarta pars totius verè eſſet aliena,vendicata & ablata fuerit,iuſtũ, & æquum videtur committi ſtipulationem pro eadem quarta parte, ſiue facias vim in verbis,quia euictio eſt facta iure, & nomine quartæ partis,ſiue facias vim in æquitate, quia non videtur fieri iniuria venditori,ſi vrgeretur pro rata quartæ partis totius, ex quo ea pars erat prorſus aliena, nec debet venditor lucrum facere de alieno, ſaltem poſtquam emptor toto alieno caret,vt hic.Tum etiam alia ratione videretur iniuria fieri emptori,cui licet per euictionem non abſit, niſi quinta totius, tamen ceſſante euictione ſpes erat, quòd amiſſum per eluuionẽ in totum rediret per alluuionem,quam ſpẽ perpetuò pro quarta parte amittit euicta quarta parte reſidui,& ſic partim re, partim ſpe videtur in effectu quarta pars totius euicta.Quibus non obſtantibus decidit Papin.non committi,niſi pro quinta parte & rationem breuiſſimam,& efficaciſſimam reddit. Nam quod perijt (inquit) damno emptoris eſt non venditoris. Vult dicere,quòd ſicut id quod per euictionem (qua tenetur venditor) infertur, damno venditoris eſt,ita quod per flumen, vel alium caſum (quo non tenetur venditor) aufertur damno emptoris cedit.Hæc autem concludit non ſolum in ſtipulatione,ſed etiã in actione ex empto;quatenus tamẽ ex primo capite (quod ad ratam rei pretiique refertur) competit, quia tunc neceſſe eſt, quòd ad ratam rei euictæ limitetur vt ſtipulatio. Sed quia ſtipulatio in totum,& vndique reſpicit euictionis;ſicut conditionis euentum, neceſſariò in totum limitatur ad ratam euictionis. Non obſtat prima ratio dubitandi, quia in materia euictionis non curatur de maiori iuris titulo aut qualitate euincentis, ſed de euentu,& executione euictionis.l.habere licere, de euictio. Vnde ſi Titius habuiſſet dominium dimidiæ, vel etiam totius, ſi tamen quintam tantum partem euicit, non debetur euictio, niſi pro quinta parte, quocunque modo ſiue per interceſſionẽ venditoris,ſiue per caſum etiam fortuitum impediatur euincere.Nec ſpes illa,quòd poſſet tanta ſequi alluuio quanta fuit eluuio (& ſic quòd pars quæ nunc euincetur poſtea augenda erat) conſiderabilis eſt,tum quia incerta,tum quia inutilis, iure abiicienda,cum etiam oppoſitum,videlicet,maior rurſus diluuio contingere poſſit. Porrò licèt per iudicium ſit euicta quarta pars inſpecto ſtatu preſenti, videlicet reſidui, tamen hic ſtatus non debet attendi, ſed quantitas quæ erat tempore contractus,cuius in veritate non fuit euicta quarta, ſed quinta tantum. Et ſic ſtipulatio duplæ ipſo iure non poteſt committi ad duplam, niſi pro quinta parte totius,quod erat tempore contractus ad quod refertur. Et idem neceſſariò in actione ex empto ex primo capite, videlicet, quo committitur ad ſimplum quintæ partis pretij. Ex ſecundo verò, capite in id quod preterea intereſt ob euictionem,quod poterit eſſe nullum, vel plus, aut minus dicta quinta parte pretij. Eius autem quod ablatum eſt per diluuionem,quia ſpectat ad periculum emptoris,vel domini non autem venditoris, nulla debetur euictio, nec ex ſtipulatione,nec ex empto actione.Nec hęc analytica noſtra diſcuſſio ocioſa eſt,ſed ad multa vtilis, non ſolum ad plenam lucem & intellectum.l.ſed in praxi,vt ſcias,quanti in conſulendo & iudicando referat emptorem ſibi cauiſſe de dupla, vel natura contractus contentum fuiſſe. Fac mille iugera venijſſe decem millibus,& ſic quartam fundi bis mille quingentis, quintam verò bis mille correſpõdere.Si agatur dupla ratione quintæ partis euictę, quę eſt ducentorum iugerum, habebit actor 4000.nec minus, etiam ſi nihil prẽter ratam ſimplici pretii interſit,nec plus,etiam ſi pluris interſit. Agendo verò ex empto conſequitur 2000.tantum pro rata pretij ex primo capite. Ex ſecundo verò capite nihil, ſi nihil prẽterea iuſtè intereſſe probetur. Quòd ſi extrinſecus interſit vltra 2000.puta in quinque vel ſex millibus, quamquam rarò contingere poſſit, poteſt tamen id conſequi ex quo non excedit totum principale, ita tamẽ vt ſi poſtea ob reſidui euictionem interfit, debeat primum illud intereſſe computari in duplo. Et ſic non obſtat quartum, quia nullum eſt abſurdum, dummodo venditor non fuerit in dolo tempore contractus,vel poſtea colludẽdo, aut aliàs,quo caſu ceſſat hęc taxatio dupli.

Subſequitur §.ſi totus,vbi non pars fundi, ſed totus fundus, poſtquam flumen partem abſtulit,euictus eſt. Quęritur quatenus commiſſa ſit ſtipulatio duplæ? Et prima facie videbat non in totum commiſſa, ſed ſolum pro rata reſidui, quod per euictionem iudicialem euictum eſt,deducto eo quod prius flumẽ abſtulit. Primò probatur,quia hæc ſtipulatio nõ committitur, niſi quatenus fit euictio per iudicium.l.non tamen,de euict.Secundò, quia diluuionis periculum non præſtat venditor, ſed quod perit,emptori perit,vt in princi. huius legis.Si igitur prius dimidia vel alia pars flumine,caſmate, vel alio caſu perierit, reſiduo per iudicium euicto,non tenetur venditor, niſi pro rata partis per iudicium euictæ.Quibus non obſtantibus decidit Papin.in totum committi, quod duobus claris argumentis probat,Sed in hoc decipiuntur glo. & Doctor. quòd eas putant eſſe non ſolum rationes decidendi, ſed etiam rationes differentiæ prioris & huius reſponſi,ad quas minimè quadrant,nullam enim oſtendunt rationis differentiam, quinimmo vtrique reſponſo pariter congruunt: Vnde ad pauca aduertentes multis ſeſe tenebris inuoluunt.Prior enim ratio,quæ in hoc §.ſi totus, adducitur, quòd obligatio euictionis non minuitur,nec augetur,ſiue res euicta deterior,aut melior facta ſit, non ſolum procedit ſi totum euincatur, ſed etiam ſi pars ſiue pro indiuiſo, ut principaliter dicta l.ex mille,ſiue pro diuiſo, vt in fi. eiuſdem.l. quia adhuc bonitas, quæ erat tempore contractus, vtrobique attenditur,ad ſciendum quantum reſpondeat pretio.l.prima l. bonitatis,de euictio. Et ſic non concludit aliud,ſed idem debere dici,tam in primo quàm in ſecundo reſponſo, & per totam ferè l.quòd portio flumine ſublata nõ cadit in euictionem, ſed cedit damno emptoris. Arguit idem in ſecundo reſponſo, ut ſtipulatio non committatur pro toto, ſed ſolum pro reſiduo verè euicto. Tum videtur his peculiariter eadem ratio in toto, quæ in parte,cum hæc ſtipulatio vniformiter commenſuretur ad duplum pretii rei euictæ, ſiue totius, ſiue partis. Igitur &c. per l.quæ de tota,de rei vindicat.Quod erit luculentius, ſi totus fundus flumine, vel caſmate perierit dempta decima parte, quæ poſt euincatur. Si enim pro toto committatur ſtipulatio duplæ,vt in hoc §.ſi totus,damnum quod caſu contingit non ſpectabit ad emptorem,ſed ad venditorem, qui tenebitur longè vltra quàm pro parte euicta, contra prędicta iura, & contra.l.ſi ſeruus,& l.non tamen,eodem titulo. Hęc ſunt quæ reddunt dictã l.obſcuram,in quo glo.& Doctor. dum eluctari nituntur, magis intricant. Accur.enim verbo damnum,ſentiens hanc repugnantiã reſponſi primi & ſecundi, ſoluit primò poſt Azonem, quòd parte euicta poſt eluuionem ſpes eſt id quod amiſſum eſt redditurum per alluuionem,& ſic nõ debet committi ſtipulatio,nec agi ob id quod flumen abſtulit,ſecus quando totum reſiduum eſt euictum, quia tunc omnis ſpes acceſſionis adempta eſt emptori,& ſic in totum etiam pro eo quod flumen abſtulit agi poteſt.Et hanc tenet Accur.Sed Iacob. Rauenn.vt hic refert Albe.rectè ſubtiliterque reprobat,quia ſecũdum hoc deberet committi ſtipulatio pro rata partis totius fundi, quæ ſpectabat ad euincentem,videlicet, vt in princip.l. pro quarta parte totius, quia certum eſt ſpem alluuionis pro tanta parte ademptam emptori,& tranſlatam in euincentem. Et ſic hæc ratio ſubuerteret primum reſponſum tex.& faceret indiſtinctè locum eſſe ſecundo reſponſo, ut non pro rata reſidui per euictionem ablati,ſed pro rata iuris euincentis committeretur ſtipulatio.Secundò ſoluit Accurſ. quòd in §.ſi totus, etiam ſi flumen nihil abſtuliſſet, tamen totum fuiſſet euictum. Sed hunc meritò reprobat; quia æquè in primo reſponſo conſtat, quòd quarta pars totius fuiſſet euicta, & ſic ſemper eadem vtrobi, quæ ratio eſt de toto ad partem & è diuerſo. Albe. columna 2.aliis verbis conatur elabi, dicendo quòd in primo reſponſo non eſt aliquid diſputatum de parte ablata per flumen, an eſſet venditoris,vel non.Sed hoc, præter id q̃ diuinat, non quadrat,niſi diceretur,q̃ pars pro diuiſo reſidui uendicabatur, vel q̃ pars per flumen ablata erat fundus ſeparatus,in quo euin

Source : BIU Cujas

cens nihil habebat. Sed vtrunq; eſt contra tex. qui loquitur de parte eiuſdem fundi per flumen prius ablata, deinde de quarta parte reſidui p indiuiſo euicta, & ſic neceſſariò, niſi diluuio præueniſſet, fuiſſet euicta quarta pars totius. Iaco autem Rauē. aliter reddit rationem, dicens q̄ vbi tota res euincitur ſpectat damnum dictæ diluuionis ad venditorem, ſed vbi pars, ſpectat ad emptorem, exēplo emphyteutæ. l. prima, C. de iure emphyteutico. Sed certè hæc ratio præter id quòd deuiat à regulis cōmunibus venditionis. l. neceſſariò, in principio, de pericu. & cō mod. rei vendi. inepta eſt, vtpote eadem cum dicto, cuius rationem quærimus. Tum in dicta l. j. tantum caſus acciderat, & de ſolo caſu quærebatur, hic autem poſt caſum euictionis, nec directò de caſu, ſed de ſola euictione facta ſub nomine quotæ indiuiſæ, vel totius quæritur, & ſic dicta l. j. non eſt ad propoſitum. Quid dicendum? Ego dico, quòd in §. ſi totus, verſ. non magis, non ponitur propriè ratio decidendi, ſed confirmatio per locum à fortiori, & ab oppoſitis. Si enim totus fundus iniuria & ſic culpa emptoris deterior factus ſit, & tamen non diminuitur euictionis obligatio, ſed æquè ad duplam agi poteſt, igitur multo magis, aut ſaltem non minus, ſi non culpa emptoris, ſed caſu fortuito deteriorem & diminutum eſſe contigerit. Et rurſus per locum ab eadem contrariorum diſciplina. Si enim fundus melior & auctior fuerit factus caſu, non augetur quantitas euictionis, igitur ſi caſu diminutus fuerit, aut vilior factus, non minuitur euictio. Dices quòd eadem argumenta concludunt non debere diminui euictionem in primo reſponſo, ſicut nec etiam augetur propter alluuionē, vt in tertio reſponſo. Reſpon. hoc verum eſſe, quia etiam in primo reſponſo non diminuitur euictio in parte euicta propter caſum. Vnde ſi fundus erat deterioratus & viliſſimi pretii factus, ſiue iniuria, ſiue caſu, non minus committetur ſtipulatio pro parte verè euicta, quæ eſt quinta totius, ſed ibi merito negatur cōmitti vltra partem, quæ per euictionem aufertur, quia quod ideo per euictionem non aufertur, quia prius flumen abſtulit, non debet venditoris, ſed emptoris damno cedere, per regulas caſus generales & notiſſimas in contractu emptionis & venditionis, vt in l. neceſſario, & per totum C. de pericu. & commod. rei vendi. In his igitur ſingulis reſponſis tradit Papini. optimam & concludentem rationem decidendi ſui cuiuſque reſponſi, rationem autem differentiæ inter primum & ſecundum reſponſum non exprimit, ſed præſupponit, & in aliis iuribus relinquit, vnde & ex materia ſubiecta petenda eſt. Ratio autem differentiæ & cōciliationis eſt duplex. Prima, quia parte etiam indiuiſa reſidui euicta, non verificantur verba ſtipulationis, niſi pro parte reſidui, & ſic non poteſt committi, niſi pro ea parte, ſcilicet, reſidui tantum non autem totius, quia eius quod perijt, nihil per euictionem aufertur, & ex quo formula ſtipulationis ſemel limitatur ad partem, neceſſe eſt vt limitetur ad partem realiter & per euictionem ablatam, toto verò reſiduo iure & nomine totius euicto, verba ſtipulationis verificantur in toto, quia totum reſiduum eſt totus fundus, & totus euincitur, igitur in totum ſtipulatio committitur, non deducto quod prius perijt. Nō ignoro hac formula non præſcindi occaſionem cauillandi, referendo ad tempus contractus, quo inſpecto totum iſtud reſiduum, non eſt totus fundus, qui erat tempore contractus, ſed eius pars. Vnde do aliam duplicem rationem omni cauillatione ſuperiorem, nec minus in ſenſu communi, quàm in ratione ciuili fundatam. Videlicet, primò q̄ totum valet plus quàm omnes ſingulares partes per ſe, nec tantum valent partes fundi ſeorſum conſideratæ, quantum totus fundus ſimul. l. Mæuius. §. fi. fam. erciſcun. l. Mæuius. §. in fundo, de lega. 2. glo. & Docto. in l. j. C. cōi diuidnu. Bar. in l. vxorem. §. agri plagam, in fi. de legatis tertio. Salycetus in l. finali, C. de iure dotium. Nec obſtat, quòd non rarò vſu venit pluris diuerſis vendi ſingula iugera p ſe, quàm ſimul eidem cum tota villa, vel ſyntheſi prædiorum. Tum quia illud caſuale eſt, & procedit ob ſingulares quaſdam circunſtantias, puta affectionis aut vicinitatis ſingulorum emptorum, non autem perpetuò, nec communiter, & ſic non eſt in conſideratione. Tum quia communiter illi qui eſſent empturi ſingula iugera, non eſſent accepturi totum, nec empturus totum eſſet empturus ſingula, nec inueniunt in fundis tot ſingulorum iugerum emptores, vt totum minutatim eodem tempore, vel anno vendi poſſit. Præterea ſatis eſt, quòd vni poſſeſſori totum vtilius, & commodius eſt communiter, quàm ſingulis ſingula iugera ſingulari vtilitate, vel affectione remota. Secundò dico, quòd vt plurimum plus valet modicum reſiduū totius villę ob reliquias plenioris poſſeſſionis & alia quędam commoda, quàm ſimplex adiectio, vel detractio tantundem ſpacij. Et conſequenter plus læditur & damnificatur cæteris paribus à quo totum reſiduum aufertur, quàm à quo ſingulæ partes, donec aliquid reſtat. Vnde ſi primò dimidia aufertur, deinde reliquum, dicitur nunc plus auferri & euinci, quàm prius; quia totum aufertur, & hoc etiam ſenſus communis (vt plurimum) oſtendit, quia ſæpe pluris intereſt reliquum reſiduum non euinci, quàm interfuerit prius dimidiam partem ſublatam fuiſſe. Ex multis enim cauſis ſæpe noſtra intereſt prædia habere in diuerſis locis, quòd luculentum eſt in prædiis vrbanis, poteſt etiam vſu venire ſæpe (licet non æquè frequenter) in ruſticis, meritò tota re iure totius euicta, committitur ſtipulatio in totum, quia verum eſt dicere totam rem euictam, nec tam iuſta ratio ſubeſt limitandi ad partem, quæ non eſt, nec ulla remanet emptori, & ſic apparet non eſſe hic eandem rationem in toto & in parte, & ſic non obſtat dicta l. quæ de tota, ſed dicto §. ſi totus, cum tota reliqua. l. rectè cōciliatur. Et ſic reliqua plana ſunt, vt in §. quòd ſi modo, vbi ponitur caſus ſuperioribus oppoſitus, videlicet quando fundus non eſt diminutus, ſed auctus per alluuionem, poſtea pars pro indiuiſo euincitur, & ſic tam de antiquo, quàm de augumento, & ibi decidit̃ non committi ſtipulationem, niſi pro rata antiqui ſtatus fundi, non autem pro rata augumenti, & optima ratio decidendi datur, quia alluuionis periculum (ideſt, euictionem, ſeu habere licere) non præſtat venditor, hoc eſt, non tenetur de euictione augumenti, & eſt idem quod dixit in fi. dicto §. ſi totus, non augeri quantitatem euictionis, ſi res melior facta ſit. Vnde ſi quinta pars fundi venditi indiuiſa erat Titij, deinde per alluuionem quinta pars augendi, quæ eſt ſexta totius aucti acceſſerit, poſtremo Titius euincat quintam totius aucti, non in plus committitur ſtipulatio duplæ, quàm ſi ceſſante alluuione ſola vetus quinta pars euicta fuiſſet.

Sum nunc in quarta parte. l. §. quæſitum, vbi ponitur caſus ex ſuperioribus, ſcilicet, diluuione & alluuione miſtus, videlicet, quando ex dictis mille iugeribus, quorum quinta pars indiuiſa ſpectabat ad Titium, primò flumen 200. abſtulit, mox per aliam partem 200. retulit, nouiſſimè Titius quintam ſuam partem indiuiſam de toto, quod inuenitur, & ſic 200. euincit. Quęritur pro qua parte committatur ſtipulatio duplæ? Et (aliis quidem multum probabitur) videbatur committi pro quinta parte. Tum quia verè realiter & effectualiter & per iudicium euincitur quinta pars fundi, vtroq; etiam tempore inſpecto & contractus & euictionis. Tum quia ex quo tantum attulit alluuio, quantum abſtulit eluuio, videtur prioris ſtatus eiuſdem fundi redintegratio. Facit, quòd incrementum alluuionis non eſt nouus ager, ſed pars primi. l. adeo. §. j. de acquirenda rerum domi. & omnino ſit ſimile ei cui accedit. l. ſi ego. §. idem ait, de publ. actio. & per omnia vnionem identificam operatur. Moder. in conſu. Pariſ. §. 1. glo. 5, numero 99. cum ſequen. & tanto fortius, quanto eſt reciprocatio, ſeu viciſſitudo prioris eluuionis, cuius loco ſurrogatur & rei incorporatur, vt hic. Sed forſan nec hoc quidem huic emptori ſufficiebat contendenti committi pro quarta parte, ex eo quòd illud quod euincitur aſcendit ad quartam partem reſidui poſt diluuionem, & alluuionem ſecutam debere prodeſſe venditori. Papin. Scite & ingeniosè ex ſuperioribus colligit, nec pro quinta, nec pro quarta parte mille iugerum committi ſtipulationem, ſed ſolum pro quinta parte 800. ſiue reſidui poſt diluuionem, quia quod nouiſſima alluuione reſtitutum eſt, habetur pro noua regione, ſeu noua acquiſitione, quæ non fuit vendita, quæque ad hanc euictionem non pertinet, in qua ſolum conſideratur, quod per iudicium de eo quod venditum & traditum fuit euincitur. Cum autem de his 200. quæ nunc vindicantur à Titio 40. euellantur de alluuione, non ſunt illa 40. iugera in cōſideratione, ſed ſola 160. quæ de octingentis illis reſiduis eorum, quæ vendita & tradita ſunt euelluntur, conſequenter non committitur ſtipulatio, niſi pro rata 160. tantum, & ſic nec pro quarta, nec pro quinta parte, ſed paulo poſt ſexta parte rei venditæ tantum. Hęc autem clariſſimè & neceſſariò colliguntur ex ſuperioribus; quia quòd non committatur pro eo quod euellitur ex eo, quod acceſſit per alluuionem, eſt caſus in dicto §. quæſitum, quòd autem reſiduum, videlicet 160. iugera non debeat ad reſiduum 800. (quorum eſſet quinta pars) caſus eſt in princip. eiuſdem. l. cuius reliquum per ſe patet, nec expoſitione noſtra indiget. Sic diligenter conſiderant Moder. in l. j. C. de ſen. quę pro eo quod int. prof. nu. 109. cum ſeq.

Seruitutem) Sed quæritur de ratione differentię inter ſeruitutes prędiales & mixtas, nempe vſumfructum, vſum, & habitationem. Dicendum eſt. Cuius enim ædes vicino prędio ſeruitutem debent, ei de iure dominii nihil imminuitur, neque ad perſecutionem, neque ad vtendi fruendi facultatem. Neque enim quiſque vicinus, qui ſeruitute utitur, de re aut fructu ad ſe auocat, quod nomine fundi ſeruientis habere non liceat. Nec ſi ille ire agere licet, id minus domino licet facere. Quod in vſufructu, vſu, & habitatione ſecus fit. Sic enim fructuarius vtitur, vt id emolumentum, quod ad ſe transfert, domino auferatur. Vnde euenit, vt hoc modo rem ei habere pleno iure non liceat. Duo obſtant ſupraſcriptæ ſententiæ de prędiorum ſeruitutibus. Primò negatur, ob euictionem ſeruitutis venditorem non teneri. Vlpia. in l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis forte, de verb. obl. non de vſufructu tantū & vſu, ſed de omni reliquo iure eius, quod diſtractū eſt. Habere. n. non licet ei, cui aliq̄d imminuitur ex iure, q̄d habuit. Atqui ius eſſe eius, q̄d diſtractū eſt

ſeruitu-

Source : BIU Cujas

ſeruitutem prędii, negari non poteſt'. Secundò in contrarũ facit tex.in l.quoties,de ędil.edic.vbi ita ſcribit Vlpia. Quoties de ſeruitute agitur (agitur autem,ſic accipe,aduerſus uenditorem ob euictam ſeruitutem,vt ſequentia declarant) victus tantum debet præſtare,quantominus emiſſet emptor,ſi ſciſſet hãc ſeruitutem impoſitam. Sed ad primum, quod de omni iure dicit, dupliciter rñdetur.Primò,quod ait,ſtipulationem habere licere cõmitti,ſi quis de vſufructu, aut de quo alio iure eius, quod diſtractum eſt,controuerſiam fecerit,de quo alio iure rem habendi,ſ.intelligendum eſt.De proprietate enim & poſſeſſione, & vſufructu,& vſu dixerat,quibus omnib⁹ fit vt res habeatur. Ita quod de alio iure ſubiicit,de iure ſimili accipiẽdum eſt, per quod res habeatur.Non ſunt autem ſeruitutes huiuſmodi, ut ſi in re inſint,eo minus rem habere liceat. Secũdò, poteſt & hoc modo accipi,vt ſit de quo alio iure, nempe quod emptor in re vendita habere debeat,& venditor tradere. De actione quanto minoris quod Vlpian.ſcribit in d.l.quoties, ita accipiẽdum eſt. Seruitute euicta condemnati venditorem ait, quanto minoris emiſſet emptor,ſi ſciſſet hãc ſeruitutem impoſitam. Sed addit, condemnationem hanc fieri,cum de ſeruitute agitur. At ſcien dum eſt,iure duobus tantum caſibus de ſeruitute euicta agi, ut rectè Duarenus annotauit in d.§.ſi quis fortè. Vno, ſi venditor ſeruitutem prædio impoſitam ſciuit,& emptorem celauit,quo caſu in id quod intereſt venditor emptori teneẽ.l.j.de act.emp. Altero,ſi fundum liberum eſſe dixerit,& ita vti optimus, maxi musq; eſt tradiderit.l.pen.de contrah.empt.vbi duntaxat in id, quanto minoris emptor emiſſet,agitur.

L Euincitur pars) Si pars tantum euincitur,ſi quidem pro indiuiſo,idem eſt ac ſi euinceretur totum,quia agitur ad pretium pro rata partis euictæ,tex.in l.j.de euic.Si verò pro diuiſo adhuc in effectu idem,quia bonitas loci euicti debet æſtimari. d.l.j. qđ vltimum intelligendum eſt procedere ſub duplici conſideratione.Primò non habita ratione ad ualorem, qui eſt tempore euictionis,vel actionis,aut ſententiæ,ſed ad valorẽ, qui erat vẽditionis tempore,tex.in l.bonitatis,de euict. quæ ꝓcedit & dẽt intelligi ſecundum veriorem ſententiam, non ſolum quando ex ſtipulatione duplæ,ſed etiam quando ex empto agitur.Item ſecundò non ad finem faciendæ & exigendæ ęſtimationis,quæ erat tempore ϗctus ſed ſolum ad finẽ diſtributionis pretii conuenti & ſoluti inter partem euictam & non euictam pro rata valoris illarum partium,qui fuit tempore ϗctus, quia tũc uidetur ex mẽte partium quamlibet rei partem reſpexiſſe & adpreciaſſe pro rata valoris qui tũc erat,& ſic mutatio valoris ſequẽs tanquam in hoc impertinentes non attenditur. Igitur æſtimatio partis rei euictæ reperitur,habita ratione bonitatis, quæ fuit tempore contractus quoad partem pro diuiſo tãtum,& hic eſt verus & planus intellectus.d.l.j.Mod.in l.j.C.de ſen.quæ pro eo quod int.prof.nu.67.

Aret.conſ.129.licet dubia rñdit,ꝙ ſi vnus vendidit fundum, deinde pars euincitur à tertio,ꝙ tenetur de euictione partis tantum,non autem cogitur contractum reſoluere,per tex.in l.vlt. C.de com.re.alie.in l.j.de euict quamuis aliud ſit in datione inſolutum,quæ in hoc differt à venditione,per tex.in l.ſi quis aliã. & ibi Bar.de ſolu.facit.l.inciuile.C.de rei vind.& eſt regula, quã limita tripliciter.Primò,ſi venditor fuerit in dolo ſciens partẽ alienam,vel aliàs euincibilem,& reticuit,tunc enim nõ ſolum etiam ante euictionem poteſt agere emptor de euictione.l. ſeruus quem.§.ſi ſciens,de act.emp.gl.in l.3.C.de euict. quam Bal. ibi malè reprehendit,ſed etiam poteſt, ſi uelit, agere ad reſolutionem.Tum quia dolus inficit contractum bonæ fidei.l. eleganter,de dol.Tum quia doloſus nullum inde commodum referre debet.Hinc eſt,ꝙ ſi duo ſimpliciter vendiderunt,& vnus ſcienter reticuit Seium minorem eſſe, vel ſcienter induxit ad contrahẽdum cum eo,qui nullum ius,vel reſolubile habebat, tunc propter dolum cogi poterit ad contractus reſolutionem, etiam pro parte ſua.Secundò limita,ſi eſt actum inter partes,vt euicta parte liceat à toto diſcedere,vel ſi actum ſit, ꝙ pretio nõ ſoluto contractus reſoluatur, vel ſi conſtet fundum emptum contemplatione certæ rei,quæ deficit,vel non ſeruatur,text.in l.j.in l.cum te.C.de pac.int.emp.& vend. Idem ſi præcisè pactũ ſit dñium transferri,tunc enim apparet, ꝙ emptor non ſolum non erat alias empturus apud ſe, ſed etiam hoc tranſiuit in pactum tacitum,vel expreſſum,tunc enim locus eſt reſolutioni, ſeu condictioni ob cauſam in totum,tex.eſt in l.vlt.quę ita ſimpliciter & ſine ſophiſtica diuinatione intelligenda eſt,de cond. ob cau.Mod.Pariſ.in tract.diui.& indiui.in prin.nume.18.Tertiò limita ſi res redhibitoria ſit,ꝙ non ſolum in mobilibus & ſe mouentibus,ſed etiam in prædijs locum habet.l.ſi prædium.C. de ædili.edic. vbi duo genera redhibitionis fundorum pulchrè exprimuntur & diſtinguuntur.Primum genus in prin.de redhibitione procedente ex conuentione partium.Secundum in 2. reſp.ibi,idem obſeruatur ex natura rei,videlicet,quãdo fundus fuit emptus ad certum vſum, vel contemplatione certi finis, q deficit,vt ſi quis emat agrum paſcuum, & fert quidem herbas, ſed peſtibulas,hoc eſt,lætiferas, vtroque caſu locus eſt redhibitioni.Verbum autẽ redhibere generale eſt.l.redhibere,in prin. de ædil edi.Et per prædicta fuit aliàs reſponſum. Quidam emerunt domum,quæ poſtea ſubiecta apparuit reſtitutioni,egerũt ad reſolutionem,venditor excipit,ꝙ malè per l.inciuile. C. de rei vind.Tum ꝙ præmaturè,cum liceret eis pacificè habere licere nemine controuerſiam faciente l.3. C. de euict.l. ſi plus.§. mota,eo.tit.Tum ꝙ eſſet ſoluendo,& inſuper prædibus & prædiis cauiſſet. Fuit dictum primum vẽditorem affirmaſſe domũ nulli ſubſtitutioni obnoxiam,& hac affirmatione induxiſſe emptores,quod ſibi prodeſſe non debet. Secundò emptores eſſe mercatores indigentes domo pro menſa, & officina mercatili,& domicilio certo conſtituendo.Et ſic ex qualitate perſonarum,quam venditor ſciebat,ſatis conſtat nunquam empturos fuiſſe,nec ſubiturum periculum mutandæ menſæ,officinæ, & domicilii.Qualites enim perſonæ nota & cognita diſpoſitionẽ extendit,vel reſtringit,tex.in l.plenum.§.equitij,& ibi Bart.Bal. de vſu & hab.in l.fortiſſimis,& ibi gl.Bar.C.de mili.veſt.lib.12. in l.ſi quis filio exhęredato §.ſed & ſi quis, de iniu.rup.teſt. Ro. conſ.18.Cur.Sen.conſ.66.Corſ.verb.conditio perſonæ.

Rurſus fuit reſponſum in ſimili facti ſpecie.Donata eſt terra duobus fratrib.naturalibus,& poſt eorum obitum filiis eorum legitimis,ita ut ſi filii decederent ſine filiis reuertatur ad hæredes donatoris.Fratres indigentes vendiderunt cuidam vili pretio,puta pro 150. florenis cum valeret vltra 320. & ei tradiderunt omnia inſtrumenta,præſertim dictæ donationis, ſeq; abſolutè obligauerunt vnuſquiſque inſolidum de euictione.Anno ſequenti emptor vult expellere colonum,pro quo dicti fratres litem ſuſcipiunt, intentantes remedium.l. ſecundæ. C. de reſcindenda venditione.Et probant prædium ultra 320. valere tempore contractus.Reus excipit multominus valere propter periculum ſubſtitutionis conuentionalis: & quia contrahẽtes non habent niſi ad vitam.Et vicit omnino per ſententiam primi iudicis.Fuit dictum malè iudicatum, & inſuper,ꝙ appellantes poſſunt reuocare oblatam facultatem ſupplendi. Non obſtat, ꝙ habent ius tantum ad vitam, quia promiſerunt de euictione perpetua,& adhuc ſinguli inſolidum.Et ſic nõ debet inſpici ius,quod habebant,ſed ius,quod vendiderunt, & pro quo de euictione cauerunt, & conſequenter læſio eſt multo vltra dimidiam.Et vltra hoc concurrunt primo ſcientia actoris, qui ſciebat venditores prohibitos alienare, & hoc obtentu uili pretio emit, & nihilominus ſcienter ſtipulatus eſt (veriſimiliter extorſit) ab eis obligationem euictionis perpetuæ & liberę ꝓprietatis.Sed l.ſecunda loquitur in emptore bonę fidei,& qnãdo non contingit læſio niſi re ipſa, tunc enim datur electio & facultas ſupplendi,quę non debetur, nec dari debet ſciẽter decipienti. Rurſus aliud accedit, quia ſi emptor admitteretur ad ſupplendum,non eſſet purgare,ſed continuare vitium, quia vẽditores non poſſunt præſtare euictionem illam iuris,quod non habent.Et ſi emptor uelit eligere ſupplementum ſibi periculoſum,apparet,quod hoc facit,vt torqueat dictos venditores, vtque in eorum necem abutatur promiſſione euictionis, quam indebitè exegit,vel nouam ſatiſdationem ab eis exigat, aut rẽd dat remedium dictę l.2.inutile. Quibus conſideratis appellantes poterant reuocare clauſulam ſupplementi, & precisè ad reſciſſionem concludere. Et à doctis & peritis iudicibus ita iudicandum eſſe.Moderni Pariſienſes in dicto tractatu diui.& indiuid.part.vlt.nu.621.cum ſeq.

DE AEDILITIIS ACTIONIBVS.

CAPVT II.

SEX MENSIBVS) Paulus Iuriſconſul. ea enumerans in l.ex empto,de actio.emptione, quę empti iudicio continentur, inter cętera ſic ſcribit. Redhibitionem quoque empti iudicio contineri Sabinus & Labeo putant,& nos probamus. Quibus verbis ex empto actionem etiam in hanc cauſam competere oſtendit. Quę res pleroſque valde torſit. Nam ſi hic actio ex empto eſt, perpetuò quoque in eam rem dabitur. Eſt enim actio ex empto ciuilis, eoque etiam perpetua. Quod ſi eſt, erit inutile ex edicto ędilium intra ſex experiri menſes, cum perpetua iure ciuili competat. Immo abſurda ſententia admodum efficietur, vt cum iure ciuili ex hac cauſa actio competat,Aediles,qui adiuuandi iuris ciuilis,& ęquitatis conſtituendę cauſa edicta proponere debent,ac ius ciuile ſubſequi.l.ſcio, de reſtitu.intra ſex menſes tantum dent,id eſt, ϗrium ius proponãt. Quamobrem redhibitionẽ ſic vulgò interpretati ſunt apud Paul.q iſta ꝓſecuti ſunt,ñ redhibitionẽ ex hoc edicto,ſed reſolutionẽ emptionis ϗlibet quã ĩterdũ actione ex empto ꝓſequimur, qđ & eodẽ loco

Source : BIU Cujas

Paul. docet in §. si quis, veluti si quis virginem se emere putauerit, cum esset mulier. Quę interpretatio manifestè eo ipso loco refellitur. Nam vt intelligere liceret illic Paul. cum redhibitionem nominauit, eandem redhibitionem intelligere, quam cæteri Iurisconsul. quæ ex edicto ædilium constituta est, non autem aliam resolutionem emptionis. Primum exemplis edicti ædilitij vsus est, deinde exemplum attulit, in quo redhibitionem quidem non competere ait, sed tamē actionem ex empto competere ad resoluendam emptionem. Quid ergo est? Etiam ad redhibendum ex empto actione vtimur? Sanè verò vtimur. Idq; ostendere Paulus voluit. Nec mirum. Nam si ea, quæ more & consuetudine vsitata prestari solent, in bonę fidei iudicium veniunt. l. q; si nolit. §. quia assidua, de ædil. edi. quāto magis redhibitio ex hac causa veniet, quæ non more & cōsuetudine, sed iure certo præstanda est? Et hoc edicto nimirum ex suprascriptis causis ex empto actio inducitur. Sed non ideo actio his casibus ciuilis erit. Certis finibus ea ab ædilibus inclusa est, quos excedere non liceret. Erit igitur ad redhibendum actio ex empto, sed intra sex menses. Nam longius excurrere eam ex his causis uetant ædiles.

CAPVT III.

A QVANTO minoris] Sic oēs ferè tradidere in l. Iulianus. in prin. de act. emp. duplicem esse quanto minoris actionē, vnam ciuilem (quod vt facerent, ea re moti sunt, q Iulia. eo loci dicat, si signum vitiosum venditum sit, & vēditor vitiū ignorauit, actione ex empto emptorem consequi posse, quanto minoris empturus fuisset) alteram prætoriam ex hoc edicto. Hāc de mancipijs & iumentis hoc edicto præpositam esse intra annum, illam esse de cæteris rebus perpetuam, ut de tigno. Prætoriam esse in id, quanto minoris res est. l. ædiles aiunt, de ædilitio edic. Ciuilis quanto minoris quis empturus fuisset. d. l. Iulianus. Inter quæ (inquiunt) plurimum interest. Quorum utrunq; falsum est. Nam primum, q dicunt actionem quanto minoris edicto ædilium de iumentis & mancipijs esse propositam verè dicunt. Quòd addunt de ijs tantum, in eo apertissimis sententiis iurisc. refelluntur à quibus de sententia edicti est hoc traditum edictum ædilium, & si de mancipijs & iumentis cōceptum sit, tamen sententia ad venditiones rerum omnium pertinere. l. j. de ædil. edic. Quòd autem hæc genera ita distinguunt, ut prætoriam esse dicant in id, quanto minoris res est, ciuilem, quāto minoris empturus fuisset, ineptissimè faciunt, cum inter hęc nihil intersit. Non enim in edicto ædilitio dicitur, quanto minoris iumenta sunt, sed quanto minoris, cum venierint fuerunt. Id autem est, quanto minoris empturus quis fuerit. Tūc enim empturus erat, cum veniebat, & non pluris empturus erat, quàm valebant, & quanti valebant, tanti illum emptum habere ęqssimum est. Vnde hoc iudicium æstimatoriū appellatur, quia res ęstimatur, quanti verè valuerit eo vitio affecta, quo tenetur, ut quanto minoris valuit, quàm empta est, tantum reddatur. Ne multis illi ædilitiam quanto minoris esse aiunt de māncipiis, & esse in id quanto minoris res fuerit, cum ueniebat. Hoc iam nihil aliud esse, nisi quāto minoris actor empturus fuisset, cognoscant ex eodem Iuliano, qui in l. quia dicitur, de euic. ita scribit. Egit emptor quanto minoris propter fugam (de mancipio loqtur) deinde agit propter morbum. Id agendum est, ne lucrum faciat emptor, & bis eiusdem vitij æstimationem consequatur. Fingamus emptum decem, minoris empturum fuisse duobus. Hæc consecuturum propter fugam scribit. Mox competijsse, q sanus non esset, similiter duobus minoris empturum fuisse, si de morbo non ignorasset. Rursus duo cōsequi debebit. Hæc ille. Ex quibus vel ceco apparet, & nihil aliud esse, quanto minoris quis empturus fuit, quàm id, quāto minoris res fuit. & de mācipio hanc esse actionem quanto minoris fuerit, quod illi negabant. Quid plura: extat Gordiani rescriptum in l. 2. C. de ædil. act. quo generaliter demonstratur, nec actionem redhibitoriā vltra sex menses, nec quanto minoris post annum competere. Ex quo colligitur, nullam esse ciuilem ex empto perpetuam, q̄ si esset, actio aliqua post annum competeret. Ridiculum est. n. quod Bar. ait, cum illud Gordiani rescriptum situm sit sub titu. de ędilit. actio. accipiendum esse quoque esse de ędilitia quanto minoris actione. Quasi verò, quia sub tit. de ædil. act. à Tribunio postea relatum est, efficere possit, vt sententia Gordiani mutetur, & cum appareat illum de omni actione, quæ eo nomine competere posset respondisse, de eo non responderit. Rectè igitur sic dicetur: cum de omni actione consuleretur Gordianus vitij nomine, nulla autem alia actio quanto minoris competeret, quàm ædilitio edicto, eaque intra annum duntaxat, vnde & generaliter de eo rescripsisset, rescriptum eius in titu. de ædil. act. bene relatum est. Non autem quia sub eum ti. relatum est, ideo de alia actione, quàm de ædilitia antea non respondit. Quid ergo est, quod Iulia. ait, si quidem ignorans fecit, id tantū actione ex empto præstaturum, quāto minoris emptor emptu rus fuisset, si ita scisset? An non actio ciuilis ex empto, eoq; perpetua est? Ego de hac re idem, quod de redhibitione rīdeo. Ex empto actionem induci ex hoc edicto in id quanto minoris; quia id inductum sit ab ædilibus, vt emptori propter emptionem præstaretur, quanto minoris empturus esset. Quæcunque autē emptori præstanda sunt, vel more, vel iure certo, vel quocunq; alio modo, iudicio ex empto peti possunt. l. ex empto, de act. em. l. q si nolit. §. quia assidua, de ædil. edic. Sed idem affirmo hac conditione, ijsdemq; legib. agi ex empto ex hac causa posse, quæ edicto ædilium constitutæ sunt, ut ultra annum agi nō possit, quia nec sit post annum, quod emptori ullo iure præstari debeat. Denique actio ex empto est in hanc rem inducta, adiecto hoc temperamento, quasi quodam titulo actionis quanto minoris. Vt actionem de peculio dicimus, cum principalē aliquam actionem intelligere volumus, quæ ex contractu filiifa. competat, quæ tamen peculiotenus competat.

HIPPOLYTI
BONACOSSAE NOBILIS Ferrarienſis.

De Equo, ſiue Caballo.

FEROCISSIMVM & inquietissimum animal insomniq; & inexpleta voragine est Equus, nil domino insolētius, Animal in quam & ocij impatiēs, & laboris tumidum, deiectum, impetuosum, ignauum, audax, intrepidum, volatile, caducū, vmbrosum, dominum spernens, diuersisq; illum viis in discrimen trahens. Quis enim contumaciam, quis morsus, aut calces explicet? quis hinnitus, & ascensoris impatientiam? Quot enim equorum mores, totidem cōstat esse pericula, ob id Equus fallax dictus est, ait Lucas de Penna, in l. probatorius. col. fi. C. de diuersis officiis, lib. 12. ex eoq; adagium ortum, Equorum domitoribus. Bis equum male facere. Animal etiam, q si conferantur cum obsequiis tedia, nemo sapiens emet, nemo diligens pascet. Eundum igitur pedester, & ibi pro libito nemo re transuehit, nemo morabitur, nemo concutiet, nemo deijciet, nemo aget in præceps, vnu tibi labor in via, vnum opus ire, nihil tibi tuo cum rectore negotii. Non coger is Equum frenare, non pungere, non adaquare, non substernere, non circunducere, non fricare. non pascere, non aut tergum vngere, aut arentem pedis vngulam & tractare digitis ancipites clauos, aut nocturnos sudibus arcere concursus, & somno exciri trepidus semperq; solicitus, quid belua pernigil cum vicinis agat, saltem noctibus quiescēs. Nam qui cuirāt noctu etiam laborant, & alia patiuntur, de quibus Ethruscus Poeta, de remediis vtriusque fortunæ, lib. 1. Dialogo 57. & 58. vbi de Equo meminit, multa (licet) de Equo sint vtrinq; contraria, obsequiosum tamen illud fidumq; Animal quis negabit? de quo tam multæ iactantur fabulæ, scribuntur historiæ. Animal profectò nobile, regium, optabile, colendumq; dignū quod de enormi pretio comparetur anxia nutriatur cura. Est id quidem vtile, interdum & celeritati adminiculum, & fatigationi remedium, & nobilitatis insigne, gloriosum quippe vulgo censeri insigni Equo vehi. & cunctos excellere, nec vertice solo, sed humeris & penè toto corpore supra esse. Equos prima Thessalia reperit domuitq;. Tametsi Celius Rhodiginus lec. anti. li. 11. c. 57. ex vrina Neptuni ortum referat, qui olim super saxo consopitus profuderit. Lactantius verò grāmaticus in Thessalia terram tridēte percussam à Neptuno potius existimet. Ingentes sanè viros vsq; ad ludibrium Equorum studio captos legimus, & nobilis Equi spiritum moresq; descriptos quādoque pro sugestu vidimus. Scriptum extat Alexandrum Macedonē amato Equo tumulum erexisse, vrbemq; de Equi nomine appellatam. Augustum præterea Equo sepulchrum instituisse cō stat. Diuum item Iulium ante Aedem Veneris marmoream Equi effigiem consecrasse. Antonium quoque Verum viuenti Equo, quem immodicè amabat, simulachrum aureum, & ipso mortuo sepulturam in Vaticano extrui fecisse narrant hystorici. Nec defuere adhuc, qui eorum Equos, ut filios luxerūt, ęgrotosq; ter quotidie licet podagræ morbo laborarent unà cū medicis uisitarunt. De Equis undiq; scribunt Hystorici fusius, nēpe Pli. li. 8. c. 7. Textor in officina, in j. parte, Gellius de Bucephalo Alexandri Equo & alij, quos sciens reticeo, ne uerbosus fiā. Scitissimus noster iurisperitus Tiraquellus in suo, de legibus cōnubialibus, in 7. l. ex Plinio recenset. Equum petiisse prærupta, & exanimatum esse, cum detracto operimēto oculorum se cū matre coijsse uideret. Idem recēset Archiepiscopus Flo. in eius summa parte 2. tit. 5. c. 5. §. 2. de incestu in fin. §. Idem dicit sum.

Angelica

Source : BIU Cujas

Angelica in v.impedimento matrimonij. fol. 207.nu.1. Idem Idem recitat & Q.Curtius li.5.Ex quo ſatis apparet naturã tacito quodã ſenſu promiſcuam deteſtari libidinem. Licet aliter cenſeat Naſo,vt videtur Metamorpho.x.his carminibus.

Coeunt animalia nullo
Cætera delicto,nec habent turpe inuencæ.
Ferre patrem tergo,fit Equo ſua filia coniunx.

Etuide Neuiza.in Sylua,lib.11.ſub nu.117.in prin. Equus itaq; cum victor ſit exultat,victus autem dolet.Lactantius lib.3.ca.8. Item Equorum curſus hominum clamoribus incitatur. Lucas de Penna in l.per hanc. C.de curſu publico,li.12. Scribit autem Iuriſconſultus noſter Petrus Iacobus in eius iudiciaria Praxi, ꝙ Rex Aragonum habuit ſemel Equum optimum & magni valoris,qui fuit factus quaſi furioſus & interfecit multos ſcutiferos,& ꝙ Rex ille fecit poni diſferratum & ſine freno ad bellandum cum Leone,qui obtinebat,ſi fuiſſet ferratus expoſitus. Et refert Gl.iuris ciuilis in l.ſi ſeruus.ff.de act.emp.verſi. cloacam, ꝙ Cæſar tertio die ante mortem ſuam intrauit podromũ ſuũ, ideſt Equorum ſtabulum,& inuenit Aſturdonem vel Aſtureonem,vt legit Budeus de Aſſe.lib.3.pag.254 ſuum Equum flentem,quod fuit indicium mortis futuræ domini.

Equus enim ab ęqualitate dicitur,licèt obreuietur,quia quãdo quadrigis iungebantur pares æquabantur. Inde diminutiuũ equuleus,ideſt paruus Equus,vel genus tormentorum.Inde ẽt equulus & equinus,equeſtris,equa,equula,equum equitis,equito,equitas,equitor,equitatio ſecundum Papi. de quo ita Lucas de Penna in l.3.C.de ſpectaculis &c.lib.11.

Vetuſtiſſimum Marin tradunt ſcriptores, qui primus Equũ inſcendit & freno inhibuit. Auſonem indignè omnium. Siqdem princeps Italiam inhabitaſſe feruntur, quorũ vnus iſte Marin,vt ex Celio Rhodigino Lect.anti.lib.5.ca.40. videre fas eſt. Idemque Auctor lib.11.c.57.ſcribit,Equitandi artem primum excogitaſſe Neptunum,qui ob id Hippius ſit appellatus (vt Diodoro placuit) Primus autem,qui Equos iunxit currui,fuit Eicthonius,de quo Virgilius,

Primus Eicthonius currus & quatuor auſus.
Iungere eques &c.

Rhodiginuſmet li.7.c.27.vbi diſertè & copioſè hæc habui,quę pro nunc congeſſiſſe volui.

QVAESTIO PRIMA.

QVAERITVR modò in iure nr̃o Cæſareo. An Equus ipſe,ferum,manſuetumve animal ſit? Reſpõ.manſuetum animal eſſe. Equus enim & Bos manſueta ſunt animalia,quæ ſi ferociunt,ſi impetunt, eſt contra eorum naturam,& ita procedit titulus.ff.ſi quadrupes pauperiem feciſſe dicatur. Vnde animal iuſta facere dicitur, cum iuxta naturam ſuam mouetur,l.j.§.& generaliter,eo.ti. vbi ſi quadrupes nocet,cum ſecundùm naturam ſuam mouetur, hoc damnum aĩali non imputaẽ,quia iuſta facit.Si mula enim plus iuſto onerata onus euertat,mulierem puta lędendo, damnum vtiq; dediſſe non dr̃, cum hoc naturale animali fuit, vt abhorreret abhis,quæ ſunt dolori,iſte eſt tex.in l.pen.eod.ti.Nam & muli debent onerari ſm onus,ad quod portandum ſufficientes cõſuetudine reputantur.tex.eſt optimus in arg.in l.publici.C.de curſu publico,& Ang.lib.12.& ibi Bar.dicit illũ tex.facere, ꝙ ſi ego oneraui mulum tuum onere librarum quinquaginta, qui bonus & ſufficiens putabatur ad tantum pondus, ſi tamen ita oneratus deces ſit ex pondere,non teneor;quia permiſſum eſt mihi onerare ipſum ſecundùm conſuetudinem & muli ſufficientiã, ex cuius dictis facit ſingulare Corſetus, in ſingularibus ſuis, in ver.onus quod dicit notatu dignum. Alioquin,ſi animal commota feritate cõtra naturam nocet,puta equus eſt calcitroſus, & calcem reijciat,iam dicitur iniuſta facere,& cenſetur damnũ dediſſe,isq; pro noxa dabitur,aut damnum à domino reſarcit, d.l.j.gl.uer.contra naturam, Inſtit.eod.tit.

Quæſtio Secunda.

Quæro,pone curſu equi puer eſt occiſus, an equo ſedẽs,baiulanſve,aut currens capitali pęna puniatur? Et non puniri ait Saly.in l.non ideo minus.ver.quæro quintò.C.de accu.ſed mitiori pęna. Tu autem diſtingue:vt per Bonifa.in rub.de inſultu.nã ſi currit in loco deputato,& aut doloſè? & capitali pœna puniri tunc ait,ſecus atq; ſi vitium ſciret equi', vt quia effrenatus indomituſve foret,& tunc leuiter eſſet puniendus. Si verò nõ in loco deputato,& aut dolo:& capitaliter plectendus venit, aut culpa,vt culpoſus eſſet puniendus, Vide Iac.Nouellum in Prati.crim.vbi de inquiſitione pro caſu agit,ſub nu.7.Fely. in ca.ſignificaſti.primo.de homici.in initio.Bart.in l.ſi fouea.§.nauis. ff.ad l.Aquiliam,vbi & Floria.& Bar.in l.intelligendum.§.ſi ppter.ff.de pub.Saly.in l.non ideo,col.3.C.de accuſ.Fuſius Iodocus in eius criminali.c.42.vbi de damno pecuario agit:& quid ſi ex curſu equi quis pcutiatur,& ex percuſſione vulnerat, Bal. conſi.443.in 4.parte per totũ.Et no.ꝙ currentes equos debent dicere alta voce guarda,guarda.Bald.in l.ſi putabat ff.ad legem Aquiliam,per illũ textum.

Quæſtio Tertia.

Conduxit quiſpiam equum ad vecturam,quem fuſte vel baculo percuſſit in capite, ita ꝙ mortuus reperitur, tenebitur ne de occiſo? Et teneri Felyn.dicit in c.ſignificaſti. de homicidio, Corſetus in repertorio Abbatis,verſi.Cõductor.Ratione enim loci percuſſi percutientis animus deprehẽditur, cum equus virga & calcaribus,& non fuſte vel baculo ſolicitatur, ad æſtimationem teneri exiſtimat.

Quæſtio Quarta.

Petebat actor equum totum brunum, reus autem libellum non procedere contendebat,quia multi reperiuntur equi toti bruni,negabat,item actor, quæritur quid iuris in iſto caſu? Reſpon.Albericus in l.idem Pomponius.§.ſi plures.ff.de ædil. edi. in contingẽtia facti ita determinatum fuiſſe.Quòd equus actori exhiberetur, q̃ declarare haberet, an idẽ eſſet petitus equus, l.ſi quis in tantum.ff.de teſtibus,vel vt exhiberetur teſtibus, qui hoc declararent,vt in Auth.de teſtib.§ quoniam,Nam & identitas equi probari debet.Ale.cõſ.138.nu.4.in 8.vol.& 207.nu.2.

Quæſtio Quinta.

Veterinarius quidam equum ſcholaſtico commodauit, vt iret ad ſtudium,& miſit ſecum famulum, qui male gubernatus equus moritur,an is emendare damnum tenetur? Et teneri cẽſet Alber.in l penul.ff.vſufruct.quemadmodum. Licèt enim famulus adhibitus fuerit,vt cuſtodiam haberet de equo, quoniã autem ſcholaſtici culpa periit,ipſe tenebitur,quod ſecus ſi non culpa ex parte eius,ſed naturaliter,Bologn.in auth.habita.C.ne filius pro patre,l.ſi ut certo.§.ſi me rogaueris.ff. cõmodati, vbi & Alberi.& §.ſeq.Bal.in l.ex diui.C.loca.cum ſimil.

Quæſtio Sexta.

Equum oberrantem accipis in paſcuis, incidis ne in pœnam ſtatutam aduerſus eos,qui propria auctoritate res inuadũt alienas? Et te non incidere ait Bellaperticanus in rep.l.ſi quis in tantam.nu.17.C.vnde vi.arg.l.quod Nerua ff.de acq.poſſ. Differentia eſt enim inter rem mobilem & immobilem, poſſeſſionem enim rerum immobilium poſſidemus,vbicunque ſint, mobilium autem non,niſi quatenus in noſtra fuerint cuſtodia, d.§. Nerua.vbi Iaſ.& cæteri.

Quæſtio Septima.

Pro vno vitio in equo quis redhibitoria agere poteſt, ſed de aliis ne quoque non apparentibus vitiis recte proteſtabitur? Et poſſe ait Bal.in l.ſi prædium col.2.ver.ſed pone emi.C de ædil. act per tex.in l.ſi tamenſi.§.cum redhibitoria.ff eo.ti.De quibus poteſt reſeruare ſibi ius agendi quandocunque apparuerit. Maranta in Prat iudicia.in 4.parte,nu.18.pagi.40. Et not.ꝙ dentes equi in iuuentute ſunt crocei coloris,& in ſenectute albeſcunt, ſm Ariſto.in Problema.vbi ponit rationem.

Quæſtio Octaua.

Duo petunt equum ſequeſtratum, equus tandem moritur, an inſtantia cenſeatur peremptа? Et peremptam fore tradit Io. Montolonius in eius defenſorio iuris ad fin.nu.32.q.6.quotiẽs, & q.i.plures.& vide Archiepiſcopum Floren.in eius ſumma,li. 3.de pertinentibus ad iudicium,qui eſt ix.§.8. vbi de Salariis iudicum agit.

Quæſtio Nona.

Commodaſti tu mihi equum, vt irem ad bellum, ibique eſt mortuus,an ſoluere tenear? Reſpon.Marſil.in rubr.de fideiuſſ. ſub nu.229.me non teneri,nam ſcire poteras aliud regulariter & communiter euenire de equo tuo non poſſe,niſi tamen me ingeſſerim,quia tunc ſecus.idem Alba in conſi.104.

Quæſtio Decima.

Licet ne equum in duello ferire? Reſpond. D.m.Alciatus in tractatu de duello,licere,niſi aliter conuentum fuerit, ibi capi. 42.nume.4.

Quæſtio Vndecima.

Armorum appellatione venit ne equus? Reſpõ.Paris de Puteo in tract.de re militari.§.duo.num.4.non venire, Licèt de ratione ſit equeſtris militiæ.

Quæſtio Duodecima.

An equi militibus in bello auferantur? Reſp.Paris in tracta. de re mili.§.an pugnans.quòd ſic.

Quæſtio Tertiadecima.

Equi pugnatorum ob ignem appropinquare nolunt artificioſè certè immiſſum,quis igitur victor aut victus exiſtimabitur? Reſpon.idem Paris in d.tracta.de re militari.in §.orta, nu. 1.vt per eum ibi fuſius.

Quæſtio Quartadecima.

Appellatione equi venit ne pullus equinus? Reſpõ. ꝙ non,l. ſed addes.§.ſi quis mulierem.ff.loca.Quod facit ad ſtatutum ſecundùm Alberi.in Dictionario,in dictione hac, ꝙ quilibet vadens ad exercitium habeat ſolidos decem pro quolibet equo, nam ſi ſit equa quæ pullum pariat,pullus non venit, igitur decem non conſequetur.

Quæſtio Quintadecima.

Equus militaris extra prouinciam duci ne poterit? Reſpon.

non

Source : BIU Cujas

Hippol. Bonacoss. De Equo, siue Caballo.

non posse, ff. de re militari, l. officium, Alberi, vers. Equus.

Quæstio decimasexta.

Mortuus est equus in bello, vel itinere, quonam pacto mors eius erit probanda? Respon. scriptura cum iuramento eius, cui equus fuit commodatus. Bar. in rubr. C. de fide instrumen. col. 3. vel per instrumentum, quod plerunque quis sibi fieri facit, qualiter equus talis sit ibi mortuus. Iaco. Belui. in auth. vt liceat matri. §. fi. vbi & Bar. quod sanè instrumentum debet fieri coram testibus. Idem si ambasciator dicit, equum sibi fuisse in itinere mortuum, de morte producta scriptura a quocunque facta, dato etiam quòd illa non faciat semiplenam probationē. Cassaneus in consue. Burg. in §. 5. pag. 60. in 21. casu. Abb. & Fely. in c. auditis, de præscrip. sub num. 25.

Quæstio decimaseptima.

Statutum dicit, quòd equus non redhibeatur, nisi sit bulsus, duo testes deponunt illum esse bulsum, alii inficiantur: ius autem commune dicit in omne vitium occultum redhibēdum. Quæritur quid iuris? Resp. Bal. in auth. omnes peregrini. C. cōmunia de succes. in dubio præsumi in causa potius redhibitionis, quia dubium facti decidi debet secundùm naturalē æquitatem. Alex. consi. 48. in secundo.

Quæstio decimaoctaua.

Conductor equi estimati an teneatur de casu fortuito? Resp. Bal. in l. si vt certò. §. nunc videndum. ff. commodati. de quo Ias. in §. actionum, num. 86. insti. de actio. vbi de leuissima quoque culpa teneri ait.

Quæstio Decimanona.

Equus probatur mortuus, sed non probatur cuius pilaminis; an hoc probare debētem a probatione releuet? Resp. Abb. in c. auditis, num. 25. de præscriptio. vbi & glo. quod non, & ibi Ioan. Andr. ait se hoc practicasse. Alexan. consi. vltimo, volum. 7. sub nume. 3.

Quæstio Vigesima.

Scholasticus quidam volens in patriam redire equum conduxit ad vecturam, qui in subitum incidit in itinere morbum, & ob id vicino hospiti relictus fuit gubernandus, & diligenter curandus, nihilominus tamen moritur, an hoc sufficiet, vt amplius non teneatur? Et sufficere probat consulendo Bal. consil. 22. Vantius in 3. vol. & Arnonus dialogo 9.

Quæstio Vigesimaprima.

Mariscalcus curauit equum absque mercede, an illum pro mercede rectè poterit retinere equum? Respon. Bal. ꝙ sic in l. fi. C. commo. Et no. ꝙ Mariscalcus veterinarius rectè appellari potest, vt probat Iodocus in Praxi crim. c. 74. vbi de homicidio per venenum agit, pag. 173.

Quæstio Vigesimasecunda.

An ad probandum Equum fuisse suum, & eius valorē & ad probandum commodatarium culpam commisisse circa equū, necesse sit, ꝙ testis rationem sui dicti, etiam non interrogatus adsignet, & quid si serò medicum in curando equo adhibuit? vide Alex. consi. 183. in 7. vol. per totum, vbi & alia.

Quæstio Vigesimatertia.

Equus posuit pedem in foramine molæ, & ob id effectus est inutilis. An qui ibi molam traxit equi damnum emendare cogatur. Resp. Alberi. in l. qui foueas, ff. ad l. Aquil. teneri aquilia, seu in factum.

Quæstio Vigesimaquarta.

An vendito equo venit sella? Respon. venire Petrus Raue. in tract. de consuetu. num. 116. & Rochus de Curte de consue. & Firma. in reperto. & Crauetta consil. 112. sub nume. 13. communem dicit Gomez de quo Soarez communi. opi. pag. 79. vide omnino An. Gomez in tractatu de emptione, & venditione, num. 15. vbi dicit standum in hoc consuetudini, si quæ adsit in loco.

Quæstio Vigesimaquinta.

Furto subtractus fuit equus alicui, an is auctoritate propria, fallaciave aliqua eum habere poterit? Respon. Alexan. consil. 64. in 3. num. post Ang in l. qui vas, ff. de furtis, in princi. & in l. extat, ff. quod metus cau. Paul. de Castr. consi. 37. & seq. Alexan. etiam in l. 2. ff. de iurisdict omnium iud. Ioan. Andr. & Doct. in c. nullus, de pign. ꝙ poterit, nec debet ducere equum ad iudicē.

Quæstio Vigesimasexta.

Quid si duo equi currerent vnus versus alium, & in cursu casu inuicem se percutiant, an tum fiet emendatio? Resp. Bal. ꝙ non, in l. scientiam, §. cum stramenta, ff. ad l. Aquil.

Quæstio Vigesimaseptima.

Extat statutum, quòd nullus vendat equum sub certa pœna, quidam insolutum dedit equum creditori suo, vel dono dedit, an ex statuto tenebitur? Et non teneri ait Bonifa. in trac. malef. in rubri. Quid sit accusatio, num. 89. quia statutum loquitur de venditione tantùm, quod certè seruandum est, prout sonat, l. non aliter, ff. de leg. 3.

Quæstio Vigesimaoctaua.

Dicit statutum Patauinum. Nemo vendere debeat equum non subiecto, quispiam vendidit equū. An tenebitur, & an contractus valebit? Respon. Bal. in l. quòd ait, ff. de iure do. Non puniri tali statuto, sed extra ordinem, vt not. in l. nemo mariterem, C. de sacrosan. eccle. quod secus atque si statutum diceret aliter, scilicet non possit vendere, quia tunc inhabilitat personam, l. in quorum, ff. de pignoribus, facit, C. non licere habitatoribus metrocomiæ.

Quæstio Vigesimanona.

Peregrinantur quidam cum equo de mense Maii, an licebit eis stare in via, & capere herbam pro equis suis, domino quoque inuito? Et licere ait Rom. sing. 231. per c. fi. de pace tenen. & eius viola. in vsibus feudorum.

Quæstio Trigesima.

Equus præter domini voluntatem dat damnum, an tunc damnum dominus emendabit? Et non teneri vult Panormit. in c. dilectus, num. 2. de homici.

Quæstio Trigesimaprima.

Equus fuit venditus, vel dono datus, an possit famulus aliqd consequi de iure pro capistro? Et posse existimauit Ias. in l. de quibus, num. 77. ff. de legibus, & in §. actionum, sub nu. 82. insti. de act. vbi asserit hoc de consuetudine seruari.

Quæstio Trigesimasecunda.

Equus absque sessore currit ad brauium, quia cecidit in terram, an equus brauium consequetur? Respon. Docto. in l. 1. §. item acquirimus, ff. de acqui. possess. vbi & Ias. ibi etiam ponit, qua pœna puniantur, qui impediunt cursum equorum currentium ad brauium, vel facientes cadere sessorem. Firma, versicu. equus, qui tenet, quòd sic: Et no. quòd equi currentes ad brauiū debent seruare terminos cursus. Bar. in l. in tantum, versic. vniuersitatis, ff. de rerum diuisio.

Quæstio Trigesimatertia.

An veniat pullus equinus vendita matre? Respon. Ias. post alios in l. si extraneus, ff. de condic. causa data, nume. 22. & in §. actionum, num. 6. Insti. de actio. quòd sic. Fabian. de Monte. in tract. de emptio. & ven. q. 6. prin. sub num. 27. Item not. ꝙ equis per fideicommissum legatis post moram hæredis fœtus quoq; debentur? Equitio autem legato etiam si mora intercedat, incremento gregis accedit, l. equis, ff. de vsuris.

Quæstio Trigesimaquarta.

Vendidi tibi equam cum pacto, quòd si marem pareret, esset meus, si fœmellam, tua esse, peperit vtrunque, quomodo res se habebit? Respon. Ias. in l. si ita scriptum, num. 4. de lib. & posthum. & in l. extraneus, nume. 15. ff. de condi. causa data, quòd mas erit tuus, fœmina autem erit mea. Et no. ꝙ equarum libido extinguitur iuba tonsa, secundùm Plinium lib. 8. c. 51.

Quæstio Trigesimaquinta.

Quidam videns equum multum sudantem in aliquo stabulo, illum extraxit & ligauit, qui equus ita se incapistrauit, quòd mortuus est, an extrahens emendare teneatur equum? Respon. Ang. in l. eleganter, §. idem Labeo. per illum tex. ff. de dolo. teneri. Licèt enim principium fuerit licitum, finis tamen non debet obesse domino equi. Ias. in l. 1. § ait prætor, nume. 3. ff. ne quis eum.

Quæstio Trigesimasexta.

Subtrahens equum de grege principis, quonam pacto debet puniri? Resp. Mart. Laud. in tract. de Principe, pag. 348. puniri in libra auri, & equum restituere.

Quæstio Trigesimaseptima.

Qua pœna autem puniantur, qui equos ad spectacula deputatos in proprios conuertunt vsus? Resp. Franc. Luca. in tracta. de fisco, quòd soluunt fisco auri libram.

Quæstio Trigesimaoctaua.

Quispiam vendendi causa equum bene ornatum ostendit, an in contractu veniant ornamenta, quæ ipsi emptori tradere habeat venditor? Respon. Ias. in §. actionum, institu. de action. teneri tradere. Quæ si recusat, emptori licebit agere infra quadraginta dies: & not. quòd vendito equo, non solum veniunt ornamenta, quæ tempore venditionis equus habebat, sed quæ antea per duos habebat dies, ꝙ probat Ias. ibi. Dic tamen, ꝙ vēdito equo ipso ornamenta venditoris arma habentia non veniunt in contractu. Cur. in tract. de consuetu. num. 9. Item ornamenta supradicta facta redhibitione, & in casu redhibitionis ipsius equi recusata per venditorem petuntur per actionem in factum ædilitiam. Petrus Iacob. in sua prat. iudi. & Rofre. post eum in libellis, vbi de redhibitoria agit, & Panormi. in ca. iustū, de rerum permu. Et ideo demiphaleras equis venalibus vetus est cautela, secundùm Petrarcham lib. vltimo, de solicitu. cap. 8. sub litera B.

Quæstio Trigesimanona.

Duo contendunt de equo, & vterq; per testes probant de dominio, & possessione equi, ac eorum quilibet probat, ꝙ talis equus fuit & est natus de vna sua equa, quam habebat in domo, quæ nam erit sufficiens probatio? Respon. Paris de Puteo in tracta. syndic. §. probatio, vt ibi per eum fusius.

Quæstio Quadragesima.

Equus est pignoratus, & ad vecturam commodatus, quid iuris?

Source : BIU Cujas

ris? Reſpon. Neguſan. in tractatu de pignoribus, 3. membro, par. 7. ſub num. 17. quòd inde cum expenſa compenſatur merces, & quod ſupereſt ſit in ſorte, & ibi vide num. 16. quando expenſæ factæ equo petantur. Et præfertur omnibus aliis creditoribus, tàm pro alimentis, quàm pro cuſtodia, Bar. in l. interdū, ff. qui po. in pigno. ha.

Quæſtio Quadrageſimaprima.

Equus in paſcuis accipitur ab eo, qui ſuum eſſe putabat, quomodo repetet dominus? Reſpon. rei vendicatione, alias actione furtiua repetet, ſi a ſciente non eſſe ſuum accipitur, gloſſ. l. ſi quis in tantam, C. vnde vi.

Quæſtio Quadrageſimaſecunda.

Commodauit quis mihi equum, vt rus peterem, poſtea pœnitet, & accipit mihi equum non finito vſu, vel finito, an tenebitur mihi ad aliquid? Reſpon. Bal. in l. ſi quis in tantam, C. vnde vi, num. 25. non teneri, ratione duplici, vna ex parte expellentis, quia plenè poſſidet, altera ex parte expulſi, qui nō poſſidet, licèt commodatarius habeat ex commodato actionem.

Equus in bello fuit vulneratus, & poſtea in Ciuitate mortuus, an fiet de equo ipſo aliqua emendatio? Reſpon. Firmanus hac litera, quòd ſic, vt ibi fuſius.

Quæſtio Quadrageſimatertia.

Equitans ire ne dicatur? Reſpon. ℘ ſic, non agere: ideo poteſt per alterius fundū iure ſeruitutis ire, licèt aliàs ire pedeſter non poſſet, & manu equum ducere, l. qui ſellam, in prin. cum gl. vbi Floria. & Doct. ff de ſeruit. ruſtico. prædio.

Quæſtio Quadrageſimaquarta.

An equi appellatione veniat equa? Reſpon. quòd ſic, l. ſeruis legatis, §. pen. ff de lega. 3.

Quæſtio Quadrageſimaquinta.

Equus commodatus offenditur abſque commodatarii culpa, an pro eo ſatisfacere domino tenebitur? Reſpon. quod non, l. fin. vbi Floria ff. ad l. Aquil.

Quæſtio Quadrageſimaſexta.

Soluit ne paſſagium Equus, ſicut ſeſſor? Reſpon. vt in l. cum plures, § vehiculum, ff. locati.

Quæſtio Quadrageſimaſeptima.

Gentes alicuius exercitus auferunt mihi equum, an ſi poſtmodum ad alterius manus perueniat potero eum recuperare? Reſpon. Felyn. in cap. ſignificantibus, in 4. colum. de libelli obla. ℘ ſic, probata, ſcilicet violentia, licèt non probato inuaſoris nomine. la. in § ſequens, inſtit. de actio. num. 48.

Quæſtio Quadrageſimaoctaua.

Furatus fuit equus Flo. & eſt hic ductus, an fur erit ſecurus? Reſpon. Bar. in l. ſed nec Legatarius, colum. 2. C. de condi. furti. ℘ non, tanquam rem de nouo cōtrectans, ideo puniri poterit.

Quæſtio Quadrageſimanona.

Emi equum a viatore, & pretium ſolui: veriſimiliter. n. videtur tacitè actum, vt incontinenti equū ipſum mihi tradere habeat, ſed quid ſi non tradit? Reſp. cōuenire poſſum in loco contractus, etiam ratione delicti, quia me decepit, q. Tholoſana, nume. 103. Et not. quòd ſi tibi do fundum pro centum aureis pro vno equo, & quæratur, an ſit venditio, vel permutatio? Reſp. attenditur, quod plus valeat, an Equus, an centum aurei? ſi centū aurei, eſt venditio: ſi autem plus valet equus, erit permutatio, c. ad quæſtiones, de rerum permu. vbi not. Bal. in l. Ariſto. §. 1. ff. de dona. Alexan. conſi. 119. in 3. ſub nume. 5.

Quæſtio quinquageſima.

Equus, cum quo ſtipendiarius receſſit, eſt penes quendam baronem magnum, a quo non poteſt ſine magna difficultate recuperari, quomodo fiet? Reſpon. habebit locum, l. ſi mater, C. de rei vendi. & q. Tholoſana nume. 202.

Quæſtio quinquageſimaprima.

Mercator, qui vendidit equum in loco, in quo aſſiduè conuerſabatur, an ibi, vel alibi pro equo conueniri poterit? Reſpō. nedum ibi, ſed & alibi, ſi alibi fuerit equus euictus. Felyn. in cap. dilectus, verſic. ad domicilium, de reſcriptis, vbi bene.

Quæſtio quinquageſimaſecunda.

Venditor Equi eum tranſmiſit emptori, & in via eſt reprehenſus, cuius ne erit damnum? Reſp. Bal. in l. pen. per illum tex. ff. de actio. empt. venditoris quidem damno equum eſſe. Quod verum putat Peruſinus in c. ſignificauit, de appell. num. 14. Niſi foret actum, quod per certum nuncium mitteretur, vel equus miſſus fuiſſet per proprium emptoris nuncium, quod debet notari. ℘ ſecus exiſtimat Marſilius ſingul. 430. ſi quis commodauit equum tibi, & ſcribat literas, ℘ tu mittas equum, quia tūc non videtur petere a te, vt des illum famulo, ſeu nuncio, qui literas attulit tibi. Niſi hoc expreſsè in literis caueatur, vnde tu ſi tradas illi & fugiat cum equo, non liberaberis, inquit ipſe.

Quæſtio quinquageſimatertia.

Quid ſi conductori equus eſt ablatus in itinere? Reſpon. Bal. conſi. incip. Thomas.

Quæſtio quinquageſimaquarta.

Duo ſocii vendunt equum morboſum, an vnus pro alio tenebitur? Reſpon. Franc. Crema. no. ſuo. 145.

Quæſtio quinquageſimaquinta.

Equus ne ſuppellectilium maſſaritiarum ve appellatione venit? Reſpon. Bar. quòd non, in l. 1. ff. de ſuppellec. leg.

Quæſtio quinquageſimaſexta.

Facto tertii equus alterum percuſſit, an tenebitur, reſpon. Bar. in l. eleganter, §. quadrupes, ff. de dolo, vt per eum Docto. in l. Agaſo. ff. ſi quad. paup feciſſe dicatur.

Quæſtio quinquageſimaſeptima.

Quo iure cogatur poſſeſſor equum reſtituere? Reſpon. l. de vſu. ff. de variis & extraordina. cogni. & Specul. tit. de offic. omnium iudi. §. 2. verſic. item imploratur.

Quæſtio quinquageſimaoctaua.

Conduxit quis equum, vt Romam peteret, & duxit Mediolanum, an furtum feciſſe dicatur? Reſpon. quòd ſic, l. ſi vt certo, §. denique, verſi. quinimmo, ff. commo. & in l. ſi furtum, in prin. ff de condi. furti. l. qui iumenta, ff. loca. Areti. in tract. Maleſi. ver ſic. veſtem cœleſtem. Quod intelligit Barto. in l. item quæritur, §. fi. vlt. col. ff. loca. non procedere in equo locari ſolito, quia tunc qui retinuit pluribus diebus, furti nō tenebitur, ſed reconduxiſſe cenſebitur, vel niſi crediderit conductor, aliàs dominū permiſſurum: vide Archiepiſcopum Florenti. in eius ſumma, libr. 2. titulo de ſpeciebus furti. §. 4. d. l. furtum, allegata per ipſum Ang. in l. inter omnes, §. rectè, ff. de furtis, glo. in § furtum: Inſtitu. de obliga quæ ex delic. naſcun. Caſſaneus in conſuetu. Burgundiæ, §. v. pagi. 40. Plotus in repeti. l. ſi quando, ſub nume. 550. C. vnde vi.

Quæſtio quinquageſimanona.

Equus conductoris culpa incidit in commiſſum, quia diu ſtetit in loco, an ad mercedem tenebitur? Et teneri putat Bal. in l. colonus, §. fina. ff. loca. per illum textum.

Quæſtio ſexageſima.

An conductor equi teneatur, ſi equus erat infirmus? Reſpon. Odofre. conſi. incip. In nomine Domini.

Quæſtio Sexageſimaprima.

Conductor equi an teneatur ſumptus facere ex ere proprio? Reſpon. quòd ſic, l. in rebus, § poſſunt, ff. commoda. & debet facere bonos ſumptus tempore abūdantiæ. Alias tenetur de deterioratione. Bar l. animalia, C. de curſu pub. libr. 12. Cagnolus in l. contractus, ff. de reg. iur num 63.

Quæſtio ſexageſimaſecunda.

Adeſt ne aliqua cautela, per quam quis ſit ſecurus, ſi equum quis emat furtiuum, puta in foro? Reſpon Cœpolla cautela x. quòd ſic: vt ſcilicet proteſtetur ſe nomine Domini equum emere offerens ſe paratum illi reſtituere, reſtituto ſibi precio & intereſſe. Vide Ioſeph. Ludoui deciſ. Peruſi. 42. per totum: Vide deciſ Tholoſa. 151. Beninted. concluſione Bono. 34. Ex noua tamen conſtitutione D. Ducis noſtri Moderni ſancitū eſt, quòd ſit ſecurus emptor, vt patet ad officium Bulletarum. Verùm hanc cautelam refellit Dominus meus Alciatus in tracta. Præſumptionum, regula 3. præſumpt. 29. verſic. ſed iſta opinio. Vidi tamen practicari coram me, tunc quando fui Superior Bulletarum Ferrariæ, quòd ducebatur equus ad officium, emptor emptitabat cum dicta proteſtatione, & tunc ſeruatis de iure ſeruandis, meum tandem interponi decretum & auctoritatem poſtulabat emptor. Nam videtur, ℘ hoc ſufficiat: iſtud enim eſt facere contractum bonæfidei, quia fit in præſentia Iudicis. Bar. l. frater a fratre, ff. de condi. & demon. & Imo. in l. 1. §. fuit quæſitum, ff ad Treb. colum. 4. Grammaticus conſi. 40. ſub num. 25. cum ſimi. Præſentia enim Iudicis facit ceſſare læſionē & deceptionem præſumptiuam: prout poſt multos concludit Craueta in conſi. 114 ſub num. 2. in 1. volum. Vide Bal. in conſi. 448. in fi. vbi dicit, ℘ ſemper vtile eſt in contractibus decretum Iudicis interuenire: vt ff. de ſolu. l. ſi ſtipulatus, §. lancem, in 1. volum. cogita tamen. Cœpol. cautela 181. Sed contra Cœpolam, d. cautela x. conſuluit Natta conſi. 436. de quo Iulius Clar. in practi. in §. furtum, verſi. ſed hic incidenter. Vide tamen Couarruuiam in ſua Relect. par. 2. §. 1. num 5. Limitat iſtam cautelam, ut per Grammaticum conſi. ciuili. 20. num. 1. procedere, ſi iumentum fuiſſet emptum minori pretio quam valuiſſet, ex quo eo caſu ſibi competeret vtilis actio negociorum geſtorū ad repetendum pretium prædictum, quod probat, alias ſecus, & vide eundem in conſil. 36. numero 1. Vide Franciſcum Marcum deciſio. Delphin. quæſtio 7. parte ſecunda, vide deciſ. Tholoſa. 151.

Quæſtio Sexageſimatertia.

Quid eſt equitium? Reſpon. Spiegel. in Lexico. hac litera. eſſe equorum armentum.

Quæſtio Sexageſimaquarta.

Qui nam ſunt equuli? Reſp. Iuſtin. in §. in pecudum, inſtit. de rerum diuiſio. quòd ſunt parui equi, & ſupra dictum eſt.

Quæſtio Sexageſimaquinta.

Quibus veſtibus vtuntur equi Cardinalium? Tradit Bertachi. in reperto.

Quæſtio Sexageſimaſexta.

Equi ne ad militis ſepulturā ducti Eccleſiæ pro ſepultura remanere

manere debent? Reſpon. Bal.in l.ſancimus,C.de latina lib.toll. remanere debere.Contrarium vidi obſeruatum Ferrariæ.

Quæſtio Sexageſimaſeptima.

Equus de bonis Eccleſiæ a clerico eſt emptus,de bonis Eccleſiæ inquam ſuæ,erit ne ipſius Eccleſiæ? Reſp.Archid.in c. ſtatutum,§.aſſeſſorem,de reſcrip.in 6. Eccleſiæ prorſus eſſe.

Quæſtio Sexageſimaoctaua.

Equa per alium eſt poſſeſſa, quomodo repetitur? Reſp. Bar. in l.de vſu.ff.de variis cognitio.Specula. in tit. de offi. omnium iudic.§.2.verſic.item implorat. De cauſa poſſeſſio.§. 4.vbi etiã ponunt,quomodo equa ipſa cum partu repeti poſſit.

Quæſtio Sexageſimanona.

Occidens equum qua actione cõueniri poterit? Reſp.prout in l.1.§.ſi quadrupes,ff.ad l.Aquil.ad damni æſtimationem.

Quæſtio Septuageſima.

Commodaſti tu mihi equum,vt item Pariſius,vbi habebam magna negotia expedire,quiſpiam crus equo meo fregit, & ob id illhuc ire nequiui, quam actionem aduerſus ipſum intentabo? Reſpon.Iaco.de Rauenna in l.item Mela, §. eum qui veſtimenta,ff.ad l. Aquil. quòd dabitur mihi in factum ſubſidiaria. Alberi.ibi poſt eum.

Quæſtio Septuageſimaprima.

Habeo equum tuum pignori,an tenearis illũ paſcere? Reſp. Alberi.in l.quẽmadmodum,§.municipales,& alias incipit magiſtratus,ff.ad l. Aquiliam,per illum text. & ait ſufficere, ꝙ ego permittam afferre tibi ei cibaria,& ita ſeruatur.

Quæſtio Septuageſimaſecunda.

Aliquis credens ſibi licere aufert de manibus alteri equum, an punietur? Reſp.Ange.in l.prætor,§.hac actione, ff.vi bonor. rapt.Marſil.in conſi.1.volum.2.ſub numero 22.

Quæſtio Septuageſimatertia.

Cingari,vulgo Cingani, vel Aegyptiaci furto quotidie ſubtrahunt equos,an pro eorum reſtitutione quid licitè percipere poſſint? Reſpon.Bal.in l.ſi.C.de condi.ob turpem cauſam,iure quidem nil conſequi eos poſſe.Natta conſil.76.nu.2. Licèt iſti ioculatores,qui faciunt ire caballos per cordã & ſimilia facientes licitè quid accipiant: ij enim ſupra in gl.ver.ſcena,l.2.§. miles,ff.de iis qui no.infam.ſunt infames.

Quæſtio Septuageſimaquarta.

Quis vendit equum,quem tradit per frenum, vel capiſtrum, an cenſeatur per hoc dominium in emptorem tranſlatum? Reſpon.glo.ver.transferat in §.interdum, inſtit. de rerum diuiſio. tranſlatum cenſeri.

Quæſtio Septuageſimaquinta.

An quis equum depoſitans,capiſtrum quoque deponere videtur? Vide l.1.§.quæ depoſitis,vbi & glo.ff.depoſiti.

Quæſtio Septuageſimaſexta.

An liceat alicui immittere equum ſuum in paſcuis prati mei? Vide c.1.§.fi.de pac.ten.& Guido Papæ ſing.471.

Quæſtio Septuageſimaſeptima.

Si equitarem equum, cuius non eſſem dominus, nec haberem ius aliquod equitandi.Quod ius igitur habere dicat? Reſp. Archiepi.Floren.in eius ſumma lib.3.tit. de ingreſſu religionis, ꝙ dicor habere vſum equitationis equi nudum per omnis iuris denudationem.

Quæſtio Septuageſimaoctaua.

Captione vtuntur malitioſi equorum locatores, qui a principio dicunt plura verba, & poſtquam eſt conuentum de precio dicunt,domine non habeatis pro malo, volo,quòd coram iſtis teſtibus equum hunc accipiatis, & promittatis, quòd ſi equus pereat incurſu latronum vel incendio,ſeu alio caſu, periculum ſit veſtrum,Cyn.in l.1.col.2.C.commo. decidit, an hæc cautio procedat? prout eum ſic refert Neuiza.in ſylua,lib.2.ſub num.39.pag. 172. in fi. Alia etiam agunt hoc peſſimum genus hominum. Qui iumenta locat meritoria ſeu veterina dat ſuccuſſorem,quem male ſeſſor alit: ponit idem Neuiza. in carminibus,in calce ſyluæ.

Quæſtio Septuageſimanona.

Quæritur,an Legatarius teneatur dare equũ hæredi, vt quærat ſeruum,qui poſt teſtamentum aufugit? Reſpon. Bar. in l.ſi ſeruum,ff.de leg.1.ꝙ debet inſpici perſona hæredis,& eius conditio,& ſi erit talis,quòd ire pedeſter nequeat,tenebitur.

Quæſtio Octuageſima.

Si fiat legatum de equo morello, an debebitur equus albus, quem vnicum tantùm teſtator habebat? Reſpon. Ale. in l. nominatim,ff.de lib. & poſthum. de quare pertractant Docto. in l.ſi quis in fundi vocabulo,ff.de leg.1.

Quæſtio Octuageſimaprima.

Quid agendum ſit equo furto ſubtracto? Reſpon. Follerius in ſua criminali Praxi, parte 2.titu.Capiat informationem,ſub num.11.pag.18.Quòd primò probatur dominium equi,& quòd fuit viſus & repertus equus in poſſe alicuius, & ꝙ equus paulò ante viſus eſt in ſtabulo furtum paſſi,& demum ibi minimè repertum, & quòd ſtabulum fractum eſt. Quid modò, quando furto ſubtractus eſt equus hoſpitatori? Reſpon. conſulendo Barba.conſil.53.in primo volumine.

Quæſtio Octuageſimaſecunda.

Quæritur,Aliquis in armis ſuis equum deſignare cupit,quomodo hoc rectè faciet? Reſpon.quòd in parte anteriori aliqualiter eleuatus eſſe debet. Bar.in tracta.de inſigniis & armis,ſub numero 17.& 32. Ponit etiam quomodo in cooperturis ponatur equus,& dono percipiatur equus.c.& ſi quæſtiones,§. cum in accipiendis, extra de ſymonia.vbi dicitur, quòd ſic. vide tamen glo. ibi.

Quæſtio Octuageſimatertia.

Quid ſi mihi promiſſus ſit equus in inſtrumento confeſſionato, & mora debitoris amplius non extet equus? Reſpond. poteſt fieri executio in æſtimationem. Benedictus de Barzis in tract. de libellis guarentigiatis,vel rectius valentigiatis,quæſtio.11.partis 1.

Quæſtio Octuageſimaquarta.

Venditor equi dicit ſe vendere equum habentem omnes defectus, exprimens aliquos ex eis euidentes, occultos autem ſilet: Quæritur,an de occultis,& non expreſſis teneatur? Reſpon. propter occultos non teneri. Petrus Iacob.in ſua practi. vbi de redhibi.agit.Ioan.And.ad Specu.tit.de empt.& ven.§. nunc videndum,in addi.incip.quid ſi vendas. Ang. & alii in l.ſi quis cũ aliter.vltima.ff.de publi.Abb.in c.iniuſtum, de rerum permut. Bal.& Saly.in l.1.C.de ædil.actio.Dicebat tamẽ Diogenes, nihil ſtultius eſſe,quàm venditorem narrare rei vitia, quam vendit: Et not.ꝙ licèt emens equum patientem in loco euidenti non poſſit agere redhibitoria,l.quæritur,§.ſi.ff.de ædil.edic.tamen illud non habet locum in minore,muliere, & ruſtico. Bal. in l.2. C.de reſcin.ven.in 6.colum. quem refert Barba. conſil.16.in 3. volu.Ale.in conſil.148.in 2. per totum: vide etiam Angelum in §. prætorum: Inſti. de iure naturali.

Quæſtio Octuageſimaquinta.

Quid ſi equus venditus intra triduum ſit mortuus? Reſpon. Dom.m.Alcia.in tractatu præſump. regula 2. præſump. 26. in fi.Alexan.in l.ſi quis cum aliter,num.24.ff.de verborum oblig. Abb.in c.iniuſtum, de rerum perm. Si animal emptum triduo mortuum fuerit, imminet hoc detrimentum venditori: quoniam ex vitio morbi ante venditionem contracti cenſetur periiſſe,l.ſi verò,§.qui pro rei,ff.qui ſatisda.cogan. Et no.ꝙ ſi emo a te equum,vt ſi non placuerit mihi, poſſim tibi reſtituere ſpatio ſexaginta dierum,ꝙ poſtea non poterit declarari. Ita eſt caſus in l.quòd ſi nolit,§.ſi quis ita,ff. de ædil. edic. Roma. ſingul. 769.Item no.ꝙ ſi aqua ſubterranea duceretur in equum lateribus circunſtructum,per cuius os aqua ſtillaret, fortè æneum, & venderetur, illa domus cederet domui, & emptori eſſet lucro,ſi de ea re nihil eſſet dictum, l. ſi venditor, §. firmius, ff. de actio.emptio.& vend.

Quæſtio Octuageſimaſexta.

Quid ſi quis vendit equum cum omnibus ſuis ſchinellis & magagnis,& cum pacto,ꝙ nolebat teneri de eis,an hoc ſibi proficit? Vide Pet.Iaco.in ſua practi.vbi de redhibitoria meminit, & Placent.in tracta.de act.perſonalibus,tit.22. de actioni. emp. ſub num.5.cum ſeq.& bene per Panormita.in c.iniuſtum,de rerum perm.& eundem Pet. Iac. vbi de actione quanto minoris ciuili agit, vbi fuſius vide omnino. Vide etiam Archiepiſcopum Floren.in eius ſumma,lib.2.ti. de fraude in negociatione, §.2.ad fi.& §.6.inibi ponit,an ſemper teneatur venditor dicere defectum rei venalis? Et ait, ꝙ ſi monoculus ſit equus, non tenetur manifeſtare, ſed tenetur pretium diminuere pro illo defectu,quem emptor ignorabat,niſi viſus eius eſſet periculoſus, vel noxius; quia tunc tenetur.Et ait idem Petrus Iac.vbi ſupra, quòd venditor, qui verbis deceptoriis inducit emptorem ad equum emptitandum,tenetur: vt ibi per eum fuſius.Vbi etiam format libellos,poſitiones,articulos, & denique etiam ſententias ſuper equis petitis in iudicio.Et quando vitium dicatur patens inibi.Et vide tu quoque Panor.in d.c.iniuſtum, vbi ait vitium patere,quando,ſ.quilibet aſpiciens perpendere poſſet. Et no.ꝙ equus caſtratus non dicitur vitioſus.Bal.in l.1. C. de ædil. act.vbi dicit,ꝙ benè equus retrogradus dicitur vitioſus: vmbroſus ſæpenumero conſuenit eſſe caſtratus equus, rationem aſſignat Ariſt.in probl.Item not.ꝙ licèt actione in factum nõ agatur poſt quadraginta dies, agi tamen poteſt certi condictione generali,vel ſine cauſa,l.ædiles,§.iumentorum,ff.de ædil.edict. prout equus ſpado ſanus dicitur,vt ibid.

Quæſtio Octuageſimaſeptima.

An de equis, ſuper quibus equitantes tranſeunt, teneamur ſoluere dacium,ſeu gabellam? Reſp.Anch.conſi.264.per totũ, quòd non: tamen malè ſeruatur,vt ſæpe experimur.

Quæſtio Octuageſimaoctaua.

Quæritur,cuius expẽſis & ſumptibus exhibeatur equus exhibendus,& cuius etiam expenſis ali? Reſpõ.Iaſ.in §.præterea,nu. 48.inſti.de act.Paris in tract.ſynd.§.An. nu.4. vbi & de expenſa facienda in ſequeſtrando equum.

Quæſtio Octuageſimanona.

Stipulatio,qua promittitur,ꝙ equus venalis gradarius, non calcitro-

Source : BIU Cujas

calcitrosus sit,an teneat necne? Resp.ꝙ sic,si per verba præsentis temporis concepta sit,l.si ita quis,ff.de euictio.

Quæstio Nonagesima.

Locauit quidam equum alicui,qui deteriorem factum reddere volebat,locator petit,postea nō vult: Equus interim moritur,cuius ne erit periculo,locatoris,an cōductoris equus mortuus? Resp.Alberi.in l.huiusmodi,§.ædem,ff.de leg. 1. videri,ꝙ conductoris,qui fuit in culpa eum deteriorem reddere. Verū stat Dini sententia contra; quia non constaret de æstimatione deteriorationis,& ideo debet recipere sub protestatione, arg.l. quidam estimauerunt,ff.si cer.pet.cum simi.vt ibi recitat Alberi.vide Ang.post Bar.in l.qui sibi,§.qui stichum,ff.de solu. Crauetta consi.106.nu.2.in 1.vol.

Quæstio Nonagesimaprima.

Cuidam equum commodaui meum,cui posuit valisiam, & ob id effectus est deterior,an debeat emendari? Resp. Bertachi. ꝙ sic.Cagno.in l.contractus,nu.64.ff.de reg.iur.

Quæstio Nonagesimasecunda.

An conductor equi teneatur post mortem ipsius equi vsq; ad solutionis æstimationem,ad mercedem pro eo,dato, ꝙ fuerit inter ipsum & locatorem conuētum de sibi præstando qualibet die mercedem,vel equum locandum? Resp. Odofr.quod non,consi.locaui tibi mulam, Spec. tit. de locato.§.iam dicendum,versi.sed ecce locaui.

Quæstio Nonagesimatertia.

Si conductor Roncini seu equi susçipit in se mortis periculum,an tenebitur,si equus decedat morbo naturali, puta ex viuolis? Respon.Bal.in additio.ad Spec.tit.de loca.colum.2.quòd non:Et an Locator eum sic magagnatum recipere habeat absque deteriorationis pretio? Marsil.sing.607. & Paul.de Castr. in l.qui stichum, ad fin. ff. de solutio. Et si ipsum locatori restituit tanquam sanum,& dominus ignorat tunc vitium in receptione,non liberatur ipse conductor.Bar.in l.opus, ff.loca. & in l.qui sibi,§.stichum,ff.de solutio.Bal.in proçmio fforum,§. hęc autem tria.

Quæstio Nonagesimaquarta.

An locator equi vitiosi ad interesse teneatur? Resp.Bar. in l. sed addes,§.1 ff.locati, quod distinguitur sciens ab ignorante. Est autem in libro, qui Meridiana dicitur, quòd si locaui tibi conuenta mercede equum ad vecturam, ducendum Florētiæ, & restituendum inde ad octo dies,& equus adeo vitiosos erat, vt commodè eo vti non posses,quia fortè cespitabat, vel cadebat,vel sessorem lædebat,cum calcaribus vrgeretur non ambulabat,vel male,& similia faciebat. Distinguendum censet Archiepisc.Flor.in eius summa,lib.2.§.6.col.1.tit. de speciebus furti: nam si locaui certum,puta hunc equū,& sciebam vitiosum, teneor ad omne damnum datum & interesse suum: Aliàs secus: sed si locaui tibi incertum,puta vnum de equis meis, cum haberem plures bonos & malos equos,& postea tibi præsentaui malū,hoc sciēs,teneor tibi ad oēs expēsas,quas fecisti in eqtatione,& tu teneris specialiter ad ea,quæ mecum conuenisti.

Quæstio Nonagesimaquinta.

Quid si quis vendat alicui equum, nec eum coram abducat, sed ita verbis depingat, vt deprehendi cogitatione eius species in indiuiduo possit,an si pereat equus, quem venditum voluit, antequam emptori traderetur,cuius ne erit periculum? Et venditoris esse constat,l.quòd si neque,& l.lectos,ff. de periculo,& commo.rei vendi.Hoc tamen verum est, cum incertum de incertis debetur: nam si certum de incertis debeatur,puta si vendiderim vnū equum ex meis: tunc si omnes equi mei pereant, vēditor liberatur a traditione rei, quæ sine culpa periit, ac proinde emptoris periculo & damno periisse censetur, nec si solutum sit pretium id ab emptore repeti potest, arg. l. in ratione,§. incertæ,ff.ad l.Falc.secus si vnus tantum periit equus.

Quæstio Nonagesimasexta.

Ait Papinianus in l.equis,ff.de vsuris,equis per fideicommissum relictis,post moram fętus quoq; prętabitur vt fructus.Sed & fœtus secūdus vt causa,sicut partus mulieris:quonam modo inibi secundus fętus intelligatur,& quæ sequūtur? Sanè innuit vtcūque lex illa,ꝙ causas dixerint veteres eas accessiones, quæ licèt non ex ipsis rebus proueniissent,in illisq; hærerent, tamen earum occasione productæ meritò res ipsas sequentur. Disertè igitur in lege illa distinguuntur fructus à causa, vt fętū ex equa natum inter fructus, secundum verò fœtum, & partum mulieris,inter causas numeret: & profectò, siue secundùm fœtus lex vocet eum,qui ex eadem equa est æditus qua primus,siue eum, qui ex primo fœtu natus est,satis patet, ꝙ ex causa rebus accessisse dixerint veteres,id quod non re ipsa, sed occasione rei debitum esse videretur? Quòd autem in eadem lege partus mulieris intelligatur,perpende ex his.

Quæstio Nonagesimaseptima.

Quæritur item,quidam grammaticus Mediolano Bononiā iturus, equum a Veterinario certa in dies mercede conduxit, quo vsus eundem remisit epistola missa, in hunc fermè modū. Pegasus,qui me tollutim succussit, apud campanæ peluis copā erit,inde petito, phoretumq; ex eo tempore præcidito. Hinc orta inter prædictos cōtrouersia est, nempe Veterinarius ob nimiam obscuritatem scripti sermonis equum amiserat. Et ij,qui de re pecuaria ius dicebant,pro Veterinario iudicarunt.Debebat vtiq; grammaticus tali idiomate vti,quod à Veterinario intelligi posset,qui equum percipere habebat,l.1. de excusa. tuto. Ponit D.m.Alcia.lib.de verb.signi.pag.79.

Quæstio Nonagesimaoctaua.

Quidam proposuit equum venalem, quem vno tantùm vitio vrgeri dicebat,nempe ꝙ nunquam sueuerat arborem conscendere: Emptor credidit hoc esse iocum, contigit autem emptori pontem trabibus contextum trascendere, verùm equus transire nolebat,sessor autem calcaribus & fuste pluries solicitat,sed nihil agit,tandem victus grande relegit iter,tūc equi vitium non futile esse cognouit,volebatq; hunc redhibere, dolumq; venditoris adesse dicebat, calidus autem vēditor pacto se defendit,quæritur inquam quid iuris? Et pro decisione vide omnino Pe.laco.in dicta sua Practica, vbi de redhibitoria agit. Gribaldus autem in suo de ratione studendi, tertio, ponit carmina, & votum Papiniani pro responsione desiderat, vide tu glo.vers.fallendi,l.ea quæ,in fi.ff. de contrahen. emptio. ibi fallendi,vt si dicat equum non ascendere arborem, & sic non tenetur,ideo quia non ascendit pontem,& ita Florentinus ibi decidit casum.

Quæstio Nonagesimanona.

Equa fuit data,vt ab equo cooperiatur, an polledri inde nati erunt domini equæ? Respon.Ange.de Perusio in tracta. de societate,quòd non,sed erunt communes vtrique, ibi in 2. parte, num.18.Nam ita dicit text.in extrauagan. si quis dedit iumenta,in rub.Consuetudo societatis,quæ ita ad literam iacet. Si qs dederit iumenta cooperienda equo alicuius, omnes polledri debent esse communes, nati in illo anno de iumentis illis partiendi,quæ secundum consuetudinem sunt. Et si aliquis equus cooperuerit de iumentis illis, & ille cuius sunt iumenta debet partiri poledros,& immittere electionem cuius est equus, vtrū velit accipere poledrum aut partem pretii secundum conuentionem,vbi autem aliqua conuentio facta non esset, seruanda est consuetudo loci,vbi autem de consuetudine non apparet, ad arbitrium boni viri recurrendum esset, maximè ad exonerationem conscientiæ, nè quis cum aliena iactura aliquid lucretur: illud enim tanquam indebitum restituendum esset, l.nam hoc natura,ff.de condit.indebi. Quando autem equa,vel asina alteri datur,vt cooperiatur ab equo,& non aliter ad melioranda,dicitur esse contractus innominatus,l.si tibi areæ,ff. de præscrip.ver.Cassane.in consuet.Burg.pag.195. ad fi. Licèt contrarium dixerit Ang. de Perusio in l. si pascenda pecora. C. de pactis,vide tamen l.idem Pomponius,§.idem scribit, supra allegata,ff.de rei vendi.Si equam meam (inquit tex.) equus tuus prægnantem fecerit,non esse tuum,sed meum, quod natum est,iure enim gentium, & ea, quæ nobis ex animantibus nostris nascūtur,nostra fieri.Neq; interest,an ex rationali,vt ex serua, vel irrationali,vt ex equa, quid nobis natum sit, nam idem ius de vtroq; genere animantium intelligitur,l.partum.C.de rei vendica.Quare nihil ambiguitatis est in hoc modo acquirendi,nisi fortè quis dubitet, an ex sexu fœmineo solum, non etiam ex masculo nobis putētur nasci animantia, vt cū tuus equus meā equam prægnantem fecerit, quæras vtri fœtus cedere debeat? verum indubitati iuris est, ꝙ in considerando dominio natorum,non pater,sed mater respiciantur: nam sicut in rationabilibus animantibus partus sequitur conditionem matris: ita & in irrationalibus eius fœtus fit, cuius est mater, dictis legibus. Vsus aūt hodiernus recipit,vt certa hordei quantitas pro equo admissorio præstetur? Sed modò,quid si equa ipsa cooperta ab equo non efficitur prægnans, an dominus admissori equi talem hordei quantitatem conuētam, vel consuetudine limitatam consequi poterit? Et puto quòd sic,iuxta not. in l.si iactum per illum text.ff.de actio. emptio. nam cum iste sit contractus innominatus,vt probatur in d.l.si tibi areæ,ff.de præscrip. verb. do vt des,& adimpletum fuerit adimplendum pro parte domini equi admissorii,debet itidem conductor & ipse non deficere,cùm spem tantùm imprægnandi conduxisse videatur, d. l. si iactum,& Bar.in l.cotem ferro.§.qui maximos, col. 2. ad fin. ff. de publica. & in l. nec emptio. ff. de contrahen. emptio.Spem pretio non emo,inquit Comicus.Quod si conductor equi teneri nolebat, debebat cautius agere & negociari, l. veterib. C. de pac.& supra no.in l.nepos Proculo. ff. de verbor.significat. per Docto.& melius declarare eius intentionem, iuxta not. in l.non omnis,ff.si cert.peta.propositum in mente retentum nihil operatur,& ita seruat communis obseruantia, nisi admissorius equus ad coeundum esset impotens,puta senex, qui est frigidus,& siccus,& non aptus palestræ venereæ, secundùm Aristotelem, libr. de generatione animalium, & fusius per Tiraquell. de legib. connubialib. in 6. l. connubiali. Neuizanus in syl.nuptiali,& Dom.m.Alcia.in suo,de eo quod interest, pagina 493.& Parergon lib.1.cap.42.Et not. quòd spes ad aliquam

rem

rem non eſt ſufficiēs ad agendū ad ipſam rem.Panor.in c.ſuper qq.de conceſſ.præb.nu.6.Conferunt ſupradictis ea, quæ refert Caſſaneus in conſuetu.Burgun.§.23.pag.195.facc.2.in prin.vbi dicit,ꝙ in ſua Burgundiæ patria ſupraſcripta iura extrauagantia ſuper iumentis non obſeruantur: quia conſuetudo loci eſt in contrarium,quæ apparet:nā ille,cuius eſt equus, nihil habet de poledro,ſed ſolùm ſcit,quantū habebit, eo ꝙ locat equum ad cooperiendum iumentum,vbi aūt de conſuetudine nō apparet,ad arbitrium boni viri eſſet recurrēdum, maximè ad exonerationem conſcientiæ, nè quis indebitè damnum patiatur, iuxta l.nam hoc natura,ff.de condi.indebi.

Quæſtio Centeſima.

Quæritur,emi equū ab aliquo, qui ex Aſia pone veniebat ad Ciuitatē Ferrariæ ſuper quadam galia,& ſoluit ſibi pretiū, ipſe vult recedere cū equo,vtrū potero eū conuenire Piſis, vbi cōtractus celebratus fuit? Dic,ꝙ ſic, ad traditionem equi ſcilicet, Bal.in l.hæres,in addi.de iudi.col.1.& ex aſſidua quoq; conuerſatione mercatoris obligatur ad hoc.Felyn.in c.dilectus, 2. ſub num.11.de reſcriptis.

Quæſtio Centeſimaprima.

Volebam emere equum,& inueni cozonū, ſeu proſenetam equorum, & promiſi ſibi dare vnum ducatum; ſi ipſe faceret, quòd haberem equum: quid ſi deinde equus reperiatur vitioſus,potero ne ducatum ſibi datum repetere?Reſpon.Alberi. in l.1.§.fin.in fi.per illum tex.ff.de cond.cauſa data, cauſa non ſecuta,me ſanè poſſe.

Quæſtio Centeſimaſecunda.

Equum locaui tibi meum, tu quidem ei non dabas comedere,fuit tibi furto ſubtractus,teneberis ne ex eo, ꝙ ſibi comedere non dabas?Reſpon.quòd non: cū culpa illa ad caſum ſubtractionis non fuerit ordinata. Alberi. in l. damni infecti. §. ei qui in ſolo,ff.de damno infec.

Quæſtio Centeſimatertia.

Filiusfamilias habebat equum,quem ſibi pater ſuus emerat, poſtea filium ipſum emancipauit: Equus ne iſte erit ſibi præcipuus cum aliis quoque filiis? Reſpon.ꝙ ſic.Alber.in l.donationes.§.pater filiæ,ff de dona.

Quæſtio Centeſimaquarta.

Commodatum per te mihi equum perdidi,cuius tu quidem æſtimationem a me petis, ego vnum alium tibi offero equum ęque bonum,an ſufficiat? Reſpō. Alberi.in l.cum quidam,col. 2.C.de fideicommiſſa.libert.videri,ꝙ ſic,vt ff. loca. l.ſi quis domum.2.reſp.Dic tamen vt per Spec.de ſolutio.& oblig. §.ſequitur videre,verſi.vltimò ponit.

Quæſtio Centeſimaquinta.

Si tibi commodaui equos duos,& poſtea dixerim, cū duob. equis,quos tibi commodaui,promitto commodare quinque, tenebor te ad quinque alios equos, an quinque computatis primis duob.iā commodatis? Reſp.Chriſtofo.Por. Inſt. de libertinis,2.col.me tantū ad tres alios equos teneri, & non ad ſeptē.

Quæſtio Centeſimaſexta.

An quis retinere poſſit equum in ſuo prato repertū & inſtabulare? Reſp.vt per Bart.in l prætor.§.ſi dominus,ff.de dam.infect.& Doct.Inſti.ſi quadru.paupe.feci.dicatur,in princ. & Spe. in tit.de Actore, §.1.verſic. pone noſtro, & in §. cæterum,ad l. Aquil.l.1.vbi Doc.& Doct.in §.ſi læſerit:Inſt.de iniuriis,& Bar. in l.hoc amplius.ff.de damno infect.

Quæſtio Centeſimaſeptima.

Emo equum tuum,ſi placuerit mihi infra menſem, an tenet venditio? Reſp.Chriſt.Portius,Inſt.de emptio. & venditio. col. fi.ꝙ tenet venditio.De permutatione autem equorum cum vitio Diomedis & Glauci, tradit glo. pen.verſic.permutantes,in proœmio fforum.Quid ſi non ſit ſtatutum tempus? Reſpon.ꝙ infra 60.dies l.quòd ſi nolit.§.ſi quid ita,ff.de ædil.edic.

Quæſtio Centeſimaoctaua.

Petenti equum commodatò reſpondit quis concedo, an equus ob tale verbum cenſebitur dono traditus, cū verbū concedo,donationem quandoq; importet? Reſp.Abb.in cap.cum venerabilis,de except.ꝙ bene verum eſt, ꝙ verbum concedo, quandoq; donationem importat: quotiens tamen ex circunſtantiis contrarium non apparet,vt in caſu petentis equū commodatò.Relator eſt Alex.in l.ſi donatione. C. de collatio. ſub nu.17.vbi de verbo concedo,verba facit.

Quæſtio Centeſimanona.

Forenſem in Ciuitate tranſeuntem cerno cum equo meo, poſſum ne iudicis officium implorare, vt ſatisdet mihi, ad finē, vt mecum in loco reperto in iudicio intereſſe poſſit, vel facere,vt equus deponatur,& penes quempiam conſignetur? Reſp. Caſtr.ꝙ ſic,in l.acceptam,num.11.C.de vſuris, per l. fideiuſſor. §.fi.ff.qui ſatiſd.cog.

Quæſtio Centeſimadecima.

Si mulier equum dederit in dotem,& maritus ſellam, vel frenum pro equo emat, ſoluto matrimonio poterit vir ne ipſe retinere,quod emit? Et poſſe ait Caſt.in l.in his.§.ſeruum vxoris, ff.ſol.matrim.num.3.

Quæſtio Centeſimaundecima.

An militibus ſtipendiariis perdentibus equos & arma in bello,aliqua debeat fieri emendatio? Reſpō Sal. in l. laborante,§.ſi conſeruatis,num.3.ff.ad l.Rhodiam de iactu. ꝙ nullam niſi cum eis aliud fuerit conuentum,per illum text.

Quæſtio Centeſimaduodecima.

An factor domini equum ad vecturam pro eundo rus petere poſſit? Reſpon.ſic,quando conditio perſonæ hoc exigit,nec ſecus.glo.in l.idemque.§.idem Labeo. ff. mandati. quam refert Feli.in c.cauſam quæ,ſub num.17.de reſcriptis.Et an vecturę repeti poſſent per vxorem? Doc.in l.operæ enim.ff. de operis lib. vbi tex.meminit de vectura.

Quæſtio Centeſimatertiadecima.

Sciebat quis vitiū equi, & neſciebat equitare: & aſcendit equū ferocem,quapp ei quid deterius contingit, an ſibi eſt imputandum? Reſpon.Bal.in l.idem iure.ff ad l.Aquil.de quo Feli.in c.ſignificaſti,de homici.ſibi hoc imputandum eſſe.

Quæſtio Centeſimaquartadecima.

Quid ſi ſcienter quis depoſuerit penes aliquem Equū morboſum,pro ſuo intereſſe ne poterit ſibi iuramentum deferri in fide? Reſpō.Plotus in rep.l.ſi quando, C.vnde vi,ſub nu.426.& nu.566.ꝙ poterit,& ſubdit ibi,ꝙ contra mandantē emi equum mandatario poteſt ēt deferri ſimiliter iuramētum prædictū in litem,ſi executus fuerit mandatum,& equum emerit, quē poſtea mandans denegat accipere:& inibi idem auctor num.580. ponit poſſe adhuc iuramentum in litem aduerſus aliquem deferri,qui meum equum doloſè,vel meticuloſè alienauit, & inibi nu.699.& ꝙ occidens,vel vulnerans equos meos,boues,pecudes,& alia animalia, aut offendens,tenetur ad expenſas curationis & eorum pretium,ac ad damnum intrinſecum,& extrinſecum, & lucrum ceſſans & ad intereſſe etiam cicatricum,& deformitatum,& vt per eum ibi fuſius,vide l.fin.ff.commo. & l.ſi id quod,ff.pro ſocio.& Thomam Gramm. deci.Neapolit. num. 19.ſub nu.7.Cor.conſ.241.& ſeq.in 1.vol.Pariſi conſ.143.in 1. vol.per totum,& Boerium deciſione vltima,& glo.in l.quòd ſi ſeruus.ff.de actio.emptio.

Quæſtio Centeſimaquintadecima.

Equus ne diligit ſuum comparem? Reſp.in l.1.§. per ſeruum, ver.per vnum.ff.de acquir.poſſeſſ.ꝙ ſic,qui ſi muletur,neſcit ipſe trahere iugum,& ſe non totum exiſtimat,c horrendus,32.q. 5.Aſinus autem intumeſcit, ſi videt ſe apprehendi per comparem,extat carmen illud,Arſerat aurigam cura rebellis equi.De agitatoribus autem equorum meminit glo. ver. Agitatoris circa,l.Athletas.ff.de iis,qui nō. infam.

Quæſtio Centeſimadecimaſexta.

Quæritur adhuc,aliquis promittit equum,aut mulū, an vno mortuo extinguitur obligatio? Dic quòd ſic, nec tenetur aliter ad alium equum præſtandum, vide Hiſpanum in tracta. communium opinionum,verſi.Debitor obligatus,ſub num.9.pag. 98.quod probat.

Quæſtio Centeſimadecimaſeptima.

Quæro nunc de Equarum Socida? pro quo vide deciſ.parlamenti Delphi.q.888.& ponit Caſſan.in conſue.Burg.q.195.vbi de ſocida animalium groſſioris gñis ſcribit, in hunc fermè modum.Nam aut inæſtimata animalia groſſioris generis,vt equæ, data ſunt: & tunc,aut nullum adeſt pactum inter ſocios de capitali,aut fructu, & in hoc ſunt quædam iura extrauagantia in lib.feudorum, in fi.10.colla.& in rub. eſt conſuetudo ſocietatis iumentorum,in nigro verò eſt ſic.

Si quis dederit iumenta iure ſocietatis,ille,qui accepit, debet tenere per quinque annos,ſi nihil dictum eſt de tēpore, & omnes poledri debent eſſe communes, & id quod quæſierint tempore triturationis,& in capite quinque annorum ſeparaī ſocietas,& ille,qui dedit debet habere iumētum ante partem.ſed ſi ille,qui accepit dedit tertiam partē,dicit glo.pretii in emendo iumentum,tunc iumenta & omnia ſunt partienda per medium: & ſi amiſerit iumēta culpa ſua:quia non bene cuſtodierit,& corium oſtēdere non potuerit,vel caudam,tunc debet emēdare: & non ſufficit, ꝙ oſtēdat corium, immo opus eſt, ꝙ probet ea eſſe mortua,nec ſufficeret probare, qđ viſum fuit vnum iumētum in domo ſua mortuū,niſi ēt probetur, ꝙ illud fuerat ei datum per dñm,aut ſocium,per ea quæ dicit Io.And.in c. auditis, de præſcrip.vbi dicit ſe practicaſſe in ciuitate Bononiæ, & obtinuiſſe contra quēdam bidellum habētē ad vecturam pro eūdo ad certum locum,& probauit per comitē itineris,ꝙ equus,quē equitauit,naturaliter perierat. Nam dicit Andr. ꝙ ex quo non probat,ꝙ fuerat idē equus,quē conduxerat, ꝙ probare debeat per ſigna,ꝙ talis probatio nō erat ſufficiēs, prout eum ſic refert Alex.conſi.118.& ſeq.in 1.vol.& Iaſ.in l eum qui.§.in popularibus,in pen.& vlt.col.ff.de iureiu.& in l non hoc,in 3.col. C. vnde legitimi.vbi videtur impugnare velle Ioan.Andr. ſed tandē reſidet cum eo,& tenet in l. 2. in fi. C. de bonorum poſſ.ſecundùm tab.& vide ēt Fel.in c.cum Ioan.in 3.col.extra de fid.inſtr. Et ait ēt Caſtrēſis in d.l.ita legaī.§.ſpecies.vbi & Bal. ꝙ nō ſufficit ruſticis, vt pelles & coria dñis ſuis portēt ad probādum beſtias

Source : BIU Cujas

ſtias eſſe mortuas abſq; eorum culpa:& vide Bal.in l.3.C.de epiſcopali audien.vbi de ruſtico,qui equum cū in paſcuis habuiſſet,noctè quadam lupus comedit: & lege DD.in l.ſi paſcenda pecora.C.de pac.& Dec.in rep,l.quod te,col.2.nu.9.ff.ſi cer.pe-ta.& Ale.in conſi.158.in ij.vol.Si verò aliàs ſit æqua,debet arbitrio boni viri conueniri:& tunc quolibet diuino & humano iure ſeruanda eſt.Si iniqua,& tunc de iure ciuili, ſi obtēta fuiſſet per vnum actum in ꝺictorio iudicio,ſeruanda eſſet,vt ait glo.in l.1.C.quæ ſit longa conſuetudo.Dummodo tantam iniquitatem non contineat,ꝙ abuſio & corruptela potius, quam cōſuetudo dici poſſit,vt habetur in l.de quibus.ff.de legibus, & in c.conſuetudinis,extra de conſuetu.De iure autem diuino,quo iuris rigor ciuilis non attenditur,ſed iuſtitia & æquitas, 14.q.3. plerique.tunc dicta conſuetudo ſeruanda non eſſet, immo ad reſtitutionem tenetur,qui ad damnum ſocii conſentire vellet, cum non remittitur peccatum,niſi reſtituatur ablatum.c. peccatum.de reg.iur.in 6.& poteſt vir.bonus arbitrari,an ęqua,vel iniqua ſit conſuetudo,conſiderato valore animalium cōicatorum,& opera ſocij,& fructu eorū,& ſic,quid plus ponat quàm alter,vt dicit tex.in l.ſi non fuerit.ff.pro ſocio,& inibi fuſius per eundem Caſſaneum,ad quem etiam in cęteris animalibus te remitto,& vide l.repeti.§.fi.ff.quibus modis vſusfru.amitta.& in l.id quod.ff.pro ſocio.vbi de eo, qui equum habebat, & coiuit ſocietatem cum alio, qui tres alios habebat equos, vt quadrigam venderet.

Quæſtio Centeſimadecimaoctaua.

Rurſus de forma inſtrumenti locationis equorum conficiē da quæriť? Ponit Petrus de Muſſis in notariatus formulari ſub forma locationis.pagi.115.& inibi pagi.264. ponit etiā formā inſtrumenti venditionis equi.Et not. ꝙ ij roncinorum locatores,ſeu veterinarii mercatores dici poſſunt.Panormita. c.1.colum.pen.extra de iudiciis.

Quæſtio Centeſimadecimanona.

Quæ nam debet eſſe forma libelli in actione commodati equi? Reſpon.eſt illa de qua laſ.in §.ſequens.inſti. de actio.ſub nume.18.cum ſimi.

Quæſtio Centeſimauigeſima.

Quomodo debet formari libellus in publiciana pro equo? Ponit Hermanus in tractatu de formandis libellis,vbi de publiciana agit.Tomo.18.pag.238.

Quæſtio Centeſimauigeſima prima.

Quomodo formatur libellus in actione depoſiti contracta pro equo?Reſpon.idem Barenſis in d.tract.de forman. libel. libello.43.

Quæſtio Centeſimauigeſimaſecunda.

Quomodo ēt formatur libellus in actione ex empto quanto minoris ciuili pro equo?Ponit idem Hermanus in d.tracta. de forman.libellis,iſta actione.Et not.ꝙ ſi inſtitor vēdiderit alicui equum, qui propter compertum morbum redhibitus eſt dño inſtitoris ab emptore,tunc donec inſtitor eſt ſoluendo, non p̄t emptorem conuenire actione ædilitia,vt ipſi reddat, quæ occaſione empti equi acquiſiuiſſet. Nam ſi quid tale apud emptorē eſt,pōt conuenire inſtitorem actione mandati, & pro intereſſe petere,vt efficiat,ꝙ illud,quod cum vendito equo acceperit emptor,reſtituatur,aut ipſe cedat aduerſus equi emptorem q̄ſitam per venditionem equi actionem.

Quæſtio Centeſimauigeſimatertia.

Quæritur item,qualiter formetur libellus in actione ex empto quanto minoris prætoria pro equo? Reſp. Hermanus idē in d.trac.libello.49.& Pet.Iac.in Praxi.Rofr. & cęteri vbi ſupra.

Quęſtio Centeſimauigeſimaquarta.

Qualiter formatur libellus in actione redhibitoria in equo? Quære Hermanum ipſum vbi ſupra.

Quæſtio Centeſimauigeſimaquinta.

Qualiter autem formabitur libellus in actione furti manifeſti in equo,item in actione furti,nec manifeſti?Reſpon. idē Hermanus libello.53.& ſeq.vſq; ad nu.58. vbi & de libello accuſatorio ſuper furto equi ſubtracti. Et de duello etiā propter equū raptum,ad quem omnino te remitto.

Quæſtio Centeſimauigeſimaſexta.

Commodauit quis equum ei, qui nec benè nec competēter equitare ſciebat,an ſi per illius equitationem equus læſionem, ſiue deteriorationem ſit paſſus,teneatur commodatarius? Rñ. Bal.in l.quod Nerua.ff. depoſiti. Quòd ſi in equitādo extra ſuā diligentiam,culpam non cōmiſit,ſed ex ſua neſcientia hoc procedit,vt in ſcholaſticis multotiens euenit,tunc ipſe non tenetᵉ, & imputet ſibi,q ei commodauit,ſecus ſi culpam in eo, in quo potuit eſſe diligens,commiſit,ut eum non paſcendo, uel eū vagum laſſando,vel ad ventum ligatum calidū retinendo equū, vel in loco non tuto relinquendo,vel ipſum currere faciendo, neceſſitate non imminente,quia his caſib.teneretur, licèt leuiſſimam culpam commiſerit ſm naturam commodati. In eo āt quod dicit,ꝙ ex læſione ſuæ equitaturæ non tenetur,arguit Sal. ex §.at is qui vtendum. Inſti.quib. mo.re p̄hitur obligatio. Soluit añt,ꝙ ibi in cuſtodia & diligentia,quam non tantum per ſe, ſed ēt per alium adhibere poteſt,in caſu autem Bal.loquitur in equitatura ſuæ perſonæ,quam per alium adimplere nō poteſt, ſed tantum per ſe, ideo ſui ipſius tantum diligentia, quam habet in equitando,conſideratur.

Quæſtio Centeſimauigeſimaſeptima.

Quæritur denuo,quibus vtendi curſus publici facultas conceſſa videatur? Rñ.tex.in l.his tantummodo. C.de curſu publico.li.12.ſ. qui legati diuerſis gentibus ad noſtram clementiam properare feſtinant.Et vide omnino illum titulum vbi & alia. Et ibi Lucas de Penna,vbi in l.quoniam.eod.tit.notat illud,qđ inquit ibi textus, ꝙ ſcilicet ſella in fruſta ceditur.

Quæſtio Centeſimauigeſimaoctaua.

Poſtremò ēt quæro,an liceat Principi aliquo in templo Domini facere ſtabulare equos ſuos?Rñ.Archiepiſcopus Florentinus in eius ſumma,li.3.ſub titulo de veneratione Eccleſiarum, in fi.non licere prorſus.Et ideo,oēs illi, qui irreuerentiam, vel iniuriam fecerunt eccleſiis,ꝙ malè fortunati fuerunt, vt patet de Heliodoro ſecundo Machabęorum,tertio de Antiocho,ſecundo Machabęorum,quinto de Pompeio Magno, qui poſtq̄ in templo Dei Ieroſolymis equos ſuos ſtabulare fecit (vt inqt Oroſius) ſemper poſtea in prælijs deuictus fuit, vbi prius victorioſus fuerat.Idem quoque eſt in baſilica l.baſilicam.C.de operibus publicis.Et pro coronide etiam not. ꝙ quādo milites ſtāt ſupra ripas fluminis herba virenti,nullus in loco illo ſe balnea re debet,nec ēt equos ſudatos lauare,gl.ibi no.ver.ſudorem.in l.cum ſupra.C.de re mil.legem illam,quam dicit curialem contra eos, qui more beſtiarum ſe inuerecundè balneant in nauigio,& quæ plus vltra proſequitur gl.ibi.

Hactenus quidem de equo ipſo,a quo olim Hippolytus Theſei & Hippolytæ Amazonis filius Virbius dictus fuit, cuius etiā in ſęlicis nominis ſum ego inauſpicatus Hippolytus Bonacoſſa Iuriſconſultus Ferrarienſis, equum Seianum fortè fortuna ducens.

PARS SECVNDA.

QVM nulli nato poſt mille ſecula pręcludatur occaſio aliquid adhuc addendi, (vt ait Seneca in Epiſtolis. Epiſtola 65.) Operæpretium eſſe duximus prioribus noſtris in materia equorum q̄ſtionibus,& has addere,facientes,ut Calones in Caſtris ſolent:boni igitur conſule Lector.

Quæſtio Centeſimauigeſimanona.

An dentes Equorum aliquam habent efficaciam? Reſpon. Tiraq.in ſuo,de Iure Primigeniorum,in Præfa. nu.52. Equorū (inquit) dentes qui primi cadunt,facilem præſtant dentitionē Infantibus adalligati.Efficacius licet, ſi terram non attingunt.

Quæſtio Centeſimatrigeſima.

Quid ſi Equus uoluit ſe in aquis,& deſtruuntur conductoris veſtes.Tenebitur ne locator ad intereſſe,& damnum?Et teneri exiſtimat Ange.de Claua.in eius Summa.verſi. locatio. ſub nu. 24.Et not.ꝙ qui neſcit equitare,teneat ſe ad Arzonem: ut dicit Saly.de quo Ale.conſi.74.nu.20.in 4.vol.

Quæſtio Centeſimatrigeſimaprima.

Quis aperuit ciſternam,vel puteum,& Equus meus in eo cecidit,& mortuus eſt.An mihi tenebitur?Vide gl.& Doct. in ca. 2.& fi.per illum tex.extra de iniuriis & damno dato. Et Rñ. Vitalinus in ſuo opere Maleficiorum. Titulo, de Dāno dato. nu. 25.Tenetur enim emendare damnum,& operas.Secus autem, ſi in ſuo priuato fecit,vbi eſt cōſuetum fieri.d.c.2.l. qui foueas. ff.ad l.Aqul.Et hoc eſt verum ſecundum ipſum.Si non denunciauit,quod fecit,Aliàs ſecus.

Quæſtio Centeſimatrigeſimaſecunda.

Eſt ne Equus diuiduus,,vel indiuiduus? Reſpon. Bar.in l.ubi. ff.de cond.ob turpem cauſ.quòd eſt diuiduus, ſicut cæteræ ſpecies. Poſſumus enim habere partem dimidiam Equi, tertiamve,aut quartam.

Quæſtio Centeſimatrigeſimatertia.

Superius in prioribus qq. Quæſtio.18. habetur.Quod Locator locans Equum æſtimatū faciat in conductorem tranſire periculum:vt per Bar.Bal.& alios ibi citatos.Et ꝙ de leuiſſima culpa tenebitur.Sed qūo hoc practicabitur?Reſp. Bar.in l.ea igitur. ff.de pig.ac ibi tradit prac.probandi leuem, vel leuiſſimam culpam. Illa autem eſt leuiſſima culpa,quæ ſummam diligentiam poteſt imitari. Ang.in l.ſi vt certo.§.nunc videndum. colum.2. ff.commod.

Quæſtio Centeſimatrigeſimaquarta.

Equus ne connumeratur inter beſtias groſſas?Reſp.Bar. in l. ij.ff.de Abigeis.in fi.quòd ſic.

Quæſtio Centeſimatrigeſimaquinta.

Quis vult Equū redhibere morboſum. An prius offerre dēat oē,quod ex Equo illo percepit. Rñ.Ang.de Aret.in §. prætorū. Inſtituti de iure naturali, nu.1.his.ſ. verbis. Qui vult redhibere Equum morboſum,quē emit,neceſſe eſt,ut primò offerat omne id,quod fructus,& lucri, ac commoditatis cauſa interim ex

Equo

Source : BIU Cujas

Equo ipſo percepit,aliàs in dicta redhibitione obtinere nõ po teſt,vt l.Ediles.§.fi.& ibi no.ff.de ædili. edic. Et etiam ſi Emptor aliquid ſoluerit pro medicinis,vel alio modo, poteſt à vendito re etiam recuperare:vt eſt caſus in l.1.§.qui poteſt,eo.ti.Et ideo introducta eſt actio quantominoris, hoc eſt pro quantominus emiſſem, vel communiter emptum fuiſſet, ſi ſciretur illud vitium,vt l ſciendũ,§.fi.de ędili.edic.hæc ille.Vide tu Ioan.Copi. in trac.de fructibus legatorum,&c.c.4.ſub nu. 5.

Quæſtio Centeſimatrigeſimaſexta.

Conduxit quis Equum, vt iret ad Patriam certo in ſingulos dies pretio dando. An tenebitur maius dare in redeundo pretium? Reſpon.Pet.Rebuffus poſt alios,in trac.de Priuile.Schola.Priui. 151. T. v. quòd non. Nam idem eſt labor in redeundo,quòd & in eundo,& ſic idem debet eſſe præmium,l.Seio.ff. de annuis lega.

Quæſtio Centeſimatrigeſimaſeptima.

Combuſtæ ſunt Capannæ, vbi Equæ in nocte morabantur cum cuſtodibus.An cuſtos earum tenebitur? Reſp. Corn. prout in conſi.ſuo 242.in 1.vol.vbi & Actuarium. Et ibi etiã Reſp. in caſu,quòd Cuſtos fuiſſet minor.

Quæſtio Centeſimatrigeſimaoctaua.

Emptor Equi non ſoluit pretium.Quid erit agendum?Reſp. Pau.de Caſt.in l.ſi donationis.C.de contrah.empt. Poteſt venditor ipſius Equi incontinenti offerre Equum,& implorare iudicis officium: & tunc,etiam ꝙ eſſet forenſis Emptor Equi, & tanquam viator,ſortitur forum ibi: vt poſſit ſcilicet compelli ad ſoluendum,vel Equum reſtituendum: vt not.in l.hæres abſens,§.1.ff.de iudic.& in capit. Romana, de foro competen. ſupra,quæſt.48.

Quæſtio Centeſimatrigeſimanona.

Fur quiſpiam Equum mihi furto ſubtraxit,& ſuis expẽſis reti nuit.Ego eum recupero,ille vult, vt ſibi expẽſas reficiam,an tenear? Reſpon.Bal.in l.ex argento.ff.de condi.furti.ꝙ non.Nam furi nulla prorſus expenſarum datur retentio.

Quæſtio Centeſimaquadrageſima.

Poſſidebas tu quidem Equum meum,ſed bladum non habebas,feciſti ſemel ducere ad mõtẽ,vt paſceretur: Ego cognoſco Equum,ꝙ eſt meus,& ſoluagum reduco. An tenear? Reſpon. ꝙ non.Si credidi Equum ipſum a nemine poſſideri, aliàs tenerer condictione,l.ſi quis in tantum.C.vnde vi.Bal.in ea. nu. 27. vide ſupra q.6.

Quæſtio Centeſimaquadrageſimaprima.

Quidam accepit Equum meum experiendum,& poſtea alteri locauit.An id rectè egiſſe cenſetur? Vel furti tenebitur? Reſp. Bal.in l.ſi is qui.§.ſi quem quæſtum, ff.commo. locare potuiſſe, nec furti aliter actione teneri.

Quæſtio Centeſimaquadrageſimaſecunda.

An expenſæ lite pendente factæ in curando Equum peti poſſint.Etiam, ꝙ in libello peritæ non fuerint? Reſp.Frideri de Senis in q.ſeu conſi.139.ꝙ ſic.

Quæſtio Centeſimaquadrageſimatertia.

Pro prauis vitiis ne in Equo dabitur redhibitoria? Reſpon. Tiraquell.in ſuo De iudicio in rebus exiguis,pagi.33.ver. Decimò eſt textus,poſt Bal.in l.ſi prædium, verſi.quæro pro quibus rebus,colum.1.C de ædili.actio.quòd non: paruum enim vitiũ non nocet: vt in cap.Thomas, de corpore vitiatis,& l.cui dẽs. ff.de ædili.edicto. Corſetus in tract. de minimis,in ſecunda parte,num.22.

Quæſtio Centeſimaquadrageſimaquarta.

Quæritur,ſuperioribus qq fit mentio de Equo Admiſſario. Quid eſt Equus Admiſſarius? Poſtula Budeum in poſterioribus annotat. in princip. pagi.7. Equus (inquit) Admiſſarius eſt Equus ad initium electus, vt Aſinus, vel Taurus. Illud obiter ſcias, quòd Taurus quantumcunq; ferus,ſi alligetur ficui manſuefcit(vt inquit Iſidorus in li.Etymologiarum)de quo meminit Archiepiſc.Flor.in eius ſumma Tit.31.capit.2. de medio ſalutis noſtræ,parte 4.§.4.ò maxima ficus potentia,iux.illud. Regna regunt ficus,&c.vide Virgilium lib.1.Georg.3.vbi de Equo ſene.Frigidus in venerẽ ſenior,&c.& ibi docet Virgilius.Equos à venere arcendos eſſe.

Quæſtio Centeſimaquadrageſimaquinta.

Qui ſint Agminales Equi? Docet Budeus in poſterioribus anno pagi. 267. Eos enim agminales equos intelligit, qui agmen exercitus ſequuntur, ad conuehenda. ſ.impedimenta.

Quæſtio Centeſimaquadrageſimaſexta.

Qui verò veterinarii ſint? Tradit idẽ qui ſupra Budeus in poſterioribus quoque annot.pagi.275.veterinarii ſunt (inquit) iumentorũ,veterinorumq; curatores & medici qui idem ipſi ſolcas,ideſt ferreas crepidas equis affigunt.

Quæſtio Centeſimaquadrageſimaſeptima.

Quid ſit autem Hippodromus? ex Budeo perpendes in l.penultim.ff.de actio.emptio.eſt autem Hippodromus (teſte ipſo Budeo) Equorum curriculum, in quo de pernicitate certatur, citra ſimulacrum pugnę.Quemadmodum & Catadromon ſtadium dicitur, in quo equites decurrere ſolebant imaginario, ſcilicet pretio. Principe ſpectante. Licies vocant. Sic & Hippotrophium, locum Equitio alendo deſtinatum, dicit idem auctor libr. de Aſſe. 4. pagi. mihi, 476. Equiſones autem Equorum domitores eſſe autamat. Tolerare etiam eſt ſuſtentare, nouus ſanè loquendi modus. vnde Cæſar Equos tolerari,cætera iumenta interiiſſe dicit Dom.m. Alciat.in l Cenſoria,ad fin. ff. de verborum ſignificatio. Idem quoque de grege Dominico,lib 11.C.Equos palmatos eoſdem ferè eſſe, quos vulgò baios vocamus,exiſtimat,vel quibus vtebantur Aurigæ in circo, à palma.Ibi fuſius proſequitur, ad quem pro breuitate me remitto.Et ibi de curſu publico etiam meminit. Nam per diſpoſitos locos prouinciarum habebant Imperatores quoſdam Equos,qui ſumptu publico alebantur, vt quoriens repentinum aliquid accidiſſet, mutatione Equorum, citiſſimè, quò vellet Imperator,poſſet mittere,quemcunque nuncium: vulgus Poſtas vocat. Ibi fuſius D.m.etiam in Ru.C. de curſu publ. libr.12. & Egendorphi in l.2.ff.de in ius vocan. verbo. Nec eum,qui equo publico,&c.vbi benè. vide etiam Virgilium libr.3.Georg. vbi equitandi auctores Lapithas canit, ibi.

Frena Pelethronii Lapithæ,gyroſq; dedere.
Impoſiti dorſo,atque equitem docuere ſub armis,
Inſultare ſolo,& greſſus glomerare ſuperbos,&c.

Quæſtio Centeſimaquadrageſimaoctaua.

Equus commodatus in tumultu perit, an teneatur commodatarius? Reſpon.Monta.in l.contractus.§.Animalium,ff.de regul.iur. Contrac. itaque caſus fortuitos non recipit Iur. eſt: vide etiam Corn. in conſ. 28. in 3. vbi quando cuſtos teneatur de caſu fortuito? Et idem conſil.108.in 1.Alexan.conſi.158.in primo volum. niſi conductor equi fuiſſet in mora reſtituendi; quia tunc damna etiam fortuito præſtarentur. Idem Monta. ibi.in fi.& Cagno.in ea.Vide Plotum in l.ſi quando, num.550. C.vnde vi.

Quæſtio Centeſimaquadrageſimanona.

Quis equum dato pretio conduxit. An de leuiſſima quoq; tenebitur culpa? Reſpon.Monta.in d l contractus.ff.de reg.iur. ꝙ ſic,quàm diligentiſſimè illum cuſtodire tenetur, & culpam hunc præſtare,l.ſi merces.§.qui columnam.ff. loca. & l. legem, C.eo.& §.qui pro vſu inſti.eo.

Quæſtio Centeſimaquinquageſima.

Quid ſi nulla Socii culpa pereat equus. An teneatur Socius? Reſpon.Monta.in d.l.contrac.§.dolum,ff.de reg.iur.quòd non tenetur. Ideoque pro ſocio actione dimidiam damni partem alter agnoſcet. Aliàs autem de dolo & culpa tenetur. Societas ſiquidem dolum & culpam recipit.Vide ibi etiam Cagnol.numero 89.

Quæſtio Centeſimaquinquageſimaprima.

Equus ex ſponſione apud ſequeſtrum poſitus eſt. An id rectè? Reſpon.rectè.Orta fuit ſemel inter Lotarium & Azonem contentio tempore,quo Henricus Imperator VI. Germanorum Rex Bon.acceſſit.Lota.ſiquidem meri imperii ius tantum habere principem exiſtimans. Azo & cæteris quoq; Magiſtratibus proprium eſſe contendebat. Vterq; eorum in ſponſione Equum in ſequeſtrum poſuerunt,& Regem adierunt, qui pro Lota.pronunciauit.Verum Azonis ſententia per ſcribentes recepta tantum fuit vſque quò Dom.m.Alcia.libr.2. Parado.cap. 6.iſtorum opiniones conciliauerit. Meri nanque Imperii ius ſoli Principi competere ait,eius autem exercitium etiam cæteris Magiſtratib ordinariis communicari. Vide Ioann. Quinti. in Ariſtocratia. Vbi de Regis Imperio agit, col.2.& per Monta. in l.nemo poteſt gladii,ff.de regul. iur. & Marium in l. quæcunque,ff.de offic. eius, cum ſimil. ficque ex æquo Azo amiſit Equum.

Quæſtio Centeſimaquinquageſimaſecunda.

Equus fuit commodatus,& deterior effectus tempore, quo fuit redditus, abſque tamen commodatarii culpa, an tenebitur? Et non teneri ait Cagnol.in l.contrac. numero quadrageſimo. ff. commod. Quia vſus fuit equo ad vſum, pro quo fuit commodatus,de quare etiam Felyn.in cap. auditis, colum. 16. de præſcript.

Quæſtio Centeſimaquinquageſimatertia.

Equus furto ſubtractus reperitur penes aliquẽ, qui ob id fuit incarceratus.An ex hoc ſolo reſultet ſufficiens indiciũ ad torturam? Reſpon.Bar.ꝙ ſic in l.ſi.colum.penul.ff.de quæſtio.cum ſimil.vt per Marſil.in practica crimin. in § diligenter,num.91. & ſingul.392.incip. Aduertes ad vnum. Niſi ipſe doceat a quo equum habuerit? D.Machellus ſpectatæ fidei iuriſcon. moder. Bononien.Patrocinio.46.nume. 12. vbi defendit nihilominus quendam, penes quem equus repertus fuerat, eò quia furtum prius probãdum erat.Nec habet locum ſuperius dictum,quando res furto ſubtracta reperitur penes hominẽ bonæ vitæ.Marſil.d.ſingu.392.

Quæſtio Centeſimaquinquageſimaquarta.

An equus præſumatur illius,cuius eſt ſignum? Reſpon. ꝙ ſic. Reſtau.Caſtal.in trac.de Impera.quæſtio.89. tomo 5.Fuſius per Stracham in trac.de Mercatura,in 2.par.nume. 73. pagi. 47.Et

ideo

Source : BIU Cujas

ideo si quis agit pro equo mercato marco gregis sui, seu armẽti sui, licèt non probet dominium eiusdem equi ipsius esse, sufficit tamen probare, ꝙ illo suo marco mercatus sic reperitur. Idem Stracha ibi num. 79. quod probat plenè Sed hoc non habet pro constanti, quicquid Lucas de Penna in contrarium pedibus erat. Vide Bal. in Prac crimi. vbi de statutis agit: & alias dixi in meo trac. de argum. in argumento a signo vniuersali.

Quæstio centesimaquinquagesimaquinta.

Quid si ex pari equorum, vel equarum alterum quis occiderit. Ad quid tenebitur? Resp. Mon. in §. fi. insti. ad l. Aquiliam. Si ex pari equorum (inquit) quis occiderit, non illud modò damnum, quod perempti corporis est æstimari, sed eo amplius ꝙquid perempto corpore damni patimur, puta ob vecturas, quas interim negligere oportet. Nam quòd eius nostra interest, venit farciendum. non secus atque si ex quadrigis (hoc est secundum Columellam) equis quadrigam ducentibus, vnus aut alter fuerit peremptus. Si quidem equis, & Mulis simul iunctis vehicula duci consueuerant teste M. Varrone, vbi de grege Mulorum loquitur. Et nos experientia certiores auribus oculos arbitros redit. Virgilius li. 3. Georgi.

Martis equis bijuges, & magni currus Achillis.

Quæstio centesimaquinquagesimasexa.

Quis habet equum album, an sit animo quietus? Respond. Neuiza in sylua nup. lib. 2. sub numer. 85. in paruis, pagi. 176. his scilicet verbis. Chi ha caual bianco e bella mogliere, non è mai senza pensiere. Idem ibi numero 88. subdit. calcina vẽde muro, biaua uende cauallo, & biacca vende culo. Et ibi numer. 89. ponit. Quòd in emendis equis phaleras non cuemus, nec cõsideremus, & ornatissimæ ceruicis diuitias, sed solum corpus eius & animum intueamur, illa tamen, quæ ostenduntur veniit vendito equo. Ange. in l. eum qui. §. non solum. ff. de furtis, & est superius. quæst. 24. repetitum. Sed solum corpus non intuebatur ille rusticus, de quo Archiepiscopus Floren. in eius summa, parte prima titu. de æstimatiua. §. tertio. in fin. pag. 3. vbi refert vnum, quod in legenda beati Bernardi habetur: Conquerebatur semel beatus Bernardus cum quodam rustico in itinere de tanta distractione mentis, vt vnum Pater noster dicere nõ valeret, sine alia cogitatione. Asserunt rusticus se hoc facere posse, cui Bernardus mulam, cui insidebat, si hoc agere posset, promisit, quòd cum ille attentaret, in medio eius occurrit sibi cogitatio de sella.

Quæstio centesimaquinquagesimaseptima.

Quis scienter, & dolo malo apud aliquem deposuit equum vitiosum, an tenebitur? Respond. Plotus in repeti. l. si quando. num. 426. C. vnde vi. quòd sic: tenebitur enim de omni damno, & interesse, quod inde oriri poterit, supra repetita. quæstio. 113. & not. quòd uitium personæ est, quod est naturale, & irremediabile, vt cęcitas surditas & similia. illa vero, quæ non sunt naturalia, sed accidentalia, & potest aduersus ea reparari. propriè non dicuntur vitia, sed morbus, seu morbi l. §. sed sciendum. ff. de ædil. edic. ita Pau. de Cast. in l. fin minum. ff. de damno infecto. §. vitium. nu. 2. vide Plotum in l. si quando. nu. 331. C. vnde vi. par. 154.

Quæstio centesimaquinquagesimaoctaua.

Emit quis equum me mandante, & postea nolo accipere, quid iuris? vide Plotum in d. repeti. l. si quando. num. 566. C. vnde ui. vbi dicit, quòd tum in dolo, & fidem rumpere dicor. Et competit actio mandati contraria mandatario contra mandãtem, vt rem emptam accipiat. text. & Docto. in l. si verò non remunerandi. §. si mihi mandaueris. ff. man. Et sic poterit contra ipsum mandantem iurari in litem per mandatarium, sup eius interesse in ipsa actione contraria, vide inibi Plotum.

Quæstio centesimaquinquagesimanona.

Occidit quis mihi equum, an teneatur ad expensas curationis, & ipsius precij, ac demum intrinsecum, & extrinsecum, & lucrum cessans, & ad æstimationem operarum amissarum, ac amittendarum, & ad interesse etiam cicatricum, & deformitatum? Vide Plotum in d. repeti. l. si quando. C. vnde ui. nume. 699. vbi dicit ꝙ sic. & potest in eum iurari in litem per damnũ passum, & ibi latissimè Plotus, supra q. 68.

Quæstio centesimasexagesima.

An quis arctari possit ad commodandum equum reipublicæ ad aliquam angariam, vel perangariam? Resp. glos. in l. j. vt operæ a colla. non exi. per illum tex. ꝙ non, de qua ad rem Ripa in tract. de peste. p. 39. in 6. quæst. sub nume. 104. uide tamen per eundem ibi, num. 108. vbi allegat. l. fina. §. fi. ff. de pigno. ac. per quam dicunt ibi Guil. de Cune. Alber. de Rosa. & Bar. ꝙ cuius potest cogi commodare suum ronzinum, vel asinum pro conducendo fallarium mitriatum per Ciuitatem ad caudam ipsius ronzini. Criminalitæ locis suis. Et not. ꝙ respublica, seu princeps tenetur soluere pretium equi accepti pro traxinando hominẽ ad iustitiam. Debet similiter respublica, aut princeps soluere domino bouum pretium ad id acceptorum: quia dicti boues de cętero non arabunt, vel si arabunt, terra non germinabit fructuum, secundum Pari. de Puteo in tract. Syndi. verb. captura. versi. An si officiales?

Quæstio centesimasexagesimaprima.

Sed an teneant rustici gratis cõmodare equos, & Boues istis Barisełis, & similibus? Resp. Ripa in d. trac. de peste. num. 187. p. 44. ꝙ non, per tex. in l. comperimus. C. de curiu pub. lib. 12. Nec ipsis alimenta præstare tenentur, vt ibi latius etiam per Doct.

Quæstio centesimasexagesimasecunda.

Conductor equi in dorso, seu vulgo in gropa, superinduxit socium, vel amicum, & ob id effectus fuit deterior, an tenebitur? Resp. Bar. in l. vnica. C. nè quid oneri publico impo. de quo ita Ripa in d. tracta. de peste. p. 51. sub num. 267. itidem si potuit valisiam, vel quodlibet aliud: vt per ipsum Bartol. ibi. & est repetitum superius quæst. 90. vide & adde ibi Bald. in l. qui insulam. ff. loca. & Parisium consi. 123. in j. vol. ad finem consilii. Et vt scias Sarcinarii dicuntur isti equi, quibus imponuntur valisiæ, & simi. prout eos ita nuncupat Budeus lib. de Asse. v. par. 547. & ibi etiam pagi. 560. vbi & de iugalibus quoque equis meminit.

Quæstio centesimasexagesimatertia.

Commodauit quispiam equum amico, qui eo inscio frumẽto eundem onerauit, & cum exportaret extra deuetum, fuit cõfiscatus dictus equus an commodator habebit regressum contra ipsum exportantem? Resp. ꝙ sic, argu. l. fi. in fi. & ꝙ ibi no. ff. de pigno. actio. & l. 2. C. de noxa. Ripa in tract. de peste. p. 58. sub nu. 362. Quòd ꝓcedere existimat, si hoc ignorabat dominus ipsius equi. Et si fortè commodatarius non esset soluendo, fortasse danda erit domino ignoranti restitutio in integrum, ex clausula generali. Si qua mihi iusta causa esse videbitur. Ripa ibi, nu. 361. quòd probat. Et in dubio præsumitur ignorantia, regula. Præsumitur. de reg iur. in 6. vbi Dyn. & alii: & ibi etiam per cõmunem præceptorem nostrum dom. Iac. Cagnazinum, conciuem nunquam sine magna præfatione memorandum. Vel stabitur iuramento domini, vt per Ripam ibi, quod probat. Quẽadmodum etiam statur iuramento ignorantis vitium equi, vt per Calephatum inter consilia crimi. consi. suo. 91. in 2. volu. nu. 3. Quid si duobus equus fuit commodatus, & ob id etiam confiscatus & amissus? ponit ibi Ripa nu. 366. Vide Montanũ in l. in contrahenda ff. de regu iur. Vbi etiam dicit, quòd vectigal, vel passagium soluere tenetur locator. l. cum plures. §. vehicula. ff. locati. & l. veteribus. ff. de pactis. & supra dictum est. quæstio 45.

Quæstio centesimasexagesimaquarta.

Famulus dimisit equum in pascuis, quem lupus comedit, vel fures abegerunt, an tenebitur ad æstimationem? Resp. Bal. in l. nemo dum ceps. ad fi. C. de episcopa. audien. teneri. Nisi adesset consuetudo loci dimittendi equos in pascuis sine custodia, refert eam tic Ripa in d. tract. de peste. p. 70. sub nume. 522. & Vitalinus in suo opere Malefi. titulo, de damno dato. nu. 69. pagi. 100. Cœpolla consi. crim. 13. sub nu. 26.

Quæstio centesimasexagesimaquinta.

Habebam equum, quem tenebam in pascuis cum non haberem quid dare sibi comedere. Tu requisiuisti me, vt tibi cõmodarem istum equum, annui, & tibi dixi, eas ad pascua, & inde recipias, completo vsu eundem ibi reponis me ignorante, & ibi dimittis: superuenerunt latrones, & equum ipsum furati sunt vel lupus occidit, an tenearis? Respondes nullatenus te teneri, quia dimisisti sicut tu recepisti in pascuis, & sicut eram solitus dimittere ego dominus equi, an eris excusatus, vt non tenearis emendare mihi damnum? Resp. Pau. de Cast. in l. si negocia. nu. 3. ff. de neg gest. ꝙ ille tex. videtur facere a contrario sensu, ꝙ non tenearis de casu, quia fecisti, ꝙ facere consueui ego dominus de equo ipso, & hoc etiam tenet Petrus, & Cyn. in l. nemo. Cod. de episcopa. audien. Cõtrarium uidetur tenere Specula. in titu. de loca. §. postquam. ver. quòd si locaui tibi Boues, dicens, ꝙ commodatarius tenetur de culpa leuissima, & quãuis culpa mea dimittentis in pascuis sine custodia non sit punienda, est tamen repræhendenda: in commodatario tamen non solum est repræhendenda, sed punienda. l. si constante. §. si maritus. ff. solu. matri. Debuit enim consignare commodanti. Et hæc opinio rationabilior, videtur, inquit Pau. de Ca. ibi. Adde & uide supradictis Dec. & Cagno. in l. contractus. nu. 29. & nu. 92. ff. de reg. iu. & l. fi. ff. commo. & Abb. in c. auditis. col. 9. de prescrip. ver. quidam bidellus. vbi etiam Fely. ver. & in quantũ. nu. 28. & Alex. in consi. 137. nu. 4. in 7. vol. & consi. 217. nu. 3. & consi. 183.

Quæstio centesimasexagesimasexta.

Quid si equus conductus a Medico sibi derobet ī itinere, an ei ad ꝓtiũ ꝙperat actio ꝯ infirmum? Rñ. Fel. in c. 1. de libelli obla. ꝙ non, allegat Bal. ī l. nihil. ff. de rei vẽdi. de quo Ripa ī Trac. đ Peste. sub n. 180. p. 82. vbi tñ đt se nõ repisse Bal. ibi hoc dicer.

Quæstio centesimasexagesimaseptima.

Quid si equus venditus incontinenti post venditionem sit mortuus, eo qa fortè comedit herbas venenosas, vel qa nimia itinerõne oppressus fuit, an tenebit venditor? Rñ. Ale. in l. si qs cum aliter. col. fi. num. 24. ff. de verbo. oblig. quòd non. Nam li-

Source : BIU Cujas

Hippol. Bonacoſſ. De Equo, ſiue Caballo.

cèr etiam infra triduum fuerit mortuus, ſi tamen a peritis in arte deponatur, & iudicetur mortuus, eo quia comedit herbas venenoſas affectas, iux. l. ſemel. C. de re milit. li. x. non debet ad aliqd teneri. Ita Alex. refert & ſequitur Ripa in tracta. de Peſte. in vltima parte p. 83. nu. 186. vide etiam Bal. in l. 1. col. pen. C. de ædil. Actio & Ange. de Aretio in §. in duplum. nu. x. Inſti. de actio. & Marſil in l. ſtatuliber. nu. 16. ff. de qq. Et an & quando quis præſumatur mortuus ex morbo præcedente? Alex. vbi ſupra, & alios ibi, & fuſius per Petr. Rebuffi. in Praxi beneficiaria. par. 3. p. 396. in glo. xj. Et iſtud debet probari per aſſerentem equum, ſ. mortuum propter herbam malam, vel propter mala medicamenta. Bal. in vſibus feudorum. §. Item qui dominum, quæ fuit prima cauſa beneficij amittendi.

Quæſtio centeſimaſexageſimaoctaua.

Qui habet ſuum patrimonium totum, vel in parte in equis, vel equabus, & aliis quoque animalibus, an compelli poſſit ad præſtationem munerum patrimoniorum? Reſp. Tho. in eius Tracta. de Collectis, diſtinguendo, vt per eum ibi fuſius. Breuiter tamen. Aut ſunt equi domiti ad inſeruiendum culturæ, & ſic tanquam inſtrumenta ſunt fundi inſtructi: Et tunc non tenetur dominus. aut ſunt principaliter acquiſita: vt ex ipſis principaliter fructus capiat. Et ea dominus vltra modum ſuorum prædiorum tenet, & fortè etiam nutrit ſuper paſcuis publicis. Tunc ſeparatim dominus habet ſoluere, & muneribus prægrauari poteſt.

Quæſtio centeſimaſexageſimanona.

An pars equi ſit ipſe equus? Reſp. ℭ non, ſm Ariſtote. de natura animalium, in prin. ſunt enim res diſſimilares pars equi, pars domus, pars faciei, quemadmodum etiam is, qui lecticam commodauit, ſi partem petat, non rectè agit. l. in commodato. §. duobus. ff. commo. quia pars lecticæ non eſt lectica, non petit igitur, quod commodauit: ita Vaconius declarationum iuris, par. 3. decl. 190. p. 235.

Quæſtio centeſimaſeptuageſima.

Mandaui tibi, vt equum pro me emptitares, tu dixiſti da mihi pecuniam, ego non dedi tibi tam cito. vnde tu emiſti pro te, & tuo nomine, quid iuris? Reſp. Bar. in l. 4. §. vnde quæri poteſt. ff. mandati. per illum tex. ℭ lex præſumit emptum eſſe de mea pecunia, ex quo a principio ita inter nos fuit actum, quòd not. inquit Bar. contra fraudes, quæ fiunt tota die. Iaſ. in §. ſequens, num. 35. inſti. de actionibus.

Quæſtio centeſimaſeptuageſimaprima.

Quidam in domo mea repoſuit equum, & non apparet me ſuſcepiſſe cuſtodiam, an tenebor depoſiti, ſi furto fuit ſubtractus? Reſp. Iaſ. in § ſequens. num. 30. Inſt. de actionibus, ℭ non: vt per eum ibi pulcherrimè.

Quæſtio centeſimaſeptuageſimaſecunda.

Conductor equi ad vecturam dicit equum mortuum eſſe in via, ſeu in itinere diuino iudicio, & probat equum, quem eq tauit in itinere mortuum eſſe diuino iudicio; an liberabitur? Reſpon. Ioan. Andr. in capitu. auditis. de præſcrip. ℭ non: quia neceſſe erat probare de identitate mortis equi commodati, ſequitur Alex. in conſi. 33. incip. viſo themate. col. 2. volum. 2. de quo Marſi. in practi. crimi. in §. Et quia. nu. 14. Et Ale. conſ. 112. num. 12. in 6. vol.

Quæſtio centeſimaſeptuageſimatertia.

Quid ſi equus contra voluntatem domini deuiat, & portat res, quas habet ſuper dorſo in deuetum: an puniatur? Reſpon. Ange. in l. fi. § ſi propter. ff. de publica. ℭ non, prout eum ſic refert Marſi. in §. præterea. num. 34. ff. de quæſtio. par. 32. vide Boſſium in practi. crimi. titulo de fraudantibus vectigalia. nu. 9.

Quæſtio centeſimaſeptuageſimaquarta.

Dictum eſt ſupra in quæſt. 38. ℭ ſi equum venalem ornaui vltra quam fuerim conſuetus quem, poſtea vendidi inornatū, ℭ poſſunt conſequi ornamenta &c. Infra quantum tempus datur repetitio? Reſpon. infra duos dies, ℭ ſi poſtea petit emptor, non habebit. l. ædiles. §. vendendi. la 2. ff. de ædil. edi. Et ſic poſt. duos dies ipſe emptor nullam poterit opponere exceptionē. Dynus in Tracta. præſcrip. in præſcriptione duorum dierum. Vide tamen Iaſ. in l. de quibus. nu. 87. ff. de legibus.

Quæſtio centeſimaſeptuageſimaquinta.

Quis vult occidere eius equum, qui eſt vtilis, an ſibi permittatur? Reſpond. Beluiſius in practica crimi. in Rub. de quæſtionibus &c. num. 150. ℭ non, per text. in l. 2. ff. de iis, qui ſunt ſui, vel alie. iur. & Inſtitu. eo. §. pen. cum ibi no. ſuper ver. malè vtatur. Expedit enim Reipublicæ (inquit Cæſar) nè quis re ſua malè vtatur.

Quæſtio centeſimaſeptuageſimaſexta.

Commodaui cuidam equum, & ille inuadens inimicos fuit cum equo interfectus, an ipſius hæredes ad damnum emendandum tenebuntur? Reſpon. Beluiſius in Prac. crimi. Titulo. de Quæſtionibus &c. num. 220. ℭ ſic: quia fuit in culpa, cum primò inuaſit. Nam vbi culpa præceſſit caſum, non excuſatur quis. ff. commo. l. ſi vt certo §. commodatum. cum ſimi. vt ibi fuſius, & reperit hoc numero 229.

Quæſtio centeſimaſeptuageſimaſeptima.

Vaſallus amiſit equum in guerra, an Dominus, qui fecit eū ire, teneatur emendare ſibi damnum? Reſp. Beluiſius in Pract. crimina. Titulo de quæſtionib. nu. 229. ℭ non, ſi ipſe Vaſallus fuit in culpa eum amittendo, aliàs ſecus. Salus nulla bello &c. Marſil. in l. j. §. ſi ſeruus. nu. 18. ff. de quæſtion.

Quæſtio centeſimaſeptuageſimaoctaua.

Equus cum pede calcitrat, vel mordet, an Dñs equi teneat? Reſpō. Vitalinus in opere Malefi. titu. de damno dato. nume. 5. ℭ ſic: ad damnum tantùm ſcilicet, vel noxam noxiæ dare. l. i. in prin. & §. j. & l. fin. ff. ſi quadru. paupe. feci. di. Et hoc ſi motu proprio, & commota feritate contra naturam ſui generis fecerit, ℭ ſi culpa hominis hoc facit, vt quia plus iuſto eſt oneratus, vt ſupra fuit dictum q. j. tūc ſecus. Adde ibi. & uide Bar. in l. vnica. C. nè quid onc. lib xj. vbi dicit: quòd onerantur animalia ſecundum modum conſuetum, ſolitum, & debitum. Cagnol. in l. contractus. nu. 64. ff. de reg. iur. Et Manſue. in eius Practica, titulo de intereſſe, nu. 2. & Ioanne Bap. de S. Blaſio inter conſilia crimi. conſi. 76. per totum. in 2. vol. & Carrerium in practi. cri. §. Homicidii. nu. 5. pagi. 64. & Iodocum in Enchiridio ſuo crimi. cap. 142. num. j. vbi de damno pecuario agit: & ad illud ſuperius in q. ij. Adde Vitalinum ipſum ubi ſupra, num. 45. dum dicebatur. ℭ currentes equos debent præcauere & admonere gentem alta uoce, caue, caue. vbi allegat. l. ſi quis foueas. § fina & l. ſi putator. vbi etiam Doc. ff. ad l. Aquil. Vide etiā Ang de Vbaldis inter conſi. crimi. 75. in ij. vol. per totum, vbi in terminis terminantibus, & Carre. vbi ſupra latiſſimè. Et ſubdit, ℭ ita debet acclamare, ℭ euitari poſſit: vt per Geminia. in c. ſi duo. & in c. ſę pæ. 50. diſtin. Felyn. in c. ex literis. 2. de homicidio. Et conſuluit Bal. in conſi. cix. in ij. vol. & Pau. de Caſt in conſi. 94. & Ancha. in conſi. 254. vt per Petrum Calephati. inter conſi. crimi. conſi. 91. in ij. volu. per totum, ubi & ipſe in his terminis conſuluit. Et ſubdit, quòd ignorantia vitii equi probatur per iuramentū, ibi nu. 3. Item ſi propter anguſtiam loci dederit damnum equus, non poterit agi actione in factum de pauperie, ſed iniuriarum contra illum, cuius culpa ſibi damnum datum eſt. d. § fin. Item ſi equus calcaribus, vel baculo percutitur, & recalcitrat, & dānum dat, tenetur ille, qui percuſſit: ſi autem palpitauit tantùm, tenetur dñs etiam equi. d. l. j. §. & generaliter. & §. ſeq & uide eūdem Iodocum vbi ſupra, nu. 7. & ſi recalcitrando alterū equū percutiat, tenetur vt ſup. q. 55. de æquitate. vt ait Vitalinus vbi ſup. nu. 57. d. l. fi. ff. ad l. Aquil. & l. ſi ſeruum maritus. libellus autem in actione de pauperie in factm formatur, vt per Odofre. in tracta. de formādis libellis. c. 57. tomo 17. pagina 235. & Herma. Baren. in tracta. de forman. libellis. libello xc. eo. tomo. pagi. 249. vide etiam Maria. Soci. inter conſi. crimina. conſi. 63. num. 3. in 1. vol.

Quæſtio centeſimaſeptuageſimanona.

Quid modo ſi equus tuus meum percutit equum, & per hoc equus meus dat alicui damnum, an tu, vel ego teneat? Reſp. Vitalinus de malefi. titu. de damno dato. num. 5. ℭ tu, non ego, te neberis. d. l. j. §. & ſi animalia. ff. ſi quadrupes paupe. fe. dica.

Quæſtio centeſimaoctuageſima.

Quid ſi equus recalcitrat, & frangit crus alicui, vel brachiū, an tenebitur dominus? Reſp. Vitalinus vbi ſupra nu. 13. vbi dicit, ℭ ſi contra naturam ſui generis hoc fecit, dñs damnū emēdabit, vel equum pro noxa dabit. d. l. fi. ff. ſi quadru. paupe. fe. dicat: ſed ſi inſtigatu alterius, ille tenebit, & venit in æſtimatione dāni æſtimatio expēſarū factarū ī medicatura, & curatione vulneris, & operarum, quibus caruit, ſi erat homo alicuius artificij: vt ff. ſi quadru. pauperie. fe. di. lege ex hac. & Codic. de ijs, qui ad eccle. confu. l. fin. deformatus tamen ab equo non agit contra dominum ad deformitatem, ſed tantū ad expenſas vulneris, & operas amiſſas: vt dictum eſt. Romanus conſi. 278.

Quæſtio centeſimaoctuageſimaprima.

Quis equam prægnantem percuſſit, ita ℭ parum eiecit, & ita dominus eſt damnificatus, an percuſſor teneatur? Reſpon. Vitalinus in opere Malefi. de tir. de damno dato, nu. 4. quòd ſic. l. ſi ſeruus. §. ſi quis. ff. de manu. §. ſequen. & idem quoque erit ſecundum Vitalinum. ibi. ſi quis nauem perforauerit, & ex eo quis damnum paſſus fuit. Vt mihi dixit contigiſſe ſibi. D. Doctor. D. Petrus ab oleo tempore, quo diſceſſum fecit a ciuitate Tergeſti, vbi aſſidebat: quia ſibi perforata fuit in portu nauis, in qua ſarcinulas, & ſupellectiles doctoreas poſuerat propter ſententiam aliàs per ipſum latam contra quendam Tergeſtinum (& ſic contra vn cittadino della tiera, vt eorum verbis vtar) quæ tamen à famoſiſſimo Doctore nunquam ſatis laudato ac decantato. D. Mantua moderno conſumatiſſimo, & D. Gaſp. Fabiano comprobata fuit. Sed ii ſunt fructus officiorum. Quòd ſi uerum eſt, vt ipſe mihi dixit. Ego vellem cum Cicerone dicere illud ad Lentulum. libro quinto. inibi: dalmatis Dii male faciant, qui tibi moleſti ſunt. Semper enim habiti ſunt bellicoſi, an credam? Et ſi ſic eſt, Illud quoque decātare licet Ouidianum, l. Elegia. ix.

Siue locum ſpecto, locus eſt inamabilis, & quo

Eſſe

Source : BIU Cujas

Esse nihil toto tristius orbe potest.
Siue homines, vix sunt homines hoc nomine digni,
Quamque lupi sæuæ plus feritatis habent, &c.
Fuge litus auarum &c.

Quòd si non credam, & dicam cum Hannibale, vt per Valerium, de humanitate. Ergo humanitatis dulcedo etiam ineffrenata Tergestinorum ingenia penetrat &c. Vt ibi sæpius expertus sum, cum pluries præturam gessi, & in Dalmaticis quoque regionibus iterum atque iterum vocatus moderni Imperatoris sanctissimi locum tenui. Absque tamē labe aliqua sem per euasi: quod profectò est mirum. Quia ibi habent prouerbiū huiusmodi videlicet.

Chi va à Trieste in officio, e non se inciampa,
Può andar securamente sino in Franza.

Quæstio centesimaoctuagemasecunda.

Quis autem coegit equam in locum strictum, & eam percussit, & per hoc eiecit partum: an tenetur? Resp. Vitalinus vbi supra: ꝙ sic. l. si boues. ff. ad l. Aquiliam.

Quæstio centesimaoctuagesimatertia.

Quis immisit equam in syluam meam, an teneatur? Respō. Vitalinus vbi sup. num. 72. quòd sic: tenetur enim. l. aquilia ad damni emendationem. l. j. C. ad l. aquil. & dixi quandoque in meo tract. cui est tit. crimin. ad statuta quæst. ubi de damno dato verba feci, & supra q. 75.

Quæstio centesimaoctuagesimaquarta.

Intuenio Equam tuam in vinea, vel campo meo dantem mihi damnum. Quid agam? Respon. Vitalinus in Malefic. possum d. equam capere, & ducere ad domum meam, & tibi denunciare, qualiter inueni eam ibi, & petere a te, vt mihi damnum emendes. Sed non possum equam tuam percutere, vel offendere, quod si facerem, essem puniendus. ibi nu. 78. possum tamen eam expellere de fundo meo. Quid si ex expulsione equus dānum recipit, puta posuit palum in ventre, vel alias? Dic quòd tenetur actione in factum. glo. in l. quintus. ff. ad l. Aquiliam. per l. si boues. eod. titu. Vide Cassane. in consuetu. Burgun. vbi dam no dato agit, pagi. 72. num. 12. vbi etiam alia notatu digna.

Quæstio centesimaoctuagesimaquinta.

Quis furatur vnum equum de armento, vel stabulo, an puniatur? Respon. Vitalinus in Malefi. titulo de abigeis, quòd si de armento, & est abigeus, punitur. Vide Iodocum in eius enchiri dio crimin. c. 113. vbi dicit, ꝙ si de grege, vel armento, vel in pa scuis subtrahit, punitur in metallum, & in perpetuum exilium. l. 1. & l. 3. ff. de abigeis. Sed si adhibita vi depredatur equum ex armento, vel grege, aut in pascuis, subijcitur bestijs, & ad bestias damnatur. l. abigeatus. eod. titu. Si quis tamen equum errantē inueniat, & subtrahat, non est abigeus, sed fur. l. j. § abigei. ff. eo. & Vitalinus vbi supra nu. 1. Anto. Gomez in tra. de delictis. c. 6. de iniuriis. nu. 12. fol. 388.

Quæstio centesimaoctuagesimasexta.

Quomodo puniantur receptatores, qui de prædatores equorum scientes volentesque excipiunt hospicio, & ita abscondūt & quantum est in ipsis tuentur, & fauent? Respō. Iodocus in d. Enchiri. crimi. cap. 113. puniri relegatione decem annorum. l. fin ff. de abigeis. Vide tamen Marsil. consi. 53. numero 30. in 1. volumine.

Quæstio centesimaoctuagesimaseptima.

Aliquis equorum greges in saltus immisit rei Dominicæ, an illos amittit? Resp ꝙ sic. l. 1. lib. 11. C. de fundis & saltib. rei Dominicæ. Petrus Iaco. in eius practi. titu. de actione de pauperie.

Quæstio centesimaoctuagesimaoctaua.

Quid si quis me nescio, & prorsus ignaro, occidit aliquem, & meo cum equo aufugit. An sim in culpa? Respon. Bald. consi. 120. vol. 3. ꝙ non. & Marsi. in pract. crimi. §. constante. nu. 48. & 55. Signoro. consi. 134. & Blancus in eius practi. crimin. vbi de defensionibus pro imputato de auxilio agit. pag. 120. secus si scienter. Bal. in l quicunque. C. de seruis fugitiuis.

Quæstio centesimaoctuagesiamnona.

Vidistis supra, ꝙ conductor equi tenetur facere sumptus equo sibi locato. q. 60. vide & adde Budeum lib. de Asse. 5. pagi. 547. apud nos (inquit) equus viatoriis per diuersoria cibus statutus est in dies ciſtellæ ternę auenæ, vt in Italia ordei: sic enim semper tulit stabulariorum formula: Quid si stringosi sint eq? Resp. Budeus ibi his verbis: sed stringosis equis cum lōgis itinę tibus fatiscunt, auctarium noctu dari solet, i. quarta ciſtella.

Quæstio centesimanonagesima.

Quid etiam si iudicis equus occasione causæ, quam habet coram se, propter quam oportet facere mora. n longiorem, moriatur. An possit a partibus petere, vt reficiatur? Respon. Archiepisco. Floren. ꝙ non, in eius summa, titu. 9. par. 3. titu. de offi. iud. delegati. §. 8. per tex. in l. inter causas. §. non omnia. ff. mandati, pagina 110.

Quæstio centesimanonagesimaprima.

An permissum sit iudici equum accipere, sibi dono datum? Respon Milleus in practica crimi. pagi. 94. num. 27. ꝙ sic. cap. & si quæstiones. §. cum in accipiēdis, extra de simonia, ꝙ mihi nō placet, vide infra q. 239.

Quæstio centesimanonagesimasecunda.

Quid si incommodi aliquid contingat ex equo ob incuriā serui, vel malitiam, vel eorum, qui in stadiis ad cursum arte docent, equos, vel ad aquandos ducunt. equorum institutores nū cupantur: an ij, vel Domini teneātur? Respond. Iodocus in d. Enchiridio, illos, & famulos, nō autem equorum dominos teneri. l. si. ff. ad l. aquiliam: secus si alicuius instigatione: vt superius est repetitum.

Quæstio centesimanonagesimatertia.

Commodasti tu mihi equum, vt irem ad villam, postea te pę nitet mutuasse, & non vis pati me eo vti, quid iuris? Respō. Bar. ꝙ non potes mutare voluntatem. Nam inest tempus tacitè, intra quòd possum ire, & redire de villa. l. 3. §. si quis ita. ff. de eo, quod certo loco, & tunc finito vsu commodati agi potest, & ibi Bar. docet formare libellum in casu isto, vide supra q. 44.

Quæstio centesimanonagesimaquarta.

An forenses teneantur præstare equos reipublicæ? Respon. Bartol. in l. munerum. §. iudicandi. ff. de munerib. & hon. quòd non, nisi vsurarii existerent.

Quæstio centesimanonagesimaquinta.

Habebat quis equum album, & fecit testamentum, in quo legauit alicui equum morellum, & tamen nullum alium equū præter album, habebat, an iste albus legato cedet? Resp. Ang. & Imo. in l. 4. ff. de leg. 1. ꝙ cedet: prout sic refert Alex. in l. nominatim. num. 1. ff. de libe. & posthu. Ratio secundum Alex. quia appellatiuum cum adiectiuo conueniens vni soli æquipollet nomini proprio, argum. d. l. & d. l. 4. cum gl. ibi. ergo sicut in nomine proprio non vitiat. l. si in nomine. C. de testamen. ita nec in casu prædicto, supra repetita. q. 79.

Quæstio centesimanonagesimasexta.

An mandatarius, qui equum pro aliquo emit, teneatur pro interitu, & morte ipsius equi emendare damnum mandanti? Respon. consulendo Parisius in consi. 123. in 1. vol. per totum. Nam aut culpa mandatarii equus deceſſit, & tenerur, aliàs secus. Et ibi Parisius ponit quando quis de casu mortis equi fuerit in culpa? Et hoc totum quandoque resident in peritia expertorum, & peritorum. Si ex vulnusculo etiam præcedente, postea sanato, vel superuenta ægritudine, culpa commissa equus moritur? Vide omnino ipsum Parisium.

Quæstio centesimanonagesimaseptima.

An in legato mobilium veniant equi? Consuluit Parisius in consi. 67. nu. 1. & per totum, vol. 2. ut ibi per eum, & in legato vsufructu mulieri veniunt equi futuri, quos tempore testamenti non habebat, testator. Hieron. Gabriellius in consi. 119. nu. 9.

Quæstio centesimanonagesimaoctaua.

Quidam aufert equum de manibus alicui, existimans hoc sibi licere: an puniatur? Respon. Ang. in l. prætor. §. hac actione. ff. vi bono. rapto. ꝙ non. Marsi. refert consi. 77. nu. 22. in 2. vol. supra repetita. quæst. 71. Et not. ꝙ auferre est de manibus rapere. l. 3. §. non autem. ff. de incen. rui. naufra. & vide ibi no. & quā doque ver. auferre, sumitur pro accipere. Vide Alberi. in dictio. verſi. isto.

Quæstio centesimanonagesimanona.

Defunctus duos equos deposuit penes aliquem, vnus hæredum recuperauit vnum ex eis, alter verò decessit. Quæritur, nū quid equus recuperatus pertineat ad vtrumque? Resp. Bald. in l. superuacuum. nu. 2. C. depositi. ꝙ sic. Nam equus non consistit in pondere, numero vel mensura, nec diuiditur inter hæredes respectu pōderis, numeri, vel mensure. Et ideo communis est. ff. de rei vendi. l. Pomponius. 80. dist. si ex equis, & arg. ff. de stip. seruo. l. si cum duorum, & ita tenet Pet. Cyn. & Bal. ubi s.

Quæstio ducentesima.

Petrus fuit equus, q fortè est mortuus, & sic succedit æstimatio, si ista cā esset ordinaria, an posset ferri snia in æstimatione? Resp. Grammati. decis. Neapo. nu. 19. co 2. sub nu. 7. ꝙ non: qa negari non pōt esse latam iuxta petitionem, i. propè, licèt non ſm ipsam petitionem, & idē tenet Bal. in l. fi. C. de fideicōmissa. liber. & de æstimatione damni ex equo mortuo, vel debilitato, vide Cassane. in ꝙst. Burg. p. 73. nu. 8. vbi post Bal. in ꝙ. 387. 1. vol. dicit ꝙ de æstimatione non pōt ꝙqueri post annū. & ibi fusius Cassaneus de æstimatione dāni dati in aīalib. vide oluo.

Qnæstio ducentesimaprima.

Testator multos habebat equos, & cuidā legauit suos Palafrenos quid continetur appellatione Palafrenorū? Ref. Rochus de Curte in tracta. de consuetudine. nu. 626. ꝙ hoc declarabit ex cōi vsu loquendi, & ad declarandum ipsum cōem vsum loquendi ita est formandus articulus. Quòd a decem annis citra, & per ipsum tempus cōis vsus loquendi fuit in tali ciuitate, vnde est testator, vel vbi conuersabatur, ꝙ equus talis conditionis appellatur Palafrenus. Testis verò deponat contenta in ipso articulo fore & esse vera. Interrogatus quomodo scit? Resp. qa p dictum tempus, in dicto loco audiuit, & intellexit equum talis conditionis ab omnibus talia tractantibus Palafrenum dici, nominari, & uocari.

Source : BIU Cujas

Hippol. Bonacoſſ. De Equo, ſiue Caballo.

Quæſtio ducenteſimaſecunda.

Vendito igitur equo venit ſella: vt ſuperius. q. 24. fuit dictū, & vltra ibi citatos tenet Iaſ. in §. actionū. nu. 54. inſtit. de actio. & nu. 58. & idem Iaſ in l. de quib nu. 87. ff. de legib. vbi dicit, ꝙ non ſolum hoc eſt de conſuetudine, ſed ēt de iure cōi: vide ēt Dec. in c. præterea. nu. 8. de offic. del. & Fabi. de monte in tract. de emp. & vend. q. vj. principali. circa ſeptimum membrū n. 32. quid mō ſi equus oñdit Emptori ſine ſella, an ea quoq; vendita cenſeatur? Dic ꝙ non: quia de iure commu. illud venit in cō tractu quod tempore contractus oſtenditur, vt inquit Bald. in l. 2. C. de ædil. actio. per tex. in l. Ediles. §. vendendi ff. de ædil. edi. de quo Rochus de Curte. in tracta. de conſuetu. nu. 230.

Quæſtio ducenteſimatertia.

Equus eſt ſequeſtratus, quis teneatur impendere expenſas? Reſp. Paris de Puteo in tracta. de Syndi. §. an carcerarius teneatur? titu. 14. nu. 4. pag. 96. ꝙ debet impenſas impendere is, qui fecit ſequeſtrari, arg. l. ſi in Aſia. §. j. ff. depoſiti.

Quæſtio ducenteſimaquarta.

Quid de occidente equū, cui inſidet clericus; an erit excōicatus? Reſp. Ioan. de Ligna. in trac. de cenſūra eccl. §. 5. num. 16. & licēt hinc inde adſint opiniones, concludit tamen, ꝙ ſi hoc fecit iniuriam ipſius clerici, ꝙ ſit excommunicatus, alias ſecus, vide etiam Fran. de Platea in tracta. de excommunica. §. 35. nu. 14. & beatum Ant. in tracta. de excommunica. c. j. nu. 19.

Quæſtio ducenteſimaquinta.

Duo equi ſunt ſimul vēditi, q̄ erant eiuſdē officij, & alter reperīt eſſe morboſus, an teneat vēdō? Reſ. ꝙ ſic. l. cū eiuſdē. ff. de ædil. edic. licēt ſecus eſſet, ſi pretiū fuiſſet conſtitutum pro ſingulariter conſideratis. Ioan. de Selua in tractatu de beneficio. quæſt. 16. num. 7.

Quæſtio ducenteſimaſexta.

An equitādo Imperator magis debeat equitare mulam, vel equū, prout facit Papa? Reſ. Reſtaurus Caſtaldus in tract. de Imperatore. q. 85. ꝙ olim Imperator vtrunque genus habebat. l. j. C. ne ruſticani &c. lib. xj. inibi. mularum fiſcalium, vel equorū miniſterium: ſed hodie pro libito voluntatis vtuntur principes vtriuſq; ordinis, p̄cipuè cum recreationis gr̄a equitant, & ibi refert Salomonē regem habuiſſe quadraginta millia præſepia equorum curilium, & duodecim millia equeſtrium: vt legitur iij. Regum cap. iiij.

Quæſtio ducenteſimaſeptima.

An quis compellatur equū locare ſcholaſtico qui velit recedere a ſtudio? Reſp. ꝙ ſic. Si dñs equū locare ſit ſolitus. Pet. Rebuf. in tract. de priuilegiis ſcholarium in 7. priuilegio nu. 3. poſt Ia. Rebuf. eius patruū in l. curſu. C. de curſu pub. lib. 12. arg illius l. nam hoſpes poſtquam ſigna hoſpitii erexit, cogitur hoſpites recipere. l. vna, § j. vbi Bar. hoc dicit, ff. furti aduerſus nautas. multò fortius, qui conſueuit locare equum. Tenebitur tamen ſcholaſticus dare penſionē conſuetā pro locatione ſm eundē Petr. ibi. arg. l. excepto. Cod. loca. §. j. inſtit. eo. fallit ſm ipſum nu. 6. q̄ñ ſcholaſticus eſſet ignotus: quia tunc dominus equi non tenetur ſibi locare equum, niſi prius præſtita per eum fideiuſſione: & ſi non haberet fideiuſſorem, poſſet dari nuntius expēſis ipſius ſcholaſtici ad ſequendum equū ipſum vſque ad iter perfectū, prout quotidie ſeruat: niſi ille ſcholaſticus eſſet peſſimus, & haberet continuò diabolum a dextris, inquit ipſe.

Queſtio ducenteſimaoctaua.

Quidam occaſione cuiuſdā Caſtri, qđ tenebat a te, debebat tibi dare quolibet anno vnum equū, q̄ p lōgiſſima tp̄a ipſe, & ſui anteceſſores ſterit, & ſteterunt, quod non p̄ſtitiſti, vel præſtiterunt equū ipſum ſed quolibet anno qd aliud fuit datū. Nūquid p̄ſcripſiſti in equo? Reſp. Petrus Antibo. in tract. de munerib. par. 2. §. reſtat. nu. 18. ꝙ ſic, per l. is cui. ff. quemadmodū ſerui. amitta & per l. prece. co. titu. & l. ſi quis alia. in princ.

Quæſtio ducenteſimanona.

Dubitatur de æſtima. ſeu valore cuiuſdā equi corā iudice, qd iuris in iſto caſu? Reſp. Io. Baptiſta in tract. de arbitris. lib. 3. c. xix. ver. dubitatur. ꝙ magiſtri deputandi ſunt ad æſtimandū: ut per gl. in l. hac ædictali. §. his illud. C. de ſecūdis nup. & iſte eſt vnus ex caſib. in quib. ſtatuit ius arbitros eligendos eſſe, vt ibi p Ioan. Baptiſta. d. verb. dubitatur. tit. xij. & iudex debet eſſe ille, qui deputet tales magiſtros, vel arte peritos & expertos, & ad ipſum ſolū ſpectat electio, & non ad partes; vt ꝓbat mihi Federicus Schen. in tracta. de probationib. nu. 24. tomo. 13. pagina. 56. vid quæſo, ſi libet. Hoc tamen procedit, vt per Corſetum, in ſingu. ver. Medicus. quando merum factū pendet a poteſtate ipſius iudicis, ſecus ſi a poteſtate partium, quia partes eligunt, ſi concordant, quod probat.

Quæſtio ducenteſimadecima.

Conductor Ronzini reſtituit eum domino, & dominus eū recipit tanquam ſanum, an conductor teneatur? Reſp. Bar. in l. opus. ff. loca. ꝙ non. Quod intelligit, ſi dominus ſciuerit vitiū, ſecus ſi in reſtitutione illa fuerit deceptus.

Queſtio ducenteſimaundecima.

Aliquis facit tranſitū cū equo meo per ciuitatem iſtam, an hic poterit conueniri rōne præſentis poſſeſſionis? Reſ. Bar. in l. ſed ſi poſtuletur. ff. de iudiciis, ꝙ nō. l. fi. C. vbi in rē actio. vbi no.

Quæſtio ducenteſimaduodecima.

Quæritur q̄ñ dicatur vitium apparens in equo? Reſ Saly. in l. j. C. de ædili. actio. ꝙ vitium apparens dī, q̄ñ eſt extrinſecū in loco aperto, ꝙ pōt intueri a quocunq; reſpiciente, ſecus ſi non eſſet in loco aperto: vt puta, ſi auis eſſet ſub ala vitiata.

Quæſtio ducenteſimatertiadecima.

Vendito igitur equo, præſumitur ex celeritate mortis vitiū, ſeu infirmitas præceſſiſſe, & dī celeritas, & incontinenti, ſi ītra triduum obiit. l. j. C. de emēda. ſeruo. vbi & gl. & ſuperius q. 84. fuit repetitum. adde Marſi. in l. ſtatuliber. n. 16. ff. de q̄ſti. ubi plures ad hoc adducit: ſed illa gl. non eſt vera, q̄ñ decedit ex cā manifeſta: ſed bene eſt uera, q̄ñ decedit ex cā occulta, q̄ eſt in viſceribus. vel interioribus, & non apparet aliquo mō liuor exterior manifeſtæ ſuſpitionis, ſecus ſi iudicio iudicis, vel mareſchalchi apparet vitium antiquitus viguiſſe. l. quæritur. §. ſi aūt vitio veſicæ, & l. q̄ clauum. ibi. iecur, & pulmo. ff. de ædil. edic. vide Bal. in l. j. C. de ędili. actio. col. pe. ſub nu. 13. vbi allegat Spec. in titu. de emp. & vend. §. ſciendum. in additio. de illo, qui ſimpliciter vendit Bouem: & ibi tenet, ꝙ eſt dictum de triduo: vnde quis dēt dicere vitia equi, vt ſuperius eſt dictū, vide Cicero officio. lib. 3. inibi, ac de iure quidem prędiorū ſancitum eſt apud nos iure ciuili: vt in iis vendendis vitia ēt dicerentur, q̄ nota eſſent venditori, & quæ ſequuntur. l. j. §. 1. ff. de ædil. edic. Carneadis tñ diſputatio aliter ſuadet, vt p Fortuniū in tract. de vltimo fine iuris cano. & ciuil. ſub nu. 284. qui quibuſdam argumentis oſtendere conabatur, nullam eſſe iuſtitiam, aut ſi quæ eſſet, ſummā eſſe ſtultitiam, & inter alia exempla hoc afferebat. Bonus vir (inquit) ſi habeat ſeruū fugitiuum, vel peſtilentem domum, & vendere velit profitebitur, vel celabit emptorem? Si profitebit bonus erit, q̄a non fallet, ſed ſtultus iudicabitur, q̄a vel paruo p̄tio vendet, vel oīno non vendet, ſed ſi celauerit, erit quidē ſapiens, quia rei conſulet, ſed idem malus, quia fallet, vnde hoc afferebat inconueniens, bonum virum ſtultum eſſe, ac ſapientē malum, cui Reſ. vt per eum, ex Cicerone ēt vide Tiraq. de legibus connubialib. in 4. l. connubiali. Et not. ꝙ vitium eſt perpetuum corporis impedimentum. l. inter. §. verum. ff. de ver. ſign. vide ibi per D. M. Alcia. Plura congeſti de vitio, aliter q̄ hic in meo tractatu de argumentis, in argumento a vitio naturali.

Queſtio ducenteſimadecimaquarta.

An milites poſſunt ducere equos ſuos ad paſcendum in pratis, tam publicis q̄ priuatis? Reſ. Bar. in l. inſignis. C. de paſc. publicis, vel priua. lib. 11. per illum tex. ꝙ eſt eis prohibitum: & ait Andr. de Barulo, & poſt eum Ioan. de Platea, ꝙ nè prata deuaſtent p cōitates & Barones Regni, ſunt ſtatuenda loca in eorū territoriis, in q̄b. aīalia eorū paſcant, abſq; ſubditorū iniuria, vide Caſſa. in ꝓlue. Burg p. 71. vbi de dāno dato loquit, vbi fuſius.

Quæſtio ducenteſimadecimaquinta.

An dñs dans equum pro noxa liberatur a damno dato? Reſ. ꝙ ſic. l. 1. ff. ſi quadru. pau. fe. di. c. fi. & gl. in c. ſi læſerit, de iniuriis, damno dato, ꝙ intellige. Niſi ipſemet dñs deduxit equum ſuū in alienum campum, vt ibi depaſceret; quia hoc caſu non liberaretur, dando Equū pro noxa, cū ipſemet videatur dediſſe dānū. Et ſic tenetur iſolidū. d. l. 1. & l. 2. ff. ad l. aq. l. & d. c. fi. ſed qualiter formabitur libellus in iſto caſu? Ponit Spec. in tit. de iniu. & damno dato. & Roſt. in libel. in tit. de actio. in factum, & de pauperie. Caſſ. vbi ſupra, ſub nu. 17. pag. 72.

Queſtio ducenteſimadecimaſexta.

An villa teneatur pro equo occiſo, vel vulnerato ī ſtrata publica, q̄ poſtea ſit mortuus? Reſp. Ale. ꝓſi. 91. in 6. vol. p totū, ꝙ non, q̄a villa nunq̄ tenet pro dāno dato in ſtrata publica.

Quæſtio ducenteſimadecimaſeptima.

Quid ſi inciſa fuit cauda equo meo, prout contigit mihi anno 1556. in meo ronzino, an incidens teneatur? Reſpō. Vitalinus in ſuo opere Maleſi. tit. de damno dato ſub nu. 58. verſi. & generaliter in quolibet caſu, ꝙ ſic. & qñ inciſa eſt cauda equo, q̄ finis ipſius eſt eq, auctarii quoq; huius noſtri finis exiſtat. Ad laudē oīpotentis Dei Patris, & Filii, & Spiritus ſancti. Amen.

PARS TERTIA.

PRAECEDENTIBVS quęſtionibus nonnullas etiā adijcere decreuimus, ꝙ an ſint conducibiles, aliorum erit iudicio.

Quæſtio CCXVIII.

Quæro igitur adhuc, an ſit facienda equi diuiſio, & qūo? Reſ. Flo. in l. vſufructuarius venari. ff. de vſufruct. & Iac. But. in l. nam & ſi fur. §. fina. ff. ſi cer. peta. ꝙ poteſt fieri diuiſio Equi, quæ non per medium, ſed cum pretio, per eum dando, cui remanet Equus, arg. §. fin. inſtit. de offi. iudi.

Quæſtio ducenteſimadecimanona.

Quæritur ēt, quidam Monticula deſcendens in planitie diſtrictus huius cum pecudib. habens in cuſtodia polledrum ſub mercede,

Source : BIU Cujas

mercede,quem alius ita oneratur, vt transeundo padum submerſit ſe, & mortuus eſt,an teneatur reſarcire dño damnum? Reſ.Bal.in l.cum ita.§.ſpecies. ff.de leg.2.q̃ ſic, quia ille,q̃ tenet̃ ad cuſtodiam,tenetur de caſu,ēt fortuito,ſi ipſe fuerit in culpa, & ſi non fuerit, debet probare oēm diligentiā adhibuiſſe.Ale. in conſ.158. vol.2. Moderni in l. quod te.ff.ſi cer. peta. Gozadi. conſ.63.nu.3.& caſum fortuitum allegans debet probare.vide Aemilyanū in conſ.103.nu.6.& ſeq. vbi poſt Imolam extendit etiam ad eum,qui ad collaticum boues habebat.Imo. in l.cum ita.§.ſpecies. ff. de lega.2. Dec.conſ.573. Gui. p̄p.ſingu.171.Paſtor.Bart. l.quod ad præſens.C.de Murile lib.11.

Quæſtio ducenteſimauigeſima.

Quis Equum meum in ſtabulo liberauit, per quod ego incidi in damnum, an ille teneatur? Reſpō. q̃ ſic. Sed qua actione? Reſp.in factum.§.fin.inſt.de.l.Aquilia, inſignis Modernus, in l. j.§.tenebitur.nu.19.ff.de Religio.&c.

Quæſtio ducenteſimauigeſimaprima.

Fructus ne equorum pertinent ad vſufructuarium? Reſpon. Bar.q̃ ſic,in conſ.50.in j.vol.& con.87.in fin.in 2.

Quæſtio ducenteſimauigeſimaſecunda.

An filius conferat cum fratribus equum ſibi dono datum a patre? Reſpon.Bar.q̃ non: quia iſtud eſt caſtrenſe, per l.j.§.nec caſtrenſe.ff.de colla.bono.Bar.in tra.de duobus fratrib.

Quæſtio ducenteſimauigeſimatertia.

Scholaſticus equitat equū in tranſitu alicuius Ciuitatis. An poterit equus pro repręſaliis capi ? Reſpon.Barto.in tra.repręſa.in 8.quæſt.nu.2.q̃ non.

Quæſtio ducenteſimauigeſimaquarta.

Quid requiritur in æſtimando Equo? Reſp.Bar.in trac. Teſtimoniorum,nu.7.Diſcurſus ſcilicet, & fortè vehementior,quā in fundo. Alex.in l.pretia rerum,vlt.col.ff.ad l.Falc.

Quæſtio ducenteſimauigeſimaquinta.

Quid ſi dubitatur,an Equus ſit ille, qui ante fuit Titij,& examinatur teſtis ſuper eo. Cuius nam erit teſtificatio? Reſp. Bart. in tract.de teſti.ver.Hanc eandem rem, nu.29.q̃ erit per ſigna ſuper corio ipſius.Et ita conſuluit in contingētia facti D.Aemilanus noſter in conſ.50.in cauſa Equina.nu.6.& ſeq.

Quæſtio ducenteſimauigeſimaſexta.

Quid hēt dicere teſtis in rōne,vt negociū appareat factū diligenter,ſi equus ſit venditus? Reſ.Bar.in trac teſtim.circū ſtātias. 1.q̃ equus venditus erat ſenex, vel alium habebat defectū,propter quem illum vendidiſſet quilibet diligens paterfamilias. Bar.ibid.in ver.œconomica,nu.85.ad fin.

Quæſtio ducenteſimauigeſimaſeptima.

Quomodo probatur dolus in equo vendito? Reſp.Bar.in d. trac.teſtim.ver.dolus.nu.102.

Quæſtio ducenteſimauigeſimaoctaua.

Conductor pullum equinum nimium,& præmaturè onerauit,vnde eſt mortuus,an fuit in lata culpa? Reſp.Bart.in d.tract. teſtimonio.q̃ ſic.ibi.in ver.lata culpa.nu.111.

Quæſtio ducenteſimauigeſimanona.

Quis equum ſibi commodatum currere,vel ſaltare plus ſolito coegit,& vltra id,quod cōiter homines illius conditionis facerent.Quomodo hoc probatur? Reſp.Bar.d.tract.teſtimo.ver. lata culpa.nu.111.per teſtes,qui actum viderunt.

Quæſtio ducenteſimatrigeſima.

Equus perdidit ferrum, ob quod dico me damnificatum,an erit in culpa equitans? Reſp.Bar.in d.trac.teſtimo.ver.leuis culpa.num.116.q̃ ſic, in culpa leui.ſ. Diligens ſiquidem homo ſua propoſitione ab hoc p̄cauiſſet, ſæpius pedes vidēdo,inqt Bart.

Quæſtio ducenteſimatrigeſimaprima.

Extat ꝯſuetudo, ſimul & ius, q̃ vēdito equo eſt vēdita ſella, vt ſæpius eſt repetitum ſuperius: ſed qūo rectè aget emptor p̄ ſella? Reſp.Bar.poſt Guil. in l.de quibus.in 1.lect.col.fin.nu.16. rectè agere actione ex eo ꝯctu.Faciet tamen mētionem in Libello de ꝯſuetudine.Roſi libell.de acti.in fact.edil. nu.4. p.31.

Quæſtio ducenteſimatrigeſimaſecunda.

Quid ſi tibi dedi equū ad certū vſum, nō limitato certo tpe tacitè,vel expreſsè.An datio iſta ad voluntatem meam reuocari poterit? Reſp.Bar.in l.in cōmodato.§.ſicut.ff. commo. q̃ ſic: cū ſit precariū,& agi debet interdicto de precario.Secus atque ſi adiecta cauſa,vel tps,quia finito vſu, ageī cōmodati actione.

Quæſtio ducenteſimatrigeſimatertia.

Miles habens duos equos,vnum Fratrib. Prædicatoribus,alterum Fratribus Minorib.legauit,vnus eorum eſt longe altero præciſior,quibus iſtis erit præciſior equus? Reſp.Euerar.in Centuria,in loco,ab ordine,verſi.3.iſtud argu. q̃ ſine dubio Fratres prædicatores tanquam primò nominati eligent.

Quæſtio ducenteſimatrigeſimaquarta.

Quis legauit equum cū Aſino, an ambo debeant̄? Reſp.Io. Fab.in §.ſi qs ancillas. Inſti.de legatis, vtrunq; deberi,& eſſe,ac ſi dixiſſet, lego equum & Aſinum,quod dicit mēti tenendum Euerar.in Centuria,in loco a natura copulæ.ver.Hinc eſt.

Quæſtio ducenteſimatrigeſimaquinta.

Teſtator habens equū album,& nigrum in teſtō legauit Sēpronio equum album, ſeu nigrum: an binos habebit Sempronius equos? Reſp.Bal.in c.inter cæteras,de reſcrip.q̃ non,ſed alterum tantum. Cum ipſe teſtator vſus fuerit verbo ſingularis numeri.Euerat.in centuria,in loco a numero.p.391.

Quæſtio ducenteſimatrigeſimaſexta.

Legat̄ alicui equa cū pullo,moriī equa, an pullus debeatur? Reſp.Io.Fab.in §.ſi quis ancillas, inſtitu.de legatis,q̃ nō, Euerar. in centuria,in loco,à natura copulæ,ver.itē ex hoc ſequttur.

Quæſtio ducenteſimatrigeſimaſeptima.

Vendo tibi equū p̄ libris decē,nō adiecta qualitate monetæ de qua intelligeī? Reſp.Gāmarus ī dialectica legali, lib.1.ī loco a veriſimili:aſſumiī veriſimilitudo hæc,vel ex ꝯparatiōe rei ad p̄tiū.

Quæſtio ducenteſimatrigeſimaoctaua.

Malæ fidei poſſeſſor fecit expenſas in paſcendo equū, vel curādo eū,an rectè repetit? Reſ.Ang.ī ſūma,ver.expēſæ,n.3.q̃ ſic.

Quæſtio ducenteſimatrigeſimanona.

An liceat curiali dono accipere equū? Reſ. q̃ non.vide Archiep.Flo.in eius ſumma,p.3.tit.21.c.3.vbi agit,q̃ Papa dēt diſſipare gentes,q̃ bella volunt.Vbi refert Bar.ad Eugeniū,& recitat hyſtoriā de quodā d. Martino, q Cardinalis exiſtēs legatus miſſus in Daciā terram, auri, & argenti tā pauper remeauit,ut penè expenſis & equis deficientib.vix puenit Florentiā:vbi cū ēps loci donaret ſibi vnum equū,eum accepit,cū ipſo reuerſus ad curiam,q̃ tunc erat Piſis. Inde ad modicum tps ēps Florentinus vadens ad curiam,pro quadā cā, quam ibi habebat,viſitauit prædictum Cardinalem Martinum, recommēdans ei cām ſuam,cui Martinus,decepiſti me, neſciebam enim in curia tibi imminere negocium, tolle equum tuum,ecce in ſtabulo eſt.

Quæſtio ducenteſimaquadrageſima.

An rectè agunt Principes,nolentes peregrinari,niſi aſcēdāt equū die & hora eis ab Aſtronomis ſtatuta? Reſ. Io.de Ana.īc. 1.de Sortilegiis.principes non benè facere,refert Troylus Maluitius in trac.de Sorti. in 1.p. nu.x. licèt magni Barones & Dñi incidant in laqueū.l.nullus. C.de malefic. vbi incātationes p̄ñt fieri ad bonum:ita Ang.poſt Odofr.de quo Troylus ibi nu.16.

Quæſtio ducenteſimaquadrageſimaprima.

An liceat iſtis Fabris ferrariis, vulgo mareſcalchis,die ſancti Io.Baptiſtæ,& die Apoſtolorū Petri & Pauli præciſe minuere, vel flebothomare equos,& alia iumenta,potiuſquam aliis diebus in eodem tempore? Reſpon. Martinus de Arles,in trac.de Superſtitionibus,ſub nu.x. ueriſic. Nec video.Non licere prorſus,& eſſe ſuperſtitioſum,& a Diabolo ſuaſum.

Quæſtio ducenteſimaquadrageſimaſecunda.

Quis præcipitatur ab equo effreni, & indomito in uia lubrica,vel in flumine eſt ſubmerſus. An liceat ob hmōi infortuniū cām ſuperſtitioſè inueſtigare,vel ſic contigiſſe dicere ob aliqd̄ ſignum præcedens,puta in exitu domus cantus,vel lepus offendat? Reſp.idem Marti.de Arles in tract.de Superſtitionibus,nu. 16.non licere,& eſſe peccatum iſta obſeruare.

Quæſtio ducenteſimaquadrageſimatertia.

An liceat iſtis incantatorib.equorum, & iumentorum facere vermen quendā ſuſpendere? Reſp.Mar.de Arles in d.trac.de Superſtit.ſub nu.44.licere, ſi vtuntur licitis verbis,& adiurationib.ſi aūt aliqua inutilia nerba, & ſuperſtitioſa facta admiſceantur verbis ſanctis,vt ipſi faciunt,prohibēdi ſunt, ſm illud Apoſtol.1.ad Theſſalonicenſes 3. Ab omni(inquit)ſpecie mala abſtinete vos.c.cum ab omni,extra de vita,& honeſt. cler.

Quæſtio ducenteſimaquadrageſimaquarta.

An debitor obligatus alternatiné ex ſtipulatione ad dandū equū,vel centū,ſatisfacit ſi tpe ſoluto equus ſit debilior q̃ tpe obligatiōis? Reſ ſatisfacere,& hæc qdē eſt cōis opi.Cur. Iun ꝯſ. 24.Moder.Hiſp.in tract.communium opinionum,ueriſic. Debitor,vide Alex.in conſ.17.colum.2.circa medium.

Quæſtio ducenteſimaquadrageſimaquinta.

An commodare equos eſt onus reale, pro quo poſſint collectari commodatores,vel ne? Vide per Aret.in conſi.132.col. 2.circa princ.ubi dicit multa eſſe onera realia mere,quæ nō habent vniformem perpetuamq; præſcriptionem, ſicut commodare equos.l.munerum.§.patrimoniorum.ff. de immuni.

Quæſtio ducenteſimaquadrageſimaſexta.

An viſitatores pro ferraturis equorū poſſint aliqd exigere? Reſ.Pauinus in trac.de uiſitationib.q.9.primæ ptis nu.30.q̃ ſic.

Quæſtio ducenteſimaquadrageſimaſeptima.

Nobilis hēt priuilegiū, nè conueniatur, niſi in quantū facere poteſt,ſ.deducto ne egeat.Aliquis eſt nobilis, & habet equū an ita erit fienda illa deductio,vt ſolus abſque equo remanere coactus ſit? Reſ.Bonicontus in tracta.de Nobilitate,parte 5.nu. 65.q̃ non,& ſolus abſque ſuo equo eſſe,cogi nequit.

Quæſtio ducenteſimaquadrageſimaoctaua.

Miles cadit ab Equo,an præfertur ei,qui factus eſt ſeminiuus ex percuſſione ſibi facta? Reſpon. Paris de Puteo in tract. de re militari.§.duo in haſtiludio.tract.5.pag.364.

Quæſtio ducenteſimaquadrageſimanona.

Ductor Equi, vel Equitans non denunciat hominibus quòd Equus reijciat, vel percutiat, niſi cum percu-

Source : BIU Cujas

tit,& periculum euitari non poteſt;an veniat condemnandus? Reſp.Floria.in l.ſi putator.ff.ad l.Aquil.℘ ſic,de quo Laur.Sylua,in tract.de Feudi cogni.q.18.nu.j.

Quæſtio ducenteſimaquinquageſima.

Quid ſi Equus legatus aufugit: an liberetur hæres,vel teneatur redimere? Reſp.Ang.in trac.de Teſtam.in glo.32.

Quæſtio ducenteſimaquinquageſimaprima.

Vſurarius Equum de pecunia vſuraria emit, & alteri donat, poſtea efficitur non ſoluendo, nunquid ille, qui ſoluit vſuras poſſit petere cum effectu Equū emptum de vſuris ab ipſo poſſeſſore? Reſp. Guido p̄p.in tract.de vſuris,℘ ſic,nu.38.verſi.Pone,quòd Vſurarius.

Quæſtio ducenteſimaquinquageſimaſecunda.

Venditor Equi dicit Equū id patitur vitii, nimis rodit,mordet,aut oportet habenas retineas, id eſt ceſpitat, & conſimilia, nimis obſcurè loquitur : an fiet contra eius verba interpretatio? Reſp.Cagnolus ℘ ſic in l.ſemper in dubijs,nu.18.ff.de reg. iur.per l.idem Iulianus.§. idem Iulianus,cum gl. ff.de act.emp. Ang.in §.prætorum,Inſti.de iu.naturali.

Quæſtio ducenteſimaquinquageſimatertia.

Quis dicit ſe ſponte donare Equum,quomodo hoc intelligitur? Reſp. Cagnolus in l.qui cum alio.num.25.ff.de regu.iur.℘ ſponte donaſſe dicitur,id eſt nō requiſitus, & ſic idem videtur importare,℘ motu proprio.

Quæſtio ducenteſimaquinquageſimaquarta.

Teſtator legat alicui Equos ſuos & arma, an comprehendātur arma Equorum tantùm, vel etiam equitantis arma? Reſpō. Bal.in l.j.ff.de verb.ſig.quòd etiam arma equitantis, vide Ripā in c.2.de reſcri.nu.47.vbi ſequitur Bal.& ampliat.

Quæſtio ducenteſimaquinquageſimaquinta.

Quis damnum dedit cum pecudibus & Equo, an tenebitur ſtatuto,quod de pecudibus tāꝝ loquitur? Reſp. Ang.in prin. inſt.de lege Aquilia, nume.5.℘ ſic,quia ſtatutum conſiderauit damnum,& ita iſte Equus infert damnum,ſicut pecudes in vulgari,nam Equus continetur appellatione pecudis.

Quæſtio ducenteſimaquinquageſimaſexta.

Equus tuus eſt impinguatus mea herba,quam actionem habebo contra te? Reſpon.Io Fa.inſt.ſi quadr.paup.fe.dicatur.col. j.in fi. ex æquo propter Equum mihi dari actionem in factum. l.ſeruandum.§.fi.& l.quotiens.ff.de præſcri.verbis.

Quæſtio ducenteſimaquinquageſimaſeptima.

Habebam pratum clauſum,Equus tuus laſciuia ductus clauſuram rupit,& herbam,vel bladum depaſtus eſt, quam actionē habebo aduerſus te? Reſp. Io. Fab. Inſti.ſi quadr. paupe.fe.di.in prin.illam.ſ.de pauperie. Sub dubio tamen fortè idem ait Pet. Iaco.in eius Practica titulo de actione de pauperie. vide glo.in c.ſi culpa,extra de iniuriis,& damno dato,vel habet locū actio de paſcuo.l.quæ ſeruandarum.§.fi.ff.de præſcrip.verb.Amanel lus de claris aquis iſto ſingulari,in ſuis ſingularibus.

Quæſtio ducenteſimaquinquageſimaoctaua.

Quis non immittit,ſed permittit Equū ſuum intrare agrum meum & depaſcere, an teneatur mihi inſolidū reficere dānū? Reſp.Io.Fab.Inſti.ſi quadr.paup.fe.dica.col.ij. nu.9.℘ ſic p̄p dolum ſuum:præſentia enim operatur conſenſum.l. falſus. §. ſed is.ff. de furtis, facit l. 2.ff. de noxalibus act. vide Roſr. in titu. de actio.de paſtu pecoris, & Bellaperti.q.182.

Quęſtio ducenteſimaquinquageſimanona.

Famulus tuus immiſit Equum tuum in re mea, vel fortè paſſus eſt maliciosè, vel negligentia, quia fortè obdormit,vel erat alibi,qui Equus blada ,vel prata mea depaſtus eſt : an tu dominus mihi teneberis ? Reſp.Io.Fab.inſti. Si quadru. paupe.fe.di. col.2.nu.x.℘ ſic.Si fuiſti in culpa in eligendo malè hunc famulum,quæ mala electio ſemper imputatur.Niſi probetur feciſſe diligentiam de inquirendo cum eum recepit, extra de elect. capitu.innotuit.

Quæſtio ducenteſimaſexageſima.

An in legato mobilium veniant Equi exiſtentes in domib. Teſtatoris? Reſp.Pariſi.℘ ſic in conſi.67.in j.vol.num.j. ℈ Corneum,qui aliter conſuluit in conſi.49.in præſenti conſultatione.vol.3.vbi loquitur ſine lege,& caſus etiam ſunt diuerſi.

Quæſtio ducenteſimaſexageſimaprima.

Cui diuo antiquitus immolabaꝫ Equus? Reſp.explanator in lege 12.Tab.c.5.℘ Marti immolabaꝫ, Ioui autē maximo ouis. Apollini & Neptuno Taurus.Bacco capra,q̄ nunq̄ febre caret.

Quæſtio ducenteſimaſexageſimaſecunda.

Quid ſi Equus excęcauit aliquem, an habeatur ratio deformitatis? Reſpond.Roſre. in tit.de actio.in fac. de pauperie. nu. 6.℘ non,ſed tantum operarum amiſſarum,& impenſarum,vt ff.cod.l.ex hac.& l.vl.ff.de ijs,qui deiece.vel effu. & de hoc Roſre.ponit libellum.

Quęſtio ducenteſimaſexageſimatertia.

Equus tuus fregit mihi vaſa mea, vel vegetem meam calce, & vinum eſt effuſum, naturali,puta feritate: an tenearis? Reſp. Roſre.tit.de actio.pauper.℘ teneris mihi.Et liberatur dominus Equi tradēdo Equum pro noxa. Et opus eſt, ℘ Equus det damnum per ſe,non inſtigatu alterius,vel per factum hominis,aliàs dominus non tenetur,ſed inſtigator,vt fuſius ibi per Roſ.nu.5.

Quęſtio ducenteſimaſexageſimaquarta.

Quis Equum ſibi damnum dediſſe dicit : an ei onus probandi incumbat? Reſp.gl.in rub.ff. ſi quadru.pau.fe.di. ver. dicatur. ℘ ſic,ibi.dicatur & probetur,& ſit verum,pro qua gl. vide concor.per Alberi.in l.j.eo.ti.per Marſi. ſing.570. & in prac. crimi. in §.diligenter,nu.174.& per Pariſ.conſi.92.nu.13.in j.vol.quā do autem ſtatur dicto alicuius , licèt non probet, ponit idem Marſi.in l.j.§.ſi quis dicatur,nu.17.cum ſeq.ff.de quæſtion.

Quæſtio ducenteſimaſexageſimaquinta.

Pone,Equi duo commiſiſſent, & alter alterum occidit,quæritur quid iuris? Vide l.j.§.cum arietes.ff.ſi quadru.paupe.fe.di. Nam ibi verbum committere, accipitur pro irritare, ſiue prouocare,vt probant Moder.in trac.de inueſtigandis actionibus in princ.num 8.aliter autem expendit Bart.in l.j.§. vſque adeo. ff.de iniurijs.

Quæſtio ducenteſimaſexageſimaſexta.

Omne verbum dubium eget interpretatione,l.j.§.ſed ſciendum.ff.de ædil.edic.inibi.Ego puto ædiles tollendæ dubitationis gratia, bis enim achatonicos idem dixiſſe,nè qua dubitatio ſupereſſet pro cuius textus intellectu vide D. M. Alcia. Prætermiſſorum li.2.p.mihi 687.facit,quod inquit Cicero. Nullā artem literis ſine interprete aliquo . & quæ ſequuntur. Modò dī in l.Agaſo.ff.ſi quadru. paup. fe. dic. ℘ cum deduceret quidam Agaſo in tabernam equum, equus mulam olfecit, mula calce reiecit, & crus Agaſonis fregit, fuit conſultum, poſſet ne cum domino mulæ agere de pauperie Agaſo? Cui reſponſum fuit per Alfenum ℘ ſic. Nā dubium poterat eſſe, an caput, an culū olfeciſſet,& ideo reſpon. gl. olfecit.i.naſum ad culū poſuit. Ita Gammarus dicit in tra.de ueritate, ac excellentia legalis ſcientiæ,reſpondens cuidam medico,qui irridebat gl. illam,& gloſſam quæ exponit fœnum,id eſt herba ſicca.

Quæſtio ducenteſimaſexageſimaſeptima.

Duo permutant aſinum cum equo,& ſic ſunt vterque quaſi emptor & venditor.l.ſciendum.§. deinde.ff.de ædil.edic.an qlibet eorum poterit agere redhibitoria pro vitio equi, vel aſini? Reſ.Pet.Iac.in eius Pract.vbi agit de actio.ex empto redhibitoria,℘ ſic,ibi col.2.vbi etiam dicit, ℘ habet locum in equo dato inſolutum:cum illud vicem emptionis obtinet. C. de euic.l.ſi prædium . & ibi ſubdit, ℘ vix eſt aliquis Equus qui aliquando non calcitret. Et an ſit calcitroſus Equus morboſus,vel vitium in eo ſit leue, vel nō leue, hoc totum remittitur iudicio Mareſchalchi ſecundum ipſum ibi, non vnius, ſed duorum ad minus,qui ſuper eo eorum iuramento habent deponere.

Quęſtio ducenteſimaſexageſimaoctaua.

Quid ſi culpa Emptoris Equus ſanatus recidauerit,an ipſe ab agendo repelletur? Reſp.Pet.Ia.in Pra.tit.ipſo,de actio.ex emp. redhibitio.℘ ſic,arg.l.℘ quis ex culpa ff. d̄ re.iu. Et de hac recidiuatione tangitur ad alium tamen finem.ff.locati.l. Martius.Secus atq; ſi infra breue tempus recidauerit abſque ipſius culpa, qa præſumitur Equus non ſanatus, ſeu curatus, & tunc tenebit̄ venditor; ex breuitate. n. tpis pōt aſſumi præſumptio, vt alias no.ff.de priui.credi.l ſi uentri.in fi.Breue itaque tempus,vel lōgum committitur iudicis arbitrio cū conſi. Mareſchalcorum.

Quæſtio ducenteſimaſexageſimanona.

Quid ſi emptor Equi vitioſi eſt Mareſchalcus,& ſic arte peritus,an poterit redhibitoria,uel quāto minoris agere? Reſp.Pe. Iac.in Prac.ſua,titu.de actio.ex emp.redhi. ℘ ſic,quia facti ignorantia plerunque peritiſſimos fallit. l. 2. ff. de iuris & fac.ignor. idem dicit,ſi venditio facta fuit inter abſentes , & ſic non fuit emptori imputandum.

Quæſtio ducenteſimaſeptuageſima.

An venditor teneatur ad intereſſe, ſi fuit in mora cauēdi de vitijs & morbis? Reſpō.℘ ſic.Petr.Iac.in Prac.ſua,tit.de actio.ex emp.redhi. Poterit enim ipſe emptor agere redhibitoria cōtra eum infra duos menſes,dato,℘ nullum vitium vel morbus inſit in Equo.l.ſi venditor. ff. de ædil.edi. vel ad intereſſe infra ſex menſes:ſed parum & debile erit tale intereſſe ſecundū ipſum.

Quęſtio ducenteſimaſeptuageſimaprima.

Venditione & traditione facta, ſi pretio nondū ſoluto emptor cognouerit equū eē vitioſum & morboſum, & nihilominus poſtmodū ipſe ſic ſciens ſoluerit pretiū , an poterit poſtea agere redhibitoria,vel q̄to minoris? Reſp.Pet.Ia.in ti.de actione ex empto quanto minoris prętoria,in fi.℘ non poterit,arg. C.de his,q̄ vi metus ve cau.l.2.& l.pe.ff. de cond. ob turpē cām.

Quæſtio ducenteſimaſeptuageſimaſecunda.

Emptor recuſat accipere Equum morboſum, & ligat eū ad ianuam venditoris,& inde diſcedit . Vēditor timens ne Equus frigore moriatur,vel ſi ſe deligat,damnificet agros, diſcurrendo uel ſe deſtruat,& ſibi poſtea præiudicet. Quid habet in hoc poſtea agere? Reſpon.Pet.Iac.in Pract.tit. de actione in fac.ædilitia.Quod aut ducat recta via ad emptorem, qui ſi recuſat accipere,liget Equum ad ianuam ipſius,rel ducat coram iudice,vel ſi vult Equum diſligare,& recipere in domum ne pereat,quòd

proteſte-

Source : BIU Cujas

proteſtetur, quòd equum recipit infra domum ne pereat, & quia eſt nox,& tũc erit tutus venditor.l.ſi quis impediat. § plerique filij.ff.de religio. & ſum. fune. vel quòd dicat, ſaluo iure ſuo: vt argum. ff. quibus mo. pignus, vel hypothe.ſol.l. ſi debitor § j.& ait idem Pet.Ia.quòd actio illa in factum ędilitia non durat,niſi 40.diebus.l.ædiles autem,in prin.ff.de ædil.act.credit tamen,quòd poſt 40.dies poterit agere certi condictione generali,vel ſine cauſa.

Quæſtio ducenteſimaſeptuageſimatertia.

Equus fuit alicui furto ſubtractus, an alius,qui in eo aliquod intereſſe non habet, poſſit accuſare furem de furto? Reſp.Pet. Iac.in pac.titulo, ſuper accuſatione furti libell. col.3. ad fin.ꝙ non. furtum enim non eſt crimen publicum,ſed priuatum.l.fi. ff.de furtis.ergo extraneus non poteſt de furto accuſare, vt no. in l.fi.ff.de priuatis delictis.

Quæſtio ducenteſimaſeptuageſimaquarta.

Nocte quadam hora ſuſpecta quis fuit viſus ad ianuam ſtabuli tentare,ſi poſſet intrare, & cum uideret tranſeuntem, ſe abſcondebat,& poſtea redibat ad ianuam,an erit vulgaris opinio ſeu ſuſpitio contra eum, vt uellet furto ſubtrahere inde equũ ? Reſpon.Pet.Iac.tit.ſuper accuſa.furti,in uer.ſuſpitio.quòd ſic.l. cum delanionis.§.aſinam.ff.de fundo inſtructo.

Quæſtio ducenteſimaſeptuageſimaquinta.

An tale indicium, de quo q.præcedenti probari ſufficeret p vnum teſtem? Reſpond.Pet.Iac. tit.de actione furti nec manifeſti,vbi de libello,ſuper ver.ſuſpicio, quòd non.C.de teſtibus. l.iureiu.ſecundum Ioan.at contra Azo, & quilibet eorum etiã inducit pro ſe, & reputat caſum legis. ff. de q. l. Maritus, & D. Bertran. tenet opinionem Ioannis, & ibi Pet. Iac. ponit plura indicia contra fures,vt poſſint quæſtionari, & ibi etiam de tormentis, & modis quæſtionandi, etiam ait, quòd modus quæſtionis eſt in arbitrio iudicis.l.quæſt.& l. de minore.§.tormenta.ff.de qq.vide D.Machellum Patrocinio 47.

Quæſtio ducenteſimaſeptuageſimaſexta.

Quæro antequam feratur ſententia interlocutoria ad torquendum, ſeu ad quæſtionem habendam, an oporteat probare accuſatorem amiſiſſe equum ipſius furto ſubtractum? Reſpon.Pe.Ia. vbi ſupra in §. ſequuntur, quòd ſic,ar.ff.ad Sillania. l.j.§.item illud,& l.prius.potuit enim eſſe,quòd accuſator nunquam habuit talem Equum, vel ſtabulum non erat in domo illa,& ſim.debet igitur probare, quòd ipſe habebat talẽ equũ, & quòd in nocte,in qua ſuſpectus fuit viſus ad ianuam dictę domus,ſeu ſtabuli, fuerit data præbenda auenæ d.Equo in ſtabulo,& poſtea de mane equus non fuit ibi inuentus, & ianua fuit rupta,& ſimilia.

Quæſtio ducenteſimaſeptuageſimaſeptima.

Probatum eſt furtum ſic criminaliter agendo contra furẽ, qui equum furto ſubtraxit,an in ſententia iudex poterit pronũciare equum accuſatori reſtituendum? Reſpon .Pet. Ia.tit.de actio.fur.nec mani.ubi de ſentẽtia contra reum meminit,ꝙ ſic, diſtinguendo,vt per eum.

Quæſtio ducenteſimaſeptuageſimaoctaua.

Quomodo puniatur equi vi raptor? Ponit Pet.Iac. in pract. tit.de actio.vi bon.rap.quòd debet condemnari in quadruplũ, equo in quadruplo computato, ſ. ad reſtituendum equũ actori,& in triplum æſtimationis dicti equi,dandæ,& ſoluendæ ipſi actori,& uictum victori in expenſis condemnari.

Quæſtio ducenteſimaſeptuageſimanona.

Equus meus fuit mihi per vim raptus, an potero per vim ſimiliter recuperare? Rñ.Pe.Ia.in eius prac.tit.de duello, ꝙ ſic,ĩcontinenti.ſ.metu criminis,vt probatur.ff ad l.Aqui.l. ſi ex plagis.§.tabernarius,& de vi & vi arm.l.3. §. cum igitur. ſecus ſi ex interuallo,quia tunc ſecunda violentia punietur,& prima violentia eſſet ex toto per ſecundam obſeruata,vt C. ad l.Iul.de vi pub.vel priua.l.ſi quis ad ſe fundum, ꝙ uideter ſm ipſum mirabile ſpecialiſſimum,ꝙ crimen crimine ſic tollatur.

Quæſtio ducenteſimaoctuageſima.

Dominus equi occiſi habuit corium ipſius equi, an deducetur valor ipſius corij in condemnatione equi illius per iudicẽ ſcilicet? Reſpon.Pet.Iac.in prac.tit.de actio.l. aquil.noxa. ꝙ ſic, vbi ẽt põit libellum ꝓ equo occiſo, vide Bellamer.q.547.col.3.

Quæſtio ducenteſimaoctuageſimaprima.

Caſus his verſibus in facto euenit.

Nexus ouem geminam ſupra ſpinam duxit equinam
Læſus ſurgit Equus pendet vtrunque pecus.
Atque molendinum pondus portatur ouinum
Spargendoque focum,ſe cremat atque locum.
Cuſtodes aberant,& ſua damna ferant.

Dñs molendini combuſti petit emendã a Dño equi,qui equus ſparxit focum,& exinde combuſtum fuit molendinũ. Quærit quid iuris? Rñ.Pet.Iac.in Prac.tit.de actio.de paupe.Quòd non põt agi ꝯ dñm equi: quia equus fuit commotus a põdere ouiũ. Item quia equus fuit cõbuſtus. Nec dñs equi poteſt petere dãnum equi mortui & combuſti a dño ouium;quia oues cõmouerunt equum ad intrandum molendinum,& exinde combuſtus fuit,& ſunt mortuæ,& cõbuſtæ.l.j.§. plane.ff. ſi quad. paup. fe.di.Si autem prædictæ oues ſuper eſſent,tunc tam dñs equi, q̃ dñs molendini haberent actionem de pauperie ꝯ dñm ouiũ. Ipſe tñ dando eas pro noxa poſſet ſe liberare a damnis reſarciẽdis,ſeu emendandis,vt ea.l.in prin.& inſti.eo.in prin.Sed ſi dñs ouium reperitur in culpa, tunc non hñet locũ actio de pauperie,& ſic ceſſaret datio pro noxia.Sed ipſe teneretur ex l.Aql.& ſic inſolidum,ut ff.eo.l.j.§.ꝙ ſi ꝓ iniquitatem.Item ſi dñs molendini fuit negligẽs ſuper cuſtodia ignis,dum equus intraſſet molendinum, fortè non poſſet agere contra dñm, licèt oues ſupereſſent.l.item quæritur.ff.loca.§.exercitu,& ff.cõmo.l.ſi ut certo.§.ſed interdum.uolenti enim dolus non infertur.l.cũ donationis.C.de trãſa.l.nemo vĩ fraudare.ff. de re.iu.Itẽ dãnũ,qđ quis ſua culpa ſentit,ſentire non vĩ.l.qđ q̃s ex ſua culpa. eo.tit.

Quæſtio ducenteſimaoctuageſimaſecunda.

Aliquis poſuit ſpinas ſubtus caudã equo tuo, qui taliter cõmotus pauperiem fecit.Qua actione teneatur commouẽs? Rñ. Pe.Ia.tit.de actione de pauperie,col. j. teneri actio. legis Aquil. quia fuit in culpa.l.j.§.ꝙ ſi ꝓ iniquitatem.ff.ſi quad.paup.fe.di. & §.generaliter,& ff.ad l. Aquiliam.l.item Mela. §.item cũ eo.

Quæſtio ducenteſimaoctuageſimatertia.

Quid ſi porcus momordit equum , & equus ob id occidit porcum,an habebit locum aliqua actio contra dñm equi? Rñ. Pet.Iaco.in pra.tit.de actio.de pauperie.colum.2.ꝙ nulla erit actio.l.j.§.cum arietem.ff.ſi quadrupes paupe.fe.di.

Quæſtio ducenteſimaoctuageſimaquarta.

Quid ſi canis momordit equum , & equus inde commotus recalcitrauit,& calce occidit porcum,an dominus equi tenebitur? Reſpon.Pe.Ia.in tit.de actio.de paupe.col.ij.ꝙ non.Sed dominus canis tenebit actione illa de pauperie.l.j.§. & ſi alia quadrupes.ff.ſi quadru.paupe.fe.di.

Quæſtio ducenteſimaoctuageſimaquinta.

Quid ſi quis palpaſſet equum ſuauiter , & benignè cum manu in coſtis, vt cõiter fit , & equus tunc recalcitrans occidiſſet porcum,an palpans teneretur aquilia? Rñ. Pet.Iac. tit.de actio. de paupe.ꝙ non.Sed actione de pauperie ꝯ dñm eſſet agendũ, l.j.§.at ſi equum.ff.ſi quadrupes paupe.fe.di.Eſſet tamẽ reſpiciẽdum,an ille palpans eſſet in culpa:palpare enim in loco ſic ſolito non eſt commouere.Si aũt ſciret equum calcitroſum,palpans teneretur, & ſi cum palpabatur ſtatim recalcitrabat.

Quæſtio ducenteſimaoctuageſimaſexta.

Quid ſi murca equũ ſtimulans calce porcũ interemit, an teneat dñs eq emẽdare dãnũ dño porci? Reſpond. Petr.Iac.in d. tit.de actio.de paupe.ꝙ non. Idem ſi lupus momordiſſet equũ.

Quæſtio ducenteſimaoctuageſimaſeptima.

Quid ſi canis curialiter lambebat equum , vel oſculabat eũ in pede,& equus occidit porcum,an dominus equi,vel dñs canis tenebitur ad dãnũ? Reſ.Pet.Ia.in ti.de actio.de paupe. col.2. ꝙ dñs eq & nõ dñs Canis tenebit.l.fin.ff.ſi quadru.paupe.fe.di.

Quæſtio ducenteſimaoctuageſimaoctana.

Quid ſi equus intrat domum alicuius, & ſubito comedat aliqd:an habebit locum actio ipſa de pauperie? Reſp. Petr.Iac.in Pra. d. ti. de actio. de paupe. Sibi videri ,ꝙ ſic: vĩ ꝯ debere agi tunc actionem in factum ex quadam æquitate,vt ff.de preſcrip. ver.l.quotiens,& l.qui ſeruandarum.§.fi. ubi ẽt vĩ argu.ꝙ actio de pauperie non habet locum ibi. Et ſi dñs vult dare equũ pro noxa,poterit: & ibi ẽt ponit Pet.Iac.de cane, vel cato non ſylueſtri,qui panem ingreſſi domum alicuius comedunt , vel qd aliud ſimile agunt,& de vere,& cane ligato dante damnum,& ibi de pauperie fuſius,pag.136.col.ij.

Quæſtio ducenteſimaoctuageſimanona.

Reus accuſatus fuit mentitus, negando ſe eſſe dominũ equi, qui damnum dedit, quomodo tenebitur? Reſp.Pet.Ia.tit.de actio.de paupe.teneri inſolidum actione de pauperie ſine noxę deditione.l.j.§.interdum.ff.ſi qua.pau.fe.di.

Quæſtio ducenteſimanonageſima.

Quid ſi poſt litem cõteſtatam equus eſſet occiſus ab aliquo, ſine mora tamen, & culpa domini ipſius equi,quia equus occiderat porcum? Reſ.Pet.Iac.in Prac.tit.de actio.de paupe.Quod ſufficeret,ꝙ dominus equi cederet actionem domino porci,ꝯ illum, qui equum occidiſſet.l. j. §. ſi poſt litem,& §. plane.ff.ſi quadr.paup.fe.di.& l.electio. §.ſi is.ff.de noxalibus.

Quæſtio ducenteſimanonageſimaprima.

Mulier fortè fortuna mingebat,& exinde ex illo ſono irritatus canis momordit equũ:an dominus canis tenebit? Reſ.Petr. Ia.in Pra.tit.de actio. de paup. ꝙ non, qa canis fuit commotus, ſeu irritatus ex illo ſono,ſi fr nec mulier tenet, quia mingendo rẽ naturalẽ agebat,arg. l. ſi ſeruus ſeruũ. §. ſi fornacarius.ff.ad l. Aql.niſi probaret mulierem eſſe in culpa , ꝙ alias accidit ſibi, ꝙ quando mingebat canis irritabatur. Tunc n.ip ſa teneretur actione legis Aqliæ,vel actione in factum.l.item Mela.§.cũ eo. ff.ad l.Aquil.debuit enim præuidere ſibi illa mulier,vbi & quãdo mingebat, ſi poterat , quia q occaſionẽ dãni dat, damnum dediſſe vĩ.l.qui occidit.§.in hac.ff.ſi quadr.paupe.fe.dicatur.

Quæſtio ducenteſimanonageſimaſecunda.

Source : BIU Cujas

Hippol. Bonacoſſ. De Equo, ſiue Caballo.

Quis emit a te equum ſi placuerit, equus ſibi non placet, infra quantum tempus poſſet reſtituere? Reſpon. Roma. ſingu. 758. quod poſſet reſtituere ſpatio lx. dierum tantum, & non poſt declarari poteſt, caſus eſt in l. quòd ſi nolit. §. ſi quis ita. ff. de ædili. edic.

Quæſtio ducenteſimanonageſimatertia.

Equus cum equo eſt permutatus, & eſt vitioſus, an erit locus redhibitoriæ? Reſpon. Fran. Cremen. ſingu. 158. quòd ſic. & ibi etiam qualiter teneatur venditor de vitio equi, & per Bella p̃ticam, q. 58 & vide ſupra.

Quæſtio ducenteſimanonageſimaquarta.

Egi quanto minoris contra te pro equo vendito, modò equus erat quaſi inutilis, adeo quòd pro nihilo emiſſem, an Iudex poterit te condemnare redhibitoria? Reſpon. Fran. Cremen. ſing. 159. quòd ſic. tex. eſt in l. bouem. §. aliquando. ff. de ædil. edic. quod limitat ibi Angel. Si modo egi quanto minoris infra ſex menſes; ex quo enim Iudex omittit illam quanto minoris & amplectitur redhibitoriam, tunc redhibitoria ſolum durat ſex menſibus, vt iuribus allegatis.

Quæſtio ducenteſimanonageſimaquinta.

Egi redhibitoria poſt ſex menſes pro equo vitioſo, & ſuccubui, an potero infra annum agere quanto minoris? Reſ. Fran. Crem. ſingu. 164. quòd ſic. probat. Nam actio quanto minoris clauditur anno, redhibitoria autem clauditur ſemeſtri, & act. de dolo biennio. Corſetus ſingulari, ver. præſcriptio. incipi. licèt regulariter.

Quæſtio ducenteſimanonageſimaſexta.

Forenſes mercatores plures, qui venerant Ferrariam cum centum equis, iſtos equos mihi vendiderunt ſimul, poſtea pars eorum aufugit, & equi venditi reperiuntur morboſi: an ſuperſtites Ferrariæ mercatores teneantur inſolidum pro iſtis equis venditis? Reſ. Franc. Cremen. ſingu. 165. quòd non, ſed pro virili. Nam qui habet minorem partem in ſocietate non tenetur inſolidum, ſed ſolum de ſua particula, & hoc eſt ſpeciale in iſtis ædilicijs actionibus.

Quæſtio ducenteſimanonageſimaſeptima.

Quis equum meum interemit, an potero contra ipſum criminaliter agere? Reſ. Amanellus ſing. ſuo, quòd ſic, ut not. in l. fin. ff. de priuatis delictis, ibi ver. occidat, & ſic interuenit dolus.

Quæſtio ducenteſimanonageſimaoctaua.

Ruſticus iuit in aliquo loco ad ferendum teſtimoniũ equeſter, an ſibi danda erit expenſa pro equo? Reſpon. Amanellus ſing. iſto, q̃ non, vt no. ff. manda. l. idem. §. Labeo.

Quæſtio ducenteſimanonageſimanona.

An uocans amicos ad bellum iniuſtum teneatur de equis amiſſis? Reſ. Gui. p̃p̃. ſing. 226. quòd non.

Quæſtio Trecenteſima.

Quomodo in actione de pauperie pro equo concludetur? Reſ. Specu. de quo per Gui. p̃p̃. ſingu. 784. per tex. in l. j. in prin. ſi quadru. paupe. fe. di. f. alternatiuè ad duo, aut ad æſtimationem noxæ datæ, aut animalis, quod nocuit pro noxa tradere.

Quæſtio trecenteſimaprima.

Quis commodauit equum alicui, qui eum deteriorem fecit, & uellens reſtituere domino noluit recipere, quod uidens commodatarius equum dimiſit ad oſtium domini, præſente ipſo domino, & teſtibus, qui Equus poſtea fuit derobatus. Cuius nam erit periculo? Reſpon. Caſtr. in l. qui ſtichum, col. fin. ff. de ſolutio. quòd periculo commodatarij: quia ipſe dominus non tenebatur acceptare ſine pretio deteriorationis, refert & ſequitur Marſi. ſing. 607. ſuperioribus, vide Bellaper. q. 134. & q. 424.

Quæſtio trecenteſimaſecunda.

Tu tenes equum meum, & mihi petenti denegas, ego eum tibi refero uiolenter, an tibi dabitur actio ui bonorum raptorum? Reſpon. Soc. in fallen. regula 86. fallen. 1. quòd ſic, & in hoc non habet locum regula, quòd paria delicta mutua compenſatione tolluntur.

Quæſtio trecenteſimatertia.

Quid ſi ragatius dicat, iſte equus eſt meus, an ſibi erit credendum, quòd ſit ſuus quò ad dominium? Reſpon. Soc. in fallen. regula 95. fallen. 2. quòd non. Nam intelligitur quò ad curam, & ſolicitudinem, vt no. gl. in l. 2. ff. de origi. iur. facit. l. ſi pupilli. §. item quæritur. ff. de negotijs geſt.

Quæſtio trecenteſimaquarta.

Qui cępit equum damnum dantem in fundo ſuo, an ſtandũ erit iuramento ipſius, quòd ſic in fundo ſuo cęperit? Reſpon. Manſue. in ti. de expenſis intereſſe, & damnis, in prin. quòd ſic: contrarium tamen probari poterit.

Quæſtio trecenteſimaquinta.

Debitor offert creditori equum debitum, qui non vult acceptare, & debitor non poteſt ſine periculo relinquere, an habeat penes ſe cuſtodire, vel ſecus? Reſp. Bellaper. quæſt. 42. Nam aut debitor inuenit aliquem penes quem ſecurè poteſt deponere. Et tunc ibi deponat, aut non inuenit, & abſque ſumptu penes ſe retinere poteſt, aut cum ſumptu. Et tunc retinere non habet, niſi velit relinquere in tuto alibi, & liberationem conſequi.

Quæſtio trecenteſimaſexta.

Quid ſi plures ſint hæredes, & vnus eorum egerit, & partem conſequutus fuerit, an partem illam cum aliis communicabit? Reſpond. Bellapert. quæſt. 45. Nam aut erant illæ partes in tali ſpecie, cuius partes non recipiunt in ſuo genere functionem, vt quia etiam tu debebas illis ſocijs tres, uel quatuor equos; tũc quia vnus equus cum alio equo non recipit functionem, alijs communicare non tenetur. l. cum ſtichum. ff. de ſolu. cum ſimi. ut ibi per eum.

Quæſtio trecenteſimaſeptima.

An ſi dicam, vendo tibi Equum quantum voluero, valebit contractus? Reſpon. Bellaper. quæſt. 48. quòd non. Secus ſi confertur contractus in voluntate tertii, quia ualet. Si arbitretur æquum, ſecus ſi iniquè.

Quæſtio trecenteſimaoctaua.

Vendito tibi Equo, cuiuſnam erit periculũ eius ante traditionem? Reſpon. Bellapertica quæſt. 52. venditoris. l. ij. ff. de pericu. & commo. rei vendi. & l. in ratione. §. incerti. ff. ad l. Falc. & Bellaperti. quæſt. 51.

Quæſtio trecenteſimanona.

An quis ſit cogendus vendere equum ſuum alteri? Reſpon. Bellapert. quæſt. 162. quòd non: etiam ſi iuſtum offeratur pretium, fallit in caſu neceſſitatis publicæ eminentis. l. fi. ff. ad l. Iuliam de anno. & l. j. §. corporum ff. ad l. Rhodiam de Iac.

Quæſtio trecenteſimadecima.

Commodauerat quis Equum ſuum mihi ad eundum Pariſius, cum autem potuiſſem ducere per viam, duxi per nemora, vbi erant occulti latrones, qui vi acceperunt mihi Equum, an tenear de caſu? Reſpon. Bellap. quæſt. 163. quòd ſic. Nam culpa mea præcedens caſum facit me tenere de periculo. l. ſi vt certo. §. ſed vt interdum. ff. com.

Quæſtio trecenteſimaundecima.

Teſtator legat Equos ſuos, an fœtus editus poſt teſtamentũ veniat in legato? Reſpon. Dilec. de arte teſtan. tit. 6. caute. x. q̃ non. l. ſi ita. ff. de leg. 3. Debebat enim teſtator legare armentũ equorum, ſi uolebat vt fœtus deberetur. ſm ipſum.

Quæſtio trecenteſimaduodecima.

Si cui equi æſtimatio legata ſit, an mortuo equo ipſo legatarius æſtimationem habebit. Reſpon. Dilec. de arte teſtan. ti. vi. caute. xxv. quòd non: nam æſtimatio ſpeciei relicta, ſi ſpecies relicta pereat, non debetur. l. quidam. §. ſi tibi. ff. de leg. 1. Sed vt equo mortuo debeatur æſtimatio legatario, debet eſſe æſtimatio certa, & deſignata relicta: quia quando æſtimatio eſt expreſſa, & taxata, debitor quantitatis reſpectu ſpeciei peremptæ ſpecie non liberatur, q̃ probat.

Quæſtio trecenteſimadecimatertia.

In curſu hoſtium fuerunt Equę deperditę, quas tunc habebat ruſticus in ſocidam, an ipſe ruſticus teneatur reficere damnum domino? Reſpon. conſulendo conciuis noſter egregius D. Ia. Aem. in conſi. 37. non aliter teneri: & ibi ponit quando etiam ſocidalis de culpa & caſu teneatur.

Quæſtio trecenteſimadecimaquarta.

An armatura hominis & equi veniat in legato equi armati? Reſpon. q̃ non. Licèt ſic in legato equi & armorum, & ſi plures ſunt, minor debetur, niſi qualitas perſonarum aliud ſuadeat, Bal. l. j. ver. ſed quid ſi teſtator, cum uerſi. ſeq. C. de verbo. ſign. Flo. in l. vetus. de vſufruct.

Quæſtio trecenteſimadecimaquinta.

Conductor Equi ſecum ducit nuntium locantis, & poſtea reconducit equum, an conuentio facta cum nuntio, vel termini prorogatio tollit, uel perimit, aut alterat obligationem ipſi domino locanti ab initio quæſitam? Reſp. Ang. in §. Calimacus. ff. de uerb. obl. de quo Alex. in d. §. nu. 3. q̃ non, licèt Alex. relinquat cogitandum.

Quæſtio trecenteſimadecimaſexta.

Quis ſciens equam meam poſſidet, quę penes eum peperit. Quod remedium habeo contra ipſum, vt equam & fœtum mihi reſtituat? Reſpond. Specula. in tit. de cauſa poſſeſſio. & proprieta. §. 3. ver. tertiò locum habet, ſub nu. 20. lib. 4. officium iudicis, & ibi ponit libellum.

Quæſtio trecenteſimadecimaſeptima.

Quid ſi vaſallus promiſit, quòd manutenebit unum equum ad honorem præceptum, & ſeruitium epiſcopi. Aut dabit, & ſoluet omni anno tot menſuras vini, ſi ei placuerit, & uaſallus aliquid iſtorum non fecit non requiſitus, an cadit a iure ſuo? Reſpond. Bald. conſi. 191. inter cętera. 1. volum. quòd non cadit, refert ſic Baue. in tract. de Mora. par. vltim. numero decimooctauo in fi. to. 16.

Quæſtio trecenteſimadecimaoctaua.

Equus in foro frondes habet in capite, quod ſignum hoc erit? Reſpon. Rofr. in conſtitutione, ſi qui delideria, col. 2. ſignificat, quòd eſt venalis. Cum igitur equus in foro deductus ſit uenalis, non eſt quid aliud quærendum. Ne ſic in immenſum creſcat damnoſa papyrus.

PARS

Source : BIU Cujas

PARS QVARTA.

QVONIAM (vt inquit Cicer. pro Murena) quicquam tam anguſtè ſcriptum non eſt, quòd ipſi non poſſit, qua, de re agitur addere, ideo & ſequentes quæſtiones addere è re volui.

Quæſtio CCCXIX.

An promittens, ꝙ equus eſt bene ambulans, cenſeatur promittere factum alienũ? Rñ. Fab. in inſti. de inutili ſtipul. ꝙ non in §. ſi quis alium, quia hoc non eſt factum alienum, ideſt ab alio faciendum, ſed quædam qualitas ſecundùm præſens, vel præteritũ, & ideo in ædiliciis non eſt aliqd ſpeciale.

Quæſtio tercenteſimauigeſima.

Quæro, an inquiſit⁹ de furto Equi, torqueri poſſit? Rñ. Rimin. in conſi. 32. in j. ꝙ ſic: ſi eſt quid magnũ, ſecus ſi leue, & modici valoris, duorum puta, vel trium florenorum.

Quæſtio tercenteſimauigeſimaprima.

Loco tibi equum pro certo precio, cum pacto ꝙ ſi perierit, tibi pereat: an erit contractus vſurarius? Rñ. ꝙ ſic. Specu. de loca. §. nunc dicendum. de quo Rimin. conſi. 91. num. 10. per Apoſtill.

Quæſtio tercenteſimauigeſimaſecunda.

Quomodo probabitur, ꝙ equus ſit mortuus ex percuſſionibus? Rñ. Rimi. conſi. 360.

Quæſtio tercenteſimauigeſimatertia.

Quid ſi non eſt probata equi petiti æſtimatio, qui ex percuſſionibus ſit mortuus? Rñ. Rimi. conſi. 360. in fine, ꝙ iudex ex officio poteſt ſe interponere pro liquidatione, iuxta not. per Barto. in l. ſi quòd Pamphilo. ff. de leg. 2. & in l. vlti. C. de ſenten. quæ pro eo, ꝙ intereſt.

Quæſtio tercenteſimauigeſimaquarta.

Agebas contra me, ꝙ traderem tibi equum, quem dicebas me tibi vendidiſſe. Ego lite conteſtata negaui, produxiſti teſtes, iudex pronunciauit pro te, volo excipere, ꝙ non tenear equũ tradere, niſi offeras precium, an poſſim? Reſpond. ꝙ ſic Ioann. Fab. in §. appellantur. num. 10. inſtit. de exceptio.

Quæſtio tercenteſimauigeſimaquinta.

An equi conductor non reſtituens teneatur de furto? Rñ. ꝙ non. Rimina. conſi. 385. num. 53.

Quæſtio tercenteſimauigeſimaſexta.

Cuidam Bononienſi Bononiæ fuit equus furto ſubtractus & Ferrariam ductus, ad quam ſe tranſtulit, & equum ab alio emptum Ducali reſcripto impetrato petebat, an debeat probare equum furto ſibi ſubtractũ? Rñ. Barb. ꝙ ſic in conſ. 42. in 2. vol.

Quæſtio tercenteſimauigeſimaſeptima.

Qui nam debeant eſſe martiales equi? Rñ. Ferretus, de equis martialibus.

Quæſtio tercenteſimauigeſimaoctaua.

An conſignatio cadat in equo? Reſpon. ꝙ non, ſed oblatio. Barto. in l. ſi mora. num. 7. ff. ſolu. mat.

Quæſtio tercenteſimauigeſimanona.

An dominus equum inueniens ſuum furto ſibi ſubtractum auctoritate propria de manibus furis auferre poſſit? Rñ. ꝙ ſic. Ange. in l. qui vaſ. ff. de fur. Et hoc, ſi fur cum equo fugit, vide ibi laſ. conſi. 20. volum. 3. in princ. vbi communem dicit. Petr. Rauen. in alpha. aureo, ver. fur. & ego dico in meis communibus criminalibus opinionibus propediem in lucẽ venturis, in verſicu. Dominus.

Quæſtio tercenteſimatrigeſima.

Duo habebant equos in ſtabulis ligatos, quorum alter alterũ percuſſit in ſpatula, ex quo eſt mortuus, an Dominus equi percuſſoris equum pro noxa dare, vel damnum reſarcire teneat? Reſpon. Andr. de Alferiis inter conſi. crimin. 27. ꝙ ſic, quoties ſcilicet conſtat, ꝙ non prouocatus percuſſit, ſecus ſi non conſtat, quis nam fuit aggreſſor, vt ibi per Apoſtillantes.

Quæſtio tercenteſimatrigeſimaprima.

Equus ne ſcholaſtici gaudet eius priuilegiis? Reſpon. Bal. in auct. habita. C. ne fili. pro patre, ꝙ ſic.

Quæſtio tercenteſimatrigeſimaſecunda.

Quis cœpit equum ſoliuagum in paſcuis, an dicatur quempiam ſua ſpoliare poſſeſſione? Reſpon. ꝙ non, quãdo credebat ſuum eſſe equum, vel ſciebat alienum, poſſeſſio licèt nõ fuiſſet apud Dominum. Portius, vel quisquis ille fuerit, ĩ ſuo commu. opin. lib. j. conclu. 38. in 13. limita. ſed an incidat in pœnam l. ſi quis in tantam C. vnde vi? Et non incidere dicit Zannetinus de acquiren. vel amitten. poſſeſſ. num. 37. temeritas etenim compeſci debet ex l. fi. C. vnde vi. l. ſi quis abortionis. ff. de pœns. ibi, res mali exempli: ſecus atque ſi equus incęperat à paſcuis aberrare Alexan. in l. 3. §. Nerua. ff. de acqui. poſſeſ. Barto. d. l. ſi quis.

Quæſtio tercenteſimatrigeſimatertia.

An equus natus ex equa litigioſa pendente lite vendi poſſit? Reſpon. Afflic. ſuper conſtitu. regni Rub. 41. num. 19. verſ. decimooctauus caſus. lib. 2. ꝙ vendi poteſt.

Quæſtio tercenteſimatrigeſimaquarta.

Emens ne equum furto ſubtractum à tranſeunte puniatur furti, & precium amittat? Reſpon. Afflic. ſuper conſtitu. Regni lib. 3. Rubri. 36. furti non teneri, amittere tamen precium. Portius conſi. 60. quid ſi cum cautela. 10. Cœpolæ emerit erit ne ſecurus? Reſpond. ꝙ ſic, ex decreto Illuſtriſſi. & Excellentiſſimi D. Ducis noſtri, ſed alibi non erit ſecurus, vbi non adſit ſimilis prouiſio Natta in conſi. 476. de quo Clari. in practi. crimi. §. furtũ, verſi. ſed hic incidẽter. Et ſi equũ acquiſiuit bona fide, tenet eũ reſtituere, ſi extat, & ſi nõ extat, tenet quaten⁹ effectus ſit locupletior, quã ꝛcluſionẽ dicit Clarus eſſe frequẽtiſſimo Theologorum conſenſu receptam, & probatam. Didacus in repeti. c. peccatum. fol. 303. Et nunquam bona fide durante emens tenetur rem reſtituere, ſi periit. l. 2. C. de fur. item bona fide durãte expenſas, quas fecit in quo ipſo conſequi poterit, & equum ob id retinere, quo fuerit ſatisfactus. Ange. in l. ſi non ſortem. §. ſi centum. verſi. & ſuper hoc puncto, ff. de condi. indebi. & ſi dicta bona fide durante ſententiam contrariam reportet, poterit emens precium conſequi à venditore, quem prius debet citari facere ad ſuſcipiendum iudicium in ſe, & eum defendendum, & ſeruet incolumen: in conſcientia autem, qualitercunque reſtituerit equum domino venditori, tenetur ei ad precium, ſumma Ang. in verſi. reſtitutio. num. 7. verſ. vtrum emẽs rem raptã; vide deciſ. Tholoſ. 151. & etiam Beninten. conclu. Bono. 34.

Quæſtio tercenteſimatrigeſimaquinta.

Emi ab aduena equum, & precium perſolui, qui denegat mihi dare. Potero ne hic, vbi contraxi eum conuenire? Reſpond. Barto. ꝙ ſic in l. hęres abſens. §. perinde ff. de iudi. col. 2.

Quæſtio tercenteſimatrigeſimaſexta.

Promiſit quis ſeruitium cum equis, an liberatur, ſi ſeruiuit cum malis equis? Reſpond. ꝙ non: quia debet ſeruire cum bonis, & aptis equis ad ſeruitium. Bald. in l. qui ſibi. §. qui ſaccum. ff. de ſolut.

Quæſtio tercenteſimatrigeſimaſeptima.

Quid ſi equus eſt derobatus & per aliquod ſpacium itineris fuit adductus, & de loco ad locum cõtrectatus, an poſtea pœnitentia eximat à pœna vi raptorem, vel derobatorem? Reſpon. D. mi. Cęphalus, ꝙ non in conſi. 57. num. 48.

Quæſtio tercenteſimatrigeſimaoctaua.

Quidam mutuò accepit equum, vt rus peteret, q poſtea fuit in mora illum reſtituendi domino, & interim eſt mortuus, vel deterior effectus, cuiusne erit damnum? Reſpond. moroſi. ſi tamen liquidò conſtiterit eodem prorſus modo apud creditorẽ fuiſſe interiturum, ſecus eſſet, vt eſt communis opinio Soarez in eius theſauro verſi. periculum. nu. 91. & 92. l. ſi plures. § ſiue autem. in fin. ff. depoſi. l. cum emptor. §. emptio. ff. de reſcin. vẽd. vide Placenti. in tracta. de iudiciis vbi de mora agit, & omnino etiam Caſt. in l. eum, qui rem. in princ. ff. commoda. num. 3. Couarru. relec. par. 2. §. 6. num. 1. Papi. in for. libelli ad ficti præſtationem, in glo. inueſtiuit, num. 7. fol. 97.

Quæſtio tercenteſimatrigeſimanona.

Quidam perdidit equum, & tandem inuenit, & dum vellet habere, opponebatur ſibi, ꝙ equus nõ erat ſuus, dicebat dominus equi illud ſignum, quod habet in femore, eſt meum ſignũ, an iſthæc ſit ſufficiens probatio? Reſpond. Barto. ꝙ ſic, in l. ſtigmata. in fin. C. de fabricenſi. lib. 11. de quo Pet. Rauen. in Alphabeto, ver. ſtigmata.

Quæſtio tercenteſimaquadrageſima.

Quis equas alienas ſciens poſſedit, fœtumque earũ, nec poteſt probare dominium, vel quaſi earum, an tunc probando de poſſeſſione, aliquod remedium, ſi impediatur, ſibi competat? Reſpond. ꝙ ſic: nam ſibi ſuccurritur per officium iudicis. Petr. Rauen. in Alpha ver. vſucapio. col. 3. ad fin.

Quæſtio tercenteſimaquadrageſimaprima.

Quid ſi pro fundo tuo do tibi centum & vnum equum. Erit ne emptio, vel permutatio? Reſpon. Barto. in l. Ariſto. ff. de dona. ꝙ ſi principaliter emitur, erit emptio, ſi principaliter permutatur, erit permutatio. Et in dubio inſpicitur, quod plus valet. Petr. Rauen. in verſi. empt.

Quæſtio tercenteſimaquadrageſimaſecunda.

An bonum eſt emere equos cauſa mercantiæ? Reſpõ. Ang. in l. ſi negocia. col 2. ff. de nego. geſt. ꝙ eſt periculoſum emere equos cauſa mercantiæ; quia faciliter egrotant, & vitia ſumũt, propter quæ poſtea reuendi non poſſunt: & ſic ibi probatur illud vulgare.

Donna, Vin, e Caual chè la mercantia del fal,

Quæſtio tercenteſimaquadrageſimatertia.

Quid ſi in ſocietate aliquorũ ſodalium, qs fuerit derobatus de equo, deinde equus ille inuenitur Florentiæ, an qui perdidit equum per metum ſibi illatum ĩ tali ſocietate, recuperabit eò ipſo, ꝙ probet equum ſibi fuiſſe ablatum, licèt non probet per quem fuerit ablatus? Reſpon. Ange. ꝙ ſic, in l. ſi cum. §. in hac actione. in fin. ff. quod metus cauſa.

Quæſtio tercenteſimaquadrageſimaquarta.

Quid ſi quis dedit Cozono equum vendendum, an erit excuſatus, ſi male fecit? Reſpond. ꝙ non: quia debuit diligenter præmeditari, an ad ſuam fidem debuit decurrere. Fallit tamen, ſi commu-

Source : BIU Cujas

communiter decurrebatur.Ange. in l.item videndum.in prin. ff.de peti. hæredi.

Quæſtio tercenteſimaquadrageſimaquinta.

Commodo tibi equum ad certum vſum pro vna die, tu autem longius duxiſti,& pluribus diebus tenuiſti, periit equus ſine culpa tua commiſſa in interitu,vel furto eſt ſubtract⁹, an tenearis de furto,vel pro furto & interitu? Reſpon.Ang.in l. qui furtum.ff.de condi.furtiua, ꝙ ſic:niſi ratio amicitiæ contrariū ſuadeat:quia nec eris fur,nec teneris de interitu,'quod dicit mē ti tenendum;quia quotidie accidit in facto : idem in depoſito dicit ibi Angel. Archiepiſcopus Florenti.in eius ſumma, parte 2.tit.de furto,cap.15.§.4.in princip.

Quæſtio tercenteſimaquadrageſimaſexta.

Contigit,vt quis equam prægnantem à nō domino emerit, & poſtea fœtu iam edito dominus equam tanquam iniquè ſibi ſubductam,& ſe inuito à non domino venditam cum fœtu repetit,cuius nam erit fœtus illius? Reſpond.I.C. in l. bonæ fidei. §.fin.ff.de acquir.rerum dom ſibi videri,vt fœtus illi cedat, qui equam bona fide emit,ac poſſidet,propterea ꝙ & fętus animātium loco fructuum habeatur.Conſi.titu.de natiuitate cap.30. parte 3.fol.138.ſumma Ang.in ver.reſtitutio.num.6.verſi.vtrū emens.vide omnino.

Quæſtio tercenteſimaquadragemaſeptima.

Legatus eſt vſus equorum aurigæ, an ſolùm ius equitandi habere cenſeatur,vel etiam iungendi eos ad trahendum currum? Reſpond.Eos vtique ad trahēdum etiam currum ius habere.l.plenum.§.reficiēd.ff.de vſu & habita.Con.de vſufructu. parte 2.cap.64.fol.308.

Quæſtio trecenteſimaquadrageſimaoctaua.

Minor 25.annis in emptione equi ſe deceptum dicit.Frena tamen effracta ſibi tantùm dicit, quid iuris? Reſpond. Forcatulus in ſuo auiario.cap.11.ꝙ pro ambobus debet reſtitui : nam per hanc reſtitutionem maiori rei,ideſt propter equum,ex frenis effractis contractui equi vult præiudicare.l.ſcio.ff.de mino. quia vult pro re vili maiori rei præiudicare

Quæſtio tercenteſimaquadrageſimanona.

Quis promiſit non vendere equum,niſi Titio,an ſi alteri vēdat,quam Titio,teneat venditio ? Reſpond. ꝙ ſic.l. ſi ſterilis. §. pen.ff.de actio.empt.quamuis teneatur actione ipſi Titio vendere:tamen ſi alteri vendidit,hæc venditio valet: nam ille, qui promiſit non vendere equum, niſi Titio, cenſetur promiſiſſe illum equum venditurum Titio, ſi enim vendere habuerit,nō tamen promiſit purè vendere.Couarru,de ſponſa. parte. 2.cap. 4.§.j.num.5.fol.56.

Quæſtio tecrenteſimaquinquageſima.

Quis eſt debitor vnius equi alicui in genere, & ille talis ſibi debet quantitatem,an fiet compenſatio? Reſpon.quòd ſic.l. vltima.C.de compenſa.Con.titu.quibus modis tollit.ob. cap.30. par.3.nu.13.fol.328.

Quæſtio tercenteſimaquinquageſimaprima.

Scholaſticus huc venit ad ſtudium, & duxit equum, ſuper quo vehit & libros,qui decedens legauit in hūc modum. Quęcunque hic habeo,cum moriar, tibi lego, an veniat equus conductus? Reſpon.quòd non.Ange.in l.debitor.ff.de pigno.& hypo.cum equum hic non habeat, vt perpetuò hic ſit, ſed libros ſic, & ij tantùm veniunt ; quia hic dicitur perpetuò habere ad vſum ſuum.ſcilicet donec ſtudet,vide le Cirier, in tract. de primogenitura.q.8.2.lib.

Quæſtio tercenteſimaquinquageſimaſecunda.

Quidam equum ſurripuit, vel aſinum & poſtea occidit qua puniatur pœna? Reſpond.furti & lege Aquilia tenetur,nec vna actione conuentus, & ob eam punitus,altera liberatur Con. de oblig.delic. nume.8.fol.649.

Quæſtio tercenteſimaquinquageſimatertia.

An extraneus tranſiens eum equo per alicuius territorium ibi ſortiatur forum ratione rei mobilis, ſicut immobilis? Reſp. Frā.Mar.dec.parla.Delph.q.1058.& qd ſi ſit clericus? ibi.q.1060.

Quæſtio tercenteſimaquinquageſimaquarta.

An in probando equi valorem teſtis debeat reddere rationē dicti ſui ? Reſpon. quòd ſic. Campegi. in tract.de teſtibus, regu. 192.in 10.fallen.qa requiritur magnus diſcurſus cū intellectu.

Quæſtio tercenteſimaquinquageſimaquinta.

Quid ſi hoſtes venirent ad ciuitatem, & ciuis aliquis eundo pro defenſione ad portam,illis reſiſtendo,equum amitteret, & moreretur equus ipſius, an ei debeat ciuitas, vel commune dānum emendare? Reſpon.ꝙ ſic.Alber.de Roſa.in l.1.ff.ad l.Rhodiam de iactu. de quo, Rolan. a Valle.conſil. 69. numero 31. in 2. volum.

Quæſtio tercenteſimaquinquageſimaſexta.

An vſufructuarius habito fundi vſu,& commoditate, equorum fructuum paratorum quoque fundi conſequetur? Reſpō. Gallus in conſue.Pariſi.in §.j.in glo.8.nu.7.

Quæſtio tercenteſimaquinquageſimaſeptima.

Stat ſtatutum, quòd aſſaſſinus occidens propter pretium puniatur, an locum habebit in eo, qui occidit ſub ſpe equi, quem exiſtimet fore, ut ſibi donetur a mandante ? Reſpond. Bald.in conſilio. 383.in 5.quòd non.D. M. Alcia.in conſil. 11. num. 14.in j.par.

Quæſtio tercenteſimaquinquageſimaoctaua.

Commodaſti tu quidem equam alicui, pullum habentem, an conductor,vel commodatarius de pullo quoque teneatur quaſi idem ſit commodatus: Reſpon.I.C.in l. ſi vt certo.§.vſq; adeo.ff.commoda.ꝙ ſic: quia in commodato non transfertur dominium,ut in venditione, nec ideo dicitur ibi pullum quoque commodatum intelligi, ſed eum, qui accepit cuſtodiam præſtare debere.l.eum,qui.§.non ſolum.ff.de fur.l.j.§.quę depoſitis.ff.depoſi. nimirum igitur pullus matrem comitabitur, qa fortè etiam lactens eſt,& euitanda eſt dura ſeparatio.l.plerunque.ff.de ædil.edic.l.quāuis.ff.de preca. Forcatulus in ſuo Auiario.cap.6.num.6.

Quæſtio tercenteſimaquinquageſimanona.

An depoſitarius poſſit retinere equū depoſitatum pro ſumptibus? Reſpon. quòd ſic. Gloſſ.& Bal.in l. ſi quis vel pecunias. C. depoſiti. Angel. in l. ſi non ſortem. §. ſi centum.ff. de condi. inde.

Quæſtio tercenteſimaſexageſima.

Quid ſi qs equos emat,ſibi reddendos a uenditore in certis nundinis,pro maiori pretio quàm ualent tempore contractus an ſit vſura ? Reſpon. quòd ſic:niſi veriſimiliter dubitetur, vel credatur plus, uel minus ſint valituri tempore ſolutionis,ſumma Angeli.ver.uſura.nu.72.

Quæſtio tercenteſimaſexageſima prima.

An vectura equi ſolui debeat teſti teſtificanti pro aliquo? Reſpon.quod ſic: ſi teſtis erat ſolitus dare equum ſuum ad uecturam,& cum illo equitauit. Alber. in l. quoniam.C.de teſtib. Campegi. In tract.de teſti. regu.263.vbi etiam dicit, quòd uectura equi debet ſolui ei, qui ſolitus erat equitare,aliàs non.

Quæſtio tercenteſimaſexageſimaſecunda.

An dominus teneatur pro delicto famuli cōmiſſo in equo, cuius cuſtodia ſpectabat ad dominum? Reſpond. Alex. in l.ne quid.ff.de incen.rui.

Quæſtio tercenteſimaſexageſimatertia.

Quo nam equo Papæ legatus vtatur? Reſp.Specul.titu.de lega.§.j.& §.ſequitur,quòd in eius aduentu legati uti debent inſigniis,videlicet ueſtibus rubeis, palafreno albo, freno & calcaribus deauratis.Fran.Mar.deciſio.Delphi.383.lib.2.

Quæſtio tercenteſimaſexageſimaquarta.

Quid ſi legetur palaphrenus,vel curſerius Abbatis, uel prioris, qui ſemper mutant & uendunt equos ſuos? Reſpond.debetur æſtimatio Ioan.Fab.inſti.de lega.§.non ſolum.nu. 6.

Quæſtio tercenteſimaſexageſimaquinta.

Quis abſtulit mihi equum, qui caſu mortuus eſt,vel fortè occiſus, antequam poſſem eum in ius vocare: an teneatur hæres de iure ciuili? Reſpond.Fab.inſti.de perpe.& tempo.actio.in §. pęnales.num.10.quod ſic.

Quæſtio tercenteſimaſexageſimaſexta.

An Marcicalcus,qui promiſit ſanare Equum inclauatum,& non ſanauit teneatur? Reſpon.quòd ſic.Fran. Mar. deciſ.523.li. 1.Iul.Ferre.in tra.de re mili.vbi de equis agit martialibus.num. 16.vbi dat medelam.ſ. ꝙ piper cum ſale,& ipſis impleto foramine, & illo obturato cum bombice prodeſt ad inclauaturas equorum, & poterit apponi ferrum vngulæ dolentis equi inclauati ſine periculo, euulſo primo ferro cum clauo illo, quo fuit pes inclauatus equi, cui vulneri etiam prodeſt oleum,aut ſuccus herbę taſſi barbaſſi.

Quęſtio tercenteſimaſexageſimaſeptima.

An equus veniat appellatione rerum ſeſe mouentium? Reſpond.D.M.Alci.quòd ſic.

Quęſtio tercenteſimaſexageſimaoctaua.

Quid ſi ex trabe marcido ſtabulum ruit, & equus eſt occiſus an ſtabularius tenetur ad damnum? Reſponde. Moder.in trac. de eo,quod intereſt.num.188.& 189. vide omnino ſi placet,& Gramma.conſi.ciuili.nu.90.nu.j.vbi dicit,quòd de iure locator nō tenetur de damno dato ab ipſa re locata,niſi poſſit locatori aliquid imputari.tex.eſt & ibi Bar.in l.ſi tibi domum.ff. loca.

Quęſtio tercenteſimaſexageſimanona.

Equus,qui facile perire poteſt, eſt uenditus pro certo pretio & venditori ſimpliciter datus,qui p̄tium non p̄ſoluit, an uenditor vſuras p̄tii non ſoluti rectè petere queat? Reſ.Gallus in tract.de vſur.nu.548. ꝙ ſic;amplia. 3.Si equus erat ſolitus locari, ita n. vēditor ſolitus locare,poteſt tradere ſub hac lege, vel ſi ſimpliciter tradiderit,deinde mora fiat, vſque ad concurſum earundem mercium vſuras petere,etiam citra pactum,vel eas ſtipulari vſque ad concurſum mercedis, vel quincuncis vſurę poterit.

Quæſtio tercenteſimaſeptuageſima.

Cuidam legatur equi æſtimatio, moritur equus,an ſibi debebitur æſtimatio? Reſpond.ꝙ non. Sed vt conſequi poſſit, vide per Duran.de arte teſtan. lib. 6.caute.25.

Quęſtio tercenteſimaſeptuageſimaprima.

Patitur hoſpes, ꝙ mittas Ronzenum in ſtabulo, & tu vadis poſtea

Source : BIU Cujas

poſtea a libi & reuerſus non inuenis Ronzenum : an teneat hoſpes? Reſpond. ℭ ſic. Marſil. conſi. 33. nu. 8. Bald. in l. j. §. j. ff. nautę caupo. ſtabu.

Quæſtio tercenteſimaſeptuageſimaſecunda.

Legatum eſt factum duorum equorum, duob. videlicet, de vno vni, & de altero alteri, quomodo legatum hoc debebitur. & cuius erit electio? Reſpond. Dy. in l. ſi ita ſcriptum. ff. de lega. 2. Dy. & Barto. in l. qui duos ſeruos, vbi & Ang. eod. tit. & not. in l. quoties. ff. de vſufruct.

Quæſtio tercenteſimaſeptuageſimatertia.

Aliquis mandauit alicui ſua negocia curanda, & poſtquam curata fuerint, pollicetur illi ſe daturum equũ : an ea curata poterit equum petere, & qua actione? Reſpond. ℭ ſic. Et poteſt ille procurator, aut actione mandati contraria informata, aut ℭ implorationem officii iudicis, vt ipſi equus à mandante detur propter pollicitationẽ ſibi factam. Spec. de ſalario. §. 3. in princi. con. de pollicitatione.

Quęſtio tercenteſimaſeptuageſimaquarta.

Quæritur qui nam ſint boni equi, cuiusve pilaminis? Reſpõ. ℭ pilus non curatur; quia ex omni pilo aliqui boni, & aliqui mali reperiuntur equi, licèt albus & niger maculatus pilus cõmendetur, vt placuit Xenophonti, de quo Ferrettus in ſuo de arte militari. Vbi de equis martialibus meminit num. 15. Et ibi ponit de bonitate equorum, & eorum medela etiam circa ſcabiem, & cætera.

Quæſtio tercenteſimaſeptuageſimaquinta.

Defunctus depoſuit duos equos, vnus hæredum recuperat, & alter hæres decedit, quæritur quid iuris? Reſpond. Bal. in l. ſuperuacuam num. 2. C. depoſiti.

Quæſtio tercenteſimaſeptuageſimaſexta.

Quiſpiam pupugit equum calcaribus, ex qua punctione vehementius currens percuſſit aliquem, vel calcę, duo fecit vulnera, quid iuris? Reſpond. Bald. in conſi. 444. numero 1. & 2. in 4. volumine.

Quæſtio tercenteſimaſeptuageſimaſeptima.

An ſuper morbis & vitiis equorum pactum interpoſitum ſeruari debeat? Reſpond. ℭ ſic: vt legitur, & not. in l. ℭ vẽditor. ff. de dolo. & in l. ſi ita quis. ff. de euictio. & l. ſciendum. §. dictum. ff. de ædili. actio. Bald. in conſi. 499. in 5. volum.

Quæſtio tercenteſimaſeptuageſimaoctaua.

Certiſſimi iuris eſt, ℭ ſi equus venditus tempore vẽditionis patiebatur morbũ, ex quo deceſſit, ℭ emptor poteſt agere redhibitoria, vel quãto minoris, ideſt quãto minus eſſet emptor empturus, quibus iudiciis reſtitutio pretii continetur. l. bouem. §. aliquando. ff. de ædili. edic. Et ſi interuenit pactum, poteſt agi actione ex empto, ſimiliter ad eundem finem. l. Ex empto. §. ſi quis virginem. ff. de actio. empt. ſed quomodo probabitur de morbo equi, & quomodo liquebit de eius morbo? Reſpond. Bald. d. conſ. 499. parte vltima probabitur enim ℭ equus patiebatur morbum lethalem tempore venditionis, & traditionis, liquebit autem de morbis exiſtentibus tribus modis, vel quatuor. Primò per locum ab effectu, nam qui non comedit, nec bibit, ſanus non eſt, immo mortuo ſimilis. l. in hac. ff. de tritica. Secundò probatur per mortis celeritatem; quia qui cito moritur, præſumitur mortuus vulnere, vel vlcere, vt not. in l. j. C. de emenda. ſeruo. Tertiò probatur per corruptionem membrorũ inferiorum viſibilem, & apparentem, qua corruptione exiſtẽte res erat omnino peritura, & ideo tenetur venditor, maximè, qui promiſit eſſe ſanum de teſta, & corpore, cum totum cõtrarium apparuerit. l. ædil. ff. de edil. edic. Quartò, etiam ex iudicio Mareſcalcorum, quibus credendum eſt, vt in l. ſemel. C. de re mili. lib. 12. Ang. in l. paciſci. ff. de pactis, & an ex cauſa veteri, vel noua cenſeatur equus mortuus? Reſpon. Cagnol. in l. 2. nu. 146. C. de reſcin. venditio.

Quæſtio tercenteſimaſeptuageſimanona.

Ronzini conductor non eſſe deterioratum dicit, at cõtra locator, tenetur ne ipſe locator in dubio recipere ronzinũ? Reſp. Ang. in l, ſed mihi. §. j ff. commo. ℭ ſic, quia deterioratio non p̃ſumitur, niſi appareat, vel probetur, tenetur autem recipere cũ proteſtatione intereſſe. Sed ſi de deterioratione conſtat, non tenetur recipere, niſi offerat intereſſe: ſed quid ſi ſcienter recipit magagnatum non dolosè: an ſibi præiudicet? Reſpond. Ange. in l. qui ſibi. §. qui ſtichum. circa fin. ff. de ſolutio.

Quæſtio tercenteſimaoctuageſima.

Quis commodauit equam, vel aſinum cauſa eundi ad molẽdinum, vbi erat periculum, & eſt mortua, an talis receptator teneatur ad damnum, ſi dominus ob id fuit damnificatus? Reſp. Ang. in l. ſi vt certo. §. ſi interdum. ff. commoda. ℭ nõ : nam imputet ſibi ruſticus, qui commodauit. ſecus, ſi commodauit ſimpliciter, quia commodatarius debet eſſe diſcretus, & eligere locum tutum.

Quæſtio tercenteſimaoctuageſimaprima.

Scholaſtico fuit accommodatus equus ad redeũdum, & eſt effectus deterior, an ipſe teneatur? Reſpond. Ang. in l. eum qui rem. ff. commo. ℭ ſi non fatigat equum vltra debitum, non tenetur, ſecus ſi onerat onere in ſuportabili, adeo, vt equum deſtruat eius culpa.

Quæſtio tercenteſimaoctuageſimaſecunda.

An mutuò dans equum morboſum, qui habet euidentem morbum teneatur? Reſpond. Ang. in l. quæritur. §. ſi nominatum. ff. de ædili. edic. ℭ non. Sic nec reſtituentem equum habẽtem euidentem morbum, ℭ per reſtitutionem nõ teneatur talis reſtituens, ſeu commodans.

Quæſtio tercenteſimaoctuageſimatertia.

Tu tenes equum meum, & mihi petẽti eum denegas, aufero tibi violenter, an habebit locum quod dicitur, ℭ paria delicta mutua compenſatione tolluntur? Reſpond. Soci. ℭ non in fallen. regu. 86. cum delicta ſint diuerſa. ideo dabitur actio vi bonorum raptorum. Inno. in c. ſicut. de iureiuran.

Quæſtio tercenteſimaoctuageſimaquarta.

An equi à patre filio dati in legitimam imputantur? Reſpõ. ℭ non, vt eſt communis opinio, de qua gloſ. & Doct. in l. quæ pater. ff. famil. erciſ. Ripa in l. in quartam. num. 167. vbi & Saly. num. 8. ſentiunt Bald. & Ang. de quibus Vaſquius de ſucceſſio. lib. 3. §. 30. parte 2. nume. 215. fol. 102. quæ concluſio ſecundum omnes indubitanter procederet, quando filio militi arma ad bellum pergenti data eſſent, ℭ ſi filio pagano arma & equus ſint data, eſſet diſtinguendum, vt ibi per eum.

Quæſtio tercenteſimaoctuageſimaquinta.

An venditor ſemper tenetur dicere defectus equi venalis? Reſpon. ſecundum Senecam, ℭ ſtultus eſt, qui vitium rei patefacit venalis, ſecundum B. Thomã in 2. 2. q. 77. de quo Archiepiſcopus Floren. in eius ſumma, parte 2. titu. j. cap. 17. de Fraude in negocia. §. 6. Et dicit, ℭ aut defectus equi eſt occultus, aut manifeſtus? Si occultus, aut reddit vſum equi venalis impeditum, vel noxium, aut non. Si quidem talis defectus reddit vſum equi impeditum, vel noxium, puta, cum quis vendit equum claudicantem pro veloci, peccat grauiter iniuſtitiam committendo in doloſa & fraudulenta venditione, & proximum damnificãdo, ex hoc, vnde & tenetur ad damni recompenſationem, per regulam illam, qui occaſionem damni dat, dãnum dediſſe videtur. cap. ſi culpa. de iniu. tenetur ergo manifeſtare vitium rei, nec poteſt celare. Si autem defectus equi non impedit totaliter vſum eius, nec reddit noxium, ſed minus reddit equum vtilem, ſi demat de pretio, quantum importat ille defectus, celãdo defectum, non importat, nec peccat, dum tamen non dicat mendacium, nec tenetur manifeſtare vitium equi, ſi tunc nec iuſtũ pretium inueniret, vel etiam emptorem, multò magis ſi defectus ſit de ſe manifeſtus, puta quia equus eſt monoculus, non tenetur manifeſtare, ſed tenetur pretium diminuere pro illo defectu, quem emptor non ignorat, niſi vſus eius eſſet periculoſus, vel noxius, tunc enim tenetur dicere emptori illud ignoranti. Immo nec deberet exponere vẽditioni, præcipuè ſi eſtimet emptorem ex leuitate, & præſumptione non curare, ſe periculo perſonæ exponere, vel alium in vendendo equũ morboſum decepturum, nec ex hoc, ℭ ille fuit deceptus in emendo equum defectuoſum, credens bonum, poteſt ipſe ſimiliter aliũ decipere vẽdendo iuſto pretio, ac ſi nullũ defectum haberet, poſtquam defectum nouit, vt ibi latius. Et licèt extet iuris regula, ℭ licita ſit inter contrahentes deceptio l. in cauſæ. §. penulti. ff. de minoribus. diſtinguendum tamen eſt in dolo contrahentium; quia ſi quis inducit aliquem, vt emat, vel vendat, cum id facturus citra eius perſuaſionem non erat, tunc ipſo iure irrita eſt emptio. l. j. C. de reſcind. vendi. Et ſi quis maior 25. annis pluris emat, vel minoris vendat, quàm oportuit, non auditur : nemo enim debet eſſe tam negligens & ſupinus, vt rei familiaris, quam venditurus eſt, pretium ignoret, neque tam temerarius, vt rem ignotam nullo adhibito conſule emat. l. quiſquis. C. eodem titu. & hoc caſu habet locum d. l. in cauſæ. Si quis tamen decipiatur vltra dimidiam iuſti pretii, datur aduerſus decipientem actio. l. ſi voluntate. ff. de reſcinden. vendi. Et ſtultus eſt ſecũdùm Senecam, qui equum empturus, non ipſum aſpicit, ſed ſtratum & frenos. Sic ſtultiſſimus eſt, qui hominem, aut ex veſte, aut ex conditione veſtis, quæ nobis circundata eſt, modò exiſtimat. Archiepiſcopus Florenti. in ſumma, parte j. titu. 4. c. 5. de præſumpt. §. 2. colum. j.

Quæſtio tercenteſimaoctuageſimaſexta.

An fratres dicantur æqualiter viuere, ſi alter ipſorum tenet plures equos, quàm alius, etiam ℭ illi equi non eſſent ſui? Reſp. ℭ non. Bald. in conſi. 351. lib. 5. num. 2. vide omnino, ſi placet.

Quæſtio tercenteſimaoctuageſimaſeptima.

Quæro de belliſſima q. vtrum aſino liceat deferre equi ornamenta? Reſpon. Bald. in l. item apud. §. adiicitur. ff. de iniur. per illum text. ℭ non, quem text. not. contra modernos cauſidicos, qui deferunt veſtes doctoreas, ℭ eſt in dedecus Doctorũ, de quib. poteſt dici quod dici ſolet. Purpura vẽdit Cauſidicos.

Quæſtio tercenteſimaoctuageſimaoctaua.

Emptor equi à venditore non expreſſis omnibus equi vitiis, infra quantum tempus debet intentare redhibitoriam in iudicio ciuili? Reſpond. Ferrettus in conſi. duellari 22. ℭ infra ſex menſes,

menses, quod est legitimum tempus. l. sciẽdum. §. fina. ff. de redhibito. & in l. ediles. ff. de ædil. edi. & debet condemnari venditor ad precii, damnatorum, expensarum, ac interesse restitutionem. per text. in l. in emptione. §. si emptor. cum glo. ff. de contrahen. emp. & in l. quæritur. §. si venditor. ff. de ædi. edic. & cum vitium est tale, quod impediat totum, ritè sententiam obtinet. l. eum qui. vbi & Bart. ff. de fur. & in l. ædiles. compensatis expẽsis victus cum vsu, scilicet ipsius equi.

Quæstio tercentesimaoctuagesimanona.

Sed an minor teneatur ex equo sibi accõmodato culpa sua peremptο? Respond. ꝙ sic, quoties adsit consuetudo ĩ ciuitate, ꝙ contractus facti inter minores, vel à maioribus cum minoribus teneant, secundum Nicol. de Neapoli. in l. sed hic, in fin. ff. de rebus eorum. per text in l. fine. §. Lucius. ff. de admin. tuto. de quo Firma. in vers. Minor conuenitur. Facit. l. ꝙ si minor. ff. de minori. inibi. Non semper autem ea, quæ cum minorib. gerũtur, restituenda sunt, nè magno incommodo huius ætatis homines afficerentur, nemine cum his contrahente, & quodammodo eis commerciũ interdiceretur. Quid modo si ambo essent minores, & vnus filiusfamilias, alter gerat se ꝑ patrefamilias, an ex accommodato equo ab alio, qui se pro patrefamilias non gerat, tenetur? Respon. ꝙ sic. Nam priuilegiatus nõ vtitur priuilegio contra pariter priuilegiatum, quando tractat de lucro captando, & alter de damno euitando. Aemil. consi. 25. Rimi. consil. 447. in 3. Maurit. de restitu. mino. cap. 218. D. m. Ceph. consi. 36. l. si quis patrem familias. ff. ad Macedo. Barba consi. 20. ad fin. in prima. Et filiusfamilias obligatur & agit ex commodato. l. filiusfamilias. la prima. ff. de actio. & obligatio. Firma. in versicu. filiusfamilias obligatur. Et tenetur filiusfamilias ex cõtractu prohibito, quatenus sit factus locupletior, & ex culpa, quid modò si dolo asserat se publicum mercatorẽ in contractu equi cum ignorante ipsum esse filiumfamilias, an teneatur. Non obstante statuto Ferrariæ, de contractibus minorum? Resp. Alexã. ꝙ sic in consi. 109. num. 11. in 4. volum.

Quæstio tercentesimanonagesima.

Aliquis vouit equum suum determinatum Deo. Potest ne commutare votum auctoritate propria? Respon. Archiepiscopus Flo. in summa parte 2. titu. 11. §. 8 versicu. item not. 3. ꝙ nõ: sed opus est auctoritate eius, qui equum iam tradidit, cum non sit res sacra, posset alienare, & ante traditionem potest commutare.

Quæstio tercentesimanonagesimaprima.

Captus fuit equus sub hasta in executione sententiæ, postea d. sententia beneficio principis fuit reuocata, equus fuit in longinquas partes abductus, an sufficiat soluere precium ex venditione equi prædicti, redactum sub hasta? Respond. Cagnol. ꝙ non in l. 2. nume. 162. C de rescind. vendi. quia subhastatio, & solennitas equi prædicta non arguit iustum precium domino contradicente, & cõtrarium probante, ideo ipsum equum restituendum esse dicit Cagnol. si extet, & si non extet, iustum precium.

Quæstio tercentesimanonagesimasecunda.

An equus ferens contra bannum, amisso cõtrabanno publicetur? Respon. ꝙ sic. Si esset eius, qui defecit in solutione cabellæ: sed si esset alienus, secus esset. Nisi adesset cònsuetudo in cõtrarium l. quoties §. dominus. vbi Barto. ff. de publica. & ita cõsuluit Marti. Lauden. in consi. 39.

Quæstio tercentesimanonagesimatertia.

Emptor multum ex re, quam emit, iuuatur, & vendens non damnificatur vltra communem æstimationem rei: an debeat venditor eam vtilitatem vendere emptori? Respon. Cagno. in l. 2. num. 34. C. de rescin. vend. ꝙ non: quia non est sua, sed emptoris, licèt etiam in foro conscientiæ possit ei vẽdere damnũ, & interesse, quod incurrit in venditione, puta equi vẽditor sentit damnum, vel interesse solidorum centum, licèt equus non valeat, nec communiter æstimetur plus solidis quinquaginta, potest ipsa centum vendere; quia venditor per hoc, ꝙ vendit equum per accidens incurrit tantum damnum, & illud totum erit iustum pretium equi, secundùm omnes doctores nostros & theologos.

Quæstio tercentesimanonagesimaquarta.

Quid si proxeneta equorum intrauit stabulum domini, & extraxit equum, & vẽdidit credens facere vtilitatem domino, an tenetur furti? Respon. Ang. in l. j. C. de fur. circa fin. ꝙ sic si dominus contradicit, de quo Stracha, de assecura. in gl. 39. nu. 8. qui tamen distinguit, vt ibi per eum.

Quæstio tercentesimanonagesimaquinta.

Equus fuit emptus de re ecclesiæ, an sit ementis? Respon. gl. in c. res ecclesiæ. 12. q. j. ꝙ non, nisi respectu vsus. decis. Pedemõ. 32. numero 2.

Quæstio tercentesimanonagesimasexta.

Quæro prout in dubijs mihi propositis? Respon. ꝙ non, nec obstat d. consi. Crauettæ. 97. num. 4. in j. vol. quia est reprobatum à Gallo. in suis nouis intellectibus, & in tract. de eo, quod interest, nume. 180.

Facit, quia ad euitandam culpam, non est necesse aliquem esse curiosum in explorando vt dicit Bal. in l. quæ fortuitis, ad fi. C. de pig actio. vbi etiam dicit, quòd ille non est in culpa, qui fecit, quod necesse est fieri, licet alij noceat. l. in naue Saupheli. ff. loca.

Item, quando id, quod euenire potest, est casualiter, & ex sui natura, vel hominis dispositione ad casum contingentem in futurum non ordinatur, de eo, quod contingere potest, non habetur consideratio. Ange. in l. si idem cum eodem. ff. de iurisdi. om. iudi. de quo Afflic. super constitu. regni, lib. 2. rub. 12.

Et ideo debitor excusatur, si res debita, quæ interijs omnino & in omnem euentum interitura erat apud dominum. l. si plures. in fi. depos. l. si is. in prin. ff. de iure do. & ista est communis opinio. Pomera. in suo communium opi. libro 2. titu. de mora. quæstio. 7.

Item facit, quia cum ex facto mei tibi aliquid nocumenti cõtra vel saltem extra voluntatem meam datur, hoc potius casui, quã mihi imputatur, c. de occidendis. 23. q. 5. & ibi glo. quæ multas concor. adducit. l. Labeo. ff. de riuis. quem solus ad hoc allegat Zasi. in consi. 20. num. 20. in j. vol. fol. 329.

Item facit, quia cum equus esset senex, & in statu pessimo, eodem modo apud veterinarium quoque fuisset interiturus: nam licèt aliàs periculum rei debitæ, post debitoris moram peremptæ, ad ipsum semper spectet. Bar. l. quod te. num. 10. ff. si cer. pet. & est communis opinio, vt ibi per Alex. num. 8. & alios. Attamen, si eodem prorsus modo apud creditorem fuisset interitura, non tenetur debitor, & hæc quidem etiam est communis opinio, vt ibi per Fulgo. & alios, est tex in l. si plures. §. siue autẽ. ff. depos. l. in fi. ibi vtique cum interitura esset ea res, & si restituta esset actori: naturalem, enim interitum est æquum ad actorem pertinere, & l. cum emptor. §. empti. ff. de rescin. vend. Grassus lib. 2. communium opi. cap. j. q. 7. pag. 87. Et culpa non est vti re ad vsum destinata l. vtique. §. culpa, vbi Bart. ff. de rei vendica. Et culpa debet specificè probari. Alex. in l. si vt certo. in fi. prin. ff. commo. & in l. si quis. § fi. ff. de eden. vide omnino Sylu. consi. 49. per totum.

Item casus contingens nocet domino. Corne. consilio. 318. in prin. in 4. volu. qui omnino est videndus. nec dicatur, ꝙ fuit in mora deducẽdo equum alibi, quam dixerat. ideo teneri, &c. quia nihil refert & hoc non recipitur in equo locari solito. Bar. in l. item quæritur, §. fi. vlt. col. ver. quærit glo. ff. locati. nam retinens equum pro pluribus diebus quàm commodatus, vel locatus fuerit, non tenetur, si credidit dominum permissurum, vel equus sit solitus locari, cum videatur conductor eum recondu cere. Firma. in vers. conductor equi, nume. 13.

Immo dici posset, quòd ipse stabularius tenetur ad interesse ipsi reo conuento, qui non potuit vti equo conducto, vt per Bar. in l. si tibi. ff. loca. nam locator tenetur conductori de vitio equi locati, si damnum inferatur. glo in l. in rebus. vbi & Bar. ff. commodati. Archiepiscopus Flo. in eius summa, par. 1. titu. j. c. 15. de speciebus furti. §. 6. colu. j. circa prin. vnde culpa potius ipsius locatoris equi arguitur quam ipsius conductoris, præsertim cum præsumptio legis adsit aduersus ipsum locatorem, ab huiusmodi, enim fraudib. nec nunc quidem se abstinẽt stabularij, vt dicit Vlpia. in l. §. 1. ff. nautæ, caupo. & stabu. Fely. in c. nonne. colu. 3. de præsump. & dixi fusius in meo tractatu de præsumptionibus, & eo magis cum iste actus sit separatus a culpa, quo casu non præsumitur culpa, nisi probetur. Ruin. consil. 93. nu. 7. in 5. vol.

Quæstio tercentesimanonagesimaseptima.

Quid si equus fuerit castratus, & ob id mortuus, an teneatur ille, qui eum castrauit? Respon. quòd sic, si incuria ipsius, dolo, negligentia, vel culpa fuerit mortuus, vide omnino Cassa. in consi. 48. per totum, vbi idem dicit, si medicus, vel mareschalcus male curauit equum ęgrotum.

Quæstio tercentesimanonagesimaoctaua.

Clericus emit equum de bonis ecclesiæ, nunquid efficitur dominus? Respon. ꝙ non. 13 q. j. res ecclesiæ. 44. dist. in prin. ver. sacerdos. Firma. in versi clericus acquirit. Redoanus in tract. de spolijs. q. 3. nu. 3. & nu. 32. & q. 9. nu. 50. & q. 12. nu. 7. & in tract. de rebus eccle. non alie. pag. 290. & 293. nume. 8.

Quæstio tercentesimanonagesimanona.

Commodatarius equi nunquid de morte equi tenetur? Respond. quòd non, nisi culpa præcesserit. l. si vt certo. §. sed interdum. ff. commoda. Firma. uersic. conductor, & uer. commodatarius.

Quæstio quadringentesima.

Commodatarius equi obligans se ad casus fortuitos, uel ad omne periculum an teneatur de morte sine culpa sua? Respon. Bald. in l. j. in j. col. uer. quæro igitur. C commoda. post gl. ibi. Firma. uer. commodatarius.

Quæstio quadringentesimaprima.

Legatum est factum unius equi, cum plures haberet testator equos, de quo nam equo intellexit? Respon. de illo, quo frequẽtius utebatur. Bal. in l. j. C. de uerbo. signi.

Quæstio

Source : BIU Cujas

Quæstio quadringenteſimaſecunda.

Statutum dicit, ꝙ currens equum per plateam puniatur, vt extat Ferrariæ, quomodo intelligatur? Reſpon. Barto. in l. fin. §, ſi propter ff. de publica. quod intelligitur, ſi voluntariè currat non ſi violenter.

Quæstio quadringenteſimatertia.

Venditor equi recipit equum tanquam morboſum ab emptore an ſibi præiudicet? Reſpon ꝙ ſic. videtur enim fateri caſum redhibitionis, & tenetur reſtituere pretium Barto. in l. ꝙ ſi nolit. § in factum, per illum text. ff. de ædil. edic. Firma. ver. venditor animalium. ver. 3.

Quæstio quadringenteſimaquarta.

Equus eſt venditus alibi, quàm Bononiæ, & reſtitutus poſtmodum ex diſtractu, oritur lis inter contrahentes Bononię, an ꝙ deciſione iſtius caſus debeat ſeruari ſtatutum Bononiæ, vel ius commune, quod viget alibi? Reſpond ꝙ quòad litis ordinationem debet ſeruari ſtatutum Bononiæ, at ſecus quò ad deciſione; quia caſus debet decidi & terminari, ſecundum ius commune, vel ſecundum ius, quod viget in loco, vbi actus fuit geſtus, Pariſi. conſ. 120. per totum in j. volu. vbi etiam dicit, teſtē, qui in diſtractione contractus equi venditi fuit, rectè probare, quoties adminiculatur ex dicto alterius teſtis, qui deponat equum vidiſſe penes venditorem, facta reſtitutione de ipſo equo.

Quæstio quadringenteſimaquinta.

An iudicis officio ſuccurratur, ſi agitur de venditione equi, quem vnus ex ſociis venditoribus tradere poteſt, & hoc conſtat ſed cauſatur abſentia ſociorum, vt fruſtretur emptorem in periſtaſi conſtitutum, vel vt quid ab eo extorqueatur? Reſpō. ꝙ ſic, poteſt enim & debet bonus iudex compellere vnum ex talibus ſociis præſentem ad ſatisfactionem ſuo, & ſociorū vel conſortum nomine, ſiue agatur de venditione, vel locatione equi in ſpecie vel in genere. Gallus in ſuo de diuiduis & indiuiduis parte 2. num. 239.

Quæstio quadringenteſimaſexta.

Quis recipit equum in pignus, an pro expenſis equi, famuli, & penſione ſtabuli habet tacitam hypothecam: Reſpon. Bart. ꝙ ſic. in l. interdum. ff. qui potio. in pigno. ha. Et præfertur anterioribus creditoribus.

Quæstio quadringenteſimaſeptima.

An vendentes equos ſtatim receſſuris, ſi ſtatim eis non ſoluitur pretium, recuperare poſſunt equos venditos? Reſpon. ꝙ ſic: cum non ſit tranſlatum dominium, quia fides de pretio habita non ſit. Vital. in tract. clauſula. Et ſpecialiter obligauit ipſam rem emptam. num. 19. fol. 51.

Quæstio quadringenteſimaoctaua.

An cum tui interfeciſti equum mihi commodatum, poſſim agere contra te ad intereſſe? Reſpond. Vitalis in tract. Clauſularum, in q. Si pœnæ, quę adiiciuntur in compromiſſo, aut inſtrumentis ex partium conuentione, an licitè, & in foro conſcientiæ peti poſſint, & exigi, etiam in foro canonico, pagina 476. num. 4. verſi. quæſitum. ꝙ ſic. per tex. in l. interficiendo. §. ſi tibi. ff. de furtis.

Quæstio quadringenteſimanona.

Maſſaritiarum ne appellatione venit equus, vel aſinus? Reſp. Barto. quòd non in l. j ff. de ſuppellecti. lega.

Quæstio quadringenteſimadecima.

Quis vendit equum 10. ducatis, quem, ſi intra menſem non traderet, vendidit fundum, an fundus ſit tantùm in obligatione? Reſpond. Ripa ꝙ ſic in l. ita ſtipulatus. nu. 64. ff. de verb. obli. tanquam vtriuſque partis fauore fundus ſit ſubrogatus. Sylua. conſi. 102. num 32. in 2.

Quæstio quadringenteſimaundecima.

Teſtator legauit equum cum ſella, & eſt mortuus viuente ipſo teſtatore, an ſella debeatur? Reſpond. Papien. in for. libelli ꝙ legato rei ſingularis. num. 62. vide omnino

Quæstio quadringenteſimaduodecima.

Cauetur, ꝙ pro equo vendito ſoluantur quinque ſolidi pro aureo, vt in decreto Medio. ego vendidi equum pro centum aureis, ſed in proxenetis expendi decem, an pro dictis decem etiam debet ſolui gabella: Reſpon. Cotta rerum memora. ver. ſtatuto Med. ꝙ ſolum debeo ſoluere pro nonaginta, & Barto. in l. ꝙ ſi. § cuidam. ff. de condi. & demonſt.

Quæstio quadringenteſimatertiadecima.

Quid ſi eſſet contentio de equo, qui in ſequeſtro remitteretur ſuper hoſpitio, an dilationes eſſent coarctandę? Reſpond. coarctanda eſſe probat doctus & Menochius de arbi. iudi. caſu. 52. num. 15. lib. 2.

Quæstio quadringenteſimadecimaquarta.

Promiſi tibi equum ſine vlla ſpecificatione, ſi ad liberandū fidem meam tibi obtuli equum nigrum, quem ob eum colorē accipere nolles, & interim equus moriatur, an ipſo iure ab vllo alio equo dando ſum ne liberatus, an ope exceptionis tantummodo? Reſpon. Iodocus in Enchiridio parium, vel ſimilium. ver. obligatio generalis.

Quæstio quadringenteſimadecimaquinta.

An creditor præſumatur equum pignori datum ſuis expenſis aluiſſe? Reſpond. quòd ſic, niſi contrarium doceatur D m. Alcia. in tract præſumptio regu. j præſumpt. 50. Peckius in tra. de iure ſiſtendi capitu. 14. numero 2. Natta conſ. 547. nume 32. Villalobos in ſuo communium opinio. ver. pignoratus equus. numero 87.

Quæstio quadringenteſimadecimaſexta.

Quid ſi domus minabatur ruinam, & corruēs occidit equū commodatarii, cuius certè ruinam diligentiſſimè reparaſſet, vel ibi non poſuiſſet equum commodatum, quid iuris? Reſpō. Abb. in capitu. j. de commodato. de quo Petr. Santerna in tract. aſſecura parte 3. num. 67. pagi 468.

Quæstio quadringenteſimadecimaſeptima.

Si ſtatuto indiſtinctè cauetur, quòd ſoluatur pedagium de equis & iumentis, an etiam intelligatur de iis, quæ ſui vſus cauſa ſunt? Reſpond Ancha. in conſi. 264. ꝙ non: ſed de iis tantū, quæ negotiationis cauſa conducuntur, de quo Rolan. à Valle in conſi. 42. num. 28. in 3. Natta in conſi. 158. num. 6. in j. Marſil. ſingu. 86.

Quæstio quadringenteſimadecimaoctaua.

Quid ſi fuit venditus equus, & habitum pretium, & traditus equus: poſtea impedit princeps, & accipit equum ab emptore, an debeat releuari emptor à venditore? Reſpond. Rolan. à Valle in conſi. 45. per totum in 3. volum. ꝙ non: quia eſt caſus fortuitus, qui nocet emptori, & non venditori, vide omnino.

Quæstio quadringenteſimadecimanona.

An poſſint ſequeſtrari equi, vel muli mulionum, ſtipendiariorum, vel forenſium venientium ad ciuitatem cum equis & mulis? Reſpondeo ꝙ ſic, quia cum ſemper ſint in itinere, & pedem teneant in ſtapedio, ſemper dicuntur ſuſpecti, ſi ab eiſdem petantur equi vel muli, vel quid aliud, niſi ſatiſdent. Ideo practicatur, ꝙ ſequeſtrum fit. Ange. in l. ſi fideiuſſor. §. fin. ff. qui ſatiſd. cog. facit. quod not. Barto in l. hæres abſens in fin. ff. de iudi. vbi dicit, ꝙ viatores ſemper dicuntur ſuſpecti Fran. Curt. in tracta. de ſequeſtris in § 2. num. 30. fol. 488. in ſelectis diuerſorum de aſſecurationibus.

Quæstio quadringenteſimauigeſima.

Quæro forenſis debitor meus Papiam accedit, vbi non ſortitur forum, nec ratiōe domicilii, nec delicti, adeo poteſtatem, & dico, hunc forenſem eſſe metum debitorem, & ſuſpectum de fuga, & receſſu, & impetro ſequeſtrari equos: an teneat ſequeſtratio? Reſpondeo ꝙ ſic. ad finem ſcilicet vt ſatiſdet de iudicio ſiſti coram iudice competenti, & de re non baratanda. Et hoc modo remittentur partes ad iudicem competentem, vide omnino Curt. in tract. de ſequeſtris. §. 2. numero 62. in 17. quæſtio. inter tract aſſecura.

Quæstio quadringenteſimauigeſimaprima.

An lucrum equi pignorari, locati per creditorem, computatur in ſortem? Reſpondeo Bald. ꝙ ſic in l. 2. C. de pigno. quatenus ſcilicet eſt ſupra ſumptus.

Quæstio quadringenteſimauigeſimaſecunda.

An quæſitum cum equis communibus debet eſſe commune cum ſociis communibus? Reſpond ꝙ non: quia equi carēt ſenſu, & ideo per eos non acquiritur. Bald. conſilio 41. ad fin. in primo volumine.

Quæstio quadringenteſimauigeſimatertia.

Amicus meus, me inſcio fugit cum equo meo, vel famulo meo, an ei videar opem præſtare ad maleficium? Reſpondeo Bald. in conſi. 250. num. 4. ꝙ non. volum j.

Quæstio quadringenteſimauigeſima quarta.

An merces equi à viſitāte conducti exſolui debet ab eccleſia viſitata? Reſpondeo ꝙ non, vt not. ſctiben. relati per Philip. Franc. in c. 4 §. procurationes, de cenſibus in 6.

Quæstio quadringenteſimauigeſimaquinta.

Bidello mortuus fuit equus conductus in itinere, probauit equum ſibi fuiſſe mortuum in itinere, ſed non probauit in ſpecie fuiſſe illum equum, quem conduxerat, an ſufficiat? Reſpon. ꝙ non. Ioann. Andr. in capitu auditis. de præſcrip. vbi in ſpecie de hoc. Grammati. conſilio ciuili. j. num. 13.

Quæstio quadringenteſimauigeſimaſexta.

Aliquis promittit de euictione pro equo vendito alicui per aliquem, ꝙ equus ſibi non leuabitur: equus de facto ſibi eſt leuatus & derobatus, an tenebitur? Reſpond. ꝙ non: quia eſt promittere factum alienum, ꝙ eſt vltra naturam contractus, & ſic non valeret ſtipulatio vide Grammati. in conſ. ciuili. 22. per totum.

Quæstio Quadringeſimauigeſimaſeptima.

Super liquidatione pretii equi, vel muli teſtes deponunt, ꝙ equus erat bonus bellus, & craſſus, & ꝙ valebat triginta ducatos & ꝙ ipſi teſtes tanti emiſſent, an rectè probent pretium, & valorem equi prædicti? Reſpondeo Grammati. conſilio ciuili. 35. per totum, ꝙ ſic.

Quæstio quadringenteſimauigeſimaoctaua.

Qualiter probabitur equus occiſus ab aliquo clam & de nocte

Source : BIU Cujas

nocte? Reſpond.Gramma.conſ.ciuili.45.per totum.vide Ioan. de Amicis in conſilio 83. vbi defenſio pro equo occiſo cum partiſana.

Quæſtio quadringenteſimauigeſimanona.

Quid ſi equum furto tibi ſubtraxi, & tu ob iram indignatus ſimiliter furto ſubtrahis mulam meã, an fiet mutua delicti cõpenſatio? Reſpon. Ambo venimus puniendi, licèt magis punitur,qui prouocauit,& qui grauius deliquit.Gramma.conſ.ciuili.69.num.21.

Quæſtio quadringenteſimatrigeſima.

An quælibet ciuitas,ſiue caſtrum poteſt imponere gabellã equis delatis cauſa cõmercii? Reſpond.quod ſic.Grammati.cõſil. ciuili.69.num.17.

Quæſtio quadringenteſimatrigeſimaprima.

Petitur equus,qui eſt mortuus,& conſequẽter ſuccedit æſtimatio.Si cauſa ipſa eſſet ordinaria, an poſſet ferri ſententia ſuper æſtimatione? Reſpondeo quòd non:cum non fuerit petita. Fallit,ſi procedatur ſummariè,quia poterit fieri condemnatio in æſtimatione; quia non poteſt negari iſtam ſententiã fuiſſe latam iuxta formam petitionis,ibidem prope petita,licèt nõ ſecundùm ipſam petitionem.Lanfr.in clem.ſæpe.in verſi.libellus.3.colum.de verborum ſignific.de quo Grammati. conſilio ciuili.94.numero 4.

Quæſtio quadringenteſimatrigeſimaſecunda.

Puer quidam habebat equum,qui cucurrit, & pauperiem fecit,quia quidam incidẽs ligna metum equo incurrit, quæritur, an teneatur d.puer damnum reficere, vel ille, qui incidebat ligna,cãm dedit,vt pauperiẽfecerit? Reſp. ꝙ aut iſte puer fuit in dolo vero,aut præſumpto,vel ĩ culpa.Si in dolo vero,& tenet: aut in dolo prẽſũpto vel in culpa.Et tũc in vtroq; caſu reſtituit in integrũ.Si quidam culpa incidentis ligna fecerit pauperiem, datur actio in factum contra eũ,vel vtilis Aquilia. Si verò culpa pueri equitantis,datur reſtitutio in integrũ, nec tenetur eius pater,ſi eum cum equo miſit ad aquandum,aut equus commota feritate illud fecit,& contra ſui naturam, abſque alicuius culpa,& nemo tenebitur:ita Grammatic.conſi.139. per totum vide omnino.

Quæſtio quadringenteſimatrigeſimatertia.

An ſocius teneatur ex morte equi,vel iumenti ſocio? Reſp. Ioan .de Amicis conſ.38.ꝙ non.vide omnino.

Quæſtio quadringenteſimatrigeſimaquarta.

An clericus poſſit emere pullum equinum nutriendum, vt eum carius poſtea vendat? Reſpon.quòd ſic. Redoanus in trac. de ſpoliis q.2. numero 14.

Quæſtio quadringenteſimatrigeſimaquinta.

An valet pactum,ꝙ ſi vendo tibi equum hoc acto, quòd ſi diſplicuerit tibi intra certum tempus? Reſpond. quòd ſic.Natta conſi.213.nume.4.in j.volum.

Quæſtio quadringenteſimatrigeſimaſexta.

An pendente appellatione fiat ſequeſtratio equi, de quo litigatur,& eius mercedis,& vecturę? Reſpondeo quòd ſic. Natta conſilio 584.numero 3.in 3.volum.vbi, quando ſequeſtrantur & fructus naturales & ciuiles.pendente appellatione,& ibi per quem iudicem fiat.d.ſequeſtratio,an per iudicem à quo, vel ad quem,& ſi non habetur ſtabulum pro equo ſequeſtrato poteſt vnum conduci, & ita etiam vna domus pro fructibus ſequeſtratis conduci poteſt.

Quæſtio quadringenteſimatrigeſimaſeptima.

Teſtator armabat equum diuerſis modis,vt quia quãdo ibat ad torneamenta ponebat ſibi phaleras,ideſt ornamenta cum gemmis & auro,ſed quando accedebat ad prælium,erãt phaleræ de corio,& legauit armaturas equi,quænam debẽtur? Reſp. Barto.in l.j.verſicu.ſed pone. C.de verborum ſignifica. quòd mediocres debentur; quia medium eſt viri prudentis & legis à ſapientibus inſtitutæ,allegat.l.qui lancem.ff.de auro & argento lega. & hoc,niſi propter eximiam nobilitatem teſtatoris atque legatarii aliquid amplius prẽſumatur. Natta conſilio 626. num.19.& ibi.quando legatum largè,vel ſtrictè interpretatur.

Quæſtio quadringenteſimatrigeſimaoctaua.

Quæro quomodo habet teſtificari teſtis ſuper deterioratione equi? Reſpondeo . Lanfr.de Oria.in tract.de teſtibus.numero 21.vbi dicit,quòd debet teſtis eſſe certus,& oportet, quòd deponat de duobus temporibus, ſi velit deponere ſuper deterioratione rei.Nam debet deponere de valore, tempore quo quis commodauit equum, deinde de valore reſpectu temporis,quo fuit redditus. Ecce dicit teſtis.Equus,quem accommodauit Titius Seio tempore commodati valebat decem ,& erat equus pinguis, & ſanus, tempore autem, quo reſtituitur ſibi equus,non valebat,niſi ſex,& erat macer, & claudus &c.

Queſtio quadringenteſimatrigeſimanona.

Quis de alieno ſtabulo equum arripuit, quo conſcenſo, vt inimici manus aufugeret, an deliquiſſe cenſetur? Reſpondeo quòd non.Nec furti tenetur.l.verum.ff.de furt. argum.l.quemadmodum.§.item Labeo. ff. ad le. Aquilia. Royſius deciſio. 3. numero 288.

Queſtio quadringenteſimaquadrageſima.

An cicatrix,vel deformitas in equo æſtimatur? Reſpondeo quòd ſic:cum per eam minus valeret equus ipſe,& minori pretio venderetur. Anton.Gomez in tract.de delic.cap.6.de iniuria.num.12.fol.388.vide omnino.

Queſtio quadringenteſimaquadrageſimaprima.

Si dico,quòd vendidiſti mihi equum ſtellatum in fronte. Si ſit facta probatio de equo,ſed non de qualitate frontis ſtellatę, an concludat probatio? Reſpondeo Bald. ꝙ non in l.edita.col. fin.C.de eden.de quo Iaſo.in l.non hoc.nu. 13. C. vnde legi.

Quæſtio quadringenteſimaquadrageſimaſecunda.

Quædam mulier dedit in ſocidam cuidam ruſtico equam cum pulla,quæ nouem ſcutis eſtimatæ fuerunt,eo pacto, quòd capitale eſſet ſaluum,& fœtus communiter diuideretur, qua ſocida durante quædam filia parua dicti ruſtici duxit equam prædictam ad fontem,vt biberet, extimeſcens equam ſinit illã abire à ſemetipſa, quæ ſiniſtroſum incedens propè quandam rupem,de ea cecidit,& eſt mortua.Quæritur,cuius nam ſit damnum,an dictæ mulieris in totum,vel in parte? Reſpondeo. Deciſio Peruſina.10. quòd ad ruſticum pertinet emendare damnum,cum bene non cuſtodiuit equam, vide tu Bald. in conſil. 441.colum.2.poſt med.lib.j.vbi loquitur de committente cuſtodiam pecorum puero,quòd in culpa non dicitur, quãdo ita erat conſuetudo cuſtodiẽdi beſtias per pueros, de quo Crauetta conſi.8.num.22.vide omnino.

Quæſtio quadringenteſimaquadrageſimatertia.

Aduena emit equum non ad credentiam, an ſinõ ſoluat poteſt capi,& detineri,tanquam ſuſpectus & fugitiuus? Reſpond. Paul.de Caſt.in l.hęres.§.j.num. 13.ff.de iudi.quòd ſic,quia cenſetur actũ,vt ſtatim ſoluat,ideo ſinon ſoluit,poteſt capi, & detineri,quia ſuſpectus & fugitiuus eſt.

Quæſtio quadringenteſimaquadrageſimaquarta.

Quiſpiam emit equum vitioſum,ob idq; egit redhibitoria, ſed pendente iudicio vitium illud omnino ceſſauit, an ceſſare debet ipſa redhibitoria actio? Reſpondeo quòd ſic. Tiraquellus in ſuo. Ceſſante cauſa.parte 1.nume.221.& ibi, quis eorum tenetur ad expenſas.

Quæſtio quadringenteſimaquadrageſimaquinta.

Faber ferrarius, ſiue mareſcallus ſi quid in arte ſua præter æquum & bonum commiſerit, ad quæ tenetur. Franciſ. Mar. deciſio.523.parte j.

Quæſtio quadringenteſimaquadrageſimaſexta.

An ad probandum equum fuiſſe ſanum,& eius valorem, & culpam commodatarii,ſit neceſſe, quòd teſtis reddat rationẽ dicti ſui etiam non interrogatus? Alexand.conſi.183.in vltimo vol.& ibi quid ſi locator adhibuit medicum tardè ad curã equi infirmi,an imputetur ei,ſicut ſi nullum adhibuiſſet, & quid ſi in vno deponit falſum,an in omnibus perdãt fidem? vide omnino Bald.in conſi.404.in ij.volum.& in conſi.22.in 3. volum.

Quæſtio quadringenteſimaquadrageſimaſeptima.

Quidam legauit mihi decem equas,& fecerunt fœtus, an ex mora conſequar fœtus? Reſpondeo.Ange.in l.equis.ff.de nautico fœnore,ꝙ ſic:ſecus ſi legauit equos.

Quæſtio quadringenteſimaquadrageſimaoctaua.

Si video forenſem in ciuitate tranſeuntem cum equo meo, an poſſum iudicis officium implorare, vt poſſit ſtare mecum in iſto loco,vel quòd equus deponatur, & conſignetur penes quendam.Caſt.in l.acceptam.num 21.C.de vſuris.

Quæſtio quadringenteſimaquadrageſimanona.

Commodans equum, quem ſciebat non poſſe ferre laborem,an teneatur? Reſpondeo tenetur contraria commodati ipſi commodatario ad intereſſe, ſi propter hoc, quòd equus in via defecit,damnificatus eſt, ſed ſi gratis commodauit, & pereat, non tenetur commodatarius.Caſt. in lege eum, qui rem. ff.commod. per ibi dicta. ſubdens, quòd multi laici idiotæ (vt pluries vidit) errant,dicentes, quòd quando res commodatur gratis,ſi pereat qualitercunque, teneatur commodatarius emendare,& habent iſtud quaſi pro lege.& tamen ſecũdum ipſum hoc eſt erroneum: vt patet in dicta lege, quod nota.

Quæſtio quadringenteſimaquinquageſima.

Stante ſtatuto,quòd mulier, vel minor non poſſit alienare ſine conſenſu conſanguineorum,quid ſi vendunt equum ſine illa ſolennitate, & moriatur poſtea, cuius nam erit periculo? Reſpondeo vt per Iaſo. in l.non omnis.§ primo.numero 6.ff.ſi certum petatur, quòd periit periculo ementis.

Quæſtio quadringenteſimaquinquageſimaprima.

Si ruſtico dedi equum paſcendum, & de eo retineo dominium,ſi perit culpa,vel dolo ruſtici, tenetur reficere damnum mihi. Doct.in l.ſi paſcenda.C.de pact.vbi & Iaſon nume.2. Nec ſufficit probare interitum,& pellem portare domino, niſi probet caſum fortuitum,vel ipſam mortem naturalem.

Quæſtio quadringenteſimaquinquageſimaſecunda.

Si quis puta ambaſciator,vel alius eſſet permiſſus ducere ſex euectiones,i.equitaturas:an poſſit inter illas famulum ducere pedeſtrem?

Source : BIU Cujas

pedestrem? Respondeo quòd sic. Abb. in capitu. in singulis. numero 1. de statu. monach.

Quæstio quadringentesimaquinquagesimatertia.

Habentes equos caualcatæ, an semper stare debent parati? Respondeo quòd sic. Bald. in l. nam salutem. §. sciendum. ff. de offic. præfe. vigil.

Quæstio quadringentesimaquinquagesimaquarta.

Actio de dolo non concurrit cum actione de pauperie, sed pone tres equitantes, fuit vnus, qui exit de medio, vt equi sociorum inuicem rixarentur, vel quis eleuauit stangam de medio inter duos equos rixosos, an teneatur actione de dolo? Respõdeo quòd sic; quia fuit dolus, cum non ligauit, vt non posset vnus alium mordere, non autem tenetur lege aquilia, quia factum desiderat. vide Bald. in l. & eleganter. §. quadruplex. ff. de dolo malo.

Quęstio quagringentesimaquinquagesimaquinta.

Si conductor Ronzini deteriorauit Ronzinum, ita quòd non est amplius equitabilis, an teneatur? Respõdeo tenetur ad vecturam totius temporis, & ad interesse totius deteriorationis. Bal. in l. si vno anno. §. item, cum quidam. in lectu. antiqua. ff. loca. Odoffr. tamen in con. incip. locaui tibi mulam, consuluit, quòd conductor equi nõ tenetur ad mercedem post mortem equi, vsque ad solutionis æstimationem, etiam si fuerit factum pactum, quod qualibet die equus intelligeretur locatus pro quinque solidis, vide apostillam ad Bald. vbi supra. litera A. & Specul. in titu. de locato. §. iam dicendum. versiculo sed ecce locaui.

Quæstio quadringentesimaquinquagesimasexta.

Mulio, vel equorum locator an teneatur soluere passagium muli, vel equi scholari locati pro libris portandis? Respondeo quòd sic. Bald. in l. cum in plures. §. vestimenta. in apostil. in fin. ff. loca. idem repetit in §. vehiculum. in ead. l. in apostil.

Quæstio quadringentesimaquinquagesimaseptima.

Proxeneta equorum concluſit mercatum de equo, qui erat venalis, an sit perfectum? Respondeo quòd non: quia officium Proxenetæ non est concludere, sed tractare: nisi a partibus haberet mandatum. Bald. in l. multum. colum. 2. num. 3. C. si quis alteri, vel sibi. vide Stracham de Proxenetis.

Quæstio quadringentesimaquinquagesimaoctaua.

Equus ne traditur per capistrum, vel frenum? Respondeo quòd sic, & aliàs non potest bene, nec aptè tradi: & equus ducitur, & ideo dominium transfertur per visum. Fab. institut. de rerum diuis. §. item si quis. numero 3. aliàs, si tradatur capistrum non super equo, nec equo fortè in præsentia existente, & in isto casu non videtur traditus. vt ibi.

Quæstio quadringentesimaquinquagesimanona.

An vendi possint Marescalis sine pœna res vendi prohibitę, pro medela scilicet facienda vni equo? Respondeo quòd sic, pro bono, & personæ. notæ & fideli, de quibus verisimile est, quòd indigent pro bono. Ioann. Fab. institu. de public. iudi. §. item lex Cornelia, ad fin.

Quæstio quadringentesimasexagesima.

Equus non dicitur deferratus, nisi aliàs fuerit ferratus. Ioann. Fab. Institu. quibus modis re contrahitur ob. in principio numero 2.

Quæstio quadringentesimasexagesimaprima.

Dicit aliquis, tu surripuisti meum equum, & probat, an suo iuramento stabitur de æstimatione ipsius equi? Respondeo Ioann. Fab. institu. de verborum obligatio. §. non solum. numero 5. quòd sic.

Quæstio quadringentesimasexagasimasecunda.

Volebas ire Parisius, rogasti me, quòd traderem tibi equum meum, concessi, quid iuris? Respond. quòd hic est certus vsus, & tempus tacitum, quo poteris iuisse & rediisse, hoc est commodatum, sed si non sit tempus tacitum, vel expressum, tunc est precarium, & ideo quandolibet, reuocatur, vt concedo tibi habitationem illius domus. Ioann. Fab. in §. sequens, numero 23. institu. de actio. vbi communem esse opinionem dicit.

Quæstio quadringentesimasexagesimatertia.

Si promisisti mihi equum, qui consueuit portare frenum, an debes mihi frenum? Respondeo quòd sic, sicut in venditione. l. ædiles. §. primo cum ibi nota. ff. de ædili. edic. Ioann. Fab. institu. de actio. §. actionum autem. num. 8.

Quæstio quadringentesimasexagesimaquarta.

Contraximus societatem super certis mercationibus, pacto incontinẽti apposito, quòd ego darem tibi equum meum pro tuo; quia fortè tu debebas præstare operam, & ire ad mercata, & meus equus erat melior, quam tuus, certè præscriptis verbis & est bonæ fidei, vel fortè contracta societate statim conuenisti equum meum ducere ad forum pro vendẽdo, quem tradidi tibi æstimatum pro decem, certè actio præscriptis verbis locũ habet, & est bonæ fidei. Ioann. Fab. institu. de actio. §. actionum autem. numero 12.

Quæstio quadringentesimasexagesimaquinta.

Quietaui de debito te, in quo mihi tenebaris, vt mihi dares equum, tibi adest ex facto meo, ideo ago præscriptis verbis, vt des: sed si manumisi seruum meum, vt dares mihi equum, tunc ex manumissione illa tibi nihil adest, & ideo agitur de dolo, Ioann. Fab. institu. de actio §. actionum num. 17.

Quæstio quadringentesimasexagesimasexta.

Quid si à me fundum conduxisti, & colonus factus est meus, & quotannis obligaris mercedis nomine aliquid præstare mihi, & induxisti in eũdem fundum complura, inter quę & equũ, an talis equus pro mercede erit mihi obligatus? Respondeo ꝙ non, nisi ex pacto conuentum sit, ita ex Theophilo in §. est & seruiana. institu. de actio. deducit doctus Menochius in tracta. de adipiscen. possessio. remedio 3. num. 41.

Quæstio quadringentesimasexagesimaseptima.

Quæro, quis nam dicatur equus succussarius? Respond. humaniores. Ambro. & cæteri, quòd est ille, quem vulgo dicimus, che trotta, qui concutiendo sessorem graditur.

Quæstio quadringentesimasexagesimaoctaua.

Equa datur ad pascendum, quid iuris de fœtu ipsius? Fir. vers. societas diuiditur. ver. 40.

Quæstio quadringentesimasexagesimanona.

Emptio ne contrahitur, si dico, volo vendere Titio absenti equum pro decem, & vnus referat sibi, & dicat se velle emere? Respondeo. Fa. de Monte ꝙ non in tractatu de empt. & vendi. q. 5. nume. 46. tomo 8.

Quæstio quadringentesimaseptuagesima.

Emptor emens latenter equum vitiosum, quas intẽtare possit actiones? Respondeo Ioan. de S. Bla. in tracta. de actio. §. in rem. num. 43. tomo 16.

Quæstio quadringentesimaseptuagesimaprima.

Emptor, si ratione vitii rem emptam restituere cogitur: an pretium ei restituere cogitur venditor? Respondeo ꝙ sic. Fabian. de Monte in tracta. de emptio. & vendi. quęstione 8. sub numero 7.

Quæstio quadringentesimaseptuagesimasecunda.

Emptor equarum si recepisset fructus ex equabus emptis, & moram commiserit, in soluendo pretium, an venditor dictos fructus tanquam interesse petere potest? Respondeo quòd sic. Fabian. de Monte in tract. de empt. in quæstione 6. princip. numero 19. fol. 53. tomo 8.

Quæstio quadringentesimaseptuagesimatertia.

Emens equum alienum scienter an pretiũ repetitur? Respõdeo Firma. in tract. de episcop. in §. supereſt. nume. 119. tomo 2. fol. 256. ꝙ non, nec de euictione agitur.

Quæstio quadringentesimaseptuagesimaquarta.

Emẽs pluries equos furtiuos, an furti particeps præsumatur? Respond. ꝙ sic. Montaltus in tract. de reproba. sententię Pilati, articulo 2. num. 6. tomo 3. fol. 13.

Quæstio quadringentesimaseptuagesimaquinta.

Emens vilius equum, vt carius vendat, non ex cupiditate, sed vt suis prouideat necessitatibus, & familię, an peccet? Respond. ꝙ non. Lauren. de Rodulphis in tra. de vsuris. in cap. salubriter. numero 151. fol. 61. tomo 9. tractatuum. parte 3. aliàs secus.

Quæstio quadringentesimaseptuagesimasexta.

Emere an quis possit equum pro se & alio intra terminum nominando, & non nominauit? Respondeo Fabia. de Mon. quòd sic in tractatu de emptio. & vendi. quæstione tertia. princip. numero 19. folio 26.

Quęstio quadringentesimaseptuagesimaseptima.

Emens equum furtiuum à fure tenetur ne furti? Respondeo ꝙ sic l. si liberam. C. quod cum eo. Alexand. in l. rem alienam. ff. de contrahenda emptio. vbi idem dicit in vendente. Fulgo. consi. 175. in 2.

Quæstio quadringentesimaseptuagesimaoctaua.

Emptor equi furtiui potest ne conueniri etiam à possessore, cui fuit equus furatus? Respondeo quòd sic gloss. in l. si coloni. C. de agrico. & censib. lib. 11. Bal. in l. inciuilem. C. de furtis. vbi Barto. & gloss. not. & not. in l. manifestissimi. §. sed cum in 2. eodem titu. & in l. & ideo. §. Neratius. ff. de condi. furti.

Quæstio quadringentesimaseptuagesimanona.

Emens equum à fure an præsumatur sciens vel ignarus? Respondeo gloss. & Bart. in l. inciuilem. C. de furt. si autem emit ab alio, præsumitur in bona fide. Bald. in Rubrica de inuestitu. de re alie. fac.

Quæstio quadringentesima octuagesima.

Emens equum à fure conuentus ad eum restituendum, an teneatur furem in iudicio nominare? Respondeo ꝙ non, nisi ex vrbanitate velit. l. inciuilem, & ibi Barto. C. de furtis.

Quæstio quadringentesimaoctuagesimaprima.

Emptor equi furati an teneatur equum restituere domino, pretio sibi non restituto? Respondeo quòd sic l. inciuilem, vbi docto. C. de Furtis. nisi emerit à latrunculis, & hostibus. lege. mulier in opus. ff. de captiuis. item, nisi fuerint protestatus, se emere nomine domini, vel illius, cuius interest, Hostiensis in summa de pœnis. §. fin. verfic. quid si emat. Bertachi. verfic. emptor rei furtiuæ. verfic. 3. vbi plenius.

Quæstio

Source : BIU Cujas

Hippol. Bonacoſſ. De Equo, ſiue Caballo.

Quæſtio quadringenteſimaoctuageſimaſecunda.

Emptor equi accipiens illum experiendum per octo dies, ſi currat ad pallium, ſeu brauium, & vincat, vel aliter lucretur, cũ equo, an teneatur domino, ideſt venditori reſtituere lucrum, etiam ſi emere velit? Reſpondeo quòd ſic. l. apud Labeonem. in princip. ff. de præſcript. verb. Firma. verbo. emptor animalium, verſicu. 6.

Quæſtio quadringenteſimaoctuageſimatertia.

Emptor equi furtiui ſi ſciebat furtiuum non valet emptio. Bald. in Rubrica C. de contrahenda emptio. quæſtione 5. per text. nota. in lege ſi emptione. §. item ſi emptor. ff. eodem titulo.

Quæſtio quadringenteſimaoctuageſimaquarta.

Emptor equi ad incantum an valet? Reſpondeo quòd ſic, etiam facta oblatione pretii ex interuallo poſt ſubhaſtationem. Barto. in lege ſi tempora. quæſtione prima. C. de fide inſtrum. libro 10.

Quæſtio quadringenteſimaoctuageſimaquinta.

Emptio præſumitur fieri nomine proprio in dubio. Barto. in l. Imperator. in fin. ff. de lega. 2. per l. & magis. ff. de ſolu. Bart. in l. ſi patruus C. communia vtriuſque iudi.

Quæſtio quadringenteſimaoctuageſimaſexta.

Emptio equi pro pretio declarando per terrium, mortuo Titio ante pretium declaratum: an valet? Reſpondeo quòd non. Bald, in l. 2. § ſed ſi quis 4. colum. C. communia de leg. per l. fin. C. de contrahen. empt.

Quæſtio quadringenteſimaoctuageſimaſeptima.

Quomodo inſtrumentum concipiatur emptionis fœni pro equo? Specula. tit. u. de empt. & vendi. § j. in 6. forma.

Quæſtio quadringenteſimaoctuageſimaoctaua.

Emens à prodigo equum vel ab eo, cui bonis eſt interdictũ, an præſumatur in mala fide? Reſpondeo præſumi, ſi ſciat venditorem ſtatim conſumpturum. gloſſ. & Imola in capitu. ſi diligenti. de præſcript. & nota in l. ſi quis cum ſciret, & ibi Barto. Imola & doc. de verborum obliga.

Quæſtio quadringenteſimaoctuageſimanona.

Emptores equorum depredatorum in bello an ſint tuti in conſcientia? Reſpondeo Fely. in capitu. quæ in eccleſiarum. colum. 9. verſicu. 2. not. de conſtitu.

Queſtio quadringenteſimanonageſima.

Emptor equi dubitans de venditore, quòd ſit malæ vitæ, qd habet agere? Reſpondeo quòd poteſt cogere venditorem ad ſibi tradendum equum venditum, & debet deponere pecuniã apud tertium, vt ſi fortè ſibi euincat equus, ſit tutus de pretio. Ioan. de Prato in l. ſi reus. in fin. ff. de procurato. per nota. per Barto. in lege. ſi cum cor. de ſolut. vel poteſt ſoluere vni creditori anteriori, & facere ſibi cedi iura, vt per Barto. Cæpolam cautela. 318.

Quæſtio quadringenteſimanonageſimaprima.

Emptor agit ne actione de dolo contra eum, qui equum emptum valde commendauit, animo decipiendi? Reſpondeo quòd ſic. l. quòd venditor. & ibi Bar. ff. de dolo.

Queſtio quadringenteſimanonageſimaſecunda.

Emptor equi poteſt agere actione ex empto contra venditorem, vt ſibi equus liber tradatur, quando eſt alteri obligatus. Et poteſt excipere contra eum de dolo, quando pretium petit. l. ex prædiis, & ibi per docto. C. de euictione.

Quæſtio quadringenteſimanonageſimatertia.

Emens ne equum in ſubhaſtatione cum auctoritate iudicis, pro maiori pretio vltra dimidiam iuſti pretii, dicatur læſus, & ideo agat l. 2. C. de reſcind. vendi? Reſpondeo Bald. in dicta l. 2. & per Barto. & Alexand. in l. ſi quis cum aliter. ff. de verborum obligatio.

Quæſtio quadringenteſimanonageſimaquarta.

Emptor equi debet intra ſexaginta dies equum emptum vẽditori refutare, aliàs non agit poſt, niſi aliud tempus fuerit à partibus præfixum. l. quòd ſi nolit. §. ſi quis. ff. de ædil. actio. Firma. in reperto. verſic. Emptor agit de euictione.

Quæſtio quadringenteſimanonageſimaquinta.

Emptor poteſt ne petere contra venditorem equi, quòd dictus equus venditus, & alteri pignoratus liberetur etiam ſi non fuit facta denuntiatio litis motę? Gloſſ. in l. qui Romæ. C. de euic. Bald. in l ex conuentione. in fin. C. de pact. Firm. fuſius in repertorio, verſic. 44.

Queſtio quadringenteſimanonageſimaſexta.

Emens equum an credere teneatur proteſtanti ne emat? Gl. & Bald. in l. ſi fundum. C. de rei vendica.

Quæſtio quadringenteſimanonageſimaſeptima.

Emens equum à pupillo, agens ad equum debet probare, q emit cum auctoritate tutoris, aliàs ſuccumbit gloſſ. 31. quæſtione 2. l. otharius & per Ioann. Andr. in capitu. circa. de elect. & Matthesila. not. 13

Quæſtio quadringenteſimanonageſimaoctaua.

Emptor agit ad intereſſe contra venditorem, qui non notificauit emptori defectum empti equi, qui propter illud minus venderetur in futurum. Bal. in l. 2 C de pericu. rei vendi. & per Barto. in l. quæro ff. de actio. emptio.

Quæſtio quadringenteſima nonageſimanona.

Emens equum morboſum, vel vitioſum ignorãter, quomodo agat? Specula. de renuntiatio. & concluſio. verſiculo ſunt, & ſequenti.

Quæſtio quingenteſima.

Emptor equi, qui noluit implere contractum, poteſt ne cõueniri, niſi purget moram intra modicum tempus, vt impleat, & arrham non perdat? Reſpondeo quòd ſic. Bald. in l. ſecunda. quæſt. ſeptima. C quando liceat ab empt. diſce.

Quæſtio quinquageſimaprima.

Emptor equi ſi non habet, quod ſoluat, quid habet agere? Reſpondeo ſit cautus, vt excipiat contra venditorem, quòd rem liberam non tradidit, ex eo quia eſt obligatus pro dote vxoris, vel aliis creditoribus, quia donec diſcutiatur, vel donec equus liber tradatur, non tenetur ad pretium. Bal. in l. qui rem, & l. ex prædiis. C. de euictio.

Quæſtio quingenteſimaſecunda.

Emptor accipiẽs equum, vt oſtendat peritioribus, non tenetur de caſu fortuito contingenti in eo, dum haberet alteri oſtẽdere. l. ſi gratuitam. §. ſi cum mihi veſtimenta. de præſcript. verlege apud Labeonem. §. fina. eodem titulo. ſed de dolo & culpa ſic.

Quæſtio quingenteſimatertia.

Emptor accipiẽs equum experiendum intra certos dies, cũ pacto, quòd niſi placuerit, pro ſingulis diebus ſoluat venditori certum quid dietim, ſi emptio eſt perfecta, an teneatur de periculo interim contingente in equo, & ſic ad pretium? Reſpondeo quòd ſic: ſi autem non eſt perfecta, tenetur tãtum ad mercedem pro ſingulis diebus, caſus eſt nota. in l. apud Labeonem. §. item apud Labeonem. ff. de præſcript. verb.

Quæſtio quingenteſimaquarta.

Emptor an teneatur ad pretium equi, licèt perempti apud venditorem? Reſpondeo quòd ſic. l. fin. & ibi Bald. C. de pericu. & commod. rei vendi.

Quæſtio quingenteſimaquinta.

Emptor ſi cognoſcat vitium in re empta an poſſit ad pretiũ conueniri? Reſpondeo Gloſſ. q non. Inſtitu. de ſuſpect. tuto. §. penulti.

Quæſtio quingenteſimaſexta.

Emẽs equum à procuratore mandatũ habente ad vendendum, ſi ſoluit ei pretium, an teneatur ad illud iterum? Reſpondeo quòd non: ſed liberatur. Barto. in l. filiæ. ff. de ſolutio.

Quæſtio quingenteſimaſeptima.

Emptor equorum, quos latrones vendentes acceperunt ab hoſtibus, an teneantur reſtituere? Reſpondeo ſic l. latrones. ff. de capti. Bald. in l. hoſtes. eodem titulo.

Quæſtio quingenteſimaoctaua.

Emens equum ab executore teſtamenti, confeſſo recepiſſe pretium, an ſit tutus à legatariis? Reſpondeo quòd ſic: etiam ſi eis executor non ſatisfecerit de pretio. Barto. in l. alio. ff. de alimen. & ciba. lega.

Quæſtio quingenteſimanona.

Emptor equi cogitur præciſè ne ſoluere pretium venditori? Reſpondeo quòd ſic. Barto. in l. prima. in princip. poſt glo. ff. de actionibus empti: quia cogitur facere pretium vẽditoris, cum ſit debitor pretii in genere. gloſſ. & Barto. in l. ex empto. in princip ff. de actio. empt.

Queſtio quingenteſimadecima.

Emens equum vitioſum, ſi poſtea certificatur de eius vitio, an poſſit alteri vendere? Reſpondeo quòd non, quia teneretur. Paul. de Caſtro in l. ſi te bonis. per gloſſ. ibi. C. de iure deliber. quod verum eſt ſi tacuerit vitium, vt ibi.

Quæſtio quingenteſimaundecima.

Emptio equi vitioſi quanto minoris, qualiter procedat? Reſpondeo Ioann. Bapti. de Sancto Blaſio in tract. de actione & eius natura §. in rem. nu. 48. Tomo 16,

Quæſtio quingenteſimaduodecima.

Emptor & venditor equi qualiter in pretio, & valore ſe habere debent? Reſpondeo Ioann. Nider in tracta. de contractibus mercatorum. capitu. 11. nume. 15.

Quæſtio quingenteſimadecimatertia.

Emptori equi vitioſi facilius ne ſuccurritur cum vitium eſt latens, quàm cum facile poteſt deprehendi? Reſpondeo quòd ſic Dominus M. Alcia. in tracta. de eo, quod intereſt. numero 89.

Quæſtio

Source : BIU Cujas

Quæstio quingenteſimadecimaquarta.

Empti ſi ſint plures equi vno p̃tio,an vna ſit emptio, & vnus contractus? Reſpond.q̃ ſic.Fab.de Mon.in tract. de empt.& vẽdi.q.5.prin.nu.23.Tomo 8.

Quæſtio quingen teſimadecimaquinta.

Vendens equũ alicui,ſi dicat emptori,ego confido de te vſq; ad decem dies,& non vltra, an dominium reuertatur ad ipſum vendẽtem poſt decem dies,ſine retraditione equi, pretio intra illud tempus non ſoluto? Reſpon.q̃ ſic.Bertachi.in trac. de epiſcopis.§.ſupereſt.nu. 35.tomo 20.

Quæſtio quingenteſimadecimaſexta.

Vendere qui tenetur equum, an ad equum oſtendendũ emptori teneatur? Reſp.q̃ ſic. Fabia. de Monte in tract. de empt. & vendi.q.2.ſub nu.60.tomo 8.

Quæſtio quingenteſimadecimaſeptima.

Vendere equum mihi promittens infra certum tẽpus,ſi alteri vendat,contra quem agere poſſum? Fabia.de Mon.in trac. de emp.& vendi.q.9.nu. 18.

Quæſtio quingenteſimadecimaoctaua.

Vendere quis ne poteſt carius equũ homini experto, quàm ſimplici? Reſp.q̃ ſic Io Nid.in trac.de contra.Mercato. c. 2. nu. 14. tomo 8. vbi etiam dicit, q̃ vendere carius quàm valeat res ſcienter,nunquam licet capi.3 nu. 1. Et quis vendere rem ſuam iuſto pretio præſumitur. Cẽpola de ſimulatione contractus,nume.139.tomo 9.

Quæſtio quingenteſimadecimanona.

Venditio equi facta,q̃ niſi ſtatim pretium ſoluat̃,equus ſit in emptus,an ſi vnus nũmus deficiat, valet venditio? Reſp.q̃ non. Gigas de penſio.q.92.nu.11.tomo 4.

Quæſtio quintegeſimauigeſima.

Emere equum promittens nomine alicuius poteſt ne agere contra ementem,vt ipſum equum emptum ei tradat? Reſpõ.q̃ ſic actione mandati, ſi preceſſit mandatum : aliàs negociorum geſtorum,ex illa promiſſione:vt per Soc.in conſi. 228. col. fin. ver.exquibus.in 2.vol.per gl communiter approbatam in l.legitima.ff.de pactis.

Quæſtio quingenteſimauigeſimaprima.

Venditio equi poſita in alterius voluntate an ualeat? Reſp. q̃ non. Tamen ſi traditio interuenit, ualet.Fabia de Monte in tracta.de emptio & uendi.num. 73.fol.39.Tomo 8.& an ualeat d. uenditio ita facta, quando pretium in alterius uoluntatem remittitur? ibi.& an ualeat uenditio,& ſit perfecta, ſi quis uendat equum pro iuſto pretio,nullo appoſito declaratore, uel appoſito,ſed mortuo? ibi.nu.25.fol.37.

Queſtio quingenteſimauigeſimaſecunda.

Venditio equi in arbitrium ne tertii fieri poteſt? Reſpond. quòd ſic. Afflic.in tracta. de iure protho. in §. ſcriptum ſub nume.13.Nam contractus poſſunt conferri in arbitrio alieno magis latè,quàm vltimæ voluntates,vt tenet gloſſ.in ſi in l. 3. ff. de teſta.& ideo clauſula,quod inſtrumentum extendatur ad conſilium ſapientis,in contractibus operatur, vt ſapiens addere illis poſſit:vt dicit Benedictus de Vado Semproniano in additio ad reperto.Feli.in ver.clausula,quod inſtrumentum.nume. 3. allegat Feli.in c. ex literis de fi. nitr. & poteſt imponere pœnam ſapiens in non obſeruante vide Io. Graſſam in ſua formula mandati,in ver.ad conſilium ſapientis,& Doct in l.ex ea parte. ff. de verb.ob.& ibi maximè per Iaſ.vide etiam D.in.Cẽphal.in conſ. 28.& conſi.88.& omnino atque omnino Neuiza in conſi.64. per totum.vbi quid poſſit ſapiẽs?& licèt non poſſit mutare ſubſtantiam contractus,poteſt tamẽ addere omnia, quę bonus vir arbitraretur,etiam inuſitata,vt dicit Pacius à Scala in ſuo tract. de conſilio Sapientis,titu. de contractibus.c.3.quòd not.contra quoſdam ſciolos.

Quæſtio quingenteſimauigeſimatertia.

Venditio Equi fuit facta duobus,nec apparet,cui primò traditus fuerit, cui præſumitur primò traditus? Reſp. quòd illi,qui pretium numerauit.Guido Papa.in tract.de præſump.ſub num. 26.Tomo 13.

Quæſtio quingenteſimauigeſimaquarta.

Venditio equi an ante traditionem eſt perfecta? Reſpond. q̃ non.Neguſ.de Pigno.in 3.membro.par.2.ſub nu.73.tomo 8.& ideo ab ea nudo conſenſu receditur: à venditione tamen parte inuita recedere non licet.Fabia.de Mon.in trac.de emp.& vẽd. q.8.pe.tit.j.etiam ſi ſit minor, nulla ſubſiſtente ſcilicet cauſa iuſta.ibidem.& quomodo libellus formetur,quando venditio reſcindi petitur.ibi.num.24.fol.50.

Quæſtio quingenteſimauigeſimaquinta.

Venditor an poſſit retinere equũ venditũ pro vno numo p̃tiinon ſoluti.Corſet.in tract. de minimis.in 2.par. ſub nu.4.to.1.

Quæſtio quingenteſimauigeſimaſexta.

Venditor equi an ipſum præcisè tradere tenetur? Reſp.q̃ ſic, ne liberatur præſtando intereſſe.Gammarus in tract.de permutatione.nu.29.tomo 4.

Quæſtio quingenteſimauigeſimaſeptima.

Venditor an poſſit aliqua cautela verborum vti, vt inducat emptorem ad emendum equum? Reſp.q̃ non.Io.Nider in trac. de contractibus mercatorum.nu.8.c.3.& ſi inducit emptorem ad emendum plus dolo,quàm vẽdi debuiſſet,vel ecõuerſo peccatum committit:vt in trac.de vſuris.num.64.tomo 9.

Quæſtio quingenteſimauigeſimaoctaua.

Venditor ſi fuit condemnatus ad reſtituendum equum tenetur reſtituere,ſed an poſſit cogi manu militari? Reſpond. q̃ ſic. Odofre.in trac.de j.& 2.decre.nu.25.tomo 16.

Quæſtio quingenteſimauigeſimanona.

Venditio equi pro quanto erimus in concordia an valet? Reſpõ. q̃ ſic.ſecuta concordia in pretio, aliàs nõ,ſed poteſt iudex audiri,vt arbitraretur facta traditione equi.Bal.in l. fi. in j. q. C. de contrahen.empt.

Quæſtio quingenteſimatrigeſima,

Venditio equi collata in voluntate partis, quò ad pretium, an valeat? Reſpon.quòd non.l.in vendentis.C.de contrah. emptio.& ibi plenè Bal.in j.col.verſi.primo quæro.l.quòd ſæpe.§.j. Bar.in l.ſi res.& in l.hęc venditio.ff.eo.titu. ſed ſecuta traditione poteſt agi actione præſcrip.verſic. ad pretium,declarandum,& declaratum ſoluendum.Alexand. in l.j ff. de contrahen.empt. Bald.in c.j.de feu.da.in vic. leg. commiſſ. Alex. in l. ſi fundus.§. poteſt.de pigno.

Quæſtio quingenteſimatrigeſimaprima.

Venditio equi an fieri poteſt cum pacto, quòd dominium non tranſeat,niſi pretio totaliter ſoluto,quo caſu non eſt noua retraditio neceſſaria,pretio non ſoluto.Bal.in rub.C. de contrahen.empt.q.13.

Quæſtio quingenteſimatrigeſimaſecunda.

Venditio equi an valet pro quanto pretio emptor vendidit alteri? Reſpon.Bald.quòd ſic in l.in mentis.3.q.C.de contrahẽ. emp.& valet venditio etiam,ſi vbi, & quando confertur in arbitrio emptoris.

Quæſtio quingenteſimatrigeſimatertia.

Venditio equi valet ne per verba,vis emere procẽ? volo? Reſpon.q̃ ſic:Idem ſi vẽdo,ſi vis emere,emo ſi vis vendere. Bal.in l.in mentis.5.q.C.de contrahen.emp.

Quæſtio quingenteſimatrigeſimaquarta.

Equus poteſt ne tradi vendẽdus alteri certo pretio, pro quo, vel eius pretio detur æſtimatoria contra recipientem? Reſpõ.q̃ ſic.l.j.in prin.& ibi Bar.ff.de æſtimat.

Quæſtio quingenteſimatrigeſimaquinta.

Venditio an valeat abſq; conſenſu eius,ad quem equus ſit reuerſurus? Reſp.q̃ non.l.in diem.vbi Bar.ff.de aqua plu.arcen.

Quæſtio quingenteſimatrigeſimaſexta.

Venditionem equi quis impedit ad quid teneatur? Reſpon. domino tenetur actione de dolo,vel in factum.l. rem quãdam. vbi & Bar.ff.de dolo.

Quæſtio quingenteſimatrigeſimaſeptima.

Venditor equi an præſumatur dominus? Reſp.q̃ non:niſi probetur.Bal.in l.fi.C.de aſſertio.tollen.per illum tex.in ver.venditor oſtendat:& licet probare ſuum eſſe.l.j.& ibi Bal.de bon.mater.in j.col.per illum tex.in ver.docere.

Queſtio quingenteſimatrigeſimaoctaua.

Venditor equi an præſumatur vẽdidiſſe iuridicè? Reſp.q̃ ſic: niſi probetur contrarium.l.j.& ibi Bal. in j. no. C. de rebus alie. non alienan.

Quæſtio quingenteſimaquadrageſima.

Venditor equi licèt non teneatur redhibitoria, quia equus non ſit vitioſus,ſi tamen equum recepit,quia emptor nõ ſit cõtentus,tenetur ne de eo pretium reddere? Reſp.Bal. in l.fi. C. de ædili.actio.in 2.col.in prin.ver.ſed pone,quòd res.

Quæſtio quingenteſimaquadrageſimaprima.

Venditor equi pęnitens quomodo teneatur emptori? Reſpõ. gl.& Doct.in l.j.in fi.ff.de act.emp.

Quæſtio quingenteſimaquadrageſimaſecunda.

Vẽditor equi præſumitur ne ſcire defectus ſeu qualitates equi morboſi? Reſp.q̃ ſic.Corn.conſ.80.litera B.in 3.par.

Quæſtio quingenteſimaquadrageſimatertia.

Venditor conuentus redhibitoria pro equo vendito tenetur ne ad pretium,& ad id quod ſoluit pro gabella de cõtractu? Reſpon.q̃ ſic:& ſi nolit reſtituere pretium tenetur ad duplum, & dicitur nolle reſtituere:ſi ſe non præparat ad reddẽdum. Bal. in l.fin.in 2.col.verſ.ſed nunquid redhibitione facta,iuncto ver ſic.ſed pone,lata eſt ſententia.C. de ædili. actio. Ang. in l.debet. ff.de ædili.edic.

Quæſtio quingenteſimaquadrageſimaquarta.

Vẽditor equi ſuſpectus cogit̃ ne tradere,ẽt ſine p̃tio? Rñ q̃ ſic, dũ tñ p̃tium deponat̃.Io.de Prato in l.ſi reus.in fi.ff.de ꝓcurato.

Quæſtio quingenteſimaquadrageſimaquinta.

Equus ſi cadit in foueam per aliquem factam,quid iuris? Reſpon.prout no.in c.2.de iniuriis, & damno dato. Cœpola in tit. de ſerui.vrba.prædio.c.47.vide omnino,ſi lubet.

Quæſtio quingenteſimaquadrageſimaſexta.

Equa,ſi ſit data in ſocidam per quinquennium,ſi pereat,quo modo emendetur? Reſp.Bertachi in ver.animal.verſi.11.

Source : BIU Cujas

Hipp. Bonac. De Seruis, vel Famulis.

Quæstio quingentesimaquadragesimaseptima.

Equus in damno repertus per officialem, vel saltuarium retentum, vel pro pignore captum, si pereat, debet per officialem, vel saltuarium emendari ne? Respond. quòd sic. l. quemadmodum. §. magistratus. ff. ad l. Aquil. Bertachi. in versic. animal in damno.

Quæstio quingentesimaquadragesimaoctaua.

Equus alienus fuit à lupo reacceptus, an debet domino restitui? Respon. q̃ sic. l. Pomponius in fi. ff. de fami. erciscun. Cœpo. in tract. de serui. rustico. prædio. C. de aucup. & in l. columbas, ad fi. ff. famil. erciscun.

Quæstio quingentesimaquadragesimanona.

Equus si immittatur in segetes alienas, quomodo agatur contra immittentem? Respon. Specu. de offic. iudic. §. j. ver. item imploratur, & in tit. de cau. poss. §. 4. ver. sed & si. circa fin. & si reperiatur in dãno dando in fundo alieno inuocentur testes, & fiat, prout in l. quintus. ff. ad l. Aquil.

Quæstio quingentesimaquinquagesima.

Si culpa rustici sit amissa equa, qui eam habebat in custodiã, vel fures abstulerunt, aut lupus comedit, an debeat emendare damnum domino? Respond. quòd sic: si capitale erat saluum domino, aliàs secus. Ambr. de Vigna. in tracta. de vsur. nume. 179. Tomo 9. & si rusticus erat laborator & colonus, quia dominus & colonus sunt socii. l. cum duobus. §. si in cocunda. ff. pro socio. qui textus non reperitur alibi secundum Petrus de Vbal. in tract. de duobus fratribus, in 6. par. q. 13. num. 14. ideo non tenetur, nisi in quantum facere potest, & postquam equus est amissus, & à lupo editus, frustra quid de eo amplius loqui tentare valeo.

D. HIPPOLYTI
BONACOSSAE
NOBILIS FERRARIENSIS
IVR. VT. DOCT.

DE SERVIS VEL FAMVLIS.

PRAEFATIO.

DE SERVIS vel famulis verba facturus. Quid sit Seruus, famulusvè primò inquirã. Et Seruus (de quo noster nr̃ sermo) est homo liber, qui propter indigentiã non est per se sufficiens ad benè viuendum, quẽ oportet alii famulari, & seruire. Aristoteles. j. Politi. de quo Ligna. in tract. de Amicitia. §. viso, nu. 2. Serui itaque multis modis dicuntur. secundùm eundẽ Philo. Alii dicuntur serui per beneuolentiam solam. Vnde Tibullus.

Nullus liber erit, si quis amare volet.

Et in hoc laudatur, qui talem sibi acquirit amicum, ait Seneca ad Lucillum. vbi laudat in hoc Lucillum, q̃ amicabiliter & familiariter viuebat cum Seruis suis. Et tales debent esse Prælati. Hinc Papa se vocat Seruum seruorum Dei, quia vtilitatibus & commodis seruorum Dei incumbit & insistit. Soc. Senior in c. fi. nu. 2. de Clerico viatore. Alii sunt serui per malitiam. Alii p̃ denominationem extrinsecam. Alii per violẽtiam. Alii per natiuitatem, captiuitatem, vel venditionem, vel aliam legis dispositionem, de quibus fusius Ligna. ibi. Serui aũt per malitiam regulariter oẽs sunt vitiosi & fures. Et ideò dicit lex, q̃ furriperent cineres, si aliud non possent. Bellapertica. q. 54. Portius in §. singulorum. Insti. de rerum diuisio. Bauer. in repet. l. cum filio. col. fi. in fi. ff. de leg. j. Allegat illud Poetæ.

Quid Domini facient, audent cum talia fures?

Vbi exponit Seruius. fures, i. serui. gl. magna circa fi. l. Iulianus. ff. de act. em. Quos seruos, si deputas calculatores, docẽt detrahere Trebellianicam. gl. in l. ne diutius. C. de Num. lib. 12. Caue inquit Neuiza. in Sylua nuptia. l. 3. nu. 17. ab ostio posteriore, q̃a solet domũ destruere. Et alia plura de seruis ibi. Et de seruis quoq; clericorum, qui noctis tempore patronos trucidarunt ibi. Docet antiquitas, q̃ seruo illi, qui occidit Dñm suum Sulpitiũ Tribunum Plebis acerrimum hostem Sillę, Sylla libertatem donasse, & eundẽ seruum factũ libertum è saxo Tarpeio post Capitolii proiecit Sylla in præcipitẽ, in aliorũ exẽplũ, qui Dños suos impiè audent occidere. Iul. Ferre. de militari iustitia. nu. 40. Et q̃ sint fures serui, experientia rerũ magistra docet. Vnde tenet cõsequentia. Est seruus, ergo fur. d. l. Iul. §. Itẽ qui furem. Est seruus, ergo malus. l. Liberti. in fi. C. de liber. & eorum libe. Est seruus, ergo nequam. Si seruus, ergo capifer. gl. d. l. Iulianus. Bal. Cast. & cęteri in l. pe. de liber. in fi. Grammati consi. 49. nu. 8. D. m. Alcia. in trac. p̃ræsump. reg 3. præsump. 40. Constat etiam ex Barbario, q̃ populum Romanum decepit: vt in l. Barbarius. ff. de off. præto. Constat ex Ioanne Papa septimo Anglico, mulier in habitu virili, quæ malis artibus Pontificatum adepta est: vt se seruum seruorum diceret. Vnde lex infert, q̃ si emi seruum, supponere debui, q̃ vitiosus erat, vel fur. l. sterilis. ff. de act. emp. Nimirum si vilis persona dicatur. Et quadrupedibus quandoq; ipsum lex ęquiparat: vt no. Alba. in consi. 56. nu. 39. per tex. in l. 2. ff. ad l. Aquil. facit illud Arist. Polit. j. seruũ (inquit) nihil hominis habere, sed pecudis instar esse, ac rei familiaris & domesticæ instrumẽtum, de quo sic Menochius de arbitrio Iudicis, casu 49. nu. 12. lib. 2. & licèt lex voluerit ponere salutem Dñorum sub custodia seruorum. l. j. ff. ad Sylla Bossius titu. de iis quibus vt indignis. Cauendum tñ omnino est ab eis, vt ab igne, quia sunt mali, & hostes domestici. Et nulla est capitalior pestis, q̃ familiaris inimicus: vt ait Cicero. Et cur? assignat rõnem fusissime Archiepiscopus Flo. in eius summa, par. 2. tit. 6. c. 22. §. j. vbi de proditione agit. si seruus ergo iniquus. Petr. Rauen in suo alphab. aureo, in ver. seruus. Et serui vt plurimùm Dominos odiunt. in tract. de po. se. in prin. nu. 10. Hinc Alexander 8. lib.

Afferet tellus stellas, septemq̃ triremes
Alluet Oceanus, & siccum piscis amabit
Quàm serui Domino sit verus nexus amorum.

Macrobius in Saturna. & Plato de legibus 6. Tot famuli, tot hostes. Quod plenissimè scribit Ethruscus Poeta, Rerũ Seniliũ. lib. 4. epist. 4. & lib. j epist. 49. vbi dicit se bonum seruum nunq̃ vidisse. Et in Bucolicis Egloga 6. Serue infide, fugax, Dñoq; ingrate benigno. Et de remedio vtriusq; fortunæ li. 2. Dialogo 29. & seq. vbi & de seruis fugitiuis, & rerum senilium lib. j. epist. 30. Apud me (inquit) iniquissimum est seruorum genus. Et Prouerbium illud vetus à Seneca reprehensum veriloquiũ habet. Totidem esse hostes, quot seruos. Et de remedio vtriusq; fortunæ li. j. dialogo 33. Rursus insurgit aduersus seruos. & ibi numerosum famulatum detestatur: quia segnius expediunt cõmissa negocia plures. Vide Boetium de Philosophica cõsolatione 2. An verò (inquit) te longus ordo famulorum facit esse fęlicem? Qui si vitiosi moribus sunt pernicioſa domus sarcina, & ipsi dño vehementer inimica. Sin verò probi, quo nam modo in tuis opibus aliena probitas numerabitur? Et Petrarcha de Ocio religiosorum. Scriptũ est (inquit) q̃ qui delicatè, & à puericia nutrit seruum, postea illum sentiet concionantem. Hinc Psalmista. Qui manducat meum panem, leuabit calcaneum suum contra me. Fusius Nouellus in trac. ad defensam. titulo quę personę accusare non p̃nt. nu. 17. & illud Psalmographi. Impinguatus & incrassatus recalcitrauit. Et Petrarcha ad Eneam Senẽsem; O pudor, ò pluſquã pudor. Heu hoc tpe surgit in dñm seruus, patroni in colla cruentus libertus, vulgare odiũ, post verbera, semp̃ acrior ardescit famulus. Hinc Iuuenalis, de quo Tiraquellus, de Pęnis tẽperandis, cã. 51. nu. 9. vbi plura de famulis ancillisq;. Maxima quæq; domus seruis est plena superbis. Hinc adagium. Credere seruis terq; caue. Camertus Prouerbiorum li. & Polydorus Virgilius vti prouerbio, totidem nobis esse hostes, quot seruos. Et Stephanus Forcatulus in Necyomantia dialogo 93. Arist. 2. Polyticorum. q̃ ab ipsis famulis, quibus plurimum indigemus pp ancillares administrationes offendimur, vt indignemur erga illos. refert Pennensis in l. 4. C. de cast. pecul. lib. 12. & Marsi. in l. vnius. §. seruo. col. 3. ff. de quæstio. vbi dicit, q̃ nemo vnquam seruorum dilexit dñm, nisi vnus, qui illũ occidit, & Neuiza. inter consi. Bruni, cõl. 12 nu. 6. Verum enimuero, cũ non debeamus stare sine seruis, & seruitoribus, aliàs nos seruitores esse necesse habemus: vt inquit Bar. in l. j. circa med. C. de serui. & aqua. Pręcipuè, cum serui sint rei familiaris tãquam animata instrumenta. vt dicebat M. Crassus, de quo Plutarchus in eius vita: Præcipuã nostrorum curam erga seruos esse oportere propriũ erit: vt ipsi sola beneuoletia & amore amicabiliter, & familiariter nobiscũ viuant. Nam non habemus seruos hostes, fm Senecam, sed facimus, dum illis, non tanquam hominibus, sed tanquam iumẽtis abutimur. Tot eñ habemus hostes (vti prouerbio apud Macrobium mouemur) quot seruos tyrannide nobis efficimus. Montanus in l. nihil consensui. ff. de reg. iur. & in trac. de app. lib. j. c. 5. monet ex Paulo Apostolo. Ne seruis simus iniqui, cum odit q̃s quis, quod metuit. Scituri, q̃ dñm in cęlis habemus q̃nq; repetiturum ex nobis, q̃ in fratrem secus, q̃ nobis id fieri velimus. Ecclesiastici habet. Si est tibi seruus fidelis, sit tibi quasi anima tua, & quasi fratrem sic tracta illum. Nempe quoad Deũ non est differentia inter seruos & Dñs. quod malè aduertunt quidam dñi, qui suę naturę immemores, seruos tractãt vt animalia, & eos in mensa, vel aliàs recipere dedignantur, vt inquit Io Fab. insti. de iure personarum. §. seruitus, nu. j. Contra quos facit illud.

Degeneres animo, cum qui prouehuntur in altum.
Hos nouisse negant, quos habuere pares.

Ioan. Fab. de legitima agna. tutela. §. quibus. Fidelitas itaque ipsius serui, seu dispensatoris ostenditur circa bona sibi commissa in tribus: vt scilicet non dissipet, non defraudet, & vt multiplicet, quæ tria prosequitur, exemplificando Archiepiscopus Florenti. in eius summa, lib. 4. de virtute fidelitatis, titu. 5.

Source : BIU Cujas

tu.5.c.16.col.pe.& fi.vide omnino,ſi placet.Et famulus non debet eſſe auarus,vbi dñs eſt largus. Nam melius eſt de miſericordia quàm de ſcueritate reddere rationem.16.q.vlt.Specul.de diſpenſa.§.2.num. 5. & fuſius Archiepiſcopus Florenti. vbi ſupra, venerandos quoq; & reuerēdos famulos noſtros,præſertim Seniores Tiraquellus cenſet in ſuo de iure Primogeniorū. in Præfa.nu.79.ex Homero.qui inducit Penelopem,ſic Eurycliam famulam alloquentē. vertit Tiraquellus his fermè verbis. vt proindè aduerſus eam non iraſcatur,vti aduerſus aliam feciſſet,qui ſibi talia feciſſet. quaſi velit dicere. Se illam Senectæ gratiam reuereri.Nec in ſeruos noſtros inſeruire debemus.l.2.in fi.ff.de iis, qui ſunt ſui. vbi diuus Adrianus Vmbriciam quandam matronā in quinquēniū relegauit,ꝙ ex leuiſſimis cauſis ancillas atrociſſimè tractaſſet.Sic mulier vidua operoſa ancillas habēs, ipſas noctu ad opera ad Gallorum cantus excitans, vt aſſiduè defatigatas labore,occiſo domeſtico Gallo, ignorans tum Gallorum horā,qui noctu excitabat horā, temorius excitās damnatur, ex Aeſopi Apologo.29.E republica enim magis eſſe,& ſatius boni Principes exiſtimarunt,vt vel ſerui noſtri manſuetudine quadā demulceantur,pertractenturq; q̄ vt duris modis excepti,etiam inuiti opus faciant, & id parum benè.Ita etiam admonet Diuus Augūſtinus lib.19.de ciuitate Dei c.16. & iure noſtro ſtatutum eſt in l.vnica.C.de emēda.ſeruo.& inſti.de iure perſonarū,& de iis,q ſunt ſui,vel alie.iu.§.in ptāte.& §. ſed maior. vbi Theophilus.l.6.tit.21.par.4.& Caius.l.C.lib.j.inſti.tit.3. Couarru. in relec. par.2.§.11.nu.3.in fi.pagi.194.Vnde Cato.

Cum ſeruos fueris proprios mercatus in vſus.

Et famulos dicas,hoīes tum eſſe memento.Plato itaq; iratus in famulum aſſiſtente Xenocrate.Accipe (inquit)& hūc flagris affice,ego enim iraſcor. Placa in Epito.delictorum c.j.pag.4.circa prin.Et Seneca,qui in ſeruos ſuos iraſcitur, & crudelis eſt,ſatis oſtendit ptātē aduerſus alienos ſibi defuiſſe.Nouellus in trac. ad defenſam.fol.35.nu.134.Quòd ſi pleriq; etiā, qui Chriſto nomen dedimus,hodie obſeruaremus, familiam noſtram, dubio procul,non perinde atq; beſtiā aliquam haberemus,ſed ęquitatē, & ęquabilitatē ipſi exhibētes.Ita.n.ęquabilitate pellecti ſerui,quicquid fecerint,ex animo facient,tanquam dño.non hoībus obſequia pręſtantes.Neuiza.in Sylua lib.4.Porrò indecorū ventris,aut gulæ cauſā graues lites,& controuerſias cum pueris & miniſtris dicebat Cato Cenſorius: vt in eius vita Plutarchus. Cum ſemel quæreretur Cato.quid in re familiari expediret?Reſpondiſſe fertur.Benè paſcere,benè veſtire,benè arare.Sed cōtra fit. vnde Vagnonus de conditionibus hoīum huius tēporis. Paſcit herus famulos tantum durante labore. vnde euenit. Segnis & aſſiduo ſibi parcit ſeruulus aſtu. Nec debemus ſeruis noſtris imponere aliquid impoſſibile, quia ad illud nemo tenet. Reg.impoſſibilium.ff.de reg.iur.Bal.& Ang.in l.Titius.§.fi.ff.de excuſa.tuto.& Bar.in §.ſi tanta,nu.j.eo.Dñi, inquit Diuus Paulus, quod iuſtum eſt ſeruis veſtris præſtate, ſcientes ꝙ vos dñm habetis in ęlis,apud quem non eſt acceptio perſonarū, refert Bal.in conſi.328.nu.7.in j.vol.vbi & alia Nec debemus erga ſeruos eſſe monoſyllabi Solent enim quandoq; dñi imperioſiores rem dignam cenſere, ſi pluribus verbis ſit vtendum ad ſeruos.Atq; adeò dimidiatis interim ſemiplenisq; verbis ſat hñt.Si quid actum velint,ſignificare,quod ſi quis paulò hębetior,non vel ex nutu vel ex duob. ad ſummū ſyllabis. quid ſibi Chremes ille ſuus velit,ſtatim intelligat. Huic quæ tū ſibi obiurgationes? Quę fulmina?quæ tonitrua? Et quid non ęlum cadere,& ruere credas, & louem ipſum cum omni ſtrepitu ſuo inde decidere.hæc Agricola de inuen.Dialec.li.3. c. 5. & ibi per Scholiaſtē. Debet vtiq; dñs ignoſcere garrulis famulis ſuis, vt faciebat Seneca.Exemplo Cæſaris Auguſti, dicens idem Seneca contra ſe. Nunquid in domo mea poſſum, quod Auguſtus toto terrarū orbe? Ille patiens fuit & hoſtibus ignoſcebat. Et ego nō ignoſcā pigris,negligentibus,& garrulis famulis meis? Refert Archiepiſcopus in eius ſumma,par.4.tit.3.c.7.de virtute Patiētiæ.§.2. col. 2. Nam mala electio eſt in culpa. Et dñi eſt facere diligētiam de inquirendo ſeruum,cum eum recipit.c.innotuit.de electio. Io. Fab.inſti.ſi quadrupes paupe.fe.di. qui debet eligere paucos bonos,cum ſit melius habere paucos miniſtros, q̄ multos malos. c.cum ſit ars.de ętate & quali. Plura Cotureus de re militari lib. 2.c.24.Auguſtinus de emēdatione iuris,pag.337.Alb.li.2.c.63. & famula famulæ Ancilla.Cice.5. Tuſcul.Sin autē virtus ſubiecta ſub varios incertosq; caſus famula fortunę eſt.Seruitium autem primi inuenere Lacedemonii, quā Elotas, ſiuè Elotia ſua appellant Mancipia.Cretenſes Perucos, quorum meminit Ariſtot.in Polyticis. Galli Ambactos ſeruos gallicè nominant,eorum, vt quiſque eſt genere, copiisque amplifſimus, ita plurima circum ſe Ambactos,clientesque habent. Teſtatur Beroaldus in Commēto in Apuleum. 4. de famulis quoque loquitur Tiraquellus de legibus connubia.in 6.l. in gloſſ.j. par.6.num.4. vbi etiam refert illud Aeſopi,qui dicebat famulos, tūc maximè priores dominos deſiderare, cum ſecundorum cœperint experientiam.Et habes etiam in vita ipſius Aeſopi. Serui etenim debent ſeruire hylariter, quia hylarem ſeruitorem diligit Deus, argu.15.q.1.non eſt.& 23.q.6.§.ex his.glo. ver.alacriter.in pragtitu.quomodo diuinum officium ſit celebrandum.pagi.205.ad fi.Serui (inquit Apoſtolus ad Epheſions 6.) obedite dominis cū timore,& tremore,& in ſimplicitate cordis veſtri,ſicut Chriſto, non ad oculum ſeruientes, quaſi hominibus placentes, ſed, vt ſerui Chriſti, & vt fili parentes. Sic Naaman à famulis pater vocabatur.Cum ſcriptū ſit,ꝙ qui inuitus ſeruit, etiam rem & meritum perdit,vt dicit glo.ver.iam non, facit.c.qui ex timore, de regu. iur. Nam ſatis inutile eſt, vt coacta ſeruitia Domino præſtentur.c.illud autem.20.q.j. cum nihil infęlicius agitur, quàm quòd inuita Minerua. Quoniam ſi rectè penſitauerimus, vbiq; in mūdo eſt ſeruitus.Vt dicebat Codrus,de quo Neuiza.in Sylua lib.4. num. 18.quod ex multis oſtendit Bleſenſis in quadam eius epiſtola, de qua alibi quæ eſt legenda omnino & relegenda,quia ibi eſt videre quātoperè hominis ſtatus ſeruitutis in deterius exiſtat, quod & ex Couarru. deprehendere fas eſt relec. par.2.§.11.vbi de ſeruitute agit naturali. Nam & Imperator ipſe quoque ſeruus eſt.l.quas gratias.C.de offic.præfec.præto.Africæ.in ver. per nos ſeruos. Nunquam tamen debet ſe facere ſeruum maiorem Domino. Matthæi c. 10. Et de ſeruis Germanorum fecit tractatum Zaſi.vt ipſe dicit in conſi.19.nume. 10.in 2. par. pagi. 351. Cum igitur vndique ſit ſeruitus, & omnes ſimus ſerui Attendamus facere, quod cecinit Martialis his carminibus.

Viue memor mortis paſcendis vermibus eſca;
Vana fuge,& ſoli quære placere Deo.

Quæſtio I.

Seruus malus quis dicatur: & ſeruus quis. Serui & famuli an differant.

His ſic præfatis. venio ad Quæſtiones. Et primò quæro, quis dicatur malus ſeruus? Nam cognito vno de contrariis,cognoſcitur & alterum. Inſtitu. de hiis qui ſunt ſui vel alieni iuris. in princip.vbi & gloſſ. & Doct. Reſpō. quòd ille dicitur malus ſeruus,qui ſua fidei cōmiſſaria cōditione diſſimulat. l. Licinius. ff.qui & à quibus,& l.cum autem.§.excipitur.ff.de ædili. edic. & malus dicitur ſeruus, qui eſt inobediens.§. j. in Auth. de defenſo.ciuit. Vide Gilbertum Cognatum in ſuo de officio famulorum,& Doct.in l.ei quoque.ff.ex quibus cau maio. Tiraq. de iure primige. Quæro modo vnde dicatur ſeruus? vide in §.ſerui. inſtitu.de iure perſo.vbi & ſcribentes. Ioan.Hugo. in tracta. de officio quatuor Prælatorum.§.ſed cum vno. Alberi. in Dictionario.Spiegellius in Lexico, & Pardulphus Prateius in ſuo Lexico. In propoſito autem noſtro dicitur ſeruus à ſeruiendo. l. deteſtatio.§.ſeruorum.vbi etiā D.m.Alcia. ff. de verb. ſig. & ita tenent Grammatici. Et ſerui appellatione etiam ad Ancillam refertur d.l.deteſtatio.§.ſerui.vbi & D.m.Alcia.& Alberi.in dictione ſerui,& Prateus.d.ver.Deci.conſi.470.num.2.in 4. Et appellatione famulorum continentur ſerui. Abb. in c. famulis 2. not.per illum tex.de ſeruis non ordinan.& in l.iubemus.vbi no. Bart.C.de Præpoſi.lib.12. Alberi. in Dic. Et appellatione ſeruæ famula continetur.Ang.in Auth.de nuptiis.§.ſi verò. per illum tex.Differentia tñ eſt inter ſeruos,& famulos. Nā ſi dñio ſeruos habemus,ſerui ſunt,non famuli.D.m.Alcia. in l.meorum. ff. de verbo.ſignifi.Caſtellioneus in addi. ad Alberi.dicto verſi. ſerui. Serui (inquit) ſtricto modo dicuntur carentes libertate. Largo modo,etiam ſeruientes pro mercede,qui famuli propriè dicuntur,vt inquit Panorm.in rub.de Iudæis.Et famuli dicuntur, qui quotidie famulantur.l.j.C.de iis,qui in eccle.manu.Paris de Puteo in tracta.Syndica.§.An ex eo ꝙ fuerint familiares, pag.110. Tomo 14.Nunc autem dici poſſunt conductitii ſeruitores, ideſt,qui pretio ſeruiūt,vt inquit Abb.in c.nullus,num.6.de iudic. vbi & apoſtillan.de famulo, artificibus, ac operariis etiam vide per Bald.in l.aduerſus,& l.ſeq. C. loca. Et ille propriè dicitur famulus,qui viuit expenſis alicuius c.fi.de verb.ſigni.in 6.l.ſi chorus.ff.de lega.3.l.2.§.familiæ.ff.vi bono.rap.d. l. pronunciatio.§. familiæ.ff.de verb.ſignifi. Guido Papæ ſingu.321.Et appellatione familiæ continentur famuli, l.j. §. familia.ff.de vi & vi armata. Innocen. in c. ſi verò, de ſententia excommunica. Qui nam verò propriè ſint familiares? Tradit inter tantos Bardus in tracta.de tempore vtili,vel continuo, cap.16.& Areti.inter conſi. crimi.conſi.74.& alii,de quibus infra. Familiares itaque dicuntur omnes habitantes in domo. Summa Angeli. in verſic. familiaris. Famuli origo (vt ſcias) ab Oſcis dependet,apud quos ſeruus Famel nominabatur. Vnde & familia vocata, & vnde famulor famularis, quòd eſt ſeruio tanquam ſeruus. Eſt enim genus iniuſtæ ſeruitutis, vt inquit Cicero 2.de republica,quum ij ſunt alterius, qui ſui eſſe poſſunt. Sed certè, nec ſit alterius, qui poteſt eſſe ſuus, vetuſtiſſimus eſt huius vocis ſignificatus. Subiectus eſto,qui liber eſſe neſciuiſti Bald. in l.j. C. de ingratis. liber. Nam in libertate ſola conſiſtit decus & ſplendor. l. edicimus. C. de Murilegulis lib.11.Libertas cunctis anteferenda bonis,inquit Corraſius.

Non benè pro toto libertas venditur auro.

Antiqui enim famuli ſeruum dicebant,vnde famulari verbum à quo familia.D.m.Alcia.d.§.familiæ. Mod. in l.ſi famulia. ſuper verbo familia.ff.de iuriſd.om.iud.Martia.

Source : BIU Cujas

Hipp. Bonac. De ſeruis, vel Famulis.

Argolico famulum non te ſeruire Tyranno
Vidiſſent gentes, ſœuaque regna pati.

Pli. lib. 2. de familiari adminiſtratione. Vbi de eligẽdis ſeruis. eorum officio, & patronorum officio, & alia ad rem latiſſimè. vide l. fi. C. per quas perſo. no. acqui vbi ſeruus non debet ſua libidine ſpernere domini iuſſionem.

Quæſtio II.

Seruus gratus & idoneus quis.

QVi ſnam dicitur gratus & idoneus ſeruitor? Reſp. qui honeſtis moribus & virtuoſus exiſtit, c. venerabilis. de præben.

Caton Philoſophus Stoicus: cum ab eo aliquando eſſet quæſitum. An beneficium ſeruus domino dare poſſit? Reſpondit. Quædam ſunt beneficia, quædam verò officia, & quædam miniſteria. Beneficium eſt, ꝙ alienus dat, alienus autẽ eſt, qui potuit ſine repræhenſione ceſſare. Officium eſt filii, vxoriſq; ac cæterarũ perſonarum, quas neceſſitudo ſuſcitat, & opem ferre iubet. Miniſterium eſt ſerui, quem conditio ſua, eo loco poſuit, vt nihil eorum, quæ præſtat, imputet ſuperiori. In hiſtoria Mundi. in 5. ætate fol. 85. Largo autem modo dr̃ ſeruus benemeritus, q nõ demeruit. Redoanus in tracta. de rebus eccle. nõ alie. in rub. de alie. rerum eccle. ſeſe mouet, in 12. fol. 74. Et benemeriti ſunt ſerui, qui aliquod inſigne ſeruitium fecerunt, gl. in c. ſi quos. de ſeruis. 12. q. 2. vel qui gratum impẽdunt famulatum. c. graue, de præben. Caſſane. in conſi. 7. nu. 13. Alex. in conſi. 55. in 2. col. in 1. vol. Quæ nam autem bona famula dicatur? Reſp. bonã famulã oportere tribus dotibus eſſe p̃ditã. Vt ſit fidelis, vt ſit deformis, vt ſit ferox, quam vulgò malam vocãt. Qui nam verò dicantur nouitij ſeruitores. ponit Ang. in l. ſi negocia. nu. 3. ff. de neg. geſt. vbi ſunt ij, qui nondum anno ſeruierunt.

Quæſtio III.

Seruitores Papæ an poſſint obligare fructus ſuorum beneficiorum pro ſuis vrgentibus neceſſitatibus.

AN ſeruitores Papæ poſſunt obligare fructus ſuorum beneficiorum, quos percipiunt, licet abſentes, pro ſuis vrgentibus neceſſitatibus? Reſp. ꝙ poſſunt. Nouellus ad regu. Duen. regu. 126. num. 4. in 4. fallen.

Quæſtio IIII.

Famuli familiares Papæ & Cardinalium qui verè dicantur.

AN famuli familiaresve Papæ & Cardinalium non habitantes domum dominorum, ſed quotidianã recipientes portionem, verè dicantur famuli, & familiares? Reſpon. Bardus in tract. de tempore vtili, vel continuo, c. 17. ꝙ ſic vide tñ poſtea. Et ſubdit, ꝙ quis non ſolum cõmenſalitate efficitur famulus, ſed animo. An autem exceptio de non diſpẽſandis beneficiis familiarium continuorum commenſalium Papę, & per eum poſita in indulto Cardinalium, comprehendat etiam ſuos familiares continuos commenſales ex priuilegio? Vide Bombi. conſi. 27. per totum. vbi ponit etiam, qui ſint familiares ex priuilegio, & alia. Familiares itaq; Prælatorum omnes illi dicuntur, qui ſunt propoſiti ad famulandum eis, vel in coquina, vel in camera, aut cubicularĩ, vel ſtabularii. Inter conſi. crimi conſi. 174. Et probatur, ꝙ quis ſit familiaris, eo ipſo, ꝙ eſt aggregatus & aſſociatus cum familiaribus, & ſeruit dictis Prælatis, ſiue præſtat opera ſeruilia, ipſis ſcientibus. Bar. in l. j. §. familię. ff. de publica. Bombi. cõ ſi. 27 Gome. in regu. Cancellariæ in proœmio q. vlt. litera F vbi dicit, ꝙ Paulus III. Pontifex glorioſæ memoriæ regulam conſtituit ſuper hoc: vt ſcilicet verè familiares ſint, & non per fictionem. Et idem Gome etiam in regula Cãcellariæ. de impetra. benefi. per obi. Card. q. 13. vbi dicit, ꝙ familiares Cardinalis ij dicũtur, qui ab ipſo Cardinale pro familiaribus hñr, & hoc totũ cõſiſtit in facultate ipſorũ dñorũ Cardinaliũ, vide Menochiũ de arbitrio iudicis, caſu 201. nu. 119. & nu. 123. 126. & 127. Ant. Gabriel. ī ſuo cõium opi. ti. de teſtibus, cõcluſione 10. per totũ. Nõ tñ ſtatur dicto Cardinalis, aſſerẽtis aliquẽ ſuum familiarem, ad effectum, vt ipſius beneficiis poſſit diſponere. Sarnen. in reg. de impetra. benefi. per obi. fami. Cardi. q. 13. Ant. Gabriel. vbi ſupra tit. de probatio. conclu. 3. nu 19. vide Hiero. à Monte in ſuis quęſtionibus. q. 22. nu. 24. vide Gome. vbi ſupra in ſeq. q. vbi dicit, ꝙ famuli familiarium Cardinalium hñr pro familiaribus, diſtinctione habita, vt per eũ ibi. Et qui ſint familiares Papæ propriè, & qui fictè, tradit Caſtrẽ. in ꝑſi. 340. li. j. Et an probent familiares nobiliũ, Principum, aut Cardinalium tradit Crotus in tract. de teſtibus, 3. par. nu. 125. vbi Petrus Mõcada dicit ꝙ ſic. Diſpoſitio autem loquens de familiaribus, & continuè cõmenſalibus, nõ habet locum in ſimpliciter familiaribus, Beroius. q. 35. nu. 2. vide ad ſupradicta Pariſi. conſi. 38. per totum in 4. vol. vbi ponit, quis ſit verus familiaris Papæ deſcriptus in indulto. Et vide per eundem in conſ. 50. eo. vol. An a fit credatur Papę, ſi dicit aliquẽ ſuum familiarem, vide Ant. Gabriel. in ſuo communium conclu. tit. de probatio. conclu. 2. nu. 3. & nu. 19. vbi plenè.

Quæſtio V.

Cardinalis an debeat habere plures ſeruitores.

AN Cardinalis debeat habere plures ſeruitores? Reſp. ꝙ ſic, doctos (ſcilicet) & venerabiles, quia tendit ad decus eccleſię Romanę, vt in c. ſuper, de magiſtris. Nam ad honorem Cardinalis ſpectat, ꝙ à pluribus aſſocieẽt. Iuuenalis Satyra 7. & Arioſtus ſatyra 3. quod no. And. Siculus in c. ex parte, col. 2. de conſtitu. tanto enim maior quis reputatur, quanto pluribus famulis & dignioribus præeſt, vt probat Gondiſal. in tract. de dignitate Vicecãcellarię, q. 7. allegat tex. in §. Nos igitur, de defenſo. ciui. facit illud prouerbiorum, 14. c. in multitudine populi dignitas Regis. Facit c. ecce. 95. diſtin. Hinc Virg. j. Aene. Laudans Didonem in iſto apparatu famulorum.

Quinquaginta in ius famulæ, quibus ordine longo
Centum aliæ, totidemq; pares ætate miniſtri.

Gomes. in regu. Cãcellarię de impetran. benefi. per obi fami. Card. q. 6. vbi ſubdit, ꝙ impenſæ, quæ fiunt ſeruitoribus, & miniſtris, cenſentur factæ intuitu eccleſiæ, propter honorẽ inde reſultantem, vt tradit Franc. in c. preſenti. §. porrò, in 2. no. de offi. ordi. lib. 6. Nam multorum neceſſitatibus ſubuenitur, quia multi pauperes clerici, nobiles, & literati in eorum domibus conſolantur, & viuunt in maximũ Cardinalium & Sedis Apoſtolicę decus. Caſſane. in Catalogo gloriæ Mundi par. 5. conſidera. 15.

Quæſtio VI.

Cardinalium in domibus an cenſeantur eſſe viri flagitioſi.

AN in domibus Cardinalium cenſeantur eſſe viri flagitioſi, ac priuatione digni? Reſpon. ꝙ non. Quia de iure pro illuſtri Cardinalium dignitate præſumuntur habere familiares honeſtos, vt dicit Inno. & alii in c. literis, de reſtit. & in c. inſinuante, de offi. delega. Ex qua præſumptione infertur cõiter ad d. c. literis, quod diſponit, familiares non eſſe idoneos teſtes, vt non procedat in familiaribus Cardinalium & Epiſcoporũ, quia nõ præſumuntur habere perſonas ſuſpectas domi, ſed probatæ vitę, & exemplares: vt dicit Bal. in l. etiam. C. de teſtibus & ſequuntur Mod. in trac. de teſtibus Firma. in trac. de Epiſcopo in 5. par. lib. 4. Aret. & alii in d. c. literis, & in l. 2. C. de teſtibus. Inuigilare magis, atque magis habent igitur ſuper familiam ſuam Reuerendiſſimi omnes, vt ſic in bono erudiantur eorum familiares, relatione ſcilicet non facta ad id, quod fit, ſed ad id, quod facere conuenit, vt dicit Paulus. I. C. in l. pe. ff. de iuſti. & iu. & Proculus in l. ſed licet. ff. de offic. præſi. Non tam ſpectandum, quod Romæ factum eſt, quàm quod fieri debeat. Quia Principis debent ſibi magis cauere ab omni re illicita, & reprehenſibili, quàm alii, quia plura ſunt licita aliis, quæ non liceret ipſis, gloſſ. in l. Imperatorum ff. de hęredi. inſtitu. vbi dicit Bald. quòd iſta verba deberent ſcribi literis aureis. Nulla ſiquidem auctoritas neque Principis, neque Senatus poteſt facere, quòd Princeps non ſit animal rationale, mortale, nec eum abſoluere à lege naturæ, vel à dictamine rectæ rationis, vel legis æternæ. l. 2. C. de vſufruct. earum rerum. Bald. in l. ſi aquam. num. 4. C. de ſeruitu. & aqua.

Quæſtio VII.

Famuli Cardinalium à quibus iudicibus puniuntur.

QVæritur, a quibus iudicibus puniuntur famuli, domeſtici, & familiares Cardinalium? Reſpond. Clar. q. 35. verſi. excipiuntur, quòd ij omnes ex conſuetudine remittuntur ad ipſos Cardinales puniendi. Et ꝙ ita ſeruatur in vrbe Romana. Et ideo ob id habent Cardinales priuatos carceres. q. 68. allegat Manfre. in trac. de Cardina. c. 8. in 9. Priuilego, dicẽtem hoc vſu obtinuiſſe.

Quæſtio VIII.

Famulus Cardinalis ſi obeat, cuius erunt bona.

FAmulus Cardinalis obiit, cuius erunt bona? Reſpond. Cardinalis. l. iure ſuccurſum in princip. ff. de iure do. vbi defuncta filia iuſtum putat. I. C. conſolari patrem, vt ſolatij loco, dos ei reddatur. Facit l. ſi filius, de bon. damn. vbi conſolatur pater ex morte filii militis, ſi illi ſuccedat in caſtrenſi peculio. Facit l. 4. §. cum autem. ff. ad l. Rho. de Iac. Nam & honeſtum eſt, vt iuxta dictum Apoſtoli humanitate plenum, ꝙ Cardinalis, qui ſocius fuit tribulationum, & onerum, gubernando famulum & familiarem ſuum, ſit etiam particeps, & ſocius cõſolationis, quia iuris eſt naturalis, vt qui habet onus, ſentiat commodum l. ſecũdùm naturam. ff. de reg. iur. Ita Gome. in reg. Cancella. de impe. benefi. per obi. Cardi. q. 8.

Quæſtio IX.

Seruitores an debeant à dominis remunerari.

AN Eccleſia, Cardinales, vel Prælati teneantur remunerare ſuos ſeruitores, & qualiter? Reſpon. Afflic. ſuper conſti. regni lib. j. tit. de decimis. in princ. num. 2. ꝙ ſic. Et debet conſtare de meritis, aliter quàm per aſſertionem Prælati. Nec ideo debẽt alienari res eccleſiæ, vt remunerentur ſeruitores, ſed poſſunt eis concedi fructus ad modicum tempus alicuius rei ſtabilis, & hæc quidem eſt obligatio ad antidora, vt ſcilicet benefacienti benefaciamus. Vide omnino Redoanum in tract. de Spoliis. q. 7. nume. 1. & ſequen. fol. 200. & idem in tract. de Rebus eccleſiæ non alienan. pag. 284. §. contra autem. Vide Monta. in l. conſilii. ff. de reg. iur. & in trac. de appella. lib. 4. c. 2. & Archiepiſcopum Flor. in l. ſumma tit. de inuidia par. 2. §. 3. c. j. Super inuido & auaro aulico.

Quæ-

Source : BIU Cujas

Quæstio X.

Beneficij collatio à prælatis in seruitores an dicatur simoniaca.

AN collatio beneficii facta per Prælatos seruitoribus contemplatione remunerationis seruitiorum dicatur symoniaca? Resp. Fran. Mar. decis. 285. & 288. lib. j. & est decisum per gl. in c. sunt nonnulli. j. q. j. vbi, si est facta dignis, nō est symoniaca, aliàs secus. Portius consi. 221. nu. 33. in j.

Quæstio XI.

Beneficij rē ut famulus prælati solicitet si quis donat, an dicatur symonia commissa.

QVis donat famulo alicuius Prælati, vt rem beneficii solicitet, an dicatur commissa symonia? Resp. Si ille famulus non est talis, cuius intuitu Prelatus sit donaturus, non est commissa symonia. Cardinalis in c. tuam, de ętate & qualita. Dicens. se ita respondisse cuidam Curiali vrbis Romæ. Ferra. cautela 9. nu. 10. vide Afflic. super cōsti. regni lib. j. ti. de decimis. in prin. nu. j. & Fran. Mar. decis. 121. lib. j.

Quæstio XII.

Famuli Cardinalium an sortiantur priuilegium dominorum.

AN famuli Cardinalium sortiantur priuilegium dominorum? Resp. ꝙ sic. Cum ex subiectione priuilegii familiaribus vsus dominis suis incommodior redderetur, arg. ff. de iudi. l. si verò. §. legati. Oldr. consi. 293. nu. 5. Capici. decis. 12

Quæstio XIII.

Prælati an teneantur de delictis famulorum.

FAmuli, vel familiares vtriusq; Prælati faciunt rixam ad inuicem sępe ac sæpius, in qua interueniunt hinc inde homicidia, & vulnera, nec ob id à Prælatis recedunt. Sed dicti Prælati semper retinent istos familiares. An ipsi Prælati teneātur de delictis per eos perpetratis, saltem arbitrio Iudicis extra ordinē? Respon. prout in consi. 74. inter consi. crimi. per totum. vbi Ange. Aret. pulcherrimè in d. consi. vide D. m. Alcia. consi. 20. in 7. li. Fran. Mar. decis. Delph. 1074. lib. 1.

Quæstio XIIII.

Successor prælati an teneatur soluere eius debita.

AN successor Prælati teneatur soluere debita cōtracta per eius prędecessorem propter impensas necessarias pro ecclesiæ ministris, & seruitoribus per prædecessorem factas? Resp. ꝙ sic. Fran. Mar. decis. 436. num. 2. lib. 1. vide omnino Redoanū in trac. de Spoliis, q. 10. per totum. vbi etiam nu. 33. subdit, ꝙ salaria famulorum, quæ famuli in vita Prelati petere, & consequi disstulerunt, non debēt solui post mortem per Camerā Apostolicā de bonis, seu spoliis Prælati, quia super hoc emanauit Motus proprius Pauli III. quo determinatur, ꝙ salaria, quæ famuli nō habuerunt in vita Prælati, nisi pro biennio petant, & post mortē infra annū petant, aliàs ꝙ soluta præsumātur, vt est videre in d. Motu proprio, vide Menochium consi. 64. nu. 20. & seq.

Quæstio XV.

Famuli Episcopi an gaudeant fori priuilegio.

AN famuli Episcopi gaudeant fori priuilegio? Respon. Panor. in c. nullus de foro compe. ꝙ communiter tenetur, ꝙ sic. In summa Angelica in ver. Famulus, nu. 6. Calcan. consi. 71. nu. 2. & seq. vbi latius. Et hoc est speciale in ipsis Episcopis c. fi. de offi. Archi. & ibi hoc tenent communiter Doc. Capici. decis. 12. Beluis. in prac. crim. tit. de iniuriis. nu. 43. D. Iul. Clar. q. 35. ver. quæro nunquid familiares? Etiā si non sint sacris imbuti clericali foro. Secus in aliorum clericorum famulis, vt est cōis opinio Capici. d. decis. & Clar. ibi. & Soarez litera. C. nu. 128. & 129. vide Grāmati. consi. ciuili. 102. per totum. vbi famuli clericorū tenentur ex statuto de dānis datis. Vide Iac. à canibus in trac. de repræsa. in 2. par. nu. 3. vbi dicit, ꝙ docto. in c. cum non ab homine. de iud. concludunt, ꝙ gaudent famulantes in domo clericorum priuilegio. Et idem tenet gl. in clemen. j. de decimis. Et idē de tota familia dicit Prosdocimus in c. 2. de fo. compe. vide omnino Grammati. d. consi. 102. Natta in consi. 576. in 3. vol. vbi & de famulis Principum, qui gaudent priuilegio dominorum, & idem in famulis scholasticorum: & ibi plura notatu digna. Famuli tamen ecclesiæ, qui mercede cōstituta custodirēt pascua, seu animalia ecclesiæ, non sunt immunes: vt est communis opinio. Grammati. d. consi. 102. Bursatus consi. 42. nu. 15. Et seruitores mercenarii non gaudent priuilegio fori, competente alteri priuilegio quàm Episcopo, vel clerico. Grassus communi opin cap. 10. q. 7.

Quæstio XVI.

Seruitores Episcopi an pro præsentibus habeantur.

AN seruitores Episcoporum pro præsentibus habeantur? Resp. ꝙ sic in c. audientiam. de clericis non residen.

Quæstio XVII.

Famuli Episcopi an possint accusare ipsum Episcopum.

AN famuli, vel familiares Episcopi possunt accusare ipsum Episcopum? Respon. Inno. in c. nulli. de accusa. & Bal. in Margarita, in ver. Famulus, & ver. Familiaris, & Firma. in ver. Familiares. Feli. in d. c. nulli, vbi etiam dicit, ꝙ laici non possunt accusare Episcopum, nec eius cubiculares, quod intelligit Abb. ibi, de familiaribus nutritis domi iamdiu à primęua ętate. Aliàs secus. Et possunt excusari Episcopi per ipsos seruos, quia extraneis non sunt noti secreti mores. Floria. in d. l. testis idoneus. de testibus. Franc. Mar. decis. 899. nume. 26. lib. 1. Gome. regu. Cancella. de impetran. bene. per obi. Cardina. q. 7. vbi tamen familiaris Episcopi reperitur criminosus, in pœnam tolerantis talem in domo ipsum Episcopum accusare potest d. c. nulli c. nullus. de accusa. 2. q. 7. Tancre. de ordine iudi. titu quis possit accusare. lib. 2. pag. 98. Amentes ergo seruos domi non habendos ex Apollogo de Sacerdote, qui turdos puero suo assandos dederat, docemus; quia talis quis esse præsumitur, quales famulos habere dignoscitur. vnde ait Ludo. Roma. in l. cum mulier. ff. solu. matri. colum. 13. Ad episcopos pertinere bonis & honestis vti famulis, ne si contrarium appareat præsumatur Episcopum famulos discolos nutrire, ad effectum, vt dolos instruant, vt suppleant defectum probationum, & quæ ibi fusius. Gome. d. q. 7. Talis dominus, qualis seruus. Tiraq. in suo de pœnis temperandis. causa 52. nume. 95. facit c. cum in iuuentute, de Purga. ibi. domini dictum facile sequitur multitudo, & in prag. de collat. in gloss. domini. Nam omne simile diligit suum simile. Et ignari ignaros defendunt, & dissimiles odio habent. Cicero de Senectute. Pares cum paribus, & similibus, & similis similem diligit, vt in adagio. Similem habent labra lactucas. Oratius lib. Epistolarum 1.

Oderunt hilarem tristes, tristemque iocosi
Sedatum celeres agilem. Iuuenalis. Et Columella.
Magna inter moles concordia est.

Similibus similia faciliora fecit natura, bonum bono aptissimum, & malum malo. Seneca. Tuta est inter feras similitudo morum. Omnium (inquit Cicero) societatum nulla præstantior est, nulla firmior quàm cum viris bonis moribus similes sunt familiaritate coniuncti. Sic & Princeps debet habere famulos morigeratos, quia qualis familia, talis præsumitur Dominus, Hieron. in Epistolis. Natura (inquit) Principis æstimante populo, quemadmodum mores & studia dominarum, ex ancillarum & Comitum moribus iudicantur, refert Cagno. in suo de vita & regimine boni Principis, num. 123. Famuli tamen Episcopi pro flagitio non admittuntur ad probādum aduersus Episcoum, Alberi. de Malef. in tract. de testibus. §. supereſt num. 19. titu. 14. nec etiam pro ipso Episcopo admittuntur. Nisi essent expulsi propter talia crimina, propter quæ non debuissent esse familiares Episcopi. Et not. quòd si Episcopus audiuit eius familiam aliquem minantem, & de se accipere vindictam dicentem. Si dixit inhibeo vobis expresè, ne ei aliquid faciatis, ne ordinis mei discrimen incurrere valeam, & animæ meæ detrimentum. Si familia nihilominus eum occidat, non tenetur, si suo nomine factum fuerit, & ipse postea ratum habeat, secus erit. Aliàs non. Beluis. pract. crimi. titu. quotuplices sint causæ, num. 224.

Quæstio XVIII.

Famulo Episcopi si fiat iniuria an pro illa competat Episcopo actio ciuilis.

QVid si fiat iniuria famulo Episcopi, an competat actio ciuilis Episcopo, quasi ipsi sit illata? Respond. Bart. in l. 1. §. fi. ff. de iniuriis, quòd sic. Si in eius contumeliam illata sit. Aliàs secus. l. apud Labeonem. §. si apud. ff. de iniuriis. pro quo vide d. Rolan. à Valle consi. 48. num. 8. in 2. Ant. Gome. in trac. de delictis. c. 6. titu. de iniuria. num. 6. fol. 386. Nullus certè fuit vnquam ita sapiens, quòd iniuriam recipere non possit. Ang. in l. ad eos. ff. commo. Et nemo est tam bonus & industriosus, qui à malis hominibus non possit decipi. Idem Ang. in l. argentum. eo. tit. & dixi alibi fusius.

Quæstio XIX.

Episcopus an possit ordinare suos familiares absque literis suorū superiorū.

AN Episcopus possit ordinare suos familiares, sine literis suorum superiorum? Respond. Federic. de Senis. consi. 188. ad fin.

Quæstio XX.

Clerici in famulatu personarum Ecclesiasticarum vilia officia non exeunt.

AN Clerici in famulatu exercere possint ecclesiasticarum personarum vilia officia, aut opera, quæ clericali decoro non conueniunt? Resp. ꝙ non, Redoanus in tract. de Spoliis, in fi. in c incip. in famulatu.

Quæstio XXI.

Clericus an possit ancillæ legare.

AN Clericus possit eius ancillæ legare? Resp. Natta ꝙ sic in consi. 559. in 3. per totum. Sed non concubinæ vt ibi. Nisi pro meritis, quantum scilicet eius merita se extendunt, vt dicit Anch. in consi. 247. vide Bermondum de concubinis. Et quænam sit propriè concubina, tradit Areti. in consi. 48. vbi ponit differentiam inter ancillam. & concubinam, & Bermon. vbi supra. Et Concenatius lib. 2. quæstionum. c. 1.

Quæstio XXII.

Clericus doctor an debeat stare sine famulo.

AN Clericus doctor debet stare sine famulo? Respon. quòd non. vide Redoanum in tract. de Spoliis. q. 10. num. 33. & alibi in eo. titu.

Source : BIU Cujas

Hipp. Bonac. De Seruis, vel Famulis.

Quæstio XXIII.

Clericus vel Episcopus an possit de fructibus seu mobilibus seu ecclesiæ famulis relinquere.

AN possit Clericus, vel Episcopus de fructibus suæ ecclesiæ, & mobilibus sibi ratione ecclesiæ acquisitis, seruitoribus mercedes relinquere,& donare ac remunerare? Respon. Specula.in tit. de Statu Monacho. ver. 57. Quæritur, ꝙ potest.l.Iubemus.C.de sacrosan.eccl.Redoanus de Spoliis.q.3.nu.9. fol.107. Dum tamen absit fraus.

Qnęstio XXIIII.

Subrogatus famulus quando gaudeant priuilegio famuli prioris.

QVæro, Episcopus habet indultū,vt famuli ipsius gaudeant fructibus beneficiorum suorum. An istud indultum porrigatur ad eos famulos, qui loco illorū subrogati fuerunt? Respon. ꝙ sic. Ant. Gabriel.in suo communium conclu. lib.j.tit.de legibus.conclu.3.in 12.limita.num.45.ꝙ no. contra quendam Episcopum,qui studuit titu.de iuris & facti ignorantia,& nesciebat,ꝙ vbi est Collegium,ibi est dignitas.Bal. in consi.j.nu.3.in j.vol.vnde in eo verificatur illud,quod dicit Bald.in l.per adoptionem. ff. de adopt.in j. lectura. Vbi dicit, ꝙ nobiles pro maiori parte hodie sunt superbi, inimici popularium, gulosi, & luxurioſi plusquam populares sunt,& nihil aliud sciunt nisi comedere, bibere & superbire. Et præsertim falsi Prælati, qui, vt dicit Bal. in consi.10.num.8.vol.j.vbi dicit, quædam sunt, quę habent similitudinem entis,& tamen non sunt ens,vt chymera,hypocrita,& falsus Prælatus l.Paulus.ff.de verb.sig.prout ille,qui pro vno marcello totum mundum destrueret.

Quæstio XXV.

Famulus Abbatis an possit esse testis in causa monasterij.

AN famulus Abbatis potest esse testis in causa Monasterii? Respon.Bald.in consi.444.nume.4.in j. par.quòd sic. Specula.in tit.de teste. Aliàs esset in potestate Abbatis subtrahendi probationes Monasterii,faciendo aliquem sibi famulum.

Quæstio XXVI.

Priuilegium pro familiaribus an extendatur ad futuros.

AN priuilegium concessum Monasterio pro se, & eius familiaribus,extendatur ad familiares futuros? Respond.quòd sic Ioan. Andr. in regu. qui sentit, regu.iur. in 6. & c. fin. cum ibi not. de priuileg. in 6.pro quo vide Franc. de Mar. decis. 425. num.8.lib.2.

Quæstio XXVII.

Famulus conuersus ecclesiæ quis, & quomodo illi acquirit.

QVid si famulus conuersus acquirit ecclesiæ. An sit necessaria ratihabitio? Respond. ꝙ non.Scribentes in l.qui Romę.§. Statius.ff.de verb.oblig.Conuersus enim est,qui mutato habitu religionem ipsam profitetur,minimè ordine ecclesiastico præditus, & is cum cæteris religiosis intra Monasteriorum claustrum vitam agit.Couarru.in c.Alma mater.par. 2. §.2.nu.9.de sententia excommu.in 6.Et isti non habent vocem in c.Federi.de Senis in consi.213.licèt faciant professionem,& ipsi sint verè professi,& veri religiosi & habentur in numero religiosorum. Et an conuersus gaudeant priuilegio ecclesiæ. Respon.ꝙ non nisi sint in aliquo seruitio ecclesiæ, & non viuunt seculariter,vt no.Prosdocimus in c. 2.de foro compe. Iac. à canibus in tract.de Repręsaliis.2.par.nu.3.

Quæstio XXVIII.

Pueri deseruientes in choro an gaudeant priuilegio clericorum.

NVnquid pueri deseruiētes in choro, & destinati clericatui, qui se gerunt pro clericis,habitum & tonsuram deferētes habeant priuilegium de quo in c.si quis suadente Diabolo? Respon.Duennas,ꝙ sic. Regu. 99. in 10. amplia. Num percutiens eos est excommunicatus. Vide in Concilio Tridentino lib.4.c. vnico,de Priuilegiis Clericorum.

Quæstio XXIX.

Famulantes Principi an omnes sint in dignitate.

AN omnes famulātes Principi sunt in dignitate, & ideò nobiles? Respond. Cassaneus in Catalogo gloriæ Mundi par. 8. considera. 19. quòd sic. Etiam in officio quocunque minimo seruientes. Etiam si sit coquus Principis dicitur esse in dignitate,& habere dignitatem, assistendo scilicet seruitio, & obsequio ipsius Principis,Cagno.in l. diem functo. nu.17.ff. de officio Adsessoris.

Quæstio XXX.

Principi qui seruire tenetur,an possit seruire per substitutum.

QVi tenetur seruire Principi,an possit per substitutum seruire? Resp.ꝙ non. Nisi de eius voluntate. Bal. in vsibus feudorum tit.Episcopum,vel Abb.§.mutus,nu.3.

Quæstio XXXI.

Familia Principis an teneatur ad munera extraordinaria.

AN famuli,vel familia Principis teneatur ad munera,& onera extraordinaria,vt cubicularii, medici,& alii seruientes cum fide,vt tenentur in Palatio Principum,& pro domo principali negociātes procuratores,notarii,curiales,coqui,& similes? Respon.Ferrettus in trac.de Gabellis nume.535. quòd non. Sed sunt immunes.

Quæstio XXXII.

Serui nobilium an sint melioris conditionis quàm plebeiorum.

AN serui nobilium sunt melioris conditionis, quàm serui plebeiorum? Respon.ꝙ sic. Corse.fusius in Reperto.Abb. in ver.Aduocatus defendit. Et ideò inferens iniuriam istis, vel acriter verberans, punitur ac si effecta fuisset iniuria domino. Vide Alberi.in l.quamuis,num.2.ff.de in ius vocan. & Mansue. in prac.sua tit.de inertiis,nu.6.Et isti serui nobilium debent habere meliora fercula, vt in illis Cardinalium & Episcoporum, vt ibi per Corsetum.

Quæstio XXXIII.

Seruus inobediens mandatis Principis qualiter punitur.

QValiter debet puniri seruus contemptor, vel inobediens mandatis Principis? Resp.Bal.in consi.367.col.2.lib. 3. Et familiares Principum puniūtur grauius q̄ alii.l.vniuersali.vbi Sali.per illū tex.C.vbi fiscales.vide omnino Feli.in c.cum dilecta.ver.amplia.j.de rescript.

Quæstio XXXIIII.

Famuli absentium causa Reip. an gaudeant priuilegijs dominorum.

AN famuli legatorum, vel absentium causa reipublicæ gaudent priuilegiis dominorum, vt restituantur aduersus læsionem passam tempore absentiæ? Resp.ꝙ sic.Cyn & Bal.in l.j. C.vxo.mili.Pet.Rauen.in alphabe.aureo,ver.Bidelli.

Quæstio XXXV.

Famuli Ambasciatorum hostium an offendi possint.

AAn famuli Ambasciatorum hostium offendi possunt? Respon.quòd non.l.fi.ff.de lega.Franc.Mar.decis. Parla. Delphi.q.425.num.4.lib.2.

Quæstio XXXVI.

Seruitoribus Inquisitorum hæreticæ prauitatis an liceat arma deferre.

AN liceat seruitoribus Inquisitorum hæreticæ prauitatis arma deferre? Respon.ꝙ sic.Afflic. super constitu.lib.j.de illi cita por.arma.num.6.Nec possunt prohiberi,& si prohibentur, puniuntur prohibentes tanquam turbatores clem. 2. vbi Doc. ad fi. de hæreti. Idem est in famulis & seruitoribus Episcoporū & potestatum.ibi.

Quæstio XXXVII.

Princeps an possit contra ius positiuum dispensare pro suis seruitoribus.

AN Princeps possit contra ius positiuum dispensare pro suis seruitoribus & familiaribus? Respon. ꝙ sic Afflic.super cō stitu.de probatio. libro secundo, nume. 11. Principes enim solent (inquit) contra ius positiuum dispensare pro seruitoribus & familiaribus suis. Nam potest Princeps pro libito voluntatis tollere leges positiuas, cap. primo, de constitu. libro sexto. Gome.regu.Cancellariæ.prima q.15. Parisius consil. 23. nume. 250.in 1.volu.

Quæstio XXXVIII.

Seruitia indebita à seruis facta an præsumatur extorta.

AN indebita seruitia à seruis facta, præsumantur à magnis dominis per metum extorta? Respond. quòd sic. Alexand.in l. prima, §. quæ onerandæ. in apostillis ad Barto. ff. quarum rerum actio non datur.Aemylia. in consi. 73. nume. vigesimoprimo.

Quæstio XXXIX.

Famulus an possit prohibere nequis domum ingrediatur.

AN quilibet famulus de familia possit prohibere aliquem, ne domum ingrediatur? Respond.Barto. quòd sic in l.lex Cornelia.§.lex itaque.nume.1. ff. de iniur. Et si ingreditur habet actionem ex lege Cornelia. Prohibentes tamen famuli. & impedientes apparitores capere malefactorem, tenentur lege Iulia de vi.Bart.in l.furti.§.ope.nu.5.ff.de fur.Firma.ver.familiares omnes.

Quæstio XL.

Famulus an possit accusare dominum.

AN famulus potest accusare dominum? Respond.Barto.in l.penul. C. qui accusa. non possunt, quòd nisi suam, vel suorum præsequatur iniuriam. Et actio de dolo non competit famulo contra dominum, qui est positus in dignitate. Et ideo cautela est,quòd ipse intentet actionem, vel exceptionem in factum verbis temperatis, non faciendo mentionem doli, quia ista iudicantur à pari actio, & exceptio inquātum ad hoc. Ita Cœpola,cautela 107. & 162. Seruus tamen Dardanarii dominum accusat.Francisc.Mar. decis. 284. nume. 3.lib.secundo. Fallit, si est infamis infamia facti,vt quia habent vxorem,& cōcubinam vno & eodemmet tēpore: vt est cōmunis opinio. Viuius communi opi.ver. Accusare. Limita non procedere parte non opponente,quia tunc accusatio facta à seruo contra dominum procederet,& ista est communis opinio.vt ibi.

Quæstio XLI.

Potestates terrarum teneantur pro delictis suorum famulorum.

NVnquid Potestates terrarum teneantur pro delictis suorum famulorum? Respond.quòd sic.pœna(scilicet) pecuniaria. Liberantur autem, si eos exbibent.Ferra.caute. 49.vide

tamen

Source : BIU Cujas

tamen Franc. Mar. decis. 425. & 426. lib. 1. & in prag. titu. de colla. in gl. ver. familiæ. Ang. in l. j. §. familię. ff. de publica. Itē libe ratur dñs, si famulus banniatur. D. m. Cęphalus consi. 187. nu. 6. in 2. Nec etiam tenetur Potestas de facinoribus per suos Officiales commissis extra suum ministerium. Marsil. singu. 560. Rom. consi. 331. in casu propositæ consultationis. vide Menochium de arbitrio iudicis, casu 354.

Quæstio XLII.

Potestas pro debitis famulorum factis durante officio an teneatur.

AN Ptās pro debitis, vel cōtractibus factis per eius famulos durante officio teneatur? Resp. ꝙ nō. Iaffredus decis. 500.

Quæstio XLIII.

Famuli Doctoris an possit pro debito carcerari.

AN famulus Doctoris possit pro debito incarcerari? Resp. ꝙ non D. Brogni. Caualcan. in tract de tuto. & cura. nu. 318. vbi dicit, ꝙ quemadmodum Doctor non potest pro debito incarcerari, ita nec eius famulus. Et Doctor non potest renunciare huic priuilegio, nec statutum potest ei derogare: nisi speciali ter & indiuiduò loquatur de ipso priuilegio.

Quæstio XLIIII.

Famuli Doctorum an gaudeant priuilegio eorum.

AN famuli Doctorum gaudeant priuilegio dominorum, vt scilicet non teneantur, nisi in quātum facere possunt? Respon. ꝙ sic Brunus in tract. de Cessione bonorum. q. 10. 4. par. princ. num. 3. vbi idem dicit in filiis Doctorum & eius familia. viuentibus ipsis Doctoribus.

Quæstio XLV.

Seruitor an ali ex bonis domini qui non tenetur, nisi in quantū facere potest.

DOctor, siue alius, qui non tenetur, nisi in quantum facere pōt, deducto negeat, habet seruitorem. An ipse seruitor ali debet vnà cum dño, vt sic priuilegium dñi extēdatur ad seruitorem? Resp. ꝙ sic, quia sine seruitore Doctor stare non pōt. Nam ei, qui non conuenitur vltra q̄ facere potest, tantum relin qui debet, vnde ipse & sui ministri eidem necessarii sustentari pòssint. Brunus in trac. de Cessione bonorum. q. 31.

Quæstio XLVI.

Famulus Iudicis non deferens insignia solita an præsumatur famulus?

FAmulus iudicis, qui non defert vestes, & insignia deferri so lita, an præsumatur eius famulus? Respon. Ang. ꝙ non in l. item apud. §. si quis virgines. ff. de iniur.

Quæstio XLVII.

Famuli Scholarium vel artificum an faciunt collegium.

AN famuli Scholarium, vel discipuli artificum faciunt Col legium? Resp. ꝙ non. Bal. in auth. habita. q. j. col. 2. ver. Extra, circa prin. C. ne filius pro patre, Alex. in l. sodales. de colle. il lici. Firma. versi. Collegium.

Quæstio XLVIII.

Famuli Scholarium qui faciunt eis furti an dicantur fures.

AN famuli Scholasticorum, qui faciunt eis quædam furtu la dicantur fures, & pro multis paruis furtis possint tanquam famosi furca suspendi? Respon. Bal. in tit. de pace iura. fir. in vsib. feudo.

Quæstio XLIX.

Scholaribus contra famulos aliter expendentes pecunias an succurratur.

AN contra Scholasticorum famulos, qui pecuniā sibi pro cibo, & potu emēdo traditam aliter expendunt, succurratur? Respon. Schodobius in auth. habita. C. ne filius pro patre, super ver. Tam ipsi. in auctario litera A, ꝙ sic. Vt eos scilicet iura re cogant, nō aliter expensuros ac ipsi perceperint, secundùm Cardi. in clem. j. §. porrò. in 6. no. de hære.

Quæstio L.

Scholares an puniantur propter accessum ad fanteschas aliorum.

AN debeant puniri Scholares, qui habent accessum ad istas mulieres, quæ fanteschæ, idest Massare vulgò dicuntur, quæ stant cum ciuibus, & minus honestè viuunt, licet sint liberæ? Respon. Ang. in l. si vxor. ff. de adulte. ꝙ non. de quo. Alex. in consi. 13. nu. 6. in vlt. vol.

Quæstio LI.

Famulus Scholaris se portauit libros ad Hebræos, qui negant qūo cogantur.

QVid si famulus Scholaris portauit librū meū ad Hebræū & Hebræus negat. An debet cōpelli ad ostēsionē libri rationum? Resp. Bal. in l. j. §. rationes. ff. de eden. quòd sic.

Quæstio LII.

Famuli scholasticorum an gaudeant eorum priuilegijs.

AN famuli Scholasticorum gaudēt eorū priuilegiis? Resp. ꝙ sic Calcane. in consi. 71 distinguendo, vt per eū. Abb. in c. nullus. nu. 6. de iud. Duen. reg. 305. Rebuffus in trac. de Priui legiis Schola. Priuilegio. 163. nu. 1. 5. & 6. Abb. in consi. 53. in 1. par. Bertachi. in ver. famulus, & ver. clerici. Et sicut Scholaris ca pi nō potest. Ita eius famulus in executione famulatus pro dño. Rebuffus, vbi supra. Feli. in d. c. nullus. Tiraq in trac. Cessante cā, par. j. nu. 105. Capici. decis. Neapo. 2. Si tñ Scholaris mittit in nocte famulum pro meretrice, & promittit famulo immunitatē, si capiatur à familia potestatis, nō tenetur Scholasticus pro eo. l. si verò. §. id, ꝙ vulgo. ff. de fideiusso. per illum tex.

Quæstio LIII.

Seruus an teneatur præferre charitatem domini propriæ charitati.

AN seruus teneatur præferre charitatē dñi sui propriæ charitati? Resp. ꝙ nō de iure Canonico, arg. j. dist. c. humanū. ibi quicunq; Secus de iure ciuili. Et si contra. l Prędes. C de serui. & aqua. vbi est tex. ꝙ prima charitas incipit à se ipso, & est tex. in l. j. §. eo. tecto. ff. ad Syllania. Bap. de S. Blasio in trac. cōtradictio. contradictione 55. Sed collige solutionem ex gl. in ver. Soluti. & contra. d. l. Prædes. vī tex. in c. dilectu, de præb. & l. isti quidem. ff. quod metus cau. §. fi. insti. de noxalibus & §. serui. insti. de iure persona. Crauetta consi. 6. num. 5. lib. 1.

Quæstio LIIII.

Seruus an repræsentat persona domini.

AN seruus repręsentat personam domini? Resp. ꝙ sic. ff. de optio. leg. si Pamphilo. §. post mortem. insti. de inutili. stipula. Sed famulus est ad dominum, non econuerso. Federic. de Sen. in consi. 46. col. 2. in fi.

Quæstio LV.

Famulus tum dicatur subtraxisse res domini.

QVid si famulus fugit, & reperiuntur amissæ res aliquæ dñi. An videatur res illas subtraxisse? Resp. glo. in §. si verò. in Auth. de exhiben. reis. ver. factum, ꝙ sic. & not. Ang. in ea. nu. 19. Beluisius ibi. Petr. Rauen. in alphabe. in ver. fuga. Bossius in prac. crimi. titu. de iudi. nu. 33. Marsil. in prac. § diligenter. nu. 47. pag. 39. vbi latè. Feli. in c. nullus in 3. fallen. de præsump. Corse. in singu. verbo fuga famuli. Neuiza. in Silua, lib. 3. nu. 17. Blancus in repeti. l. fi. ff. de quæstio. ver. fuga famuli. nu. 423. Diaz regu. 303. Cassane. consuetu. Burgun. pagi. 48. nu. 37. Viuius Cōmuniū opi. opinione 84. in prima impressione, & in 2. 120. col. 6. vbi & qñ facit indicium ad torturam. Casonus in suo de indiciis & tortura c. 4. de fuga. nu. 22. vbi dicit, ꝙ qñ hæc duo cōcurrunt. videlicet, dñum habuisse dicta bona, & seruum verisimiliter potuisse auferre, & quòd dominus sit bonæ fidei, & seruus aliquantulū suspectus, ꝙ tunc procedi potest ad torturā, aliter non. Et qñ fuga famuli probet delictū factū in domo dñi? Duē. reg 389. nu. 3. in 3. limi. vbi fusissimè. Dec. consi. 130. col. fi. D. m. Alcia. consi. 153. lib. 5. Claudius reg. crimi. 32. Soarez in ver. fuga famuli. Natta consi. 407. per totum in 2. vol.

Quæstio LVI.

Famuli hospitis pro rebus derobatis in hospitio an sint suspecti.

BOna quædam sunt depositata per viatorem in hospitio, & furto sunt subtracta. An famuli hospitis, vel nautæ habent contra se indicium, & possunt torqueri ex vi præsumptionis legalis? Resp. Bar. & ibi per Apostillan. litera c, vbi fusius, & in l. fi. ff furti aduer. nautas. Nouellus in prac. crim in forma inquisitio nis contra fures, nu. 24. fol. 51. vbi videtur, ꝙ sic. Sed contradice re videtur Neuiza. in Sylua lib j. nu 68. dic vt per Doc. vbi supra. & vide Claudium regu. crimi. vbi de indiciis agit, & Plot. in l. si quando. C. vnde vi.

Quæstio LVII.

Dominus an teneatur pro famulo.

AN dñs teneatur pro famulo. Etiā, ꝙ sit Caupo? Resp. ꝙ non. Si Caupo cōi opinione sit bonus existimatus Rebuffus in prac. benefi. fol. 61. nu. 189. dñs eīn regulariter pro facto sui seruitoris hoīs liberi nō tenetur. l. apud antiquos, in fi. vbi not. Bal. C. de fur. c. cum ad sedem, de resti. spolia. Menochius d. c. & hæc quidem est cōis opinio: vt dicit Cur. iun. in l. j. nu. 13. C. de seruis fugi. de quo Clar. q. 86. in prin. vbi pulcherrimè, & Cagn. in l. cul pa caret. ff. de reg. iur. Corse. sing. vers. Præceptum. Bellapertica. q. 451. Benedictus de Vado. in Repert. Fel. in vers. Delictum cōmissum per famulum. Fran. Mar. decis. 61. lib. j. & 425. Io. Fab. insti. de obliga. q̄ ex quasi delic. §. si filius. & instit. de noxalibus. nu. 3. & in gl. in ver. familiæ. In prag. de collatio. fol. 78. Grammati. decis. 34. nu. 39. Apostill. ad Bar. in l. j. §. fi. ff. quod vi aut clam litera e. Ber. Diaz reg. 183. 201. & 204. Duen. regu. 303. Nouellus in pract. crimi. fol. 50. Corne. consi. 40. in j. Ana. consi. 2. Riminal. consi. 391. num. 24. D. m. Alcia in tract. præsump. reg. 3. præsump. 40. Iodocus in practi. ciuili. c. 29. num. 6. Areti. in §. fin. instit. de obliga. quæ ex quasi delic. num. 4. Et serui nobilium, si quid mali agant, tenentur domini, nec excusantur, allegantes ignorantiam, quia cogitare debent illud contingere posse. Dec. in l. nullum crimen. ff. de regu. iur. Arno. Dialogo 4. Nec est verisimile, quòd famuli quid tale agant insciis dominis. Barto. in l. de pupillo. §. si quis ipsi. q. 10. ff. de operis no. nunc. Zas. consi. 15. in j. volu. decis. Tholosa. 195. Et quando dominus teneatur de facto sui domestici. Petr. Rauen. in alpha. ver. damnum. col. 3. vide omnino Placam in Epito. delicto. lib. 1. c. 4. Bald. in consi. 385. in j. volu. Et vide Caraui. inter consi. crimi. consi. 116. per totum, & licèt delictum familiaris non imputetur domino. Tamen, si delictum habet causam succeßiuam, & dominus non prohibet, præsumitur de eius consensu factum. Abb. in c. constitutus. 1. & in cap causam, quæ. de testibus. Ber. Diaz regu. 791. vniuersitas. Et an pro incendio per seruum commisso teneatur dominus? Carauita vbi supra. Menochius consi. 53. Bursa. consi. 59. nume. 14. plura. Moro de fide, treuga & pa-

Source : BIU Cujas

ce q. 138. & q. 141. nume. 1. Item si famulus deliquit in re, cuius custodia spectaret ad dominum, tenetur Dominus, quia imputatur ei, qui præposuit seruum inutilem. Ange. in l. j. §. magistri. ff. de exercito. Et ait Bart. in l. j. §. familiæ, vbi & Moder. ff. de publica. ꝙ seruitores debent esse morigerati. Aliàs ex facto ipsorum tenetur domini. Quando officiales teneantur pro famulo viuo & mortuo. ponit Ferretus in tracta. de Gabellis. nume. 218. Et quando Potestas teneatur pro suis famulis. Bald. d. consi. 385. in j. vol. quibus verò casibus teneantur domini pro famulis in damnis datis. Petr. Rauen. in alphabe. ver. famulus. Paris. consil. 87. num. 6. in 4. volu. Vitalis in tract. Clausu. de metu officialis, nume. 4. & 5. pag. 291. Item tenetur dominus soluere Pedagium pro famulo, non autem ad collectas. Et tenetur dominus pro famulo proiiciente turpitudinem ex fenestra, si proiecit in locum, per quem consuetum erat homines pertransire. Aliàs non. Item tenetur dominus pro damno dato à famulo nõ pro delicto, nisi quatenus ad eum peruenerit immediatè, nõ aliter. Vel nisi dominus sciat, & non prohibeat, quia videtur ratificare. vel nisi faciat de voluntate & mandato domini, vel nisi statu tõ caueatur dominum teneri pro famulo, quo casu etiam tenetur de commissis ante. Secus si statutum dicit, ꝙ dominus teneatur pro delicto famuli, quia intelligitur scilicet de commisso tẽpore, quo fuit famulus. Et si dominus soluit pœnam pro famulo in casibus, in quibus non tenetur, repetit ab eo. Bertachi. in tract. de Gabellis par. 7. principali, num. 29. ver. Vndecimò quæro. Tomo 6. fol. 62. Et dominus nõ tenetur ex facto famuli, nisi constet de mandato. l. j. §. familiæ. & §. filius. ff. de vi & vi arma. Natta in consi. 18. num. 15. in j. vol.

Quæstio LVIII.

Famulus occidens inimicum Domini, an præsumatur eius mandato occidisse.

QVid si famulus meus occidit inimicum meum. An præsumar, ꝙ sibi mandauerim? Respond. Bossi. in pract. de Manda. ad homicid. nume. 39. Duen. regu. 302. Carre. in §. circa, Bald. in l. 1. C de seruis fugi. vbi tenet, ꝙ non. Et dicit, ꝙ de facto semel fuit cassata quædam inquisitio, formata cõtra dominum, ex eo, quia eius famulus dicebat dominum sibi mandasse ꝙ faceret quiddam facinus, tanquam continens non verisimile. Franc. Mar. decis. Delphi. q. 423. num. j. in j. par. & q. 92. & 504. in 2. par.

Quæstio LIX.

Dominus si alloquatur seruum in aure, & inde faciat homicidium, an præsumatur Dominum mandasse.

DOminus alloquitur famulum in aure, qui per breue tempus interfecit hominem. An id de mandato domini videatur feeisse? Respond. Bart. in l. si ventri. §. in bonis. ff. de pri. ui. credi. ꝙ sic. Gratus respond. 110. num. 12. Bald. in l. j. col. 3. nume. 10. C. de seruis fugi. Cœpola caute. 39. Bald. in c. j §. iniuria. de pace iura. fir. Grãma. voto. 6. num. 20. & consi. ciuili. 74. num. 5. Anto. Gomez in tract. de homicidio. num. 46. Mitius. tamen punitur famulus, qui interfecit hominem de mãdato domini, Cœpola caute. 40. quam sequitur Dec. cons. 535. Sed eam impugnat Cagnol. in l. velle. num. 14. ff. de regu. iur. Arno Epito. 8. Per quæ autem verba censeatur reuocatum mãdatum, iam impressum in animo serui in tali casu? Tradit Cœpola cautela vltima, col. fi. Vide Clar. q. 89. ad fi. Petr. Placa. in Epito. delic. c. 14. nu. 5. Anto. Gabriel. Communium conclu. lib. vlti. titu. de criminalibus, conclu. 2. & seq. vbi fusissimè.

Quæstio LX.

QVid si seruus timens mortem sibi comminatam à domino, occidit ipsius domini vxorem, vel aliquem alium. An erit excusatus? Respon. ꝙ sic. Beluisius in pract. crimi. in §. iuris permissione, nu. 63.

Quæstio LXI.

Seruus an excusetur in grauibus delictis qui obtemperat Domino.

AN excusatur seruus in grauibus delictis, qui obtemperat domino? Respond. ꝙ non. Abb. in c. vniuersitatis. de sententia excomm. Nec debet obedire domino, etiam contra præcepta ecclesiæ. Abb. in c. relatum. num. 2. eod. titu. licet sint soliti famuli seruire dominis per fas & nefas, vt dicit Bald. in c. cum in literis, de testibus. Et tenentur protegere dominum l. j. & per totum. ff. ad Sylle. Nec in turpibus tenentur seruire domino, & obedire. Marti. Syllima. in tract. de Feudo. in princip. num. 2. excusantur tamen, vt ibi, num. 3.

Quæstio LXII.

Dominus quando pro delicto serui teneatur.

QVid si dominus dixit eius famulo. Ne reuertaris domum. Nisi sentiam nouum de te. Et postea famulus interficit aliquem. An dominus pro eius delicto teneatur? Resp. ꝙ sic. Si prius recepit dominus ab interfecto iniuriam. Vide Anto. Gomez de homicidio nu. 45. vbi declarat, & limitat, & Bursa consi. 20. num. 19. vbi & ipse declarat, quomodo istud proceda. Limita multipliciter, vt limitat Duenas reg. 302. Fran. Mar. decis. Delphi. 423. li. j. nu. j. vbi dicit communem opinionem, ꝙ dominus decapitetur. Vide tu Clar. q. 89. ver. sed hic incidenter, & Pet. Placam in Epito, delictorum c. 15. nu. 3.

Quæstio LXIII.

Seruo quando præsumatur Dominus mandasse delictum.

DOminus est præsens & habet verba cum alio, & famulus illum ense ferit. An præsumatur illud seruo dominum mandasse? Respon. Barba. in c j. de offic. deleg. Afflic. super constitu. regni de percussione illicita, num. 18. Dec. in l. si seruus. nu. 7. ff. de pac. Iaf. in l. j. num. 14. C de seruis fugi. Menochius. in j. recuperan. possi. remedio, num. 59. Cassane. in consue. Burgun. & in cons. 58. nu. 8. Cur. Senior. consi. 41. per totum. Pet. Rauen. in alphab. ver. Collegium. ad fi. Soarez litera famulus, nu. 50. & in hoc est resolutio, ꝙ si fecit domino conscio tenetur dominus, aliàs eo inscio non tenetur. Distingue tamen vt per Doctores iam memoratos, & infra dicetur.

Quæstio LXIIII.

Dominus pro rapta meretricis ab eius famulis facto eius mandato quando teneatur.

QVid si quis potens vir mandauit suis seruitoribus, vt raperent quandam meretricem, & ea capta contra eius voluntatem fornicationem cum ea fecerunt omnes. An dñs mandans ob id teneatur? Resp. Afflic. super consti. de violentia meretricibus illata, nu. 9. ꝙ sic, pęna tamen extraordinaria. l. j. ff. de extraord. crimi. vide Couarru. Variarum lectio. lib. 3 c. 14. nu. 2. & Bossi. in pract. crim. tit. de pluribus violen. nu. 68. Cotta rerum memora. ver. meretrix. Sed quid si meretrix esset in lupanari, an posset cogi ad venerẽ? Resp. Dec. in l. inuitus. nu. 9. ff. de reg. iur. ꝙ posset. Paris. de Puteo in trac. Syndica. §. adulterũ, par. j nu. 3. pag. 86. Tom. 14. Sed Purpuratus cõtra, de quo D. m. Alc. in l. rogasti. nu. 5. ff. si cert. pet. quia nemo inuitus malè facere cogitur. Et ne scandala & rumores veniant in populo. Et subditi sunt compescendi, ne faciãt rumores. l. j. §. quies. ff. de offi. præfe. vrbis, fusius Paris de Puteo in trac. de re militari. in §. an si duo. Tomo 5. vide Scodobium in authen. habita, super ver. Peregrinantur. C. ne filius pro patre, & in Parerg. litera A ibi. Nam accepta condigna mercede sunt meretrices ad venerem alliciendę, argum. l. Idem & si. §. sed & ꝙ. ff. de condi. ob turpem causam, nec sunt rapiendæ.

Quæstio LXV.

Famulus an præsumatur in domo Domini agere eius voluntate.

NVnquid famulus presumat tale quid agere in domo domini de voluntate ipsius? Respond. D. m. Alcia. in consil. 13. num. 17. lib. 2. ꝙ sic, quod consilium in causa propria fecit, allegat illud Gellii. Aedibus in nostris, quæ recta, aut praua gerun tur. Presumitur enim quilibet scire, quæ domi suę geruntur. Iuxta no. in l. de tutela. C. de in integ. restit. mino. l. j. ff. de iis, qui deiecerunt, vel effu. Licet prouerbialiter dicatur. ꝙ dominus dam na suæ domus sciat vltimus. Secundùm Iuuena. de quo Præposi. in c. significasti, nu. j. in j. no. de diuor. iuxta & illud poeticum. Dedecus ille domus sciet vltimus. vt no. Moder. in l. vnica. C. de raptu virgi. Paris. consi. 64. nu. 20. in 3. vol. Nullus tamen debet se negligẽti committere, alias dicitur in culpa. Insti. quibus motolli. ob. §. pen. & §. fi. institit. de societa. in fi. Zasi. consi. 15. in j. par. post Bart. in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. nu. 10. q. 10. ff. de noui operis nunc. allegat. c. constitutis. de testibus. Abb. in c. esto te, de reg. iur. c. cum non ab homine de vita & honesta. cleri. & l. quoties. ff. de verb. oblig. & consi. 74. num. 6. inter consi. crim. Firma. in Repert. ver. familiaris. Bart. in l. j. §. familiæ. ff. de vi & vi arma. Anchar. in c. cum ad sedem. col. vlt. de restit. spolia. versic. quintò oppono. Et si famulus hospiti bona opinione æstimatus, facit furtum in hospitio, tenetur hospes omnino. Gallus in tract. de eo, quod interest, num. 190. vbi ponit rationem. Similiter nauta, si recipit custodiam rei, vel pretium, quia tunc tenetur etiam de periculo rei. Iaf. in Addi. ad Por. institit. de mandato. col. pen. An mandatarius? Soarez in eius thesauro Communiõ opin. ver. periculum.

Quæstio LXVI.

Famulus an debeat adiuuare Dominũ armis & clamore & quocunq; modo.

AN famulus debet adiuuare dominum armis & clamore, & quocunque modo, etiam cum sui corporis periculo? Respond. quòd sic. Ange. de Are. in malefi. ver. Et dictus Titius, nume. 34. allegat. l. j. §. eodem autem lecto. ff. ad Sylla. & l. cum dominus. eo. Et ita tenet Floria. in l. scientiam. §. qui cum aliter. ff. ad l. Aquil. Et tunc laudabilis est fides serui vindicãtis necem dñi sui: vt no. Cast. in l. j. per illum tex. C. de precibus Imp. offerẽ. Aliàs punitur morte. l. fi. C. de iis, quibus vt indignis. l. j. ff. ad Syl la. Seruus tamen cõductitius non tenetur defendere, si nõ vult. Bal. in l. j. C. vnde vi, Placa Epito. delicto. c. 22. nu. 17. Si tamẽ patronum defendit, à delicti pęna est immunis, vt ibi.

Quæstio LXVII.

Dominus an teneatur defendere seruum.

SEd quid econuerso. An dominus tenetur defendere seruum suum? Respon. quòd sic. Etiam, si sit conductus famulus. Iodo. in pract. crim. titu. de necessa. defen num. 16. & inter consi. crim. consi. 69. num. 22. & est tex. in l. hos accusare. §. si seruus. ff. de accusa. Petr. Placa Epito. delic. c. 28. num. 28. versi. Cæterum, pag. 487. Etiam occidẽdo aliquem in eius domo, vt defenderet

Source : BIU Cujas

fenderet famulum. Alexan. post Bal. in consi. 140. nu. 7. in 2. vol. expedit enim domino familiares defendere gubernare. Aliàs diceretur infidelis: ut dicit Apostolus ad Thimo. c. 5. Si quidem ille, qui suorum, maximè domesticorum curam non habet, fidem negauit, & infideli est deterior. Translatiuè. 29. dist. c. necesse. Afflic. super constitu. de defensis. nume. 15. Aluaro inter consi. crimi. consi. 74 num 45. in 1. vol. Idem debent facere consanguinei. Nam præsumuntur consanguinei & affines nō omisuri defensionem consanguinei sui l. hæc autem. §. i. ff. ex quibus cau. in poss. eatur D. m. Alcia. in tract. præsump. regu. 1. presum. 22. Et ciuis ciui opem debet. unde Cicero. qui socium non defendit, nec obsistit, si potest iniuriæ, tam est in vitio quàm si parentes aut amicos deserat. Monta. in regu. culpa caret. ff. de reg. iur. vbi fusius. Et natura docet, vt quisque se & sua defendat. l. vt vim. vbi tex. & ibi Doct. ff. de iusti. & iur. &c. per ambitiones. 64. dist. ubi glo. ponit carmina.

Cuilibet est homini licitum sua iura tueri.
Quoque resisto tibi: non potes inde queri.

Zas. consi. 10. in 2. par. pag 207. Propertius.

Non solum Taurus ferit vnus cornibus hostem
Verum etiam instanti læsa repugnat ouis.

Nam est virtutis se defendere. c. non inferenda 23. q. 3. Nam defensio, etiam in iudicio vnicuique non est deneganda: etiam Diabolo. c. cum inter, de excep. Bar. in disputatione Virginis cō tra Diabolum Rota decis. 200. in nouis. & 364. c. cum speciali. de appella. Marsil. singu. 388. Zannetinus in d. l. ut uim De fauoribus autem defensionis in causa reorum Bossius titulo ipso. Cagnol. in l. non videtur defendere. ff. de reg. iur. Vasquius de successio. § j. nu. 2. in prin. & defensio aliquo pacto tolli non potest. Luc. de pen. in l. facultas. C. de iure fisci lib. 10. Neuiza. in sylua. lib. quarto, nume. 95. ubi allegat Carmen. Optima nam nullo causa tuente perit. Et iudex debet ex officio, & nemine petente quærere defensionem rei. Brunus inter consi. feuda. cōsil. 69. nu. 2. & ista est communis opinio secundùm Brunum ibi. Et propter defensionem licitum est occidere, etiam Cardinalem. Ioan And. in c. fin. ver percusserit de pœnis. Ang. & Ias. in d. l. ut uim. Gratus Respon. 114. in 2. Item licitum est se defendendo occidere stultum & furiosum. Marsil. singu. 375. Et ideo non valet pactum, ne quis se defendat, in quæstione criminis, uel status l. 3. & seq ff. de libera. cau. Luc. de Pen. in l. ex empto. in fi. C. de decurio. lib. 10. Et nemo debet pluribus defensionibus vti. cap. nullus, de regu. iur. in 6. & quilibet etiam debet perquirere defensiones pro reis. Bart. in l. absentem. ff. de pœnis. apud Gelliū. Cum quidam Atius reprehēderetur, q̄ hominem improbum in iudicio defenderet? Respondit, nemo bonus huiusmodi patrocinio indiget Licet Collegium dominorum Doctorum Bononiæ reprehensum fuisset, quando supplicabat, pro D. Ricardo Malumbra, qui erat condemnatus de hæresi: vt per Bald. in l. quicunque. C. de epis. & cler. Vide alia per Placam in Epito. delic. cap. 18. & per Doc. in d. l. vt vim, quia satis est digito monstrasse fontem.

Quæstio LXVIII.

Seruus an debeat esse solicitus pro commodo patroni.

AN seruus debet esse solicitus cōmodo patroni, cōtra quoscunque etiam contra se ipsum? Respon Bal. q̄ sic in cōsil. 445. nu. 1. in 1. vol. allegat. l. frater à fratre. § potius ff. de condi. indebi. & Specul. ut per eum.

Quæstio LXIX.

Seruus an teneatur reuelare delictum sui domini.

AN seruus, vel famulus teneatur reuelare delictum domini sui, quando est requisitus per obedientiam superioris? Respon. q̄ non. Si criminaliter vult procedere superior: ut 4. q. 3. c. lege Iulia. 2. quod intellige, quando nullum malum ex hoc immineret. Aliàs secus, quia non teneor cum malo meo facere bonum proximi temporale Summa Angelica ver. familia. Fran. Mar. decis. 12. li. 2. & 772. eo. lib. & decis. seq. vide D. Rolan. à Valle. consi. 88. per totum lib. 2. An autem liceat mentiri pro saluanda uita propria, uel alterius? Franc. Mar. decis. 770. lib. 2. facit, quod dicitur de Seraphico diuo Francisco, qui immisit digitum in manica, nolens occisorem reuelare.

Quæstio LXX.

Seruus insidians vitæ domini qua pœna puniatur.

SEruus insidiatur mortem patroni, qua pœna puniatur? Resp. Pœna mortis, & comburi debet l. capitalium. §. igitur. ff. de pœnis. Monteleo. in prac. cri. par. 4. nu. 22.

Quæstio LXXI.

Famulus an dominum obliget si vltra commissa agat.

MItto famulū, qui ut minister certa verba obligatoria pro me dicat, & dicit vltra quàm sibi commisi, ero ne obligatus? Respon. q̄ non. Bellame. decis. 556.

Quæstio LXXII.

Seruo an credatur, si non appareat de commissione domini.

NVunquid seruitori credatur, si non apparet de commissione domini? Respon. q̄ non. Etiam si esset Iudicis seruitor. Signoro. consi. 57. nu. 5. allegat. l. j. C. de Decurio. & l. diuus. ff. de custo. reo. & quod no. Cyn. in l. ea quidem. C. de accusa. Nam seruitori ex parte domini aliquid nuntianti non facilè est credendum. Boeri. decis. 282. nu. 4 Gerar. sing. 87. nemo enim debet esse credulus. l. fi. in prin. C. de accus. l. j §. j. de eo, per quem fac. fuit. l. 4. §. si accepi. ff. de in rem verso. Si quidem leui sunt corde, qui facilè credunt: vt inquit Aristo. vide Gome. in regu. Cancella. de valore exprimendo in impetratione Benefi. q. 10.

Quæstio LXXIII.

Commodatarius an liberetur si mittat per seruum librum domino serui, & ille aufugit.

SCribo tibi literas, q̄ tu mittas mihi librum, vel aliam rem, Tu autem librum, vel rem tradis famulo, qui portat literas, & ille aufugit. An ideo liberaberis? Respon. Marsi. singu. 430. q̄ non. Etiam si ipse seruus hoc tibi dixisset, q̄ essem contentus, q̄ talem librum sibi traderes. Abb. in c. significante, num. 8. de pigno. Firma. in Reperto. & D. m. Alcia. in consil. 133. nu. 11. in 5. vol. vbi inducit. l. fi mei causa. §. fi. ff. commo. vbi si ego misero ad te seruum causa te admonendi, vt mihi rem commodatam restitueres, & tu illi seruo tradidisti, qui aufugit, periculum est tuum, quia non debuisti illi credere, cum ego ad te misi eū causa admonendi, non autem accipiendi dictam rem. Et ista est cō munis opinio. Soarez in eius Thesauro ver. literæ. num. 177. Vide tamen Stracham in trac. de Adiecto. in 3. par. nu. 20. vbi hoc limitat. Si seruus esset probus, & consueuisset esse probus & diligens, quia tunc liberaretur. Parisi. consi. 156. nu. 25. & 26. in 4. volum. Ioan. de Amicis consi. 41. ad fi. ver. Et istam pulchram doctrinam, q̄ famulis non credatur. Tradit Bart. quem omnes sequuntur vbiq; in l. deferre. §. Item decreuerunt. ff. de iure fisci. Plot. inter consi. crimi. consi. 3. num. 9. & seq. Anto. Gomez in trac. de commodato, & deposito. col. fin. fol. 214. Nam assertioni alicuius non est semper credēdum. Fusius per Tiraq. de pœnis temperan. Causa. 51. num. 26 Troylus Maluitius in tract. de Canoniza. Sanctorum. in vlti. dubio est text. in l. sicut, vbi Bald. C. de fide instrum. & glo. in cap. cupientes. post princip. de elec. in 6. glo. in l. j. ff. de eo per quem fac. erit. §. j. l. fin. in princip. C. de accusa. l. 4. § j. ff. de in rem ver. Deci consi. 487. num 12. & Canit Naso. Credulitas damno semper solet esse puellis, & Cato. Nā miranda canunt, sed non credenda Poetæ. Credulitas itaque (vt inquit Cicero ad Plancium) error est magis quàm culpa, & quidem in optimi cuiusque mentem facillimè irrepit. Quando autem sit credendum alicui. ponit Tiraq. vbi supra, vide Lapū allega. 126. Fely. in capitu. cum contingat. de rescript. vbi fusissimè. Zas. consi. 1. in 2. Alexand. in d. l. j. ff. de eo per quem fac. est, vbi fusissimè. & ait Cæsar. in Commentariis de bello ciuili lib. 2. Nam quæ volumus, & credimus libenter, & quæ sentimus ipsi, reliquos sentire speramus. Hinc Cassiodorus in 3. epistola. Illi credere debetis, quem vestris vtilitatibus arridere cognoscitis, quod dictum placet Principibus secundùm Fely. in d. capit. cum contingat, ad fin. vbi etiam allegat illud Aristotelis in 2. Retho. iuuenes (inquit) facilè credunt, eo q̄ in multis nondū decepti sunt. vide omnino Tiraq. de legibus connubialibus, in 9. l. sub num. 137. & seq. Excusatur tamen ille, qui est facilis ad credendum delicto committendo, vt obuietur, glos. in capitu. hoc videtur 22. q. 5. Barba. consi. 64. nume. 11. in j. volumi. Item etiam excusatur, qui credit suo procuratori, vel seruo de eo, qđ illi commiserat. Cast. post Bart. in l. quod vulgo. ff. pro empto. Et contra simulationem. vide per Damasum Brocardo isto nu. 85. & leges minus credunt mulieri quàm masculo. l. j. §. sexum. ff. de postulan. Alexan. consi. 24. num. 39. in 2. Nec est credendū istis Zuntatoribus, qui vadunt per diuersas Mundi partes, fingēdo aliquam fraudem, qui debent puniri acrius quàm fures. Marsil. singu. 318. Nec est credendum iis, qui nuntiant aliquod triste, vt alium distrahant à iudicio, & tenentur pœna, de qua in d. l. j. ff. de eo, per quem fac. est, ad interesse, vide Riminal. consil. 569. in 3. vol. Propertius.

Sed vobis facile est verba, & componere fraudes.
Hoc vnum didicit fœmina semper opus.

Vide Rhodiginum lib. 8. c. 14. Neuiza. in sylua. Tiraquel. de legibus connubialibus. Si quis tamen mittit rem per aliquem inopem, qui erat bonus & legalis, excusatur: secùs si malus. Bar. in l. si suspectum. ff. de suspec. tuto. Firma. versic. debitor soluens pro famulo. Gomez vbi supra num 3. & hæc satis.

Quæstio LXXIIII.

Famulus quando possit esse testis pro domino.

FAmulus reportat à me librum ad te, potest ne de hoc esse testis? Respondeo Barto. quòd non. l. deferre. §. idem decreuerunt. ff. de iure fisci.

Quæstio LXXV.

Seruus pōt esse testis pro domino, cū est persona honesta: & cōtra dominum.

AN seruus potest esse testis pro domino? Respond. q̄ sic, si sit honesta persona decis. Tholo. 4. & etiam contra dominum ibi, Marsi. singu. 5 Bald consi. 222. in j. Tiraq. de pœnis tēpe. causa. 51. nu. 58. Præsertim, si non habet salarium: vt ibi per Marsil. Io. Fab. Instit. de testa. §. in testibus. nu. 3. Admittitur etiā pro domino propter difficultatem probationis, & subiectam materiam,

Hipp. Bonac. De ſeruis, vel Famulis.

materiam, quando ipſi domino clã furto ſunt ſubtracta bona. Pariſ conſil. 74. nume 22. lib. j. Curtius in ſuo coniecturalium iuris, cap. 19. lib. 2. & licèt famulus ſit vilis perſona, admittitur tamen contra ualde diffamatum. Alba in conſi. 71. nu. 9. admittitur etiam pro domino. Quando tempore iuramenti & teſtificatus non eſt famulus. do. Rolan. à Valle conſil. 4[illegible]. nume. 25. in 1. uolu. admittitur etiam ſi eſt tutoris famulus in cauſa pupilli. Bald. conſi. 444. nu. 4. in 1. par. admittitur etiam famulus Principis in teſtem pro ipſo Principe, nec poteſt repelli, ſi eſt teſtificatus, propter familiaritatem. no. Inno. in c. literis, de teſti. Bal. & Saly in l. ſecunda. C. de teſtibus Crottus in conſi. 122. nume. 17. admittitur etiam ĩ cauſa criminali pro Epiſcopo eius domino. Amplia & limita, ut per Firma. in uer. Famulus. Admittitur etiã famulus in teſtem pro domino in ſyndicatu; ſi cauſa non tãgat ipſum famulum, & ſit probatæ vitæ. Iaffredus deciſ. 387. Et cõtra etiam dominum. Fran. Mar. deciſ. Delphi. q. 917. num. ſexto, lib. 2. & Paris de Puteo in trac. ſyndica. uer. probatio D. m. Cœphalus in conſil. 171. nume. 51. Item admittitur famulus & famula in teſtem pro domino tẽpore peſtis, ſi ſit honeſta & omni exceptione maior. Corne. conſi. 170. uol. 3. Barba. conſi. 58. colum. 8. volum j. Crotrus in conſi. 131. Et licèt teſtis non ſit omni exceptione maior ipſe famulus. Alex. in cõſi. 18. in 1. D. m. Alc. in conſi. 68. lib. 8. Rolan. à Valle in conſi. 41. nume. 25. Aemylia. conſi. 76. num. 4. Pariſi. conſi. 67. nume. 85. in 5. uol. Præſertim ſi diutiſſimè manſit in famulitio domini, & cum bona gratia, etiã ex eodem famulitio diſceſſus, cum maneant quædam reliquię dñicæ. Hoc tamen eorum iudicis arbitrio relinquitur. Tiraquel lus, Ceſſante cauſa in 1. par. nu. 103. ubi & alia. Alberi. de Maletis in trac. de teſtibus c. 2. nu. 35. Vide Nouellum regul. 216. nume. 9. & ſeq. & nu. 82. Steph. Aufre. in trac. de teſtibus. nume. 34. ubi fuſius, & in uer. Famulus, nume. 43. & Lanfr. in trac. de teſtibus. uer. teſtes nu. 63. Anto. Gomez in trac. de delic. c. 10 nu. 15. fol. 411. Secus atque ſi per paucos dies, uel menſes diſceſſiſſet, dũmodo tempore teſtificationis non ſit amplius famulus Zaſ. in conſi. 3. in 2. par. pagi 83. uide Angel. Aret. in §. pater. inſtitu. de teſtamen. nume. 5. Crottus in conſi. 131. nume. 57. Admittitur etiam in teſtem famulus pro domino, quando eſt teſtis rogatus in inſtrumento, vel teſtamento etiam contra dominum. Cępola cautela. 219. Non autem famuli Bariſelli admittuntur in teſtes pro Bariſello. Marſi conſi. 103. nu. 47. lib. ſecundo. Nec Beroarii pro Poteſtate in Syndicatu non admittuntur in teſtes; ut probat Moncada in Addi. ad Crotum in trac. de teſtibus par. quarta, nu. 131. Item famulus & Pediſequa non ſunt teſtes idonei pro matrimonio clandeſtino. Ferrettus conſi. 196. in 1. uol. Alex. de Neuo in conſi. j. num. ſecundo. Parte tamen non oppo nente eſt idonea Pediſequa. Iudex uerò poteſt eam repellere. Alex. Neuius in cõſi. ſexto, in his quæ non poſſunt probari, niſi per domeſticos, admittuntur famuli, & ancillæ in teſtes. Idem Alexand. de Neuo in conſi. 4. nume. 15. Campegius fuſiſſimè in trac. de teſtibus, regula 11. cum ſeq. Crottus de teſtibus par. 3. nu mero 14. & par. 4. nu. 21. & ſeq. ubi Moncada. Et famuli Schola ſticorum. Cerdonum, & ſimi. non admittuntur in teſtes, quia ſunt perſonæ uiles: uide tamen ibi, quando habent, uel non habent ſalarium. Afflic. ſuper conſtit. lib. 3. rub. 53. de Aleatoribus nume. 18. ubi etiam, quando in factis domeſticis familia res teſtificari poſſint. Fran. Mar. deciſ. Delphi. q. 92. & ſeq. lib. 2. famuli autem Epiſcoporum & nobilium dominorum ſunt pro eis teſtes fide digni, quia præſumitur pro patronis, ꝙ non teneant, niſi familiares diſcretos, & bonæ opinionis, licèt quandoque habeant ſuſpectos, & malæ opinionis, Pet. Rauen. in alphabeto aureo. fol. 179. col. 3. in prin. teſtis vtique famulus, qui repelleretur, poſſet admitti de conſenſu partis. Firma. in Reperto. uer. teſtes, qui eſſe poſſunt? & an familiaris ſit teſtis idoneus, plura Anto. Gabriel. Communium conclu. titu. de teſtibus concl. 10. vbi ponit amplia. & limita.

Quæſtio LXXVI.

Iudex an poteſt iudicare in cauſa famuli.

AN iudex poteſt iudicare in cauſa ſui famuli? Reſpon. Nouellus. regu. 32. quòd ſic. Limita, vt ibi. uide Fran. Mar. deciſ. Delphi. quæſt. 437. ubi dicit hoc verum, quando delinquit in officio. Nec eſt locus appellationi. Clar. in quæſt. 35. uer. Solet etiam quandoque.

Quæſtio LXXVII.

Officialis poteſt ne formare inquiſitionem contra iniuriantes eius famulos.

POteſt ne officialis formare Inquiſitionem contra iniuriantes eius famulos? Reſpon. Bart. quòd ſic. ſi notoriè ſit effecta iniuria. Bar. in l. ſi quis forte. §. j. ff. de pœnis. vide omnino d. Rolan. à Valle in conſi. 48. in 2. vol.

Quæſtio LXXVIII.

Famulus defendendo dominum ſi occidat an teneatur.

FAmulus conductus defendendo dominum eius, occidit inimicum. An teneatur de occiſo? Reſpon. Blancus in prac. crimi. in §. iuris permiſſione, nu. 36. pag. 116. non teneri.

Quæſtio LXXIX.

Seruus ſimpliciter morans in domo alicuius an debet habere ſalarium.

QVid ſi ſeruus ſimpliciter moratur in domo alicuius. An debeat habere ſalarium, quando non eſt ſibi promiſſum? Reſpon. Caſt. in conſi. 346. in 2. in nouis. Pet. Rebuff. in tract. de Priuilegiis ſchola. priuilegio 163. & ſeq. Firma. in Reper. Bald. conſi. 155. in 6. par. Nam inſpicitur primò quid eſt actum inter partes. Et ſi non apparet, debet inſpici qualitas perſonarũ, cuius ſcilicet induſtriæ, cuius peritiæ ſit ille, qui miniſterium præſtat. Et debet conſiderari, ſi ſit homo pauper, qui non habet unde viuat, niſi de ſuo labore, quia non eſt veriſimile, ꝙ uoluerit operari gratis. l. j. ff. de uariis & extraord. cogni. Ita dicit Pet. de Vbal. ĩ trac. de duobus fratribus. circa 6. par. in fi. Tomo 8. uide Alex. 9ſi. 109. in 6. vol. & debet omnino merces tribui famulo. Iuxta illud Dominicum. Dignus eſt mercenarius mercede ſua, & qui fraudat aliquem mercede ſua, ſanguinẽ effudit c. immolans 24. quæſt. 5. Caſſane. in Catalogo gloriæ Mundi, in 3. par. conſidera. 1. nu. 9. ver. condeſcendo, Tiraquel. in l. ſi vnquam. ver. facultatem. C. de reuo. dona. Neuiza. in ſylua. fol. 9. Summa Angelica, ver. famulus. vbi dicit, ꝙ ſi ſeruus cõſueuit locare operas. & dominus conducere operas miniſtrorum, tenetur dominus ſoluere vſque ad ſummam, qua alius fuiſſet conducturus, argu. l. ſi non ſortem. §. libertus. ff. de condi. inde. Archi. 1. q. j. ſunt. Natta in conſ. 376. in 2. uol. Quid ſi fuit conductus ſub mercede taxãda arbitrio domini? Reſpon. ꝙ tunc iudicio boni uiri taxabit. Summa Angelica ver. Arbiter. §. 10. Firma. ver. famulus recedẽs à domino. Et no. ꝙ ſeruus poteſt facere compelli dominum ad ſe induendum, ſi hoc non faceret. Et hoc eſt de iure naturali, quia quis tenetur alere illum, cuius opera alitur. Et alimenta & veſtitus debent præſtari ſeruitoribus & miniſtris ſecundùm ordinem & dignitatem ipſorum, & plus ſumpturus eſt domicellus quàm regacinus. Ang. in l. ſed & quid, in prin. ff. de vſufru. & dic, quòd licèt ſeruitor, ſeu famulus à ſuo domino ſimpliciter debeat ab eo ueſtiri. Tamẽ ſi ex pacto ſeruiat pro alimentis tantùm, prout faciunt Scholaſticorum ſeruitores, eo recedente, tenebitur ſeruitor reſtituere veſtimẽta ſibi facta. Bermon. in trac. de publicis Concubinariis. nume. 32. fol. 325. Aliàs ſecus, ſi non adſit pactũ Caſt. in l. peculium. ff. de pecu. Quod intelligit Caſt. ſi ſunt ueſtes quotidianæ, ſecus ſi ad ornatum. Idem Caſt. in l. id veſtimentum. eo. tit. Et inquit Bal. in l. in his rebus. §. ſeruus. ff. ſolut. mat. col. 2. quòd ſi famulus, uel famula recedit infra annum à domino, non reddit ueſtimenta trita, prout extant, dominus poteſt retinere de ſalario, quanti eſt illud pretium ueſtimentorum, per illum tex. Vide Pet. Rebuff. ubi ſupra, qui dicit, quòd ſi famuli diſcedunt à domino, & eum relinquunt culpa ſua, mercedem futuram amittunt. Vide Bal. in l. 2. num. 2. col. j. uer. Sed ſi quis promittit. C. loca. & in l. ędem. nu. 8. in prin. eo. tit. & Doc. in l. pen. ff. ſolut. mat. & in l. diuerſitatis. C. de poſtlimi. reuer. & Iulium Ferre. de militari iuſtitia, nu. 13. Vbi dicit, quòd in actis, in quibus conſideratur intereſſe pecuniarium, & nobis damnum non ſit, neque intereſſe, vt in famulis militum, & ciuium diſcedẽtibus, ſoluitur pro rata temporis ſalarium, ſed ſi tm̃ damnum patiuntur milites, uel ciues ex eorum receſſu, quantum cõmodum habuerunt ex ſeruitio & acceſſu, non tenẽtur propter cõpenſationem hinc inde. Et not. ꝙ ſi famulus ſit malus & fraudator, poterit expelli ante tempus, & perdit ſalarium totius temporis. Rebuffus ubi ſupra nu. 12. Et poterit dñs propria auctoritate ſpoliare eius famulum ueſtimentis. Bal. d. §. ſeruus, quia iſtas veſtes famuli non habent in proprietate, ſed habent ſolummodo in vſufructu, & intelliguntur precariò uel ſub commodato à domino habere. Et ideò licitum eſt domino ſua auctoritate ſibi ius dicere. l. ſi ſeruus. C. quod cum eo. Nam tenet iſte famulus iſta ueſtimenta, ſicut aſinus ſellam. Iuxta illud Virgilii. Sic uos non vobis vellera fertis oues. l. veſtimentum. ff. de peculio. Quod intellige verum, niſi veſtes eſſent traditæ famulo æſtimatæ, quia tunc tranſit dominium in famulum & poſſeſſio, nec habet tunc dominus ius in veſtibus, ſed in pretio, quanti autem pretij eſſe debeant famuli ueſtes, ponit Bar. in l. fortiſſimis. C. de milita. ueſte. lib. 12. Et no. ꝙ etiam in famulis, & ſumptu familię eſt ſeruanda conſuetudo, ut inquit Bar. in l. ſuper creandis. C. de iure fiſci. lib. 10. Regulariter autem eum, cuius opera utimur, alimentare, veſtireque tenemur. Roma. conſi. 440. nu. 2. & potiſſimum, ut eſt dictum. Si eſt ſolitus locare operas ſuas pro famulo, quia conſequi debet & ueſtimenta & ſalarium, licèt nõ conuentum. Federi. de Senis in conſi. 218. & Petr. Moncada in addi. ad Crotum. in trac. de teſtibus, par. 4. nu. 139. & nu. 161. Et uide Capram regu. 88. nu. 46. Et ſi ſerui ſunt pares in conditione & dignitate omnibus uiriliter debent præſtari alimenta, ſecus ſi diſpares, & non inſpicitur, quòd vnus comedat & bibat plus ꝙ alter. Firma. ver. alimenta miniſtris.

Quæſtio LXXX.

Famulus an cenſeatur reconductus eodem ſalario.

COnduxi famulum pro decem, & finito anno, eundem reconduxi, non facta mentione ſalarij. Quid iuris? Reſpond. quòd intelligitur recõductus famulus eodem pretio, quo ante:

Bald.

Source : BIU Cujas

Bald.in l.cum quidam.ad fi. C.de iure do. per l. qui ad certum. ff.loca.Cremen.singu.13. Viuius fusissimè in suo communiu opi.ver.Officialis.in 1.par.Scribentes in l.diem iuncto.ff.de offi cio adsesso.D.Rolan.à Valle in tract.de Lucro dotis.q.75.nu.5.

Quæstio LXXXI.

Seruus si iuret seruire per annum, an possit astringi ad seruiendum.

QVid si seruus, vel famulus iuret seruire per annū. An astringatur seruire per tale iuramentum? Respon.quòd sic.Alberi.in l.si quis pro eo.ff.de fideiusso.in prin.quòd probat per illam l.& aliàs.Quod procedit, quando fuit liberum iuramentū, secus si extortum.Gallus in consi.14.nu.10.

Quæstio LXXXII.

Famulus conductus per annum si Dominus moriatur infra annum, an consequatur integrum salarium anni.

DOminus habet famulum per annum conductum, & moritur ipse dominus infra annum. An seruus consequetur totius temporis salarium? Respon.Dec.& alij in l. diē functo.ff. de offi. Adsesso.quòd sic, si alteri eius seruitium non locauit.

Quæstio LXXXIII.

Seruus locans operas suas ad quid tenetur.

SEruus vsque ad annum locauit operas suas. Ad quæ tenetur ipse seruus? Respon.Tenetur singulis diebus laborare,& cō tinuè secundum morem famulorum. Lucas de Penna in l.j.C. de agrico.lib.11.& consueta obsequia, & ministerium seruile, & non seruile, secundùm qualitatem serui facere tātum,& exercere tenetur.Iul.Ferre.in consi.9.num.j. Sed an teneatur labora re etiam diebus festiuis requisitus a domino? Habetur de consecra.distin.3.Rogationes,in glo.vbi Archi.Alberi.in rub.C.de ferijs.

Quæstio LXXXIIII.

Famulus quòd debeat soli Domino operari, an valeat.

AN pactum est licitum, quòd famulus meus mihi soli operari debeat,durante tempore operarum, nec diuertere se ad contrariam operam,& mihi nociuam? Respon.Bal. in cons. 445.num.j.in j.par.quòd sic,allegat.l.in operis.ff.loca.& Firma. in Reperto.

Quæstio LXXXV.

Seruus & homo liber an possit locare operas suas in perpetuum.

NVnquid seruus, & homo liber potest locare operas suas in perpetuum? Respond.quòd sic. Et est communis opinio.Viuius communi opinione 162.in 2.par.Soarez in Thesauro litera O,num.16.Nam potest seruire, etiam per substitutum. Alberi.in l.nominis quoque.ff.de vsufruc.lega.Firma.ver.famulus.Ioan.Fab.institu.de iure persona.§. seruitus, num. 5. vbi bene.Nisi esset electa industria personæ.l.inter artifices. vbi Doct. ff.de solu.per illum tex.Pactum autem, quòd teneatur tibi perpetuò seruire, est ipso iure nullum,glo.no.vbi Bal.in l. post certi.C.de liberali causa. Petr.Rauen.in suo aureo alphab.ver. Pax. col.4.fol.109.

Quæstio LXXXVI.

Seruus an cogi possit per patronum seruire alij.

NVnquid seruus cogi potest per patronum seruire alio? Respon.Bar.in l.si non sortem.§.si libertus.ff.de condi.indebi.quòd sic,fulius Duen.regu.304.Ange.ibi nu.5.in d.§.si libertus. Vbi an famulus possit per dominum conducentem alteri delegari,vt eędem operæ sibi præstentur? Et ita distinguit. Nam aut ille famulus est artifex,& potest. Aut est domicellus, qui est conductus,vt seruiat in mensa, vel associet dominum per ciuitatem,vel exhibeat aliud ministerium,concernens solum personam conducentis:& tunc alteri non potest delegari. Alexan. ibi no.10.& Cast.qui limitat.Nisi quando operanti afferret præiudicium;quia nullo casu fieri poterit eo inuito. Vide omnino Petr.Rauen.in suo aureo alphabe. ver. Quadriennij.col.3.circa prin.Firma.ver.conductor famuli. vbi bene.

Quæstio LXXXVII.

Pactum an famulo factus vt non possit vendere alterius quàm domini merces valeat.

AN teneat pactum cum famulo deputato ad vendendum merces domini,quòd non possit vendere aliquas merces alteri sub pœna? Respon.Bal.consi.445.nu.j.in 1.parte incip. Titius locauit.

Quæstio LXXXVIII.

Seruus an possit per interpositam personam quod non potest per se.

SEruus promisit non vendere talem rem, vel quid simile. An poterit per interpositam personam eas vendere? Respond. Bal.consi.445.num 3.lib.j.q̄ non, quia veniret contra conuentionem.l.fraus.ff.de legibus.l.hæres meus.§.quòd in fraudem.ff. de condi.& demon.

Quæstio LXXXIX.

VBi pater, vel magister tenetur soluere condemnationem pro filio, vel famulo delinquente. An pater, vel magister est citandus? Respon.Iaffre.deci.196.

Quæstio XC.

Seruus dānatus ad mortē, differtur executio usquequo reddat dño rationē.

DAmnatus est seruus ratiociniis domino obligat⁹. An differatur eius pœna vsque dum reddat rationem? Respond. q̄ sic in l.j.C.de bonis proscriptorum. Tancretus de ordine iudicario.titu.de execu.sententiæ,pag.122.ad fin.

Quæstio XCI.

Famulum militum sint restituendi vt milites.

AN militum famuli sint, vt domini restituendi? Respondeo. Dola.nus in suo de in integr.restitu.mino.c.338.

Quæstio XCII.

Famulo agenti negotia quicquid datur vltra salarium censetur donatum.

QVid si famulo, vel agenti negocia aliena soluitur salarium conuentum. An quicquid vltra datur, censeatur donatū? Respond. Arius Pinelus in l.j.C.de bon.mater.in versi. infertur 3.pag.320.q̄ sic,quicquid enim vltra datur, etiā si dignè ob fidelitatem,diligentiamve datur, censebitur iure simplicis, liberalisque donationis, contra mentem omnium ferè scribentium.

Quæstio XCIII.

Famulus furti conscius an tenetur in foro conscientiæ.

QVæritur an famulus furti cōscius, qui furto obuiare tenetur,in foro conscientiæ teneatur ad restitutionem? Resp. teneri.ex Domini.Soto.lib.4.de iusti.& iure q.7.art.3.quem refert & sequitur Menochi.de arbi.iudi.casu.355.num.3.lib.2.

Quæstio XCIIII.

Dominis an licet castigare seruos.

AN liceat dominis castigare suos seruos? Respond.q̄ sic, leuiter tamen & moderatè. Menochius de arbitrio iudicis, casu 364.Bald.in l.idem & si.§.quoniam,de vsufruc. Si quis tamen immoderatè seruum furti suspectum castigaret, punitur de excessu iudicis arbitrio. Alexand. consil. 75. libro 3. Menochi. ibi numero 14.

Quæstio XCV.

Officiales an teneantur eorum seruis viuis & mortuis.

AN officiales teneantur pro eorum seruis viuis & mortuis? Respond.Barto.in l.j.§.familiæ.ff. de publica. & per Doct. in l.j.C.de Assesso.& in l.quoties.ff.de noxalibus Ferre. in tract. de Gabellis,num.218.

Quæstio XCVI.

Familiares in testes an admittāttur in probanda uiri sæuitia cōtra mulierē.

QVæritur,admittuntur ne testes familiares & domestici in probanda sæuitia viri contra mulierem? Respond.D. Rolan. à Valle in consi.27.in 3.

Quæstio XCVII.

Dominus quod tenetur pro seruo cōdēnato an teneatur pro eo in contumaciam condemnato.

STatuto cauetur, q̄ dominus teneatur soluere condemnationem pro famulo. Si famulus fuit condemnatus per contumaciam,quæ facit eum haberi pro confesso & conuicto secundum formam Statuti occasione incendii. An dominus teneatur pro famulo? Respon.prout in consi.20.inter consi.cri.q̄ non,quia est fictè confessus, & ficta confessio non attenditur in Statuto. Nisi in eo fiat mentio,q̄ etiam habeat locum super ficto.l.3.§.hæc verba.ff.de nego.gest.sequitur D.Rolan.à Valle in consi.29.num.28.& seq.in 3.volum.

Quæstio XVCIII.

Salarium an potest peti ab eo qui pro famulo cum aliquo stetit.

NVnquid salarium peti possit ab eo, qui cum aliquo mercatore pro famulo stetit: Respon. Petr. de Valdis in tractatu de duobus fratribus,in 6.parte sub num.26.to.8.

Quæstio XCIX.

Famulus operans in apotheca domini an possit dicere se socium in arte.

EGO conduxi operas alicuius famuli pro famulando. Et postea illum exerceo ī factis meis in aliqua Apotheca. An poterit dicere se fuisse socium in arte,in qua per me præpositus fuit? Respond.q̄ non.Sed debet habere tantum salarium conuentum.l.qui operas.ff.loca.Riminald.consi.356.num. 14.in 3. volum.Et ideo isti famuli, & familiares Cerdonum,& similium qui solum in apothecis assistunt,& mercedem habere debent secundùm operas. Alexand. in Addit. ad Barto. in l. testium.in fin.princip.ff.de testibus. Et ij non sunt idonei testes pro suis magistris & patronis. Petr. Moncada in addi.ad Crottum in tract.de testibus,parte 4.nume.139. Vide omnino Bald. in consi.50,in 2.volum.

Quæstio C.

Famuli missi ad villam, pro custodia non possunt grauari pro re & persona.

AN famuli missi ad Villam pro custodia, & vt laborarent grauari possint pro re & persona? Respon.Ferrettus de Gabellis num.505.q̄ non.

Quæstio CI.

Seruiens an per constitutum transferat possessionem.

AN seruiens per constitutum transferat possessionem? Respon. Tiraquell.in suo Constituti possessorii,parte 3. limita. 17.numero 1.

Quæstio CII.

Mercedem ex famulatu semper peti potest, non obstante statuto.

Quid

Source : BIU Cujas

Hipp. Bonac. De Seruis, vel Famulis.

QVid si quis mercedem recipere debeat ab aliquo ex operibus diurnis, uel famulatu. Et non petierit infra terminum à Statuto præfixum iusto impedimento detentus. An poterit postea petere? Respon. ꝙ sic. Petr. Duennas regu. 306.

Quæstio CIII.

Famulum vt infirmitas excuset.

QVid si famulus est infirmus. An infirmitas eum excuset? Respon. Bar. in l. opere. ff. de vsufruc. lega. Abb. & Dec. in cap. j. de præben. & Dec. in c. significatum. num. 7. co. tit. Abb. in c. j. de cleri. ęgro. vel debili. nu. 6. ubi dicit, quòd quando seruus est infirmus pro tempore durante infirmitate non debet habere salarium, vt est communis opinio, secundùm ipsum ibi. Vide Ias. in l. diem functo, nu. 47. ff. de offic. Adsesso. Et communem dicit Couarru. Variarum lectio. lib. 3. c. 14. ubi differit ad partes. & tandem cum communi residet. decis. Tholosa. 359. & Barto. in l. si vno. §. item cum quidam, nu. 8. ff. loca. Alber. in d. l. opere. & in l. arborib. §. de illo. ff. usufruc. & quemadmo. Viuius Communi opi. ver. Famulus. in 2. par. Cagnol. in d. l. diem functo. nume. 215. Et non tenetur seruire per substitutum famulus infirmus l. fin. §. j. & §. fin. C. de agen. in rebus lib. 12. Alberi. d. § de illo, nu. 3. Tiraquel. in l. boues. §. hoc sermone, nu. 73. ff. de verbo. sign regu. j ubi etiam dicit, ꝙ si famulus promisit seruire per annum, & infirmatur, quòd non tenetur supplere anno sequenti. Et salarium debetur ꝓ rata temporis, quo seruit. l. sed vno. §. cũ quidam. ff. loca. Bald. consi. 43. in 2. vol. decis. Delphi. per Franc. Mar. q. 798. lib. j. Ferrettus de militari iustitia nu. 117. Sed quando seruus possit seruire per substitutum, ponit Alber. in l. quisqs censibus. C. de Episc. & cleri. Firma. in ver. Famulus. Et dominus famulo infirmo tenetur modicas expensas facere. Ferre. de militari iustitia, numero 117. Sed non magnas, decis. Tholosa. 263. Summa Angelica ver. Famulus, nume. 2. Quod intellige ratione famulatus, secus si dominus tenetur, vt pauperi ibi, & Ioan. de Amicis consi. 98. nu. 13. Sed an teneatur dominus ad expensas & medicinas famulo? Bar. in l. cum dotem. §. sin autem in ęquissimo. ff. solut. matr. Sed an mortuo famulo nondum finito anno præstari debeat integrum salarium eius hæredi? Respond. Fran. Mar. decis. Delphi. q. 798. Vbi dicit, quòd pro rata debetur. vide D. m. Cęphal. consil. 70. nume. 4. & 7. & consi. 71. nu. 3. 4. 13. 18. Viui. communi opi. 108. ver. Famulus, in 2. par. Sylua. consil. 28. num. 2. & nu. 23. Vbi dicit quæstionem esse valde dubiam. Et de rigore iuris est communis opinio, quòd famulus infirmus non debet habere salarium, secus de ęquitate.

Quæstio CIIII.

Famulo quando debetur salarium.

QVando debetur salarium famulitij famulo? Respond. infra annum, & postea non auditur. Focherius in prac. iudicia. cap. 36. & hæc quidem exceptio est commentitia, & si famuli tenentur vigore legis petere salarium in annum. Idem erit in ancillis. Petr. Rebuff. in trac. de Priuile. Scho. Priuile. 177. numero quarto. Limitat Duennas regu. 306. Vide Vasquium in tracta. de Successio. lib. primo. §. 10. num. 33. Famulus tamen annalis debet habere salarium in fine anni, & si ante recedit, sibi imputet. Bald. in l. 2. C. loca.

Quæstio CV.

Seruus ex pacto an quis efficiatur.

AN quis efficiatur seruus ex pacto? Respon. Baren. in tract. de formandis libellis, quòd non, & probat.

Quæstio CVI.

Famulus an posset acquirere ius perpetui famulatus.

AN famulus possit acquirere ius perpetui famulatus, in domo alicuius? Respon. quòd non. Crauetta de antiquitate tempo. par. 4. nume. 233.

Quæstio CVII.

Seruo donatum an licet domino propria auctoritate auferre.

AN liceat domino donatum seruo propria auctoritate illud auferre? Respon. Cast. post alios in l. in his. §. j. ff. sol. matr.

Quæstio CVIII.

Famuli res an sint tacitè domino obligatæ pro seruitio.

RES famuli sunt illatæ in domo domini. An sint tacitè obligatæ domino pro seruitio ipsius famuli? Resp. Bal. in l. certi iuris q. 4. C. loc. ꝙ non de quo doctus Menochius de adipiscen. poss. nume. 145. in 3. remedio. Et ideò retineri non possunt, si recederet ante tempus, de quo Negusan. in tracta. de pigno. in 4. membro. secunda par. princ. nume. 151. Tomo 8. Scodobius in auth. habita. pag. 43. C. ne filius pro patre. & in Auctario. litera A. ubi & alia. Et famulus dicitur de familia domini. l. secunda. ff. de vsu & habi. Alexand. in consil. 140. numero septimo, in secundo vol. Et seruientes & ancillātes veniunt appellatione domesticorum. gl. Insti. de testamen. §. in testi. versic. in ea re. Alex. cons. 150. nu. 17. in 4. col. Et famulus dicitur habitare in loco, in quo habitat patronus. Bart. in consi. 42. Etiam, quòd exterus esset. Grammati. decis. Neapoli. 87. nu. 4.

Quæstio CIX.

Famulus a domino expulsus an debeat habere salarium pro toto tempore, quo non seruiuit.

FAmulus fuit expulsus per dominum sine causa. An debeat habere salarium pro toto tempore, quo non seruiuit? Resp. ꝙ sic, decis. Tholos. 268. ubi fusius. Sed pone famulus meus non vult amplius mihi seruire, ego volo repellere, & de præterito tempore volo sibi aliquid dare. An possum? Respond. Bald. in l. ęde. C. loca. nu. 8. ꝙ si tantum damnum patior de recessu, quantum cõmodum habui ex seruitio & accessu non teneor, ꝓpter compensationem hinc inde, si autem mihi non est damnum, neque interesse, soluere debeo pro rata temporis. Vide suprà.

Quæstio CX.

Promissor serui de omni damno sarciendo domino an teneatur de furto.

QVidam promisit resarcire omne damnum datum a famulo Scholastico. An tenebitur pro furto per famulum commisso? Respon. ꝙ sic. Bal. in l. quod Nerua. col. 4. C. deposi. de quo Gratus Respõso. 154. nu. 24. lib. 2. Sed an stetur iuramẽto Scholastici de damno, uel furto passo? Respon. ꝙ non: quia aliter quàm per iuramentum debet constare tam de substantia damni, quàm de quantitate; ne duo specialia simul concurrãt. Et regula sẽ habet communis, ꝙ dispositio legis, uel statuti non habet locum contra tertium, si hoc non exprimatur. c. super eo. 2. de offic. dele. vide Dec. consi. 82. in fi. & consi. 146. col. 7. & in l. fi. col. 4. C. de edendo. uide Stracham de Assecura. in gloss. 31. nu. 4. Plot. in l. si quando nu. 768. C. unde vi.

Quæstio CXI.

Famulus quando furtum facit, an sit casus fortuitus.

AN sit casus fortuitus, quando famulus furtum facit? Respon. ꝙ sic. Cagnolus in l. contractus. nume. 24. ff. de reg. iur. Et est communis opinio, de qua Ias. in consi. 42. vol. j. Bal. in l. j. C. deposi. vbi reputatur casus fortuitus, quando vxor, vel famulus facit furtum. quia de eis erat confidendum. l. argentum. ff. cõmoda. Paris. consi. 156. nu. 20. in 4. vol. Et casus fortuitus est solum, quando à persona domestica fit: vt est communis opinio. Cherianus in suo communium opi. ver. furtum.

Quæstio CXII.

Famulus pro furto leui domino facto an possit puniri.

FAmulus furatus fuit domino aliquid leue, puta Pitalphum vini, vel mòdicum de sale, vel carnibus sallis, uel aliis cibarijs. An per iudicem puniri debeat? Respon. ꝙ non. Sed dominus eum puniet, verberando cum loris, vel virgis, uel aliis, moderatè tamen, ut inquit Beluisius in tract. cri. titu. de furtis, nu. 9. Iodocus titu. de correctione, nu. j. lex est in l. respiciẽdum. §. furta. ff. de pœnis. Nec potest conueniri actione furti, sed vi bonorum raptorum. Bar. in l. prætor. §. generaliter. num. 2. ff. vi bono. rap. Hoc tamen procedit, quoties semel hoc fecit. Sed si hodie surriperet rem vilem, & cras aliam, & alio die aliam & pluries res viles furaretur, deberet furca suspendi. Ita dicit Bal. in l. pen. C. de fur. qui ita limitat tex. in d. §. furta domestica, quem refert & sequitur Ariminensis in addi. ad Ang. in ver. vestem cœlestem. nume. 34. Vitali. titu. de furibus. Iodocus titu. de furto. numero 41. Dicit tamen Io. Fab. Insti. de pub. iudi. §. alia. quòd familiaris, uel seruitor, & iuuans illum suspenditur pro primo furto. Diaz. in practica criminali canonica. cap. 84. ad fin pag. 144. D. Iulius Clarus in pract. crimi. lib. 5. § furtum. uersi. item excusatur. & ver. seq.

Quæstio CXIII.

Dominus an & quando teneatur pro delicto serui.

AN dominus teneatur pro delicto serui, vel famuli subtrahentis res pignoratas, vel aliàs apud eum depositatas, seu aliàs penes eum existentes. Respon. Bald. consil. 222. per totum. volu. 2. ubi dicit, ꝙ si discipulus, vel famulus erat homo sibi & aliis notus, & pro fide habitus, q postea fractis horreis aufugit, reputatur casus fortuitus. Et non tenetur dominus fœnerator, vel similis. Si uerò ignotus, & improbatus homo. Tunc esset in culpa, saltem leui ille, qui fidit in eo. In quo homines mediocris diligentiæ non debuissent confidere. l. veteribus. C. de pact. Firma. ver. famulus D. m. Alcia. consi. 153. in quinto vol. in nouis. uide Plotum in l. si quando. num. 768. C. unde vi.

Quæstio CXIIII.

Famulo an liceat furari tantam quantitatem quæ equiualeat suæ mercedi.

AN liceat famulo furari tantam quantitatem, quæ ęquiualeat suę mercedi, quam à domino consequi non potest, sicut & alius facere potest? Respond. Marsil. sing. 177. Malitiis hominum, quòd sic. Et hæc est communis opinio, ut dicit Couarruuias variarum lectio. lib. j. c. 2. nu. 15. ver. quarto eodem iure. Soarez in eius Thesauro. ver. furtum. num. 399. Arno. Soliloqo 45. Alex. consi. 135. in 1. volu. D. m. Alciat. in consi. 6. lib. 7. col. 2. Grãmat. consi 50. Plot. in l. si quando. nu. 874. C. unde vi. Iaffredus decis. 140. & Alex. in consi. 134. in 1. vol. ubi in terminis terminantibus pro Barbacina. Nã in conscientia non teneor, si furatus sum aliquid, vt mihi satisfaciam de eo in quo quis mihi tenebatur, nec aliter consequi poteram. Neuiza. in Sylua lib. 3. nume. 43. Cagnol. in l. non est singulis. ff. de regu. iur. & de orig. iur. nu. 206. & seq. facit dictum Bal. in consi. 345. in 4. ubi dicit, quòd qui iusta ratione credit sẽ dominum, & ideo ui rapit, uel clam surripit, excusatur à furto. Idem si quis retinet rem meam, nec

possim

Source : BIU Cujas

possim illã cõsequi per iudicẽ, possum illã licitè furto subtrahe re, vel æquialentem. l. ait prætor. §. si debitorem. ff. quæ in frau. cred. Inno. in c. olim. de restitu. spoliato. limita non procedere si oriretur scandalum, quia tunc non possem. Barb in consil. 11. vol. j. Iaffredus. d. decis. 140. Abb. in c. per prælatum. de his, quę vi metusve causa. Tiraquell. de pœnis tempe. causa. 46. limi. 239. nu. 4. Fusius Couarruuias variarum resolu. libr. j. cap. 2. nu. 15. Et ita tenet Archiepiscopus Floren. in eius summa, part. 2. titu. de furto. c. 15. col. 2. circa prin. in §. j. uide omnino. Tenentur tamẽ pœna arbitraria famuli furantes, ut de debito salario ipsis satisfiant. Alex. d. consil. 135. in 1. uol. de qua re etiam Monteleo. in practica arbitraria. pag. 437. vide l. extat. ff. quod metus causa. Viui. communi op. 133. in 2. par. furans uerum, inquit Dominus noster. Deuther. c. 24. Cum repetes à proximo tuo rem aliquam, quam debet tibi, non ingredieris domum, vt pignus auferas. vi de decis. Pedemon. per D. Osascum. 68. nu. 31.

Quæstio CXV.

Famulus occupans rem alienam an præsumatur domini mandato.

FAmulus occupat rem alienam. An præsumatur occupare mandato domini? Respond. ꝙ non. Etiam si res reperiatur apud eundem dominum. Bal. in l. j. C. de episco. & cler.

Quæstio CXVI.

Famulus creditoris rem repetit postea aufugit, an debitor sit liberatus.

FAmulus creditoris rem repetit, & postea aufugit. An libere tur debitor? Respon. Ias. in l. si procuratori falso. nume. 11. de condictio. causa da.

Quæstio CXVII.

Famulus nolens operari, an possit à domino castigari.

FAmulus non vult operari. An dominus poterit eum castiga re? Respon. quòd sic moderatè: quia familiaris inimicus pestis est in domo. Bal. in l. idem. §. si quoniam. ff. de usufruc. Hortor tamen cauendum esse ab hoc tanquàm ab igne, quia vidi tristum exitum sensisse dominos. Et in castigante famulum funiculo præsumitur, quòd non habuerit animum vulnerandi. Alex. consi. 75. lib. 3. vide Augusti. super Episto. Ioan. dicentem. Non putes te tunc amare seruum tuum, quando eum non cedis, aut tunc amare filium tuum, quando ei non das disciplinã, aut tunc amare vicinum tuum, quando eum non corrigis, non est ista charitas ad emendandum & corrigendum, si sunt boni mores delectent, si autem mali emendentur.

Quæstio CXVIII.

Famulus transiens mercantias non soluens gabellam non præiudicat domino.

FAmulus meus transit mercantias, & non soluit gabellã. An per hoc debent dici confiscatæ meæ mercantiæ? Respon. ꝙ non. Doc. in l. prima. C. de seruis expor. Guido Papæ singu. 21. Fran. Mar. decis. 63. lib. primo, & consuluit D. m. Alcia. in consil. 54. per totum. lib. 2.

Quæstio CXIX.

Dominus quando teneatur pro famuli incendio.

FAmulus meus minus diligenter in stalla tenuit lucernam, ob qđ domus per me conducta fuit exusta. An tenear emendare damnum? Respon. quòd sic. uide tamen Cagnol. in l. contractus. nu. 70. ff. de regu. iur & in l. culpa caret. nume. 15. eo. titu. D. Rolan. à Valle consi. 95. lib. secundo, vbi dicit, quòd si famulus non est deputatus à domino ad custodiam ignis, non tenet dominus pro eius famulo. Aliàs sic. uide Franc. Mar. decis. 61. lib. primo, & 521. lib. secundo.

Quæstio CXX.

Seruum an alere teneatur, qui dominum eius alere tenetur.

ALiquis tenetur alere quempiam. An & seruitorẽ eius alere tenetur? Resp. ꝙ sic. Rebuffus in tracta. de priuile. scho. priuilegio 163. Et no. quòd qui inuitat dominum, tenetur & eius seruitorem acceptare. Rebuf. ibi. nu. 10.

Quæstio CXXI.

Legatum si fit famulis, quibus famulis debeatur.

LEgatum fit famulis, quibus famulis debetur? Respon ijs debe tur famulis, qui sunt famuli tempore testamenti. Et est deci sio Tholos. 190. l. si ita. ff. de auro & argen. legat. Etiam si esse desierunt tempore mortis. l. Titia. ubi Ang. de manu. testa. & no. in l. si cognatis. de reb. dub. Firma. in ver. legatum incertæ personæ. nume. 2. vbi idem dicit in pedisequis.

Quæstio CXXII.

Famulo quando salarium minuatur.

QVid si famulus cœpit stare cum duobus, vel tribus scholasti cis, & duo recesserunt. An salarium minuatur? Respon. ꝙ sic, quatenus labor minuitur. Barto. in l. Seio. ff. de annuis lega. & Bald. in l. liberti. C. de operis liber. & Bald. in Authen. habita. C. ne filius pro patre. Firma. in reperto. vide tamen Cagnol. in l. diem functo. num. 159. ff. de offic. adsesso. vbi quando hoc habeat locum.

Quæstio CXXIII.

Seruus quas operas tenetur domino præstare.

SEruus tenetur præstare operas domino. An intelligatur de carnalibus? Respon. quòd non. Baueri. in §. est autem. col. j. insti. de hære. insti. vbi etiam dicit, quòd punitur contrafaciens. Neuiza. in sylua lib. 4. nu. 64. Nam debet comburi seruus, & dominus decapitari. l. vnica. C. de mulieri. quæ seruis ppriis se iunxerunt, quod intellige in seruo in potestate. Refert tamẽ Papo. Aresto. 4. fuisse furcis suspensum quendam famulum qui cum domina adulterium commiserat. D. Iul. Clar. in §. adulterium. versi. sed quæro quæ sit pœna.

Quæstio CXXIIII.

Famulus in officio delinquens an priuetur salario.

FAmulus, vel seruus in officio deliquit. An priuatur salario? Resp. ꝙ sic. l. j. C. de statuis & imagi. vbi Paul. de Cast. per illũ tex. vbi etiam dicit facere contra adulatores, quibus plenus est mundus. Adulatio autem est perditionis species.

Quæstio CXXV.

Famuli velut personæ viles qua pœna puniantur.

QVa pœna puniuntur personæ viles, prout famuli, vel infames? Respon. ꝙ comburuntur, vel furcis suspenduntur. l. in seruorum. §. j. ff. de pœnis. Bald. in l. data opera. C. qui accusa. non possunt. Milleus in Pract. crim. pag. 2. num. 141. Maximè famuli Potestatis diuidẽtes prædam cum aggressoribus viarum, qui viui debent comburi: vt dicit Bart. in l. si quis. ff. de re milit. lib. 12. Paris de Puteo in tract. Syndica. §. an ex eo. pag. 109.

Quæstio CXXVI.

Famulus quando possit testificari pro domino.

ALiquis erat famulus tempore celebrati contractus. Nunc cum debet testificari pro me super tali contractu definit esse meus famulus. An pro me rectè testificari possit? Respond. ꝙ sic. Bar. in l. j. §. idem. ff. de quæstio. Marsi. plenè ibi. nu. j. pag. 6. & Marsil. in l. vnius. §. seruo. nu. 9. eo. tit. & supra dixi.

Quæstio CXXVII.

Famuli militum an mereantur restitutionem in integrum milites.

AN famuli, quos milites secum ducunt de propria patria merentur in integrum restitui, sicut ipsi milites a patroni? Respond. Cast. in l. prima, nume. secundo. C. de vxo. milit. ꝙ nõ: quia ipsi vadunt sponte, & sponte possunt recedere. Ex causa tamen probabili, & necessaria restituũtur, puta, si sunt chyrurgi, vel medici, aut aliàs necessarii serui.

Quæstio CXXVIII.

Domino an sit parendum, qui iurare fecit seruum de veritate dicenda.

AN Domino sit parendum, qui iurare fecit famulum de veritate dicenda? Respond. Aut iste dominus est truculẽtus, & probabiliter est ferus. Et non tenetur; quia illicitum fuit iuramentum. Aut mansuetus. Et probabiliter creditur, quòd non procedet, nisi rationabiliter, & debet parere. Summa Angelica. ver. famulus. nu. 8. ubi latius.

Quæstio CXXIX.

Seruorum digladiatio badalucum appellatur.

DIgladiantur inuicem duo famuli, quæ nam dici potest talis digladiatio. An erit prælium corporale? Respon. ꝙ non. in l. prima, per Bar col. 3. nu. 14. C. de litis contest. & Abb. in ca. j. de litis contesta. Sed appellatur Badalucum.

Quæstio CXXX.

Statutum in officialibus an habeat locum in seruitoribus.

AN statutum in officialibus, habeat locum in seruitoribus? Respond. quòd non. Guido Pap. consi. trigesimo, numero quinto. Nam ibi priuilegium concessum dominis non censetur concessum seruitoribus.

Quæstio CXXXI.

Seruus quando furti non teneatur, vel teneatur.

QVidam campsor semel dedit aureos cẽtum cuidam iuueni eius famulo, & gargiono in Banco, qui postea eis vsus fuit, nec detulit ad locum & personam destinatam. An furti teneatur? Respond. Ias. in l. in naue Saupheli. ver. idem iuris. ff. loca. & in §. quas verò. l. eius, qui in prouincia. col. 4. nu. 3. ff. si cert. peta. quòd non. Licèt fuerit Romę laqueo suspensus. Nam si pecunia fuit tradita per modum commendæ, vel depositi, numerando, si depositarius ea vtatur, non incurrit in pœnam furti, quia non dicitur furtum facere. Secus, si per modum speciei sit tradita, vel depositi. vide decis. Tholosa. 18. Sed contra Iasonẽ stat Cassanei eius discipuli sententia. in consue. Burgun. §. 5. pag. 39. vbi dicit determinationem Ias. esse contra tex. in l. si mandauero. § si dedero. ff. manda. ibi in textu centum, erat igitur numeratio, & tamen furti tenetur. vide Crotum consi. 41. per totum. & D. Iul. Clar. in §. furtum. ver. posset etiam. ubi dicit, quòd fuit laqueo suspensus quidam famulus, cui dominus pecuniam tradiderat: vt alteri mutuaret, & ipse illam conuertit in vsus pprios, pro quo fuit aduocatus Imola: vt ipse fatetur in l. si tibi de derim. ff. de dona. & in l. Cassius. ff. de sol. quem refert Igneus in l. prima, num. 91. & seq. ff. ad Sylla. Subdens, quòd ita Rothomagi fuit pluries iudicatum, & aliàs etiam exequutum in qbusdã ancillis, vt fusius ibi Clar. vide omnino. Sed vide Crauettam in consi. 244. numero octauo, versi. Quam opinionem. vbi dicit, ꝙ quando traditur pecunia numerata nuntio diuiti, quia tradens tunc non videtur curare. An tradat in genere, vel specie: nisi ex verbis committentis pecunias apparet, quòd eas in specie commisit, ut quia dictum sit istas pecunias tali viro inferes, uel numero

Source : BIU Cujas

mero tibi centum aureos, vt eos ipsos ad talem referas, vel talem meam pecuniam tali reddes. Secùs si dictum sit. Accipe talem pecuniam, vt tali soluas pro me, nã hic solum dictum fuit de effectu solutionis non de qua pecunia. Quid modo, si pecunia taliter consignata, vt suprà, furto subtracta fuit tali famulo? Respon. D.m. Alcia. in consi. 152. in 5. vol. per totum. Subdens, quòd dominus non tenetur de culpa, quando famulus aufugit, & pecuniam, vel rem depositatam asportauit. Et fuga famuli facit indicium ad torturam. Blancus in l. fi. ff. de quæst. ver. fuga famuli, nu. 423. vide Parisi. in consi. 156. in 4. vol.

Quæstio CXXXII.

Famulis magnorum virorum an debeantur vestes lugubres.

NVnquid vestes lugubres debeantur, etiam famulis magnorum virorum defunctorum? Respond quòd sic. Secus, si patroni defuncti sunt viles personæ. l. si ex re. §. illud. vbi Alex. ff. de stipula. seruo.

Quæstio CXXXIII.

Iudeus quã̄do teneatur restituere pignus scolari ab eius famulo pignoratum.

FAmulus subpignorauit librum domini scholastici Iudæo, scienti eum esse scholastici. An dominus poterit librũ suũ ab eo repetere, si non de plano vult reddere? Respond. ꝙ sic per condictionem ob turpem causam: ita Bal. in l. seruus cuiusdam. ff. de condi. indebiti. vide plenè per Marquar. in tractatu de Iudæis par. 1. c. 12 nu. 8. & Abb. in c. ꝙ clericis. de foro compe. de quo Cremen. lingu. 81. Marsil. sing. 13.

Quæstio CXXXIIII.

Famulus Iudæi an possit esse Christianus.

AN Christianus possit esse famulus Iudæi? Respond. ꝙ non. Marquardus de Iudæis par. 1. c. 4. nu. 14.

Quæstio CXXXV.

Iudæi quando dicantur furtum committere, recipiendo pignus.

FAmulus surripit vestes, vel aliqua mobilia alicuius, & defert ad hebræos ad subpignorandum. An hebræi ipsi recipientes tales res alienas scienter pignori, dicantur furtum committere? Respon. quòd sic. Bald. in l. seruus. ff. de condi. indebi. Secus, si ignoranter. vide Marquar. in tractat. de Iudæis, par. prima, quæst. 12. nu. 18.

Quæstio CXXXVI.

Iudæus negans pignus quid agendum.

FAmulus portauit pignus ad Iudæum fœneratorẽ, & Iudeus postea negat pignus sibi datum. An cogitur edere libros, ad fundandum actoris intentionem? Resp. quòd sic. Vide tamen Dec. in c. ex epistolæ. nu. 20. de proba.

Quæstio CXXXVII.

Famulo alicuius quando possit dari alapa impunè.

QVid si famulus dicat iniuriã alicui nobili, ob quã dedecus esset ei adire Prætorem. An talis nobilis poterit ei inferre alapam? Respon. ꝙ sic. Grãmati. decis. Neapoli. 14. quia aliàs prẽtor rem poneret in derisum. allegat Paul. de Cast. in consi. 190. In causa carceratorum. quem sequitur Ariminen. in Addi. ad Ange. de Malefi. in verbo Andream auxiliatorem.

Quæstio CXXXVIII.

Spurius quando ex famulatu potest sibi alimenta acquirere quando pater non teneatur.

IVris explorati est, quòd filius naturalis, vel spurius à patre, vel eius hæredibus ali debet: vt aliàs dixi. Quid si ex famulatu potest sibi alimenta parare. An debeat ali? Respon. quòd sic, quando esset summæ verecundiæ tale exercitium famulatus exercere, vel aliquam artem mechanicam facere, & esset ortus ex honorato patre, & de familia honesta D. Rolan. à Valle in consil. 54. nume. 70. volum. secundo, & in consi. 55. num. 5. eo. volum. & in consi. 14. nume. 50 in 3. volum Bursatus consi. 83. & consil. 62. nume. 12. vbi communiorem dicit. Si autem haberet aliquã honestam artem, vnde se posset sustẽtare, secus esset, quia tunc cessaret naturalis ęquitas, vel canonica, nec esset alendus D. Rolan. à Valle consi. 119. in 2. vol. & ita concludit D.m. Alcia. 9si. 213. nu. 16. lib. vlt. vbi dicit, quòd quando esset iuuenis, validus, & haberet exercitium & artificium. ita quòd posset largè expẽsas lucrari, non deberentur ei alimenta, quia aliàs esset incitare ipsum ad inertiam. l. si quis à liberis. §. sed si filius. ff. de lib. agno. vbi inquit lex. Eum, qui ex operibus suis possit ali, summoueri à petitione alimentorum, prout etiam est text. ubi omnes in l. 1. C. de medican. validis. lib. 11. vide Fran. Mar. decis. Delphi. quęst. 457. libro secundo. Capici. decis. Neapol. 64. Chircouius in suo communium opin. Centuria. 1. conclu. 48. num. sexto, pag. 119. Et quando dicatur habere, vnde se alat, ponit Aemylia. consil. 139. & Crauetta consil. 199. In omnem tamen casum tenentur filij, quibus alimenta præstantur, operari ipsi patri, aliàs non debent ali D.m. Alcia. in consil. 36. in quinta par. Et licèt pater non teneatur alere filium, quando habet, vnde se alat, hoc procedit, quando pater tenetur tantum officio iudicis alere. Secus, si iure actionis, vt ex lege, vel statuto: quia licèt habeat, vnde se alat, tamen ipse pater nihilominus alere tenetur D.m. Alcia. consi. 88. in 5. vol. Ruin. consil. 80. nume. 5. & seq in 2. vol. Alciat. consil. 338. & consi. 267. nume. 5.

Quæstio CXXXIX.

Domini libro an statutum sit qui in eo scripsit seruum sibi debere.

ANstandum sit libro rationum domini, qui in eo scripsit seruum sibi debere? Respon. ꝙ non. Nisi sit inserta iusta, & vera causa. tex. est in l. non solùm. §. an debitor. ubi Bar. no. ff. de peculio. quod totum tamen pendet à materia legis nuda ratio. ff. de dona. Iaſ. in §. actiones. nu. 33. insti. de actio.

Quæstio CXL.

Dominus an possit mittere famulum quando colliguntur fructus.

NVnquid dominus mittere possit famulum, quando colligũtur fructus, vt videat, ne colonus partiarius fraudet eũ? Respon. Cotta rerum memora. versi. fructus, quòd sic. Subdens, quòd oporteret, quòd famulus ille esset oculatior argo, si vellet occurrere fraudibus rusticorum. Et incideret in illud. Sed qs custodiet ipso custode? Subdola rusticitas patitur, violenta superbit. Pungentem pungit, pungentem rusticus vngit. Vel contingeret illud euangelicum. Matthæi cap. 21. vbi rustici interfecerunt seruos missos à domino, vt acciperent fructus vineę. Est Euangelium 93. vide Petrarcham de remedio vtriusque fortunæ. lib. 2. Dialogo 59. vbi de villico malo & superbo. Et ibi etiã dicit, ꝙ mutare villicum nõ prodest. Ad vnum modum fermè omnes facti sunt, nisi, quòd semper peior est vltimus. vide Iac. de S. Georgio in trac. de feudis. vbi de roydis agit, qui est vltimus. nume. 52. vbi dicit. ꝙ dñs potest ponere inspectorem, qui videat quantitatem messium, & vindemiæ. Et potest apponere pœnam, ne rustici colligant messem, vel vindemiam, nisi prius ea visa quia dubitet fraudari. allegat no. per Bal. in l. si ita. §. dominus. ff. de vsu & habita. & no. Ang. in auth. nunc hæres. C. de litigiosis. Et ita dicit fuisse iudicatum ipso Iacobino consultore. Et subdit Ang. ꝙ si dñs habeat vasallũ suspectum potest pro suo interesse apponere custodem in castro vasalli, quod dicit not. ℨ rusticos. Et no. ꝙ rusticus est maledictus, vt dicit Bart. in l. j. C. sine censu, vel reliquis, & in l. 2. C. qñ licear ab empt. discede. & Aret. in consi. 115. in fi. dicit, maledictus sit iste rusticus in ęternum, qui sibi fecit manum fessam in scribendo. Et dicunt rustici, qui timet de aĩa nunq̃ erit diues, qui timet de corpore nunq̃ erit audẽs. Neuiza. in Sylua. lib. 4. nu. 6. de tenacitate autẽ rusticorum scribit Card. Papien. epistо. & Iaſ. iocosè inducebat in voce. rubr. C. ne rustici nullum obsequium uocentur. lib. 11. ad propositum, quòd nullatenus sunt obsequiosi rustici.

Quæstio CXLI.

Dominus quando ex statuto tenetur pro seruo non tenetur pro condemnato in contumaciam.

STatutum vult dominum teneri pro seruo. An erit locus statuto, si seruus in contumaciam fuerit condemnatus. Resp. ꝙ. non. Fely. in c. cum Bertoldus. nume. 6. de sententia & re iudi.

Quæstio CXLI.

Famulus tenetur restituere domino pœnam quam pro eo soluit.

DOminus soluit pœnam pro famulo. An teneatur sibi restituere, quod soluit famulus? Respon. Specula. titu. de iniur. & dam. dati. ver. in summa. vbi & Bal. in addi. quòd sic.

Quæstio CXLIII.

Famulatus quomodo probetur.

AN testes satis probant, qui deponunt se vidisse stare, & famulari per tres annos continuos in domo Titij, licèt interrogati responderent, eum non vidisse singulis diebus & horis stare? Respond. Cornel. in consi. 171. in secundo volum. ad fi. Amodeus de syndica. in rubr. qua pœna puniuntur officiales de negligentia. ver. item in eo & de eo. de quo Benintendius decis. Bono. 43. nu. 13. vbi, quòd sic.

Quæstio CXLIIII.

Famuli quando examinantur pro delicto commisso in domo.

QVid si delictum fuit cõmissum intra domum. Quid agendum pro informatione. Resp. Foller. in pract. crimi. tit. capiant informationem. nu. 20. dicens, quòd pro informatione debent examinari serui, & famuli, & omnes de domo, qui tamẽ fuerunt præsentes tempore perpetrati delicti. Qui dicantur familiares, domestici, adhærentes, complices? Marsil. in l. j. § præterea. ver. Et qui dicantur nu. 82. pagi. 36. ff. de quæstio. Franc. Mar. decis Delphi. 181. nu. 3. lib. 2.

Quæstio CXLV.

Publicanus pro famulo quando teneatur.

QVid si famulus publicani exigit per fraudẽ amplius quàm quid debet? Respon. quòd ī duplum tenetur publicanus. Et si per vim in quadruplũ. l. cotem. ff. de publica. Vitali. in tract. malefi. titu. de collegiis illicitis. num. 3. Iodocus. in pract. titu. de Teoloniis ac aliis exactionibus. Si tamen seruus, etiam liber homo exhiberetur à publicano, suo iure tenetur, & erit liberatus publicanus. Bar. in l. j. §. qui nouissimè. nu. j. per d.l. & sęq. ff. de publica. Fran. Mar. decis. Delphi. 425. De pœna autem domini, vel patris nõ exhibentis seruum, vel filium vide per eundem Fran. Mar. decis. Delphi. q. 426. lib. i.

Quæstio CXLVI.

Dominus pro famulo institore quando teneatur.

Præcepi

Source : BIU Cujas

PRæcepi famulo meo,ꝙ mutuò reciperet pecuniã, vel quid aliud,qui ita fecit.Ob id conueniri ne potero? Resp. Fab.inst. quòd cum eo.§ si igitur. nu.3. ꝙ sic.vtili (scilicet) institoria, sed qualiter probabitur famulum esse præpositum tali & tali officio? Respon.Bart.in l.j.§.familiæ.ff.de publica.Eo ipso probari, ꝙ officium exercet domino sciente, videtur enim quis eum ꝓponere.l.j.§.magistrum.ff.de exercito.Franc.Mar. decis.Delphi. 469.lib.2.Et ibi habetur.An ex contractu institoris, seu factoris competat actio domino,absq; cessione:vbi determinat,ꝙ non. nisi in subsidium,quando non esset soluendo, vel quando esset absens. Quid si famulus contrahit cum aliquo, vel accipit mutuò pecuniam,& dicit se hoc facere de mandato domini, & tñ non sit verum. Postea ipse famulus scribat ad dominum, qũo contraxit cum tali,& petit ab eo,vt soluat dictam pecuniam creditori,si dominus recipit dictas literas, & non contradicat. An videatur tacitè cõsentire? Resp.Cæpola ꝙ sic. cautela 9. Et ideo mandati,uel iussu tenetur.Ruin.consi.81.nu.19. in 3.vol.

Quæstio CXLVII.

Actio qualis competat contra dñm qui famulum suum mercari proposuit.

QVæro qualis actio competat contra dominum, qui famulum suum mercari proposuit,contrahere,vel quid aliud agere? Respon.Specula.titu.de obliga.generali.vbi sulisti. Aret. in § igitur.num.j.insti.quòd cum eo.Limita,ut per Aret.insti.de noxalib.in prin.nu.2.

Quæstio CXLVIII.

Dominus an teneatur ex mala custodia famuli pastoris.

AN dominus teneatur ex mala custodia famuli pastoris.Respond.Cassa.in consuet.Burgun.§.6.num.12. pag 72.Gozad.consi.63.Aemylia.consi.103. Nam mala electio est in culpa.Franc.Mar.decisione.724.vide omnino.

Quæstio CXLIX.

Famulus gregis an teneatur de mala custodia.

NVnquid famulus gregis & bestiarũ custos teneatur de mala custodia? Resp ꝙ sic.Bal.in l.j.C.loca.vbi plenè Cagnol. in l.contractus,nu.23.ff.de reg.iur. Plotus in repet. l. si quando. nu.750. C. unde vi. Gozadin.consi.103.& consil.63.nu.3.Et an teneatur de casu fortuito & aliis? Resp.Corn.consi.28.in 3.ꝙ totum.Ias.& alii in l.si pascenda pecora.nu.4.C.de pac. Bald. in l.j. nu.12.versi.quæro an vincam.C.de ædili.actio.Aemylia.consil. 103.Dec.in l.qđ te.nu.9.ff.si cert.peta.Corn.consi.108.in 1.par.

Quæstio CL.

Res existentes in domo an possint probari per familiares.

AN res, quæ sunt in domo possunt probari per familiares? Resp.Saly.in l.lex quæ.C.de admi.tuto.per illum tex.

Quæstio CLI.

Famuli dominorum simul rixantes an dicantur rumpere pacem.

AN famuli dominorum simul rixantes intelligantur rumpere pacem dominorum. Et vtrum domini pro ipsis teneantur? Resp.ꝙ sic.Si violaretur pax propter eorum discordiam,& dñi tenerẽtur ꝓ eis.Nouell.in pract.crimi in fi. tit. de pace.n.79. Ferret.de treuga & pace.nu.87.Moronus de fide,treug.& pace.

Quæstio CLII.

Famulo si fiat iniuria, ad quem spectat remissio.

QVuid si fiat iniuria famulo. An ei spectat remissio iniuriæ, vel domino? Respon.Aut fit iniuria ꝓp dominũ, & domino spectat remissio.Aut ipsi famulo ĩ ipsius iniuriam. Et ipsi tantum spectat remissio.Bossi.titu.de pace,nu.17.

Quæstio CLIII.

Famulus an iurare cogatur non expendere nisi pro commissione.

IVris extat dispositio, ꝙ expendens pro alio iurare debet non expendere,nisi pro commissione. An si sit famulus scholastici,de quo est suspicio periurij, debeat iurare? Resp.ꝙ non:quia incideret in periurium, ẽt pro modico, quod fraudaret. Card. in cle.j §.porrò.de hæreticis,Bertachi.uer. expendens.

Quæstio CLIIII.

Dominus habẽs vnum vel duos seruitores an dicatur habitare cum familia.

QVid si in loco dominus vnum, vel duos habet seruitores. An dicatur habitare cum familia? Resp.D.m.Alciat. cõsil. 163.in 5.lib.ꝙ non, allegat l.detestatio.§.fi.ff.de verb.sig.

Quæstio CLV.

Famulo an liceat stare in lecto & strigliare equos.

AN liceat famulo stare in lecto,& striglia fricare equos domini? Resp.ꝙ non.Et ideo in obsidione Troiæ in exercitu græcorum fustigabatur Liptopus propter pigritiam suã. Nam illo segnior fuit nemo vnquam in toto argolico exercitu. Ferret.de militari iustitia.nu.103.

Quæstio CLVI.

Domino quomodo succurratur si eius seruus librum pignorat alij.

FAmulus scholaris puta,eius librum pignorat alicui fœneratori ignorante domino,quomodo ei succurretur? Respon. remedio l.fin.C.de acquiren. poss. quod est valde vtile.Si quando scholaris non posset probare eius dominium, vel titulum. D.Cæsar Contardus in l.prima, nume. 86. si de momenta.poss. fuc.app.fol.60.

Quæstio CLVII.

Dominus exemptus a solutione pedagij an teneatur pro famulis.

DOminus est exẽptus à solutione Pedagij. An teneatur soluere pedagium pro famulis? Resp.ꝙ sic. Bal. in l.usurpatione.& ibi per Saly. C.de vectiga.& commissis. Nec valet priuilegium exẽptionis.l.omnium,eo.tit. Nisi fiat specialis clausula derogatoria.Secundũ Bertachi.in tract.de Gabellis, in 7.part.q.9. Franc.Mar.decis.Delphi.q 423.nu.3.lib.2.Nam priuilegium cõcessum dñis non trahitur ad famulos, secundùm magis cõem opinionem,de qua per Capici.decis.12.Hercula.in trac.de Cautione de non offen.c.19.nu.3.& nu.4.Et an priuilegium concessum alicui trahatur ad eius adhærentes, famulos, familiares, factores, & huiusmodi? Vide Dec.in regu.in omnibus,nu.9.ff.de reg. iur. Et priuilegia concessa famulis fauore dominorum durant, quamdiu sunt in eorum seruitio; quia cessante causa,cessat effectus,& consequenter cessante causa fauoris,cessat fauor. Tiraquellus cessante causa.ver.fauoris causa.nume.104.

Quæstio CLVIII.

Famuli pro manuum iniectione in clericos an teneantur Papam adire.

AN famuli,qui seruilis non sunt conditionis,ad hoc,ut absoluantur à manuum iniectione,quam in clericos intulerunt, Papam adire teneantur? Resp.ꝙ sic. Franc. Mar.decis.826. lib.2.Fallit,si essent minores 25.annis,vt in decis.868.eo.lib.

Quæstio CLIX.

Debitor soluens famulo creditoris an & quando liberetur.

NVnquid debitor soluens famulo creditoris, de quo creditor confidere consueuit.& fugiat,liberatur? Respon.Alex. in l.argentũ.ff.cõmodati. ꝙ sic.Licèt cũ re, vel pecunia fugiat. Bar.in l.eũ qui.§.fi.eo.ti.Bal.in l.si is.C.de fur.Idẽ, si soluat Factori apothecę.Casus est singularis ſm Dyn.in l ꝙ seruus,in fi.ff.de solu.Et si quis mittit rem per aliquem inopem, non tenetur, si erat bonus,& legalis,secus si malus,quia sibi imputet. Bar.in l.si suspectum.ff.dẽ suspec.tuto.& Alex.in d.l.argentum.

Quæstio CLX.

Dominus pro famulo an teneatur statuto.

2 Ad secundum dico,quòd † inter dictos socios in dubio lucrum & damnum erit commune in quolibet iure.l.si non fuerit.in prin.ff.pro socio.insti.eo.§.1.& ita tenet Hosti. in summa de vsuris.§.ꝙ si contrahatur societas.Idem S.Thom.secunda secundæ q.68.Vbi assignat rationem,ꝙ iste, qui mittit pecuniam per modum societatis, non transfert dominium pecuniæ suæ in socium,sed apud eum remanet ita,ꝙ in periculo ipsius ponẽtis pecuniam socius negotiatur. Et ideo potest licitè partem lucri inde prouenientis petere tanq̃ de re sua. Et cum societas instar & similitudinem fraternitatis habeat.l.verum.ff.pro socio. Sicut ergo inter fratres debet seruari æqualitas, ita & inter socios,hanc tamen æqualitatem seruandam dictus frater Bartholomæus in d.sua summa sic declarat.videlicet,vt si ego pono in societate centum,& tu ponis industriam & laborem tuum. In fine anni facta ratione ego accipiam illa centum,& tu pretium personæ tuæ,siue industriæ,quod ponamus esse,siue valere alia centum.Post hæc quicquid supererit de lucro,accipiam ego medietatem occasione meæ pecuniæ,& tu aliam medietatem occasione tuæ personæ.Et secundum hoc videtur velle, ꝙ si in fine anni functa societate in totum reperiũtur 300.ꝙ ego debeo habere centum loco illorum,quæ in societate posui, & tu centum loco personæ tuę & operarum. Alia centum diuidentur tanquam lucrum inter nos diuidendum, quod salua veriori determinatione mihi verum non videtur, nec de iure ciuili, nec canonico,vel diuino.Nam opera hominis nihil aliud est, quã diurnum officium.l.1.ff.de operis lib.immò opera hominis dicitur esse fructus hominis.l.3.cum duabus sc.ff. de operis ser. ille ergo,qui in societate operam tantum ponit, nõ dicitur aliquid consistens in sorte,vel in capituli ponere, sed solum fructũ personæ suæ,qui fructus aut vsufructus personæ correspondet fructui,aut commoditati illorum cẽtum, quæ ego in societate posui:pro quo bene facit,quod dicit text.in l.cum duobus.§.si in coeunda.ff.pro soc.dum dicit,ꝙ pretium operæ est velamẽtum artis.Et hanc sententiam sequutus est Bal.licèt prædictas ll. nõ alleget in l.1.2.q.C.pro socio.& sic intelligi debet,quod supra proxima qõ.dictum est,videlicet, ꝙ sæpe opera alicuius pro pecunia valet.i.pro commoditate & vsufructu dictæ pecuniæ. Et iõ concludo,ꝙ de dictis 300.ego qui centum posui ante partẽ caput detraham,& 200.quæ remanent tanquam lucrũ inter nos diuidi debent,& ita,vt ex suprascriptis apparet, videtur esse de mente B.Thomæ de Aquino.Neç me in contrarium moueret, si quis diceret,fingamus illum,qui ponit operas & industriam, si locare vellet operas suas pro mercede certa quolibet anno reperiret centum & alius quinquaginta, nec subiaceret alicui casui fortuito,qui euenire posset in mercãtiis, aut rebus artis illius; quia respondeo,& primò,ꝙ illam mercedem, quam habere posset,non dicitur ponere a prin.sicut ille, qui ponit dicta cẽtum.Cum merces illa sibi non debeatur a princi. locationis secũdum Guil.in l.ædem.C.loca.Ex quo sequitur secunda respõsio,ꝙ illa merces est fructus suæ industriæ & operarum. immo rectè intuenti,quò ad eum non est illa merces nisi sua opera & industria: cum in eius recõpensationẽ det.Et ideò licèt ex opera mercedem cõsequatur,tñ ex mercede operæ nullum fructũ dicitur consequi,neque consequi potest : quia singulis de rebus operam præstatur,cum sit diuturnum officium,& sicut vsuræ vsurarum non dicuntur aliquo iure,vt l.fi.C.de vsur. Ita fructus mercedis operæ deberi non potest. Nec ob.ꝙ mercedẽ habet sine periculo,qñ operas locauit;quia licet qñ operas in societate posuit,de periculo teneatur,tamen plus potest lucrari, quam esset merces,quam habere posset locando operas suas.

3 Ad tertium †dico,ꝙ dicti socii licitè possunt cõuenire, ꝙ vnus duas partes lucri & damni,alius tertiam tantum: conferat,si modo ille,qui plus ferre debet aliquid plus societati cõtulisset vel pecuniæ,vel operæ,vel industriæ, q̃d correspõdet illi pluri, q̃d de societate ferre debet.l.si nõ fuerint.in princ.l.quid.n.in fi. ff.pro so.Arbitrio ergo boni viri æstimabit̃,an illud plus, q̃d in societate ponit,correspõdet illi pluri, q̃d de societate percipit, nec alia certior doctrina tradi põt,sed arbitrio boni viri & propriæ conscientiæ remittẽdum est:cũ in hac actione pro socio,q̃ bonęfidei est,arbitrium boni viri sequẽdum est.l. in proposito. ff.pro so.Si aũt vnus plus altero non conferret, tale pactũ ẽt de iure ciuili non valeret ſm Azo.quem sequitur Accursi.licèt aliqui aliter dixerint in glo.in d.l.si non fuerint. tamen hæc opinio Azo.tanq̃ æquior & iustior sequenda est,per d.l. si non fuerint,in prin.& d.l.quid enim.in fi.eo.tit.

4 †Ad quartum dico,ꝙ vnus ipsorũ sociorũ non põt pacisci : vt duas partes lucri & vnã partẽ dãni ferat, & alius ecõtra duas damni & vnam lucri: quia lucrum non intelligit̃ nisi deducto omni damno.Et ideo non potest vnus sociorum plus de lucro participare,quàm de damno,vel econtra,ẽt de iu.ciui. nedũ de iure canonico,vel diuino:vt l.Mutius.ff.pro socio.

5 Ad quintum dico, ꝙ valet pactum inter socios, ꝙ deducto damno vnus ferat duas partes alter vnã,& hoc de iu.ciui. l. Mutius in fi.ff.pro soc. Quod tamen in foro conscientiæ verum putarem, si ille, qui plus de lucro fert, tantundem plus pecuniæ, operæ, aut industriæ in societate posuerit, per ea quæ supra in 3.q.dicta sunt.

6 Ad sextum respondeo†ꝙ pactum, vt vnus ferat tres partes lucri,& alius quartam.& periculum sortis sit commune, non valet aliquo iure,quia lucrũ sentiret pro maiori parte,q̃ periculum.Et sic pro ea parte contractus diceretur vsurarius,pro quo facit glo.in l.cum duobus,in §.fin.allegat.l. item Papinianus. ff. pro socio.

7 Ad vij.respondeo,ꝙ valet pactum inter dictos socios; vt cõmittat̃ discretioni eius,qui pecuniam accepit, vt assignet partẽ lucri & damni,quantam sibi videbitur ſm dictum fratrem Bartholomęum in pisanella,in verbo,societas.Caueat tñ ille,cuius arbitrio remissum est:vt iustè & æquè partiatur ei plus de lucro assignando,qui plus in societate posuit,aliàs nedum in foro cõscientiæ tenetur, sed etiam de iure ciuili, si iniquè partes faceret,ad arbitrium boni viri reduci posset.l.si societatem, cum se. & se.ff.pro socio.

8 Ad viij.rñdeo,ꝙ nullo iure ciuili,canonico,vel diuino contrahi põt societas,vt vnus tñ lucrũ , alius tñ dãnũ sentiat, vel ferat.Esset.n.iniquissimum genus societatis, quæ leonina appellat̃.l.si non fuerint.in fi.ff.pro socio.Quod tamen verum est,nisi ille,qui tantùm operas poneret,aliquid certum pro sua opera vellet sine damno:quia tunc non tanquam socius, sed tanq̃ locator operarum suarum ita pacisci posset, vt infra latius in 18.q.dicetur,vbi vide omnino.

9 Ad nonum dico,† ꝙ qñ factum est pactum de damno, licet nihil sit dictum de lucro,intelligit̃ idem pactum factum de lucro,vel econtra.insti.pro socio in §.illud quod.& canonistę & oẽs sequuntur.

10 †Ad decimum respondeo,ꝙ socii ex disparibus partibus fundum vel apothecam conducentes locatori tenentur pro ęqualibus partibus,inter se aũt tenentur pro rata societatis,& ita diuidere debent dcm̃ debitũ mercedis, sicut diuidũt principale,& ſm dictas dispares partes diuidi debẽt suppellectilia & massaritiæ dictæ societatis,q̃d sequendũ oĩ iure vr̃: cũ conueniat arbitrio boni viri,quod in hac materia & iudicio pro socio versatur:vt dictum est in 3. quæstio. Ita probat & determinat Bal.in l. .C.pro socio.in 23.q.vbi dicit,quòd secundum dictas dispares partes.

11 Ad vndecimum dico,ꝙ de iu.cano.& in fo.conscien.nõ põt pacisci,ꝙ capitale sit saluum,ita sentit gl.in c.pleriq;.14.q.2.De iure aũr ciuili sunt opinio.nam Bal.in l.1.C.pro socio. in 9.q.tenet,ꝙ tale pactum nõ valeat,neq; ex forma cõtractus, neq; ex eius natura,ideo dicit,ꝙ sapit vsurariam prauitatem.Hosti.aũt in summa latius,quã alter in tit.de vsur.§.an autem aliquo casu vltra sortem. versi. porrò fieri põt. examinando hunc articulũ concludit, ꝙ de iure ciui. talis societas valet magis ex vi pacti, quàm ex natura contractus, tñ non est omnino æqua, & ideo in iudicio animæ non seruanda.Idem dicit Ant.de Butr.in c.fi. de vsu.tanq̃ ergo hæc opinio,ꝙ tale pactum non valeat, sit tutior & æquior quolibet iure,aut foro amplectenda, & sequẽda est,ut in c.iuuenis.extra de sponsa.

12 Ad duodecimum †videlicet an in dubio si capitale est perditum casu,damnum sit commune, vel tantum illius qui pecuniam posuit.Et respondet glo.ꝙ in dubio non est commune.l. si non fuerint.§.1.ff.pro soc.& sic erit illius tãtum, qui pecuniã posuit:licèt gl.contrarium dicat,ꝙ sit commune, in l.1. C. pro socio.Tñ pro prima opinio ꝙ nõ sit commune, facit, quia ille qui capitale ponit nõ dr̃ cõmunicare capitale, sed fructũ eius. Nã ille qui operam ponit dr̃ solũ fructũ personę suæ communicare,cũ operæ sint fructus hominis, vt dictum est supra in 2. q.Item quia satis habet ille , qui operas posuit, si operas perdit absq; eo,ꝙ teneatur ad partem capitalis perditi.Dixit tamẽ Pet. quem refert Cy.in l.1.C.pro socio,ꝙ aut dicta pecunia, aut capitale statim est perditũ casu fortuito , anteq̃ alter socius operas poneret,& damnum erit commune. Aut post operas p̃stitas,& perditas,& tũc damnũ erit illius tantũ, qui pecuniam posuit:

Source : BIU Cujas

ſuit: ſatis enim habet ille de damno, qui operas perdit, & hanc opin. Cyn. dicit eſſe æquiorem: de iuris ciuilis tamen rigore licet ſtatim pereat, ſi tamen perit ex cauſa ſocietatis, damnum videtur eſſe commune. l. ſi id quod. §. 1. ff. pro ſoc. opinio tñ Petr. quam ſequitur Cyn. præſertim in foro conſcientiæ magis mihi placet: cum conuenire videatur arbitrio boni viri, quod in hoc iudicio verſatur. l. in propoſita. ff. pro ſocio. Adeo quòd ſi in principio ſocietatis totum capitale eſſet perditum, & modicæ operæ, tunc adhuc putarem, quòd pro aliqua parte ille, qui operas ponit, participare debeat de periculo capitalis, poſtquã ratione dicti capitalis etiam participaturus erat de lucro, arg. l. ſi non fuerint. in princi. & l. quid enim in fin. ff. pro ſocio. Quæ omnia procedunt, vbi nulla eſt conſuetudo in contrarium: ſi autem conſuetudo eſſet, vt periculum capitalis in dubio ſit cõmune: quia illud, quod eſt commune, videbitur actũ inter partes. l. ℔ ſi nolit. in §. quia aſſidua. ff. de ædil. edic l. ſi prius in §. placuit. ff. de aqua plu. arcen. tunc dicerem, ℔ periculum ſit cõmune, poſtquam hoc fieri poteſt per pactum expreſſum: vt tenet glo. 14. q. 2. c. plerique. Sed ſi tale damnum capitalis procederet dolo vel culpa alicuius ſociorum, illius ſolius eſſet periculum, cum ſocius de dolo & culpa teneatur. l. ſocius ſocio. ff. pro ſoc. in qua culpa comprehenditur leuis, non autem leuiſſima: ſuffi cit enim ℔ ſocius talem diligentiam adhibeat in rebus cõmunibus, qualem in rebus propriis adhibere conſueuit: vt d. l. ſocius. licèt enim periculum dictæ pecuniæ regulariter ad eũ ſpectet, qui eam miſit in ſocietate, tamen non intelligitur, quãdo venit culpa conſocii, etiam ſi expreſſè in ſe periculum ſuſcepiſſet. l. fi. C. de nau. fœno.

13 Ad decimum tertium breuiter reſpondeo† quòd pactum fieri poteſt, quòd periculum capitalis ſit commune, quod ſatis clare tenet glo. in d. c. plerique. 14. q. 2. † Ad decimum quartum di
14 co, quòd ſi perditum eſt capitale ante finitam ſocietatem, non tenebitur ille, qui capitale poſuit, iterum ponere, ſiue periculũ ſit commune, ſiue non, quod tenet glo. in d. l. ſi non fuerint. in
15 §. 1. ff. pro ſocio. & in d. l. 1. C. eo. † Ad decimum quintum ſi finito tempore ſocietatis non reperitur niſi capitale, an dictum capitale pecuniæ commune ſit, vel illius qui poſuit? Licèt Bal. hãc quæſtio. late examinet in d. l. prima. in ſecunda quæſt. tamen mihi ita videtur dicendum, maximè in foro conſciẽtiæ. Quia aut ex pacto, vel conſuetudine periculum dicti capitalis erat commune, & tunc communiter diuidi debet inter ſocios dictũ capitale, quod ſupereſt. Aut periculum dicti capitalis non erat cõmune, ſed ſolùm illius qui capitale poſuit, vt eſt in dubio: vt eſt dictum ſupra in 12. q. & tunc totum illud capitale erit illius qui pecuniam poſuit. Congruit enim hoc arbitrio boni viri, quod in hoc iudicio verſatur, ne contractus claudicet, vt ille qui participaturus non erat de periculo capitalis, non participet de ipſo capitali. Eſſet enim contra ius fraternitatis, cui ſocietas comparatur. l. verum, in prin. ff. pro ſoc. Item cum ille qui pecuniam ponit eius commoditatem communicare dicatur ei qui tantũ operas ponit, cum ille qui operas tantum ponit cõicare dicatur fructum ſuæ perſonæ, vt dictum ſupra fuit in 2. q. & ideo ca
16 pitale non eſt communicandum.

Ad decimum ſextum reſpondeo† ℔ ille, qui tantùm operas ponit, quando proficiſcitur cauſa ſocietatis, debet habere expẽſas de corpore ſocietatis. ſecundùm Iaco. de Are. & Cy. in d. l. 1. C. pro ſocio: quia lucrum non dicitur niſi deductis expenſis. C. de collat. l. illud. ff. pro ſocio. l. Mutius. quod intelligit Bal. in d. l. 1. exceptis expenſis, quas facturus eſſet domi: quia illæ fieri non debent de corpore ſocietatis, argu. l. ſed ſi lege. §. autem. ff. de peti. hære. Multum tamen in hoc putarem obſeruãdam eſſe conſuetudinem etiam in foro conſcientiæ: cum optima ſit. ll. interpres. l. ſi de interpretatione. ff. de ll. Cum etiam minimè ſint mutanda, quæ longam interpretationem habuerũt. l. minimè. eo. ti. cum etiam tacitè videatur actum, quod fieri conſueuit, vt l. licet. C. loca. Et dictum eſt ſupra in 12. q.

17 † Ad decimũ ſeptimum reſpondeo, ℔ ſi vterque ſociorum mixtim ponit pecuniam & operam, ſed vnus maiorem quantitatem quàm alter, ſiue ſit factum pactum pro quota parte quis lucrum & damnum ſentiat, ſiue nõ ſit factum, ſed ſumus in dubio: tunc etiam de iure ciuili non ſolum in foro conſcientiæ conſiderandum eſt, quis eorum in effectu in ſocietate poſuit: licèt enim vnus maiorem ſummam pecuniæ poſuerit, & etiã operam ſuam: tamen poſſet eſſe tanta induſtria alterius, qui minorem ſummam poſuit, ℔ excederet illũ qui maiorẽ ſummã pecuniæ poſuit, vt ſi ſolus nauiget, ſi ſolus peregrinetur, ſi ſolus pericula ſubeat. d. l. ſi non fuerint. in fine princi. & l. quid enim. ff. pro ſocio. & facit quod ſupra dictum eſt in 3. q.

18 † Ad decimum octauum & vlti. reſpondeo, ℔ quando ponẽs operam tantum vult aliquid certum pro opera ſua, & non teneri de damno, valebit tale pactum, aut conuentio: nec erit contractus ſocietatis, ſed locationis operarum. Ita etiam concludit Dominus frater Bart. in dicta Piſanella ſuper verbo, ſocietas. in fine, vbi etiam ſubdit, quòd talis ponens operas poteſt paciſci non ſolum, vt habeat aliquam ſummam certã pro ſua opera, & non teneatur de damno, vt ſupra dictum eſt. Sed etiam vt talem partem lucri habeat, & nihil de damno; quoniam illam partem lucri nõ recipit vt ſocius, ſed vt locator operarum. Quod tamen intellige, niſi damnum procederet culpa ipſius ponentis operas, vt l. item quæritur. & l. ſi merces. §. qui calumniam. ff. loca. Et ita intellige quod ſupra in 8. quæſtione dictum eſt.

SECVNDA PARS TRACTATVS.

Circa ſecundum videlicet de ſocietate, negotiatione, ſiue ſocita animalium diligentius animaduertendum. Cum hæc materia magis implicita, & minus bene declarata per maiores noſtros reperiatur. Et cum frequentiſſima, & quotidiana ſit, præſertim cum ruſticis, qui minus iuris notitiam habent. l. quicunque. C. qui admit ideo plenius & clarius procedendum eſt, vt l. legaui. §. fi. ff. de alim. lega. Quare ſex modis in princ. huiuſmodi negotiatio animalium contrahi, ſeu exerceri poſſe videtur.

Primò per viam ſocietatis, quam ſocitã vulgò appellamus, & hoc eſt, quando expreſsè animalia traduntur gratia ſocietatis contrahendæ de illis, vt dicit gloſſ. in l. ſi paſcenda: pe. C. de pac. vel etiam quando tacitè; quia non exprimitur, ℔ gratia ſocietatis vel ſoccitæ traduntur, ſed vt communia ſint, & ſic pro parte dominium remanet apud tradentem: quia tacitè pro alia parte videtur communicari in illum, cui communicatur etiã ſine traditione transfertur. l. 1. §. in ſocietate. ff. pro ſocio. & hoc etiam modo contrahitur ſocietas vel ſocita. l. ſi tibi areæ. ff. de præſcriptis verbis. & bene facit, quod dicit Bal. in d. l. ſi paſcenda pecora.

Secundò, quando dominium animalium nullo modo tranſfertur, & ſic animalia non cõmunicantur, ſed ſola cuſtodia permittitur aliquo dato vel recepto, & tunc contractus locationis & conducti. dicitur l. ſi quis vitulos. & l. ſi merces. §. apparet. ff. loca. facit l. non ſolet, & l. qui mercedem. eo. tit. & l. naturalis. in §. at cum do. ff. de præſcr. ver.

Tertiò, quando animalia traduntur: vt in totum dominium in recipientem transferatur, & ad meliorandum datur, & tunc reſultare dicitur contractus innominatus & cõpetit actio præſcri. verb. vt d. l. ſi tibi areę.

Quartò, qñ equa vel aſina alteri datur vt cooperiaẽ ab equo & non aliter ad meliorandũ, qui contractus ſpecies contractus innominati eſſe dicitur. d. l. ſi tibi areæ.

Quintò, quando animalia ęſtimata traduntur, vt commodũ vel incõmodũ ſit recipientis: quia tunc dicitur contractus emptionis, arg. l. æſtimatæ. ſol. matri.

Sextò, quando non apparet, qũo animalia ruſtico conceſſa ſint an ratione ſocietatis, vel ſoccitæ, vel loca. vel alterius contractus, quod facile contingere poteſt, præſertim quando mortui eſſent principales contrahentes: quia tunc quis contractus in dubio præſumatur, & qualiter ſortiri debeat capitale, & fructus, ex infra dicendis apparebit.

SVMMARIVM.

1 *Societas quando intelligatur tacitè, vel expreſsè contracta.*
2 *Lumenta ſi quis dederit iure ſocietatis, accipiẽs debet ea tenere per quinque annos, ſi tempus non fuerit limitatum.*
3 *Arbitrium boni viri circa quid verſetur.*
Lex dura de iure ciuili ſeruanda.
4 *Ablatum niſi reſtituatur, peccatum non remittitur.*
Hominum negotia ſunt plura, quàm legum vocabula.
5 *Pacta circa pecora paſcenda de iure ciuili ſeruanda.*
Iura volunt, quod in iudicio ſocietatis arbitrium boni viri verſetur.
6 *Animal ineſtimatum dans, periculum ipſius cui regulariter pertineat.*
7 *Pacta conformia ſecundùm conſuetudinem ſeruanda.*
8 *Caſus fortuiti periculum eſt commune, quando animalia æſtimatà traduntur inter ſocios.*
9 *Paciſci licet circa fructus & tempus eodem modo, quo ſocietas durare debet.*
10 *Lucrari non eſt licitum cum aliena iactura. 19.*
11 *Vſura eſt, quicquid accedit ſorti.*
Fraternitatis iuri ſocietas comparatur.
12 *Dominus ponens boues & terram qualiter paciſci debeat.*
13 *Animalia minuta accipiens quos redditus ſoluere debeat.*
14 *Porcam iure ſocietatis accipiens, ſi non fuerit dictum de tempore, triennio debet ea potiri.*
15 *Dominium animalium quando non dicatur transferri.*
16 *Contractus locationis natura.*
17 *Cuſtodis imperitia, qui pro cuſtodia mercedem recepit, annumeratur culpæ.*
Cuſtodiam alicuius rei recipiens, mercede recepta, de culpa leuiſſima tenetur.

Source : BIU Cujas

18 *Damnum debet esse commune, sicut vtilitas communis est.*
20 *Actum videtur inter partes, quod in dubio est consuetum.*

1 AD primum quando† societas, vel socita tacitè, vel expresè super animalibus contracta est. Tunc res vt clarior & facilior appareat considero 4. casus.

Primus si contracta est super animalibus grossioris generis, vt bouum, vaccarum, iumentorum, seu equarum, quorum fructus in anno regulariter non ascendit ad valorem matris, vt experientia docet, quæ animalia inæstimata socio communicata sunt sine alia communione terræ: potest enim talis societas animalium contrahi cum terra, & sine terra, vt dicit gloss. in l. cum duobus. in §. si in coeunda. ff. pro socio.

Secundus, quando talia animalia communicantur æstimata sine terra.

Tertius, quando communicantur æstimata, vel inæstimata cum terra.

Quartus casus, quando societas, vel socita contrahitur super animalibus minutis, vt ouibus, capris, siue porcis.

Primo casu, quando contrahitur societas super animalibus crassis inæstimatis & sine terra, tunc aduertendum puto, quòd aut nullum pactum factum est de capitali aut fructu. Et tunc reperio quædam iura extrauagantia inter extraordinaria capitula feudorum in fi. 10. collationis. Et rubrica dicit, consuetudo societatis iumentorum, & sic ad literam sequitur nigrum, vt in
2 eo libro comperio. Si † quis dederit iumenta iure societatis, ille qui accipit debet tenere per quinque annos, si nihil dictum est de tempore, & omnes polledri debent esse communes, & id quod acquisiuerint tempore triturationis, & in capite quinque annorum separatur societas, & ille qui dedit debet habere iumentum ante partem, sed ille qui accipit, dedit tertiam, dicit gloss. partem pretii in emendo iumentum, tunc iumenta, & omnia partienda sunt per medium. Et si amiserit iumenta sua culpa: quia non custodierit, & corium ostendere non potuerit, vel caudam, emendare tunc debet. Et sequitur alia rubrica, consuetudo societatis vaccarum. Et nigrum sic dicit. Si quis dederit vaccam alicui, vt haberet eam iure societatis, & non dixit de tempore, debet eam tenere per quinque annos, & omnes vituli debent partiri per medium, & ille qui dedit vaccam debet habere pro capo saluo si nihil dictum est. Et ille qui suscepit non de suo dedit in pretio vaccæ. Alioquin si partem pretii dedit, dicit gloss. 3. per ea quæ dicta sunt supra in iumentis, omnia debent partiri per medium. Et is qui accepit amiserit vaccam sua culpa: quia custodem non misit, vel non bene custodiuit, & per hęc vacca amissa est: quia fures abstulerunt, vel lupus eam comedit, debet eam emendare suo socio. Satis enim æqua videtur hæc consuetudo & boni viri arbitrio con-
3 uenire, quod† boni viri arbitrium in hoc iudicio pro socio versatur. l. in proposita. ff. pro socio. & quod consuetum est, videtur inter partes actum. l. quòd si nolit. in §. quia assidua. ff. de ædil. edic. & l. si prius. in §. placuit. ff. de aqua plu. arcen. Si verò alia esset consuetudo, & tunc aut æqua. s. consuetudo, arbitrio boni & quolibet iure & humano & diuino seruanda est, si iniqua, & tunc si de iu. ciuili. obtenta est in contradictorio iudicio per vnum actum seruanda est, vt dicit glo. in l. 2. C. de episcop. audi. De iure enim ciuili & si lex dura seruanda est. l. prospexit. ff. qui & a qui. dummodo tantam iniquitatem non contineat, quòd abusio magis quàm consuetudo dici posset, per ea quæ habentur in l. de quibus. ff. de leg. & in c. cum consuetudinis, de consuetu. De iure verò diuino, quo rigor iuris ciuilis non attenditur, sed iustitia & æquitas, 14. quæst. secunda, cap. pleriq;. tunc dicta iniqua consuetudo seruanda non esset, immò ad restitutionem teneretur ille, qui ad damnum socii seruire vellet. Cũ
4 †nõ remittatur peccatum, nisi restituatur ablatum, cap. peccatũ, de reg. iu. lib. 6. Arbitrari enim potest bonus vir, an æqua, vel iniqua sit dicta consuetudo considerato valore animaliũ communicatorum, & opera socii, & fructus eorum, & si quis plus ponat, quàm alter, vt in si. dicit tex. in l. si non fuerint. ff. pro so. Alia enim certior doctrina tradi non potest. Si verò inter socios pactum factum est, & tunc cum pluribus & infinitis modis pacta concipi possent. Cum plura hominum sint negotia, quã vocabula legum. l. naturaliter. ff. de præscript. ver. Si singula pacta quæ inter dictos socios concipi possent prosequi vellemus, nihil aliud esse videretur, nisi rem quandam infinitam aggredi. Quare magis per viã regulæ, quàm singulos casus prosequen
5 do declarari posse videtur: iure enim ciuili videtur, quòd † pacta circa pascenda pecora facta & fructus eorum sint seruanda. l. si pascenda. C. de pac. Quod tamen sanè intelligendũ est, dum modo, quando contracta talia sint, vt arbitrio boni viri æqualitatẽ contineant, considerato capitali ex parte eius qui capitale ponit, & considerata opera ex parte eius qui recepit, per regulã quã ponit tex. in l. si non fuerint. ff. pro so. iuncta l. in proposita. co. ti. quæ iura volunt, q̃ in iudicio societatis arbitrium boni viri versetur, & ideo cõsideretur, quis plus societatis contulit vel pecuniæ, vel operæ, vel cuiuscunq; alterius rei causa, vt ille qui plus contulit lucri recipere possit, per quam regulam prudens, & discretus homo faciliter diiudicare poterit etiam in fo. conscien. an pactum, de quo quæritur, æqualitatem inter socios cõtineat, adeo quòd seruandum sit vel ne. Sed vt clarius huius rei veritas apparere possit, aduertendum quòd quandoque pactũ inter dictos socios fieri potest circa ipsum animal, idest capitale, quod in societate inęstimatum ponitur, quandoq; circa fructus eius, quandoque circa tp̃s, quo societas durare debeat. Pri-
6 mo casu postq̃ inæstimatum datum est, † non videtur posse pacisci, q̃ periculum sit alterius, quam ipsius, qui inæstimatum dedit, cum regulariter ad ipsum periculum pertineat: vt dicit Bal. d. l. si pascenda, & vt æqualitas seruetur in fi. societatis, illud animal, quod pro capitali positum est, præcipuum esse debet ipsius ponentis. Quodlibet ergo aliud pactum, quod circa illud capitale fieret, non videretur æqualitatem continere. Si enim alter socius perderet capitale suum, satis est, q̃ alter perdat operas suas, vt latè dictum est supra, in 1. q. princip. quando societas contrahitur ob aliquã mercantiã, respondendo ad xij. quæsitũ, & sanè intelligendum est, q̃ de periculo non teneatur socius, qui capitale non posuit, nisi processerit sua culpa: quia tunc de illo insolidũ teneretur. l. in duobus. in §. si in coeunda. ff. pro so. & §. damna. ea. l, ex quibus patet, quòd non liceret socio qui animal inæstimatũ in societate posuit pacisci, vt de primis fructibus capitale suum detrahi possit. Quando aũt pacta fierent circa fructus, & tunc siue fiant circa fœtum, vel lac, vel frumentum, quod ex opera bouum quæri solet, vel posset, vel equarũ
7 triturationę. Tunc† si talia pacta conformia essent circa consuetudinem seruanda forent, si de consuetudine non apparet: tunc si consideratis capitibus, & opera alterius socii æqualitatem arbitrio bo. viri continerent, vt ille qui plus ponit plus ferat, & si æqualiter ponunt, æqualiter ferant, seruanda essent. Quando autem pacta fierent circa tempus, quo durare societas deberet, & tunc similiter æquitas arbitrio boni viri seruanda esset. Consueuit enim in animalibus grossis, quinimmo talis societas durare, non ergo videretur tutum pro longe maiore, vel minore tempore contrahi præsertim in foro conscien. cum non videretur posse transire sine iactura, vel damno alterius sociorum.

8 Circa secundũ casum quando† animalia æstimata tradũtur, tunc periculum casus fortuiti inter socios est cõe: vt d. l. cũ duobus. in §. dãna. ff. pro soc. & licet Bal. in d. l. si pascenda. nec mirũ quia tunc d. æstimatio facit emp. ar. l. æstimatæ sol. ma. & habet̃ perinde ac si ille, qui dat ita aĩalia, mutuasset socio medietatẽ pretii, & ipse soluisset aliam medietatẽ, & cõiter ab ipsis duob. essent empta, & sic nimirum si quilibet pro rata de periculo teneat̃, qũ sine culpa alterius sociorũ processit, illius solius dolũ, vel culpã cõmittentis est periculũ, per d. § dãna. Nec aliter posset iuste inter socios saltẽ in for. conscien. pacisci. Circa fructus
9 aũt & tp̃s quo societas durare debeat, eo dẽ† modo pacisci licet in hoc ij. casu, quo æstimata tradunt̃: vt supra dictũ est proximo casu, qñ inæstimata: vt sp̃ æqualitas arbitrio boni viri seruetur. Sed in hoc casu diligentius aduertendũ est. Nã posset quilibet sociorum ponere tamen respectu pretii animalium quæ æstimata tradita sunt. Sed rusticus socius plus ponit respectu operarum & custodiæ, non videtur q̃ fructus per medium sortiri debeat, & de hoc aliàs dubitari vidi, & ideo putarem, arbitrio boni viri conuenire: vt æqualitas seruetur. Quòd si talis custodia animalium, quam ponit rusticus, sit, aut fieri potest per pupillos, aut minores, quorum operæ non sunt in magna æstimatione, licet aliquæ sint impuberis operæ, vt l. fi. de libe. cau. & tunc si quam aliam vtilitatem ex animalibus percipit socius rusticus quàm alius, vt fœni, vel letaminis, quæ verisimiliter cum opera pastoris compensari posset, & tunc iste fructus æqualiter etiam in foro conscien. sortiri possunt. Si verò operæ pastoris, quas ponit rusticus, vel poni facit, vel paleæ, fœnum, aut herba quam ponit rusticus, excederent alias commoditates letaminis, quas habet rusticus, & tunc etiam æqualitas seruatur, præ-
10 sertim in foro conscien. ne † cum aliena iactura alter socius lucretur, aliquid ante partem rusticus pro pastoris opera ferre debet, quod æquiualeat eo, quod solus ponit, cum plus ponat, quam alter, vt d. l. si non fuerint. Nec enim posset ille, qui operam non ponit, se excusare, si nihil dare vellet, dicendo quòd rusticus in vero nullam pecuniam posuerit: quia postquàm æstimata data sunt, perinde habetur, ac si posuerit, & ipse rustico dictam partem pretii numerasset, vel mutuasset. Nec ratione dicti mutui aliquid a rustico repetere posset, nec operam cu
11 stodis, vel aliud: cum quicquid accedit sorti † sit vsura. capit. consuluit, & capitulo in ciuitate, de vsur. Nec hoc casu consuetudo ipsa excusare posset in foro conscientiæ, postquam iniquitatem continet, & consocii damnum, & iacturam, & iuri fraternitatis non conueniat, cui societas comparatur. l. vero. ff. pro socio.

Tertio aũt casu quando æstimata, vel inæstimata animalia

Source : BIU Cujas

groſſa cum terra inter ſocios communicantur, vt ſi communi
co ruſticum vnum par bouum, vel vaccarum, vt arare debeat
certam quantitatem terræ,& tunc ſi inæſtimata tradidi, pericu
lum in totum ad me ſpectat,ſi æſtimata, commune erit, vt d.§.
damna. niſi proceſſerit culpa alterius ſociorum, vt ibi: quando
enim æſtimata traduntur,vt in ſocietate ſint,ille cui tradun
tur pro medietate emere videtur,argumen.d.l.æſtimatæ. ff.ſol.
mat.Nil igitur mirum,ſi damnum eſt commune: quia poſtquã
ille,qui ponit,dat boues in ſocietate,etiam terram ponit.Nil ẽt
mirum, ſi fructus terræ eſt communis: ponit enim vnus partẽ 17
bonum & operas,ſed quando inæſtimati tradũtur boues a do
mino,qui etiam terram ponit,cum in totum periculum bonũ
12 pertineat ad dominum,poſſet tunc dominus† qui ponit boues
& terram paciſci,vt maiorem partem fructuum terræ recipiat:
cum ruſticus tantum operas ponat, niſi opera ruſtici & indu
ſtria magis æſtimetur, quam fructus, qui venire poſſent ſimul
ex bobus, & terra. Quia tunc non ſolum fructus terræ æquis
partibus partiendi eſſent, ſed etiam de fructibus terræ iuſta ra
tione & ſalua conſcientia ruſticus plus ferre poſſet, per d. l.ſi
non fuerint,quod tamen totum arbitrio boni viri relinquitur,
d.l.in propoſita.

Circa quartum quando ſocietas, ſiue ſocita contrahitur ſu
per animalibus minutis,duertendum ante omnia, quòd ſcri
ptum reperitur in dictis extrauagan quas habeo in fi. vſuũ feu
dorum, 10.colum.incipit rubrica, cõſuetudo ſocietatis capra
rum,& ſic ſequitur nigrũ. Si quis dederit capram, aut pecudẽ
iure ſocietatis,ille qui accipit, debet tenere per 3.ann.& in vno
13 quoque † anno debebit dare pro capra duodecim formaticos
bonos & optimos,pro pecude 6.& medietas capretorum & a- 18
gnorum debet eſſe communis,& medietas lanæ, & ille qui de
dit capram aut pecudem ante partum, debet eum habere, & ſi
ille qui accipit dedit tertiam: tunc omnia partienda ſunt per
medium,& ſi ille,qui accepit,amiſerit culpa ſua; quia eam non
cuſtodierit,vel non bene clauſerit pecorile,domino tunc emẽ
dare debet,& (vt dictum eſt) bonos formaticos dare debet,ſcili
cet non quidem de vna munctura, quia ſi dedit tantum vnam
pecudem,aut vnam capram tantum, non debet mihi dare talẽ
formaticum,qualis poteſt fieri de vna munctura tantum,ſed 3.
aut 4.munctura inſimul mitti debent,vt bonus formaticus in
de fiat; quia ſi dedit alicui viginti,aut quadraginta pecudes, aut
totidem capras,debet ne mittere vnam mongituram ſimul &
facere vnum formaticum de tota mongitura. Certè non, ſed
mediæ æſtimationis,ita quòd non fraudetur qui dedit,nec qui
accepit.Sed ſi agni vel capreoli nati non fuerunt de vna capra,
vel pecude,non debet dare niſi medietatem formatici quẽ da
ret ſi nati eſſent agni,vel capreoli.Sequitur alia rubrica,quæ in
cipit ſic,conſuetudo ſocietatis porcarum, & ſic ſequitur nigrũ.
Si quis dederit alicui porcam iure ſocietatis, & non fuerit di
14 ctum de tempore† tunc is qui accepit, debet eam tenere per 3.
ann.& omnes porcelli qui nati ſunt partiendi ſunt per mediũ 19
in vnoquoque anno,vel ſi placuerit domino & ei qui accepit,
tenere vſq; in capite trium annorum, debẽt omnes partiri per
medium,ẽt porcelli nati de porcellis, & cum porca facit por
cellos,debet dominus facere adiutorium ei qui accepit,& non
debet qui accepit dare tertiam,aut in communione,& ſi amiſe
rit culpa ſua,quia porcile non bene clauſerit, vel cuſtodem cũ
porcis non miſerit,debet domino emẽdare, vel caſum amiſſio
nis domino dicere.Nec tamen leges conſuetudinem ſatis arbi
trio boni viri conuenire dicuntur, & æquitatem continere: vt
in foro conſciẽtiæ ſeruari poſſint in locis, vbi talis conſuetudo
vigeret: in locis autem in quibus de conſuetudine non appare
ret,& talia animalia æſtimata,vel inæſtimata tradita fuiſſent vt
ſocita,vel ſocietas contrahatur, ſiue factum fuerit pactũ aliud,
ſiue non fuerit circa ipſa animalia, ſiue circa fructus eorũ, idẽ
dicendum eſt in ſocietate,aut ſocita iſtorum animalium minu 20
torum tam circa corpora ipſorum animalium,quàm circa fru
ctus eorum,quod ſupra proximè dictum eſt circa ipſa animalia
groſſa in ſocitam data æſtimata,vel non æſtimata ſine terra, cũ
ſit eadem ratio,argu.l.illud, ad l. Aquil. Et hæc diſpoſitio caſus
quando ſocita tacitè vel expreſsè contracta eſt.

15 Circa ſecundum autem,quando † dominium animaliũ nul
lo modo transfertur, ſed ſola cuſtodia committitur aliquo da
to,vel recepto,& tunc aduertendum. Quia aut tradens dicta a
nimalia recipit aliquid pro bobus vt arent, vel pro pecudibus:
vt ſtercorizent,vel ſtabiant terram. Aut recipit aliquid ille, cui
animalia traduntur pro mercede cuſtodiæ. Aut opera anima
lium vel ſtercorizatio cum opera cuſtodiæ compenſantur,qui
omnes tres caſus conſiderari poſſunt,vt in ſi.in ſeruo dicit tex.
in l.1.§.ſi quis ſeruum. ff.dep. & ideo quandoque tradens ani
malia dicitur conductor,quandoque locator. Ideo his vocabu
lis locator & conductor promiſcuè vtuntur.l. veteres, cum ſe
quen.ff.de action. emptio. & tunc in omnibus iſtis tribus caſi
16 bus reſultat † contractus locationis,cuius natura eſt: vt ſi res ali
qua conducta vel locata eſt ad faciendum aliquid in ſupradi
ctis tribus caſibus non ad fructuandum; tunc fructus & pericu
lum pertinet ad dominum rei locatæ, vt l. item ſi pretio. §.primo,& ſecundo ff.locat. & ideo fructus bouum ſi meliorarentur, vel vaccarum, vel pecudum, lac vel lana eſſe dicuntur dictorum animalium,& ſimiliter periculum, quod caſu contingeret, l. in iudicio, C. loca. l.ex conducto,§.primo, & l.ſi quis a non domino,in princi.§.primo,& §.imperator. qui proprie de grege loquitur,& l.ſi merces,in §.conductor.ff.lo. Si tamen periculum contingeret dolo aut culpa alterius contrahentis,quã domini,& tunc ad ipſum,non ad dominum ſpectaret, vt dictis iu.probatur. Imperitia tamen † cuſtodis, qui pro cuſtodia mercedem recepit,culpæ annumeratur,& de ea cuſtos teneretur, l. ſi quis. domum. §.Celſus.ff. loca. qui enim cuſtodiam alicuius rei recepit recepta mercede de leuiſſima culpa tenetur. l. mercedem,& l.ſi merces,§.qui columnam,ff.loc.& quia hic contractus locationis & conductionis eſt bonæ fidei inſtit. de actio.§. actionum.hinc eſt, ꝙ merces debet eſſe iuſta & congrua,& boni viri arbitrio conuenire. l. ſi in l.locationis. aliàs autem ſi in plus, vel in minus boni viri arbitrium excederet in foro conſcientiæ, qui plus recepit,vel minus dedit, ad reſtitutionem tenetur.

Tertio caſu quando dominium animalis in totum transfertur in recipientem ad meliorandum, & tunc reſultat contractus innominatus.l.ſed ſi tibi areæ,ver.ſi poſſeſſionem,ff.de prę ſcript.ver.quid ſi naturam habet, quam habet contractus nominatus, cui dictus contractus innominatus magis æquiparatur.l.naturalis,in §.fin.ff.de præſcript.verb. & hoc caſu pretium dictorum animalium ſic datorum, ſi venderentur, debet eſſe commune,d.l.ſi tibi areæ.Idem in fructibus dicit ibi gl. & com
municari debeant,per d.l.ſi paſcenda,C.de pact. & ſimiliter† cõ
mune eſſe debet damnum: ſicut vtilitas communis eſt, ar. l.
Mulus.ff. pro ſocio. & cum contractus innominatus magis ſi
miletur contractui ſocietatis & ſocitę quàm locationis, licet
dominium transferatur,ideo circa periculum,& vtilitatem ip
ſorum animalium & fœtus & fructus eorum dici etiã poſſunt
equæ, vt ſupra proxime in 1. caſu de ſocita & ſocietate anima
lium dictum eſt.

Quarto caſu quando equa, vel aſina datur alteri, vt coope
riatur ab equo: tunc dicit text.in d. extrauagan. ſi quis dedit iu
menta. in rubr conſuetudo ſocietatis iumentorum,ſic ad lite
ram. ſi quis dederit iumenta cooperienda equo alicuius, om
nes polledri debent eſſe communes nati in illo anno de iumẽ
tis illius partiendi, quæ ſunt ſecundum conſuetudinem, & ſi
aliquis equus cooperuerit de iumentis illis,& ille cuius ſunt iu
menta,debet partiri polledros,& immittere electionem, cuius
eſt equus,vtrum velit ac concipere polledrum, aut partem pre
tii ſecundum conuentionem: vbi autem conuentio aliqua fa
cta non eſſet, conſeruanda eſt conſuetudo loci, vbi autem de
conſuetudine non appareret, ad arbitrium boni viri recurren
dum eſſet, maxime ad exonerationem conſcientiæ, ne quis
19 † cum aliena iactura aliquid lucretur. Illud enim tã quam inde
bitum reſtituendum eſſet, l. nam hoc natura, ff. de conditio
ne indebi.

Quinto caſu, quando animalia æſtimata traduntur: vt com
modum, & incommodum ſit recipientis: quia tunc reſultat
contractus emptio.& ven.argumen.l.æſtimatæ. ff. ſolu. matri
mo.nihil aliud petere poſſet, niſi pretium, quicquid enim tunc
pecuniæ accederet,eſſet vſura.cap.conſuluit,& cap. in ciuitate,
de vſuris. niſi emptor animalium fructus recepiſſet ex anima
libus emptis,& moram commiſiſſet in ſoluẽdo pretium, quia
tunc venditor poſſet petere dictos fructus tanquam intereſſe,
l.curabit.C.de act.empt.quòd etiam haberet locum de iure ca
nonico,& in foro conſcientiæ,vt ibi dicit glo.

Sexto & vltimo caſu, quando non apparet, quomodo ani
malia ruſtico conceſſa ſunt, & tunc in dubio ſeruanda eſſet
20 conſuetudo.† Cum illud, quod conſuetum eſt, in dubio inter
partes actum videtur.l.ꝙ ſi nolit.§.quia aſſidua.ff. de ædil. edic.
l.ſi prius,in §.placuit,de aqua plu.arcen. Si autem de conſuetu
dine non appareret, in dubio præſumeretur contractus inno
minatus.l.ſecunda.ff.de præſcript.ver. quo caſu de dictis anima
libus & eorum fructibus dicendum eſſet, vt ſupra proximo ter
tio caſu dictum eſt.

Et hæc ſunt, quæ circa præmiſſas ſocietates & ſocitas, tàm de iure ciuili, quàm canonico, quàm etiam in foro conſcientiæ dicenda occurrunt mihi Angelo Io.Periglis Peruſino, iudicio tamen ſaniori ſem per ſaluo.

PETRI

Source : BIU Cujas

PETRI DE VBALDIS DE PERVSIO.

De duobus fratribus.

HVNC Tractatum pro clariori intelligentia in 15. partes principales diuidendum assumpsi. Primò nanq; cõsiderandum arbitror societatum genera quot sint. Secundò, societas qualiter ℨhatur. Tertiò, quod genus societatis ℨctũ esse intelligatur. Quartò, qualiter inter socios portiones societatis sint faciendæ. Quintò, quę lucra inter socios veniant cõicãda. Sextò, quæ expensæ inter socios debeant fieri de communi. Septimò, qualem diligentiam socius socio in re communi adhibere teneatur. Octauò, an damna contingentia cõi corporis societatis, vel vni ex sociis cõiter inter omnes debeant impartiri, aliàs imputari. Nonò, an facto vnius ex sociis, vel eorum institoris cæteri obligentur, & similiter econtra, an cæteris acquiratur. Decimò, si vnus ex sociis in societatem alium socium sine consensu aliorum assumpsit, an ex facto assumpti ipse vel assumẽs cæteris teneatur, & econtra, an cæteri eorum facto assumpto, vel assumenti obligentur. Vndecimò, qualiter & quando societas finiatur. Duodecimò, quis rationẽ gestionis reddere teneat. Decimotertiò, an & quando iuri reddendi rationem administrationis præscribatur. Decimoquartò, quæ actio competat inter socios, & quando vnus ab altero conueniatur. Decimoquintò, qualiter socius socio teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Societas vitæ quando contracta dicatur.*
2 *Societas vnius rei quando contracta dicatur.*
3 *Societas negociationis alicuius quando esse dicatur.*
4 *Societas vectigalis quæ dicatur.*
5 *Societas vniuersorum, quæ ex quæstu & opera descendit, quæ esse dicatur.*
6 *Societas vniuersorum, seu omnium bonorum quæ dicatur.*

CIRCA primam partem principalem sex genera diuersarum societatum principaliter esse consi
1 dero. † Prima est quædam, quæ societas vitæ nũcupatur, vt cum duo fratres, vel plures simul ad vnum panem, & vnum vinum in eadem domo cõiter viuunt. Tunc enim quædam societas vitæ contracta videtur, ſm Bal. in l. fi. C. de colla. & in c. si duo fratres in cõi causa post mortem patris remanserunt. de duo. fratri
2 bus. de no bene. inuest. in usibus feud. † Secunda societas est rei vnius. l. societas. ff. pro socio, vt cum animo societatis contrahẽdæ aliquam rem emimus, vt l. cum proponas. C. pro sol. facit l. 2. C. communi diuidun. vel conduximus, vt ff. pro socio. l. vt sit pro socio actio & l. cum duobus. in princi. & in §. item Mela. & in l. actione. §. item. si societatem ineamus ad aliquam rẽ emendam ff. pro socio. Aliàs si non animo societatis ℨhendæ in rem communem incidimus, non est societas: cum communiter ẽt citra societatem res agi potest, vt puta cum nõ affectione societatis incidimus in communem, vt euenit in re duobus legata, vel si a duobus res simul empta sit, vel conducta, vt in conductionibus publicorum, vel hæreditas, aut donatio nobis communiter obueniat, aut si a duabus separatim emimus non socii futuri. Quibus casibus non societatis iudicio locus est, vt d. l. vt sit pro socio actio. cum duabus sequentibus, vt l. cum duobus. in princ. & l. si id quod vnus ex sociis. in prin. ff. pro socio. & l. 2. communi diuid. ff. In dubio autem Bart. & Bal. in l. cum proponas. C. pro socio. vidẽtur velle, quòd inducatur societas, de quo ibi per eos.

3 Tertia societas est negociationis alicuius, vt d. l. societates ℨhuntur, quod est, cum ad aliquam artem exercendam, puta argentariam, mercantiam, vel similes societates contrahuntur, vt d. l. cum duob. §. cum duo argentarij. & l. 3. § de illo, & l. duo societatem contraxerunt. ff. pro socio.

4 Quarta societas est vectigalis, vt d. l. societates contrahuntur vt cum animo societatis contrahendæ a republica vectigal emptum est, vt l. adeo. ff. pro socio.

5 Quinta est societas vniuersorum, quæ ex quęstu, & opera descẽdit, ut cum societas simpliciter coita est, nec distinctum fuit, quod genus societatis sit. Tunc enim intelligitur coita societas vniuersorum, quæ ex quęstu & opera descendunt. idest vniuersorum, quæ ex opera, & industria, ac diligentia acquirũtur. ff. pro socio. l. coiri. cum seq.

6 † Sexta societas vniuersorum bonorum, vt d. l. societates cõtrahuntur, vt cum est contracta societas, vt hæreditates, legata, donata, aut alia quacunque ratione acquisita communicẽtur, vt l. 3. §. cum speciali & l. cum duobus. §. si inter fratres. & §. socium vniuersa. & l. si societatem vniuersarum. ff. pro soc.

SVMMARIVM.

1 *Societas expresse quomodo contrahi possit.*
Societas solo consensu contrahitur.
Consensus non solum uerbis, sed factis declaratur.
Societas quando præsumatur.
2 *Statuta mercatorum an ualeant in alia curia, quàm in curia mercatorum.*
Statuta mercatorum non valent, quòd pater pro filio teneatur, nisi filius patri quæstum referat.
3 *Matriculatus si quis sit in diuersis artibus, ars illa inspici debet, in qua conuenitur.*
4 *Statuta mercatorum quando vim statuti habeant.*
5 *Debitor si mandante creditore alij promittat, an a mandante liberetur.*

CIRCA secundam partem principalem † Aduertendum societatem expresse contrahi posse l. societatem coire. ff. pro so. vt cum verbis interueniente stipulatione, vel pacto socii societatem ineunt, vt dicit ibi glo. & est tex in l. vt sit pro socio actio. & in l. nam cum tractatu habito. & in d. l. duo societatem. ff. pro socio. & tacitè actus exercendo sociales, vt per Iaco. de Are. Old. Ricar. Malum. & Bar. in l. Titium & Męuium. §. altero. de admini. tuto. & per eundem Bar. in l. j. §. si quis hoc interdicto. de itine. actuque pri. & per Cy. & Bar. in l. si patruus. C. communia vtriusque iud. Nam societas ℨhitur solo consensu: vt l. qui admittit, & l planè. ff. pro socio. & instit. de ob. quæ ex consensu na. circa princ. & consensus declaratur non solum verbis, sed etiam factis. ff. de legi. l. de quibus. de his quæ fiunt a maio. parte cap. c. ex ore. de appel. c. dilecti. ff. de ædi. edil. l. si eum. §. ei qui. vt si acquirens in acquisitis vtitur actibus declaratiuis consensu societatis vt quia communiter fecit fieri instrumenta acquisiti. & promiscue omnibus vtitur tanquam communibus, omnia erunt cõmunia iure societatis pro æquis portionibus. ff. de lega 3. l. prædijs. §. pen. & l. si non fuerint. ff. pro so. & l. cum quid. ff. si cer. pe. sicut in dissociando ex actibus tacitè præsumitur dissoluta societas ff. pro soc. l. itaque. & l actione. sic etiam in conferẽdo ex actibus præsumitur contracta societas. ff. pro soci. l. si Margaritam. Vnde dicebat Old in dicto §. altero, ꝙ insimul habitatio, lucrorum hincinde collatio, & eius quod alter superlucratur non reddita ratio faciunt societatem pręsumi. ff. de prob. l. Procula. de dona. inter vir. & vxorem. l. si seruus communis. ff solu. matri. l. quæ dotis. & de pecu. l. dominus. §. fi. & ff. fam. ercis. l. hæredis. §. no. & l. ex parte. §. fi. & per Spec. plenè in ti. de iudi. §. seqtur. versi. vt autem. Nec prædictis obstat. ff. pro so. l. 4. vbi sola re non potest videri contracta societas: quia verum est, ꝙ non ℨhitur re tantum, vt d. l. vt sit pro socio actio. cum tribus sequ. nã non est de contractibus, qui re contrahuntur, sed contrahunt solo consensu. ff. de act. & obl. l. consensu. Iste autem consensus potest declarari verbis & etiam factis, vt ℨ. patet.

2 Vlterius dubitatur, vtrum statuta mercatorum valeant in alia curia, quàm in curia mercatorum. gl. in l. receptitia. C. de cõsti. pec. determinat, ꝙ non: quia ipsi non possunt imponere legem aliis officialibus præsertim superioribus. Sed huic rationi ob. quia eorum statutum est confirmatum a iure communi, & ius commune imponit legem non ipsi mercatores. l. j. §. meritò. C. de vete. iur. enu. & iõ dicunt doc. ꝙ si ista statuta mercatorum respiciunt actum eorum, vel fidem actorum, puta est statutum, ꝙ mercator possit conueniri ex nudo pacto, vel ꝙ scriptura mercatoris faciat plenam fidem: nam istud statutum valet in quolibet foro, & nedum seculari, sed etiam episcopali, vt no. in l. ex ea. ff. de postu. nisi istud statutum referret se solum ad prorios iudices. v. g. si statutum mercatorum diceret, ꝙ consules mercatorum credant nudo pacto, vel credãt testimonio vnius legalis mercatoris, vel ꝙ non admittant probationem contra scripturam mercatoris; tunc istud statutũ non seruatur in alio foro; quia non loquitur in illo: si verò statutum eorum respicit modum procedendi, puta est statutum eorum consuetudine firmatum, ꝙ procedatur summariè, simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura iudicii, istud statutum nõ valet, nisi in eorum foro, vnde coram Potestate seruabitur ordo iuris secundũ doct. in l. cunctos populos. C. de sum. Trini. non possent tamen statuere, ꝙ pater teneretur pro filio, nisi filius patri referat quæstum. l. prætor. §. 2. ff. de eden & ratio est: quia istud statutum est contra ius gentium, secundum ipsum Bal. Item possunt statuere inter alias personas sibi non subiectas, nisi subiiciant se foro submittendo se vel agendo: nam si agunt, possunt ibi reconueniri vi iuris communis, vt in auth. & consequenter. C. de sent. &
3 interl. om. iud. † Et si est matriculatus quis in diuersis artibus, debet inspici illa ars, in qua conuenitur: nam ad iudicium illius artis pertinet. ff. de lega. 3. l. legatis seruis. § si vnus. ff. ad Trebel. si autem est negotium extra vtraq; artium, ad neutram pertinet cognitio, sed ad forum Potestatis, tex. est no. fi. nau. cau. stab. l. 3.
4 §. eodem modo secũdum ipsum. d. l. receptitia. † Item aduerte,

quia

Source : BIU Cujas

Pet.de Vbald.De duobus fratribus.

quia Bal.inſt.de iu.na.gen.& ciui.§.conſtat. ponit quando ſtatutum mercatorum habeat vim ſtatuti populi, & dicit, ꝙ quando ſunt confirmata per ſtatuta populi.Si autem ſunt infirmata, nullo modo valent.Si aũt nec confirmata,nec infirmata,valẽt
5 inter ſe †Pone,mercator debet mihi,x.me mandante promiſit alii,nunquid iſte mercator duret mihi obligatus? Reſpondeo non.ff.de ſolu.l.ſi debitor.vbi vide ſecundum Bal.in l.fin. C.de conſti.pecu.& hæc de ij.parte principali.

SVMMARIVM.

1 *Societas quando eſt expreſſe contracta, quæ ſocietas contracta eſſe dicatur.*
2 *Societas tacitè per actus ſociales contracta eſſe dicitur.*
3 *Fratres ſi ſeorſum habitant & negociantur ſimul viuo patre, & lucra communicant, an dicantur ſocij.*
4 *Socij an dicantur patruus,fratres,& nepotes ſimul habitãtes, ſi unus ſolus negociatur, & alter non.*
Quid ſi alter eorum eſt pupillus, qui ſocietatem contrahere non poteſt, & numero ſequenti.
5 *Quid ſi pupillus habeat tutorem,qui cõicet & ei communicetur, an ſocietas contracta intelligatur.*
L.j.ff.de auct.tu.in fi.quomodo procedat.
6 *Frater maior ſi ſit tutor & negocietur cum pecunia communi, an videatur nomine proprio gerere,& infra nu.8.*
7 *Filius mercator ſi poſt mortem patris in actu perſeuerat, an lucra poſt mortem patris conferat,vel ei conferantur,ſi detrimenta paſſus eſt.*
9 *Societas,an contracta dicatur,ſi ſunt tres fratres,duo maiores, & vnus pupillus, & vnus ex illis maioribus eſt tutor pupilli,qui ſuo nomine & pupilli, cuius eſt tutor,communicat alteri fratri,& econtra alter frater cõmunicat eis.*
10 *Societas an videatur contracta inter duos fratres,ſeu inter patruum & nepotem,vnus quorum poſt mortem patris remanſit minor,& alter maior & maior gerit negotia communia,demum ille minor factus maior cœpit lucrari ex induſtria, & communicat illi fratri maiori, qui negotia vtriuſque continuat.*
11 *Frater maior,an illud quod plus expendidit pro ſua familia,debeat ſibi imputari,aut communiter aſcribi.*
Coniecturæ multum valent in his,quæ ab animo dependent.
12 *Societas,an videatur contracta inter fratres, quorum neuter negociatur, ſi indiuiſam hæreditatem teneant,& dona ſalaria & dotes et ſimilia in cõmuni conferunt,& infra nu.13.vſque 18.*
Quid ſi alter fratrum negociatur,an contracta ſocietas videatur, & infra numero 13.
Communicatio lucrorum ſocietatis eſt inchoatio.
19 *Societas non dicitur contracta,ſi uterque fratrum negociatur,& ſeparatim lucra ponuntur.*
20 *Societas inter fratres præſumitur,ſi hincinde lucra conferantur.*
21 *Et quæ ſit illa ſocietas.*
22 *Societas vitæ dicitur contracta,ſi ſolum victum conferant fratres.*
23 *Societas vnius rei inter fratres dicitur contracta, quando illam communicant.*
24 *Societas inter fratres dicitur contracta in lucris & damnis prouenientibus ex hæreditate parentum,quam indiuiſam retinent.*
25 *Societas inter fratres dicitur contracta in illa negociatione,in qua lucra communicant.*
26 *Idem ſi communicant lucra diuerſarum ſocietatum.*
27 *Societas quando inter fratres contracta dicitur in his,in quibus fiebat collatio.*
28 *Quid ſi omnia vndecunque ex induſtria prouenientia communicant non attento vnde proueniant.*
29 *Quid ſi quædam ſunt collata,vt ſtipendia & ſalaria,& nu.30.*
31 *Societas quando in fructibus & non in proprietate contracta intelligatur.*
32 *Societas omnium & quorumcũque bonorum quando inter fratres contracta intelligatur.*
33 *Societas omnium bonorum, an dicatur contracta inter patruum & nepotẽ, cum eorum bona communicauerint,& in cõi poſuerunt,& cum eorum familijs ex dictis bonis communibus vixerint per tempus longiſſimum,& bona quandoque communiter,quandoque ſeparatim emerint.*
34 *Societas an inter fratres contracta eſſe dicatur,ſi lucra ex negociationibus, aut,vndecunque prouenientia communicant.*
35 *Societas omnium bonorum,vel vniuerſorum,quæ ex quæſtu & opera deſcẽdunt,an impediatur,ſi vnus ex fratribus ſeparatim aliquid pro ſe gerit, vel aliquas emptiones faciat.*
36 *Frater vel patruus continuans mercantiam,quam pater faciebat,quo nomine continuare videatur.*
37 *Societas nunquid cum mulieribus contrahi poſſit.*
38 *Societas tacita quæ eſt inter virum & vxo.quid operetur.*
39 *Societas ſi contracta fuit inter duos duratura per annum, quorum vnus poſuit pecuniam,& alter operam,qui iuit vltra mare pro mercibus,& finito anno,& reddita ratione,& ſoluta parte lucri dictus ſocius qui operam ponebat iuit ultra mare ad emendum merces,fuitq; captus in itinere & amiſit omnia,an periculum ſit commune.*

CIRCA tertiam partem principalem, quod genus
1 ſocietatis eſſe intelligatur.† Concludendum eſt, ꝙ aut ſocietas eſt contracta expreſsè,& tunc illa ſocietas intelligitur contracta, quam ſocii conſenſu expreſſo coire voluerunt.l.ſocietates ℈huntur, & l. & cum duobus.§.item Mela ſcribit.& §.cum duo.& in l.duo ſocietatem ℈xerunt.ff.pro ſo.nam ex conuentione partium ℈ctus legem accipiunt,& l.j.§.ſi conuenit.ff.depoſi.& l. ſtipulationes commodiſſimum.ff.de ver.obli.Quam ſocietatem in perpetuum, ideſt dum viuunt,vel ad tempus,vel ex tempore,vel ſub conditione
2 coire poſſumus,vt ff.pro ſo.l.j.†Aut ex ℈cta tacitè per actus ſociales,qui inter eos exercentur,puta inter duos fratres ſimul habitantes,vel nepotes & patruum,& tunc aut viuente patre, ſub cuius poteſtate ſunt conſtituti,ſimul habitant,& inter eos non intelligitur contracta ſocietas; quia quilibet quærit ſibi aduentitia,nec tenetur conferre,vt C.de colla.l.fi.facit,quod nota.de mun.& ho.l.& qui originem.§.fi.& quod no.Cy.C.de rei vxor. act.in §.accedit.in vlti.q.Dicit Bal.in addi.quam facit ad tractatum Bart.in verſi.quæro,quid ſi fratres habitant ſeorſum,† ꝙ ſi
3 fratres habitant ſeorſum & negociantur ſimul viuo patre,& lucra communicant,an dicantur ſocii.Quòd aut conferunt queſtum ad inuicem,aut patri.primo caſu præſumuntur ſocij. ſecũdo non.pro hoc.ff.de eden.l.prætor. §.2. & vide Bal.in l.filiæ.C. famil.ercis.aut poſt mortem patris ſimul habitant: & tunc aut vnus eſt pupillus,alter verò maior, aut vterque maior. Primò caſu,aut pupillus non habet tutorem,& non intelligitur inter eos contracta ſocietas.l.vt in conductionibus.in fin.ff. pro ſol. quia ſocietas non poteſt contrahi ſine auctoritate tutoris;quia pupillus non poteſt obligari ſine tutoris auctoritate,vt l.obliga
4 ti.de auctoritate præſtan. † ſed pone patruus,fratres & nepotes ſimul habitant:tamen vnus negociatur,alter verò non,quid iuris? Reſpondeo,aut qui negociatur,facit nomine proprio, aut communi,ſi proprio,non videntur ſocii: ſi cõi, videntur ſocij. Sed quid ſi alter eorum eſt pupillus,qui non poteſt ℈here ſocietatem.d.Bar.ꝙ nulla eſt ſocietas; quia cum non poſſit expreſſe conſentiri,ergo nec tacitè.ff.loca.l.ad certum.Sed dic,ꝙ cũ no mine pupilli ſit vtiliter geſtum,potuit habere ratum,vt ff.de negog.geſt.l.ſi pupilli in princ.facit etiam in d.l. vt in conductioni bus in fi.ſecundum Bal.in addi.quam facit ad tractatum Barto. de duo.frat. Ad hoc facit; quia pupillus licet non poſſit ſe obligare ſine tutoris auctoritate,tamẽ poteſt ſibi acquirere.l.ſeruũ. in fi.ff.rem pu.fal.ſo.l.donatarum.C.de acq.poſſ.inſti.de inutil.
5 ſtipulationi.§.pupillus.l.in negocijs.ff.de reg.iur.in gl. † Si uerò pupillus habet tutorem,qui communicat, & ei communicat, ſocietas ℈hitur:quia poteſt contrahi cum tutoris auctoritate, vt d.l.vt in conductionibus.in fi.Non obſt.l.1.in fi.ff.de auc. tut. vbi tutor cum auctoratur neceſſe eſt, ꝙ loquatur:quia illud verum in his,quæ procedunt per actum verbi,ſed in his quæ procedunt per actum facti,non eſt opus ſermone tutoris.ff.de contrahen.empt.l.fiſtulas.§.ſi fundum.ſecundum Bald in d.l. ſi patruus.Quod credo verum,niſi ille frater maior ſolus eſſet tutor iſtius pupilli,nam inter eos non intelligitur contracta ſocietas quæ ſine conſenſu contrahi non poteſt,vt d.l.vt in conductionibus.& pro ſeipſo auctorari non poteſt.ff.de aut.tut.l.1. & etiã quia non cadit inuicem collatio, ex quo ſolus erat tutor pupilli,& ipſe adminiſtrabat; quia communicaret ſibimet,ꝙ eſſe nõ poteſt.c.fi.de inſtit. & etiam quia de adminiſtratis reddit ratio-
6 nem; vt patet in toto titu.de tut.& ra.diſtra. † Si autem ille frater maior,qui poſt mortem patris habitat cum altero fratre pupillo,non erat ſolus tutor pupilli, ſed vna cum alio contutore, qui communicat illi fratri maiori, & ei ſimiliter communicat, aut non poterat vnus tutor ſolus adminiſtrare ſine altero, vt l. Titium & Meuium.in prin.de adminiſtr.tut.& idem, ad hoc facit c.ſi vna.§.fi.de reb.ecc.non alie.in cle.tamen ſi ille frater maior,qui erat tutor,negociatur cum communi pecunia, aut aggreditur negotium inſolitum patri pupilli,vt quia pater pupilli nunquam fuit mercator,iſte autem gerit mercantiã, & tunc in dubio videtur gerere nomine proprio; quia in dubio nõ ꝓſumitur culpa,eſt enim quędam culpa,inſolita aggredi.ff.de negog.geſt.l.ſi negotia.& ut continuat negotium ſolitum, ſi erant duo fratres,qui ſimul faciebant mercantiam, vno mortuo alter poſſidens indiuiſam ſubſtantiam cum filiis fratris præmortui continuat, & tunc videtur eo nomine continuare.ff. de negog.geſt.l.nam & Scruius.§.ſi viuo.quia a primordio tituli poſterior formatur euentus.l.1.C.de imponen.lucra.deſcrip. lib.10. & argu.ff.fam.erciſ.l.ſi filio.§.Neratius.& ff.pro ſocio.l.actione. §.morte.verſi.ſed quod ex re communi.nec diſtinguitur, an ex prima mercantia aliquid proueniat,an ex ſępius repetita: quia natura huius actus eſt ꝙ id,quod poſtea fit, ſemper loco prioris ſubrogetur.ff.de pig.l.cum tabernam.in princ.& ideo ſi nomine proprio fecit lucrum ac damnum proprium eſt. Si autẽ communi nomine, aut eſt aggreſſus ſolita diſcretè operando, ſicut diligens ipſe paterfamilias,& tunc lucrum & damnum, ꝙ incidit in re communi,commune eſt, aut inſolita inchoando, & tunc imputet ſibi,vt d.l.ſi negotia.& no. in auc. vt hi qui ob.

§.quo-

Source : BIU Cujas

§.quoniam.verſ.quid ergo.ſecundùm Bart.in d.§.altero.In dubio autē quando præſumitur facere nomine communi, idem eſt,ac ſi expreſsè nomine communi negociaretur.ff.de inſtito. l.Lucius.Sed ſi præſumitur facere nomine proprio:tūc ſibi imputet; quia tunc non participat lucrum, nec ei conferri debet damnum ff.pro ſocio.l.ſi non fuerint.§. Ariſto. verba ſunt Baldi in dicta lege,ſi patruus.& idem quādo patruus, vel frater maior continuat ſolita,vt nomine communi præſumatur facere, licet non ſit tutor eiſdem rationibus.Intellige quādo pater negociabatur cum pecunia,ſecus ſi ſolum ponebat operā, ex qua percipiebat emolumentum ℭ tunc circa perficienda iam incę pta continuatur,ſecus ſi de nouo incipit:quia alia eſt opera pa-
7 tris,alia filij.l.ſi non ſortem.§ libertus.ff.de cond. indeb.† Et aduerte:quia idem Bal in auc.ex teſtamento, circa fi. C.de collat. dixit de filio mercatore,qui poſt mortem patris in actu perſeuerauit An lucra poſt mortem patris conferat,vel ei conferatur, ſi detrimenta paſſus eſt,quæ autem poſt mortem patris incępit ad collationem non veniunt.C. de colla.l.ſi donatione. primo reſponſo.ſed in eodem actu perſeuerando ſi decerni poſſet ſeparantur,aliàs omnia conferuntur.ff.de neg.geſt.l.eum actum. & l.at qui natura.§.Sceuola.& l.nam & Seruius.§. ſi viuo. & qđ no.in l.eius qui in prouincia.ff.ſi certum peta.& de ſolu.l. diſpē
8 ſatorem.ſecundum Bal.in d.aucten.ex teſtamento.† Aut vterque tutor habebat adminiſtrationem inſolidum tā frater maior,quàm eius contutor:& tunc ſi bona fide frater maior communicat alteri contutori pupilli,& ei communicatur, intelligi tur inter eos contracta ſocietas,arg. eius quod dicit Bal. in l.cū
9 ipſe.C.de contrah.emp.† Quid ſi ſunt tres fratres duo maiores, & vnus pupillus,& vnus ex illis maioribus eſt tutor illius pupilli,qui ſuo nomine & pupilli,cuius eſt tutor communicat alteri fratri,& econtra alter frater communicat eis,& ſic inuicem dicti tres frattes communicant,quæ obueniunt eis,vel ex redditibus,vel ex donis,vel aliter,an intelligatur inter iſtos cōtracta ſocietas. Videtur dicendum ℭ dictus frater tutor,qui pro ſe pupillo communicat alteri fratri, & alter frater eis non reddita, nec reuiſa ratione videntur contrahere ſocietatem nomine ſuo & pupilli cum illo alio fratre maiore,quia facto intelligitur præſtare auctoritatem pupillo ad contrahendum ſocietatem cum alio fratre per actum facti,vt in ſimili ſ̄.dixit Bald.quantū 12
autem ad ſe cum pupillo,vt videantur cōtraxiſſe ſimul ipſi tres puto,ℭ licet non potuerit in re propria auctorari,vt ſ̄.tamē iſte pupillus videns iſtam ſocietatem tendere in ſui vtilitatem poterit ratificare; quia licet pupillus non poſſit ſe obligare ſine tutoris auctoritate:tamen habet priuilegium,vt ſibi poſſit quę-
10 rere per d.§.pupillus.cum concor.ſuperius alleg.† Vlterius occurrit dubitatio,duo fratres,ſeu patruus & nepos poſt mortem patris remanſerunt,vnus minor,alter verò maior, maior gerit negotia communia, poſtea ille minor maior factus incipit lucrari ex opera & induſtria ſua,& ſimiliter ille,qui erat maior,& continuò erat ſolitus gerere negotia vtriuſque: ita etiam facit ad præſens:quia dictus frater primus, ſeu patruus adminiſtrat, ita lucrum alterius fratris,ſeu nepotis ſicut & ſuum & pro com muni vtilitate ponit,licet fortè magis in ſuam propriam fami liam,quam forte maiorem habebant, & ſic ille frater ſecundus lucra quæ faciebat communicat & dabat illi fratri primo,& ille frater primus de lucris utriuſque faciebat, quod ſibi videbatur.Modò dubitatur,an inter iſtos intelligatur contracta ſocie tas,adeo ℭ non quæratur,ſi vnus plus fuit lucratus,quàm alter,
11 quando non conſtat aliter de intentione.† Secūdò dubitatur, an illud,quod ipſe primus frater plus expendidit pro ſua familia,debeat ſibi imputari,an verò debeat cōmuniter aſcribi,quaſi ſit contracta ſocietas vitæ Circa primum dubium facit, quia ex quo ille frater primus conſueuerat eſſe negociorum geſtor vtriuſque a principio,antequam ille ſecundus frater aliquid lucraretur,& ſibi aliquid communicaret,videtur potius facta cō municatio ex eadem cauſa, quàm ex noua; quia a primordio tituli poſterior formatur euentus,vt ſ̄.l.j.C.de imponen. lucra. deſcrip.facit l.fi.C.de do.promiſſ.l.nihil. ff. de in rem verſo. vbi licet extraneus dotans ſiue mater,ſiue frater,ſiue patronus dotando aliàs præſumebantur fauore dotis, donare tamen; quia erat negociorum geſtor,nō præſumitur donare,ſed animo gerendi negocium neptis, vel ſororis.l. nihil. ff. de in rem verſo. cum a primordio tituli &c.vt ſ̄.puto ℭ in his multum attendātur coniecturæ,quia,vt dicit Bal.in l.Neſennius.ff. de neg. geſt. In his,quæ dependent ab animo, multum valent coniecturæ. l.ſi cum aurum.ff.de ſolu.& d.l.Neſennius.l. Procula.ff. de proba.l.dolum.C.de dolo.& talis præſumitur meus, qualis ex actibus demonſtratur:vt ſ̄.plenè dictum fuit in hac 3.par.princi.& in 2.par.& ideo ſi frater ſecundus quæcunque acquirebat, conferebat fratri ſuo primo, ſeu patruo, & ipſe frater primus idem faciebat de ſuis lucris,& in communi nomine lucra utriuſque in communem vtilitatem expendebat, & ita per multa tempo 13
ra facere conſueuerunt,non reddita,nec reuiſa ratione de eo, quod alter ſuperlucrabatur,intelligitur contracta inter iſtos ſocietas,adeo ℭ omnia acquiſita ex his operibus,ſeu artificiis,vel induſtriis,vel aliter, quæ conſueuerunt hoc modo communicare inuicem modo prædicto erunt communia pro æquis portionibus non attenta,nec habita cōſideratione aliqua, ℭ vnus plus lucretur,quàm alter,vt plenè patet ex dictis ſ̄.in hac parte maximè per ea,quæ dicunt Ricardus Malum.Iac.de Are.& Bar to.in d.§.altero.adeo ℭ ſi contingat,ℭ vnus ex dictis fratribus, puta fortè frater primus,ſeu patruus ex parte ſui lucri emeret aliquid ſuo nomine,ex quo pecunia,ex qua talis emptio fuit facta,debebat eſſe communis per prædicta; tunc illud tale emptū vel communicabitur,vel ſaltem pro parte reficient alteri fratri in diuiſione medietatē pecuniæ:ad quod facit, quod dixit Bal. in l.ſed & ſocius.§.ſi abſenti.ff.pro ſo.& in l.ſi patruus. C. communi diui.& aliqualiter dicetur.j̄.in 11.parte princ. in j.q. Circa 2.quæſtionem,quando plus eſt expenſum pro communi victu pro vno quàm pro altero; quia fortè vnus non habebat familiam,alius verò habebat,vel vnus maiorem, quàm alter, nunquid quatenus plus eſt impenſum per vnum, quàm per alterū pro familia ſua,poſſit repeti,ſi ille, qui non habebat familiam, vel minorem,erat minor,puto ℭ poſſit repetere,ne aliàs videatur donare,ℭ ei non eſt permiſſum.C.ſi maior factus ra.ha l. fi. §.vl.ff.de mi.l.in cauſæ.§.item relatum. vbi dicit tex. ℭ ſi maior circunſcriptam ſocietatem coierit,vel etiam donationis cauſa nullam eſſe ſocietatem.Ad hoc facit,quia nedum ℭ minor intelligatur donare alteri alimenta, immo ſi pro minore plus æquo per alium impenſum eſt,non poteſt repeti ab impendēte. l.officium & l.ius alimentorum.ff.vbi pu.edu. de.ſi verò vterq; maior erat,& ille,qui habebat familiam, & ille, qui non habebat,vel habebat minorem,& ſtabant in communi victu in eadem domo ad vnam menſam, an id quod plus eſt impenſum pro familia vnius,quàm pro familia alterius poſſit repeti: & in hoc fuerunt varię opiniones per id qđ dicit Bal in l. ſi patruus.: C.de nego.geſt.& in l.fi.C.de colla.& in c.ſi duo fratres in communi caſa poſt mortem patris remanſerūt. de fratribus de no. benefi.inueſti.in vſi.feu.vbi de hoc dicit eſſe tex. ſingularem & vnicum in iure,quare iſta quæſtio dependet ab intellectu illius. tex.& iſta quæſtio indiget altiori indagine ideo de ea dicemus, j̄.in 6.parte prin.in 23.q.vbi plenè de hac materia dicemus.Secundò caſu, vterque frater eſt maior,& tunc eſt reperire tres caſus.† Primus,quando neuter fratrum negociatur.Secundus,qñ alter fratrum negociatur.Tertius, quando neuter negociatur. Primò caſu, quando neuter fratrum negociatur, & tunc licet indiuiſam hæreditatem ſimul teneant, nulla eſt inter eos contracta ſocietas.l.vt ſit pro ſocio actio. ff. pro ſol. niſi ſit expreſsè actum:vt l.ex parte.§.filius.ff.fam.erciſc.ſecundum Bart.in d.§. attero.contrarium tenet Bal.in d.l.ſi patruus.quia etiam ſi nullus negociatur,poteſt ex actibus apparere ſocialis affectus,ſicut inter nobiles,qui non faciunt quæſtuarias mercantias,vt l.3. C. de commer.& mercat.tamen dona,ſalaria, & dotes, & ſimilia in communi conferunt,& acquirunt.Sunt enim iſti actus ſocia les,ex quibus præſumitur intentio,ac voluntas ſocietatis,vt dicit Iac.& Old.in d.§.altero.ad qualitatem ergo actuum recurrendum eſt. Nam talis præſumitut mens, qualis ex actibus intelligi poteſt.& C.de inſti.& ſubſti.l. reprehendenda. vbi facto datur intelligi voluntas,argu.inſti.de re.diui.§.ceruos. Nam in animalibus etiam brutis actus conſuetudo & naturalis inſtinctus oſtendit animum eorum,& eſt expreſſum de his quæ fiunt a maio.par.capit.c.ex ore.ſecundum Pet.de Peru. in cōſi. quod incipit, viſo præfato puncto præmittendum eſt,ℭ tria ſunt mēbra in 2.lib.conſ.car.144.Secundo caſu, quando aliter frater ſolum negociatur,& tunc non videtur tacitè ϗcta ſocietas, cum alter frater nihil ponit in ea.ff.pro ſo.l.5.in fi.Ideo tunc quæſita ab altero fratre non communicantur, vt d.l.ſi patruus.& l.cum duobus.§.fratres.ff.pro ſo.ſm Bar.in d.§.altero, facit ratio: quia ſi videretur ϗcta ſocietas, ille qui negociatur magis videretur donare,quàm ſocietatem ϗhere, ergo non præſumitur donare,vt d.l. 5.in fine.contrarium tenet Bal.in d.l.ſi patruus.dicens, ℭ ſi ille,qui negociatur,omnia ponit in communi,videtur contracta ſocietas ex actibus reciprocis ſocialibus, puta quia fortè alter ponit alia dona,vt ſ̄.dictum fuit in præcedenti membro. Idem ſi vnus exercet vnam artem,& alius aliam. Nam lucrorū communicatio ſocietatis inchoatio eſt, ſecundum ipſum Bal. in d.l.ſi patruus.& idem tenet in additione quam fecit ad tractatum Bar.de duob.fratri.vbi formaliter ſic dicit.Similiter dico, ſi vnus negociatur,alter non;tamen ille, qui non negociatur, omnia,quæ obueniunt ſibi tributa ex redditibus præbendæ,vel ex dono ponit in communi, & ſic faciunt hincinde. Nam hic præſumitur ſocietas ex actibus reciprocis ſocialibus.Ideo dico, ſi unus negociatur in una arte,puta in mercantia, alter in altera,ut in aduocato,& tabellione, lucrorum communicatio ſocietatis intentio eſt.Nam ſui natura ij actus inferunt ſocietatē; quia ad ipſam ordinantur,& per locum ab effectu apparet ſocietas ſecundùm ipſum Bal.in d.addi.† Mihi autem uidetur conſiderandum,ℭ aut iſti fratres,quorum nullus negociabatur, uel alter tantum,nihil conferebant,neque dona,neque ſalaria,neque alia eis prouenientia,niſi ſolum prouenientia ex hæreditate pa-

Source : BIU Cujas

Pet.de Vbald.De duobus fratribus.

te parentum, quam indiuiſam communiter retinebant; quia omnia lucra & damna prouenientia ex hæreditate illa communicabant,& tunc ſolum in ea intelligitur contracta ſocietas, vt
14 eſt caſus in d.l.cum duobus.§.ſi fratres.& ita loquatur Bart. †Si autem conferebant hincinde ſalaria,cæteraq; ſtipendia,& donationes,quæ quotidie fiunt nobilibus & doctoribus,vt eſculẽta,& poculenta,& alia ſimilia quotidiana tributa, quorum inuicem nõ reddita ratione,eius,quod alter ſuperlucrabatur, fiebat collatio,& his ſocietas cõtracta intelligatur. Iſti enim ſunt actus,qui citra ius & nomen ſocietatis veriſimiliter non gerun tur.ad qualitatem enim actuum recurrẽdum eſt, cum talis præſumatur mens,qualis ex actibus demonſtratur,vt ſ. patet. & ita
15 loquatur Bal.† Si verò vnus ſalaria,& alia ſtipendia non cõferti quia non acquirit,tamen quod aliàs acquirit, cõfert, ſed totius patrimonij curam & adminiſtrationem habet, & in hanc curã omnem operam atque diligentiam adhibet,& ſic pro commu ni commodo operatur.alter verò eſt aduocatus, vel officium magiſtratus,vel legendi,vel militandi,vel tabellionatus,vel negociationis alicuius exercet,quicquid acquirit nõ reddita, nec reuiſa ratione in communi ponit,& ſimiliter inter iſtos intelligatur contracta ſocieras,licet vnus nihil ponat,niſi operam & induſtriam ſuam,alter verò in communi prædicta conferat:tamen propter hoc non dicitur donare,magis quàm ſocietatem contrahere,prout dicebat ſ.Bar.immo ſocietatem cõtraheret, & eſt illa ſocietas,in qua vnus ponit operam,& diligentiam,alter pecuniam.ideo in dubio omnia per medium diuidi debẽt. l.ſi non fuerint.in princ.ff.pro ſocio.Societas namque valet inter eos,qui non ſunt æquis facultatibus, cum plerunq; pauperior opera ſuppleat quantum ei per comparationem patrimonii deeſt.l. ſocietates contrahuntur.§. ſocietas autem coiri debet & valet.ff.pro ſocio.Prædicti enim actus animum cõtrahẽdæ ſocietatis oſtendunt,cum vt dicit Old. inſimul habitatio, & lucrorum in communi collatio faciunt ſocietatem præſumi. Intellige,quod diuidunt per medium, quando tanta erat opera poſita ex parte vnius,quæ correſpõdebat poſitioni factæ ex altera parte,aliàs pro qualitate poſitionis diuidunt. vt d.l.ſi non fuerint.exponendo ibi æquas,ideſt æqualitate portionis,vt ex-
16 ponit ibi Bal.†Sed ſi vnus ſeparatim lucra ponebat, alter verò communicabat,inter iſtos ſocietas non intelligitur contracta. Nam vt ſocietas contrahatur, conſenſum vtriuſque partis intercedere oportet.l.vt ſit pro ſocio actio.ff. pro ſoc. ſed hoc caſu nedum ꝙ interueniret conſenſus vtriuſque partis,Immo apparet diſſenſus eius,,qui ſeparatim ponebat.l.itaque.ff. pro ſoci. nec dicitur conſentire ſocietati,qui communicat,cum ex quo alter ſeparatim ponebat,diceretur magis donare, quàm ſocietatem contrahere:ideo ſocietas contracta non intelligatur.l.ſocietates contrahuntur.§.donationis cauſa.ff.pro ſoc.& prędicta ratione non intelligatur contracta ſocietas, cũ vnus lucra non ponebat;quia nolebat,vel quia non habebat, & operam & diligentiam,quam poterat adhibere, minimè adhibebat, & ſic nihil neque patrimonij, neque operæ ponebat in communi, alter verò omne lucrum communicabat,vt d.§. donationis cauſa.& loquatur Barto.ſ.Idem etiam videtur dicendum, quando vnus lucra ponebat ſeparatim,ſed operam, & diligentiã in cõi patrimonio ponebat. Alter verò omnia lucra in communi ponebat: nam ſeparatim lucrorum poſitio facta per vnum licet in communi patrimonio operam,& diligentiam ponat,oſtendit nedum animum non contrahendæ ſocietatis, ſed etiam cõtractæ diſſoluendæ,vt d.l.itaque,quæ diſſenſu vnius diſſoluitur. l.ſed & ſocius.§.ſi abſenti.ff.pro ſo.vbi dictum fuit,ꝙ cum vnus pro ſe incipit negotiari ſciente ſocio, ſocietati tacitè intelligit renuntiare,ſi autem eo ignorante,puta clam liberat ſocium a ſe,non ſe a ſocio,vt d.§.ſi abſenti. vt nota.in d.l.ſi patruus. Nec obſt.ꝙ licet ſeparatim lucra non poneret,tamen operam,& diligentiam in communi patrimonio adhibebat,ex quo videtur oſtendere animum contrahendæ ſocietatis;ꝙa in incertis non certis locus eſt coniecturæ.l.continuus.§.cum ita. ff de verbor. oblig.Sed ex quo lucra ſeparatim ponebat, eſt certum de animo,etiam ſi ſocietas fuiſſet contracta,diſſoluendi: vt d.l.itaque, & ſic maior præſumptio ſeparationis, quæ inducitur ex illa lucri ſeparatim poſitione,tollit aliam minorem, quæ induci poterat ex illa poſitione operarum in communi. Nam ex quo ꝑ contrariam coniecturam apparet de animo diſſoluendæ ſocietatis,ponendo ſeparatim lucra,vt ſ. patet non præſumũtur operæ poſitæ in communi cauſa contrahendę ſocietatis.Cum vna præſumptio tollat alteram.ff.de in integrum reſtit.l. diuus. immo potius ratione partis,quam pro indiuiſo habebat cum altero fratre ponebat operam ſuper toto.l.meritò.ff. pro ſoc. & l.ꝙ iure familiaritatis.ff.de acquiren. poſſeſ. Ergo ex quo ob aliam cauſam potuerunt operæ poni communi patrimonio, ſcilicet cauſa curandi partem ſuam,quam non poterat curare ſine parte alterius,ſ, quæ indiuiſa erat cum ſua, & ea vti poterat ratione 27
ſuæ partis:vt d.l.meritò.Igitur ex prędicta poſitione operarum
17 non inducitur præſumptio ſocietatis contractæ. † Si verò hinc inde poſuerint in communi donationes, nõ illa, quæ quotidie obueniunt,de quibus fuit dictum ſ.ſed illas, quæ de raro obueniunt, vt legata,dotes,hæreditates,quæ ſimiliter obueniunt, & prædia empta,& ſimilia, & tunc aut expreſsè communicabat. puta,quia ille,cui dicta lucra obueniebãt,cedebat iura pro parte confratri, & econuerſo confrater ſibi, vel cum vni eorum aliquid obueniebat,faciebat,ꝙ inſtrumentum cantabat de ambobus,& ſic hincinde faciebant,& intelligitur inter eos cõtra-
18 cta ſocietas omnium bonorum,vel alia,vt ſ.dicetur. † Aut nõ communicabant expreſsè modo prædicto,ſed redditus, & fructus inuicem communicabant nõ reddita ratione de proprietate,aut nihil apparebat,an vellent,quòd eſſet communis, niſi ſolum, quia communicabat fructus, & tunc non intelligitur, niſi ſolum in fructibus contracta ſocietas, non autẽ in proprietate,quæ non venit communicanda niſi in ſocietate omnium bo.l.3.§.cum ſpecialiter.ff. pro ſo. & dicetur.ſ. proximo mem-
19 bro.† Tertiò caſu,quando vterque fratrum negociatur,& tunc ſi hincinde lucra non conferunt,ſed ſeparatim ponunt,non ꝑſumitur inter eos contracta ſocietas,vt d.l.itaq;. cum ſimul habitatio lucrorum hincinde in commune collatio,& eius quòd alter ſuperlucratur inuicem non reddita ratio, faciunt ſocietatem præſumi: vt ſ.patet.ergo ſi non cõferunt in communi, ſed ſeparatim ponunt,oſtendit animus potius diſſoluendæ, quàm contrahendæ ſocietatis, vt d.l.itaque. Aut vnus ponit, & alter non,& tunc idem dicendum eſt,vt l.5.in fi.ff.pro ſo. vt ſ. patet, aut hincinde lucra conferunt,& tunc inter eos ſocietas cõtra-
20 cta intelligitur,& hoc eſt quod dicit Oldr.dum dicit † inſimul habitatio, lucrorum in commune collatio, & eius quod alter ſuperlucratur inuicem non reddita ratio faciunt ſocietatem ꝑſumi.facit ad hoc.ff.de concu.l.in concubinatu.de ri.nup.l.in liberæ. Præterea talis actus citra ius,& nomen ſocietatis celebrari non potuit.l.pro hærede.de acquir.hæred. ff. ergo ſocietas tacitè intelligatur contracta. Nam ſocietas conſenſu contrahit, & animus contrahendæ ſocietatis ex actibus ſocialibus demõſtratur, vt l.4.& l.ſi margaritam. ff. pro ſo. & animum colligo ex actu promiſcuo ſecũdùm Pet.de Peru.in d.conſi.Non enim poteſt dici donatio,cum non fiat ex liberalitate. Ideo enim tibi confero,quia tu confers mihi,nec veniunt iſta ex natura hæreditatis ſimul retentæ,& ſic non veniunt in iudicio familiæ erciſc.quia illud ſolum ad hæreditaria porrigitur, & ad ea, quæ facit vt hæres,vt ff.fam.erciſ.l.2.& l.& puto.Item non veniunt in communi diuidundo,quia illud datur ad diuidendum,non ad communicandum.Reſtat ergo, ꝙ prædicta communio fiat iure ſocietatis,& ſic ſocietas videtur tacitè contracta, ſecundum
21 Bar.in d.§.altero.† Sed quæ ſocietas intelligatur contracta tacitè,an vitæ,vel rei vnius,vel negotiationis alicuius, vel vniuerſorum,quæ ex quæſtu,& opera deſcendunt, an verò vniuerſorũ bonorum. Præmittendum eſt, ꝙ actus noſtri voluntarij non extenduntur vltra ea quæ gerũtur.l.j.§.Iulianus.& §. ſi quis hoc
22 interdicto.de itinere actu.priua.& l.fin.C.ne vxor pro mari. †Si igitur fratres in communi caſa habitant ad vnum panum & ad vnum vinum,quædam ſocietas vitæ contracta intelligitur, qđ efficit,vt vnus ab altero non poſſit expenſas,nec fructus repetere,ſecũdũ Bal.in l.fi.C.de colla.& ideo ſi fratres ſimul vixerũt, & in conuictu vnus de fratribus aduentitiorum & liberorum ſuorum plus poſuit, quàm alius, illud plus repetere non poterit,quia licet proprietas non ſit communicata, fructus tamen conſumpti iure ſocietatis conuiuendi communicati cẽſentur ſecũdùm eum.Si quid autem ſupereſt,domini eſt,ſm Bal. in ti. de fratrib.de no.beneficio inueſtitis,in c.ſi duo fratres in communi caſa poſt mortem patris remanſerunt.in vſi.feu. quod tamen qualiter intelligatur,dicemus ſ. eodem in 6. parte prin.in
23 quæſtionibus.† Si autem ſolum communicauerunt vnam rem ſolum,illius rei intelligitur contracta ſocietas,vt in §.item Mela ſcribit.l.cum duob. ff. pro ſo.† Si autem ſolum lucra,& damna prouenientia ex hæreditate parentum, quam indiuiſam retinebant ſolum in ea intelligitur contracta ſocietas, vt eſt caſus in §.ſi fratres.d.l.cum duobus. Non tamen intelligas,ꝙ intelligatur communicata proprietas hæreditatis, ſed illud quod ex ea prouenit:quoniam in fine ſocietatis vnuſquiſq; ſortem, quã
25 ponit,recuperabit,vt infra patebit. † Si aũt communicauerunt lucra vnius negociationis, illius tantum videtur contracta ſocietas,& non alterius,vt d.l.cum duobus.§.cum duo argentarij vel communicabant certos fructus,& illorum tantum videtur facta communio,non in aliis obuentionibus prædiorum, ſecũ
26 dùm Barto.in dicto §.ſi quis hoc interdicto.† Si autem erant diuerſæ negociationes, tunc illarum tantum videtur contracta ſocietas,& ſic non præſumitur contracta ſocietas ſimplex,ideſt vniuerſorum, quæ ex quæſtu & opera proueniũt, nec ſocietas omnium bonorum,ſecundùm Barto.in dicta l.ſi patruus,& in dicto §.altero. in dicto §.ſi quis hoc interdicto, in quibus concluditur,quòd ſocietas tacita reſtringit ad actus ſociales,& nõ
27 ad alios,quod † Bal.in dicta l.ſi patruus.circa fi. dicit eſſe verum in actionibus & vniformibus, ſed in actibus difformibus & in ſe varietatem habentibus per tales actus generaliter præſumit contracta ſocietas ſecundùm eum &c.

Pto

Source : BIU Cujas

Pro concordia videtur dicendum, quòd aut tu conferebas mihi non generaliter omnia prouenientia tibi, ſed ſimpliciter quædam tibi prouenientia ex aliqua opera & induſtria tua, & ſimiliter verſa vice ego tibi conferebam quædam mihi ſpecialiter prouenientia ex induſtria & opera mea. puta, quia quærebam ex mercantia carpentaria, vel ſimili negociatione tibi cõferebam, & econuerſo tu conferebas mihi, quæ quærebas ex dictis negociationibus, vel tu conferebas mihi, quæ quærebas ex argentaria, vel conductione, vel alia negociatione, & ego tibi conferebam, quæ quęrebam in officio tabellionatus, vel in aduocatione, vel in lectura, vel ex magiſtratu, & ſic tibi conferebam quædam ſpecialiter, quæ ex vno vel pluribus artificiis q̃rebam, & tu mihi ſimpliciter, licet artificia non eſſent ſimilia, vel diſſimilia, & tunc in his tantum, in quibus fiebat collatio, non in aliis intelligatur contracta ſocietas, vt in dicto §. cum duo ar
28 gentarii. & in dicto §. ſi fratres, & loquatur Bar. † Aut generaliter omnia vndecunque prouenientia ex induſtria & opera tibi confero, & tu mihi, & difformiter ſit hincinde collatio, non attento, quòd magis mihi proueniat ex vna induſtria & opera, q̃ ex alia, & ſimiliter, quàm tibi obueniat; quia forſitan in pluribus cauſis induſtria mea, & opera verſatur, quàm tua, & tamen indiſtinctè omne quod deſcendebat ex lucro quęſtus non attẽta magis ex vna opera & induſtria, quàm ex alia conferebam tibi, & tu mihi, & intelligitur cõtracta ſocietas ſimplex vniuerſorum, quæ ex quæſtu & opera deſcendunt, vt l. coiri. cum ſeq. ff. pro ſocio. & loquatur Bal. † Aut ſunt collata hincinde nõ ge-
29 neraliter omnia vndecunque quæſita, quæ veniunt conferenda in ſpeciali ſocietate omnium bonorum, ſed quædam ex his non tamen ea, quæ quotidie obueniũt, vt ſalaria, & ſimilia, ſed ea, quæ rarò obueniunt, vt donationes, non quæ quotidie nobilibus & aduocatis fiunt, ſed quæ rarò contingunt, vt legata, vel dotes, vel hæreditates, vel prædia empta & ſimilia, quæ rarò cõtingunt, & in ſpeciali omnium bon. ſocietate veniunt conferẽda. l. 3. §. cum ſpecialiter. l. cum duob. §. ſocium vniuerſa. l. ſi ſocietatem vniuerſarum fortunarum coierit. cum ſeq. l. ſi quis ex ſociis. ff. pro ſo. & tunc aut ponunt in communi proprietatem ipſarum rerum, puta, quia inter eos erat cõſuetudo, quòd quicquid proueniebat eis ex emptione, communicabant: quia vel cedebant confratri p̃ parte iura, vel faciebant, quòd inſtrumenta, cantarent de ambobus, vel erat conſuetudo inter eos, quòd omniũ quæ eis ex hæreditate, vel legato, vel ex donatione obueniebant, cedebant in parte iura alteri fratri, & tunc in his ſolum, in quibus erat talis conſuetudo, videtur cõtracta ſocietas inter eos, argu. l. vel vniuerſorum. de pig. ac. non autem omniũ bonorum, quia non omnia vndecunque & qualitercunque p̃uenientia ponunt in communi, vt infra patebit. Nec obſt. quòd prædicta veniunt conferenda ſolùm in ſocietate omnium bonorum: vt in dicto §. cũ ſpecialiter. & in dicto §. ſi inter fratres.
30 & l. ſi quis ex ſocijs. & l. ex parte. §. filius. ff. fami. erciſcun. † Ergo omnium bonorum ſocietas contracta intelligatur, cum etiam alia ſocietas poſſit contrahi, in qua prædicta, ſeu aliquid prædictorum venit conferendum: vt hæreditates, & tamen non eſt ſocietas omnium bonorum, vt l. 3. §. de illo quæritur. ff. pro ſocio. vbi eſt caſus, aut tacitè, quia communicabant hincinde nõ
31 reddita ratione fructuum & prouentuum dictarum rerũ. † De proprietate autem ipſarum rerum nihil expreſsè fuit actum, niſi quia ſolum vnà cum aliis rebus inſimul retinebãt, & tunc in fructibus & in aliis redditibus ipſarum rerum, quorum hincinde in communi non reddita ratione erat facta collatio, in eis ſocietas contracta intelligatur; cum ex hoc appareat in eis animus contrahendæ ſocietatis. Communicatio enim fructuum inducit ſocietatem in fructibus prædictorum, quorum fructus communicantur, non autem aliorum prædictorum, vt voluit Bar. in l. j. §. ſi quis hoc interdicto. de itine. actuque priu. In proprietate autem non intelligitur cõtracta ſocietas, & ideo licet legati, donationis, hæreditatis mihi relictæ, vel dotis, vel prædij empti per vnum fructus hincinde deferũtur, & alii redditus in eis ſolum intelligitur contracta ſocietas non in proprietate ipſarum rerum, ex quibus fructus & prouentus ponebant̃ in communi, & ratio eſt, quia ſocietas non contrahitur, niſi de animo ſociorum appareat: vt l. vt ſit pro ſocio actio. & l. nam cum tractatu habito. ff pro ſocio. Sed de animo diceretur apparere, quando expreſsè dictum eſſet, vel quando acquirens in acquiſitis vtitur actibus declaratiuis conſenſus, vt quia communiter faciebant fieri inſtrumenta acquiſiti. & promiſcue vtebantur tanquam communibus; tunc omnia erunt communia iure ſocietatis, ut nota. in dicto §. altero. per Iacob. de Are. Ricard. Malum. & Barto. Sed in caſu preſuppoſito acquirens in acquiſitis non faciebat fieri inſtrumenta communiter, nec cedebat fratri iura quæſita pro parte. ergo ſocietas in proprietate facta non dicatur, cum de animo contrahendæ ſocietatis non appareat.

Ad idem facit; quia communicatio fructuum inducit ſocietatem in fructibus, vt dicit Barto. in dicto §. ſi quis hoc interdicto. non in proprietate: nam ſocietas contracta in uno non extenditur ad aliud. l. cum duobus. §. ſi fratres. & §. cum duo argẽtarij. ff. pro ſoc. facit etiam: quia ſocietas reſtringitur ad actus ſociales, vt eſt caſus in dicto §. ſi fratres, & voluit Bart. in dicto §. altero, ſed actus ſociales ſolum apparent in fructibus, & redditibus, qui non reddita ratione fuerunt poſiti in communi, non autem in proprietate, cum acquirens non faciebat fieri inſtrumenta communiter, nec pro parte cedebat iura alteri fratri. Ergo ſolum in fructibus & redditibus intelligatur cõtracta ſocie-
32 tas, non autem in proprietate. † Si verò fuerunt expreſsè poſita in communi vniuerſaliter omnia vndecunque & qualitercunque prouenientia tam ea, quæ ſpecialiter in ſocietate omnium bonorum veniunt, vt legata, hæreditates, bona caſtrenſia, vel quaſi, & etiam ſimilia, ſed etiam quæcunque alia quomodocũque fratribus prouenientia, puta quia acquirens communiter faciebat celebrari inſtrumenta, vel iura fratri pro parte quærebat, vel etiam quilibet ipſorum omnia, quæ quærebat faciebat poni in communi cataſto, & communiter cataſta, ſiue ſubſidia pro illis ſoluebant: ex qua omnium bonorum communi accataſtatione communique onerorum ſolutione illorum dominium conſortio intelligitur eſſe communicatum, vt eſt caſus ſingu. C. de omni agro deſerto. l. rura. libro 10. vbi Bart. formaliter dicit, & nota hanc. l. contra fratres, qui fecerunt ſe tantummodo in emptionum inſtrumentis nominari. Poſtea prædicta in cataſto reperiuntur deſcripta eius & fratris, & ſic communiter ſunt tributa ſoluta. Nam per hoc eſt aliis fratribus dominiũ acquiſitum, ſicut ipſis, quos tenor inſtrumenti deſignat. Quod quidem ea ratione corroboro; quia quamuis deſcriptio de re alicuius eo ignorante in cataſto meo nomine facta ſecutaque tributorum pro ea per me ſolutione illius dominiũ in me non transferatur. C. de rei vend. l. ſolennibus. C. de dona. l. ſi functiones. Tamen ſi in his ambobus ſcientia cum patientia domini concurrat, eiuſdem rei ius, ſeu dominium acquiſiuiſſe dicor. cauſus eſt. C. de dona. l. cenſualis. vbi cenſualis profeſſio præiudicat domino, quando dominus conſenſit, quòd alius rem ipſius domini tanquam rem ſuam propriam in cenſum deferat: nam ex hoc inducitur donatio, & ita conſuluit domi. Petr. de Peruſio in conſilio, quod incipit. factum ſic proponitur, apparet in cataſto &c. Idem conſuluit Do. Ludo. de Vrbe in conſilio, quod incipit. cum iſti fratres lucra ex negociationibus vndecunque prouenientia &c. & ſic erat generaliter eorum conſuetudo tã de legatis, quàm de donationibus, hæreditatibus, emptionibus, & generaliter omnium vndecunque, & qualitercunque prouenientium, & omnibus vtebantur tam in proprietate, quàm in redditibus promiſcue tanquam communibus, an intelligatur contracta ſocietas omnium bonorum tacitè per illam communionem, adeo quòd omnia ſint communia iure ſocietatis omnium bonorum pro æquis portionibus, & prima fronte videtur dicendum quòd non; quia ſocietas omnium bonorum tunc contrahitur, quando expreſsè actum eſt, vt contrahatur, & hoc eſt ſpeciale in ea, vt l. 3. §. cum ſpecialiter. vbi dicta gloſſ. ſpecialiter, ideſt expreſsè. ff. pro ſoc. melius facit glo. in l. ex parte. §. filius. ff. famil. erciſcun in gl. in verſic. eſſent. ibi, ex conuentione ergo non tacitè, quia tunc non eſſet ſocietas conuentionalis. facit etiam glo. inſtitu. pro ſoc. in princip. ſuper verbo totorum. quæ dicit. Ideſt omnium, & expreſsè facit etiam glo. in l. ſi ſocietate vniuerſarum fortunarum. ff. pro ſoc. vbi gloſſ. dicit, ideſt omnium bonorum, ſpecialiter facit gloſ. in l. coiri. in glo. prima. ff. pro ſo. & ratio videtur eſſe, quare ſit ſpeciale in ſocietate omnium bonorum, vt non contrahatur, niſi expreſsè ſit dictum, & ſic non tacitè, quòd vbi maius periculum, ibi cautius agendum eſt, vt in cap. vbi periculum. de electi. in ſexto. 41. diſt. miramur. 6. quæſtione ſecunda. cap. fin. C. qui teſtamen. fac. poſſ. l. hac conſultiſſima. de Carbo. edi. l. prima & ſecunda. cum ſimi. Sed maius periculum eſt in ſocietate omnium bonorum, quàm in alia; cum in ea veniant communicanda etiam dominia rerum vtriuſque ſociorum, vt l. j. pro ſoc. & in dicto §. cum ſpecialiter. & in dict. l. ſi ſocietatem vniuerſarum fortunarum, quæ non veniunt communicanda in alijs ſocietatibus, vt in dictis iuri. ergo non eſt mirum, ſi in ea cautius eſt agendum. Sed his non obſtantibus in contrarium arbitror de iure veritatem, videlicet, quòd ipſa ſocietas omnium bonorum per prædictos actus ſociales intelligatur tacitè contracta, quæ ſocietas non ſolum expreſsè verbis contrahi poteſt, ſed etiam tacitè per actus prædictos ſociales conſenſum ſocietatis omnium bonorum indicentes, & hoc potiſſimè tribus probatur rationibus.

Primò per text. in l. ſocietatem nos coire poſſe. cum ſequen. ff. pro ſocio. vbi iuriſconſultus primò in l. ſocietatem. ponit vnam doctrinam, ſocietatem poſſe contrahi tacitè & expreſsè. Deinde in l. ſeqnen. ponit aliam Doct. contrahi poſſe ſiue vniuerſorum bonorum, ſiue negociationis alicuius, ſiue vectigalis, ſiue vnius rei, quæ l. ſequens debet intelligi ſecundum. l. præcedentem: cum præcedentia declarentur per ſequentia, & econtra. l. qui filiabus. cum ſim. de leg. j. ergo ex quo in præcedẽ-

ti. l.

Source : BIU Cujas

Pet.de Vbal. De duobus fratribus.

ti.l.dicebatur,ꝙ ſocietas poteſt contrahi tacitè & expreſsè verbis,& in l.ſequen.dicitur,ꝙ ſocietas eſt quadruplex, inter quas ponit ſocietatem omnium bon. meritò ipſa ſocietas omnium bon.poteſt contrahi tacitè per actus ſociales coniungendo ſimul dictas duas.ll.Secūdò probatur p rationē; quia ſocietas eſt de contractib.qui conſenſu contrahūtur, qui conſenſus poteſt declarari nō ſolū verbis,ſed factis, cū facto detur voluntas intelligi,immo etiā magis quàm verbis: vt ſupra plenè dictū fuit in hac 3.parte prin.in 3.caſu prin.qñ vterque fratrū negotiatur, & in 2.parte prin.& patebit infra in cōſi.D.P.de Peru.& in cōſi. Do Lud.Tertiò ꝓbatur: qa ex quo habemus regulā & iure ac ratione,ꝙ ſocietas pōt ꝯtrahi tacite & expreſsè verbis, vt ſupra patet,& nulla lex dicit,ꝙ ſocietas omnium bo.nō poſſit ꝯhi tacite,immo potius contra,vt ſupra patet, ergo ſtemus regulæ.l. nam quod liquidæ.de pe.leg.& l.quotiēs ſupra qui ſatiſ. cog. cū ſimi.Quartò ꝙ prædicto caſu intelligaſ tacite cōtracta ſocietas omniū bon.oſtēdit:nā ex quo in cōi fuerunt poſita ea, quæ veniunt cōicāda ſolū in ſocietate omnium bonorū,& nō in alia, vt legata,hęreditates,dotes,dona,& ſimilia,de quib.ſupra patet, quæ non potuerunt veriſimiliter poni in cōi,niſi iure ſocietatis omniū bonorū:nā iure alterius ſocietatis nō; qa prædicta non veniunt conferenda in alia ſocietate omniū bonorū, vt d.§ cū ſpecialiter.cū aliis ſupra alleg,iure donationis minus, quæ aliàs inducerentur ex illa poſitione in cōi, ſi nō intelligeretur ꝯcta ſocietas omnium bonorū;qa nō dēt præſumi donatio:vt l.5.in fin.ff.pro ſoc.cum nemo præſumatur iactare ſuum.l. cū de indebito.ff.de probatio. meritò neceſſe eſt fateri, ꝙ animo contrahendi ſocietatem bonorum prædicta cōicauerunt. ergo ſocietas omniū bonorū ꝯtracta eſſe intelligatur, cū illa actus nō poterant geri citra ius & nomē ſocietatis omniū bonorū, argu.l.gerit.& l.pro hærede.de acquihære. Quintò probaſ ex auctoritate Do.Ricar.Malū.& Iac.de Are.in d.§.altero, quos hoc modo intelligo,dum dicunt,ꝙ ſi acquirēs ī acquiſitis vtiſ actibus declaratiuis conſenſus ſocietatis; qa cōiter faciebant inſtra acquiſiti.& promiſcue omnib.vtebātur tāquā cōibus, nā erant cōia iura ſocietatis pro æquis portionib. de leg.3.l. prædiis.ff.ſi cer.pet.l.cū quid.Sextò probatur auctoritate Do.Pet. de Peruſi. in conſi.qđ incipit,ex prædi. themate declarantur infra ſcripta dubia.& auctoritate Dō. Lud.in conſi.quod incipit, cū iſti fratres.Quæ cōſilia gratia clarioris intellectus infra formaliter interſeram.Accedit etiam auctoritas quorundam doct. moder. legem. qui ſunt excellentiſſi. doct. & magnæ auctoritatis, qui hanc opin.tenent in l.ſi ſocius.ff.ſi cer.pet.& ex his minime videtur dubitandum, quin prædicto caſu intelligatur contracta ſocietas omnium bonorum, quæ etiam tacite coiri poteſt, vt ex p̄dictis patet:& intellige vera in maiorib. 25.ann. aliàs ſi aliquis eorum fuiſſet minor, cum ex ſocietate omnium bonorū transferatur dominium rerum etiam immobilium ipſo iure in ſocium:vt l.j.in fin.ff.pro ſo.& ſic inducerer alienationem, quā minor ſine decreto iudicis facere non pōt.l.magis puto. de rebus eo.& l.lex quæ tutores.C.de admi.tut.& in toto titu.de prædiis minorū.C.meritò nō intelligererur inter eos ꝯcta ſocietas omnium bonorū,cum etiā expreſsè verbis nō potuiſſet fieri p d.rōnem.Non ob.l.3.§.cū ſpāliter.ff.pro ſo.iunc. glo. quæ dicit ſpāliter.i.expreſsè,& eſt tex.iunc.gl.in l.coiri eo.tit.dū gl. ſuper ver.diſtinctum.dicit.i.expreſsè dictū, ꝙ fiant ſocii omniū bonorū; qa illa iura nō intēdunt diſponere,ꝙ ſocietas omniū bonorū nō poſſit ꝯhi tacite per actus ſociales inferētes ſocietatē omniū bonorū:qa cū ſit de ꝯctibus,qui contrahuntur,vt ſupra patet in hac eadē parte,& in 5. parte prin. & cōſenſus ſic poteſt deprehendi tacite ſicut expreſsè,ergo & tacite poteſt contrahi vt ibi. Sed loquuntur in ſocietate conuentionali verbis contracta ſimpliciter, quo caſu ſi non fuit inter ſocios expreſsè dictum,quæ ſocietas cōtraheretur inter eos, ſed ſimpliciter ꝙ eſſet ſocietas.In dubio intelligitur contracta ſocietas vniuerſorum,quæ ex quæſtu & opera deſcendit. Non autem omnium bonorum niſi ſit expreſsè dictum, ꝙ contrahunt ſocietatem omnium bonorum,& iſta eſt intentio & mēs illorum iurium: vt paret ī d.l.coiri,vbi dicit tex.coiri ſocietatem & ſimpliciter, licèt etiam ſi non fuerit diſtinctum dicit glo.i.expreſsè dictum aliàs,ꝙ fierent ſocii,fiat ſocietas omnium bonorum, & ff.e.l.3. & videtur etiam contracta ſocietas vniuerſorum, quæ ex quæſtu venit:& ſic patet,ꝙ verbis contrahatur, quæ non prę ſumitur omnium bonorum,niſi ſit expreſsè dictum.Nos autem loquimur in ſocietate,quę tacitè contrahitur per actus ſociales, in qua actus ſociales oſtendunt,quæ ſocietas contrahebatur, iō ſi vniuerſaliter vndecunque quæſita tam ea quæ veniunt conferenda ſolum in ſocietate omnium bonorum, quàm quæcūque alia,quæ ſocii inuicem nemini reddita ratione conferunt, deprehenditur,ꝙ intelligatur tacite inter eos contracta ſocietas omnium bonorum ex actibus ſocialibus: cum tacitum idē operetur,quod expreſſum, vt d.l.cum quid.cum ſimil. Eodem modo intelligitur glo.in l.ſi ſocietatem vniuerſarum fortunarum. vbi glo.dicit.i.omnium bonorum ſpecialiter: vt l.3.§.cū ſpecialiter &c.ergo patet, ꝙ loquitur in ſocietate cōuentionali verbis contracta. Et eodem modo reſpondeo ad alia iura ſupra allega. Vel illa iura volunt declarare,qualiter,& de quibus in d. iuribus ſolum, veniunt conferenda in ſocietate omnium bonorum,non autem in alia. Vel ſatis dicitur expreſsè coita ſocietas omnium bonorum,ex quo ex conſuetudine dictorum ſociorum,omnia prædicta, quæ veniunt etiam in ſocietate omnium bonorum conferenda inuicem communicabant.l. vel vniuerſorum.de pigno actio. Verba enim expreſſa nō ſunt de ſolennitate ſocietatis contrahendę, quæ etiam poteſt contrahi tacite,vt ſupra. Nec cōtrarium reperitur in iure expreſſum, igitur &c.vt l.illam.C.de colla. contraria loquuntur in dubio: & ex his patet ꝙ hic paſſus,An ſocietas omnium bonorū poſſit contrahi tacite,qui videbatur multum dubius ꝓpter dicta contraria,apparet manifeſte clarus,& pro maiori declaratione conſilium Do.Pet.de Peruſio, de quo ſupra formaliter hic ponam.& ſimiliter conſi.Domi.Lud.incipiendo prius à conſilio Domi.Petr.quod tale eſt.

Ex prædicto themate eliciūtur infraſcripta dubia. † Primum dubium eſt. An inter prædictos Antonium & Thomam eius nepotem intelligitur contracta ſocietas omniū bonorū,cum eorum bona communicauerunt adinuicem,& in communi poſuerunt etiam dotalia, & inſimul habitauerunt cum eorum famulis,& ex dictis bonis communibus ſimul vixerunt per longiſſimum tempus, & tamē communiter bona ad inuicem quandoque emerunt, quādoque etiam ſeparatim retinendo bona, quæ vnuſquiſque per ſe emerat,& in eorum cataſto deſcripſerunt. Reſpondeo,quòd per prædicta intelligitur inter dictum Anton.& Thomam eius nepotem contracta ſocietas omnium bonorum. Nam fratrū inſimul habitatio,lucrorum in commune collatio, & eius qđ alter ſuperlucratur inuicem non reddita ratio faciunt præſumi ſocietatem inuicem contractam,argumen.ff. de concubi.l. in concubinam.& ff.de ri.nup.l.in liberæ. Ratio;quia talis actus citra ius & nomen ſocietatis celebrari non poteſt, ergo ſocietas inducitur,argumen.ff.de acquiren. hæredita. l. pro hærede. Item ſolo conſenſu contrahitur ſocietas.l. qui admittitur. & l. planè.ff.pro ſocio.& inſtitu.de ob.quæ ex conſenſu na. in princip.& conſenſus declaratur non ſolum verbis,ſed etiam factis, vt ff.de legi.l.de quib.ff.de ædil.edic.l. ſi eum. §. ei qui. Hinc eſt, ꝙ ſi acquirens in acquiſitis aduerſus fratrem vtitur actibus declaratiuis conſenſus ſocietatis; vt quia communiter fecit fieri inſtrumenta acquiſiti.& promiſcue omnibus vtitur tanquam communibus,omnia erunt cōmunia iure ſocietatis pro æquis portionibus.ff.de leg.3.l.prædiis.§.penulti.& ff.pro ſoci.l. ſi non fuerint.ff.de ſo.l.ſi vnus.§.j.& l. ſi quis ſocietatem. vbi quando duo fratres poſt mortem patris in domo communi habitant, & vnus per ſe emit,illud efficitur ſolum illius,qui emit; quia illud obtinet,quando non cenſetur contracta ſocietas omnium bonorum adinuicem.Sed eo caſu quando cenſetur contracta ſocietas omnium bonorum adinuicem; tunc licèt vnus ex ſociis ſuo nomine emat,tamen illud debet communicare conſocio,& ita tenuit Ric.Ma.& Cy.in ſuis conſi. & vide quod nota. Barto.in l.Titium & Meuium.§.altero.de adminiſtra.tuto. & l. j.§.ſi quis hoc interdicto.de iti.act.priua.vnde dicebat Oldra.ꝙ inſimul habitatio, & lucrorum hincinde in commune collatio,& eius quod alter ſuperlucratur inuicem nō reddita ratio, faciunt ſocietatem præſumi.ff.de proba.l.Procula.ff.de donat. inter virum & vxorem l.ſi ſeruus communis. & ff.ſolu. matrimo.l.quæ dotis.Nec ob.ff.pro ſo.l.4.vbi re ſola non videtur cōtracta ſocietas.Reſpondeo,fateor, ꝙ non contrahitur ſocietas re tantum; quia non eſt de contractibus, qui contrahuntur re, ſed contrahitur ſolo conſenſu. Iſte autem conſenſus non pōt eſſe declaratus verbis & factis, & eo caſu quo omnium bonorum cenſetur contracta ſocietas æqualiter inter fratres acquiſitorum fit diuiſio.Ex quo prædicti Antonius & Thomas exercuerunt ſe in quamplures mercantias,& diuerſas,& dictus Thomas in vero quaſi ſemper exercuit artem ſpeciariæ; tamen lucra hincinde prouenientia communia ſint, ex quo omnium bonorum intelligitur contracta ſocietas, & huiuſmodi lucra fuerunt adinuicem communicata.

Secundum dubium eſt,ſi duo ſunt ſocii omnium bonorū, vnus ex eis ſuas filias maritat,& dotem eis conſtituit de communibus bonis. An illud onus dotis incumbat ſibi patri: an verò communiter patri & alteri conſocio omnium bonorum. Reſpondeo,illud onus incumbit ſoli patri,nec contribuere debet alter ſocius omnium bonorum,niſi hoc actum ſit inter ſocios,vt de communibus bonis proficiſcatur dos. ff. pro ſoc.l. ſi ſocius pro filia.verba ſunt Domi. Petr.in d. conſil. Sequitur cōſilium Domi.Ludoui.cuius verba vt infra ſequitur.

Cum iſti fratres † Lucra eis ex negotiationib. aut vndecunque prouenięta communicauerunt,cenſetur inter eos cōtracta ſocietas, quod quidam his rationibus probatur.Primò; quia hæc communi-

catio

catio lucri non potest intelligi esse facta citra ius & nomen societatis, ergo ex ea societas inducitur, ad hoc. ff. de acquiren. hered. l. pro hærede. l. gerit. & institu. de hæredum qualitate & diffe. §. pro hærede. In quibus est expressum in simili actum qui citra ius & nomen hæredis geri non potest factum ab habente facultatem adeundi facultatis aditionem inducere.

Secundo; quia actus subsequens manifestat volūtatem precedentem adesse ipsi voluntati subsequenti cōforme. ff. ad Maced. l. si Iulianus. §. proinde. ff. de re. dub. l. quidam. ergo lucrorum communicatio, quam actum subsequētem appello, declarat inter eosdem voluntatem præcedentem contrahendæ societatis, cum illa communicationi conformis sit. Positio enim subsequens ipsius communicationis positionem arguit antecedentis societatis, quæ illam præcedere solet. ff. de procu. l. ad rem mobilem. ff. de acquiren. hære. l. illud.

Tertiò; quia ipsa societas contractus est, qui consensu perficitur. ff. pro so. l. societatem coire. ff. de acti. & obligat. l. consensu. insti. de obl. quæ ex consensu. in princ. certum est autem cōtractum, qui consensu perficitur, cōsummationē recipere siue verbis consensum indicantibus, siue signis, per quæ consensus ipse declaratur. ff. de pa. l item quia. de actio. & obliga. in quibuscunque. ff. de regu. iur. l. vbi non voce. de spon. ca. cum apud. de iu. do. l. minus. Nec mirum cum facto detur intelligi voluntas. C. de instit. & subst. l. reprehendenda. ff. de acquirenda hæredit. l. duo fratres. de homi. c. significasti ad fi instit. de rerum diui. §. ceruos. ff. ad legem Corn. de Sicca. l. j. §. diuus versi. & qui hominem. Quinimmo magis voluntatem actu declarare possumus, quàm verbis, vt ff. de ædil. edic. l. si tamen sine. § ei qui. Sed in proposito casu inter ipsos fratres actus communicandi mutua lucra affuit, ergo consequens est: vt ex eodem voluntas contrahēdæ societatis intelligatur. Quod quidem ex eo probatur vlterius; qnia emptionis actus a duobus communi nomine celebratus voluntatem societatis contrahendæ euidenter in re illa demonstrat. C. communi diui. l. ad officium.

Quartò quare ratione societatis dissolutio tacitè inducitur ex actibus dissolutionem denotantibus. ff. pro soc. l. itaque. C. communi diui. l. si maiori. in gloss. eadem ipsius societatis celebratio euidenter manifestatur ex actibus ad societatem ipsam contrahendam tendentibus. Ex his ergo euidenter concludit, quòd horum fratrum insimul habitatio, communisque conuiuendi vsus, atque lucrorum communicatio inter eos tacitè societatem esse contractam demonstrant, & hæc sunt quæ nota. Bar. ff. de admi. tut. l. Titium & Męuium. §. altero. & Bal. C. communi. vtri. iudi. l. si patruus. C. qui testa. fac. poss. l. j. & l. cum oportet. C. de bo. quæ lib. & l. rei iudica. §. fi. ff. sol. mat. Sed etiam successiuè secūdo videndum, an inter eos omnium bonorum intelligatur contracta societas, & subsequenter in diuisorio iudicio omnia veniant æqualiter diuidenda, & prima fronte videtur dicendum, ꝙ solum in illis negociationibus intelligat̄ esse contracta societas, quarum lucra mutua contracta sunt, non autem aliarum. Quod quidem prima ratione probatur; quia actus ipsi voluntarii, vt est societas; non vltra extenditur, quàm ad actum ipsum, ex quo tacitè infertur ad voluntatis manifestationem. C. ne vx. pro ma. l. fi. ff. si cert. pet. l. non omnis, ergo cōmunicatio lucri ex quibusdam negociationibus proueniens non vltra arguit voluntatem contrahendæ societatis, quàm in illis negociationibus, quarum lucra communicata sunt. Secundò ad idem videtur casus in l. cum duobus. §. cum duo argentarii. ff. pro soc. vbi est expressum, communionem lucri ex negotiatione argentariæ prouenientis non arguere societatem contractam esse in lucris aliunde prouenientibus. Tertiò idem videtur probari. in d. l. cum duobus. §. si fratres. & in l. ex parte. §. filius. ff. fam. ercis. In quibus expressum est, quòd retentio hæreditatis fratribus communiter prouenientis pro indiuiso nō demonstrat per eos contractam esse societatem in aliunde quæsitis. Vltimò idem videtur probari ex casu. ca. cum contingat. de deci. & ca. cum dilectus. de capel. mona. & c. auditis. de præscrip. & l. j. §. Iulianus. & § hoc interdicto. de iti. actuque priua. In quibus est expressum, solum in eo actu intelligi præscriptā esse iurisdictionem, atque commoditatem & quasi possessionem, cuius quis habuerit exercitium, adeo vt ex exercitio in vno non inducatur quasi possessionis quæsitio totius ipsius iurisdictionis vniuersitatem continentis. Ita in proposito ex communicatione lucri vnius negociationis tantum, solum illius censetur inducta societas, nō autem bonorum vniuersorum, & hæc est opinio Barto. quam ita corroboro in dictis iuribus. Ex qua videtur in proposito casu dicendum fore, hunc ser Nicolaum hæc bona, quæ sibi proprio nomine expresso quæsiuit, aut aliter comparauit Ioanni fratri communicare non debere, siue ex communi pecunia emerit, cum res ex communi pecunia proprio nomine acquisita communis non sit, sed eius solum, qui nomine proprio sibi emerit: vt dicta l. si patruus. & dicto §. altero. in l. penul. C. si quis alteri vel sibi. & in l. si vnus ex sociis. §. si quidem vnus. ff. pro socio. Siue ex propria, & hoc est clarū, siue etiam ex ea, quæ solum ipsius Ioannis fuerat. Res enim ex aliena pecunia mihi proprio nomine comparata mea solum est. C. de rei vendi l. si ex ea. C. si quis alteri vel sibi. l. j. cum simil. In dubio autem ex propria pecunia empta fuisse præsumitur, vt cōmuniter notatur in dicto §. altero. & in dicta l. si patruus. & in l. si defunctus. C. arbi. tute. Quinimmo dico dico, ꝙ quamuis non se solum sed etiam perfectè, & sic communi nomine emerit non obstante omnium bonorum inter eos societate. Nihilominus ex propria pecunia emisse præsumitur, casus est singularis, quem ibi Bar. summè notat. C. pro soc. l. cum propo nas. His tamen non refragantibus in proposita consultatione contrarium verius arbitror fore dicendum ex pluribus.

Primò, quòd quamuis præsupponatur, quædam bona per ser Nicolaum empta proprio nomine, nihilominus, ea quæ sunt inter eum & dictum Ioannem accataſtata communiterque ꝑ illis cataſta soluta, dicendum est ex hac communi accataſtatione communique onerum solutione illarum dominium Ioanni fuisse communicatum. Iste est casus singularis, ita in terminis dicit ibi Bart. C. de omni agro deserto. l. iura. lib. 11. cuius formalia verba sunt hæc. Et no. hanc l. contra fratres, qui fecerunt se tantummodo in emptionum instrumētis nominari, postea prædia in cataſto descripta reperiuntur eius & fratris, & sic cōmuniter tributa sunt soluta. Nam per hoc est alijs fratribus dominium acquisitū sicut ipsis, quos tenor instrumenti designat. Quod quidem ea ratione corroboro, quia quamuis descriptio de re alicuius eo ignorante in cataſto nomine meo facta, secutaque tributorum pro ea per me solutio in me illius dominiū non transferat. C. de rei vend. l. solennibus. C. de donat. l. si fuerint. tamen si in his ambobus scientia cum patientia domini concurrat, eiusdem ius in eius dominio acquisiuisse dicor, casus est. C. de dona. l. censualis.

Secundò, istud idem euidenter arguitur ex eo: quia cum eorundem mater communiter inter eosdem bonorum quorundam donationem fecit eo declarato se conferre dixit; quia voluit inter prædictos fratres quæcunque eorum bona esse communia, cui quidem voluntati maternæ per instrumentum ambo assenserunt, cui quidem in dubio standum est. C. de dona. l. cum precibus. C. de fal. l. si quis decurio. C. de contra. & cōmitt. stipu. l. optimam. Cum autem societas cōtractus sit, qui mutuo ex consensu perfectionem assumpsit, vt s. dixi, ergo est consequens, vt per medium matris organum, cuius voluntati isti filij assenserunt, videtur inter eos cōtracta societas omnium bonorum. Contractus enim qui consensu perficitur per medium alterius organum inter ipsas partes explicari potest. ff. de const. pecu. l. qui autem. § fi. cum l. seq. ff. de contrahen. emptio. l. j. & fi. & dicta l. consensu. ff. de pe. l. Labeo. & l. fi. C. si quis alteri vel sibi, cum similibus.

Tertiò, nec parum præsentem decisionem corroborat, ꝙ p̄sumatur, hunc ser Nicolaum quamuis absente Ioanne pluries confessum fuisse inter seipsos bona omnia esse communia. Cōfessio etenim quamuis absente parte emanata præsumptionē aduersus confitentum inducit. ff. de adul. l. capite quinto. in gl. ff. de ædi. edic. l. quæro. §. fi. vbi de hoc est casus notabi. & not. ff. de confessis. l. certum. §. si quis absente. Ex quibus potissimè euidenter demonstratur omnium bonorum inter eos contractā societatem fuisse, licèt circa multa alia insistant clari doctores domini mei dominus Albertus, & dominus Philippus in hoc per prius consulentes. Nunc verò videndum, an posito ex eo, ꝙ post contractam ita omnium bonorum societatem dictus ser Nicolaus suo proprio nomine agere cęperit, aliqua videat̄ ex hoc solo inter eos dissoluta societas, adeo ꝙ eadem communicanda non veniat. Et quidem dicendum ex hoc societatem solutam non videri ex duobus. Primò, quia quamuis eum quæritur de contrahenda ab initio societate, non sufficeret cōmunicari solum quædam, vt intelligatur cōtracta societas omniū prædicta, tamen cum agitur de societate bonorum omnium olim contracta conseruanda, sufficit quædam post communi nomine agi, vt inter dictos fratres sępius acta sunt, licèt & quædam alia per vnum ex his sint proprio nomine acta, hoc probo. Primò a simili quia quamuis dum agitur de vniuersitate iurisdictionis ab initio quærenda, non sufficiat, ꝙ vniuersitas quæsita intelligatur, vnum iurisdictionis solum actum explicari, vt s. dixi, tamen cum agitur de vniuersitate quæsita conseruanda, sufficit vnum solum actum iurisdictionis fuisse exercitatum, vt ipsa vniuersaliter conseruetur, casus est nota. in l. vna est via. de ser. rust. præd. & in l. si stillicidium. §. fi & in l. si in parte. eo. ti. Secundò idem clarè probatur. in l. si quis societatem contraxerit. ff. pro so. vbi est casus, ꝙ si post cōtractam societatem omnium bonorum aliquid socius emat nomine proprio, illud communicare cogitur societatis iudicio. Ecce enim, quòd quamuis q̄dam nomine proprio gerere cœperit socius post contractam societatem vniuersalem, nihilominus si quędam communiter agit, societas separata non intelligitur, quoniam si separata foret, illud societatis iudicio cōicare non cogeretur, de cuius cō-

trario

trario ẽſt ibi caſus. Tertiò, ꝙ hi contractus proprio nomine celebrati Ioan. ignorante confecti fuerunt, ergo in his in eius præ iudicium non intelligatur ſeparata ſocietas; quoniam ſocietatis renunciatio per vnum facta ſocio ignorante non tollit, quominus quando ille ſciuerit, ꝙ renũcians quæſiuit, communicare non debeat. ff. pro ſocio. l. ſed & ſocius. §. ſi abſente. & in l. actione. §. diximus. vſque ad §. renunciare. Ex his ergo cõcluditur, hunc ſer Nicolaum tanquam omnium bonorum ſociũ ea quæ proprio nomine acquiſiuit, cogi poſſe Ioan. communicare, quia caſus eſt rotundus in d l. cum duob. §. ſi inter fratres voluntarium. & in l. vniuerſorum ſocietatem. & clarius in d. l. ſi quis ſocietatem contraxerit.

Vltimò ſupereſt videre de creditis montis per dictum ſer Nicolaum emptis cantantibus tantum in perſonam filiorum, atque vxoris ſuæ: Et quidem quò ad cantantia in perſonam filiorum dicẽdum eſt, ꝙ ſi ipſa credita per patrem filij nomine empta, & eidem fuerint tradita, cenſetur ipſe pater filiis donaſſe, atque igitur ea præcipua ſibi filius habebit, ſi donatio ipſa per mortem, aut per emãcipationem confirmationem acceperit. C. fam. erci. l. filiæ cuiuſquam. ibi, ita intelligit Bart. & idem C. ſi quis alteri vel ſibi. l. j. C. de dona. l. ſiue emancipatus. ff. de donat. l. donationes in concubinam. §. pater. C. de donat. inter virum & vxo. l. donationes quas parentes. & plenè idem notatur in l. quæ dotis. fol. ma. & in l. ſi donatione. C. de coll. & in l. cum virum. C. de fideicomm. & no. Bal in auc. ex teſtamento. C. de col la. Patre autem viuente talis donatio eſt nulla. C. de inoffi. don. l. 2. cum ſimi. Igitur dominium eorum creditorum in filiũ nõ tranſiuit. ff. de acqui. rerum do l. nuda. Quare cum penes ſer Nicolaum remanſerit, cogitur illa per ſupradicta communicare Io. & nullam poſſeſſionem quò ad ipſius Ioãnis partem a filiis aduocare. Si autem filio eadem nõ tradiderit, vnde filij nomẽ tantum in inſtrumento nominauit, ſibi in veritate dominium & poſſeſſionem non quæſiuit, de caſtrenſi peculio. l. j. lib. 12. & ita talia filio aſcripſit, vt in peculio habeat. ff. de pecul. leg. l. fin. & no. Bar. ff. de don. l. ſi pater. Igitur eorum communicatio eſt fratri, ſ. Ioanni facienda: cum in peculium conceſſum ſit, & ad nutum concedentis ſit reuocabile. ff. de pecu. l. peculium. cum ſimi. Quò autem ad credita cantantia in perſonã vxoris eſt conſideranda cauſa ſui. C. ſi quis alteri vel ſibi. l. multum intereſt, cuius deciſio formaliter eſt hic, ꝙ ſi quidem maritus viginti ſuo nomine emerit, aut donando pecuniam numerauit, res vxoris efficitur. Pecuniæ autem donatio nulla eſt, igitur illa a marito erit repetibilis, vnde illa re habita per ſe Nicolaum eſt Ioanni communicanda Si autem emit maritus verè ſimulatum tamẽ nomen vxoris eſt in inſtrumento appoſitum; tunc quia veritas rei geſtæ potior eſt ſimulatione, dominium verè apud maritum eſt: igitur communicandum. Si verò maritus verè pro vxore ſua ex ſua pecunia emit: tunc dominium maritò non acquiritur: quia hoc ipſe noluit, nec vxori: quia ſibi non potuit propter prohibitam inter coniuges donationem. Ideoque in dominij quæſitione ille habeẽ potior, cui poſſeſſio a domino tradita eſt: ita diſtinguit illa. l. ſingularis, & ideo ſi marito ipſa empta ſint tradita, illa confratri omnium bonorum ſocio ſunt cõmunicanda. Si verò vxori tunc pecunia pro hoc a ſer Nicolao erogata non in vtilitatem ſocietatis, nec caſu fortuito, ſed mera voluntate tanquam non in ſocietatis cauſam, & rationem pro rata eſt Ioanni confratri communicanda. l. cum duobus. §. per ꝛrium & l. iure ſocietatis. pro ſocio. Ex his omnibus ergo concluditur, arbitri in iudicio diuiſorio eas partes eſſe debere, vt inter fratres æquali portione bona omnia etiam quæ per ſer Nicolaum proprio nomine empta, ſeu filiorũ ſeu vxoris æqualiter diuidat. In ſocietate enim vna datẽ regula, vt ſi nihil ad portiones expreſſum ſit, illæ æquales intelliguntur. ff. pro ſocio. l. ſi non fuerint. inſtitu. eo. §. & quidem ſi nihil. Deo gratias. Ludouicus Pontanus.

35 Ex his † etiam deciditur quæſtio, ꝙ ſi vnus ex dictis fratribus ſeparatim aliquid per ſe gerit, vel aliquas emptiones per ſe tantum faciat. An impediatur ſocietas omnium bonorum, vel vniuerſorum, quæ ex quæſtu & opera deſcendunt, de quibus ſ. dictum fuit. Nam ſi quidem poſt coitam ſocietatem prædictam hoc facit ignorante fratre. d. ſocietas non impeditur, immo talia quæſita confratri communicare tenetur, vt patet. ſ. in conſilio domini Ludouici, & infra patebit in vndecima parte principali in quæſtionibus, & latius in quinta parte principali. in 1. quæſt. Aut ante contractã ſocietatem talia fecit, & tunc cum illi ſint actus iudicantes potius animum contractæ ſocietatis diſſoluendæ, quàm contrahendi prædictam ſocietatem, merito nõ intelligantur contractæ prædictæ ſocietates, vt ex prædictis latius patet. Igitur talia proprio nomine acquiſita, cum extra cauſam ſocietatis ſint, cõmunicari non debent. l. cum duobus. §. cum duo argentarij. & l. ſi fratres pro ſocio, de quo vide plenè ſupra.

Secundò quæro, dixit Bald. in d. addit. de qua ſ. in principio huius partis, quòd ſi frater nomine ſuo & pupilli negotiatur, pu
36 pillus poteſt habere ratum. † Quid ſi pater, qui gerebat vnam negotiationem, puta mercantiam, deceſſit relictis duobus filiis, vel erant duo fratres, qui faciebant mercantiam, deceſſit unus relictis filijs, vnus ex dictis fratribus, vel patruus continuet dictã mercantiam cum pecunijs & trafico communi, & non appareat cuius nomine ipſe continuet. An ſuo, vel ſuo vel fratris, & nepotum eius nomine intelligatur continuare. Breuiter dicendum puto, ꝙ aut iſte frater, ſeu patruus, qui cõtinuabat dictam mercãtiam, erat tutor, vel curattor alterius fratris, vel nepotũ, & tunc videtur nomine ſuo, & fratris ſeu nepotum prædictorũ continuare. ff. de nego. geſt. l. nam & Seruius. §. ſi viuo. quia a primordio tituli poſterior formatur euentus. C. de imponenda lucra. deſcrip. l. 1. & argu. ff. fam. erciſc. l. ſi filia. §. Neratius. & l. actione. §. morte. ff. pro ſocio. Nec diſtinguitur, vtrum ex prima mercantia aliquid peruenerit, vel ex ſępius repetita: quia natura huius actus eſt, ꝙ id quod poſtea fit loco prioris ſemper ſubrogetur. ff. de pign. act. l. cum tabernam. in prin. ſecundum Bald. in d. l. ſi patruus. in 2. col. facit. l. poſt mortem. § j. ff. quando ex facto tuto. & ff. de adminiſt. tut. l. Lucius. §. tutorem. & in l. poſt dotẽ. ſecundum intellectum. 2. ff. ſolu. mat. & per Bar. in dicto §. altero. Aut iſte, qui negotiatur, & dictam mercantiam continuat, non eſt tutor, nec curator prædictorum, & tunc aut iſte negotiator in hac mercantia nõ gerit alia negotia communiter, ſed nomine ſuo, & tunc dictam mercantiam ſimiliter nomine ꝓprio non communi dicatur continuare. l. nemo. in gl. fi. cum l. ſeq. & l. planè. a contrario ſenſu. & l. hæres ſocii. & l. actione §. ſi in rem. & §. morte. verſic. ſed quod ex re communi. ibi. Item & dolus & culpa in eo quod ex ante geſto pendet. ff. pro ſocio. & dicto §. ſi viuo. facit etiam; quia perſona non debet intelligi extrinſecus. l. ſi ita ſtipulatus. §. Criſogonus. ff. de verbor. obliga. & l. magis. cum ſimil. de ſolu. Et ita intelligo Bart. in d. l. Titium & Mευium. §. altero. circa finem tertiæ columnæ. in verbo tertio caſu quando dubitatur, & Bald. in aucten. ex teſtamento. C de collat. Quod intellige, niſi de nouo conſenſu appareat animo ſocietatis contrahendæ: vt d. l. planè. vbi caſus. Aut iſte negotiator, qui continuat dictam mercantiam, & neſcitur cuius nomine continuet, nec apparet de animo contrahendæ ſocietatis inter eos, conſueuit cætera negotia, quæ communiter remanſerunt, & ad commune patrimonium pertinentia communi nomine gerere, & non pro ſeipſo ſolo, & tunc ratione conſuetudinis etiam iſtam mercantiam communi nomine continuare ac agere præſumatur, arg. l. vel uniuerſorum. ff. de pign. acti. & l. cum de lanionis. §. aſinam. ff. de fun. inſtru. facit. l. poſt dotem ff. ſolu. mat. ſecundum alium intellectum, quem ibi diximus. Ad hæc accedunt rationes, quas ſ. ponit Bal. in primo membro, & maximè hoc procedit, quando lucra ex ea prouenientia pro cõmuni vtilitate ponebat non proteſtando de animo repetendi. Secus ſi lucra poneret ſeparatim pro ſeipſo, vel eſſent aliquæ coniecturæ, quòd non communi, ſed proprio nomine negociabatur. non obſtat. l. & magis, quia illud verum, niſi coniecturæ appareant in contrarium, non obſtat. §. Griſogonus. quia illud verum, quando ſubintelligentia perſonæ extrinſecus vitiaret actum, non ſic aliàs: vt d. l. poſt dotem.

37 † Tertiò quæro, nunquid ſocietas poſſit contrahi cum mulieribus, & dicendum eſt quòd ſic. l. alimenta. §. fin. de alimen. & ciba. lega. quod eſt argumentum ſecundum Bal. in l. rei iudicatæ. §. ſocero. cum l. ex diuerſo. ſolu. mat. ff. ad quæſtionem fratrũ ſimul habitantium & ſimul omnia communiter facientium, ſicut faciunt mulieres ruſticæ aliquæ, quæ ligonizãt interdum, & omnia faciunt, vt maſculi, vt inter talem mulierem & fratrẽ intelligatur tacitè ſocietas contracta, ſicut inter plures fratres maſculos, ſecundùm Imo. in d. §. ſocero.

38 † Quartò quæro, quid operatur ſocietas tacita, quæ eſt inter virum & vxorem: ut d. l. ex diuerſo. ver. ſicuti cum ſocia fuit, dicit ibi Bal. ꝙ non eſt minus priuilegiata, quàm alia ſocietas expreſſa, quæ eſt inter alias perſonas: vt patet in litera in d. l. ex diuerſo. Quod intellige ſanè; quia ſocietas inter virum & vxorem eſt ſecundum ea quæ habentur in d. l. aduerſus. C. de crim. expil. hæred. non autem quòd illud, quod quærit vir, teneatur communicare vxori quò ad proprietatem, niſi fortè aliud habeat conſuetudo, ſecundùm Imo. in d. l ex diuerſo. vel intellige quò ad conſecutionem beneficii exceptionis, ne conueniatur vltra, quam facere poſſit, non autem vt vxoris bona in commune veniant cum marito, nec contra, vt in c. pen. de conſuetu. ſecundum dom. Bal. in d. §. ſi ſocero. coniuncta. l. ex diuerſo.

39 † Quintò quæro, fuit contracta ſocietas inter duos duratura per annum, quorum vnus poſuit pecuniam, & alter operam, q̃ iuit vltra mare pro mercibus, & finito anno, & reddita ratione, & ſoluta parte lucri, dictus ſocius, qui operam ponebat, iterum iuit ultra mare ad emendum merces, fuitque captus in itinere & omnia amiſit. Quæritur, an periculum ſit cõmune, ſuper hac quæſtione de facto interrogatus ita dicebam.

Primò videtur dicendum, damnum, quod contingit dicto Andreæ, qui captus fuit in itinere cum omnibus mercantiis, & omnia perdidit, vtriq; ſociorum tam ad eum, quàm ad Antonium communiter ſpectare. Et primò probatur: nam quan-

tum-

Source : BIU Cujas

tumcunque inter eos ſocietas anno duratura contracta fuiſſet, attamen ex quo finito anno, pecunia, quæ per dictum Antonium in ſocietate fuit collata, minimè fuit reſtituta, nec petita reſtitui, & dictus Andreas poſt annum ex ea merces emendo negotium dicto Antonio patiente continuat tacito conſenſu inter eos ſocietas renouari videtur, prout in ſimili dicitur in locatore & conductore, quia eo finito tempore in re conducta remanente tacite conſenſu ex integro locatio facta intelligitur lege item quæritur. §. qui impleto. & l. qui ad certum. ff. loc. & l. legem. C. eodem titu. Quæ locatio inter colonum & dominum ſocietas appellatur. l. cum duobus. §. ſi in coeunda. ff. pro ſocio. & lege ſi merces. §. vis maior. in fin. ff. loca. Secundò probatur per tex. in lege actione. §. item qui ſocietatem in tempus. verſicu. quòd ſi tempus finitum eſt. ff. pro ſoc. vbi dicit tex. quòd ſi ſocietas in tempus coita ſit, finito tempore liberum erit recedere, ergo finito tempore ſocietas intelligebatur durare, aliàs non diceret, & finito tempore liberum eſſet recedere; cum priuatio præſupponat habitum. l. decem. de verborum obliga. l. non poteſt. de regu. iur. Si ſocietas durabat, ergo damnum, quod dicta occaſione obuenit inter ambos ſocios, videlicet inter dictum Andream & Antonium æqualiter eſt partiẽdum. l. cum duobus. §. quidam ſagariam. & lege ſi id quod. §. idem Celſus. & lege ſecundum Iulianum. & ibi gloſſ. ff. pro ſoc. Tertiò probatur; quia ſocietas poteſt contrahi non ſolum expreſsè: vt l. ſocietatem coire. ff. pro ſoc. & cum verbis interueniente ſtipulatione, vel pacto ſocii ſocietatem ineunt, vt ibi dicit gloſſ. & eſt text. in l. vt ſit pro ſocio actio. & l. nam cum contractu. ſed etiam tacite actus ſociales exercendo, vt per Iacobum de Aret. Oldr. & Richar. Malum. in dicta l. Titium & Meuium. §. altero. de adminiſtr. tuto. & per eundem in l. prima §. ſi quis hoc interdicto. ff. de itine. actuque priua. & per Cy. Barto. & Bald. in lege ſi patruus. C. communia vtri iudi. nam ſocietas contrahitur ſolo conſenſu: vt lege qui admittitur. & lege planè. ff. pro ſoc. merito per prædicta tacito conſenſu renouata videatur. In contrarium facit; quia permiſſum ad tempus poſt tempus videtur prohibitum l. in tempus. ff. de teſtament. lege ad tempus. C. ex quibus cau. infam. irrog. l. cum prætor. ff. de iudi. & lege maritus C. de procura: capitu. de cauſis. de offi. deleg. capitu. nonne. de præſumpt. Ergo cum prædicto caſu ſocietas erat contracta duntaxat per annum, poſt annum videtur prohibita, meritò, quemadmodum lucrum, quod ex dicta negotiatione peruenisſet tanquàm extra ſocietatem fuiſſet proprium dicti Andreæ lege cum duobus. §. cum duo argentarii. & l. ſed nec æs alienum. Meritò eodem modo periculum ſuum eſſe debet: vt §. quidam ſagariam. & lege ſi vnus. §. lege. & l. ſed nec æs alienum. a contrario ſenſu. & lege ſi id quod. in princip. ff. pro ſoc. & dicta lege ſi patruus. & l. ſocium qui in eo. §. poſt mortem. & dicto §. altero. Secundò probatur; quia dictus Andreas in fine anni reddidit rationem adminiſtrationis dicto Antonio, ſibique ſuam partem lucri ſoluit, quæ redditio rationis cum ſolutione lucri inducit præſumptionem ſolutæ ſocietatis l. tandiu. C. pro ſoc. l. actione. ff. eodem l. prima. C. vt actiones ab hæred. & contra hæred. incipi. merito ſi dictus Andreas finito anno aliquas emit mercantias, ſuo nomine emiſſe præſumitur: vt l. & magis. ff. de ſolu. nec aliàs ibi intelligatur perſona extrinſecus. l. ſi ita ſtipulatus. §. Griſogonus. ff. de verbor. oblig. Et ſi dubitatur, ex qua pecunia emerit, præſumitur ex propria. l. ſi defunctus. C. arbi. tut. l. ſi ventri. §. in bonis. de priuil. credito. In hoc tamen recurrendum eſt ad coniecturas, ſecundum Bal. in d. l. ſi patruus. meritò periculum debet eſſe ſuum. l. ſi vnus. ff. pro ſoc. vbi caſus, licèt ipſa ratio adminiſtrationis ẽt ſocietate durãte, ſi ſocieti expediat reuideri poſſit, ſecundũ Bal. in d. l. tãdiu. puta ſi petatur, vt reddatur ratio adminiſtrationis durante ſocietate, vt conferat in communi corpore reliqua, & ſic non ad diuidendum, ſed conferendum. Tertiò probatur; quia tandiu ſocietas manet, quandiu conſenſus partium integer perſeuerat. l. tandiu. C. pro ſoc. inſtitu. eo §. manet. Sed poſt annum non apparet de aliquo vtriuſque partis conſenſu declaratiuo ſocietatis, meritò poſt annum inter eos non erit ſocietas, ergo periculum ad Domi. Antonium pertinere non poterat; vt dicto §. quidam ſagariam. & d. §. ſi vnus. & d. §. item poſt mortem. & ſic patet, quod hæc quæſtio redditur ſatis dubia. Pro cuius tamen deciſione (ſaluo ſemper ſaniori conſilio) cum ex puncto rectè intuendo non appareat, an durante anno prædicto, quo durabat ſocietas inter dictum Andream & Antonium dictæ merces, quæ perierunt, & emptæ fuerũt, ſimiliter perierint, an poſt dictum annum videtur ita poſſe dici, aut dictæ merces durante anno prædicto emptæ fuerunt, & ſimiliter durante eodem anno perierunt, aut durante anno fuerunt emptæ, & poſt annum perierunt, & ſic non erat expeditum negocium, quod in ſocietate vertebatur. aut poſt annum fuerunt emptę, & ſimiliter poſt annum perierunt, & ſic negocium, quod in ſocietate vertebatur, expeditum erat: & iſte (vt puto) eſt caſus noſter propriè, in quo dictus Andr. traficauit per mare per annum, & rediit cum ſaluamento, & cum mercantiis in menſe Iulii, & vendidit dictas mercantias, & in menſe Auguſti reddidit rationem Antonio, ac medietatem lucri ſibi perſoluit, & ſic expeditũ erat negocium, qđ in ſocietate vertebatur: & (vt puto) licet ex puncto non appareat merces, quæ perierunt finito anno fuerunt emptæ, & poſtea perierunt. Primò caſu, quando dictæ merces, quæ perierunt durante anno ſocietatis emptæ fuerunt, & durante eodem anno perierunt, & tunc non eſſet dubium, quòd periculum fuiſſet commune, quemadmodum & lucrum ſimiliter fuiſſet commune. l. cum duobus. §. damna fatalia. & §. quidam ſagariam. & l. ſi id quod. §. idem Celſus. & l. ſecundum Iulianum. & ibi gloſſ. ff. pro ſocio, niſi aliter fuiſſet conuentum: vt domini eſſet periculum; quia tunc conuentio ſeruanda eſſet. l. quæ fortuitis. C. de pig. action. capitulo primo de commo. & capitul ſecundo de depoſito &c. Secundò caſu, quando durante dicto anno dictæ merces emptæ fuerunt, eodem tamen finito perierunt, & ſic nõ expedito negocio, quod in ſocietate vertebatur, & tunc ipſarum mercium periculum commune ſimiliter fuiſſe intelligatur, ſi culpa poſſit aſcribi, quia ſimiliter lucrum, quod ex eis prouenisſet, fuiſſet commune. l. actione. §. ſi in rem certam. vbi caſus, & in §. morte. & in l. verum. §. in hæredes. ff. pro ſoc. facit. l. hæres ſocij. & gloſſ. in l. nemo. eo. tit. & hoc intelligo, vt dixi, niſi culpa ſocij damnum accideret: quia tunc eius debet eſſe, qui culpam, fraudem, dolũ ne commiſit. l. cum duobus. §. ſi in coeunda. §. damna. & §. quidam ſagariam. in fin. & §. per contrarium de illo. §. fin. & l. non ob eam rem. & l. & ideo. ff. pro ſocio. Socius enim tenetur de fraude. l. rei communis. ff. pro ſo de dolo latiori, de lata culpa. l. cum duobus. §. venit. ff pro ſo. & etiam de leui: vt ibi per gloſſ. & l. ſocius ſocio. eod. titu. & inſti. pro ſocio §. pen. non autem tenetur de leuiſſima: vt dicto §. penul. & dicta l. ſocius ſocio. & per Bald. plene in dicta l. quæ fortuitis. C. de pign. actio. & ideo ſocio imputatur, qui ſeruum per loca periculoſa miſit, & ipſe periit, vel nauem per aduerſa tempora nauigatum miſit. ff. de rei vendi. l. petitorio. Aut in minus idonea naui merces impoſuerit, aut ſine gubernatione nauem in flumen miſerit, aut inuito ſocio, aut longum fecit iter, cum propinquius facere poterat. l. item quæritur. §. primo. ff. loca. vel onerauit multum, vel equum nimio onere, vel nimio itinere. ff. commo. l. fina. ff. loca. l. qui inſulam. §. qui mulas, vel ſeruum vulneratum curari non fecit: vt ff. ad l. aquil. l. qui occidit. §. fina. ff. de ædi. edic. l. quod ſi nolit. §. culpæ. l. ab hoſtibus. §. ſi vir. ff. ſolu. mat. aut aggreditur negocium inſolitum. Eſt enim quædam culpa inſolita aggredi. ff. de negot. geſt. l. ſi negocia abſentis. & per Bald. in dicta l. ſi patruus. Tertiò caſu, quando merces prædictæ poſt annum fuerunt emptæ, & poſt annum prædictum perierunt, & ſic finito anno, quo durabat ſocietas, & expedito negotio, qđ in ipſa ſocietate vertebatur, & tũc aut expreſſo vel tacito vtriuſque partis conſenſu animo ſocietatis perſeuerandæ dictus Andreas emit dictas merces, quæ perierunt, quod apparere poteſt, ſi verbis expreſſe dixerunt, vel tacite ex actibus, puta, quia Andreas communi nomine ſciente, & patiente dicto Antonio dictas merces emiſſet: vt l. qui patitur. ff. man. & in ſimili dixit Bal. in l. ſi patruus. C. communia vtri. iudi. facit. l. qui ad certum. ff. loca. & l. plane. ff. pro ſo. & hoc caſu ſimiliter periculum erit cõmune, niſi aliter conuentum eſſet, vt ſupra ſi verò dictus Andreas finito dicto anno, & negocio abſque expreſſo, vel tacito conſenſu dicti Antonii eo ignoranter dictas merces, quæ perierunt, emit, & iſte eſt caſus noſter, quo caſu de iure arbitror ſolum ad ementem, id eſt ad eum, in cuius perſona periculum venit, damnum pertinere, & per conſequens ad dictum Andreã, non autem dictum Antonium: vt ex prædictis pro hac parte rationibus clare demonſtratur, & etiam probatur, ex quo in contractu dictæ ſocietatis tempus limitatum appoſitum fuit, infra quod debeat durare ſocietas, immediate die aduenie te ipſa dies pro homine interpellauit: vt l. magnam. C. de contrahen. & commi. ſtip. & l. ſi ex legati cauſa. ff. de verb. ob. Si pro homine interpellauit, ex interpellatione diſſoluitur ſocietas: vt l. actione in prin. & per Bal. in l. tandiu. ergo &c. Secundò ẽt probatur, quia bonum eſt argu. de re ad tempus. l. miles ita. §. quod diximus. de teſt. mili. ergo quemadmodum ſi alicuius rei ſocietas eſt cõtracta, & finis negocio impoſitus ſit, ſocietas intelligitur diſſoluta. inſti. pro ſocio. §. item ſi alicuius. & l. actione. §. item ſi alicuius rei. ff. eo. ergo idem ſi ad certũ tempus cõtracta eſt ſocietas, vt in caſu noſtro tempore intelligitur diſſoluta. Non obſt. tex. in l item quæritur. §. qui impleto. cum aliis ſupra allegatis. Primò; quia ille tex. loquitur in conductore, qui vtebatur prædio conducto ſciente & uidente locatore, quo caſu intelligitur facta tacita reconductio. Secus ſi locatore ignorante reconducta conductor vteretur; quia tunc non videtur facta tacita reconductio. l. qui ad certum. in fine. ff. loca. Et ita vult Bar. in d. §. qui impleto. In caſu autem noſtro non præſupponitur in puncto, quod ſciente dicto Antonio Andreas eius pecunia vius fuerit, immo pecunia propria potius ipſum Andream uſum fuiſſe, & eius proprio nomine præſumatur, vt in iuribus ſupra allegatis. Secundò, quia ex quo dominium

Source : BIU Cujas

Petr. De Vbal. De duobus fratribus.

pecuniæ dicti Antonii per commissionem, seu consumptionē translatum fuit in ipsum Andream: vt instit. de vsufru. §. constitutis. & instit. quib. alienare licet vel non. §. nunc admonēdi sumus, periculum eius suum fuit: vt l. incendium. C. si certum pe. & l. quæ fortuitis. C. de pigno. act. non est sic in prædio vrbano, vel rustico, in quo est diuersa ratio, merito &c. Tertiò; quia ille text. loquitur in locatione rerum immobilium, in quibus reconductio tacitè dicitur facta. Secus in locatione rerum mobilium, in quibus non intelligitur reconductio tacitè facta, vt dicit ibi glos. ordin. circa fin. in d. §. qui impleto, nisi sit consueta locari: quia tunc præsumitur dominum permissurum secūdum Barto. ibi, quod dictum debet intelligi, quando consueuerunt prius esse locata huic, vt patet ex eodem, quæ consuetudo in puncto non præsupponitur, videlicet ꝙ pluribus annis fuerit renouata societas inter dictum Andream & Antonium, merito non est casus noster. Quartò, quia d. §. qui impleto. loquitur secundum Barto. ibi circa fin. quando locator patitur conductorem remanere in fundo eo tempore, quo erat ad culturam agri aliquid operandum. Ideo vt duraret locatio, pati præsumatur, quæ ratio non ita vrget in eo, qui patitur finito tempore socium retinere pecuniā communem, & nō statim facit exactionem, vt videatur renouare societatem etiam tempore finito in qua poterat esse maius periculum, vt ī facto euenit, quàm in reconductiōe fundi, meritò diuersum ius statui debeat. Nemo enim præsumitur deserere culturam sui agri, aliàs suum iactare præsumeretur, contra. l. cum de indebito. ff. de proba. Dupliciter enim iactaret suum. Primò; quia faceret fundum suum deteriorem propter sterilitatem. Secundò; quia perderet fructus, qui in fundo nascerentur, quæ rationes non militant in pecunia: vt l. nummis. ff. de in litem iuran. Præterea in pecunia potest verti periculum animæ consentiendo ipsam conuerti in mercantias. 88. distinctio. capitu. eiiciens dominus foras, & etiam amissionis eius, vt ex puncto patet, & in facto euenit, meritò non ita ex patientia videatur consentire, vt in prædio, ne patientia inducat cōsensum ad sui damnum. l. inuitum. ff. de ser. vrb. prædio. quem text. allegat Inn. in cap. in Genesi. de ele. Quod in re graui & onerosa non contradicere nō habetur pro consensu, & potissimè locum habet in casu nostro, in quo non probatur scientia dicti Antonii, nec ꝙ nomine communi gesserit. Secundò non obstat text. in l. actione. §. item qui societatem in tempus, in versic. ꝙ si tempus finitum est liberum est recedere. Primò; quia ista verba denotant potius factum quàm ius: nam continuando istum text. cum præcedenti hoc modo intelligi debet, ꝙ superius in §. præcedēti, qui incipit Labeo autem iurisconsultus dixit ꝙ si vnus ex sociis renuntiauerit societati eo tempore, quo interfuit socii, non dirimit societatem, vt si emimus mancipia ī dicta aliàs inita societate, deinde mihi renunties eo tempore, quo vendere mancipia non expedit, hoc casu teneri te pro socio, & ratio est; quia negotium, super quo contracta erat societas, finitum nō erat, ideo intempestiua erat renuntiatio. Demum sequitur versiculus, hæc ita accipienda sunt, si nihil qui dicit hæc ita accipienda sunt, si nihil de hoc in secunda societate conuenit. Postmodum sequitur. §. item qui societatem in tempus. qui. §. declaratur per præcedentem, & q dicit, ꝙ si societas in tempus contracta est, ante tempus renuntiando socium a se non se a socio liberat. Demum sequitur versicu. ꝙ si tempus finitum est, qui dicit, ꝙ si tempus finitum est, liberum est recedere: quia sine dolo malo id fit, qui versiculus declaratur per præcedentem. §. Labeo. vbi dictū erat, ꝙ si vnus ex sociis renuntiauerit societati eo tempore, quo interest socii non dirimi; quia negotium, ad quod societas contracta erat, expeditum non erat; tunc intempestiua est renūtiatio, & ideo renuntians tenetur actione pro socio, si nihil de hoc in secunda societate conuenit. Si autem conuenit; vt quia societas cōtracta est ad tempus, finito tempore, quantumcunque socii interfit non recedi a societate de facto; quia negotia expedita nō erant, puta quia durante societate emimus mancipia, quæ vendi non expedit socio, tunc si tempus est finitum, quantuncunque forte interfit non diuidi, nec vendi ipsa mancipia eo tempore, tamē liberum est ab ea recedere, & diuidere de facto ipsa mancipia, & ea vendere; quia sine dolo malo id fit, & sic loquitur ille versicu. quando finito tempore durabat negocium, ad quod contracta erat communio rerum emptarum durante societate, quas tunc vendere non expediebat, hæc erat ratio dubitandi in illo text. In casu autem nostro, vt ex puncto patet, negocium, ad quod societas erat contracta, expeditum erat, & merces venditæ, & pars lucri dicto Antonio assignata, meritò non contingebat dubitatio, vt ei de facto liberum esset recedere; quia iam recessum erat, & communicatio mercium non durabat; quia venditæ erant, & negotium, ad quod contracta erat ad tempus societas, finitum erat, similiter & tempus in societate appositum expeditum. Secundò; quia in casu nostro, ex quo Andreas in fi. anni, quo durabat societas ex conuentione, reddidit rationem Antonio, ac ei lucri partem persoluit, tacitè videbatur velle societatem vlterius non integrari; quia in commune collatio & eius quod aliter superlucratur non reddita ratione faciunt societatem præsumi, vt dicebant Oldradus, & Barto. in l. Titium & Meuium §. altero. de administra. tu. in casu autem nostro erat finitum tempus, erat etiam finitū negocium, ad quod societas cōtracta erat, similiter reddita ratio in fi. temporis, ac lucrum restitutum, quæ omnia simul concurrebant. Meritò quemadmodum contraria his faciunt præsumi animum societatis contrahendæ, eodem modo econtra, hæc faciunt præsumi contrarium, cum contrariorum eadem sit natura, vt instit. de his qui sunt sui vel alie. iur. §. videamus. ff. eod. l. j. & insti. de tute. in prin. Tertiò, quia sępenumero verba in iure impropriantur. vt dicamus recedere ab eo, quod nō durabat sicut in simili in verbo desinere, & in verbo amittere: vt l. fi. ff. de euic. & in verbo finiri, quod nunquam incipit, dicitur finiri. l. si extraneus. de condi. ob causam. Non obstat tertiū argumentum, vt tacito consensu intelligatur societas renouata, quia in casu nostro, vt ex prædictis patet, nullus neque expressus, neque tacitus vtriusque partis consensus interuenit, immo potius dissensus, vt ex prædictis clare demonstratum est, merito &c. Sextò quęro, vlterius, occurrit dubitatio, fratres, seu patruus, & nepos post mortem patris remāserunt vnus minor, & alter maior. Maior gerit negotia communia, postea ille minor maior factus incipit lucrari ex opera, & industria sua, & similiter ille qui erat maior, & continue erat solitus gerere negotia vtriusque, ita etiam facit ad præsens; quia dictus frater primus, seu patruus administrat, ita lucrum alterius fratris, seu nepotis sicut & suum, & pro communi vtilitate ponit, licèt forte magis in suam propter familiam quam forte maiorem habebat, & sic ille frater secundus lucra, quæ faciebat, communicabat, & dabat illi fratri prīo, & ille frater primus de lucris vtriusque faciebat, quod sibi videbatur. Modo dubitatur an iter istos intelligatur contracta societas adeo quòd no quæratur, si vnus plus fuerit lucratus, quàm alter, quando non constat aliter de intentione. Secundò dubitatur, an illud, quod ipse primus frater plus expendit pro sua familia, debeat sibi imputari, an verò debeat communiter ascribi, quasi sit contracta societas uitæ. Circa primum dubium facit, quia ex quo ille frater primus cōsueuerat esse negociorum gestor a principio vtriusque, antequam ille frater secundus aliquid lucraretur, & sibi aliquid cōmunicaret, videtur potius facta communio ex eadem causa, quam ex noua, quia a primordio tituli posterior formatur euētus. l. j. C. de impo. lucra. descrip. facit. l. fina. C. de dot. promis. & l. nihil. ff. de in rem verso. vbi licèt extraneus dotans, siue mater, siue frater, siue patruus dotando alias præsumatur donare, sed animo gerendi negotium neptis, vel sororis: cum a primordio tituli &c. vt supra puto quod in his multum attendantur coniecturæ, quia vt dicit Bald. in l. Nelennius. ff. de negot. gest. In his quæ dependent ab animo, multum valent coniecturæ. l. si cum aurum. ff. de solu. & dicta l. Nelenius. l. Procula. ff. de proba. l. dolum. C. de dolo. Et talis præsumitur meus, qualis ex actibus demonstratur, vt supra plene dictum fuit in hac 3. parte principali: & etiam in secunda parte. & ideo si frater secundus quæcunque acquirebat cōferebat fratri suo primo, seu patruo, & ipse frater primus, seu patruus idem faciebat secundo fratri de suis lucris, & communi nomine lucra vtriusque in communionem vtilitatem expendebat. Et ita per multa tempora facere consueuerunt non reddita, nec reuisa ratione de eo, quod alter superlucrabatur, intelligitur cōtracta inter istos societas, adeo, quod omnia acquisita ex his operibus, seu artificiis, vel industriis, vel aliter, quæ consueuerunt hoc modo communicare inuicem modo prædicto, erūt communia pro æquis portionibus, non attento quod habita consideratione aliqua, quòd vnus plus lucretur quàm alter, vt plene patet ex dictis supra in hac parte, maxime per ea quę dicunt Ricar. Malum. Iaco. de Aret. & Bartol. in dicto §. altero. adeo quod si contingat, quòd vnus ex dictis fratrib. puta forte frater primus seu patruus ex parte sui lucri emeret aliquid suo nomine, ex quo pecunia ex qua talis emptio fuit facta debebat esse communis per prędicta. Illud tale emptum vel communicabitur, vel saltem pro parte reficiet alteri fratri in diuisione medietatem pecunię, ad quod facit, quod dicetur infra in quinta parte principali in prima quęstione. Circa secundam quęstionem, quando plus est expensum pro victu communi pro vno, quàm pro altero, quia forte vnus non habebat familiam, alius verò habebat, vel vnus maiorem, quàm alter, nunquid quatenus plus est impensum per vnum, quàm per alterum pro familia sua possit repeti. Si ille, qui non habebat familiam, vel minorem habebat, erat minor, puto quòd possit repetere, ne aliàs videatur donare, quod ei non est permissum. C. si ma. fa. l. fina. §. fina. ff. de minor. l. in causę. §. item relatum. vbi dicit text. Si minor circumscriptus societatem coierit, vel etiam donationis causa, nullam esse societatem, ad hoc facit, quia nedum quòd minor intelligatur donare alteri alimenta, immo si pro minore plus ęquo per alium impensum est, non potest repeti ab impendente. l. officio. & l. ius alimentorum. ff. vbi pu. edu. de. si verò vterque

erat

erat minor,& ille qui habebat familiam & etiam ille qui nō habebat,vel habebat minorem,& ſtabāt in communi victu, & in eadem domo ad vnam menſam,an id quod plus eſt impenſum pro familia vnius,quàm pro familia alterius poſſit repeti? in hoc variæ fuerunt opiniones per id,quod dicit Bal.in l.ſi patruus.C. de nego. geſt. & in l.fin.C.de colla.& in c.ſi duo fratres in communi caſa poſt mortem patris remanſerunt, de fratribus nouo bene.inueſti. vbi de hoc dicit eſſe text. ſingularem & vnicum in iure. Quare iſta quæſtio dependet ab intellectu illius text. & iſta quæſtio indiget altiori indagine: ideo de ea dicemus aliàs infra in hoc opere plene quid ſentiamus in vigeſimatertia quæſtione.

SVMMARIVM.

1 *Societas diuiditur ſecundùm quòd inter ſocios conuentum eſt.*
2 *In ſocietate an valeat pactum: vt alter nullum damnum ſentiat lucrum verò ſit commune.*
3 *Societas quando eſt contracta,in qua vnus ponit operam & alter pecuniam, an pretium operæ ſit correſpondens interuſurio pecuniæ & non ipſi ſorti. & num. ſeq.*
5 *Societas ſi fuit contracta,& vterque ſocius poſuit pecuniam,vel vnus tantum,& ille qui poſuit pecuniam ſibi prouidit, vt damnum eſſet alterius, lucrum verò commune,an talis conuentio teneat,vel ſit vſuraria.*
6 *Societas ſi non apparet contracta, ſed ponens tantum operas vult aliquid certum pro opera ſua & non teneri ad damnum,an pactum valeat.*
7 *Societas ſi inter duos contracta ſit, quorum vnus ponebat operam & alter pecuniam,poſt longa tempora & multis præcedētibus ſudoribus non inuenitur niſi capitale ſaluum,an præcipuum debeat eſſe eius qui id poſuit.*
8 *Societas ſi inter dominum & colonum partiarium ſit contracta, & dominus locauit boues cum pacto, quòd ſibi ob illos boues daret. 10. minas grani quolibet anno, vltra quàm daret ſine bobus, an iſte contractus ſit vſurarius.*
9 *Mutuans pecuniam colono vt maiores fructus percipiat, vſurarius eſt.*
10 *Societas quando eſt contracta & de portionibus fiendis nil eſt conuentum, ſi vnus ponit operam tantùm, & alter pecuniam tantum,quomodo partes fieri debeant.*
11 *Quid ſi vterque ponit pecuniam, vel vterque operam, vel vterque mixtim pecuniam & operam,an damna & lucra æqualia eſſe debeant.*
12 *Fratrum ruſticorum ſimul habitantium ſi vnus plus de induſtria pro eo vel opera ponit,plus de fructibus habebit.*
13 *Boues ſi ſint deteriorati,cuius ſit periculum.*
14 *Filij fratrum ruſticorum impuberes ſimul habitantes aliquid pro eorum operibus recipere debent.*
15 *Filij ipſorum fratrum,vel vnus ex fratribus,ſi non poſuit totam operam,ſed partem;quia pro certa parte temporis operas ſuas locauit,quomodo fiet diuiſio fructus.*
16 *Quid ſi vnus ex iſtis fratribus ruſticis habet plures filios quàm alij, an in diuiſione debeat fieri conſideratio alimentorum perceptorum, ſi impenſa omnibus de communi ſit.*
17 *Quid ſi aliqui ex dictis fratribus vel filij fratrum habeant vxorem,qui lucris fecerunt ex eorum laboribus,an lucrum debeat eſſe commune, ſi dotes in communi poſuerunt.*
18 *Diuiſio quomodo fiet inter fratres & nepotes, qui eorum laboribus multa queſiuerunt,an per capita,vel per ſtirpes.*
19 *Diuiſio quomodo fiet inter fratres,ſeu inter patruum & nepotes.*
20 *Diuiſio quomodo fiet,ſi ruſticus deceſſit relictis tribus filijs,& certis nepotibus paruulis ex vno ex iſtis filijs, & ex alio magnis, & ex alio filio reliquit nepotes,& iſte ruſticus tempore mortis habebat animalia,quæ erant ſua,quæ in hæreditate ſua remanſerunt, & iſti filii & nepotes per multa tempora in ſimul ſteterunt,ita q̄ animalia pluries renouata ſunt, quæ diuidere volunt.*
21 *Diuiſio quomodo fiet clauſtri vel porticus communis duarum domuum,vnā quarum vendo aliam retineo.*
22 *Fratres plures ſi ſint qui diuidunt domum per partes, & in medio earum eſt clauſtrum,pars domus vni ſine clauſtro obuenit,alij aliæ partes domus cū clauſtro obuenere,an alius poſſit in clauſtrum venire.*
23 *Diuiſio clauſtri quod eſt inter domum tuam liberam & feudatarij quomodo fiet.*
24 *Puteus communis inter plures vicinos an diuidi poſſit.*
25 *Socij an dicantur fratres tres habentes hæreditatem communem, ſi vnus ſeparatim negotiatur & pro ſe lucra ſeparatim re ponit,alij duo laborant bona communia,quæ multum meliorauerunt, & an fratres,qui poſuerūt operas & ſumptus in meliorādo, pretium operarum ab iſto fratre,qui ſeparatim negotiabatur,rehabere debeant.*

CIrca quartam partem principalem, qualiter inter ſocios portiones ſocietatis ſint faciendæ. Concludendum,aut inter ſocios conuentum eſt expreſſe, qualiter partes ſocietatis fiant. Aut nihil eſt conuentū,ſed ℈cta eſt ſocietas,& de portionib. inter eos fiendis nihil nominatim actum eſt, aut ℈cta eſt ſocietas pro his portionib. quas vnus ex ſocijs arbitrabitur. Aut pro his portionibus, quas tertius cōſtituerit. † Primo caſu,aut nominatim cō uentum eſt,vt portiones ſocietatis æquę fiant, & tunc conuentio ſeruanda eſt.l. ſi non fuerint. in princ. ff. pro ſoc.ubi caſus, aut eſt conuentum,vt quis duas uel tres partes habeat, alter vnam, & tunc valet dicta conuentio in ſocietate, ſi modo alius quid plus contulit ſocietati,vel pecunię,uel operę, uel cuiuſcunque rei cauſa alterius,& forte aliter non tenet conuentio prędicta,ea ratione,quia ſocietas eſt quoddam ius fraternitatis, & licèt alias pacta tolerentur inter contrahentes, hęc tamen reprobantur. ff. depoſi.l.j.§. ſi conuenit .ff. pro ſo.l.ſi non fuerint.i.reſponſo.inſti.eo.§.illo.vel forte vt ait Albe. non valet conuentio ſocietatis uitę,ſed iure pactorum. Alij, vt Ioannes ſubaudiunt maxime, ſicut alibi.ff.de contrahen. emption. l. fundi. prima tamen ſententia placet Azoni in ſum. C. pro ſocio in §.in ſocietate.Idem tenet glo. in dicta.l.ſi non fuerint. 2 1.reſponſio.in uerbo ſocietate,in fine.† Aut eſt conuentum,vt nullam partem damni alterſentiat,lucrum uerò ſit commune, & tunc aut unus poſuit pecuniam, & alter operam, vel mixtim pecuniam, & operam: & ille qui poſuit operam conuenit,vt alter damnum ſentiat,lucrum verò ſit commune,& tūc plerunque tanta eſt induſtria ſocii, ut plus ſocietati conferat, quàm pecuniam,ſi ſolus nauiget,ſolus peregrinetur,ſolus pericula ſubeat, tale pactum valet, & ſeruandum eſt.l.ſi non fuerit.§.ita coiri.ff.pro ſo.Nec tale pactum ſapit uſuram: nam tanta erat opera illius,qui poſuit ſolam operam, uel mixtim pecuniam,& operam propter ſuam induſtriam,quòd correſponderet poſitioni quantitattis pecuniæ ex altera parte poſitæ,vt patet in.d.§.ita coiri.ibi ita demum valebit, vt Sabinus ſcribit,ſi tā 3 ta ſit opera, quantum & damnum eſt. † Ex quo infertur, licet regulariter quando eſt contracta ſocietas, in qua vnus ponit operam,alter verò pecuniam,pretium operæ intelligat eſſe correſpondens interuſurio pecuniæ,non ipſi ſorti: vt. l. cum duobus.§. ſi in coeunda. ff. pro ſoc. tamen prędicto caſu ipſa opera correſpondet ſorti,& interuſurio pecuniæ,quando autem opere poſitę,ex vna parte intelligantur reſpondere interuſurio pecunię poſitę in ſocietate ex altera parte, & quando intelligant correſpondere quantitati poſitę ex altera parte & ſic ſorti. In dubio hic, quòd operę intelliguntur correſpondere interuſurio pecunię poſitę ex altera parte:vt ff.pro ſo. l. cum duobus.§. ſi in coeunda,tamen aliquando opera correſpondet ſorti,quia plerunque tanti eſt opera, quanti eſt pecunia poſita in ſocietate, & ſic opera plerunque correſpondet ſorti, vt d.§. ita coiri. Quod quando ſit,quia huius certa regula dari non poteſt,arbitrio boni viri relinquēdum puto, inſpecta opera poſita ex una parte,induſtria,periculo perſonę, ac longo labore, puta ſi ſolus peregrinetur,ſolus ſubeat pericula,& longos ſudores,& inſpecta quantitate pecunię poſitę ex altera parte.l.ſi ſocietatem mecum.ff.pro ſo.& d.§.ita coiri.& hoc ſunt utilia ſcire. Nam ſi operę poſitę in ſocietate correſpōdent interuſurio pecunię, & finita ſocietate nihil ſupereſt,& ſic nō ſuper eſt capitale, uel caſu omnia ſunt concremata. Ille, qui poſuit operam, tenetur ad dimidium capitalis: vt d.§.ſi in coeunda. & hoc caſu intelligo Bal.in l.ſi patruus.C. communia vtri. iud. Aut operę poſitę in ſocietate correſpondent pecuniæ poſitę in ſocietate ex altera parte, & ſic ſorti, & tunc quicquid ſupereſt, commune eſſe oportet,quia hęc eſt natura ſocietatis, vt ſicuti lucrum,ita dānum ambo ſentiant,vt d.§.quidam ſagariam. in fi.& ideo ſi nō ſupereſt niſi pecunia poſita ex altera parte, & ſic ſors unius,uel pars illius pecuniæ, & ſic ſolū pars ſortis ſupereſt, quicquid ſupereſt inter ambos ſocios diuidi debet, & idem eſt, ac ſi quilibet poneret pecuniam.Si enim ille, qui ponit operam correſpondentem ſorti,perdidit opera,& conuenieus eſt quòd ille, qui poſuit pecuniam ſolum communicet eam, & ſic illa pecunia,quæ ſupereſt, diuiditur, & ſi caſu omnia ſint concremata, quemadmodum ille, qui ponit operā,perdidit eam totam. Ita ille,qui poſuit pecuniam,eam totum perdidit,& ita vult gloſſ. in d.l.ſi non fuerint.in verbo ſolus. aliàs ſequeretur abſurdum, q̄ unus totum perderet, & alter nihil, contra.l. ſi id quòd.in prin.& in §.item Celſus.ff.pro ſo. & contra dictum §. quidam ſagariam. & hæc puto uera, ſi opera poſita ex vna parte correſpondebat toti ſorti poſitæ ex altera & interuſurio ſortis.Exēplum,duo ℈traxerunt ſocietatē duraturā p triēniū, in qua unus ponebat operā,alter verò pecuniā,puta centum. Ille aūt,q̄ ponebat operā, erat adeo īduſtrioſus,& tot periculis ſuā perſonā exponebat,q̄ in fine triēnij tanta erat opa,quæ corrīndebat viri boni arbitrio toti ſorti & interuſurio ſortis:ſi aūt opera nō correſpondebat toti ſorti,ſed parti ſortis:& interuſurio ſortis.Exēplum,in fine ttiennii opera erat tanta quæ correſpondebat toti ſorti & interuſurio.† Modò ſocietas durauit ſolum per bien- 4 nium,quia vnus ex ſociis eſt mortuus, uel omnia in fine bienii ſunt concremata;tunc idem iuris eſt de parte quo ad partē, quod eſt de toto quòd ad totum, lege quę de tota.ff de rei ven. & ſic quatenus opera correſpondebat parti ſortis & interuſurio pecuniæ, de illa parte ſortis, cui correſpondent operæ poſitæ ex altera parte,fiat illa diuiſio,& idem iudicetur,q̄ dictum

Source : BIU Cujas

eſt de tota ſorte,quando operę correſpondent toti ſorti,de alia autem parte ſortis iudicetur idem, quòd dictum eſt de tota ſorte,quando operę non correſpondent toti ſorti. ſed intenſurio pecunię & iſtud videtur ęquũ, quæ ęquitas potiſſime in ſocietate conuenit obſeruari, cum ſocietas inſtar fraternitatis obtineat,& ſummam rationem in ſe debet continere. l. verum. in princip.ff.pro ſoc.hoc etiam videtur arbitrio boni viri conuenire,quòd maximè in iudicio ſocietatis obſeruatur.l. ſocietates contrahuntur.l.ſocietas. & in l. ſi ſocietatem mecum. & l. quid enim.ff.pro ſoc.atque iuri conſonum. Cum idem iudicari debeat de parte quò ad partem,quod de toto quo ad totum: vt dicta l.quæ de tota. Et ex his patet non obſtare, ſi diceretur, impoſſibile eſſe aliquo caſu operam poſſe correſpondere ſorti,& interuſurio ſortis. Cum nemo in principio ſocietatis poſſit eſſe tam diligens & virtuoſus; vt opera ſua correſpondeat ſorti alterius. Quia licèt a principio non ſit poſſibile operam ſocii cuiuſcunque diligentiſſimi & ſtudioſi hominis correſpondere toti ſorti,& interuſurio eius, vt ex ſe patet, tamen poteſt eſſe homo tam diligens,& induſtrioſus,& vitam ſuam tot periculis exponens,puta ſi ſolus nauiget, ſolus peregrinetur, ſolus pericula ſubeat,quòd ſua opera quaſi in principio correſpondeat interuſurio pecuniæ,& parti ſortis,& tractatu tẽporis maiori parti ſortis,& eius interuſurio,& in fine temporis toti ſorti poſitę ex altera parte,& eius interuſurio. Ponamus, eſt contracta ſocietas duratura per octo annos vnus ponit centũ, & alius operam,& induſtriam ſuam. Primò anno ſocietatis acceſſit ꝑ mercantiis vltra mare,& rediit, adeo quòd fecerũt maximum lucrum principaliter propter induſtriam, & operam & periculum,quo ſe exponebat ille ſocius,qui ponebat operam in ſocietate,licet opera ſua non poſſit eſſe tanta, quæ in primo anno poſſit toti ſorti,& eius interſurio reſpondere: tamen poteſt parti ſortis,& eius interuſurio correſpondere, & vlteriori tempore cum iterum accederet vltra mare pro ipſis emendis, & vendendis mercantiis correſpondebit opera ſua interuſurio ſortis & alteri parti eius. Cum plus de opera poſuerit, quando bis acceſſit vltra mare,& ſuam vitam pluribus expoſuit periculis,quã quando ſemel tantum, & in fine temporis tantum fuit operatus,tot periculis,& ſudoribus ſuam expoſuit perſonam, quòd opera ſua correſpondere poterit toti ſorti, & eius interuſurio.

5 † Et ex hoc infertur,quòd ſi contraximus ſocietatem tu & ego duraturam puta per octo annos, in qua tu ponebas operã & induſtriam,& ego ponebam pecuniam,cum hoc pacto, quòd damnum eſſet meum,ſi contingeret, lucrum verò commune: vt l.ſi non fuerint.§.ita coiri.ff.pro ſoc. & a principio ſocietatis caſu omnia ſunt concremata,vel nauis periculo deperdita tempore,quo opera tua non correſpondebat toti ſorti ſed parti & interuſurio eius,pro illa parte ſortis cui correſpondebant operæ iudicabitur idem,quod dictum eſt de toto,quando toti ſorti correſpondebant operæ,pro alia autem parte ſortis, cui operæ non correſpondent,ſed ſolum eius interuſurio indicabitur idem,quod dictum eſt de tota ſorte, quando opera correſpondebat ſolum interuſurio pecunię & non ſortis,cum idem ſit de parte quò ad partem,quod eſt de toto quò ad totum, & iſtud videtur ęquiſſimum & iuri conſonum. Nam ſi diceremus, ex quo interuenit pactum prædictum, ꝙ damnum eſſet meum lucrum verò commune,licèt a principio caſu fortuito omnia ſint concremata tempore quo operæ correſpondebant ſolum parti ſortis,& interuſurio totius, & non toti ſorti, tamen totũ damnum debet eſſe meum, quia ita conuentum eſt, tenendo opinionem,quam licèt gloſ.in l.ſi non fuerint. primo reſponſo.in verbo ſocietati,in fine.& Azo in ſumma. C. eodem in §. in ſocietate. Iſtud pactum eſſet contra naturam ſocietatis,quæ claudicare non debet,& per conſequens non valeret,vt dictis iuribus,vt ergo valeat,oportet,ꝙ opera & induſtria correſpondeat damno,& per conſequens interuſurio & ſorti : vt d.l.ſi nõ fuerint.§.ita coiri vbi caſus. Quatenus ergo opera correſpõdet ſorti,catenus damnum eſt meum. Abinde ſupra iudicandum eſt de reſiduo ſortis,quæ caſu fortuito periit. Idem quod dictũ eſt,quando opera correſpondet interuſurio ſortis, non enim eſt inconueniens æquitatis ratione: vt dictum pactũ prædicto modo interpretetur,ne ſit contra naturam ſocietatis,& vt magis valeat,quàm pereat. Et prædicta vera,niſi ille, qui ponebat operam in ſocietate,quæ debebat durare puta per octo annos, eſſet tantũ induſtrioſus,& tantum operaretur,ꝙ opera ſua ante lapſum biennii fuiſſet ſufficiens correſpondere toti ſorti alteri & eius interuſurio; nam tunc quemadmodum ſi ſocietas duraſſet vſque ad 8.annos prout contracta fuit & veriſimiliter durare debet,cum aduerſa fortuna non ſit cõſideranda : vt l.interſtipulantem.§.ſacram.ff.de verborum obliga. Ille qui ponebat operam poſuiſſet tot operas,quę correſpondiſſent interuſurio, & toti ſorti,& multo maiori quantitati,quàm ſorti,& interuſurio eius. Ita etiã ſi durauit minus, videlicet eo tpe quo,opera nõ correſpõdebat toti ſorti, ſed parti ſortis,& interuſurio. Conueniẽs eſt,vt dãnũ totum ſit alterius,cum ꝓriorũ eadẽ ſit natura l.cũ duob.§.quidã ſagariã.in fi.ff.de ꝓ ſo. Ergo ſi ſocietas duraſſet per 8.annos,ille,qui ponebat operam, poſuiſſet operas correſpondentes multo maiori quantitati quàm ſorti alterius, & interuſurio eius, ſic alter ſocius poſuiſſet plures operas quàm conueniens eſſet reſpectu ſortis alterius. Cum ratione prædicti pacti talis paciſcens dicatur plus percipere.ff.de contrah. emp. l.fundi partem. ita etiam econuerſo, conueniens eſt ex pacto prædicto,vt ſi ille qui ponebat operas, poſuit minores operas, quæ non correſpondebant toti ſorti ſed parti. Cum ſocietas caſu ante finitum tempus fuit finita, puta quia in ſecundo anno omnia erant concremata,& ſic minores operas, quàm eſſet cõueniens reſpectu damni. Tamen damnum ſit alterius,vt conuẽtum fuit ratione dicta,& per hanc rationem idem puto in caſu ſupra proximo,quando operæ in fine temporis correſpondiſſent interuſurio pecuniæ,& ſorti, licet non maiori quantitati, quàm ſorti,& interuſurio,quia propter pactum prædictum, ꝙ damnum ſit illius,qui pecuniam poſuit, lucrum verò ſit commune hic operas ponens cõicauit ſocio de lucro plus debito. Nam vbi debebat communicare ſolum, quatenus lucrum operæ correſpondebat lucro pecuniæ, hic communicauit totum. Abinde ſ̃.quatenus plus debebat exiſtimare lucrum operę quã lucrum pecuniæ,merito vice verſa ex pacto prædicto. Nec obſtat glo.in d.l.ſi non fuerint,quia ſuper illud pactum ſocius videatur ſe aſtringere ad plus debito. Tamẽ etiam propter illud pactum ſocius,qui communicabat totum lucrum prædictum ſe ad plus debito aſtringebat,vt patet ꝯ clarius in prima. q. vnũ cum reliquo compenſetur. Sed ſi lucrum operæ ſolum eſſet q̃tum lucrum pecuniæ, & ſic operæ correſponderent interuſurio pecuniæ,tunc bene putarem illud pactum, ꝙ damnũ ſit alterius,eſſe iniquum,& contra naturã ſocietatis, q̃ ſummã dẽt ꝙtinere æquitatem. Quæ qñ ſit arbitrio boni viri relinquendũ cenſeo,qđ in iudicium ſocietatis plurimũ verſatur.l.ſocietates. §.ſocietas.& l.ſi ſocietatem mecum.& l.quid enim.ff.pro ſo.& hoc vltimo caſu intelligo gl.in d.l.ſi non fuerint.de qua ſ̃.& p̃dicta tenementi,quia ſunt quotidiana & vtilia & doctores minus ꝑfecte declarant. † Sed primò quæro,quid ſi non apparet 6
contracta ſocietas, ſed ponens operas tiñ vult aliquid certũ ꝑ opera ſua,& non teneri ad damnum. Dic ꝙ tale pactum ſeu cõuentio valebit,nec erit contractus ſocietatis,ſed locationis operarum. Ita concludit frater Bartolomeus in piſanella ſuꝑ verbo.ſocietas,in fi. vbi ẽt dicit, ꝙ talis ponens operas põt paciſci non ſolum vt habeat aliquã certam ſummam pro opera ſua, & non teneatur de damno,vt ſ̃.dictum eſt. Sed ẽt, vt talem partem lucri habeat,& nihil de damno, qñ illam partem lucri nõ recipit vt ſocius, ſed vt locator operarum. Iſtud dictum vr̃ intelligendum,vt aliquid percipiat,q̃ apparet lucrum. Si verò non appareret lucrum, ſed damnum, & tunc nihil perciperet, quia lucrum dr̃ deducto damno: vt d.l.ſi non fuerint. §. Ariſto. & l.Mutius.ff.pro ſo.& inſti.eo.ti.§.de illa. Ergo ſi eſſet dãnũ,nõ cadit conſiderario lucri,& ſic cum nullum conſideretur eſſe lucrũ,tũc nihil ꝑcipiet. Aut ex utraque parte fuit poſita pecunia, & conuentum fuit, vt damnum alter ſentiat, lucrum verò ſit cõe,& ſic vt capitale vnius ſit ſaluum,vel ex vna parte fuit poſita pecunia,ex altera opera,& ille, qui poſuit pecuniam, prouidit ſibi,vt capitale ſuum ſit ſaluum,lucrum verò ſit commune, & tunc tale pactum vr̃ valere,nec vr̃ vſurarium, nec contra naturam ſocietatis,quia licet de natura ſocietatis ſit,ꝙ ĩter ſocios ſeruetur æqualitas: vt d.l.ſi non fuerint.in prin.& l. cum duob. §.quidam ſagariam.in fi. Ex pacto tamen ſimplicitatem ſuæ naturæ excedere poteſt,& per hoc videtur,ꝙ lucrum additum ſorti & ex negotiatione,& induſtria ſocii nõ ſit vſura.l.cum duobus.§.item ex facto.ff.pro ſocio. niſi eſſet lucrum taxatũ a principio, vt quinque pro centenario,& tunc præſumitur illicitum commertium ſemper ſaluo capitali,vt tenet glo.in d.§. item ex facto. Nam aliquis contractus iudicatur vſurarius ratione certi,& iudicatur vſurarius ratione incerti,de vſur. cap.nauiganti. verba ſunt Bald.in conſilio,quod incipit: In Dei nomine amẽ. viſo inſtrumẽto facto inter Vgolinum, Albertum & Fortunatum,ubi ex prædictis conſuluit, dictum contractum non præſumi vſurarium. Idem tenuit Albericus,ut refert Hoſti. in ſumma de uſu.§.an aliquò caſu. ver. quid ſi periculum pertinet ad recipientem inſolidum,qui dixit, quòd Albericus dixit,quòd de rigore iuris,& ex vi pacti, & de natura contractus approbati,& liciti talis ſocietas eſt licita. Nam pro maiori parte mercatores lucrantur,& iura ad ea,quæ frequentius accidunt, adaptãtur.ff.de legibus.l. nam ad ea. nec moueat te, quòd periculum pecuniæ ad recipientem inſolidum pertinet,& non totum lucrum: nam contractus ex conuentione legem accipiunt. ff.depoſiti.l.j.§.ſi conueniat.ff.de regu.iur.l. contractus.ff. ad l.aquil. l.ſi ſeruum.§.ſi calicem. ff. de contrahend. emption.l.fiſtulas.§. frumẽta. & ad hanc opinionem Alberici firmandam poſſunt multa adduci.primò,inſti.pro ſo.§.de illa. Secundò,quia in aliis contractibus videlicet pactum præter naturam contractus, vt damnum ſpectet ad ſuſcipientem,vt in commodato,& ſimilibus,ſecundum Ioan. Cald. & Petr. de Peruſio in capitulo fina. de vſuris.& Hoſtien.in dicto ver. quid ſi periculum, qui ſimiliter

Source : BIU Cujas

ter concludunt ſecundum ipſum Hoſtien. ꝙ quamuis talis ſocietas ſecundum Alberi. non iure ſocietatis, ſed vi pacti licita poſſit dici; tamen non eſt omnino æquali. Ideo in iudicio animæ conſulerem, ꝙ ſi is, qui pecuniam recepit, caſu fortuito ipſam amitteret, is, qui dedit, remittat, ſecundum Hoſtien. ibi, mihi tamen ſalua veriori determinatione videtur dicendum, ꝙ aut ille, qui ſibi cauit, ꝙ damnum eſſet alterius, plus contulit in ſocietate pecuniæ, vel alterius rei, & tale pactum valeat, nec ſapiat vſuram. l. ſi non fuerint. §. j. & 2. ff. pro ſoc. ibi. ita demum valebit, ſi tanti ſit opera, quanti damnum eſt. inſtitu. eod. §. de illa ibi, quia ſepe quorūdam hominum ita pretioſa eſt opera in ſocietate, vt eos iuſtum ſit meliori conditione in ſocietate admitti: vt l. ſi ſocietatem mecum. in fin. ff. pro ſo. ſocietas enim ſummam rationem habere debet, cū inſtar fratetnitatis obtineat. ff. pro ſo. l. verum. in princip. Conueniens ergo erat, ꝙ ille, qui plus ī ſocietate ponebat, plus perciperet: vt d. l. ſi ſocietatem. & d. l. quid enim. eodem titu. Ergo ex quo apponendo tale pactū, ꝙ damnū ſit alterius, dicitur plus percipere, vt l. fundi partē. ff. de contrahen. emp. & de ſeruis expor. l. ſi venditor. §. fina. prout conueniens eſt, ex quo plus ſocietati conferebat, meritò tale pactum validum, & iuris rigore & ſimul æquitate iudicari debeat, vt dictis iuribus, & hoc caſu intelligatur Bal. in d. conſilio, vel reſponde, ꝙ termini Bald. ſunt, quando vnus ſociorum ſuſcepit in ſe periculum certi caſus fortuiti, & ſic damnum non erat ex toto alterius, ſed ſolum ratione illius caſus fortuiti. l. fiſtulas. §. frumenta. de contrahen. empt. Aut non cōſtabat, ꝙ ille, qui ſibi prouidit, vt damnum eſſet alterius, & lucrum commune poneret ī ſocietate aliquid plus, vel pecuniæ, vel alterius rei, quàm alter. Sed erat dubium; quia forte alter ponebat in ſocietate operam, & ipſe ponebat pecuniam, & ille, qui ponebat pecuniam, ſibi prouidit, vt damnum eſſet alterius, & lucrum commune, & ſic ꝙ capitale ſuum ſit ſaluum, & tunc de rigore iuris videtur dicendum, ꝙ tale pactum validum ſit: vt d. §. de illa. verſic. & adeo. & loquatur Albericus. Quod tamen firmiter non aſſero iudicio ſanctæ matris eccleſiæ me ſubiiciens: de ęq-tate tamen fauore animę, ille qui dedit pecuniam ſcit, ꝙ plus non poſuit in ſocietate quàm alter, licèt ꝙ hoc non appareat, conſulendum eſt ei, ꝙ ſi pecunia perierit caſu fortuito, qui dedit remittat, & loquatur Hoſtien. Ioan. Cald. & Petr. de Peruſi. Cogitationes enim hominum omnipotēti Deo occultari nō poſſunt. capitu. in ciuitate. de vſuris. Idem dicendum eſſet, ſi ille, qui poſuit pecuniam, cauit ſibi, vt capitale ſuum eſſet ſaluū. Dubitatur, an plus in ſocietate poſuerit, quàm alter; quia forte alter ponebat operam. Nam in dubiis tutior via eſt eligēda. de ſpon. c. iuuenis. de homi. capitu. petitio. de cleri. excommunica. capit. illud. Aut conſtabat, ꝙ ille qui ſibi prouidit, ꝙ damnū eſſet alterius, & ſic ꝙ capitale ſuum eſſet ſaluum, non ponebat plus in ſocietate, neque pecuniæ, neque alterius rei, ſed æqualiter ambo ponebant. Puta, quia vnus ponebat centum, & alter ſimiliter ponebat centum, & tunc ex quo tale pactum, in quo ſocius ſibi prouidit, ꝙ capitale ſuum eſſet firmum, eſt cōtra naturam ſocietatis non valeat, vt voluit gloſſ. nota. in fin. l. ſi non fuerint ſuper verbo ſocietati, pro ſo. de precario. c. j. ff. eod. l. cum precario. & hoc modo intelligatur gloſſ. 14. q. 3. c. plerique, vbi traditur regula, ꝙ quando capitale eſt ſaluum, ibi cōtractus dicitur vſurarius, & iſtam opinio. tanquàm tutiorem fauore animæ tenendam arbitror, quæ cæteris rebus præferenda eſt. l. ſancimus. C. de ſacroſanct. eccle. Quid enim prodeſt totum mundum lucrari, ſi anima detrimentum patiatur? De ſimonia. cap. Matthęus. non obſtat d. §. coiri. & d. §. de illa. quia in dictis iuribus ille, qui ponebat operam, ſibi prouidit, ꝙ damnum eſſet alterius, lucrum verò commune, ponebat operam, & induſtriam ſuam in ſocietate, quæ tanti erat, quanti damnum eſt, vt patet in d. l. ſi non fuerint. ibi. ſi tanti ſit opera, quanti & damnum eſt, vt in d. §. de illa. ibi, quia ſępe quorundam hominum ita pretioſa eſt opera &c. Et ideo capitale illius, qui ſibi prouidit, ꝙ damnum eſſet alterius, lucrum verò commune, non erit ſaluum. Nam ſi ſuus conſocius, qui poſuerat pecuniam, ſuſtinebat damnum pecuniarum, iſte, qui ſibi prouidit vigore dicti pacti, ſuſtinebat damnum amiſſarum operarum, quod tantum erat, quātum damnum pecuniarum alterius: vt patet ibi, ſi tanti ſit opera, quanti & damnum eſt, & ſic expreſsè patet in dictis iuribus, ꝙ capitale non erat ſaluum, vel in d. iuribus ille, qui ſibi prouidebat ex dicto pacto, plus ponebat in ſocietate quàm alter, vt pater in d. §. ita coiri. ibi. plerunque. n. tanta eſt induſtria ſocii, vt plus ſocietati cōferat q̄ pecunia, vt d. §. de illa. ibi. qa ſępe quorūdā hoīum ita p̄tioſa eſt opera &c. Cōueniēs ergo eſt, ꝙ plus p̄cipiat q̄ alter, vt l. ſi ſocietatē. in fi. ꝓ ſo. ꝓut plus dicebat p̄cipere vigore dicti pacti vt s̄. ꝓbatū eſt. Nō obſtat. §. itē ex facto. qa ibi ſolum in caſu lucri prouiſum fuerat. Erat enim mercator, cui forma erat ſemper proſpera, damni autem nulla fuit facta mentio; quia minime fuit dictum, quòd capitale ſit ſaluum, vel quòd damnum alter ſuſtinebat; tunc ergo cum caſus omiſſus remaneat in diſpoſitione iuris communis. l. ſi cum dotem. forma. de condi. ob cau l. ſi extraneus. & de iure cōmuni inter ſocios, ſicut lucrum, ita dānū cōe eſſe oporteat, vt d. §. dāna fatalia. & d. §. quidam ſagariam. in fi. vbi caſus, merito inter iſtos ſocios licet damni nulla eſſet facta mentio, ſi tamen damnum eſſet, communicabitur pro ea parte pro qua cōmunicabitur lucrum. inſti. pro ſo. §. illud expeditum. vbi caſus, & hoc modo forte poſſet intelligi. d. §. item ex facto, ꝙ eſt menti tenendum. Ex quo no. ꝙ ſi fiat pactum de aliqua parte lucri præſtanda, idem pactum videtur factum in damno ſecundum Goffre. in libellis ſuis, in rub. quæ incipit, ſi aliqui ſocietatem. in §. nunquid amiſſa pecunia in fi. & Azo in ſumma. C. eo. in §. in ſocietate. per d. §. illud, cum contrariorum eadem ſit natura. de leg. iij. l. fi. & idē tenuit Bal. in d. l. 1. C. pro ſo. in iij. q. in ver. tu dic, ꝙ quatenus eſt commune lucrum, eatenus eſt commune damnum, & non aliter. Ex prædictis ergo patet, ꝙ in d. iuribus non erat factum pactum, ꝙ capitale vnius foret ſaluum. Si qui tamen vellent tenere opi. contrariam, ꝙ prædictus cōtractus non ſit improbatus, conſulo eis, ꝙ abſtineant a talibus contractibus, & ſi nolunt abſtinere, ſaltem ęquitatis ratione iudicio animæ, quæ cæteris rebus eſt præferenda: vt d. l. ſancimus. & d. c. Matthæus. ſequēdum eſt conſilium Hoſti. in d. §. an aliquo. verſicu. quòd ſi periculum eſt. & Ioan. Cal. & Petr. de Peruſio in d. ca. fina. de quo ſupra fuit dictum &c.

7 ¶† Secundò iuxta prædicta quæro, ꝫcta ſocietate inter duos, quorum vnus ponebat operam, & alter pecuniam, poſt longa tempora, & multis ſudoribus præcedentibus non inuenitur niſi capitale ſaluum, an debeat eſſe præcipuum eius, qui ipſum poſuit. Ex prædictis patet deciſio; quia ſi opera correſpondiſſet interuſurio pecuniæ, vt in dubio præſumitur, tunc capitale eſt illius, q ipſum poſuit. Quare enim deberet hēre ſocius meus pecuniam meā, & ſi tu dicis, qa ponit operā. Rn̄deo, ꝙ pretium operę intelligitur correſpondere interuſurio pecunię, non ipſi ſorti. Vnde vnus ponit commoditatē operæ, alter ponit commoditatem pecuniæ, non autem proprietatem. Finge. n. ꝙ ſi vnus ponit in ſocietate decē millia, nulla poteſt eſſe proportio, niſi de commodo operæ ad commodum pecuniæ non ad ipſam totalem ſortem. Præterea iſtud eſt expreſſum, quando ex vna parte ponitur ſpecies, puta pecus, ex alia opera paſtoris, ꝙ ſolum commoda & damna obuenientia ſunt cōia, non aūt ipſum pecus, vt l. cum duobus. ff. ſi in cōeunda. ff. pro ſo. vt dicamus in ſocietate poſitus potius vſus rei, quàm res ipſa ſecūdùm Bal. in l. 2. C. pro ſocio. ſi verò opera correſpōdet poſitioni quātitatis poſitæ ex altera parte & ſic ſorti, tunc ſi in diuiſione quæ fit poſt longa tempora, & multis periculis, ac ſudoribus præcedentibus non inuenitur niſi capitale ſaluum, ex illa parte ſortis, cui operæ correſpondent, debēt fieri duæ partes, & vna pars debet eſſe illius, qui poſuit operas, quæ perditæ ſunt, alia illius, qui poſuit pecuniam, quia ex quo operæ deperditæ non correſpōdebant toti ſorti, ſed parti: ſicut ille, qui poſuit operam, ſi in illis operis quæ parti ſortis correſpondebant, fuiſſet lucrum, debuiſſet diuidere per medium. Eodem modo ex quo ſunt deperditæ, damnum nō debet eſſe totum ſuum, ſed debet diuidi per medium. l. cum duobus. §. quidam ſagariam. in fi. & ſic vterque participaret de illo damno, ꝙ tunc participat, quando illā partem ſortis, cui correſpondebāt illæ operæ deperditæ, cōicat, vt ex prædictis patet. Quod tñ non vī tranſire ſine dubio, & pro clariori intelligentia rē exemplo ſubijciamus. ꝫxi ſocietatem cum quodam aurifice per octo annos duraturā, in qua ipſe ponebat operam & induſtriā ſuā, ego verò pecuniam, nec aliter conuentū eſt inter nos, qūo lucrum ac dānū diuidi debeat nec cōſuetudo regionis, aut ſociorum aliter apparet; quia tunc cōſuetudo regionis, ac ſociorum eſſet ſeruanda. Nam inter aurifices debet eo caſu ſeruari conſuetudo aurificum, vt in auc. de fideiuſ. §. fi. & de ędi. edic. l. ꝙ ſi nolit. §. quia aſſidua. & de fideiuſ. l. fi. ſecundum Bal. in l. 1. C. pro ſocio. in 3. q. & inter ſocios conſuetudo ſociorum. l. vel vniuerſorum. de pig. ac. quia quod conſuetum eſt fieri, tacite actum videtur. C. loca. l. licet. facit. d. §. qa aſſidua. & l. fin. & l. item quæritur. §. qui impleto. locati. Iſte artifex erat perſona peritiſſima, induſtrioſa, vigilans ac ſumme ſōl licita, adeo quòd vbi alij aurifices communiter conſueuerunt lucrari decem pro centenario anno quolibet vno cum reliquo compenſato, iſte lucrabatur xx. quolibet anno. contingit, quòd in fine quinque annorum caſu omnia perierunt, adeo ꝙ non remanſerunt niſi illa centum in ſocietate per me poſita, vel nihil remanſit. Quæritur modo, ſi illa centum, quæ remanſerunt, debeant eſſe præcipua mea, vel communicare debeam ſocio meo, & pro qua parte. & ſi nihil remanſit, an damnum dictorum centum florenorum debeat eſſe meum, aut diuidi inter me & ſociū meum debeat, & qualiter, & an ego tenear iterum imponere alia centū, vt perficiatur ſocietas vſque ad alios tres annos ſecundum noſtram conuentionem. Primo caſu, qñ ſola centum remanſerunt, concludendum videtur, ꝙ ſi caſus prædictus non contigiſſet, de. xx. lucratis quolibet anno x. attribuerentur operæ & pecuniæ mixtim, vt alij aurifices cōiter cō ſueuerunt lucrari. Reliqua x. excelſæ operæ & induſtriæ ac ſudori iſtius aurificis, de quibus reliquis x. operæ ſolum attri-

Source : BIU Cujas

Petr. de Vbal. De duobus fratribus.

butis, si ego fuissem consecutus quinque arbitrio boni viri, con ueniens est, vt si illa 10. attributa solum operæ sunt deperdita casu, quemadmodum si non fuissent deperdita, fuissem quinque lucratus, eodem modo ex quo sunt deperdita quinque reficiam socio meo, arg d.§ quidam sagariam. in fi in quo vbi lucrum ibi damnum, ex his quæ dicit Bal. in l.1. C. pro socio. in 3. q. ibi dum dicit, tu dic, quòd quatenus est commune lucrū, eatenus est commune damnum, & non aliter, & si de illis centum per me positis in societate debeam in fine prædictorum quinque anno. 25. reficere si tantum fuisset vltra 10. quæ essent quolibet anno mixtim operæ & pecuniæ secūdum aliorum consuetudinem attributa lucratus, & si illa quinque non fuissem lucratus, quasi reliquæ 10. quæ solū excelsæ operæ, & industrię, ac sudori illius aurificis attribuebantur, solū cedant lucro eius, quasi diuisio debeat inter eos fieri ex qualitate portionis: vt d.l. si non fuerint. secundum vnum intellectum, & sic ex quo ille aurifex plus ponebat operæ in societate, quàm ego ponerem pecuniæ, habita dicta consideratione plus de lucro percipere debeat, quemadmodum si fuissent duo, & vnus posuisset in societate solum centum & alter ducenta. Ille qui plus ponit in societate plus de lucro percipere debet: vt d.l. si non fuerint. secundū vnum intellectum, de quo supra patet, quia operæ precium & extimationem recipiunt, & illa extimatio & pretium loco pecuniæ subrogatur. l. cum duobus. §. si in cocunda. ff. pro so & sic habetur perinde, ac si ille, qui posuit operam, posuisset de pecunia tantum quantum fructabant illæ operę. Modo euenit casus ꝙ omnia perierunt, adeo ꝙ non remanserunt in societate nisi centum, vtrum debeant esse præcipua mea, qui in societate posui centum, & videtur dicendum ꝙ sic: vt capitale meum retraham, aliàs rehabeam, vt d.§ si in coeūda, tamen, quia ex quo non sum lucratus aliquid de reliquis 10. quæ solum fuissent operæ, & excelsæ industriæ, ac sudore illius attributa, ita non est conueniens, ꝙ damnum mei sentiam capitalis. Contrarium tamen videtur dicendum, & vt res clarius patefiat, ponamus exemplū, ego posui in societate centum, & aurifex ille operam, societas debebat durare ex nostra conuentione annis octo, in fine quinque annorum in societate reperiebantur ducenta, centum de capitali, & centum de lucro. Capitale erat meum, lucrum verò commune ęqualitatem proportionis considerando vt supra casu omnia perierunt, & non remanserunt nisi centum, quare magis dicuntur perijsse centum, quæ consistebant in lucro modo prædicto, quàm centum, quæ consistebant in meo capitali cum in vtroque erat quantitas, nec magis signata erat vna quam alia. Certe videtur, ꝙ ratio reddi nequeat, & ideo, vt diuisio dāni peædicti fiat ęqualitate seruata, quæ inter socios seruanda est, & boni viri arbitrio, quod in societate plurimū seruatur. Quinquaginta intelligantur perijsse de lucro, & quinquaginta de capitali, verum quia ille qui posuit centum, tunc esset in maiori damno, quàm ille, qui posuit operam contra omnem ęquitatē, quare si fuisset lucrum ex eo non percepisset nisi 25. considerando modo prædicto, & de dāno ipse ponit quinquaginta de suo capitali, & 25. de lucro, quod est valde inconueniens, & absurdum: quia quasi totum damnum esset illius, qui posuit pecuniā, & ideo diuisio debet fieri hoc modo, si fuisset lucrum centum, de quo supra considerando modo prædicto, ille qui posuit operam fuisset consecutus de illis centum lucratis 75. videlicet 25. pro parte operæ correspondentis interuturio pecuniæ positæ ex altera parte, & quinquaginta pro residuo operarum excellētium ac maximorum laborum vltra aliorum consuetudinem, & ille, qui posuit centum in societate, consequeretur de illis cētum lucratis 25. Modò ex quo ex illis ducentis simul tanquàm in vnum consideratis, vel ex 75. illius qui operam posuit, & centū. 25. illius qui posuit pecuniam, sunt casu perdita, centū quinquaginta cedunt damno illius, qui posuerat operam, qui in illo alias aceruo habebat 75. & sic remanēt sibi 25. & illo 75. & alia quinquaginta cedūt damno illius, qui pecuniam posuerat, & in illo aceruo habebat 125. & sic restant sibi 75. & hoc mō ęqua erit illius perditi diuisio, non ob §. si in coeunda, quia ibi ponebatur species in societate, hic quantitas. Si autem omnia perierunt casu, adeo ꝙ nihil remansit, tunc ille, ꝙ posuit operam, cui restabant in manu 25. illa ponit, & alter qui pecuniam posuerat ponit alia 25. & sic sunt quinquaginta. Verum quia sunt deperdita centū, & sic omnia, & per consequens alia quinquaginta. 25. debet contribuere ille, qui operam ponebat. & 25. ille ꝙ posuit pecuniam, & sic ille, ꝙ posuit pecuniam, debet refundi per alterū, qui operam posuerat in 25. & hoc modo ille, cui debebātur 75. si fuisset lucrum, ex quo omnia sunt concremata casu, illa 75. perdidit, & ille, cui debebant centū, 25. si fuisset lucrū, similiter alia 75. debet ponere, & quia vltra hæc deperdita erant pro communi causa alia quinquaginta, quæ erant illius qui habebat centū. 25. ille qui amiserat 75. debet refundere illi alteri, qui habebat centū. 25. & ista consideratio videt menti tenenda & doc. non ita declarant, & videtur huic materiæ conuenire, vt ęqualitas seruet, quæ permaximè inter socios conuenit obseruari. l. verū. ff. pro so. & hæc de primo & secūdo. Tertio casu nūquid ego cogar iterato ponere centum. ex quo ante finem temporis casu omnia sunt concremata. Dicit gl. in l. 1. C. eo ꝙ non; quia finita est societas. l. verum. §. fi. versi. res verò. coniuncta gl. ff. pro so. item quia videtur actū de ponendo semel, & non pluries. ff. pro soc. l. si socius pro filia. ver. nec si prior. secūdum Bald. in l. 1. C. pro soc. in 7. q. non ob. l. si non fuerint. in prin. ibi. ęquas eas esse constat; quia debet intelligi in dubio, in quo dubio operæ præsumuntur, alio non apparente, correspōdere interusuris pecuniæ ex altera parte positæ, vel intelligitur æqualitate proportionis, vt ille, qui plus ponit in societate, plus de lucro participat, & hoc arbitrio boni viri videtur conuenire, quod in societate plurimum versatur. l. si societatem mecum. ff. pro so. ibi dum dicit, ad boni viri arbitriū res redigenda est, & conueniens est arbitrio boni viri: vt non vtique ex ęquis partib. socij simus, veluti si plus alter operæ, industriæ, pecuniæ in societate collaturus sit. l. quid enim si Nerua. eo. ti. vbi tex. idem formaliter dicit, aliàs si diceremus, ꝙ opera semper solum ītelligeretur correspondere interusurio pecunię, adeo ꝙ ille, qui posuit operam, haberet medietatem lucri, & ille qui posuit pecuniam, haberet aliam medietatem lucri, plurima sequerētur absurda, & contra naturā societatis. Nam primò sequeretur, ꝙ si multo plus valet opera & industria quàm pecunia, vel econtra. ille, qui plus poneret, non plus perciperet, contra dicta iura & naturam societatis, vt patet per gl. superius allega. in d.l. si non fuerint. Secundò sequeretur aliud absurdum. ꝙ si vnus posuit in societate solum 10. puta in illo, qui contraxit societatem cum barbitonsore, qui eget modica pecunia pro sua arte exercenda, & barbitōsor operā, & lucrabatur 30. in anno. ꝙ ille, qui posuit pecuniā, consequeretur medietatem lucri, & aliam medietatem consequeretur ille barbitonsor, quod esset absurdum, & contra oēm ęquitatem, & naturam societatis, quæ summam debet habere ęquitatem: vt d.l. verum. Item aliud & forte maius sequeretur absurdum, ꝙ si essent sex mercatores, aut alij artifices, qui simul contraherent societatem, & vnius poneret mille in societate, & alij operam, ꝙ vnusquisque pro ęquali portione haberet, & sic iste, qui posuit mille, non haberet nisi sextam par. quia debet ęqualiter diuidere cum illis, qui posuerunt operam, hoc est qui libet pro virili, quod esset absurdum; quia cum plus multo posuerit in societate, qui posuit mille, quàm vnus sociorū, qui posuit operam, multo plus debet percipere, qui posuit pecuniam, vt lucrum suæ portioni correspondens percipiat, vt dictis iuribus. Vel si diceremus, ꝙ ille, qui posuit pecuniam, ęqualiter diuidit cum illis, qui posuerunt operam, hoc est illi quinq; ferant vnam partem lucri ratione operæ, quorum vna opera reputet, & ille, qui posuit pecuniam, alteram, posset maius sequi absurdum, pone ꝙ esset vna ars, quæ cum modica pecunia fieret, quia principaliter consistebat in opera. Modo vnus posuit in societate 20. quæ pro dicta opera & arte sufficiebant, & quinque operam, vt posset in barbitonsoribus ꝓtingere: esset ne conueniēs, ꝙ ille, qui posuit in societate solum 20. mediam lucri ferret, & reliqui, qui sunt quinq;, qui posuerūt operam, quæ plus potest valere media opera vnius solus, quam interusurium dictæ pecuniæ, non ferant nisi aliam medietatem lucri, certè non, immo, vt ex se patet, esset iniquissimum, & contra dicta iura, & naturā societatis quæ summam debet continere ęquitatem, & ideo p̄dicta distinctio, quam feci, videtur iuri & ęquitati conuenire, vt siue sit contracta societas, in qua vnus, vel plures ponūt operā, & alter pecuniam, nec apparet de alia consuetudine regionis, seu ipsorum sociorū inter eos, partes lucri & damni fiant ęquales ęqualitate proportionis, vt ille, qui plus posuit operæ, industriæ, vel pecuniæ, plus arbitrio boni viri consequat, quod in societate semper verſat: vt in dictis iudib. licet in dubio aliter nō apparente portiones inter eos debeant fieri ęquales ęqualitate quantitatis: & hoc modo intelligit. d. l. si non fuerint. & Bal. in l. 1. in 1. q. C. pro socio. † Tertiò quæro, erat contracta societas inter dominū & colonū partiariū: vt l. cum duob. §. si in coeūda. ff. pro so. Modo dominus locauit boues cū pacto, ꝙ sibi propter illos boues daret 10. minas grani quolibet anno vltra quam dat res sine bob. an iste contractus sit vsurarius, quid dicendū. Dici potest, ꝙ aut sunt operæ boū, & licitus est contractus: nam boues deteriorant, & pericula domini sunt. ff. loca. l. in naue Sāfeli. secus si starent periculo eius, cui locati sunt. Nam etiam tūc contractus illicitus erit: & ita sentit Ant. de But. & Io Cal. in d. c. fi. alleg. d. c. pleriq;. 14. q. 3. de qua materia plenè vide in sequenti parte principal. q. 24. sed nunquid si dominus mutuauit pecuniam colono, vt ei de maiori parte fructuum respondeat, dicat vsurarius. Dicendū est ꝙ sic, ar. eius quod dicit Io. Cal. in d. c. fi. de vsu. de eoq; mutuat pecuniā Titio, vt vadat ad molēdinū, vel furnū, vel ītret scholas suas, alias nō mutuaturus. vide qđ no. do. in l. rogasti. § si tibi. ff. si cer. pe. & si ex hoc recipit ↄmodū, vel vtilitatē, q̄ posſit pecunia ęstimari, est vsurarius, & tenet ad restitutionē, & non de mercede, quā dat sibi Titius pro labore, q̄ ēt daret alter. Sed de vtilitate q̄ habet alius. puta: qa ex hoc molēdinū, vel furnū, vel scholæ hñt maiorē ↄcursū ꝑsonarū, & est maioris famæ. Ista. n. bñ pñt pecunia ęstimari, videlicet tm̄ quantū

sibi

sibi reputat,vel reputare debet illud commodū vel honorē pp hoc,quod Titius iuit ad molendinū,furnū,vel intrauit scholas suas,q̄ non fecisset,si pecunias non mutuasset. Sed est subtiliter aduerten.cui debeat fieri huiusmodi restitutio.Illi enim cui prę stat seruitium non;quia ex hoc sibi nihil periit nec præstitit do mino molendini aliquam vtilitatem ex illo mutuo,quam alte ri non præstitisset etiam sine mutuo, non igitur locupletatur ex hoc,hoc ergo casu puto, ꝙ restitutio pauperibus sit facienda,qui semper succedunt,ex quo fienda est restitutio,& nō con stat,cui debeat fieri,extra de vsu.c.cum tu ſm ipsum lo. Cald.in
9 d.c.fi.¶†Primo tñ casu de eo, qui colono mutuauit pecuniam, vt maiores fructus perciperet, puta, quia consueuerant coloni in illis partibus respōdere de tertia parte fructuum. Iste autem colonus propter mutuum sibi factū respondet de medietate,illud plus ꝙ abest colono propter dictū mutuū ipsi restituendū puto,vt d. c. cum tu. de qua materia vide in sequenti parte in
10 xxiii.& xxiiii.q.¶†Secundo casu,qñ ꝯcta est societas & de portionibus fiendis nihil nominatim est conuentum, aut vnus po nit pecuniam tantum,& alter operam tantum, aut vterq; operā,& vterq; pecuniam,aut vnus mixtim pecuniam,& operam, alter operam solū,aut econtra vnus pecuniam tantū,alter mix tim pecuniam,& operam,aut vterq; mixtim pecuniam & ope ram.Primo casu quando vnus ponit pecuniā tantū , alter opera tantū,& tunc in dubio intelligitur,ꝙ veniant ęquis portio nibus,nisi aliter actū sit,ſm Bal.in l.j.C.pro socio,& est casus in l.si non fuerint.in prin.coniuncto.§.i.ſm vnum intellectum.ff. pro socio.Nam ibi vnus ponebat pecuniam alter operā: vt patet ibi,plerunq; enim tanta est industria,vt plus societati con fe rat,quam pecuniā,& partes societatis bene fiebant: vt patet ibi in prin.ibi.æquas eas esse constat , & hoc modo intelligit eam Bal.in l.i.C.pro so.& intellige æquas æqualitate quantitatis, vt quilibet habeat dimidiam,& hoc potest deprehendi ex principio illius tex.iuncto ver.sequenti , ibi si verò placuerit : vt quis duas partes &c. vbi qūo prædicti socii nolunt diuidere æqualiter,sed vnus vult percipere maiorem portionem q̄ alter,necessę habent verbis exprimere,vt patet in d.ver.si vero alter.qui se quitur post princi. Sequentia enim declarant præcedentia. l. quemadmodum.ff.ad l.Aquil.insti.eo.tit.§ hoc tñ capite.& insti.de rerum diuisio.§.item lapilli.l.nihil, de cōiungen. cū emā. lib.Sed intelligendo æquas æqualitate proportionis ſm alium intellectum,de quo supra patet in tertia parte prin.dic vt supra dictum est , conuentum, vt vnus damnum ferat,lucrum verò sit commune,maxime in i.q.& ideo videtur æquius, vt patet.
11 ¶†Si autem vterq; operam,vel vterq; pecuniam, vel vnus mix tim pecuniam,& operam alter operam tantū,vel econtra vnus pecuniam tantum,alter mixtim pecuniā & operam, vel vterq; mixtim pecuniam,& operam, & tunc damna & lucra æqualia sunt,si aliud non sit actum,& intellige æqualia æqualitate proportionis,idest quotitatis,non æqualitate quantitatis,verbi gra tia vnus ponit duas partes,alter tertiam , nam in lucro & damno quilibet debet habere partem correspondentem ei , quod posuit in societate,si de hoc nihil est aliud expressum , quasi inter eos hoc tacite actum intelligatur,vt qui plus æris & periculi sustinet,plus emolumenti expectet.ff.pro socio.l. quid enim. l.manifestissimi.§.cum in 2.C.de fur.& d.l.si non fuerint.secundum alium intellectum quem ei dat Nic.de Mat.in d.l.i. C.eo. qui intellectus licèt non applaudeat literę d. leg. si non fuerint. quæ alium recipit intellectum,vt supra patet, tamen est verissimus in se,& not. secundum Bald. in l. i. vbi etiam dicit, quòd si operam,& industriā alterius,puta si solus nauiget , solus subeat pericula,solus stet fixus ad apothecam & similia,plus percipere debet arbitrio iudicis relinquendo,ac si hoc esset expresse actū. ff.pro socio.l.si societatem mecum.& l.quid enim,quod est no. & verissimum:quia ad partes societatis faciendas attendenda est opera & industria personarum , vt qui de industria & opera plus ponit,plus de fructibus percipiat : vt d. l. si societatem me-
12 cum,& d.l.quid enim.¶†Quod facit pro rusticis, simul habitantibus,vt qui plus de industria & opera ponit, plus de fructibus percipiat,& ideo consuluit Bart.in q.de facto inter Cinciarellum & Vanutium fratres,qui simul habitabant,& quosdam boues communes habebant,& dictus Cinciarellus habebat duos filios, qui laborabant cum dictis bobus quasdam possessiones aliorum , & ex eis prædicto laboritio medietatem fructuum perceperunt · Modò quæritur , quomodo fructus prædicti veniant diuidendi inter eos. Ad istam quæstionem oportet primò videri & considerari , quòd isti fructus triplici ratione debentur. Primò ratione operarum exhibitarum a personis prædictorum . Secundò ratione operarum exhibitarum à 13
dictis bobus . Tertiò ratione expensarum factarum scilicet in semine, messoribus & aliis oportunis, cum ergo de diuisione dictorum fructuum tractetur. Hoc enim oportet, vt prius detrahatur de dictis fructibus omnis impensa facta ab eis. l.si vnus ex sociis.§.si quid vnus.ff.pro socio.licèt Bar. nihil alleget,& sic si impensa facta fuit pro æquali a dicto Cinciarello & Vanutio , ita communiter pro æquali portione reuertatur. Nullus enim casus est,in quo talis deductio non fiat. l. fundus. in prin.ff.fami.ercis.de residuis fructibus debet detrahi,quod tā geret pro portionibus bouum , & sicut boues sunt æqualibus portionibus communes, ita illud communicetur. Nam illud quod quærit res communis , quærit dominis pro ea portione, qua domini sunt l. communis seruus. in fi.de acquiren. possess. ff. de residuis fructibus debet fieri diuisio in capita scilicet, vt quilibet dictorum fratrum & filij dicti Cinciarelli totum habeant seu percipiant.Cum enim dicta pars fructuum cedat pro operibus ipsorum, illud quod quis lucratur ex opera sua debet habere pręcipuum,vt in l.cum duobus.§.si fratres.ff.pro soc.ver ba sunt Bar.in d.consi.quod incipit Cinciarellus. Aduertendū est , quòd quandoque duo fratres mutuò præstare habent prædium commune. Item acceperunt quædam prædia ad laboritium , & vnus eorum habet duos filios , qui similiter laborant. Modò tam de fructibus rei communis , quàm laboritij multa acquisiuerunt, quæritur , qualiter debeat fieri diuisio inter eos, cum postea veniant ad diuisionem. Respondeo considerandum est,aut loquitur de fructibus rei communis , aut de fructibus rei conductæ . Primo casu aut loquimur respectu medietatis fructuum,quæ debetur respectu proprietatis fundi,& illa diuidatur solum inter ipsos duos fratres , qui sunt proprietarij illius rei:vt d.l.cum duobus.§ si in coeunda . Aliud de alia dimidia,quæ pro iure laboritij percipitur pro cultura,& cura , & illa diuiditur inter omnes quatuor; quia societas est istius naturæ, quia diuidit lucrum operarum in capita non in stirpes . Secundo casu idem dico,ꝙ diuiditur in capita non in stirpes,secundū Bald.in l.i.C.pro socio.quia societas respicit capita eorum, qui operam ponunt in societate, præsupponendo ergo quòd omnes sint in hoc actu operarij,cuilibet debetur portio.Nec enim debet obesse istis duobus filijs, quòd filij sunt, nam ex suis laboribus sibi quærere possunt.C.de bonis quæ lib.l.cum oportet. §. si etenim.secundum Bal.in l.si patruus.C. com. vtri. iu. Tamen hic est aduertendum;quia si laboritium fuit factum cum bobus communibus duorum fratrum.Bar. consuluit portionem pro bobus ipsis fratribus,quorum erant boues,debere attribui: vt su pra patet:sed Bald.in d.l.i.C.pro soc.& in capitu.i . de benef fra. in vsib.feud.dicit,quòd si sunt socij omniū , quæ acquirūt cum personali labore opera bouum videtur accedere personali labori,& sic infert , quòd pro ipsis bobus non detrahatur portio: tamen ipse ibi dicit, quòd aliquando consulendo adhęsit opin. Bar.magistri sui tanquàm suis discipulus: sed puto dicendum, quòd quemadmodum filius quando cum pecunia patris & ope ra sua aliquid lucratur,pars lucri tribuitur pecuniæ , & pars alia operæ filij , adeo quòd videtur aduentitium filij , vt habetur in l.cum oportet.§. i. de bonis quæ lib.ita etiam hoc casu , nam ex quo filij lucrum faciunt cum bobus patris,& eorum opera,pars lucri attribuitur bobus,& pars eorum filijs.

Præterea de hoc videtur casus in l.si vnus. §. si quid vnus. ff. pro socio. vbi si est impensum ab vno sociorum vtiliter de ipsius ꝓprio illud cū interesse suo repetere poterit,sed interest ipsorum fratrum, quorum erant boues; quia si operæ boum fuissent locatæ,ipsis fructassent:vt l.cum duobus . §. si quis ex socijs. ibi.iumentorum vecturas. ff. pro socio. Sed quanta debeat esse portio , quæ pro bobus attribuitur , arbitrio iudicis relinquendum puto . Et hæc credo , quando periculum & detrimentum boum pertinet ad dominum ipsorum . Si autem non pertinet ad ipsum;quia vult sibi saluare valorem boum,tunc puto,quod non debeat recipere fructus pro bobus ; quia esset vsura , argu. eius quod no.Ioan.Cal.in d cap.fina.de vsu.si autem periculum boum est commune;vt quia occasione communis laboritij deteriorati sunt,& sic occasione societatis.l.socii qui in e.§. socijs cum resisteret.cum l.sequenti.ff.pro soc.lucrum etiam commune esse debet.l.cum duobus.§ quidam sagariam.in fi.ff. pro soc. l.manifestissimi.§.sed cum in 2 .C.de fur. Tamen pro quota parte lucrum debet esse commune,& sic pro quota parte diuidi debeat inter socios,quia conueniens videtur & iustum , vt qui posuit boues aliquid plus pro eis debere percipere , quàm alter, argum.dic.§.si quid vnus.arbitrio boni viri relinquendum arbitror , quòd maximè in iudicio societatis versatur . l.societates contrahuntur.§.societas.& l.si societatem mecum.& l.quid . n. ff.pro soc.societas enim summam rationem habere debet.l. verum.in prin.ff.pro soc.quæ summa ratio est, vt ille, qui plus ponit in societate,plus de lucro participat:vt d.l.si non fuerint. & d.§.societas.& d.l.quid enim . ergo qui vltra operam posuit boues,aliquid plus debet percipere de lucro quàm illa, qui posuit operam solum..

†Quartò quæro,quid si boues sunt deteriorati , vel in totum perierunt. Dic, quòd periculum & damnum eorum dominum sequatur,nisi alter conuenerit.l.si id quod vnus.in prin.& in §. item Celsus tractat. ff pro soc. vbi enim lucrum,ibi periculum esse debet,vt in iuribus supra allęg.Sed lucrum boum in dubio est domini eorum,ergo & periculum,quod intellige,nisi culpa alterius ex socijs contingeret;quia tunc periculum sequitur culpabilem.l.cū duob.§.quidā sagariam.in fi.vbi casus, vel nisi bo-

Source : BIU Cujas

ues essent positi in societate: quia tūc ratione societatis commune esset periculū, de quo infra in seq. parte principali in 24.
14 & 25.quæstionibus.† Quintò quæro, quid si filij fratrum erant impuberes an aliquid pro eorum operibus recipere debeant,dicendum est,quòd sic:quia etiam impuberum aliquæ operæ esse possunt.l.cęterum.ff.de rei vendi.l. fi. ff. de libe.causa.nisi sit infans.ff.de oper.seruorum.l.fi.§.si minor,quantos autem fructus pro eorum operibus percipere debeant, cum non possint tantum laborare sicut maiores,arbitrio iudicis est relinquendum, vt qui plus de opera ponit,plus de lucro participet:vt l.si societatem meeum.& l.quid enim.ff.pro so.in dubio tamē videtur, ꝙ confundantur cum expensis in illis,qui aliquid operantur,vt sunt rustici.facit quod dicit Bald.in l.si paterno.C.de nego gest.
15 † Sextò quæro,quid si vnus ex illis fratribus,vel vnus ex filijs fratrum non posuit operam totam,sed partem, puta, quia pro parte temporis stetit simul cum alijs ad laborandum,& pro alia parte locauit operas suas,puta cōduxit se in ciuitate cum aliquo ciue,& alij remanserunt domi ad laborandum. Dic, ꝙ ille, qui locauit operas suas,si est filiusfa.lucrum,quod ipse facit, dicitur suum aduentitium:vt not in l.cum oportet. §. 1. C.de bo. quæ libe. Quod intellige verum, nisi ipse filius non reddita ratione ipsum lucrum cōsueuit ponere in communi pro laboritio, vel alia communi causa ad ipsum laboritium,puta erāt rustici, qui rarò habent pecuniam,vt dicit Bal.in l.ęden.C.loca Egebāt pecunijs pro messoribus,vel pro indumentis, vel pro instrumentis laboritij,& ideo vnus ipsorum locabat operas suas, vt posset suppleri necessitati laboritij. Alij verò in laboritio operam totam imponebant:tunc enim credo, ꝙ lucrum filiorum, quod factum fuit ob causam prædictam & necessitatem laboritij positum in communi,non sit eorum præcipuum. Sed tunc partem fructuum ferant, ac si continuo in laboritio laborassent, quod enim operibus deficiebat, supplebant pecunia, ideo si operam posuissent,ad diuisionem fructuum venire debent,arg.l.si societatem mecum.ff.pro so.& hoc, quando ex coniecturis apparere potest,quòd iste filius operas suas locabat, nō vt lucraretur pro se,sed causa supplendi necessitati laboritij,tanquam societas esset inter eos,quòd ex varijs circunstantijs hincinde iudex poterit arbitrari. Si verò est frater, aut inter eos, non est contracta societas lucri & quæstus: vt l. coiri. ff. pro soc. vel omnium bonorum. vt l. 2. §. cum specialiter. eodem. titul. & tunc lucrum,quod fecit, est suum. l. cum duobus. §. cum duo. ff. pro soc.& cum veniunt ad diuisionem fructuū laboritij,prout quisque posuit operam totam vel partem,eatenus ferat proportionabiliter de fructibus:vt l.si societatem mecum.& d.l.quid.n.& voluit Bal.in quadam apostilla in d.l.si non fuerint.§. 1.nam labor & pecunia diuisionem recipiunt.l Seio.de an.leg. si autem inter dictos fratres esset contracta societas lucri & quæstus. puta, quia quilibet quicquid ex opera & industria qꝛærebat, non reddita ratione communicabat, quo casu ex opera & industria quærebat,non reddita ratione communicabat,quo casu ex reciprocis actibus tacitè lucri & quæstus intelligetur contracta societas:vt dictum fuit supra in 2.parte principali vel erat contracta societas omnium bonorum,& tunc quæstus & lucrum, qđ ex opera cuiusque descendit,communicari debet inter ipsos fratres socios:vt l.coiri.cum seq. ff. pro so. Si omnium bonorum, omnia vndecunque prouenientia communicantur: vt d. §. cum specialiter. Est etiam aduertendum,ꝙ supra proximo mēbro dictum est de filio,qui locauit operas suas, vt suppleret necessitatibus laboritij magis animo diuidendi fructus quàm quærendi sibi lucrum,vt supra patet.
16 † Septimò quæro, quid si vnus ex illis fratribus habet plures filios,quàm alii,an in diuisione debeat fieri consideratio alimentorum perceptorum, si impensa fit omnibus de communi. Hic ꝙ si aliqua opera percipiebatur ab istis filiis pueris maximè quæ essēt plenè digna alimentis, aliqua restauratione alimentorum perceptorum fieri non debet, sed si ab eis non percipiebatur aliqua opera,tunc bene posset repeti saltem à parte pupillorum,secundum Bald. in l. si paterno.
17 C.de neg gest.de quo latius dicetur in 6.par.prin.† Octauò quæro,quid si aliqui ex illis fratribus,vel filij fratrum habebant vxores,quæ lucrum fecerūt ex eorum laboribus, an lucrum debeat esse commune,si eorum dotes posuerunt in communi,ꝙ videtur:quia vxor tenetur operari in domo eius,a quo recipit alimēta,vt est glo. in l.sicut. ff. de ope.liber. Ergo ex quo a communi alimenta percipiebat,in communi quicquid acquiritur ex qua cunque opera acquirat ponere debet,& istud videt esse de mente Bar.in l.Cayo Seio.in fi.ff.de alimen.& ciba. lega. qui dixit,ꝙ mulier debet facere omnia in domo hæredum, a quibus percipit alimenta non iure legati, & idē videtur esse de mente Ang. in l.1.C.de lega. vbi dicit, ꝙ vbi quis debet alimenta percipere non iure legati, sed ex alio capite;tunc omnia opera possibllia ad vtilitatem domini cedunt per d.l.sicut patronus. ff. de oper. liber.& idem videtur velle Ang.in l.assiduis.C.qui pot.vbi dicit, ꝙ omnia opera mulieris cedunt lucro mariti, a quo debet alimenta percipere.Idem videntur tenere Canonistæ in c.cum in officijs.de test.Sed videtur,ꝙ obsequi alia seruitia in domo eius a quo recipiunt alimenta,debeant operari secundùm qualitatē personarum. Sunt autem quædam operæ paruæ ęstimationis, quas similiter debet operari,ar.l.in rebus. ff.commo. §. pe & ff. sol.mat.l.si cum dotem.§.finautem in §. seuissimo. Cęterum si mulier faceret aliquam artem,vel mercantiam, vel esset cirurgica, vel obstetrix, quæ quidem non sunt operæ domesticæ & familiares,id, quod acquirit ex istis operibus non acquirit ei, a quo recipit alimenta & istud videtur esse de mente Bald.in l.si vxorem.C.de condi.inser.dum quærit, an mulier in domo viri operari teneatur,a quo recipit alimenta, & facit prædictam distinctionem,quam puto veram.Credo tamen,ꝙ si mulier propter operas fabriles,vel artificiales.quas exercebat, non poterat præstare obsequiales,quas mulieres secundum qualitatem personarum præstare consueuerunt,ꝙ tunc pars prædicti lucri debebat communicari arbitrio boni viri:debet enim sibi compē sare partem lucri cum alimentis,ar.l. si quis a liberis. § sed si filius.de lib.agno.& l.cęterum.ff. de rei vendica. Possuisset enim operas obsequiales ad vtilitatem eius a quo percipiebat alimenta,quas operas ponere non potuit propter fabriles & artificiales:vt supra patet. & operepretium & ęstimationem recipiunt vt d.l.cum duobus.§.si in cocunda. Plus etiam videtur dicendū ꝙ si prædicti erant rustici, & vxor vnius ex eis exercebat opera rusticalia,sicut masculus,vt interdum faciunt rusticæ mulieres: quæ ligonizant,arant, & metunt, & alia rusticalia exercent, ꝙ ista mulier debeat de fructibus perceptis pro operibus suis deducere partem,argu.eius quod dictum fuit supra in 3.parte principali.in 3.quæstione.Non obstat,quòd ipsa percipit alimenta de communi;quia & alij masculi similiter alimenta percipiunt de communi.Nec obst.ꝙ debet operari in domo eius, a quo recipit alimenta;quia videtur intelligendum de operibus obsequialibus per id quod supra,dixit Bal.& hæc puto vera de iure:tamē videtur,quòd consuetudo seruet contrarium;quia mulieres nihil de portione fructuum percipiunt, & prædicta tene mentis; quia sunt quotidiana & doc.non tangunt. Tertio casu quando contrahitur societas pro portionibus,quas vnus ex contrahentibus,vel tertius constituit,& intelligitur, ꝙ portiones societatis arbitrio boni viri fiant, vt non vtique ex ęquis partibus socij simus,veluti si alter plus operæ vel industriæ, vel pecuniæ in societate collaturus sit.l.si societatem mecum. & l. societatem. ff. pro socio. illud enim conueniens esse potest boni viri arbitrio,ut non utique ex ęquis partibus socij simus.l.quid enim. ff.
18 pro socio.† Nonò quæro,fratres,& nepotes multa eorum laboribus quæsuerunt,quomodo fiat diuisio inter eos, an per capita,uel in stirpem Bal. in consulendo sic formaliter dicit in prædicto ca in Christi nomine amen. Lucra socialia ęqualiter inter socios diuiduntur, id est in capita seu numerum personarum;quia ista est natura societatis in dubio ut partes sint ęquales.ff.pro so. l. si non fuerint. primo responso: etiam si non essent ęqualis industriæ,uel ualitudinis, quia species fraternitatis est societas, quòd sicut inter fratres res sunt ęqualiter diuidendæ,nisi aliud actum sit,ita inter socios.ff.pro socio. l. uerum, & sicut naturaliter unus fratrum debet procurare commodum fratris. l. creditor. §. fina.ff. mand. Ita & socius communi lucro studere debet.ff.de nego.gest.l.si negotia Cum ergo isti fuerint socii laborum,sic etiam lucrorum æquo iure diuidendorum, & de facili præsumitur societas accidentalis,vbi reperitur naturale consortium & sic commercium sequitur consortium accedentale adiunctis tamen actibus indicantibus societatem. ff.pro soc.l cum duobus.§. si fratres. quare dico, ꝙ dicta diuisio fieri debet in capita. Bald.alio in consilio.In nomine domini amen.Super primo puncto dicendum est, ꝙ omne lucrum deductis sumptibus debet diuidi in capita, & non in stirpes, & sic omnes ad lucrandum apti & habiles debent habere partes æquales.ff pro soc.l.si non fuerint. Minoribus autem 14. annis non debetur portio pro numero personarum; quia labor puerorum non potest promereri coequalem portionem, tum quia nō possunt contrahere societatem,tum quia eorum opera impar est operæ robustorum.ff.de rei vendi.l.cęterum.Super alio dubio dico ꝙ medietas.quæ contingat ratione proprietatis,debet diuidi in stirpes; quia fructus patrimonii diuiduntur pro hæreditaria portione,sicut ipsum patrimoniale, vel auitū patrimonium. Sed fructus laborum diuiduntur pro numero laborantium,argu.ff.de an.leg.l.Seio. & sic medietas attribuitur proprietati,medietas labori personarum. C.pro soc.l j.Bald.
19 ¶† Decimò vlterius quæro, qualiter fiat diuisio inter fratres, seu inter patruum & nepotem. Ad cuius euidentiam præmittendum est, ꝙ quando duo fratres,vel patruus & nepos, vel similes habitauerunt simul & socialiter vixerunt. Interdum acquirunt ex sola opera,puta quia quilibet eorum vadit operando,& inde recipit mercedem,tunc quicquid acquirerent:puta quia ex eorum salarijs emunt boues,uel campos, uel alias res, est commune cuiuslibet pro dimidia parte,si sunt duo, uel pro tertia,si sunt tres,& sic de singulis. Non enim refert, quot sint; quia semper in capita fit diuisio.Si uerò unus acquirit ex opere, alter non; quia non est aptus ad operandum: puta, quia nepos

est

est paruus,cuius nulla,vel quasi nulla sit opera,tunc non præsumitur societas,& totum est acquirentis, vt ff.de administra.tut. l.Titium & Męuium.§.altero.Interdum acquirunt aliquid ex rebus communibus, puta ex fructibus patrimonialibus, & tunc pro quantitate,quam quilibet habet in patrimonio,acquiritur, interdum acquiritur simul ex re & opera; vt quia habēt boues, faciunt laboritium,& tunc media pars attribuitur rei, puta bobus,& acquiritur vnicuique, secundum ratam quam habet in re,& alia medietas attribuitur operæ,& attribuitur ista pars cuilibet pro virili,& ita consuluit Bar.paruulis autem custodientibus bestias;quia operæ ipsorum sunt viles, sufficit ꝙ in recompensationem habeant alimenta & vestimenta de communi. ff. com.l.in rebus;nisi ex quædam discretione daretur eis quædam mercedula pro opera,& esset bene factum. Boues, & terra qui sunt empti per patruum & nepotem sunt ipsius patrui & nepotis,nō habet partem eorum filius patrui, nisi eatenus quatenus filius patrui esset lucratus, & contulisset in prætium dictarum
20 rerum.† Vndecimò quæro,erat quidā rusticus, qui decessit relictis tribus filijs, & certis nepotibus paruulis ex vno ex istis filijs,& alio magis,& ex alio filio nonnullos reliquit nepotes,habebatque iste rusticus tēpore mortis multa animalia quæ erant sua,videlicet pecudes,capras,porcos, vaccas, boues, asinos, & equas, quæ animalia in sua remanserunt hæreditate, modo isti filij,& nepotes per multa & multa tempora steterunt simul,intantum ꝙ dicta animalia sunt pluries renouata. Deinde tractu temporis venientes ad discordiā,mdiuidere volebant bona,dicebant isti filij, ꝙ primò & ante omnia debemus deducere animalia,quæ remanserunt in hæreditate nostri patris, & licet nō supersint illa propria, tamen sunt alia in locum demortuorum subrogata,meritò in eorum locum succedunt.ff.de leg.j.l.grege.Respondent nepotes,ꝙ animalia,quæ remanserunt in hæreditate paterna,omnia sunt mortua, ea quæ in præsentiarum reperiuntur sunt empta ex eorum laboribus pro parte,ideo conuenit,vt partem in eis habeant,ne quod suis laboribus quæsiuerunt,perdant.C.de bonis quæ lib.l.cum non solum. vbi per Bar. & Bal.quæritur modo quid iuris.Circa hoc aduertendum puto aut animalia,quæ in præsentiarum reperiuntur,sunt nata, & renata ex antiquis animalibus,quæ reperiebantur tempore mortis illius primi rustici, & eo casu locum habeat.ff.de le.l.si grege.de pig.l.grege.facit.l. si donatæ.§. sponsus. de don. inter virū & vxo.l.proponebatur.ff.de iudi.& hinc dicitur in d.l. si grege. ꝙ pactum factum cum rustico, cum quo est facta socita,seu societas animaliū trahit ad fętus,& ad animalia postea subrogata, & est duplex ratio. vna: quia subrogatum sapit naturam eius in cuius locum fuit subrogatum,& etiam quia vidētur durare animalia in fętu per dicta iura. Alia ratio est; quia quousq; plus est in valore ipsorum animalium,seu fętuum,seu fructuum eorū, quatenus plus valent,dicitur lucrum,& illud lucrum debet diui di inter illum qui posuit operas,& illum qui posuit animalia, vt l.cum duobus.§. si in coeunda.ff.pro soc.non autem illud,quod valebant animalia posita in societate: quia illud est capitale, & si diuideretur:tunc ille, qui posuit animalia esset in damno saltem pro parte perdendo suum capitale, ille autem, qui posuit operam esset in lucro,ꝙ non conuenit naturæ societatis, vt d.l. si non fuerint.ff.pro soc.& ideo quousque est lucrum,debet diuidi inter eos lucrum,adeo vt nullus sentiat damnum; quia nō est dare damnum,vbi est lucrum,& econtra.l.Mutius. ff. pro so. nisi forte essent animalia minuta, vt pecudes, quæ forte secundū ꝙsuetudinem regionis,& iudicium boni viri deberent diuidi post certum tempus capitale vnà cum lucro ęqualiter,vt supra in alijs quæstionibus fuit dictum. Si verò animalia,quæ nūc reperiuntur,non sunt nata,nec renata ex animalibus,quæ reperiebantur in hæreditate prædicta,sed ipsa animalia,quæ eo tempore reperiebantur,perierūt,& noua empta sunt ex pecunia redacta ex communibus redditibus fratrum & filiorum. Exemplum boues hæreditarij mortui sunt,vel equę,vel asinæ sine fætu,& nouæ emptæ sunt ex pecunia ipsorum fratrum & nepotū, an ipsa animalia ita nouiter empta erunt ipsorum tanquàm patrimonialia,an verò communia inter fratres,& nepotes,ex quo ex communibus redditibus empta sunt. puto dicendum, ꝙ si fructus ipsorum animalium hæreditariornm,siue patrimonialium fuerunt conuersi in communem vtilitatem fratrum & nepotum, & ita per spacium temporis communiter operando perierunt & noua empta sunt, puta quousque habuerunt boues patrimoniales, equas & asinas, continuo pro communi vtilitate fratrum, & sic filiorum illius rustici, & etiam nepotum laborauerunt· & licet filii dicti rustici essent Domini,tamen nunquam separatim aliquid posuerunt pro opera ipsorū animalium, & tunc ex quo lucrum continuo fuit conuersum pro communi vtilitate ipsorum fratrum, ac nepotum, conuenit,vt similiter damnum sit commune.l.cum duobus. §. quidā sagariam.ff.pro socio,habita consideratione,si fructus ipsorum animalium fuit plus, quàm esset capitale. Exemplum in patrimonio hæreditario erant boues valoris 20. Florenorum, retinuerūt per 10.annos,adeo ꝙ fructauerunt proportione,quæ vi ri boni arbitrio attribuerunt bobus triginta, qui fructus fuerūt communicati,ita nepotibus sicut fratribus, & hoc casu videtur inter istos contracta quædam societas,adeo ꝙ vsque vltra capitale seu existimationem capitalis supereſt aliquid, illud dicitur esse lucrum,& diuiditur inter omnes. Capitale autem debet ponentibus restitui.l.cum duobus.§.item ex facto. Aliàs sequeretur valde absurdum, ꝙ actum dictorum animalium, cum quib. est factum,esset commune,damnum autem proprium domini animalium. & si diceres non damnum est commune, sicut & lucrum, & ideo animalia empta sunt communia; tunc enim, damnum non esset commune;quia si in animalibus emptis nepotes haberēt ratam,quam posuerunt pro emptione ipsorum, illa rata esset eorum,& sic nullum damnum sentirent, sed solū lucrum acquisitum ex opera ipsorum boum. Præterea non est in consideratione lucrum,nisi prius deducatur damnum: vt d. l.Mutius.Meritò concludendum est dicto casu animalia nouiter empta ex communibus redditibus fratrum & neporum vsque ad valorem patrimonialium tempore quo inceperūt communiter operari esse ipsorum fratrum tanquam capitale eorū. Abinde autē supra commune,& sic ipsa animalia nouiter empta succedūt in locū demortuorū,& eiusdem sunt, cuius erant demortua vsq; ad concurrentem quantitatem, nisi restitueret domino animaliū,quatenus illa animalia meruerūt pro opera ipsorū In dubio tamen ad euitandū controuersias magis videt boni viri arbitrio illa animalia nouiter empta succedere in locū demortuorū animaliū. Si tamen aliud boni viri arbitrio ex aliqua iusta causa, puta qa operæ illorum animaliū fuerūt paruæ;quia animalia in breui forte perierūt,nec erat inter eos societas,qa fortè erant illi nepotes pupilli, eū q.b.non ꝙtrahit societas.l.vt in conductionibus.ff.pro soc.& hoc casu ad boni viri arbitrium recurrendum est, & hoc quando operæ illorū animalium fuerūt positæ pro communi vtilitate illorum fratrum, & sic dominorum,ac etiam nepotum.Si verò illi fratres tanquam plus ponentes operam suam, & operam illorum animaliū puta boum,cum quibus colebant,qui erant illorum fratrum,plus percipiebant,idest integram partem,quæ boni viri arbitrio conueniebat pro opera illorum animalium,puta boum,deinde illi boues sunt mortui,& tūc siue inter eos nulla esset contracta societas,vt contingit cum pupillis,damnum boum est proprium dominorum.l quæ fortuitis.C.de pig.ac.sine sit contracta, videtur similiter ꝙ totum damnum sit dominorum ratione dimidij,vt d.l.quæ fortuitis,& etiam ratione lucri, quia ex quo totū lucrum obueniens proportione boum deducitur per dominus boum,conuenit etiam,ꝙ totum sit eorum per regulam di centem, ꝙ damnum regulatur a lucro, vt pro ea rata qua quis sentit lucrum,pro eadem rata debeat & damnum sentire.l.cum duobus.§.quidam sagariam. ff.pro socio.in fin.l.manifestissimi, C.de furtis. Si autem non percipiebant integram partem pro opera illorum boum sed qui ponebant boues, & operam plus percipiebant,quam ille,qui ponebat operam solam, tamen illi qui ponebant operam,plus percipiebant ex opera ipsorū contemplatione operum boum,tūc conuenit, ꝙ eatenus communicent de damno, quatenus de lucro percipiebant per dictam regulam,sicut eueniret,si vnus poneret in societate operam,& pecuniam,& alius solum operam, ex quo ille, qui posuit pecuniam,& operam,plus posuit in societate, quam ille, qui posuit solum operam, plus debet participare de lucro, quam ille, qui posuit operam solam,& sic de lucro ille, qui posuit pecuniam & operam in dubio participabit duas partes, vel medietatem pro pecunia & quartam partem pro opera. Ille autem ꝙ posuit solū operam,solū consequet quartam partem pro opera,& sic medietas lucri arttibuit pecuniæ,& alia medietas operæ.Tamē qa ille plus percipiebat cū sua opera contemplatione pecuniæ conuenit, ꝙ ex quo pecunia fuit causa illius lucri operarū, ꝙ pro ea rata contribuat ad damnū,ne eueniat,ꝙ dominus,ꝙ posuit boues, ex quib. alius etiam aliquod percipit lucrū, patiat totū damnum. Alius aūt sit certus,non posse pati aliquod damnū nisi amissionis operarū, ꝙ non iudicat damnū, sed amissio lucri;quia damnū consistit in capitali posito in societate. Illud aūt, qđ prouenit ex opera, dicitur lucrum, sicut & illud,quod prouenit ex capitali cū opera: vt l.coiri.cū sequentib. ff. pro socio.Exemplum potest dari in illo,qui posuit solum operam, & lucrabatur non solum ex opera sua, sed etiam ex bobus. Alter verò operam suam & boum.ponamus,ꝙ ille qui ponebat operam solam laborabat cum bobus illius, qui ponebat operam & boues,& vbi ex opera sua sola sine bobus lucrabatur solum tres bol.vel quatuor in die,cum bobus lucrabatur octo,decem & aliquando duodecim,cuius medietas attribuebatur bobus,& alia medietas personæ,iuxta l.si non fuerint. ff. pro socio. & sic patet,ꝙ respectu boum, licèt ille non poneret boues, plus lucrabatur,quam respectu personæ suæ solæ sine bobus. Cōuenit ergo naturæ societatis,vt ex quo etiam respectu boum aliquod facit lucrum,quòd ipse etiam participet de damno, per dictam regulam.l cum duobus.§.quidam sagariam.in fine, vbi lucrum regulatur a damno,& econtra,sicut etiam dicimus in pecunia,

cum

Source : BIU Cujas

Petr.de Vbal. De duobus fratribus.

cum vnus ponitpecuniam & operam, alter operam,licèt ille, qui ponit pecuniam, & operam, plus percipiat de lucro;quia plus ponit;quia percipit vnam partem pro opera,aliam pro pecunia, ille autem qui ponit operam solùm vnam partem percipit.ſ.pro opera,nihilominus ex quo ex illa opera,percipiebat plus reſpectu illius pecuniæ poſitæ ab alia parte,quàm percepiſſet ex opera ſola ſine pecunia, quia fuiſſet aliàs forte opera ſterilis ſine pecunia, conuenit, vt pro parte ſi contingat damnũ in pecunia, contribuat ille, qui ponebat operam ſolam, & ſic ille,qui ponebat pecuniam, habebat in dubio medietatẽ lucri reſpectu pecuniæ.l.ſi non fuerint.ff.pro ſocio.alia medietas lucri attribuitur operæ in dubio: vt d. l. ſi non fuerint.Hæc pars diuiditur inter ambos, quoniam ex quo ambo ponebant operam. Ideo & eodem modo damnum diuidi conuenit, p regulam prædictam.d.§ quidam ſagariam.Et ex his patet,q̃ illi qui dicunt, quòd damnum contingens caſu fortuito in pecunia debet eſſe illius qui poſuit pecuniam,non autem debet participare in eo ille,qui poſuit operam,recedunt a veritate: non tamen ſunt reprehendendi propter auctoritatem gloſſ. Pet.& Cyn.in l.j. C. pro ſo. quam habent pro ſe, quia ex prædictis patet contrarium, ex quo ille, qui ponebat operam ſolam lucrabatur eum pecunia,cuius opera forte aliàs fuiſſet ſterilis,vel qa conuenit, vt de damno pecuniæ participet, licèt ille, qui ponit pecuniam,habeat partem lucri reſpectu pecuniæ, & reſpectu illius partis de damno, quod contingeret participare deberet.

21 † Duodecimò quæro,habeo duas domos habentes clauſtrum, vel porticum cõmunem in medio illarum ædium, vnam ſimpliciter vendo, & illam retineo. Cuius erit clauſtrum,vel porticus. Dic,quòd debet diuidi, & medietas altera erit emptoris, alia medietas a latere meo erit mea, ita nota.Bart.in l.quod cõclaue.ff.de dam. infe. per illum tex.cum glo. fin.quæ incipit,ſecundum hoc apparet.facit,quòd not.Bald.in cap.1 §.ſi quis.ver. quid ſi quædam plateola eſt in medio in titu.de contro.inueſt. Sed Ange. in d. l. quod concla.dicit hoc procedere,quando in vtraque domo eſſet hoſtium, per quod intratur,& exitur in dictum clauſtrum. Sed ſi in vna domorum tantum eſt oſtiũ,per quod intratur & exitur in clauſtrum ſiue porticum. Clauſtrũ ſiue porticus erit illius tantum,cuius eſt domus habens oſtium quod eſt menti tenendum.Dicit Pau.de Caſt.in d.l.quod conclaue. quòd ſi inter duas domos eſt pons in medio ad vſum vtriuſque domus cenſetur commune, & pars vttiuſque domus. Sed ſi clauditur aditus vnius domus,tunc illi domui decedit,& alteri totum accreſcit.l. ſi cui ædes ff.de legat.3 quod intelligit Pau.verum,ſi clauditur,vt perpetuò clauſus ſit,quod colligitur ſi clauditur muro,vel pariete, ſecus ſi ad tempus,quod colligitur, ſi figantur oſtia taliter,quòd non poſſint aperiri. Nam tũc adhuc remanet commune,& iſta ſunt vtilia,ſi dominus vende

22 ret vnam ex illis domibus, & aliam reſeruaret.Pau. † Decimotertiò quæro, pone plures ſunt fratres, qui diuidunt vnam domum,quæ habet plures partes,& in medio eſt quoddam clauſtrum. Vni in diuiſione obuenit una pars domus ſine clauſtro. Aliis aliæ partes domus cum clauſtro. An ille, cui obuenit pars domus ſine clauſtro, poſſit ex aliqua cauſa venire in dictum clauſtrum. Dic quòd non.& ideo cogi poterit, vt claudat oſtia ſuæ partis,quæ ſunt in dicta parte domus ſibi contingentis verſus dictum clauſtrum, ad hoc vide text.& quod ibi not. Bald. & dominus Floria.in l.ſi fundum §. quæcunque.ff.de ſer.ruſti.

23 prę. † Decimoquartò quæro,quid ſi inter domum tuam liberã & feudatarij eſt quoddam clauſtrum, quomodo clauſtrum diuidetur.Dic, quòd per cordulam diuidi debet verſus ſuam domum,& illa dimidia erit ſua. Alia dimidia verſus domum vaſalli erit feudatarii: ſicut ſit inter duos proprietarios,vt not.Bart. in l.quod conclaue.ff.de dam.infec ita no.Bal.in cap.j §.ſi quis. ver.quid ſi quidam plateola. in tit. de contro. inueſtitu.in vſib. feu. qui dicit hoc procedere, ſi patitur diuiſionem illud clauſtrum,aliquando eſt ita modicum, quòd diuidi non poteſt,vt not.in d.l.quod conclaue.per doct.& Bal.in l.Sabinus.§.ſi de veſtibulo.ff.commu.diuidun. dicit etiam Bald.in d. cap.1.quòd ſi inter domum feudatarii, & domum domini eſt vnus puteus, cuius aqua non ſufficit vtrique præfertur domus quaſi habens

24 maiorem partem.† Decimoquintò quæro, quid ſi inter plures vicinos eſt putens communis, an poſſit diuidi. Dic quòd ſic,ſi in ſolo communi eſt factus l.4. §. 1. communi diuidun. & ibi per D.Flo.qui dicit,quòd ſecus eſſet,ſi ipſi ſolum haberent ius hauriendi aquam: qnia forte ſolum,in quo erat puteus,erat pu

25 blicum vel alterius.† Decimoſextò quæro,ſunt tres fratres habentes hæreditatem communem. Vnus ſeparatim negociat, & pro ſe lucra reponit ſeparatim.Alii duo laborant bona communia,& multum melioranerunt. Quæritur,an intelligantur ſocii,& an fratres, qui poſuerunt operas, & ſumptus in meliorando debeant rehabere pretium operarum, & ſumptum ab iſto fratre,qui ſeparatim negociabatur.Bal.ita conſuluit.In nomine Ieſu Chriſti Amen. Ex communione hæreditatis non p̃ſumitur ſocietas.ff. famil. erciſ.l.ex parte. §. filius.quia ſeparata non viciſſim conferunt. Cum enim intẽtio voluntarios regat actus, vt not.ff. ſi cer.peta.l. non omnis. in prin C.ne vxor pro ma.l.ſi.ff.de itine. actuq́ue priua.l. 1. §. interdicto.Frater minor, qui ſolus negotiatur,cum nil ponat, aliis noluit fieri ſocius,licèt voluerit eſſe cohæres.ff.pro ſo.l.5.in fin. & non communicat,quæ ab eo quæſita ſunt ff. pro ſocio. l. cum duobus.§. ſi fratres.Ex communione negociationis non præſumitur intẽtio, quæ non patet,de concubi.l.in concubinatu.de ritu nup.l.in libe.Hinc enim frater tertius ex quo quæſtus retinuit ſibi, velle fratres vocari in ſortem nutibus declarauit, argu. l.4. ff.pro ſocio.facit.ff. de legi.l. de quibus. Sed duo fratres,qui communibus poſſeſſionibus incubuerunt, & coluerunt, prout ponitur, diligenti cultu prædia ampliauerunt.ff.de verbo. ſign.l.non intelligatur.§ diui fratres. Non ergo lucrantur fructus,nec debẽt perdidiſſe labores. ff. communi diui.l. ſi quis putans.§.ſinautẽ. Igitur percipiant ſumptus, ſi quos de proprio poſuerunt.ff.fami.erciſ.l.his conſequenter.§.ſumptus.no.inſti.de actio.§.quedam.& ſi quas operas poſuerunt perſonaliter mercedem habere debent: vt d.§.ſinautem.Nam ex quo frater minor negociator laborem non poſuit in rebus communibus & in communione,nec hos poſuiſſe gratis credi benignum eſt. Cum æque eſſent facultates,argumentum a contrario ſenſu.ff.pro ſocio.l. ſocietas.§.ſocietas autem.& quæ vltra hæreditatem acquiſiuerunt etiam ſi de communibus rebus, dummodo non communi nomine,propria ſibi vendicant.C. communia vtriuſq; iur.l. ſi patruus.C.ſi quis alteri vel ſibi l. 1. & dicto.§. ſi fratres.Verũ quòd de communi in hoc expendiderunt reponant, vt d. l.ſi patruus. ex hoc collige quæ proponuntur, quòd per partes hæreditarias diuidetur in hæreditariis duntaxat bonis. Hoc enim coniunxit ad ſocietatem hæreditas,& poſſeſſio rerum communium,non autem conſenſus.ff. fami.erciſ.l. hæredes.§.duobus. Ex hoc enim ſocietas contracta in aliis extrinſecis non præſumitur,vt prædixi, Bald.

SVMMARIVM.

1 *Societas uniuerſorum quæ ex quæſtu & opera proueniunt, ſi contracta ſit, lucra inde prouenientia communicantur.*

2 *Societas ſi coita ſit omnium bonorum: tunc omnes res quæ ſunt coemtium communicantur.*

3 *Societatis aliquod genus ſi coitum ſit, quàm uniuerſorum, quæ ex quæſtu & opera deſcendit, & quam omnium bonorum; tunc lucra eius generis ſocietatis communicantur.*

Socius ſi emit aliquid ex pecunia communi, uel redacta ex communib. reddi tibus, nunquid illud emptum communicari debeat.

Frater ſi cum pecunia hæreditaria facit mercantiam & lucratur, cuius debeat eſſe lucrum.

4 *Sociorum alter ſi illicitum lucrum faciat, an cõicandum ſit.*

Et quid de damno contingente ratione lucri illiciti.

Socij ſi plures ſint, & unus fœneretur pecuniam ſub vſuris, & omnia in cmmuni contulit, ſi rediens ad pœnitentiam ſacerdoti promiſit omnia ablata reſtituere, nunquid male ablata de communi extrahentur.

Sacerdotis præceptum dicitur ſententia.

Promittens ſacerdoti in confeſſione de non agendo, & agere non poteſt uti publicæ perſonæ ſit promiſſum.

Societates illicitæ quæ ſint.

5 *Fratres ſi poſt mortem patris remanſerunt in cõione, & unus aliquid lucratur, unde præſumatur acquiſiuiſſe.*

6 *Socy ſi ſint duo unius mercantiæ, unus quorum vult ire cum mercantia ad certum locum, & alter dicit nolo, & ille uadat ſuo periculo, eius etiam lucrum eſſe debet.*

7 *Fructus dotis unius ex ſocijs cui cedatur.*

8 *Fratrum alter ſi totam familiam ex lucris ſuis alimentauit, an patruo mortuo illud præcipuum deducat.*

9 *Socius itineris ſi quid caſu, vel fortuna inuenit, an illud commune ſit.*

10 *Socius ſi quid lucratus fuit extra id, quod ſocietatem tangit, an ſocietati cedat.*

11 *Socius an teneatur ad penſionem, ſi altero abſente in domo communi habitat.*

12 *Et quis ſociorum præferatur, ſi domum communem unus vult locare, & alter habitare.*

Fructus quando ſortem extenuent.

13 *Pẽſionem an teneantur ſoluere ille, cuius domo combuſta intrauit in domũ amici vacuam nulla penſione conſtituta.*

14 *Fratrum unus ſi electus ſit ad aliquod officium, ſed quia eſt inſufficiens, alter frater ei ſubſtitutus eſt, nunquid iſte ſubſtitutus lucrum inde proueniens cum fratre communicet.*

15 *Filius tuus ſi uxorem accepit, a qua pro eo dotem amplam accepiſti, vxor decedit in matrimonio, & filius ex pacto dotem lucratur, nunquid te mortuo filius habeat hoc lucrum præcipuum, vel fratribus communicare debeat.*

16 *Filius ſi cum pecunia patris lucretur, an tale lucrum præcipuũ eſſe debeat, vel poſt mortem patris communicandum.*

17 *Filius*

Source : BIU Cujas

17 *Filius si lucratur laborando in re patris,nũquid lucrum, quod ex opera peruenit patri acquiratur.*

18 *Lucra ex officijs à communitate quæsita per vnum ex fratribus an alteri cõmunicanda sint.*

19 *Lucrum dotis vñi ex fratribus proueniens an communicandum sit.*

20 *Societas si inter duos sit contracta, & demum appareat, quòd quilibet lucratus fuit centum,vnus eorum sua centum consecutus est, quæ consumpsit, alius se creditorem dictæ societatis fuit in centum, quæ ibi retinuit, non aliter disponendo,an lucrum ex illis centum factum sit commune.*

21 *Societas si sit cõtracta,in qua vnus promisit ponere tria millia, & alter operam,& pepigerunt:vt ponens tria milia haberet duas partes lucri, & ponens operam haberet lucrum de mille si ille qui promisit ponere tria milia non posuit nisi mille,an ille qui operam posuit de illis mille luctum habere debeat.*

22 *Societas si contracta sit,in qua vnus tria milia ponere promisit, & alter operam,& conuenerunt,quòd ponens tria millia haberet duas partes lucri,& ponens operam haberet tertiam partem,si ille non posuit nisi mille quingentos,quomodo lucri diuisio fieri debeat.*

23 *Societas si contracta sit,in qua vnus mille posuit & alter industriam, & conuenerunt:vt lucrum diuideretur æqualiter,si qui promisit ponere mille posuit mille & quingentos,an de illis quingentis vltra quis debeat habere lucrum,an inter eos diuidi,vt conuentum erat.*

24 *Vendens rem valentem decem pro quindecim soluendis hinc ad annum, an sit vsura.*

25 *Emens frumentum in herba pro quinque,quod tempore messis verisimiliter valebit octo ,an sit vsurarius.*

26 *Contractus an sit licitus,si quis dat agrum suum colendum ad medietatem fructuum cum hoc,vt mutuet colono.25.florenos, vsura an sit, quicquid sorti accedat.*

27 *Lucrum quomodo diuidi debeat inter dantem vacas extimatas pascẽdas & pastorem,qui iure societatis pascebat.*
Extimatio quando emptionem faciat,& infra in discursu.
Lucrum dicitur, quod ex operibus descendit.
Animalium minutorum diuisio in socidam datorum quomodo fiat.

28 *Colonus,qui vacas pascendas iure societatis accepit, si cum eis lucretur, illud lucrum quomodo diuidetur,& cuius erit.*

29 *Contractus an sit licitus,si emo boues pro.lib.50.quos extimatos do laboratori ad laboritium faciendum, & ipse promittit omni anno vnum modium grani.*

30 *Societas si contracta sit,in qua vnus pecuniam posuit, & alius industriam, quomodo de lucro & damno inter eos diuisio fiat.*

31 *Societas si contracta sit ad gabellam fructuum, qui recolligebantur in quodam territorio,si flumen, quod diuidit territoria nouum alueum constituit,an gabellarijs debeatur gabella de fructibus illarum terrarum,quæ per flumen ampliatæ sunt.*
Territoria quomodo distinguantur & confinentur.
Fines iurisdictionum quomodo probentur.

32 *Sociorum alter qui ponere debebat pecuniam, si pro annis 5.de sua pecunia & nomine proprio emit fructus molendinorum,& alter qui debebat ponere operam decedat durante dicta conductione. 5.annorum, an eius hæredes pro tempore quo durabat conductio post mortem decedentis debeant percipere partem lucri de fructibus.*

33 *Fratrum vnus socius negociationis si decedat relicto filio pupillo qualiter quæsita post per patruum diuidantur,vel per eum empta, vel si mutuauit pecuniam pupilli nomine proprio.*

34 *Cambium an sit licitum,si hic quis à me centum accipiat,vt mihi. 95.faciat in ciuitate Neapoli dare.*
Mercator quis dicatur.

35 *Societati præpositus & habens bursam communem si ab vno sociorum petat,vt in societate ponat partem quam debet,& ille dicit, ego compenso cum eo,ad quod mihi teneris,an compensatio locum habeat.*

36 *Fratres duo si habent bona communia & communicarunt per multa tempora lucra,demum ipsi de per se separatim aliquid emunt, an communicare teneantur.*

37 *Gabellas fraudare an in foro conscientiæ licitum sit.*

38 *Societas si contracta sit per quinquennium duratura,in qua vnus ponit operam,alter pecuniam, ante reuisam rationem ponens operam extraxit certam quantitatem dicens eam de lucro extrahere,an licitum sit.*
Artifici quando operæ solui debeant.

39 *Societas si sit contracta cum rustico, cui dedi vaccas duas pascendas ad cõmune lucrum & damnum duraturam per quinquennium, quinquennio elapso rusticus perseuerat eo modo retinendo dictas vaccas sine alio pacto,an intelligatur societas tacite renouata,& ad quantum tempus, & quomodo lucra diuidi debeant.*

CIRCA quintam partem principalem quæ lucra veniant inter socios communicanda. Aut inter eos est ℈cta societas vniuersorũ, quæ ex quæstu & opera descendit. aut societas omnium bonorum, aut aliud genus
1 societatis.† Primò casu, vniuersa quæ ex industria & opera sociorum quæruntur,communicantur,vt in emptione,venditione,& locatione,conductione,cæteraque,quæ ex opera, & diligentia descendunt,non autem hæreditates,legata,donationes cum ex quæstu non dependeant,vt est casus in l. coiri. cum lex
2 sequen.ff. pro socio. † Si autem est coita societas omnium bonorum,tunc omnes res,quæ coeuntium sunt, continuo communicantur.l.1.§.in societate.ff.pro so. Cum enim omniũ bonorum societas coita est,tũc,& hæreditas, & legatum,& quod donatum est, aut quacunq; ratione acquisitum communi acquiritur.l.ea verò.§.cum specialiter.ff.pro socio. & l.cum duobus.§.socium vniuersa.& § si inter fratres & l. si societatem vniuersarum fortunarum.ff.pro soc. & dominium rerum sociorũ transit absque alia traditione:vt d.§. in societate. Quod verum intellige in his,quæ erant sociorum tempore contractæ societatis. Secus in rebus postea acquisitis, quia tunc earum dominium non transit sine traditione, vt dicit gloss. notabi.in d.§.in societate,quæ singulariſſime allegatur, quòd ficta traditio non extenditur ad futura, & ideo si quis obligauit omnia sua bona præsentia,& futura & constituit se suo nomine precario possidere, quòd ista ficta traditio precarij non trahitur ad bona in futurum quærenda,cuius effectus iste est,quia pro præsentibus, si interuertatur possessio,potest agi condictione ex l.fina.C.de acquir.possess.nec requiritur excussio, de qua in auc.hoc si debitor.C.de pig. pro futuris oportet agi hypothecaria præcedẽte discussione debitorum,secundum Vber.de Bobio,& Alber. Pap.vt refert Bal.in dicto §. in societate. & voluit Ange in d.l. fi.C.de acquir. poss. Item intellige verum, quando dominium rerum sociorum modo prædicto trãsfertur in bonis quæ possidere possunt.Secus in his quę possideri non possunt,vt sunt nomina debitorum,quia in his requiritur cessio: vt d.l.ea verò.in
3 princ. & ibi per gloss.& Bal. † Circa tertium, quando est coitũ aliud genus societatis,quàm vniuersorum,quæ ex quæstu,& opera descendit,& quàm omnium bonorum, & tunc generaliter dicendum est, ℭ cuius generis est contracta societas, eius solum lucra,& non alterius generis,cuius non est contracta societas,veniunt communicanda; vt dicta l. cum duobus.§.cum duo argentarij. & ideo si est contracta societas vnius rei, illius rei solum lucra veniunt communicanda. Si plurium negociationum, illarum negociationum solum lucra communicari debent Si vectigalium, solum vectigalium veniunt communicanda,& non alia,& sic de singulis: vt dicto § cum duo. Primò quęro,vnus ex sociis emit aliquid ex pecunia communi,vel ex pecunia redacta ex communibus redditibus, nunquid emptu communicari debeat? Aut erant socii omnium. vel vniuersorum,quæ ex quæstu,& opera descendunt, & tunc communicari debet: vt dicta l. si quis societatem. & l. coiri. ff.pro socio.& hanc opinionem tenet dominus Rapha. Fulgo.in d.l.si quis societatem.vbi formaliter sic dicit super gloss.dicta l. si quis societatem.dum gloss. super ver coire.dicit,scilicet omnium bonorum. Alioquin quod emit non cogitur communicare. C.communia vtriusque iudi.l.si patruus.Rapha.ibi dicit, immo idem esset in societate quęstus: ut l coiri.cum l.sequen.sup eod ad l. si patruus. C. communi. vtri.iudi. respondę, quòd ibi loquitur in communione incidenti,non in societate alicuius rei, vel q̃stus,& siue sit omnium bonorum, siue quæstus,debet in commune redigi: vt d. l. coiri. cum concordantiis. ita dicit Rapha. Aduerte,quia d.l. si quis societatem.iuncta glossa videtur tenere expresse contrarium in alia societate,quàm omnium bonorum. Dicit enim ibi tex. si quis societatem coierit, quod emit, ipsius sit non commune,sed societatis iudicio cogitur rem cõmunicare.& gloss.ibi in verbo coierit,formaliter ita dicit,scilicet omnium bonorum. Alioquin quod emit, non cogitur cõmunicare. C.communia vtri iudi. l. si patruus.ita dicit gloss.& communiter doct.intelligunt illam.l.in sociis omnium bonorum.& etiam in dicta l.si patruus.in princ.dum tex. dicit,quod emit,non cogitur communicare Bal.ibi dicit, nisi iste patruus, qui emit,& nepotes essent socii omnium bonorum. Nam tũc debet communicare,& licet immediate subsequatur, & dicat, ex quo nota,quòd si sunt plures fratres, vel patruus & nepotes socii, vel quicunq; socii, & unus emat clam possessionem pro se & suis hæredibus,quòd nihilominus talis possessio debet cõmunicari, & clandestina, & dolosa emptio non debet sibi patrocinari: quia non potuit clam, & altero ignorante societatẽ diuidere,sed debuit renunciare, ita quòd peruenerit ad notitiã socii.ff.pro so.l.actione. §. renunciare.ita dicit Bal. quòd dictũ intelligo in societate omnium bonorum, prout verba sua in princi.sonant,cum sequentia recipiant a præcedentibus intelligẽtia.l.qui filiabus.& l.si seruus plurium.ff.de le.1.& pro ista intelligentia facit tex.in d.l.si patruus.vbi dicit tex. quod patruus pro se tantum emens non cogitur nepotibus communicare, quia non erant socii omnium bonorum, & quòd ille, qui pro se tantum emit, non teneatur sociis vniuersorum, quæ ex quęstu & opera descendunt cõmunicare,facit:qa quæsitum ex causa societatis per vnum ex sociis, non debet communicari.l. cũ duobus.§.cum duo argentarii.& §.si inter fratres. ff.pro socio. Sed quando vnus ex sociis vniuersorum,quæ ex quęstu & opera descendunt, emit pro se tantum non causa vendendi & sic lucrandi, sed causa retinendi, non dicitur quæstus; quia si hẽt rem,soluit pretium,quod dicitur rei correspondere, argumẽ.l.

curabit

Source : BIU Cujas

curabit. C. de act. empt. Ergo ex quo non fuit facta dicta emptio causa quæstus & lucri non venit in communicatione quasi extra cām societatis: vt d.§.cum duo. Sed multum facit in contrarium, ꝙ immo veniat communicanda res empta à socio lucri & quæstus. l. coiri. ff. pro soc. vbi tex. formaliter dicit, & si nō fuerit distinctum, videtur communia esse vniuersorum quæ ex quæstu veniunt, hoc est, si quod lucrum ex emptione, venditione, locatione, conductione descendit. Ex his habes, ꝙ hic passus remanet dubius. Pro concordia forte dici posset, quòd aut loquimur in societate omnium bonorum, & tunc clarum, ꝙ cogitur communicare, vt est casus in d. l. si quis societatem. & in d.l.si patruus. Aut loquimur in societate vniuersorum, quæ ex quæstu, & opera descendunt: & tunc aut emit nomine proprio aut communi, aut dubitatur. Primo casu quando emit nomine proprio, aut constat, ꝙ emit causa quæstus & lucri: vt quia emit causa vendendi, & ex illa venditione lucrum faciendi, & tunc communicare debet d.l.coiri. Nec obstat, quod emit nomine proprio: quia natura dictæ societatis est, quod lucrum descendens ex emptione, &c. cum dictis socijs sit commune eadurante. d.l.coiri. Aut constat, ꝙ non emit causa quæstus & lucri, sed causa retinendi pro sua necessitate, vel vt expenderet pecuniam propriam, quam habebat in rebus stabilibus, vel mobilibus, non tamen venalibus, & hoc casu non puto, ꝙ teneatur communicare; quia dicta societas erat societas lucri, & quęstus, & dicta emptio non fuit ea de causa facta, & sic cum sit extra causam societatis, quia non pro lucro proueniente ex quæstu, ergo eius non fiet communio. ff. pro so. l. cum duobus. §. cum duo. & §. si inter fratres. & hoc intelligo verum, nisi consuetudo ipsorum fuerit, omnia emere nomine communi; quia tunc si emit clam pro se, videtur fraudare alium, & ideo communicare debet, & ita etiam posset intelligi Bal. quia ratione consuetudinis videtur contracta societas iuxta consuetudinem eorum tacitè per actus sociales. Si ergo postea emit pro se clam, videtur ab illa societate causata ex consuetudine recedere, ꝙ non licuit nisi communi consensu, vel finita societate. Si dubitatur, & tunc inspicienda est consuetudo socii, an consueuerit communicare, & etiam qualitas rei emptæ. Si enim consuetudo ipsorum erat, ꝙ empta nomine proprio consueuerant communicare, consuetudo seruanda est. l. vel vniuersorum. ff. de pign. ac. Facit etiam, quod in simili dicit Bal. in d. l. si patruus. videtur enim tacite contracta societas inter eos iuxta consuetudinem ipsorum, cum non solum expresse, sed etiam tacite per actus sociales contrahatur & intelligatur illa societas contracta, quę ex actibus socialibus demonstratur vt patet plenè supra in 3 parte principali: si non constat de consuetudine, nec constat, an res empta sit negociandi causa, & sic lucri, an verò non causa lucri & quæstus, sed pro se retinendi: & tunc ex qualitate rerum emptarum, & socij mentis suo nomine bonus vir poterit arbitrari: in his enim quæ ab animo dependent, multum operantur cō iecturæ. l. si cum aurum. ff. de sol. l. Nesennius. de nego. gest. l. Pro cula. ff. de proba. l. dolum. C. de dolo, & talis præsumitur mens, qualis ex actibus demonstratur, vt in d. 3. parte principali plene patet. exemplum patruus, vel frater socius vniuersorum, quæ ex quæstu & opera descendunt, emit vnam domum, qua egebat pro sua habitatione, vel fundum prope bona sua nomine suo, nec alterius constat de eorum consuetudine; & tunc non præsumitur emptio facta causa negociādi, & sic causa lucri, & quæstus, sed causa retinendi pro se, ideo non communicabitur: cum id sit extra societatem. Sed pone, emit mercantias, vel fundum in bono foro, vt alteri reuenderet, & tunc ex qualitate rerum bonus vir arbitrabitur lucri, & quæstus causa emptum, ideo cō municabitur. Aut erat contracta alia societas, & tunc aut quis emit nomine communi, & res efficitur communis altero ratam habente. ff. de nego. gest. l. si ego. Sed si non habet ratum, remanet solius mentis. ff. de contrahen. emptio. l. fundus ille. aut emit nomine proprio: & tunc distinguitur, aut emit de propria pecunia, aut de communi, aut dubitatur. Primo casu, non est dubium, quòd res non est communis, sed sua propria. l. si patruus. C. communia vtri. iudi. secundum vnum intellectum. Aut de pecunia communi, & tunc aut ille, qui vult habere partem in re empta, erat maior, aut minor. Primo casu nihil potest habere in re empta: vt d.l.patruus. & l. si vnus. §. si vnus. ff. pro soc. qui tex facit secundum Bal. ibi ad quæstionem, quæ de facto fuit inter hæredes duorum fratrum, quorum vnus exercebat mercantiam nomine proprio & suo periculo, & per illum tex. decisum fuit, ꝙ si etiam de communi pecunia factum fuerit, non teneatur alteri fratri communicare, licèt alteri fratri ad interesse teneatur, vt sentit ibi gl. quam tene menti. Secundo casu, aut ille qui emit, erat tutor, vel curator minoris, & tunc res efficitur cōmunis. l. 2. quando ex facto tuto. l. curator. arbi. tute. officij necessitas & pecuniæ proprietas hoc operantur, secundùm Bal. in l. si vt proponis. C. de rei vendi. Aut non erat tutor, vel curator minoris, sed extraneus, qui non repręsentabat ipsum minorem, & tunc res non efficitur minoris nisi in sublidium. f. si emptor nō esset soluendo, & sic non habet, vnde pecuniam restituat: vt l. filiæ. secundum Bartol. & Bald. in d. l. si vt proponis. & sic res empta ex pecunia minoris succedit loco pecuniæ, & quæritur ipso iure dominium speciali fauore, & non iure communi, & non semper. Sed demum his tribus concurrentibus, scilicet quòd minor, ꝙ pecunia sua, & quòd in subsidium, secundum Bal. in d. l. si cum proponis. aut dubitatur ex qua pecunia emitur, & præsumitur ex propria. l. si defunctus. arbi. tu. l. si ventri in fine, de priuile. credito. Recurrendum tamen est ad coniecturas, vt consideremus quantitatem bonorum communium, & an iste maior natu habeat administrationem, & gestionem, necne, & cuius conditionis sit, vtrum consueuerit lucrari, vel non. Nam ex istis coniecturis bonus vir præsumet, an ex pecunia communi, vel ex propria, facit, quod notatur in. l. facultas C. de iure fisci. libro 10. secundùm Bal. in d. l. si patruus. Tertio casu, quando dubitatur, cuius nomine emerit, & tunc in dubio præsumitur emisse nomine proprio. l. & magis. de sol. nec alias intelligitur persona extrinseca. l. si ita stipulatus. §. Grisogonus. de verb. obli secundum Bald. in d. l. si patruus. Dicit tamen ipse Bal. quòd vbi dubitatur, quo nomine emerit, an nomine proprio, an communi, ꝙ recurrendum est ad coniecturam, & considerandа. est affectio ipsius mentis, & consuetudo; nam si consueuit vt plurimum communi nomine emere, ꝙ ita ibi in dubio emisse intelligatur, ar. l. vel vniuersorum de pig. act. Ista autem dubia vt plurimum contingunt in mercantijs: quia non fiunt instrumenta ibi, quæ dicant, quòd emit pro se & suis hęredibus. Item præsumitur hoc ex his, quæ post acta sunt inter eos, puta si actum erat, ꝙ emeret communi nomine. l. 4. §. si ab ignoto. ff. de manumis. Ex prędictis apparet soluta quæstio quotidiana, si vnus ex fratribus cum pecunia hæreditaria facit mercantias, & ex illis lucratur, vtrum debeat alteri fratri cōmunicare. Nam primò videndum est, an fecerit nomine communi vel proprio, & cum hęc quęstio occurrisset de facto, dicit Bar. quòd fecit ostendi sibi librum rationum, in quo continebatur, hic est liber rationum mercantiæ Io. Petri & fratrum, & ex hoc dixit apparere, quòd nomine communi faciebat mercantiam. l. Nesennius. ff. de neg. gest. & propterea lucrum erat communicandum. Sed si non appareat hoc, tunc si ille frater non erat tutor, nec curator lucrum debet esse suum proprium. l. Titium & Meuium. § altero. de admi. tu. Sed si esset tutor, vel curator, tunc lucrum quod fecit ex prima mercantia empta ex communi pecunia debet esse commune. Secus si ex reiteratione emptionum: nam pecunia redacta ex mercantijs communibus, vel ex fructibus communibus non est communis: vt dicit gl j. in. d.l.si patruus. & ibi Bal. & hæc quæ dixi de tutore & curatore sunt vera, quando constat, ꝙ mercantiam fecit nomine proprio. Nam in dubio ēt dici potest, quòd aut iste tutor negociando aggreditur negocium insolitum patri pupillorum; vt quia pater pupillorū nunquam fuerat mercator, & tunc in dubio videtur gerere nomine proprio: quia in dubio non præsumitur in culpa. Est enim quædam culpa insolita aggredi. ff de neg. gest. l. si negocia. Aut continuat negocium solitū ut si erant duo, qui faciebant simul mercantiam, & vno mortuo alter continuat sumptibus filii fratrum indiuisam hæreditatem possidentium, tūc videtur eorum nomine continuari, ar. ff. de neg. ge. l. nam & Seruius. §. si viuo. quia primordio tituli posterior formatur euentus. l. 1. C. de imponen. lucra. deferi. lib. 10. & est ar. ff. fa. Ner. l. si filia. §. Neratius. & ff. pro soc. l. actione. §. morte. ver. sed ꝙ ex re communi. nec distinguitur, vtrum ex prima mercantia aliquid perueniat, vel ex ępius repetita; quia natura huius actus est, ꝙ id quod postea
4 fit, semper loco prioris subrogetur. ff. de pign. l. cum tabernam secundum Bald. in d. l. si patruus. † Secundò quæro, si vnus ex socijs facit illicitum lucrum, an illud inter socios veniat communicandum. Dic, quòd aut est contracta societas licita, & tunc lucrum illicitè quæsitum non venit communicandum. ff. pro socio. l. quod autem ex furto. Sed communicatum sponte trahit secum periculum condemnationis; quia qui percipit a socio scienter illicitum lucrum, videtur se astringere ad pœnam, nō solùm ad percepta restituenda. ff pro socio. l. si igitur. Quod tamen ex maleficio socius contulerit, non aliter recipere debet, quam si cōdemnatus fuerit. ff. pro socio. l. quo autem. ver. quod enim. qui tex. facit ad quæstionem. Si plures erant socii omnium bonorum, & vnus fœneratur pecuniam sub vsuris, & multa lucratur, & omnia contulit in commune. Modò rediit ad pœnitentiam, & promisit sacerdoti restituere male ablata, nunquid extrahetur de communi, & videtur quòd nō; quia d.l.requirit, vt primò sit condemnatus, tamen satis videtur condemnatus, ex quo promisit sacerdoti restituere, nec refert qnomodo fuerit cōdemnatus secundum Mar. Sili. in d.l.quod autem. facit ad hoc, quod not. Host. in c. fin. de sepul. vbi ipse dicit, quòd in casu illius decretalis non solum lis erat contestata, sed etiam sententia lata, ex eo scilicet quòd sacerdos præcepit delinquenti, vt satisfaceret illis, quos lęsit, & sic præceptum sacerdotis dicitur, sententia facit, quod not. Bar. in l. 1 § huius studij. ff. de iusti. & iur. de eo qui promisit sacerdoti in confessione de non agendo; quia non poterit postea agere tanquam publicæ perso-

Source : BIU Cujas

cæ perſonæ ſit promiſſum. Vide tamen de hoc in l. ſi tibi. §. quædam. ff. de pac. per doc. legentes. Quandoque eſt ſocietas illicita, & lucrum illicitum, & tunc non eſt communicādum, nec ſi eſt communicatum, ſponte facit trāſire periculum: quia actio pro ſocio non poteſt naſci. ff. pro ſo. l. nec prætermittendum. ſecundum Bal. ibi & dicitur ſocietas illicita illa, quam faciunt prædones, qui vexant totam Italiam. Nam iſtæ ſunt illicitæ ſocietates, & incidunt in crimen læſæ maieſta. ff. de colle. illi. l. quiſquis. finis autem illarum ſocietatum eſt furandi, terras occupandi, lites ſeminandi, quæ omnia ſunt contra naturam, vt habemus in ſimili. ff. de ter. mo. l. diuus. & l. agraria. Vnde quorū finis eſt malus, eius ſubſtantia mala eſt, & reprobata à iure, & eo modo ciuitates quæ faciunt ligam contra ſuperiorem, vel contra parem ad æmulationem; quia non valet, vt no. Inn. in c. dilecta. de exce.
5 præla. ſecundum Bal. in rub. C. pro ſocio. † Tertiò quæro, quid ſi fratres poſt mortem patris remanſerunt in communione, & vnus aliquid lucrat, & dubitatur, vnde quæſiuerit. Reſpon. aut iſte frater erat homo male conditionis, & nullius artificij, & omnia præſumuntur habere de communi patrimonio patris, argumen. eius quod dicitur de vxore, quæ præſumitur omnia habere de bonis mariti. ff. de don. inter virum & vxo. l. 5. C. eod. tit. l. etiam 12. q. 3. c. placet. & ideo communicandum eſt: vt in auc. de eccle. tit. §. interdicimus. Si autem probetur bonæ conuerſationis, puta quia eſt artifex, & bene lucratur iſto caſu non præſumitur, ꝙ habeat de communi, niſi expreſſe probetur, immo præſumendum eſt, ꝙ ex operibus ſuis: quia fuit diligens ſibi quæren
do. C. arbi. tute. l. ſi defunctus. & de hęre. vel ac. vend. l. venditor. circa mediū ibi. pretium, enim hominis. C. ad l. falci. l. 3. in prin. Eſt enim præſumptio, ꝙ artifex aliquid lucretur ex operib. ſuis: cum maledicatur homo, qui fructum non affert, & omne artificium per continuum exercitium dicitur ſuſcipere incrementū. l. legatis. §. ornatricibus. de leg. 3. ſecundum Iacob. de Are. in ſuo
6 tract. de duo. fratri. † Quartò quæro, pone. ꝙ ſint duo ſocij vnius mercantie, vnus vult ire cum mercātia ad certum locum, alter dicit nolo, & ille accipit & vadit ſuo periculo. Dic, ꝙ de lucro non tenetur conſocio, vt not. Bar. in l. quia poterat. ad Trebel. ſecundum Bal. in addi. quam fecit ad tractatum Bart. de duo. frat. facit. l. ſi vnus. §. ſi quid vnus. ff. pro ſo. & de iu. do. l. ſi ma. & l. pe.
7 §. man. ff. ſol. matr. † Quintò quæro, qd de fructibus dotis vnius ex ſocijs. Reſpon. cum fructus dotis cedant marito propter onera matrimonij, vt l. pro oneribus. C. de iur. dot. & etiam quia eſt dominus rei dotalis. C. de rei ven. l. doce ancillam. ff. ſol. matr. l fructus. & l. diuortio. Iſti fructus communicantur inter ſocios omnium bonorum ff. pro ſocio. l. ſi ſocietatem vniuerſarū fortunarum. & l. ſi inter fratres voluntarium commercium. & l. ea verò. §. cum ſpecialiter, cum etiam ipſa dos communicetur. §. actione. l. ſi vnus. cum l. ſeq. ff pro ſoc. Aliàs pro vero ſecus: nam tunc cederens ſoli marito propter onera matrimonij, ſecūdum do. Per. de Peru. in conſi. quod incipit, quoniam iamdudum con
8 ſului. in 14. lib. conſi. carta. 45. † Sextò quæro, vnus ex fratribus totam familiam alimentauit ex lucris ſuis patre mortuo. Iſtud præcipuum an deducet. Dixit Nico. de Mat. ꝙ non; quia hoc expendendo pro oneribus patris eſt, & non vſus beneficio legis. Sed videtur voluiſſe patri quærere pleno iure, ex quo non ſeorſum poſſedit, & hoc per literam l. cum oportet ibi dum dicit, ex ſuis operibus poſſeſſe ſunt. Nam econtra, ſi pater diſſimulat, ꝙ filius conſumat, videtur renūciare vſufructui, vt eadem l. §. ſinautem. ſecundum Nico. de Matta. Poteſt dici, ꝙ aut filius fecit vt ad miniſttator; quia pater per manus eius regebatur, & tūc debeat percipere, aut fecit hoc intuitu pietatis, & obſequi naturalis, & tunc ea non debeat percipere, arg. ff. de neg. geſt. l. Neſennius. ff.
9 de peti. hære l. ſi. Bal. in l. certum. C. fami. ercit. † Septimo quæro, an inuentum per vnum ſocium in itinere, uel à caſu, uel fortuna ſit commune. Cy. in l. tandiu. in fi. C. pro ſo. dicit ꝙ non, & eſt quæſtio puerilis. Ego credo uerum per. §. cum duo. niſi eſſent ſocij omnium bonorum; quia tunc cum ipſi conferant omnia undecunque, & qualitercunqne quæſita. l. 3. §. cum ſpecialiter. ff. ꝙ ſocio. & ea. l. cum duob. §. ſocium uniuerſarum inuentū etiam communicare tenetur, ſi tale inuentum fiebat occupantis, puta quia erant gemmæ, uel lapilli in litore maris in nullius bonis exiſtentes. ff. de acqui. poſſ. l. 1. & theſaurum quidem pro parte inuentoris fit. inſti. de rerum diui. §. theſauros. & 14. q. 5. capit. ſicut inueniſti. Non tamen intelligas, quòd acquiſitio fiat ſolum per inſtrumentum uiſus ſine actuali apprehenſione, immo eſt neceſſaria actualis apprehenſio facta manibus, aut pedibus l. 3. in prin. ff. de acquiren. poſſeſſ. ſecundum Paul. de Caſtr. in l. 1. in princip. eod. titu. Secus ſi inuentum erat tale, quod non efficiebatur inuenientis per illam regulam, quòd tuum non eſt, ad alium ſpectare ſcire debuiſti. l. cum quærebatur. C. unde ui, quia erat alterius. Ex quo non fit inuenientis, non tenetur communicare, immo ſi ſibi inuentor tale inuentum appropriaret, delinqueret: ut d. l. cum quærebatur. & ex delicto acquiſita non debent communicari. l. quod autem ex facto. ff. pro
10 ſocio. † Octauò quæro, unus ſociorum fuit aliquid lucratus extra id quod ſocietatem non tangit, an ſocietati cedat. Dic ꝙ non, & ideo non eſt communicandum. ſup. ea. l. §. cum duobus. & hic eſt argumentum pro aſſeſſoribus, & pro ſeruitoribus aliorum, vt ſi quid lucrentur non impediēdo debitum officiū, debeat illud lucrum ad eos plenarie pertinere, ſecundum do. Dionyſium de Peruſio in d. §. cum duob. Secus ſi impediretur debitum officiū, ar. eorum quæ dicta ſunt ſupra in quarto quæſi
11 to quarti membri principalis. † Nonò quæro ſi ſunt duo ſocij, qui habent domum eorum communem, altero abſente alter ſolus habitat, nunquid tenetur ad partem penſionis. Aut ſunt vſufructuarij; quia ambo habent vſumfructum, ambo ſunt domini, aut vnus eſt dominus, alter verò retinet in pignus, & eam habitat, aut vnus eſt dominus, alter verò ſimpliciter & ſine cauſa retinet, & eam habitat. Primo caſu, quando ambo ſunt vſufructuarii, & vnus habitat, videtur habitare iure ſuo, vt infra dicet, quando ambo ſunt domini, aut vnus vult habitare, alter verò vult locare, tūc agant communi diuidundo, & iudex officium ſuum ita diriget, vt vel regionibus eius vti frui permittat, vel locet vſumfructum vni ex illis, vel tertiæ perſonæ, vt hi penſiones ſine vlla controuerſia peripiant. l. domum. §. cum vſufructu. ff. communi diuidundo. Vel ſi res mobilis ſit, etiam ſi poterit diuidi, vt inter eos cōueniat, caueantq; per tempora ſe vſuros & fruituros, hoc eſt vt apud ſingulos mutua vice ſit vſufructus: vt d. §. cum de vſufru. & l. hæc diſt. §. cum fundus. ff. locati. Secundo caſu, quando ambo ſunt domini. Aut quærimus, nunquid ille, qui habitauerit, teneatur ſoluere penſionem illi ſocio, qui non habitauit. Aut quærimus, ſi vnus vult habitare, alter verò vult locare, an volens habitare cogatur ad locandum. Circa primum eſt concludendum, aut aliquid conuentum de penſione, & tūc cōuentioni ſtandum eſt, & ſi poſt finitum tempus expreſſum conuentione habitauit, dicitur durare eadem conuentio. l. ité quæritur. §. qui impleto ff. locati. Aut nihil fuit actum de penſione, ſed ſimpliciter vnus ſocius habitauit domum communem alter verò, qui non habitauit, petit penſionem partis ſuæ ab eo, qui ſolus habitauit, & tunc dicendum eſt, ꝙ non habitans ab habitante penſionem petere non poteſt, quia habitans cēſetur iure ſuo vti. l meritò. ff. pro ſocio & quia vſus non poteſt diuidi, niſi diuidatur domus, vt videtur de hoc. glo. ordinaria in l. Sabinus. ff. cō muni diuidundo. & l ſi vt certo. § ſi duobus vehiculum ff. commodati. Ita dicit Ricar. Malumb. fuiſſe iudicatum, vt refert Cyn. in l. ſi quis putans. §. ſinautem. ff. communi diuidundo. in additio. ſuis. Secus ſi percepiſſet fructus agri, vel penſiones; quia tunc teneretur reſtituere partem perceptorum, per dictam. l. ſi quis putans. §. ſinautem. vbi caſus. Et ſic concludendo ratione cōmunionis procedit vſus indifferēs, ſed non integra perceptio emolumentorum, ſecundum Bal. in l duo fratres. de acquir. hære. & Petrum de Peruſio in conſilio, quod incipit. Lucas, Franciſcus, Mattheus habitantes domum communem in 14. lib. conſilio. carta. 156. vbi tenet, ſocium habitantem non tenere alteri ad pēſionem. † Circa ſecundum, ſi vnus vult habitare, alter vult
12 locare, an volens habitare cogatur ad locandum, aut volebat alteri locare totam domum, aut partem. Si totam domum & tunc, aut domus erat conſueta locari, aut non. Si erat conſueta locari: vt puta duo habebant hoſpitium commune, quod locari conſueuerat, & vnus vult locare, alter non, & tunc æquus iudex coget eos ſtare æquitati, etiam ſine diuiſione dominij, & conſiderabit, ꝙ conſuetudo eſt altera natura. C. de prob. l. actor. & facit, quod no. Bar. in d. l. Sabinus. & in d. §. cum fundus. ſecundum Bal. in l. j. C. qui teſta. Si verò non erat conſueta locari, & tunc aut alter ſocius vult vti ad vſum deſtinatum, & poteſt etiā inuito altero ſocio, qui volebat locare, vt vult gloſ. in d. l. Sabinus. & glo. in d. l. ſi quis putans. §. ſi quis in communem. & gloſ. in l. arboribus. §. ſi nauis. ff. de vſufructu. & l. in tantum. ff. de re. di. nec tunc tenetur ſoluere penſionem; quia cenſetur iure ſuo vti per prædicta: ſi verò vult vti iure ad vſum non deſtinatū, & tunc ſi res ſit deterior, non poteſt, ſecundū Iac. de Bel. in l. ſi ędes communes. ff. communi diuidun. l. vnus ex dominis. ff. de ſeruituti generali. & ſi vtitur, non tenetur actione pro ſocio vel cōmuni diuidun ſecundum glo. in d. l. ſi quis putans. §. ſi quis in cō munem fundum. & l. ſi fundum. ff. eo. Si verò non fieret melior, neque deterior, & tunc propter immenſas contentiones debet veniri ad diuiſionem, ſecundum Guil. C. de ſacroſ. eccle. l. iubemus nulli. in prin. ſuper verbo. diuidere, facit. ff. de ſerui. vrb. prę. l. in re communi. Si verò vnus vult locare partem ſuam, alter non vult. Pone frater meus, & ego habemus domum communem, ipſe indignatur mecum, recedit de domo, & locat partem ſuam cuida ſtipendiario. Ego nolo, quòd ille ſtipendiarius ſtet in domo, cum ibi habitem cum familia mea, ſed frater meus dicit, quod ego non poſſum prohibere vti ſuo iure, & ipſe non inuenit alium cui poſſit locare, & pars ſua non debet eſſe ſterilis. Vnde aut ego accipiam eam ad penſionem, aut ego admittam ſtipendiarium. Dic, quòd ego non tenear ſtipendiarium admittere; quia non eſt honeſta perſona. ff. de vſu & habi. l. non aliter. nec videtur æquum, ꝙ quis compellatur conducere. l. nec emere. C. de iure delib. fm Bal. in l. j. C. q teſta. Quòd facit ad quæſtionem, ſi vnus ſcolaris recedit, vt nō poſſit cameram ſuā alteri locare.

Source : BIU Cujas

care. Ad quod facit: quia qui ſocietatem contrahit, certam perſonam eligit. inſti. pro ſocio. §. ſoluitur. & ad idem. ff. de ver. obl. l. ſi quis arbitratur. de offi. deleg. c. fi. Item hæres ſocij non ſuccedit in ſocietate. inſti. pro ſocio. §. actione. & §. morte. Non. n. fit quis ſocius alicui inuito ipſo. l. qui admittitur. ff. pro ſocio. arg. contra inſti. de loca. in fi. vbi in locum primi conductoris alter eius hæres ſuccedit. C. locati. l. nemo. vbi poteſt quis rem conductam alij ęque idoneo locare ad eundem vſum, arg. ff. de vſufru. l. equiſſimum. § fi. Sed prius dictum verius eſt per. l. qui admittitur. cum duabus ſeq. niſi aliter fuerit in contrahendo actū, arg. 8. q. 2. c. illud. & ſeq. ſecundum Spec. in tit. de iudi. §. generalia. ver. circa hoc quæro, an ſcolaris, & Rofre. in rub. pro ſocio. ver. quid ſi plures ſecundum Io. And. in addi. in d. ver. circa. Dicendum videtur, ꝙ aut ſociorum intereſt, quia non ęquè idoneus ſubſtitutus, & tunc loquitur gl. inſti. de loca. §. fi. & Spec. & Rofre. Aut ſociorum non intereſt, quia ſubſtitutus ſit tantum idoneus, & tunc poteſt alium loco ſui dimittere, & loquitur opinio contraria, non vt ſit ſocius ad diuidendum, ſed ad habitandum, ſecundum Nico. de Mat. & Bal. in l. nemo. Circa tertium, quando vnus eſt dominus, & alter retinet rē in pignus, ſcilicet creditor. & tunc ſiue ſit pignus conuentionale, ſiue prętorium, ſiue iudiciale, talis creditor retinens domum in pignus ſiue locet alteri, ſiue potuerit locare, & locauerit, ſiue habitauerit: cū habitanę dicatur fructus percipere, ſecundum glo. in l. ſi is qui bona. § j. de pigno. ad penſionem tenetur, vt eſt tex. in d. §. 1. ibi. cum in vſuras fructus percipiat, aut locando, aut ipſe percipiendo habitandoque. per quem tex. dicit Bald. ibi, ꝙ licet glo. ſing. in auc. de exhi. reis. §. ſi verò. dicat, ꝙ fructus extenuant ſortem in pignore cōuentionali. Secus in prętorio pignore vel iudiciali: quia de conſuetudine creditor lucratur eos ſecundum illam glo. tamen illa conſuetudo eſt contra tex. d. l. ſi is qui bona. §. 1. & ideo indigeret iſta conſuetudo probatione facti ſecundum Bal. ibi, quod tene menti. Ex hoc not. ꝙ licèt Guil. dicat, aliud eſſe de conſuetudine, non creditur ei, niſi probetur. Idem tenuit expreſsè Bal. in l. conſentaneum. C. quomodo & quando iud. quod tene menti, quia ſępe venit de facto, & ego vidi idem dubitari. Circa quartum, quando quis ſimpliciter habitat domum alterius, & tunc aut bonafide, non tenetur ad penſionem; quia bonęfidei poſſeſſoi lucratur fructus. de reſti. ſpo. c. grauis. & per Guil. in l. fructus. & l. ex diuerſo. ff. de rei ven. & l. certum. C. co. ti. niſi forte ſub dubio, tamen ille bonęfidei poſſeſſor feciſſet expēſas domo, & ad perpetuam rei vtilitatem: quia tunc forte expenſæ cum penſione compenſarentur, quæ percipi potuiſſent, quia habitando, aut locando dicitur fructus percipere, vt l. ſi is qui. §. 1. & l. vrba. prædi. penſionis. ff. de vſu. ideo cum expenſis computat. l. ſumptus. ff. de rei ven. & l. ſuper. C. de euic. in quibus legibus eſt caſus, in quo bonęfidei poſſeſſor nō lucratur fructus, ex quo cum expenſis factis compenſari debent, tamen cogita; quia eſt quotidianum & pulchrum, & verum. Aut non poſſidet bonafide, ſed aliter, & tunc ad penſionem tenetur. l. in ſumma. §. & ſic
13 habitatione. ff. de condi. inde. & ibi per Barto. † Decimò quæro, Titius, cuius domus perijt incendio, vel ruina, domum conſanguinei, vel amici ſui intrauit tunc vacam nulla penſione conuēta, quam per aliquos annos habitauit, donec ſua domus refecta fuit, petit conſanguineus dominus domus pēſionem. Albertus Galeotti diſtinguit. Aut vterque prædictorum, vel alter conſueuit locare domum, aut non. Primò caſu tenetur inquilinus ad penſionem, per l. ſi polienda. de præſcri. ver. Secundò caſu, quando neuter locare vel conducere ſolebat, non teneatur inquilinus. ff. de donatio. inter virum & vxorem. l. vtrum. ff. de proba. l. Procula. C. de vſu. l. creditor. per quam probatur, ꝙ mutuās, qui non conuenit in mutuo de vſuris ſibi ſoluādis, illas non petit. C. de reuo. dona. l. fi. in fi. C. ne de ſtatu defun. l. 2. & l. ſi pater C. fami. er. & l. filiæ. ff. eo. l. quæ pater. C. de neg. geſt. l. 2. ff. eo. l. Neſennius. de lega. 3. l. vxor. §. fi. ff. de cond. inde. l. cum is. §. pen. ff. man. l. ſi verò non remunerandi. §. contrario. ſecundum Ioan. And. in addi. Spe. in tit. de locatio. §. poſtquàm. ver. porrò ſicut ex conducto. & vide de hac materia Bar. in l. in ſumma. §. frumento. ff.
14 de condi. inde. † Vndecimò quæro, duo ſunt fratres, alter ex his electus eſt ad aliquod officium: ſed quia ſimplex, & inſufficiens inuentus eſt, alius frater ei ſubſtitutus eſt, nunquid lucrum ex officio illo proueniens debet ſubſtitutus communicare cum fratre. Dic ꝙ non, ſed illud habebit præcipuum. C. de aſſeſſo. l. veluti caſtrenſe. C. de aduo. diuer. iudi. l. forum. niſi pactum aliud inducat, vt in §. idem Papinianus. & in §. ſi fratres. l. cum duobus. ff. pro ſocio. Nam imperitia fratris huic obeſſe non debet. ff. ſi quis ali. teſt. prohi. l. 2, §. fratris. l. de pupillo. ff. de no. ope. nuncia. §. ſi plurium. nec debet alteri per alterum &c. ff. de alie. iu. mu. cauſa fa. l. 1. quòd autem ipſe debeat totum habere, probatur. ff. ad municipa. l. Titio. de ſupplen. negli. præla. c. grandi. in 6. ſecundum Spe. in tit. de iudi. §. ſequitur. ver. quid ſi alter. in 4. parte Sp. facit, vt maritus non lucretur in totum, etiam ſi in totum non
15 ſuſtinet onera matrimonij. † Duodecimò quæro, filius tuus accepit vxorē, à qua tu accepiſti amplam dotem pro eo, vxor iſta decedit in matrimonio, & filius tuus ex forma ſtatuti, vel ex pacto lucratur iſtam dotem, vel certam eius partem. Modò quæritur, nunquid te mortuo filius tuus debeat habere hoc lucrum præcipuum, vel debeat fratribus ſuis conferre. Bal. in l. vxor. tua. C. fami. er. concludit, ꝙ Bar. in quodam ſuo tractatu ſequendo Di. in l. ſi cum dotem. §. tranſgrediamur. ff. ſol. mat. dixit, ꝙ ſi ſocer ſubit onera matrimonij, hoc lucrum eſt profectitium, & ipſe lucratur; quia licet acquiratur filio ex forma ſtatuti, non durat penes eum, niſi quodam momento tanquam profectitium. Si verò filius ſubit onera matrimonij, puta ex lucris ſuis aluit vxorem, tunc ipſe filius lucratur dotem cum effectu; quia eſt aduētitium lucrum, & ſi tu dicis, in iſto lucro pater habebat vſumfructum. Reſpondeo, ꝙ pater diſſimulando videtur remittere. l. cum oportet. §. ſinautem res. C. de bonis quæ li. & in iſta onera ſunt præciſe ex re filij. Si autem pater & filius participauerunt in oneribus matrimonij, iuxta onera quæ vnuſquiſque ſupportauit lucrum dotis acquiritur. Si autem patre mortuo filius lucretur, nulli dubium eſt, ꝙ haberet dotem præcipuam, & nil cōferret: vt eſt caſus notabilis in d. l. vxor tua. ſecundum Bald. ibi. Vbi etiam dicit, ꝙ filius emancipatus poteſt à patre exigere dotem ſuæ vxoris, quia vbi onera matrimonij ſunt, ibi debet eſſe dos, quæ pro ipſis oneribus deſeruire debet. l. pro oneribus. C. de iure dotium.

16 † Decimotertiò quæro, quando filius lucratur cum pecunia patris, an tale lucrum debeat eſſe præcipuum, vel poſt mortem patris teneatur conferre fratribus. Super hoc articulo plures fuerunt opiniones. Prima quidem fuit glo. in l. cum oportet. C. de bonis quæ liber. quam ſecutus fuit Spe. in tit. de iudi. §. ſequitur. verſic. quid ſi alter, volens ea quæ filius ex paterna pecunia ſibi per patrem ad negociandum conceſſa acquirit peculium profecticium videri, & ideo fratribus communicanda fore. C. fami. er. l. certum. Ea quidē opinio dupliciter probatur. Primò ex doctrina tex. Inſti. per quas perſonas. §. ſancitum. dicentis, quòd ſi quid ex re patris filio obueniat, totū patri acquirit. Quæ autem inuidia eſt, vt quod ex patris occaſione apud filium profectum eſt hoc ad eum reuertatur. Secundò ex tex. l. ex re. ff. de vſufru. di cētis, ex re fructuarij, & id intelligitur per ſeruum acquiri, quod ex adminiſtratione rerum eiuſdem lucri ſeruus fecit, igitur fructuario acquirit. ad idem tex. ff. de vſu & habitati o. l. ſi ita. §. fina. dicens. ſeruus, cuius vſum duntaxat nō etiam vſumfructum habemus, poteſt etiam ex pecunia noſtra negociatus eſſe, & quicquid eo modo acquiſiuerit, in peculio noſtro ſit. Ita igit in propoſito noſtro, filius, quem in poteſtate habuit pater, poteſt ex eius pecunia negotiatus fuiſſe, & conſequenter quidqd eo modo acquiſiuerit, in peculio paterno ſit, igitur ei acquiratur. vnde etiam reſultat, vt fratribus id communicet: vt d. l. certum. Secūda fuit opinio Bart. in l. 1. §. ſed nec caſtrenſe. de collatio. bono. & in d. l. cum oportet. & in l. illud. C. de collatio. in aliquibus lecturis. & in tractatu ſuo de duobus fratribus, in prima parte eiuſdem. in 2. quæſtione principali, & in l. ſi tibi. §. ſi pactus. ff. de pactis, volentis medietatem lucri hoc caſu operæ & induſtriæ filij negociantis attribui, igitur illud aduentitiū fratribus non communicari. C. de collatio. l. fin. Medietatem autem aliam lucri attribui pecuniæ patris, igitur illa tanquam peculium profectitiū ſit fratribus communicanda: vt d. l. certum. Hæc autem opi. probatur ex tex. inſti. per quas perſonas §. quæ autem ex alia. ibi. dū dicit tex. ne quod ei filio ſuis laboribus vel proſpera fortuna acceſſit, hoc in alium &c. Ad idem tex. in d. l. cum oportet. ibi. & filij non lugebunt, quæ ex ſuis laborib. ſibi profecta ſunt ad alios transferenda &c. Secundò probatur ex eo, quod dicit in ſimili in ſocijs, quorum ſi vnus pecuniam, alter operam atque induſtriam ponit, medietas lucri ponenti pecuniam tribuitur. Altera verò operam ponenti. C. pro ſoc. l. 1. ff. eo. l. cum duobus. §. ſi in coeunda. Dicit enim alibi tex. cum plerunque pauperior opera ſuppleat quantum ei per comparationem patrimonij deeſt. ff. pro ſo. l. ſocietates. §. ſocietas. & alibi ſic. plerunq; n. tāta eſt induſtria ſocii, vt plus ſocietati conferat, quam pecunia. eo. tit. l. ſi non fuerint. & alibi ſic, ſcilicet, quia ſępe opera alicuius pro alterius pecunia valet. inſti. eo. § de illa ſanè. Hanc tamen opinio. ip ſe limitat in l. quod ſeruus. de acquiren. poſſeſſ.

Tertia fuit opinio Bal. in auc. ex teſtamento. C. de colla. & in d. l. cum oportet. dicentis ſecundum opinio. Iacob. Butr. hanc lucri diuiſionem non fore fiendam ſecundum Bar. vniformiter, vt ſemper pro parte dimidia dimidatur, ſed arbitrio boni viri conſiderata quantitate pecuniæ, & qualitate perſonæ filii eiuſdemq; induſtria. Quid enim ſecundum eundem ſi pecunia paterna numero fuerit centum, ex qua filius ſingulari eius induſtria lucrarus fuit mille; cum tamen alius non fuiſſet lucratus ducentos? Certè tunc iniquum erit dicere, ſecundum quòd Bar. voluit, immo hoc caſu tribuenda erit maior portio perſonæ, & induſtriæ filii, quàm paternæ pecuniæ, arg. ff. ad l. falci. l. ſi hæres inſtitutus. & hoc quia ęquum, cum ſumus in bonęfidei iudiciis bono viro diuidenti placere debet perinde, ac ſi expreſſum conuentum foret. Officium enim ius dicentis ſemper ante oculos ęquitatem hēre debet. ff. de eo quod certo loco. l. quod ſi Epheſi. In bonęfidei enim iudicijs iudex debet in re æqua terminanda, quantū

ſi nomi-

Source : BIU Cujas

si nominatim eius rei,quæ vel cuius equa facta est conuentio. ff.de neg.gest.l.quia tandundem.vbi est casus notabilis,nec huic sententiæ refragantur ea iura,quæ ar.supra dixi.Illa in societatis contractu loquuntur, cuius natura est, vt in dubio conuenisse videantur portiones inter socios equales esse debere: vt d. l. si non fuerint.insti.eo.ti.§.& quidem si nihil.& idem concludit ip se Bald.in l.certum.C.fami.ercis.Quarta fuit opi.do.Lud.qui (vt ipse asserit) in consi.quod incipit,quò ad primum propositi cō sultationis aliquando in lectionum discursu fuit in hac opi. videlicet. Quandoque filius pecunia patris negociatur nomine patris, aliquando negotiatur simpliciter, aliquando nomine proprio, & eiusdem periculo, aliquando nomine communi, & communi periculo. Primo casu dicebat totum lucrum haberi pro profectitio,communicandumque fore;quia ex quo paterno nomine negociatur,censetur tanquàm institor seu ꝓcurator patris ad negociandum constitutus,& ideo totum patri quæritur.ff de procu.l.quod procu.ex re.cum similibus, & consequenter fratribus communicabitur: vt d. l. certum. Secundo casu idem concludendum; quia ex quo simpliciter cum re paterna negociatur, censetur in dubio nomine paterno negociari.Ideoque patri quæri,ac fratribus communicari,ar. ff. quando ex fac.tuto.l.ex morte.§. 1.& si.Tertio casu, quando nomine ꝓprio & periculo suo, dicebat tunc filio quæri,nec communicari debere,pro hoc allegat l.idemque si mandauero. ff. mandati. & l.si vnus ex sociis.§.si quid vnus.ff.pro soc. Vltimo casu dicebat veram esse opi.Bald. supra relatam;tū quia non præsumitur filius velle operam & industriam suam iactare.ff.de prob.l.cū de indebito.de renun.c.super hoc.tum quia certum est id, quod de suis laboribus ac industria quærit,aduentitium censetur: vt d. l. cum oportet.& dicto.§.quod autem ex alia Vnde clarum est in eo hodie inter patrem & filium consistere posse ciuilem obligationem.l.iubemus.§.fi.ff.ad Treb.firmauit glo.& doc. in l.frater à fratre.ff.de condi.inde.& in l. si quis pro eo.ff.de fideius.§ 1 C. de pac.conuen. l.pac.& l.imperator.ff.ad Treb.& est casus in l.si quis prioris.§.in illo.de secund.nupt. Tum etiam:quia tex.dicit formaliter,ꝙ sepe quorundam ita preciosa est opera,vt eos iustum sit meliori conditione in societate admitti. insti. pro soc. §.de illa sanè.& hanc opi. ita semper legendo.tenuit do. Ludo. Deinde consulendo ipse in d.consi.tenuit,alias secutus fuit opi. Bar.in quo semper dicit,ꝙ solet esse substantia veritatis.Sed puto non esse recedendum ab opi.Bald. quam de iure veriorem & magis equitati consonam arbitror per prædicta, & per ea quæ
17 plene dicta fuerunt supra.in 4.par.prin.in 1. q. † Decimoquartò quæro,quid si filius lucratur laborando in re patris,puta agrum scindit,vel de lana patris pannum facit,nunquid lucrum, quod ex opera peruenit,patri acquiratur?In hoc dixit Nico.de Mat.ꝙ aut id in quo laborat filius transit in nouam speciem,vt quia de lana pannum facit,& tunc proprietas acquiritur filio ar.insti.de rerum diui.§.si duorum.patri verò acquiritur vsufructus. Si autem non transit in nouam speciem,vt si laborat in fundo pater no ligonizando,vel similia faciendo,& quærit patri pleno iure, licet ex laboribus suis hoc quærat;quia opera cedit rei.ff. de condi.indeb.l.si in area. licet secundum opi.Bar.supra relatam equū esset,ꝙ iustum pretium operæ tribueretur filio operanti:sicut ipse dixit in filio mercatore lucrante cum pecunia patris:nam labor & pecunia diuisionem recipiunt. ff. de an.le. l. Seio. & huic opi.dicit Bal.in d.l.certum.C.fami.erc.ꝙ ipse de æquitate consulendo adhęsit in suis propriis terminis.l.in filio mercatore,cum modificatione tamen de qua supra proxima quæstione dixit
18 Bal.† Decimoquintò,quæro, an lucra ex officijs a communitate quæsita per vnum ex fratribus alteri communicanda sint. D. Lud.in d.consi.quod incipit,quò ad primum propositæ consultationis dicit,aut huiusmodi lucrū accedit peculio aduentitio: puta quia ex eius laboribus quos in officio habuit, frater lucrū sensit,cum tunc id peculii aduentitii sit: vt C.de bo. quæ lib.l.cū oportet. & d. §. quod autem ex alia.insti. per quas personas no. acqui.& tunc fratri non confertur.l.fi.C.de colla.aut ea lucra peculio accedunt castrensi. puta; quia ratione administrationis in huiusmodi officiis frater ex publico salarium percipit,& id quasi castrense peculium est.C.de inoffi.testam..l. fina. C.de assess. l.veluti castrense.C.de aduo.diuer.iudi.l.fori.& tūc similiter nec fratri confertur .l. 1. §. sed nec castrense cum si.de coll.bo. Nec quidem dicendum, quòd quamuis, fratres hæreditatem paternam indiuisam tenuerint, tamē ad hoc in communi quæsita redigere debeant;quia contra tex.in l.cum duobus.§.si.fratres pa-
19 ternam indiuisam.ff.pro socio.† Decimosextò quæro, an lucrū dotis proueniens vni ex fratribus communicari debeat. Dic,ꝙ lucrum ex dote proueniens ad vnum ex fratribus maiorem, ꝙ ad eum dotis causa peruenire dicitur: vt l. 3.§. nam & si quis. de do.præle.ac etiam ipsius dotis fructus, qui mariti sunt ob onera matrimonii quæ supportat.C.de iure dot.l. pro oneribus. ff. de iure dot.l. dotis fructus. alteri fratri omnium bonorum consocio communicari debeat, cum ille pariter onera matrimonii sustinuisset præsupponatur.Iste est tex.singularis iuncta glo. fin. l.si eo tempore.alias incipit, sed si eo.ff.pro socio. vbi dicitur, quòd lucrum dotis proueniens vni ex sociis omnium bonorū communicari debet etiam aliis, si illi matrimonii onera sustinuerunt,nec prædictæ determinationi obstat disceptatio doctorum.& glo.de qua.in l.dotem.ff.de castrensi peculio. in l. quod scitis.in verbo.dotem acquiri.& in l.1.& 2.C. de bonis quæ libe. & in l.si cum dotem.§.transgrediamur.ff. soluto matrimo. & in l.2.C.fami.erc.& in auc.ex testamento.C.de collatio.& per Bar. in tractatu de duobus fratribus,in prima parte principali,& quę stione vltima,in qua quæritur,an pars dotis,quam vxore prædecedēte maritus alias filius ex forma statuti lucratur, veniat cum fratribus communicanda; quoniam illa loquitur eo casu, quo non præsupponitur omnium bonorum societas,prout hic,non tamen dicendum ex omni negociatione in communi domo inter fratres viuo patre facta intelligatur contracta societas; quoniam contrarium est,verius vt patet in l.cum oportet.C.de bo.quæ libe.& insti.per quas personas. §. quod autem ex alia.& huius ratio illa est;quia huiusmodi negociationes viuo patre patri factæ vsumfructum quærunt,vt in dictis iuribus, & ideo negociatur patri,& non referunt quæstum fratres fratri,in quo cō sistit societas.ff.pro socio l.coiri.cum l.seq. Item quia nec potest contrahere in aduentitiis sine consensu patris viuentis,in cuius sunt potestate.C.de bo.quæ libe.l.fin.§.filiis autem. Satis tamen est illam contractam intelligi ex cōmunicatione omnium bonorum post mortem patris inter eos facta, & ita consuluit do-
20 mi.Ludo. † Decimoseptimò quæro, duo contraxerunt societatem, deinde in fin. triennij reuisa ratione lucri apparet, quòd quilibet fuit lucratus centum, vnus eorum sua centum fuit consecutus, & extra societatem pro suis necessitatibus consumpsit, alius verò fecit se creditorem dictæ societatis in centum occatione dicti lucri, & nihilominus continuo ibidem in dicta societate retinuit, non aliter disponendo. Modo finita societate prædicta ille,qui retinuit dicta centum in societate,in quibus se fecerat creditorem, vult de lucro plus percipere, quā alter socius,ex quo illa centum plus altero socio in societate retinuit,cum quibus lucrum fuit factum,sicut & cū aliis; quia qui plus ponit,plus percipere debet.l.si non fuerint.ff.pro soc. Contrarium credo;quia ex quo dictus socius erat creditor dictorum centum, non dicitur ea posuisse in societate, nec habuisse animum ponendi, nec quantum ad ipsa centum dictus socius potest dici contraxisse societatem,cum in sua erat voluntate & potestate quandocunq; sibi placebat recuperare,etiā si societati nō expediret,sicut & quilibet alius extraneus,qui ibidem deposuisset centum, in quibus fuisset factus ,creditor societatis; quia illa centum sunt periculo societatis,non autem creditoris.l.incendium.C.si cer.pet.& ideo conuenit, vt etiam lucrum sit societatis;quia vbi periculum, ibi lucrum esse debet. l. cum duobus. §. damna fatalia.ff.pro socio.l.manifestissimi.C.de fur.alias si periculum esset societatis,lucrum autem esset suum, sequeretur, ꝙ capitale esset saluum,quo casu quicquid accederet sorti vsura esset;quia in Euangelio Lucæ dicitur, mutuum dantes nihil inde
21 sperantes. † Decimooctauo quæro, duo contraxerunt societatem,in qua vnus promisit ponere tria milia,alter operam & industriam,& pepigerūt,vt ille,qui ponebat tria milia, deberet habere lucrum de duobus milibus flore.Alter vero, qui ponebat operam & industriam suam, deberet habere lucrum de mille flore.Contigit,quod ille,qui promisit ponere tria milia,non potuit nisi mille,societas durauit per quinquennium.Dicit ille,qui posuit mille, finita societate detis mihi mille & partem meam lucri, dicit ille, qui posuit personam & operam & industriam suam,non debetur tibi aliquod lucrum;quia ego debeo de mille habere lucrum ex forma nostræ conuentionis, & licet videatur,ꝙ ille,qui posuit operam,non debeat lucrari omne lucrum factum cum illa pecunia:cum pecuniæ positæ in societate pars lucri attribuatur.l.3.in prin.ff. pro soc.l.si non fuerint.eo.ti.cum non conueniat, quem lucrari cum alterius iactura. l. nam hoc natura. ff. de conditio. indebi. tamen attento pacto & conuentione inita inter istos socios dicendum est,quod ex quo expresse conuētum est,vt ille, qui ponebat operam & industriam suam,haberet lucrum de mille,conuentio sibi seruanda èst. d. l. si non fuerint.l.1.§.si conuenit.ff.depos.c.1.& c.3.de pactis. Non obst.quod pars lucri attribuatur pecuniæ,quia id verum, quando conuentio non esset facta modo prædicto. Sed in casu nostro conuentio spectatur:vt d.l.si nō fuerint.ver.si vero placuit: licet societas,vt alter lucrum, alter damnum sentiat, coiri non possit:vt d.l.si non fuerint.§.fi.Vel saltem ille, qui non seruauit promissa,tenetur socio, qui posuit operam, & per quem non stetit, quin poneret operam ad tria milia, quæ debebant poni sicut ad mille posita. l. stipulationes non diuiduntur. §.
22 Celsus.ff.de verbo. obligatio. † Decimonono quæro, occurrit, dubitatio, duo contraxerunt societatem, in qua vnus promisit ponere tria milia,& alter operam & industriam,& conuenerūt: vt ille,qui ponebat tria milia, haberet duas partes lucri, ille qui ponebat operam haberet tertiam partem. Modo cōtigit,quod ille, qui promiserat ponere tria milia, non posuit nisi mille & quingentos,& finaliter lucrati fuerunt in tribus annis trecentos florenos.

Source : BIU Cujas

Petr. De Vbal. De duobus fratribus.

florenos. Quæritur modo, quomodo debeat fieri diuiſio huius lucri, & videbatur, ꝙ iſte, qui poſuit operam, & induſtriam, ex quo conuenit, vt deberet habere tertiam partem lucri de tribus millibus, quod eſt de mille, ꝙ debeat habere duas partes lucri factas cum dictis mille & quingentis, & ille, qui poſuit pecuniam, debeat habere tantum lucrum de quingentis, & ſic tertiam partem. In contrarium videtur, ꝙ ex quo pepigerunt, & conuenerunt, quòd lucrum debeat diuidi per quotas, videlicet ille, qui habebat ponere pecuniam, lucrum habere debeat de duabus partibus. Ille, qui ponit operam, de tertia parte. Ita videtur diuidendum iſtud lucrum ſecundùm quòd eſt conuentum, & ſic ille, qui poſuit mille & quingentos, habeat duas partes lucri, vt conuentum eſt, & ille, qui poſuit perſonam, & induſtriam, & operam habeat tertiam partem; & quia ille qui poſuit pecuniam, debuit ponere tria millia, & nō poſuit. Ex quo ille, qui poſuit operam, non potuit tantum lucrari, quantum fuiſſet lucratus, ſi ſocius eius poſuiſſet tria millia, prout promiſerat, teneatur eidem ad intereſſe arbitrio boni viri, quod maxime in ſocietate verſatur. † Vigeſimò quæro, duo contraxerunt ſocietatem, in
23 qua vnus poſuit mille, & alter operam, & induſtriam ſuam, & conuenerunt, vt lucrum in fine ſocietatis diuidant ęqualiter, vt quilibet habeat dimidiam, contingit, quòd ille, qui promiſit ponere mille poſuit mille & quingentos. Quæritur modo de illis quingentis vltra quis debeat habere lucrum, an debeat diuidi inter eos, prout erat conuentum de illis mille, & ſic etiam per medium, quòd videtur; quia a primordio tituli poſterior formatur euentus. l. . C. de impo. lucra. deſcrip. lib. 10. In contrarium, quia ſuper illis quingentis nulla fuit facta conuentio, & forte induſtria & opera illius non merebatur tantum lucrum. meritò debeat diuidi arbitrio boni viri quantum ad illud lucrum factum cum illis quingentis florenis cum maxime in ſocietate boni viri arbitrium verſetur. Puto aduertendum, an illi quingenti floreni vltra primam ſortem ſunt poſiti ſciente illo, qui ponebat operam & induſtriam in ſocietate; quia in libris apparet, quòd ille poſuit dictos quingentos florenos vltra dicta mille in communi corpore ſocietatis. Aut ſocius, qui ponebat operam & induſtriam, nihil ſciebat, de hoc forte putabat, quòd ille eſſet creditor illorum quingentorum vel quòd alius diposuiſſet illam pecuniam. Primo caſu quando ſciuit, videtur tacite conſentire & ſocietatem contrahere; quia ſocietas non poteſt contrahi ſine conſenſu tacito, vel expreſſo. l. vt ſit pro ſocio. actio. & d. l. nam cum contractu habito. & l. vt in conductionibus ff. pro ſocio. & ſic ſi ſibi diſplicuiſſet, contradixiſſet, & illa contradictio impediſſet ſocietatem. Quo caſu cum contradictio fuiſſet opera ta effectum ſuum; quia impediſſet actum, taciturnitas habetur pro conſenſu, vt dicit glo. in l. ſi fideiuſſor. §. ſi pater. ff. de pigno. & ideo inter eos intelligitur etiam quò ad illos quingentos contractum ſocietas. Sed dubium eſt, quomodo tunc debeat diuidi lucrum factum ex eis. Puto dicendum. quòd ex quo iſta quantitas quingentorum florenorum addebatur quantitati mille florenorum, & ſic ponebatur in ea ſocietate, in qua conuētio erat iam facta. acceſſoriū regulatur ſecūdum ſuū principale, & idem iudicabitur de addito quod de principali, vt in regula acceſſorium. & l. quæ de dota. ff. de rei ven. & imputet ſibi ille, qui poſuit quingentos florenos, cum non apertius legem dixit l. veteribus. ff. de pac. l. inter ſtipulantem. §. . ff. de verbo. oblig. Secundo caſu, quando ignorante ſocio poſuit illos quingentos florenos & communi nomine vſi fuerunt. lucrum ex eis proueniēs erit commune, ſi alter, qui hoc ignorabat, ratificare vult. Facit. l. communis ſeruus. §. fin ff. de acquiren. poſſeſſ. l. ſi ego. de nego. geſt. & quod habetur in regula rati. in 6. & l. fin. C. ad mace.

24 † Vigeſimoprimò quæro, mercator vendit rem valentem. 10. pro quindecim ſoluendis hinc ad annum, an ſit vſura. Cano niſtæ dicunt quòd ſic in c. in ciuitate. de vſu. Quod Bald. verum intelligit in his rebus, quæ ꝑſiſtunt in pondere, numero, & menſura; quia in his tantum rebus committitur. Secus ſi vendatur domus, vel prædium, præſertim cum emptor interim percipit vtilitatem: vt C. de actio. emp. l. curabit ita dicit Bal. in rub. C. de
25 vſuris. † Vigeſimoſecundò quæro, quid ecōuerſo, mercator propter præuenditionem vilius emit. verbi gratia emit frumentum in herba pro quinque, quod tempore meſſis veriſimiliter valebit octo, an iſte mercator ſit vſurarius. Dicunt doc. quòd ſic, per tex. in d. c. in ciuitate. Bald. in d. rub. dicit, quòd aut præſens numeratio eſt cauſa damni venditoris, & eſt vſura, aut ſola conuētio eſt cauſa damni; quia de præſenti non ſoluitur pretium, & tunc contractus non eſt vſurarius, aut neutrum eſt cauſa damni quia frumentum in herba non plus valet tempore contractus, & contractus tunc non eſt vſurarius, ſed licitus. ff. de contrahē. empt. l. fiſtulas. §. ſi frumenta. & l. ſi debitor. §. veriſimile. & ff. de
26 verb. obli. l. inter ſtipulantem. §. ſacram. † Vigeſimotertiò quæro, quidam dedit agrum ſeu potere more noſtro colendum ad medietatem fructuum. cum hoc, vt mutuaret colono 25. florenos. Quæritur, an ille contractus ſit licitus, videtur dicendum ꝙ ſic; quia de iure communi abſque aliquo pacto & mutuo colonus tenetur reſpondere ad medietatem fructuum, cum medietas fructus debeatur domino ratione proprietatis, & alia medietas colono ratione culturę. l. cum duobus. §. ſi in coeunda. ff. pro ſoc. & dominus nihil ponit niſi fundum, colonus autem ſemen, & omnia, quæ circa culturam requiruntur, de decimis. c. cum in tua. In contrarium videtur; quia quotiens mutuum eſt cauſa alicuius acceſſionis, ſiue lucri, aut emolumenti, eſt vſura, iuxta illā auctoritatem, mutuum dantes nihil inde ſperantes. Lucæ 6. ca. de vſuris. c. conſuluit. c. conqueſtus. & c. fin. per doc. Quicquid. n. accedit ſorti, vſura eſt. 14. q. 3. c. plerique. ff. de pac. l. ſi tibi. 10. milia. & l. rogaſti §. ſi tibi decem. Quod etiam probatur per ea, quæ dicunt do. in c. fi. de vſu. De doctore, qui mutuat pecuniam ſcholaribus, vt intrent ſecum; quia dicitur committere vſuram, ex quo ex illo mutuo ſperat aliquid. Similiter in fornario, qui mutuat pecuniam ſuis aduentoribus, vt coquant ſecum; quia dicitur vſuram committere, ex quo ex mutuo percipit emolumentum, quod datur ratione cocturæ panis, & idem in molendinario, qui mutuat pecuniam euntibus ad molendinum, vt vadant ad ſuum molendinum; quia committit vſuram propter emolumentum molituræ, quod percipit, ex quo pecunia mutuata fuit cauſa illius emolumenti, licet illa molitura ſibi debeatur pro molendino, & non pro mutuo: tamē ex quo mutuum fuit cauſa, ꝙ illi irent ad macinandum, molendinarius, vt dicunt doctо. dicitur vſurarius. Sic etiam videtur dicendum in propoſito noſtro, ꝙ licet medietas fructuum debeatur ratione proprietatis fundi ſeu poteris, tamen ex quo potere non fructabat, niſi eſſet, qui ipſum coleret, & pecunia mutuata fuit cauſa culturæ, cū colonus aliter nō reperiebatur, & per conſequens pecunia mutuata videtur cauſa illius lucri & perceptionis medietatis fructuum, ergo vſurarius videtur cenſendus ille dominus mutuās colono, vt colat & de medietate fructuum reſpondeat ratione prædicta. Puto ſalua veriori determinatione ſubmittendo me ſemper iudicio & correctioni ſanctæ matris eccleſiæ, ꝙ in hac quæſtione ſit diſtinguendum pro veritate reperienda. Aut potere ſeu fundus cum præſtantia ſeu mutuo conſueuerat locari ad medietatem fructuum, & ſine præſtantia ſeu mutuo pro minori portione, puta pro tertia parte fructuum, aut ſemper conſueuerat locari pro medietate fructuum. Primo caſu, cum mutuū fuerit cauſa immediata illius emolumenti, valet a tertia parte fructuum vſque ad medietatem, nulli dubium eſt, ꝙ quatenus eſt ille exceſſus à tertia parte vſque ad medietatem, qui prouenit propter mutuum, dicitur vſurarius, per iura & rationes ſ. alleg. ꝙ videtur intelligendum verum ſtantibus terminis prædictis, ꝙ præſtantia, ſeu mutuum ſit cauſa illius pluris, puta ſi conſuetudo talis, ꝙ reſpondeant de medietate, proueniſſet propter penuriam hominū; eo quia forte in regione illa non eſt aliquod caſtrū ſeu villa propinqua, vel deſerta fuit ꝑꝑ guerram, aut mortalitatem, ideo terrenum ibi parum valebat; eo quia multum à longe veniebant coloni ex aliis caſtris longinquis ad colendū, ꝙ non ſine magno labore & periculo contingebat maxime peregrinando, & relinquendo ita longe à ſua habitatione bona ſua, & pro reponendis forte fructibus a longe, vel ꝑꝑ periculū latronum, vel incurſus hoſtium. Quo caſu cū plus videatur ponere colonus, q̄ dominus fundi ratione prædicta, conuenit: vt boni viri arbitrio plus percipiat. l. ſocietates contrahuntur. §. ſocietas aūt. & l. ſi ſocietatem mecum coieris. & l. ſi non fuerint. & l. cum duobus. §. quidam ſagariam. ff. pro ſoc. ideo ſi mutuū eſt cauſa, vt ęqualiter percipiat, eſt vſura. Sed ſi contingat, ꝙ in regione illa, vbi tanta erat penuria hominum fiat caſtrum, vel villa vel domini fundorum faciant domos, ex quibus terrena ꝑꝑ maiorem commoditatem & eorum bonitatem incipiunt plus valere & effici vtiliora, prout contingit in Campania, in qua optima ſunt terrena, & nouiter factum eſt caſtrum Spedalicchii per Peruſinos, tunc ſi habeas ibi potere, in quo forte fecit magnam expenſam in domibus pro habitatione ruſticorū & colonorum ędificandis, & forte in bobus, quos colono ad partem lucri & damni ſua pecunia facit, faciat pactum cum colono, vt reſpondeat de medietate fructuum, licet alias fuerit cōſuetum in regione illa reſponderi patrono & domino ſolum de tertia parte ſine illis commoditatibus, & illos ſumptus, quantumcunque ipſi colono fecerit præſtantiam, ſeu mutuum, vt ſe liberaret a primo patrono, vel aliis ſuis creditoribus, ſeu emeret inſtrumenta fundi, vel pro victu familiæ, ſi illa præſtantia, ſeu mutuum boni viri arbitrio non fuit cauſa, vt de maiori parte fructuum reſponderet, ſed ſolum vt ſe liberaret. Cum ſi non habuiſſet præſtantiam, neceſſe haberet; vt etiam ſine eodē modo arbitrio viri & ſecundum partium intentionem reſponderet de medietate fructum, tamen variauit a tertia, quæ olim ſoluebatur, ad medietatem, quæ hodie promittitur; quia conditio regionis & poteris eſt hodie rationibus prædictis vel alijs meliorata, cum conditiones & pretia rerum varientur ex tpe, ar. l. pretia rerum. ff. ad l. Fal. & eorum quæ dicūt doc. in l. 2. C. de reſcin. ven. & in c. cum cauſam. & in c. cum dilecti. de emp. & vend. nō vī vſura, immo ꝯctus licitus, & hæc opinio vī verior, & magis mitis ad conſeruationem humanæ ſocietatis. Sed alii forte rigoroſius dicerent ꝯctum illicitum & vſurariū. Quod tñ remitto

deciſioni

decisioni theologorum,ac sanctæ matris ecclesiæ, cuius correctioni me subiicio. Caueat tamen mutuans,ne dicat, quòd propter mutuum nihil plus percipit,& nihilominus in corde aliud gerit; quia forte laborator propter præstantiam,de qua necessitatem habet,illud plus soluebat, cogitationes enim hominum omnipotenti Deo occultari non possunt capitu.in ciuitate. de vsuris. & voluntas & propositum distinguunt maleficium lege ita vulneratus.ff.ad l. Aquil.cum similibus.Si verò semper consueuit locari ad medietatem fructuum,& tunc,aut semper cum præstantia,aut aliquando cum præstantia,seu mutuo, aliquando sine. Primo casu,aut prædia & poteria vicina similia consueuerant dari sine præstantia ad tertiam partem fructuum, & cum præstantia ad medietatem fructuum. Istud autem potere semper fuit consuetum dari cum præstantia ad medietatē fructuum,sine præstantia non consueuit dari, & hoc casu consuetudo regionis in dubio sit obseruanda lege quòd si nolit.§.quia assidua.ff.de ædi.edict.lege cum de lanionis.§.asinam. dc fund. instru.ff. Iste videtur censendus vsurarius; quia mutuum videtur causa illius pluris, videlicet a tertia parte fructuum vsque ad medietatem,rationib. iam dictis, & hoc intelligo in dubio, nisi forte concurrerent alię bonitates, & meliorationes in isto poteri,quàm in aliis:& maximè tenenda est hæc opinio, quia tutior pro anima capitu.iuuenis.de sponsa. Si verò consuetudo in ista regione non erat,sed immo erat conformis cum iure cō muni; quia poteria consueuerunt dari ad medietatem fructuū, prout de iure est, tamen cum præstantia seu mutuo; quia consuetudo est in regione,quòd semper colonis fiat præstantia,seu mutuum,& ipsi respondent de medietate fructuum, aliàs non reperirentur coloni,qui in regione illa colerent prædia. Vel est consuetudo mixta,aliqui sine præstantia dant ad medietatem, & aliqui cum præstantia. Vel aliqui ad tertiā partem sine p̄stantia,& aliqui cā præstantia, & aliqui sine ad medietatem. Primo casu, quando omnia poteria consueuerūt dari ad medietatem fructuum cum præstantia seu mutuo. Aut id obuenit ex defectu fundi,quia forte est macer,& parum fructifer. Aut ex defectu loci,quia forte situs est in aliquo loco,in quo gentes armorum quasi continuo damnificant propter transitum quem faciunt. Aut id prouenit ex penuria hominum, quæ est in illa regione. Aut id prouenit propter paupertatem rusticorum,& colonorum,qui communiter sunt pauperes propter magnas exactiones. Aut id prouenit extra istos casus, puta solum ratione consuetudinis,puta, quia colonus dicit istud potere consueuit dari cum præstantia, ego similiter volo præstantiam, & ita dicunt alii in regione illa. Primo casu quando id obuenit ex defectu fundi; quia infructifer seu sterilis & macer, & tunc cum natura societatis instar fraternitatis habeat lege verum.ff.pro soc. & hanc habeat naturam, vt partes lucri fiant æquales ęqualitate proportionis,vt lege si non fuerint.ff.pro soc.& aliàs conuētio diceretur contra naturam societatis,vt ibi glos. & in hac societate propter sterilitatem & infertilitatem ipsius poteris labores,& expensę circa culturam, semen,boues, instrumenta, & alia,quę ponit colonus,exigunt meliorem partem, quàm medietatem fructuum; quia eo casu propter magnas expensas & labores culturę attenta sterilitate, & infertilitate illius regionis siue poteris multo plus ponit colonus quàm dominus poteris,igitur maiorem partē fructuum debeat percipere, vt partes sint ęquales, & si recepit parem portionē fructuum, prout est consuetum,seu conuentum in casu prædicto,illius pluris dicitur esse causa præstantia, seu mutuum, & sic mutuum est causa,quòd vbi aliàs sine mutuo attenta sterilitate, seu macritudine terreni in regione illa & magna expensa ac laboribus colonorum vt partes essent æquales æqualitate proportionis, solū tertia pars fructuum esset debita domino ratione suæ proprietatis,quæ parum fructifera erat. Colono autem duę partes,ergo propter mutuum percipit illud plus,igitur vsurarius in illo pluri est censendus Non ob.§.si in coeunda, vbi medietas fructuū debetur domino ratione proprietatis, & alia medietas colono ratione culturæ; quia id verum in dubio alio non apparente; quia in dubio p̄sumūtur partes ęquales, quādo medietas datur domino ratione suę proprietatis, & alia medietas colono ratione culturæ,sed alio apparente,vt in casu prædicto,non stamus tunc coniecturę: quia in incertis non certis locus est coniecturæ lege continuus.§. cum ita. ff. de verborum obligatio. Sicut in simili dicimus,quando vnus ponit operam,& alius pecuniam, vt in dubio partes lucri æqualiter diuidantur,hoc est, quòd ille,qui ponit operam, percipiat medietatem lucri, ille, qui ponit pecuniam aliam medietatem: vt lege si non fuerint. ff.pro soc. Tamen quando constaret, quòd vnus poneret plus altero,puta ille,qui ponebat operam, qui solus nauigabat, solus peregrinabatur, pericula similiter solus subibat, vt partes sint æquales,prout est natura societatis,vt supra, maiorem partem lucri recipere debeat,quàm ille, qui ponit pecuniam. Similiter econuerso, si ille,qui ponebat pecuniam,forte plus merebatur de lucro ratione forte magnæ quantitatis pecuniæ, quam ponebat in societate, quàm ille, qui ponebat operam, plus de lucro percipere debet, vt partes sint æquales æqualitate proportionis, vt esse debent: vt dicta lege si non fuerint, prout eam intelligit Bald. dum dicit æqualitate proportionis: & idem puto in secundo casu,quando ex defectu loci, quia situs est,vbi gentes armorum consueuerunt transire, & damnificare; quia ratione periculi & damni sępe contingentis minus dicitur ponere in societate, quàm ille,qui ponit operam, & industriam suam,semen, & expensam, prout est colonus, quia ex quo habeat potestatem eundi ad alia loca tutiora, vbi non ponebat operam suam in periculo, verisimiliter non transtulit se ad colendum in loco periculoso. Et vbi erat in periculo perdendi totam expensam, & operam suam 18. mensium, quibus durat cultura & cura, vt dicit Barto. in lege diuortio.ff. soluto matrimonio. Vbi dicit, quòd annus culturæ & curæ est longior, nisi propter mutuum sibi factum, sine quo forte non poterat colonus facere, & sic mutuum est causa, quòd licèt colonus plus ponat in societate, quàm dominus, qui posuit fundum stantem in periculo prædicto, nihilominus non plus percipiat contra naturam societatis vt supra. Ergo ex mutuo illud plus quàm domino debeatur, quod arbitrio boni viri percipit, quod in societate semper versatur lege si societatem mecum coieris lege si societatem mecum coisti lege in proposita. & lege quid enim in fin.ff.pro soc. Vnde si arbitrio boni viri plus merebatur colon⁹ de portione fructuum quàm dominus, quòd in casu prædicto ratione prædicti periculi in dubio videtur præsumendum; quia vbi periculum ibi lucrum. C.de furt.lege manifestissimi lege cum duobus. §. quidam sagariam.in fin.ff.pro soc.& non plus percipiat,sed ęqualiter cum domino fundi illud minus propter mutuum sibi factum videtur percipere, meritò illicitus contractus esset in dubio censendus, nisi aliter arbitrio boni viri vt supra probaretur. Non obstat, quòd sicut colonus ponit in periculo expensam & operam,ita & dominus interusuriū & partem suam fructuum fundi. ergo æqualiter diuidi debeant fructus ratione æqualitatis periculi, vt dicto §. quidam sagariam. quia dominus, ex quo habebat fundum in loco periculoso ratione prædicta, non poterat euitate periculum. Secus in colono,qui poterat se transferre ad colendum in tuto loco nisi propter mutuum sibi factum, quod fuit causa huius, & sic ipse bene poterat euitare periculum. Tamen illud mutuum fuit causa, quòd posuerit se in periculo illo, & etiam quia omnis minima res est magna rusticis, non sic ciuibus & diuitibus, vt in simili dicit glos. in lege illicitas.§ ne tenuis. de offic. presby. vbi dicit glos. quòd porcus est oculus rustici. Meritò non iudicentur a pari in dicto periculo.

Tertiò casu, quando id obuenit, quòd dominus fundi facit præstantiam colono, seu mutuum, quòd idem est, propter penuriam hominum, quæ erat in regione illa, & ex aliis partibus non poterant trahi homines nisi cum præstantia,& sic id non obuenit ex defectu fundi siue poteris, quòd parum fructaret, nec ex defectu loci vbi positum erat potere; quia locus esset periculosus, sed solum proter penuriam hominum; quia forte castrum, quod erat in regione illa, fuerat destructum vel propter guerras prętcritas in regione illa habitantes se transtulerāt ad alia loca, vel propter magnam penuriam, vel propter nimias exactiones: nunc autem cessante guerra, ex quo sunt in aliis partibus allocati,nolunt amplius redire,vel ex magna mortalitate homines defecerunt, & tunc si arbitrio boni viri, quod semper in societate versatur, vt supra, potere erat bonum, adeo quòd meritò medietatem fructuum dominus ratione proprietatis debet percipere, & aliam medietatem colonus, quòd in dubio pręsumendum est, vt consonet iuri capitulo cum dilectus. de consuetu. facit capitulo causamque. de rescript. & tunc licèt mutuum esset causa, quòd ille colonus veniret ad colendum in illa regione illud potere, tamen non est causa immediata fructuum ipsum mutuum, sed potere, ex quo percipiuntur fructus; quia fructus percipiuntur ex fundo, vt dicto §. si in coeunda. non ex mutuo, & sic non est censendus contractus illicitus, nec societas inæqualis, immo æqualis, & secundum naturam societatis, in qua debent fieri partes æquales, vt supra, & consonat iuri ista æqualitas, vt dicto §. si in coeunda. immo si in aliquo inæqualitas esset, potius deberet censeri ex parte domini mutuantis, qui plus videbatur ponere in societate, quàm colonus, per mutuum tamen non plus debet percipere; quia ex mutuo nil debet consequi, iuxta illud. mutuum dantes nihil inde sperantes. Ad hoc etiam facit; quia licet quis redimat ius suum pecunia, seu mutuo; non tamen dicitur vsura, quasi ex mutuo aliquid consequatur: quia vnicuiq; licet ius suum redimere,vt dicit glos. in capitu.j.de vsuris.

Quartò casu, quando id prouenit propter paupertatem rusticoru,q forte non habent vnde emāt boues, & alia instrā, vel nō habent,vnde viuant,vel habuerūt mutuū a primo patrono, q nō vult dare ei licentiā,nisi restituat sibi mutuū suū,& sic non euenit ex defectu poteris;qa erat bonū, nec ex defectu loci; qa

Source : BIU Cujas

non erat ſitum in loco periculoſo,& veriſimiliter dānificabili. Sed ex paupertate ruſticorum,& tunc idem dicēdum eſt, quòd in caſu præcedenti ijſdem rationibus maximè; quia hoc eſt conforme iuri communi, vt dicto §.ſi in coeunda. Idem &c. Quintò caſu,quando ratione cōſuetudinis;quia conſueuerunt fieri præſtantiæ in regione illa non ratione defectus, ſeu paupertatis terreni; quia erat bonum, nec loci; quia ſitum erat in bono loco.ſed ſolum ratione conſuetudinis regionis propter rationes dictas in tertio & quarto caſu,arbitrio tamen boni viri ſemper ſaluo; quia pluries dixi in huiuſmodi ſocietatib. ſemper arbitrium boni viri principaliter eſt conſiderandum & attendendum in diuiſione & in emolumentis,lucris, ſeu fructibus partiendis, vt patet in dicta l.ſi ſocietatem. cum aliis concordantiis ſuperius allegatis. Non obſtat, quòd quicquid accedit ſorti vſura eſt,quia hoc verum, quando mutuum eſſet cauſa lucri,& ſic lucrum proueniret ex mutuo. In caſu autem noſtro mutuum non eſt cauſa lucri,ſed euitationis damni,eſſet.n. in damno dominus, ſi fundum ſuum ſterilem relinqueret. Ne ergo patiatur hoc damnum,licet ſibi mutuum facere; quia poteſt quis redimere ius ſuum, vt euitet damnum etiam pecuniā dando,vel aliàs concedendo,vt per glo.in dicto capitu.primo. de vſuris.quia vt dicit ibi gloſſ. ſuum tantum recipit non alienum. Fructus enim debet eſſe pars fundi.l.fructus.ff. de rei vendi.& ſic ſicut fundus erat ſuus,ita etiam fructus. Poſtquàm autē ſunt ſeparati,colonus habet medietatem pro cultura & cura: vt dicto §.in coeunda.dominus aliam medietatem ratione dominii ſui,& ſic illam medietatem recipit vt ſuam;quia erat pars rei ſuæ.Item pro vexatione redimenda licet aliquid dare.capit. niſi eſſent.de præb facit, quod not.Ioann. Andr. in capitu.2.de. tranſact.Præterea ex mutuo non veniunt fructus,nec creſcunt in caſibus prædictis. Sed ex fundo oriuntur, qui fundus erat domini.Ideo conuenit,quòd fructus pro parte ſint domini,& pro parte coloni ratione curæ & culturæ,vt dicto §.ſi in coeunda. Non ſic quando mutuum eſſet cauſa, quòd maior pars fructuū reſtitueretur domino,quàm cōueniret arbitrio boni viri; quia tunc in illo exceſſu eſſet lucrum ,pueniens ex mutuo. Ideo vſura,vt ſupra. Eo modo reſponde ad ea, quæ habentur in capitu. fin.de vſu. quando doctor mutuat pecuniam ſcholaribus,vt in trent ſecum. Vel fornarius illis, qui habent coquere panem,vt ſecum coquant. Vel molendinarius,vt veniant ad ſuum molēdinum, quia in his caſibus ex mutuo prouenit lucrum. Nam multitudo ſcholarium cauſata eſt ex mutuo cauſa honoris & emolumenti ſalarii,conſiliorum & ſimilium,& mutuum eſt factum cauſa habendi illud lucrum,& idem in molendinario,& fornario.Cum nec molendinum, nec furnus pariant fructus, & ex prædictis videtur forte poſſe dici, quòd ſi doctor mutuat pecuniam ſcholaribus non gratia honoris, nec emolumenti, ſed tantummodo vt euitet verecundiam; quia forte habebat concurrentem valde ſolicitum,& ſemp vacabat praticis ſcholarium,adeo quòd mutuans non poterat aliter conſeruare honorem ſuum,& euitare magnam verecundiam, niſi mutuaret ſcholaribus pecuniam, tunc ex mutuo non conſequitur commodum,nec honorem, ſed tantummodo euitat verecūdiam, non videtur eo caſu cenſendus vſurarius,& ita videtur doctores debere limitari in dicto capit.fin. Sicut in ſimili dicimus de illo,qui redimit pecunia ius ſunm, vt non cenſeatur vſurarius, cum ſuum non alienum conſequatur, vt dicit gloſſ.in d.c.j.de vſur. Quod tamen relinquo iudicandum ſacris theologis,& ſanctæ matri eccleſiæ,cui me ſubiicio.

27 †Vigeſimoquartò quæro, quidam dedit vaccas paſcendas iure ſocietatis æſtimatas viginti flore.Quæritur, quomodo lucrum diuidi debeat inter dominum dantem dictas vaccas paſcendas,& colonum ſeu paſtorem, qui iure ſocietatis paſcebat. Et videtur,quòd ex quo extimatio facit emptionem pro medietate,vt dicit Barto.in l.ſi vt certo.§.nunc videndum.ff.commodati & Bal.videtur velle in l.prima.C.commodati. & idem Bartholomeus de Saly in dicto §.nunc videndum. & Paul. de Caſtr.in dicto §.damna fatalia. De illa medietate,quæ eſt paſtoris,nullum lucrum ſentiat dominus; quia de re aliena non debet commodum reportare, cum ex ea nullum ſubeat periculum,nec aliquas operas,& laborē imponit, de pecunia, ad quā ille paſtor tenetur,minus:quia eſſet vſura,cum ſit quoddam capitale illud in pretium,quod nō recipit diminutionem, immo ſtat firmum,nec eſt poſitum in ſocietate, ſed obligatus eſt paſtor ad ſoluendum.Ideo nō debet ex eo aliquid conſequi,aliàs eſſet vſura,cum quicquid accedit ſorti vſura eſt. Nec etiam poteſt aliquid peti ex ea tanquàm paſtor ſit in mora ſoluendi pretium.l.curabit.C.de actio.emptio.quia ex quo videtur tacite cō uentum inter dominum & paſtorem, vt pretium non ſoluat, quouſque durat ſocietas,illa dilatio dicitur facta ad commodū debitoris,& in eius commodum debet interpretari.l.qui hoc anno.ff.de verborum obliga.Igitur non dicitur interim eſſe in mora,meritò ratione moræ nihil ſoluat,& ſic non habet locū caſu.l.curabit.Patet ergo,quòd de medietate prædicta domino nihil debetur.De alia autem medietate,quæ ſibi remanſit,integrum fructum non percipit; quia ipſe ponit dictam medietatem,& colonus ſeu paſtor operas,laborem,& victum, & videtur ſocietas in illa medietate,quæ domino remanſit,in qua dominus ponit animalia,paſtor ſeu colonus operam & victum Quo caſu lucrum communiter diuiditur inter eos l.cum duobus §.ſi in coeunda. ff. pro ſoc. & l.ſi non fuerint. eodem titu. Meritò fructum quartæ partis dictarum vaccarum dominus percipiet,non autem medietatem,& ſic paſtor habebit tres partes lucri,videlicet duas partes ratione medietatis, quā videtur emiſſe propter extimationem vt ſupra, & ſic ratione dominii ſui & vnam partem & ſic medietatē alterius medietatis ratione operarum & victus. Dominus autem ſolum habebit quartam partem ratione dominii ſui, quod ſibi remanſit in illa medietate,& hoc videntur ſentire quidam in arctiſſima conſcientia conſtituti. Verum quia hoc iuri non conuenit,& eſt contrarium ſocietati humanæ,qua mundus conſeruatur; quia ſi hoc eſſet,nullus reperiretur,qui vellet animalia dare in ſocitam,qa quaſi totum lucrum eſſet paſtoris, Domini autē minima pars, & quaſi totus mundus,qui obſeruabat,vt medietas lucri ſit domini,alia medietas ſit paſtoris, damnaretur tanquàm vſuram ſeu illicitum lucrum exercens, quòd non eſt dicendum, cum iura iudicio meo communi conſuetudini prædictæ cōueniāt, & vt puto conſcientiæ non repugnat, ſaluo tamen iudicio ſacrorum theologorum, & ſanctæ matris eccleſiæ, cui me ſemper ſubiicio,& cum hac proteſtatione loquor. Ideo pro veriori concluſione dicendum videtur, quòd dominus, qui poſuit dictas vaccas extimatas viginti flore.in ſocietati paſtori ſeu colono,debet habere medietatem fructuum,& colonus paſtor aliam medietatem, vt eſt caſus in dicta l. cum duobus.§. ſi in coeunda. Iſtud etiam probatur per regulam, qua diſponitur, quòd lucrum regulatur a damno,& damnum a lucro. Et ideo pro ea parte,qua quis ſentit damnum,pro ea rata debet ſentire lucrum.l.cum duobus.§.quidam ſagariam.in fin.ff.pro ſoc.l.manifeſtiſſimi.C.de fur. Sed dominus ſentiret damnum de dictis duabus vaccis,ſi caſu fortuito perirent, vel aliquo modo deteriorentur communiter,& ſic æqualiter cum colono ſeu paſtore.l.cum duobus.§.damna fatalia.& dicto §.ſi in coeunda.ff.pro ſoc.Ego ſicut pro medietate æqualiter patitur damnum, ita & æqualiter conuenit,vt patiatur lucrum. Aliàs ſequeretur ſecūdum aliam opinionem, quòd ſicut pro quarta parte dominus debet ſentire lucrum, ita & pro quarta parte deberet ſentire damnum,& ſic dominus quartam partem damni ſentiret, colonus autem tres partes damni ratione extimationis factæ de dictis vaccis, quòd eſt contra caſum dicti §. damna fatalia, ibi dum dicit text. Idemque ſi pecus extimatum datum ſit,& id latrocinio aut incendio periret,commune damnum eſt, ſi nihil dolo aut culpa acciderit eius, qui extimatum pecus acceperit. Ecce,quòd ibi eſt caſus,quòd damnum erat commune,ergo & lucrum debet eſſe commune ratione prædicta. Tertiò probatur & alia ratione. Nam ſi extimatio faceret emptionem pro medietate ſecundum aliam opinionem,ſequeretur, quòd pro ea medietate,quam colonus ſeu paſtor intelligitur emiſſe, dominus non deberet aliquod dānum ſentire : tum quia res perit domino.l.quæ fortuitis.C.de pigno.actio. Tum quia ex ea parte ſecundum aliam opinionem nullum ſentit lucrum. Ex alia autem medietate,quæ remanſit domino, quæ intelligitur poſita in ſocietate colono,ſeu paſtori, dominus ſicut habet medietatem lucri ratione dominii, ita deberet habere medietatē damni,& colonus ſeu paſtor ratione curæ,& victus,ſicut habet medietatem lucri,ita & medietatem damni deberet ſuſtinere, & hoc non poſſet negari ſtante alia opinione contraria, quòd eſſet contra caſum dicti §.damna fatalia,vt ſupra,& contra caſum dicti §.quidam ſagariam.vbi ſi naufragio quid perierit, dānum ambo ſentient. Ideoque actione pro ſoc.damni partem dimidiam agnoſcere debet &c.Nam ſicuti lucrum,ita & damnum commune eſſe oportet,quod non culpa ſocii contingit. Quarta ratio eſt; quia ſi medietas intelligeretur vēdita colono ſeu paſtori ex dicta extimatione, & per conſequens effecta in dominio ipſius coloni,non autem poſita in ſocietate pro damno ipſius medietatis dato culpa coloni ſeu paſtoris, non competeret actio pro ſocio domino ponenti vaccas extimatas; qa rei ſuæ quilibet eſt moderator & arbiter.l.in re mādata. C.mādati.& in re ,ppria culpa eſt culpāda,nō autē puniēda.ff.ſoluto mat.l.ſi cōſtante.q̄ eſſet q̄ caſum dicti §.dāna fatalia.ibi. & pro ſocio erit actio:ſi mō cā ſocietatis contrahendæ data ſunt quāuis extimata,& in d.§.qda ſagariā.Non obſtat, q̄ extimatio facit emptionē;qa id verū in cōtractibus, de cuius natura eſt, vt res ex toto fiant alterius,vt ſentit Bald.in l.j.C. pro ſoc. & in l.ſi paſcenda pecora in fin.C.de pac. q̄ nō eſt in caſu noſtro, aliàs ſequeretur (vt dixi) q̄ dictæ medietatis damnū eſſet coloni & medietatis alterius medietatis,quæ debet ſtare in ſocietate, qđ eſt falſum,& contra dicta iura volentia damnū cōiter partiri, & ſic æqualiter,licet ſint data extimata, vt eſt caſus in d.§.dāna fatalia. Extimatio ergo rōne ſubiectę materię intelligīt facta:vt ſciaī valor rei poſitæ in ſocietate, vt poſſit ſciri,an dicta aīalia creſcant,

Source : BIU Cujas

eteſcant,vel decreſcant, & per conſequens an ſit lucrum, vel damnum,aliàs difficillimum eſſet hoc ſcire non habita extimatione a principio. Non obſtal.l.ſecunda.ff.pro ſoc.vbi dominiũ rei poſitæ in ſocietate tranſit in ſocium,& ſic contractus ſocietatis eſt de contractibus.in quibus dominium transfertur: quia ille text.lòquitur in ſocietate omnium bonorum,in qua dominium transfertur; quia omnia ſunt communia, & non cadit in ea illa dubitatio,quomodo fiat diuiſio, quæ cadit in alia ſocietate ; cum omnia æqualiter vndecunque & qualitercunque quæſita diuidentur. Non obſtat.l.quæ fortuitis.C.de pignorib. actio.& capitu.j de commod.in quibus patet, quòd periculum debet eſſe domini; quia id verum in aliis contractibus, quam in contractu ſocietatis; quia in eo periculum ex ſua natura eſt commune:vt d.§.damna fatalia.& ratio eſt; quia omne periculum contingens ratione ſocietatis ſine culpa ſocii, non conſiderato cuius ſit res,dummodo occaſione ſocietatis debet communiter diuidi l.cum duobus.§. quidam ſagariam. & §. ſi quis ex ſociis. pro omni tamen dubitatione tollenda cautius eſſet conuenire,ſeu declarare,quòd extimatio fiebat : vt poſſit ſciri valor rei poſitæ in ſocietate, non autem vt faciat emptionem, nec ex hoc maius damnum incurrit dominus ponens in ſocietate rem extimatam ea extimatione, quæ non facit emptionẽ, quàm uis res quæ periit ſit ſua;quia ex quo periit,poſtquàm poſita eſt in ſocietate,dicitur perire occaſione ſocietatis , ideo cõuenit,quòd damnum ſit commune: vt dicto §.quidam ſagariã. & l.ſi id quod quis.§.idem Celſus.eodem titu.Non obſtat,ſi dicatur,quòd ſi dominus ſentit damnum ſolius medietatis ſui capitalis & alterius medietatis colonus, ſeu paſtor, ex hoc ſequitur, quòd ſuum capitale pro medietate ſit ſaluum , ergo ex eo quòd eſt ſaluum, nihil debet lucrari, aliàs eſſet vſura, quicquid accedit ſorti ſaluo capitali,vt per gloſſ.in dicto capit. plerique.vt ſupra patet in alia quæſtione. Nam id non prouenit ex eo, quòd capitale debeat eſſe ſaluum. Sed ex eo, ꝙ de natura ſocietatis eſt, vt vbi eſt lucrum,æqualiter diuidatur, vbi eſt dãnum,ſimiliter æqualiter diuidatur: vt dicto §. damna fatalia.& § quidam ſagariam. & ratio quare de natura ſocietatis id eſt; quia dominus,qui ponit vaccas prædictas in ſocietate,non ponit eas,vt ſint communes ratione dominii, ſed fructus earum, qui fructus correſpondent operæ poſitæ per colonum , ſeu paſtorem prædictum in ipſis vaccis paſcendis, & gubernandis: vt dicto §.ſi in coeunda.ibi.pretium enim operæ artis eſt velamẽtum:ibi enim ſunt æquiparata duo,quando datur pecus in cõmune paſcendum,vel ager ad colendum. Sicut ergo ager non intelligitur communicatus quò ad dominium , licèt ſit poſitus in ſocietate.Ita & pecus ; quia dicit in commune paſcendum non dicit in commune dominium. Si ergo fructus vaccarum perierũt,adeo ꝙ nullum eſt lucrum,ſicut dominus, qui poſuit vaccas in ſocietate perdit fructus , & interuſurium earum. Ita conuenit, ꝙ colonus, ſeu paſtor ſocius eius perdat operas ſuas, quas adhibuerat circa paſcendas & gubernandas dictas vaccas, quæ correſpondebant interuſurio dictarum vaccarum durante ſocietate; quia operæ correſpondent interuſurio vaccarum non ipſi capitali: vt dicto §.ſi in coeunda. Si ergo non ſolũ fructus vaccarum,qui etant communes inter dictos ſocios ratione prædicta,ſed etiam ipſæ vaccę perierunt,ſeu deteriorate fuerunt,& damnum eſſet domini , adeo ꝙ de eo non participaret colonus,ſeu paſtor,non ſeruaretur æqualitas in ſocietate: quia colonus non poſſet perdere niſi operas,dominus autem poſſet perdere interuſurium vaccarum,&etiam ipſas vaccas, & ſic capitale,& per conſequens plus perderet, & plus periculi ſubiret dominus,quàm colonus,quòd non conuenit ſocietati,quæ cũ inſtar fraternitatis habeat , ſummam rationem & æquitatem continere debet.l.verum.§.pro ſoc. & neceſſe eſt , quòd ſeruetur inter ſocios æqualitas,aliàs eſſet contra naturam ſocietatis, quòd non eſt aliquo modo tolerandum : vt dicit gloſſ. in dicta l.ſi non fuerint.quam tenet ibi.Domi.Raph. & dicit eſſe communem opinio.quam etiam tenuit Azo in ſumma.C.pro ſoc. & ſic ne ſequatur hoc abſurdum , quòd contra naturam ſocietatis non ſeruetur æqualitas,conuenientius eſt,vt damnum capitalis ipſarum vaccarum ſit commune, licèt ſint in dominio domini,& non paſtoris,quàm quòd ſit totum domini ratione dominii,quòd eſſet contra naturam ipſius ſocietatis,& etiam quia damnum debet diuidi ſecundum quotam lucri : vt ſupra & dicto §..quidam ſagariam.cum concordantiis,quòd non eſſet,ſi damnum eſſet ſolius domini ; quia tunc colonus nullum damnum ſuſtineret,ſed perderet operas. Nam id quod deſcendit ex operibus,dicitur lucrum.l.coiri.cum l.ſequen.ibi.quæſtus enim intelligitur; quia ex opera cuiuſque deſcendit.l. ſed & ſi adiiciatur.ff.pro ſoc.ibi,non aliud lucrum, quàm quòd ex quæſtu vertitur,& iura volunt,quòd damnum ſit commune , ergo non poteſt intelligi niſi de damno capitalis,quia ille , qui amiſit operas,non dicitur pati damnum,ſed perdere lucrum, ſimiliter ille,qui amiſit interuſurium vaccarum,vel alterius capitalis capitali firmo remanente & ſaluo, non dicitur pati damnum,ſed perdere lucrum,vt ſupra quòd non poteſt conſiderari niſi deducto damno : vt l. Mutius.ff. pro ſoc. ibi.neque enim lucrum intelligitur, niſi omni damno deducto , neque damnũ intelligitur niſi omni lucro deducto. Præterea, dato quòd dominium animalium poſitorum in ſocietate ſit tranſlatum : vt dicta l.ſecunda.ff.pro ſoc.& l.ſi id quod. §. idem Celſus. eodem titu.tamen non eſt communicatum dominium iure emptionis & venditionis, quaſi videatur medietas animalium vendita ratione extimationis; quia non fuit hoc actum inter partes,neque expreſsè,neque tacitè, & dicta collatio animalium extimatorum non fuit ad hoc facta,ſed ſolum animo communicandi & ponendi in ſocietate pro communi vſu , & ſic illa animalia erant effecta communia non iure emptionis, ſed iure ſocietatis,de qua agebatur,& nõ de emptione & venditione , argumẽ.l.ſi quis nec cauſam.ff.ſi certum peta.de cuius natura eſt,vt lucrum & damnum ſit commune , meritò opus eſt , vt dominus rehabeat ſuum capitale,deinde lucrum diuidatur æqualiter.l.cum duobus.§.ſi in coeunda.& §. item ex facto.ibi. pecuniam victor cum certa quantitate acciperet , aliàs ſi dominus non recuperaret ſuum capitale,tunc dominus eſſet in damno, & paſtor ſeu colonus in lucro , quòd videretur inducere quandam ſocietatem leoninam & inęqualem,quam iura damnant: vt dicta l.ſi non fuerint. Nec poteſt dici lucrum , niſi primò capitale detrahatur.l.Mutius.ff.pro ſoc. & ſi dicatur , quomodo detrahitur capitale , ex quo communicatum fuit dominium pro parte,& in ſocium traſlatum ratione dictæ communionis. Poteſt reſponderi,quòd tenendo , quòd dominium ſit tranſlatum pro parte in ſocium ratione dictæ communionis , non p̃ſumitur intẽtio donãdi,ſed ꝫhendæ ſocietatis.l.ſocietas cõtrahitur.§.donationis cauſa.ff.pro ſoc. & ideo cum dominium ſit pro parte tranſlatum ſecundum ratas ſocietatis , ex quo commune inter dictos ſocios erat factum , recuperabit extimationem pro parte ſociorum , & ſic quilibet ſociorum habebit in dictis animalibus ratam ſecundum ratam, quam habent in ſocietate in concreto,& in fine ſocietatis refundet vnuſquiſque pro ſua rata extimationem illi,qui poſuit in communi ſocietate animalia.facit.l.ſi id quod.ff.pro ſoc.& ita obſeruat conſuetudo,a qua minimè eſt recedendum;vt l.ſi de interpretatione. & l.minimè.ff.de legi. & per hanc viam ſaluetur conſuetudo, quę habet,vt animalia ſint communia, & communiter diuidãtur.Saluetur etiam opinio illorum,qui dicunt , quòd damnum eſt commune ratione dominii tranſlati in ſocium;quia tranſlatum eſt in ſocium non tanquàm ſingularem perſonam, ſed tãquàm in vnum corpus cum aliis ſociis niſi reſpectu diuiſionis, quo caſu fit diſtributio in ſingulos æqualiter ſecundum ratam ſocietatis;cum damnum reguletur a lucro,& econuerſo , & ſic ſecundum ratam ſocietatis:vt dicto §.ſi in coeunda.& ſaluetur conſcientia;quia lucrum percipit non ex pretio animalis, quaſi pro parte videatur vẽditum ſocio, & ei mutuata pecunia pro illa rata,ex qua pecunia faciat lucrum, quòd eſſet contra conſcientiam; quia ex quo non eſt venditio,nec tacita, nec expreſſa,ſed communicatio, ſeu poſitio facta in communi corpore ſocietatis,non poteſt dici,quòd lucretur ex mutuo, & ſic videtur ſaluari conſcientia, & etiam non eſt contra naturam ſocietatis,vt licet minus ponat,videlicet medietatem animalis , cũ aliam medietatem vendiderit colono tacitè ratione dictæ extimationis:tamen plus percipiat; quia immo nec minus poſuit in ſocietate; quia non medietatem animalis,ſed integrum animal,vt ſupra aliàs dicendo,quòd eſſet venditio pro parte coloni ſocii,ſequeretur vnum valde abſurdum, & contra multa iura,quòd ille colonus ſeu paſtor , cui videtur vendita medietas animalis,ratione dictæ extimationis poſſet illam medietatem alii vendere & tradere,cum rei ſuæ quilibet ſit moderator & arbiter.l.in re mandata.C.manda.l.nec emere.C.de iure delibe.& ſic daret ſocium ſocio ponenti animalia etiam nedum inſcio, ſed etiam inuito,quòd iura improbant.ff.pro ſoc.l. qui admittitur.cum ſequen.meritò non eſt dicendum, & hęc opin. conformis conſuetudini,& conſcientię multum eſt iuuanda: cum etiam iuri conformis videatur,& ſic iura dicentia , quòd in cõtractibus,de quorum natura eſt , quòd tranſeat dominium , & extimatio faciat emptionem , intelliguntur in alia materia, quàm in ſocietate,quæ habet diuerſam naturam & ſeparatam ab aliis contractibus,licèt ſit bonęfidei.l.cum duobus.§.venit. ff.pro ſoc.quia extimatio non fuit in ea ad vendendum , ſed vt ſciatur valor rei,vel ratione damni,vel ratione reſtitutionis extimationis pro rata ſocietate finita. Interim autem donec durat ſocietas,dicta animalia ſunt de communi corpore ſocietatis in concreto,non autem in ſingulari,argument.l.ſed ſi hac.§. qui manumittitur.ff.de in ius voc. & ſecundum ipſum intellectum non eſt differentia , ſiue dicta animalia moriantur caſu fortuito,ſiue morte naturali; quia vtroque caſu damnum eſt commune:vt dicto §.damna fatalia.licèt Bald. fecerit differentiam in l.prima.C. de fructib. & lit. expenſ. vbi dixit , quòd ſi animalia poſita in ſocietate moriantur caſu fortuito , damnum eſt commune: vt dicto §.damna fatalia.Secus ſi moriãtur morte naturali; quia eo caſu damnum eſt domini ponentis , cuius

Source : BIU Cujas

Pet.de Vbald.De duobus fratribus.

eſt dominium.l.quæ fortuitis.C.de pig act. & hanc differẽtiam fecit Bald.intelligendo,ꝙ ſolum vſus animalium ſit communicatus,non autem dominium eorum;quia tunc ſi caſu fortuito perierunt, non fuiſſent eodem modo peritura apud dominum,& ſic ſocietas fuit cauſa damni,meritò commune eſſe debet:vt dicto § damna fatalia, & dicto §. quidam ſagariam. Puta poſuit in ſocietate animalia, quæ volũtate communi ſociorum fuerunt tranſducta in certo loco,in quo caſu fortuito a gẽtibus armorum ſunt derobata,vel a furibus ſine eorum culpa, quòd non interueniſſet, ſi in ſocietatem non fuiſſent collata, & ſic ſocietas fuit cauſa illius damni caſus fortuiti. Si autẽ morte naturali puta vetuſtate,vel vacca moritur in partu: nam tũc ſecundum Bald.damnum eſt domini,cuius erat dominium,& ratio poteſt eſſe; quia eodem modo eſſet peritura penes dominum,& ſic ſocietas non fuit cauſa damni,ſed natura;quia naturaliter perierunt,quo caſu damnum eſt domini; vt dicta l. quæ fortuitis.quæ differentia non tranſit ſine magna dubitatione, etiam dato quòd propter extimationem dominium non ſit tranſlatum. hęc dubitatio non cadit in caſu noſtro tenendo ſecundum intellectum cõſuetudinis: vt ſupra approbatum eſt, quòd animalia poſita in ſocietate extimata intelligantur poſita in communi corpore ſocietatis quò ad dominium, poſſeſſionem,& vſum.ac fructus l. ſecunda. ff pro ſoc. meritò quomodocunque dicta animalia pereant,ſiue culpa,ſiue caſu fortuito, ſiue morte naturali pereunt communiter, & ſic vnicuique ſociorum pro rata:nam ſi pereunt caſu fortuito occaſione ſocietatis intelliguntur perire,meritò conuenit, vt damnum ſit cõmune inter ſocios.l cum duobus.§.ſi in coeunda. & §. damna fatalia.& §.quidam ſagariam.§.ſi quis ex ſociis.& l.ſocius qui in eo.§ ſocius cum reſiſteret.ff.pro ſoc. Si morte naturali,licèt nõ occaſione ſocietatis; tamen ſimiliter eſt damnum commune ratione dominii communis:vt d.l quæ fortuitis. C. de pignoribus actio. Bene tamẽ faterer,ꝙ ſi colonus, vel paſtor vltra operas fecit aliquam impenſam in gubernandis & paſcendis ipſis animalibus datis in ſoccitam iure ſocietatis.Puta, quia pro paſcuis ſoluebat annuatim aliquid, vel propter magnas niues nõ potuit eas ducere ad paſcẽdũ;oportuit,ꝙ emeret furfur,bladũ, fabas,vel glãdes,ſeu aliã materiã,ne perirẽt,adeo ꝙ nõ ſunt modicæ impẽſæ,& ſunt neceſſariæ,vel emit ſal ,p pecudib.paſcẽdis certo tpe,& ſimilia,illam impenſam puto fiendam de cõi, non autem per illum,qui ponebat operas,text.in d.l.cum duobus.§. ſi quis ex ſociis.& l.omne ęs alienum. quod manente ſocietate contractum eſt,de communi ſoluendum eſt.& l. quibus caſib. & l.pro ſoc.arbiter.§.ſi tecum ſocietas mihi ſit.& l.ſi vnus ex ſociis.§.ſi quid vnus ex ſociis.de ſuo neceſſario impenderit in cõmuni negocio,iudicio iure ſocietatis ſeruabit, & etiam vt ſeruetur æqualitas; quia ſi dictam impenſam colonus faceret de ſuo,forte in ſocietate magis quàm dominus poneret,ꝙ nõ cõuenit,ex quo lucrum æqualiter diuidunt.Et iſtud videtur æquũ in ſocietate cauſa æqualitatis ſeruandę,vbi colonus aliàs nimis damnificaretur,licet multum faciatin contrarium.l.cum duobus.§ ſi in coeunda.qui.§ æquiparat colonum patriarium, & ſocium in animalibus, & colonus partiarius omnes expenſas facit de ſuo,tamen æquiparatio nõ eſt ſemper vniformis: vt patet in 8 parte.in 18.quæſt. Quod intelligo,quando impenſa eſt magna.Secus ſi modica per ea quæ dicta ſunt in l. in reb.§.poſſunt.ff.commo.& in l.Nelennius.ff.de nego geſt.& l.hactenus. de vſufru.& l.ſi quis a liberis.§.fin.de lib.agno Non obſt.ſi diceretur,ꝙ immo damnum vaccarum,quando dominium remãſit apud dominũ,debet eſſe ipſius, per d.l.quę fortuitis. Nec ex hoc inſurgit inæqualitas; quia ſicut ille,qui ponit operas ſuas,ſi periret,non poſſet aliquid repetere,nec eius hæres.Ita & ſi vacca perit duplici ratione Primò, quia homo non poſuit ſe in ſocietate,ſed tantum operam.l. ſocius qui in id quod.§.ſocius cũ reſiſteret ibi.quia id non in ſocietate & c.non ſic in vacca, quæ fuit poſita in ſocietate,licet dominium non ſit communicatũ, & etiam ex eo:quia homo liber non recipit extimationem.l. liber homo.ff.ad l.Aquil. Si quid tamen in medicos impendit pro ſocio recuperabit.l.cum duobus.§ quidam ſagariam.& d.l. ſecundum Iulianum.eodem titu.Et prædicta vera intelligo,qñ eſſent talia animalia,ex quorum opera nullus fructus percipitur,vt ſunt vaccæ,pecudes,capræ,porci,& ſimilia, nã tunc quatenus colonus impendiſſet de ſuo de communi deducet:vt ſupra niſi impenſa fuiſſet modica.l. in commodari. §. poſſunt.ff. commod.Si autem animalia eſſent talia,ex quorum opera fructus perciperetur,vt ſunt equę,aſinę,& ſimilia; tunc ſi colonus, ſeu paſtor ex ipſis operam percipit, non tenetur dominus aliquid impendere pro expenſis, cum expenſę confundantur cũ operibus.ff.commodati l.in rebus.§.poſſunt.ibi.nam cibariorũ impenſę naturali.ſ.ratione ad eum pertinent, qui vtendum accepiſſet.fac.in ſimili.l.cæterum.ff.de rei vendica. cum ſimi. Poteſt enim vti colonus ſeu paſtor eis ad vſum deſtinatum.l.arboribus.§.ſi nauis.ff.de vſufru.l.duo fratres.ff. de acquiren. hæredi.l.merito.ff.pro ſoc. Similiter & dominus poſſet eis vti ad vſum deſtinatum, hoc conuenit præſtando dictis animalibus alimenta pro eo tempore,niſi forte vſus domini redderet ſocietatem inæqualem; cum in ea æqualitas ſeruanda ſit: vt l. ſi non fuerint.ff.pro ſoc.puta ſi dedit colono ſeu paſtori in ſoccitam ſeu in ſocietatem equam, & colonus accepit eam non ſolum propter fructus,ſed etiam quia pro ſuis neceſſitatibus poterat ea vti,& ſic vtroque reſpectu accepit colonus.Et ſic dominus ponebat in ſocietate equam vel aſinam aptam ad fœtum & ad ſomegiandum. Colonus autem ponebat operam & induſtriam,alimenta,ſellam & ferramenta & ſic plus, quàm dominus;quia ex ea percipiebat medietatem fructuum & etiam operam; quia ea vtebatur pro ſuis neceſſitatibus ad vſum deſtinatum,& ſic propter illam operam multo plus ponebat in ſocietate,quàm dominus:nam cõuenit, ex quo plus poſuit in ſocietate,plus perciperet,quàm ille,qui minus poſuit,ſcilicet dominus.ff.pro ſoc.l.ſi ſocietatem mecum.in fin. & dicta l. ſi non fuerint.quia eo caſu, ſi dominus ſimiliter aliquibus temporibus vellet vti opera dictorum animalium, licèt ad vſum deſtinatum,puta in æſtate,vt portet ligna in vno menſe, in vindemia medio menſe,non puto poſſe, ex quo ſocietas ex hoc redderetur inæqualis,& colonus,qui plus ponebat, non plus perciperet,quòd eſſet contra naturam ſocietatis, quæ cum inſtar fraternitatis habeat,in ea æqualitas ſeruari debet: vt d.l.ſi non fuerint. vbi gloſſ. coniuncta.l. verum. Secus forte, ſi colonus non plus poneret boni viri arbitrio, quod forte poteſt contingere eo reſpectu; quia colebat fundum domini,& de paleis cõmunibus in domo domini ea animalia gubernabat: nam tunc ſi propter vſum domini ſocietas boni viri arbitrio non redditur inæqualis, non puto, quòd dominus non poſſit eis vti ad vſum deſtinatum,dummodo vtatur tali modo,quòd conditio coloni nõ fiat deterior,puta,quia impediretur forte fœtus, vel volebat vti eo tempore,quo coloni conditio valde incommodaretur,puta quia volebat vti tẽpore æſtiuo, quo colonus habebat neceſſe pro fructibus triturãdis, & portandis,& pro vindemia,vel tempore quo ſeminatur,vt ſimum portet,& agrum impinguet pro communi vtilitate. Non enim conuenit boni viri arbitrio,quòd colonus, qui cuſtodit toto anno & ſuo ſumptu paſcit, vel pro maiori parte alimẽtat animalia,& nutrit, nõ poſſit eorum opera vti dictis temporibus, & maximè; quia veriſimiliter,vt conſuetudo videtur approbare, & boni viri arbitrio conuenire, quòd ob fœtum pro communi vtilitate faciẽdum & vſum ſeu commoditatem coloni deſtinata videntur non domini. Et iſta videtur partium intentio; quia cum colonus eo reſpectu valde plus ponat in ſocietate, quàm dominus, conuenit boni viri arbitrio, vt multo plus percipiat.l.ſi ſocietatem mecum coeris.ibi, ad boni viri arbitrium ea res redigẽda eſt,& conueniens eſt arbitrio boni viri,vt non vtique ex æqs partibus ſocii ſimus,veluti ſi plus alter operæ, induſtriæ, pecuniæ in ſocietatem collaturus ſit, & in l.quid enim.ibi. conueniens eſſe boni viri arbitrio,vt non vtique ex æquis partibus ſocii ſimus,veluti ſi alter plus operæ, īduſtriæ gratia pecuniæ collaturus ſit in ſocietatem. & in d.l.ſi non fuerint ibi. plerunque enim tanta eſt induſtria ſocii, vt plus ſocietati conferat quàm pecunia.& in l.ſocietates contrahuntur.ibi cum plerunq; pauperior opera ſuppleat quantum ei per comparationẽ patrimonii deeſt; quia colonus plus ponebat,vt ſupra non ad vſum domini. Dominus autem volebat vti ad vſum ſuum,cum damno coloni, quod non videtur boni viri arbitrio cõuenire rationibus iam dictis,facit.l.Sabinus.in fin ff.commu.diui. Conſuetudo tamen plurimum eſt ponderanda;quia quando conſuetum eſt fieri,videtur conuentum inter partes, licet non ſit expreſſum.l.ſi vno ff.locati.l.ſi cum Hermes.C.eodem titu.cum ſimi. l.ſi tibi polienda.ff.de præſcrip.ver.& conſuet.in re dubia multum operatur.l.ſi de interpretatione & l.minimè.ff.de legi.cap. cũ dilectus. de conſue.l.quòd ſi nolit.§ quia aſſidua.ff. de ædi. edic.l.cum de lanionis §.aſinam.de fund.inſtru. aliàs prædicta boni viri arbitrio regulantur, cum in ſocietate arbitrium boni viri pmaximè attendatur, & ad ipſum recurrendum eſt: vt d.l. ſi ſocietatem mecum.cum cõcordantiis.ff.pro ſoc.l.qui luminibus.ff.de ſer.vrba.prædi.Bene tamen putarem, quòd in animalibus minutis,quæ eſſent parui valoris,& magni fructus, laboris & expenſarum,prout ſunt ſues,diuiſio lucri debet fieri arbitrio boni viri,non autem æqualiter per medium; cum in eis multo plus vltra modũ ponat colonus, quàm dominus, ideo conuenit,vt maiorem partem conſequatur arbitrio boni viri, cum in ſocietate debeat ſeruari æqualitas,vt dicit gloſſ. Azo & Raph.in l.ſi non fuerint.ff.pro ſoc. & ideo in partib. iſtis eſt cõſuetudo, quòd in fine triennii vel quadriennii ſecundum varias locorum conſuetudines diuidatur æqualiter capitale cum fœtu ſine fructu ad æqualitatem ſeruandam,quæ ſemper in ſocietate debet ſeruari vt ſupra.

28 † Vigeſimoquintò quæro, quid ſi colonus locat dicta animalia pro certa mercede, vel cum eis lucratur locando operas ſuas,& animalium, vel cum bobus communib. colendo terrã alienam, vel portando cum equis communibus, vel aſinis granum extra diſtrictum ad vendendum,ad quem vſum veriſimiliter

Source : BIU Cujas

militer boni viri arbitrio non videntur destinata dicta animalia, nec videtur de domini intentione, vt colonus ob eam causam vtatur dictis animalibus, cum animalia ob eā causam deficiant cum damno domini & vtilitate coloni præter naturam societatis. l. si non fuerint. §. Aristo. ff. pro soc. ibi. coiri non posse; vt aliter lucrum tātum, alter damnum sentiret, & ibi. talem societatem nullam esse, vt alter lucrum, alter verò nullum lucrum, sed damnum sentiret. Inquissimum genus est societatis, ex qua quis damnum, non autem lucrum speret. ita dicit text. ibi. & ideo puto, quòd dictæ operę debeant cedere ad lucrum domini pro sua rata, quemadmodum ad damnum cedit, licet enim quis possit vti re communi ad vsum destinatum. lege arboribus. §. nauis. ff. de vsufruct. & lege merito. ff. pro soc. & per Bald. in l. prima. C de testamen. tamen non potest percipere fructus ex ea, quin partem consocio restituat. l. duo fratres. ff. de acquirenda hæreditate vbi dicit Bald. quòd licèt vni ex sociis sit permissum vti integrè re communi, tamen non est licita integra perceptio emolumentorum: & istud videtur viri boni arbitrio conuenire, quòd semper inter socios maximè in lucris & damnis percipiendis versatur, vt lege si societatem mecum coieris. ibi. ad boni viri arbitrium ea res redigenda est, & in lege societatem mecum. ibi. ex his, quas virum bonum constituere oportuisset. & ibi, vt ad boni viri arbitrium redigi debeat; & in lege in proposita autem questione. ibi. arbitrium boni viri existimo sequenda esse eo magis: quia iudicium pro socio bonę fidei est, ita dicit ibi Paulus iurisconsultus, & in lege quid enim. in fin. ibi. illud potest conueniens esse boni viri arbitrio.

29 † Vigesimosextò quæro, celebratur contractus infrascripti tenoris. Emo vnum par boum pro pretio librarum quinquaginta, & istos boues do & loco cuidam laboratori extimatos libras 50. ad laboritium faciendum cum eis ad terminum trium annorum, & ipse laborator promittit quolibet anno in festo sanctæ Mariæ Augusti dare pro locatico seu laboritia, quod facit cum eis, vnum modium grani, quos boues debet tenere, alimentare, & pascere omnibus suis expensis, & in fine triēnii mihi dictos boues restituere, saluo quòd si dicti boues valerent vltra dictum pretium, medietas lucri debeat esse dicti locatoris, & alia medietas conductoris, & si minus dicto pretio valerent, mihi locatori soluere medietatem eius quod minus valerent dicto pretio, & si dicti boues vel altero eorum moreretur, deberet mihi medietatem extimationis eorum restituere & soluere, saluo quòd si pro mala custodia perirent; tunc eo casu integrum pretium dare debeat, quæ omnia promisit facere &c. Quæro ex prædictis, nunquid dictus contractus sit licitus, & si in aliquo peccat locator, & in quo, & si peccat, ad quid teneatur, pars vltima damni contra bonum conscientiæ inseritur in pacto, nec sine peccato procedit. Ratio enim quare locator licite vecturam rei locatæ accipit duplex est. Prima; quia periculum rei locatæ spectat ad ipsum. Ratio rationis: quia ipsius rei dominus est. ff. locati. l. non solet. Secunda; quia res locata per vsum consumitur, vel deterioratur, quę rationes: quia cessant in mutuo, quia fit de meo dantis tuum accipientis. l. secunda. §. appellata. ff. si certum petatur. Si ergo accipientis sit, sibi periit, & sibi deterioratur, ergo dare vltra sortem & recipere est illicitum, & est vsura. Non obstat, quòd ille conductor habet medietatem lucri: quia licet locator potuerit pacto de suo concedere scil icet partem lucri, quod totum suum esse debebat, non tamen potuit se exonerare per idem pactum, aperte patet hoc capitu. fin. de vsufruct. in principio. Secunda verò pars est penitus illicita. facit lege cum duobus. §. damna fatalia. ff. pro soc. quòd mors naturalis noceat conductori, consilium Ioann. Andr. dicitur esse. si contractus staret in terminis locationis, procederent supra dicta, sed forma pactorum facit eum transire in contractum societatis, in qua vnus ponit rem, alius operam personalem, quod bene nota. & tunc res videtur communis quò ad lucrum & damnum, & sic lucrum proueniens ex opera rustici est, sic medium frumenti est concedentis, & rei concessæ lucrum & damnum est commune: tamen putarem abstinendum a tali contractu propter fraudem, de prædictis vide 14. quæstione tertia. si fœnerarius. consilium Pau. de Leazariis esse dicitur. Considera pro clariori intelligentia, quòd interdum tradens dictos boues intendit eos locare. Interdum intendit societatem contrahere. primo casu, quando eos intendit locare: puta tradit boues vni rustico, vt quolibet anno det ex dictis bobus 10. vel 20. minas granis, & nihil conuenit de damno, nec de lucro dictorum boum, si forte plus, vel minus finito tempore locationis valerent: & hoc casu licita est locatio; quia locans ex re locata percipit lucrum, & conuenit, ex quo res locata deterioratur cum damno domini, & similiter domini est periculum: vt lege incendium. C. si certum petatur conuenit ergo, quòd vbi periculum, ibi lucrum lege cum duobus. §. quidam sagariam. in fin. ff. pro soc. & periculum pertineat ad dominum, qui est locans. ff. locati. l. non solet. Interdum conuenit, vt colonus det quolibet anno 15. vel 20. minas grani, & periculum dictorum boum damnum & lucrum, si forte plus vel minus valerent finita locatione sit cōmuni. & hoc non est licitum. Cald. & Anto. de Butr. in capitu. fina. de vsu. ratio esse potest; quia periculum debet esse domini similiter lucrū, & damnum, si forte plus valerēt, lege quæ fortuitis. C. de pignoribus actio. ergo ex quo locator remanet dominus: vt dicta lege non solet, suum debet esse periculum, & si alter caueretur, esset iniustum lucrum, & grauaret conductorem duplici onere, videlicet pensione dictarum 15. vel 20. minarum grani, & etiam medietate damni seu periculi, quòd esset contra naturā locationis: vt supra & etiam onere pascendi & gubernandi & etiam seminis: & licèt detur sibi medietas lucri, si plus valerent boues, istud est de raro contingentibus, & est paliare, vt liceat sibi dicere de damno, quod communiter cōtingit; quia boues non crescunt vsu, sed decrescunt, argum. l. eum debere columnam. ff. de seruitu. vrb. prædi. & sic loquatur Ioann. Andr. supra meritò illi qui dant boues ad collaticum, si volunt, quòd damnum seu periculum sit commune, non licet, & est iniustum lucrum & intentio deprauata. Secus si simpliciter locat pro certa mercede; quia tunc cum dominus boum subeat periculum, & ipsi boues deteriorentur continuo vsu, licitum est lucrum. Intelligo dummodo fiat cum bonafide: non autem deprauata intentione. Cogitationes enim hominum omnipotenti Deo occultari non possunt capitu. in ciuitate. de vsu. Interdum societatem contrahunt, in qua colonus ponit operam suam, & alimenta boum, dominus autem ponit boues: de partibus autem fiendis damni & lucri nihil est conuentum; & tunc debēt de lucro fieri portiones arbitrio boni viri æqualitate proportionis. l. si non fuerint. ff. pro soc. Debet enim primò considerari, quòd medietas fructuum debita domino fundi ratione proprietatis fundi. l. cum duobus. §. si in coeunda. ff. pro soc. &c. Primò & ante omnia detrahitur medietas fructuum, & domino fundi conceditur. Alia medietas, quæ attribuitur culturæ & curæ, diuiditur inter colonum, qui ponit operam suam, & illū qui ponit boues suos æqualiter æqualitate proportionis arbitrio boni viri, qui habebit considerare, quis ponat plus in societate, an colonus, qui in societate operam & industriam, semē, & alimenta boum, & periculum eorum pro medietate, ac etiam damnum deteriorationis eorum pro dimidia secundum quòd est natura societatis. l. cum duobus. §. quidam sagariam. pro so. Si autem conuentum est de parte lucri percipienda pro bobus, & tūc, aut de quota, puta de medietate, tertia, vel quarta aut de certa quantitate, puta 15. vel 20. minas grani. Primò casu valet conuentio, quia hęc est natura societatis, vt lucrum & damnum æqualiter æqualitate proportionis diuidatur inter socios. vt dicta lege si non fuerint. Ista tamen conuentio, vt lucrum sit licitum secundum naturam societatis, debet sapere æqualitatem, vt quis lucrum percipiat secundum quòd ei debetur seruata æqualitate proportionis arbitrio boni viri: vt dicta lege si non fuerint. aliàs esset lucrum illicitum: quia contra naturam societatis, vt ibi dicit glos. & Paul. de Castro, quia societas instar fraternitatis obtinet: vt lege verum. ff. pro soc. & summam debet continere æquitatem vt ibi, aliàs si nimis vnus ex sociis læderetur, puta rusticus, non videtur bonafide cōtracta: & sic videtur nutrire peccatum per prędicta supra in proxima quæstio. Secundò casu, quando conuenit de certa quātitate, puta 15. minas grani, vel 20. quolibet anno, & tunc licèt de natura societatis sit, vt lucrum diuidatur inter socios per quotas, & per quotas possit socius pacisci, non autem per quantitatis, vt dicit glo. in lege cum duobus. §. item si in facto. ff. pro soc. ibi dum dicit text. cum tertia quantitate. & glos. exponit. i. quotitate, aliàs dicit glos. quòd esset vsura. Nihilominus in casu nostro, si iure societatis hoc conuenit, forte non esset improbatum, si adest bona fides, & intentio contrahendi societatem, dummodo nō plus paciscatur, quod sibi conueniat, attento quòd solum patitur detrimentum in parte bouum & non de toto, secundum quòd est natura societatis. l. cum duobus. §. damna fatalia. & §. quidam sagariam. & infra etiam patebit in aliis quæstionibus proximis. Non ob. d. gl. in d. §. item si ex facto. quia loquitur, qñ capitale erat saluum sm pactum ipsorum sociorum, vt patet in tex. ibi. pecuniā victor cū certa quātitatę perciperet: hic aūt capitale non erat saluū nisi pro dimidia: & ideo pro illa dimidia nō posset pacisci de certa quātitate præstāda, sed p alia dimidia, quæ erat periculo & damno ipsius cōcedētis boues, q cōtinuo deteriorātur, vt experiētia docet. l. eū debere columnā. de seruit. vrb. p̄di. forte posset aliquid licite percipere: tñ vt dicit Paul de Leaz. supra, qa cōiter fiunt fraudes p istos vsurarios q volunt palliare conscientiā, cautius est abstinere, ne prohibitū directo fiat per indirectum, & si pur nō vult abstinere facere peccata, debet non de certa quantitate, sed quotitate lucri sm naturam societatis, & modum supra traditum, & si pur faceret de certa quantitate, id arbitrio boni viri faciat, non excedat, non ob. glo. in d. §. item ex facto, quia ibi paciscebatur de certa quātitate ponēs pecuniam & saluum erat capitale, vt supra. In omnib. tamē iudicio sanctæ matris ecclesiæ me submitto, & tremulenter hanc materiam attingo, nisi qa video totū mūdū super

Source : BIU Cujas

his & ſequentibus duabus quæſtionibus verſari, puto ergo aperire viam,vt licite poſſit fieri non ſore malum, qui tamen melius ſentit, melius loquatur, & paratus ſum ſemper corrigi.

30 † Vigeſimoſeptimò quæro, duo contraxerũt ſocietatem,in qua vnus poſuit pecuniam puta quingentos, & alius operam, & induſtriam ſuam,modo dubitatur,quomodo fiat diuiſio inter eos de lucro,ſi extat lucrum,vel ſi non extat lucrum de dãno.Videtur ꝙ periculum totius pecuniæ ſit ſuum, ſi vult conſequi lucrum pro medietate; quia medietas lucri attribuitur pecuniæ,quam poſuit in ſocietate,cuius periculum totius ſubiit, & alia medietas operę poſitę ex alia parte in ſocietate,vel ſi piculum pecuniæ eſt commune, videtur tunc quodãmodo mutuata ponẽti operas medietas illius pecuniæ,ex quo ex ipſa medietate ſubiit periculum,aliàs non ſubiret periculum.l.incendium.C.ſi certum petatur.meritò ex ipſa medietate nullum lucrum percipiat mutuans: quia eſſet vſura per iura vulgaria ſuperius allegata in proximis quæſtionibus, mutuum dãtes nihil inde ſperantes. & quicquid accedit ſorti vſura eſt,& vbi capitale eſt firmum,quicquid ei accedit vſura eſt: vt in d.c.plerique.& ibi per gloſſ. & per illam regulam vbi periculum. ibi lucrum. Aduertendum; quia interdum opera poſita in ſocietate eſt tãta, quæ arbitrio boni viri correſpondet non ſolum interuſurio pecuniæ,ſed etiam ipſi pecuniæ, & ſorti poſitę in ſocietate, puta quia forte pecunia non erat multa, induſtria autẽ magno & longo tempore durauit, & tunc in lucro debent fieri partes arbitrio boni viri,ꝙ in ipſa ſocietate ſemper verſatur.l. ſi ſocietatem mecum coieris.l.cum duobus.§.venit. & l. ſocietatẽ mecum.& l.in propoſita.ff.pro ſoc.quia partes debent eſſe ęquales æqualitate proportionis:vt dicit Bal.in d.l.ſi non fuerint. & eo caſu ſi damnum eſt in ſocietate,ex quo correſpondebat interuſurio & ſorti,ille,qui poſuit operas,perdit eas,& earum damnũ patitur.Ille qui poſuit pecuniam,perdit eam, & damnum eius patitur. vt d.l.ſi non fuerint.§.ita coiri.ibi.ſi tanti ſit opera, quãti damnum eſt,plerunque enim tanta eſt induſtria ſocii,vt plus conferat ſocietati,quàm pecunia.i.ſi ſolus nauiget, ſolus peregrinetur,ſolus ſubeat pericula. Si verò opera poſita in ſocietate correſpondebat ſolum interuſurio pecuniæ poſitæ ex altera parte,prout in dubio eſt: vt d.l.ſi non fuerint. in principio, dum dicit loquẽdo de ſocietate,in quam vnus ponit operam, & alius pecuniam,ſi nõ fuerint partes ſocietatis adiectæ, æquas eas eſſe conſtat,dummodo medietatem lucri conſequatur ille, qui poſuit pecuniã ꝓp interuſuriũ pecuniæ,& medietatẽ cõſequit,ille ꝙ poſuit operã correſpõdentẽ interuſurio pecuniæ,& ita intelligatur d.l.ſi non fuerint.in principio. damnum autem erit commune,vt d.§.damna fatalia.& ideo ſi cõtingat, ꝙ in d. ſocietate nõ ſit aliquod lucrum, ſed immo damnum pecuniæ, ſeu ſortis poſitæ in ſocietate,quæ in totum, vel in tempore eſt depdita ſine culpa ſocii: vt d.§.dãna.& d.§ qdã ſagariã.& iſtud cõuenit naturæ ſocietatis, maximè cauſa æqualitatis ſeruãdæ q̃ ſemper inter ſocios ſeruanda eſt;vt d.l.ſi non fuerint. per gloſſ. & doc.ſi enim ille,qui poſuit pecuniã alteri ſocio ponenti operas correſpondentes interuſurio pecuniæ perderet interuſuriũ illius pecuniæ & etiam pecuniam, & ſic ipſum etiam capitale. Abſurdum eſſet & inæquale,ꝙ ille,qui poſuit operas,ſolũ amiſit operas. Ille,qui poſuit capitale non ſolum amiſit interuſuriũ pecuniæ,quod correſpondebat poſitioni operarum, ſed etiam ipſum capitale,ꝙ eſſet abſurdum & contra naturam ſocietatis, quæ habet,vt partes in lucro & damno fiunt æquales, & pro ea quota, qua lucrum attribuitur pro eadem quota & damnum ſecundum naturam ſocietatis:vt d.§. quidam ſagariam. & per aliàs rationes ſupra in duabus proximis quæſtionibus declaratas.Non ob.ꝙ medietas illius pecuniæ intelligatur mutuata, qa ille,qui poſuit operas, non percipit lucrum ratione pecuniæ, ſed ratione ſuarum operarum,& ille,qui poſuit pecuniam, nõ percipit ratione operarum,ſed ratione interuſurii pecuniæ poſitę in ſocietate,meritò ille,qui poſuit operas, non poteſt dici, ꝙ percipiat lucrum ex pecunia mutuata,vel ex operib.ſuis,meritò ille,qui poſuit pecuniam cum medietate lucri,percipiat ex pecunia, quam poſuit in ſocietate ratione interuſurii: vt ſupra non poteſt dici illud lucrum ex pecunia mutuata recipere, meritò illud lucrum non ſapit vſuram ſed venit ex contractu ſocietatis, quæ omni lege & diuina & canonica & ciuili eſt approbata,cuius natura eſt: vt lucrum & damnum ſit commune & æqualiter diuidatur: vt dicto §.quidam ſagariã. & dicto §. damna fatalia. & ſupra in duabus proximis quæſtionibus eſt probatum, & ſic non ob.l.incendium.C.ſi certum peta. Ad iura autem dicentia. mutuum dantes nihil inde ſperãtes. ad dicentia. quicquid accedit ſorti vſura eſt firmo manente capitali. Reſpondetur, ꝙ in caſu noſtro nullum intelligitur factum mutuum: vt ſupra ideo ex mutuo nihil ſperat,quod nõ fecit: vt ſupra patet. Ad ſecundum autem,quicquid accedit ſorti firmo manente capitali &c. Reſpondetur, ꝙ capitale non eſt firmum,immo ſi deperderetur,ponens pecuniam pro medietate patiebatur damnum,pro alia autem medietate non patiebatur damnum non ea ratiõe,quaſi capitale eſſet firmum, ſed quia id proueniebat ex natura ſocietatis,vt ſeruaretur inter ſocios æqualitas,quæ aliàs non ſeruaretur cõtra naturam & ſubiectam ſocietatis, vt per gloſſ. in dicta l. ſi non fuerint. de quo ſupra latius patet. Et ſic concludi poteſt, ꝙ ponens pecuniam dicto caſu,ĩ quo opera poſita ab alia parte correſpondebat interuſurio pecuniæ poſitæ in ſocietate ab vno ex ſociis, prout præſumitur,mediam partem lucri percipiat,ſi lucrum eſt, & ſi damnum contingat in ſorte,mediam partem damni ſimiliter ſuſtineat,nec ſapit vſuram,immo eſt contractus licitus & a iure approbatus etiam in ratione naturali & æquitatis fundatus, & humanæ conſuetudini conuenit,cui fauendum eſt: cum tendat ad conſeruationem ſocietatis humanæ, & ex ipſa ſocietate res publica & ciuitas,quæ tendunt ad conſeruationem humanam, repletur. Non ob. ꝙ vbi variæ ſunt opiniones, adhærendum eſt tutiori c.iuuenis de ſpon. quia ex quo dicta opinio eſt contra iura, & tendit ad diſſolutionem ſocietatis humanæ & reipublicæ damnum,non eſt amplectenda,immo deponenda, ar.eorum quæ dicuntur in capitu.paſtoralis.§.qui verò. de offi. delega.& ad prædicta facit conſilium Bal. qui ſic formaliter dicit.In Chriſti nomine amen, vt apparet ex tenore inſtrumenti fuit contracta ſocietas vno ponente pecuniam ſcilicet cccc. flor.altero operam ad partem lucri & damni. vnde tres caſus poſſunt euenire.Primus,quando non eſt lucrum neque damnum,& tunc integra quantitas debet reddi & ſterilis erit opera & pecunia.Secundus,quando eſt lucrum, & tũc illud eſt commune ſaluo capitali, quia actum & conuentum fuit de parte lucri fienda,non de ſorte percipienda. Tertius, quando eſt dãnum,& tunc minuitur ſors pro medietate damni, & hæc legũtur & not.per gloſſ.& doct.in l.j.C.pro ſoc. hæc ſententia probatur expreſsè per text.in d.§.damna fatalia.ibi dum dicit.commune damnum eſt.ibi eſt text.ad literam.Non enim poteſt intelligi,niſi de damno contingente in ſorte. ff. pro ſo. l. Murius. vbi neque damnum &c. vbi eſt text. Nam ſocietas quandoque eſt damnoſa,quandoque lucroſa,quandoque ſterilis, & nõ poteſt eſſe damnum,niſi quando capitale non eſt ſaluum, vt ibi patet aperte,& hoc etiam probatur aperte.ff. pro ſoci.l. ſi non fuerint.§.ita coiri.vbi dicitur, quòd ſi vnus ponit pecuniam & alter operam,tunc demum ponens operas non participat in alio damno quàm operarum amiſſarum,quando ita eſt ſpecialiter actum inter ſocios, & mouetur etiam ibi quæſtio, nunquid talis cõuentio valeat contra naturalem ęquitatem ſocietatis, & deciditur ibi quòd valet, ergo ſi pretium non eſſet appoſitum,damnum eſſet commune,ita tenet Iacob. de Aret. in l.j.C.pro ſoc.& eſt ipſa veritas. Non ob. gloſſ.ibi poſita, quæ videtur dicere contrarium ſcilicet quòd pecuniæ pereant ponenti pecuniam, & opera ponenti operam; quia vbi eſt text. non eſt curandum de gloſſ.& ita tenet Bald. in conſi. quod incipit. In Chriſti nomine amen.Mutiloquium mihi ſemper diſplicuit. Non ob. ſi diceretur,ille, qui poſuit pecuniam, ex quo pro ipſa pecunia percipit vtilitatem & lucrum, cum aliàs non habuiſſet lucrum niſi reſpectu pecuniæ,quam poſuit in ſocietate,conuenit,vt etiam ſentiat damnum, ſi damnum contingeret,& ſic ſicut ex tota pecunia percipit lucrum, ita ex tota pecunia,percipiat damnum,cum damnũ reguletur a lucro,& econtra l.cum duobus.§.quidam ſagariam.in fin.ff.pro ſo.l. manifeſtiſſimi.C.de furt.Ille autem,qui poſuit operam, percipit lucrũ ex opera non ex pecunia.l.cum duobus.§. ſi in coeunda.ff.pro ſo.& l.Scio amico.ff.de ann.leg. Ideo non videtur conuenire, vt ſentiat damnum pecuniæ,ex quo nõ ſentiebat lucrum, quia immo ex opera ſentit lucrum contemplatione pecuniæ, aliàs forte opera eius fuiſſet ſterilis,vel quaſi, vt contingit in mercatorib qui ex induſtria,quã habẽt,cũ pecunia lucrantẽ Induſtria aũt ſine pecunia nihil valeret, & ſic ex opa lucrabantẽ reſpectu pecuniæ,quæ mixtũ eũ opera erat cauſa lucri,& ille, qui ponebat pecuniam ſimiliter mixtim ex pecunia & opera poſita ex alia parte percipiebat lucrum,cum aliàs ex pecunia ſine opera nullum percepiſſet;cum pecunia ex ſe ſola non pariat pecuniã. l.nũmis.ff.de in litem iuran.meritò conuenit,quòd ſicut ille, ꝙ poſuit operam mixtim cum pecunia,percipit lucrum pro medietate reſpectu operæ & pecunię,ita ſentiat medietatem damni,& ſicut ille,qui poſuit pecuniam mixtim ſentit lucrum medietatis reſpectu pecuniæ & operæ poſitæ, & ex alia parte ſentiat medietatem damni contingentis in pecunia, per d.§.quidã ſagariam. in fin. & iſtud iuri conuenit & naturali rationi per prędicta, & etiam boni viri arbitrio, quod ſemper in ſocietate attendi debet, vt dicta l. ſi ſocietatem. ff. pro ſoc. cum ſimilibus.

31 † Vigeſimooctauò quæro,quidã contraxerunt ſocietatem ad vectigal ſeu gabellam fructuum, qui recolligebãtur in quodam territorio,ibiq̃ erat flumen publicum, quod diuidebat, & confinat duo territoria. Accidit, quòd dictum flumen impetu aquarum mutauit antiquum alueum, & nouum conſtituit p decurſum vnius anni, & in hac mutatiõe abſtulit de iure vnius territorii occupãdo terras ſuas in alio territorio. Mõ q̃ritur,numq̃d ex mutatiõe illius fluminis augeat, vel diminuatur,

vel

Source : BIU Cujas

vel ſint mutati fines,& ſic gabellariis qui emerũt gabellam fructuum debeatur gabella de fructibus illarũ terrarum, quæ ſunt per flumen ampliatæ.Bald.ſic dicit. In nomine domini amen. In ſupradicto puncto dico,quòd ratione aluei mutati non augetur promiſſio, ſeu venditio fructuum, quæ fuit limitata & taxata tempore contractus.ff.de acquiren.re do.l.in agris limitatis.ff.de damnis infec.l.damni infecti ſtipulatio competit.§.ſi is qui venas.& ff de ruinis.l.j.in fin.& ff.de aqua q uotidi. & æſti. l.j.§.illud.& §. item quæritur.'& eſt quaſi expreſſum. eodem titu.l.hoc iure.§. ſi aqua. & quòd inſpiciatur locus contractus ꝓbatur.ff de contrahen.empt.l.Rutilia Polla. vbi videtur expreſſum.facit,eodem titu.l in l.& quia mutato alueo non propterea mutantur fines plebanatuum,vel caſtrorum, vel dioceſum, vel publicorum territoriorum,per d.l.in agris limitatis.fa.ff.de vſufruc.l.item ſi fundi §.ſed ſi inſulam, ſecundum ipſum Bald. in ſuo cõſi.hoc etiam & alia ratione probatur, fines territoriorum quandoque ſunt euidenter diſtincti per vias regales, quandoque per flumina,quandoque per montes & valles, quandoque per lapides & ſigna multum apparentia, & iſtis modis cõmuniter territoria diſtinguuntur: vt not.Ioan.And.ſecundum Goff.in capitu.cum cauſam.de proba.& Bald.in conſi.quod incipit,qualiter probentur pertinentiæ diſtrictus. Interdum probantur fines iuriſdictionum per expreſſas & tacitas partium aſſertiones:vt nota.C.de contrahen. & commit.ſtip.l.optimam. C.de iu.delib.l.cum aliquis. Interdum per vulgi opinionem & iudicium circuncolentium, qui in hac materia ſunt teſtes magis idonei.l.j §.j.ff.de flumi.& quanto ſunt ſimpliciores & ruſtici,ſunt credibiliores; quia non deponunt niſi de poſſeſſione facti tanquàm oculis ſemper aſtantes ſuper ipſo loco: vt not.ff.de verborum obliga.l ſtipulatio iſta.§ hæc quoque.Item quandoque probantur per ſententiam iudicum ſeu arbitrorum.ff. de arbitr.l.inter Caſtellianum.inſtitu.de iudi §.fina. Interdum per perceptionem reddituum.l.ſi quis ſuper.C.fi.regu. quandoque probantur per cuſtodes.l.in nomine Domini.§.in Sardinia.C. de offic.præfec præto.Afric.in propoſito igitur noſtro ius alluuionis non poteſt locum ſibi vendicare in caſu noſtro duplici reſpectu. Primò:quia per alluuionem id videtur adiici,quod ita paulatim adiicitur,vt intelligere non poſſimus,quantum quoquo momento temporis adiiciatur.l.adeo.§. præterea ff.de acquiren.re.do.inſtitu.de re.diui.§.præterea.ergo cum non paulatim ſed vno impetu vi fluminis ipſum flumẽ mutauit alueum, prædia,quæ erant in medio inter alueum antiquum relictum & nouum,remanent eius,cuius fuerant,& in dominio & iuriſdictione; quia quod noſtrum eſt a nobis ſine noſtra voluntate auelli non poteſt.ff.de regu.iur.l.id quod noſtrum, niſi per modos a iure ordinatos,ſed de iure non reperitur iſte modus ſtatutus,vt per modum aluei factum per ſaltus & nullo impetu abſq; alluuione, quòd prædia in medio exiſtentia mutent dominiũ & iuriſdictionem,merito &c.argum.l.illam.C.de coll.l. in finalibus.ff.fi.reg.vbi dicit text.in finalibus quæſtionib. vetera monumenta ſequenda ſunt,modo ſi nõ varietate & arbitrio poſſeſſorem additis & detractis agris poſtea permutati probentur. In caſu autem noſtro nec poſſeſſores, nec ſucceſſores eorum mutauerunt fines,quare ergo ſtare prohibentur. Secundò; qa ex quo territoria fuerũt aſſignata & diuerſa, vt ſciret vnuſquiſque quantum ſuum territorium ſe extenderet, illud ius videtur in eis,quod in agris limitatis,in quibus non habet locum ius alluuionis.l.in agris limitatis.ff.de acquiren.re.do.in ratione ſui, ibi.vt ſciretur quid cuique datum eſſet. & eodem modo licèt inſula nata in medio fluminis ſit eorum, qui prope ripam prædia poſſident.inſtitu.de re.di.§. inſula. verſic. ſed in flumine nata.& l.adeo §.inſula.verſat in flumine. tamen non habent locum in agris limitatis.l.ait prætor.§.inſula.ff.de flumi.ibi,inſula autem occupantis eſt,ſi limitati agri fuerunt. Tertiò facit text. in capitu.ſuper eo. de parochiis 26. quæſtione 4.volumus.& 16. quæſtione 3.licèt.& in gloſſ.capitu.quia indicante. de præſcrip. in quibus patet,quòd ſi fines dioeceſum, ſeu prouinciarum cõſtat diſtinctos fuiſſe,vel etiam poteſt probari, fines dioeceſum ſeu parochiarum,ſeu prouinciarum præſcribi non poſſunt, & ratio eſt, ne prouinciarum termini confundantur. & dicit ibi Domi.Nico.Siculus,quòd limites parochiarum, & prouinciarum bene poſſunt præſcribi iure proprietatis, ſed non iure finium.i.vt limes vnius extendatur, & alterius reſtringatur, de quo per gloſſ. 16.quæſtio.3.quicunque. & hodie habetur in capitu.j de præſcript.in vi.& ſic patet, quòd iura durius ſtatuerũt, quando tractatur de reſtringendo, vel ampliando fines dioeceſum,vel prouinciarum, ſeu territoriorum, quàm quando ſtatuerint de acquiſitione,ſeu perditione, vel mutatione aliarum rerum.facit etiam,quod dixit Petr.de Peruſi.in capitu.ſuper eo. de parochia.vbi ipſe dicit, quòd Innocen. dicebat, quòd fines epiſcopatuum ſolent eſſe flumina,montes, & valles: & ibi dicit Petr. de Peruſi. ſecundum vnam opinionem quam ipſe ſequitur,quòd ſi flumen , quod erat limes ſeu finis eſt ſiccatum, per longitudinem ſeu latitudinem diuiſus intelligatur, & per iudicem arbitrio boni viri actuali ſigno diſtinguatur. Sic dicamus in propoſito noſtro,ex quo flumen per ſaltum derelinqt alueum antiqui fluminis,qui erat limes inter vtrunque territorium Malle Anenſium & Gallenſium,intelligatur alueus diuiſus inter vtrunq; territorium, & per iudicem arbitrio boni viri actuali ſigno diſtinguatur,& ſic noua ſigna imponentur in loco,vbi conſueuerat eſſe flumen diuidens inter vtrunque territorium. facit etiam text.in dicta l.in nomine Domini.§.in Sardinia.ibi.vſque ad illos fines prouincias Africanas extendere, vbi ante inuaſionem Vandalorum & Hunnorum Reſpublica Romana fines habuerat, & vbi antiqui cuſtodes ſeruabant, & ibi cum antiquis finibus integrę ſeruentur. Prętera,vt dictum fuit ſupra in territoriis communiter ſunt termini diuidentes, quandoque flumen,vt in caſu noſtro olim erat,quandoq; mõtes,quandoque valles,quandoque paludes, quandoq; magnus lapis. Ponamus, quòd ille magnus lapis , q erat finis inter duo territoria,ruina.vel impetu aquarum ſublimatus eſt per modicum vel magnum ſpacium ĩ vno ex dictis territoriis. Dicemus ne nos aliud territorium extendi, & illud reſtringi, certe non, immo ne detur occaſio alienum occupandi, ius ſtatuit ad officium de finibus cognoſcendis per meſſorem vel aliter terminos declarare,& ſi res exegerit oculis ſuis & res & loca aſpicere:vt l.irruptione fluminis fines agri confundit inundatio.ff.fi. reg.ſic in ſimili dicamus in propoſito noſtro, ex quo flumen, quod erat pro fine inter dicta duo territoria, vi , & tempeſtate, ac abundantia aquarum quodam impetu receſſit,& in alio loco tranſire cæpit,ac lectum quaſi deſiccatum dereliquit,ad officium eius,qui de finibus cognoſcit,pertinet terminos,vbi antiquitus erant ponere, & ſi expedit, ad locum,vt oculis ſuis videre poſſit,accedere:vt dicta l.ſi irruptione.& d. l. quia indicante. & prædictam concluſionem in dubio tenendam puto.

32 † Vigeſimononò quæro,ſi vnus ex ſociis qui debet ponere pecuniam,de propria pecunia & nomine proprio emit fructus cuiuſdam molendini pro quinque annis,& alter, qui debet ponere operam, decedit durante dicta conductione 5. anno. an eius hæres pro illo tempore,quo durabat cõductio, poſt mortem decedentis debeat partem lucri percipere de fructibus illis. Bald.ſic formaliter conſuluit in lib.co. carta 108.In Chriſti nomine amen. Ad euidentiam ſciendum eſt,quòd lucra lucrata durante ſocietate tranſmittuntur ad hæredes ſociorum,ſicut damna,ſiue damnificata durante ſocietate : quod enim præteritum eſt,morte ſuperueniente non tollitur.ff.pro ſoc.l. actione.§.j.& ideo ſi durante ſocietate etiam vnius diei empta ſunt aliqua communi nomine etiam per mille annos mors nõ diſtrahit commercia præterita, ſed poſt mortem noua inchoari non poſſunt ſociali nomine.ff.pro ſoc.l. hæres ſocii. & l. actione.§.morte.& l.adeo.ff.de negot.geſt.l.nam & Seruius. § ſi vino.ff. de adminiſt.tut.l. Titium & Meuium §.altero. hac igitur ratione videtur dicendum,quòd fructus dicti molendini deberent eſſe communes cum hæredibus dicti Nicolai ; quia initiũ contractus inſpicitur.ff.de verborum obliga.l.filiusfamil. & l. ſi a colono. Non ob. quòd dicti fructus fuerunt empti nomine vnius tantum; quia communicari debebant, & ad hoc erat natum ius in vita.ff.pro ſoc.l.ſi quis ſocietatem contraxerit. ſi ergo actio erat nata. merito Nicolaus trãſmiſit ad ſuos hæredes, cum econtra ipſi conuenirentur,ſi quid damni eſſet.ff.pro ſoc. l.verum.§.in hæredem.& quod ibi not.In contrarium videtur: nam ſicut in themate dicitur,iſta ſocietas fuit celebrata cũ Nicolao propter operam ab eo ponendam in ſocietate. Sicut igitur circa molendinum nunquàm poſuiſſet operam,nihil petere poſſet ſibi communicari:ita ſi deceſſit, cum pro tẽpore poſt mortem operari non poſſit:& ſic fit diuiſio temporis.ff. de ſtip. ſer.l.ſi ſeruus cõmunis Meuii.§.fi.operæ.n. hæredis maximè incertæ non ſunt eædem cum operibus defuncti l.ſi non ſortem. §.libertus.ff.de condi.indebi.& idem dico in damno. Pone,ꝙ poſt mortem Nicolai ſuperuenit ſterilitas, hoc certè nõ nocet hæredibus defuncti,qui non reperitur in contractu emptionis nominatus,ſed ſolum in ↄtractu ſocietatis.ff.pro ſocio.l.actione.§.ſi poſt.& l.ſi poſt.& l.ſi quod.§.ſi filius.verſic.duob.de neg. geſt.l.eum actũ.§.Pompo.& l.at qui natura.§.Sceuola.ff. de admi.tu.l.tutorem qui tutelam.Præterea ſi hæres Nicolai petit ſibi communicari,ipſe debet implere ex parte ſua , ſed hoc non poteſt;qa nõ eſt eadẽ opera.Simile eſt ergo in caprario,q nõ tenuit ſocitã niſi vno anno, cũ deberet tenere pro plurib. nã eatenus quatenus &c.& non vltra.Itẽ iſte, q de ſua pecunia emit, debet habere capitale ſuũ ſaluum. ff. pro ſo.l. cum duob.§.ſi in coeunda.& not.C.eo.tit.l j.Item lucrum,quod pro parte eſt de præterito pro parte non habet cauſam operarũ de futuro, neceſſariò diuiditur,licèt ſecus eſſet in lucro momentaneo, vbi inſpiciẽ principũ ſolũ,quicqd poſtea de futuro contingeret,vt in legib. ꝓ hac parte alle.Hic eſt pũctus ſuperioris cõſilii Bal. Quidã ↄxit ſocietatẽ cũ Nicolao hoc pacto & hoc mõ, ꝙ ipſe deberet ponere pecuniã in ſocietate.& D.Nicolaus dẽret ponere operã ſuæ perſonæ in d ſocietate,& deberet dictus Nic.percipere quartã partẽ lucri,qđ ↄringeret in ſocietate ꝑdicta,& pro dicta quarta parte cõtribueret dãnum, ſi qđ contingeret in dicta

Source : BIU Cujas

Petr.de Vbal.De duobus fratribus.

ſocietate,poſtmodum durante dicta ſocietate dictus talis, qui pecuniam ponere debebat,emit fructus,redditus,& prouentus cuiuſdam molendini pro quinque annis proximè ſequen. pro pretio ducentorum flor.quam emptionem fecit nomine ſuo ꝓprio,& pecuniam prædictã,videlicet ducentos florenos integraliter ſoluit de ſua propria pecunia,demum dictus Nico. deceſſit poſt duos annos vel circa a tempore conductionis dicti molendini,& dicta conductione durante nondum finita. Modò quęritur,nunquid ille qui dictos fructus molendini prædicti emit,teneat cõicare hæredib.dicti Nic. poſt mortẽ dicti Nicolai,videlicet,pro reſiduo tẽpore,quo debet dictum molẽdinũ retinere vigore cõductionis ꝑdictæ,necne.Præſuppoſito ꝙm narrata quòd de intentione ementis dictum molendinũ fuerit fructus ipſius communicare cum dicto Nicolao,ſicut lucrũ ſeu damnum aliarum rerum,quæ erant in ſocietate contracta inter eos,& paratus eſt communicare lucrum tempore quo
33 Dominus Nicolaus vixit. † Trigeſimò quæro, quando vnus ex fratribus ſocius alicuius negotiationis decedit relicto filio pupillo,qualiter quæſita poſt per patruum diuidatur,vel per eum empta,vel ſi mutuauit pecuniam pupilli nomine proprio.Bal. ſic formaliter conſuluit.In Chriſti nomine amen. In iſta materia ſcire oportet,quòd quando ex duobus fratribus alicuius negotiationis ſociis alter decedit, morte finita eſt ſocietas,igitur quò ad nouam inchoationem adminiſtrationis inter pupillũ filium fratris prẽmortui & patruum & pupillũ nulla eſt ſocietas.ff.pro ſo.l.actione.§.mortis. Sed nec cum ipſo pupillo poteſt inter patruum & pupillum ſocietas contrahi ipſo exiſtente tutore. quia ſibi auctor eſſe non poteſt : vt l.j.ff.de auctori. tuto.ſi quid ergo acquiritur pupillo per patruum, hoc non cõtingit iure ſocietatis,ſed oportet, quòd alio iure contingat.Cõtingere ergo poteſt duobus modis.Primò; quia communi nomine geſtum eſt, & ſic acquiritur officio geſtionis. Secundò modo,quia res eſt empta à tutore de pecunia pupilli, & tunc acquiritur pupillo ratificanti iure ſpeciali: vt not. de rei vendi. l.ſi vt proponis.tamen conſtare debet,ꝙ de pecunia pupilli; nã in dubio præſumitur,quòd pecunia ſit eius, apud quem ſit poſſeſſio ipſius pecunię,qui alii tradidit eam.i. ipſius emptoris.l. ſi defunctus.arbit.tute Ex his apparet determinatio quæſitorum; quia communi nomine empta communia ſunt,ſi proprio nomine empta ſunt,nõ ſunt communia,niſi probetur,ꝙ ſint empta de communi pecunia.ff.de admi.tut.l Titium & Meuium. §.altero.tutor tamen,qui pecuniam pupilli ſe expẽdiſſe negat, tenetur ad intereſſe; quia in emptionem prędiorum conuerte re debuit,& ita diligens eſſe in factis pupilli ſicut in propriis,& ſi habuit bonum forum pro ſeipſo,debuerat idem procurare ꝓ pupillo,cuius pecuniam habebat inter manus, hæc eſt bona fides & diligentia facere alteri,quod ſibi vult fieri, cum illius curam ſuſceperit. Item ſi pecuniam pupilli patruus mutuauit nomine ſuo non nomine pupilli,tenetur ad omne intereſſe, qđ ex licita negotiatione pupillo quæri potuiſſet.ff.de nego.geſt.
34 l.qui ſi vſuris.Bald.in li.e.card. 123. † Trigeſimoprimò quæro, mercator recipit a me in iſta ciuitate centum florenos,vt occaſione cambii faciat mihi dare in ciuitate Neapoli.95.an ſit licitum.Bald.in Rubrica.C.de conſtitu pecu.dicit ꝙ ſic, hoc enim non eſt vſura,ſed periculi pretium, dummodo non nimis excedat modum,ſed ſecundum generalem conſuetudinem mercatorum.ff.de nau.fœn.l.periculi.& iuris fictione dãdo ſibi literas,vel conſtituendo ſe ſoluturum Neapoli non dicitur cõſtituiſſe minus re,& ſic iſta cambia ſunt licita vſque ad cõdignũ, vel parum ſupra ſecundum Bald. in dicta Rubrica,vbi etiam in fin.ponit,quis dicatur mercator, dicens vna mercatio non facit mercatorem,niſi ſit deſcriptus ænte in matricula mercato-
35 rum,de quo per Bald.in l.legatis ſeruis.de leg.3. † Trigeſimoſecundò quæro,ſocii habent burſam communem,& conſtituũt aliquem,qui præeſt illi burſæ ff. pro ſo.l. verum. §. ſi cum tres. Modo pone,quòd talis præpoſitus nomine ſocietatis petit ab vno ſociorum,vt ponat in ſocietate partem,quam debet,dicit illi,ego compenſo cum eo,ad quod mihi teneris, an hoc caſu locum habet compenſatio, dicendum eſt ꝙ non ; quia nõ agit ille,vt ſingularis perſona,ſed ex communi corpore ſocietatis. Item illa pecunia eſt ſtatuta ad vſus ſociales,argumẽ.C.de cõpen.l.in ea.& ibi per Cy.& Bald.in l.eius.C. de compen. † Trige-
36 ſimotertiò quæro,duo fratres bona communia habẽtes fructus & lucra inuicem per multa tempora communicauerunt, tractu temporis vnus ſeparatim in ſecreto emit aliquid ex lucro ſuo,& facit contractum qui dicit pro ſe. Similiter & alius fecit. An vterque tenetur communicare. Bald. ita conſuluit. Punctus talis quæſtionis talis eſt, duo fratres carnales longo tempore ſimul habitauerunt tenendo ſimul omnia bona, ſimul etiam fructus percipiendo ex dictis bonis,& onera ſimul ſoluendo,lucra participando,conferendo, quia legiſtæ ambo erant indifferenter communicando omnia eorum bona, fructus,redditus,& prouentus nulla vnquàm ratiõe exquiſita per alium,vt communibus vtebantur, & vſi fuerunt per ſpatium 25.annorum & vltra,dicta communione durante, vnus ipſorum proprio nomine emit certa bona ex ſuo lucro, diſſoluta ſocietate per mortem vnius,hæres alterius fratris petit illa bona diuidi tanquàm ſimul communia.Quęritur,vtrum veniunt diuidenda,vel ſunt præcipua illius fratris emptoris, vel ſuorũ hæredum,vel quid iuris. In Chriſti nomine amen. Ad euidentiam generalem præmittendum, quòd ſocietas eſt contractus celebramus,quandoque a verbis exprimentibus ſuper alio incipiens,quandoque re ipſa & factis emanans ſocietas, quæ ſermonibus contrahitur clara eſt; quia certitudo verborum declarat certitudinem intellectus.ff.pro ſocio.l.tertia.Societas verò quę contrahitur rebus ipſis; & factis ad illa extenduntur, ad quę facta hincinde protendunt ſe,nec vno tantum faciente cõtrahi ſocietas,ſed promiſcuum factum exigit,vbi facto contrahitur,oportet enim, quòd in ſocietate vterque aliquid ponat vel rem,vel factum.ff.pro ſo.l. 5.& l.ſi non fuerint. vnde qualitas factorum hincinde declarat qualitatem,& modum ſocietatis.Ita ergo dicendum eſt de duobus fratribus, qui ex legũ peritia lucrantur; nam ſi communicauerunt lucra, non dico parua,quæ vſu conſumuntur in domeſtica familia,ſed notabilia, quæ conuertuntur in emptionem prædiorum,vel aliam perpetuam vtilitatem inuicem communicare; tunc iſta ſunt communia,& ſi vnus eorum altero ignorante facit inſtrumẽta pro ſe tantum communicare.ff.pro ſocio.l.ſi quis ſocietatem contraxerit,immo etiam ſi vnus quisque faceret clandeſtinos contractus per ſe deberet communicare; quia communis conſenſus requiritur ad hoc,vt actioni ꝓ ſocio derogetur, ſicut enim in contrahenda ſocietate conſideratur communis conſenſus, ita in perimenda actione.ff.pro ſocio.l. actione. §. diximus. In hac enim ſocietate ſicut in quibuſlibet actis probandis debemus conſiderare genus & differentias, vt nota. C. de probat.l. actor. Si conſideremus genus,videtur fuiſſe inter eos ſocietas generalis,quòd ſic ꝓbo, ſi quis vult cognoſcere ſocietatis qualitatem,conſideret,vtrum actus ſint contrarii aliis actibus, qui inducunt contrarium,qui ponuntur in l. penultĩ.C.communi diui. & per locum a contrario cognoſcet; qui enim actus ſint diſſolutiui, eorum contrarii ſunt ſociatiui. Iſti ergo fratres ſunt ſocii generales & hoc conſiderato genere, veruntamen quia ſpecies derogat generi,videamus,vtrum in hac ſpecie, de qua quæritur,valet in lucris quaſi caſtrenſibus ſcilicet officiorum & aduocationũ fuerit inter eos ſocietas,& videtur, quòd non propter differentiam; quia ex hoc lucro negotiabatur ſibi,& faciebat dicere cartas in ſe tantum. In contrarium, quia iſtę differentię ſeu clandeſtinę diſtinctiones non minuunt ſocietatem generalem; oportet enim renuntiare ſocietati, ita quòd alter,cui renuntiatur,ſciat: vt ff.pro ſocio l.actione §.renuntiare.ff.ſi certum petatur l.ſi ſocius.& eſt expreſſum, quòd res vnius nomine emptę communicentur: vt dicta l. ſi quis ſocietatem,quare ſecundum ea quę proponerentur omnia hincinde communicanda ſunt a tempore, quo vterque de lucris ſuis aliquid in ſocietate poſuerunt vſque ad tempus mortis primi defuncti. facit, quod nota.in l.Titium & Meuium.§. altero. ff.de adminiſt.tut & ibi plenè per Barto.& in capitu. 2.de duob. fratribus.de no.be.inue.10.coll. Ita dico & conſulo ego Bald.
37 de Peruſi. † Trigeſimoquartò quæro,vtrum in foro conſcientiæ ſit licitum fraudare gabellas. Reſpondeo ponendo concluſionem cum fallẽtiis. Regula eſt, quòd non eſt licitum fraudare gabellas. Primo fallit, quando imponens gabellas non habet iuriſdictionem imponendi, & hanc regulam & fallentiã ponit Barto.in l.vectigalia.ff.de publi. Secundò fallit, quando gabella eſſet nimis exceſſiua,ita vt ſonet in extorſionem indebitam,ſecundum Bald.in l.finali.C.de iure aure. annu. qui alle. Innocent. in capitu. quia plerique. de immu. eccleſi. Tertiò fallit,quãdo rex vel princeps imponit noua vectigalia ſine cauſa; quia cum cauſa poſſet,puta pro defenſione patriæ,ſed nota. per Innocent.eleganter in capitu.innouamus. de cenſib. & ibi per Hoſtien. Quartò fallit,quando gabella, ſeu vectigal eſſet impoſitum oq illam cauſam, ſcilicet vt itinerantes ſint ſecuri pro rebus & perſona,& princeps vel communitas non cuſtodiret itinera ſecura; quia tunc nedum eſt licitum fraudare gabellas,ſed etiam princeps tenetur ad reſtitutionem damni, ſecundum Hoſtien.in ſumma de cenſi.§. ex quibus cauſis. in penulti. colum. verſic. quòd ſi rex ita dicit Dominus Marti. Lau-
38 den. in quodam opuſculo de conſcientia. † Trigeſimoquintò quæro,duo contraxerunt ſocietatem duraturam per quinquennium,in qua vnus ponit operam & induſtriam, alter verò pecuniam. Ante reuiſam rationem ille, qui ponebat operam, extraxit certam quantitatem, dicens ſe extraxiſſe de lucro,an hoc facere potuerit, & puto quòd ante reuiſam rationem hoc non poſſit, cum ante reuiſam rationem non poteſt conſtare, an ſit lucrum, vel damnum; cum non dicatur lucrum niſi deducto damno, & ſic detracto capitali miſſo. lege Mutius. ff. pro ſocio. ſed non conſtat, quòd capitale poſſit detrahi ante reuiſam rationem, forte enim non erat in pecunia,& erat in debitoribus,qui forte ſunt inexigibiles vel longa difficultate ac tẽpore, quo caſu dicitur minus eſſe.l.j.C. de plus

pe.&

Source : BIU Cujas

pe.& ſic videtur de iure, quòd ante reuiſam rationem non licet ponēti operam retrahere aliquam quantitatem iure lucri, quod adhuc non apparebat, cum (vt dixi) non poteſt lucrum dici, niſi deducto damno,& ſic detracto capitali: vt d.l.Mutius. Fallit primò, ſi conuentum ſit inter ſocios, niſi quòd vnicuiq; vel mittenti operam liceat tantum detrahere annuatim, quia tunc conuentio ſeruanda eſt.l.j.§.ſi conueniat.ff.depo.l.ſi conuenerit.ff.pro ſo.Secundò fallit,quando conſueuit ita fieri,vt ille,qui ponit operas poſſit annuatim tantum detrahere,quo caſu licet non ſit conuentum expreſſo pacto, tamen ratione cōſuetudinis videtur tacite conuentum, prout ſolebat fieri. ca.ꝙ tranſlationem.de offi. le. ibi, ſi quondam &c.l.quòd ſi nolit.§. quia aſſidua.ff.de ædil.edic.l.ſi vno. ff.loca.l. ſi cum Hermes.C. loc.l.ſi tibi polienda.ff.de præſcrip.verb.l.nemo eſt qui neſciat. ff.de duob.re.cap.ex literis.de reſtitu.capitu.cauſam. de reſcrip, facit quod dicit Bald.in l.aduerſus.C. ioca.vbi dicit, quòd licet artifici debeat ſolui regulariter opere perfecto,tamen ædificatores domorum hoc non ſeruant: quia iſta interpretatio eſſet eis nimis oneroſa,& ideo media via eligitur,per quam vtrique parti conſulatur.ff.de ſolu.l.cum ſtichus.ff.loca.l.inſulam. in fi. aliàs poſſent ceſſare ab opere. Illud enim quod fit pro communi cōmodo,debet interpretari pro vtraque parte, & æquo poſſibili,& ciuili modo.Ligonizatores autem,& pauperes manuales,qui ex alimentis pendent,debent habere aliquid de mane, & hoc conſonat æquitati, quia verba debent intelligi ſecundū qualitatem perſonarum.ff.de ope. lib.l. eius ædificii.& ita tenet Cyn.in l.aduerſus.quæſt.5.C. de cri.exp.hæred. vt ibi refert Bal. Si ergo eſſent pauperes artifices, qui dietim ex eorum laboribus viuunt,& forte ſi annuatim non poſſent aliquid pro eorum vita extrahere, cogerentur dimittere,quod verteretur in damnum totius ſocietatis, & ideo conſuetudo diſponit, vt tales artifices poſſint annuatim aliquid extrahere de ſocietate hoc caſu,vt ſupra dixi, licet non ſit expreſſe conuentum, tamen ei licere puto per prædicta,& ex his videtur deprehendi tertia fallentia.videlicet, quando ex qualitate perſonarum ponentium operas, quia forte ſunt pauperes,& ex ſudore vultus ſui dietim viuunt, tacite actum videtur, vt ex operibus ſuis aliquid de ſocietate extrahant,qui aliàs non poſſent operari per prædicta, uòd boni uiri arbitrio,quod in ſocietatibus vt plurimum verſatur,ma
29 xime conſuetudine & qualitate perſonarum attenta,relinquēdum puto.† Trigeſimoſextò quæro,contrahi ſocietatem cum quodam ruſtico, cui dedit vaccas duas paſcendas ad commune lucrum,& damnum duraturum per quinquennium,elapſo quinquennio ruſticus perſeuerat eodem modo retinendo dictas vaccas,& fructus earum nulla facta mentione, quo iure ſocietatis, vel aliter, poſtea tractu temporis ueniunt ad diuiſionē ruſticus, & ille, qui dedit ſibi vaccas modo prædicto.De tribus contingit dubitari primò,an intelligatur poſt dictū quinquennium tacito conſenſu quaſi eadem ſocietas renouata & continuata,& ad hoc reſpondeo quòd ſic,argum.l. item quæritur.§. qui impleto. & l. qui ad certum.ff.loca. & per ea quæ dicta ſunt in 3.parte prin.circa prin.& in 2.v.q.& in 11.par.prin.in 2.q.Secundò dubitatur, ad quantum tempus intelligatur renouata iſta ſocietas poſt quinquennium,& quò ad hoc reſpondeo eiſdem pactis & modis quibus erat contracta prima, vt dicit Bal. in conſi.de quo 11. par.princ.32. q. vel ſaltem ad tempus expediens vtrique parti,argumē.ff. pro ſo.l. ſi conuenerit.ibi,ſi non conuenerit: ſi tamen intempeſtiue renuntietur ſocietati, eſſe pro ſocio actionem, & per ea quæ dicta ſunt in d.32.q.Non ob. Item quæritur. § qui impleto.& l. qui ad certum.ff. locati.ubi reconductio tacita in urbanis videtur ſolum facta ad id tempus,quo inhabitauit & in ruſticis ad aliud,quia id procedit,qa tanto tempore percipiebantur fructus debiti, & expediebat cōductori,& locatori,colono,& inquilino,vt amplius non duraret,niſi nouo conſenſu renouaretur tacitè & expreſsè. In caſu autem noſtro ſocii, qui contraxerunt ſocietatem ad quinquēnium forte viderunt,quòd expediebat,ꝙ tantum duraret,quia forte ante non expediebat ſocietati, vt diuideretur, iſtamet ratio ſubeſt in ſecunda renouatione tacitæ ſocietatis,vt dicit Bal. in d.conſi.quod depoſuit in d. 32.q. quod tamen arbitrio boni viri relinquendum puto, qui inſpectis omnibus circunſtantiis poterit arbitrari, quanto tempore expediat ſocietati durare hanc tacitam ſocietatem poſt quinquennium tacito conſenſu renouatam,vt d.l. ſi conuenerit.ver. & ſi non conuenit. Tertiò dubitatur, quomodo diuidatur lucrum & fructus dictorū animalium in iſta noua ſocietate tacite re contracta tacito cōſenſu poſt quinquennium. Primò pro deciſione huius quæſtionis conſidero, quòd in fine primi quinquennii patronus, qui poſuit ruſtico duas vaccas,puta valentes 12.ducatos. Primò & ante omnia habere debet tot ex illis animalibus, quæ aſcendāt ad dictam quantitatem 12.ducatorum, reliqua autem animalia ſunt communia ratione lucri inter patronum ſeu dominū & paſtorem pro æquali portione.l. cum duobus.§. ſi in coeunda.ff.pro ſoc.& plene dictum fuit in 5.parte prin.in 24.q. & ſic dominus habet in tacita ſocietate renouata poſt quinquennium tacito conſenſu animalia valentia 12.ducatos pro ſuo capitali, & medietatem aliorum animalium pro ſua parte lucri, & paſtor ſeu ruſticus habet aliam medietatē lucri, quæ eſt ſua in hac ſocietate tacita, ruſticus de portione ſua nihil tenetur dare patrono, quia ex re ſua propria, opera, & induſtria, ac labore ſuo lucrum percipit, dominus autem de illa medietate, q̄ cedit ruſtico pro ſua portione lucri nihil ponit ruſtico, nec pecuniæ,nec opere,nec induſtriæ, nec dicta animalia, meritò nō eſt ratio,ex qua quid debeatur domino ex fructibus & lucris dictæ medietatis tangentis ruſticum prò ſua patte lucri, quia ſocietas inſtar fraternitatis obtinet, & equum debet continere, & non eſt ęquum, ut ille, qui nihil ponit, conſequatur partem lucri contingentem ex re ruſtici opera, induſtria, & labore ruſtici.l.verum.in prin.ff.pro ſo.& per Bar.in l.Titium & Mæuiū. §.altero. ff. de admi. tu. aliàs eſſet ſocietas leonina.l.ſi non fuerint.ff.pro ſoc.& cōtinerent donationem,quòd iuri repugnat. l.ſocietates contrahuntur. §. donationis cauſa. ff.pro ſo. de dictis autem animalibus aſcendentibus vſq; ad ſummam 12. ducatorum pro capitali patroni,& de alia medietate animalium reſpectu lucri tangentis patronum vt s̄.in his poteſt conſiſtere tacita ſocietas inter patronum, & ruſticum tacito conſenſu poſt quinquennium contracta, in qua patronus ponit ruſtico dictum capitale.i. dicta animalia aſcendentia ad dictam quantitatem 12.duca. & medietatem aliorum animalium tangentem patronum ratione lucri,& ruſticus in eis, ponit operam,induſtriam,& laborem ſuum,quo caſu dominus pro ſuo capitali intelligitur ponere dicta animalia aſcendentia ad ualorem 12. ducatorum, & dicta animalia aſcendentia ad medietatem lucri,& ruſticus operam,& induſtriam,& tunc lucrum proueniens ex eis debet diuidi ęqualiter inter patronum & ruſticum cum in diuiſione ſocietatis, & per conſequens in diuiſione huius nouæ ſocietatis contractę tacito conſenſu debet rehabere ſuum capitale, quod intelligitur de nouo poſitum tacitē hac noua ſocietate poſt quinquennium tacito conſenſu contracta & medietatem lucri quæſiſti in hac ſocietate nouiter contracta,aliam medietatem lucri habebit ruſticus pro ſua opera,& induſtria,vt d.l.cum duob.§.ſi in coeunda.& eandem conſiderationem puto habendam pro ſucceſſiuis temporib.de quinquennio in quinquennium, quia à primordio tituli poſterior formatur euentus.l.1.C.de impo.lucr.deſcrip.& l. minus inſtructus.C.de acq.poſſ.& hanc conſiderationem puto iuri, & æquitati conſonam.

SVMMARIVM.

1 *Societatis expenſæ de communi fieri debent.*
2 *Socius ſi propter ſocietatem ad merces emendas ſit profectus,an omnes expenſas rehabere debeat.*
3 *Socius an aliquid habere debeat ob ſuos labores.*
4 *Socij duo ſi fundicum conduxerunt, quam partem habere unuſquiſque debeat.*
5 *Socij ſi emerunt parietem communem qui refectione indiget cuius expenſis reficiatur,& quo remedio reficienti ſuccurratur.*
Parietem communem an ſit licitum demoliri vel reficere, ſi inſufficiens ſit ad onera præſentia ſuſtinenda,& quo remedio ſuccurratur ſocio volenti reficere contra ſocium prohibentem.
Molendinum ſi cōe ſit inter plures,& vnus vult meliores molas imponere,ſocius ad impenſam non tenetur.
Socius vnus ſi commune ædificium ruinoſum reficit, quo remedio contra ſocium ei ſuccurratur.
Socij ambo ſi volunt reficere cōe ædificiū,ſed unus vult vno modo, & alius alio modo,cuius opinioni ſtetur.
Paries ſi ędificatus ſit vſque ad certam altitudinem,ne luminibus officiatur, per plura tempora ſtetit deſtructus, dominus vult nunc reficere, dubitatur de altitudine,ad arbitrium boni viri recurritur.
Pariete in communi an de nouo tigna imponere liceat, & de nouo feneſtras & foramina facere.
Et quid in pariete proprio.
Parietem communem an quis altiare poſſit.
Iuxta parietem communem quæ fieri prohibeantur.
Parietem communem an licitum ſit incruſtare,& alia facere, quæ ad commoditatem facientis ſpectent.
Aedificare inuito ſocio vel vicino quando liceat in proprio pariete,vel ſolo, vel in communi,vel in publico,vel prope publicum.
Aedificium factum ſuper alienum,ſi fundamentum eſt ſuper proprium facientis,deſtruere non licet.
6 *Socius ſi fecit votum ire ad ſanctum Iacobum,& cauſa implendi votum fecit multas expenſas,an ſibi uel ſocietati imputari debeat.*
7 *Socius ſi plura bona in hac uita fecit, puta erogauit pecunias in pauperes uſus,an ſibi uel ſocietati imputet.*
Eleemoſina de alieno fieri non debet.
8 *Socius an tencatur de expenſa erogata in honorem unius ex filijs ſociorum, puta doctoratu,uel militia.*

Frater,

Source : BIU Cujas

Pet.de Vbald.De duobus fratribus.

9 *Frater meus si monachus, vel Abbas fiat, an ad expensas contribuere debeam.*

10 *Socio an pertineat onus dotandi filiam socii.*

11 *Fratrum alter si pro filia alterius fratris dotem soluit, an eam repetere possit.*

12 *Fratrum alter si infirmetur, an expensæ de communi fieri debeant.*

13 *Colonus an debeat deducere expensas, quas causa mundandi fossata fecit.*

14 *Colonus qui promisit mihi respondere medietatem fructuum agri an expẽsas deducere debeat.*

15 *Colonus an fructus ad domum domini portare debeat.*

16 *Fratres si post mortem patris in simul steterunt, & vnus posuit de fructib. suorum bonorum, vel laborum plusquam alter, an in diuisione illud plus repetere possit.*

17 *Fratrum vnus si ponit lucra sua in auctione patrimonii, vel emit boues cõmunes pro colendis possessionibus nomine suo, & fratrum, an hanc impẽsam recuperare possit.*

18 *Frater clericus præbendatus si cum alio fratre laico simul habitabat, an clericus suum peculium conferre teneatur.*

19 *Fratres si sint socii omnium bonorum, vnus quorum habet magnam filiã, alter verò non, vtrum illa filia sit de communi alenda, an de parte eius, tantum, qui eam habet.*

20 *Fratres an teneantur de communi emere libros fratri studenti.*

21 *Vestimenta pretiosa, quæ pater nurui fecit, an in partem fili imputentur.*

22 *Vxor si dedit in dotem quasdam res appretiatas, quæ consumpsit, an minuat dotem.*

23 *Expensæ factæ per alterum ex fratribus in nuptiis vxoris post mortem paternam uxorem ducentem, an debeant etiam alteri fratri imputari.*

24 *Fratrum qui bona diuiserunt, moritur vnus cum filio, qui post mortem sui patris habitat cum patruo, a quo continuo alimenta percipit, vel sunt duo fratres in communione stantes ad vnum panem, & uinum, & vnus forte habet familiam magnam, alter verò nullam, vel minorem, an illud, quod expensum est pro alimentis, & victu alterius, repeti possit.*

In expensis et sumptibus inter fratres inquisitio scrupulosa fieri non debet, sed arbitrium boni viri versari debet.

25 *Expensæ factæ per fratrem in studio an post mortem patris in patrem suam imputabuntur, vel alter frater possit petere, vt tantũdem de cõi pro suo studio expendatur.*

Fratres, qui domi remanserunt, si meliorauerunt possessiones, an expensas factas repetere possint a fratribus.

26 *Societas an sit contracta, si præcedentibus quibusdam verbis pertinentibus ad societatem contrahendã secutum est, quod quædã mercantiæ communiter emptæ sunt, & vterque se obligauit.*

Salarium nunquid possit ab eo peti, qui pro famulo stat cum aliquo mercatore.

27 *Salarium an debeatur socio ratione consuetudinis.*

1 CIrca sextam partem principalem † quæ expensæ de communi fieri debeãt. Dic quòd omnes expensę, quæ fiunt occasione societatis, de communi fieri debent, & ideo si quid ab altero sociorum occasione societatis impensum est, societati imputatur, & iudicio societatis seruabitur. ff. pro so. l. si vnus. §. si quid vnus. &
2 l. socium qui in eo. §. socius. & in ea. l. §. si quis ex socijs. † Primò quæro, quid si vnus ex socijs ꝓpter societatem profectus sit ad merces emendas, an debeat rehabere omnes expensas, scilicet tam viatica meritoriorum, stabulorum, cartulorum & vecturas sui, vel suorum, sarcinarum, vel mercium. dic quòd omnes societati imputabit, vt d. §. si quis ex socijs. deductis tamen his
3 quas domi fecisset secundum Bal. in l. j. C. eo. † Secundò quæro, an aliquid debeatur propter laborem sociorum. Dicit Ang. in d. § si quis ex sociis, quòd nõ, per text. ibi. eos duntaxat sumptus societati imputabit, qui in eam rem impensi sunt. Idem consuluit Bal. vt patet in 25. q. quæ incipit. 25. quæro, præcedentibus
4 quibusdam verbis. † Tertiò quæro, si duo socii, puta in arte panorum ex disparibus partibus conduxerunt fundi cum simul, quam partem habeat in ipso. Respondeo. Aut loquimur respectu locatoris, & habent partes ęquales. ff. loca. l. cum oportebit. de duobus reis. l. reos. §. cum in tabulis. aut loquimur habito respectu ad interesse, & tunc debent sortiri accessorium sicut principale, ar. C. de agri. & censi. l. quemadmodum. li. 11. & idẽ dico in massaritiis, & suppellectilib. societatis. ff. lo. l. sed & ad-
5 des. §. si quis mulierem. secundum Bald. in d. l. j. † Quartò quæro socij emerunt parietem communem, vel semipedes inter se contulerunt, vt ibi parietem inter se ædificarẽt ad onera utriusque sustinenda. l. cum duobus. §. item Mela. deinde paries indiget refectione, cuius expensa refici debeat. Dic, quòd communibus expensis: cum in communi negocio impendatur: vt d. l. si vnus. §. si quid vnus. ff. eod. & si vnus ex sociis refecerit, habet plura remedia: nam vsque ad 4. menses potest agere ad sortem cum vsuris centesimis, quòd an & quando sint hodie permissæ, vide in l. socium qui in e. ff. pro soc. & per Bald. in l. j. C. de sum. Tri. & ĩ l. cũ allegas. C. de vsu. & extra, eo. tit. c. salubriter. & ĩ exigẽdo priuilegio vtẽ, qa pferẽ cæteris creditorib. ẽt anterio rib. i tempore. l. interdum. ff. qui poti. in pig. ha. Scdm remediũ habet, quia potest totum dominium vendicare respectu partis consocii, cum sibi propter contumaciam suam auferatur. Tertium remedium, quia agere potest ad interesse. l. cum duobus. §. idem respondit. ff. pro so. vbi casus, & l. si vt proponis. C. de ædi. priua. vbi Cy. ponit vnam notabilem distinctionem, & intellige quòd electa vna uia ex prædictis, non posset ad aliam redire. l. fin. C. de codi. & l. si fundus. §. eleganter. ff. de leg. commis. Et quia iste articulus parietis communis est quotidianus, & multas quæstiones vidi. Conclude, quòd parietem communem licitum est reficere, & demoliri vni sociorum altero inuito, si expedit, ex quo paries non est sufficiens ad supportanda pondera, prout nunc sunt. ff. communi diui. l. si ædes. & ff. de nego. gest. l. si communes ædes. & l. si parietis. cum l. se. ff. de dãn. infec. & contra socium prohibentem refectionem, & demolitionem, vt refici possit, agi potest communi diuidundo iudicio vel uti possidetis. vt d. l. si ædes. & si paries esset communis iure societatis ad hoc principaliter ordinatus, agi potest pro socio nedum communi diuidundo. vt ibi, & tunc deberet agi principaliter, quando societas expressè contrahitur, non quando in ea incidimus, vt forsitan ratione legati communis, vel contractus inter viuos, vt l. vt si pro socio actio. cum sequentibus. ff. p socio. secus si paries, qui est, esset sufficiens ad supportanda pondera, quæ nunc sunt, quia tunc vnus ex socijs non destruit, vt alium idoniorem eius loco subroget. l. parietem. ff. de serui. vr. prædi. vbi casus, per quem textum dixit Marti. de Fano. quòd si molendinum est commune inter plures, & vnus vult meliores molas imponere, quòd socius non tenetur ad impensam conferre, ex quo molæ præsentes sufficiunt, allegat. ff. de dam. infec. l. si ædibus. & bene secundum Ange. in d. l. parietem. quod tene fixum cordi. Deinde conclude, quòd si vnus sociorum reficit ædificium commune suo sumptu, puta parietem ruinosum, vel domum ruinosam, vel molendinum existens in flumine, castrum, vel fortilitium cõmune, nil de sumptu recuperat, si nomine suo reficit. l. si is qui C. de ædifi. pri. ubi casus, si crescit nomine communi, & socius fuit requisitus, & contumax in conferendo expensas, reficiens habet tria remedia. Primũ, vt post refectionem vsque ad quatuor menses sumptum repetere possit cum vsuris centesimis, & eis elapsis consequitur rem iure dominii, & si non vult, recuperat omnes sumptus, & interesse: vt supra patet, & speciale est, vt propter societatem & contumaciam non audiatur volens cedere rei, aliàs esset secus: vt supra de vsuf. l. cum vsufructuarius paratus. vbi glo. declarat, sed si socius non fuit contumax, agitur solum ad sumptus, vt d. §. idem respondit socius. Si verò res tãtummodo est communis, non tamen iure societatis, sicut contingit in duobus ementibus rem communiter, aut in duobus legatariis, aut hæredibus eiusdem rei, vel alio modo in cõiunctionem incidentibus, & vnus sociorum reficit rem communem sumptu proprio, tunc habent locum duo prima remedia, scilicet repetitio sumptuũ cum vsuris, & adiudicationis dominii contra contumacem, q noluit in sumptu conferre, sed non habet locum tertium, vt possit præcise agere: vt sibi refundantur sumptus cum omni interesse: vt d. l. si vt proponis. ubi autem habens rem communẽ non fuisset requisitus ad refectionem, vel non fuisset contumax constitutus, hoc casu non posset conueniri, nisi tantummodo ad restitutionem sumptuũ: vt d. l. si vt proponis. & not. per glo. in d. §. item respondit, socius. l. cum duobus. Si autem dubitatur an qui reficit, refecerit nomine proprio, uel nomine communi. Dic quòd communi nomine prẽsumitur refeciſſe. Primò, quia hoc licitum. l. meritò. pro so. cõtrarium illicitum, vt dicta l. si is. Secundò, quia faciens nomine proprio in dubio intelligitur donare sumptum, & donatio non præsumitur. ff. de proba. l. cum de indebito. secundum Ang. in l. quidam Iberus. ff. de serui. vr. præ. & sic habeas expedita duo pũcta. Primò, an liceat reficere, vel demoliri ædificium commune. Secũdò, si reficitur, an succurratur reficiẽti, in quo restat uidere, quid si ambo volunt reficere, sed vnus vno modo, alter altero modo, cuius opinioni stetur, an res diuidatur sorte. l. fi. C. com. de leg. Dic, quòd eius voluntas erit prẽponenda, qui ædificium magis idoneè vult reficere, & intellige, quòd idoneitas non peccet in extremo, quia nullum extremum laudabile secundum Philosophum, casus est in l. in reficiendo. ff. de dam. infec. & ibi per glo. Restat etiam videre, quid si paries communis fuit ædificatus hoc pacto, ne luminibus alterius sociorum officiatur, & sic vsque ad certam altitudinem, modò apparet destructus, si de forma antiqui status apparet, potest vsque ad statum pristinũ non obstante seruitute, ne luminibus officiatur, vt ff. de ser. vr. præ. l. si testamento. Si autem de forma antiqui status est dubitatio, quia forte per plura tempora ædificia diruta steterant, volunt nunc reficere, consocius prohibet refectionem a certa altitudine supra, ne luminibus suis officiatur. Dic, quòd vbi non potest quis ædificare contra formam statutam, ne luminibus officiatur, & sic de forma ædificandi contenditur, recurritur ad

arbitrium

arbitrium boni viri. ff. de ser. vrb. præd. l. qui luminibus. vbi casus. Est autem arbitrer bonus uir in arte peritus, & debet semper eligi idonior, & si possint haberi duo, non debet eligi vnus ut in auc. de non alie. §. qui uerò Leonis. iuncto fi. gloss. magnæ. fac. l. semel. C. de re mili. lib. 12. & adde Bal. x. coll. quibus mo. feu. amit. c. j. & Ange. in l. j. C. de eman. libe. ff. de ædil. edic. l. ꝙ si nolit. §. si mancipium. & per Bar. in l. quotiens. C. de ponderatoribus. lib. 10. Similiter restat videre, an in communi pariete liceat de nouo tigna immittere, quia de antiquis non est dubium. Dic, quòd sic, si communiter quæsitus est, ut sustineat onera utriusque, & per immissionem talium lignorum non noceatur tali parieti, neq; uicino, eo quòd aptus est ad onera supportanda, aliàs secus, ut d. l. si ædes. & dicta l. Sabinus. Vbi uerò paries non esset dictis oneribus ferēdis destinatus, sed fortè delectationibus sociorum, quia unusquisque delectabatur habere depictum, & forte ex parte sua habere eum clausum pro seculari capella, ut uidimus quotidiē ī palatiis magnorum uitorum, & tunc non esset licitum immittere tigna noua, per quæ possent dictæ picturæ destrui, aut diminui delectatio: ut d. l. Sabinus. iuncta gloss. non intelligitur pertinaciter in eo, qui ex parte sua depinxisset parietem, & nollet in ea parte immitti tigna, quia negare non potest, ex quo oneri ferendorum tignorum erat paries deputatus, casus est in dicta l. quidam Iberus. §. parietem. ff. de seruit. urb. præd. secundum Ang. ibi, & an in pariete communi de nouo liceat facere fenestras, uel foramina. Dic quòd non inuito uicino. ff. de serui. urb. præd. l. si inter. & l. eos. Sed in proprio pariete bene possum facere fenestram. l. fin. §. Lucius. ff. de serui. urb. præ. & l. cum. eo. tit. & l. altius. C. eo. tit. Sed pone, quòd habeo proprium parietem iuxta ortum cuiusdam pulchræ puellæ, uel quorundam religiosorum, uolo facere ibi fenestram, ut possim prospicere istam puellam, uel illos religiosos. Quæro nunquid possim. Dicit Pe. in dicta l. altius quòd aut facio ad meam utilitatem, & possum, aut ad emulationem, uel inhonestam intentionem, & non possum, secundum Pet. ut refert Bald in d. l. altius. quod tene menti. Deinde an altiare quis possit parietem communem. Dic quòd sic, si dānum non timetur ex ędificatione, & ędificans uult, quòd ędificium sit commune, secus si vellet, quòd esset proprium. ff. de ser. urb. l. quod dictum. §. si ex tribus. & uide eo. tit. l. in re communi. in fin. Item conclude, quòd iuxta parietem communem ad duos pedes etiam in solo proprio nihil quis facere potest, per quod paries deterioretur, puta construendo aliquid, quod humore continuum parieti communi afferat. unde non balneum, non cloacam, nec fistulam. l. prima. in princ. ff. de serui. urb. prę. quod tene menti. Nec etiam licet habere prope parietem communem aliquid, per quod paries exuratur, ut cōstruere fornacem, uel aliter facere magnum ignem, ut d. l. quidam Iberus. Aut aliquid, per quod impediatur refectio parietis. Aut aliquid aliud, per quod impediatur conseruatio parietis: ut d. l. fistulam. §. iuxta communem. Scalę autem iuxta parietem cōmunem haberi possunt, quando sine lęsione parietis sunt: ut d. l. fistulam. §. scalas. iuxta glo. ibi. Item concludit, quòd in pariete communi licitum est pingere, & eidem crustam imponere & omnia alia facere, quę ad commoditatem facientis spectāt, non remouendo in aliquo faciem, neque formam dicti parietis communis, ut dicto §. parietem communem, tamen per tales incrustationes, uel picturas non augebitur in aliquo conditio uicini demolientis & parietem reficientis ut ibi. Et pro clariori intelligentia, an quis possit ædificare inuito consocio, uel uicino. Dic quòd aut quis uult ædificare in pariete communi, aut in proprio pariete siue solo, aut in solo publico. Primo casu, quando uult ędificare in communi pariete: dic ut ex prędictis patet. Secundò casu, quando uult ędificare in proprio, tūc aut uult ex proprio aliquid in alienum uel s̄. alienum proijcere, puta uult habere canale in suo, per quod paries vicini inundetur, uel per quod aqua proijciatur in alieno, & non potest. l. fistulas. ff. si ser. uendi. Idem si aliud uellet proijcere in alienū: ut l. 1. ff. de serui. ur. prę. Aut uult aliquid in alienum, uel s̄. alienum immittere. puta, quia ex meo in parietem uicini uolo immittere tignum, uel s̄. domum, uel solum stillicidium uicini uolo facere profernum, uel extendere meum stillicidium, & non possum. Primum probatur in l. sed si inter. ff. de serui. urb. prędio. & in l. si cum meus. ff. si serui. uendi. Secundum probatur. l. 1. eo. titu. ubi casus, & l. si quando. ff. si ser. uendi. ubi etiam per medium pedem non potest quid s̄. alienum incumbere: & si hoc non obstante aliquid est ędificatum, quo remedio mihi succurratur. Quandoque quis ędificat non in meo, nec s̄. meū: sed contra seruitutem mihi debitam, & tunc ut illud ędificium tollatur, habet locum interdictum quod ui aut clam, uel interdictum de noui operis nuntia. l. 1. ff. de no. ope. nun. Quandoq; quis ędificat in meo, uel supra meum, adeo quòd non requiescit in meo, & tunc habet locum. l. quemadmodum in primo casu. ff. ad l. aquil. Aut requiescit in meo, & tunc aut manualiter, aut naturaliter. Primò casu, possum mea auctoritate dēstruere, ut dicit gloss. in d. l. sed si inter. & in d. l. quemadmodum. §. 1. in secundo casu. & l. si vicem. §. si ad ianuam. ff. quod vi aut clā. Aut naturaliter, & tunc debeo adire iudicem. l. j. C. de interdic. Vtrum autem liceat destruere ædificium factum supra alienū, si fundamentum ædificij est supra proprium facientis. Dic ꝙ non, vt est casus in d. l. quemadmodum. §. 1. Aut quis ædificat in cōmuni: & tunc an socius possit propria auctoritate destruere. Bar. dicit per gl. in d. l. liceat sed inter, ꝙ sicut illud, quod immittitur in re mea a me possessa possum destruere mea auctoritate. Ita illud, quod immittitur in communi re, licet immittaī a socio. Mihi autem ibi visum fuit dubiū, de quo ibi vide. Aut quis vult simpliciter in suo ædificare, nihil autem vult immittere in alienum, vel supra alienum, & tunc nisi faciat contra debitam seruitutem, etiam si socio officiat, ædificare potest. l. est & hæc seruitus. ff. de serui. vrb. præd. vbi ædificando in suo quis potest officere prospectui domus meæ, immo & ædificando in suo potest obscurare lumina vicini etiam in totum. l. cum eo. ff. de serui. vrb. prædi. vbi casus & l. altius. C. eo. tit. & sic quis potest in suo ædificare etiam si vicino noceat, vt dictis iuribus. Fallit in hærede, qui lumina domus legatæ in totum obscurare nō potest, licet possit pro parte, dummodo lumen sufficiens remaneat habitantibus. l. binas ædes. ff. de ser. vrb. prædi. Secundò fallit in l. fi. C. de ser. & aqua, vbi vicinus in solo proprio non potest ædificare prope aream alienam, quando per tale ædificiū aufertur ventus ipsi areæ, adeo ꝙ frumenta a paleis separari nō possunt. Tertiò fallit, quando quis ædificando in suo officere segetibus vicini s̄m gl. j. ibi. respondeo secus esse propter vtilitatem segetum vicini agri, ne pereant. ff. de ser rusti. præ. l. rustico rum. Quartò fallit, vbi ædificando in suo ad ęmulationem di recte præcedit vtilitatem, quæ in loco vicini transit ex loco in quo ædificatur, exemplum si ad æmulationem tui tantum præscido venas aquarum oriētes in meo, quæ in tuum directò decurrunt: vt l. 1. §. denique. ff. de aqua plu. arcen. Quintò fallit, qñ ædificium tenderet ad æmulationem reipublicæ: quia non licet. C. de meta. in rubrica. lib. 12. & l. quicunque castrorum. C. de fundis limitrophis. lib. 11. & per gl. C. de ædifi. priua. l. ꝑ prouinciam. & per Inno. in c. pisanis. de restit. spol. Sextò fallit, qñ quis in suo ædificare vellet non intermisso legitimo spatio a vicina insula, quia in area libera potest ædificari per dominum, & alium eius nomine intermisso legitimo spatio a vicina insula. l. imperator. aliàs incipit. in area ff. de ser. vrb. prędd. quod autem dicatur legitimum spatium, vide ibi per glo. & text. in l. meniana. C. de ædi. priua. quod intellige, quando ex obiecto ad ædificium alterius ædificatur: quia tunc debet intermitti legitimum spacium, vt no. in l. si cui. & in d. l. meniana. aliàs meuiana. C. de ædi. priua. vt patet ex tex. ibi uidentur obiecta. Si verò ædificatur a latere, & tunc non requiritur aliquod interuallum. ff. de ser. vrb. prædi. l. seruitus. §. fin. & ideo videmus habitatores domorum habere domos contiguas & hoc modo intelligitur d. l meniana, s̄m Ang. ibi, quę. l. loquitur in vrbanis. In rusticis autem quod spacium debeat intermitti a vicina insula, vide text. notabilem in l. fi ff. fi. regū. & licet textus ibi faciat mentionem de ędificio, & sic uidetur, quòd illa lex loquatur in vrbanis, vt l. j. ff. communia prædiorum. ubi ędificium vbicunque positū dicitur urbanum prędium, tamen intellige, nisi ędificium sit paratum gratia fructuum, quia tunc rusticum dī. ff. de ser. vrb. prędd. l. rusticorum. & ibi per gl. j. & hoc modo intelligo. d. l. fi. ff. fi. re. alias illa. l. esset contra tex. d. l. meniana. & sic necesse foret dicere, ꝙ esset correcta. & legum correctio est euitanda. l. prę cipimus. in fi. C. de appellat. quod tene menti, quia sunt quotidiana & notabilia. Septimò fallit, quando sunt duo, qui habent domum communem, vnus habet partem inferiorem, & alius partem superiorem, dominus partis inferioris immittit fumū ad dominum partis superioris, & dominus partis superioris immittit aquam dño partis inferioris, an possint. De hoc est text. in l. sicuti. §. Aristo. ff. si serui. vend. & l. pe. ff. de iniurijs. Pro cuius declaratione dic secundum Bar. in d. §. Aristo. Quandoq; dominus partis inferioris facit ignem solitum ad regimē familię, & tunc potest licite facere, nec tenetur, si fumus ascendit, nisi animo iniuriandi faciat: vt d. l. pen. & eodē modo, si dominus partis superioris infunderet aquam per solarium suum, vt moris est, non tenetur, si aliquid descenderet, nisi animo iniuriandi faciat. Sed si dominus partis inferioris vellet ibi facere tabernā, vbi continue fit ignis, & fumus magnus, & grauis, & hoc non posset, & eodem modo si dominus superior infunderet aquam vltra solitum, quia non liceret, & ita dicit Bart. debere intelligi. d. §. Aristo. Tertiò casu, quando vult ędificare in publico, & tunc aut vult ædificare in priuato proprio, tamen vult aliquid ducere per publicum, aut vult ędificare in priuato, tamen vult immittere aliqd supra publicum, aut vult simpliciter ędificare in publico, non autem vult ducere aliquid per publicum, nec vult immittere aliquid ex priuato s̄. publicum, sed simpliciter in publico ędificare vult. Primo casu, quando vult ducere aliquid per publicum, puta vult facere conductum per uiam publicam causa ducendi aquam ad domum vel ad fundū suū, & tunc non potest. l. seruitutes §. publico. ff. de ser. tit. generali.

Secundò

Petr.de Vbal.De duobus fratribus.

Secundò casu,quando vult facere aliquid ſ. publicum, puta ex vna domo ad aliam pontem ſupra viam publicam, vel profernum,tunc ſimiliter non poteſt.l.ſi intercedat.ff. de ſer. ti.generali ſecundum Bal.ibi.& l.qui ſella.§. in ruſticis. ff. de ſerui.vrb. præ. vbi per Bald. plene deſtinguentem quando locus medius impediat ſeruitutem itra extrema.Fallit ſm Ang.in d.l.ſi intercedat.quando conſuetudo eſt in ꝓrium, vt eſt hic,& hoc tenet glo.C. quæ ſit longa conſue. in ru. Tertiò qñ ſimpliciter in publico ædificare vult, & tunc aut ſine permiſſu principis vel ſtatuti,& nõ põt.l.ſeruitutes.§.a principe.ff.de ſer.ti.generali, quẽ tex.notant doct. ꝓ volentes initium ſcalarum cõſtruere in via publica,per quas adeatur aditus ad domum ſuam:quia non poteſt ſine permiſſu reipublicæ.Nunquid aũt præſes poſſit permittere? Dic ꝙ nõ, niſi ſit lex vel ſtatutum in ciuitate,ꝙ præſes poſſit.l.prohibere.§.planè.ff.quod vi aut clam. & vide Bartol.in l.j. ff.ne quid in loco pub.& Bal.in rub.de contrah.emp.Quandoque quis vult ædificare in publico,vel ſ. publicum cum permiſſu principis,vel ſtatuti, & tunc aut tale ædificium non nocet alteri,& põt,vt dictis iuribus, aut nocet alteri, puta, quia proſpectus aut aditus alicui fit deterior,aut anguſtior, & tunc non poteſt, quotiens enim aliquid in publico fieri permittitur, ita oportet permitti,vt ſine iniuria cuiuſq; fiat, & ita ſolet princeps quotiens aliquid noui operis inſtituendum permittit.l.j.§.meritò.& §.ſi quis a principe.ff.ne quid in lo.publi. & l.j.§.deteriorem.de flu.& ff.ne quid in flumi.pub.l.j.§.quod autem. & de iti nere actuq; priua.l.vnde etiam.§.reficere.C.de eman.lib. l. nec auus.& per Bar.in l.quominus.de flu.& per Bal.C.de ſer.l.manifeſte.& per Iac de Are.ff.de dam.infec.l.fluminum.l.ſi finita.§. ſi quid vicino.& prædicta intellige vera, niſi forte quis hoc impetrauerit. ſ. expreſſe petierit, & conceſſum ſibi ſit d.§. ſi quis a principe.coniuncta gl.ibi aliàs in publico vel ſ. publicum ædificare non poteſt cum iniuria vel damno vicini,vt dictis iuribus, ad hoc etiam facit.c.per venerabilem,qui filii ſint legitimi.ibi, non quòd alieno iuri præiudicare velimus. & ca. ex tuarum.de auct.& vſu palij.facit etiam text. expreſſe in l.fin.§. Lucius.ff.de ſer.vrb.præ.quicquid gl.ibi dicat,quæ addit ad text.maxime,& non bene, & ibi reprobaui dictam glo. & de his ad præſens ſatis dictum ſit, cum proprie nõ tangat materiam noſtrã.†Quinto quæro, ſocius omnium bonorum emiſit votum ire ad ſanctum Iacobum,cauſa implendi votum fecit expenſam, an ſibi vel communi corpori ſocietatis debeat imputari. Quidam cõſuluit,ꝙ communi corpori ſocietatis eſt imputandum. l. ſi ſocietatem vniuerſarum.ff.pro ſocio.Contrarium eſt verum.Vouere enim, & votum adimplere eſt meritorium apud Deum, & ſalutem animæ reſpicit, de voto. c. magnæ. & c. licet.Sed ſalus animæ,quæ ex voti executione quæritur:vt dicto c.licet.nõ poteſt communicari,nec participari cum ſocio, quia illa ſalus cohæret ſolum animæ viuentis, ſalus enim animæ quæritur ꝓpter proprias & uirtuoſas operationes,de pẽ. diſt. 2. illa anima. Conſtat aũt, ꝙ illa quæ reſpiciunt animam ſic cohærent perſonæ,ꝙ non tranſeunt ad alterius animam.de renun.c.niſi cũ pridẽ.j.q. §.econtra.24.q.j.§. j. meritò non eſt conueniens, ꝙ expenſa facta communi corpori imputetur. Nam etiam in ſocijs omnium bonorum vbi eſt lucrum ibi debet eſſe damnum.l.ſi igitur.in fi.ff.pro ſocio.& ẽt quia iſta nõ venit occaſione ſocietatis,nec eſt talis actus qui ad ſocietatem pertineat.Non ob.l.ſi ſocietatem.§. fi. quia ibi loquitur in commodis temporalibus, quæ ſunt communicabilia,& ita conſuluit Pe.de Peruſio in cõſilio quod incipit.Qñ iamdiu conſului.in 14. lib.conſiliorum, carta 46.Ego credo prædicta vera,niſi ipſe ſocius omnium bonorum ideo vouiſſet ire ad ſanctum Iacobum, vt liberaretur ab infirmitate, qua ipſe multum grauabatur, & propter votũ ſanus effectus eſt,vt quotidie videmus de facto,quia tunc decõmuni fieri debent.Nam expenſæ,quæ fiunt pro ſananda infirmitate ſocij omnium bonorum de communi fieri debent, vt j. patebit.Non obſtat,ſi diceretur,infirmitas venit propter peccata,in auc.vt non lux. contra natu. & de iurãtibus per capillos Dei.colla.6.de pẽniten.c.cum infirmitas.Tollit enim Deus malos de medio,ne peccatum eorum augeatur.23.q.4.c. ea vindicta.& ſic occaſione ſui delicti, ergo ex cõi deduci non debet.d. l.cum duobus.§.fi.ff.pro ſoc.quia Deus tollit malos pariterque bonos de medio, malos ne peccatũ eorum augeatur,& bonos, ne malitia malorum mutet intellectum eorũ.de pẽ.diſt.4. ſi ex bono.& ſic infirmitas venit ita bonis,ſicut & malis, & quilibet in dubio bonus præſumitur,de ſcrutinio.ca. vnico. de prẽſum.
7 c.fi.†Sextò quæro,quid de aliis bonis,quæ quis facit in hac vita, puta eroget pecunias in pauperes nutr.endos, vel puellas maritandas,vel eccleſias, aut hoſpitalia conſtruenda, nunquid ſibi ſoli,vel cõi corpori ſocietatis imputari debeat. Primò vr̃ dicendum,ꝙ ſibi ſoli imputentur, quia omnia bona,quæ quis facit in hac vita, proderunt ei quò ad vitam æternam promerendam, aut ad minus ſupplicium ſuſtinendum, de pẽ.diſtin.3.§.ſi quis aũt.aut ad hoc vt Deus citius illuſtret cor illius ad veram pẽnitentiam,de pẽ.diſt.5.falſas.& diſt.3.§. fi.in fi.ex quo ſibi ſoli prodeſt, ſoli debeat expenſas imputare, vt ſ. proxime dictum eſt.

In contrarium facit, quia bona, quæ quis facit in hac vita ptoſunt ad bona tpalia conſequenda.22.q.2.ſi quemlibet. & ſic lucrum ex quo erit cõe,ergo ẽt expenſa cõis debeat eſſe, vt d.l.ſi igitur.in fi.& d.l.cum duobus.§.quidam ſagariam.in fi.ff.pro ſocio.& in ea.l.§.item ſi in cõem riuum reficiẽdum. & §.item rñdit ſocius.& §.ſi quis ex ſociis.Circa hoc vr̃ ſalua veriori determinatione poſſe dici, aut bona, quæ ſocius facit in hac vita,facit pro commodo proprio,aut pro cõi commodo,aut dubitatur. Primo caſu,qñ facit eleemoſynas pro commodo proprio. puta, quia vouit ire ad ſanctum Iacobum in remiſſione ſuorũ peccatorum,vt Deus ſibi longiorem præſtet vitam,quę ꝓp pec cata abbreuiatur.12.q.2.c.1 & 12.q.3.epi.& per gl.de appel.qua fronte.& per glo.in ca.ſolet. de ſent. excom.Tollit enim Deus malos de medio,ne peccatum eorum augeatur. 23.q.4. ea vindicta.vel fuit ex delicto ſuo pẽnitentia ſibi iniuncta,& tunc ſibi imputari dẽt expenſa:vt ſ.proxi.qõne dictum fuit,& ẽt quia pẽna,quam quis ſoluit ex delicto ſuo, ſibi ſolũ imputari dẽt. l. cũ duobus.§.ſi ad maleficium.ff.pro ſocio. niſi ex tali delicto ſocietas lucrum ſenſiſſet.puta,quia fecerat furtum,vel vſurã,quã cõicauit ſocietati ſcientibus ſociis,demum ſibi fuit a ſacerdote pẽnitentia iniuncta,ꝙ ipſe reſtitueret,& etiam accederet ad ſanctum Iacobum,quia tunc damnum,qđ contingit vni ex ſociis occaſione illius delicti,debet eſſe cõe.l.quod ex maleficio.in fi. l.1.l.ſi igitur.& l.nec quicquam.ff pro ſo.Secundò & 3. caſu, qñ quis facit bona pro cõi commodo,vel dubitatur,& tunc ſi pauperib. dat conſuetas quotidianas diſtributiones, quæ modicæ ſunt, & intelliguntur fieri pro animabus illorum, qui ipſis bona relinquerunt, vt bene facientibus bene faciamus.l. ſed & ſi lege.§.conſuluit.ff.de pet. hær. & etiam pro cõi conſeruatione, & augmento.22.q.2.c.ſi quemlibet.vel etiam decimas conſuetas ſoluit,quæ de omnibus ſolui debent, ut patet in ti. de deci. 16.q.1.decimæ.& q.7.quicunque, vel ẽt quia eorum pater voluit ire ad ſanctum Iaco.& filius vult implere votum patris,& tunc ex quo iſtæ expenſæ fiunt occaſione ſocietatis pro cõi cõmodo,de cõi ſolui debẽt: vt d.l.cum duobus §.item ſi in cõem riuum.& d.l. ſi vnus.§. ſi quid vnus. pro ſoc.aliàs bona quæ fierent ab vno ex ſociis etiam omnium bonorum, niſi probentur facta ob cõem vtilitatem.puta;quia pater eorum eos ita grauauerat, de proprio expendentis intelliguntur fieri. Primò, quia eleemoſyna non debet fieri de alieno, & ſic de parte conſocii, de homi.c.ſicut dignum.§.eos.de iureiu.eam te.de uſu.c.cũ tu. de decimis.c.tua.1.q.1.non eſt putanda.x.diſ.oblationes.14.q.5. c.2.& 3.& c. eleemoſynam. & c. neque. Secundò, quia nemo ex ſociis etiam omnium bonorum põt plus parte ſua alienare. ff.pro ſoc.l.nemo ex ſociis.& l.iure ſocietatis. & l.omne æs alienum.ff.pro ſoc.Tertium,quia licet generaliſſimam adminiſtrationem in bonis cõibus ſocius omnium bonorum intelligat habere,tamen ei non permiſſa intelligitur dilapidatio ſiue dona.arg.l.creditor.§. Lucius.ff.man.ff.de dona.l. Ariſto.extra eo. tit.c.2. Quartò, quia dilapidare, ſiue donare bona ſocii eſt quædam culpa:vt no.in d.§.Lucius.ſed in ſocio debet abeſſe culpa: vt d.l.cum duobus. §. venit autem. & l. ſocium qui in eum.ff ꝓ ſocio. Ad hoc ergo ne iſte ſocius dicatur eſſe in culpa, quæ in dubio non præſumitur. l. quotiens.§. qui dolo. ff. de proba.l.ſi creditor.C.de pigno. act. ex ſua parte expenſam feciſſe intelligatur.Non ob.ꝙ quotidianæ diſtributiones,quæ modicæ ſunt, de cõi fieri intelliguntur:quia quantitas impenſæ conſideranda eſt.Nam facilius præſumimus donationem in modicis,q̃ in magnis.ff.de do.inter vir. & vxo.l. ſi ſeruus cõis. arg.eius quod dixit Bal.in l.ſi paterno.C.de neg. geſt. ad hoc optime facit gl. in c.cæterum.in verſi.ratum.de dona. vbi habetur, ꝙ prælatus in pauperes paruam donationem conſiderata conſuetudine, & facultate eccleſiæ erogare poteſt, conſuetudo enim tribuit
8 liberiorem adminiſtrationem:vt d.c cæterum.†Septimò quęro,aliqua ſunt erogata in honorem unius ex filiis ſociorum, puta ꝓ doctoratu,vel militia,vel etiam in nuptiis, quando cõduxit vxorem filius,vel cum tradidit filiam nuptui. Reſpõdeo, ſi ſunt ſocii omnium bonorum,de cõi talis impenſa fieri dẽt.l. ſi ſocietatem vniuerſarum fortunarum.ff.pro ſoc.& l. cũ duobus.§.ſi inter fratres.eo.tit.& l.ex parte.§.filius.ff.fa.er.vbi quicquid per vnum ex ſociis omnium in honorem filii vnius ex ſociis erogatur,ex cõi deduci debet. Ad hoc ẽt facit, quia omnia lucra & omnia damna contingentia vni ex ſociis omniũ bonorum, dummodo nõ proueniant ex delicto, cõicari debent, vt d.l.cum duob. §.ſocium vniuerſa. iuncto §. per contrarium. cum legibus ſeq.ergo damnum proueniens ſocietati occaſione expenſarum, quas in honorem filii pater fecit, ex quo non prouenit ex delicto, immo ex virtuoſis operibus, cõe eſſe dẽt, qđ patet:nam omne quod ſocius omnium bonorum acquiſiuit occaſione filii ſui,cõicari in ſocium debet:ut d.§. ſociũ uniuerſa. ergo & quicquid expendit occaſione filii ex cõi deduci dẽt,cum contrariorum eadem ſit natura,ut d.§.ſocium uniuerſa.uer.per contrarium.& d.l.cum duob.§.qdam ſagariam. in fi. l.manifeſtiſſimi.§.cum in ſecunda.C. de fur.& idem in iocalib. quæ cauſa honoris dominæ portant.ſ.commod.l.ſi vt certo.§.

ſed

Source : BIU Cujas

ſed videndum.ſm Bal. in quadam apoſtilla manu ſua hic in libro proprio. Non ob.tex.in d.l.ſi ſocietatem vniuerſarū fortunarū.§.j.ibi.ita cōuenit,vt q̄cquid erogaretur,vel quæreret cōis lucri atq; impendij, quaſi tex.vult ibi dicere, q̄ ſit ſpeciale p̄ pactum,ergo in contrarium eſt ius cōe,quia illa verba ita conuenit, vt quicquid &c. Important idem q̄ ius cōe, vt patet p̄ tex.in d.§ quidam ſagariam.ibi. nam ſicuti lucrum ita dānum cōe eſſe oportet, vt d.l.cum duob.§.ſocium vniuerſa. iuncto.§. per ꝓtrarium.ergo nihil operantur.l.ſicuti.§.apud Pomponiū. ff.ſi ſer.ven.& gratia dubitationis tollendæ appoſita eſſe cēſentur.l.qui mutuā.ff.man. Vel rñde,q̄ illa verba fuerunt appoſita ad oſtendendum, q̄ erat contracta ſpecialis ſocietas oīum bonorum,in qua quicquid quæritur,vel erogatur cōe eſſe dēt: vt d.§.ſocium vniuerſa.conjuncto.§.p̄ contrarium. & ideo dixit, ita conuenit,vt quicquid erogaretur, vel quæreretur &c. cum hoc ſit ſpeciale in ſocietate omnium bonorum,in qua q̄cquid quæritur,vel erogatur,niſi ex delicto proueniat,cōicari dēt:vt d.§.ſocium vniuerſa.& l.3.§.cum ſpecialiter.s̄. eo.& l.ſi quis ſocietatem.j̄.eo.quod ſecus eſt in omnib.aliis generibus ſocietatum,cum in nullo genere ſocietatum cōicetur, quicquid q̄ritur,vel erogatur,niſi ſpecialiter in ſocietate omnium bonorum,vt s̄.ea.l.§.cū duo.& §.cū ſpāl'r.& s̄.ead.l.coiri.& dictū fuit
9 plenè s̄.in 3.par.prin. circa fi. † Octauò quæro, ſi frater monachus,vel abbas promouetur,vtrum debeam cōtribuere ad expenſas.Rñdeo ſm Bal.in l.ſi ſocietatem vniuerſarum fortunarum, q̄ non:quia cum monacho non poteſt contrahi ſocietas niſi eſſet promotus in vita patris patre volente,quia illæ expenſæ debent fieri de cōmuni patrimonio.l.ſi filia.§.Neratius. s̄. fa-
10 mil.erciſ.ſm eum.† Nonò quæro, an onus dotādi filiam vnius ex ſocijs omniū bonorum pertineat ad ſolum patrem, vel ad omnes ſocios.Primò vī dicendum,q̄ ſoli patri incumbat, per textum in l.ſi ſocius pro filia j̄.eo. nam ibi dicitur,ſi eſt factum pactum,q̄ filiæ ſociorum debeant dotari de communi, q̄ tūc dos de ſocietate danda eſt. ergo ſi non factum pactum prædictum,onus dotandi non pertinet ad alios ſocios, ſed ad patrē: & hanc opi.vī tenere Spec.in ti.de iudi.§.ſequitur. verſi.quid ſi vnus.& eam expreſſe tenuit Pe.de Peru.in 14.lib. conſiliorum. carta 46.in conſi.quod incipit,quoniam iamdudum conſului. In contrarium facit primo,quia quicquid ſocius omnium bonorum voluntarie expendit in honorem filij, puta doctoratus militiæ,vel magiſtratus,vel ſimilium, ex communi conſequitur.l.ex parte.§.filius.ff.fam.erci.& l.ſi ſocietatem vniuerſarum fortunarum.j̄.eo.& in eadem.l.§.ſi inter fratres.ergo multòmagis ſi ex neceſſitate in filiam eius facit expenſam:vt auc.multo magis.C.de ſacroſan.eccl.prout eſt expenſa dotis, quæ ipſi patri neceſſaria eſt,cum iure naturæ filiam dotare cogatur.l. fi.C. de dot.promiſ.l.obligamur.§.j.j̄.de act. & oblig. l. qui liberos. j̄.de ritu nup.Secundò,quia quicquid ſocius omnium bonorū abſque delicto quærit, etiam occaſione filij cōicare debet.in in eadem.l.§.ſocium vniuerſa.ibi ſiue filii corpori nocitum ſit, conferre debere reſpondi,& per contrarium, quicquid abſque ſui culpa præſtiterit,ex cōi conſequitur: vt d.§.ſocium vniuerſa.ver.per contrarium.ergo ex quo ſocius filiæ ſuæ dotem præſtat:cum abſque ſui culpa ſuſcipiat filias fęminas.C. de legi.hære.l.lex 12. tabularum. quas iure naturæ dotare cogitur: vt d.l. fi.C.de dotis promiſ.ipſam dotem ex cōi præſtari debeat. Tertiò,quia ſocietas in ſe ſummam rationem, & æquitatem continere debet,cum ſocietas ius quoddam fraternitatis in ſe continet j̄.eo.l.verum.in prin.Sed ſumma ratio,& æquitas eſt,vt ſicuti lucrum ita damnum cōe ſit,quod culpa ſocij non contingit:vt §.quidam ſagariam.in fi.& eſt tex.expreſſus in l.ſi nō fuerint s̄.eod. Iniquiſſimum enim genus ſocietatis eſt,in qua quis damnum non lucrum ſpectet:vt d.l. ſi non fuerint.in fi. ſed ſocij omnium bonorum omnia lucra vndecunque, & qualitercunque prouenientia inuicem cōicant.l.3.§. cum ſpecialiter s̄. eodem.& j̄.eadem.l.§.ſi inter fratres.& ſocium vniuerſa.& l.ſocietatem vniuerſarum fortunarum.& l.ſi quis ſocietatem.j̄.eo. dummodo non proueniant ex delicto.l. quod autem j̄. eo. ergo omnia damna vndecunque, & qualitercunque prouenientia eis communicari debent,dummodo non proueniāt ex delicto:ut d.§.per contrarium,cum vbi lucrum, ibi damnum eſſe debeat: vt d.§.quidam ſagariam.in fi. meritò dotem præſtare ex communi vnius ex ſociis omnium bonorum eius filiæ debet,& hoc ſummam continet rationem æqualitatis ſeruandæ cauſa, quæ inter ſocios ſeruari debet, vt dictis iuribus,aliàs ſi ſocius omnium bonorum ex proprio filiam ſuā dotare deberet,talis ſocietas non ſummam contineret rationem, immo iniquiſſimam;cum omnia lucra vndecunque,& qualitercunq; prouenientia communicet ſocio,vt dictis iuribus, damna autē eſſent eis præcipua,quod eſſet iniquiſſimum & contra p̄dicta iura.Quartò;quia qui quotam lucri partem ferre debet, totam partem damni,niſi aliter ſit conuentum,ſuſtineat.l. ſi non fuerint.§.j.& ij. s̄. eo. Sed ſocius omnium bonorum communicat omnia lucra : vt s̄. patet, ergo & omnia damna,niſi ex delicto proprio proueniant,ſuſtineat.Sed damnum ſiue expenſa dotis non prouenit ex delicto, vt s̄. patet.ergo ex cōmuni deduci debet.Quintò,quia quemadmodum omne lucrum etiam hæreditatis paternæ, vel maternæ, quod cohæret perſonæ filii,cū dicatur eſſe quaſi dominus rerum paternarum.l.in ſuis.de li.& poſt.inſtitu.de hære.qualit.& differentia.§.ſui. & ab eius perſona non poteſt ſeparari,cum pater filiis ſaltem legitimam iure inſtōnis relinquere neceſſe hēt:vt in auct.vt cū de appella.cog. § aliud quoque capitulum.C.de inoffi.teſta.auct. nouiſſima.ip ſe filius omnium bonorum ſocius conſocio cōicare cogitur, vt d.§.cum ſpecialiter.& l.cum duobus.§.de illo quæritur. cum ſi. ergo & damnum dotis, quod cohęret perſonæ patris vnius ex ſociis omnium bonorum,qui neceſſariò cogitur dotare filiam,vt d.l.fi.C.de dotis promiſ.ex communi deduci debet.Cō trariorum eadem eſt natura:vt d.§.ſocium uniuerſa. iuncto §.p̄ contrarium.& §. quidam ſagariam. in fi. & l. manifeſtiſſimi.§. cum in ſecunda.C.de fur.Sextò;quia dos quæſita ſocio omniū bonorum manente ſocietate conſocio communicare debet. l.actione.§.fi.cum ll.ſequentibus.j̄.eo.ergo eadem ratione dotem,quam ſocius neceſſariò cogitur dare filię ſuæ ex cōi patrimonio deducat,& hanc opi. tenuit Bal. in conſi. quod incipit. In Chriſti nomine amen. factum tale eſt, Ventricius & Fuſterius &c.vbi ipſe conſuluit filiam unius ex ſociis omnium bonorum de communi debere dotari, per d. l. ſi ſocius pro filia,p̄ quo etiam faciunt prædicta.His tamen non obſtan. opi.primā Spec.& do.Pet.videlicet,q̄ filia vnius ex ſociis omnium bonorum ſolum de patrimonio patris, & non de cōi dotari debeat patrimonio ſociorum his rationibus corroborari poſſe arbitror. Primò,quia omne æs alienum, quod manente ſocietate occaſione ſocietatis contractum eſt,de cōi ſolui debet.l.omne æs alienum s̄. eo.& l.iure ſocietatis.j̄.eo. Sed debitum dotis nō eſt contractum occaſione ſocietatis, ſed ſpeciali obligatione patris,vt d.l.fi.C.de dotis ꝓmiſ.& d.l. qui liberos. j̄. de ritu nup. ergo eſt cōi ſolui non debet,ut dictis iuribus.Secundò,quia nemo ex ſociis etiam omnium bonorum plus parte ſua alienare poteſt.l. nemo ex ſociis. j̄. eo. ergo ſocius pro filia ſolum de ꝓprio non de cōi dotem ſoluere debet,aliàs alienaret plus parte ſua,contra d.l.nemo.Tertiò,quia onus dotandi cohęret perſonæ patris,& eius perſonam afficit,vt d.§.fi.& d.l.ex lege.& quæ cohęrent perſonæ ad alium non tranſeunt. de offi.deleg. c.fin. eo.tit.c.is cui.lib.6.de præſum.c.mandata.Quartò per text.in d. l.ſi ſocius pro filia, quæ loquitur in ſociis omnium bonorum, ſm gl.1. ibi. in qua dos ex pacto de cōi ſolui debet, ergo ſi non eſſet pactum, non deberet dos ſolui de cōi, ſed ſolum de portione patris,aliàs illud pactum nihil operaretur. Quintò,quia reſponſio iuriſconſulti,quæ ſub conditione includit rationem ſui dicti,quia exponitur ſi,pro quia.l.Lucius.§ tutelæ. de admi. tu.l.ſi fideiuſſor.§.fi.j̄. de pigno.ſm Rapha. Fulg.& in l. ſolus.j̄. de reſcin.vend.quæ ratio dī ipſa lex. Ratio enim legis eſt aīa legis,caſus legis eſt mens legis.virtus legis eſt ipſa lex,vt not. Bal. in auc.poſt fratres. C. de legi. hære.qua ratione ceſſante, ceſſat ipſa lex.c.cum ceſſante.de appel.l.illud.ff.ad l.aqui.quod dictū. ff.de pactis.l.cum pater.§.dulciſſimis.de lega. 2. ergo ex quo in d.l.ſi ſocius pro filia. reſponſio Populi iuriſconſulti ibi fuit ſub conditione,ut patet ibi,ſed ſi forte conueniſſet inter ſocios,ut dos de cōi conſtitueretur, dixi pactum non eſſe iniquum,ſup quo ver.fundata eſt intentio iuriſconſulti,ut dicit gl.ibi in verbo conſtitueretur,quæ rñſio conditionalis includit rationē ſui dicti,ergo ſm ipſam rationem intelligi debeat,qua ceſſante.& ipſa lex ceſſare debet,vt s̄.patet.Sextò,hoc tenet gl. in d. l. ſi ſocius pro filia. in ver.non ſolum.vbi glo.dicit: nam ſocietas non tenetur dotare,cuius opinioni in dubio adhęrendum eſt,vt voluit Iaco.Butr. in l.1.C. qui pro ſua iuri. Si ſocietas non tenetur dotare,ergo non ex communi patrimonio ſociorum, ſed ſolū ex patrimonio patris,aliàs ſequeretur,quòd ſocietas teneretur dotare,quod eſſet contra dictam glo.Septimò;quia in d.l. ſi ſocius pro filia ſpeciale ſit propter pactum, quòd dos ibi de cōi detur,& in contrarium ſit ius commune.l.ius ſingulare.ff.de legi.patet:nam regula ſocietatis eſt,q̄ omne æs alienum manente ſocietate contractum eſt, licèt per unum ex ſociis poſteaq̄ diſtracta eſt ſocietas ſolutum ſit, de communi ſoluendum eſt. l.omne æs alienum.& l.ſocii ſumus.& l.ſi unus.in prin.ff.pro ſocio.& hæc eſt natura debitorum, quæ debent ſolui ex communi corpore ſocietatis,ut patet ex dictis iurib.Sed in l.ſi ſocius p̄ filia, vbi ex pacto dos de communi ſolui debeat, ſi ſolum fuit promiſſa manente ſocietate,finita ea non debet ſolui de communi,vt ibi dicit tex.in fin.quod eſt contra naturam,& regulā ſocietatis,quæ vult, vt debitum contractum manente ſocietate poſt eam diſtractam de communi ſoluatur, vt dictis iuribus, ergo ex quo debitum dotis promiſſum manente ſocietate nō ſoluitur de cōi patrimonio poſt diſtractam ſocietatem non erat propter aliud, niſi quia debitum dotis non debebat ſolui de cōi corpore ſocietatis,ut dicit gl.ī d.l.ſi ſocius pro filia. aliàs eſſet contra naturam,& regulam ſocietatis, & iura prædicta,q̄ manente ſocietate promiſſum ſi ad ſocietatem pertineat finita ſocietate non ſoluat ex cōi. Eſt ergo ſpeciale in d.l.ſi ſocius pro filia,

Source : BIU Cujas

filia,ꝙ dos de cõi ſolui debet propter illud pactum, quod ſtrictè intelligi debet.l.quicquid aſtringendæ. de ver. ob.vt iacet.l. proſpexit. ff. qui & a quibus.cum exorbitaret a iure cõi, quod ſecus eſſet, ſi non exorbitaret a iure cõi; quia tunc intelligeret ſm formam iuris cõis,de reſcrip. c. cauſam quæ.& ſic dos promiſſa manente ſocietate ea finita de cõi ſolueretur,vt dictis iuribus,ex quo ergo ex dicto pacto dos promiſſa manente ſocietate de cõi ea finita non debet ſolui de cõi, vt ſ. patet,ſequitur neceſſario, ꝙ illud pactum, cum non intelligatur ſecundũ ius cõe, non erat propter aliud, niſi quia exorbitabat a iure cõi,iõ ſtrictè intelligitur,vt ex prædictis patet.Non obſtat d.l. ſi ſocietatem vniuerſarum fortunarum , quia ibi non intelligitur de eo quod expeditur in filiũ ex debito naturæ , vt eſt dos, ad quã de iure naturæ pater eſt aſtrictus vt d.l.qui liberos,quia illud ſolum cohæret perſonæ patris, vt ſ. dictum eſt, ſed ītelligitur de alia extraordinaria expenſa fienda in honorem filiorum puta militiæ,doctoratus,magiſtratus,& ſimilium, & ſic eſt ratio omnino diuerſa,ex diuerſis non infertur.de calum.l.fin. de his quibus vt indi.l.reſcri.Non ob.l. cum duobus.§. ſocium vniuerſa. iuncto.§.per contrarium, quia ibi loquitur in eo , quod ſocius omnium bonorum quæſiuit; quia quocunque modo quæſitũ eſt,dẽt cõicari,niſi ex delicto quæſitum ſit, non tamen valet argu.a contrario ſenſu,ergo quocunque modo expendatur, de cõi ſoluendum eſt,quia hæreditas,legatum,& donatio quæſita vni ex ſociis omnium bonorum debet conferri , & tamen ſocius cõia donare, nec vendere , nec legare poteſt , quia nemo ex ſociis omnium bonorum plus parte ſua alienare poteſt , vt d.l.nemo.& per hoc non obſtant iura prędicta : & etiam patet, ꝙ non valet arg.quod contrariorum eadem ſit natura & ſic patet eſſe reſponſum omnibus in contrarium allegatis.In cõtrarium facit, ꝙ iſta non ſit bona reſpõſio , quia ideo ſocius etiam omnium bonorum non poteſt plus parte ſua alienare, qa alienando plus parte ſua eſſet in culpa ff pro ſo.l.verum.in princ.l. nemo ex ſociis.§.illud quęritur.ff.pro ſocio cuius culpæ nomine ſocius ſocio tenetur.d.l. cum duobus §.uenit. & l. ſocius ſocio.ff.pro ſo.ſed dando dotem pro filia,quàm neceſſariò dotare cogitur,non dicitur eſſe in culpa,vt ſ. patet. Ex prędictis ergo hic paſſus dubiiſſimus redditur,nec puto, ꝙ ſi quis vni vel alteri opinioni adhęreret , poſſet de mendacio redargui.† Decimo quæro,duo ſunt fratres ſocii vnus ſoluit dotes filiarum fratris uel ambo,an debeat rehabere ꝙ ſoluit de portione ſua.Reſpondeo ꝙ ſic,quia negocium fratris,cuius onus erat dotare filiam,vtiliter geſſit eo ſciente, & patiente, & quãdo ille ad quẽ negocium pertinet,fieri patitur,mandare videtur.ff.man.l.qui patitur.& ille habetur tanquam principalis ad quem negociũ pertinet reipſa,vt no.ſ.ad Velle.l uir vxori. §. fi nec ob.ꝙ not. doct.in l.fi.C.de dotis promiſ. ꝙ extraneus videtur donare dotando per traditionem vel obligationem.C.de pact. conuen.l. ex morte , quia illud verum , niſi ſit adhibitus à patre mulieris , ſed hic videtur adhibitus. vt dicta l. qui patitur . Item illud verum , vbi ſolus extraneus dotat , ſecus ſi cum patre. nam duo rei debent ad paria iudicari.ff.de duo.reis.l.e.§.i. & iõ non poteſt videri extraneus donaſſe , & pater non donaſſe. Itẽ vbi eſt alia coniectura,ceſſat præſumptio donationis.de ſol.l.ſi cum aurum . & not. in dicta l. fina. per Accur. ſed hic eſt alia coniectura , ſcilicet quòd contemplationes patris mulieris , vt dicit expreſſe gloſſ.in dicta lege finali. argu. C. de negot. geſt. l.ſi negocium ſororis. & eſt expreſſum ſupra de in rem ver. l & nihil intereſt. & ita conſuluit Bal.in conſilio ꝙ incipit In Chriſti nomine amen , factum tale eſt ventrucius & fuſteſius.&cæt.

† Vndecimo quęro , vnus ex fratribus infirmatur, & fiunt expenſę,cuius ſumptibus fieri debeant. Reſpondeo, aut non ſunt ſocii,& fiunt de proprio,aut ſunt ſocii,& tũc aut omnium bonorum,& fiunt de communi.aut vnius rei , & tunc aut infirmitas emanauit occaſionaliter a ſocietate , & fiunt de communi, aut aliter,& fiunt de parte propria infirmi:vt d.§.quidam ſagariam.& l.ſocium qui in eo.§.fin.cum l.ſe.ſm Bal in quędã apoſtilla ſua manu hic in libro ſuo. † Duodecimò quęro, cõtracta eſt ſocietas inter colonum partiarium & dñm.An colonus teneatur mundare foſſata, & vr ꝙ colonus non teneatur munda re,niſi ſit dictum.ff.loc.l.ſi in l.§.domus.in gl.ſuper ver.efficerẽtur. Econtra vr ꝙ teneatur:ut l. prędia marcia.§.fi. de fun.inſtr. vbi dr, ꝙ talia cędunt uenditioni,ergo eodem modo locationi;quia eiſdem regulis funguntur; ut l.1.loc. Sed concludendo dico, ꝙ primò debet inſpici conſuetudo regionis . An conductores conſueuerint hoc facere uel non : ea enim quæ ſunt in conſuetudine,videntur deducta in conuentione. C.loca. l.circa.ff.de ædil.edic. l. ꝙ ſi nolit. §. quia aſſidua. de aqua plu.arc.l. ſed ſi plus.§.1.vnde conſulo, quòd aduocatus actoris ſiue rei,p quo talis vſus eſt conſuetudo , faciat de hoc poſitionem. Si verò de hoc non apparet,dicerem animaduertendum,aut purgatio iſtius foſſati pertinet ad perpetuam utilitatem rei,quia rarò mundatur , & tunc non ſpectat ad colonum , quia eſt expenſa neceſſaria,quam etiam vir repetit ab uxore.ff.de impenſis.l.impenſæ. ibi. aggeres &c. quia aggeres idem eſt dicere , ꝙ foſſata, vt d.l.prædia.§.ſi ita legauerit.Si verò illa purgatio fieret ad præſentis temporis vtilitatem,& omni anno forte debebat fieri,& pertinet ad colonum, quia talis impenſa debet cum fructibus compenſari.l.licèt.§.1.ff.de impenſis. Præterea ad colonem ptinet cultura agri.ff.locati.l. ſi merces.§. cõductor.ſed hoc pertinet ad fundi culturam.ff.de aqua plu.ar.l.1.§. de eo opere.ergo &c.Et prędicta intelligo,ſiue foſſatus ſit fundi locati,ſiue ſit cõis cum alio , vel ſit omnino alterius eo caſu , quo dominus habet ius purgandi,vt colligitur,de aqua plu.ar.l.2.§.1.& 2 uerba ſunt Bar. qui ita conſuluit. † Decimotertiò quæro,ego dedi agrum laboratori, qui promiſit reſpondere de medietate fructuum,an debeat deducere expenſas. Reſpondeo,in fructibus laborator & ego ſumus ſocii,ſed agere remanet meus,text.eſt in d.c.cum duob.§.ſi in coeunda.qui alibi non reperitur.Expẽſæ ergo,quæ fiunt ad perpetuam utilitatem, ad dominum pertinent.Alię uerò quæ fiunt cauſa recolligendi fructus,non debent per laboratorem deduci,ſed integram medietatem fructuum reddere tenetur,ſm Iaco de Are.in l.fructus.ff.ſol. mat. & Iaco.But.in l.1.C.de fruc.& litis expen. ſi tamen colonus cogeretur ad ſoluendum datia & collectas,& hoc repeteret a domino,quia hoc pertinet ad ſolum dominũ.l.ædiles.de via pub. de agri.& cen.l.litibus.§. fin.& ideo coloni clericorum,qui coguntur per commune ad ſoluendum gabellam fructuum pro parte dominorum,poſſunt ſe conſeruare indemnes per retentionem , licèt compellantur de facto potius quàm de iure,ſm Bald.in d.§.ſi in coeunda. † Decimoquartò,quæro,an colonus debeat portare fructus ad domũ dñi. Reſpondeo,ſi ambo ſunt eiuſdem territorij , colonus debet portare fructus ad domum domini,ſed colonum quẽ habeo Aſiſii non debet portare Peruſium.fa.ad hoc de anno.& trib.l.medieter raneæ.lib.x.vbi nulla ciuitas debens tributa tenetur ea deferre ad extranea loca.& rõ redditur,quia in deferendo nimis grauaretur. facit eo. tit.l.pro locis.ſm Bal.in l.acceptam.C. de vſu.Fallit,ſi conſuetudo regionis aliter ſe haberet;ea enim quæ ſunt in conſuetudine, videntur deducta in conuentione.C.loca.l.circa ff.de ædil. edic.l.ꝙ ſi nolit. §.quia aſſidua.† Decimoquintò quæro, duo fratres ſteterũt poſt mortem patris in eadem familia, & vnus poſuit de fructibus bonorum ſuorum,vel laborum ſuorum pro victu cõi plus ꝙ alter,an in diuiſione bonorum habebitur conſideratio illius pluris, vt repetere poſſit. Dicendum vr,aut illi fructus extabãt, aut erant conſumpti:ſi extabant,ſunt ſui:ſi erant cõſumpti,aut inter illos fratres erat cõtracta ſocietas conuiuendi,quia viuũt ad vnum panem & ad vnum vinum,aut non erat contracta ſocietas:vt quia vnus fratrũ erat maior,& alter minor,inter quos non contrahitur ſocietas. l. vt in conductionib.in fin.ſ.eo.vel aliàs erat inhabilis ad ſocietatem contrahendam.puta,qa erat furioſus,vel prodigus,cui bonis erat interdictũ, vel monachus, cum quib.non præſumitur ſocietas: cum tacitus conſenſus inter eos non adeſt,ar.ff.loca.l.item quæritur.§. qui impleto.& ff. de pig.act.l.pupillo.cum ſi.Primo caſu non habebitur conſideratio illius pluris;quia ſocietatis a iure conſumpti intelligũtur, caſus eſt x.coll.de fratrib.nouo beneficio inueſti. in vſi. feu.d.c. ſi duo fratres in cõi caſa poſt mortẽ patris remanſerũt,ſm Bal. in l.fi.C.de colla.& hoc non eſt rõne fraternitatis,vel rõne habitationis, ſed rõne cõis menſæ, ſm Bal.in d.c. ſi duo fratres. & hoc tene bene menti:quia quotidianum eſt: nam tota die contingit, ꝙ vnus fratrum habet maiorem familiam altero de lucris ſuis ponit pro cõi victu in domo ſm Ang.ī d.l.fi.C.de coll. qđ Bal.intelligit verum vſque ad neceſſitatem victus,qñ ſi aliquid ſupereſſet vltra neceſſitatem eſſet domini,adducit ſimile de fructib.ex rebus parafrenalibus vxoris, in quib. ſi aliquid ſupereſſet,qđ non ſit cõſumptum, debet pertinere ad ipſam vxorem per ea,quæ notantur in l.vbi adhuc.C.de iu.dot.in l.fin.C. de pac.conuen.& ita dicit ſm ipſum Bar.conſuluiſſe ſm ipſum Bal.& Ia.de Albergotis Patauinum in d.c.ſi duo fratres.de quo plenius ſ. in 23.q.Secundò caſu,qñ non eſſet cõtracta ſocietas: & tunc expenſas alimentorũ,non crederem, ꝙ imputaret fratrib.niſi feciſſet tanq̃ adminiſtrator , vel fecit cum proteſtatione.ff.de neg.geſt l.Neſennius. vel appareret alia coniectura, ꝙ non animo donandi,ut quia redditus bene ſufficiebant fratribus ab alimenta,ſed forte iſte conſeruat frumentum,ut melius venderet,& interim de burſa ſua faciebat expenſas. Non enim præſumitur donare ei,quem naturali charitate non tenebatur alimentare.ff.de peti.hære.l.ſi fac.quod no.in ſimili.ff.de dona. l.filiæ.& adde quod nota.C.de nego.geſt.l.1.& l.alimenta.& ita voluit Bal.in l filiæ cuius.C. fami.er. Idem puto qñ ille frater,q fecit expenſam in alimentis eſſet pauper, cum pauper nõ præſumatur expendere animo donandi : vt nota. in d. l. alimenta. Omnis enim charitas īcipit a ſeipſo,ar.l.pẽſes.C. de ſer. & aqua. & in neceſſitatib.nemo liberalis præſumitur,vt no.Iac.Butr.& Bal.in d.l. alimenta. & hoc modo intelligo Bal. in l.ſi paterno. C.de neg.geſt. In q.duorum ruſticorum quorum vnus hẽt plures filios q̃ alter,an in diuiſione debeat fieri conſideratio alimẽtorum perceptorum,de quo dictum fuit ſupra in quarta parte principali,& clarius infra dicetur in 23.q.vel dicas, ꝙ Bal.ibi loquitur

quitur de alimentis perceptis inter fratres;quia eorum consideratio in dubio fieri non dēt, ex prædictis patet, sed loquitur de alimentis perceptis a filiis fratrum:quia tunc eorum consideratio dēt haberi ſm suam distinctionem:ita tñ quia ipse loquitur in rusticis,qui pauperes cōiter sunt,ar.eius quod dicit gl.in l.illicitas.§.ne tenuis.ff.de offi.præsi.dum dicit, ꝙ porcus est oculus rustici,& Bal.in l.æde.C.loc.qui dicit,rustici rarò habent pecuniam,nisi cum recolligunt fructus inter pauperes,sua dist.ibi ītelligatur,ne sit contra id quod s̄.induxit Ange.& text.in d.c.si duo fratres. qui ergo reprehendunt Bal. in d. l. si paterno.male faciunt,& salua pace iudaice eum intelligunt,& miror qūo qsque audet os ad cęlum imponere,de quod latissimè in 6. parte
17 principa.ī 23.q.† Decimosextò quæro,si vnus fratrum,puta maior natu ponit lucra sua, & pecuniam in auctione patrimonii cōis,vel emit boues cōes ,p colendis possessionib. nomine suo & fratrum,an istam impensam recuperare possit. Dic ꝙ eam a fratrib.pro eorum portionib.recuperabit,concordat.ff.de neg. gest. l. ex duob. ubi text. ad literam loquitur de fratre faciente
18 impensas in reb.cōibus,ſm Bal.in l.filiæ cuius.in prin.C. fa. erc. † 17.quæro,quid si frater clericus prębendatus habitabat simul cum alio fratre laico. An clericus teneatur conferre suum peculium,& uidēt ꝙ nō; quia est redactum ad instar peculij quasi castrensis,& hanc sniam videtur tenere Bal.in l.sacrosanctæ.C. de epis.& cler.vbi dicit,ꝙ ēt patri nō tenetur conferre:sed hoc intelligerem uerum,nisi vltra rationem habitationis esset etiā ratio cōis mensæ; quia tunc putarem, ꝙ conferre deberet vsq; ad necessitatem,per ea quæ iam supradicta sunt, & adduco rationem,quia si frater suus laicus tenetur sibi cōferre, ut dictum est, eodem modo & ipse tenetur cōferre suo fratri laico, & sic a pari procedant.facit tex.de alie feu.c. .ibi ecclesia cultrix &c. ſm Ia.de Aluarotis Patauinum in d.cap. si duo fratres. in fine.
19 † 18.quæro, duo sunt fratres socii omnium bonorum, & vnus habet magnam filiam, alter verò non,vtrum illa filia sit alenda de cōi,an de parte illius tñ,qui eam habet,quod vī,ar.ff.proso.l.qui admittitur.cum se.Contrarium dico; quia onus alimētandæ vxoris vnius ex sociis est cōe, quod patet,quia dos retinetur in cōi.d.l.actione.§.fi.cum l.seq & idem in onere exhibitionis reliquæ familiæ: nam qđ per totam familiam quæritur, cōicatur socio ar.de ope.libe.l.sicut.ad hoc facit.d. l. si societatem vniuersarum fortunarum,ſm Bal.in quadam apostilla manu sua propria in l.cum duobus.§.si fratres.ff.pro soc. ad hoc facit tex.in l.1.ff.solu.mat.& l.vbi adhuc.C.de iure do. vbi dos nō solum datur propter maritum & vxorem, sed etiam vt mulier alat se & filios, ergo ex quo dos, ex qua filii ali debent, cōicari debet fratri socio omnium bonorum, ex communibus bonis
20 filii ali debent.† Decimononò quæro , si vnus ex fratribus sociis omnium bonorum est in studio, an fratres de cōi teneātur emere libros legales.Respondeo,si non sunt socii,non tenentur, & si emunt,agunt actione negociorum gestorum . ff. de nego. gest. l. Nesennius. Si verò sunt socii, tenentur emere, sed libri tunc sunt cōes omnium fratrum;quia cōiter empti sunt.ff.proso.l.si vnus.ſm Bal.in apostilla hic propria manu. ad hoc facit l.si quis societatem. ff. pro so. vbi quod emptum est per vnum
21 ex sociis omnium bonorum communicari debet. † Vigesimò quæro,an singula vestimenta pretiosa & perlæ pretiosæ, quas facit pater nurui imputentur in partem filii . Respondeo sic, quantum valent modo, non quantum fuerunt emptæ;qa istæ res non præsumuntur donatæ,sed accommo.l.si vt certo. §.interdum.nisi magna dignitas , & diuitiarum cumulatio faceret præsumi contrarium.ff.de leg.3 .l.si filiæ.de don.l.filius.ſm Bal.
22 in addi.quam fecit ad tractatum Bar.de duob.fratribus.† Vigesimoprimò quæro,uxor dedit in dotem quasdam res appreciatas puta x. puta vestimenta. Ista mulier usu consumpsit, ꝙ sępe contingit mulieribus rusticalibus, quæ dant in dotem quasdā res mobiles, quas postea vsu consumunt. An habeat minuere dotem,& dicendum est ꝙ non, videtur idem, ac si consumpsisset alias res mariti,quæ non habent diminuere dotem,ſm Ioānem de Imol.in l.extimatæ.ff.solu.matri. Quid ergo ponamus, mulier dat in dotem quosdam boues aratorios tunc extimatos,postea diminuitur extimatio boum,non dico propter qualitatem boum, sed quia communiter tātum non ualent,uidetur idem quod dictum est s̄.secundum do.Dionysi. de Perusio
23 in d.l.extimatæ. † Vigesimosecundò quæro, an expensas factas per alterum ex fratribus in nuptiis vxoris post mortem paternam vxorem ducentem debeat etiam alteri fratri imputare,& dic quòd alteri confratri imputari non debeat, quamuis, & in ipsius alterius nuptiis viuens pater impensas fecerit . Et hoc qdem primò probat tex.ff.de mune.& ho.l.qui originem.§.fi.sic dicens,ꝙ is qui duos filios relinquebat,nisi de impēsis in honorem alterius ex filiis faciēdis ex cōi patrimonio supremis suis cauerit propriis sumptib.ille faciet,quāuis pro altero uiuens pater hmōi onera expediuerit. Secundò ad idē text.in l.ex parte. §.filius.ff.fa.er.vbi est expressum, ꝙ alter ex fratrib.fratribus sui honoris gratia contracta debita pro parte imputari non pōt, q̄uis paternam hæreditatem diuisam retineant,& q̄uis viuens pater pro altero fratre sui honoris gratia contracta debita solueret,vnde ibi est huius qōnis casus.Tertiò idem probat.ff. de mune.& ho.l.si filium.ff.ad munici.l.Lucius.§.idem respondit hęredes.ff.fa.er.l.si filia.§.idem scribit.& §.si filiusfa.qui alias est sub l. Pomponius ait,si vni.& hoc licet non cum hac testiū abundantia nostris maioribus placuerunt ſm D.Lud.in consi.quod incipit,quò ad primum proposit.q.ar.† Vigesimotertiò quæro,sunt
24 duo fratres,qui bona diuiserunt,moritur vnus cū filio, qui post mortem sui patris habitat cum patruo,a quo continuo percipit alimenta,vel sunt duo fratres simul stantes in cōione , & ad vnā mensam,panem & vinū,& vnus habet forte familiam magnā, alter verò nullā, vel minorē, oritur dubitatio . An quatenus illud quod expensum est pro alimentis & pro victu alterius possit repeti.Isti casus quotidie solent contingere,& magna potissimè circa vltimum est inter doc.hæsitatio. Quātum ad primum casum de nepote morante cum patruo habente tamen bona diuisa a patruo,a quo percipit alimenta ipse nepotes,scilicet victum & vestitum pro se & sua familia ab ipso patruo. Nunquid ab eo,seu eius hæredibus talis impensa possit per dictum patruū seu eius hæredes repeti,vel animo donandi facta videatur intuitu charitatis,& affectionis ratione coniunctionis sanguinis,qđ vī per id quod habetur in l.paterno.C.de neg.gest.l.procula. ff. de proba.l.si seruus cōis.ff.de do.inter vir. & vxo. maximè si pōt cadere aliqua remuneratio;quię forte dictus nepos & eius familia, puta vxor & filij præstabant aliqua seruitia seu operas dicto patruo,per id quod habetur in l.si non remunerandi.ff.man.& habetur per Bar.in l.quæ dotis.ff.solu matr.& in l.cum quid.ff.si cer.pet.& in l.officio.C.de neg.gest.facit ad hoc optimè gl.in l. si paterno.& tex.in l.si vir Iana.§.fi.ff.de do.inter vi.& vxo. quē alleg.gl.in d.l.si paterno.ibi dum dicit tex.qui vir cibaria vxoris familię præstiterit,quæ in cōi vsu erant,non contradicent.facit ēt eo.tit.l.si id quod.§.1.& l.in rebus.§.possunt.ff.commo. facit ēt ad prædicta illud,quod dī de matre & auia in l.Nesennius. ff. de neg.gest.& in l.alimenta.C.e.tit.quæ non repetunt tales expēsas,nisi prius fuerint protestatæ,& maximè hoc vī procedere, si dictus patruus fuisset diues:quia diues facilius præsumitur donare quàm pauper,per id quod dicitur in l.sed & si susceperit.§. .ff. de iudi. quia etiam expensa parua vī magna in multum diuite, per id quod habetur in l.vtrum.ff.de do.inter vi. & vxo. Dicas, ꝙ aut expensæ erant magnæ,aut modicæ.Si magnæ, aut sumus in casu certo,aut dubio.Si sumus in casu certo.puta: quia cōstat de intentione,quia forte fuit protestatus,vel aliter expressit,& constabat de intentione prædicti alimentantis, ꝙ ipsa alimenta animo repetendi præstabat,uel forte dixit, ꝙ paterno affectu & ex charitate,& ut filio faciebant expensas non animo repetendi,& tunc stamus certo & repetantur, & non repetantur secundū ꝙ constat de intentione per ea quę habentur in d.l.alimēta. & in d.l.Nesennius & in d.l.si paterno facit l.nihil.ff. de in rem verso. Rei enim suæ quilibet est moderator & arbiter.l.in re mā data.C.manda.aut sumus in casu dubio,& tunc in dubio non p̄sumitur feciſſe animo donandi.l. cum de indebito. ff. de proba. c.super hoc.de præsumpti.& idem vbicūque præsumi vel accōmodari potest alia causa quàm donationis ; tunc. n.illa semper præsumitur ad hoc,vt excludatur donatio,vt habetur in l.si aurum.ff.de sol.l.eleganter.§.qui reprobos.ff.de pign.act.l.si procuratori falso. ff. de condi.inde. & hoc nisi quis impendat,seu soluat tanquam debitum,vbi sciebat indebitum,quia tunc præsumitur animo donandi:vt l. 1.& l.quod quis sciens.ff.de cōdi.inde.& l.cuius per errorem.ff.de reg. iur. vnde in dubio præstādo quis alimenta de suo alteri, semper præsumitur animo repetendi hoc facere,nec habet probare de hoc animo vel ꝙ fuerit ,protestatus a principio.Sed tunc onus probandi contrarium incūbit aduersario:vt est tex.iuncta gl.in d.l.si paterno. licèt possit ,p bari contrarium.s.ꝙ animo donandi hoc fecerit per alias circūstantias,vt ibi per gl.& maximè si probauerit alimentatus, ꝙ ille præstabat sibi alimenta affectione paterna , vel materna ductus,licet nō esset nec pater,nec mater,& ita exprimebat se hoc facere;vt quia non repetat dicta alimenta , vt probatur in d. l. si paterno.probatur ēt in l.Nesennius.& in l.alimenta.nam ibi est speciale in matre & auia pp affectionem maternam & auiam , ergo secus vbi cessat dicta qualitas,ad hoc etiam quia persona, quæ non tenetur alimentare,repetit alimenta præstita:vt d l.Nesennius.& d.l.ali menta.l.quod in vxorem.C.de neg.gest. l.si qs a liberis.§.si mater.ff.de libe.agno.& maximè hoc procedit in familia nepotis:cum ad ipsum nepotem spectaret onus alimētādi suam familiam non ad patruum:vt d.§ mater. per Cy.& Bal. in d.l.alimenta.in quæstione de matte alimentante filiam,quando onus spectabat ad fratrem, qui successit patri in vniuerso ex forma statuti,quando impensa non esset modica: vt per Bart.in d.l.si mater.facit etiam in auc.vt liceat matri & auiæ.§.illud.cum n.huic patruo non incumbit necessitas alimentandi nepotem & eius familiam ab eo repetat, quod impendit . Concludamus ergo,ꝙ si patruus,vel frater in dubio præstat alimenta nepoti seu fratri , vel familiæ ipsorum repetant dicta alimenta præstita in dubio per prædicta.Hoc tamen fallit in quibusdam casibus.Primò,

Source : BIU Cujas

mò,qũando constabat,q animo donandi fecerat per prędicta: Secundò, quando expensa erat modica, ut dixit Bar. in d. §.si mr̃.quia modicum præsumitur donare concurrente coniectura consanguinitatis, seu proximitatis per id qđ habetur in d.l. vtrum.& in d.l.si seruus cõis.& in l.Procula.& per Bar.in d.l.cũ quid.& in l.quæ dotis.aliàs enim ratione consanguinitatis non præsumitur donatio in re non modica:vt est de mente Bar.in d.l.cum quid.& in d.l.quæ dotis.vt s.Tertiò fallit,qñ ille,qui recipiebat alimenta,præstabat alimentanti seruitia condigna alimentis,& sic merentia compensationẽ alimentorũ,vel parum minus,secus si alimentorũ expensa satis excedit, ut voluit Bal. in d.l.si paterno.in qõne rusticorum simul morantiũ,& sic opa non est condigna alimentis, possunt ipsa alimenta repeti. ꝛm eum,qđ vr̃ intelligendum,quatenus excedit extimatio alimẽtorum extimationem operarum.facit text. in l.ex aĩo.ff.de do. inter vi.& vx. Quatenus enim res data ascendit ad extimationẽ meriti,eatenus dr̃ remuneratio. Sed quatenus excedit,tũc in illo excessu non potest dici remuneratio.facit,quod hr̃ in l. Aquilius Regulus.ff.de do.& ibi ꝑ Bar.& Imo.& in l. sancimus. C.de do.& in l.donatio.C.de do.per Ang.facit quod hr̃ in l.qđ autem.§.si uir.ff.de dona.inter vir. & vxo. & quod not.Bart.de Saly.in l.j. C. de donat. Quartò fallit, qñ intuitu pietatis essent præstita dicta alimenta, vt si alimentatus a patruo, vel a fratre diuite esset pauper,& insufficiens ad præstandum alimenta sibi & familiæ suæ,quia tunc si patruus eos alimentauit, uel alter frater,ꝓp dictam paupertatem iuncta coniectura proximitatis forte præsumeretur animus donandi,& non repetenti ipsa alimenta præstita per id quod hr̃ in d.§.si mater.per Bar.& ĩ l.Nesennius.& in d.l.alimenta.per Glo.& in d.l.si paterno. & ꝑ Bar. in d.l.cum quid.& in d.l.ex duobus.§.fi.ff.de neg.ge. ibi.intuitu pietatis,q intelligo,si ille,qui præstabat alimẽta,erat diues,alimentatus verò pauper. Si enim alimentatus esset diues,tunc expensa magna facta in eum non dicitur facta intuitu pietatis, vt no.in l.cum hi.§. sed si in annos.ff. de transa.& in l.illud.C.đ sacrosan.eccle.facit tex.in d.l.vtrum.ibi.ex modo & genere impensæ non difficile est &c.ff.de do.inter vir.& uxo. facit tex in auct.ut cum de appel.cog.§.aliud quoq; capitulum.ibi in egentium alimenta impendi. Idem si vterque esset pauper, cum omnis charitas incipiat a seipso. l. præses. C.de serui. & aqua. facit quod habetur.in l.si quis a liberis.§.si uel parens.ff.de lib. agno. vbi etiam ille,qui est obligatus ad alimenta præstanda, excusatur ratione paupertatis. Idem uidetur, si ille, qui præstabat alimenta,gerebat negocia illorum nepotum,quia non præsumitur alimentare causa donandi,sed potius videtur negociorum gestor, cum subsit alia causa quàm donationis.l. nihil. ff. de in rem uerso.& quod not.in l.fin.C.de dotis promis.& in d. l. Nesennius.& in d.l.alimẽta.excusatur ratione paupertatis. & hoc de.j.principali dubio. Circa secundum principale dubium,qñ plures fratres post mortem patris remanserunt, vel patruus,& nepotes,& simul steterunt per multa tempora in communi victu,& ad unam mensam, panẽ & vinum, & vnus habebat plures filios,alter nullum,seu pauciores,aut ille, qui nullum filiũ, seu pauciores habet,possit, quatenus plus est impensum pro familia alterius fratris repetere. Super hoc articulo magna fuit inter docto.hæsitatio,& varii varia loquũtur, adeo quòd quot capita,tot sententiæ.cap.quia diuersitatem. de concess.præben. Videtur tamen de iure posse distingui, aut ille, qui nõ habebat familiam erat minor, aut maior. primo casu, quando ille, qui non habebat familiam,erat minor: & tunc minor non præsumitur donare per iura allegata in secunda parte princi. maxime per l.in causæ.§.item relatum.ff. de mino.& l.fin. §.fin.C.si maior fac.facit quod not.Bartol.in d.§.altero.& Bal. in d.l.si patruus.& text.in d.l.vt in conductionibus.in fin.ff. pro so. Secundo verò casu,quando vterque est maior,& uidetur,quòd inter eos sit contracta societas vitæ,adeo quòd vnus, quatenus plus est impensum pro fratre.& filius fratris non possit repeti ratione societatis,quæ induci videtur, ar. notatorum in l. pro hære. §.Papinianus.& l.gerit.ff. de acquir. hære.insti. de hære. qua.& dif.§. pro hære. nam licèt fratres simul habitantes & bona cõmunia retinentes non intelligantur ex prædictis contrahere societatem.Si tamen lucra inuicem communicauerunt,per talem communionem societas ĩducta videtur.l. cum duobus.§. Papinianus.aliàs incipit,si fratres.ff.pro soc. & per Iac. de Are. & Oldra.in d.§.altero.& per Bald.in d.l.si patruus. C.com.utri. iu.& in l.j.C.qui testa. Nam societas consensu contrahitur ex actibus reciprocis socialibus,vt plene dictum fuit in 2.& 3.parte prin.hoc probat text.in cap.j.§.si duo fratres.ibi. fructus erũt omnes,de fra.de no.benefi.inue.x.col.in usi.feu. per quem tex. multum singulariter dixit Bald. in l.fi. C.de colla. quòd si duo fratres simul uixerunt, & in victu communi unus de fructibus aduentitiorum, & laborum suorum posuit plus, quàm alter, non potest aliquid repetere, & licet proprietas communicata non sit: tamen fructus consumpti iure societatis conuiuendi communicati censentur. & idem dixit Bald. in dicto capitul. primo.§.si duo fratres.ubi dicit, nota quòd qui viuũt ad vnum panem,& unum vinum debent adinuicem communicare reditus,& prouentus proprio nomine acquisitos, q intelligit vsque ad concurrentem necessitatem victus; nã qđ superest,dñi est.Idem dicendum in fructib.parafrenaliũ rerum vxoris,quas maritus administrauit, & consumpti sunt fructus, nam si quid supersit, quod non sit consumptum, pertinet ad ipsam vxorem: vt not. C. de iu. do. l. vbi adhuc. & l.fina. C.de pac. conuen. & per Bad.l. in l. si viua matre.C.de bo.ma. & in l. assiduis. C. qui po. in pig.hab. vbi refert Barto.consuluisse in consi.125. & per Bartol.in l.fina. ff. ad l. Falc. Subdens idem Bald. in dicto capit.primo. §. si duo fratres,quòd fructus consumpti in mensa cõmuni non sunt cõmunes ratione fraternitatis, vel ratione cõis habitationis,sed ratione cõis mensæ: & istud not.dictũ Bal.sequitur Ang.in l.ex duobus.§.fi. ff.de neg.gest. & do. Lud. Pon.in consi.169. vbi dicit illum text. in d.§. si duo fratres fore singularem & unicum in iure.facit ad hoc tex. in l. ex duobus. §.fi. vbi dicit, q si vnus fratrum aluit filium, vel filiam alterius fratris,& sic nepotem, vel neptem pietatis respectu, actionem contra eos non habet,& sic non repetet alimenta per eum impensa,& dicitur respectu pietatis impendere rõne consanguinitatis & parentelæ pro materia & genere impensarum, videlicet pro alimentis victu & vestitu, q tunc censentur irrogati, animo donandi,& non aĩo repetendi:vt d.l.vtrum.ff.de do.inter ui.& vxo.& l.Procula.ff.de prob. & l.si seruus cõis. ff. de do. inter ui.& vx.& illam l.ex duobus.§.fi.allegat gl.in d. l. si paterno.C.de neg.gest. Ex quibus concludi vr̃, q quatenus plus est impensum pro cõi victu,nõ possit repeti. facit, quod dicit Bal. in d.l.si patruus.C.cõia vtri.iu. & per prædicta ẽt idem cõsuluit Pet.de Anch.in consi.qđ incipit.Materia.de qua quæritur non est noua sed tacta per doc.& idem dixit Ang. in d.l.ex duobus. §.fi.per l.si socius pro filia.ff.pro so.ibi,non interesse,q alter socius filiam habuerit &c.Contrariam partẽ puto de iure veriorem.s.q ille,qui non habebat familiam, quatenus impensum ẽ pro victu familiæ alterius fratris, si expensa non est modica,repetere eam possit.Primò hæc conclusio probatur, quia prædictæ communi habitationi & fructuum in cõi collatione ac cõi cibo,& potu non conuenit diffinitio societatis. Qñ societas ẽ duorum pluriumve conuentio honeste contracta ad vberiorem quæstum, & commodiorem vsum, quam diffinitionem ponit gl.insti.pro soc.in rubr.& fuit diffinitio Ciceronis quam ponit Azo.in sum.in ti.pro so.in prin. & Spe. in titu. de iudi. §. generalia. ver. & not. cum ergo in prædicto casu non ꝙueniat diffinitio societatis,ergo nec diffinitum.l.j.ff.de dolo. l. omnis diffinitio.ff.de regu. iur. Secundò prædicta conclusio probatur auctoritate, vt dicit Bald. in consi. quod incipit.Quidam Nannes de Spello & Cola eius frater, vbi formaliter sic dicit.Super secundo puncto considerandum est. An huiusmodi communione fructuum sit inducta societas,vt omnia sint communia æquis portionibus, licèt vnus plus conferat, quàm alter, per l.si socius pro filia.ff. pro so. & an præsumatur hincinde donatio mutua, & sic cesset repetitio. An præsumatur maior administrare ita,quòd nec donatio,nec societas præsumatur. Respõdeo non præsumi donationem, quia vbi potest cadere coniectura administrationis, non præsumitur donatio l. fina. C.de dot.promis.l.Nesennius.ff.de negot. gest.l.fina.ff.de peti hære. Præsumitur ergo maior natu res minoris natu administrare, non autem præsumitur donatarius: vt l. Titium & Meuium.§. altero. de admi. tut. Ista est conclusio Bald. in dicto consi.quæ satis probat dictam conclusionem.Tertiò facit; quia posito, q per communionem, habitationem, & fructuum communionem intelligatur contracta societas;tamen talis societas intelligitur contracta solum inter fratres,seu patruum,& nepotem, non autem cum filijs patrui seu fratris quare cum onus alimẽtandi filios pertineat ad patrem, non autem patruum l.si quis a liberis. ff. de lib. agno. Sequitur, quòd etiam si prædictas expensas feciffet,etiam ille frater, seu nepos, qui non habebat familiam pro familia patrui seu fratris ponendo fructus omnes in communi cum fratre pro dictis alimentis: tamen sicut ipse soluisset debitũ pro fratre seu patruo,posset illud repetere. Ita in terminis nostris,si frater vel nepos de propriis fructibus seu redditibus alimentasset familiam patrui seu fratris, cum fecisset negocium ipsius, posset ea repetere.l.soluendo.ff. neg. gest. l.fina.C. cod. titul.facit quod not. docto.in l.in insulam.§.vsuras.ff.sol.mat.de marito alente vxorem, ex qua non fuit adhuc consecutus dotem; quia cum gesserit negocium patris, ad quem spectabat alimentare filiam,potest ipsa alimenta præstita per actionem negociorum gestorum repetere a patre mulieris, vt ibi dixit Ioan. de Imol. licet inter maritum, & vxorem sit tanta coniunctio,vt dicantur socii diuinæ, & humanæ domus,& duo in carne vna.l.aduersus. de cri. expi.hære.l.fina. ff.de ritu nup.de cog.spi.cap.Martinus.Sic etiam si pater impendit pro filia maritata impensas, quæ ad maritum pertinebant, potest pater tales impensas repetere a marito. l. quod in vxorem. C. de negot. gest. & ibi Bald. & doctor. fortius ergo in terminis nostris, quando patruus expedit pro familia fratris,

vel

Source : BIU Cujas

vel frater pro familia patrui debet posse repetere, quia licèt sit patruus: tamen ex quo necessariò onus alimentandi ad patrē pertinebat,non præsumitur donasse,sed animo repetendi fecisse,sicut qñ impendit pro filia maritata,vt dixi,nec societas,quæ foret,posset intelligi contracta inter fratres seu nepotem & patruum, si qua fuisset contracta, debet hoc operari,vt videatur donasse filio fratris alimenta prædicta;quia hoc nullo iure probatur.l.illā.C.de colla.immo in contrarium facit. l.& quicquid. iunctis legibus præcedentibus.ff.pro so.Quartò probatur prædicta conclusio ex theorica. Bal. in l.si paterno. C.de neg.gest.vbi concludit,ꝙ si vnus ex duobus fratribus simul habitantibus habeat multos filios, alius verò nullum filium,& omnibus sit facta impensa de rebus communibus & pro rata impēsa filiis fratris præstita,qui nullam præstiterunt operam,vel si aliquam prę stiterunt,non erat coęqualis alimentis præstitis ipsis filiis,potest frater,qui non habet filios talia alimenta repetere ab alio fratre compensata tamen ęquiualētia operarum,si quas præstitissent, facit quod in simili dicitur in l.si forte,& ibi per Bart.ff.de castr. pecu.Quintò facit;quia expensa quæ non est facta pro communi vtilitate regulariter non venit,ar.l.cum duobus. §. per cōtrarium.& l.adeo.in fi.ff.pro so.cum ergo expensa facta pro filiis patrui seu fratris non cedat in communem vtilitatem,ex quo tales erant qui operas ęquiualentes pro communi vtilitate pręstare non poterant,meritò repetuntur. Sextò & fortius probatur assumpto arg.a contrariis,sicut enim si vnus frater habet plures filios operantes,alius verò nullum habet operantem ex his quę proueniunt ex operis prædictorum ex bonis communibus dēt plus recipere iuxta ęqualitatem operarum filiorum alterius secundum quæ traduntur per Bar.in consil.quod incipit.Bictonienſis,& in consi.quod incipit.Bioctiarellus,aliàs Cinciarellus,& in cōsi. quod incipit.Quatuor fratres.Ergo per contrarium, si expensæ fiunt pro talibus filiis fratris, non debent communiter cedere, sed pater debet teneri ad illas restituendas; quia secundum naturam est: vt commoda cuiusque rei sequantur illum, quem sequuntur incommoda,& econtra; vt in regula secundum naturam.ff.de reg.iur.& in regula.is qui sentit onus.de reg.iu.in 6.& in l.cum duobus.§.damna fatalia. & in §. quidam sagariam.ff.ꝑ soc.Septimò probatur hæc conclusio ratione;quoniam tam inter fratres,quam inter socios,quantum fieri potest, ęqualitas est seruanda,ita vt lucra & damna ęqualia esse debeant.l.si non fuerint.ff.pro so.quod est intelligendum respectu ęqualitatis ꝑportionis,idest quotitatis, non autem quantitatis, vnde si vnus ex sociis posuit centum,alter verò posuit ducenta,quilibet prædictorum in lucro & damno,nisi aliud actum sit,partē correspondentem capitali consequi debet, quasi inter eos actum esse intelligatur, vt qui plus ęris, vel periculi posuit, vel sustinet, plus etiam emolumenti cōsequi debeat,arg. l.manifestissimi. §. cum in secunda.C.de fur.& ita debet intelligi.d.l.si non fuerint.secūdum Nicol.de Ma.in l.j.C. pro socio. quod est multum nota.& verum secundum Bal.in l.j.§.sequitur.ibi Saly.in 7.q per regulam,secundum naturam.ff.de re iu.facit etiam. l. si quis societatem.ff.pro so.faciunt etiam no.per Bar.in l.si tibi.§. pactus.ff.de pac.& quod in simili traditur per Bar.in auc. vnde si parēs. C.de inoffi.test.& in l.quod dicitur.ff.de verbo.oblig.cum igitur prędictus frater non habens familiam in dicta societate circa alimenta solum habebat onus personæ suæ,alter verò, qui habebat familiam non solum habebat onus personæ suæ,sed filiorū suorum quorum opera inutilis est,onus habeat,vt ęqualitas seruetur inter prædictos fratres, etiam si socii essent, ex quo aliter non est conuentum,non debet frater, qui non habet familiam onus alimentandi filios alterius fratris suscipere, sed quantum prędictus frater habens familiam plus oneris & incommodi habet iuxta portionem minorem fructuum & prouentuum vtilitatem & commodum consequi debet, quod etiam sentit Paul. de Cast.in ꝺsi.quod incipit,plures fratres remanserunt,arbitriū enim boni iudicis versatur inter fratres: cum ęqualitas seruari debeat ad ęqualitatem proportionabilem seruandam, quæ est pacis cōseruatiua.l.cum pater.§.euictis. ff. de leg.2.l.cū oportet. post prin.C.de bo.quæ lib.l.illud.ante fi.& auc.ex testamento.C. de colla.& quod no.in l.fi.C.de fru.& litis expen. Octauò probatur;nam quædā sunt personæ,quæ necessariò tenentur alimenta præstare,& isti non repetunt, quæ in alimentis impendunt.l. alimenta.C.de neg.gest.l.si quis a liberis.§.si mater. ff.de lib. agn. Quædam sunt personæ,quæ non tenentur alimenta præstare,& isti repetunt,quæ pro alimentis impendunt, vt plenè habetur in l.j.& in l.qui in vxorem.& in d.l.alimenta.C.de neg.gest.l.Nesennius.ff.eo.tit.& d.§.si mater.& maximè hoc procedit in familia alterius fratris,cuius alimentandi onus spectabat ad patrem: vt d.§.si mater.& per Bald.& Cyn.in d. l.alimenta. in quæstione de matre alente filiam,quando onus spectabat ad fratrem, qui successit patri in vniuerso ex forma statuti, quando expensa nō esset modica:vt ibi per Barto.in dic.§.si mater. facit in auc. vt liceat matri & aui.§.illud,cum ergo fratri non habenti familiam non incumbat onus & necessitas alimentandi filios alterius fratris seu patrui ab eo repetat,quod impendit. Nonò ad idem facit;quia vt dicit Bald.in l.Nesennius.ff.de neg. gest. factum simpliciter censetur factum administratorio nomine,sed administrator qui aliàs præsumeretur donare nihilominus ratione administrationis non præsumitur donare, vt d. l.Nesennius.& ff. de peti. hær. l.fin. ff. de leg.tertio.l.vxorem.§.pater naturalis. & l.nihil.ff.de in rem verso.l.fin.C.de do. promis. per Bald. in quibus patet, quòd licèt extraneus dotans,siue mater,siue frater,siue patruus in dubio præsumitur ex priuilegio dotis donare, tamen secus est si gerebat negotia eius,quam dotabat;quia præsumitur tunc administratorio nomine dotare, nō autem animo donandi,sed repetendi,quanto amplius in casu nostro, in quo tale non datur,scilicet priuilegium, vt præstans in dubio alimēta præsumitur donare.vt sup.patet. Decimò ad idem facit; quia vt supra dictum est, inter socios debet magna seruari ęqualitas tam in lucro,quàm in damno,cum sint connexa:vt d. §. quidā sagariam.l.manifestissimi. C. de furt.l.cum duobus. §. item si in cōmunem riuum.& §.si plures.& l.si vnus.§.si quid vnus.ff.pro so.& ista ęqualitas intantum debet seruari inter socios, ut si fieret pactum expressum inter eos continens inęqualitatem non valeret; quia esset contra naturam societatis,vt dicit glos.in l. si non fuerint.ff.pro so.& Azo in summa.C.pro so.& in d.§. in societate.& illam glo.audiui,quòd sequitur do. Rapha. licet non viderim:si hoc non potest fieri expresse multominus dicit actū tacite, vt vnus percipiat maiorē partem quàm alter.Si enim frater,qui habet filios, intelligeretur filios suos alimentare de bonis & portione alterius fratris, perciperet plus parte sua, quod non conuenit per prædicta. ad idem facit.l.nemo. l.iure societatis.l.omne ęs alienum.ff.pro so. in quibus patet,quòd nemo ex sociis plus parte sua alienare potest, sed alienando partem fratris pro victu & alimentis familiæ suæ plus parte sua alienaret, quod fieri non potest per prædicta iura. Et prædicta maxime procedunt,quando ille,qui habebat familiam, administrabat, cum ei non liceat ex bonis fratris alimentare familiam suam,facit ad hoc.l.creditor.§.Lucius. ff. mand. vbi habens generalem & generalissimam administrationem nō potest dilapidare seu donare,fa.ff.de do.l.Aristo. & in cap. secundo, de do. Item quia dilapidare,seu donare,vel alienare bona socii, & conuertere in propriam vtilitatem esset quædam culpa.l.verum. in princ. ff.ꝑ soc. & l. nemo ex sociis. §. illud quæritur. ff.pro soc.sed in socio debet abesse culpa.ff.pro so.l.venit.& l.socium.

Vndecimò ad idem facit; quia ea quæ cohęrent personæ ad alium non transeunt.cap.fin.de offic.deleg.eod. titu. cap.is cui. libro sexto, de præsum. c. mandata. sed præstare alimenta filiis cohęret personę patris.l.si quis a liberis §. si vel parens. ff.de liber.ag. ergo non transeunt ad patruum. Item id,ad quod tenetur pater ex debito naturæ,alius facere non tenetur, etiam socius;nisi expresse sit conuentum.ff.pro socio.l.si socius pro filia. sed pater tenetur ex debito naturali alimentare filios suos: vt in dic.l.si quis a liberis. meritò ad alium non transit hoc onus, licet sit inter eos societas, vt dic.l.si socius pro filia. 12. hanc probo sententiam auctoritate do. Ange.& do.Paul.de Cast.in l.fin. C.de colla.dicentium, quòd opinio contraria procedit,quando fructus consumpti sunt pauci, & frater non erat multum diues, vel nepos, & ita intelligunt illam.l.ex duobus.§. fina. ff. de neg. gest.per illud verbum,intuitu pietatis,in textu positum;quoniā magni sumptus erogati pro alimentis diuitum, & non egētium nō dicuntur erogati in piam causam, seu pietatis intuitu,vt no. in l.cum hi.§. sed si in annos.ff.de transa.& in l.illud C. de sacrosan. eccl. & hanc etiam opinionem consulendo secuti fuerunt quidam excellentissimi doctores do.Lucas de Callio,& do.Pe. Philippus de Corneo patres honorandi, & ego idem consului vnà cum eis. 13. quia si intelligeretur contracta societas inducens, vt alimenta præstita pro filiis alterius patris, seu patrui nō possent repeti,attento quòd dicti filii non ponebant aliquid in societate, non operas ęquiualentes, nec aduentitia lucra, quæ quò ad vsumfructum quæruntur patri, nec fructus bonorum aduentitiorum; quia similiter sunt patris, vt l.prima. C.de bon. quæ lib.dicta societas magis contineret donationem quam societatem, quod fieri non potest. l. quinta. § fina. ff. pro so. l.in causæ.la secunda.§ primo.ff.de mino.decimoquarto,in hāc partem consuluit excellentissimus doc. pater & do. me. Marianus de Senis,& incipit consilium.prosequendo ordinem prædictarum quæstionum assumo primam quæstionem. Cōcludi ergo potest, quòd dicta alimenta, quatenus plus est impensum pro familia fratris vel patrui, possint repeti per alium fratrem nullam seu minorem familiam habentem,salua tamen veriori sententia cuiuscunque melius sentientis.Hoc tñ fallit in quibusdā casibus,in qbus dictę expensę alimentorum non pñt repeti.Primò,qñ fuisset modica.Secūdò,qñ constat, ꝙ aīo donādi facta est, vel ex qualitate personarū possit præsumi verisimiliter gratia donandi nō repetendi fecisse,ar.eius qđ hr̄ in l.si paterno. C. de neg.gest.per Bal.& ff.de neg.gest.l.Nesennius. & sup.etiā patet. Tertiò,qñ ille,qui recipiebat alimēta, præstabat aliqua seruitia,

Source : BIU Cujas

seu operas equiualẽtia seu equalẽtes alimẽtis præstitis. Quartò, qñ ituitu pietatis essent pstita alimẽta. Quintò, qũ paterno affectu vt sup. latius dictum fuit ī prima parte huius quæstionis. Nõ obstant quæ primo loco fuerunt adducta in contrariam partẽ. Et primò non ob. ꝙ societas contrahitur tacite per actus sociales; quia intelligi debet verum, quando actus sociales sunt reciproci, vt plenè dictum fuit tertia parte prin. quod non erat in casu nostro; quia filij fratris vel patrui nihil ponebant in societate: vt sup. Nec obst. si diceretur, ꝙ ponebat pater eorum, & contra patrem videtur cõtracta cum filijs; quia hoc non est verum: nam contractus societatis non trahitur de persona ad psonam nisi per actus sociales inuicem factos. ff. pro so. l. nemo. coniuncta. l. plane. Non ob. §. duo frates. vbi allegatur text. vnicus in iure. quòd inter eos qui viuunt ad vnum panem & vnum vinum in eadem mensa, quatenus est impensum in vnum magis q̃ in alterum in alimentis ratione maioris familiæ, vel maiorũ onerum non repeti potest; quia intelligitur inter eos contracta societas vitæ, nam si recte inspicimus illum text. parum aut nihil ad hoc facit. dicit. n. ibi text. formaliter. Si duo fratres in cõmuni casa post mortem patris remanserunt, & vnus eorum feudũ acquisiuerit, plerique dicunt ad alium non pertinere neque viuente eo, qui acquisiuit, neque post mortem eius, fructus tamẽ erunt communes, donec simul habitauerunt. Ex quo tex. apparet, ꝙ nulla fit mentio de fructibus consumptis, neque in communi mensa, neque aliter, sed tãtum ꝙ sunt communes, donec simul habitauerunt, & sic temporaliter, non ergo dicendum, ꝙ ille tex. loquatur in fructibus consumptis in communi mensa, tum etiam quia ex tex. illo hoc non apparet, & sic esset diuinare, tum etiam quia text. dicit, ꝙ fructus sint communes, si erant consumpti in communi mensa, non poterant amplius dici cõmunes; quia non erant in rerum natura. Præterea, aut volumus, ꝙ ille tex. in d. §. si duo fratres. loquatur de iu. communi, aut volumus dicere, ꝙ loquatur de iure speciali feudorum, prout multa sunt specialia in feudis. Primo casu, si volumus intelligere, ꝙ sint communes de iure communi, aut volumus intelligere, ꝙ fructus feudi sint communes ratione communis habitationis, vel quia habent alia bona communia, & hoc non est verum. l. cum duobus. §. si fratres. ff. pro so. non enim communio inducit societatem, sed reciproca collatio, vt ibi. & l. nam cum tractatu habito. & l. vt sit pro so. actio. ff. pro so. & plene dictum fuit sup. in tertia parte prin. qui actus reciprocus communis collationis hincinde ibi non apparet in d. §. si duo fratres. Aut volumus intelligere, ꝙ sint communes ratione societatis omnium bonorum, vel alia societate, & tunc ratione communis mensę, sed ratione societatis causatę expresse vel tacite ex actu reciproco, de quo non apparet in d. §. si duo fratres, immo & tunc ea proprietas esset communis. l. si quis societatẽ & l. coiri. ff. pro so. aut volumus dicere, ꝙ essent communes ratione societatis contractæ in fructibus inter eos, & tunc hoc intelligeretur ex actu reciproco communis collationis hincinde, de quo non apparet ibi, nõ autem ratione communis mẽsæ: quia hæc species societatis nõ reperitur iure cauta, nec ibi, nec alibi, & repugnaret naturæ societatis, vt sup. patet, aut volumus, ꝙ fructus sint communes: qa illud feudum sit emptum communi nomine, & tunc etiam proprietas esset communis. l. cum duobus. in prin. ff. pro. s. præcedẽte societate: vt d. l. cum duobus. vel illo ratum habente. l. si ego. ff. de neg. gest. quod vĩ repugnare illi tex. qui vult, ꝙ fructus sint communes. Præterea tunc esset communio ratione societatis contractæ ad emendum communi nomine, non autem ratione communis mensæ, aut volumus dicere, ꝙ fructus illius feudi sint communes iure communi: quia emptum de pecunia cõmuni, & hoc non est verum. l. si patruus. C. communia vtriusq; iudi. l. si defunctus. arbi. tute. l. & magis. ff. de solu. & sic de iure cõmu. illi fructus in illo text. non potuerunt esse communes. Restat ergo, ꝙ sunt communes de iure speciali, & sic ꝙ sit speciale in feudo illo, vt fructus sint communes non ratione communis habitationis solæ, sed ratione communis habitationis feudi iũctis simul, sicut & multa alia in feudis sunt specialia, & ideo Ange. in d. l. fin. C. de colla. dixit, quòd ille tex. in §. si duo. parum facit, forte voluit dicere propter rationes prædictas, vel quòd sit speciale in feudo, quod potius regulatur secundum consuetudinem quàm secũdum ius ciuile Romanorum: vt in c. j. de feu. cogni. & ita intelligit illum tex. ibi Iaco. de Bel. vt ibi refert Bal. Item non obstat ille tex. quia secundum Iac. de Belui. ibi & glo. feudum fuit acquisitum de communi pecunia. Nimirum igitur si fructus consumpti communicantur non de iure communi: vt sup. sed speciali feudorum. Item speciale est in feudo, vt si fuerit quæsitum de communi pecunia & emptũ nomine alterius tantum sciente domino feudum illum communicatur, tex. est in c. j. de nouo beneficio. to. coll. Item quia cõsuetudines feudorum fuerunt introductæ secundum vsum ab antiquis sapientibus institutum, licèt quædam bestiæ dicant, vsum feudorum in se sapientiam non habuisse, secundum Bal. in c. j. in glos. & quia diximus, in vltimis verbis suis, qui feudum dare possit. Iccirco multa alia sunt singularia & specialia in feudis: Nam vltra iam dicta, si quis feudum pro se & hæredibus suis recepit, & stipulat, intelligitur recipere pro hæredibus sanguinis ex se descendentibus: vt in c. j. de gradibus succes. in vsi. feu. & in ca. j. de duobus fratribus a capita. inuesti. & in c. j. §. si clientulus. de alienatione feu. secundum Bal. in c. j. de succes. feu. Sed in d. §. si duo fratres. specialiter est prouisum in feudo secundum consuetudinẽ feudi, ꝙ fructus consumpti sint communes. Igitur non debemus trahere ad ius commune. l. ius singulare. ff. de legi. Præterea Bal. dicit, ꝙ fructus consumpti sunt communes, extantes autẽ sunt proprii domini, & ille tex. simpliciter dicit, quòd fructus sunt cõmunes, ergo tam de extantibus q̃ de consumptis, ar. l. de pretio. ff. publiciana. Nec etiam ob. ꝙ dicit Bald. in c. j. § si duo. vbi dicit, ꝙ qui viuunt ad vnum panem, & vnum vinum inuicem videntur communicare fructus & redditus proprios, quia respondeẽt multipliciter. Primò, quia ille text. in §. si duo, loquitur ratione dubitationis feudi acquisiti, cuius esset. In casu autem prædicto non erat dubium, cuius essent bona. Secundò potest responderi, ꝙ illud procedit respectu fructuum communicatorum fratri, non autem filiis fratris, quod etiam intelligit Bal. quò ad necessitatem victus fratris, vnde secus est, si necessitas non imminebat victui fratris, vt in terminis nostris. Tertiò responderi potest, ꝙ illud procedit in parua expensa, non in magna, & ꝙ impensa cibi, & potus parua non detur repetitio, secus pro alia impensa, per not. per Bal. in l. si paterno. C. de neg. gest. Quartò potest responderi, quòd ille tex. ratione emptionis factæ de feudo per vnum ex fratribus de bonis communibus, vt quamuis vnus frater emerit feudum nomine proprio & sic fit proprium, vt dicit ille tex. tamen ex quo simul habitabant in communicatione, fructus intelliguntur communicari propter communẽ impensam, quod non esset, quando diuisissent; quia tam vnusq; sq; secutus est partem suam, & frater recepisset pro parte sua, quod ex communibus bonis pro feudo impensum est, secundum ꝙ sentit. d. §. si duo. in fi. & quod dictum Bald. debeat intelligi, vt loquatur in altero ex modis prædictis, patet per prædicta, & etiã quia aliàs esset sibi contrarius in d. conf. & in d. l. si pater no. cum his, quæ dixit in d. §. si duo & in d. l. fin. quod non est dicendum, ar. c. cum expediat. de elec. in 6. & l. præcipimus. C. de appel. & ꝙ certo est mirandum, quomodo aliqui ita generaliter & indistinctè per d. §. si duo fratres, & per id quod Bal. dicit ibi. & in d. l. fin. non habita aliqua consideratione, vtrum ille, pro quo expendebãtur, esset diues, vel pauper, dicant quòd expensæ prædictæ nõ possunt repeti, quod minime ita indistinctè est dicendum, sed cum limitationibus prædictis, maxime in graue damnum alterius, qui tractat de damno. Illi autem, in quos est facta impensa, tractant de lucro, fiat extensio, quod non est dicendum, cũ nemo in dubio præsumatur velle donare. l. cũ indebito. ff. de ꝓba. c. super hoc. de renun. & omnis minima causa quę subesse possit eam excludit, etiam in casibus in quibus regulariter præsumebatur donatio, vt dicit Bald in d. l. fi. C. de do. promis. multomagis in casu nostro non præsumitur donatio dictorum alimentorũ, cum regulariter qui non est necessitatus ad alimentandum nõ præsumitur animo donandi dare alimenta, sed potius tãquam negociorum gestor animo repetendi: vt sup. clarè fuit demonstratum. Non ob. d. l. ex duobus. §. fi. ff. de neg. gest. quia loquitur in alimentis præstitis intuitu pietatis: vt patet ex text. puta, quia alimentatus erat pauper, & non habebat vnde posset se alimentare, non ita in casu nostro: vt sup. Ex quibus videtur posse concludi, ꝙ aut frater seu patruus nõ habebat bona communia cũ alio fratre, vel nepote, tamen forte mortuo patre recepit eum in domo, & alimentauit ipsum, qui tamen erat sufficiens ad se alimentandum ex bonis suis propriis, & hoc casu in dubio non præsumatur præstitisse alimenta animo donandi sed repetẽdi; cum non sit de personis, quæ necessitentur ad alimentandũ, qđ tamen fallit in casibus supra in primo membro præsentis quæstionis positis. Idem & multo fortius, quando non solum alimentasset, sed etiam administrasset negocia alimentati: quia negociorum gestor non præsumitur donare, sed animo repetendi expendere, aut bona communia habebant, & tunc, aut vnus solus administrabat, aut ambo. Si vnus solus administrabat, & idem siue alimentet de parte sua vtrunque, vel plus de parte sua quàm fratris vel nepotis non in modica quantitate. Siue & multomagis plus de parte alterius fratris, vel nepotis, cum tenetur reddere rationem administrationis. l. si remunerandi. & l. si procuratorem. §. primo. ff. manda. l. prima, & l. item eorum. §. si decurione. ff. quod cau. vni. no. l. prima, & fi. & per totum de tu. & ra. distra. & C. & ff. de nego. gest. per totum, & in ¦ l. cum seruus. ff. de condi. & demonstrat. & etiam teneatur reliqua restituere. l. non solum nostrum debitorem. §. is qui reddere. ff. de lib. leg. & dic. l. cum seruus. & l. quæ sub conditione. ff. de condi. & demonst. & l. tertia. ff. de test. manu. facit etiam quod no. glos. in l. prima. C. de eden. & quod habetur Deutero. Lucæ. cap. 16 & traditur in c. qualiter & qñ. la 2. de accu. Non enim quenit, vt alienum largiatur pro se & familia sua, cum rei suæ nõ alienę gs est

mode-

Source : BIU Cujas

moderator,& arbiter.l. in re mandata. C. mand. & etiam quia ſicut ipſe poſſet repetere, quę expẽdidit de ſuo ꝓ eo, cuius negocio gerebat,multo fortius ecõtra, ſi aliquid pro ſua vtilitate de alieno,ne ſit in ſua poteſtate ſibi met facere donationem de alieno,ar.c.fi.de inſti.& l.creditor. §. Lucius.ff.man. l.præſes.C. de tranſa. Si verò ambo adminiſtrabant, & ambo in communi ponebant prouentus ſeu redditus ſuo pro cõi victu, & tũc aut nullus eorum habebat familiam,& ambo erãt maiores,& tunc per actus reciprocos videtur contracta inter eos ſocietas quædam vitæ,in qua licet vnus ponat plus de fructibus quàm alter; quia forte plus percipiebat quàm alter, tñ ratione coniunctionis ſanguinis,& ratione collationis reciprocæ,& nõ reuiſę, nec redditæ rationis,quatenus eſt plus impenſum per vnum, q̃ per alium,forte non poſſit repeti:& quia veriſimiliter non põt magnam excedere quantitatem,& loquatur Bal. ſup.niſi forte aliquæ coniecturæ in contrarium apparent: puta, quia ſcribebat in libro & memoriali,& retinebat computum de his, quæ ipſe expendebat;quia animus probatur per coniecturas,& iſtæ coniecturæ poſſunt ſumi etiam ex ſcriptura priuata, vt dicit Bal. in l.Neſennius.ff.de neg.geſt.aut vnus habebat familiam, alter verò non,vel vnus habebat maiorem familiam q̃ alter,& tũc quatenus plus eſt impenſum per vnum q̃ per alterum,in dubio poſſit repeti,niſi in caſibus de quibus.ſup.Bene verum eſt,ꝙ ſi fortè ille,qui habebat familiam magnam dotes ſuas retinebat in cõi, de his cõſideratio haberi debet,ar.l.pro oneribus. C.de iure do. arbitrio boni viri,& etiam ſi familia præſtabat aliquas operas ꝓ communi vtilitate, & ſimiliter ſi ille, qui habebat familiam,ponebat operas ſuas pro cõi vtilitate, non ꝙ poſſit petere ſalariũ, ex quo non fuit conuentum: nam incerti ſalarij nulla eſt petitio.l.ſalarium. C. man.niſi fuiſſet conſuetus locare operas ſuas pro certo ſalario aliis,vel ille,cuius negocia adminiſtrauit,fuit ſolitus conducere alios pro certo ſalario; quia tunc illud poſſet peti,vt conſulendo dixit Fed.de Senis in conſil.211. per l.ſi non ſortem. §. libertus. ff. de condi. inde.fa.quod dixit Bald.in l.j.C. man.& quod no.Cyn.in l.excepto.C.lo.& Bald.in l.contractus. C.de fi.inſtr.de mercede domus,& Io.And.in addi.Spe.in tit.de loca.§.nunc reſtat.verſi.vidi ſępe dubitari.de quo etiam vide in 6.parte princi. in 26. q.ſed bene poſſet petere intereſſe ex d.adminiſtratione,probando, ꝙ ex d.adminiſtratione fuit in dãno; quia feciſſet d.tempore ſi non adminiſtraſſet negocia ſua, quæ facere. d.cauſa non potuit,ex quo fuit in damno.fa.quod habeẽ. l.2.& 3.& in l.alimenta.C.de neg.geſt. Venit etiam lucrum ceſſans,ſi negociorum geſtor probaret,ꝙ fuiſſet lucratus tantum, ſi operas ſuas locaſſet alteri,per id quod habetur in l.at qui natura §.non autem.ff.de neg.geſt.fa.l.in ſumma §.in frumento.ver. & ſi arbitr. de condi. inde. fa. l.cum duobus.§.ſi in coeunda.ibi. pretium operæ artis eſt velamentum.ff.pro ſo.l.amico.ff.de an. leg.c.cum ex officii,de præſcri.ibi dum dicit text.nemo tenetur ſuis ſumptibus militare,& quod no. Bal. in l.j.C.man.& in l.naturalis.§.at cum do. de præſcri. ver. & hoc dictare videtur ęqtas & ratio naturalis, niſi coniecturæ contrarium ſuadeant, puta ſi alius fuiſſet geſturus gratis.l.j.C.de neg.geſt.vel forte attẽta qualitate gerentis & negotio cõi,quod gerebat propter cõem hęreditatem,quam poſſidebãt, ar.eius quod dicit Bal. in l.ſi paterno. C.de neg.geſt.& cũ regula certa, nec doctrina dari poſſit de his, arbitrio boni viri puto conſiderationem habendam, vt ſeruet ęqualitas inter fratres;habet.n.ſocietas ſummam rationem, cũ inſtar fraternitatis obtinebat.l.verum.in prin. ff. pro ſo.& inter eos ſemper boni viri arbitrium verſatur. l. ſi ſocietatem mecũ. & l.quod ſi Neruæ.ff pro ſoc.& in iſtis expenſis & ſumptibus inter fratres non fit ſcrupuloſa inquiſitio,ſed boni viri arbitrium debet verſari,vt dicit Lud.Pont.in conſi.161. & idem ſentit dominus Pau.de Caſt.in l.fi.C.de colla.vbi dicit,ꝙ iſta negocia inter fratres non ſunt acerbe tractanda.

25 † Vigeſimoquarto quæro pater miſit filium ad ſtudium,& tã in ſtudio quàm in doctoratu fecit magnas expenſas, deinde pater mortuus eſt,nunquid ille filius ſuccedens patri vnà cum fratribus teneatur hos ſumptus computare ſibi ĩ portione ſua.Reſpondeo,verba Cyn.in l.ex parte.§.filius. fa.er.ſic dicunt. Si pater filium militare fecit, & vxorem illi aſſociauerit, & nuptias celebrauerit,talis filius non tenetur fratri ſuo talia facienda ad ſumptus cõferre,ex quo apparet, ꝙ ille pro quo facti ſunt ſumptus lucratur eos præcipue:quia non extant.Item in eo. §. dicit Iac.de Belui.hæc verba,ar.huius.§. fuit determinata hæc q.Quidam habebat duos filios legiſtas,& ꝓ vno,qui ſubtilius ſtudet, ſoluit centum libras pro doctoratu,poſtea decedit filiis ſuis hæredibus inſtitutis,ꝙ alter filius non poteſt detrahere alia centũ de communi hæreditate occaſione recipiendi conuentum, ar. eo.l.ſi filiæ.§.Neratius.Et ideo concluſio eſt, ꝙ iſtas expenſas filius nõ computat in partem ſuam ſed lucratur eas.fa.quod not. per glo.& alios.ff.de mu.& ho. l. qui originem.§. ſi is.& iſtæ expenſæ non ſunt in rerum natura:& ideo dixi, imputari nõ poſſunt in ſua portione legitima;ita conſuluit Bal.qui etiam in eodem conſilio proſequitur ſic. Quantum ad ſecundum punctũ dico, quòd non debet communicare fratribus id quod lucratur ex medicina, maxime poſt mortem patris,niſi cõtraxiſſent inuicem ſocietatem,quod nõ proponitur in caſu noſtro. ff.pro ſo.l.cũ duobus.§.ſi fratres.C.de decuri.l.licet indiuiſa. li.x. Circa tertium dubium &c.Circa quartum,ꝙ iſti fratres qui remanſerunt domi meliorauerunt poſſeſſiones,dicendum eſt, ꝙ ſi fecerunt expenſas ad perpetuã rei vtilitatem·vt quia plantauerunt vineam,uel fecerunt domos,uel cum erant res ſteriles, fecerũt magnam impenſam & fecerunt fructiferas, tales impenſas poſſet repetere.ff.de neg.geſt.l.ex duo.ſi autem principaliter fecerunt expenſas cauſa fructuum bene arãdo & colendo,licet poſſeſſiones incidenter fiant meliores, dico ꝙ etiam tunc repetit expenſas, quatenus medicus eſt locupletatus poſt mortem patris:quia videntur geſſiſſe commune negocium, & ideo ꝓ parte illius medici habent repetitionem, vel fructuum retentionẽ vſque ad concurrentem quantitatem.ff.com.diui.l.in hoc iudicio.ſed ſi pater reſtauraſſet alios filios eos faciendo coæquales, dictæ expenſæ factæ fructuum perceptionem non poſſint repeti,ita conſuluit Bal.in conſilio,quod incipit. In Chriſti nomine amen.Quæritur, pater miſit filium ad ſtudium.

26 † Vigeſimoquintò quæro præcedentibus quibuſdam verbis pertinentibus ad ſocietatem contrahendam ſecutum eſt poſtea,quòd quædam mercantiæ communiter ſunt emptæ, & ꝙ vterque obligauit ſe, quęritur,vtrum ſit contracta ſocietas. Reſpondeo ſic,ſcilicet rerum emptarum,ſocietas tamen, quæ contrahitur facto,non extenditur,vltra ipſum factum, ſed ſi ſocietas contraheretur præcedente pactione,talis & tanta eſſet ſocietas,quale & quantum eſſet ipſum pactum, ſeu conuentio tam in rebus,quàm in tempore;quia actus,qui determinantur ſecũdum uoluntatem expreſſam, iudicantur ſecundum pacta, ſed actus,qui determinatur a voluntate tacita, colliguntur ex ipſis rebus & factis.ff.de legi.l. de quibus. in fi.ff.pro ſo.l. de illo.ſed ſi ſocii inuicem diſcedant, & vni remanent merces apud alium non.Ille apud quem remanent merces,debet ſeruari ab alio indemnis ab obligationibus contractis,ſicut principalis debet ſeruare indemnem fideiuſſorem ſuum; quia duo ſocii videntur inuicem fideiubere, & ille reputatur principalis,apud quem remanet finale commodum,& alius eius fideiuſſor,vt in authen. de fideiuſſ.in principio & ff.ad Velleianum. l.vir vxori.§.fi.Sed quæritur,an iſte ſocius,apud quem non remanent res, habebat habere mercedem operarum,ſiue ſalarium aliquod,dicendum eſt quòd non; quia non animo mercenarii, ſed ſocii poſuit operam.ff.pro ſocio.l. cum duobus.§. ſi in coeunda. Si autem aliquis ſtaret cum aliquo mercatore pro famulo eius, nunquid poſſit petere ſibi ꝓſtitui ſalarium.Iſta nõ eſt materia noſtra;quia hic loquimur in ſocijs; nam ea ratione qua vnus ſociorũ peteret ab altero ſalarium,eadem ratione alter ab altero,& ſic nihil remaneret plus apud vnum quàm apud alterum, ſed quando ſtetit pro famulo,debet inſpici primò, quid actum eſt inter partes,& ſi non apparet, debet inſpici conſuetudo loci, & ſi conſuetudo loci non apparet, debet inſpici qualitas perſonarum, cuius induſtriæ,cuius peritiæ ſit ille,qui operam præſtat,& maximè etiam debet conſiderari,ſi ſit homo pauper, qui non habet,vnde viuat niſi de ſuo labore;nam non eſt veriſimile,quòd voluerit operari gratis,ad hoc,de vari.& extraor.co.l.j.in princ. ſecundum Bald.in conſilijs ſuis.

27 † Vigeſimoſexto quæro, quidam contraxerunt ſocietatem ad emendum fructus aquæ lacus Peruſini pro vno anno,& conſuetudo eſt, quòd ſunt octo officiales, qui exercent perſonam ſuam in dicta ſocietate captionis,& venditionis piſcium ac curę quibus conſuetum eſt dari certum ſalarium cuilibet exercenti.Euenit, quòd contracta dicta ſocietate inter ſocios de ſalario non eſt conuentum.Quæritur modò, an exercenti perſonam ſuam in dicto officio debeatur ſalarium. Et licèt prima facie videatur dicendum quòd non, per text. in l.cum duobus.§. ſi quis ex ſocijs.ff.pro ſoc.ibi,duntaxat eos ſumptus ſocietati imputabit, qui ea re impenſi ſunt, qui text. loquendo per dictionem taxatiuam,duntaxat, videtur excludere omnes alios ſumptus. Attamen in caſu noſtro contrarium eſt verum; licèt enim non ſit conuentum de certo ſalario eis dando ratione dictorum officiorum; famem cum conſuetudo præſupponatur vt ſupra intelligitur in conuentione deducta; quia quod conſuetum eſt fieri, pro expreſſo habetur. l. ſi tibi pollienda. ff. de præſcri.verb.leg.ſi vno.ff.loc.ſi cum Hermes. C.eodem titul. & perinde eſt, ac ſi eſſet conuentum de ſalario dictis officialibus dando. Ad hoc facit, quòd nemo ſuis ſumptibus militare tenetur, de præſcript. cap. cum ex officijs,& quia opera pretium recipit. leg. cum duobus. §. ſi in coeunda.ff.pro ſocio.ibi. operę precium eſt, facit leg.ſi vnus ex ſocijs.& leg. ſocium qui in eod.§. ſocius. ff. pro ſo. ibi. quicquid poſitum eſt in ſocietate per vnum ex ſocijs de communi corpore ſocietatis deducitur, ad hoc etiam facit.l.ſi cum aurum.ff.de ſolutio.l.cum de indebito.ff.de prob. vbi nemo præſumitur iactare ſuum:facit ẽt, quia ille,qui plus ponit in ſocietate ſiue operę ſiue pecunię, plus deducere debet.ff.pro ſocio.l.ſi ſocietatem mecum.ibi.vt nõ itaq; ex ęquis partibus ſocij ſimus,veluti ſi alter plus operę,induſtrię,

Source : BIU Cujas

Pet. de Vbal. De duobus fratribus.

pecuniæ in ſocietatem collaturus ſit,& l.ſi non fuerint.ibi.ſi modo aliquid plus contulit ſocietati,vel pecuniæ,vel operæ,vel cuiuſcunque alterius rei cauſa.

SVMMARIVM.

1 *Socius in re communi illam diligẽtiam adhibere debet, quam in ſuis proprijs rebus tempore contractæ ſocietatis præſtabat.*
Socius de qua fraude & culpa teneatur.
2 *Hæres ſocij ad quam culpam teneatur.*
3 *Socius ſi in ſocietate diligenter geſſit in quibuſdam, & in quibuſdam negligenter, diligentia cum negligentia non compenſatur.*

1 CIrca ſeptimam partem principalem qualem diligentiã ſocius in re communi habere tenetur. † Concludendũ eſt,q̃ ſocius in re communi illam debet prẽſtare diligẽtiam,quam in ſuis propriis tempore contractę ſocietatis præſtabat.ff.pro ſo.cum duobus.§.venit & ibi per glo.& in d.l.ſocius ſocio.Inſti.eo.§.pen.quod intellige, quando conſueuit eſſe diligens in ſuis.ff.ſo.ma.l.ſi conſtante.§.ſi maritus.& ibi per Cy.& Bal.& ſocius tenetur de fraude.ff.pro ſo. l. rei communis. de dolo latiori & lata culpa: vt d.§.venit. & etiam de leui vt ibi per glo. & d.l. ſocius ſocio. & d.§. pen.non autem tenetur de leuiſſima culpa;quia ſi ſocius fuit in leuiſſima culpa, econtra fuit in leuiſſima culpa alius ſocius ſecum parum diligẽtem ſocium aſſociando, & ſic leuiſſima cum leuiſſima culpa compenſatur. inſti.pro ſoc.§.fin.& d.l.ſocius ſo. ſecundum Bal.in l. quæ fortuitis.C.de pig. acti. quod intellige, niſi hic ſocius conſueuerit in ſuis eſſe diligentiſſimus:quia tunc ſi non fuit diligentiſſimus in rebus communibus,tenetur de leuiſſima; quia non eſt tunc leuiſſima,immo latior culpa, vt in ſimili dicit Bal. in d.l.ſi cõſtante.§.ſi maritus.nec etiam tenetur ſocius de caſu fortuito.l.cum duobus.§.damna.& §.quidam ſagariam.quæ autem differentia ſit inter fraudem, & dolum,latiorem culpam, latam, & leuiſſimam, & caſum fortuitum, & quomodo vna ab alia diſcernatur, pleniſſimè ponit Bal. in d.l.quæ fortuitis. vbi omnino vide per Bar.in l.quod Nerua.ff.depo.

2 † Primò quæro, quid in hærede ſocij. aut loquimur in geſtis per defunctum,& tunc hæres ad illam culpam præſtat,quã prẽſtaret is,in cuius locum ſucceſſit.l.actione. ff.pro ſoc.& eius culpa tenetur,qua tenebatur is,in cuius locum ſucceſſit, vt ibi.fa.l. actione.§.morte.ff.pro ſo.ibi.Item dolus & culpa in eo quod ex ante geſto dependet,& hoc in hærede eius,qui voluntariè gerebat,qui tenetur eo modo,quo tenebatur defunctus,ſecus in hærede eius,qui gerit ex neceſſitate,vt ĩ hærede tutoris, qui ſolum tenetur de dolo,& lata culpa non leui, licèt defunctus etiam de leui teneretur,vt dicit glo.in l.curatoris. C.de neg. geſt. Aut in geſtis per hæredem,& tũc aut loquimur in hærede gerente voluntarie,vt quia gerit de nouo,& tunc de dolo, lata culpa,& leui tenetur,ſicut quilibet geſtor.Si verò in eo,qui tenetur gerere de neceſſitate,vt quando negocium fuit inchoatum per defunctum,& tunc aut ipſe non perficit, & in hoc etiam de leui culpa tenetur, vt not.per glo.in l.cum oſtendimus.de fideiu. tuto.aut perficit,ſed in eo culpabiliter aliquid commiſit, & tunc non tenetur,quia hæres ſocij.qui explicat inchoata per defunctum,ſolum de dolo tenetur. l.hæres ſocij. ff. pro ſoc.facit quod no.in l. curatoris.C.de neg.geſt.ſecundum do.Diony.de Peruſio in d.l. hæres ſocij.hæres enim ſocij cum inchoata per defunctũ expedit,tenetur præſtare bonam fidem.l.nemo.ff.pro ſo.idem vt dolus malus abſit.l.ſi cum fundum.in prin. ff. de contrah.emp.vbi tex.ponit differentiã inter bonam fidem & diligẽtiam, vt patet ibi.non ſolum bonam fidem ſed etiam diligentiam præſtare debere idem,vt non ſolum a te dolus malus abſit,ſed etiam culpa.

3 † Secundò quæro, ſocius in ſocietate negligenter ſe geſſit in quibuſdam,adeo q̃ quædam in ſocietate ex negligentia eius perierunt,& in quibuſdam induſtria ſua ſocietas aucta eſt,an compendium cum negligentia compenſetur. Reſpondeo non, vt Marcellus lib.6.digeſtorum.ſcribit.l.non ob eam.& l.& ideo.ff. pro ſo. Induſtria enim & diligentia habita per vnum ex ſociis non compenſatur cum damno culpabiliter contingente; quia de natura ſocietatis eſt,q̃ diligentia adhibeatur, & culpa puniatur:vt d.§.venit. & l.ſocius ſocio. ſecus ſi damnũ caſu emergat. l.ſi negocia.ff.de nego.geſt.ſecundum Bal.ibi, & idem in inſtitutore appoſito ab vno ex ſociis.l.idemq;.in prin.ff.pro ſo.quia q̃ negligentia perijſſet non compenſatur cum commodo, quod per inſtitutorẽ ſocietati acceſſit.l.de illo §.idẽ quæritur.ff.p̃ ſo.

SVMMARIVM.

1 *Damnum ſi contingat aliquod,antequam res in ſocietate poneretur, periculum eſt domini.*
Quid ſi damnum contingat poſt ſocietatem contractam, cuius ſit periculum.
Socio donata,qui ob ſocietatem profectus erat, an communicari debeant.
Ambaſiatoribus ſi quid donatum ſit,an eorum,vel mittentium ſint.
Cauſa remota cauſæ impulſiuæ & non finali equiparatur.
Socius ſi derobatus fuerit,an a ſocietate recuperet.
2 *Socio an imputetur ſi re communi ad vſum deſtinatum vtitur, & abſque eius culpa pereat.*
3 *Frater vnus ſi emit gabellam & promittit non contrauenire, ſi alter frater venit contra, quis in culpam incidat.*
4 *Societas ſi contracta ſit inter dominum & paſtorem, qui animalia in ſocidam retinebat, ſi animalia in paſcuis vel ſtabulis an ferantur, cuius ſit periculum.*
Tutor ſi deponit pecuniam pupilli apud campſorem,qui aufugit,cuius ſit periculum.
Lupus ſi occidit equum in paſcuis, cuius ſit periculum.
5 *Socius qui cauſa fraudandi gabellas non fecit iter ſolitum,portando res ſocietatis, cuius ſit periculum.*
6 *Socius,ſi metu hoſtium vel impetu maris non ſeruat locum nauigij vel itineris, nunquid puniatur.*
Quid ſi fecit cauſa iuris ſui conſeruandi ob illicitum vectigal.
7 *Socij periculum ſi ob eius culpam res ſocietatis ſequeſtrata eſt.*
8 *Socius ſi fuit captus,& pro redemptione ſuæ perſonæ aliquid ſoluit,an de ſocietate deducere debeat.& nu.9.*
10 *Socius an generaliter ad damna tenetur.*
11 *Dominus ſi paſtori dat vaccas paſcendas,& gubernandas, fructus vaccarum erunt communes, ſed vaccę domini remanent.*
Animalia in ſocidam data an ſint communia,& quomodo.
12 *Societas ſi contracta eſt vſque ad certum tempus, in qua vnus poſuit operam & alter pecuniam,& pecunia perijt ante tempus ſocietatis finitæ, an iterum ponere teneatur.*
13 *Societas ſi inter mercatores diſtrahatur,& vni aſſignetur mercantia vnius loci & alteri alterius loci,quomodo vnus alterum indemnem cõſeruabit.*
14 *Socius allegans damnum caſu fortuito datum eſſe,quis hoc probabit.*
Caſus fortuitus quomodo probetur.
Perditio rei quomodo probetur.
Mors naturalis ſine culpa eſſe præſumitur,ſecus in alia.
15 *Veſtes ſi in ſtatione ſutoris effractis hoſtiis per latrones derobatę ſint,an ſutor teneatur,& quid ſi furatus ſit ſine effractione hoſtij.*
Effractores nocturni quomodo puniantur.
16 *Caſu fortuito derobatus an debeat probare, quòd caſus ſui culpa non euenit.*
17 *Damnum datum per vnum ex ſocijs in ſocietate an compenſetur cum lucro, in quo ſocietas aucta eſt.*
18 *Socij duo ſi domum conduxerunt, & ambo ſe obligarunt ad eam reſtituendam,in qua vnus habitauit,& incendio conſumpta eſt, an alter teneatur.*
19 *Domus vicini ſi eſt combuſta ob ignem, vel ob incendium domus meæ ex modica cuſtodia, vel eſt diruta pro ſalute totius viciniæ, quis ad damnum teneatur.*
Et quando incendium dicatur cum culpa, vel ſine culpa.
20 *Animalia ſi in ſoccidam data ſint, & conſuetudo ſit, quòd in fine quinquennij diuidantur & fœtus & fructus eorum ſi naturaliter pereant, nunquid ruſticus mihi tenetur ad aliquid,& quid ſi caſu fortuito pereant.*
Extimatio quando emptionem non faciat.
Mors naturalis,& caſus fortuiti qui dicantur.
21 *Ruſticus qui promiſit dare dimidiam fructuum animalium an impenſam deducat.*
Contractus ſoccidæ ad hæredem tranſit,ſed non ſocietas.
Animalia ſi caſu fortuito pereant,an & quando paſtor teneatur.
22 *Vacca ſi in ſoccidam data fuit & moritur,remanente vitulo ſocietas in vitulo durat.*
23 *Fratres ſi fundos communes diuiſerunt,& pars vnius euicta fuit, an euictionis periculum commune ſit.*
24 *Socius ſi ex vſura,vel furto,vel maleficio lucratus eſt, & damnatur, cuius ſit periculum,an proprium, vel commune.*
Socius ſi ob proprium maleficium ſoluit condemnationem, illud in ſocietate non imputat.
25 *Filius ſi viuo patre res patris dilapidauit, conſumpſit, & luſit mortuo patre filijs ęqualiter inſtitutis nunquid fratres poſſint eum compellere, vt tanto minus accipiat,vel in partem ſuam imputet.*
26 *Socij duo ſi habent domum communem,& vnus committit delictum,ob quod domus deſtrui debet,an tota domus deſtrui debet,ſi delinquens habet partem inferiorem domus.*
27 *Frater qui viuit in caſtra,& captus fuit,& talia ſibi impoſita fuit, pro cuius redemptione fratres fundum communem pignorarunt ſub vſuris, an in diuiſionibus in partem ſuam imputare debeat.*
28 *Vecturalis ferens pannos cuidam mercatori derobatus fuit in itinere, an teneatur ob moram vnius vel duorum dierum, in quibus iter facere debebat & non fecit.*
Vecturalis an in diebus feſtis itinerare teneatur.
29 *Socius vnius molendini ſi vẽdidit partem fructuum alteri cum pacto, quòd emptor teneatur omnibus ſuis ſumptibus manutenere cluſam & dictum molendinum,ſi diluuium inſolitum fuit,quod molendinum deſtruxit, an emptor ad aliquid teneatur.*
30 *Mercator ſi ſequeſtrari fecit res alterius mercatoris, quæ ſunt damnificatæ:quia vendi non potuerunt,demum reuocatur ſequeſtrum per iudicem, qui de damnis,& intereſſe nullam fecit mẽtionem, an demum dicta dãna, & intereſſe peti poſſint.*
31 *Cambij artem facere deliberans in mittendo pecuniam vltra mare, & timens maris periculum emancipauit filium,& donauit omnia bona, deinde incepit facere mercantiam & omnia in mari perdidit, quomodo ſubueniatur illis, qui eum ex cambio obligatum habent.*

32 Campſor

Source : BIU Cujas

32 *Campſor qui tenebat tapetum cambij, qui etiam erat mercator, rupit, & fugit, veniunt deponentes & petunt depoſita, veniunt vendentes & petunt pannos aut pretia, veniunt chirographarij, & ſe præferri petunt, veniũt vxores, & nurus pro dotibus, veniunt quidam pro vſuris extortis, vel furtis, quo ordine, & quibus ſatisfaciendum ſit.*

33 *Cambium ſi contraxi Piſis cum quodam mercatore hoc modo, quòd ipſe faceret mihi literas cambij ad quendam alium mercatorem Venetijs, in quibus continebatur, quòd ſolueret mihi, & ſuper ſe hoc cambium recuperet, quas literas illi mercatori Venetiarum detuli, qui eas acceptauit, & antequam mihi ſolueret, aufugit, cuius ſit periculum.*

34 *Conductor domus quando, & quibus caſibus a locatore expelli poſſit.*

35 *Conductor molendini in loco periculoſo Tiberi quod vi fluminis deſtructum eſt, an penſionem ſoluere teneatur.*

36 *Conductor molendini deſtructi cum pacto, quòd ipſum reaptet, ſi reaptauit, & iterum deſtructum eſt, vnde fructus percipi nequeunt, an remiſſionem mercedis habere debeat.*

37 *Impeditus vno tempore caſu fortuito an per aliud tempus reſtaurari debeat.*

38 *Periculum ruinæ operis conducti per plures fabros, cui cedat, & cuius expenſis refici debeat.*

Conducens dietim aliquod opus, ſi opus vitioſum faciat, quare non teneatur.

39 *Creditor ſi debitori ſcripſit, vt mitteret pecunias cum ſua ſalueza & ipſius creditoris, ſi debitor fide digno dedit pecunias creditori portandas, quas tamen non ſoluit, an debitor ſit liberatus.*

40 *Conductor apotecæ, ad quam non poterat intrari niſi per oſtium apotecæ, vel niſi per domum locatoris, accidit, quòd portellum domus ipſius locatoris coniunctæ ipſi apotecæ de nocte apertum remanſit, vnde fur intrauit, & ad dictam apotecam accedit, & furatus eſt, an dictus conductor poſſit cõtra locatorem agere, & ad quid, & quomodo formandus ſit libellus.*

41 *Fideiuſſor quantitatis an teneatur ad alia debita quàm occaſione dictæ quãtitatis.*

42 *Societas ſi ſit coita, in qua vnus ponit pecuniam, & alter operam, ſi ſors eſt deperdita, vel diminuta, an damnum ſit commune.*

Textus prævalet gloſe, vbi eſt caſus legis.

43 *Domus vna ſi ob incendium diruitur, qui contribuere teneantur.*

44 *Paries communis altiari, & obſcurare lumina propriæ domus vicini habentis communionem in dicto pariete an poſſit.*

45 *Vicini duo habentes areas vel hortos contiguos ſi parietem in medio fecerũt, & propter clauſuram alter vicinus vult ędificare ex latere ſuo ſuper pariete communi, ob quod deterior fit area vel hortus vicini, ſed ab vno latere remanet ſol, ventus, & aer, an hoc fieri poſſit.*

46 *Socius vnus ſi ponit pecuniam, alter verò ſolum operam, vel operam, & minorem pecuniam, & ponens operam eundo pro mercibus ad locum deſtinatum a ſocietate interfectus eſt, an hæredes alteri, qui totam pecuniam vel maiorem partem contulit, ad aliquid teneantur.*

47 *Accipiens res ab aliquo extra ciuitatem portandas an teneatur, ſi res ſint deperditæ: quia non accepit bulletam.*

48 *Merces aliquæ vel res ſi principi datæ ſunt per aliquos, vt aliæ merces ſint ſaluæ, an domini mercium contribuere teneantur.*

49 *Mutuans pecuniã alicui cum qua emit merces, quæ extant, ſi ipſe decoquat, an alij creditoribus præferatur.*

Res empta ex pecunia mea an ſit mihi tacitè obligata.

In re empta ex pecunia mea an habeam inter alios creditores priuilegium exigendi.

CIrca octauam partem principalem de damno, qđ contingit in ſocietate vel vni ex ſociis, an debeat communiter imputari, aut ante ſocietatem contractam contingit damnum, aut poſt.

1 † Si ante, periculum eſt eius, cuius erat res, quæ perijt, exemplum, cum tu haberes tres equos, & ego vnum, ſocietatem coiuimus, vt accepto equo meo quadrigam venderes, & ex pretio mihi quartam redderes. ſi igitur equus ante venditionem mortuus eſt mihi perijt: quia ante cõtractam ſocietatem perijt, nam non fuit ſocietas contracta quadrigę habendæ, ſed vendendæ. l. ſi id quod in ſocietate. in prin. vbi caſus. ff. pro ſo. Si verò poſt contractam ſocietatem res perijt, & tũc aut ante collationem, aut poſt. Si ante collationem, ei perijt, cuius res eſt. exemplum contraximus ſocietatem ad mercem emendam, dum ergo deſtinabam pecuniam meam ponendam collationi, perijt forſitan in itinere ante collationem; vt d. l. ſi id quod. §. item Celſus tractat. Ex quo no. quòd non ſufficit deſtinatio, vt tranſeat periculum in alium. Si vero periit poſt collationem, tunc perijt ſocietati: vt d. §. item Celſus. Pro cuius tamen declaratione eſt aduertendum circa damna quæ obueniunt contracta ſocietate, aut obueniunt contracta alia ſocietate, quam omnium bonorum, aut contracta ſocietate omnium bonorum. Primo caſu, aut damna veniunt ſine culpa ſocii, aut cum culpa, ſi ſine culpa, quædam reſpiciunt, & concernunt id, quod in ſocietate ponitur conuertendum ad negotiationem, propter quam ſocietas contracta eſt, & tunc perijt vtrique ſociorum: vt d. §. item Celſus. vbi caſus. Quædam reſpiciunt empta ex pecunia ad negotiationem deputata & idem; quia periculum eſt commune. l. ſed nec ęs alienum. & l. ſed & ſi adijciatur. ff. pro ſo. Quædam reſpiciunt vtilitatem & damnum prouenientia ex negotiatione, patet exemplum cum empta ex pecunia deputata ad ſocietatem vendunt aut maiori pretio aut minori quàm empta ſint & hoc vterque ſociorum percipiat equaliter. l. coiri. ff. pro ſoc. vbi caſus. Quædam reſpiciunt quædam extrinſeca obuenientia cauſa ſeu occaſione illius ſocietatis, & tunc aut ſocietas eſt cauſa remota & immediata damni, aut mediata, primo caſu, quando ſocietas eſt cauſa mediata damni, damnum eſt eius, cui obuenit, exemplum ſi dum furem propter ſocietatem abſens, quidam meus conſanguineus inſtituit quendam extraneum hæredem, & non me, & dictum extraneum non inſtituiſſet, ſi fuiſſe præſens, aut legatum propter meam abſentiam deſijt mihi relinquere, vel meum patrimonium negligentius adminiſtrauit, vel ipſi quædam ſub modo donata fuerant, quam donationem donans reuocauit ex eo: quia donatarius propter dictam abſentiã donanti promiſſa non ſeruauit. l. 1. C. de do. quæ ſub modo. l. fi. C. de reuo. do. c. verum. de condi. ap. nam ſocietas non fuit immediata cauſa damni, ſed mediata: quia ſocietas fuit cauſa, quare ſocius fuit abſens, & abſentia fuit cauſa immediata damni, & ſic non fuit cauſa immediata damni ſocietas, ſed abſentia. ideo damnum eſt meum. l. ſocium qui in eo. §. ſocius cum reſiſtere. ff. pro ſoc. & idem in lucro, quod mihi contingit occaſione ſocietatis, tamen ſocietas, non fuit cauſa proxima & immediata, ſed remota & mediata, exemplum, acceſſi ad quendam dominum, & cum contractaremus de factis ſocietatis cum dicto domino, intantum placui ei, ꝙ donauit mihi quoddam fortilitiũ; nam hoc ipſe fecit mea contemplatione tantum, & non contẽplatione ſocietatis, licèt ſi ſocietas non fuiſſet, ego non acceſſiſſe ad dictum dominum, & ſic non habuiſſem fortilitiũ; nã ſimiliter lucrum non eſt communicandum, ſicuti nec damnum: vt d. §. ſocius ſi reſiſterem. Sed ſi contemplatione ſocietatis dediſſet mihi fortilitium; tunc communicatur ſocijs, vt vult glo. magna in l. ſecundum Iulianum. pro ſoc. quod facit ad ambaſiatores, quibus fuit aliquid donatum, cui quæratur, an dictis ambaſiatoribus, vel eos deſtinantibus. Nam in hoc debet conſiderari qualitas doni; quia ſi donum fuit tale, quod pertinebat ad illum qui eos deſtinabat, tunc quęreretur eos deſtinantibus, ſecus ſi dicta dona conueniunt ambaſiatoribus; quia tunc licet illa legatio fuerit occaſio, tamen fuit mediata occaſiõ, de quo vide. ff. de procu. l. qui proprio. §. procurator vt in certis, & per Cy. in l. fi. C. de fur. & ex his apparet, ꝙ cauſa remota ęquiparatur cauſæ impulſiuæ non cauſæ fi. facit. ff. rerum amota. l. ſi mulier. ſecundum Bal. in d. §. ſocius. Secundo caſu, quando ſocietas eſt cauſa immediata damni vt quando damnum ex ſocietate, vel ex negocio eius factum eſt. Exemplum ſi ſocius cum reſiſteret communibus ſeruis venalibus ad fugam prorumpentibus vulneratus fuerit: expenſam. n. quam in curando ſe fecerit pro ſocio actione conſequitur: vt d. §. ſocius. iuncta d. l. ſecundum Iulianũ. ſecundum Ia. Butr. ibi in gl. fi. Vel cum quidam ex ſocijs ad merces comparandas profectus in latronem inciderit, ſuamque pecuniam perdiderit, ſerui eius vulnerati ſunt, reſque proprias perdiderit, dicit Iulianus iuriſconſultus damnum eſſe commune. Ideoq; actione pro ſo. damni partem dimidiam agnoſcere debere tam pecuniæ quàm rerum certarum, quas ſecum non tuliſſet ſocius niſi ad merces communi nomine comparandas proficiſceretur. Sed & ſi quid in medicos impẽſum eſt pro parte ſocium agnoſcere debere rectiſſime Iulianus probat, proinde & ſi naufragio quid perierit: cum aliàs merces quam naui ſolerent aduehi, damnum ambo ſentient: vt d. §. quidam ſagariam, vbi caſus, ꝙ intellige verum, ſi portauit res neceſſarias pro expeditione negociationis, quia tunc ſi fuit derobatus damnum debet eſſe commune, ſecus ſi non neceſſarias, puta cauſa dilectionis, vel honoris. vt patet in d. §. quidam ſagariam. ibi quas ſecum nõ tuliſſet ſocius, niſi ad merces communi nomine proficiſceretur emendas, ſecundum Ia. Butr. ibi & Bar. in ſimili in ambaſiatore derobato in itinere in l. ſi ſeruus cõis. §. quod vero. ff. de fur. quia non debet ei tale damnum emendari, cum ſit quid ei imputeꝫ ſm eum. Quædam reſpiciũt ea, quæ alterũ ex ſocijs contingunt ob cauſam, quæ ſocietatem non cõcernat, ſed ſunt abſtracta & ſeparata ab ipſa ſocietate, & tunc damnum non pertinet cõiter ad vtrunque ſociorum, ſed ad eum ſolum, cuius cauſa, ſeu occaſione damnũ euenit, caſus eſt in l. nec ęs alienum. & in l. omne ęs alienũ. ff. pro ſo. & in d. l. ſi nõ fuerint. §. cũ duo. & ideo tex. in l. pro ſoc. arbiter. ff. pro ſo. dicit, ſocios cõtribuere in eo damno, quod ex illa ſocietate dependet. Secundo caſu, quando ſunt ſocij omniũ bonorũ, tunc damnũ cõe eſſe debet, niſi ex proprio maleficio ꝓtigerit. d. l. cũ duob. §. per ꝓriũ. & l. adeo. §. qđ in alea. ff. pro ſo. ꝙ qualiter intelligaꝫ vide in 5. mẽbro principali in tertio quæſito. Si autem culpa ſocii acciderit damnũ ſiue latiori, ſiue lata ſiue leui, ſiue fraude, vel dolo, damnũ ipſius eſſe debet, ꝙ culpã, fraudẽ, vel dolũ ꝓmiſit, vt d. l. cum duobus. §. ſi in coeunda. & §. damna. & §. quidã ſagariam. in fi. & d. §. per ꝓrium. d. l. cũ duob. & l. de illo. §. fi. ff. pro ſo. & l. non ob eam rẽ, & l. & adeo. ff. pro ſo. Nam ſocius teneꝫ de fraude, dolo, latiori, lata, & leui culpa, licet nõ teneaꝫ de leuiſſima, & caſu fortuito, vt ſ. ꝓxima parte principali dictum eſt, & ideo ſocio imputatur, qui ſeruũ per

Source : BIU Cujas

loca periculosa misit, & is perijt, vel nauē aduerso tempore nauigatum misit,si ea naufragio perempta est.ff.de rei ven.l.q peti torio,& est aduersum tempus ab Octobri vsque ad Aprilem secundum glo.ibi.C.de naufra.l.3.in fi. Aut in minus idonea naui merces imposuerit. Aut sine gubernatore nauem in flumē misit. Aut inuito socio. Aut longum fecit iter,cum propinquius facere poterat.l.item quæritur.§.j.ff.loca. vel onerauit mulū, vel equum nimio onere,vel nimio itinere.ff.commo.l.fi.& ff.loca. l.qui insulam.§.qui mulas, vel seruum a vulnere curari non fecit.ff.ad l.Aquil.l.qui occidit. §. fin. ff de ędil.edic.l.q̄ si nolit.§. culpæ.& ff.sol.mat.l.si ab hostibus. §. si vir.aut aggreditur negocium insolitum. Est enim quædam culpa insolita aggredi.ff.de neg.gest.l.si negocia absentis.secundum Bald. in d. l.si patruus. C.communia vtriusque iudi.

2 † Primò quæro, socius vtitur re communi ad eum vsum ad quem deputata est res, hoc casu si res perijt absque culpa, non imputatur socio.l.communis seruus. la secūda, communi diui. ff.de act.emp.l.penul.

3 † Secundò quæro,duo sunt fratres omnium bonorum socij. Vnus emit quandam gabellam a communi, & promittit certā pęnam.Alter fratrum venit contra illum contractum. An per hoc incidat in pœnam? Respondeo non: quia ille, qui contrauenit,non incidit in pœnam; quia non est obligatus. ff. pro so. l.iure societatis,& quod no.per Spec.in ti.de iud.§. sequitur.ver. quòd si duo fratres. Sed alter, qui est obligatus, non incidit in pœnam;quia non contrauenit,vt no.ff.de alie. iud.l.3.§.opus secundum Bald.in addi.quam fecit ad tractatum Bart. de duobus fratribus,in quadam alia additione dicit,quòd alter qui est obligatus incidit in pœnā; quia est in culpa.pro quo facit.l.& q̄q̄d. in fi.cum l.seq.ff.pro socio.

4 † Tertiò quæro erat contracta societas inter dominū & pastorem,qui retinebat animalia in soccitam, quæ postea auferūtur per gentes armigeras.Aut furto in pascuis,vel in stabulis violenter,an sit periculum pastoris,cui perierunt animalia? Respōdeo, si communiter omnes de contrata retinebant dicto tempore animalia ibi,vel pascebant,nulla culpa potest imputari pastori:& ideo periculum est commune domini & pastoris. Non enim intelligitur culpabilis ille,qui fecit,quod cōsuetum est fieri,vel qui facit,quod maior pars hominum facit. C.de pign.act. l pignus.& ideo non est in culpa, qui reponit res in horreo, in quo solebant alii publicè reponere.facit.ff.de ędil.edic.l.quid sit fugitiuus.§.apud Labeonem.& ff. ad macedo. l.3. & per hoc dicas q̄ tutor, qui deponit pecuniam apud campsorē, cuius fides approbata erat publicè, & apud eius tabulam omnes confluebant cōiter ad pecuniam deponendam, periculum non ptinet ad tutorem,sed ad pupillum,ex quo tutor in nulla culpa fuit,& idem in retinente pannos in fundico.Verba sunt Ang.in d.l.pignus.Si verò illi de contrata cōiter non retinebant, periculum est solum detinentis,vel pascentis.l.cum duobus. §. damna. fm eum per d.l.pignus.& vide de animalibus relictis in pascuo, per glo.in l.si negocia.ff.de neg.gest.& per Cy.in l.nemo. C. de epis. & cle.& ideo dicit Bal.in l.nemo.in fi.C.de epis. aud.de equo dimisso in pascuis,quem lupus occidit,vtrum teneatur ille q̄ cum dimisit dño equi.Veritas est, q̄ aut erat consuetudo vnius, id est dñi dimittere equum in pascuis,& non excusatur dimittēs, aut erat gñalis consuetudo ꝯtę, & tunc excusatur dimittens,ita addit Cyn.in d.l.nemo.in addi.Istud est verum fm Bal. ibi,nisi ratione nouæ causę debuisset adhiberi maior diligētia,siue custodia q̄ solita;quia tūc est imputandum dimittenti, vt puta si lupi nunc vadunt per contratam, qui non sunt soliti ire, quia noua causa,nouam desiderat custodiam, & diligentiam ampliorē secundum ipsum Bald.in d.l.nemo.

5 † Quartò quæro, qd si socius, qui salmas societatis portabat causa fraudandi vectigal, vel passagium, non fecit iter consuetum? Dic q̄ periculū est suum,ar. eius quod in simili dixit Bart. de vecturali in l.cum proponas.C.de nautico fę.& hoc apparet eo ipso,q̄ non tendit per stratam publicam passagij,sed diuertit ab ea,text est notabilis in d.l cum proponas. ibi dum dicit, nec loco nauigij seruato,secundùm Bald.ibi.

6 † Quinto quæro,quid si quis socius metu hostium,vel impetu maris non seruat locum nauigii vel itineris, nunquid puniatur? Dic q̄ non,qa cessat ratio de iu.ciui.quæ signatur in d.l.cum proponas.ad hoc.ff.si qs cau.l.2.§.si quis tū.ibi, nisi angustię &c. ff.de publicanis. l.Cesar. ff. de lib. cā.l.immo.fm Bal.in d.l.cum ꝓponas. qui idē dicit si fecit cā iuris sui ꝯseruādi: vt qa vectigal erat illicitū,qd fraudare nō est pcūm, nā cessat rō. d.l.cū proponas.q̄ dicit p̄cipiti auaritia. Ista enim non est auaritia, sed consilium:qa nemo tenetur iactare suum.ff.de proba.l.cum de indebito, & ideo si rex imposuit vnū grossum pro salma passagerij de facto accipiunt duos, licitum est quocunq; ingenio fugere manus corū;quia prædones sunt secundùm Bald. quod intelligo verum,nisi iter, quod ille socius fecit, esset periculosum: nā in culpa est, qui transit per loca periculosa. ff. loc.l.item quæritur. §. j. & ff. de rei vendi. l. qui petitorio. † Sextò quæro, dum
7 socius res societatis deferebat mora sibi fuit controuersia cupa sua;quia forsitan erat in mora soluendi, & sequestrum in rebus societatis fuit factum,cuius est periculum, siue detrimentū ipsarum rerum. Dic q̄ sic, si propter sui culpam fuit factum sequestrum l.videamus. §.qui vinum.ff.locati.

8 † Septimò quæro,vnus ex socijs fuit captus,aliquid soluit pro redemptione personæ suæ. An debeat de societate deducere. Respondeo,aut est contracta societas certæ negociationis,pro exercendo quod ad illam societatem pertinebat, casu quidem fortuito,& inopinato captus est, tunc illud imputatur societati, aliàs non,vt d.§.quidam sagariam.d.l.cum duobus.Sed si essent socij omnium bonorum tunc damnum est commune,nisi propter maleficium sit damnatus,vt d.l.cum duobus. §.fi. cum seq.

9 † Octauò quæro,vnus posuit in societate operam,alius pecuniam,post multa tempora veniunt ad diuisionem,& non inuenitur nisi solum capitale saluum illius,qui posuit pecuniam,vel ipsum capitale etiam est diminutum, an debeat diuidi inter socios,vide quod dixi supra in 4.membro prin.

10 † Nonò quæro, an generaliter quis teneatur ad damna. Respondeo, quoddam est damnum intrinsecum, vt quia merces in societate positæ perierunt, vel pecunia à latronibus est ablata.& de istis damnis dictum est supra.Quædam sunt damna extrinseca:vt quia socii cōtraxerunt multa debita, adeo q̄ de corpore societatis non possunt solui,& tunc dico,quòd damnum talium obligationum debitorum est commune,& si vnus totum soluit,recuperat ab alio pro rata.l.omne ęs alienum. cum se.ff.pro so.& si vnus est carceratus,sumptus de communi solui debent.d.§.quidam sagariam & d.§.damna.

11 † Decimò quæro,dedi alicui vaccas pascendas,& gubernandas, fructus vaccarum erunt communes, sed ipsæ vaccæ remanent meę.Sicut si do agrum meum ad laborandum, in fructib. laborator,& ego sumus socij,sed ager remanet meus:vt est tex. in d.l.cum duobus.§.si in coeunda,qui alibi non reperitur secūdum Iaco.de Aret.l.1.C.pro soc.& Bal.in d.§.si in coeunda. Qd̄ facit ad quæstionem soccitæ ouium,q̄ fętus,lana,& lac & huius modi similia sunt cōia,sed nō oues ī soccitā datæ, & qd̄ dico,q̄ oues in soccitā datæ,non sunt cōes,intelligit hoc mō, videlicet q̄ capitale meū non est cōe,sed melioramentū & deterioramē tum est commune.v.g.Dedi agnos in soccitam, nam quatenus tunc valebant tāquam capitale meum, ante omnia detraham. Illud aūt,quod crescit,puta qa agni sunt facti castrones,vel porcelli fiunt porci tractu temporis illud diuiditur tanquam inter socios,& si dedi equam in soccitam,& tractu temporis casu deteriorata est extimatio facta inter eos, pro medietate periculū deteriorationis pertinet ad me, pro alia medietate pertinet ad te,vt dicto.§. damna. nam hæc est natura societatis,quæ natura tanquam quoddam intrinsecum omnibus contractibus inest, quia natura nihil est aliud, quàm quædam dispositio, quam lex vel consuetudo statuit super contractu.ff.de pac.l.si vnus. §. pactus.ver.quod in specie dotis,secundum Bal.in l.1.C.pro soc.

12 † Vndecimò quæro, contraximus societatem tu & ego duraturam quinquennio hoc pacto, quòd ego ponam mille, & tu operas.vel quòd ego ponam merces valentes mille, & tu operam deinde casu fortuito ante quinquennium perierunt, nunquid ego cogar iterato ponere? gl.in d.l.1. dicit quòd non; quia finita est societas. Item quia videtur actum solum de ponendo semel non pluries.ff.pro so.l.socius pro filia. ver.nec si prior secundum Bal.in d.l.1.de quo vide.supra in 4.parte prin.vbi latè.

13 † Duodecimò quæro,duo mercatores socij distrahunt societatem inter se,& vni assignantur mercantiæ, quæ sunt Venetijs, alteri assignantur mercantiæ,quæ sunt Perusij cum emolumentis & oneribus: quæritur, quomodo vnus conseruabit alterum indemnem. Certum est enim quando ambo exercent insolidum eundem actum, vnus videtur institor alterius, & sic quilibet est insolidum obligatus,vt no.Cyn.C.si cert.pet.l.cum te in Galliam.secundum Ia.de Are.& Pet.respondeo,si vnus institor est obligatus & condemnatus,conseruabitur indemnis per solutionem.Si non est condemnatus per cautionem. l. si so cij sumus,& l.omne ęs alienum.in fi. ff. pro soc. & addit Cy in l.certum.C.fa.er.q̄ si non est obligatus, tamen est condemnatus per instrumentum guarantigiæ, quod ex forma statuti habet vim sententiæ,quòd habetur pro condemnato, & debet conseruari indemnis soluendo non cauendo,quod est notabi. & idem dico,si est obligatus per scripturam libri mercatoris,quæ scriptura habet paratam executionem ex forma statuti.Nam pro condemnato habetur omnis ille, contra quem parata est executio, secundum Bal.in d.l.certum.quod tene menti.

14 † Decimoterciò quæro, quidam socius allegat damnum esse datum casu fortuito,quis habet probare? Respondeo ille qui allegat casum perditionis,debet eum probare manifestissimis rationibus.l.creditor.C.de pigno.act.C.de test.l.publicati.C.de testi l.testium.in fin.C.de fi.instru l.sicut iniquum. & eodem modo ille,qui allegat casum fortuitum,& ita intelligitur.l. 2. C. de nauf.li.11.ff.si quis cau.l.2.§.si quis cū possit,& ibi per Gui de Cu. & ff.de exc.tu.l.scire oportet.§.sufficit.vbi litera dicit,casum ꝓbari p̄ naturalē iustitiā,quod intellige p̄ duos vel tres testes, fm

Ia.de Are.

Source : BIU Cujas

Iac.de Are. licet quidam dicant per illum text.ꝙ immo ꝓbaꝫ ꝑ iuſm, quod intellige verum, qñ caſus fortuitus eſt excuſatiuus a pœna,ne eam incurrat:quia tunc probatur per proprium iura mentum,ſi dicti caſus fortuiti difficilis eſt probatio.fa.l.nō oēs. §.a barbaris.de re milita.& l.fin.C de fi.inſtr.ſed ſi ille caſus fortuitus poteſt probari faciliter,tunc debet plenè probari. l.3.§.ſi ad diem.& l.qui commeatus. ff.de re mili. ſecundum Ang.in d. l.ſi creditor,& ibi Pau.de Caſt.dicit, ꝙ quidam ſunt caſus, qui manifeſte veniunt,vt incendium,ruina, naufragium, & de iſtis non eſt dubium,quidam qui occultè veniunt, vt eſt furtum, & iſti probantur per cōiecturas,vt ſi probat,ꝙ ſi fuit fractū oſtiū; & hoc apparet per teſtes,& per euidentiam facti; ſed ꝙ res fuerint exportatæ,non apparet,ſtabitur eius iuramento de hoc ſm eum,& vide Spe.in tit.de pig.§.j.ver.& no. ꝙ ſi creditor. & Bart. in l.ſi quis ex argentariis.§.fi.ff.de eden.& vide per Canoni.in c. bonafides.depoſiti.& ibi per do.Nic.Sicul.in gl.ibi.preſumptio ſufficit ad condemnationem, vbi referendo dicta Bart. in d.l.ſi quis ex argentariis.§.fi.dicit,dum quæritur,qualiter probetur ꝓditio rei,quòd quidam ſunt caſus apertiſſimi, vt incēdium, vis, hoſtium incurſus,& tempeſtas,& tunc tenetur aperte probare, quidam ſunt caſus occulti, vt latrocinium de nocte commiſſum,vel derobatio in campis, & tunc probatur habito reſpectu ad qualitatem perſonæ, & temporis & ſimilium, puta inuenit quis oſtium ſuæ ſtationis ruptum & fractum,vbi erāt res depoſitæ,vel ītrauit locum periculoſum equeſter,& exiuit pedeſter, & dicit per latrones ſe fuiſſe derobatum & ſic de ſimilibus, ar. l.non omnes §.a barbaris.ff.de re mili.Nic.Sicu.& in eadem par te vide quæ dicam inf. in q. quæ incipit. Sutor habet res alienas in ſtatione,fuerunt ſibi derobatæ &c.& aduerte; quia mors naturalis præſumitur ſine culpa,ſecus in alia morte. ff.commo.l.ſi vt certo.§.ſi vt certo,quod no.pro animalibus mortuis.

15 † Decimoquartò quæro, ſutor in ſtatione ſua veſtimenta tenebat,latrones nocte fregerunt illam,& inde veſtimenta traxerunt,quæritur,an ille emendare teneatur. Dico ꝙ non:quia furtum quod fit per effractionem maius eſt aliis furtis, & inter caſus fortuitos connumeratur, vnde habet ſpecialem titulum.ff. de effrac.& expil.per quod patet,ꝙ ſpeciale crimen eſt, & quod ſpecialem rubricam recipit,nec fuit contentus furtum & effracturam ponere in tit.generali de furtis, per quod patet ꝙ prætor illud graue reputauit.ſimilis ratio redditur,de nau.cau.ſtab. l.2.§.3.quid autem ſi effractores mihi aliquid rapuerunt?ꝙ ego non teneor,quia inter caſus fortuitos reputatur,lex expreſſa eſt. ff.loc.l.j.ff.de offic. præfe. vigi.l.3.§.effractur̃,& ꝙ ſit grauius & maius quàm furtum arguitur;quia grauius punitur: nam effractores nocturni in perpetuum in metallum damnantur, fures nocturni non in perpetuum.C.de effra.l.fin.ff.de effrac.& expil. l.j.vnde in nullo iudicio bonę fidei caſus fortuiti præſtantur.C. de pig. act. l.quæ fortuitis.ff.de ac. emp.l.ſi ea res.Sed poſito ſine præiudicio, ꝙ iſte ſutor ſimpliciter furtum & abſque fractura paſſus fuerit, adhuc excuſabitur: nam dimiſit res iſtas in ſtatione ſicut omnes alii ſutores, ergo eſt ſine culpa.C.de pig.act.l.pignus.ff.de ędil.edi.l.quid ſit fugitiuus.§.apud Labeonem. inſtit. ad l.Aquil.§.j.In culpa enim eſſet,ſi non cuſtodiſſet horrea,quę cuſtodiri ſolent,ergo in culpa non fuit. ff. commo.l.non ſolēt, & ille qui dedit pannos ſuos ſciebat ſtationē qualis erat & qūo fortis,quare ergo ſi ſciebat ſtationem malam dabat ſibi pānos? Eſt enim imputandum ſibi, qui dedit. ff. commo.l.fi.nec enim tenetur qui rem vicioſam ſcienti vendidit. ergo non tenetur ſcienti,nec eſt imputandum iſti,qui accepit,qui fecit, quod alij faciunt,nec potuit mala cuſtodia ſibi facere damnum, vt imputetur ſibi inertia.ff.commo.l.ad eos.plus dico, ꝙ furtum poteſt ſine culpa fieri,quo caſu qui per furtum perdidit,ſine culpa perdidit,ar.ff.de fur.l.eum,qui.maxime quia perdidit res ſuas, art.ff. depo.l.quod Nerua.§.fi.& ff.de contrahen. emp.l. quod ſepe.§. ſi res. licet ergo pars altera dicat, ꝙ culpabilis fuerit, probetur culpa.ff.de adminiſtratio. tutorum. l.chirographis. ff.ad ſille.l.j. §.fi.probetur ergo, ꝙ iſta eſt ſtatio conſueta, & ꝙ in ea publice conſueuerunt homines ponere veſtimenta, & ꝙ inter alias ſtationes iſta bona eſt,& bona & fida reputatur,& ꝙ ipſe ſutor perdidit etiam res ſuas & alienas,& ꝙ illo ſero illa veſtimenta poſuerat in ſtatione,ſicut eſt a ſutoribus conſuetum, & ſi detur libellus, petatur ex qua cauſa,quo iure agatur.Martinus de Fano.

16 † Decimoquinto quærò,an qui derobatur per caſum fortuitum,debeat ꝓbare,ꝙ abſque ſui culpa euenit. Dic ꝙ ſi quidem probatur modus caſualis,ꝙ contingenter & veriſimiliter coniunctus eſt cum culpa,vt furtum, quod vt plurimum contingit culpa male cuſtodientis.l.cum duobus.§ damna ff.pro ſoc. Vel incendium,quod vt plurimum contingit culpa male vigilātis. ff.de peri.& comm.rei vend.l.ſi vendita. ff. ad l.Aquil.l ſi ſeruus ſeruum.§. ſi fornacarius. tunc non ſufficit talem caſum probare; quoniam culpa præſumitur præceſſiſſe & infuiſſe caſui, ſm Bal.in d.l.ſi creditor,& ibi ponit, qualiter probetur incendium ſine culpa,& qualiter probetur furtum ſine culpa.

17 † Decimoſextò quæro, per vnius ex ſociis culpam damnum datum eſt in quibuſdam rebus ſocietatis. An compēſetur cum lucro, in quo ſui induſtria ſocietas aucta eſt, vide ſup. proxima parte princip.

18 † Decimoſeptimò quæro,contracta eſt ſocietas inter Titiū, & Seium,locani meam domum habitandam pro certo tempore cuilibet eorum inſolidum,& principaliter,quam domum p. dicti Titius & Seius promiſerunt mihi relaxare liberam & expeditam,& aſſignare mihi eam,modo Titius ſolus habitauit toto iſto tempore iſtam domum,ſed Seius non habitauit, modo domus combuſta eſt,& neſcitur cuius culpa,quęritur,an poſſit agi contra Seium,qui non habitauit:nam cuilibet fuit locata inſolidum,ergo quilibet tenetur ad relaxādum domum, & tenetur conductor rem conductam cuſtodire,& vti ea. C. loca l.ęden. Item ambo dicti ſocii ſe inſolidum obligauerunt ad relaxandum domum, ergo quilibet intelligitur inſolidum promiſiſſe relaxare domū,prout quilibet inſolidum conduxit; quia in p̄ce den.dicta intelliguntur in ſeq.repetita. l. Titia.§.idem reſpōdit. ff.de verb.obl.& l.ſi Titius.de ope.lib.& quilibet conductorum ad diligētiam & cuſtodiam tenetur. l. ſi vt certo.ver. ſed verius. ff.commo.& duo rei poſ.conſtitui,vt ibidem ſequitur, & præſumitur incendium culpa habitantis factum.l.3.ff.de offi. præfec. vigi.niſi clare probetur contrarium, & ſic caſui fortuito nō debet aſcribi. Sed dices, ſi culpa præſumitur in habitante domū, ergo non præſumitur in eo,qui non habitauit. Reſpondeo,præſumitur culpa in non habitante;quia non adhibuit diligētiam, quam debuit,de ſe enim quæri debet, qui parum diligentem ſocium admiſit.ff.pro ſo.l.ſocius.

19 Decimooctauò quæro incidēter,quid ſi mea domus ex modica cuſtodia eſt incenſa,& deinde domus vicini eſt combuſta, an emendanda ſint damna. Reſpondeo incendium quandoq; oritur caſu fortuito abſque culpa aliqua, & tunc non eſt addenda afflictio afflicto,vnde ex tali incendio non obligatur. d.l.cū duobus.§. dāna. & hoc caſu vicinus cuius domus eſt exuſta vel demolita cauſa incendij agere non poteſt.ff. ad l.Aquil.l.ſi quis fumo.§.quod dicitur.ff. quod vi aut clam. l.ſi alius.§.eſt & alia. & ibi expreſſe no.Dixit tamen Iac.But. ꝙ quando pro ſalute totius viciniæ vna domus diruitur,ne ignis omnia ruat,ꝙ contribuendum eſt ad iſtud damnum per omnes vicinos, ſicut cum fit iactus mercium pro ſaluanda naue.l.2.ff.ad l.ro.de iac. & loquitur in diruto non in vſto,& vterque iſtorum verum dicit. Interdum incendium oritur ex culpa,& tunc aut ex culpa certi hoīs,aut incerti,ſi quidem ex culpa certi hoīs, tenetur emēdare damnū cōbuſtionis;quia culpa ēt in re propria p̄cedens caſum in re aliena obligare conſueuit. ff.ad l.Aquil.l.qui occidit.§.in hac.& l.ſi ſeruus ſeruum.§.ſi quis inſulam;quia vnius factū alios non debet periculū trahere,vt l.ea.l.§.ſi fornacarius.ff.ad l. Aql. & ibi no. Si autem certi hominis culpa deprehendi nō poteſt. puta colonus in re conducta non habitat per ſe, nec per familiam,& ſemper abſtinuit ab igne ibi faciendo, domum tñ retinebat ad conſeruandum res ſuas, non tñ hoc caſu eſt poſſibile domo in qua habitat ignem tranſuolare ad aliam domum, patet exemplum. ff. ad l.Aquil. l. ſi quis fumo §.j. & d.§.eſt & alia. Non enim eſt in culpa incendii ille,qui ignem non fecit,nec facere conſueuit:patet etiam exemplum in incendio hoſpicij leonis:quia non apparet,an incendium habuerit culpam ab hoſtibus,vel ab exercitore hoſpitij,vel a famulis eius,ſm Bald. in l. ſi creditor. C. de pig. act. & tunc non tenetur dñs primæ domus exuſtæ;quia certi hominis factum probare oportet.l.licet.§.fi.ff. nau.cau. ſtabu.cum iſta actio ex parte conuenti meram pœnam contineat: probatio enim debet eſſe neceſſariò concludens.l. non hoc.C.vnde cognati.c.in præſentia.de proba. In dubio verò hi præſumuntur ignem feciſſe;quia ſoliti ſunt ibi ignem facere, & ab his debet inquiri veritas de culpa & culpabili ff.locati. l.dominus horreorum. Nunquid autem in dubio præſumatur caſus,vel culpa orto incendio: nam plerunque incendiū, ideſt vt plurimum culpa fit.l.3.ff.de offi.præfec.vigil. ff. de peri.& cōmo.rei ven.l.ſi vendita.poteſt dici, ꝙ ſi non conſtat vllum inditium de eo. qui fecit ignem, & dominus erat conſuetus eſſe vigil,& diligens,ꝙ non teneatur dñs in dubio, arg.ff.de re milit.l. non omnes.§.a barbaris. ff.commo. l argentum. Aliàs ſi erat homo parum circunſpectus,vel conſtat,ꝙ ipſe focum fecerit,teneretur.ff.loca.l.ſi quis fundum. §. ſi colonus. debuit enim eſſe diligens in ſe,& familia ſua.ff.ad l.Aquil.l.ſeruus. §. Proculus. ff. fur.aduer.nau.l.j.extraneorum autem factum non præſtat, nec caſum vēturum, ſi propter vim ventorū ignis plus ſolito arſit, vt d.§.in hac.facit.ff.de incendio rui.nau.l.qui ędes.§.ſi verò.cū ſua materia.C.ad l.Aquil.l.2.inſti.eodem §.capite tertio,& ideo ſi ex qualitate vel quantitate ignis incendium ortum eſt, quod præſumitur per locum ab effectu, & dominus vel inquilinus non adhibuit diligentiam, quam debent adhibere homines ſolliciti, tenetur de iſto damno ratione culpæ. Si autē caſu vel infortunio hoc accidit,non tenetur.In dubio autem ſi conſtat de facto proprio,vel culpa:quia tenebat ibi pueros, qui ſuccenderunt,tenetur,aliàs non,verba ſunt Bal.in conſi. quod incipit, ſi domus propria ex modica cuſtodia eſt incenſa.

20 † Decimononò quæro,dedi aſinam meā in ſocitam in quin-

Source : BIU Cujas

quennium,& eſt conſuetudo,quòd in fi.quinquennij diuidatur aſina,& fętus,vel pecus, & fructus earũ. Interim aſina perijt naturaliter;nunquid ruſticus mihi tenebitur ad aliquid. Dic quòd non: quia eodem modo eſſet peritura a penes me, etiam ſi fuit tradita extimata; quia in contractibus non ordinatis ad dominium ęſtimatio non facit emptionem. d.l.cum duobus.§.dãna. loca.l.3.& hoc per regulam traditam. ff.de contrahen. emp.l.cũ manuſata.§.nemo. Sed qd ſi periit caſu fortuito,cui reſiſti non potuit.tex.dicit in d.§.damna,quòd periculũ eſt cõmune. vnde ſi aſina erat ęſtimata.10.ruſticus tenebitur mihi reficere quinq; nam ſi nihil reficeret,totum damnum meum foret, quod eſt ꝯ illum tex.qui dicit,quòd damnum eſt commune, & ſic aliter iudicamus de caſu fortuito,& aliter de naturali, ſecundum Bald. in l. prima.C.pro ſo.& voco mortem naturalem, quæ ex aeris intemperie,vel epidimia,vel ſi vacca,vel aſina moritur,dum parit,fatalia autem vel caſus fortuiti appellãtur ea, quæ præueniũt diſpoſitionem humanam,ſecundum Bald.in l. prima. C.de fructi.& li.expen.ſed ſi interuenit culpa ruſtici, tenetur emendare totam quantitatem; quia ante tempus diuidendæ ſocietatis tota aſina mea eſt, licet extimata fuerit tradita,vt prædixi.facit. C. de pac.l.ſi paſcenda pecora.Si autẽ poſtquam aſina debuit ęqualiter partiri,interuenit culpa ruſtici, tenetur emendare mihi ſolum dimidiã partem pretij; quia non damnificauit me in plus, ſecundum Bald.in d.l.j.

21 † Vigeſimò quæro,pone ruſticus promiſit mihi dimidiã partem fructuum vaccarum,an deducat expenſas ſumptuum. Reſpondeo non:quia ſimilis eſt partiario colono, de quo tamen latius in 5.par.prin.in 24.q.prin.in ver.bene fateret,quòd ſi colonus,vbi dixi, quòd aliquando dominus reficit medietatem impenſarum, quòd videtur ęquius ratione ęqualitatis ſeruandæ, quando colonus aliàs nimis damnificaretur:tamen cogita. Itẽ inſtar ſocij habet in aliquo:vt d.§.ſi in coeunda.& ff.loc.l.ſi merces.§.vis maior. hæc tamen differentia eſt inter hunc ruſticum & verum ſocium:quia contractus ſoccidæ tranſit ad hæredem, ſed non ſocietas.l.actione.§.morte.ff.pro ſocio.Item ſi moriuntur animalia caſu fortuito, ruſticus non tenetur domino: vt C. de pac.l.ſi paſcenda.ſed in vera ſocietate tenetur ſocius emendare mediam partem damni: quia hæc eſt natura ſocietatis: ut l.j. C.ꝑ ſoc.aut ergo eſt ſimplex cuſtos,& paſtor, aut partiarius paſtor,primo caſu non tenetur de caſu naturaliter,vel accidentaliter cõtingenti,niſi culpa præcedat caſum.l.ſi vt certo. §.nunc videndum.ver.ꝑ verò ſenectute.ff.cũmo.Scđo caſu,qñ eſt partiarius paſtor, & tunc aut partiarius fructuum, ſiue fœtuũ, aut partiarius primorũ capitũ,& ſic ſocius,ſm Bal.ĩ l.j. C.de fru.& li. expen.& eſt effectus:quia eſt ſocius, vt quia pecora ſunt cõmunicata,vel quia conuenit,vt eſſent ſocii,damnum fatale eſt cõmune,vt d.§.ſi in coeũda.ſi autem eſt paſtor partiarius fructuũ ſiue ſętuum: vt quia vacca, vel pecora tradũtur in ſoccitam cũ pacto de fructibus diuidendis,& tunc aut ſunt datæ ęſtimatæ ruſtico,& caſu fortuito perierũt,& eſt commune periculũ. vnde ruſticus tenetur emendare domino medietatem ęſtimationis: vt d.§.damna.ſi autẽ non fuerunt extimatę, nec apparet de animo ſocietatis contrahendæ:& tunc totum periculum eſt domini, & hæc uera,niſi paſtor fuiſſet in culpa:quia tunc totum periculum eſt paſtoris,ſecundum Pet.& Bal.in d.l.ſi paſcenda. non enim eſt contracta ſocietas,niſi reſpectu fructuum,& ſatis eſt,ꝑ ruſticus ponit operam & impenſam,niſi pactum,vel conſuetudo faciat tranſire periculum, in hoc enim ſtandum eſſet conſuetudini:quia quod conſuetudine cauetur pro expreſſo habetur.ff.de ędil.edi.l.quòd ſi nolit.§.qa aſſidua. & ratio quare extimatio facit tranſire periculum,eſt: quia facit tranſire proficuũ, ideſt commodum:nam ſi pecus, vel vacca melioratur in extimatione,medietas melioramenti eſt domini, alia medietas eſt ruſtici,& ita partiuntur,cum diuidunt ſoccitam,ut ſup.patet in 10.q.qui ergo ſperat commodum,nõ debet ſperare incommodum.C.de fur.l.manifeſtiſſimi.§.ſed cum in ſecunda,cũ cõmodum,& incommodum ſit circa idem, ſcilicet circa ipſum principale pecus. Concludo ergo tres caſus, interdum totum periculum eſt paſtoris ratione culpæ, interdum totum domini ratione retenti dominij rei inextimatæ, quæ periit caſu fortuito, interdum eſt commune periculum ratione extimationis,ſecũdum Bal.in d.l.ſi paſcenda.

22 † Vigeſimoprimò quæro, vacca fuit data in ſoccitam, moritur vacca remanente vitulo,an ſocietas duret in vitulo. Dic ꝑ ſic,ſm gl.in l.ſi id quod.in verbo remanere.in fi.ff.pro ſo.

23 † Vigeſimoſecdò quæro,duoũ fratres ſocii habent duos fundos communes,quos diuiſerunt,pars vnius fuit euicta, an periculum euictionis ſit commune. Dic ꝑ periculum euictionis eſt cõe:quia cum diuiſio vicem permutationis obtineat, dicendũ eſt,ꝑ habet locum euictio, ſicut in permutatione. C.de re.per l.j.& eſt hæc quædam permutatio,do vt des, ideo tenetur de euictione ſocius,& ſic periculum euictionis eſt commune. v.g.fundus non euictus valet 10. fundus euictus valet ſimiliter 10. ſed ſi iſta 10. refunderentur ſocio, cui fundus fuit euictus alteri ſocio, nihil remaneret,refundunt ergo quinque,& hoc ſubtili ratione:quia ſolum mediam habet a conſocio,ſm Bal.in l.ſi familiæ.C.fa.ercif.& hoc intelligo verum,ſm Guil.de Cu.in d.l.ſi familiæ,quando fit diuiſio per modum aſſignationis rerum,puta ego & tu habebamus duos fundos cões, diuiſimus, ita ꝑ tu habebas vnum fundum,& ego alium. Iſta diuiſio eſt per modum aſſignationis, & ſic ſi hoc caſu euincatur meus fundus, habeo recurſum contra te pro parte tua;quia videor habere ex ꝑmutatione quadam:quia ego dimiſi tibi partem, quam habebam in tuo,& ideo teneris mihi pro parte,& ſic loquitur. d.l.ſi familiæ, qñ autem fit diuiſio ſingulorũ corporum, vt ſi habeamus fundum cõem,& diuidimus per limites & per medium, & hoc caſu ſi quæras,an debeatur euictio,diſtingue:ꝙa aut euincitur pars mea propter factum tuum, & tunc teneris mihi de euictione, vt pone,ego & tu habebamus hæreditatem communem, diuiſimus hæreditatem,& illorum fundorum,qui ibi erãt, quilibet habuit mediã, certe hoc caſu,ſi euincatur, habeo recurſum de euictione,vt ſi tu ante euictionem obligaſſes fundum, vel medietatem.& ideo ſi propter obligationem euincitur, habeo recurſum contra te.C.communia vtri.iudi.l.ſi fratres.

24 † Vigeſimotertiò ꝙro, vnus ex ſociis ex vſura, furto, vel alio maleficio lucratus eſt,modo damnatur, cuius debeat eſſe periculum an ſuum proprium, vel commune,vt ſup.in 2.q.5. partis prin.vbi clare dixi,quibus adde, ꝙ ſi vnus ſociorum ſoluit condemnationem ob proprium maleficium, illud in ſocietate nõ poteſt imputare,quamuis ſint ſocii omnium bo.& ſic facit,ꝙ ſi vnus fratrum ſoluit condemnationem occaſione proprii maleficii,damnum ſit proprium non cõe quamuis hæreditatẽ patris cum alio fratre habeat cõem,ita dicit Spec.in tit.de iudi. in 4.par.ſpe.ver.ſequitur.§.quid ſi aliter.quod limita verum,niſi lucrum quæſitum ex illo maleficio, ex quo fuit damnatus, fuiſſet ſocio cõicatum.l.ꝙ autẽ ex furto.§.fin ff.pro ſocio.ſiue ſit damnatus a iudice,ſiue iuſſus a ſacerdote; vt quæſitum ex maleficio reſtitueret,ſm Mar.Sil.in l.ꝙ enim. ff. pro ſoc.cum præceptum ſacerdotis mandantis reſtitui damnum ex maleficio datum dicatur ſententia ſm Hoſt.in c.fin.de ſepul.& vide in c.ꝗꝗ.de vſu. in 6.reliqua vide in d.l.2.q.5.partis prin.

25 † Vigeſimoquartò quæro,filius res patris dilapidauit,& conſumpſit, & viuo patre ſubripuit, & luſit, deinde iſte pater mortuus eſt omnibus filiis ęqualiter inſtitutis,fratres dicunt huic, ꝙ ſubripuit,ꝙ tanto minus accipiat,& in parte ſua imputet, nunquid poſſunt eum compellere Videtur ꝙ non: quia damnum datum viuente patre non venit in iſta actione.l.& puto.§.ſed ſi dolo.ff.fa.ercif.Item videtur, ꝙ ei remittere poterat coniũctione perſonarum,arg.ff.de proba.l.Procula.& ideo videtur, ꝙ cũ pater nihil dixerit in teſtamento, ꝙ fratres nihil poſſint petere. C.de inoffi.teſt.l.omnimodo.& C.de reuo.do. l. fi.in ꝯrium videtur.ff.de pac. l. tres fratres. Dic ſecundum Guil.aut iſte filius erat emancipatus,& tunc ſiue conſideremus crimen, ſiue pœnam,ſiue obligationem, ſiue exercitium, obligatio iſta ſtatim nata eſt:vt ff.de fur.l.ſi quis vxori,& ideo cũ fuerit quæſita actio patri,ille pater moriens ad hæredes tranſmittit actionem. ff. de priua deli.l.j.& ideo ad quemlibet pro parte tranſmiſſa fuit illa actio.C.de hæ.ac.l.ſi adulta.ſi autem erat in poteſtate, non fuit nata actio,ſed obligatio naturalis.l.ſerui.ff. de vſur.& ideo dicit Guil.de Cu.ꝙ cum non fuerit nata actio,ſed ſolum patri naturaliter obligatus, hæredibus non ſubuenitur ope actionis, ſed ope compenſationis,ſi forte alii percepiſſent fructus vltra q̃ deberent,& ſi iſte agat, poterunt opponere compenſationem. ff. de condi.inde.l.frater a fratre.ff.de compen.l.id quod natura.ff. de nego.geſt.l.3.§.ſi pupillus. & intelligo quòd veniat ſolum in compenſationem ſimplum non duplum nec quadruplum. ff. fa.erc.l.damno commiſſo.ff pro ſoc.l.ſi id quod.§.ſi filius, non ob.l.tres fratres, quia ibi fuit factũ furtum poſt mortem defuncti,ſecundum Guil in l.incerti.C.famil. ercif.& Bal. in l.filiæ cuius.circa fi.eod.titu.vide Bal.in auc.ex teſtamento. circa fi.C.de colla.qui aliter videtur dicere,

26 † Vigeſimoquintò quæro, duo ſunt ſocii, qui habẽt domum communem,vnus cõmittit delictum, propter quod debet deſtrui domus, & cõmittens delictũ hẽt partẽ inferiorẽ,an tota domus debeat deſtrui. Primò vr̃ dicendũ,ꝙ debeat deſtrui.l.hactenus.§. de eo opere.ff.de aqua plu.arcen.facit.l.Plautius.& l.linea margaritarum.ff.ad l.Fal.In cõtrarium facit. l. ſi communem.ff. quemad.ſer.amit.ad hoc.l.eum qui.§.pro parte. ff. de his qb. vt indi.& l.2.C.qñ & quibus.4.pars de.& l. non amplius. §. fi.ff.de leg.j.Bar.in d.§.de eo opere.dicit, qñq; quæriť,qd ſit faciendum ante ſnĩam,qñq; poſt ſnĩam ante executionem,qñque poſt executionẽ.Primo caſu qñ ante ſnĩam,pone ꝙ quis vadit & oſtendit partem ſuperiorem,& petit ꝙ iudex non pronunciet domũ deſtrui,& tũc iudex ſi vult poteſt cõmutare pęnã deſtructionis in aliam;quia eſſet incommodũ alterius partis.l.quid ergo.§.pęna grauior.ff.de his qui no.infa.ſm Cy. & Bal. in l.& ſi ſeuerior. C.de infa.qñq; quæritur poſt ſententiam ante executionem;qa fuit ꝓnunciatũ domũ deſtruendã & tunc fiſcus emat partẽ alterius,& poſtea deſtruatur.l.ſi poſtulauerit.ff.de adul.& l.non amplius.§.fin.de leg.j.& l.2.C.qñ & quibus.4.pars. Sed ſi fiſcus non

vult

Source : BIU Cujas

vult emere,qd haberet facere iudex vel pars infra videbitis. Ter tio casu, qñ post executionē; qa domus est destructa totaliter: & tunc pōt socius contra socium agere;quia suo facto est damnificatus:vt l.si is cum quo ff.cōi diui.& l.pe.in prin. ff.sol. matr. & l.merces.§.culpæ.ff.loca.Si verò vult contra iudicem agere,q fecit destrui, ad hoc est aduertēdum. Aut domus prius publicatur & publicata destruitur:& tunc vī,ꝙ iudex non teneatur,argu quia ratione partis potest super toto disponere. C. de ven.re. nic.cum priua.com.l.j.lib.10.Illud procederet,si poneremus fiscum velle,sed si fiscus nō vult, vt statim dicam,tenebitur actione in factū.ff ad l.Aquil.l.quemad.§. magistratus nam lex, quæ iubet domum destrui,debet intelligi sine alterius læsione. l. . §. meritò.& §.si quis à Principe.ff.ne quid in loco pu.l.Imperator. ff.de fideicom.lib.pro hoc optimè.C.de bo.damna.l.j.ff.de pę l. Imperator.& l.prægnātis.verba sunt Bar.in d.§ si eo opere.Bal. in d.l.& si seuerior.dicit,ꝙ iudex debet abstinere se à destructione,& esse contentus sola confiscatione;quia statutum debet intelligi absq; præiudicio tertii,vt d.§.si quis à Principe.nam si priuilegia recipiunt interpretationē arctatiuā, multo fortius odia & statuta pœnalia,arg.ff.de lib.& post.l.cum quidam.fa ff.com. d.l. si is cum quo. ff.de pericu & commo rei vendi.l.lectos.Alii dicunt,ꝙ inferior tenetur permutare cum superiore, quod falsum est, qñ res est cōis pro diuiso. Si autem domus, vel turris esset cōis pro indiuiso, bene posset compelli ad diuisionem, & assignaretur ei,vel fisco pars superior ad diruendum,inculpabili autem assignaretur pars inferior,quæ non diruetur,ſm Bal. in d. l. & si seuerior. † Vigesimosextò quæro, tres erant fratres, 27 vnus voluit ire ad stipēdium,alii sibi expresse prohibuerunt, ipse tñ ad stipendia migrauit,& ab hostibus captus fuit,ab istis hostibus sibi fuit talia imposita, pro cuius redemptione sui fratres pignorauerunt fundum cōem omnibus pro centū flo. sub usuris, modo cum ipsi volunt diuidere,quæritur,vtrū tallia, & vsura prædicta debeat in parte ipsius capti imputari. Talis tallia vī causa pietatis esse soluta: & ideo non imputanda in parte redēpti ab hostibus.C.de cap.l liber captus,est enim in causam pietatis solutio facta.C.de don.l.si quis pro redemptione. C.de epi.& cle.l.si captiui.ad hoc quod no.Bar.de pec.le.l. sticus. priuaretur successione,si negligens esset in tali redemptione. Contrarium tamen est verius valet quod soiutū est in redemptione eius sibi in portionem eius debet imputari:quia causa ipsius capti fuit solutum,nec vī solutum animo donandi, hoc sentit Bal.in d.l.liber captus.vbi quærit,quid si vnus ex fratribus est captus ab istis de societate, qui dñr latrunculi. l. qui à latronibus.ff.de testa.Si ab hostibus inimicis, ꝙ si alter frater soluit,& ipsum redemit,p̄t repetere à fratre,qñ frater redemptus potest soluere de suo. Secus autem si non posset soluere de suo,ad hoc inducit. d.l. liber captus. Idem tenet ipse in d. auth. si captiui. quid autem esset in patre,vī secus.vt idem no.in auth.ex testamento.C. de colla & etiam in d.auth.si captiui.Et per hoc nō obstat.Primò, quod in contrariam partem adduxi: quia illa iura loquuntur in patre, præsertim prædicta sunt vera, si fratres ℈dixerūt. ff. de neg. gest. l.Nesennius.C.eo.tit.l.alimenta,& tenet captiuus redēptus hīe ratū, quod gestum est pro eius redemptione:vt dicit auth. si captiui,& quod no.Bar.in d.l.stichus.& si quid est solutum in vsuras dicitur interesse ipsorum fratrum, vt in c.2. de fide. & quod no.per Inno.Vnde concludo,dictum redemptū debere in portionem suam imputare, quod pro ipsa redemptione est solutū, cum venit ad diuisionem cum fratribus, & ita cōsuluit D.Dion.y.de Peru.in consi.quod incipit.in Christi nomine talia &c.

28 † Vigesimoseptimò quæro in qōne de facto,quidam mercator de Cortonio nomine Blasius dixit essendo apud Cortoniū cui dam vecturali,nomine Vannens,de comitatu Perusii,vis tu ire Fabrianum pro duabus salmis pannorum grossorum, quos habeo ibi,& hoc fuit ante pasca natiuitatis, & dictus Vānes vecturalis rñdit volo,sed non possum ire ante pasca natiuitatis, & ipse respondit vis tu ire facto pascare,rñdit uolo, & sic fuerunt in concordia de uectura,& Blasius dedit sibi literam ad hoc,ut haberet pannos, qui Vannes habita litera reuersus fuit domū suā, & ibi fuit dieb. ueneris,sabbati,die dñico,& die lunæ,& die martis arripuit iter,& iuit Fabrianum, & data litera habuit pannos, quibus habitis reuertebatur cum ipsis,& cum fuit prope Fractā filiorum Vbecti obuiauit quibusdam de societate dñi Ambrosij,qui aggressi & deprædati fuerunt dictum Vannem de dictis pānis & bestiis,super quibus ipsos ducebat, & ipsas bestias & pānos secum ducebat per certum spatium & post dies res inuenta fuit unà ex d. bestiis,& certa quantitas dictorum panno.apud certos,quorum aliqui erant capti à d.societate,& aliqui non,& partem pannorum restituerunt habita certa quatitate pecuniæ primo,& antequam ipsos restituere uellent, modo dicit dictus Blasius dicto Vanni restituas mihi pannos; quia ob tui defectū sunt amissi quia si non iuisti in termino,in quo debuisti ire; qa debebas ire die Lunæ,& tu iuisti die martis,ita ꝙ ob tui defectū sunt amissi,ac etiam qñ illi de societate obuiauerunt tibi,potuisti incidere funes; quia illi de societate non portassent pannos: cum inuenissent alios cum aliis salmis scotai, & non duxerunt ipsas,& Vannes rñdit,& dicit,ꝙ non tenetur ipsos restituere,cū non amiserit ipsos ob sui defectum,sed casu fortuito. Bal. super hoc puncto breuibus verbis consuluit, ꝙ periculum mercatoris fuisset,cuius erant panni,& non vecturalis; quia casu fortuito,& non culpa vecturalis sunt amissi.ff.commo.l.si vt certo. §. nunc videndum.& de reg.iur. in l contractus. cum si. Quidam. D. Anto. consuluit contrarium, & facit mentionem de consi. Bal.& dicit ipse. Primò ostendam, ꝙ de iure dictus Vannes vecturalis teneatur ad restitutionem pannorum,& omnium expēsarum exinde factarum.Secundò dicit ille respondeo ad allegata per Bald. in contrarium per modum consilii.Super dicto pūcto &c.super quo puncto Bal.iterum consultus est, cuius verba sunt hæc, valet in nomine Dñi amen,pridie consului breuibus verbis super puncto cuiusdam controuersię,quæ est inter quendam Blasium de Cortonio mercatorem, & quendam Vānem vecturalem de comitatu Perusij occasione quorundam pannorum dicti mercatoris derobatorum dicto vecturali prope Fractam per societattem Do.Ambro.& dixi periculum fuisse mercatoris,cuius erāt panni,& nō vecturalis; quia casu fortuito nō culpa vecturalis panni amissi sunt.Sed quidam D.An.consuluit contrarium,& facit mentionem de cōsilio meo, & dicit, ꝙ nō examinaui bene punctum quæstionis cum ex puncto ſm eum mora præcesserat casum, & sic est periculum debitoris.l. quote.ff.si cert.pet.cum sua vulgari materia.Item culpa pręcessit casum;quia non fuit iter arreptum per vecturalem in termino, & sic quia contra pactum fecit,dicitur esse in culpa.ff loca l. videamus.& quod ibi no.Item dicit,ꝙ incidit in angustias,eo ꝙ se arctauit:vnde sibi imputet.ff.si quis cau.l. . §. si quis. tñ formaliter autem verba puncti talia sunt. valet ꝙ dictus mercator dixit dicto vecturali,vis tu ire Fabrianū pro dua salmis pannorū grossorū,quos habeo ibi, & hoc fuit ante pasca natiuitatis, & dictus Vannes rñdit.sic,volo,sed non possum ire ante pasca,& ipse rñdit,vis tu ire facto pascate,qui respondit sic,volo,& sic fuerūt in concordia de vectura,& Blasius dedit sibi literā,vt haberet pannos,qui Vannes habita litera reuersus fuit domum suam, & ibi stetit die veneris, sabbati, die dñico, & die Lunæ, & die martis arripuit iter &c.Dicit ergo prædictus do.Ant.ꝙ prima dies post pasca interpellauit pro hoīe,& dictum vecturalem in mora cōstituit,& etiam in culpa;quia pactum non seruauit. & ideo fecit trālire periculum casus fortuiti.ff.de verb.obl.l.si seruum stipulatus fuero.§.an filius & §. effectus. & § nouari. ff depos.l.si in Asia §.fi.cum si.sed salua reuerentia sua iste inconsideratissimè loquitur,siue pūctum inspiciat, siue iuris rationem consideret; debet enim scire id, quod est omnibus notum, licet verba dicti pacti saperent certum terminum ad iter arripiendum, quod nō est verum,& pro tāto,nec interpellat,tñ dictus Vecturalis, cum conuentio fuisset simplex & non pœnalis,potuit moram itineris purgare, vt no.in l.si insulam,& in l.magnam.§. sequitur. & in l.& si post tres præsertim infra paucos dies, & cū pro tunc nō interesset mercatoris,vt l.si ita quis.§. scietia. cum si.vulgaribus, & ex quo moram,si quam commisisset, celeri profectione purgauit,iam periculum ad eum non pertinet.ff.de noua.l.quotiēs § vnde Marcellus.ff.de condi fur.l.in re furtiua.ff. de verb. obli. l.continuus.§.item qui insula.in fi.& l.interdum.§ viti. ff.de cōsti pec.& de locato.c.potuit.cum si.& non ob.ar.de culpa; quia non est aliud hic culpa,q̄ cessatio,vel mora ſm eum,& ideo eādem respon susc ipit.f.negatiuā, ꝙ est hic præfixa certa dies post pasca ad iter arripiendum, & ideo non est verum eum cessasse, nisi probatur eum potuisse commodo proficisci, & noluisse. ff. de fidei.li.l.Thais.§.j item quia talis culpa,siue sit mora tñ, siue sit aliud q̄ mora,tñ purgari p̄t. ff.loc.l.si in lege. §.colonus.ver.si ꝙ paucis diebus,& ibi dicit gl.no.paruam moram non considerari,cum damnum non afferat,& si dicatur hoc attulit damnū, si mora esse dicatur,& hoc ex euentu damni. Respondeo euentus fuit casu fortuito,non ꝙ tarditas profectionis esset ad casum ordinata: hoc enim nullo cōsilio casibus inopinatis obuiari p̄t, & custodia aduersus vim parum proficit.ff.de act. emp.l.si ea res quid ergo in isto vecturali culpat amplius die martis, quo iter arripuit,nullum erat mercatoris interesse causatum, & per ꝯns nec noua obligatio successerat, & ideo dictum est sufficisse ante cōmissam obligationem proficisci, cū nō solum debitoris facto,sed etiam facto suo quis excusetur ab obligatione futura. ff. ad l.Ro. de ia.l.si vehēda.§.idem iuris.& ibi no. Sed nec aduertit punctum:nam in eo allegatur mora vnius diei rātum.s.diei Lunæ & vecturalis dicit, nec alia pars diffitetur in puncto, qui est formatus de partium voluntate,& cui standum est.C.de prob.l. j.ꝙ illa die fuit pluuia. & tempus profectioni ꝯtrarium,vnde excusatus est.ff.de pub.l.Cæsar.ff.de verb.obl.l.continuus §.cū ita. hoc etiam cito potest liquere. Item dies Lunæ erat dies solennis;quia erat festum Innocentum.de conse.dist.3. pronunciandum,qua die licitum erat feriari.i.vacare ab opere. 15.q.4. placita,sicut vacant fabri & textores,ita p̄nt ocio vacare vecturales; quia in honorem Dei faciūt,& ideo non culpantur,& ideo tenet ratione moræ cessantis,& culpæ non subsistentis,tum beneficio celeris profectionis, tum etiam pp angustias temporis, &

ita dico

Pet.de Vbald.De duobus fratribus.

ita dico & cõſulo,& aliàs ꝓſului ꝑ vecturali.Nõ ob.l.2 §.ſi qs tñ. ff. ſi quis cau. quia hoc non arctauit, immo celeriter profectus eſt,& in illo §.eſt caſus contra allegã. & debuit melius inſpicere ius,& factum,& nõ ob.l.item quæritur.§. j. quia hic tempore in ſe congruo & opportuno & ſecuro exiſtẽte itinere tẽpore quo iter arripuit non incongruo; licet enim gens caſus fatale dãnũ attulerit:tñ hoc caſu non culpæ conſcribẽdum eſſe ſuperius ꝑbaui,& probatur in §.in exercitu. & §. vis maior. & in l.contra-
29 ctus.cum ſimi. verba ſunt Bal.in d. conſilio.† Vigeſimooctauò quæro, caſus talis contigit in quoddam inſtrumento, in quo vnus ſocius vendidit partem ſuam alteri quorundam molendinorum & cluſæ reſeruatis ꝑꝑ pretium non ſolutum vltra quaſdam quantitates quas pepigit pro eo pretio fructibus certi tẽporis.i.vnius anni,reperiuntur hæc verba formaliter. Teneatur etiam dictus emptor oĩbus ſuis ſumptibus & expenſis manutenere,& aptari facere.d.cluſam,& locum,& d.molendina,vt expedierit,nec pro ipſis manutentione, & aptatione dictus venditor in aliquo teneatur. Accidit, ꝙ fuit diluuium valde magnũ, & inſolitum,& d.molendina irreparabiliter deſtruxit,& d.cluſam & locum proprium d.cluſæ,& molendinorum prorſus inutilia reddidit, & multa alia maxima dãna intulit dicto emptori.in domibus & terreno prope poſitis, necnon & aliis habentibus in d.Tiberi.Modo quæritur,vtrum dictus emptor ex virtute dictorum verborum dicto venditori ad aliquid teneatur,& dicendum ꝙ non cauſis & rationibus infra ſcriptis: tñ ad euidẽtiam ſunt præmittenda quædam, quæ ita naturaliter ſunt vera, quæ non poſſunt negari.& primò,ꝙ ꝑꝑ fortunam aquæ & continuum eius impetum non poſſunt molendina & cluſa in eadẽ qualitate manuteneri, niſi ſicut ſucceſſiuè expedit reaptando, quando deſtruuntur in totum,vel deficit aliquid:nec enim auxilio,niſi vis diuina interueniat,conſeruari poſſunt, & eſt molẽdinum ſimile ædibus,quæ conſeruantur reficiendo.ff. de ſer.vr. præ.l.eum debere columnam.item ſimile homini,qui non conſeruatur niſi per reſtitutionem deperditi, vt dicunt philoſophi. ff.de iud.l.proponebatur.ff.de neg.geſt.l.ſiue hęreditaria.de verbo.ſigni.l.impenſæ.tñ qñ ſuperuenit vis diuina,& fulmen de cęlo,vel grando,vel naufragium,impoſſibile eſt rem,vel hominẽ conſeruari,& id natura manifeſtum eſt.ff.de act.emp.l.ſi ea res. ff.de verb.ob.l.inter ſtipulantem.§.ſacram. cum ſi. Prima igitur ratio eſt iſta,ille,qui promittit factum hominis,non tenetur de facto fluminis;quia non promittit factum fluminis, quod vi diuina accidit.ff.de dam.infec.l.fluminum.§.Seruius.ibi. fluminis &c.& l. dãni infecti quidam. ibi vi. extrinſecus &c. vbi eſt caſus ad literam.ff.de reg.iur. l. contractus. vbi eſt etiam caſus ad literam.Secunda;quia caſus fortuitus non fuit prouiſus, ergo non tenetur promiſſor de caſu fortuito.l. ſed & ſi quis.§.quæſitũ.ff.ſi quis cau.l j.C.commo.per Cy.& eſt ratio;ex caſu naſcitur exceptio,& futuræ exceptioni nõ intelligitur quis renũciare, vt no. Gui.de Cu.in d.§.quæſitum.Tertia; quia iſte caſus fuit ita repentinus, & ita inſolitus, & periculoſus, vt ira Dei potius q̃ natura caſui coniuncta videretur,& iſti caſus,qui excedunt vſum & cõſiderationem humanam non veniunt in promiſſione, etiam ſi eſſet promiſſus caſus.ff.de contrah.emp.l.fiſtulas §.frumenta.ꝑ Bar.& no.ff.de neg.geſt.l.cum alicui.& ff.ad l.Aquil. l. quemadmodũ §.in hac illud.in verbo ſubita.ibi tex.expreſſus,& l.ſi putator.ibi.cum diuinare, & in l.ſi quis fumo. in verbo magna vi. & in l.ſi ex plagis.§.fi.in verbo caſu magis q̃ culpa.Guil.de Cun. allegat illum §. frumenta.pro caſu huius quæſtionis in d. §.quæſitum.Quarta;quia emptor non ſuſcipit in ſe periculũ, ſed quãdam curã,& ſolicitudinem ſocialem, quamuis ſuo ſumptu vitiatum eſt ſolum ſiue area, vnde hoc detrimentum non venit, cui vitium ſoli permiſcetur, etiam ſi eſſet ſuſceptum periculũ. ff.loca.l.opus.& ibi per Bar. multomagis vbi perici nõ eſt facta mentio. Quinta: quia iſte caſus ſimilis eſt caſmati,vbi ſolum.i. area vadit in profundum & liberatur debitor.C. de iure emphi. l.j.nam & hic area quantum ad vſum molendini & ſubſtantiã eius mortua eſt,& ibi refici non poteſt.Sexta,quia iſte caſus appellatur tempeſtas, quæ non venit in contractu, niſi de ea fiat mentio ſpecialiſſima.ff.de publi.l.Cęſar.& l.2.§.pe.ff.ſi quis cau. Septimò: quia ab omni promiſſione facti intelligitur exceptus caſus fortuitus, niſi de eo nominatim fiat mentio, vt expreſſe no.Bar.ff.de uer.ob.l.ſtipulatio iſta poſt prin.nã naturaliter hoc hoc ineſt.Octauò; quia omnis promiſſio facti habet hanc tacitam conditionem, uidelicet niſi iuſta cauſa impediat. ff.de ver. obl.l. in ſtipulatione ſi calendis. per Bart. Item intelligitur hæc conditio,quantum eſt mihi poſſibile cuſtodiam.ff.loc.l. in l.locationis.in auth. iuſiurandum quod præſtatur ab his in duobus locis in tex.Nonò;quia caſus de extinctione areæ eſt caſus incogitatus;quia nunquam alias contingit, & qui cogitari non debuit,ideo promiſſor non tenetur,de uerb. obli.l inter ſtipulantem.§.ſacram. tam enim inſolutam aduerſãmq; fortunam ſpectare non debuit.Decimò: quia extinctio ſubiecti extinguit ſubſtantiam rei in diſpoſitione hominis.ff.de leg.3.l.10.§. ſi rem. ff. de ſol.l.qui res.§.areã.ff.de vſufr.l.2.Vndecimò, ille qui promittit manu tenere parietem ad ſuſtentandum onera uicini, ſi paries cadit,tenetur reficere parietem eiuſmodi. i. eadem ſpecie.i. forma & qualitate,& idem intelligatur.ff.de ſer.ur. præ.l.eũ debere columnam, quia omne futurum habet tacitam conditionem de poſſibili.ff.de verb.obl.l.interdũ. & l.ſi homo.per Bart. & dato ſpatio legitimo.de verb.obl.l.& ideo.& l.cõtinuus.§.itẽ qui inſulam.& in eodem loco.In alio non tenetur reficere,nec aquam ſubſequi.ff.de aqua quot.l.hoc iure.§. ſi aqua.vbi eſt expreſſum.Duodecimò;quia illa verba,& expedierit, quoddã tẽperamentum ſunt abſolutæ locationis,vt redigãtur ad arbitriũ & ſenſum boni viri,& primò dico,ꝙ dictio,vt,ſeu prout, idem eſt dictum,ꝙ ſicut tempus requiſierit, ſicut pro tempore expedierit,ſicut æquitas dictauerit.C.de eden.l.edita.ff. de relig.l.ſi qs ſepulchrum.§.ſumptus.& l.vt ſi quis.§.ſi colonus. ff.vbi pu. edu. debe.l.2.§.modus autem.ff.de exercitoria.l. Lucius. §. quare eſt modus in rebus.ff.de verb.obli.l.ſi ita quis.§.ea.l. C. de annonis & tribu.l.pro locis.& l.mediterraneæ. lib. 10. C. de nauicu.l.cũ nauicularium.in verbo pro mercedula: ſed omne quod tempus exigit de neceſſitate & pro vtilitate conſequendorum fructuum,factum fuit per dictum emptorem,ſicut notorium eſt. Decimotertiò,ꝙ tres ſunt caſus. Primus manutentionis, qui ſignificat punctaliter eundem ſtatum,& eundem ſitum,& eandẽ qualitatem. Sed quia hoc eſt præcisè impoſſibile de natura in aqua,quæ ſemper rodit & ſemper mouet.Sequitur ſubiunctiuè & tranſitiuè de primo capite contractus inde ſm caput ipſius in pacto poſſibili ſurrogatum loco impoſſibilis valet.Sed pone,ꝙ iſtud eſt impoſſibile ꝑꝑ eorum naturam; quia non poteſt aptari eodem vel ſimili modo,certe iſte eſt omiſſus.de verb. oblig.l. quicquid aſtringendæ.vnde conſidera ordinem ſcriptuæ:nam prima pars incipit à manutentione,quia non poteſt eſſe multũ duratura per ſeipſum, tranſit ad ſecũdum caput.ſ.ad aptionem, & ſi iſtud ſecundum caput eſſet poſſibile in eodem loco debet reaptari.Si autem nõ eſt poſſibile,impoſſibilium nulla eſt obligatio;quia impoſſibilium nulla eſt ſolutio,& nulla executio,vt in regula iur.nemo enim tenetur ad impoſſibile.de exc.tut.l.Titius.§.fi.Item verbũ,manutenere,ſignificat expenſas in reficiendo non in faciendo aliud nouum alterius generis ædificiũ. Sic ſi maritus habet in dotem molendinum,tenetur reficere, & lapides amotos reponere.l j.in fi.ff.de impen.in reb.do.fac.non tñ tenetur facere turrim lapideam, vel pilaſtros ad ſuſtẽtationem molendinorum.vnde leges quę loquũtur,ꝙ vir tenetur,loquũtur in reficiendo,vel loquũtur in moderatis expenſis, quæ poſſunt fieri de fructibus dotis.ff.ſol.mat.l.ſi cum dotem. §. ſinautẽ in ſęuiſſimo.cum enim neſciatur, quãto tempore matrimoniũ ſit duraturum, non tenetur ancipitem expenſam facere de ſua burſa,licet factam poſſit repetere.facit.l. rem in præſenti. §. ſed nec ob impẽſas.C.de rei vx.act. iſta in caſu noſtro neceſſaria nõ ſunt;qa obligatio eſt limitata ad certũ locũ,& (vt ita dixerim) ad locum loci.Decimoquartò; quia emptor non promiſit venditori tenere molendinum macinabile, nec promiſit ei reficere, nec re acquirere molas,vnde ſi ædificium, quod dicitur molendinum,& cluſa fuiſſent in figura, tñ nulli fructus fuiſſent percepti,& fuiſſent fructus æquè perituri,ideo non tenetur.ff.ad l.ro. de iactu.l.ſi vehenda.§ idem iuris.vbi no. plene in l. quod te. ff. ſi cer.pet.per alios.& Bar.Sicut ſi promitto abbati manutenere cauſa panile, quod non afferebat fructus remotis campanis,nõ teneor manutenere campanas,nec inſtrumẽtare cãpanile,licet parochiani non audientes campanas non vadant ad eccleſiam ad faciendum oblationes:vt l.quicquid aſtringendæ.ff.de verb. obl.ſi ſunt deſtructæ,vel vi ventorum ereptæ, non teneor, nec poteſt mihi dici,tu debebas nouis pontonibus firmare, vel debebas claudere feneſtras campanilis,quod ſi fuiſſet factum,ventus non exportaſſet eas:hæc enim ambages ſunt. l. j. circa med. C.de ſen. quę ꝑ eo quod intereſt. porrò mola, quę mobilis eſt, non debet refici,ſed meta. i. inferior pars molæ, quæ eſt infixa & immobilis eſt.ff.de iũn.inſt. l.cum de lanionis. §. aſinam. ſm naturam caſuum illius. §. vnde caſus contingens in mola non pertinet ad dictum promiſſorem, ſed ille ſolus caſus ſufficit ad impediendum redditum. Decimoquintò; quia realiter & propriè loquẽdo,etiam ſi quis promiſiſſet reficere macinas, & alia inſtra vtilia molendini,ꝙ hic promiſſum non fuit,tñ poſſet dici illud,quod.alibi dicit iuriſconſultus,vetera explicare & conſeruare,prout æquum eſt,neceſſarium eſt,noua tñ inchoare mihi neceſſe non eſt.ff.de neg.geſt.l.nam & Seruius.§.ſi vino.& ibi eſt caſus, ꝙ manutenere ſignificat vetera. i. ea quæ olim poſita ſunt in ſubſtantia non noua; quia idem eſt dictum cõſeruare & manutenere, vnde demonſtrat præcedẽtem figuram loci: ꝑ ut approbat l.Rutilia Polla.& l.in l. ff.de contrah. empt. Decimoſextò,ſi referamus nos ad arbitrium boni viri, quod iacet inclu ſum in uerbo expedierit.ff.de fideicom.liber.l. Thais. §. Lucius. & ad libram iuſtitiæ conſiderandum eſt,ꝙ finalis cauſa iſtius ꝑ miſſionis fuit, ꝙ dictus uenditor debebat recipere fructus illius anni,unde gratia fructuum illius anni breuis temporis fuit dictum,ꝙ illas expenſas,quæ contingerent uenditori pro reſeruatione fructuũ faceret emptor ſolus, & hæc eſt ſimplex ueritas, & nihil aliud ſubſtantialiter fuit dictum,nec cogitatum:ad hũc

ergo

Source : BIU Cujas

ergo ſenſum veritatis trahendus eſt ſenſus ſcripturæ,& iſtud ſonare debet per viuam rõnem:nam oĩs qui occaſione fructuum breuis temporis tenetur agnoſcere onus expenſarum,nõ tenetur facere expẽſas ad perpetuam rei vtilitatem, ſed eas demum quæ ſunt gratia conſequendorum fructuum, & quas conſueuit facere ille, qui habet conſiderare ſolum de fructibus illius tpis, ſicut ſi eſſet coptimator,qui hoc promitteret. ff. ſol. matr. l.fructus.ff.de vſuf. l.hactenus.hoc no.Bar.ff.de impẽ.in reb.dotalib. factis.l.impenſæ. & per notata ibi per Bart. deciditur iſte paſſus. Prẽterea,cum quẽritur,vtrum debitor, qui non obligauit ſe expreſsè ad caſum fortuitum,teneatur de caſu.Dñt Guili.de Cun. Cy.Ray.& alii Doct in §. ſed interdum. diſtinguendũ fore. Nã aut nulla culpa prẽcedit,& non tenetur de caſu,& iſtum arti.ꝓſequitur Dy.de ver.obl.l.cõtinuus.§.cum quis.aut præcedit culpa.& tunc refert,aut illa culpa non inſtruebat caſum.i.non tendebat ad caſum, & non tenetur. ff. quod vi aut clam.l.ſi alius. §. eſt & aliud.& non oẽ.de ſtatulib.Aut erat ordinata ad caſum,& tunc refert,aut talis culpa non veniebat punienda ex natura cõtractus, vt in culpa leuiſſima in contractu vltro citroq; obligatorio,qui celebratur gratia vtriuſq;, & non tenetur.ff.commo. l.ſi vt certo.§.nunc videndum.& no.ff.de neg geſt.l. ſiue hæreditaria. Aut purgabatur per actionẽ ex eo cõtractu, & tũc refert. Aut caſus nihilominus contigiſſet,& hoc eſt certum,& non tenetur,vt ff.ad l.ro.de iactu l.ſi vehenda.§.idem iuris.& l.& in totum.de impen.in reb.dota.factis.de act.& oblig l.is qui. Aut certum eſt,ꝙ non contigiſſet,& tunc tenetur.ff.commo.l. ſi vt certo.§.ſed interdum. Aut eſt dubium,& tunc reus abſoluitur. C. de pig.act.l.quæ fortuitis. Sed hic in iſto emptore nulla reprehẽditur culpa, & maximè; quia de tam ſubito & diuino caſu non potuit diuinare,ſicut de multis aliis,quæ contigerunt in ciuitate & in domo ſua, cui poteſt dici.prophetiza, quis te percuſſit. Ex his apparet,ꝙ ille, qui dicit caſum veniſſe per culpam commiſſam in omittendo,debet probare,ꝙ ſi illud nõ fuiſſet omiſſum, caſus non contigiſſet, ꝙ in caſu noſtro probare factum ꝓ rerum naturã eſt impoſſibile. Si diceret, tu emptor potuiſti & debuiſti facere,tu ſcis te mentiri,maximè, quia nec inſtrumentum hoc dicit, nec verba aliqua de hoc fuerunt, nec fuit dictũ, nec cogitatum.Ego credo,ꝙ ipſe aliàs ſit verax, & ꝙ in hoc erret.Sed ſi fallor in opin.mea,oportet dolo,mendatio & malitię ſuæ reſiſtere per vias & modos qui ſequuntur & de iure Et primò: quia oĩs promiſſio determinata fm locum, ita determinate includit illum,ꝙ oẽm alium excludit.ff.de eo quod certo loco.l.; .§.ſi quis.verſ.quemadmodum. Sed hoc opus promiſſum fuit determinatum loco.ſ. loco molendinorum & cluſæ. Nam locus prędicatur de parte inferiori rei,nõ de parte extrinſeca & remota,& quę eidem corpori nõ cohęret.ff.de ver.ſig. l. locus, vnde ex ipſo inſtro colligitur veritas. Itẽ non tenetur quis facere expenſam dubiam. Dubium enim erat per ipſam rerum naturam,an ſperones eſſent profuturi vel non. vnde dubia remedia nõ tenetur quis adhibere cum ſumptu, nec pro incertis ſuũ patrimonium certũ euertere. Vnde in dubiis dicit lex, ꝙ tutius eſt non nauigare, & tutius non ædificare in arena. Immo plus: quia ipſa veritas declarauit eos fuiſſe ꝓfuturos. Itẽ ſperones nihil faciunt ad cluſam,quæ fuit verſa in ruinam,nec ad lectũ fluminis,qui fuit arenatus,adeo ꝙ etiam ſi molendina ſtetiſſent in pede,tñ non macinaſſent. Item coptumatores erãt equæ migraturi,tum propter diluuium & arenationem aluei,& cluſæ,tum propter macinas,& alia vtenſibilia,quæ deficiebant in molẽdinis,quæ non tenebatur reficere dictus emptor,& ſic nullo modo interfuit,nec intereſt dicti venditoris ſperones factos fuiſſe: qui nullum ei commodum exinde laturi. Tertiò:quia, qui promittit domini,non tenetur facere alia ædificia,q̃ ipſam domũ, ẽt ſi per illa alia perueniatur ad domum,vnde non ſtrueret viã, & qui promiſit facere ſtagnum, nõ ꝓpea promiſit facere viam & aqueductum;quia diuerſa corpora ſunt.ff.de excep.l.ſed ſi ante. Expẽſa enim diuiſa eſt, & diuerſa opera ff.de neg.geſt.l.eum actum.§.ſi.& ꝓꝓ vnus non teneor ad duo,ẽt ſi ſeparari non poſſunt.Sicut ſi ego promitto ponere tectum in domo, non ꝓpea teneor facere parietes,licet tectum ſine parietibus poni nõ poſſit,vt l.eum qui ædes.de vſucapio. licet ſuperius non poſſet eſſe ſine inferiori, quia non poteſt ſuſtentari in aere, de damno infec.l.quod conclaue. Vnde qui promittit manutenere tectum, non ꝓpea promittit manutenere parietes, & qui promittit manutenere molas,non ꝓpea promittit manutenere molendinũ; quia qui promittit accidens,non promittit ſubiectum ſuũ,nec econtra.Vnde ſi promitto ſeruum in genere, non propterea ꝓmitto eſſe coquum,vel textorem,vel molendinarium.de leg.j. l.legato generaliter.& l. Titiæ textores. Quartò; quia verbum, manutenere,non ſignificat manutenere per aliquod aliud à re motis adiũctum;quia ſic poſſet dici,tu debuiſti ſuper illam cluſam facere aliam, quod eſt falſum: nam ita non poteſt dici, tu debebas manutenere per aliud accidens ſeparatim à re, ſed per modum conſuetum in loco illo tantum,vt l.venditor.§. ſi conſtat. communia prædiorum, & hic nunquam fuerunt ſperones. Vnde qui promiſit acconciare molendina,non tenetur facere ſperones inconſueros,& inſolitos; quia de inſolitis nõ intelligitur cogitatum.l. Mela.§. i. de alimentis & cibariis legatis. de aqua pluuiar.l.ſi prius.§.recte. verſi. non enim. vbi eſt caſus ad literam. Et firmatur hoc moribus ciuitatis & æquitate naturali, quæ contractus bonæfidei interpretatur,vt ff. pro ſo. l. ſi ſocius pro filia.Nam quando quis coptumat molendinum molendinariis,promittit conſeruare ipſum macinans. Si deſtruitur, ſibi coptumum non debetur, nec tamen condemnatur dominus ad intereſſe, ſed ſtat in ſuſpenſo, donec reficiatur; quia iſta eſt natura contractus,vt l.habitatore.& l.ſi fundus locum. quando dies legati cedit.l.Firmio.in princi. Quintò;quia in iſto contractu non venit leuiſſima culpa, nec per eam caſus nedum caſus ſimpliciter.l.ſi vt certo.§.nunc videndũ ff.commo. & per Bart. in l.quod Nerua.Bart.etiam no.in l.etiam. §.licet. ſol. matri. & eſt expreſſus text.& gl.ff.loca.l.in naue Saufeli.§.ſi ita. & l.Martius.& l.ſi merces.§.vis maior. & §. qui columnam. Sextò; quia non tenetur quis inſolita aggredi. ff.de nego. geſt. l. ſi negocia. Nam qui conſueta facit,ab omni culpa immunis eſt vt patet in q.de equo relicto in paſcuis,& puto bonam fidem cũ induſtria, quam dedit ei Deus,ſufficere.ff.de neg.geſt.l.Pomponius. ff. de condi.& demonſt. l. quamuis. & no.ff.de iureiur.l.eum qui.§.in popularibus.Septimò; quia ſperones à domino ante caſum fuerunt per dictum emptorem præordinati, & pro rato debet haberi,quod fuit vtiliter geſtum ac etiam inchoatum.ff.de nego. geſt.l.Pomponius in negocio in verbo,& quæ tamen,& ibi plenè no. Vnde nulla culpa eſt, ſi fortuiti caſus iniquitas operã bene inchoantis euertit.ff.de neg.geſt.l.ſed an vltro.§.j.& ſi. l. ſucceſſori eius.§.ſi.immo pro facto habetur, quod vtiliter inceptũ eſt,nedum ad excipiendum,ſed etiam ad agendum,caſus eſt ad literam ibi. Octauò; quia ſi tutor promittit rem pupilli ſaluam fore,ideſt manutere.Et ponamus, ꝙ iſta res ſit nauis, & mergatur tempeſtate,certum eſt eum non teneri. C. de neg.geſt. l.tutori. de vſufr. l. arboribus. §. nauis. multo fortius idem in ſocio reddituum,& in quolibet bonæfidei contractu. Nonò;quia verba debent intelligi fm naturam contractus,de vſuris. l. ſi ſtipulatus.Sed de natura iſtius contractus nõ venit caſus, nec etiam culpa leuiſſima,ſi qua fuiſſe.ff.locati.l.ſi vt certo.§. nunc videndum.& §.quod verò ſenectute.ꝙ niſi mendaciter & per calumniam dici poteſt,non ſecundum veritatem.Præterea iſta verba, ſicut expedierit.l.pro tempore.Nam huic verbo, expedit, ſemper intelligitur annexum tempus.l j.in prin.ff.de exercitoria.& eſt expreſſius de verb.obl.l. continuus. §. item qui inſulam. debent intelligi in hoc actu ſocietatis fructuum,ſcilicet vtriq; parti nõ vni ex ſociis.ff.pro ſoc.l.actio. §. Labeo.vbi eſt expreſſum. & ff.de ſolutio.l. cum ſtichus. Vnde iſta verba ſunt tiriaca cõtra venenum,quia arbitrium boni viri inſertum omnem machinationem excludit.ff.de procu.l.non cogendum.§.at qui iuſtas,& l.Lucius.de exercitoria. Decimò, ꝙ nihil de ſperonibus ſit promiſſum,vltra omnia prædicta ſic patet,quia quando copula cadit intra actus duorum verborum, quorum poſterius poteſt aliud informare,& qualificare,certum eſt, ꝙ informat illud. ff. de vino legato.l.ſi.§. cui dulcia. & determinat & reſtringit verbum indefinitum,de verbo.ſignificatio.l.ſi cum fundus, & præciſum verbum recipit naturalem & rationabilem modificationem.ff.de oper.liber.l. cum libertus. §. in omnibus. & ſimiliter quãdo copula habet in ſe limitationem localem, totum antecedens intelligitur de eodem loco,de penu lega.l.nam quod liquidæ.§. ſi cui penus.Sed hic dicit, & aptari facere dictã cluſam & locum,totum refertur ad intra locum, & ad effectiua loci,& de ſubſtantia eius,de contrahen.emp.l.pacta cõuenta, & ſic de ſolo acconcimine intra locum non de ſperonibus eſt dictum. Et no.ꝙ ſi aliquis aliter interpretaretur inſtrumentum intentaret falſum re, & conſilio præterquam notarius hoc interpretetur, de appellationibus.l.ab executore, quem credo veritatem dicturum. Item quæritur:cum iſtud diluuium fuerit die vltima Octobris, & iſta molendina eſſent coptumata pro certis corbibus frumenti annuatim præſtandi de quatuor menſibus in quatuor menſes: tamen in hyeme parum fructabant, ſed propter æſtatem quaſi totum coptumum præſtabãt,quæ æſtas tota erat tranſacta, vtrum coptumatoribus debeat remitti coptumum pro rata numeri dierum prẽſtãtium de hyeme,an pro rata qualitatis dierum habito reſpectu ad vtilitatem. v. g. Pone coptumati fuerunt pro quinquaginta corbibus in æſtate. Coptumatores lucrati fuerunt quadraginta corbes de fructibus. Vnde propter ſemeſtre hyemale non perdidere niſi decem corbes. An ſub prætenſione caſus debeant lucrari & locupletari. Dic ꝙ non, ſed debet conſiderari qualitas dierum arbitrio boni viri,vt in hoc alio exemplo.Locaui tibi domum,quæ erat in nundinis pro vno anno pro decem in toto anno. Iſta domus non erat vtilis niſi octo diebus nundinarum: tu habuiſti illos octo dies, qui ſunt finalis cauſa penſionis, licet decima die ſuperueniat caſus migrandi,non tamen fiet tibi remiſſio penſionis trecentorum quinquaginta ſex dierum. l. quòd ſi domus. ff. loca. ſed arbitrio boni viri.Item ſi locarem tibi vineam de menſe Septembr.pro vno anno,& recollecta parte vindemiæ migrares

propter

Source : BIU Cujas

propter hoſtes, non propterea pro numero dierum fiet remiſſio mercedis, ſed pro vtilitate eorum,argu.de verb.oblig.l.eum qui certarum.in princip.& no.ff.ſolu.matr.l.diuortio. Vbi ergo vtilitas præuenit tempus finiendæ locationis effectus vtilitatis conſiderandus eſt,nõ numerus dierum. Ex quo ſequitur, quòd nec emptor,de quo in prioribus fit mẽtio, etiam ſi expreſſe caſum ſuſcepiſſet,tenetur, niſi quatenus in hyeme poſſet fructificare ipſi venditori, & non pro eo quod fructificatum eſt in æſta te præcedenti, & illud eſt proportionale ad iuſtitiam. Item quę ritur, pone quòd dictus emptor ſuſcepiſſet in ſe caſum fortuitum, & omnem aduerſam fortunam, & caſu molendina ſunt deſtructa,vt præmittitur, & tempore caſus corbes frumenti valebat.duos florenos,poſt verò valebat decem. An conſideretur tempus caſus fortuiti,an tempus poſtea ſequens. Dico,quòd tẽpus caſus metitur intereſſe,qđ eſt in dicta promiſſione; quia ꝓmiſſio ad illud tempus refertur,quo incipit eſſe in obligatione, & poſtquam intereſſe incepit eſſe in obligatione,facta eſt noua tio.ff.de noua. l. fundum cornelianum. & ſi conſideratur tempus conditionis.i.caſus fortuiti in conditione poſiti, in quo caſu conſiſtit obligatio, nec poteſt poſt rem peremptam caſu crescere obligatio & intereſſe,hoc no.ff.de neg geſt. l.ſiue hæreditaria. Idem aliud eſt ſubſequi periculum fortunæ, aliud ſubſequi periculum veræ culpæ, & ſi non fictæ vel imaginariæ:fortuna enim damnum dat in ſpe, & ideo ſpes ſola extimanda eſt, etiam ſi culpæ cauſa alia eſſet,quòd econtra non eſt verum, niſi culpa habeat in ſe dolum verum, vel præſumptum. Ita dicunt omnes Docto.& maximè do.Guil.de Cu.in l. vinum. ff. ſi cert. pet. Item iſte caſus reſpicit ſpem futuræ perceptionis grani. Vnde eſt ſimilis caſui, quando quis dedit damnum in herba frumenti;quia æſtimatur,quanti tunc ſpes illa poterat vendi,& nihil vltra debetur ſecundum veram opin. Iacob. de Aret. vt ipſe not.in l cedere. ff.arborum furtim cæſarum. hanc opinionem approbat Ioan.And.in add.Specu.de iniuriis & damno dato, in additioni.ſuis ibi.licet variet, ita dicit Bald.in conſi. quod incipit. In Chriſti nomine amen. talis caſus eſt in quodam inſtrumento &c.† Vigeſimononò quæro, quidam mercator fecit ſe-
30 queſtrari res alterius mercatoris, & proinde damnificatus eſt ille,cuius merces ſequeſtratæ ſunt, quia vendi non potuerunt. Deinde reuocatum eſt ſequeſtrum,& iudex,qui reuocatoriam dicti ſequeſtri ſententiam tulit, de damnis & intereſſe nullam fecit mentionem. Demum petuntur damna & intereſſe,opponitur,ꝙ non poſſunt peti; quia de calumnia agentis non poteſt quæri niſi in eodem iudicio,vt C.de fructibus & litis expen.l.terminato,vt C.de iudiciis.l.ſancimus.per Docto. In contrarium dicitur, quòd dominus calumniator tenetur criminaliter crimine ſtellionatus,quia eſt in dolo,& deficit titulus criminis,ergo ciuiliter tenetur ad intereſſe. Nam vbicunque delictum concernit rem familiarem,ex eodem delicto naſcitur ciuilis & criminalis.ff.de fal.l.qui nomine. C.quando ciuilis actio præiudic. criminali.l.j.& no.in l.fi.ff.de pri.deli.ego aliàs conſului agi poſſe per l. rem quandam. ff. de do. & l. ſi oleum. & nunc conſulo, quòd ille, qui turbauit mercatorem in venditione rerum, quas poſſidebat, tenetur ei ad intereſſe,vt no.ff.vti poſſidetis.l. duo.§.fi.in fi. vltimę gloſ. cui gloſæ etiam ſapientiſſimi ſtare debent,& ibi videant,& l.terminato. nihil facit ad factum, nec id quod notatur in l.ſancimus.C.de iudi.quia hic agimus de intereſſe rei principalis, quod ſemper peti poteſt. Vnde cum contra 33
iſtum (vt video) mercatorem, qui vocatur dominus Iac. liqueat ex probatis ſententia pro eo lata iniquiſſimè debet emendari, & conſultor qui pro domino Iacobo conſuluit, conſiderauit probabiliter vim iudicii moti à principio, ſed non mouendi. ff.de infamibus.l.debuit enim. Illud eſt certum, quòd dominus Iaco.cum nihil probauerit,præſumitur calumniosè mouiſſe litem.l.j.ff.de aduocatis diuerſorum iudic.c.j.de elect.lib.6. in fin. Item non conſiderauit, quo iure veniat intereſſe, quod eſt rei pretium. Eſt enim aliud rei pretium, aliud impenſa.ff.de conditio.& demonſtratio. l.quibus diebus. §. j. & facit quod not. Inoc.in c.fi.quod metus cauſa. Item dicit Bal.in conſi.quod incipit. In Chriſti nomine amen. quidam mercator &c.

† Trigeſimò quæri poteſt, concepi in animo meo exercere
31 artem cambii mittendo pecuniam vltra mare,& timendo pericula maris emancipaui filium meum,& donaui ſibi omnia bona mea. l. omnes. §. Lucius.ff. quæ in frau.credi. Deinde incepi facere mercantiam,& omnia mobilia perdidi in mari, quomodo poteſt ſubueniri illis,qui habent me obligatum ex cambio? Et videtur quòd non ſubueniatur; quia aduerſus creditores futuros poteſt excogitari fraus, vt l.j.de iure fiſci.lib. 10,argumen. extra,ne ſe de vacante. c. j. In contrarium videtur, quòd dolus dedit cauſam huic contractui, & quod malo more geſtum eſt, debet reſcindi, nec eſt æquum in lucro morari filium, & creditores damnum ſentire.ff.de his quæ in frau.credi.l.ait prætor. § hæc actio.Iacob.Butr.dicit, quòd creditores futuri habent vti 34
le beneficium iſtius edicti, argumen. C. de do. ante nupt. auct. ſed iam neceſſe. Bald. in rubri.de reuoc. his quæ in fraud. credi. alien.ſu.dicit,quòd hoc præſumitur factum non ſolum in fraudem,ſed ſimulate, quæ ſimulatio nullis creditoribus nocet: vt not.C.de repu.hæred.l.2. Secus ſi futuri creditores eſſent creditores ex cauſa lucratiua,argumen.dicti cap.j. ne ſede vacan. ſecundum ipſum Bald. qui etiam quærit. Quid ſi mercimoniarius rupit, qui debeat mihi centum, ego in fuga illum apprehendi, & accepi centum, quæ habebat in marſupio, nunquid ego ſim factus dominus iſtius pecuniæ? & videtur quòd ſic: quia iuris auctoritate executionem feci, argu. ff. de contrahen. emptio.l.fiſtulas.§.fundum. In contrarium videtur, quòd iſtam pecuniam debeam conſignare iudici, vel ſaltem notificare. Nam ſine domini voluntate dominium adipiſci nõ potui, nec ob.§.fundum, quia ibi loquitur in legitimo adminiſtratore ſecundum ipſum Bal.in d.rub.

32 † Trigeſimoprimò quæro, campſor, qui tenebat tapetum cambii, rupit, & fugit, qui etiam erat mercator, modò veniunt deponentes, & petunt depoſita, veniunt vendentes, & petunt pannos,aut precia,veniũt chirographarii,& petunt ſe præferri, veniunt vxores & nurus pro dotibus,veniunt quidam pro vſuris extortis. Alii veniunt pro furtis ſibi factis & inuaſionibus, veniunt & alii ſimplices priuilegiati. Quæritur, quo ordine, & quibus ſit prius ſatisfaciendum? Reſpondet Bald. in l. pro debito. C.de bon.auct.iudic. poſ. quòd prius ſatisfit domino rerum. v.g.deponenti,ſi extat depoſitum.ff.de priuileg.cred.l. ſi ventri. §.in bonis. Secundò ſatisfit vẽditori mercium,& ſi extant merces, redduntur ei merces tanquam ſingulariter obligatas pro pretio, & ſi plus valent, illud cederet ad commodum aliorum creditorum.ff.de actio.emptio.l.Iul.§.offerri. Sed ſi iſtæ merces non extant, ſed ſunt venditæ,& aliæ loco earum ſubrogatæ,videtur etiam,quòd illæ ſubrogatæ ſint tacite obligatæ. ff. de pig. l.cum tabernam.ff.de dona.inter virum & vxorem.l.ſi donatę. §.ſi ſponſus. In contrarium videtur,quòd ſola res vendita obligata eſt pro pretio,non alia res empta ex pecunia inde redacta. ff.de in rem verſo. l. quidam. vbi de hoc videtur text.valde notabilis.& ratio eſt; quia pretium ex illa re vendita redactum nõ erat obligatum,ergo nec res, quæ ex eo emitur. Idem dicit Bal. in permutatione; quia vbi ſcriptum eſt in obligatione non ſuccedit alia illius loco,vt not.ff.de verbo.ſignifi. l. Labeo. & ff. de rei vend.l.mater. Angel.in l. licet eiſdem pignoribus. C. qui po. in pigno.ha.tenet, quòd præfertur venditor,quando eſt habita fides de pretio.& vide eum in l.in rebus.C.de iur.do.Bald.in l.ſi cum dotem.§.ſi mulier.ſolu.matri.dicit,quòd ſi tempore venditionis mercator concepiſſet fraudem fugiendi;& tunc dolus deſſet cauſam habendi fidem de pretio haberi debet perinde,ac ſi non fuiſſet habita fides de pretio,argum. l. ſi quaſi.ff.de pign. act. quia dominium videtur remanſiſſe penès venditorem.l. quod vendidi. ff. de contrahen. emptio. & hoc ſequitur etiam Angel.ibi dicẽs, quòd ex breuitate temporis præſumitur fraus, vt ſi forte die ſequen.arripuit fugam,argumen.l. ſi ventri. §. in bonis.ff.de priuileg.cred.& no.in l.poſt contractum.ff.de do.ſecundum Imo.in §.ſi mulier. & poſt hypothecarios veniunt deponentes.ff.depo.l.ſi hominem.§.fi. Vltimò veniũt omnes chyrographarii pro rata attenta prioritate: quia licitum eſt debitori per cumulum creditorum facere deteriorem cauſam priorũ creditorum,neq; dominium, neq; hypothecam, neq; priuilegium habentium.ff.de ſeparatio.bo.l.j.§.ex contraria. ſecũdùm ipſum Bal.in d.l.pro debito.

† Trigeſimoſecundò quæro contraxi cambium cum quo-
33 dam mercatore in ciuitate Piſarum hoc modo, quòd ipſe faceret mihi literas cambii ad quendam alium mercatorem in ciuitate Venetiarum, in quibus continebatur, quòd ille debet mihi ſoluere,& ſuper ſe recipit iſtud cambium, quas literas detuli illi mercatori Venetiarum, qui acceptauit literas,& antequam mihi ſolueret,aufugit. Quæritur,cuius ſit periculum. Barto. in l. ſingularia. ff. ſi cert. peta. dicit,quòd eſt periculum creditoris, ſi campſor Venetiarum promiſit mihi ſoluere:nam breui manu videtur mihi numeraſſe, & ego demum penès eum in depoſitum poſuiſſe. Sed iſta ratio non uidetur uera;quia pecunia non erat præſens, nec ſolutioni parata. Bald. tenet eandem opin. in d.l.pro debito.tamen per aliam rationem dicens, quòd ſatisfactum mihi uidetur,ex quo illum nummularium acceptaui. ff. man.l.inter cauſas.§. abeſſe. Item tacite uidetur facta nouatio; quia eſt facta permutatio debitoris & loci.ff de noua. l. omnes. & quod not.eod.titu.l.ſi debitorem.per gloſſ. & l.delegare. per Barto. in primis ſi campſor promiſiſſet ſe facturum & curaturum, quòd mihi ſolueretur, quo caſu, non connumerabitur inter creditores fugientis, ſed inter creditores ſcribentis,dummodo reddam ſibi ſuas literas. C.de condi.ob cauſam.l.diſſolutis.& ideo cautela eſt,quòd per pactum expreſſum reddat ſe tutum in omnem euentum. Item ſi campſor primus erat conſtitutus fugæ indiſtinctè tenetur propter dolum ſuum. facit. ff.de fideiuſſo.l.qui ſatisdare.ſecundum ipſum Bald.

† Trigeſimotertiò quæro, quidam mercator conduxit do-
34 mum,dominus uult eum expellere; quia uult forte pro ſua habitatione,uel ex alia cauſa,quæritur, ex quibus cauſis poſſit expelli. Dic,quòd poteſt expelli primò,quando ſuperuenit neceſ-

ſitas

Source : BIU Cujas

ſitas locatori inhabitandi domum;ut quia uxorem duxit, ſcilicet ex poſtfacto,cum ſpes ducendi vxorem non eſſet tempore locationis, ſecundum Imo in c.propter ſterilitatem.de loca.& Bald.in l.ædem.C. loca. qui idem dixit in filio, qui vxorem ducturus eſt, vel ibi vult facere artem lanæ, vel aliam honeſtam, vel his ſimilia.Non obſt. quòd potuit iſta perſpicere; quia non tenetur omnia conſiderare,ſed propinqua.Ea enim quæ ſunt ſatis remota,erunt,& forte non erunt.ff.loca.l.ſi quis domum. §. j.ff.ſi quis cau.l.ſed & ſi quis.§.quæſitum.& idem in patre & matre indigentibus habitatione ex honeſta cauſa & noua, & licet domus ſit ampla,vt poſſit vterque ſtare,tamen non cogitur ſtare in communi habitatione, præſertim quæ poſſit inſidiari pudicitiæ.ff. vbi pu. edu.deb. l.ſed ſi diſceptetur. §.j.ſecundum ipſum Bald.Secundò quando ſuperuenit neceſſitas reficiendi,ſeu reparandi domum, ſecus ergo ſi tempore locationis eadem neceſſitas imminebat: quia tunc non poſſet propter hoc expelli, argumen. à contrario ſen.in d. cap. propter ſterilitatem. Tertius caſus eſt,quãdo inquilinus peruerſe vtitur re locata, quòd intellige ſecundum Bald.in authen.qui rem.C.de ſacroſan. eccleſ.duobus concurrentibus, ſcilicet, quòd ſit deterioratio notabilis quantitatis; nam pro modica non fit reſciſſio cõtractus. l.ſcio.de reſ. in integr. ſecundò quòd ſit ad perpetuam deteriorationem, de qua vide per Bald.in d.auth.qui rem.& in l.ędem. C. loca. Quartò, quando canonem non ſoluit per biennium, nec moram infra breue tempus purgauit.cap. potuit. de locat. & dicto cap.propter ſterilitatem.vbi concludit. Do.Nico. Abb. Sicu.quòd aut locatio fuit facta ad longum tempus,aut ad modicũ.j.caſu,aut conſtituta fuit vna penſio pro toto tempore, & poteſt expelli, ſi non ſoluit in tempore conuento, quaſi non ſeruet legem contractus.ideo nec ei ſeruanda eſt. cap. peruenit de iureiuran.l.cum proponas.C.de pac.l.Iul.§ offerri. ff. de act. emptio. aut penſio fuit conſtituta ſingulis annis, & tunc poſſit expelli,ſi non ſoluat per biennium,vt ſupra quòd procedit etiã ſtante pacto,quòd non poſſit expelli durante tempore locationis;quia habet tacitam conditionem.l. quæro. §. inter locatorem.ff. loca. quando verò locatio eſſet facta ad modicum tempus, non eſt neceſſe expectare biennium, ſed ſi non ſoluit penſionem tempore debito poteſt expelli etiam propria domini auctoritate,argum.d.l.æde.de quo latius in d.c. propter ſterilitatem.per D.Nic.& in c.potuit.

15 † Trigeſimoquartò quæro, quidam molendinarii contraxerunt ſocietatem, & conduxerunt molendinum in periculoſo tiberi, quod poſtea fluminis impetu deſtruitur, petitur penſio, opponitur de caſmate. Replicatur, quòd ſcire debuit naturam tiberis,& vicium loci; quia in arena erat ſitus mobilis, & aptus ruinæ. Reſpondeo, penſionem non deberi; quia caſma eſt in ſubſtantia rei conductæ,& in re,quæ non eſt,non debetur penſio, ſeu merces, idem ſi propter inſolitũ motum aquarum molendinarius migrauit.ff.de migra.l.j.ff.loca.l. habitatores. ſecundum Bald.in l.licet.C.loca.

36 † Trigeſimoquintò quæro, quidam conduxit molendinum deſtructum cum pacto, quòd deberet ipſum reaptare, reaptauit, ſed iterum deſtructum eſt, vnde fructus percipi nequeunt, an fit remiſſio mercedis.quæſtio ſtat in hoc,an debuerit,iterum reaptare necne. dicit Bald. quòd non debet iterum reaptari, & ideo fit remiſſio.ff. de lega.3. l. fideicommiſſa. §. ſi quis ita, ſed quid ſi promiſit reaptari & manutenere reaptatum. Reſpondeo, tunc debet reaptari, quotiens opus eſt, argumen.ff.de arbit.l.inter Caſtellianum, ſed quid ſi nihil eſt dictum de reaptatione? Reſpondeo,ſi magna eſt impenſa, pertinet ad dominũ, qui tenetur tradere molendinum inſtructum. ff. loca. l. ſed & addes. §. 2. nec prius tenetur molendinarius ad penſionem ſecundum ipſum Bald.

37 † Trigeſimoſextò quæro, nunquid impeditus vno tempore caſu fortuito debeat reſtaurari aliud tempus.Barto. in l. ſi ita ſtipulatus eſſem.ff. de verborum obligat. dicit, tunc reintegratur tempus, quando opus fiendum eſſet idem factum ſecundo tempore, quod factum in primo, vt in domo, aliàs ſecus, vt ſi aliquis promiſit mihi ſeruire pro vno anno ab iſta die, & ipſe fuit impeditus pro iſto anno, & vellet ipſe ſeruire pro anno ſequenti pro eadem mercede,non teneor recipere;quia aliud eſt ſeruitium primi temporis, aliud ſecundi,cum conſiſtat in operibus,quæ variantur ex tempore.l. ſi non ſortem. §. libertus. ff. de condi.indeb.alleg.ad hoc text. ſingu. in l. vſufructus mihi in biennium.ff.de vſufr.leg.ſecundum Barto. & Bal. in l. liberti libertęque.C. de oper.liber. dicit, quòd quando ex illis operibus debet reſultare certum corpus, cuius figura, & qualitas eadem eſſe poteſt vno tempore ſicut & alio, puta promiſit ædificare domum, ſcribere librum, & poteſt alio tempore operam præſtare, quandoque ex illis operibus non debet reſultare certum corpus,& tunc,aut eſt certum tempus limitatum operi quò ad principium & finem ſui, ita quòd ſit de forma contracta,& tũc non poteſt ſuppleri tempus pro tempore, & ponit exemplum in poteſtate, qui non venit in termino,vt poſſit reſpui, niſi ſteterit per aduerſarios,de quibus latius per Bal in d.l.liberti liber-

tęque.& per Bart.in d.l.ſi ſtipulatus eſſem.

38 † Trigeſimoſeptimò quæro de periculo ruinæ operis conducti per plures magiſtros ſeu fabros, cuius periculo cedat, dicit Barto.in d.l.ſi ſtipulatus eſſem. quòd ille, qui conduxit opus faciendum,pro parte faciendo non liberatur;quia dicitur obligatio indiuidua l. ſtipulationes non diuiduntur. & l. in executione.§.2.ſpecies.ff.de verbo.oblig. debet ergo facere totum opus, ſed dubitatur de duobus.Primò,an poſtquam opus corruit, debeat rehabere integrum tempus,& reſpondetur quòd ſic, vt d. l. ſi ita ſtipulatus eſſem. Secundò dubitatur, cuius expenſis debeat refici.Iſtud declaratur in l.Martius.ff.loca. quia pro ea parte,quæ corruit, periculum fuit domini in totum. vnde illa pars reficienda erit pecunia domini,cum periculum ſit eius, ex quo abſque culpa conductorum euenit,reſiduum faciet vigore primæ conductionis,ſecundum Bart.in d.l.Martius.& in d. l. ſi ita ſtipulatus eſſem. Tertiò videndum eſt, cuius damno cedit ruina contingens in ædifitio iam conſtructo. Dic, aut conſtructor ædificii,& ſic conductor, ſeu faber ſe non obligauit ad totum illud opus conſtruendum, ſed ſingulis diebus nouiter ad conſtructionem locat operas ſuas,tunc de ruina quomodocunque proueniens ipſe non tenetur,caſus eſt ſingu.ff.loca.l.ea. l.§. locaui.& ibi per Barto.& per Bald.in l.aduerſus. C.loca. vbi dicit, quòd ille, qui dietim aliquod opus conducit, non tenetur, ſi vitioſum opus facit, per dicto §. locaui. ſufficit enim ſi taliter operetur, qualiter ſcit & non affirmat ſe peritum, & quia ideo videtur dietim conducere, & dietim poſſit eum reprobare, ſi ergo non reprobat conducens, imputatur ei;quia locans non aſtringit ad certam operis qualitatem, nec ad tempus certum, aut locat eius operas ad opus conſtruendum vna locatione, & tunc ruina contingens vitio ſoli, vel caſu fortuito aſcribitur domino ædificii,caſus eſt in dicta l. Martius. in dicta l. fin. ff. de verbo.oblig.contingens verò dolo, lata culpa,vel leui locantis operas ſuas aſcribitur conſtructori, caſus eſt in l. ſi vt certo. §. nunc videndum.ff.commo.Idem ſi locauit operas ſuas, ut certum opus facere tenetur, licet penſio in ſingulos dies præſtita fuerit: vt dicto §. locaui. vbi caſus eſt. & ibi per Barto. Si verò contingit leuiſſima culpa,eidem nõ aſcribitur, niſi in ſe expreſſe omne futurum periculum ſuſceperit; quoniam conuentio tunc facit eum teneri de leuiſſima culpa,non autem de caſu fortuito.l.opus quod in aduerſione.cum.l.ſequen.ff.loca.vbi eſt caſus valde notabilis,quòd ille,qui conduxit opus ſuo periculo faciendum,vel vt in pedes menſura præſtetur, tenetur de leuiſſima culpa,quouſque approbetur in primo caſu. In ſecũdo quouſque menſuretur, niſi per locatorem ſteterit, quo minus approbetur,vel menſuretur,non autem tenetur de caſu fortuito, vt eſt ibi caſus,& in l.priuſquam.ff.loc.ſecundùm D. Lud. Pon. in d.l.ſi ſtipulatus eſſem.

39 † Trigeſimooctauò quæro, contingit, quòd Franciſcus & Barto. erat creditor cuidam de orto 40. florenorum auri, cui ſcripſit literas talis tenoris inter cætera videlicet (El pagamento ſi è che con voſtra ſalueza & mia veggiate de mandarmili.) modo ille debitor dedit illam pecuniam cuidam nobili ciui Peruſino fidedigno, vt portaret illam pecuniam domino Franciſco,qui ciuis Peruſinus hoc notificauit dicto, tamen d. pecuniam non ſoluit,nunc dictus Franc.repetit d pecuniam à dicto mittente. Ille dicit, quòd non tenetur,niſi cederet iura, quæritur quid iuris. & videtur primo dicendum, quòd dictus Ortanus non teneatur duabus rationibus. Primò, quia ſecutus mandatum creditoris dedit pecuniam fideli homini. vnde perinde eſt,ac ſi dediſſet ipſi creditori.ff.de pigno.act. l. ſolutã.§. ſolutã. Secundo,quia ſatis vr ſufficere debitori fido nuncio commiſiſſe,vt legitur & not.ff.commo.l.eum.§.fin.cum l.ſequen.& l.argentum.In contrarium videtur;quia dictus nuncius fuit electus per ipſum debitorem,& erat nuncius ipſius debitoris non creditoris, & mala electio eſt in culpa, & quòd fuerit malus nuncius apparet ab effectu;quia pecuniam non dedit creditori, vnde imputet ſibi debitor, qui infidelem nuncium elegit. ff. loca. l. cum in plures. §. ſeruum meum. verſi. quòd ſi ſine diſtinctione. Præterea hoc videntur determinare verba literæ, dum dicit (con voſtra ſalueza & mia, veggiate &c.) nam per iſta uerba creditor reddit debitorem aduiſatum, quòd mittat per talem nuncium,quòd res ſit ſalua ipſi creditori,quæ verba intelliguntur cum effectu, ſed res non eſt ſalua creditori pecunia non ſoluta.ff.ſi certum petat. l.periculum. ff.de admin.tut.l.cum quæritur. Præterea culpa eſt committere pecuniam tam potenti homini,à quo inuito non poſſit exigi,cum non ſit idoneus cõueniendi facilitate.l.2. §.j. ff. qui ſatiſd. cog. & hoc ex qualitate nuncii deprehenditur, vt not.in dicta l.cum quæritur. §.fi. cum l.ſequen. Præterea iſte erat debitor generis, vnde caſus fortuitus eum non liberat. l. incendium. C. ſi certum petat. Præterea non ſeruauit formam mandati; quia non dedit perſonæ, per quam pecunia eſſet ſalua,& ideo remanet obligatus ſicut prius, nec liberatur cedendo actionem, ſi creditor talem ceſſionem non vult acceptare.C.de ſolu.l.eum à quo.debuit enim iſte debitor eſſe curioſus,vt traderet pecuniam tali,vt eam faceret ſaluam cre-

Source : BIU Cujas

uam creditori, nec prodeſt ei, quòd confidit de bono viro, & bonæ famæ: quia verba epiſtolæ effectum requirunt, & de effectu fuit cogitatum, vt apparet ex ipſa ſcriptura. ita formaliter dicit Bald. in ſuo conſi.

30 † Trigeſimonono quęro, quidam locauit apothecam Titio, ad quam apothecam non poterat intrari niſi per hoſtium apothecæ, cuius claues habebat dictus conductor, vel niſi per domum dicti locatoris, quam habitabat dictus locator, accidit, q̃ quoddam portellum domus dicti locatoris, in qua habitabat, & quæ erat coniuncta d. apothecæ, remanſit apertum de nocte, vnde per dictum portellum fur & latro intrauit, deinde acceſſit in d. apothecam, & multas pecunias, & res inde furatus fuit. & ſubtraxit, quærebatur, vtrum dictus conductor poſſit agere contra dictum locatorem, & ad quid & quomodo ſit formandus libellus? Reſpondeo, & videtur primò, quòd dictus locator non teneatur; nam dominus horreorum effractis & ruptis horreis non tenetur, niſi promiſit cuſtodiam conductori. ff. loca. l. dominus horreorum. in princip. C. loca. l. ex diui. eſt tamen verum, quòd quando non poteſt intrari ad hortea niſi per domũ locatoris, tunc videretur præſumendum contra ipſum, quòd ipſe fecerit, vel paſſus fuerit fieri tale furtum, vel ſaltem, quòd ipſe ſciat facientem, ſicut probatur per d. ll. & facit ad hoc. ff. de fun. inſtruct. l. ſi ita. ſed tamen dicendum eſt, quòd non eſt neceſſe intentari crimen in quæſtione propoſita. Sed agi poteſt contra locatorem ex locato ratione culpæ: licet enim locator de culpa commiſſa in re ſua, quæ eſt locata, non teneatur, tamẽ hoc eſt verum, niſi talis res rei locatæ cohæreat: nam ex quo habetur ingreſſus per domum non locatam ad domum locatam, ſic tenetur cuſtodire domum propriam, vt per eam vel eius occaſione non non detur damnum in horreo locato, vel in rebus exiſtentibus in horreo locato: nam ad hoc obligatur ex bona fide, quæ in huiuſmodi contractibus venit: vt ff. loca. l. ſi vt certo. §. nunc videndum. ff. eod. l. in lege locat. nam tenendo locator portellum ſuum apertum occaſionem damni dat: vnde damnum ipſe quodammodo dediſſe videtur. ff. ad l. Aquil. l. qui occidit. §. pennlt. immo plus forte videtur dicendum, quòd ſi ſint duo vicini, quorum vnuſquiſq; habet cameram per partem non conductam, & vnus de nocte dimittit portellum ſuũ apertum, vnde facilis eſt acceſſus ad cameram alterius vicini, quòd iſte talis propter latam culpam tenetur vicino vtili actione leg. Aquiliæ, argumen. eorum quæ notantur. ff. de vſufruct. l. ſi cuius. §. de prætoriis. ſecundùm vnam ſolutionem: tamen tex. ibi videtur dicere contrarium, & maximè, quia hic committitur culpa in re propria, quæ non punitur. ff. ſolu. mat. l. etiam. § j. dico dictum locatorem de d. culpa teneri actione ex cõducto, & contra eum eſt agendum per actionem ex conducto; quia cum appareat, quòd culpa non fuerit cauſa immediata, ſed mediata damni; quia cauſa eſt illa, quæ per ſe ſola ſufficit, cauſa mediata eſt illa quæ non ſufficit, niſi aliud adiungatur ſibi, vt ff. loca. l. qui domum. tamen quælibet culpa locatoris per actionem ex cõducto purgatur, nec eſt diſtinguendum, vtrum talis culpa fuerit immediata cauſa damni, vel mediata; quia omni caſu huiuſmodi contractus per naturam contractus debet puniri, de actio. emptio. l. Iulianus. in princip. & §. item qui furem. Ex his ergo aperte concluditur, rebus ſic ſe habentibus dictum locatorem teneri: nam certe in dicta l. dominus horreorum, non expreſſit dictum locatorem teneri de ea cuſtodia, quæ apud eum remanſit, ſed apud eum remanet cuſtodia domus, quam habitat. ideo ſi eam male cuſtodiuit non claudendo portellum de nocte, à culpa quodammodo lata excuſari nõ poteſt. ff. pro ſo. l. cum duobus. §. damna. verſic. quòd ſi à furi. & ff. ad l. Aquil. l. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi fornacarius. & qui non facit, quod facere tenetur, videtur feciſſe contrarium eius, quod debet facere. ff. de regu. iur. l. qui non facit. Bald. in primo lib. conſiliorum.

41 † Quadrageſimò quæro, quidam odoſius campſor promiſit facere artem cambii bene, legaliter, & bonafide, & quidam Antonius extitit fideiuſſor vſque in quantitatem 500. florenorum, iſte Odoſius in libris ſuis ſcripſit ſe eſſe debitorem quorũdam occaſione pannorũ, piperis, & ferri, deinde iſte Odoſius fefellit, & aufugit, quæro, vtrum dictus fideiuſſor teneatur ad dicta debita ſcripta in libris ſuis occaſione pannorum, piperis, & ferri, poſito quod dicti libri ſint intitulati hoc modo, videlicet, iſti libri ſunt libri cambii talis campſoris. Ad prædicta puncta reſpondeo, & dico fideiuſſorem non teneri pluribus rationibus.

Primò: quia fideiuſſor acceſſit promiſſioni principalis debitoris, ſcilicet, dicti Odoſii, ſed dictus Odoſius tunc non promiſit mercantiam pannorum bene & legaliter facere, ergo occaſione mercantiæ fideiuſſor non tenetur; quia fideiuſſor non poteſt obligari in plus vel aliud, quàm ſit obligatus ipſe principalis. ff. de fideiuſſ. l. Græcè. §. illud.

Secundò; quia fideiuſſor ad certam cauſam non tenetur extra illam, vt plene legitur, & not. ff. loca. l. quæro. in princip. ſed iſte fideiuſſor fideiuſſit in cauſam cambii, & iſta non eſt cauſa cambii, ſed alterius negociationis marcantiæ pannorum, ergo in hac cauſa non fideiuſſit, & ſic non tenetur. ff. de verborum obligat. l. quicquid aſtringendæ. ff. de fideiuſ. l. fideiuſſores magiſtratuum. §. Aurelio.

Tertiò, quia fideiuſſor intelligitur fideiubere in cauſam honeſtam, & non in cauſas iniuſtas, & fictitias, ac ſimulatas. ff. ad municipa. l. Lucius. §. fin.

Quartò; quia iſta eſt fideiuſſio neceſſaria ex parte campſoris. ideo nõ videtur fideiuſſum, niſi in cauſam, quam ſtatutum diſponit. ff. ſi quis cau. l. ſed & ſi quis. §. fi.

Quintò; quia diuerſitate negociationum diuerſi ſunt fines & obligationes diuerſæ & ſeparatæ. ff. de inſtito. l. cuicunque. §. non tamen. & l. habebat. ff. quod cum eod. l. Titianus. & ideo fideiuſſio coarctata ad certum genus negociationis, non extendit ſe ad aliud genus, quinimmo ſi genus, in quo fideiuſſit, ſit alii generi permixtum, fideiuſſor n õintelligitur fideiuſſiſſe in iſta negociatione mixti exercitij, argum. ff. de leg. 3. l. hoc legatum. ff. de lega. j. l. Titiæ textores vnde qui fideiuſſit pro campſore, ſimiliter in arte cambii, non dicitur teneri, ſi cambium incidat in mercantiam: quia principaliter alia negociatio eſt contracta, argumen. ff. nau. cau. ſta. l. 3. vnde ſi mercator ſcribit pretium in libris cambii dicens ad id ſe teneri ex cambio, tamen quia origo inſpicitur, non videtur quòd ex hoc fideiuſſor cambij teneatur; quia à primordio tituli poſterior formatur euentus, & quia videtur de hoc veriſimiliter cogitatum per fideiuſſorem. ff. de fideiuſ. l. tutor. C. de impon. luc. deſcript. l. j. lib. 10. Bald. in ſuis conſiliis.

42 † Sexageſimoprimò quæro, ſi vnus ponit pecuniam in ſocietate, & alter operam, & ſors eſt deperdita, vel diminuta, an damnum ſit commune, & qualiter probetur iſte caſus. Bald. ſic formaliter conſuluit in conſiliis ſuis. In Chriſti nomine noſtri, multiloquium ſemper diſplicuit, ſemiloquium ſemper placuit, duo contraxerunt ſocietatem hoc modo; quia vnus depoſuit ducenta ad partem lucri, & damni, alter ponebat operam promittens cum dicta pecunia mercari, & rationem ponere ſingulo menſe, & ſi inde perderetur, probare infra menſem: quæritur primò, ſi ſors eſt deperdita, vel diminuta caſu fortuito, an damnum ſortis perditæ ſit commune, dixi quòd ſic, per id quod legitur & not. ff. pro ſo. l. cum duobus. §. damna fatalia. ibi dum dicit, commune damnum eſt, ibi eſt tex ad literam. Prę terea non eſt dubitandum propter expreſſa verba pacti, nam verba dicunt, ad partem damni, quod non poteſt intelligi, niſi de damno contingente in ſorte. ff. pro ſocio. l. Mutius. ibi. neque damnum &c. vbi eſt text. nam ſocietas quandoque eſt lucroſa, quandoque ſterilis, quandoq; damnoſa, & non poteſt eſſe damnum, niſi quando capitale non eſt ſaluum & ibi aperte patet: & hoc etiam probatur aperte. ff. pro ſocio. l. ſi nõ fuerint. §. ita coiri. vbi videtur, quòd ſi vnus ponit pecuniam, alter operam; tunc demum ponens operam non participat in alio damno, quàm operarum amiſſarum, quando ita eſt ſpecialiter actum inter ſocios, & mouetur etiam ibi quæſtio, nunquid talis conuentio valeat contra naturalem æquitatem ſocietatis, & deciditur ibi q̃ valet, ergo ſi pactum non eſſet, commune eſſet, & ita tenet Io. de Are. in l. j. C. pro ſocio. & eſt ipſa veritas. Non obſt. gloſſ. ibi poſita, quæ videtur dicere contrarium, ſcilicet, quòd pecunia pereat ponenti pecuniam, & opera pereat ponenti operam, hic fuit expreſſe actum, quòd periculum nummorum eſſet commune, & hoc ſufficit in quæſtione noſtra: ſed ſi volumus ſcire, quid eſſet pacto non appoſito, ſunt opin. nam opin. gloſſ. ibi dicit eſſe commune, & idem Roſin titu. de actione pro ſolu. Pet. & Cy. in quadam ſua æquitate diſtingunt aliter ibi per eos. ego dico, quòd vbi capitale, in quo ſtat ſubſtantia ſocietatis, non eſt ſaluum; quia caſu periit, quòd vtrique periit, ſi dictum capitale fuit communicatum, quia vterque eſt dominus pro parte: ſecus ſi dominium non fuit tranſlatum, vt inſtitore: nam ſi principaliter eſt inſtitor, ſed in quęſtu ſocius, periculum domini eſt, & ita intelligitur illa glo. & hæc vera ſunt, ſiue caſus contingat in ipſa pecunia, ſiue in mercantiis emptis ex ea, & hoc dixit ſuccincte in prima parte conſilii mei, vidi conſilium cuiuſdam alterius contradicentis, qui nec pactum examinauit, nec naturam ſocietatis ponderauit ſalua audacia ſua: nec tamen debet reprehendi; quia naturale eſt, quòd tot capita, tot ſentẽtiæ, & ẽt quia glo. eidem eſt magnus teſtis, ſed vbi eſt caſus legis, tex. prævalet glo. vt eſt tex. in d. §. damna fatalia. ſecundum Iaco. de Are. ſed quicquid ſit de opin. Docto. pactum tamen appoſitum in contractu ſoluit iſtam quæſtionem, vt dixi. Sequitur videre ſi non appareat de caſu, qui debuit probari infra tempus conuentum, vtrum poſſit peti executio in ipſo capitali, & videtur quòd nõ; quia non eſt liquidum, niſi poſito calculo in ipſo capitali, vt l. cum ſeruo. de condit. & demon. cum ſimil. Contrarium eſt verum; quia inſtrumentum habet in ſe tres caſus, ſcilicet damni, & iſte caſus probandus eſt à reo, cui permittitur excipere de caſu lucri, & certe in capitali eſt liquidum, ſed in lucro liquidando ab actore & etiam per codicem rationum. Eſt & tertius caſus, quando nõ emerſit lucrum, neque damnum, & adhuc iſto caſu inſtrumentum eſt exequẽdum. aut ergo reus probat damnum,

Source : BIU Cujas

num, & tunc inſtrumentum nō debet exequi, niſi pro parte dimidia, in qua inſtrumētum eſt liquidum in omnem euentum, vt ſupra dixi in primo paſſu, aut reus nihil probat, & tunc in totum fit executio; quia ſcriptura dicit, quos florenos omnes cū medietate lucri &c. & hæc ſcriptura duas habet partes, ſcilicet de ſorte certa & in lucro incerto. vnde id quod eſt certum exequi debet, dico ſtatuto termino reo ad ſe defendendum, & non probata per reum defenſione, iſte eſt ergo rectus modus, quòd petatur executio in quantitate prædicta, & quòd citetur reus, quòd opponat, & ſtatuatur terminus ad probandum, & reo nil probante fiat executio promiſſionis certæ quantitatis & ſpecificatæ in promiſſione prædicta, nec ignorat iudex illud, vnde forma iuriſdictionis cauſatur, immo fit ex lectione inſtri, nec requiritur alia probatio ex parte actoris. licèt per negationē exceptionis poſſit fieri res dubia. ff. de tranſa. l. poſt rem, exceptio autem ſi eſſet probata non excluditur à ſtatuto; quia naſcitur ex tenore inſtrumenti, vt legitur & not. C. de ſenten. l. cum eorum. Sequitur videre, an caſus ſit probatus &c. ſupereſt vt videamus quid præſumatur de iure. & breuis caſus eſt legis, ſi incontinenti fuerunt emptæ, præſumitur ex illa pecunia, aliter nō, cū aliunde potuiſſet habere. text. eſt notabi. de priuilegiis creditorum. l. ſi ventri. §. fina. ſed iſtud non eſt hic probatum: ſed certe iſtæ merces non fuerunt emptæ de vento. l. fi. vbi pupil. edu. de. & præſumuntur emptæ communi nomine propter præcedentem contractum ſocietatis, de admini. tuto. l. qui negociationē. & ſocius qui ponit iſtas merces in communi nō tenetur de ſuo ſoluere, ſed communi, ergo ſaltem eſt tātum probatum, quòd damnum debet eſſe commune, ſed certè inter vniuerſalem geſtorem, & particularem ſocium multum intereſt, ex particulari enim ſocietate ponamus ducētorum non præſumitur communi nomine empta quæcunque emuntur. ideoq; non poteſt preſumi ſocius ducentorum communi nomine emiſſe omnia, nec etiam hoc vel illud propter incertitudinem facti non determinati ad hoc, quid enim ſi emerentur mille millia, & ſocietas pecuniæ & operæ eſſet circa 10. tantum, in ſocio generali & adminiſtratore vniuerſali poteſt præſumi, quòd quicquid &c. non in ſocio, qui eſt ad vnam quantitatem, ſicut nec in eo qui ad vnam ſpeciem mercatur in eo quod poteſt ſe habere ad plures ſpecies, puta ſi eſt ſocius pannorum, & emit lanam ad finem pannorum, & venit in ſocietate, vel ad finem reuēdendi ipſam lanam, & non venit in dubio, quòd incumbit probatio ei, qui dicit emptum ad finem pannorum, duplici ergo exiſtente patrimonio, ſcilicet ſociali, & proprio non præſumitur in dubio ex ſociali: vt C. arbit. tut. l. quicquid. de teſta. c. cum in offic. per Innocen. facit. ff. de pe. hæ. l. ſed & ſi. l §. quod autem. ad Treb. l. Titius. C. eod. authen. contra rogatus. quia magis affectat habere quis proprium, quàm commune. C. quando & quibus quarta pars debe. l. j. lib. 10. facit. ff. de ſol. l. & magis. & quod not. C. de bonis quæ lib. l. cum oportet. in prin. facit. ff. de pact. l. hinc quæritur. §. poteſt. Præterea lex expreſſe dicit quòd id, quod ſocius emit ſimpliciter, ipſius ſit, ſed iudicio ſocietatis cogitur communicare, ergo ſuo nomine videtur emiſſe. text. eſt. ff. pro ſo. ſi quis ſocietatem contraxerit quod emit ipſius ſit non commune &c. nam ſiue ſuo nomine ſiue ſimpliciter emat non intelligitur perſona extrinſecus. facit. ff. de verb. obliga. l. ſi ita ſtipulatus. §. Griſogonus. in fin. §. nec eſt verum, quòd ſola voluntate mentis redigatur de proprio in cōmune, ſed voluntas & actus neceſſaria ſunt. ff. de pecu. l. non ſtatim. & l. fi. ff. ſi pars hære. peta. ff. ſi certum peta. l. ſi ſocius. verſi. quòd ſi communem. Bald. in conſiliis ſuis.

43 † Quadrageſimoſecundò quero, qui teneantur contribuere, quando vna domus diruitur propter incendium. Bal. in conſiliis ſuis ſic conſuluit. In Chriſti nomine amen. In iſto puncto ſic dicendum eſt, quòd incendium quandoque oritur caſu fortuito abſque aliqua culpa; quia tunc non eſt addenda afflictio afflicto, vnde ex tali incendio non obligatur alteri. ff. pro ſo. l. cum duobus. §. damna fatalia. & hoc caſu vicinus, cuius domus eſt exuſta, vel demolita caſu incendii, agere non poteſt. ff. ad l. aquil. ſi quis fumo. §. quod dicitur. ff. quod vi aut clam. l. ſi alius. §. eſt & alia. & ibi per Bart. expreſſe dixit tamen Iaco. Butr. quòd quando pro ſalute totius viciniæ vna domus viruitur, ne ignis omnia vrat, quòd contribuendum eſt ad iſtud damnum per omnes vicinos, ſicut cum iactus mercium pro ſaluanda naui. l. 2. ff. ad l. Rhodiam de iactu. & loquitur in diruto non in vſto & vterque ipſorum verum dicit. Interdum incendium oritur ex culpa, & tunc aut in culpa certi hominis, aut incerti, ſi quidem ex culpa certi hominis, tenetur emendare damnum vltionis; quia culpa etiam in re propria præcedens caſum in re aliena obligare conſueuit ff. ad l. Aquil. qui occidit. §. in hac. & l. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi quis inſulam; quia vnius factum alios nō debet in periculum trahere, ea. l. §. ſi fornacarius. & ibi not. Si autem incerti hominis culpa deprehendi non poteſt, tenetur dominus primæ domus exuſtæ; quia certi hominis factum probari oportet. l. licet. §. fi. ff. nau. caup. ſta. cum iſta actio ex parte conuenti meram pœnam contineat, in dubio autem hi preſumuntur ignem feciſſe, qui ſoliti ſunt ignem facere, & ab his debet inquiri veritas de culpa, & culpabili. ff. loca. l. dominus horreorum. nunquid autem præſumatur culpa, vel caſus ex eo incendio; nam plerunque vt plurimum culpa fit. l. 3. ff. de offic. præfe. vigi. ff. de peric. & commo. rei vend. l. ſi venditor. poteſt dici, ꝙ ſi non conſtat vllo indicio de eo qui fecit ignem, & dominus erat conſuetus eſſe vigil, & diligens, quòd non teneatur in dubio, argu. ff. de re mili. l. non omnes §. à barbaris. ff. commo. l. argentum. aliàs ſi erat homo parum circunſpectus, vel conſtat, ꝙ ipſe focum fecit, tenetur. ff. locati. l. ſi quis fundum. §. colonus. debuit enim eſſe diligēs in ſe & familia ſua. ff. ad l. Aquil. l. ſi ſeruus ſeruum. §. Proculus. ff. furti aduer. nau. l. j. extrancorum autē factum non præſtat, nec caſum ventorum, ſi propter vim ventorum ignis plus ſolito arſit: vt d. §. in hac. facit. ff. de incen. rui. nau. l. ædes §. ſi non. cum ſua materia. C. ad l. Aquil. §. capite. 3. & ideo ſi ex qualitate, & quātitate ignis incendium ortum eſt, quòd præſumitur per locum ab effectu, & dominus vel inquilinus non habuerunt diligentiam, quam debent adhibere homines ſoliciti tenetur de iſto damno dato ratione culpæ. Si autem caſu & infortunio hoc accidit, non tenetur, in dubio autē ſi conſtat de facto proprio vel culpa: quia forte tenebat ibi pueros, qui incenderunt, tenetur, aliàs non Bal.

44 † Quadrageſimotertiò quæro, quidam volebat altiare parietem communem, & obſcurare lumina propriæ domus vicini habentis communionem in dicto pariete, an poſſit. Dicūt quidam excellentiſſi. Doct. Paduani, quòd erat locus. l. qui luminibus. de ſerui. vrb. prædio. ſ. ꝙ in ædificādo debeat ſeruari forma antiqua, ſecundum quam erat ædificatum, & ſi nunquam fuit ædificatum ſuper ipſo pariete, tunc melior erit conditio prohibentis. l. Sabinus. ff. commu. diui. & de reg. iur. c. in re communi. in 6. per Dy. & Io. An. ita dicit Alber. de Roſi in l. altius. l. de ſerui. & aqua ſecundum præfatos Doct. Paduanos, qui dicunt, hāc quæſtionem habuiſſe de facto, quod eſt notādum ſecundū eos.

45 † Quadrageſimoquartò quæro, duo vicini habent areas continuas, vel hortos contiguos, fecerunt parietem medio, propter clauſuram, alter vicinus vult ædificare ex latere ſuo ſuper pariete communi, quo ædificato, ſiue ædificio facto deterior videtur fieri area, ſiue hortus vicini: ſed tamen ab vno latere remanet aer, Sol, & ventus liber ad aream vicini, quæritur, an poſſit, & primò ꝙ in pariete communi ædificare non poteſt vicino prohibēte. l. Sabinus. ff. communi diui. c. in re communi. de reg. iur. in 6. l. fi. §. fi. C. de ſerui. & aqua. In cōtrarium videtur. l. cum duobus. §. item Mela. ff. pro ſo. eo. titu. l. fi. C. de l. ſi ędes. ff. commu. diui. & quia cuique liberum eſt vſque ad cælum tollere, vt l. altius de ſerui. l. ſi vitem §. ſi quis protectum. ff. quod vi aut clam. Secūdò huius quæſtionis eſt, ꝙ in tali pariete vnus ſocius altero inuito ædificare non poteſt; quia ad vſum ędificandi inſtitutus non eſt, ſed ad vſum clauſuræ, per ea quæ notantur per gl. & Doct. in d. l. Sabinus. & in d. c. in re communi. & ita fuit repertum conſultum, vt quidem excellentiſſimi Doct. referebant, per dominum Raph. Fulg. in quodam ſuo conſi. quod incipit. vicini habent, quod eſt bene not.

46 † Quadrageſimoquintò quæro, ſi vnus ex ſociis ponit pecuniam, alter verò ſolam operam, vel operam & minorem pecuniam, & ponens operam eundo pro mercibus ad locum deſtinatum ex ſocietate interfectus ſit, & perdita pecunia, an hæredes alterius qui pecuniam totam vel maiorem partem contulit, ad aliquid teneantur. Opi. gl. ꝙ non. C. pro ſo. l. j. ff. eo. l. ſi non fuerint. ſicut perdenti operam ex morte nihil reficitur. Pet. limitat non bona ratione; quia licet iam operam ponit per dies paucos, illa opera non æquiualet quantitati alterius. Iac. de Are. in alle. contra per leges quę non probant; quia loquuntur, qñ ambo ponunt pecuniam. vnde ceſſat ratio gl. cum cuilibet inferatur damnum. dñs Raph. Ful. tenuit hanc opin. p l. cum duobus. §. damna. ff. pro ſo. vbi vnus ponit rem, alter operam, nec ibi res communicatur: vt in §. preceden. & tamen damnum pecorum cōe non poteſt dici ibi pp ęſtimationem; quia illa non facit venire caſum, vbi aliàs veniret culpa leuis: vt in ſocietate: vt no. ff. ſi quis cau. l. ſed & ſi quis §. quęſitum. item ſi faceret teneri de caſu, tenetur in totum, contra illum tex. vbi pro parte, & pro hac regula, ꝙ damnum, & commodum eſt cōe in ſocietate. inſti. p ſo. §. illud. à qua nō reperitur exceptus caſus, qñ alter ponit operam. Item quia in §. illud. inſti. pro ſo. dicitur, ꝙ valet pactum, vt in ſolo lucro &c. ergo ceſſante pacto erit cōe. Nec ob ratio gl. quia ſi ponens operam patitur damnum, vel in rebus ſuis occaſione ſocietatis, vel in operis, quia vulneratus alter contribuit. l. cum duobus. §. quidam ſagariam. & l. ſocium. in fi. & ſic eſt paritas. hoc autem caſu; quia vita non eſt extimabilis, inſurgit impa ritas caſu, ſufficit enim, ꝙ potentia ſit paritas, licet non caſu. l. ſi ſocietas pro filia. ff. pro ſo. vbi valet conuentio, ſi quis habuerit filiam, vt cōiter maritetur, licèt contingat vnum tantum habere, & tamē non valeret de filiis vnius in ſpecie, pone eñ vnum miſiſſe filium occaſione ſocietatis, alium ſeruum, dñs ſerui habebit medietatem ſerui, & non pater filii, qui eſt inextimabilis. ſi ergo hic non eſſet mortuus, ſed vulneratus, ita ꝙ efficeretur

inhabi

inhabilis, extimaretur damnum operarum futurarũ amiſſarũ: & ita damnum operarum filii olim non hodie; quia illud non eſt profectitium.per l.cum oportet, & hanc differentiam facit, ſi quadru.pau.fe.di.l.ex hac.& de his qui deic.vel effu.l.j. nec poteſt hæres defuncti prætendere damnum operarum, quia ſi nõ fuiſſet interfectus, non eſſet hæres, vt in ſimili dicit text. ff. ad l. Aquil.l.inde Neratius.§.j. & hæc ſentẽtia maxime videtur procedere cum conuenit,q̃ damnum,& lucrum eſſet cõe, q̃ aliter non poteſt eſſe. conſilium Rapha.Raymun.de Cumis.

47 † Quadrageſimoſextò quæro,Matthæus dedit quaſdam res Venetiis Bartholomeo Arimini vendendas in ingreſſu nauigii de Venetiis;quia nõ habebatur bolleta de datio ſoluto ab inquiſitoribus quæſitum fuit,& dictæ res inuentæ perditæ ſunt, quærit an barcarolus teneatur Matthęo. Et vr̃ q̃ nõ:quia Matthęus debuit ſoluere datium.per Bar.ff.de publica.l.j.§.j.& licet barcarolus conduxiſſet vehendas, non debuit ſoluere de ſuo,ſed poterat Matthæo petere datium per prius.ff.man.l.ſi verò. §.fi.quod puto iuſtum,ſi Matthæus ſciebat nautam ſine bolleta recedere: vr̃ enim fraudem facere voluiſſe,arg.ff.de euict.l.Herennius.§.j. & quia non caret & c.de homic.c.ſicut dignum. ſacit de noxa.l. 2.& 3.cum ibi notatis.pariter ſi ſciebat nautam ignorantem datium ſoluendum,arg.ff.man.l.ſi fideiuſſor.in princ. aliàs ſi aliud non appareat,vr̃ præſumi debiſſe,vt licite non illicitè exportet, arg.ff.pro ſoc.l.meritò. nec illicitum & pęnale præſumitur mandaſſe,quod quiſq; iur.l.3.§.ſi procurator. de condi. indebi.l.ſi ꝓcurator.de his quæ in frau.cre.l.ſi pater.§.omnia.& eſt de iuriſd. om. iu. l.2. cum ſi. licet eñ potuiſſet petere à Matthæo bolletã, vel pecuniam dari,non tñ debuit ſine hoc recedere, cum ad cũ ſpectaret bolletæ oſtenſio,apud quem res inueniuntur; quia tamen cõe eſt hominum datia fraudare, & mos eſt dñi rei bolletam accipere,vel pro ea nautæ pecuniã dare, aut ſaltem expreſſe imponere,vt pro ſe ſoluat, ex hac ſimplici datione ſatis ſtringit ſuſpicio fraudis in Matthęũ, vt vel fraudare voluerit datiũ, vel nautam irretire,& ſic patiatur eum tranſire,& ſi bene ſuccedat,lucretur,ſi male ſibi imputet,ar.ff.de exce.doli.i l.apud Celſum.in prin.maximè ſi conditione nautæ inſpecta,& datii quãtitas nõ ſuggerebat,quod veriſimiliter nautæ impoſuiſſet,q̃ ſolueret pro ſe,bene ergo faceret nauta articulare de his, & probare vt poterit, iudexq; multum debet aduertere ad tales cõiecturas.Raphael Cuma.conſuluit vt ſupra.

48 † Quadrageſimoſeptimò quæro, mercatores quidam Lucani & Bononienſes habentes Lucæ certas mercantias laboreriũ ſerici commiſerunt certis vectoribus,vel guidis, vt dictas mercantias deducant de Luca ad partes Franciæ ipſasq; merces ſic deducendas conſignauerunt guidis ſeu vectoribus antedictis,q̃ iuxta cõmiſſionem prædictam cũ prædictis mercibus de Luca recedentes iuerunt vſq; ad ciuitatem Lugdunenſem,& ibidem ſentientes iter ab inde vltra verſus Franciam nõ ſecurum, ſupſederunt in dicta ciuitate recommendãtes,& cõſignãtes hoſpitibus dictas merces,quas de voluntate dictorum mercatorum, ſeu commiſſariorum ſuorum ibidem dimiſerunt,poſteaq; illuſtris dñs primogenitus regis Francorum ſequeſtrari fecit ad hoſpitem prædictum,ſumpta cauſa,q̃ ciues Lucani Pariſium habitantes commiſerunt contra ſtatum ſuum &c.& iuſſit prædictus dñs prædictas merces ſibi mitti per nuntium proprium ſeu cõmiſſarium pro dictis mercibus habẽdis ſpecialiter deſtinatum, q̃ quidem fieri non permiſerũt mercatores dictæ ciuitatis,nec hoſpites apud quem fuerunt ſequeſtratæ merces prædictæ iuſſioni tanquam illicitæ non parentes, ex quo dictus nuncius ſeu commiſſarius videns dictas merces habere non poſſe,aperiri fecit ballas mercium prædictarum, ipſasque merces per inuentarium deſcribi,& apud quendam alium ciuem in quadam camera clauſa duabus clauibus,quarum vnam ſecum portauit,aliam dimiſit ſequeſtrariis antedictis. poſt prędicta ꝑdictus dominus habita per inuentarium prædictum informatione de pretioſitate earum miſit ſecundam iuſſionem pro habendis mercibus, & ſic pro voluntate & appetitu ſuo habere & eligere poſſet pro vſu ſuo eas, quæ ſibi magis placerent, quòd videntes illi apud quos facta erat ſequeſtratio, vt animum ſuum placarent, & ſalnarent alias res, miſerunt ad præfatum dominum duas caſias, & vnum fardellum de his,quos nuncius elegit,quaſi magis grata domino,& poſtea nunquam dominus aliquid petiit vltra, q̃ritur &c. In Chriſti nomine amẽ.Pro parte negatiua, ſcilicet, q̃ dominus mercium, quæ datæ fuerunt nuncio illuſtris domini prędibati,nullum regreſſum habeat contra dominos mercium, quæ ſaluæ factæ fuerunt,allegari poteſt tex.de prędſcrip.ver.l.qui ſerunm.§. j. & ratio; quia nullum negocium inter iſtos geſtum eſt,ex quo poſſit competere actio,arg.de condi.inde.l.ſi in area. nam dominus præfatus,vt patet ex vltima iuſſione,& ſi omnes res tranſmitti præciperẽtur, non tamen vt omnes habeat, ſed pro ſuo vſu eligeret quam electionem nuncius eius ſciens eius voluntatem,& mentem fecit quæ præfato domino gratiora putauit,quaſi mentem ipſius domini executurus fuerit, dominus poſtea ratum habuit,nec quid præſcripſit amplius,non videtur ergo negocium commune geſſiſſe, ſed ſolum videtur declaratum,dominum prędfatum ſolas illas res retenturum tanquã pretioſiores,ſi omnes habuiſſet,alioquin non remanſiſſet veriſimiliter contentus, nec imminebat veriſimiliter tantum periculũ illis,quare veriſimiter non fuiſſent ita gratæ domino, vnde non cauſa communis periculi principaliter,ſed appetitus eius, vnde non imminebat ita periculũ aliis:nihil enim geſſerunt dñi mercium,quæ datæ fuerunt domino prælibato,nec ex facto eorum apud quos erant res ſequeſtratæ potuit acquiri eis obligatio. C. per quas perſo.l.j.de verb.oblig l.ſi ita ſtipulatus. §. Griſogonus. eo.titu.cum ſimi. His tamen non obſtan. & verior & iuſtior eſt diuerſa ſententia,vt ſic licet domini merciũ,quæ ſaluę fuerunt, teneantur contribuere his quorum merces datæ fuerunt: nam iuſſus præfati domini iuſtum metum & periculum induxit ac iuſtam cauſam mittendi eas,quę miſſæ fuerunt pro aliis ſaluandis.ff.ff.quod me.cau.l.fi.§.ſi iuſto.& §.fi.& C.eo.l.ſi per impreſſionem. ff. quarum re. ac. non detur.l.j.§.quæ onerandę, vt per Bart.recte in ſimili.ff.de ſol.l.creditor.in prin.cum primò feciſſet præfatus dominus ſequeſtrari, & poſtea etiam bis iuſſiſſet ſibi mitti:nam & primæ iuſſioni tanquam illicitæ parendum nõ fuit: ſecundæ autem reſiſtendum non fuit, in auth.de mandat. princip §.deinde competens. & not.in authen. de non alienan. §. quia verò veriſimiliter. vnde maximè diligentes & diſcreti fuerunt,qui non omnes,ſed partem miſerunt,& quamuis in ſecunda iuſſione præfatus dominus monſtraret non omnes velle,ſed ex his ſibi gratas eligere,ſummè tamen periculoſum omnes mitti,ne omnes retineat;quia ſegnius irritãt animos dimiſſa per aurem, quam quæ ſi ſint oculis ſubiecta fidelibus & quæ ipſe ſibi tradit ſpectator,ſecundum Horatium,& experiẽtia docet,difficile eſſe à dominis capta talia pretioſa recuperare, non apparet etiam quas aut quot & quantas retinuiſſet,& cum proponatur,q̃ res illæ,quę miſſæ ſunt,erant pretioſiores cæteris, ita vt illas ſolas debuerit eligere, nec apparet, q̃ omnes pretioſiores miſſæ ſint, ſed quædam ex illis, vnde ſtante hoc q̃ alii,quorum merces remanſerunt,habuerint de ſimilibus, ita imminebat periculum aliis,& forſan vt facilius mitterentur, mõſtrabat ſe velle ſolum pro ſuo vſu eligere, idem ergo dicendum eſt de huiuſmodi mercibus miſſis præfato domino cauſa aliarum ſeruandarum ex huiuſmodi periculo, q̃ de mercibus iactis de naui tempeſtatis maris,ad quarum cõtributionẽ hi, quorum merces ſaluæ ſunt factæ,tenentur vt l.j.& 2.ff.ad l.ro. de iac. nam in iure idem diſponitur de hoſpite,ſiue caupone & ſtabulario,qui merces ſaluãdas receperunt,vt fuit in caſu iſto, ff.nautæ cau.ſta. & furti aduer nau. ſicut ergo iactus nautæ obligat ad contributionem,ita & iactus hoſpitis. hoc etiam maximè patet ex ratione illius.l.2.ver æquiſſimum.videlicet,quia æquiſſimum eſt, detrimẽtum commune fieri eorum qui propter amiſſarum aliorum merces conſecuti ſunt,vt duas ſaluas haberent, quæ quidẽ non millitat in caſu noſtro,vnde cum locum habeat ratio.l.debet locum habere & lex.ff.ad l.Aquil.l.illud.ff.de verb.oblig.l.à Titio.cum ſi.& ad hoc inducunt doc.d.l 2. ibi. ad domũ deſtructam propter incendium,vt aliæ domus vicinę ſaluæ fiant,q̃ hi quorum domus ſaluæ factæ ſunt teneantur ad contribuẽdum, & cum æquitas dictet actionem dari, danda eſt ſaltem vtilis, de præſ.ver.l.quotiens.& ibi not.quemadmodum igitur in illa. l.2. ad l.rod.de iac.hi quorum merces iactæ ſunt ex locato cum magiſtro nauis agere debent,& ipſe ex conducto agat cum his quorum merces ſaluæ factæ ſunt, ſic eſſet in præſentiarum,domini mercium miſſarum præfacto domino agent cõtra ipſos hoſpites,vt ipſi agant cõtra eos,quorum merces ſaluæ ſunt factę, vel vt actiones cedant, & gratia euitandi circuitum ꝓp abſentiam & diſtantiam ipſorum hoſpitum competit vtilis ſine ceſſione, de inſt.l.j.§.fi.& l.2. & no.de dam.infe.l.dã.infe.ſtipulatio.§ fi.facit.C.ad Treb.l ſancimus.§. fin.nec moueor, q̃ ipſi mercatores non conſignauerunt merces hoſpitibus, ſed uectoribus & guidis eorum: nam cum conſignauerint nomine ipſorum mercatorum,ex tali conſignatione & depoſito obligantur ipſi hoſpites dñis mercium.C.ad exhi.l.pe.ff.de procu.l.quod procurator ex re.& per Gui.in l.certi condictio.§.ſi nummos. & ibi per Bar. ſi cer.pe.& ff.de uer.obl.l.ſtipulatio iſta.§.ſi ſtipuler. nõ moueor etiam,q̃ iſtæ merces prius fuiſſent ſequeſtratæ apud hoſpitẽ, & alium ciuem,quia non per hoc fuit derogatum iuri ipſorũ mercatorum,nec poſſeſſioni,de ſequeſt poſ.& fru.c.j.& no.per Bar. in l. intereſſe puto. ff.de acq.poſ.& maximè, quia remanſerunt apud hoſpitem in camera,ut proponitur,cõpetit etiam ſm glo. in d.l.2.ad l.rod.de iac. ipſis mercatoribus, quorũ merces ꝑditę ſunt,negociorum geſtorum actio:nã hoſpes & alius ciuis,apud quos eſt factum ſequeſtrum,geſſerũt utiliter negocium illorũ, quorum merces ſaluæ factę ſunt,hoc uidentur feciſſe cõi nomine omnium mercatorum,quamobrem illi,quorum merces ꝑditæ ſunt,hoc ratum habentes quaſi ipſi geſſerint,quod eorum nomine geſtum eſt,& ratum habent.ff.de ui & ui ar.l.j.§. ſed & ſi quis.de admi.tut.l.ita autem.§.geſſiſſe, recte hñt negociorum geſtorum actionem. Re enim ipſa dicitur negocium eorũ quorum merces ſaluæ ſunt,ſcilicet,ne res ipſę perirent.de neg. geſt. l.ſi ſtipuler. §. ſi Titii. & ibi per doc. occurrit etiam hic ęquitas:

quia

Source : BIU Cujas

quia propter merces amiſſas alii habent ſaluas ſuas, & ſic quodammodo dicuntur ex re aliorum locupletari, arg l.& ſi me & Titium ff.ſi cer.pet.l.ſi eũ ſeruum co.ti.de neg.geſt.l.fi.C.de rei vend.l.mater.cum ibi notatis.facit etiam.ff.de neg.geſto.l.nam & Seruius.& quod ibi no.ad allega.in ℈rium reſpondetur, ℔ l. qui ſeruandarum.& ſimi.loquuntur de actione ex delicto, non enim deliquit, qui merces proiecit, actio autẽ ex ℈ctu vel quaſi competit vt ſupra, ad rationẽ autem allegatã in ℈rium patet reſponſio ſuperius dicta, quia hic eſt negotium ℈ctum ratione ℈ctus, vel quaſi, vt ſupra plenè declaratum eſt. ita cõſulo ego
2 portationi: ſicut dixit gl. inſtit. de capi. dimi. §. media. † uon aũt diſtrahitur emancipatione, vel arrogatione, nec tranſit ad partem arrogatorem. l. actione. §. ſocietas. ff. pro ſocio. bene tamen finitur quo ad patrem emancipantem, licèt ſocietas fuerit contracta cum filio in poteſtate exiſtente lege ſi id quod quis. §. ſi filiusfamil. ff. pro ſocio. & morte vnius ſocii, ſocietas diſ-

Source : BIU Cujas

ſoluitur etiam quò ad alios,& ſi cõſenſu omnium coita ſit,plures verò ſuperſint,niſi in coeunda ſocietate aliter conueniret. inſtit.eodem §.ſoluitur.l actione.§.morte.ff pro ſocio.nec hæres ſocij ſuccedit,vt ibi patet: nõ enim poteſt ita coiri ſocietas, vt tranſeat ad hæredem.l.nemo poteſt.ff.pro ſo.& ꝛ.ead.l.§.idẽ reſpondit ſocietatem niſi nouo conſenſu reintegrauerint ſocietatem.ff.pro ſoc.l.planè.vel niſi ſit ſocietas publicorum vectigalium,quæ non finitur morte,ſi de hærede fiat mentio,niſi is moriatur,cuius induſtria erat electa,nec hæres ſit æquè idoneus.l.adeo morte.ff.pro ſoc.quod no.pro emptoribus aquæ lacus,ſeu Cluſii,vel alterius gabellæ.

3 †Secundò finitur ſocietas interemptione rei, ſi res, propter quam ſocietas coita fuit,interempta eſt; rei enim,quę nulla eſt quiſquam ſocius nõ eſt,mutauit conditionem,adeo ꝙ per mutationem conditionis res eſt exempta ab vſu hominum, rei.n. quæ ſacra ſit,vel publica quiſquam ſocius eſſe non poteſt.l. verum.§.fi.ver.res verò.coniuncta gl.ff.pro ſocio.

4 †Tertiò finitur ſocietas, ſi creditores bona vnius ſociorum propter ęs alienum accipiunt in ſolutum, vel iure creditoris emunt dato fortè curatore bonis.l. ſi quis inſtituatur. de hære. inſti.tex.eſt in l.actione.§. item bonis a creditoribus diſtractis. ff.pro ſoc Idem ſi omnia bona vnius ex ſociis ſunt publicata: vt d.l.actione.§. publicatione. quod eſt menti tenendum pro bannitis,quorum bona omnia publicantur,vt amplius tales ſocij non durent.immo pro mortuis quò ad quid habeantur, licet non quò ad omnia,vt ſentit gl.in d.§.publicatione,quia nõ quo ad ea,quæ ſunt iuriſgentium l.ſi tibi mãdauero §. is cuius. ff.man.idem ſi bonis ceſſerit.inſti.eo.§ idem.ff.pro ſoc.l.ſi ſocietatem.in fi.iuncta glo.

5 †Quartò diſſoluitur ſocietas renunciatione, circa quod aduerſendum,aut ſocietas eſt contracta in tempus certum,& tũc poſt finitum tempus liberum eſt recedere.ff. pro ſoc.l. actione. §.item qui ſocietatem.aut in tempus incertum,& tunc per diſſenſum renunciare ſocietati licet,quando ſocijs expedierit cõmodè diſſociari l.actione.§.diximus.& l.licet ſocius.§.fi.a contrario ſenſu.ff pro ſoc. ante tempus autem renunciando ſociũ a ſe non ſe a ſocio liberat.itaque ſi quid compendii factum fuerit,eius partem feret,at ſi diſpẽdium, æquè præſtabit portionẽ. l.actione.§.item qui ſocietatem.ff.pro ſo.& ideo qui ante tempus renunriat,tenetur actione pro ſo.l.ſi conuenerit.§ quid ta-

6 men † poteſt tamen quandoque etiam ante finitum tempus locum habere renuntiatio,nec tenebitur actione pro ſoc.renũcians:vt d.l.actione.§ item qui in tempus.l ſi conuenerit. §.fin. ff.pro ſoci.vt ſi promiſſa non ſeruantur. l. cum proponas. C.de pact.l.Iulianus.§ offerri.ff.de act.empt. & dicta l. ſi conuenerit. § fi idem ſi ſocius ſit nimis rixoſus:vt dicto §.fin.cum quo quis non compellitur habere communionem.l.2.C.quando & qui-

7 bus quarta pars debe.l.10.& †hinc eſt, ꝙ multum notanter dixit Bar.in d.l ſi conuenerit.& ſemper allegatur, ꝙ licet minor non poſſit prouocare maiorem ad diuiſionem, vt l.ſi pupillorum.ff de rebus eo.tamen hoc verum,niſi frater maior eſſet rixoſus,vel prouocaretur ab ipſo maiore, & hæc eſt ratio, quare minor poteſt diuidere cum maiore: qui enim inquietat, videt prouocare.Idem ſi vellẽt diuidere redditus:vt l. Lucius.ff.fami. erciſc Idem in eccleſia,quæ ex cauſis prædictis diuidere poteſt. c.ex literis.de proba.per Inn.& Bal.in l.iubemus nulli.C.de ſac. ſan.eccle. Idem ſi teſtator inhibuit hæredibus,ne diuiderent:vt no.Iac de Are.in l.ſi.§.Lucius.de leg.2. vel mandauit filiis ſuis, ꝙ ſimul habitent in eadem familia.de condi.& demon.l. ſed ſi hoc.§ fin.quia non obſtante prohibitione poſſunt diuidere ex cauſis prædictis,vel quia vnus ex fratribus vellet retinere concubinam ſecundum Bal.in d.l. ſi conuenerit. qui idem dicit in ſcholaribus,qui ſunt ſocij.facit l.non aliter ff.de vſu & hab. Idẽ erit dicendum,ſi renũciatio ideo facta eſt; quia ea re,cuius gratia contracta eſt ſocietas,vti non poſſit.ff. pro ſoc.l. vel ꝙ ea re. vel ſi ſocius renunciauit ſocietati; quia reipublicæ cauſa diu & inuitus ſit abfuturus, niſi per alium ęquè commodè facta ſocietatis explicare poſſit; quia tunc poſſet ei obiici, quòd poteſt p alium ſocietatem adminiſtrare, vel ſocio committere. ff. pro ſo.l.idemque erit dicendum diximus diſſenſu ſolui ſocietatem: hoc ita eſt,ſi omnes diſſentiant.quid ergo ſi vnus renũciet.Caſſius reſcripſit eum qui renunciauerit ſocietati a ſe quidem liberare ſocios poteſt,ſe autem ab illis nõ liberare, ꝙ vtique obſeruandum eſt,ſi dolo malo renũciatio facta ſit, veluti ſi cum omnium bonorum ſocietatem iniſſemus deinde cum obueniſſet vni hæreditas,propter hoc renũtiauit. ideoq; ſi quod damnum attulit hæreditas,hoc ad eum,qui renunciauit,pertinebit, commodum autem cõicare cogitur actione pro ſocio, ꝙ ſi qd incogitatũ poſt renunciationem acquiſiuit, non erit cõicãdum; quia nec dolus admiſſus eſt in eo.hæc ſunt formalia verba text. in d.l.actione.§. diximus. Ei verò,cui renũciatum eſt,quicquid oĩno poſt renunciatam ſocietatem acquiritur, ſoli cõceditur.

8 inſti.eo.§.ſed planè.ver. ei verò † & generaliter tradenda eſt regula,quoties intempeſtiuè,vel in fraudem renunciat ſocietati, renuntians tenetur actione pro ſo.ad intereſſe:ut d.l.actione.§. item ſciendum.& §.Labeo.& ff.pro ſo.l. ſed ſocius.§.fin. niſi ex neceſſitate ſocietati renunciatum fuerit:vt d.l. ſi conuenerit §. fi.cum duabus ſe.ex prædictis patet. quando autem intereſt totius ſocietatis diſſolui,impunè poteſt ei renunciari ſm Bald.in d.§.diximus.ꝙ intelligo,quando in ſocietate non fuit appoſitũ certum tempus; quia ſocietas hẽt in ſe tacitum tps, donec ſocietati expedit non renuntiari:vt d.§.Labeo, & d.l. ſi conuenerit.& l.licet ſocius.§ fi.Si autem in conuentione tps appoſitum

9 eſt,id ſeruari oportet,vt d.§.item qui ſocietatem in tps.† Quintò diſtrahitur ſocietas,cum ſeparatim ſocii agere cęperunt, & vnuſquiſq; eorũ ſibi negocietur, ſine dubio n. tunc ius ſocieta-

10 tis diſſoluitur.ff.pro ſoc.l.ita ꝙ.vbi caſus.† Sextò diſſoluitur ſocietas,ſi alicuius rei ꝫcta ſit,& finis negotio ſit impoſitus.inſtit. eo.§.item ſi alicuius.& l.actione.§.item ſi alicuius rei.ff.pro ſoc. Septimò finitur ſocietas actione,vt cum vnus ex ſociis agit, vt ſua portio ſibi detur, videtur enim tunc habere animum diſtra hẽdæ ſocietatis.ff.pro ſo.l.actione. in prin. cum actio pro ſocio non naſcatur durante ſocietate.C eo.l.tandiu.& ibi Bald. dicit, an actio pro ſocio poſſit intentari durante ſocietate,aut loquimur in ſocietate neceſſaria,ſicut eſt ſocietas vectigalium a qua non poteſt libere recedi, poſtquam contracta eſt, ne præiudicet fiſco, & tunc poteſt intentari durante ſocietate. l. actione. §.non vnquam ff.pro ſo.aut loquimur in ſocietate omni tpe libera:tunc aut expedit ab ea non recedi, & tũc ſimiliter poteſt agi pro particulari articulo.ſ.ead.l.§.quidam ſagariam. & § ſed & quid.ſi verò agitur actione pro ſocio generali,vt ꝙ reddatur ratio ſm Bald.in rub.C.eo. vel agit ad portionem ſuam conſequendam.ff.pro ſo.l.actione. & tunc quia eo ipſo quod proponitur,vĩ ſocietati renunciatum, iõ ſocietate durante nõ agitur actione pro ſocio,ſed ea finita:vt d.l.tandiu. aut expedit agenti a ſocietate recedi,& ea intentione agit,& tunc eo momẽto ſocietas diſtrahitur,& actio naſcitur,& inter diſtractum & actionem nullum eſt medium temporis, ſed ſolum eſt quidam ordo traditus a iuris intellectu:vt prius intelligatur ſolui ſocietas

11 quàm actio naſci ſm Bal.in d.l.tandiu. † Octauò ſoluitur ſocietas actione perempta,vel mutata vt ſi quod mihi debes actione pro ſocio,ab alio ſtipulor nouandi animo, vel ꝫ alium litẽ conteſtor nouandi animo, vt tu libereris: renunciatum enim vĩ ſocietati.ff.pro ſo.l.verum.§.fi.& l.actione.& hanc renuncia tionem puta poſſe fieri per nuntium tãtum, vel per ſpecialem procuratorem,vel generalem, qui habet liberam, illa aũt ſimplex renunciatio:quia non extinguitur actio prima,fieri ꝑt per me & per procuratorem generalem fortè,& ſi non habeat liberam,niſi dominus prohibuerit eum renuntiare, eꝫrio procuratori ſocii renuntiari non poteſt,vt liberetur renuncians, niſi ratam habeat renunciationem is, cuius procuratori renũciatum eſt:vt d.l.actione.§.renuntiare.C.eo.in ſumma verſi.item ſoluitẽ ſocietas.Nonò ſoluitẽ ſocietas manumiſſione ſocii,qui erat ſeruus, vel alienatione eius,& ſi in eadem mutato ſtatu permanſe-

12 rit,alia inchoatur.ff.pro ſo.l.ſi id quod.§.penul.† Primò quęro, vbi abſenti ſocietas renuntiatur, antequam ad eius peruenĩat notitiam,an quæſita cõicentur? Dic ꝙ quicquid renuntians ſocietati antequam in notitiam ſocii peruenĩat,quærit,in cõionẽ venit,ſed damnum ſit ipſius ſolius,& econtra, quod abſenti ꝙrit,ſibi acquirit, & damnum cõe intelligitur.l. ſed ſocius ꝙ alienauit.§.ſi abſenti.ff.pro ſo.& ratio ſm Bart quare quicquid abſens ſibi acquirit, & non tenetur communicare; quia abſens geſſit negotium nomine ſocietatis,quæ iam finita eſt quantum ad ipſum renunciantem. Meritò ei lucrum factum per abſentẽ nõ debet cõicari:ſed ſi abſens hoc ſciret, & negotium nomine cõi gereret, licet illud lucrum per actionem pro ſocio non teneretur cõicare; quia ſocietas eſt finita,per actionem tamẽ negotiorum geſtorum tenetur eo ratum habente, qui renunciauit.ff.pro ſo.l.vt in conductionibus.ff.de nego.geſt.l.ſi negotia.

13 ſecundum eum,quod eſt menti tenendum † & ex his patet, ꝙ ſi ſunt plures fratres,vel patruus,nepotes,ſocii vel quicunq; ſocii,,& vnus emit clam poſſeſſionem pro ſe & ſuis hæredibus, ꝙ nihilominus tenetur communicare talem poſſeſſionẽ,& clandeſtina & doloſa emptio non debet ſibi patrocinari: quia non potuit clam & altero ignorãte ſocietatem diuidere, ſed debuit renuntiare,ita quòd peruenĩret ad notitiam ſocii. l. actione.§. renunciare.ff.pro ſocio.ſecundum Bal.in l.ſi patruus. in princi. C.communia vtriuſque iudi.Bal.tamen videtur loqui de ſociis omnium bonorum:vt patet ex præcedentib. dum dicit in princi.d.l.ſi patruus. ibi. niſi patruus & nepotes eſſent ſocii omniũ bonorum: nam tunc deberent communicare, vide plenè in

14 quinta parte principali in 1.q.† prædicta etiam faciunt ad fratrẽ vel alium ſocium,qui donec ſtat in communione cum altero fratre, vel alio ſocio eum decipit ſecretè, pro ſe tantum negociando,ꝙ cogatur lucrum communicare, & damnum ſibi imputare; quia iſte ſecretè pro ſe negociando videtur tacitè renũciare.l.itaq;.ff.pro ſocio.& in d.§.ſi abſenti.per Bal. & ignorãte altero fratre vel alio ſocio.ideo malignitas renunciãtis ſibi ſoli nocet,vt d.§ ſi abſenti.ſecundum Bald.ibi, quod tene menti, quia eſt caſus optimus.

† Secun-

Source : BIU Cujas

15 †Secundò quæro, post mortem socij socius vel hæres socij aliquod lucrum facit,an id cõicare debeat.Rñdeo,aut expresso vel tacito consensu inter socium remanentem, & hæredem p̃ mortui inita est societas,quod nouo consensu postea gesserũt cõicari debet.l.planè si hi.ff.pro soc. si verò non est ꝯcta nouo consensu societas, tunc aut lucrum habitum post mortem socij est ex re societatis,vt fructus,& mercedes vecturę equorum cõium,& pretium rerum venditarum, & tale lucrum cõicandum est.ff.pro soc.l actione.§.morte. & l.verum.§.in hæredem. & d.l.actione.§.si incertam.vbi casus,aut extra rem,vt quia pretium rerum venditarum conuertit socius,vel hæres socij in aliquam negociationem,& lucratus est.& hoc non est contribuẽ dum.ff.de admi.tut.l.Titium & Męuium.§.altero.& ff. pro soc. l.socium qui in eo.§.post mortem.vbi casus secundum Iaco.de Aret.in dicto §.morte.

16 †Tertiò quæro,an hæres socij negotia societatis cum defuncto contracta gerere teneatur. Rñdeo noua non debet inchoare,sed incepta per defunctum eius hæres tenetur explicare.l.hęres socij ff pro so.& per gl.in l.nemo.ff.eo.titu.

17 †Quartò quæro,duo fratres indiuisam hæreditatem possidebant,isti fratres habebant vnam sororem monialem,cui pater tempore quo ista filia transiuit in monasterium loco eleemosinæ pro dicta filia super altari posuit centum Flo.modò isti fratres volunt venire ad diuisionem,dicit monialis,tertia pars tangit mihi pro monasterio,in quo ego sum professa,quæritur,an dicta tertia pars debeatur huic filiæ de bonis patris, cõsiderato statuto,quod cõiter est per Italiam disponens, ꝙ filia dotata nihil possit habere, vel petere in bonis patris, sed debeat esse sua dote contenta.& dubietas est in hoc,an prædicta monialis censeatur dotata ex illa pecunia, quæ fuit posita in altari: & primò videtur dicendum, ꝙ filia censeatur dotata cõsiderato cõi vsu loquendi,vbi illa pecunia appellatur dos filiæ ingredientis, & cõis v sus loquendi inspicitur.ff.de suppel.le.l.Labeo.adeo ꝙ illa pecunia computatur in legitimam filiæ:vt dicit Bart.in l.j.ff. si quis a pat.fuerit manu.& Bal.in l.omnimodo . & in l.quoniã. C.de inoffic.testa.ex quibus concluditur,ꝙ illa pecunia censeatur dos pro spirituali matrimonio,quod an sit verum.j̃.patebit.

18 †Sed tunc insurgit dubium,an verba statuti loquẽtis de muliere dotata intelligantur,siue sit dotata pro matrimonio carnali siue spirituali.Constat.n.ꝙ mulier, quæ profitetur, ꝫhit matrimonium spirituale; nam per professionem spiritualiter Christo nubit,& immortali sponso se coniungit.27.q.1.c.quę Christo.& in c.quod autem.appellatione igitur matrimonij intelligimus non solùm de matrimonio carnali.ff.solu.ma.l.1. sed ẽt de spirituali,immo fortius de spirituali tanquam de digniori,in quo maior versatur salus animæ.27.q.j. nuptiarum bonum, licèt enim virgines & continentes & etiam cõiugati per fidem rectam & operationem bonam placentes Deo ad æternã mereantur beatitudinem peruenire,de summa Trin.c.firmiter.in fi.tñ continentes plus Deo placent,quàm coniugati: quia non expedit homini ad regna cęlorum tendenti accipere vxorem. 33.q.5.tũc saluabitur.& no.gl.in d.c.firmiter. Item cum sit dos illa,quæ datur pro matrimonio spirituali,ergo verbum,dotata refertur ad dotem, quæ pro vtroq; ex illis matrimoniis datur, siue pro carnali,siue pro spirituali matrimonio; nam indefinitè & generaliter statutum de nupta loquitur,& de matrimonio ad quod refertur dos,& ideo vtroq; casũ dos & vtrunq; matrimonium includatur,de elec. c. vt circa. cum vtrunq; se habeat vt æquè principale,nec ratio suadeat vnum matrimonium includi magis quàm alterum,ergo vtrũq; includitur, de fideius.

19 l.generaliter.†in ꝫrium facit,ꝙ verba statuti loquentis de dota intelligatur de dotata respectu matrimonii carnalis,non aũt respectu matrimonii spiritualis:nam ideo statutũ excludit dotatam ab hæreditate patris propter dotem, quæ remanet apud filiam,& censetur patrimonium filiæ,& filiæ quæritur,vt l.vnica.C.de rei vxor.act.sed illa pecunia posita in altari per patrem loco eleemosynæ remanet apud monasterium, & monasterio quæritur,de fo.compe.c.conquestus.nec remanet, nec quæritꝫ, nec quæri poterit filiæ, cum sit professa, per quam professionẽ abdicauit a se proprium,nec possit habere proprium,de sta.mona.c.cum ad monasterium,nec talis pecunia,quæ per illam oblationem quæsita est monasterio, restitueretur illi moniali, si ad aliud monasterium se transferret.27.q.1.c.si quis rapuerit.in auct.de mona.§.si verò relinquens.& est casus,de priuil.ca.cum olim.la 2.de quo plenè in c.quòd ad te.de cleri.coniug.Item illa pecunia oblata in altari loco eleemosynæ non est dos illius matrimonij spiritualis, nec potest esse dos illius matrimonii: quoniam pro tali matrimonio spirituali consequẽdo nulla potest dos assignari.& si ex pacto assignaretur esset simonia, de simon.ca.non satis.vbi autem sponte & sine vlla conditione,sed pura intentione aliquid detur, non est hoc prohibitum, de simo.c.veniens.& c. tua nos.& c.fi.& j.q.1.placuit. non enim censeri debet vt dos matrimonii spiritualis, cum non possit dari p̃ matrimonio spirituali consequendo:vt d.c.non satis.& ca.tua. & c.veniens. nec præsumitur dari pro matrimonio spirituali consequendo; quia non præsumitur,quòd quis velit delinquere,nec esse suæ salutis immemor.de præsump. c. literas.j. q.7.c. fancimus.nec eligere viam ad impugnandum sua iudicia.ff. de mil.test.l.si miles, nec illa pecunia computabitur in legitima filiæ,cum illa pecunia non sit data filiæ, nec apud filiam remanere debeat, sed pure sit posita & oblata per patrem monasterio super altari, & loco eleemosynæ, & sic monasterio quæratur.

20 †Item statutum,quod loquitur de muliere dotata excludenda ab hæreditate patris,intelligitur de dotata ratione matrimonii carnalis,pro quo matrimonio legitimè dos datur a patre,cui onus dotandi incumbit.l.fi.C.de dotis promis. non autem intelligitur de matrimonio spirituali,pro quo dos dari prohibetur: quia sunt generalia, interpretantur secundùm ius commune. C.de noxa.l.si serui vestri.de consue.c.cum dilectus. nec includuntur statuta prohibita a iure,de iureiuran.c.1.libro 6.& hanc partem tenuit Pet.de Perusio in consilio, quod incipit, viso p̃fato puncto, & visis præfatis statutis. in 14. libro consiliorum, carta 102.

21 †Quinto quæro,conuenit inter duos socios, ne res sub certa pœna diuidatur.infra certum tempus,an possit vendere,vel aliter efficere,vt diuidatur.Sanè potest dici, vẽditionem quidem non impediri,sed exceptionem aduersus emptorem locum habere,si ante vendat,quàm diuidetur,sed & socius qui alienauit contra pactionem committit,& tenetur aut societatis, aut cõmuni diuidundo iudicio.ff.pro so.l.idem erit dicendum.§. qui igitur.cum l.sequenti,nisi ex iusta causa vellet diuidere. ff. p̃ so. l.si conuenerit.§.fi.& d.§ qui igitur.Et vide Ioan.And. in addit. Spec.in tit.de iud.§.generalia.versi.1.& ibi ponit, an emptor teneatur seruare pactum appositum cum venditore.

22 †Sextò quæro,cum duobus vicinis fundus coniunctus venalis esset,alter ex his petit ab altero, vt eum fundum emeret, ita vt ea pars,quæ suo fundo iũcta esset,sibi cederet, mox ipse eum fundum ignorante vicino emit, quæritur an aliquam actionẽ cum eo vicinus habeat.Iulianus iurisconsultus scripsit,implicitam etiam facit quęstionem:nam hoc solum actũ esset,vt fundum Lucii Titii vicinus emeret, & mecum communicaret, ad uersum me,qui emi,nullam actionem vicino competere:si vero id actum est,vt quasi commune negotium gereretur, societatis iudicio tenebor, vt ibi deducta parte quam mandaueram reliquas partes præstem.

23 †Septimò quęro,ego & quidam alius fecimus societatem ad emendum pannos,ego iui in Franciam ad emendum, interim socius meus decessit, an lucrum & damnum debeat cum eius hærede communicari,videtur ꝙ non; quia societas ad hæredẽ non transit:vt s̃.patet.Dic,ꝙ lucrum & damnum erit commune cum hærede eius propter ignorantiam mortis,sicut in mandato.l.actione.§. quòd si integris omnibus manentibus. ff. pro soc.secundùm Bald.ibi.

24 †Octauò quæro, sunt plures habentes domum, vel fundum cõem,venerunt ad diuisionem,an videatur actum, ꝙ vnus habeat aditum per partem alterius,sicut prius habebat.Dic ꝙ nõ, nisi hoc inter eos specialiter conuentum sit,casus est notabilis in l.via constitui.§.quæcunque.in fi.& ibi hoc no.Bal. & do.Florianus,& communiter doct.ff.de ser.rust.præd. & licèt quilibet eorum ante diuisionem possit transire per fundum totum: qa in qualibet parte habebat partem pro indiuiso; tamen post diuisionem nullus poterit transire per partem alterius. facit l. in vendendo.ff.de contrahenda emp.& hoc est vtile, & maximè inter fratres diuidentes domum per partes, ad quas non poterat haberi aditus,nisi per alias partes.Pone exemplũ,tres erant fratres & domum communem habebant tria solaria habentẽ, venerũt ad eius diuisionem,& cuilibet fratrum assignatum est vnum solarium,postea fratres, qui habebant solaria superiora, solebant ire per solarium inferius alio fratre inuito, quæritur, an possit scilicet,an per solarium inferius habeat iter seu aditũ, & videtur quòd sic per l.binas ædes.aliàs incipit. Caius. §. non autem,de seruit.vrba.prædio.dicas contrarium,vt est casus nota.in dicto §.quæcunque.secundum Bald.& Doct.ibi,& probatur etiam ratione:nã diuisio similis est emptioni.l.1. C.communia vtriusque iudic.sed in venditione via,vel iter non venit,nisi expressè dictum fuerit.l.in vendendo ff.de contrahenda emptio.& ratio huius est; quia in dubio res libera vendi videtur, & non cum aliqua seruitute.l.in tradendis.§.interpositis.in fin.

25 C.communia prædiorum. † & propterea, si vendidi tibi prædium meum, ad quod iri non poterat, nisi per aliud prædium meum, non videtur actum, vt illud debeat tibi seruitutem,nisi expressè dictum fuerit, vt probatur in dicto §. interpositis. in fine cum glossa. & ideo sint cauti fratres in diuidendo, vt reseruent sibi expressè aditum, eodem modo debent esse cauti emptores, hinc est, quòd notarii communiter apponunt in instrumentis venditionum, & similium vnam clausulam, videlicet cum accessibus, & egressibus suis vsque in vias publicas, vt dicit Barto.& Doctor.in dicta l binas ædes, quæ clausula hoc importat: quia licet non deberetur seruitus sibi ab alia re mea,tamen si consueueram per illum locum ad rem ven-

Source : BIU Cujas

ditam ire,vel fratres ſimul conſu euerant,aliàs emptor, vel frater ire non poterit; quia ille poteſt dici acceſſus rei venditę vel diuiſæ: cautius tamen eſſet exprimere in ſpecie, q̃ iter ſeu aditus per talem locum debeatur. † Fallit primò in vſufructuario, 26 cui debetur iter,ſeu aditus,dato q̃ nihil dicatur, vt eſt tex.in l.j. § j.ff.ſi vſufruc peta.& probatur in l.ſed & ſi quis.§. proprietatis. in fi.ff.de vſufru.& ratio eſt; quia ſine aditu vſufructus eſſet, inutilis,vt ibi.& d.l.binas ædes.verſi. non autem. & vide ad hoc gl. in d.§ proprietatis.in fi.in verbo contineri, & intellige ſiue vſufru.debeatur ex contractu inter viuos, ſiue ex vltima voluntate: quia reputatur eſſe modici præiudicij,ex quo perpetuo non durat,ſecundum gl.in d l.binas ædes. & intellige, q̃ iſte aditus debeatur vſufructuario iure cuiuſdam commoditatis,non iure ſeruitutis; quia ſeruitus ſeruitutis eſſe non poteſt.l.j.de vſufruc. leg.& quod dictum eſt in vſufructu, idem in quocunque contractu, qui principaliter concernit vſum, vt ſi concedatur ius hauriendi aquam ex fonte tuo,argu.l.ſed addes.§. illud.ff. loca. ſecundum Flor.in dicta l.binas ædes.

27 Secundò fallit † quãdo eſſet ſeruitus oneris ferendi vel tigni iuncti:quia videtur tunc res vendita vel diuiſa cum ſuo onere.l.quod conclaue.ff.de dam.infec.l.binas ædes.de ſeruit vrba. prædi.& l.1.ff.de ſerui.le.& ita tenet Bar.& Flo.in d.l.binas ędes. 34 licet aliter videantur dicere in d.l.quod conclaue.& Ang.in d. l binas.Sed prima opi.probatur per tex.in dicta l. binas ædes cũ ſe.cum gl.ſuper verbo conceſſerint,quæ exponit, ſcilicet inter viuos:nam cum venditur domus,videtur impoſita ſeruitus, vt 35 ſuſtineat onera permanentia, quæ ipſo actu ita tunc ſuſtinebat, & debet intelligi dicta l.quod cõclauc.& Bar.in.l.1.de ſeruit. le. & in d.l.binas.in fi & talis ſeruitus dicitur habere cauſam continuam & permanentem, & propterea videtur impoſita, maximè ſi contrahentes hoc ſciebant,vt dicit Bar.in d.l.in princ.ſed ſi haberet cauſam momentaneam,ſicut eſt ſeruitus itineris ſeu aditus:tunc ſecundum omnes in contractibus inter viuos non videtur impoſita,niſi expreſsè actum ſit,vt dicta l.in vẽdendo. vt ſupra patet.

Tertiò fallit,quando in inſtrumento eſſet appoſita illa clauſula,cum acceſſibus & egreſſibus ſuis vſque in vias publicas, de qua ſupra patet.

Quartò fallit in via ad ſepulchrum, de qua dic vt in l. ſi quis ſepulchrum.de reli.& ſump.fu.& no.Bar.in d.l.j in fi.

28 † Quintò fallit in legatario & herede:nam hæredi per legatarium ſeruitus prædicta præſtari debet,licet non ſit impoſita.l.te ſtatoris.in prin.ff.ſi ſeruit.vendi l.ſi fundum ſub conditione.§.q fundum de leg.1.l fi.de ſeru.ruſti.præd.an autem debeat præſtari ab hærede legatario,vel ab vno legatario alteri.gloſ.diſputat in l.3.§ ſi locis.de adi leg.Bar.autem in d.l.1.ante fi.de ſerui leg. dicit,q̃ credit,q̃ debeat p̃ſtari per d.l.ſi binas.vbi dicitur, quòd non poteſt hæres lumina in totum obſcurare legatario rei,cuius proprietas eſt legata,& eadem ratione debet iter præſtari,& ita debet intelligi dicta l.ſi binas. quæ eſt clauis in iſta materia ſecundum Bar.

29 † Nonò quæro, an colonus partem palearum ſeu cæterorũ fructuum locatori reſtituere debeat.Item an prædicto tempore vltimi & penultimi anni colonus partem oliuarum pendentium habere debeat vel ne. Quidam aduocatus Peruſinus do. Ang.de Periglis,qui fuit temporibus noſtris pro deciſione dictarum quæſtionum ita dicebat.Primò eſt videndum, qui dicãtur coloni.Secundò quot ſunt colonorum ſpecies.Tertiò in q bus dictæ ſpecies colonorum inter ſe differant.Quartò quid di uidere & participare cum dominis debeant &c.

30 † Circa primum dicẽdum eſt,q̃ colonus propriè dicitur terræ cultor,nec alia traditur diffinitio,nec neceſſaria eſt,ſed ſolũ prædicta ethimologia habetur per Bald.in l.certi iuris.in 1.col. C locat.vbi vide.

Circa ſecundum ſciendum eſt,quantum attinet ad propoſitum noſtrum † duæ ſunt ſpecies colonorum, vt dicit text.in l ſi 31 merces.§ vis maior.ff.loca.Prima valet colonorum, qui nummis colunt.Secunda colonorum partiariorum, de qua ſecunda etiam loquitur text.in l.cum duobus.§ ſi in coeunda.ff. pro ſoc Prima autem ſpecies non ſolum comprehendit conducẽtes fundos & terram ad pecuniam numeratam, ſed ſi aliquid aliud promitterent, vt decem corbes frumẽti pro quolibet anno. vel 20 barilia vini, & decem mediolina olei pro quolibet anno,vel quid ſimile annuatim,vt dicit gl in dicto §. vis maior, & in l.ſi olei.& in l.excepto.C.loca facit gl.inſti. de acti.§. item 23 Seruiana.& in c.propter ſterilitatem.de loca.† Secunda autem ſpecies colonorum partiariorum eſt, qui lucrum & damnum cum locatore participant:vt dicit tex.in d.§. vis maior.

Ad tertium aũt rñdeo,q̃ in pluribus iſtæ ſpecies colonorum differunt,& primò:quia inter dictos colonos, qui nummis colunt,& locatorem, aut reſultat contractus locationis & cõductionis,& oritur inter eos actio ex locato & conducto. quãdo pecuniam numeratam dare debent:vt l.cũ in plures.§. meſſem ff.loca. aut reſultat ℈ctus innominatus do vt des, quando frumentum,vinum,oleum annuatim pro mercede debent,& per conſequens oritur actio præſcriptis verbis,qui tñ innominatus ℈ctus iudicandus eſt ſm naturam ℈ctus nominati, cui magis aſſimilatur; quia poſtquam non interuenit pecunia numerata, nõ poteſt dici propriè ℈ctus locationis,ſed quia ei aſſimilatur, ſm eius naturam iudicabitur.l.1.§.ſi quis ſeruum. de ſo.l. naturaliter.§.at cum do.de præſcript.verb.& per gl.in d.l.ſi olei.& l. excepto.& l.ædẽ.C.loca.in gl.2.& in l.licet.in gl.1.eo. ti. & in d. §.ſi quis ſeruum.in verbo non datur,in gl.per Bar.in d.l.ſi apes. ſed inter colonum partiarium & locatorem oritur ℈ctus pro ſocio,vt eſt tex.cum gl.in d §.ſi in coeũda.& ideo inter eos oritur actio pro ſo. vt in d.§.ſi in coeunda. & d.§.vis mai or.vbi dicit text. q̃ colonus partiarius quaſi ſocietatis iure damnum & lucrum cum domino fundi partiatur: & ita in aliis ſociis dixit 33 text. in d.l.cum duobus.§.quidam ſagariam.† Ex quib. ſequitur ſecunda dña valet,q̃ ſicut morte vnius ex ſociis ſocietas ſoluitur l.verum.cum ſe.ff.pro ſo.ita morte coloni partiarii vel domini,poſtquam inter eos ℈ctus ſocietatis iniri dñ,ſm do.Raph. Ful.in d.§.vis maior.& Bar.ibi,q̃ an ſit verum infra dicetur,ſed non ſoluetur morte coloni,qui nummis colit,vel locatoris,cũ ℈tractus locationis & conductionis ad hæredem tranſeat.l.viã. & l.℈ctus C.loca.Ex quibus etiam tertia dña colligi poteſt, va- 34 let † q̃ colonus partiarius poſtquam ſocio comparatur,nõ poſſet conueniri vltra quàm facere poſſet,ſicut alii ſocii : vt in d.l. verum.in prin.quod ẽt expreſsè tenet do.Raph.Fulg.in d.§. vis maior.q̃ non eſſet dicendum in prima ſpecie colonorum,qui nummis colunt.† Quarta dña eſt,q̃ licet colonis, qui nummis 35 colunt,remiſſio fiat propter ſterilitatem,vt l.ſi vno anno.& d.l. ſi merces.§.vis maior.loca.& in d.c.pp ſterilitatem.& d.l.excepto.ſed colono partiario nunquam fit remiſſio, ſed ſi modicũ recolligit debet cum dño diuidere,& partem ei dare, poſtquã quaſi iure ſocietatis damnum & lucrum cum dño fundi diuidere debet:vt dicit tex.in §.vis maior.vbi Bal.hoc not.& dicit eſſe valde ſingulare.Ad quartum rñdeo,q̃ ſiue inter colonos & locatores reſultet ℈ctus locati.vel ℈ctus innominatus do vt des: quia ad eius ſimilitudinem iudicatur, vt in prima ſpecie colonorum qui nummis colunt ſ.proximè dictum eſt,ſiue reſultet ℈ctus ſocietatis,vt in ſecunda ſpecie colonorum partiariorum dictum eſt ſupra, & ante omnia quid inter partes conuentum ſit,inſpici debet,cum ℈ctus ex partium conuentione legem accipiant l.1.§.ſi conueniat.§ cępe & § cibaria depoſiti & l.℈ctus. de reg.iu.q̃ maximè procedit in ℈ctu locationis.l licet.l. circa. & l.legem.C.loc.& etiam in ℈ctu ſocietatis. l. ſi non fuerint. ff. pro ſo.ſed ſi de partium conuentione aliter non appareret,niſi quia colonus promiſit colere, vel quia coluit, & tunc ad quid dño tenetur,conſuetudo patriæ & regionis ſpectãda eſt,p̃ text. in d.l.licet certis.& in d.l.circa.& d.l.excepto.& l.dñi prędiorũ. C.de agri.& cen.li.11.qua conſuetudine non apparente tũc recurrendum eſt ad iuris diſpoſitionem. ideo ad ius cõe recurrẽdum eſt.Tertiò & vltimo loco poſt conſuetudinem,quia paria eſſe videntur ius ſcriptum non habere, uel habere, ſed eo non vti,& cui conſuetudine ſit derogatum.l.de quibus.iuncto prin. cum ſi.ff.de legib.& in glo.2.ibi.quæ incipit nos non habemus. 36 † De iure igitur communi veniendo ad reſpõſionem primi dubii,dico,q̃ prima ſpecies colonorum,ſiue qui nũmis colunt, ſi de certã partem frumenti,vel olei.vel aliud annuatim dño dãt pro oĩbus fructibus fundi,certè cum nullam aliam frumentorum recolligendorum dño dare teneatur, neque etiam paleas, quę vt fructus ex fundo recolliguntur,& fructus dicantur cum renaſcantur.l.diuortio.§.ſi vir in fundo.ff ſol.matr. & hoc ſatis clarum eſt in dicta prima ſpecie colonorum,in qua de dictis paleis non ſolet dubitari.In ſecunda autem ſpecie colonorũ partiariorum frequẽter dubitari ſolet, ideo pro eius declaratione conſidero quinq; caſus. Primus, quando colonus colit vnum fundum qui non conſtituebat vnum potere more Tuſcorum, aut agrum more Lombardorum. Secundus, quando colebat vnum potere,ideſt inquantum ſufficit ad vnum par bouum in anno,vel vltra,& ab initio cum colere incepit, paleas a dño nõ recepit,vel in dicto potere non adinuenit,ſed de ſuis paleis boues aluit,& gubernauit,ſed fimum,vel letamen redactum ex illis paleis in dictum potere non proiecit.Tertius,ſi dictũ letamẽ in dictum potere proiecißet in totum vel in partem.Quartus ſi a principio boues ex paleis dñi aluiſſet & gubernaſſet, & letamen inde redactum in dictum potere dñi non proiecißet, ſed in ſuas terras proprias vel alienas,vel vendidiſſet.Quintus & vltimus,qñ dictum letamen in totũ, vel in partẽ in dictum potere proiecißet,pro quorum tñ caſuum deciſione aduertẽdũ eſt: & maximè in his partibus eſt certũ & iure ſuadet,q̃ dicti coloni partiarii ſuis propriis inſtrumentis & ſuis propriis bobus, ſi 37 aliter potere commodè coli non poſſet,colere deberẽt:† nam in dicta ſocietate colonus dicitur ponere artem & operam,& dñs dñ ponere fundum loco artis & operarũ coloni:vt eſt text. in d.§.ſi in coeunda.ſed certum eſt,q̃ operarius conductus colere tenetur cum ſuis inſtrumentis.l.2.§ ſi conſeruatis.ad l. Rodiam de iactu.& bene facit gl.in l.ſtipulationes cõmodißimũ. ff.de verborum obl.vbi dicit glo. quòd ſcriptor debet ſcribere

cum

Source : BIU Cujas

cum ſuo atramento vel incauſto : ita quoque dicendum eſt in caſu noſtro, vt cum dominus in dicta ſocietate non dicatur ponere, niſi agrum, dictus colonus ponere dicatur operam, & artem cum ſuis inſtrumentis, & cum ita de facto in iſtis partibus obſeruetur, ſuper hæc non inſiſto, ſed maior circa prædicta occurrit dubitatio neceſſariò declaranda. † nam licet qui operas 38
præſtare debet, debeat ſibi pro victu, & veſtitu expenſas facere de ſuo proprio. l. ſuo victu. de oper. lib. niſi conſuetudo eſſet in contrarium: vt d. l. excepto. C. loc. & tenet Bart. in d. l. quod niſi. & Bar. in l. liberti liberteq; de ope. libe. tamen an dictus colonus partiarius alere, & gubernare dictos boues ſuis ſumptibus teneatur, & ſic de ſuis paleis, & bladis ſatis veriſimiliter poſſet dubitari. Videtur enim primò dicendum, ꝙ non teneatur, ſed ſumptibus ſocietatis dictas expenſas facere debeat, cum ſocius ſit, per tex. l. cum duobus. §. ſi quis ex ſociis. ff. pro ſoc. qui ſic ad literam dicit, ſumptus ſocietati imputabit ſocius, qui ad merces comparandas aceeſſit hoſpitiorum, ſtabulorum, iumentorum, & vecturarum, & ſarcinarum mercium gratia, propter cuius tex. generalitatem dici poſſe videtur, ꝙ ſumptus etiam pro perſona ſua ſocietati imputare poſſit: pro quo etiam facit text. in l. ſi cum duobus. §. item ſi in communem. & in l. pro ſo. arbiter. §. ſi tecum. eo. ti. Tamen in contrarium & verius puto veritatem, ꝙ etiam non ſolum pro ſe & ſua familia ſumptus, & alimenta, ſed etiam pro dictis bobus de proprio dictus colonus facere debeat. facit. d. l. 2. §. ſi conſeruatis. vbi dicitur, ꝙ faber & alii, qui operas præſtare tenentur cum ſuis inſtrumentis, & ſi dicta inſtrumenta rumpuntur, debent refici propriis ſumptibus prædictorum, ideo ſi zappa, vel aratrum frangeretur ſuis propriis ſumptibus frangeretur, multo magis eiſdem propriis ſumptibus boues ali & conſeruari debent. ad hoc dicendum magis moueor auctoritate maiorum noſtrorum. Bald. enim in d. l. cū duobus. §. ſi in coeunda. ita ad literam dicit, no. hic expreſſum, ꝙ laborator, qui promittit reſpondere de medietate fructuum, non debet deducere expenſas, ſed reddere integram medietatem, ſecundùm Iac. de Are qui ita no. ff. ſol. matrim. l. fructus. &
39 Iac. Bu. qui ita no. in l. 1. C. de fru. & lit. expen. †& ſubdit, ꝙ ſi dictus colonus cogeretur ſoluere datia, & collectas computaret domino; quia ad illum illæ ſpectant. l. ædiles. de via publica l. litibus. § fin. de agri. & cenſi. C. immò magis moueor per text. in c. tua nobis. la ij. de deci. qui ad literam dicit, ꝙ domino de terris quas exhiberet aliis excolendas non quidem deductis ſumptibus, aut ſemine fructus neceſſariò omni cum integritate per ſoluitur, & ideo dicit ibi Innoc. ꝙ colonus non deducit ſumptus neque ſemen, niſi aliud ſit conuentum. Nec obſt. ꝙ ſupra dictum eſt; quia colonus partiarius quaſi ſocietatis iure lucrū, & damnum cum domino fundi partitur, & ſic loquitur per dictionem, quaſi, quæ improprietatem denotat. l. ſi quis quaſi. de condi. indebi. & ideo non per omnia æquiparatur ſocio, qui expenſas deducit; & ita reſpondet & tenet Bald. in l. 1. in 3. colum. verſ. 7. quæro. C. pro ſo. ſi ergo boues dictus colonus partiarius a principio de ſua palea gubernauit, quod facere per prædicta tenebatur, non poteſt propter hoc aliquid domino imputare, 40
vel de paleis poſtèa recolligendis maiorem partem habere, niſi letamen inde redactum proiecciſſet in fundum, vel potere domini; quia illud de proprio facere non tenebatur, ſed poſtquā proiectio illius letaminis ceſſit ad commodum vtriuſque, etiā in actione pro ſo. arbitrium boni viri ſpectandum eſt, & maximè cum inter eos ſit contractus bonę fidei. l. in propoſita. ff. pro ſo. ſequitur, ꝙ de futuris paleis poteris, vel fundi refici aliquid colono deberet ſecundum æſtimationem dicti letaminis arbitrio boni viri & ideo in his partibus conſuetudo inoleuit, ꝙ de paleis penultimi anni nihil domino reſtituitur, ſi a principio colonus de ſuis paleis boues aluit, & totum letamen in potere 41
proiecit: ſi autem totum non proiecciſſet, ſed partem, arbitrio boni viri cōueniet, partem reſarcire de portione domini; quia quod iuris eſt de toto, quò ad totum, idem iuris eſt de parte quò ad partem. l. quæ de tota. de rei ven. ſi autem nihil de letamine, ſeu de fimo proiecciſſet pro dictis annis, ſicut alii fructus æquis portionibus inter colonum, & dominum diuidi deberent: vt d. l. ſi non fuerint. in prin. ff. pro ſo. & facit gl. in d. l. domini prædiorum. de agri. & cenſi. lib. 11. in gl. in verbo item pone, & tex. in d. §. vis maior. dicit quaſi ſocietatis iure damnum, & lucrum cum domino fundi partiatur, ex quibus ſatis clarè nunc colligi poteſt reſponſio ad omnes ſupra dictos tres caſus, & ad alios, qui excogitari poſſint: vt ad primum dicatur, ꝙ ſi colonus coluit vnum fundum tantum, & letamen nō proiecit, boues ſuis ſumptibus alere debet, & paleę quolibet anno diuidi debent inter ipſum & dominum pro rata. Si tamen letamen proiecciſſet, ꝙ hoc caſu in his partibus ex paleis colligendis communibus arbitrio boni viri recompenſatio fieri deberet in totum, vel in partem. & hoc modo reſpondetur ad ſecundum & tertium caſum. Ex quibus etiam patet reſponſio ad quartum, ꝙ dictæ paleæ domino reſtitui debeant per colonum in totum. Ad quintum reſpondeo, arbitrio boni viri conuenit, vt maiorem partē palearum ferat tunc dominus, quàm colonus pro parte etiam penultimi anni, poſtquàm a principio colonus boues aluit de paleis domini, quas colonus debebat ponere de ſuo: de paleis autem vltimi anni arbitrio boni viri conueniret, vt ſi in dicto fundo, vel in dicta parte poteris, ex qua vltimo anno paleæ recolliguntur, & frumentum & fruges, ſi tamen ibi letamen proiectum fuit per colonum de paleis, quas perceperit mediis annis, & de dictis communibus paleis boues gubernauit, vbi de propriis alere & gubernare debebat, adhuc fortaſſe maiorem aliquam partem ferre debeat dominus, tamen de dicto vltimo anno, & aliis mediis deducto penultimo anno non ſolet oriri queſtio, ſed dictis annis de paleis communibus aluntur boues, & letamen inde redactum in potere proiici ſolet nulla alia inter dominum, & colonum palearum fit diuiſio ſeu repetitio, ſi tamen colonus dictis annis mediis & vltimo paleas ſuſcepiſſet, & letamen inde redactum ſuper potere non proiecciſſet, dominus quolibet anno dimidiam dictarum palearum repetere poſſet per prædicta, quæ ſufficere videntur pro reſponſione ſupraſcriptæ primæ principalis quæſtionis palearum, & notatis per Bal. in d. §. ſi in coeunda. qui per illum text. & per alium maiorum noſtrorum auctoritates dixit, ꝙ colonus partiarius, qui tenetur reſpondere de medietate fructuum, non debet deducere expenſas, ſed domino reddere integram medietatem. Sequitur ergo, ꝙ ſemen colonus de proprio ponere debet, neque illud ante partem deducere, ſed omnes fructus pro dimidia diuidere, quod & in colono, qui nummis coluit, certiſſimum eſt, per text. in l. ex conducto. §. 1. & l. ſi vno. §. vbicunque. ff. loca. dum tex dicit, ne ſupra damnum amiſſi ſeminis mercedes præſtare cogatur. Idem etiam in colono partiario, per tex. in d. c. tua nobis, la ij. de deci. vbi etiam hoc expreſsè tenet Inn. & Do. Nicol. Abbas Siculus, & Bal. in l. 1. in 7. q. C. pro ſo. licèt aliud ſit, quando tractamus de diuidendis fructibus inter virum & vxo. ſol. matrim. vel hæredes ipſorum. l. diuortio. §. impendia, & §. qđ in ſementem. ff. ſol. matrim. quæ omnia obſeruanda erunt non ſolum inter prædictos colonos, ſed etiam in dictos colonos, & prædones & poſſeſſores dictorum fundorum poſt ſolutionē a colonis factam. per l. ſi vrbana prædia de condit. inde. quæ non ſolum locum habent prædiis vrbanis: vt ibi dicit tex. ſed etiam in ruſticis: vt dicit gl. ideo eadem diſtinctio quæ ibi fit in vrbanis, per glo. & Doct. fieri debebit ruſticis. Aduerte tamen: quia Bal. in l. item ſi fundi. § ſeminarios. ff. de vſufru. dicit, ꝙ ille. §. facit pro colonis, qui dicunt habere ſemen a domino. Sed ad illū. §. poſſet reſponderi, ꝙ non obſtat primæ concluſioni: nam alio caſu loquitur, videlicet quando teſtator legauit vſumfructum fundi, cui fundi teſtator parauerat ſemen, quod deputauerat cauſa ſeminandi illum fundum: quia tunc ad vſufructuarium pertinet quaſi inſtrumentum fundi, & de anno in annū ſemen debet renouari, vt vltimo anno, quo finitur vſufructus, reddatur domino illud ſemen, in caſu autem noſtro colonus partiarius conduxit fundum colendum, pro quo dominus nec parauerat, nec deputauerat ſemen, quo caſu ille. §. nō loquitur, & eo caſu intelligatur prima concluſio, & ratio diuerſitatis eſt
† quia ſemen paratum, ſeu deputatum cauſa ſeminandi dicitur eſſe inſtrumentum fundi. l. quæſitum. §. 1. de vſufr. lega. ff. quod cedit vſufructuario, vt finito vſufructu reddatur: vt d. §. ſeminarios: aliàs ſequeretur, ꝙ quolibet anno dominus teneretur dare ſemen vſufructuario fundi, ꝙ eſt falſum, vt patet in d. §. ſeminarios: vbi ſemen paratum cauſa ſeminandi cedit vſufructuario, & de anno in annum per ipſum vſufructuarium renouatur, intelligo, nec corrumpatur. l. diuortio. §. fin. per gl. ff. ſol. matrim. vt illud ſemen domino finito vſufructu poſſit reſtitui, cōſuetudinem tamen regionis arbitror obſeruandam, quæ eſt optima legum interpres. l. minime. & l. ſi de interpretatio. ff. de legi. & l. ꝙ ſi nolit. §. quia aſſidua. ff. de ædil. edic. † Circa ſecundum principale dubium, videlicet, an colonus partem oliuarum, vel olei vltimo anno ſiue conductionis habere debeat, & pro quota parte, aduertendum eſt, ꝙ in hoc noſtro territorio Peruſino, & aliis territoriis circunſtantibus ſatis de hoc veriſimiliter dubitatur, immò plurium Doctorum varias vidi reſpōſiones, & opin. inſurgit enim in his partibus magis, quàm in aliis fortè dubitatio, propterea quia vtplurimum oliuarum arbores ſunt in campis & fundis, in quibus recolliguntur frumenta, quæ frumenta recolligi videntur ſemel tantum in viij. menſib. & ſic ſemel in anno cum dimidio, vel circa. Nam fundus pro frumento in his partibus incipit curari coli, vt vulgari noſtro vtar mageſari, communiter de menſe Martii, & poſtea eodem anno ſeminatur frumentum de menſe Octobris, & ſic ſtat in cura & cultura viij. menſibus, quo tempore nos appellamus mageſes, & poſtea a terra ſeparatur de menſe Iulij, vel Auguſti, & ſic in terra iacet decem menſibus vel circa, & ſic computato tempore quo ſtat terra ſub cultura, & cura, & frumentum in terra curata, & culta ſunt xviij. menſes, a menſe autem Auguſti, vſque ad menſem Martij communiter in his partibus vacat; quia neque curatur, neque ſeminatur, & ſic vacare dicitur ſex menſibus, quibus colonus nihil agere habet, ergo frumentum in his partibus percipitur ſpatio viij. menſium, variantur

enim

Source : BIU Cujas

enim iſta tempora ſecũdum varias patrias, & loca: vt dicit tex. & gl. in l. diuortio. §. quod in anno. ff. ſolu. matrim. & gl. eſt in l. item quæritur. §. qui impleto. ff. loca. in gl. ma. in fi. Cum ergo oliua ſit fructus vnius anni, ſicut vua, vel vindemia, dicit text. cum gl. in l. diuortio. in princ. ſo. ma. & experientia docet: quia tantum ſemel in anno percipitur, licèt enim oliuæ tremare (vt noſtro vtar vocabulo) aut flores facere incipiant de mẽſe Maij, & colligantur poſtea de menſe Octobris, vel poſtea, & ſic poſt quàm incipiunt apparere, non ſtant niſi ſex vel ſeptem menſibus, antequàm percipiantur: tamen quia in fructibus habetur ratio non ſolum temporis, quo apparere incipiunt, ſed ẽt temporis quo curantur & nutriuntur in terra, vt d. l. diuortio. in prin. ver. neque enim, & d. §. quod in anno. ver. nam & hic fructus, ideo oliua ſicut vua, vel vindemia dicitur fructus annalis: cum ergo frumentum ex fundis in his partibus tantum ſemel percipiantur ſpacio x. & viij. mẽſium, vt ſupra dictum eſt, & oliua ſemel tantum in anno, hinc eſt, ꝙ licèt colonus pro illo integro anno debeat habere dimidiam partem oliuarum, cum inter colonum & dominum locatorem quaſi ſocietatis iure lucrum & damnum partiatur, dicit tex. in l. ſi merces. §. vis maior. ff. loca. & benè facit. l. cum duobus. §. ſi in coeunda. ff. pro ſoc. non videtur, ꝙ de aliis oliuis natis, infra illum medium annum colonus ipſe habere debeat niſi dimidiam dimidiæ, & ſic quartam partem oliuarum, cum tantum pro eo tempore videt ſuas præſtitiſſe, & labor & pecunia diuiſionem recipiunt. l. Scio amico. §. medico. ff. de ann. leg. † & ſimiliter diſtributionem fieri videmus inter virum & vxorem de fructibus dotis perceptis vltimo anno, quo ſolutum eſt matrimonium, vt diuidantur & marito, vel hæredibus eius pro rata dentur, pro qua onera matrimonii ſuſtinuit: vt eſt tex. in d. l. diuortio. in princip. ita quoque dicendum videtur in colono, in quo anni conductionis intelligantur, & numerentur ſecundùm culturas, ſiue ſint maioris, ſiue minoris temporis, quam anni currentes, vt eſt tex. in d. §. qd' in anno. & benè facit, quod dicit gl. mag. in fi. in recõductione, in d. §. qui impleto. Sed aduertendum, ꝙ cum in fructibus nõ ſolum habeatur ratio temporis, quo percipiuntur, ſed etiam quo curantur, dicit tex. in d. l. diuortio. §. non ſolum. ver. nam & hic, & facit ea. l. in princ. ver. neque enim, quæ cura intelligitur non ſolum reſpectu culturæ, quam facit colonus, ſed etiam reſpectu alimentorum & nutrimenti, quæ arbores & vites dicto tempore ex terra percipiunt, vt puta in lana quæ aliter non curatur niſi cum percipitur, vel poſtea, & tamen illud tantum tempus pceptionis non inſpicitur, ſed etiam tempus quo naſcitur & augetur in corpore animalis: vt d. §. non ſolum: & ideo vindemia dicitur fructus totius anni: vt eſt tex. in l. diuortio. §. quod in ſemente. aliàs incipit, ſi fundus. ff. ſol. matrim. & tamen vinea nõ colitur niſi octo menſibus; quia communiter de menſe Februarii putatur, & de menſe Octobris vuæ colliguntur, & ideo Bar. in d. §. quod in anno in fi. dicit, ꝙ in iſtis partibus, in quibus vno anno ſeminatur frumentum, & in alio nihil, vel alia ſeges minoris ęſtimationis, vt milium, vel ſegala, vel lupini, totum bien
43 nium computatur pro vna cultura: † & ideo pro clariori reſpõſione & declaratione primæ dubitationis conſiderandi ſunt plures caſus in his partibus & in aliis, in quibus totum bienniũ computatur pro vnica cultura fundorum, ex quibus percipit frumentum, vel alia ſeges. Primus, ſi locatio facta fuiſſet immediate recollecto & ſecato frumento, videlicet de mẽſe Auguſti, vel Septembris: vt frequenter accidit in his partibus, quo tempore adhuc oliua pendet in arboribus vſque ad menſem Octobris, vel Nouembris, & ſic pars fundi locari dicitur, vt l. fructus pendentes. ff. de rei ven. & tunc aut locans per ſe, vel per præteritum colonum dictas oliuas percepit in totum, vt puto, ꝙ de iure percipere poſſit etiam inuito nouo colono, & non obſtante dicta locatione cum contractus ſit bonęfidei. inſtit. de actio. §. actionum. & boni viri arbitrium, & quod fieri conſueuit deductum videtur: vt l. circa. C. loca. & etiam cum ſimiletur contractui pro ſoc. vt d. §. ſi in coeunda, & d. §. vis maior. in quo cõtractu pro ſoc. arbitrium boni viri ſequendum eſt, vt in l. in ꝓpoſita. ff. pro ſoc. dicendum eſt, ꝙ dicto nouo colono liceat fructus ex dicto fundo percipere, qui percipientur ex ſequenti cultura, & cura dicti biennii. Sed cum dictæ oliuæ dicantur eſſe de præcedente cultura & tempore; quia natæ & ante ſunt tempore præcedentis culturæ, licèt non ſint adhuc perceptæ, tamen non ſpectant ad dictum nouum colonum, ſed ad ipſum dominum locantem, vel ad præcedentem colonum. ſi ergo dictę oliuę pendentes licèt tempore nouæ locationis percipiuntur per dominum vel antiquum colonum, tunc indubitatum eſt, ꝙ dictus nouus colonus pro vna cultura dicti fundi debebit habere duos fructus oliuarum pro duobus annis, pro quibus durat cultura dicti fundi, licèt dominus alteri colono locauerit poſt annum cum dimidio, videlicet de mẽſe Auguſti vel Septembris. Tum quia dictus colonus debet habere fructus duorum annorum, ex quo cultura dicti fundi de iure dicitur durare biennio. vt d. §. quod in anno. tum etiam quia reſpectu fructuum percipiendorum dicti biennii ſecundum boni viri arbitrium intelligatur facta dicta locatio & conductio: vt d. l. circa. tum etiam
44 † quia colonus debet fundum relinquere in eo ſtatu in quo habuit. l. ſi merces. §. conductor. & l. hæc dif. §. fin. ff. loca. ideo ſi dictus dominus permiſiſſet dicto nouo colono dictas oliuas pendentes in princi. dictæ locationis colligere, & ſic dici poteſt, ꝙ reſpectu oliuarum dictus nouus colonus fundum plenum habuit primo anno ſuæ conductionis, debebit vltimo anno plenum relinquere reſpectu oliuarum, vt relinquat in eo ſtatu, in quo habuit. Et idem dicendum fore in pluribus annis, ſi locatio duraret, vt colonus pro quolibet debeat vnam tantum collectam oliuarum, quæ naſcerentur, habere, nec dictis obſtat text. iuncta gl. in d. §. qd' in anno, vbi habetur, ꝙ ſi locatio ad annũ facta eſt fundi, in quo etiam ſit ſilua, in qua fructus non capiuntur niſi ſingulis quinquenniis, tunc ex ſilua non debebitur illi, qui talem fundum pro vno anno conduxit, niſi pro quinta parte: quia ibi locatio facta fuit pro vno anno, & ſilua non prẹſtabat fructum niſi in quinquennio: ſed in caſu noſtro locatio intelligitur facta pro vna cultura, quæ durat biennio: vt dicit Bar. in d. §. qd' in anno. & quolibet anno dicti biennii percipitur oliua, ideo duos fructus oliuarum pro dicta vna cultura colonus percipere debet, ac ſi fundum conduxiſſet, in quo eſſet vinea & terra ad frumentum: quia pro vna recollecta frumenti habebit duas vindemias, arg. d. §. quod in ſemente.

† Secundus caſus eſt, quando locatio dicti fundi eſſet facta
45 perceptis oliuis, videlicet de mẽſe Octobris, Nouẽbris, Decembris, vel Ianuarii, aut Februarii, & ſic antequam fundus poſt recollectum frumentum inceperit coli: quia (vt ſupra dictũ eſt) coli incipit pro noua cultura communiter de menſe Martii, & tunc pro vna cultura frumenti, quæ (vt ſupra dictum eſt) durat biennio, bis debet habere fructus oliuarum: tum quia bis dicto biennio fructus producit, vt proximè dictum eſt, tum etiam quia fundum relinquere debet finita locatione, ſiue pro vna cultura, ſiue pro pluribus conduxit in eo ſtatu in quo habuit: vt d. §. fina.

† Tertius caſus, quando locatio facta fuiſſet, poſtquam fun-
46 dus incepit coli vel a dño, vel ab antiquo colono, videlicet de menſe Martii, Aprilis, Maii, Iunii, Iulii, Auguſti, Septembris: & ſic poſtquam fundus incepit coli pro noua cultura, antequàm ſeminetur frumentum, vel bladum, & poſtea nouo colono locetur, qui granum in dicta terra culta vel mageſata ſeminat, & tunc oliua dicti anni pro rata temporis inter dictos duos colonos diuidi debet, arg. d. l. diuortio. & d. §. medico. & hoc modo, quia locatio nouo colono facta fuit in princip. Octobris, antequàm fundus ſit ſeminatus, poſtquàm tamen eſt cultus, & mageſatus, & tunc cum dicta oliua pro tempore conductionis noui coloni non pendeat, antequam colligi debeat communiter, niſi vno menſe vel circa, pro rata dicti menſis, & ſic vnam partem anni tantum de xij. partibus dictæ oliuæ habere debebit, antiquus autem colonus vel dominus, qui ante dictũ fundum coluit arando pro cultura dicti anni debebit habere vndecim partes de xij. partibus dictæ oliuæ, ſicut vndecim partes de duodecim partibus dicti anni aſcribuntur dicto antiquo colono: licet enim non coluerit dictus antiquus colonus, niſi ſex, vel ſeptem menſibus dicti anni; quia (vt dictum eſt) in partibus iſtis percepto frumento de menſe Iunii, Iulii, vel Auguſti fundus poſtea non colitur niſi de menſe Martii, & ſic fundus ſtat incultus ſex vel ſeptem menſibus, videlicet ab Auguſto, vſque ad Februarium incluſiuè vel circa, tamen dictum tempus non video, ꝙ aliquo modo aſcribi poſſit, vel cõputari ad vtilitatem noui coloni, quia neque rõne cõtractus, neque rõne culturæ dici põt, ꝙ ad eius vtilitatem poſſit computari. Nec obſt. ꝙ dicto nono colono ſi ꝑ vna cultura locatio facta eſt, in his partibus intelligitur ꝑ vno biennio. d. §. qd' in anno, & ſic nõ videt, ꝙ diſtributio fieri debeat pro rata vnius anni ſed duorum; quia reſpõdetur, ꝙ illud ꝑcedit, qñ alius colere nõ incepit, cui aliqd tempus dictæ culturæ biennalis aſcribi poſſit; quia locatio nouo colono facta eſſet, antequam alius pro dicta cultura colere incepiſſet, ſed qñ locatio facta eſſet, poſtquam ꝑ illo anno alius colere incepit, tunc reſpectu noui coloni nõ fit cõſideratio biẽnii, maximè reſpectu oliuæ, ſed tantum fit cõſideratio illius anni, cuius fructus inter duos colonos diuidi debent, nouus colonus lucrari aliquid dicatur cum iactura. Primò cõtra legem: nã hoc natura. de cõdit. indebi. licèt in ſortiendo frumento ꝑ illa cultura a duobus colonis facta parciendo forte aliqua cõſideratio haberi poſſet, præſertim vt reſpectu illius primi, qui coluit, ante partem ſemen deducere debeat nouus colonus, in qno tamen ad præſens aliter nõ inſiſto. Et eodem mõ cõſiderandum & dicendum eſſet, ſi in princip. menſis Septembris, poſtquam fundus per antiquum colonum fuerat, ſecundò cultus, & mageſatus, locatio nouo colono facta fuiſſet, qui poſtea de menſe Octobris ꝑximè ſequentis frumentum ſeminaſſet; quia tunc cum communiter ipſi culturæ noui coloni reſpectu dicti anni oliua nõ pendeat, niſi duobus menſibus vel circa, dictus nouus colonus duas partes de duodecim partibus dictæ oliuæ habere debebit, & antiquus colonus decem partes; & ſic de ſingulis

menſi-

Source : BIU Cujas

mensibus dicere potes, si postquam antiquus colonus colere incepit, locatio facta fuisset nouo colono, vt pro rata dicti anni diuidi debeāt fructus oliuarum dicti anni inter dictos duos colonos, aut inter colonum & dominum, si dominus per se coluisset. Ad vnum tamen aduertendum est, postquam antiquus colonus, vel dominus de mense Martii fundum colere incepisset, & magesas feciset, deinde in princi. mensis Octobris anteq̄ seruisset nouo colono locasset, vel de mense Septembris, vellet tamen dominus, vel antiquus colonus etiam cum consensu domino inuito nouo colono oliuas etiam immaturas colligere, vt nouus colonus partem aliquam non habeat, an possit.

47 Et primò dicendum videtur ꝙ non† quia etiam oliua immatura in fructu esse dicitur, & vsufructuarius eam immaturam colligere potest. l. si absente. in fi. & l. pen. de vsufr. Cōtrariū tamen de iure verius puto; quia facta locatione oliua, quæ pendebat in fundo locato, pars dicti fundi esse dicitur; vt d. l. fructus pendentes. ita ꝙ nouus colonus dicitur habere ius causatū de præsenti; adeo ꝙ sine eius consensu & in eius præiudicium oliua colligi non potest. Ad hoc benè facit. l. si seruum. §. si oliuam. ff. ad l. Aquil. vbi si contra volūtatem domini ius habentis oliua immatura colligi licèt, in fructu esse dicatur; vt supra dictū est, tamen colligens. l. Aquil. tenetur. Secundò; quia postquam in contractu locationis dicuntur etiam tacitè contineri, quæ fieri consueuerunt, & quę arbitrio boni viri venirent: vt d. l. circa. C. loc. si consuetudo non erat, oliuas immaturas colligere, non poterit in præiudicium dicti noui coloni, & contra eius voluntatem, cum habeat ius de præsenti, immatura colligi. Nō obst. d. l. si absente, & l. pen. quia ibi loquitur, ꝙ possit colligi ab vsufructuario in præiudicium proprietarii, qui nō habet causatum ius de præsenti, sed de faturo, id est finito vsufructu, instit. de vsufr. §. finitur. Si ergo colonus antiquus de consensu domini vellet immaturas oliuas colligere, antequam nouo colono locet de mense Septembris, vel Octobris, vel ante; tunc quia tpe locationis non pendebāt oliuæ, sic posset cōsequi nouus colonus maximè pp l. si absente. & l. pen. prædictas, nisi forte dolo fuisset inductus dictus nouus colonus ad cōtrahendum, & conducendum putans ibidem esse oliuas & pendere: quia tunc recurrendum esset ad materiam. l. eleganter. in prin. ff. de dolo. dicendum dictum contractum bonę fidei nullum propter dolū, 50
vt ibi habetur.

48 †Quartus casus est, quando locatio fieret de mense Octobris fundo seminato, & pendentibus oliuis, & tūc dictæ oliuæ sunt de cultura præcedenti, in qua nullam operam posuit nouus colonus, licèt pendebant etiam post factam locationem nouo colono, & pendere possint per vnum vel duos menses, ad nouum colonum nihil dicitur pertinere, quia boni viri arbitriū, quod in dicto contractu versatur: vt d. l. circa, hoc nō dictat: neque potest aliquo modo diuidi labor cum emolumento, vt dicit: vt d. §. medico. ex quibus patet, ꝙ quatuor tempora pro veritate dicti quæsiti cōsideranda sunt. Primum, qñ percepto frumento fundus, in quo sunt oliuę, locatur, antequam inceperint coli ꝓ noua cultura: & sic tempore quo sunt stipulæ, videlicet 51
mense Augusti vsque ad mensem Martii, & tunc dic, vt in primo casu supradictum est. Scd̄m tempus est, quando locatio fit post mensem Octobris collectis oliuis: & tunc dic vt in secūdo casu. Tertium tempus est, quando locatio fit postquam fundus inceptus est coli & magesari, videlicet de mense Martii, vsque ad mensem Octobris, antequam seminetur: & tunc dic vt in tertio casu. Quartum tempus est, quādo locatio fit, postquam fundus est seminatus, & adhuc oliuæ pendent, & quando locatio
fieret de mense Octobris, vel etiam Nouembris oliuis pendentibus, & tunc dic vt in quarto casu: & prædicta procedunt, quādo oliuæ sunt in fundo, qui coli solet, & colitur ꝓ frumento, cuius cultura durat biennio, si autem anno tantum duraret, vt est vinea: vt d. §. qd̄ in semente. in quā essent oliuæ, tunc clarū est, ꝙ sicut vna cultura vineæ est annalis & anno quolibet percipitur vindemia, sicut dicta vindemia diuiditur, & debetur inter vnum vel plures colonos, ita diuidi debent fructus oliuarum eadem rōne, arg. d. §. qd̄ in semente. & idem dicendum esset in fundis, in quibus cultura esset annalis, vt esse dicitur prope mare, videlicet in maremmis: quia idem dicendum tunc in oliuis existentibus. Si autem oliuæ essent in siluis, vel in aliis fundis, qui nō coluntur, & tamen de per se ꝓ pastura, vel cum aliis fundis locantur, vel sunt in extremis partibus vinearum, vel fundorum, in quibus nunquam coloni colere consueuerunt, & tunc licet pro labore suo respectu oliuarum colonus nō videt debere habere aliquam partem, ar. d. §. medico. tamen qa quò
ad dictam rem conductam debet lucrum & damnum cū dam 53
no partiri: vt d. l. si merces. §. vis maior. & d. l. cum duobus. §. si in coeūda. & cū in dicto contractu tacitè deductum videtur, qd̄ fieri cōsueuerat: vt d. l. circa. iō talis colonus debet habere om-
49 ni anno dimidiam dictarū oliuarum † oliua enim antequam de ea fiat oleum, potest pomum appellari, & per cōsequens fructus naturalis: sicut enim alia poma appellantur fructus naturales, vt dicit gl. ma. in d. l. ex diuerso. in princip. de rei ven. ita vī posse dici oliua. Verūtamen quia commoditas ex ea percipi nō potest, sicut ex aliis pomis nisi cum industria hominis, sine qua oleum fieri nō potest, fructus industrialis etiam oliua appellatur, nō quidem respectu ipsius oliuæ, sed magis respectu olei, & ita intelligo tex. in d. l. si eius. ff. de rei ven. ibi dum tex. dicit factū & faci. l. si vsufructuarius ff. quib. mod. vsufr. amitt. licèt simpliciter dicta iura consueuerint allegari, ꝙ oliua dicit fructus industrialis, sed rectè intuenti debet intelligi respectu olei, & ita refert Bar. in l. pen. ff. ad leg. Falci. se consuluisse per verbū tex. ꝙ oleum dicit fructus industrialis, qd̄ etiam inferri potest ad arūdinetum: quia arūdines (vt experientia docet) dicūtur fructus annales. & facit. l. Caius Seius. de annu. leg. Eodem modo dicendum est de glande, & iō colonus omni anno debet habere partem arūdineti & glandis, sicut supra dictum est de oliuis & aliis fructibus, arg. de glande legem. l. i. si autem colonus cōduceret fundum in quo bis fructus idem, velut frumentum eodem loco recolligitur, vt in insula Cretæ, vt dicitur in d. §. qd̄ in anno. si ibidem essent oliuæ, vel arūdinetum, quod semel tantum in anno fructus produceret, æqualiter inter colonum & dominū diuidatur, & certè dicendum, ꝙ si pro vna cultura tantum locasset, & sic pro septem mensibus, colonus quartam partē oliuarum percipere debet: quia non tantum tempus quo percipiūtur inspicitur, sed etiam tempus quo curantur: vt d. l. diuortio. in prin. ver neq; enim, & d § quod in anno. ver. nam & hoc fructus. si autem conduxisset pro toto anno, & sic pro duab. culturis frumenti, & tūc deberet habere dimidiam partem oliuarum: si autem non apparet pro quo tempore conduxit: tūc ad consuetudinem recurrendum est: ar. d. l. circa. si autem consuetudo non apparet: tūc putarem, ꝙ pro vna tantum cultura, & sic pro septem mensibus conduceret per ea, quæ dicit tex. cum glo. in d l. item quæritur. §. qui impleto. ff. loca. verba sunt præfati Aduocati excellentis Doctoris Perusini. Adde dum prefatus Doctor dixit, quando fundus fuit locatus perceptis segetibus, & ante nouam culturam percipiuntur fructus arborum, ꝙ illi fructus pertinent ad antiquum colonum: nam in contrarium facit; quia ex hoc sequeretur, ꝙ ipse colonus pro vna cultura & perceptione frumenti perciperet binos fructus arborū secundum præfatum Doctorem, quod non videtur dicendum. Primò, † quia locatio & conductio in dubio intelligitur facta ad annum. l. item quæritur. §. qui impleto ff. loca. ibi. ita accipiendum vt in ipso anno in quo tacuerit videantur eandem renouasse locationem. facit etiam tex. l. cum manusata ff. de contrahen. empt. vbi exceptis in venditione fundi manu satis intelligūtur excepta, quæ in singulis annis seri solent, sic in proposito facta locatione in dubio intelligitur in his, quę singulis annis seri solent, seu percipi, non autem vt idem fructus qui singulis annis nascuntur biennio percipiantur. Secūdò; quia conductio intelligitur facta ad tempus, quo integri fructus percipiuntur, siue sint septem menses, siue sit annus, siue maius tempus, vt quinquennium. facit, qd̄ no. Bal. in d. l. diuortio. §. qd̄ in anno. ff. sol. matrim. l. item quæritur. §. qui impleto & ibi per glo. & ꝑ
Bart. ff. loca. † Vocatur enim annus artificialis, qui est plurium, 51
& paucorū dierum, videlicet quousq; fructus omnes sint percepti scd̄m Bal. in d. l. legē. C. loca. sed percepto siue secato frumento, tūc omnes fructus fundi ab ipso colono semel sunt percepti, qd̄ patet: quia tempore quo erant mageses seu frumentū seminatum percepit omnes fructus arborum, deinde percepit frumentum, si iterum perceperit fructus arborum, vt est oliua, nuces, mala, & similia bis perceperit fructus annales, qd̄ nō cō-
uenit: qa locatio eo tempore non durabit per prædicta † facit 52
etiam, qd̄ not. Bal. in l. diuortio. §. qd̄ in anno. ff. sol. matrim. in quæstione de illo, q emit vuas vel rosas viridarii, quæ fructificant bis in anno: qa non debet habere nisi primū fructū & nō secūdū, sic dicamus in proposito vt locatio quæ similis est emptioni. l. 1. & 2. ff. loca. solum durat quousq; sunt percepti integrè omnes primi fructus, non autem extendāt ad vlterius tempus, vt bis absq; noua cultura idem fructus percipiantur, maximè annales. Tertiò: qa inter colonū partiariū, & dominū dicit contracta societas. l. si merces. §. si vis maior. ff. loca. cùm duob. §. si in coeūda. ff. pro soc. in qua societate versat arbitrium boni viri, vt qd̄ equū est fiat. Nihil autem iniqui. l. in proposita. cum se. ff. pro soc. sed æquū est, & arbitrio boni viri conuenire videtur, vt omnes fructus annales percipiat, & si sunt aliqui fructus, vt est frumētum: quia infra annum nō sint percepti, percipiantur, quia vsque ad illud tempus durabit locatio, vt supra iterum autem fructus arborum nō percipiat, tū quia iam finita erat locatio, vt supra, tum etiam quia bis fructus annales percipiet, qd̄
videtur iniquum. Quartò facit, † fructus vnius anni, vnius vin- 53
demiæ, & vnius segetis dicūtur esse fructus vnius anni. l. diuortio. §. item si messes, & §. quod in semēte. ff. sol. matrimo. adeo ꝙ fit cōglutinatio ad diuisionem fructuum annalium faciendam vnius vindemiæ, & vnius collectionis frumēti, nō autem plurium vindemiarum, aut vnam recollectionem frumēti, vt dictis iuribus, meritò quemadmodum semel tantum colonus percepit segetes, ita semel tantum debet habere fructus uindemiæ,

Source : BIU Cujas

54 miæ & aliorum arborum. Quintò ad idem facit † quia ſi inter habentes fundum communem conuenit: vt alternis annis fundum cõductum habeant,nõ poteſt vnus vltimo menſe ſuę cõductionis fructus immaturos colligere: vt dicit gl. in l. pen. de vſufr. leg.iuncta.l & hæc diſt.§.cum fundum.ff.loca. quam allegat gl.in d.l.pe. Ex quo patet, ꝙ fructus pendentes finito anno nõ pertinent ad eum,qui ad annum conduxit, licet ſint nati in ſua cultura & tempore primi anni, ſic dicamus in caſu noſtro, licèt ſecundi fructus arborum ſecundi anni ſint nati ex cultura primi coloni & durante ſuo tempore, non tamen ſequitur, ꝙ ad ipſum pertineant,cum finitum ſit tempus ſuæ conductionis per prædicta.Sextò ad hoc facit tex in d.l.diuortio.in princ. vbi patet,ꝙ fructus debentur marito pro rata temporis, quo durauit matrimonium,ſic dicamus in colono: vt ei debeantur ſolũ pro rata temporis,quo durauit locatio, ſed locatio intelligitur facta ad annũ,vt ſupra,ergo,ſolum fructus vnius anni habeant. Septimò,pro iſta etiam parte facit:quia fructus pendentes intelliguntur eſſe pars fundi l.fructus pendentes. ff. de rei ven. ergo ex quo ſecato frumento intelligitur finita locatio,fructus arborum pendentes pertineant ad eum, ad quem pertinet fundus,
55 & ſic ad dominum,cum pars fundi eſſe dicatur †His tamen nõ obſtantibus contrarium arbitror de iure verius, & ſic ꝙ antiquus colonus pro vna cultura,& recollectione frumẽti in his partibus bis fructus arborum percipiat, videlicet primò poſtq̃ incepit colere terram tempore quo dicta terra durabat in mageſe ſecundum vulgare noſtrum, quo tempore percipiuntur nuces,vuæ in arboribus & mala, & etiam tempore quo erat ſeminata,quo tempore percipiuntur oliuæ, poſtea de menſe Iulii percipit frumentum,deinde in ſua ſtipula iterum fructus prę dictarum arborum, quod pluribus rationibus demonſtratur. Primò;quia locatio intelligitur facta pro vna cultura, quæ in his partibus durat biennio,ſecundùm Bar.in d.l. diuortio.§. qd' in anno.& Bal.ibi,ergo omnes fructus, qui infra biennium percipiuntur, debet colonus pro portione coloni habere, ex quo infra ſuum tempus percipiũtur, meritò licèt bis eoſdẽ fructus percipiat,tamen ex quo infra ſua tempora percipit, ſui proportione coloni eſſe debent. Secundò; quia labor & pecunia diuiſionem recipiunt.l.cum duobus.§.ſi in coeunda.ff.pro ſoc.l.Seio amico § medico.de annuis leg.ſed ſolum pro cultura, quam dictus colonus fecit,primò percipiuntur omnes fructus arborum vſque ad menſem Februarii, deinde in menſe Iulii frumẽtum,deinde in ſtipula abſque alia cultura iterum omnes prædicti fructus arborum: & ſic ex præcedenti cultura & cura, vt experientia docet, ꝙ patet: quia communiter in his partibus de menſe Februarii,ſeu Martii colonus incipit colere, & cõtinuat culturam vſque ad menſem Octobris incluſiuè, & de menſe Nouembris ſeminatur frumentum,deinde vlterius nõ colitur vſque ad menſem Februarii,vel Martii ſequentis anni.[Interim tamen in dicto fundo percipiuntur dicti fructus arborum, primo donec terra durat mageſata,& paulò poſtquam eſt ſeminata,deinde percipitur frumentum, poſtea in ſtipula iterum percipiuntur tam primi fructus arborum abſque aliqua alia cultura.Ergo ex quo ex cultura dicti coloni percipiuntur tàm primi fructus arborum,videlicet in mageſe & ſeminato,quàm ſecun
56 di fructus ipſorum arborum, videlicet in ſtipula, tanquam ex cultura, cura ac labore dicti coloni ſint percepti,ſui omnes, videlicet pro parte laboris eſſe videntur.Terriò facit;† quia colonus debet fundum relinquere in eo ſtatu in quo habuit.l.ſi merces.§. conductor.l.videmus.§.item proſpicere debet.& l.& hęc diſt.§.fina. ff. loca. ergo ex quo omnibus fructibus recollectis tàm frumentorum,quàm arborum inuenit tempore cõductionis,eodem modo relinquere debet,& ſic fundum vacuũ, quẽ-
57 admodum vacuũ inuenit.Quarrò facit: † qa locatio intelligit durare tanto tempore,ꝙ percipiũtur omnes fructus, ita ꝙ fundus remaneat inanis,& vacuus.l.item quæritur.§. qui impleto. ff.loca.per gl.Bart.& Bal in l legem.C. loca. ſed perceptis ſegetibus adhuc fundus remanet plenus fructib.arborũ, ergo quouſq; euacuetur in totum dicitur durare locatio.

Quinto facit;quia fructus futuræ vindemiæ poſt recollectionem frumenti,cum procedat ex eadem cultura,dicitur eſſe fructus eiuſdem anni.l.diuor.§.item ſi meſſes.& §. quod in ſemente.ff.ſol.matr.ſi dicitur eſſe eiuſdem anni, ergo ad ipſum colonum pro portione tangente colonum pertineant.

58 Sextò,ꝙ hæc pars clara reddat̃,demonſtratur exemplis†quæ ad declarationem ſunt inducta.l.regula.ff.de iur. & fac. igno.l. vt reſponſum.C. de tranſac. ponamus ergo in caſu noſtro fundum fuiſſe locatum de menſe Auguſti,& ſic fructibus arborũ, vt ſunt nuces,oliuæ,mala,vites,in arboribus & ſimilib. pendentibus.Aut illi fructus pertinent ad antiquum colonum ratione culturæ,& curæ præcedentis,& tunc non eſt dubium, ꝙ bis fructus ipſarum arborum pro vna cultura dicti fundi percipit, videlicet primo tẽpore quo ipſe antiquus colonus habebat fundum mageſatum,& ſeminatum,quo tempore erant nuces,oliuæ,& alii fructus arborum; quia dicto tempore non eſt dubiũ dictos fructus arborum ad dictum colonum pertinere, ex quo in ſua cultura & cura naſcuntur, & percipiuntur pendente locatione.Secundò eoſdem etiam fructus arborum percipit ſecato frumento,quo tempore erant pendentes fructus arborum, & nati ex eius cultura ergo bis fructus arborum pro vna cultura,& perceptione frumenti percipit: ſi autem diceremus,ꝙ nõ pertinent ad antiquum colonum fructus arborum pendentes in ſtipula,ſed ad nouum,tũc ſimiliter binos fructus arborũ annalium pro vna cultura,& perceptione frumenti percipiet colonus,quod patet: quia ſecundùm caſum percipiet fructus pendentes in ſtipula præcedentis coloni, & etiam fructus arborũ, qui deinde in ſua cultura naſcuntur, & percipiũtur in mageſe, & ſeminata: ſi autem fundus fuit locatus tempore, quo erat vacuus,puta de menſe Februarii,& tũc ſimiliter idem patet: nam dictus colonus incipit rumpere ſtipulam præcedentis coloni vacuam,& facit mageſes,in quibus naſcuntur, & percipiuntur per eum fructus arborum,deinde ex eadem cultura ſecatis frumentis pendent fructus arborum in ſtipula eius. Aut eos recolligit ipſe ratione ſuæ culturæ, & tunc patet, ꝙ pro vna cultura & perceptione frumenti, binos fructus arborum percipit, aut non recolligit ipſe,ſed nouus colonus, & tũc nouus colonus, conſiderando vt ſupra ſimiliter pro vna, & eadem cultura, & perceptione frumenti bis fructus arborum percipit, ſic & antiquus colonus eodem modo conſiderando,patet ergo, ꝙ omni caſu colonus pro vna cultura, & perceptione frumenti in his partibus bis fructus arborum annalium percipere debet.

Septimò ad idem facit;quia inter colonum partiariũ, & dominum dicitur contracta ſocietas.l cum duob.§. ſi in coeunda. ibi.aut agrum pollicitatori damus in commune quærendis fructibus.ff.pro ſocio.l.ſi merces.§.vis maior.in fin.ff.loc.ſed omne lucrum proueniens ex ſocietate cõmune eſſe debet.l. verũ. §.in hęredẽ.& in l.actione. §. ſi in certã rem. & §. morte ff. pro ſo.ſed fructus ſecũdi anni,qui ſunt pendẽtes,proueniunt occaſione ſocietatis; quia ex præcedenti opera & re ſocietatis, igit̃ communiter ad ipſum dominum & colonum pertinent.l. coiri.cum ſim.ff.pro ſoc.

Octauò pro iſta parte ſimiliter facit:quia inter colonum partiarium,vt in caſu noſtro & dominum dicitur contracta ſocietas: vt ſupra patet,quæ intelligitur in dubio durare tanto tempore,quanto expedit ſocietati.l.ſi conuenerit.ver. nam & ſi nõ conuenerit. & l.ſed & ſocius.§.fi.ff.pro ſoc. & quouſq; finis negocio ſit impoſitus.l.actione.§ item ſi alicuius rei.ff.pro ſo. ſed ſocietati expedit,vt duret,quouſque integri ſecundi fructus arborum ſint recollecti,ex quo ex præcedenti cultura,vt ſupra,& eo.tempore dicitur impoſitus finis negocio; quia ante ex quo ſecatis ſegetibus remanebant alii fructus arborum pendentes, non erat finis impoſitus negocio.Meritò omnes fructus,qui interim percipiũtur,tàm primi,quàm ſecundi, diuiduntur inter dominum & colonum partiarium prædictum,vt ſupra,& ſi dominus ſecatis ſegetibus pendentibus fructibus arborum renunciaret ſocietati,puta locando alteri dictum fundum, immediatè ſecatis ſegetibus intempeſtiua erit renũciatio, ideo domino non colono partiario nocebit: vt d.l. ſi conuenerit, & l. ſed & ſocius. §. fin.

59 †Nonò,quia vbi eſt vna cultura,ſi plures fructus recolliguntur in eodem loco omnes iudicantur pro vno fructu. l. diuor. §.quod in ſementem,ibi.quia totius anni vnus fructus.ſol. ma. & tenet glo. 1.in d.l.diuor.§.quod in anno.ver.bis terra colit̃.& Ange etiam ibi,& eſt de mente Imo.dum dicunt, ꝙ vbi noua cultura non interuenit poſt primos fructus recollectos pro recollectione aliorum fructuum. exemplum cum in eodem fundo recolligitur frumentum,& vinum exiſtens in arboribus ſituatis in eo: quia tunc omnes iſti fructus dicuntur eſſe fructus vnius anni,licet ſecus ſit,quando recollectis primis fructib.pro aliis fructibus recolligendis interuenit noua cultura: quia tunc non vnus fructus,ſed plures diuerſorum annorum dicũtur ſecundum eos.Nec ob.ꝙ in caſu noſtro non vno anno, ſed bien
60 nio recolligũtur; † quia annus eſt in caſu noſtro emergens,qui plurium & paucorum dierum eſt ſecundum naturam rei: vt dicit Bald.in l.legem.C.loca.& totum biennium computat̃ pro vna cultura,vt dicũt Bar.& Bald.in d.§.qd' in anno. & Bal. in d. l.legem.vbi dicit,ꝙ ſi ex agro non percipiuntur quolibet anno fructus,ſed in quinquennium,totum lucrum habetur pro vno anno.Non obſt.ꝙ primo loco dicebam,ꝙ intelligatur facta locatio duratura ſolum per annum, &c. quia immo hoc non eſt verum in caſu noſtro; quia in annum non inducitur integra perceptio in iſtis partibus omnium fructuum,q̃ naſcunt̃ in cultura,& cura iſtius coloni,ſed per biennium, vt ſupra patet. igit̃ in biennium intelligat̃ facta locatio, vt ſupra patet. ergo omnes fructus q̃ in biennium percipiunt̃, diuidi debent inter colonum partiarium & dominũ.Ex hoc etiam patet, ꝙ non obſt. ſẽm argumentum,immo facit pro eo, & ſimiliter dictũ Bald. in d.l legem vbi dicit̃, ꝙ locatio intelligitur facta ad id tempus, quo omnes fructus ſunt percepti,& fundus remanet vacuus & inanis; quia in caſu noſtro elapſo anno fructus integri nõ erã̃t percepti,nec fundus remanebat vacuus & inanis, immo ple

nus

nus fructibus arborum, qui ſecato frumento erant pendentes, igitur non ſit finita, vt ipſimet Bar.& Bal.dicunt. præterea non tractamus de anno naturali, ſed de anno emergenti, qui eſt plurium & paucorum dierum ſecũdum contingentiam caſuum, & ſecundum ꝙ citius & tardius integri fructus recolliguntur, ita ꝙ fundus remaneat vacuus & inanis: vt dicit Bal in d.l. legẽ. C.loca. Nec etiam obſt. tertium argum. quia immo iniquum foret, ſi colonus non haberet partem ſuam dictorum ſecundorũ fructuum arborum, qui ſunt ex eius cultura', & æquũ eſt, ꝙ vbi damnum, ſcilicet operarum præſtitarum in cultura fundi, ibi & lucrum eſſe debet. l. cum duob. § quidam ſagariam. in fi. & l. ſi ſocietatem mecum. in fi. ibi. ſi plus alter operæ, induſtriæ, &c. ff. pro ſoc. aliàs videretur quædam ſocietas leonina, ſi totũ emolumentum ſecundorum fructuum pertineret ad dominũ contra. l. ſi non fuerint. pro ſo. Non obſt. ꝙ iam percepit primos fructus arborum, & fructus frumentorũ ex dicta cultura, quæ fuit ſępius reiterata eſt tanta, vt non ſolum ex ea percipiantur, & alantur primi fructus arborum ac frumenti, ſed etiam ſecundi fructus arborum. Conueniens & æquum eſt in recompenſatione huius operis, vt etiam partem ſecundorum fructuum arborum habeat. facit. d.l. ſi ſocietatem. in fin. & ſic illa ratio, quæ eſt in perceptione primorum fructuum arborum, eadem ratio eſt in ſecundis, immo & maior, quia ſecundi fructus arborũ dicun
62 tur de cultura illius anni, quo fuit recollectum frumentum. & idem iudicaẽ de eis, qđ de frumẽto. l. diuortio. §. item ſi meſſes, & §. qđ in ſementem. ff. ſol. matrim. & ꝙ ex præcedenti cultura dictæ arbores fructus prædictos fecerint etiam apparet: quia nouus colonus nihil in fundo facit, ſed ſolum primus colonus, igitur ex eius cultura dicantur nati. Nec obſt. ſi diceretur, ſine cultura arbores fructus faciunt: quia immo ex cultura: nam arbor inculta efficitur ſilueſtris, & infructifera, vt experientia docet, igitur &c. Nec etiam obſt. ſi diceretur, ꝙ etiam ſi non fuiſſent dictæ arbores in dicto fundo pro eadem cultura requirebatur pro recollectione frumenti: quia reſponderi poteſt primò,
63 ꝙ ex quo dictus colonus conduxit fundum arboratum ea conditione videẽ conduxiſſe ex natura rei pro fructibus etiam arborum. Aliàs forte non conducturus. Vel ſecũdò ipſæ arbores propter vmbram præſtant damnum ſegetibus, conueniens eſt, vnde prouenit damnum, inde proueniat lucrum, arg. l. manifeſtiſſimi. C. de fur. & d. §. quidam ſagariam. in fi. Vel poteſt reſponderi, ꝙ fundus propter arbores requirit maiorem culturam, vt quoſdam conſului ruſticos. Non obſt. quartum arg. quia ex eo ꝙ cultura frumenti durabat biennio, vt ſupra dixit Bar. & Bal. & ex eadem cultura licèt fructus frumenti percipiantur ſemel in biennio: tamen fructus arborum percipiũtur bis: quia quolibet anno fructificant. Meritò tum quia locatio intelligitur durare tanto tempore, quanto durat cultura & cura, & ſic biẽnio, vt patet in d. §. qui impleto. & Bar. & glo. per Bald. in d.l legem. tum etiam; quia tàm ſecundi, quàm primi fructus ex eadem cultura ipſius coloni percipiuntur. Ideo tàm primi, quàm ſecũdi fructus arborum veniunt diuidendi inter dominum, & ipſum colonum, ſicut & ipſum frumentũ diuidebatur. Nec ob. quintum arg. de glo. in l. pen. de vſufr. leg. coniuncta. l. & hæc diſt. §. cum fundum. ff. loca. quia illa iura loquuntur in colono, qui nummis colit, in quo erat expreſſum tempus locationis, quod non durabat niſi per annum naturalem, caſus autem noſter loquitur in colono partiario, qui dicitur ſocius, & locatio ſeu ſocietas intelligitur durare per biennium, vt ſupra patet, vel illa iura loquuntur: quia frumentum recolligebatur quolibet anno, nos autem loquimur in partibus localibus, ſcilicet in partibus iſtis in qbus: vt ſupra dixit Bar. & Bal. vna cultura frumenti durat biennio. Non obſt. etiam ſextum arg. immo facit pro; quia in caſu noſtro vt ex prædictis patet, locatio intelligitur durare biennio, ergo omnes fructus qui infra bienniũ recolliguntur debent diuidi inter dominum & colonum, per quod etiam patet, ꝙ non obſtat ſeptimum argumentum, vt ex prædictis patet. Item adde inquantum præfatus Doctor ſupra in nona q. in reſponſione tertii caſus dicebat, ꝙ colonus partiarius æquiparatur ſocio, ideo morte coloni, vel domini finitur locatio ſicut morte vnius ex ſociis. l. verum. ff. pro ſoc. & idem dicit Bar. in d.l. ſi merces. §. vis maior. ff. locati. Nam in contrarium videtur tex. in l. qui fundum. ff. loca. l. nihil. §. fin. de leg. 1. l. viam C. loca. vbi dicũt dicta iura, ꝙ locatio tranſit ad hæredes. & idem videẽ tenere Bal. in caſu noſtro, videlicet in colono partiario. l. certi iuris. C. loca. vbi dicit, ꝙ tranſit ad hæredes, quia non ſunt propriè ſocii. & ratio eſt; quia eſt quædam ſocietas velata ſub contractu locationis incluſa. ideo ſapit naturam locationis, & conductionis ſecundum eum. Item adde inquantum præfatus Doctor. ſupra in dicta nona quæſtione in quarto caſu principali dicebat, ꝙ ſi colonus partiarius in primo anno locationis portauit in potere paleas de ſuo, & boues, & alia animalia de dictis paleis aluit. deinde fimum, ſeu letamen proiecit in dicto potere ſeu agro conducto, ꝙ pro ea rata, pro qua proiecit letamen, deducit ex paleis domini, & ita etiam in ſequentibus annis. Nã pro iſta opinione facit primò; quia colonus debet fundum relinquere in eo ſtatu, in quo habuit. l. ſi merces. §. conductor. l. vi deamus. §. item proſpicere debet. l. & hæc diſt. §. fi. ff. loca. ergo ex quo inuenit fundum primo anno ſine palea, & boues de ſuo aluit, ſine palea vltimo anno relinquere debet, & ſic fundũ vacuum, quemadmodum vacuum inuenit'.

61 †Secundò prout in ſimili dicimus in vxore in l. fructus. cum duabus præcedentibus & cum l. ſe. ff. ſol. matrimo. vbi dicit, ꝙ expenſam quam fecit mulier de ſuo primo anno matrimonii in fundo dotali recuperat a marito vltimo anno ſoluti matrimonii ex vltimis fructib. ſic dicamus in caſu noſtro, vt paleas, quas colonus primo anno ſoluit de ſuo; quia inuenit fundũ cõductum vacuum, recuperet a domino vltimo anno finitæ locationis ex parte palearum tangente domino vltimo anno.

Tertiò ad idem facit; quia videtur, ꝙ ex quo inter dominũ, & colonum partiarium intelligitur contracta ſocietas. l. ſi merces. §. vis maior. ff. loca. l. cum duob. §. ſi in coeunda. ff. pro ſo. ꝙ expenſæ factæ bobus domitis, qui dicũtur eſſe inſtrumenta fundi. l. inſtrumenta. de fundo inſtru. debuerint fieri ſumptibus ſocietatis, & ſic pariter domini & coloni. l. cum duob. §. ſi quis ex ſociis, & §. item ſi in communem riuum, & l. pro ſo. arbiter, §. ſi tecum. in fi. ff. pro ſo. ergo ex quo colonus primo anno aluit de ſuo, repetet pro parte tangente patrono ab ipſo patrono, ne ſit
62 ſocietas leonina. l. ſi non fuerint. ff. pro ſo. &c. †Contrarium puto verius, & primò circa primum ꝙ ſolet dubitari, vtrum colonus partiarius teneatur reſtituere domino partem palearum, & certè vbi eſſet conſuetudo ſeruanda eſſet: quia id dicitur inter dominum & colonum tacitè conuentum, qđ fieri conſueuit. l. licet, & l. excepto, & l. circa. C. loca. l. ſi vna. ff. eo. tit l ſi tibi polienda. ff. de præſcrip. verb. l. domini prædiorum C. de agrico. & cenſi. & quod not. in l. cum quid. ff. ſi cert. pet. vbi autem conſuetudo non eſſet, vel non appareret, quo caſu paria ſunt: vt l. in lege fundi. ff. loc. quia conſuetudo eſt quid facti, & non præſumitur, niſi probetur. l. in bello §. factæ. de capti. & per Bal. in l. conſentaneum C. quomodo & quando iudex. †vbi plus dicit, ꝙ ẽt ſi glo. diceret aliquid eſſe de conſuetudine, non debet ei credi, niſi conſuetudo probetur, & tũc dicendum eſt, ꝙ colonus partiarius tenetur dare domino partem palearum, ſicut aliorũ fructuum: quia palea eſt in fructu: vt not. Spec. in tit. de deci. §. 1. ver. fi. ar. l. ſi vſufructuarius meſſem. ibi dum dicit. ſtipula quę in maſſa iacet. ff. quib. mod. vſufr. amitt. iuncta l. ſilua cędua. de verbo. ſignifi. & tenet Do. Ludo in l diuor. §. impendia. ſol. mat. ergo idem iuris eſt in palea, quod in aliis fructibus, & medietas debeatur colono, & alia domino: hic enim eſt ſocietas, in qua dominus ponit fundũ, colonus autem ponit operam & reliqua, quo caſu ſi aliter non ſit conuentum; quia tunc ſtandum eſſet conuentioni. l. ſi non fuerint. ff. pro ſoc. & ſi conſuetudo aliter appareat, quo caſu ſtandum eſſet cõſuetudini, per d. l. excepto. cum ſim. dominus debet de fructibus percipere medietatem, & aliam medietatem colonus. l. ſi non fuerit. pro ſoc. vbi eſt caſus ſecundum vnum intellectum, & voluit Bal. in d.l. cum duob. §. ſi in coeunda. ff. pro ſo. & facit tex. in d. §. vis maior. in fi.

64 †Vlterius etiam circa ſcđm, de quo dubitari frequenter conſueuit, ſi colonus partiarius fimum ſeu letamen in fundo, quẽ ipſe colebat, proiecit, vtrũ prædictum letamen deducat de parte palearum tangente domino. Et certe quicquid prædicti Doctores dixerint, ſupra in dicta 8. quæſt. in quarto caſu principali, dicendum eſt, ꝙ vbi eſſet ſuper hoc cõſuetudo ſeruanda eſſet, per d.l. excepto. & l. quia circa. cum aliis ſupra allegatis: quia qđ conſuetum eſt fieri, videtur tacite deductum in conuentione locationis per prædicta iura: ſi autem conſuetudo aliqua non appareret eo caſu, dicendum videtur, ꝙ colonus letamen non deducat de parte palearum tangente domino, immo ſuis ſumptibus intelligatur proiecille in fundo, quod plurib. probatur rationibus.

Primò; quia inter colonum partiarium, & dominum videẽ contracta ſocietas, in qua dominus ponit ſolum fundum. l. cũ duob. §. ſi in coeunda. ff. pro ſocio, l. ſi merces. §. vis maior. ff. loc. colonus autem ponit in dicta ſocietate artem & operam: vt in d. §. ſi in coeunda. Item ponit colonus etiam inſtrumenta. l. 2. §. ſi conſeruatis. ff. ad l. Rodi. de iac. facit glo. in l. ſtipulationes commodiſſimum. de verbo obliga. & appellatione inſtrumentorum veniunt homines ad colendum. Item boues domiti, ac etiam pecora ad ſtercorandum agrum parata, quæ dicuntur inſtrumenta gratia quærendorum fructuum parata. l. inſtrumenta. verſic. præterea. ff. de fun. inſt. ergo ſtercoratio, & ſic fimi poſitio in agro pertineat ad colonum. Item ponit colonus etiam de ſuo ſemẽ c. tua nobis. de decimis. l. ex conducto. §. ſed & ſi labes. & l. ſi vno. verſi. deniq;. ff. loc. & per Bald. in l. 1. in 7. q. C. pro ſoc. vbi dicit, ꝙ colonus ponit in dicta ſocietate ſemen & oĩa. Item & omnes ſumptus ponit colonus de ſuo, vt d. c. tua nobis. vbi caſus, & per Bal. in d. §. ſi in coeunda. meritò ſumptũ, quem fecit in proiiciendo letamen prædictum in fundo conducto, non poſſit a domino repetere, immo ſibi debeat imputare: qa dominus non tenebatur ponere niſi fundum, colonus autem ponebat reliqua per prædicta.

Secun-

Source : BIU Cujas

Secundò: quia fimum ſeu letamen ſeruit ad ſtercorandum agrum, vt d.l. inſtrumento. & l. plenum. §. ſed ſi pecoris. de vſu & habi. inſtru. eo. tit. §. pen. & ſic eſt dependens ac pertinens ad ipſam culturam, & curam, quæ ad colonum pertinent, vt ſupra patet, igitur a domino non recuperet: cum ad eum nõ pertinebat per prædicta.

65 Tertiò † quia impenſa, quæ ſolum perceptionem, ſeu acquiſitionem fructuum concernit, non autem perpetuam rei vtilitatem a domino non repetitur, arg. l. diuortio. §. impendia. ſol. matrim. ſed poſitio fimi, ſeu letaminis in fundo concernit ſolũ perceptionem, ſeu acquiſitionem fructuum temporalem, vt d. l. ad inſtrumenta. dum dicit text. quærendum, veluti homines, qui agrum colunt. Præterea boues domiti & pecora ſtercoran di cauſa parata ſunt, non autem ad perpetuam rei vtilitatem. Igitur a domino non repetatur, ſed pro parte fructuum ſibi tan gente imputetur, vt d §. ſi in coeunda.

Quartò, quia ſi colonus impenſam ſeminis ponit de ſuo, vt ſupra patet, ergo multo potius de ſuo ponat impenſam fimi, ſeu letaminis, quæ eſt minor & modica videtur, argum. aucten ticæ multo magis. C. de ſac. ſanct. eccle facit, quod no. in l. diuor tio. §. impendia. ſol. mat. ibi dum dicit, de tutela ædificiorum & cura ſeruorum, vbi ſi modica eſt, non repetitur, licèt ſecus eſſet, ſi foret magna, vt ibi not.

66 Quinto, †quia colonus omnia ſecundum legem conductio nis facere debet. & ante omnia curare debet, vt opera ruſtica ſuo quoq; tempore faciat. l. ſi merces. §. conductor. ff. loc. ſed de lege conductionis eſt proiectio fimi, ſeu letaminis in fundo: vt d. l. inſtrumenta. meritò ad colonum pertineat.

Sextò: quia colonus, qui colit vineam, ne propter vetuſtatẽ reducatur ad ſterilitatem, tenetur colere, & propagare, vt bonus paterfamilias. l. ſi vno. §. item alio reſcripto. in gl. ſuper verbo remiſſio. ff. loc. Ergo ſi colonus tenetur vineam propter vetuſtatem ꝓpagare, vt bonus paterfamilias, multo potius vt bo nus paterfamilias teneatur fundum fimo, ſeu litamine impinguare.

Septimò: quia (vt dixi) letamen agri cauſa paratum eſt: vt ſupra patet, & eſt pertinens ad ipſam culturam, dominus non po nit; qa ſolum fundum ſeu potere, & agrum ponit ex parte ſua: 69 vt d. §. ſi in coeunda. ergo ſi hoc pertinet ad culturam, & deſeruit ad impinguandum agrum, & dominus tenetur ipſe, ſequit neceſſariò, ꝙ pertineat ad colonum, qui curam, operam, ſemẽ, & omnia excepto fundo ponit ex parte ſua: vt ſupra patet. Nõ obſt. qđ primo loco dicebatur, ꝙ colonus debeat relinquere fundum in eo ſtatu, in quo adinuenit per iura ſupra allega. quia illa iura loquuntur, vt fundus & res locata ſit facta deterior, ꝙ eſſet tempore locationis, nos autem loquimur in alio caſu. Nõ obſt. ſecundò. l. de diuiſione. cum ſeq. vlq; ad l. diuortio, incluſiuè ſol. matrimon. vbi vxor recuperat impenſas, quas fecit primo anno in re dotali ex fructibus vltimi anni ſoluti matrimo. quia ibi mulier primo anno fecit impenſam, & nullos fructus percepit. ideo recuperat de fructibus vltimi anni. In caſu autem noſtro colonus ſi fecit impenſam primo anno in paleis & letamine, eam deduxit de ſua parte fructuum, qui fructus diuidunt inter dominum & colonum per medium, dominus habet medietatem fructuum, qui percipiuntur in fundo locato: eo quia poſuit in dicta medietate fundum, colonus, aut partiarius habet aliam medietatem fructuum ex eo: quia poſuit in dicta ſocietate artem & operam, ſemen, ſumptus, & alia omnia: vt ſup. patet. & ſic eſt valde diuerſa ratio in marito, & vxore, colono partiario & domino; colonus enim & dominus diuidunt fructus, qui percipiuntur ratione prædicta, maritus autem & vxor 70 alio reſpectu: maritus enim lucratur fructus dotis non propter impenſam ſed propter onera matrimonii. l. pro oneribus. C. de iure do. & l dotis. ff. eo. tit. pro ea ergo parte anni, pro qua ſuſtinuit onera matrimonii, lucratur fructus, pro alio autem tempore, pro qua non ſuſtinuit onera matrimonii, cedunt lucro vxoris: cum eſſet ratio, quare maritus lucraretur. Impenſa autem ideo diuiditur inter maritum, & vxorem ſecundum ratam fructuum eis tangentem; quia maritus pro impenſa facta in fructibus recolligendis nihil fuerat ea de cauſa conſecutus, igitur in parte fructuum tangente marito confunditur pars expenſarũ ab eo factarum: alia autem pars deducitur de fructibus tangentibus mulieri pro rata: vt d. l. fructus. cum duabus præcedentibus. & cum ſe. ſo. ma. Non obſt. tertium: quia ex quo inter colonum partiarium & dominum intelligitur contracta ſocietas, impenſa facta occaſione ſocietatis deducatur de communi: qa in caſu noſtro in tali ſocietate dominus ſolummodo tenebat ponere fundum: colonus autem partiarius curam, operam, ſemen, inſtrumentum ſumptum, & omnia: vt ſupra patet, meritò ex quo colonus tenebatur iure dictæ ſocietatis ponere ſumptum de ſuo, non recuperet a communi corpore ſocietatis: qa tunc non poneret de ſuo, ſed de communi, quod eſſet cõtra naturam dictæ ſocietatis, nec hoc eſt iniquum; quia colonus partiarius ideo habet medietatem fructuum, qui recolligunt; quia ex parte ſua ponit omnia prædicta, dñs aũt ideo habet aliã medietatem; quia ex parte ſua ponit fundum: vt ſupra, igitur hæc diuiſio eſt æqua. l. ſi non fuerint. ff. pro ſoc.

67 †Decimò quæro, eſt arbor, quæ in confinio nata eſt. Item lapis, qui per vtrunq; fundum extenditur, an cum ſuccida arbor, & lapis exemptus eius ſit, cuius eſt fundus pro ea quaq; parte ſingulorum eſſe debeat, pro qua parte ſingulorũ in fundo fuerat naturali conuenit rationi, poſtea tantam partem vterq; habeat tam in lapide, quàm in arbore, quantam in terra habebat. l. pen. ff. pro ſoc. vbi caſus.

68 †Vndecimò quæro. diuiſa ſocietate apud quem inſignia debeant remanere. Reſpondeo, quædam ſunt inſignia vnius domus, ſeu agnationis, vt ſunt inſignia quæ portantur ex cõceſſione principis, velut inſignia, quæ cõceſſit genitori meo, & cæteris de agnatione ſua Sereniſſimus Princeps Sigiſmundus, cum ad Serenitatem ſuam Conſtantiæ, tempore concilii & electionis Sanctiſſimi D. D. Martini Papæ Quarti ipſe meus genitor ꝙ domino Brachio de forte brachiis Legatus extitit, demũ poſt coronationem præfati Sereniſſimi Principis factam per Sanctiſſimum dominum Dominum Eugenium Papam Quartum idem priuilegium inſigniorum conceſſionis, & cõfirmationis cum Peruſium aduentaret mihi fratriq́ue meo cum pendenti bulla reſtituit, in quo ſua concedit ſerenitas nobis, & cæteris de agnatione noſtra hæc inſignia ſiue arma, videlicet ſcutum aureum cum duabus barris nigris in medio per tranſuerſum, & galea cum capite cuiuſdam ethiopis, vſque ad humeros, cum alia victa aurea inuoluto quodam ſudario aureo inuoluta capiti dicti ethiopis, & cum quadam alia argentea per medium capitis pendentis a facie ad ſpatulas dictæ galeæ, quæ arma præfatus Sigiſmundus diuina fauente clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, ac Vngarię, Boemię, Dalmatię, Croatiæ, &c. rex nobis & cæteris de agnatione noſtra confirmauit, & inquantum opus eſſet de nouo conceſſit, & elargitus fuit, & iſta tranſeunt ad omnes de iſta agnatione deſcẽdentes, ſiue ſint hæredes patris, vel aui acquirentis talia inſignia, ſiue non: vt argu. ff. de reli. l. familiaria, & l. ſeq. nec per diuiſionem poſſunt aſſignari vni, argu. ff. de reli. l. ſi ſepulchrum. ad cognatos verò vel affines non pertinent, ar. C. de reli. l. ius familiarum, ſecũdum Bar. in tractatu de inſigniis & armis. †Sed an baſtardi, vel ſpurii poſſint vti iſtis armis, dic ꝙ non, conſuetudo tamen in Tuſcia ſeruat contrarium ſecundum Bar. ibi, quia nõ ſunt de familia, vel agnatione: ſpurii enim non dicuntur de domo, vt eſt caſus in l. ex libera. C. de ſuis & legi. & fuit olim conſultum, ꝙ ſpurii de petra mala non dicantur de petra mala ſecundum Bald. ibi, & vide eundem in l. fi. C. de ſer. fugiti. & in rub. pro ſoc. in fi. vbi dicit, ꝙ arma nobilium remanent apud principalem domus; quia in eo, tanquàm in capite ſtat ſplendor genituræ, arg. ff. de religi. l. cum diuerſis. & l. cum ſignis. de agr. & cenſi. C. li. 11. quędam ſunt inſignia alicuius ſocietatis, & iſtorum quædam ſunt artificii, vt cum principaliter operetur qualitas loci. exemplum in Marchia Anconitana, in qua eſt quoddam nobile caſtrũ nomine Fabrianum, vbi artificium faciendi cartas papireas principaliter viget, ibiq́ue ſunt artificia multa ad hoc, ex quibus artificiis meliores cartæ proueniunt: licèt enim multum operetur bonitas operantis: dico igitur, ꝙ in iſto caſu remanebit apud illum ſignum, apud quem remanet ipſum ædificium, in quo fit, ſiue iure proprietatis, ſiue iure conductionis, ſiue quouis alio titulo, ſiue in totum, ſiue pro parte, ſiue malafide teneat toto tẽpore, quo tenet non poteſt prohiberi vti ſigno. & idem in cæteris ſimilibus realibus, argu. ff. de ſerui. vrb. prædi. l. via cõſtitui. §. fi. & ſi ſeruitus vend. l. .. §. fi. cum l. ſeq. ſecundùm Bar. in d. tract. de inſigniis & armis. †Quædam ſunt artificia & peritiæ, in quibus principaliter operatur bonitas artificis, vt videmus in inſigniis, quæ apponuntur ſpadis, & gladiis, & aliis operibus metallorum, & iſto caſu omnes, qui ſunt in vna ſtatione, poſſunt vti illo ſigno, quo magiſter principalis illius ſtationis approbet iſta opera, arg. in auc. de tabellio §. nos autem, vbi no. in gl. quæ incipit, caue tibi. in fi. gl. ſi verò ſeparantur: tunc ſignum debet remanere apud eum, qui principalis erat in ſtatione, arg. ff. de fi. inſtru. l. fi. ſed ſi forte omnes eſſent æquales, niſi cõueniat, apud quem ſignum remaneat, ſorte dirimitur. l. ſi quæ ſunt cautiones. in princ. ff. fami. erciſ. ſecundum Bar. in d. tract Quædã ſunt inſignia non denotantia principaliter artificium, ſeu peritiam, ſed aliud, vt ſunt ſigna mercatorum, & talia inſignia cũ videantur impoſita ad recognoſcendum, diuiſa ſocietate quilibet ad beneplacitum videtur licite facere. l. ad recognoſcendos. de in genu. & manu. nam quemadmodum nomina hominum ſunt inuenta ad recognoſcendum, vt d. l. ad recognoſcendos. ita etiã inuenta videntur inſignia. ff. de re. diui. l. ſanctum. Ergo quemadmodum poſſint eſſe plures eiuſdem nominis. ff. de teſta. tu. l. duo ſunt Titii, de leg. 2. l. ſi quis ſeruum. §. ſi inter duos. ita videntur plures poſſe eadem inſignia facere & rebus imprimere: cũ vtrunque eque fieri videatur ad recognoſcendum. In contrarium facit: quia dicta ſigna videntur importare fiduciam, & qualitatem totius ſocietatis, ſed ſi diſſoluta ſocietate ſignum remaneret apud vnum ſolum, de facili populus, qui credebat ſi-

gno

gno ratione fiduciæ totius ſocietatis poſſet decipi. Ergo ne populus poſſit decipi diuiſa ſocietate ſignum quod eſt acceſſoriũ ſocietatis intelligatur extinctum. C. de latina liber. tol. l. 1. §. ſed & qui domini. & extra de iudæis. c. in nonnullis. Bar. in d. tracta tu de inſigniis & armis, dicit, ſi quidem erat vnus in ſocietate, qui eſſe caput & quaſi magiſter ſocietatis, ſicut dicitur in ſimili. ff. de leg. 1. l. peculium. §. 1. tunc apud eum debet remanere ſignum: quia erat inter eos maioris honoris. ar. ff. de hære. inſtit. l. fi. facit, quod dicit Bald. in cap. ſi duo fratres. de fra. de nouo benefi. inueſti. in vſibus feudorum, vbi dicit, quòd claues caſtri & ſigillum debet remanere apud fratrem primogenitum. Si verò hoc non erat: tunc apud eum remanebit, qui erat ſocius maioris quantitatis. ff. famil. erciſc. l. ſi quæ ſunt cautiones. Si verò omnes ſunt æquales, ſorte dirimendum eſt; vt d. l. ſi quæ ſunt cautiones: puto tamen, ꝙ ſi diſſoluta ſocietate vnus ex ſocietate remanet negociator, debet ei remanere ſignum; quia aliorũ non intereſt. Item quia ſi diſſoluta ſocietate negociatio remanet penes illum, ergo iniquum eſt, ꝙ ſignum, quod erat acceſſorium negociationis, ab ea ſeparetur. C. communia vtri. iu. l. poſſeſſionum, ſecundùm Bar. & Bal. in rub. C. eo. formaliter dicit † quæro, nunquid quando maior pars remanet in ſocietate, & minor recedit, poſſet talis maior pars vti ſolito ſigno ſocietatis, quod apponunt mercatores tàm in literis quàm in ballis, & videtur ꝙ ſic: quia iſtud ſignum eſt vniuerſorum, & totius corporis ſocietatis, quæ remanet & fundatur in maiori numero. In contrarium videtur: quia non poteſt quis aſſumere nomen, quo quis ſe repreſentet aliud q̃ ſit, nec etiam ſigillum, vel ſignaculum. Sicut enim non eſt licitum aſſumere nomen proprium in fraudem alterius: quia nomina quanquam licita non debent aſſumi in rebus illicitis, ita nec ſigna. Non enim licèt alteri furari nomen, etiam ſi nõ fiat dolo malo, dummodo ex eo ſequatur damnum alterius; quia non licet excedere fines iuſtitiæ & æquitatis: qui enim inſignia alterius mouet de ſuo loco, terminos alterius mouet, ꝙ non eſt licitum. Nam poſito, ꝙ nõ fiat ad alterius æmulationem ex animo fit reipſa, & licet deſit fraudis affectus, non tamen deeſt damni effectus, a quib. a bſtineri oportet, ar. l. pe. de termi. mo. & C. fi. regũ. l. ſi conſtiterit. Secundò, niſi procedat de omnium conſenſu, non debet ſignũ, vel ſigillum integrum remanere ſocietate non integra, ne falla repſentatio fiat. ff. de fal. l. eos. ſicut non poteſt quis ſignare annulo alieno, niſi ſibi committatur, vt ff. de teſta. l. ad teſtium. ex quo. n. eſt facta nouatio ſocietatis in pactis & in ſubſtantia, fiat etiam in accidentalibus & conſequentibus ſubſtantiam, ar. ff. loc. l. cũ in plures. §. 50. d. & hæc vera in his, q̃ poſſunt trahi ad captionem alterius ſm ipſum Bal. pro quo facit gl. de exceſ. præla. c. dilecta in gl. in verbo inhibeatis, qd̃ videt probari: quia cũ ratione ſigni, quod notum erat, oſtendebatur fides, qualitas & potentia totius ſocietatis, valde iniuſtum videretur etiam, ꝙ tale ſignum remaneret apud aliquem ipſorum, cum non tantæ fiduciæ, potentiæ poſſit eſſe vnus ſolus, quantę erat totũ corpus ſocietatis. Ideo ſi populus ex tali ſigno, qd̃ remaneret apud aliquem, ſocietas poſſet lædi, diſſoluta ſocietate vr̃ etiam ſignum debere diſſolui, ar. d. c. in nonnullis. & d. l. 1. C. de lati. li. tol. Si tamen ſocietas non eſſet diſſoluta quò ad omnes, ſed forſitã quò ad aliquos, qui renũciauerunt ſocietati, quò ad cæteros eadem ſocietas firma maneret: vt l. actione. §. diximus. ff. pro ſoc. videt clarè dicẽdum idem ſignum durare, quoad durat ipſa ſocietas; quia cum ſignum ſit ſocietati acceſſorium: vt ſupra dictũ fuit, ſapit naturam ſocietatis, cum acceſſorium ſequatur naturã ſui principalis, vt in regula acceſſorium. de reg. iur. ſi tamen populus non poſſit lædi ex tali ſigno, ꝙ ſoluta ſocietate remaneret apud vnum ſolum, puta quia non credebam ſoli ſigno ſine literis ſocietatis directis, vel ſignum non erat notum, nec etiam ipſi ſocii diſtrahentes ſocietatem lædi poſſent, ſatis videtur bona diſtinctio Bar. ſi autem poſſent ſolum lędi ipſi ſocii, tunc omnibus conſentientibus videtur vni poſſe ſignum remanere: vt ſupra dicit Bal. quod mercatorum iudicio relinquendũ videtur, arg. l. ſemel. C. de re mili. lib. 10. & l. 1. de ven. inſpi. c. ſignificaſti. de homi. cum ſimil. † mihi ſalua veriori determinatione videt poſſe imaginari & dici, aut loquimur de ſigno artificii, & ædificii cartarum, aut de ſigno peritiæ: vt ſignum gladiorum, ſpadarum, aut de ſigno fiduciæ, & credulitatis, ſiue opum potentiæ, vt in ſignis mercatorum, campſorum & ſimilium quę ſigna pronuntur in ballis & ſigillis, vt ſigna demonſtrent ſignata. i. cuius ſocietas ſint illæ ballæ ſignatæ. l. dos data. C. de dona. ante nupt. per Bald. primo caſu ſignum remanet ei, cui remanet ædificiũ: vt ſupra locutus fuit Bal. Secundo, & tertio caſu de ſigno peritię, vt ſunt ſigna gladiorũ, & de ſigno fiduciæ, vt ſunt ſigna mercatorum, aut vnus ſolus ſocietati renunciauit: & tunc cũ vnus vnius diſſenſu non poſſit diſſolui ſocietas: quia nihil, ex quo cõmuni conſenſu eſt contracta ſocietas, debet cõi diſſenſu diſſolui; quia nihil eſt tã naturale, q̃ eo vinculo diſſolui quo quis ligatus eſt. ff. de reg. iur. l. nihil tam naturale. l. ſicut C. de act. & ob. l. ab emp. ff. de pac. ff. de ſo. l. prout. Vno ergo diſſentiente nõ diſſoluitur: quia qui diſſentit alios a ſe liberat, ipſe autem nõ liberatur ab eis. ff. p ſo. l. act. §. diximus. & §. item qui ſocietatẽ. ſecũdum Roſ. in rub. ſi aliqui ſocietatem faciunt. §. ſi tu quæris, quare ſocietas &c. videtur clarè dicẽdum ſignum apud cæteros durare, quoad durat ſocietas: quia cum ſignum ſit ſocietati acceſſorium, vt ſupra dictum eſt, ſapit naturam ſocietatis, cum acceſſorium ſequitur naturã ſui principalis, vt in regula acceſſoriũ. de reg. iu. l. lecta. §. dicebam. ff. ſi cer. pet. Ergo idem eſt de ſigno, quod de ſocietate eo maximè: quia renuntiatio tendit ſolũ in præiudicium renunciantis & fauorem cæterorum. l. ſed ſocius. §. fi. ff. pro ſolu. & d. §. diximus. & §. item qui ſocietatem. aut conſenſu omnium diſſoluta eſt ſocietas, vel aliter finita eſt quò ad omnes, vt plenè dictum fuit ſupra in 11. parte principali: & tunc aut a principio conuentum eſt, apud quem ſignum ſocietatis debeat remanere, & conuentioni ſtetur. l. ſi non fuerint. §. ita coiri. & §. ſi verò placuerit. ff. pro ſocio. & in ea. l. § item ex facto. aut a principio non eſt cõuentum, apud quem ſignum debeat remanere: ſed hoc collatum eſt arbitrio vnius, vel plurium ſociorum, vel tertiæ perſonæ: & tunc conuentio ſeruanda eſt, & intelligitur, ꝙ æque debeat arbitrari. l. ſi ſocietatem mecũ coieris. & l. ſi coita ſit ſocietas cum quinque ſe. ff. pro ſo. aut a principio nihil conuentum eſt: & tunc aut ſignum, qd̃ commune corpus ſocietatis omnium cõſenſu aſſumpſit, erat vnius ſociorum. Exemplum, cõtracta eſt ſocietas inter plures mercatores, vnus ex iſtis ſociis erat prius mercator, & ſignum ſuum erat mons cum cruce ſupra montem, vt patet ex ſigno hic figurato, aut nunc contrahit ſocietatem cum aliis mercatoribus, & totũ corpus ſocietatis facit idem ſignum, videlicet montem cũ cruce ſupra montem, vel facit loco ſigni arma vnius ex ſociis pp eius dignitatem, vt in armis noſtris, videlicet ſcutum cum duabus sbarris nigris per tranſuerſum, vt hic apparet figura. Vel eſt vnus faber, qui facit gladios, vel cultellos, & ſignum ipſius eſt lilium ſupra figuratum; nunc autem contrahit ſocietatem cum aliis fabris ad faciendum gladios vel cultellos, vel alia arma, & faciunt idem ſignum, videlicet lilium ſupra figuratum, vel ſunt plures mercatores, qui contraxerunt ſocietatem, & antequam contraxiſſent ſocietatem, duo ex eis mercantiam exercebãt, videlicet Petrus, & Martinus: vnus ex eis, videlicet Petrus habebat in ſignum mõtem cum cruce, vt ſupra patet figuratũ, alius verò, videlicet Martinus habebat in ſignum circulum ſolum, vt eius figura hic habet: nunc autem contrahunt ſocietatem ſimul, vel ſimul cum aliis, & in ſignum totius corporis ſocietatis aſſumunt circulum cum monte in medio cũ cruce ſupra montem, & ſic componunt ſignum Petri & ſignum Martini ſimul, & faciunt vnum ſignum compoſitum ex prædictis duobus ſignis, vt eius figura hic habet. Vel ſunt duo fabri ſeparatim gerẽtes artem gladiorum, vel cultellorum, & vnus facit in ſuis gladiis, ſiue cultellis ſignum lilii, alius verò facit coronam in ſui ſignum, nunc contrahunt ſocietatem ſimul, vel ſimul & cum aliis, & in ſignum ſocietatis faciunt lilium coronatum, & ſic ex duobus ſignis ſociorum faciunt vnum ſignum cõpoſitum repreſentãs ipſam ſocietatem, vt eius figura hæc habet. Modo diſſoluta eſt ſocietas inter iſtos mercatores, vel inter iſtos fabros dubitabatur apud quem ſignum debeat remanere. Aut eſt diſtracta ſocietas illorum qui aſſumpſerũt ſimplex ſignum, ꝙ ante contractam ſocietatem erat vnius ex illis ſociis, vt ſupra fuit dictum in monte cum cruce ſupra montem, & in lilio, & in armis vnius ex ſociis, quæ loco ſigni propter ſuam dignitatem, p communi ſocietate aſſumpta fuerunt: & tunc tale ſignũ ad eũ reuertatur, cuius erat ante contractam prædictam ſocietatem, ſupra ead. l. §. ſi in coeunda. & in ea. l. §. itẽ ex facto. vbi ſocius deducit primò, quod in commune corpus poſuit, demũ diuidunt emolumenta. facit in ea. l. §. item ſi in communem riuum. & §. ſi quis ex ſociis. & infra eo. l. ſi vnus ex ſociis. §. ſi quid vnus. Sed hic ſocius in commune corpus ſocietatis poſuit ſignum proprium, videlicet montem cum cruce ſupra montẽ, vel lilium, vel arma ſua. ergo ante omnia prædictum ſignum diſtracta ſocietate deducat, & ſic ei ſignum remaneat, cuius primò erat, licet ſocietati communicauerit, aut loquimur in ſigno compoſito, vt quando ſocietas facit vnum ſignum compoſitum ex duobus ſignis ſociorum: vt ſupra patet in circulo cum monte in medio, & in cruce ſupra montem, & in lilio coronato: & tunc diſtracta ſocietate videtur ſignum diuidi debere, vt cuique reddatur, quod ante contractam ſocietatem ſuum erat per iura ſuperius allegata: & ſic mons cum cruce remaneat illi ſocio, cuius erat tale ſignum ante cõtractam ſocietatem, & circulus remaneat illi, cuius ſignum anle contractam ſocietatem ſolus circulus erat, & idem in lilio coronato; quia lilium debet diſtracta ſocietate remanere illi, cuius ſimplex lilium erat, & corona debet remanere illi ſocio, cuius ſignum erat corona: cum facilis ſit ſeparatio talis ſigni compoſiti, ar. l. ſi frumentum. in princip. & §. ſed ſi plumbum cum argento. ff. de re. vendi. & inſti. de rerum diui. §. ſi duorum. & §. quod ſi frumentum. In contrariũ facit; quia ex quo tale ſignum compoſitum mutauit formam a ſimplici ſigno, vt patet in eius figura, & de communi conſenſu factum ſit, commune eſſe debeat; vt d. l. ſi frumentum. §. ꝙ ſi volun-

71

72

voluntate eorum commixta ſunt, tanquam ſit aliud ſignum a ſimplicibus ſignis,ex quibus compoſitum eſt: quia ipſi ſocio, cuius erat ſignum ſimplex,nihil dicitur obeſſe: cum ſignū cōpoſitum dicatur diuiſum, ergo ei remanere non debeat, quia tunc perciperet plus debito,quod eſſet contra naturam ſocietatis,quæ partes æquales tribuit.l.ſi non fuerint.īn princi.ff.pro ſoc.& inſtar fraternitatis obtinet.l.verum.in princ.ff.pro ſoc.tamen cogita,quia cum compoſitum ſapit naturam eorum, ex quibus compoſitio facta eſt,vt no.in d.§.ſi duorum.& in l.2.de verb.obl.videtur, ꝙ diſtracta ſocietate tale ſignum compoſitum redire debeat ad ſuam naturam,ad quā res de facili reuertitur.l.ſi vnus.§.pactus ne peteret.ver.quod in ſpē dotis. ff.de pactis,niſi dicas, ꝙ hoc verum, quando ex compoſitione prædictorum ſignorum ipſis ſociis,quorum erant ſimplicia ſigna,ex quibus factum eſt ſignum compoſitum, aliquid diceretur obeſſe.Sed in caſu noſtro,vt ſupra patet,nihil eis dicit obeſſe. Ideo idem videtur iudicandum de tali ſigno compoſito, quod iudicaretur de ſigno nouiter reperto per ipſos ſocios,de quo ſigno nouiter reperto infra dicetur. Aut ſignum fuit de nouo repertum per ſocios,quod ante contractam ſocietatem alicuius eorum non erat:& tūc aut diſtracta ſocietate conuenit inter omnes,apud quem ſignum debeat remanere, & ei ſignum remaneat,vt dixit Bal.ſupra. Si autem omnes non conſentiunt; & tunc conſentientes non poſſunt præiudicare non conſentienti: quia nemo ex ſociis plus parte ſua alienare poteſt.l.nemo ex ſociis.ff.pro ſo.vbi videtur caſus. Aut diſtracta ſocietate nihil conuenit inter eos, ſed quilibet vult ſignum ſibi remanere: & tunc aut eſt in regione conſuetudo, apud quem ſignū debeat remanere,& ipſa ſeruanda ſit.l.quod ſi nolit.§.quia aſſidua.ff.de ædil.edic.in auc.de fideiu.§.fi.& l.fi.C.de fideiuſſ.aut nulla in re- 74
gione talis conſuetudo apparet: tunc aut ſignum aſſumpſit nomen ratione ſingularis excellentiæ vnius ſociorum,vt in ſigno Coſmi de Medicis de Florentia,& ſimilium,vel illius,qui faciebat clauum olim in gladiis & moderatoriis,qui propter ſingularem eius peritiam vendebat gladios & moderatoria ad pondus argenti,& tunc ei debeat remanere ſignum, ne populus decipi poſſit,& etiam quia ſocietas ſummam rationem & æquitatem in ſe continet,vt d.l.verum.in princ.ſed ſumma ratio ęquitatis eſt,vt ſignum ei remaneat,ex cuius perſona ſignū nomen aſſumpſit,cum ratione ſuæ excellentiæ, & peritiæ plus dicatur in ſocietatem ponere.ergo plus debet percipere.l.ſocietates cōtrahuntur.§.fi.& l.ſi ſocietatem mecum.§.j.2.ff.pro ſo.& l. quid enim.eo.tit. ꝙ plus dicitur percipere,ſi ſignum ſibi remanet. Si autem ſignum non aſſumpſit, nomen ab excellentia, vel peritia vnius ſociorum,ſed ab omnibus ſociis, & tunc loquaī Bald. ſupra. Nam cum in dicta ſocietate neuter poſuerit dictum ſignum,ſed potius communi conſenſu ipſum ſignum conſtituerunt,& ipſi ſocietati attribuerunt tale ſignum, dicta ſocietate diſſoluta,erit diſſoluēdum, adeo ꝙ apud nullum remanere debebit,cum diſſoluatur eo modo,quo conſtitutum fuit. ad hoc. c.1.de reg.iur.ſequitur enim tale ſignum, vt acceſſorium naturam ipſius principalis. Vnde ſicut diſſoluit ipſum principale,ita 75
ſignum,qđ eſt ei acceſſorium. ad hoc regula, acceſſorium. in vi.facit.l.diſſolutæ.C.de condi.ſine cauſa. ad hoc etiam facit, ꝙ quis non debet nomen alterius aſſumere,vel alterius ſigillum, & cum eo ſigillare ſine illius conſenſu.de teſta.l. ad teſtium. §. 1.ſed cum ſigno repręſentetur corpus totius ſocietatis,& nomina omnium ſociorum ſimul collecta. Igitur non debet vnus ſocius ſine conſenſu aliorum tale ſignum aſſumere, & ipſo vti in rebus ſuis propriis.l.eos.in fi.ff.de fal.ad hæc etiam. C. vt nemo priuatus.l.1.C.vt nemini liceat.l.1.& 2.ad hęc etiam facit glo.in c.dilecta.in verbo inhibeatis. de exceſſ.præla. vbi ſingularis ſigno vel ſigillo collegii,nec vti,nec habere poteſt. ibi dum dicit glo.ſed quare ꝓhibetur iſtis habere ſigillum,cum quilibet poſſit habere ſigillum? Ratio quaſi reddita eſt ſuperius:quia iſti cū non eſſent vnum corpus,volebant facere ſigillum communē, tanquam eſſent vnum corpus ſiue collegium, & per hoc videbatur fieri præiudicium abbatiſſæ,&c. Ergo cum in caſu noſtro diſſoluta ſocietate omnes ſocii dicantur eſſe ſingulares, & nō repręſentant vlterius corpus ſocietatis,quod diſſolutū eſt, non conuenit,vt aliquis eorum ſine conſenſu aliorum ſingulariter
73 vtatur illo ſigno.† & ideo dicit ibi D.Nico. Sicu. ꝙ vnus mercator,vel artifex non poteſt vti ſigno vel armis alterius,vt habeat maiorem concurſum,quando tendit in illius vel reipub.præiudicium.Forte tamen poſſet dici, quòd tale ſignum communiter inter omnes ſocios æqualitate proportionis diuidaī, quòd ſic oſtenditur.

Primò; quia dictum ſignum licet ex ſui figura, & ex ſe ipſo non dicatur eſſe neque lucrum,neque damnum: cum ſignum ſit quædam pictura, ſiue linearis, ſiue circularis figuratio nullius ex ſeipſa ſola valoris,vt ex ſe patet: tum cum illo ſigno, per quod repręſentatur tota ſocietas, vt ſigna demonſtrent ſignata: vt in auc.dos data.C.de don.ante nupt.C. vt nemo priua. & C.vt nemini liceat,in rubro & nigro, ad hoc quod not. de ſenten.excomm.c.ſi iudex laicus. ſit fides attributa propter legalitatem,bonitatem,ac conſuetudinem ſocietatis,& rerum, quæ ſub illo ſigno continentur,adeo ꝙ res, quæ reperiuntur tali ſigno ſignatæ, magnum habent concurſum aduentorum, tum forte ꝓp legalitatem rerum, quæ ſub illo ſigno conſueuerunt contineri,tum forte ꝓp plures,quos ipſa ſocietas, quæ per illud ſignum repręſentatur,conſueuit habere aduentores,qui ſimiliter & alliciunt emptores, hæc etiam & his ſimilia non paruam afferunt vtenti tali ſigno vtilitatem, & commodum, quod bene poſſet pecunia extimari,vt in ſimili dicit Ioā. Cal.in cap.fin. de vſur.In illo qui pecuniam mutuat Titio, vt vadat ad ſuum molēdinum, furnum,vel intret ſcolas ſuas,ſi ex hoc recepit vtilitatem,quæ poſſet pecunia extimari, eſſet vſurarius, puta quia ex hoc molendinum,vel furnum,vel ſcolæ habent maiorē cōcurſum perſonarum,& eſt maioris famæ. Iſta enim (dicit ipſe) bene poſſent pecunia extimari. Sic dicamus in propoſito noſtro,quia licet illud ſignum ex ſeipſo & ſui figura non videatur recipere extimationem. Tamen ex quo res, quæ ſub eo ſigno continentur,maiorem fiduciam,concurſum, & famam habēt occaſionibus prædictis,hæc poſſunt pecunia extimari, & lucrū continere dicuntur,meritò dictum ſignum habita dicta conſideratione dicitur eſſe in lucro. Igitur debet diuidi inter dictos ſocios vt cætera lucra, non autem debet præcipuum vni eorū remanere; cum de natura ſocietatis ſit: vt omne damnum, & lucrum proueniens occaſione ſocietatis debeat inter ſocios pro portionibus earum æqualiter diuidi. ff. pro ſoc.arbiter. in princip.& l.ſi non fuerit. in princip. ſecundum vnum intellectum,quem dedit Nico.de Mat.& ſequitur Bal.in l.1.C. pro ſo. l.cum duob.§.quidam ſagariam.in fi.& §.ſi fratres. & §. cū duo. & l.ſi vnus.§ ſi quid vnus.& l.ſocium qui in eo.§. ſocius. ff. ꝓ ſo.

Secundò pro hac eadem parte facit † iniquum eſt alium ex ſociis plus,alium minus conſequi, immo vtriuſque portio debet exequari l.verum.§.cum in tres. ff.pro ſoc. ſed ſi ſignum remaneret vni ex ſociis,ille ꝓius de ſocietate conſequeret quàm alter: vt ſupra patet: alius autem minus, quod eſſet iniquum, igitur &c.& hoc etiam alia ratione probatur: nam ſi vnus ex ſociis remaneret ſine ſigno,& haberet neceſſe facere aliud ſignū nouum,alteri autem ſocio remaneret ſignum prædictum, & eo vteretur,illi,cui non remaneret ſignum,fieret præiudicium, quia nouo ſigno vti neceſſe haberet, ac ſi eſſet nouus artifex & mercator. Alius autem, cui dictum ſignum remaneret, eo vteretur,ac ſi eſſet antiquus artifex, & mercator propter ſignum antiquum & conſuetum,quo vteretur in præiudicium eius,qui remaneret ſine ſigno,& emolumentum eius cui remaneret ſignum: vt ex ſe patet,& quia magis honore,fama. & emolumento,ac concurſu præſumptione iuris decoretur,& ornetur antiquus & aſſuetus,quàm nouus,ar.C.de epiſco.& cler.l. parabolani.ibi. per conſuetudinem curandi gerunt experientiam, & l.prouidendum.C.de poſtu. ſibi aut vetuſtas in vna parte, & l. incerti.C.de iu.ibi. & omnes tales homines per vſum quotidianum eſſe approbatos.facit de ædil.edic.l.ſciendum.§ illud ſciendum. Igitur &c.

†Tertiò ad idē facit, quod dixit dominus Diony.de Peruſio in conſi.quod incipit. In Chriſti nomine.cum ex forma ſtatuti, ſub rub.de modo tenendo in ſignalibus, vbi cōſultus eſt caſtro Fabriani,cui mortuo teſtatore ſignū, quod ipſe faciebat in cartis,debeat remanere: concludit,quòd dictum ſignum debet diuidi inter filios, & nepotes eius hæredes, non quò ad ipſum ſigni: ut quilibet hæredum poſſit illo ſigno vti. C. vt nemo priua. titu.prædiis ſuis vel ali.imponat.in rubro,& in l.2. Sed quòd apud vnum remaneat ſignum, & fiat extimatio commoditatis, & alii cui non remanet,attribuitur ex æquo commoditas, quæ ex valore ſigni percipi poteſt, qui iudicis arbitrio extimabitur attenta commoditate ſigni,quod remanet apud illum cui aſſignatur ſecundum eum.

Quartò facit; quia, vt dicit Bar. in dicto tract. de inſigniis & armis,ſignum eſt acceſſorium ad ſocietatem. ergo conueniens eſt, vt ſapiat & ſequatur naturam aliarum rerum ſocietatis, vt in dicta regula.acceſſorium.& ſicut principale ſortiri debet, vt dicit Bar.in maſſaritiis,ſuppellectilibus,& aliis acceſſoriis ſocietatis,vt in l.1.C.pro ſo.allegando.l.quemadmodum.C.de agri. & cen.li.11.& l.ſed & addes.§.ſi quis mulierem.ff.loca.Ex his ergo vī,ꝙ cum dictum ſignum,vt ſupra patet, cōtineat lucrū, & commodum & extimationem recipiat, diuidi debeat inter dictos ſocios æqualitate proportionis,ne aliàs ſequaī abſurdum, vt vnus plus,alter minus ex ſocietate percipiat, qđ eſſet contra naturam ſocietatis,ſed qa ſignum eſt res indiuiſibilis,fit ęſtimatio valoris dicti ſigni reſpectu commoditatis, & lucri arbitrio boni viri,vt ſupra dixit Dionyſius,& vni aſſignaī ſignum, aliis vero æſtimatio ipſius.l.item quamuis.§.ſi vſus. ff.com. diui. & l.
76 ad officium.C.com.di. † quia quotiens diuiſio commodè fieri non poteſt,aut res indiuiſibilis eſt,deuenitur ad ęſtimationem. l.non amplius.§.cum bonarum.de leg.1.l.2.C. quando & quib. quar.pars deb.li.1.l.cum ſticum.ff.de ſolu.& not.in l.in conuentionalibus.in princip.& in fi.de verbor.obligatio. ne aliàs diuiſio corrumperet ſubſtantiam, & partem inutilē redderet,iuxta

no.in

no.in l.ſtipulationum.§.ex his.de verb.obli. cū ſi. vel diuiſio fiat iudicio ſortis.C.quando & qui.par.pars deb.l.j.lib.10.ff. de iudi. l.ſed cum ambo.l.cum duobus.in princ. C.com.de leg.l.ſi quæ ſunt cautione.in fi.ff.fami.er.& per Bar.in tractatu prædicto, de inſigniis & armis:quia ille in quem ſors ceciderit dicitur cōi cō ſenſu ſociorum retinere,ex quo omnes conſenſerunt, vt illi,in quem ſors ceciderit remaneat ſignum:ſi verò nullus vult, ꝙ iudicio ſortis dirimatur, tunc cum impedirent ſe per cōcurſum, ſignum diſſoluitur.l.quotiens.de vſuf.l.2.§. fi. quib. mo.vſusfr. amit.l.itinere.ff.de ſer.ruſt.præ.l.huiuſmodi.§.fi.de leg.j. per Bar. facit,quod dixit Bal.in d.l.fi.ſeu in rub. C. pro ſo. dum dixit, niſi procedat de omnium conſenſu, non debet ſignum, vel ſigillū remanere integrum ſocietate nō integra,ne falſa repreſentatio fiat.ff.de fal.l.eos.& facit gl.in d.c. dilecta.de exceſ.prel. Non obſtat,quod voluit Bar.in d.tracta.de inſigniis & armis,dicens. debet remanere apud capitaneum & principalem,ſeu magiſtrum ſocietatis,arg.l.fi.de fi.inſtr.& l.peculium. §.j.de lega.j.quia hæc iura hoc non probant,nec d.l.ſi quæ ſunt cautiones.famil.erciſ. nec in d.l.peculium.§.j.dicitur, ꝙ debeat remanere apud princi palem,immo potius ibi dicitur, extincto quadrigo.i. principali equo extinguitur totum tale legatum. vnde non facit contra, immo potius facit, ꝙ extincta ipſa ſocietate extinguatur etiam ſignum vt acceſſorium:tamen illa lex verè(vt dixi)non facit ad propoſitum noſtrum:ſimiliter & d.l.ſi quæ ſunt cautiones. hoc non probat cum loquatur in alio caſu,loquitur enim in eo caſu,quo aliquid de ipſa ſocietate remanet apud vnum:nihilominus præſtat commodum aliis ſociis,cum ille apud quem remanet tale inſtrm teſtamēti debeat aliis exhibere.& d.l.ſi quę ſunt cautiones. & ibi gl. ꝙ ſimiliter locum haberet in aliis cautionibus cōibus. vnde quomodocunq; remanent apud vnū talia inſtra,nihilominus præſtant commodum aliis,quod non eſſet in ipſo ſigno,quod aliis commodum non præſtaret,immo potius damnum & diminutionem:vt ſupra dictū eſt.vnde non eſt cōueniens,ꝙ apud vnum remaneat.eodem modo reſponde ad id quod dixit Bal.in c. ſi duo fratres. de fratribus de not.benefi. inueſt.in vltimis verbis,dum dixit, ꝙ claues portarum caſtri & ſigillum remaneāt apud primogenitum. † Vltimò ſciendum eſt, 77
ꝙ ſi inter duos fabros, vel inter duos mercatores eſt contentio de ſigno,ille qui agit,non poteſt vti pēdente illo ſigno,ſm Bal. in l.j.C.vt nemini liceat ſine iudi.auth.ſigna imponere.

78 † Duodecimò quæro, plures fratres diu ſteterunt in cōione, deinde veniunt ad diuiſionem, ad quem ex fratribus pertineāt portiones pro expedienda diuiſione ſocietatis facere, & ad quē prius electio pertineat factarum portionum.Breuiter dicendū, ꝙ vna.l.dicit, ꝙ in diuiſionibus electio ex ſortis ſęlicitate cōtingit.C.qñ & qui.quar.pars debe.l.2.lib.10.alia.l.dicit,electio in diuiſione contingere ex parte maioritatis.C.de metatis.l.2.lib.12. Alia vr dicere, electionem in diuiſionibus contingere ex loci contiguitate.C.de omni agro deſer.l.quicunq;.la 2. lib.11.& ibi per And.de Barulo.alibi videtur dici,ꝙ fauore eccleſiæ eidē electio dari debeat, de parochiis.c.j.Ergo pari ratione dabitur etiā minori. Minor enim & eccleſia à iure parificantur, de in integ. reſt.c. j. alibi dici vr, ꝙ ſi quis diuiſionem alicuius rei cum fiſco facere habet,fiſcus partes facit,alteriq; dat electionem : ita not. in l.edicto.in prin.& in l. Seius.§.ſenatus.vbi de hoc per Bar. de iure fiſc.& in l.j.C.de his qui ſe deferunt. lib.10. pari ratione idē videtur dicendum in minore,cum reſpublica & minor æquiparentur.C.de iure reipub.l.rempublicam.Breuiter tamen veritas eſt, ꝙ in re pari nullus electionem habet ſeu optionem.ſibi deputatam iure,aliàs enim fruſtra tex. diceret, diuiſionem iudicis officio expediri.inſti.de offi.iudi.§.ſi familiæ.cum ſe.ff.fa.erciſ.l. antepe.& l.plane.cum ſi.vnde aut in accipiendo portiones concordare debent iudice iubente,de leg.j.l.huiuſmodi.§.fi.vel cōmittetur electio ipſa iudicio ſortis.l. 2. C. qñ & quib. quar. pars deb.ff.de iudi.l.licet.cum ſi.& hoc eſt,quod firmat Bar.C.de his qui ſe deferunt.l.j.lib.10.& Bald. C.de ſacroſan.eccl. l. iubemus.
79 la 2. & l. pen. in princip. C. commu. diuidun. † bene tamen verum eſt quòd ſi vni ex ipſius fratribus iudicio ſortis diuidentibus ex ipſius ſortis infelicitate intolerabilis deceptio contingat, debet tunc ipſa diuiſio in melius formari: vt concludit Bald.in l.minoribus.C.communia vtri. iu. niſi ipſa diuiſio facta foret per iudicem, & tranſiſſet in rem iudicatam : debuit enim appellare,qui lædebatur,ſi ſibi ſententia diſplicebat. C. ſi ſępius in integ.reſti.poſtu.l.j.cum ſim. & ita intelligi debet quod idem no.in l.ſi duobus.in princ.C.com.de leg.& hoc ceſſat, ſi municipalis conſtitutio aliter dicat ſecundum Ludo.in conſi. quod incipit.quò ad primum propoſitæ conſultationis.in fi.conſilii. Et aduerte:quia Io. An. in c.j.de paro. dicit, ꝙ non ſenior duobus diuidit,ſed qui diutius epiſcopatum rexit; quia præſumitur melius ſcire qualitates facti q̄ is,qui minori tempore fuit in epiſcopatu,per quod no.Hoſt.& Abb. ꝙ diuiſionem hęreditatis facere deberet non minor natu,ſed qui diutius tractauit & adminiſtrauit res hæreditarias, & inter ſocios ſtudii, qui diutius fuit in
80 ſtudio ſecundum ipſum Io And.Et eſt aduertēdum, ꝙ in diuiſionibus faciendis ſemper debet animaduerti ad diuidentium commoditatem.l.non amplius.§.cum bonorum. iuncta glo. ff. de leg.l. 1.facit.l.ſi cui.ff.de ſerui.titulo generali & l. veteres cum l.ſeq.ff. de iti. actio. priua. aliàs ſi commmode diuiſio fieri non poſſet,aut impoſſibilis eſſet,ad æſtimationem deuenitur:vt d.§. cum bonorum. & l. 2. C. quando & qui. quar.pars deb.lib.10.l. cum Stichum.de ſolu.l.in conuentionibus.in princ. & in fin. ff. de verbo. ſignifi. & ſi vnus ex diuidentibus habet fundum prope fundum diuidendum,& alius non,debet portio aſſignari eidem iuxta fundum proprium.l.2.C.de meta.lib 12.facit.l.ſi fundus.de leg. 2. Nec debent partes aſſignare ſegregate vni, videlicet in capite & in medio,alteri verò poſt princip. & in fin.& ſic per ſaltus, ſed congruæ & continuæ eſſe debent, ſi fieri poteſt.l. venditor.& l.pen.§.fin.de actio.empt.immo dixit, quem ſequutus fuit Bald.in l.ſi ex falſis. C. de tranſa.ꝙ mulier pro reſtitutione dotis non poteſt partem bonorum mariti capere eligendo à latere pulchriori in pluribus rebus. Item in electione præfertur ille,qui maiorem partē habere debet: vt d.l.2.de meta.alias ſorte dirimitur,arg.d.l.fin.in princip.facit ad prædicta.l.qui ſolidum.§ poſt mortem.& l.Caius.de lega.2.& quod dixit Bald. in l.cum ancillis.§.fi.C.de inceſt.nup.Azo in ſum.C.com.diui.§.in cæteris. formaliter ita dicit, in cæteris autem rebus diuiſio, vel adiudicatio erit facienda iudicè ſequēte in primis id, in quo cōſonant omnes ſocii. Secundò, ꝙ omnibus non vni tantum ſociorum vtile eſt. Nam communis vtilitas eſt præferenda priuatæ. ff. com. diui. l. iudicem. & de re iudi. l. ſi conuenerit. ff. pro ſo.l.actione.§. Labeo. Si ergo pro vna parte agatur hac ratione veluti fundo, & iſte fundus commodam recipiet diuiſionem, eius partes ſingulis debent adiudicari:& ſi vnius pars pręgrauari videbitur,is inuicem certa pecunia alteri condemnandus eſt æſtimato re iuſto precio.ff.com.di.l.item quamuis.§. fi. ꝙ ſi cōmode diuidi non poteſt, veluti homo forte,vel mulus, de quo actum eſt,totus vni eſt adiudicandus, & is inuicem alteri certa pecunia eſt condemnādus.inſti.de iudi.§.ꝙ ſi vna re. ſi verò plurium rerum agatur hac actione cōmuni di.& quaſdam res mihi quaſdam tibi videtur iudici adiudicandas:compenſatio inuicē pretii erit facienda, & is cui res maioris pretii obuenerit cæteris cōdemnabitur:vt ſupra diximus in actione fa.er.& vide ad materiam.l.ad officium.§.cum autem.& l.j.C.com.di.vtrobiq; per Bal.& vide Bal.in l.Sabinus §.ſi de veſtibus.ff.com.diu. dicente,
81 † ꝙ qñ eſt res talis,cuius diuiſio corrumpit ſubſtantiam, nō poteſt peti diuiſio:& vide etiam eum in l.ſancimus.C.de do.qui dicit,ꝙ qñ res non poteſt diuidi ſine deterioratione,non debet diuidi,quod dicit notandum pro iudicibus ſuper diuidēdo, & ibi etiam dicit,ꝙ ſi optio offertur habenti maiorem partem, & ille non acceptat, tranſit optio in habentem minorem partem, qđ dictum Bal.intelligo,quando diuiſio erat æqua & ſine deceptione facta,arg.l.ſi ſocietatem mecum coieris.ff.pro ſocio.

82 † Decimotertiò quęro,an ſocietas vectigaliũ quemadmodum tranſit ad hæredem,ita ēt trāſeat ad hæredem hæredis, gl. in l.nulla ſocietas ff.pro ſoc. tenet ꝙ non : quia in materia non tranſmiſſibili coarctatur mentio hęredis ad primum hęredem. Sed hoc forte nō eſt verum, immo magis tranſmiſſibilis eſt ad vlteriores hæredes,arg quod met.cau.l.videamus.de leg. 2. l.pater. §. quædam. & cum lex dicat tranſire ad hæredem, intelligo de quolibet hærede,arg.ff.de verb.ſigni.l.ſciendum.pro & contra induci poteſt,quod no.Dy.in l.ex facto.§.fi.ad Trebel. verba ſunt Bal.in d.l.nulla.mihi tamen opinio glo. quæ in dubio tenēda eſt,ſatis patet ratione ſua,niſi fauor reipublicę eſſet,ꝙ tranſiret ad hæredem hæredis,puta, quia non expediat reipublicæ ſocietatem diſſolui tempore mortis ſocii & hæredis eius : quia tunc qua ratione tranſit ad hæredem reipublicę, eadem trāſeat ad hæredem hæredis, qui appellatione hæredis continetur. l. in annalibus.C.de legatis.

83 † Decimoquarto quæro, ſocius an admittatur in teſtem pro ſocio.Reſpondeo non,ſi ſit ſocius oīum bonorum;quia ſua intereſt:ſecus in ſocio particulari,qui admittitur pro eo ad partē, quæ ſocio contingit,ſm Pet.de Peru.in c.inſuper.de teſti. quod etiam eſt de mente gl.in l. qñ liberi. C.de teſti. Tu dic, aut quis eſt ſocius ratione ſocietatis contractæ per pactum, & ſic per cō ſequens lucrum eſt cōe, & tunc ſocius pro ſo. non admittitur, aut ſocietas venit per modum cuiuſdam incidentis, vt ſi pluribus ſit legata res,& ſic incidenter ſunt ſocii, & tūc ſocius ex teſtificatione nullum conſequitur lucrum, vnus admittitur pro altero,ſm Cy.& in d.l.qñ. Et generaliter pōt tradi regula,ꝙ aut ex tali ſocietate ſperat lucrum vel damnum,& non admittitur, aut non ſperat lucrum,vel dānum,& tūc admittitur,ſm Bal. in d.l.qñ.qui etiam ibi dicit, ſocium itineris pro ſo.admitti in criminali.vidē in d.l.quoniam.& de teſti.c.4.& c.veniens.

84 † Decimoquintò quæro, res erat cōis ex cauſa ſocietatis, & fuit vendita,nunquid præſumatur vendita de voluntate ſociorum. Reſpōdeo ſic in re expoſita venali, & quę ideo tenebatur, vt venderetur,ſicut ſunt mercantiæ,arg.l.j. de inſtito. & de pig. l.cum tabernam.Secus in re non expoſita venali;quia non prę-ſumitur animus vendendi,niſi probetur,arg.l.j. ff.de re.permu. ſecundum Bal.in l.fam.C.fa.er.

Source : BIU Cujas

Pet.de Vbal.De duobus fratribus.

85 † Decimoſextò q̃ro,quid ſi iſte q̃ vendidit,dicat ſe vendidiſſe 10.ſocii dicant,q̃ vendidit 20.quid iuris? Reſpõdeo ſuper hoc debent recipi probationes vtriuſq; partis: vt l. inter cohæredes. §.cohæredes.ff.fa.ercisc.ſi autem neutra pars probat, ſtatur iuramento venditoris,ſi eſt homo bonæ conditionis & famæ, argumentum.C.de dona.l.ſi. quis pro redemptione. ſecundum Baldum in l.familiæ.C.famil.ercis.

86 † Decimoſeptimò quæro,fratres diuiſerunt inter ſe bona ſecretè in camera inter ſeipſos, & poſſederunt pro diuiſo, poſtea per 10.vel 20.annos,de hoc nullum fuit confectum inſtrumentum, & nulli ſunt teſtes, mortuis iſtis fratribus inter filios eorũ oritur materia quæſtionis; quia quidam eorum aſſerunt bona indiuiſa,& petunt diuidi, ſed ex aduerſo allegatur diuiſio,& ad probationem diuiſionis inducitur poſſeſſio longi temporis facta inter fratres pro diuiſo, quæritur, vtrum probata tali poſſeſſione pro diuiſo & pro diſtincto per longum tempus intelligat̃ probata diuiſio.glo. notabiliter in l.maior.C.com.diui.tenet q̃ ſic:quia ex quo quilibet ſubiit onera tanquam propriæ portionis, & fructus ſeorſum percipit per decem annos inter præſentes,& 20. inter abſentes, præſumitur diuiſionem præceſſiſſe, argum.ff.pro ſoc.l.itaq;.& idem tenet Odof.& Bar. licet vltramõtani teneant aliter.Bald.verò in d.l.ſi maior.diſtinguit,q̃ aut inter iſtas poſſeſſiones eſt proportio,quę poteſt adaptari ad æqualitatem diuiſionis,& præſumitur diuiſionẽ præceſſiſſe; quia tractatur de paruo & nullo præiudicio,aut inter iſtas poſſeſſiones nulla eſt proportio,nec debita congruitas,& tunc nõ præſumitur diuiſionẽ præceſſiſſe; quia non præſumitur alter ius propriũ iactaſſe,arg.ff.de proba.l.cum de indebito.ſecundum Bal.

87 † Decimooctauò quæro, fratres diuidunt ad breuia & ſortes infelicitatis, emergit intolerabilis deceptio, an debeat in melius reformari.Bal.in l.maioribus.C.de cõ.vtri.iudi. tenet q̃ ſic per illum tex.iuncta.l.2.C.quando & qui.quar.pars debe.lib.10. niſi iſta diuiſio eſſet facta per iudicem & tranſiſſet in rem iudicatam,debuit enim appellare,qui lædebatur,aliter ſnĩa reformari non poteſt.C.ſi ſępius in integ.reſti.poſtu. l.j. ſm ipſum Bald.

88 † Decimononò quæro,plures ſunt ſocii vectigaliũ,diuiſerũt adminiſtrationem de conſenſu fiſci, periculum & lucrum eſt cuiuſlibet in parte ſua: ſi autem diuiſerunt ſine conſenſu fiſci, tũc aliter pro altero tenetur fiſco:ſi tamen videtur, q̃ diuiſerũt animo diuidendi ſocietatem, non tenetur vnus cõicare lucrũ: ſecus ſi diuiſerunt gratia cõmodioris diuiſionis.facit, quod habetur in l.Caius.de leg.2.& in l.2.C.de diui.tut.immo in l.licitatio.§.ſocii vectigalium.ff.de publicanis.

89 † Vigeſimò quæro, quidam inſtitor præpoſitus in hac ciuitate à quadam ſocietate de Florentia cum pleno mandato fecit certas expenſas in honorem mercatorum, qui ſecum contrahebant,an dictas impenſas ſocietati imputabit.Bart.in quæſtione de facto dixit q̃ ſic, ſi iuſta ratione motus fecit. in l. filiusfamilias.de dona.

90 † Vigeſimoprimò quæro,ſunt duo fratres,qui habent caſtrũ commune, quis debet tenere claues. Dicit Bald. in c.ſi duo fratres.de fra.de.no.benef inueſt. in vltimis verbis, q̃ primogenitus debet tenere claues portarum & ſigillum, ſi nulla imminet ſuſpitio,de lega. 2.l.cum pater pluribus. & quia hoc in facto nõ in iuriſdictionis prerogatiua conſiſtit,non dicitur plus in iuriſdictione habere ſecundum eum.

91 † Vigeſimoſecundò quæro, fuit quæſtio inter duas communitates de quadã via publica, per quã ibat currus vtriuſq; cõitatis,cui ex territoriis dicta via debebat applicari,didendum eſt,q̃ dicta via eſt in promiſcuo vſu,nec diuidi poteſt; quia quælibet pars diuiſa eſſet inutilis ad exercitium viæ,& cuius effectus indiuiduus eſt,eius quoq; ſubſtantia indiuidua eſt,argumento. ff. de reg.iu.l.cuius effectus.& l.arbor.§. de veſtibulo.ff.cõi diui.& maleficia ibi commiſſa ſindicus vtriuſq; cõitatis poterit denuncia re,nec curo in qua parte viæ,vtrum magis verſus vnum territorium ſiue à latere vnius territorii,q̃ verſus reliquum; quia tota via eſt promiſcuæ iuriſdictionis,& iſtæ cõitates rediguntur ad inſtar duorum reorum credendi.Vnde ſi tranſeuntes per illam viam debent ſoluere pedagium erit cõe; quia ex re promiſcua & cõi prouenit:in inquirendo tamen de maleficio ibi commiſſo videtur melior conditio occupantis:occupare enim dicitur, qui totum vſurpat & non habet locum occupatio iuriſdictionis,vbi prẽuentio facit ius.ff.de off.conſu.l.j.ff.ad l.fal. l.hoc obſeruãdum. & ſicut implere conditionem prodeſt ſolum implẽti:vt l.ſi plures.C.de condi. inſer. ita exercere iuriſdictionẽ prodeſt ſoli vtenti.Porrò prius prẽueniens intelligitur iuriſdictionem exercere.Alii dicunt,ſi in medio duarum ciuitatum eſt locus cõis,& ibi fiat maleficium,q̃ poteſtas vniuſcuiuſq; ciuitatis habet cognoſcere;quia eius territorium offenditur: vt ff.de his qui deie.vel effu.l.j.§.fi.& l.ſi verò.§.q̃ ſi ex meridiano.& ſic nõ eſt melior conditio prẽuenientis: ſicut iniuria facta pluribus, vnuſquiſq; ſuam iniuriam proſequitur, & hoc verius ſm Vbertum de Cremona,& econuerſo,ſi villa tenetur emendare furta facta in ſuo diſtrictu, & in via cõi duarum villarum eſſet factũ furtum,quælibet villa tenetur inſolidum,ſed vna ſoluente altera liberatur, & ſic quod cõe eſt, eſt proprium actiuè & paſſiuè in iſtis indiuiduis.† Quid vna via cõis eſt inter frontes agrorum vel caſtrorum,quęro ad cuius iuriſdictionem præſumãtur prædia pertinere.Reſpondeo, via communis diuidit ſecundum vicinitatẽ aſpectus. inſt.de re.diui.§.inſula.& vide quod not. Azo in ſum.vti poſſit.§. in his. Item medium inquãtum medium eſt extremitatibus appoſitis ſecundum Ariſto. & ideo nulla extremitas de medio prædicatur.Item quod participat de contrariis non eſt ſimpliciter tale.ff.de leg.3.l.hoc legatum. Bal.in l.ſi plures.C.de condi.inſertis.

93 † Vigeſimotertiò quæro, duo ſocii habebant domos cõmunes habentes clauſtrum, veniũt ad diuiſionem illarũ domorũ, & vna pars aſſignatur vni,altera aſſignatur alteri, qualiter clauſtrum diuidatur? Dic,q̃ medietas à latere tuo eſſet tua,medietas à latere meo eſt mea,prout in ſimili dixit Bar.in l.conclaue. de dam.infec.in illo qui vendidit vnam domum retenta alia; quia clauſtrum debet diuidi modo prædicto ſm cũ:ſed Ang.ibi dicit hæc procedere,q̃ in vtraq; domo eſſet oſtium, per quod deueniebatur in dictum clauſtrũ & exitur.Sed ſi in vna domorũ tm̃ eſt oſtium,per quod intratur & exitur,clauſtrum, ſeu porticum erit illius tantum,cuius eſt domus habens oſtium,& dixit Bald. in l.arbor.§.de veſtibulo.ff.communi diui.q̃ portę,per quas habetur ingreſſus ad plures diuerſas domos diuerſorum non veniunt in diuiſione,nec vt diuidantur,nec vt licitentur,vbi congrue licitatio fieri non poteſt.

94 † Vigeſimoquartò quæro, ſunt duo ſcholares in eadẽ camera,& vnus propter altam vocem, vel propter trufas non dimittit alium ſtudere, an hæc ſit iuſta cauſa diuidendi? Dic q̃ ſic, vt eſt ſingulare dictum Spec.in titu.de iudi.§.& generalis.verſic.& not.& per Anto.de But.in proęmio decretalium,& do. Ludo. Pon.ponit in l.j.ff.ſolu.matr.

95 † Vigeſimoquintò quæro,volo diuidere cum quodã abſente, qui procuratorem non dimiſit,quo remedio mihi ſuccuratur? Vide Bal.in l.cohęredibus.C.fa.er.qui dicit, q̃ formabo libellũ contra ipſum abſentẽ,& faciã citari affines,& cognatos,& amicos per edictum generale, & ſi aliquis comparet ad defenſionẽ abſentis procedam contra ipſum defenſorio nomine,& ſi velit denũciare abſenti audiretur:vt in auth.qua in Prouincia. C.vbi de crimi.agi oportet.ad hoc facit.ff.de in ius voc.l.neq; impubes,in fi.ſi aũt eſt penitus indefenſus, nec ſperater de ꝓximo redire,faciam dare curatorem bonis abſentis, & contra eũ experiar:vt l.ab hoſtibus. in prin. quibus cauſis maio. ſecundum eũ.

96 † Vigeſimoſextò quæro,ſunt duo fratres, qui poſt mortẽ patris remanſerũt, maior natu facit in domibus paternis magnos ſumptus,an repetat à minore pro parte. Vide tex. in l.ex duob. fratribus.ff.de neg.geſt. vbi Modeſtinus reſpondet, ob ſimptus nulla re vrgente, ſed volũtatis cauſa factos cum de eo quæritur actionem non habere.vbi gl.ſuper verbo,non habere,intelligit in voluntariis,quod tamen limitat ibi gl. niſi fuerint mercales; quia tunc actionem habet.

97 † Vigeſimoſeptimò quæro, ſocii diuiſerunt ſocietatẽ, cui ex eis debeat remanere fundicus ſeu apotheca,in qua artem ꝯſueuerunt exercere. Concludi põt. q̃ aut dñium erat ipſorũ ſociorum,aut alterius eorum, qui eam conduxerunt ab alio. Primo caſu, aut vnuſquiſq; eorum vult artẽ exercere in dicta apotheca,aut vnus vult locare,alter verò habitare, & ea vti ad propriũ vſum. Primo caſu, q̃ vnuſquiſq; vult in ea artem ſuã exercere, & tunc,aut ſocius erat capax, & non impediebant ſe per cõcurſum,aut impediebant ſe per concurſum,quia locus non erat capax,vel exercitia erant repugnãtia.primo caſu, q̃ locus erat capax,& non impediebant ſe per concurſum, tunc vnuſquiſq; põt vti re cõi ad vſum deſtinatum, nec alter ab altero poteſt prohiberi.l.arboribus.§.nauis.& ibi gl.ſuper verbo,vt nauigetur.ff.de vſufru.inſtit.de rerum diui.§.in cõe.& per gl. in l. Sabinus. & in l.ſi quis putans.§.ſi quis in cõem.ff.de cõmuni diui. Si verò aliquis eorum vellet ea vti ad vſum non deſtinatum, & tunc ſi res fit deterior, non poteſt, ſm Iac.de Beluiſio in l.ſi ædes cões.cõi diuidun.& l.vnus ex dominis.ff.de ſerui titu.generali,& ſi vtit̃, tenetur actione pro ſoc.vel cõi diuidundo,ſm gl.in l.ſi quis. putans.§.ſi quis in cõem fundum.ff.cõi diui.Si verò non fieret melior,neq; deterior,& tunc pp immenſas contẽtiones debet veniri ad diuiſionem, ſm gl. C.de fac.ſan.eccle.l.iubemus nulli.in princ.ſuper verbo.diuidere.facit.ff.de ſerui.vrba. prædi.l.ſi in rẽ cõmuni.& quod dixit Bald.in l.j.C.qui teſta.Et idem dicendum eſt,q̃ locus non erat capax,vel impediebant ſe per concurſum per prædicta iura, & æquus iudex diuiſionem faciet ſm Bal. qđ ſibi æquius & iuſtius eſſe videbitur.l.ad officium.C. com. diuid. l.in communi diuidundo.ff.eo.ti.Si verò vnus vult habitare, & ſuam artem exercere,alter verò vult locare, & tũc dic, vt dictũ fuit ſupra in 5.parte prin.in 9.q. Secundo caſu, quando apotheca non erat cõis omnium reſpectu dominii, ſed alterius eorũ, & tunc eius,cuius erat remanet, & ipſe ea poteſt pro ſuo libito vti;quia rei ſuæ quilibet eſt moderator & arbiter.l.in re mandata.C.manda.& poteſt pro ſe retinere & alteri locare, vt ſibi placet.l.ne cui.C.locati. Tertio caſu, q̃ d. apotheca nõ erat alicuius.

Source : BIU Cujas

ius ſociorum; quia ab alio eam conduxerant, & tunc aut locatio erat finita, finita ſocietate, aut cõductio adhuc durabat. primo caſu finita locatione in poteſtate eſt domini, cui vult locare: vt d.l.ne cui. ibi caſus notabilis: ſi autem cõductio adhuc durabat, & tunc vnuſquiſq; ſociorum intelligitur in dicto fundico ſeu apotheca habere aliam partem, quam habet in ſocietate & in aliis rebus, & maſſaritiis eius, argumento eius, quod dixit Bal. in l.j. verſi. decimotertiò quæro. C. pro ſocio: quia acceſſoriũ ſequitur naturã ſui principalis per iura vulgaria vt dicit. & ideo in diuiſione dicti fundici facienda inter dictos ſocios, quorum vnuſquiſq; forte volebat ſibi remanere pro exercenda arte ſua, quouſq; durabat tempus cõductionis factæ, æquus iudex, quod iuſtius ſibi videbitur, ſtatuet. ff. communi diui. l. com. diui. & d.l. ad officium. & maximè in ſocietate, in qua plurimum viri boni arbitrium verſatur. ff. pro ſoc. l. quod Nerua. §. fin cum ſimili. & inter alia æquus iudex conſiderabit, ꝙ maximum recepit commodum ille, cui dicta remanet apotheca, in qua artem communem conſueuerunt exercere ratione ſitus, & conſuetudinis, vt experientia docet. Ideo aliquid recompenſare debet ei ſocio, cui nõ adiudicat dictam apothecam: vt in ſimili dictum fuit ſupra in ſigno in eadẽ parte principali in nona quæſtione, aut ſorte diriment, cui debeat remanere dicta apotheca ſeu fundicus: vt dictum fuit in ſimili in ſigno.

98 † Vigeſimooctauò quæro, dicit hic ſtatutum, ꝙ nullus mercator, vel artifex poſſit aliquam domum, vel cameram, quam alius mercator, vel artifex haberet ad penſionem pro ſua arte exercenda conducere, quouſq; dictus mercator, vel artifex eã voluerit, ſiue ante finitum tempus locationis, ſiue poſtea, an poſſit emere fructus. Dicit Bald. ꝙ non, quia fieret fraus legi. Eſſet enim fraus de contractu ad contractum: ita dicit ipſe in l.nõ dubium. in tertia oppoſi. C. de legibus. ſed quid ſi ſtante dicto ſtatuto finita ſocietate ac locatione prædicta vnuſquiſq; dictorũ ſociorum vigore dicti ſtatuti volebat fundicum ſeu cameram prædictam pro ſe ad vſum deſtinatum, videtur ꝙ ſi dominus vult gratificare vni magis quam alii, quod poſſit, per dictam. l. ne cui. C. de loc. Nec eſt contra ſtatutum prædictum; quia non locat illi, ſed alij, qui iam conduxerunt. ergo verificatur dictum ſtatutum, & diſpoſitio. d.l.ne cui. & ꝙ ſit locus gratificationi, videtur probari, extra de iure patronatus. c. cum aduocatus. ff. locati. l. in naue Saufeli. ff. ad Sil. l. ſi quis in graui. §. ſed cũ omnes. ff. de relig. & ſump. fu. l. fi. & ibi gl. in verbo gratificationi, quæ al leg. multas concordãtias: ſi autem dñs non vult hoc onus in ſe ſuſcipere, & ſic non vult gratificare vni magis quam alii, tunc ęquus iudex, quod iuſtum erit, arbitrabitur inter eos, ideo dic vt ſupra in proxima q. in 3. caſu dictum fuit.

99 † Vigeſimononò quæro, apud quem ex ſociis remanebunt factores & garzones ſortis pro fundico & dicta arte conducti finita ſocietate, ſi adhuc eorum locatio non erat finita, & impediebant ſe per concurſum magiſtri ſiue ſocii: quia vnuſquiſque eos volebat. Dic, ꝙ ſalarium debet ſolui pro præterito tẽpore, prout quiſque habebat ratam in ſocietate: vt inſi milidicit Baldus in fundico in l.j. ver. decimotertio quęro. C. pro ſocio. facit, quod habetur in l. in his. §. ſeruis vxoris. ff. ſolu. matri. dum dicitur de veſtimentis factis ſeruis vxoris. Pro futuro autem tempore ille, cui ſeruiet, ſoluet ſalarium; quia labor cum pecunia compenſatur. l. cum duobus. §. ſi in coeunda. ff. pro ſocio & ſi ſunt diſcordes: quia vnuſquiſque ſociorum vult, ꝙ ſeruiat ſibi, tunc ſi non poſſunt aliter concordari, ſorte diriment, argum. l. ſi duobus. in princip. C. communia de leg. cum ſimilibus ſopra in nona quæſtione de ſigno allegatis.

100 † Trigeſimò quæro, quid de reliquis maſſaritiis & ſuppellectilibus ſocietatis per ſocietatem acquiſitis. Dic, ꝙ fiet diuiſio, prout quiſque ratam habet in ſocietate, vt dicit Bald. in l.j. verſi. 13. quæro. C. pro ſoc

101 † Trigeſimoprimò quæro, duo ſocii diuidunt fundicum & mercantias, & vnus occaſione fundici erat obligatus alicui tertio ſolus, an debet conſeruari indemnis ab altero pro parte. Dic quod ſic, & ſi eſſet exactus, vel condemnatus, poſſet deducere: vt l. certum. C. fam. ercis. ſecundum Ange. in l. frater à fratre. ff. de condi. indeb. de quo vide plenius ſupra in 8. parte principali in 12. q.

102 † Trigeſimoſecundò quęro, nunquid per mortem vnius vel duorum ſociorum ſit finita ſocietas contracta pro pluribus annis quò ad omnes ſocios & ad tẽpus intelligatur renouata. Bal. ſic conſuluit. In Chriſti nomine amen. Sciendũ eſt, ꝙ licet multi ſint ſocii, tamẽ vno eorum mortuo finita eſt ſocietas quò ad omnes, niſi nouo conſenſu reintegrauerint ſocietatem ſuperueniẽte: vt ff. pro ſocio. l. actione. §. morte. & l. plane ſi hi. vel niſi actum ſit: vt vno moriente ſocietas duret inter ſuper exiſtẽtes. inſti. pro ſocio. §. ſoluitur. Si ergo inter ſuperuiuentes ſocietas eſt contracta ſeu reintegrata, quærendum eſt ſub quibus modis & tempotibus, & ſi quidem actum eſt inter eos de modis & tẽporibus ſtatur conuentioni eorum: vt C. pro ſo. l. pe ſi autẽ hoc non apparet; quia tacitè eſt renouata, & de modis, & tẽporibus nihil eſt expreſſum, præſumitur renouata cũ illis pactis, modis, & temporibus, cum quibus à principio fuit ordinata. Nam iſta renouatio eſt quædã conſequẽtia & reliquiæ, & ideo à primordio tituli poſterior formatur euentus, licet in cõtractu locationis & conductionis in vrbanis quandiu inquilinus habitat, in ruſticis ad annũ intelligatur facta renouatio. In locatione eiñ & conductione inſpicitur fructus rei, quem natura annuatim exhibet, ſed in ſocietate nõ poteſt iſte reſpectus haberi; quia magis in opera conſiſtit, cui non poteſt aſſignari certum tempus, niſi illud quod ab initio ſtatutum, & tunc eſt in fluxu & fieri. Sicut dicta in præfationibus intelliguntur repetita in conſequentiis. ff. locati. l. item quæritur. §. qui impleto. ff. de arbit. l. Labeo. ff. ſol. matr. l. in his §. vxor. & ſic natura prorogationis intelligitur tempus; qm̃ tempus, ſicut ſumma, pars eſt ſocietatis. ff. de eden. l. j. §. dotem. Sed ſi noua forma eſſet data per pactũ, tunc nihil intelligeretur repetitum. ff. loc. l. cum in plures. §. l. d. Oportet aũt, ꝙ iſti actus ſocieles & renouatiui perſeuerauerint; ſi enim poſt actus contractiuos feciſſent actus diſtractiuos, puta recapiendo partem ſortium, ſoluta eſſet de nouo ſocietas diuiſionis, ſecus ſi capitali remanente in ſocietate ſola lucra ſortita eſſent. ff. pro ſocio. l. itaq;. Bal. in ſuis conſiliis. Aduerte: quia prædicta vera intelligo, vt intelligatur renouata ſocietas ad idem tempus, quod erat expreſſum in ſocietate, quæ ſoluta fuit per mortem vnius, & renouata per actus ſociales, & ſic quò ad perſeuerationẽ primæ. Si autem finito primo tempore ſtatuto ſocii perſeuerent in ſocietate, videtur renouata ad id tempus quod expedit ſocietati. ff. pro ſoc. l. ſi conuenit. verſi. nam & ſi non cõuenit. & l. ſed & ſocius. §. in ſocietate autem. Non autem ad totum primũ tẽpus, quod forte erat quinquennium, vt in ſimili habetur de locatione in d. §. qui impleto. niſi expediret ſocietati per ſupradicta, & hoc modo intelligo Bald. in hoc tamen puto arbitrium boni viri ſequendum, qui in ſocietate plurimum conſideratur. ff. pro ſocio. l. ſi ſociotatem mecum.

103 † Trigeſimotertiò quæro, contracta eſt ſocietas, in qua vnus ponebat pecuniam, puta quingentos aureos, & alius operam per quinquennium duratura. In fine quiquennii tam capita q̃ lucra, quæ ſunt facta in dicta ſocietate pro maiori parte ſunt in debitoribus ſocietatis, mercantiis, & maſſaritiis, puta in arte lanæ, vel coraminis, vel alia arte, quæritur, quomodo diuiſio debeat fieri, ut ponens pecuniam habeat ſuum capitale cum parte lucri ſibi tangente, & ponens operas conſequatur ex ſuis operibus partem lucri ſibi debitam, & circa hanc quæſtionem conſidero, ꝙ lucrum non dicitur, niſi deducto damno; quoniam lucrum & damnum inuicem aduerſantur. Nam ubi eſt damnum, non poteſt dici lucrum, & econtra. l. Mutius. ff. pro ſocio. Ideo prius reſtituendum eſt capitale ſuum ponenti pecuniam, & ſic ante omnia detrahitur ſors poſita ex parte illius, qui poſuit pecuniam: ut l. cum duobus. § ſi in coeunda. ff. pro ſocio. cum in reliquo conſiſtat lucrum, quod in dubio æqualiter debet diuidi non exiſtente alia conuentione. l. ſi non fuerint. ff. pro ſocio. Verum, quia capitale ac etiam lucrum non inuenitur niſi in pecunia, dubitatur, quid agẽdum. Et certè arbitror, ꝙ ſi reperitur aliqua pars pecuniæ, ea reſtituatur ponenti pecuniam; & quia integrum capitale non fuit cõſecutus cõmunibus ſumptibus utriuſque ſociorum exigatur, alias ſi ſumptibus ponentis exigeretur, non conſequeretur integrum capitale, ſed tanto minus quantum ſunt expenſæ factæ pro ipſo conſequendo, & mora, & reſiduum, quod dicitur lucrũ, diuidatur inter ſocios pro rata, prout quiſq; debet participare de lucro, vel ſm conuentionem, vel æqualiter, vel arbitrio boni viri, ſm qđ plene dictum fuit in 4. &

104 5. principali §. † Sed ponens pecuniã finita ſocietate vult, ꝙ oĩa diuidantur, & nõ reperiunt̃ pecuniæ, ſed oĩa, vt ſupra ſunt in debitoribus, mercatus, & maſſaritiis, quo fiet diuiſio, vt ponẽ capitale ipſum integrũ ꝙequatur, & lucrũ deinde ęqualiter æqualitate ꝓportionis inter ſocios diuidatur? Puto diuiſionẽ fiẽdã, vt ſeruet̃ ęqualitas, q̃ inter ſocios ſeruari dẽt. l. verũ. in prin. ff. ꝓ ſo. ꝙ huic ſocio, qui poſuit pecuniam ſua electione ꝙſignent̃ debitores, maſſaritiæ, vel mercantiæ, & ſi elegerit debitores, puto ꝙ ex quo ipſe poſuit in ſocietate pecuniã, & nõ ſocietas, ꝓ illa pecunia dat ei debitores, ꝓ quibus exigẽdis fieri debent ſumptus & expenſę, & currit etiam dilatio tẽporis, & ſic detractis detrahendis minus valent, q̃ pecunia numerata, in qua nulla fit expẽſa, ſi ſatisfieret ſibi in pecunia, ꝙ exactio illorum debitorum fiat communibus expenſis, & periculo omnium ſociorum, vel cõſignetur illi, qui poſuit pecuniam vltra quantitatem debitorũ ſummantem, quantum erat pecunia per eum poſita in ſocietate, tantum ꝙ dicti debitores poſſint exigi pro dicto capitali expenſis cõibus, ita ꝙ dictus ſocius in exigendo ſuũ capitale non ſit in damno, ne aliàs ipſe patiatur damnum ſui capitalis in parte, & alter ſocius lucretur: non enim eſſet iſta bona ſocietas, nec ęqua l. ſi non fuerint. ff. pro ſo. & iſtud plus poteſt cõſignari iuxta conſuetudinem illorum, qui pro alio exigunt eorũ expenſis, vel arbitrio boni viri, quod in ſocietate plurimum verſatur. l. ſi ſocietatem mecum. ff. pro ſo. eos enim ſumptus ſocietati conuenit imputari, qui in eam rem impenſi ſunt, ar. ff. pro ſo. l. cũ duobus. §. ſi quis ex ſociis. ibi. qui propter eam rem impenſi ſunt via-

Source : BIU Cujas

tica,igitur & c.& ſi quid ſocius à debitore pro expenſis fuit conſequutus, forte quia fuit in expenſis ipſi ſocio condemnatus, eius etiã ratio haberi debet,vt bonus vir æquè arbitretur, adeo ꝙ ſocius,qui pecuniam poſuit in ſocietate,nec plus,nec minus ſorte ſua conſequatur, & hoc quando fuerunt ſibi conſignati debitores pro ſua ſorte,ſeu capitali,ſi autem mercãtiæ,vel maſſaritiæ,non cadit dicta conſideratio expẽſarum; quia vir bonus pro æquo pretio ꝓſignabit, & non cadunt ſumptus in exactione,prout cadunt,quando conſignãtur nomina debitorũ,vt ſupra patet: & hoc de capitali, vel ſorte poſita in ſocietate per illum, qui pecuniam poſuit. In lucris autem,quæ dicuntur eſſe à capitali ſupra vt d.l.Mutius, omnes ſunt pares, tam ponens pecuniam,quàm ponens operam, & ideo in eis nõ cadit dicta cõſideratio ſumptuum & expenſarum; quia ſi vnicuiq; conſignãtur nomina debitorum ſocietatis,pro lucro vnuſquiſque laborat,eodem modo in expenſis & ſumptibus faciendis pro debitoribus exigendis obuentis ſibi in partem ratione lucri, & ſimiliter in mercãtiis & maſſaritiis per ipſos ſocios inter eos diuidẽdis,& ſi contingeret, ꝙ aliquis ex ſociis plus parte ſua fuerit cõſecutus, puta quia oĩ anno retrahebat certam quantitatẽ de ſocietate ex forma eorum conuentionis, vel ratione conſuetudinis, vel alio modo plus parte ſua recipit, ſociis, qui minus fuerunt conſequuti,reſtituat.l.verum ſi cum tres ſocii.ff. pro ſo.ibi. an hic qui minus conſequutus eſt cum eo agere poſſit, qui ſolidum accipit ad communicandas partes inter eos.i.exequendas, quaſi iniquum ſit ex eadem ſocietate alium plus, alium minus conſequi, ſed magis eſt, vt pro ſocio actio conſequi poſſit, vt vtriuſq; portio æquetur,quæ ſententia habet æquitatem.l.actione.§.ſi communis pecunia.eo tit.

105 † Trigeſimoquartò quęro,quidam pater habebat filios duos, & multa lucratus fuit ipſe, & filii, & habet duos alios filios paruulos, qui nihil lucrantur: dubitatur mortuo patre, quomodo quæſita à prædictis diuidantur inter fratres. Reſpondeo, interdum pater habet bona immobilia, & boues ſuos,interdum nihil habet,ſed colunt prædia aliena,vel exercent artem,& ſimul lucrantur,& ex lucris multa quæſiuerunt. primo caſu, quando pater habet bona immobilia,quæ ſimul ipſe & filii colunt cum bobus paternis,& etiam colũt prædia aliena, ex quibus partem tangentẽ laboratori, ſeu colono percipiunt,& tunc eſt talis cõſideratio fienda, vt ſciamus quam partem vnuſquiſq; in fructibus habeat.Nam primò pater ex prædiis propriis, quæ ipſe & filii cum bobus propriis colunt,habet partem tangentem patrono,quæ eſt ſua propria.l.cum duobus.§.ſi in coeunda. ff. pro ſo. cap. cum in tua. de decimis. Item habet partem tangentem ſibi pro operibus boum, quos ponit ad colendum de ſuo: vt dicit Bart.in conſi.quod incipit. Cinciarellus. & Bald. in conſi. quod incipit,ad euidentiam præmittendam, quod poſui ſupra in 4. parte in 10. q. Reliqui autem fructus tam de prædiis paternis,quàm de aliis,qui debentur colonis reſpectu culturæ,& curæ, diuiduntur in capita pro operibus laborantium: & ſi aliquis eorum de proprio aliquam impenſam fecit,de communi deducet.l.omne æs alienum.& l.ſi vnus.§. ſi quid vnus. ff. pro ſocio. & voluit Bart. in dicto conſi. & etiam Bald. & licet dicti filii de iure antiquo quicquid q̃rebãt q̃rebant patri.l.placet.de acq.hęr. Tamen de iure.C.quò ad proprietatem quærunt ſibi, licet quò ad vſumfruct.querant patri.l.j.C.de bo.mater.& l.cum oportet. C.de bo. quæ lib. Sed dubitatio eſt, quomodo quæſita ex dictis lucris diuidantur: & circa hoc ſunt conſiderandi duo caſus. Interdum pater & filii ex illis lucris multa ſimul quæſiuerunt, de quibus non ſunt inſtrumenta celebrata, & eo caſu prout vnuſquiſq; eorum habebat partem in dictis lucris, ita habebit partẽ in re taliter acquiſita. Exemplum, pater habebat prædia propria, vel aduentitia filiorum, quæ colebant communiter cum bobus paternis,& etiam prædia aliena, quæ ſimiliter cũ bobus paternis colebant, ex quibus fructus percipiebant pro parte tãgente colonum ſeu laboratorem, ponamus in fine anni deductis omnibus ſumptibus & expenſis reſtabant tot fructus, quot aſcendebant ad quantitatem 10.ſio quos fructus vendiderunt, & emerunt vnum vel duo prędia ex dicto pretio,quomodo debeat diui.Reſpondeo,prius debet detrahi,quod vnuſquiſq; impendit in anno in ſuam vtilitatem, pone ꝙ de patrimonio & aduentitiis percipiebant pro parte tangente patronum decem ſalmas grani,pro parte tangente boues duas vel tres arbitrio boni viri.Et pro parte tangente laboratores, ſeu colonos in bonis paternis, vel aduentiis octo ſalmas grani: & ſic in totum percipiebant.l.ſalmas grani.In aliis verò prędiis alienis,ex quibus nõ percipiebant niſi partem tangentem colonum vel laboratorẽ triginta ſalmas grani. De iſtis quinquaginta patri tanquam parrono debeantur decem ſalmę grani,quæ ſunt medietas 20.ſalmarum recollectarum in bonis paternis, vel aduentitiis. Vlterius debet habere pone duas pro parte tangẽte operam boum, quos ponebat pater,qui cum deteriorentur damno patris conuenit,vt lucrum, quod fit ex eis ſit patris: quia vbi damnum ibi lucrum.l.manifeſtiſſimi.C.de furtis.l. cum duobus.§.quidam ſagariam, in fin ff.pro ſoc.ſic pater habet ante partem 12.ſalmas graui.Reſiduum,quod eſt quantitatis 38.ſalmarum,quæ eſt illa quantitas, quæ debetur colonis,ſeu laboratoribus pro cultura, cura ac recollectura debet inter eos diuidi per capita colentiũ, & ſic in tres partes,prout tres fuerunt ad colẽdum,quarum vna pars debetur patri, altera vni filio, & altera alteri ęqualiter diuidendo, & ſic pater de illis 38. ſalmis grani habebit 13. ſalmas dempto vno tertio ſalmę, vnus filius habebit ſimiliter 13. ſalmas grani dempto vno tertio & eodem modo alter filius habebit pur 13.ſalmas dempto vno tertio ſalmæ,& ſic in effectu pater omnibus computatis habebit 25.ſalmas grani,dempto vno tertio ſalmæ,& quilibet filiorum habebit 13.ſalmas grani dempto vno tertio pro quolibet;& quia de dictis.l.ſalmis grani non reſtabant in fine anni niſi 20.ſalmæ grani,quæ venditæ fuerunt 20.florenis,ex quibus prædia fuerũt empta,vt ſciamus,quomodo debeant diuidi,eſt neceſſe perſcrutari,quantum vnuſquiſq; eorum expendebat pro vtilitate ſua,ſeu neceſſitate: tunc enim habebimus quantam vnuſquiſq; partem habebat in illis 20.ſatmis grani,ex quarum pretio fuerunt empta dicta prædia, & primò pater facit impenſam pro ſe & duobus filiis paruulis, quos tenetur alere.l.ſi quis à liberis.§.ſi vel parens.ff.de lib.agno. quæ ponamus ſumant 15. ſalmas grani omnibus computatis, vnus ex illis filiis magnis ponamus expendit pro ſui vtilitate & expenſa 5.ſalmas grani,& tantundem alter filius & 5. alias ſalmas expendunt pro cõi vtilitate,puta pro ſemine ſerendo, quod colonis ponitur:vt d.c.cum in tua. vel pro alia cõmuni vtilitate pro vxoribus eorum,quæ operas ponebant in communi: ideo de communi debebant percipere alimenta.l.ſicut. per glo.ff.de ope.libe. reſtant ergo in manu 20. ſalmæ grani deductis omnibus expenſis,quę venditę fuerunt,& dicta prædia empta cõiter, quomodo fiet diuiſio.Dic,ꝙ quantum vnuſquiſq; habet in dictis 20.ſalmis grani,& ſic eſt videndum,quantum vnicuiq; deductis ſumptibus reſtabat, pater de portione ſibi tangente in illis 50.ſalmis grani habebit 25.ſalmas dempto vno tertio ſalmæ,& expendidit primo 15.ſalmas pro expenſis,quæ ſibi incumbebãt. vt ſupra & tertiam partem de 5.ſalmis pro ſua parte de communibus expenſis,quę eſt vna ſalma,& duo tertii alterius ſalmæ:& ſic in totum de portione ſua expẽdit 16. ſalmas, & duos tertios alterius ſalmæ,vnus filius 5.ſalmas pro ſuis propriis expenſis,& vnam aliam ſalmam cum duobus tertiis alterius ſalmæ de ſua parte pro expenſis communibus, & tantundem alter filius: vt ſupra patet, & ſic deductis omnibus expenſis patri de 25. ſalmis grani dempto vno tertio, quæ erat portio ſua, reſtabant in manu deductis ſumptibus 8.ſalmæ grani vel circa vni filio 6.ſalmę grani,& alteri filio ſimiliter 6 ſalmæ, quæ ſumant in totum 20. ſalmas grani, quæ fuerunt venditæ 20.floren. & ex eis fuerunt communiter empta prædia,& de his pręſumuntur empta dicta prædia,in quibus pater de 20.partibus habebit 8.partes, vnus ex dictis filiis 6.alter ſimiliter 6.partes de 20.partibus: & iſtud probatur ex his,quæ dicit do. Nico. Abb. Sic.& Docto. in c. cum in officiis.de teſta.& in c.2.de pec.cleri.& 12.q.4. c. j. in quibus ha-
106 betur, † ꝙ ſi moritur clericus, & poſt beneficium adeptum aliqua quæſiuit,& eſt contentio inter hæredes clerici,& ſucceſſorem in beneficio,cuius debeant eſſe illa bona quæſita,an hæredis,an verò ſucceſſoris in beneficio.Dicunt docto.in dictis iuribus, & probatur etiam in d. c. j. ꝙ ſi clericus habebat patrimonium,ſeu induſtriam,ex qua lucrabatur,puta erat doctor excellens, qui multa legendo & conſulendo lucrabatur, habebat etiam redditus eccleſiaſticos,tunc ſi patrimonium, ſeu quæſita ex induſtria ſua erant ſufficientia ad acquiſitionem illorum bonorum, eccleſia autem erat in ſufficiens in emendo ex redditibus eccleſiaſticis in totum & in partem; quia erat paupercula, & cum difficultate ſufficiebant ei quæſita ex re eccleſiæ vel occaſione eccleſiæ pro alimentis ipſius clerici,& talia quęſita pręſumuntur acquiſita ex patrimonio clerici vel eius induſtria,nõ autem ex redditibus eccleſiæ. ideo talia quæſita tunc erunt hærædis ipſius clerici, non autem ſucceſſoris in beneficio: ſi verò econtra eccleſia erat ſufficiens,patrimonium autem non,quia forte non habebat,nec etiam induſtriam; quia ex induſtria nihil lucrabatur, cum eam non haberet,& tunc talia quæſita erũt ſucceſſoris in beneficio, non autem hæredis; quia pro eccleſia erat præſumptio:vt d.c.j.& in cap.j.de pecu.cle.Si verò vterque ſufficiens eſt ad acquirẽdum tam ex patrimonio, vel induſtria, quàm ex re eccleſiæ,vel occaſione eccleſiæ: & tunc talia quæſita erunt communia,& fiet diuiſio inter ſucceſſorem in beneficio & hæredem ipſius clerici ſecundum quantitatem redditũ vtriuſque. Exemplum, pone de patrimonio ſeu induſtria habebat in redditibus ducenta deductis ſumptibus, de redditibus eccleſiæ ſimiliter ducenta,deductis ſumptibus maximè expenſarum prælati pro alimentis, quę fieri debent de redditibus eccleſiæ.cap. cum ſecundum, de præbend. & fiet diuiſio æqualiter: ſi autem inæqualiter reſtabat de redditibus ex patrimonio ſeu induſtria & de redditibus ex re eccleſiæ ſeu occaſione eccleſiæ:tunc de quæſitis fiet inæqualis diuiſio, puta veriſimiliter de redditibus patrimonii vel ex induſtria reſtabant deductis ſumptibus centum; de redditibus verò eccleſiæ, vel occaſione

Source : BIU Cujas

caſione eccleſiæ ducenta maiorem portionem in illis quæſitis habebit ſucceſſor in beneficio, quàm hęres; quia hæres habebit tertiam partem, & ſucceſſor in beneficio habebit duas partes de tribus, & ſic econtra, ſi plus veriſimiliter reſtabat deductis ſumptibus, vel redditibus ex patrimonio ſeu induſtria clerici; quam de redditibus eccleſiæ, vel occaſione eccleſiæ; quia tunc maiorem partem habebit hæres, ſecundum ꝙ veriſimiliter reſtabat de redditibus patrimonii, vel ex induſtria, quā ſucceſſor in beneficio, cui veriſimiter deductis expenſis minus reſtabat: & ita poſſumus dicere in caſu noſtro per eaſdem rationes; quæ diuiſio & conſideratio eſt multum rationabilis, vt dicit in d.c. 3.de pec.cle.& prædicta vendicant ſibi locum, quando nō ſunt celebrata inſtrumenta cantantia magis in perſonam vnius alterius: ſi verò de dictis acquiſitis eſſent celebrata inſtrumenta cātantia forte in perſonam patris, eius erunt dicta acquiſita.C. de rei vend.l.ſi ex ea.C.de don.inter vi.l ſi de tua.C.com.vtri.iudi.l. ſi patruus.& l.ſi defunctus.C.arbit.tut.tamen de 20.partibus pre
107 tii vni filio reſtituet 6. partes, & alteri filio 6.alteras partes † cū illud quod quęrit filius ex opera & induſtria ſua, ſibi, non autem patri quærat: vt dicit Bart. in filio mercatore lucrante cum pecunia patris & ſuis operibus.l.j.§.nec caſtrenſe de colla.bo.& l. cum oportet.C.de bon.quæ libe.& æquitas hoc dictat, vt dicit Bald.in l.certum.C.fam.erc.& fa.text.inſtit. per quas perſo. not. acqui.§.quæ autem. ne ꝙ ei filio ſuis laboribus vel proſpera fortuna acceſſit hic in alium &c.& in d. l. cum oportet. ibi. & filii non lugebunt, quæ ex ſuis laboribus ſibi poſſeſſa ſunt in alios transferenda, vel ad extraneos, vel ad fratres ſuos, quod etiā grauius multis eſſe videtur, & per hanc rationem ſi filius vnà cum patre plantat vineam in fundo paterno, vel ædificat domū, vel reficit, filio debent refici, quantum fuit de ſuo expenſum, vel ex redditibus, vel ex operibus filij.

108 † Trigeſimoquintò quæro, plures ſunt ſocii, qui in variis locis negociationes & exercitia ipſorum geſſerūt, fecerunt libros rationum, poſt aliqua tempora diuiſerunt ſocietatem morte, renunciatione, vel aliter, & reuiſa ac calculata ratione, dubitatur, apud quem debeant iſti libri deponi. Deciſio huius quæſtionis dependet ex his, quæ hñr in l.ſi quæ ſunt cautiones.cum ſe.ff fa. er.vbi formaliter ſic dicit tex.ſi quæ ſunt cautiones hæreditarię, eas iudex curare debet, vt apud eū maneāt, qui maiore ex parte hęres ſit cęteris deſcriptū & recognitum faciat cautione interpoſita, vt cum res exegerit, ipſę exhibeantur, ſi omnes ijſdē partibus hæredes ſint, nec inter eos conuenit, apud quē potius eſſe debeant, ſortiri eos oportet, aut ex conſenſu, vel ſuffragio eligē dus eſt amicus, apud quem deponantur, vel in ęde ſacra deponi debent, ita formaliter di.ibi tex. patet ergo ex prædictis quantū ad caſum noſtrum, ꝙ libri ſocietatis, qui ſunt communes, debēt deponi apud illum, qui habet maiorem partem ratione maioris intereſſe, debetq; ipſe cæteris ſcripturam & recognitionem facere, & cauere ipſis, vt cum res exegerit, ipſi libri exhibebuntur, & ſi omnes ſunt pares, aut inter eos cōueniant, apud quem deponantur, aut ſi non poſſunt concordare, ſorte, vel conſenſu eligant amicum fidum, apud quem deponātur, & vltimo loco ſi aliter non poſſunt concordare, deponant in æde ſacra: vt d.l. ſi quæ ſunt cautiones. in fi. & arbitror in hoc multum arbitriū boni viri verſari, vt prouideat, ꝙ ſcripturæ ſtent apud perſonā fidam, quæ nullam committere poſſit in eis falſitatem, aut magnitatem, & vt poſſit neceſſitate ſuadente fieri copia aliis & eos cautos teddere: nam in ſocietatibus multum arbitrium boni viri verſatur.ff. pro ſoc.l. ſi ſocietatem mecum. l.pro ſoc.arbiter. proſpicere debet cautionibus in futuro damno vel lucro. l. interpoſita.& l.quid enim ſi Nerua.

109 † Trigeſimoſextò quæro.Bononienſis quidam habens bona cum Titio fratre ſuo viuens fecit teſtamētum, in quo ſuum pupillum hæredem inſtituit, & dictum Titium eidem tutorem dedit & inter cætera diſpoſuit per hæc verba. Item iubeo reſtitui per Titium fratrem meum omne id, & quicquid ego & dictus Titius, vel alter noſtrum recepiſſemus, vel habuiſſemus illicite à quocunq; de bonis communibus meis & ſuis, ſecūdum ꝙ ipſi Titio placuerit.& de hoc ſtetur dicto ipſius Titij &c. Poſtea verò in codicillis diſpoſuit, ꝙ dictus ſuus filius debeat ſtare & morari cum dicto Titio fratre ſuo cōmuniter vſque ad ætatem 25. annorum completam, modò cum d. Titius tempore teſtamenti, & codicillorum, & poſtea habuit magnam familiam. dictus verò pupillus paruam, & quaſi nullam. & d.pupillus ſtetit cum dicto Titio nulla facta diuiſioſie, quæritur, an d.pupillus debeat aliquid rehabere a d.Titio: quia plus fuit impenſum in familia d.Titij: & quid importent d.verba, ꝙ debeat ſtare cum eo. Secūdo cum d.Titius ſuo iuramento aſſerat ſe multa ſoluiſſe pro male ablatis, an ſuo dicto ſit ſtandum, ſi non dicat quid. Circa primum dicitur, ꝙ d.verba nihil importent, niſi quatenus pupillo ſit vtile.ff.vbi pu.edu.de.l.j.§.j.verſi.teſtator ſtatuit, vbi pupillus debeat morari, ſtatur eius voluntati, quatenus pupillo eſt vtile. Præterea iſta verba, ꝙ debeat morari cum dicto Titio vſque ad ætatem 25.anno. videtur adiecta in fauorem ipſius pupilli, & d. Titio nullum commodum debet afferre.ff. ad Treb. l. Seius Saturninus, & quod ibi no.ff.de vſu.l.in fideicommiſſi.§.cum Pollidius. ecōtra videtur, ꝙ dicta verba importent, ꝙ oīa bona ſint inuicem cōia, dixit enim teſtator, debeat morari cum dicto Titio cōiter, ex quo cōio bonorum videtur importare.ff.de leg.2. l.ſi.§.Lucius.ff.ad Treb. l.Lucius. in princ. his ſic allegatis dico, ꝙ verbum ſignificans cōionem refertur qñq; ad res, ſeu ad bona; & tunc ſine dubio ſignificat, vt ipſa ſint cōia bona ęqualiter, vt dictis iuribus, qñq; verbum, cōio, refertur ad alium actum, vt in caſu propoſito, vbi cōiter refertur ad ſtare & morari, & tunc verba ſunt dubia: poſſent enim intelligi, ꝙ ſolum expenſæ victus fierent communiter.i.æqualiter, & æqualiter quilibet conferret.ff.de colla.bo.l.j.circa prin.& l.3. in fi. & iſtud ego crederē eſſe verum in dubio in pluribus habentibus patrimonium diuiſim: vt dicimus in pluribus ſcholaribus, qui ſtant & morantur cōiter.i.ęqualiter ad victum conferunt, vt dictis legibus; ſed qñ iſta verba referuntur ad plures habentes patrimonium cōe, vt fuit in quæſtione noſtra, tunc credo, ꝙ iſta verba debeant intelligi, ꝙ omnes fructus cōiter & æqualiter percipiantur & æqualiter expendantur, & ille Titius ratione maioris familię plus ponere non cogatur: hoc probatur primò ex illo verbo, communiter, quod debet exponi.i.æqualiter: vt d.l.ſi.§.Lucius.de leg.2. vbi videtur caſus, & de duo fra.de no. benefi.inueſtit. c.duo fratres facit optimè.ff.pro ſoc.l.cum duobus alias incipit, ſi fratres. hoc etiam fortificatur, ꝙ dicere viuere cōmuniter hoc importat, ꝙ ratione maioris familiæ à dicto Titio plus non exigatur, per l.ſi §.fi.ff.de doli exceptio. vbi teſtator grauauit vnum: vt parem rationem faceret cum ſuis hæredibus, quod exponitur ibi per gloſſ. j. pro ſua parte eis non conueniat: cum communiter idem eſt dicere, quod æqualiter, ſeu pariter, exponatur ergo ꝙ dictus pupillus dictum Titium pro dictis fructibus vſque addictum tempus non conueniat, & iſtam interpretationem adiuuat mens teſtatoris, quæ colligitur ex eo, ꝙ ipſe in ſua vita fecit cum fratre ſuo, & verba dubia fideicommiſſi declarantur. l. damnas.§.fi.de vſu.leg.de admi.le.l.pen.de lega.j.l.ſi ſeruus plurium.cum ſi. Super ſecundo dubio videtur, ꝙ dicto illius Titij ſit ſtandum, ſecundum ꝙ teſtator voluit.l. Theopompus.ff.de dote præleg.vbi videtur caſus, de teſta.c.cum tibi. Econtra videtur ꝙ non; quia iſta voluntas videtur captatoria, per quam teſtatoris voluntas ad ſecretum voluntatis alienæ confertur, & ſic à iure reprobatur.l.captatorias.C.de hæredi.inſtitu. ff. de leg.primo.l.captatorias. Breuiter ſuper iſto puncto debemus examinare de viribus verborum. Primò, quid importent iſta verba, ſecundum ꝙ ipſi tutori placuerit. Secundò, quid importent iſta
110 verba, & de hoc ſtetur dicto ipſius Titii. † De primo dic, ꝙ verba placuerit intelliguntur arbitrio boni viri.ff.de fideicom.lib. l.Thais ancilla.§. ſi ſororem. vbi expreſſum & eodem titu.& l. §.Lucius.& hoc attento apparet, ꝙ adminiſtrationi ipſius Titij non eſt ſtandum, niſi quatenus vir bonus arbitretur, & hoc eſt iudex, qui dicitur vir bonus.l.vir bonus.ff. iudic. ſo.l.continuus. §.cum ita.ff.de verbo. obliga. ff. de iniur.l.ſed ſi vnus. §. ait prætor.& not.in l.ſi ſocietatem.§.arbitrorum ff. pro ſo. ſed vir bonus non arbitraretur, niſi quatenus conſtaret & probaretur legitime ab aliquo corū l.illicitas.§. veritas.de offi. præſi.ergo &c.
111 † De ſecundo cum dicitur, ꝙ ſtetur eius dicto &c. dico ꝙ dictū dicitur, quod nuda aſſertione profertur.l ſciendum.§.dictum ff. de ædil. edi. & in meram voluntatem videtur conferri magis, q̄ in boni viri arbitrium, ar.l. Thais.§. Lucius. de fideicom. li. ſed hoc apparet, an debeat & cui debeatur, confertur in voluntatē dicti Titij: & ſic talis diſpoſitio eſt ipſo iure nulla: vt d.l.captatorias. & l.captatoriæ, in quibus eſt caſus. Non ob.l. Theopompus. quia ibi loquitur fauore dotis.l.poſt.§.gener.ff. de iure do. Præterea teſtator poſuit in voluntatem alterius, ꝙ ille decipere nō poſſit, vt ibi patet. Nō ob c.cū tibi, quia debet intelligi ſm diſtinctionem iuris ciuilis, vel ibi loquitur tātum modo in relictis ad pias cauſas, ſed magis eſt relinquere alteri debitum. Præterea ad hoc facit, quod quidam in contractibus dicunt, ꝙ ſi promitto ſtare ſimplici dicto tuo, nō valet, nec tenet hoc, gl. Cy. in l.ſi qs in conſcribendo. C.de epiſ & cle & tangitur in Spe.de proba. §. nunc videndum. ver. quid ſi. ſed Dy. dicit, ꝙ tale pactum valet, videlicet ſi malè arbitretur reducetur ad arbitrium boni viri, vt ipſe not.de præto.ſtipu.l. fin. Ego tamen dico in caſu propoſito talem diſpoſitionem nullius eſſe momenti, & aſſertioni dicti Titii ſtandum non eſſe. Iſta ſunt verba Bar.in conſilio, quod incipit. Bononienſis quidam.

112 † Trigeſimoſeptimò quæro, quidam dedit ad coptumū in q quennium quoddam potere more noſtro, in quo erant oliueti, vineę, & etiam terrenum laboratorium pro 20.ſalmis grani, 30. cadis vini, & 8. mediolinis olei anno quolibet, durante dicto quinquennio contigit, ꝙ propter intemperiem aeris, & pruinā vltra ſolitum in hyeme oliuetū eſt deſiccatū, & ſic arbores vel vinea eſt deſiccata, & ſic vites. Modò dicit locator, reſpondeas mihi de vino, & oleo, dicit ille conductor, oliuetum caſu fortuito eſt deſiccatum, uinea eſt deſiccata, adeò quòd quaſi nihil recolligi poteſt de oleo vel vino. Dicit locator quid ad me? Remiſſio mercedis non debet fieri, niſi propter ſterilitatem ma-

Source : BIU Cujas

gnam,quando non colligitur medietas fructuũ eius, quod con ſueuerit percipi, vt plenè habetur in c. propter ſterilitatem. de loca l.licet.C.loc.vbi per Bald.ff.loca. l. ex conducto. §. ſed & ſi labes.ibi omnemq; fructum tulerit damno coloni non eſſe,ne ſupra damnum ſeminis amiſſi mercedes agri præſtare cogatur. l.ſi merces.§.vis maior.ff.loca. ibi ſi plus quam tolerabile eſt læſi fuerunt fructus:modicum enim damnum colonus ferre debet: vt ibi dum dicit text. Alioquin modicum damnum æquo animo ferre debet colonus, cum modicum lucrum nõ auferatur. facit eo.titu.l habitatores. ibi aliquam partem paruulam incõmodi ſuſtineret.facit. l.ſi vno. §. cum quidam. ff. loca. vbi dicit tex.cum quidam de fructuum exiguitate quęrerent, non eſſe rationem habendam eius reſcripto diui Antonini continetur, & glo.dicit ibi,niſi ratione ſterilitatis.Ad idem facit text. in d. l. ſi vno §.item alio.vbi dicit tex.Item alio reſcripto cõtinetur, nouam rem deſideras: vt propter vetuſtatem vinearum remiſſio tibi detur. & iſta pars videtur probari per id quod dicit Bald. in l.licet.C. loca. vbi dicit, ꝙ ſi vniuerſa locatio inſpecta emergat tolerabile damnum,non fit remiſſio mercedis:ſecus ſi intolerabile eſt vltra dimidiam iuſtæ mercedis, quod in vno anno planum eſt,ſi in frumento nihil recollectum eſt, in oleo ſuppletũ eſt; quia totius anni vnus fructus eſt.ff.ſolu.matri.l. diuortio. §. quod in ſemẽtem. quia velamine vbertatis pauperas aboletur, ſunt verba Bald. ex quibus videtur deciſio prædictæ quæſtionis. His tamen non obſtantibus,ſalua veriori ſententia, puto in caſu,de quo quæritur,remiſſionem fiendam pro rata,quando dictum oliuetum deſiccatum eſt in totum, vel in magna parte, adeo ꝙ magnũ damnũ inferat, vel vinea deſiccata tota eſt, vel in maxima parte, adeo ꝙ graue damnum inferat, & ſic deſiccati ſunt arbores ſeu vites, & per conſequens caſus venit in arboribus,ex quibus percipiebantur fructus, nõ in fructibus: facio eñ differentiam, an ſterilitas veniat in fructibus, an verò veniat in re,qua fructus percipiuntur:quia forte calmate periit,vel colo-
113 nus re locata ac fructibus percipiendis vti non poterat.† Primò enim caſu,quando ſterilitas venit in fructibus: & tunc habet locum.c pp ſterilitatem. cum cõcordantiis, de quibus ſupra,quia ſi damnum eſt intolerabile,regulariter fit remiſſio mercedis:vt ſupra,& non dicitur damnum intolerabile, qñ damnum eſt in vno fundo, & poteſt reſtaurari in alio eiuſdem conductionis, vel damnum eſt in oleo,& poteſt reſtaurari in frumento,vt ſupra dicit Bal.ſi autem ſterilitas,ſeu caſus venit in re ex qua percipiebantur fructus, & tunc ſi modicum eſt damnum ſeu incommodum, nõ fit remiſſio mercedis: vt in iuribus ſupra allegatis; quia de minimis non curat prętor.l.ſcio ff.de reſti.in integrum. ſi autem damnum non eſt modicum,vt in quæſtione propoſita, licet non aſcendit ad dimidiam penſionis, quæ ſoluebatur, vel fructuum,qui conſueuerant recolligi,& tunc puto fiendam remiſſionem pro rata. & ideo ſi damnum eſt in oliueto, quod caſu fortuito eſt deſiccatum,licet non ſit in ſegetibus, vel in vinea:tñ puto fiendam remiſſionem mercedis pro rata. Similiter ſi damnum eſt in vinea,quæ caſu fortuito eſt deſiccata, puto ſimiliter fiendam pro rata remiſſionem mercedis, licet vna eſſet locatio,quæ continebat vineam,oliuetum & prædia pro ſegeti
114 bus,& damnum non ſit in oliueto,nec in ſegetibus;† quia cum conductor impeditur vti re conducta caſu fortuito, vel culpa locatoris in totum vel in partem fit remiſſio mercedis pro rata eius, quo impeditur conductor uti ipſa re locata. Nec conſideratur,utrum damnum ſit intolerabile eo modo,quo conſideratur in ſterilitate, qñ ſterilitas uenit in fructibus,dummodo damnum non ſit modicum.ff.loca. l. ſi domum. §. in exuſtis ibi.eius temporis,in quo ædificium eius ſteterit,mercedem præſtandam. l.ſi uno.§.ubicunq; ibi ſed in mercedis exonerationem pro rata, & l. ſed & addes. §.ſi quis cum in annum. l.ſi merces.§.ſi uicino.ibi.& de mercibus quoq; ſi cum eo agatur reputationis ratio habenda eſt.eadem intelligimus,ſi oſtia & feneſtras nimiũ corruptas locator nõ reſtituat,& l.habitatores.& l.qui inſulam. ibi. reſpondi ſi uitioſum ædificium neceſſariò demoliturus eſſet pro portione quanti prædium locaſſet; quia eius temporis habitatores habitare non potuiſſent rationem deduci.l.ſi fundus.in princ.& §.nam & ſi colonus.eo.tit. & ad hanc diſtinctionem facit,quod no.Imo.in d.c.propter ſterilitatem.ſuper glo j.ibi. etiã ſemen non ſuperſit,ubi formaliter ita dicit, qñq; uerò colonus allegat fundi caſmaſitatem,ut quia dicit,ꝙ caſmate hoc eſt terræmotu,uel ruinoſitate periit fundus, & tunc debet fieri remiſ-
115 ſio per id,quod hĩ in l.ex cõducto.§ ſed ſi ager ff.loc. † qñq; colonus allegat fructuum utilitatem;ut quia parum ualeat,licet in magna copia fuerint percepti, & tunc non poteſt peti remiſſio: quia non poteſt dici tunc fuiſſe ſterilitatem, ſed potius abundãtiam: qñq; allegat fructuum uitioſitatem, ut quia non ſunt ita bona,prout erat cõſuetum, forte quia uinum eſt magis acerbũ, uel frumentum non eſt ita benè granatum ſicut conſueuit, & tunc ſimiliter non fiet remiſſio mercedis.l.ſi uno.§.cum quidã. & d.l. ex conducto. §. j. qñq; allegat colonus fructuum paucitatem,& tunc ſi non eſt tanta,ꝙ inducat ſterilitatem,& ſic afficiatur magno incommodo,non fiet remiſſio.l.ſi uno.§. cum quidam.ff.loco qñq; allegatur damnum in fructibus pp poſſeſſiones, puta vineę neruſtatem, uel aliam ſterilitatẽ, quam perpendere potuit conductor,& tunc etiam non eſt fienda remiſſio: ut d.l. ex conducto.§.j & ſe. & idem etiam ſi ſit aliqua ſterilitas cõſueta,& tunc ſimiliter non fiet remiſſio mercedis;cum conductor uidetur ueriſimiliter illam ſcinuſſe.facit, quod hĩ in d.l.ex conducto §. ſed ſi ager. & ſe. iſta ſunt uerba Imo. ex quibus patet, ꝙ qñ colonus allegat damnum; quia caſma uenit in re. fit remiſſio mercedis: ſimiliter qñ uenit damnum in fructibus occaſione poſſeſſionis,& colonus ueriſimiliter nõ potuit ſcire, ut in caſu noſtro,ar.à contrario ſenſu,dum Imo.dicit,ꝙ qñ damnũ uenit in fructibus occaſione poſſeſſionis,ut pp uineæ uetuſtatem, uel aliam ſterilitatem,quã perpendere potuit colonus,non fiet remiſſio mercedis, ergo à ſenſu contrario ſi colonus nõ potuit perpendere,fiet remiſſio. Cum ergo in caſu noſtro damnum & ſterilitas non uenit in fructibus,ſed in re, ex qua percipiebantur fructus,ut in oliuis.i.arboribus,quæ caſu ſunt deſiccatæ,& nihil amodo percipietur per multos annos, forte ſemper, uel in uinea ut ſupra,& iſtum caſum cõductor non potuit perpendere, igitur ſiue ueniat in parte rei, ſiue in tota re,dummodo non ſit modicum,debet fieri remiſſio mercedis pro rata,licet illud dãnum reſpectu fructuum non ſit tñ, quantum requiritur, ꝙ ſit, qñ uenit ſolum in fructibus: ut fiat remiſſio mercedis pp ſterili
116 tatem fructuum † tenetur enim locator facere, ut colonus uel inquilinus poſſit frui re locata, aliàs fit remiſſio mercedis, ſiue hoc non poſſit facere pp caſum fortuitum uenientem in re locata,ſiue pp caſum fortuitum uenientem ex parte locatoris. ff. loc.l.ſi quis domum.in fi. l.habitatores. l. qui inſulam cum aliis ſupra allegatis,cum ergo in caſu noſtro locator non poſſit facere, ꝙ conductor poſſit uti frui re locata propter caſum contingentem in ipſa re locata,licèt ſine culpa locatoris,debet ſibi fieri remiſſio mercedis pro rata,ut dictis iuribus: & iſta opinio uideſ;conſona iuri & æquitati:nã aliàs dictus conductor non poſſet percipere uinum;quia uinea eſt deſiccata,uel nõ poſſet percipere oleum;quia oliuæ ſunt deſiccatæ, & nihilominus ſolueret olium,uel uinum de ſuo proprio, quod abſurdum vĩ, & locator lucraretur cum iactura conductoris,contra l. nã hoc natura.ff.de condi. inde.& contra veriſimilem intentionem par-
117 tium.l.ſi qnis nec cauſam.ff.ſi cer. pet. † Non ob.c pp ſterilitatẽ cum aliis concordantiis in contrarium allegatis;quia loquitur in ſterilitate contingẽte in fructibus, non autem in caſu fortuito veniente in re locata, cuius cauſa conductor non poteſt ea vti in totum,aut in partem, in quibus eſt ratio diuerſa & diuerſa iuris diſpoſitio.Non ob.ꝙ pro modico damno non fit remiſſio;quia fateor, ſed in caſu noſtro non eſt modicum damnum, immo magnum,licet non tale quale requiritur,ut fiat remiſſio,
118 qñ ſolũ ſterilitas uenit in fructibus.† Non ob. l.ſi uno.§ cũ quidam. ubi propter exiguitatem fructuum non debet fieri remiſſio mercedis;quia id ꝓcedit,qñ ſterilitas uenit in fructibus, quo caſu propter exiguitatem fructuum perceptorum nõ fit remiſſio mercedis, niſi qñ eſſet ſterilitas fructuũ, de qua ſupra dictũ
119 fuit:vt ibi dicit glo.† Non ob.ea.l.§.item alio quia ibi loquitur in uetuſtate uineę,quam colonus tenebatur propagare,ut ibi dicit glo.aliàs eſt in culpa colonus,& non conuenitur de ſua culpa;quia non propagauit,prout tenebatur, ut reportet commodum, ut ibi dicit gl. nos autem loquimur in uinea deſiccata ca-
120 ſu ſine culpa coloni.† Non obſt.quod dicit Bald. in d.l. licet, ꝙ ſi non recolligitur frumentum & colligitur oleum, ſuppletur in oleo,ut non dicatur ſterilitas,& ſic non fiat remiſſio mercedis;quia id procedit,quando ſterilitas uenit in fructibus non in re locata:quia eo caſu ſi non recolliguntur fructus in uno fundo, ſi recolligitur in alio, uel non recolliguntur frumenta, tamen recolligitur oleum, fit ſuppletio:quia omnes ſunt fructus unius,& pro uno fructu habẽtur omnes:ut d.l diuortio §.quod in ſementem. Nos autem loquimur, quando caſus fortuitus uenit in re locata, ex quo conductor non poteſt uti frui re locata,immo patitur incommodum & damnum;quia licet ſit abſq; culpa locatoris,ſiue ueniat in parte rei,ſiue in tota re, fit remiſſio mercedis pro rata, dummodo non ſit modicum damnum: quia de minimis non curat prætor:ut ſupra concludit ergo,ꝙ ſi eſt deſiccatum oliuetum modo prædicto, debet fieri remiſſio olei ꝓ rata. Si eſt deſiccata uinea, debet fieri remiſſio mercedis uini pro rata,ſaluo tamen uerior iudicio.

121 † Trigeſimooctauò quæro, ſcholaris fecit impenſam in infirmitate uel funere alterius ſcholaris ſui ſocii, ueniunt parẽtes & repetũt libros ab iſto ſocio.Quæritur, an cogatur reſtituere nõ ſatisfacto ſibi prius de expenſis.Bal. ponit hanc quæſtionem in l.in reſtituendo. C.de petitione hæreditatis. & dicit quòd nõ.

SVMMARIVM.

1 *Societate finita adminiſtrationis ratio reddi debet.*

2 *Rationem geſtionis reddere debet qui geſſit, & prius conueniri debet.*

3 *Socius qui exegit alteri ſocio qui non exegit communicare tenetur.*
Rationes reddere eſt non ſolum libros rationum edere, ſed reliqua in medium proferre.

4 *Rationum reddendarum appellatione ſcrupuloſa etiam inquiſitio venit.*

5 *Ratio-*

Source : BIU Cujas

5 *Rationum redditio quid in se continere debeat.*
Fęneratori dicenti se non feciſſe libros rationum non creditur.
6 *Actio pro ſocio eſt bonæfidei, & ideo in litem iuratur.*
7 *Ratio ſi reddatur in cartis & non in codicibus dolum præſumptum edentis oſtendit.*
8 *Sacramento edentis rationes quando credatur.*
Ratio quomodo edi debeat.
Codices quandoque calendarij vocantur, & quare.
Proteſtatio non ſufficit, vbi factum exigitur.
9 *Libris an ſit ſtandum in totum ſi ſocius partem approbat, an verò ſcripturę librorum pro parte acceptare poſſit, & pro parte non.*
Ratio ſi alicui reddi debet, debet illi admitti ad probandum contrarium eius, quod ſcriptum eſt.
10 *Socij librum rationum de datis & receptis facere debent, & quomodo ei credatur.*
Literas acceptans in eis contenta facere videtur, ſecus ſi non receptet.
11 *Mercator recipiens pecuniam ad dimidiam lucri & damni à dante ante annum moleſtari debet.*

Circa duodecimam partem principalē quis rationem geſtionis reddere teneatur.

1 † Dic, ꝙ non eſt dubiū, ꝙ inter ſocios finita ſocietate ratio adminiſtrationis reddi debet, vt per Bal. in l. tādiu. C. pro ſoc. & in rub. eo. tit. & in l. j. C. vt act. ab hære. & contra hæred. & l. act. verſ. Labeo. ff. pro ſo. ad hoc, vt appareat qualiter ſit geſtum, & quantum ſit lucrum, & quātum damnum, ſicut in tutorem dicimus, vt videatur ratio geſtionis, vt per hoc appareat, qualiter geſſerit, & ad quid teneatur pupillo, & verſa vice ad quid teneatur pupillus tutori. j. ff. de tut. & ra. diſtra. l. j. ff. de contraria ac. tu. Euētus enim iſtius cauſæ, qua petitur ratio geſtionis adminiſtrationis ſocietatis aliis examinandis dabit initium, vel negabit, cum per hoc appareat, an aliquid ſit reſtituēdum vel ſimile. de elec.
2 c. ſi forte. in 6. † Et dic, ꝙ ille, qui geſſit rationem geſtionis reddere debet, & ille prius debet conueniri, vt dicit gl. in l. creditor. §. duobus. ff. man. & in ſimili dicitur in tutoribus. l. j. C. de tranſa. & per gl. in l. ex perſona. C. de proba. quæ enim in tutoribus dicuntur, & in priuatis adminiſtratoribus intelliguntur ſecundū Petr. de Peruſio in conſi. quod incipit, non poteſt allegari ſuſpectus. in 12. lib. conſiliorum. char. 177. & hoc modo forte intelligitur tex. in l. verum. §. ſi cum tres. ff. pro ſo. vide Spec. in titu. de iudi. §. ſequitur. ver. quid ſi. & vi. l. qui portio. §. procurator. ff. de procu. Item ſi ſocii vnum cōem maſſarium ſiue fancellum conſtituerint, is pro rata ab omnibus ſociis conueniendus eſt: vt d. §. ſi cum tres. & l. actione. § ſi cōis pecunia penès aliquem ſocio
3 rum ſit. † Item ſi vnus ex ſociis exegerit partem ſuam, alter verò ſocius ſuam exigere nō poteſt; quia fancellus, ſiue maſſarius non eſt ſoluendo propter æqualitatem ſeruandam, tenetur ſocius, qui exegit partem, quam recepit, cōicare: vt d. § ſi cum tres, quia non eſt æquum, ꝙ vnus ſocius conſequatur plus vel minus quàm alius. l. ſi non fuerint. ff. pro ſoc. Et ad euidentiam huius
12 partis principalis præmittendum eſt, ꝙ ſocius ſo. de geſtis. & adminiſtratis per eum tenetur reddere rationem. ff. de eden. l. quædam ſunt perſonæ. in princ. reddere autem rationes eſt non ſolum libros rationum edere, ſed reliqua in medium proferre, hoc dicit tex. in l. boues. ff. de verb. ſignifi. §. fin. ff. de condi. & demonſt. l. qui ſub conditione reddendarum rationum. & l. cum ſeruus. ff. de manu. te. l. ſi ita fuerit. §. ſi verò. & l. qui filium impuberem. §. item quęſitum. de tute. & ra. diſtra. l. j. §. officio. de fideicom. lib. l. Thais. §. ſorore. §. Stichus & Damas. & §. Titius ſticho. & l. ſi pater duos. §. Sticho. & ff. de ſtatulib. l. ſi ſtatulibera petit. §. fi. & l. ſeruus ſi cohæredi. §. Imperator. & l. ſticho libertas. §. ſi ſeruus teſtamento & ff. de condi. & demonſt. l. ſi cui libertas. & ff. de libe. leg. l. nō ſolum §. is qui rationes. & l. ſi §. inter certam.
4 † omnes enim prædictæ leges dicunt, ꝙ nomine rationum reddendarum continentur, & certè etiam ſcrupuloſa inquiſitio cōtinetur, niſi remiſſa ſit. ff. de leg. j. l. ſi ſeruus vetitus. Ponderandū autem eſt, quæ & quales proferendæ ſint, & qualiter ratio reddi debeat, & an ſi non proferantur ſcripturæ, poſſit in litem iurari. Et circa primum ponderandi ſunt tex. dictarum legum: nam in l. cum ſeruus. dicitur, ꝙ proferēdæ ſunt rationes, quomodo proferri ſolent, ideſt offerendæ, legendæ, explicandę, computandę, quæ probè, vel improbè referantur, rectè, vel nō rectè accepta, vel data. Sed in l. qui ſub conditione dicitur, ꝙ qui tenetur reddere rationes, docere debet, fidem conſtare de omnibus, quę ab eo geſta ſunt: at in l. cui libertas. dicitur, arbitrium à conſulibus dandum, qui inſtrumēta videat, rationes calculet & approbet, vel damnet. Porrò in d. l. ſi ita fuerit, dicitur. volumina rationū
10 reddātur: ſed in l. qui filium dicitur, ex bono & æquo rationem reddat, quam bonus paterfamilias reciperet. At in l. ſi pure. dicit tex. de ſingulis inſtruere. ſed in §. Stichus & Damas. dicit cōtineri omne quoquomodo actum fidemq; reſpicere: ſed in l. ſtatulibera penè. §. fi. dicit volumina rationum reddenda, & percū
5 ctandas examinandas, & ſciendas rationes. † Et breuiter omnis redditio rationum in ſe bonam fidem habere debet, necnon ſolertiam & diligentiam, quam natura actus deſiderat. In quo etiam inſpicitur cōſuetudo tam generalis q̄ ſpecialis, verbi gratia ſi fęnerator, puta dicit ſe non feciſſe codicem rationum, ſed oſtendit quaſdam cartulas, ſeu foliatia, non eſt ei credendum: quia tacitè videtur ei mandatum, ꝙ conficiat codices, & quia ita ſe habet conſuetudo: vt not. Iaco. But. in l. j. C. de eden. fa. c. j. de vſu. in cle. & ar. ff. de pign. ac. l. vel vniuerſorum. vnde occul-
6 tare præſumitur codices rationum, qui eos non edit. † quapropter in actionibus bonęfidei, ſicut eſt actio pro ſoc. & ſimiles, iuratur in litem, arg. ff. de admit. tu. tutor qui repertorium. & hęc ſunt verba Iaco de Are. in l. j. §. officio. ff. de tut. & ra. diſtra. ſuper verbo edere. vbi ſic ait. pro hoc ſupra de admi. tu. l. Lucius. §. tutelæ. ſic & à quolibet adminiſtratore ipſe liber debet edi: vt ff. de lib. leg. l. j. §. inter certam. & ff. de manu. teſt. l. ſi ita fuerit. aliàs ſi non facit, tenebitur ad intereſſe declarandum per iuramentum in litem: vt ſupra de admi. tu. l. tutor qui repertoriū Iac. de Are.
7 † Ex his igitur apparet concludendum ſuper punctis præmiſſis, ꝙ editio facta in cartis foliatis, & non in codicibus rationum: vt fieri aſſolet, & debet, dolum præſumptum edentis oſtendit. Ideo ꝙ ſi codices rationum non edit, vt aſſolent confici, & debent iurare in litem, vt patet ex prędictis manifeſte. De calculatis autem & liquidatis partes iudicis ſunt, vt cogat debitorem ad ſoluendum: vt ff. de ſtatulib. l. ſtatuliber rationum. & ita debet vir bonus arbitrari, cui committitur iſta diſcuſſio, nec perfunctoriis ſcripturis, ſed codicibus ſolenniter & more conſueto confectis eſt danda fides: vt ſupra pleniſſimè probatum eſt.
8 & facit. C. de dona. l. ſi quis pro redemptione. † Eſt verum, ꝙ de quibuſdam minutis & lenibus iuxta qualitatem perſonæ poſſet credi ſacramento edentis, ſed non de grauibus & ponderoſis: vt not. per gloſ. & Docto. C. de iur. del. be. l. fin. § in computatione. extra de accuſ. c. qualiter & quando. & eſt expreſſum in d. l. qui ſub conditione. Illud notiſſimum eſt, ꝙ ratio edi debet à capite cum diebus & conſulibus. ff. de edend. l. argentarius §. edi. & l. ſi quis ex argentariis. §. rationem. & l. j. §. rationes. & l. prętor. in princip. & quia conſueuerunt in talibus codicibus rationum apponi calendæ in ſingulorum menſium initio, ideo dicti codices quandoq; vocantur calendarium: vt ff. ſi cert. peta. l. eius qui in Prouincia. in princip. porrò proteſtationes factæ in contrarium nihil operantur; quia factum vbi exigitur, non ſufficit proteſtatio: vt not. Bart. in l. prætor. §. ſi quis paratus. ff. de no. oper. nunc. non igitur ſufficit proteſtari, niſi omnes libri totius geſtionis proferantur in medium, & quòd veritas ſine vlla calumnia poſſit apparere: vt ſupra lariſſimè probatum eſt, plene itaque & ex fide ratio reddi debet. ff. mand. l. creditor. §. Lucius. & ita conſuluit Bald. & incipit conſi. In nomine domini. ad euidentiam præmittendum.

9 † Primò quæro, utrum ſit ſtandum ſcripturis librorum in totum, ſi ſocius approbat partem, an uerò poſſit ſcripturas librorum pro parte acceptare, & pro parte non. Et uidetur; quòd in totum debeat acceptare. ff. de adminiſt. tuto. l. cum quiritur. In contrarium uidetur, quòd poſſit acceptare acceptanda: ut ff. depo. l. Publia. §. fina. ff. de liber. leg. l. Aurelius. §. idem quæſiit. dicunt Doct. quòd circa idem capitulum uel connexum oportet, ꝙ acceptet totum, uel totum repudiet. Sed ſi capitula ſunt omnino ſeparata & diuerſa continentia, poteſt unum acceptare, & aliud repudiare, niſi iam acceptauerit, uel approbauerit totum codicem rationum; quia tunc tenetur acceptare id quod approbauit: ita no Cyn. C. de confeſ. l. unica. in 14. q. & C. de dona. ante nup. l. 2. & Bart. in §. idem quęſiit. Sed ego non recedo à text. quia quando pro parte aſſentit ſcripturæ & pro parte non conſentit in rationibus reddendis, iudex debet extimare & conſiderare ueriſimile: ut d. l. Publia. §. fi. & debet ſubtiliter inquirere ueritatem, ar. C. de ſent. quæ pro eo quod in l. j. Si autem non poteſt apparere iudici per alias coniecturas, debet conſiderare qualitatem ſcribentis. ff. de eden. l. ſi quis ex argentariis. §. 2. & ſi ſit bonus uir, & ſionæ famæ, & quantitas non ſit nimis magna ſtabit ſacramento ſuo: ut C. de do. l. ſi quis pro redemptione, & not. C. de iur. deli. l. fi. §. in computatione. & in c. qualiter & quā do. de actio. & in l. omnes. §. à barbaris. de re mi. in dubio autem ſtandum eſt diſtinctioni prædictorum, ſcilicet, ꝙ aut eſt unum capitulum, aut plura inſeparabilia: & tunc non poteſt pro parte approbari ſcriptura, & pro parte non, ſed in diuerſis locum habet ſeparatio. Ex his etiam concluditur, quid ſit in dubio, tamen ſi ille cui debet reddi ratio, uult probare contrarium eius quod ſcriptum eſt, debet admitti ad probandū: ut d. §. idem quęſiit. & ita conſuluit Bal. in conſi. quod incipit. in Chriſti nomine amen. cum duæ ſunt ſocietates.

10 † Secundò quæro, de ſcripturis ſociorum? Dic, ꝙ iſti dñt facere codicē rationū de his, quæ fiunt per eos de datis & ſuſceptis. ff. de eden. l. quædam. in prin. quorum ſcripturis inter ſeipſos ſocios ſi ſunt ueriſimiles, creditur, & nō eſt dubium, ꝙ cōtra ſcribentē creditur, ſed ēt pro ſcribente in his quæ ſunt connexa & ſubordinata & veriſimilia, arg. ff. depo. l. Publia. §. fi. & hic totum relinquitur arbitrio iudicis: vt ſentit do. Nico. de Mar. & tenet Bal. in rub. C. de ſi inſtru. ver. ſequit videre de ſcripturis ſociorū,

Source : BIU Cujas

Pet. de Vbal. De duobus fratribus.

& ibi etiam de literis tranſmiſſis de vno ad alium; quia qui acceptat literas, videtur fateri eſſe verum, quod continetur in eis, ſecus ſi non acceptat: vt l. Publia. §. fi. & l. ſi filius. ad ma.

II † Tertiò quæro, mercator recepit pecuniam ad dimidiã lucri & damni, demum moleſtatur à dante: quia vult videre rationẽ omni menſe, an poſſit cõpelli. & dico ꝙ non ante annum. text. eſt ſingu. l. neminem. C. de ſuſcep. & archa. lib. 11. quem ad hoc alle. Lud. Pont. in ſuis ſingularibus, in litera M.

SVMMARIVM.

1 *Præſcriptio an currat contra ius reddendi adminiſtrationem.*
2 *Ratio ſociorum quando reuideri debeat.*
3 *Termini fundorum vicinorum qui ſteterunt per 30. annos non turbati ſi turbentur, an actio moueri poſſit.*
Diuiſio an peti poſſit per alterum eorum, qui in communione per 30. annos ſteterunt.

1 Circa decimamtertiam partẽ principalem, an & quando iuri reddendi rationem adminiſtrationis præſcribatur. Dic ꝙ cum actio pro ſocio, vt reddatur ratio adminiſtrationis, nõ ſit nata durante ſocietate, ſed demum ea finita. l. tandiu. C. pro ſo. l. act. ff. eo. & per Bald. in d. l. tandiu. & in l. j. C. vt ac. ab hæred. durante ipſa ſocietate nõ incipit currere præſcriptio, ſed demũ ea finita. nec poteſt obiici, cur non renunciauit, ex quo renũciare potuit, ſm Gloſam in l. j. C. de an. ex. in ver. pro ſocio. ibi. durãte ſocietate, idem voluit Bal. in l. in rebus. C. de iur. do. & l. quo. C. de precib. Imperato. offeren.

2 † Primò quæro, qñ ratio ſociorum debeat reuideri? Dic ꝙ de anno in annũ amicabiliter, non dico dictato iudicio; quia tunc ſolueretur ſocietas: vt d. l. ac. ſecundum Bart. Ita not. ff. pro ſo. l. Mutius. niſi aliud in pactis eorum caueatur. Tu dic ſecundum Bald. in rub. C. eod. ꝙ ratio reuideri debet, quãdocunq; ſine calumnia petitur: vt no. C. eo. l. tandiu. quod ſatis placet: quia multotiens expedit ſocietati intentare actionem pro ſo. etiam durante ſocietate ad alium finem quàm ad diuidendum: vt dicetur infra proxima parte principali, & habetur per Bal. in d. l. tãdiu. puta ſi petitur, vt reddatur ratio adminiſtrationis durante ſocietate, vt ſocius, qui adminiſtrauit, conferat in cõmuni corpora ſocietatis reliqua, & ſic patet, quòd non fuit intentata ad videndum, ſed ad conferendum.

3 † Secundò quęro, habemus duos fundos vicinos, termini ſteterunt 30. annis non turbati, poſtea turbantur, quæro, vtrum iſta actio poſſit moueri. Reſpondeo ſic; quia actio finium regũdo. non potuit prius apponi pro finibus dirigendis, cum fines ſtarent, vt debeant, nunc autem incipit naſci, ergo nunc incipit præſcriptio ſecundum Iaco. Butr. in l. fi. C. fin. re. Similiter quæſtio fuit formata in actione communi diuidũdo. Quidam ſteterunt in cõmunione per 30. annos, vnus iſtorum vult poſtea petere diuiſionem, quæritur, nunquid poſſit. glo. dicit ꝙ non in l. fi. C. cõi diui. Sed veritas eſt in contrariũ; quia non eſt verum, ꝙ ſola cõmunio pariat aduerſarium, niſi quis faciat ſe aduerſariũ contradicendo diuiſioni. Item cum vterq; poſſideat pro indiuiſo, contra poſſidentem non currit præſcriptio. Item cum per pactum nõ poſſit fieri, ne perpetuo diuidatur, nec poteſt fieri per præſcriptionem. Item præſciptiones ſunt introductę ad lites tollendas, modo ſi per præſcriptionem induceretur perpetua comunio iſtud nõ eſſet litem tollere, ſed augere, quas materia cõmunionis ſolet excitare. Item communio & poſſeſſio pro indiuiſo eſt cauſa actionis producendæ, ergo non debet eſſe cauſa eius tollendæ. Ex quibus rationibus & aliis quæ poſſent adduci, vera concluſio eſt, ꝙ vtroq; poſſidente non currit præſcriptio, ſed altero tantum poſſidente, ille bene poteſt præſcribere 30. annis, ſecundum Bald. in d. l. fi. C. fi. re.

SVMMARIVM.

1 *Actio quæ in ſocios competat, quando vnus ab altero conuenitur, & ad quid competat.*
Actio pro ſocio an durante ſocietate competat.
2 *Actio pro ſocio ad quæ intentetur.*
3 *Actio pro ſocio actionem legis Aquiliæ tollit.*
4 *Socius quando furti teneatur.*
5 *Actio pro ſocio contra ſocium datur: vt patiatur me vti re ad illum vſum, cuius gratia apta eſt.*
46 dubii arg.ſic,certum eſt † ex perfecta charitate & ordinata quis acquirit ſibi,& non aliis.l.præſes.C.de ſeruit. & aqua.ff.de arbi.l.
47 licet.ff.de procura.l.filiusfam.§.fi.& l.ſeq.& ſic † quilibet præſumitur velle lucrari.l.ſi defunctus.C.arbi.tute. ff.de vſufruc.l.fin. Ergo in caſu iſto dicemus,ꝙ iſte voluerit ſibi acquirere, & non aliis:& ſic non tenebitur cōicare fratribus.Rñdeo,ꝙ verum eſt, ꝙ prima charitas incipit à ſe ipſo, non tñ impedit quin etiā aliis acquiratur. Præterea ſi charitas in caſu iſto faceret, ꝙ aliis non acquireretur,æquitas tñ ſuadet contrarium:quæ ſcilicet vult, ꝙ aliquis non locupletetur cum aliena iactura.Sed poſſet inſtari, ꝙ propter hoc non poteſt dici, ꝙ frater locupletetur cum aliena iactura : quia alter frater nil perdit, ſed habet ſuam pecuniā. l.Titium & Mæuium.§.altero.ff.de adminiſt.tut.Item probatur.
48 Lucrum † quod quis ſibi & ſuo nomine facit, non communicat.l.ſi non ſortem §.ſi centum.ff.de cond.indebiti.C.commu. diuiden.l.fi.& l.ſi patruus.ff.ad l.Rhod.de iact.l.j. & 2. & l.nauis. in prin.Ergo in caſu iſto dicemus,ꝙ non communicet.Reſpondeo,ꝙ illud procederet, qñ ſuo nomine feciſſet illud lucrum: quod non conſtat in caſu iſto. ideo preſumam nomine cōmuni poſtquam pecunia erat communis.Item probatur. Quando
49 † plura concurrunt circa idem, attenditur magis potens. ff. de auro & argu. legat. l.ſi non fuit.§. perueniamus.ff.de acquir.rer. dom.l.quicquid infecto.§.cum partes.ff.de re.vendi.l.in rem. §.
50 ſed & id.& de ſtatu hom.l.quæritur.Sed clarum eſt,ꝙ † in acquiſitione lucri cum re & pecunia aliena opera potentior eſt, q̄ res. C.de re.vendi.l.ſi ex cauſa. & l. ſi proponis. & de iure dotium.l. ex pecunia.C.ſi quis alteris vel ſibi.l.j.ff.de capti. l.ſi quid in bello.Ergo dicemus in caſu iſto ſolam induſtriam ipſius fratris inſpiciendam:& ſic non tenebitur communicare.Reſpondeo, ꝙ non plus operatur opera q̄ res,ideo non procedit argumētum: vel poſito quòd plus operatur, non poteſt negari, quin etiam res aliquid operetur:& per conſequens illo reſpectu dicendum eſt,quòd lucrum communicare debet.Item probatur.Pecunia
51 † de facili in alium ſtatum transfertur; quia per ſolam adminiſtrationem conſumitur.ff.ſi certum petatur.l.nam & ſi fur. §. fi. Inſtitu.de vſufr.§.conſtituitur. ff.de ſoluti.l.ſi alieni nummi. ff. de vſufruc.l.vſufructuarium venari.§.ſi vinariis.Sed certum eſt, ꝙ vbi res in alium ſtatum transfertur,prima diſpoſitio variat̄,& res ſm ſtatum prioris temporis iudicatur.l.fi.in fi. C.de inoffi.teſtam.ff.de acquir.hæred.l.Paulus.§.fi.ff.de leg.3.l quæſitum.§.illud.l.hæres meus.§.duæ ſtatuæ.l.lana.2.l.ligni.ff. de auro & arg. leg.ff.de pignorat actio.l.ſi conuenerit.§.ſi quis cauerit.Ergo dicemus in caſu iſto, ꝙ frater mercando ex communi pecunia, videtur in alium ſtatum ipſum trāſtuliſſe:& ſic cum eius diſpoſitio ſit extincta,& debeat inſpici præſens tempus, ceſſabit ipſa cōio & per ꝙns lucrum non cōicabitur, quaſi non factum ex pecunia communi,propter extinctam pecuniæ diſpoſitionem. Rñdeo,ꝙ iſtud non obſtat.licèt enim pecunia in alium ſtatum transferatur,non tñ ſtat,quominus transferens remaneat obligatus,quod patet ſm tempora vſurarum: quia mutans poterat petere lucrum, licèt pecuniæ ſtatus eſſet mutatus. ad hoc facit l.Titium & Mæuium.§.altero.ff.de adminiſt.tuto.Item probat.
52 Quando † vnus pro ſe habet plures rationes,præfertur illi qui ꝙ ſe habet pauciores.l.re coniuncti.ff.de leg. 3. ff. ad Trebell.l.qui filium.§.ſabinus.auct.de conſang.& vterinis fratribus.coll.6.C. commu.de ſucceſſ. auth. itaque. de edicto diui Adriani tollen.
53 l.fi.& de iuris & fact.ign.l.fi. Sed certum eſt,ꝙ † qui in negociatione ponit rem & operam,duas cauſas ponit: qui verò rem ſolam,vnam cauſam prætendit.ff.pro ſocio.l.ſi non fuerit.in prin. Inſtitu.pro ſoc.in princ. C.pro ſocio.l.j.& quod ibi not.Ergo in caſu noſtro,cum frater poſuerit rem & operam,debet præferri alteri ponenti rem,& ſic res debet apud eum remanere: & ſic lucrum non communicabitur.Rñdeo, iſtud argumentum nō ſtringit,ꝙ frater debeat habere lucrum:ſed bene probat ꝙ debet habere maiorem partem.& hoc poteſt cōſiteri, nec de hoc quæritur. Sed dubitatur, an aliquam partem habere debeat al-
54 ter frater non mercans.Item probatur.Potior † debet eſſe conditio laborantis,quàm penitus quieſcentis & negligentis.ff.de dam.infecto.l.hoc amplius.§.fi.& l.ſequenti.& proprietarius.ff. de noxali.act.l.ſi duobus.§.fina.& l.ſi ex noxal.in prin.C.de om. agro deſer.l.fi.lib. 12.facit auth.de iudi.§.ne autem labor.coll.6.
55 Sed certum eſt, ꝙ † peregrinando & per mundum eundo quis incurrit maxima pericula & labores. ff. de don.cauſa mort.l.ſenatus.§.mortis cauſa.ff.de incēd.rui.nauf.l.3. §. idem Labeo.fac. ff.commoda.l.inter cauſas.§.non omnia.ff. pro ſocio.l.cū duobus.§.quidam.& §. damna. Ergo & in caſu noſtro non dēt fieri communicatio per fratrem mercātem.Rñdeo,ꝙ iſtud motiuū non ſtringit,ꝙ iſte frater mercans debeat habere totum lucrū, ſed paternam partem:& de alio quæritur, vt dixi in præcedenti motiuo.Item probatur.Certum eſt, ꝙ ille rem in eſſe producit, pro cuius opera res eſſe conſequitur,quod ante non habebat.ff. de procura.l.licet.§.ea obligatio.ff.mandati.l.2. in prin. Inſtitu.
56 de obliga.in fi.Sed † qui rem in eſſe producit,habet potiora iura in ea re q̄ vllus alius.ff.de rei vendi.l.idem Pomponius.§.j.Inſti. de rerum diuiſione.§.cum ex aliena. Productum autem in eſſe naturam ſequitur producentis.l.partum.C.de rei vend.ergo in caſu iſto dicemus,iſtum fratrem mercantem non debere cōicare lucrum, quod in eſſe producit. Rñdeo, ꝙ non ſtringit ſicut dixi in duobus motiuis præcedentibus:quia verum eſt,iſtū dantem eſſe habere potiora iura:non tamen ſequitur:ergo alius nō poteſt habere aliquid.immo videmus contrarium, ꝙ aliqñ qui dat eſſe alicui,minus habet q̄ alius. exempli gratia. Clarum eſt, ꝙ pater dat eſſe filio. Sed ponamus, ꝙ vnus habeat coitum cū vna ſerua aliena,adeò vt ſit facta prēgnans,filius natus ex ſerua habet eſſe à patre & à matre:& tamen pater vel mater nihil habebunt agere in iſto filio,ſed dominus ipſius ancillæ.Item pro-
57 batur.Quilibet † præſumitur velle damna & onera vitare.ff.de probat l.cum de indebito.§.j.ff.ad Macedo. l.ſi filius.in princ.ff. de donat.& ideo obligatio non confertur in arbitrium obligātis.l.hæc uenditio. ff. de contrah. emp. ff.de condi.& dem.l.ſub hac.ff.de leg.j.l.ſenatus.§.legatum.no. C.de contrah.empt.l.non
58 vendentis.ff.de reg.iur.in perſonam.§.j.Sed conſtat, ſi quis † petit id,cuius contrarium non eſſet petiturus, audientia dēt denegari.C.de ſolu.l.fi.ff.de peti.hæred.l.ſed & rem.ff.de iureiur.l.iuſiurandum.§. ait præto. Ergo in caſu iſto dicemus fratrem non conferre : quia ſi contigiſſet damnum, non eſſet veriſimile qđ iſte petijſſet.Rñdeo,ꝙ ſicut quis præſumitur damna euitare, ita etiam de ęquitate debet alienam iacturam euitare, vel non dēt locupletari ex alieno.iſte aūt ex re cōi locupletaretur,ergo &c. Sed poſſet inſtari,ꝙ immo multotiens conceditur,ꝙ quis locupletetur cum aliena iactura:vt ī precario,cōmodato,habitatione domus,& ſimilibus. Sed poſſet rñderi, quòd illud ꝓcedit ex voluntate commodantis,vel precario concedentis: in caſu aūt iſto non conſtat de voluntate dñi:ideo &c.Item probatur.Præſumptio eſt,quòd quis non patiatur res ſuas per alium adminiſtrari,non ſuo nomine, ſed ipſius dñi.ff.de furt.l.qui vas.§.vetare.& l.vlt.ff.de ſeruit.vrb.præd.l.inuitum.fac. quod no.ff.de procurat.l.filius.§.mutus.ff.de pign actio.l.Caius.ff.de leg.2.l.Titia.
59 ff.de reg.iur.l.qui tacet.& c.qui tacet.de reg. iur. in 6.Sed † inuito nō quæritur beneficium ſiue lucrum. ff.de minor. l. ſi iudex circumuento.l.hoc iuris.§.nō poteſt.ff.de reg.iur.fac.quod not. ff.de neg.geſt.l.ſoluendo.ff.de ſoluti.l ſolution.Ergo dicemus, ſi quilibet præſumitur vetare res ſuas non ſuo nomine per aliū adminiſtrari,dicetur inuitus:& ſic iſti fratri tanquā inuito non debet fieri communicatio lucri,quaſi ſit præſumptio, ꝙ prohibuerit cōem pecuniam adminiſtrari. Rñdeo, ꝙ illud procederet inter perſonas extraneas: in fratribus autem non ꝓp cōicationem.Nam multa conceduntur ratione coniunctionis, quæ aliàs non concederentur: vt dictum eſt ſuprà in iſto dubio pro parte affirmatiua.Præterea non eſt verum,ꝙ qui tacet,ſemp videatur prohibere : immo aliqñ intelligitur conſentire, de quo

in re-

Source : BIU Cujas

in regula, qui tacet, de reg. iur. lib. 6. Item probatur. Ius præſumit, ꝙ intentio negociatoris ſit, velle ſibi acquirere, & ſibi lucrari. ff. de muner. & honor. l. cura. §. deficientium. ff. de vacat. mune. l. his onerib. §. auctis. ff. de iure immunit. l. ſemper. §. negociator. Sed † quælibet diſpoſitio debet operari ſolùm ſecũdùm intentionem agentis. ff. locat. & cond. l. ſi vno, ſecundo reſponſo. ff. de damno infect. l. damni infecti quidem. in prin. vnde dr̃, ꝙ † ſenſum magis quàm verba ſpectamus. ff. de iur. doti. l. promittendo. ff. de adimend. leg. l. 3. §. conditio. ff. de condi. & demon. l. in conditionibus. in prin. & l. pater. §. conditionum. ff. de verb. ſig. l. in conuentionibus. & plenè in l. Labeo. ff. de ſupellectili legata. Ergo in caſu iſto debemus dicere, ꝙ frater mercans nõ debeat cõicare; quia eſt præſumptio, ꝙ ſibi voluerit quærere. Reſpondeo, ꝙ illud procederet, qñ conſtaret, ꝙ ſibi tm̃ emere & mercare voluiſſet, quod eſſet, qñ ſuo nomine tantùm feciſſet: quod non fuit in caſu iſto. Ergo præſumptio eſt, ꝙ fecerit cõi nomine, poſtquam pecunia erat cõis, & non conſtet pecuniam eſſe celebratam nec contrectatã nomine vnius tantùm. Item ꝓbatur. Diſpoſitio † certa & ſpecialis in vno caſu contrariũ inducit in eodem caſu omiſſo. ff. ſol. matr. l. ſi cum dotem. in prin. & l. ſi verò §. de viro. eo tit. ff. de libe. & poſth. l. commodiſſimè. ff. de vulg. & pupil. l. ſi pater filium. ff. de vent. in poſſ. mitten. l. 1. §. quære. & § ſed & ſi quis uentrem. Sed certum eſt, ꝙ † ſi de lucro cõicando inter duos fratres fiat expreſſa conuentio, ꝙ reſtringitur ſolum ad lucrũ quæſitum ex opera vel quęſtu ff. ꝓ ſocio. l. coiri. cum l. ſeq. l. cum ſit. & l. duo. §. fin. Ergo in caſu noſtro dicemus lucrum non cõicari, cum fuerit omiſſa conuentio de eo cõicando. Rñdeo, ꝙ immo vr̃ actum propter coniunctionẽ perſonarum; quia vr̃ inuicem coiſſe de cõi. Dr̃ † autem propriè quæſtus, quia ex opera deſcendit. l. quæſtus. ff. pro ſocio. lucrum verò eſt nomen generale, vt not. gloſ. l. ſed & ſi adijciatur. ff. pro ſocio. Item probatur l. Titium & Mæuium. §. altero. ff. de adminiſtra. tuto. Rñdeo, ꝙ ibi tutor emit ex propria pecunia ſua, nõ ex cõi pecunia: vnde non facit ad propoſitum. Sed poſſet inſtari, ꝙ immo non emit ex communi pecunia, quia ibi dicit teneri ad vſuras: quod nõ eſſet, ſi ex propria pecunia emiſſet. Sed poteſt dici, ꝙ immo ex propria emit: ſed loquitur in tutore, qui in genere tenetur pupillo. Item probatur. Perſona † extrinſeca nõ debet ſubintelligi in contractu ultra perſonam ℑhentis. ff. de verb. obl. l. ita ſtipulatus. §. Chriſogonus. Sed in caſu noſtro non cõſtat aliquid, ꝙ frater fuerit mercatus nomine fratris ſui: ideo eius fratris perſona non debet ſubintelligi, & ſic non fiet communicatio. Rñdeo, ꝙ illud procedit in perſona penitus extranea, ſecus in caſu iſto propter coniunctionem perſonarum. Itẽ quia ex cõi eſt facta, ex quo poteſt dici, ꝙ non eſt perſona extrinſeca. Item probatur. In caſu iſto non conſtat, ꝙ emptio fuerit facta nomine fratris. vnde ſubintelliges perſonam eius in cõtractu eſſe facti: ſed † factum nõ præſumitur. l. denique. ff. de publician. ff. ex quib. cauſis maio. l. ſciendum. & ff. de captiuis. l. in bello. §. factæ. Ergo dicemus, ꝙ eius perſona non debet ſubintelligi, & ſic non debet fieri communio. Rñdeo vt ſuprà proximè dixi: quia eo ꝙ eſt coniunctio, & ex communi pecunia, eius perſona intelligitur appoſitæ: & ſic ſubauditur à iure, ſecus in penitus extraneo. & ita intelligitur arg. in contrarium. Item probat. In † dubio debemus accipere rẽ in propria ſignificatione, & dimittere impropriam. ff. quando appell. ſit. l. j. §. quod in ſententiis. de euictionibus. l. j. §. j. C. de vſur. l. fin. Sed propriè accipitur contractus in perſona eius qui emit, impropriè autem in perſona aliena. Ergo dicemus, perſonam fratris impropriè intelligi in contractu: & ſic non fiet cõicatio. Rñdeo ut ſupra, quia illud ꝓcedit in extraneo, ſecus in perſona tam coniuncta, attento eo ꝙ contractus eſt factus de cõi, ut ſuprà dixi. Item probatur. Si perſona fratris eſſet appoſita expreſsè in contractu emptionis talis appoſitio eſſet penitus inanis. l. fundus. ff. de contrahen. emp. Nam ſi emi mihi & Titio fundũ, intelligitur emptus quantum ad me tantum, non quantum ad Titium. Ergo à fortiori dicemus in caſu iſto perſonam fratris nõ intelligi appoſitam, poſtq̃ non conſtat, & ſic non cõicari. Rñdeo vt ſuprà, ꝙ ibi loquitur in penitus extraneo, non autem in coniuncto, vt eſt frater fratri. Item probatur l. ſi donatione. primo reſponſo. C. de collat. vbi lucr. factum non confertur. Reſpondeo, ꝙ ibi loquitur de lucro facto poſt mortem patris: dubitatio autem noſtra poteſt intelligi de facto in uita. Item, ſi factum eſt poſt mortem, & poſſit cognoſci & ſeparari à facto in vita, vnum cõfertur, aliud nõ. Si autem non poteſt ſeparari, omnia lucra conferuntur. ff. de nego. geſt. l. eum actum. & l. at qui natura. §. Scæuola. & l. nam & Seruius. §. ſi mino. & eod. titu. l. Pompo. 2. ff. ſi certum pet. l. eius qui. §. j. ff. de ſolut. l. diſpẽſatorem. Vel poſſet rñderi ad l. ſi donatio. ꝙ loquitur de donatione, quæ ideo non confertur: quia ex meritis donatarii peruenit, & non ex hæreditate: ſecus autẽ eſt in lucro, de quo in dubio. Item probatur in l. uſura pecuniæ. ff. de verb. ſig. vbi quod percipitur ex pecunia paterna, non dr̃ ex ipſo corpore percipi. Ergo dicemus, non venire cõicandum cũ fratre. Rñdeo, ꝙ ibi non dr̃, ꝙ non veniat cõicanda: ſed dicit, ꝙ non ſemper venit, vbi veniunt fructus, & ſic nõ obſtat, licèt regulariter ubi uenit unum, veniat aliud. ut ff. de vſur. l. vſur. Item probatur. Illud † lucrum quod venit contemplatione perſonę, non uenit imputandum uel conferendum quaſi aduentitium. l. cum oportet. ī prin. C. de bon. liber. Inſtitut. per quas perſonas nobis acquiritur. Sed nõ eſt dubium, ꝙ medietas lucri attribuatur perſonæ, alia medietas pecuniæ. l. j. C. pro ſocio. ergo non venit cõicanda. Ad hoc etiam facit; quia illud lucrum poteſt vendi, & ad hæredem tranſmitti. arg. l. defuncta. ff. de vſufr. Rñdeo, quòd illud procedit, qñ vnus ponit totam pecuniam, alter verò induſtriã: & ita intelligitur illa l. j. nos autẽ loquimur, qñ res eſt cõis, & ſic vnus habet & pecuniæ partem & induſtriam. Item probatur l. traditio. §. ſi ego. ff. de acquir. rerum dominio. vbi ſi ego & ſocius emimus certam rem, ſi procuratori meo ſit tradita, mihi tantùm quæritur, non ſocio. Ergo in caſu iſto nõ quęri, cum vnus tantùm emit, non alius. Rñdeo, quòd ibi operat̃ traditio facta vni tantum, & eius ſolo nomine facta. Nos autem loquimur, qñ aliquid eſt emptũ cõi pecunia: & ſic qñ recipio traditionem illius rei, videor cõi nomine recipere: & ſic traditio cõi nomine intelligitur facta. Item probatur. Idem † operatur tacitum, quod expreſſum. l. cum quid. ff. ſi certum petat. ff. de ſeruit. l. ſi cui. Certum eſt, ꝙ † expreſſa voluntate dñi poteſt quis ex re aliena locupletari: vt patet in precario & commodato. Nam † precario retinens facit fructus ſuos. l. quæſitum. §. ex hoc ītердicto. à contrario ſenſu. ff. de precar. Sic in commodato, ſi eſt cõmodata domus, quæ cõmodari poteſt. l. j. §. Iulianus. ff. cõmod. vr̃ donatus uſus illius domus, vt per glo. d. §. Iulianus. Ergo in caſu iſto tacita voluntas fratris patientis pecuniam eſſe apud fratrem, vr̃ operari, vt lucrum ex ea factum ſit apud fratrem. Reſpõdeo, quòd illa iura loquuntur, qñ inter partes interuenit cõtractus, vel quaſi: quia tunc tacitum hr̃ pro expreſſo, non tamen ſemp. d. l. cum quid. in caſu nunc iſto nullus interuenit ℑctus. Item probatur in l. ſi ex pecunia. C. ſi quis alteri vel ſibi. & l. ſi patruus. C. comm. vtriuſque iudicii. C. de rei vendi. l. j. vbi licèt res ſit empta ex pecunia aliena, attamen ipſe emptor efficitur dñs ipſius rei, non pecuniæ, niſi in aliquibus caſibus ibi notatis. Reſpondeo, quòd illa iura loquuntur, qñ emutor emit noĩe ſuo, ꝓprio. Sed quæſtio eſt, qñ non apparet, an emens emerit ſuo noĩe tantùm. Sed quæro in dubio, qñ non apparet quo noĩe emerit, quid præſumitur? dic quòd præſumit noĩe proprio: & cum iſta quæſtio de facto fuiſſet, ſit † cautela, quòd iudex faciat apportare libros mercatoris, & ſubitò apprehendat ex eis. Nam ſi in eis dr̃, liber mercantiæ mei & talis, & intelligitur noĩe cõi feciſſe, arg. ff. de neg. geſt. l. Neſennius. Secundò quæro, quid ſi eſſet tutor vel curator ille qui mercatur? Dic quòd tunc lucrum factũ ex mercantia paterna, vel propria, dẽt eſſe cõe: ſecus in lucro facto ex pecuniis redactis ex illa mercantia, quia illud lucrum nõ eſt cõe: quia pecunia redacta ex mercantiis non eſt cõis, vt per glo. in l. ſi patruus. C. comm. vtriuſque iudicii. & iſta procedũt, qñ tutor & curator faciunt noĩe proprio: quia † in dubio præſumitur, facere noĩe officii. ff. qñ ex facto tutoris. l. poſt mortẽ. & ita dicit Bal. Bar. autem l. Titium & Mæuium. §. altero. ff. de adminiſtrat. tuto. diſtinguit: aut tutor geſſit & negociatur nomine cõi, aut ſuo proprio aut dubitatur. Si cõi, tũc res eſt clara, quòd lucrum eſt cõe. Si noĩe proprio, tunc ſi de cõi pecunia, res eſt cõmunis, & ſic lucrum cõicatur. l. actio. §. ſi in rem. ff. pro ſocio. Si de pecunia propria etiam redacta ex cõi lucrum eſt proprium. Sed pupillo tenetur ad intereſſe uel ad vſuras, ſm̃ iſta tempora: hodie autem vſuræ non debentur. Si autem dubitatur. de pecunia, præſumitur de propria. C. arb. tu. l. ſi defunctus. Et dicit Bart. quòd in dubio non eſt recurrendum ad coniecturas, de quibus glo. tangit in l. cum oportet. C. de bon. quæ lib. cum illę cõiecturæ non habent locum, niſi in filiofamilias, uel vxore. l. Quintus. ff. de donat. inter vir. & vx. vel prælato eccleſiæ. C. de epiſ. & cler. auth. licẽtia. Quando autem dubitatur, an fecit nomine ꝓprio, vt in l. & magis, ff. de ſolu. ne perſona ſubintelligatur extrinſecus. l. ſi ita ſtipulatus. § Chriſogonus. ff. de verb. oblig. fallit in l. q negocium. in prin. ff. de adminiſt. tuto. & ratio eſt propter mandatum præcedens. ad quod facit ff. ſolu. matr. l. poſt dotem. vnde generaliter dr̃, quòd licet tutor faciat ſuo noĩe, ſi tm̃ facit id ad quod tenetur, vr̃ facere noĩe pupilli. l. Lucius. §. tutor. ff. de adminiſt. tuto. Negociationem † verò facere non tenetur, niſi teſtator præcepiſſet: immo † tenetur cõuertere pecuniam in emptionem prædiorum. ut in auth. vt hi qui obligatas. §. quoniã. & l. ita in prin. ff. de adminiſt. tut. Et verum eſt, quòd † quando poteſt licitè facere pro ſe & nomine pupilli, præſumitur ſuo nomine facere. l. Titium & Mæuium. §. præfectus. ff. de adminiſt. tuto. Non obſtat l. poſt mortem. ff. quando ex fac. tuto. quia ibi loqt̃, quando fecit mentionem, quòd erat tutor ſecundùm Bart. qđ dictum Bald. limitat, quando tutor fecit negociationem, quam pater pupilli non fuiſſet facturus: quin in dubio videtur in culpa. ff. de neg geſt. l. ſi negocia. Si autem proſequitur negociationem conſuetam, vt quando duo fratres inuicem negociantur, & altero moriente, alter proſequitur exiſtentibus filiis defuncti † dicitur proſequi, non de nouo aggredi. l. nam & Seruius. §. fi. ff. de neg. geſt. arg. l. cum tabernam. in prin. ff. de pig. Si autem

iſte

Source : BIU Cujas

iſte patruus vel frater non eſſet tutor,tunc compendium vel lucrum non eſſet commune, licèt ut ſuprà pecunia fuiſſet communis,niſi eſſet communi nomine mercatus.d.l.ſi patruus. Et
78 nota,ꝙ cum dicitur, ꝙ † emptum ex pecunia minoris,eſt minoris,intelligitur,quando eſt facta emptio per tutorem:ſecus ſi per alium extraneum,niſi in ſubſidium l.ſi filio.cum gl. ff.de ſolu.& ita tenet Bar.in d.§.altero.& l.2. ff.quando ex fac. tu. quod nota,quia poſſet eſſe in practica quotidianum. hoc tamen dictum limita,niſi inter eos eſſet contracta ſocietas tacita vel expreſſa,& ſic quando inſolitam negociationem quis ingreditur, ſi damnum ſequitur,eſt ſuum.Si verò ſolitam & conſuetam, ſi tũc geſſit nomine proprio,damnum eſt ſuum:ſi communi, eſt commune,vt in l.qui alienum.ff.de nego.geſt.& per glo in d.§. quoniam. Item probatur, ꝙ non communicet frater lucrum: nam nemo ſine actione experitur. l.ſi pupilli. §. videamus.ff.de neg.geſt.& ff.de admin.tut.l.quotiens. §. item ſi temporali. & l. tutores qui.in prin.ff.eodem vt facit.ff.de peti. hæred. l.ſi quis.§. illud.Sed iſte frater nullam actionem intẽtare poteſt pro lucro communicando:ergo &c.Et ꝙ non habeat actionem,probat̃. Nam iudicium famil.erciſ.non habet:quia illud datur pro diuidenda hæreditate,nõ pro eo quod eſt extra hæreditatem. Item nec iudicium communi diuidundo:quia per illud diuiditur res communis,de qua non eſt quæſtio:vt ff.de excep. l. fundum.& l.fundi.eo.tit.Sed in caſu iſto eſt quæſtio.Item non poteſt intentari actio pro ſoc.quia non apparet de aliqua ſocietate vniuerſali vel particulari, tacita vel expreſſa, ideo non poteſt intentari actio pro ſoc.l.vt ſi pro ſoc. in prin. coniuncta glo. ff.pro ſocio. Et hæc opinio videtur probari per l.ſi verò. §. item quicquid. ff. de ſol.matri.ff.de peti.hęre.l.ſi pater.§ fidei,& de ſepulchro viola.l.3.§.quæſitum.Rñdeo,quòd immo videtur dici poſſe, ꝙ cõpetat iudicium fam.erciſ.per quod petet diuidere hæreditatem communem:& in hac petitione veniet etiam iſtud lucrum,tanquam perceptum ex re hæreditaria:& videtur probari in l.ex diuerſo. & in l.item Labeo. §. familiæ. el ſecundo. ff. famil.erciſc.
79 Quinimmo † iudex debet hoc proſpicere, ne vnus hæres tota commoda conſequatur.d.l.ex diuerſo.& ſi diceretur,quòd illæ leges loquuntur de eo quod percipitur ex re hæreditaria ſm naturam ipſius rei,nos autem de lucro quod nõ fit ex natura rei. Rñdeo,ꝙ immo lex illa ex diuerſo.loqtur generaliter de omni commodo percepto ex re hæreditaria:& hoc patet ex verbo ſtipulato.poſſet tamen ad hoc replicari, ꝙ illa lex ex diuerſo. intelligitur,quando vnus percepit, vel ſtipulatus tanquam hæres: ideo nimirum ſi communicat, cum videatur communi nomine percepiſſe, ꝙ non apparet ex quæſtione noſtra, ideo præſumam nomine proprio.l.ſi verò.§.item quicquid.ff.ſoluto matr. l.qui proprio.§.proc.vt in cæteris.ff.de procur.l.debitor.§ fin.ff. ad Trebell.Item probatur iſta pars in l.j.ff.de his qui ſunt ſui vel alieni iuris.vbi filius quærit,ſibi non patri.Reſpondeo,ꝙ ibi loquitur in lucro illicito,ſcilicet in vſuris,& quando filius ſuo nomine proprio negociatur. Si autem negocietur nomine communi,an teneatur uſuras communicare? glo.in l.cum oportet. C.de bonis quæ lib.dicit ꝙ ſic ſicut alia profectitia. Cynus tenet ibi contrarium.Bar.in ſuo tractatu dicit, aut filius fecit ſumptus illa hora ſponte per ſe patre non mandante:& non communicatur, quia lucrum eſt turpe & illicitũ ff. pro ſocio.l.qđ autem ex furto.& ff.famil.erciſ.l.certè.§.j. Nam talia quæſita ex delicto patri non quærantur.l.quod ſeruus.ff.de acquir.poſſeſ. Si autem
80 faciat de patris mandato,& tunc communicat: quia † patri per filium quæritur poſſeſſio & dominium,licèt fuerit delictum.l.j. §.deieciſſe.ff.de vi & vi armata.& d.l quod ſeruus. Præterea pater tenetur ad reſtitutionẽ.ergo pro parte ſibi acquiritur. Sic &
81 in ſocio † qui communicat quæſita dolo: d.l.quod autẽ ex furto.cum l. ſeq. In hoc tamen aduertendum, ꝙ tunc non quærit patri iure filiationis,ſed officio geſtionis: vt ff. de procura.l.qui proprio.§.item quæritur.Et per hoc apparet determinatum ſecundum dominum Bal.de omnibus lucris illicitis, puta de obtentis in ludo taxillorum,ac aliis,non conferuntur tanquã turpe.Doctores autem in hoc articulo dicunt,& ſentit Bart.in ſuo tractatu de duobus fratribus,ꝙ pro medietate lucrum attribuitur operæ:& in iſta parte non fit communicatio, pro alia autẽ medietate attribuitur pecuniæ communi, & illud cõfertur.Idẽ dici poteſt ſm aliquos, ꝙ in ſociis quorum vnus poteſt ponere pecuniam tantùm, alter verò operam tantùm, vt ibi dicit Bart. Bald.autem dicit iudicem extimaturum ex qualitate lucrantis, & ex quantitate pecuniæ.Quid enim ſi eſt lucratus centum pro centenario? Nam hoc eſt quaſi impoſſibile,niſi excellenti cum induſtria uel proſpera fortuna hoc lucrum factum ſit.Vnde dicit,quòd illud quod communiter lucrantur mercatores ex pecunia & labore,ſit diuidendum æqualiter, vt dicit Bart. reliquũ verò ſit ipſius filii, qui lucratus eſt, tanquam aduentitium,argu. l.ſi hæres.ff.ad l.Falc. Non enim ſunt ſocii pater & filius: nec filius eſt inſtitor patris, cum ſocius & inſtitor teneantur in ſolidum,ut per Cynum in l.cum te.C.ſi cert.pet. idem Bal.in l.omnino.§.impu. C. de inoff. teſt.dicit.aut quæſita ſunt mortuo patre,& non imputantur, nec conferuntur, niſi fratres eſſent ſocii.l.Titium & Mæuium.§.altero.ff.de adminiſt. tuto. Si autem eſſet lucratus in vita patris,ſi erat emancipatus idem, quia non confertur, quia eſt aduentitium: filius enim emancipatus non poteſt habere peculiũm profectitium.l.fi.C.de inoffi teſt.Si aũt erat in poteſtate,acquirit patri,vt no.in l.cum oportet.C.de bonis quæ lib.& Spec.ponit tit.de iudi.in quarta parte. Alii dicũt, ꝙ conſiderare debemus duo commercia, ideſt, duas negociationes:vna fuit emptio,alia venditio. In primo ergo caſu diſtinguendum eſt: aut iſte emens emit nomine communi, & tunc ſibi acquirit.Sed ratum habenti per actionem negocioruum geſtorum communicare tenetur.ff.neg.geſt.l.ſi ego.ff.de acq. poſſ. l.communis.§.fin.ff.pro ſoc.l.ſi quis ſocietatem.& l.præcedenti. Aut ſuo nomine:& tũc aut frater eſt minor, & tunc cum res eſt empta ex communi pecunia,& res eſt ſua pro parte pecuniæ:vt C.arbi. tute. l.curator.ff. quan. ex fact.tuto.l.2.C.de rei vend.l.ſi ex ea.non obſtat l.ſi patruus. C. com. vtriuſque iud.quia illa in maiore & ſic etiam reſpondetur ad l.pen. C. ſi quis alt. vel ſibi. Non obſtat l. Titium & Mæuium. §. altero. ff.de adminiſt.tuto. quia ibi tutor emit ex propria pecunia,non communi, vt notat Dynus in l.qui negociationem.in prin.eo. ti.quia ibi tutor emit ex propria pecunia,non cõmuni.Aut frater erat minor: & tunc res empta eſt illius tantùm qui ſuo nomine emit. Sed frater ad pretium de communi perceptum tenetur vel famil. erciſ. iudicio,ſi non negatur cohæres:vel petitione hęreditatis,ſi negatur cohæres:vt ff.de peti.hære.l.item.1.& 2.facit. l.ſed ſi lege. §.j.eo. tit.facit.ff.famil.erciſ.l.j.& quod notatur.ff.de leg.1.l.Imperator. §.fi.& l.ſeq.adeò quòd etiam conſumpta pecunia frater nõ poſſit ratum habendo rem emptam petere, ut not. ff. de iure dot.l. Proculus.in fi.licet Petrus fuerit contrariæ ſententiæ,per l.vxor marito.ff.de dona.inter vir.& vx.Sed ſecundùm Reynerium eſt caſus ſpecialis,vt patet in illo tit.l.1.& 2.Nõ obſtat.C.de re.ven.l. mater.quia ibi loquitur in uenditione,hic autem loquitur ĩ emptione: & ratio eſt, quia res poteſt conuerti in pecuniam, non econtrà.ff.de fideiuſſ.l.ita fideiuſſiſſet.ff.de verb.ſig.l.propemodum.ff.ad Treb.l.deducta.§.nummis.licèt Petrus idem dicat in vtroque,& malè: vt patet ex inductione legis item ueniunt, in prin.§.bonęfidei.& §.fi.ff.de peti.hæred.Aut dubitatur cuius nomine emerit: & tunc ſuo nomine emiſſe videtur. Ratio eſt: qa perſona extrinſeca non debet ſubintelligi.ff.de verbo.oblig.l.ſi ita ſtipulatus.§. Chriſogonus. Item quia iſte ſubintellectus perſonæ eſt facti.Sed factum non præſumitur, vt ff. ex quibus cauſ. ma.l.ſciendum.§ denique.ff.de publiciana.& ff. de capti. l.ĩ bello.§ facta.Item cauſa contractus proprio ſuo nomine fit, ꝓpriè in eius perſona reſidet:impropriè autem in communi. ff. de legat.2.l.legatis. & ff. de leg.3.l.hoc legatũ.ff.de aur.& arg legato.
82 l.Quintus.Sed † res in dubio debet in proprio ſenſu, nõ improprio intelligi.ff.quand.appell.ſit.l.1. §. quod in ſententiis. & notat.ff.de euict.l.minor.§.j.facit.C.de vſur.l.fi.vnde ſciendum, ꝙ quando quis facit aliquid ad quod tenetur ſuo nomine & alieno, & tunc ſuo facere videtur.ff.de ſolutio. l.& magis.ff.mand.l. Papinianus.Quandoque ſuo nomine tantũ,& ſuo feciſſe videtur.ff.de in rem verſi.l.ſi filius. Quandoque alieno tantùm, & tunc alieno feciſſe videtur.ff.de admini.tuto.l.poſt mortem.§.j. & ff.ſol matr.l.poſt dotem.Aut non cõſtat ſuo nomine vel alieno: & tunc ſuo nomine facere videtur, ne perſona extrinſeca ſubintelligatur:& ſic remanet expedita dubitatio,quantum ad emptionem,quando ſcilicet emit. Quantum autem ad venditionem, & in hoc ſunt quinque caſus diſtinguendi.aut.n.emit proprio nomine,& ſimiliter vendidit proprio nomine:tũc frater minori tenetur ſolum ad pretium de cõmuni perceptum. Obligatio enim contracta per receptionem pretii,non tollitur per ſequentem venditionem:vt C.de actio.& oblig.l.ſicut.ff.de iniur.l.iniuriarum eſtimatio.ff.de reg.iur. l.omnis hæreditas.§.j. Item quia in re ſua potuit eſſe moderator & arbiter.l.in re mandata.C.man.C.de iudi.l.nemo.ff.de peti.hæred. d.l.ſi quid poſſeſſor.§.ſicut.fratri autem minori tenebitur ad pretium cũ lucro: quia cum res empta pro parte fuit facta ipſius filii,vt ſuprà,meritò lucrum quod venit ex re ſua,debet eſſe commune,arg.legis mater,& quod ibi no.C.de re.ven. Aut emit vel vendidit nomine communi: & tunc omne lucrum eſt communicandum. ff. fam.erciſ.l.familiæ.Aut emit nomine communi, & vendidit ꝓprio:& tunc poterit quilibet frater ratum habendo in ſubſidiũ agere ad pretium ex venditione perceptum cum lucro, arg. dictæ legis mater.C.de re.ven.l.j.C.de re.alie.non alien. ff. de neg. geſt.l.fi.& ff.ſi certum petatur.l.ſi eum ſeruum.Aut emit nomine proprio, & vendidit nomine communi: & tunc quò ad fratrem minorem,rem communem communi nomine vendidiſſe videtur:quia res pro parte erat facta ipſius fratris, & pretium cum lucro cõicari debet,fratri autem minori lucrum non cõicabitur.Sed tenebitur ad pretium de cõi ſolutum: & eſt rõ,quia quò ad eum,rem propriam cõi noĩe vẽdidiſſe vr̃:licèt enim videatur tranſtuliſſe dñium,quia ſciens, tñ nõ tenetur actione negociorum geſtorum:quia bona fides hoc non patitur.ff.de nego.geſt.l.ſi pupilli.§.ſi quis ita ſimpliciter.Si autem dubitat̃, tũc in dubio noĩe proprio vendidiſſe vr̃, ne perſona extrinſeca &c.

vt ſuprà.

Source : BIU Cujas

vt ſuprà. Dicit tamen Reynerius, ꝙ qñ frater de cõi emit noĩe proprio, vel alteri fratri competit pœnalis actio furti, pro ſocio. ff. l. rei cõis. & l. ſeq. & l. meritò. in fi. & ff. de fur. l. ſi ſocius. Et hoc procedit, quando conſtat rem emptam de cõi. Quid autem dicemus in re dubia, ſcilicet qñ dubitatur, an frater acquiſiuerit ex re parẽtis vel cõi, an ex induſtria vel fortunæ munere: & de iſto articulo hĩ. ff. de don. inter vir. & vx. l. Q. Mutius. Inſt. per quas p̃ſonas nobis acquir. §. j. in glo. proſpera. C. de bonis quæ lib. l. cũ oportet. in prin. in glo. ex eius ſubſtantia. & Spec. in tit. de actio. verſi. ſed quid dubitatur. & glo. dicit, ꝙ ſufficit filio, ꝙ non ex re patris, vel cõi. l. cum oportet. C. de bo. quæ lib. Bart. autem in tractatu de duobus fratribus, magiſtraliter dicit, ꝙ qñ aliqui adminiſtrant aliqua bona, & ſunt tutores, vel prælati, filii, vxor, & ſimiles, ſi aliquid acquirunt, & non apparet de quibus bonis debeamus præſumere. Si autem præſumeretur de ſuis propriis, inſurgeret præſumptio delicti, tunc non præſumitur de bonis propriis, ne inſurgat ſuſpicio turpis quæſtus, l. ſi defunctus. C. arb. tute. ideo præſumitur de bonis patris vel matris. Si autem nõ oriretur ſuſpicio, tunc præſumitur de bonis propriis. Aliqñ nõ oriẽ ſuſpicio, nec tollitur ſuſpicio: & tunc recurritur ad coniecturas. C. de epiſ & cler. auth. licẽtiam. & auth. cum interdicimus: ſicut eſt in filio maſculo, & in prælato. Sed tu altius exordiendo materiam, dicas ꝙ in hoc eſt conſiderandum, quid, quale, & quantum pater habeat, & quid & qualis ſit filius: de vento nemo quẽrit. l. fi. C. de alim. pupil. præſtan. & an mater ſit locuples, & an alia adminiſtrat, ut no. in l. facultas. C. de iure fiſc. lib. 10. Sed ſi nihil de his eſt probatum, ſiquidem filius poſſidet, non cogitur dicere cauſam cur poſſidet. Si autem alter frater poſſidet, vel etiam pater, cogitur dicere cauſam ſuæ intentionis, ideſt petitionis, & probare eam: ar. notatorum in l. ſi præſidi. ff. de dona. ante nupt. & glo. in d. l. cum oportet. Bal. autem dicit, ꝙ † circa probationẽ
83 duplex eſt dubitatio. vna eſt, quis probet: ſecunda eſt, qualiter p̃bet. In prima, eſt uera vltima ſententia gloſſæ, vt ille probet, qui petit, ſm ea quæ traduntur. ff. de iud. l. in tribus. & l. ſeq. In ſecunda autem, qualiter probet, vera eſt ſententia Ioannis, ut non tñ ex ueris probationibus & plenis, ſed etiam ex coniecturis conſiderata conditione perſonæ, & qualitate vitæ: ſicut aliàs dĩ de donat. inter vir. & vx. l. vtrum. & C. de priui. credi. l. ſi uentri. §. fin. & ff. de pignoribus. l. fi. ad Macedonianum. l. fi. §. fi. & ſic quantum ad iſtã queſtionem de fratre mercante ex cõi pecunia. Sed quantum ad iſtam quæſtionem, quæro: iſte frater mercans de cõi pecunia propter amicitiam contractam recepit vnum donum ab vno: an † res donata veniat cum fratribus communicanda? In
84 hoc dicit Spe. in tit. de iudici. §. ſequitur. verſi. quid ſi iſti filio, ꝙ patri viuenti quæritur, eo autem mortuo cõicatur; quia qđ occaſione rei meæ quæritur, meum eſt. l. hinc quæritur. ff. de actio. & obligat. de dona. l. quod mihi donatum. Quod non placet Bartol. ideo ipſe dicit: aut eſt donatum filio contemplatione filii, & quæritur filio: aut contemplatione patris, quia volebat patri acquiri, & patri acquiritur. Si autem pater non eſt mediata cauſa, ſed cauſa eſt ipſa ſocietas: & tunc acquiritur ſocietati, & ſic diuiditur ſicut aliud lucrum. Et pro iſta diſtinctione Bartoli, cuius contemplatione datum ſit, poſſumus adducere tex. in ſimili in l. actiones. §. idem Labeo. ff. pro ſocio. In caſu autem propoſito cum propter mercàntiam acquiſiuerat amicitiam, illud quod eſt acquiſitum, vĩ aduenticium. & non vĩ fratribus cõicandum. ff. pro ſocio. l. ſocium quod meo. §. fin. & ibi
90 glo. 2. Nam cauſa remota non conſideratur in damnum acquirentis. l. j. & fi. de coniungendis cum emancipa. liberis. Sed quantum ad commodum ipſius acquirentis bene conſideratur cauſa remota. d. l. quod ſi fortè. & l. j. de caſtrẽſi pecu. ¶ Et quia ſumus in materia quærendorum, quæro: frater † accepit dotẽ ab vxo-
85 re, moritur uxor relicto viro: nunquid partem quam lucrat̃ frater ex forma ſtatuti, debet cõicari cum fratribus? Dyn. ĩ l. ſi cum dotem. §. tranſgrediamur. ff. ſol. matri. dicit ꝙ confert, ſi matrimonium fuerit ſolutum viuo patre ſponſi vel mariti: ſecus ſi mortuo patre. & refert Cyn. in l. 2. C. famil. ercis. & glo. hæc tangit in l. dotem, de caſtrenſi pecul. Bart. autem in ſuo tractatu dicit, ꝙ cum talia lucra fiant propter onera matrimonii, ſi filius ſuſtinet onera de ſuo lucro, ſibi acquirit. Si autem pater, dĩ profectitium. & ſi diuiditur, aduentitium & profectitium. ff. de vſufr. l. ſed & ſi quis §. j. & §. quod ex re, de ſtipulation. ſeruo. l. ſi ſeruus. §. fi. Tu autem vltra Bar. dic, ꝙ in hoc alii dicunt, ut Thomas de Forliuio, ꝙ ſnĩa Dy. ꝓcedit ſm iura antiqua, ſm quæ qcqd acqrebat filius, acqrebat patri: vt in l. j. in prin. ff. ſi quis à paren. fuerit manumiſſus. & l. placet. ff. de acqui. hæredit. ſm autem ius nouũ, ſm quod acquiritur quantum ad vſufructum. l. j. & 2. & l. cum oportet. & l. cum non ſolum. C. de bonis quæ lib. non cõfertur, quia lucrum hoc eſt aduentitium. C. de boni. libe. l. 1. C. de coll. l. fi. C. unde vir & vxor. auth. præterea. Et cohæret p̃ſonæ lucrũ, ſicut cauſa finalis lucri, quæ cauſa eſt ipſum matrimonium: & ideo intelligitur luerum non habere conſortem: & ita ſentit glo. in l. dotem. de caſtrenſi peculio ar. in duobus reis. l. fund. qđ ergo. ff. de ſtip. ſeruo. & l. item ſi alter. ff. de mino. Item ſi pater ſuſtinuit onera matrimonii, ad hoc tenebatur propter filium. l. ſi cum dotem. §. tranſgrediamur. ff. ſol. matri. Item iſta onera ſunt conſumpta, vnde non ueniunt in collationem. ar. ff. de collat. bo. l. dedit. Bal. autem diſtinguit: aut dos eſt data ſocero, aut viro, aut vtrique. Si eſt data ſocero, cum tantum ſocer eſt obligatus, ipſi ſoli acquiritur, & ſic poſtea fit omnium hæredum: quando autem eſt data ſoli marito, ſolus maritus lucratur: in tertio caſu, qñ eſt data vtrique, vterque lucratur pro virili: & ſic virilis filii portio non diuiditur. Tu autem tenens opinionem, ꝙ ſemper marito acquiratur, per legem inter ſocerum. §. cum inter. quia matrimonium eſt cauſa finalis huius lucri. Sed proxima & immediata cauſa eſt ſpectanda. ff. de vulg. & pupil. l. ſed ſi plures. §. in arrogato. & l. fi. in fine. C. de vſufruc. hoc etiam ſequitur Raphael Fulgo. licèt eſſet data ſocero, & non marito: quia inſpicimus verba ſtatuti, quod ſuam dirigit poteſtatem in maritum, quia debet lucrari medietatem, non autem in ſocerum. & hoc procedit, quãdo moritur ſine filiis: quia ſi extarent, deberet fieri reſtitutio marito, nomine filiorum. l. generaliter. cum auth. ibi poſita. C. de ſecun. nupt. & quòd filius, & ſic maritus debeat eam habere: facit quia maritus eſt cauſa immediata matrimonij. Sed
86 ſocer eſt cauſa remota. Sed † cauſa immediata & proxima eſt cõ ſideranda. l. ſi mulier. in prin. ff. rerum amotarum. & l. ſocerum.
87 in fine. ff. pro ſocio. Concluſio ergo ſit, ꝙ † maritus lucratur dotem: debet tamen hæredes ſuos indemnes ſeruare ab illa dore. Et iſta dubitatio fit propter onera matrimonii. Si autem mulier haberet amplas poſſeſſiones, vnde haberet ampla alimẽta, non eſſet aliqua dubitatio: quia tunc non poſſet dicere ſocerũ ſentire onera: & ſic poteſt inferri, ꝙ ſi unus ex fratribus accepit dotem, ꝙ non debet refici de cõi, niſi probaretur eſſe verſam in rebus cõibus. l. quod ĩ ratione. § quarto. Ex his dubitatur, qd
88 † ſi ſponſus dedit ſponſæ & uxori annulos & alias res, & poſtea moritur: an illa reuerſa ad domum patris conferat cum fratribus? Dic, ꝙ ſi ei donatæ ſunt, non conferuntur, quia ſunt aduentitia: aut non ſunt donatæ, & non conferuntur, quia non ſunt ſuæ, ſed hæredum mariti. ff. de pecul. l. illud ueſtimentum. ff. de dona. inter vir. & vx. l. ſi vir lana. ff. commo. l. ſi ut certo. §. interdum. præſumitur enim, ad vſum conceſſiſſe, nõ ad dominium, niſi aliud appareat ex menſura & quantitate impenſæ. de dona. inter vir. & vxo. l. vtrum. & ita tenet Nicolaus de Matarellis, quẽ refert & ſequitur Bal. in auth. ex teſtamento. C. de collat. in verſ.
89 duodecim. capitulum. Poſſet † etiam hic dubitari de fructibus aduentitiorum, quos filius percepit, an conferunt eos fratribus? Glo. in dotem. de caſtrenſi pecu. dicit conferri non ex titulo de collationibus, ſed quia ſunt hæreditarii, quod dicit Bald. uerum eſſe, ſi filius accepit hos fructus inuito uel inſcio patre. Sed ſi pater permiſit ei habere, tunc non tenetur conferre. l. cum oportet. §. ſi autem res. C. de bonis quæ libe. & idem dicit in fructibus dotis datæ filio, ſocero ſuſtinent onera matrimonii. l. con. virũ. ff. re. amo. Quid autem erit, quando mater inſtituit filium hoc acto, ꝙ non vult, ꝙ pater habeat uſumfructum: an filius cõfert? Dicendum eſt ꝙ non: ſecundùm gloſ. in auth. ut liceat matri & auiæ, collatione 8. cum ualuerit diſpoſitio matris: propter hoc autem melioratur conditio filii. l. filiis matrem. C. de inoffi. teſt. Bar. autem dicit: aut inſtituit filium ſub tali conditione, & ualet etiam in legitima. filius tamen non erit hæres, niſi pater renunciet iuri vſusfructus, uel filiũ emancipet: & tunc filio adeunte pater habet vſumfructum in legitima, in qua teſtator non po
90 tuit talem legem imponere. Item quæri poſſet: aliqua † quæruntur filiis iure primogenituræ, ſicut eſt in aliquibus locis, an iſta veniant conferenda? Dicendum eſt ꝙ non: quia ea forma deferuntur, vt non diuidantur: & talia iura nõ recipiunt ſectionem: ideo eſt impoſſibile ea conferre, ar. l. quædam mulier. ff. famil. ercis. l. Camelia pia. ff. de iure patro. cap. licet. de uoto & uo. & 7. q. 1. quàm periculoſum. Si tamen eſt quæſtio facti, ſcilicet quis eſſet primogenitus, apud ambos ſimul eſſet illa res, & eius adminiſtratio. ar. legis Archuſa. ff. de ſtatu hominum. Quæritur deinde: aliqua donantur filiis per extraneum, in vita patris: an fra-
91 ter debet hoc cum fratribus communicare? Dic † ꝙ ſi contemplatione patris fuit facta donatio, communicatur, ſicut alia profectitia. Si autem contemplatione filii, & ſic eſt aduẽtitium, nõ communicatur, ut in l. ſed ſi plures. § in arrogato. ff. de vulg. & pup. & l. aditio. ff. de acquir. hæred. ff. de vſufru. l. ſed & ſi quis donetur. & d. l. cum oportet. Sed quando non cognoſcitur, an contemplatione patris, an verò filii donatum intelligatur: videbatur dicendum, ꝙ ſi non apparet, vĩ contemplatione filii. l. fin. C. de vſufruc. In contrarium facit, ꝙ immo contemplatione patris, ut in l. filio. de condi. & demonſt. Dyn. ut refert Bar. in d. l. filio. ff. de dona. cauſa mort. diſtinguit: ſi fit mentio patris, præſumitur contemplatione patris, vt in l. filio. de condi. & demonſt. ar. legis cum aliquis. C. de iure deliberandi. aliàs præſumitur cõtemplatione filii, vt in l. fi. C. de vſufr. quæ diſtinctio non placet Bar. per d. l. fin. vbi fit mentio patris: nam eius mentio potius fit ad demonſtrationem, q̃ ad alium effectum, adeò ꝙ ſi in patre eſſet error, non vitiaretur relictum. l. his verbis. § fi. ff. de hęred. inſtit. dicit ergo Bar. ꝙ aut fit mentio patris, & patriæ poteſtatis: & tũc ſi diſpoſitio fertur in tempus, quod erit ſui iuris, præſumitur

con-

Source : BIU Cujas

eõtemplatione filii.l.3.in fi.C.de inſt.& ſubſt.l.vbi purè.in prin. ff.ad Treb.& l.mulier.in prin.eo.ti.Aliqñ fit mentio patris tantùm,ſi eſt tale quid, quod ſoli patri quæritur; tunc præſumitur cõtemplatione patris.l.verum.§.ſeruus.de ſeruit. leg. 2. reſpõſ. l.r.§.ſeruus communis.de ſeruitu.leg.& l.verum.§.ſeruus.ff.pro ſoc.Si autem põt quæri,vterq; præſumitur contemplatione filii.d.l.fi.de vſufructu.& ff.de ſolu.l.& magis. & l.ſi ita ſtipulatus. §.Chriſogonus.ff.de verb.obli.Deinde quæro: prædicta procedunt, qñ eſt quæſita proprietas: quid dicemus,qñ eſt quæſitus
92 vſufructus per filium:dic† ꝙ de hoc eſt caſus in d l.fi.de vſufr.in hoc tñ aliqui dicunt,ſi filius præmoritur, ſibi non dr̃ quæri vſufructus,ſed patri.Si autem pater prædeceſſit filio,quæritur:& ſic pendet ex futuro euentu,cui acquiſitum intelligatur. & hoc ap
93 probat Bar.in d.ſuo tract.verſ.tertiò quæro.† Vlterius quęritur quid ſi aliquis donat filiofamiliàs,vt habeat in caſtrẽſi vel quaſi: dic,ſi eſt aduocatus,vel miles, valet vt caſtrenſe vel quaſi, ſi conſtat, ꝙ aliter non dediſſet niſi contemplatione militiæ, vel doctoratus,vel aduocationis.l.cum alieno.ff.de caſtrenſi pecu. & l.caſtrenſe.eo.ti.aliàs reputatur aduenticium,nec conſiderantur verba. Si aũt eſt dubium,tunc ſi donantur libri,vel equi, vel arma &c.res conuenientes & neceſſariæ caſtrenſi, vel quaſi,dicẽt peculium caſtrenſe,vel quaſi.l.miles.in princ.ff.de caſtrenſ. pecu.Si autem non eſſent res neceſſariæ,vel conuenientes militiæ: tunc ſi donantur ab eo qui erat ſibi notus, erunt caſtrenſia vel quaſi.Si autem ab alio,& non erunt caſtrẽſia.l.ſi fortè.& ibi Dy.ff.de caſtren.pecu.& l.1.C.eo.ti.& licèt illa verba nõ faciunt caſtrenſia vel quaſi,tñ operantur fortè, ne quæratur vſufructus patri: qđ donans põt facere,auth.excipitur.C.de bonis quę lib.
94 Inſuper quæro: pone† ꝙ pater in vita dedit filio pecuniam, an tpe diuiſionis debet communicare? Bart. diſtinguit ꝙ ſi dedit, vt habeat in peculio profectitio,venit communicãda.l.ſi donationis.2.reſponſ.C.de collatio. ſi autem dedit animo donandi ob merita;& ſic tanq̃ extraneo,gloſſæ ſunt diuerſæ: nã in d.l. ſi donatione,tenet ꝙ ab initio non valet, ſed morte cõfirmatur. gl.autem in auth.vnde ſi parens.C. de inoff.teſt.tenet ꝙ ſtatim valet: & iſtam approbat Bar. quia ꝓꝓ merita vr̃ idem qđ in extraneo:& ſic eſt aduenticia,non profecticia. l. cum oportet. in prin.C.de bonis quæ liber.Si autem dedit tanq̃ filio, non tanq̃ benemerito,& tunc eſt ſimplex donatio, quæ an veniat conferenda,dic vt not.in l.ex teſtamento.C.de colla.Quando autem dubitatur quo animo fecerit, dicit Bar. ꝙ ſi pater emit nomine filii aliquam rem,& ei tradidit: ex his duobus præſumit animus donandi.l.filiæ.C.fam.erci.l.1.C.ſi quis alteri vel ſibi.& ſi præceſſerunt merita,præſumitur vt extraneo, non vt filio .l. ꝙ ſi fructuarius.ff.de acqu.rer.dom.niſi eſſent alia indicia ex quibus a-
95 liud præſumitur.Et in hoc articulo † an valeat donatio facta à patre filio,forma ſeptem caſus.Primus eſt,cum eſt facta filio emancipato: & tu dic,ꝙ tenet ſine alia confirmatione.l. 1. C. de inoffi.don.l.ſiue emancipatis.C.de donat.Secundus eſt, cum fit filio in cauſam caſtrenſis peculii vel quaſi, puta quia miles, vel doctor,vel aduocatus.l.for.C.de aduoc.diuer.iud.vel aſſeſſor.l. velut.C.de aſſeſſori.& ſi donat res ei conuenientes, puta arma, equos vel libros,valet donatio,nec eget inſinuatione.l. ſi fil. C. fam.erciſc.l.1.C.de caſtrẽſi pecul. lib.12.Tertius eſt in donatione facta filio,qui nõ poteſt habere caſtrenſe, de quo habetur in l. fi.C.de inof.teſta.& à prin. valet donatio quæ fit ob merita.l.cũ oportet.C.de bonis quæ libe.auth.vnde ſi parens.C.de inoffi.teſta.Quarto verò caſu qñ donat non præcedentibus meritis,ſed dicat merita præceſſiſſe,donatio non tenet tunc, ſed morte cõ firmatur patre ſtante in eadem voluntate.l.filio. C.famil.erciſc. Item emancipatione,l.ſiue emancipatis.de donationib.eo.n.ꝙ donat,& dicit merita præceſſiſſe,declarat animum,ꝙ non vult ꝙ non habeat in peculium.Quintus caſus eſt, cum donat filio, nec aſſeruit merita præceſſiſſe; & nõ valet à principio nec morte confirmatur,& venit inter fratres diuidenda.l.filio.C. de colla.Septimus caſus eſt, cum pater ſimpliciter tradit, nec dixit in pecul.& tũc vel ex cauſa,vel ex gñe donationis,vel ex mod.vel ex perſonis preſumitur,qñque donatio,quandoq; in peculium datio,& quandoq; eſt res dubia:& tũc præſumitur potius datio in peculium q̃ donatio; quia donatio nõ facilè præſumitur ꝓꝓ æquitatem ſeruandam. Dixi, ꝙ ex cauſa præſumitur donatio: puta quia remuneratio præſumitur. l. ſi verò nõ remunerandi. §.Papinianus.ff.man.vel cum emit nomine filii, vt ſuprà ex genere præſumitur,vt in l.donatione.§.ſpecies.ff.de dona. vbi mater cum dediſſet dotem ꝑ filia, tradidit aliquid marito præſente filia,intelligitur donaſſe ex perſonis: puta ſi filio militi eunti ad bellum dedit arma, vel doctori libros: vel ſi pater plebeius dedit filio ſuo maiori veſtes.l. ſi filius. §.vlt. & l.ſed & ſi ſuperet.§.1.ff.de iudi.Quæro etiam† pater interponit quendã filium,
96 vt ſtipuletur ab vno ſuo debitore:an videatur feciſſe animo donandi filio,an verò videtur feciſſe,vt vtatur miniſterio filii? Videtur ꝙ videatur donare.ff.de dona.l.ſi pater.in prin.& l.fi.ff.de pecul.legat.& l.par.de caſtrenſi pecu. Item contrarium videtur facere dicta lex finalis,in prin.de pecul. lega. & l. 1. de caſtrenſi pecu.Sed diſtinguit Bar.aut ipſe pater emit vel ſtipulatur nomine filii,& procedit dicta lex finalis,& ſa.de don. inter vir. & vx. l.Papin. aut pater fecit ipſum filiũ ſtipulari, vel emere: tunc dicit Odofre.& Bart.ꝙ debet inſpici numerus liberorum,& quantitas patrimonii,& quantitas quam filius ſtipulatus eſt.ar.l.ſi facile.ff.de fun.inſtru.& l.quæſitum.§.Pomponius.ff. de don. int.
97 vi.& vx.Poſtremò quæro† mortuo patre aliqui filii lucrantur: an venit cum fratribus diuidendum? Et ſiquidem bona ſunt diuiſa,& conſtat quomodo acquiſitio facta ſit, ſtandum eſt illi; vbi autem non eſt certum, ſed dubitatur quomodo acquiſitio facta eſt: tunc ſi eſt artifex, & acquiſiuit ex ſuis operibus, tunc ſibi acquiſiuit, non fratribus. C. arbi.tut. l. ſi defunctus, & ff.de hær. vel act.uẽ. l. venditor circa mediũ. Inſti. per quas perſonas nob.acqui.§.ergo.in fi. Si autem non ſit artifex, præſumitur de communi,vt dicitur in vxore.ff de do.inter vi & vx.l.Quintus. & l.etiam.eo,tit.2.q.3.c.placuit,& C.de epiſc.& cle.auth. lucrũ. Sed quia viſum eſt,filium debere aliquando communicare: an etiam dicemus filium poſſe recuperare impenſas factas circa patrimonium,vel perſonam fratris? Dic ꝙ non,actione fam. erci. l.& puto.§.& dolo.& l.qui horas.§. pen.fam. erciſ. an aũt actione negociorum geſtorum? Dic,vt in l.ſi filius,§.patre, ff. de ne-
98 go.geſt.Sed quid dicemus† filius habebat bona materna, vel alia aduenticia, pater conſumpſit: an poterit filius petere vt ſibi de communi reficiatur? Videtur ꝙ non: quia naſcitur naturalis obligatio: ideo lex determinat, ꝙ adminiſtratio auferatur de manib. patris,& interponatur cautio.l. Imperator.ff.ad Tre-
99 bel.In contrarium facit,ꝙ immò† ex cauſa aduenticia naſcitur obligatio efficax inter patrem & filium,l.ſi quis pro eo.ff. de fideiuſſo.& ſic tranſit ad hęredem patris.In hoc dic,ꝙ ſi pater nõ habet vſumfructum,quia fuit prohibitus, vt in auth. excipitur. C.de bo.quæ lib.& tunc tenẽt,vt quilibet extraneus,l.ſi ſuperſtite.§. ſi pr̃.C. de dolo. Si autem hẽt vſumfructum,ſi damnũ datũ concernit ſolos redditus, non tenetur, quia de eis non tenetur reddere rationem,l.cum oportet,§ cum autem. C.de bon. quæ libe.Si autem eſt circa ſubſtantiam, rei,tenetur pater:quia tene-
100 tur rem conſeruare,l.1.C.de bon.mate.Sed† nunquid iſte filius habet hypothecam in bonis patris pro mala adminiſtratione facta in rebus filii? Videtur ꝙ non.l.cum oportet. §. nõ autem, præallega.In contrarium videtur facere tex.in § fi. eiuſdem legis.Sed poteſt dici,ꝙ filius non habet hypothecam ex eo,ꝙ pater malè adminiſtrauerit; ſed bene habet ex eo, ꝙ ſequetur rẽ alienatam à patre,vel eius pretium.l.fi.C.eo.ti. Sed nunquid pater qui habet vſumfructum in aduenticiis filio quæſitis, teneat̃ facere inuentarium,vt faciunt alii habẽtes adminiſtrationem? Dic ꝙ non,quia dicitur ſimplex adminiſtrator,immò vtitur & fruitur,& quia lege non cauetur; & ſic ſe habet conſuetudo, ut tenet Cyn.in d.l.cum oportet.circa fi.in 4.q.quæ eſt penul.For-
101 matur etiam quæſtio: pater† vendidit rem filii, quæ fortè obuenit ex materna ſucceſſione;deinde veniens ad mortem filium inſtituit filius hæreditatem adiuit; an poterit vendicare rẽ venditam? In hoc dicendum eſt,aut hæreditas patris non eſt ſoluẽdo,& tunc aut filius fecit inuentarium, & poteſt illam rem ab emptore auocare in ſolidum.l.fi.§. in computatione.C. de iure delib. Quia debet indemnis ſeruari in rebus ſuis propriis, ſicut ſe non immiſcuiſſet.Si autem non fecit inuẽtarium,aut eſt hæres pro parte, aut in totum.Si pro parte,repellitur pro ea parte, pro qua eſt hæres, non confecto inuentario tenetur creditoribus vltra vires hæreditatis,auth.de hær.& Falci.§. ſi verò non fecerit.Sed emptor eſt creditor; quia ſi euinceretur,ageret de eui ctione contra ipſum filium hæredem: ergo ipſe non poteſt repetere rem amotam,& auocare,ut in l.vendicantem, ff.de euictioni.& tenetur pro ea parte pro qua eſt hæres in quotitate, & non in quantitate:quia ex quo hæreditas non eſt ſoluendo, ibi non eſt reperiri quartam partem in valore, nec eo caſu tractandum de debito bonorum ſubſidio. Si autẽ hæreditas eſt ſoluendo, ſiquidem non fecit inuentarium, aut habet filius de bonis paternis vltra ſuum debitum bonorum ſubſidium, aut non. Si non habet vltrà,non repellitur, quia in debito iſto non poteſt grauari,l.quoniam in prioribus.C.de inoffi.teſta. Aut habet vltra debitum bonorum ſubſidium,& tunc pro tãta parte,quantum eſt debitum bonorum ſubſidium, non repellitur; ſed pro eo quod eſt vltrà,repellitur,de quo dic per Cy.in l.fi. C. de iure deliberan. & eundem Cyn. in l. cum a matre. C. de rei vendi.&
102 ibi gl.mag.Item pone, ꝙ † filius mercator vltrò alium contractum facit. contrahentes agunt contra patrem: pater dicit, ꝙ non eſt obligatus ex contractu filii, quid iuris? Dic ꝙ pater non obligatur,niſi de peculio, vel de in rem verſo; ſcilicet ſi ex illo contractu filii ad patrem aliquid peruenifſet, vel ſi filius mandato patris contraxiſſet; vt not.in l. prætor. §. ſed & filius. ff. de eden.Si autem contrahit patre ſciente, non tamen mandante, & tunc ſi ad eum non venit quæſtus,uel lucrum, non tenetur, ſed ad quem venit.l.ſed & ſi pupillus, ff.de inſtitut.acti.l.ſi eum quem,in princip.ff.de exer.acti. & ibi tenent Docto. in dicto §. ſed & ſi filius.

Source : BIU Cujas

SECVNDA PRINCIPALIS QVAESTIO EST:

Quando pro filio ſunt ſumptus, vel ipſe aliquid diminuit: an iſta ipſi filio imputentur?

SVMMARIA.

1 *Sumptus facti pro filio qui ſtuduit, an ſint conferendi.*
2 *Data inter viuos non imputantur in legitima, niſi expreſsè conueniatur.*
3 *Solutio eadem non poteſt parere diuerſos effectus.*
4 *Datum per patrem filio ex cauſa neceſſitatis, venit filio imputandum.*
5 *Donari dicitur, quod nulla cauſa cogente præſtatur.*
6 *Pater tenetur filiam maritare.*
7 *Filius poteſt ire ad ſtudium inuito patre.*
8 *Pater poteſt compelli, vt filio ſtudioſo emat libros.*
9 *Tutor obligatur quærere pupillo magiſtrum.*
10 *An fratres tenentur ad ſumptus pro complemento ſtudij fratris.*
11 *Honor vnius fratris pertinet etiam ad alios fratres.*
12 *Pater tenetur honeſtum æs alienum pro filio ſoluere.*
13 *Patre mortuo, memoria conſeruatur per filium.*
14 *Quæ tenent defunctum, tenent & hæredem.*
15 *Hæredes tenentur pro munere, vel onere iniuncto teſtatori.*
16 *Hæres mandatarij, tutoris, & ſocij, tenentur expedire negocia cœpta.*
17 *Pater intelligitur conſentire in munere publico, ſi præſens eſt, & non contradicit.*
18 *Frater tenetur præſtare alimenta fratri.*
19 *Scientia filij eſt laus patris.*
20 *Sumptus facti in eruditione non poſſunt repeti, niſi in duobus caſibus.*
21 *Onus factum per patrem, filij debent pati, & illi conſentire.*
22 *In vita debemus comprehendere, quid velit quis fieri poſt mortem.*
23 *Dignitates poſſunt vendi.*
24 *Militiæ quæ venduntur, imputantur quoque.*
25 *An libri ſint communicandi.*
26 *Quæ ſit opinio gloſſæ.*
27 *Quando pater compenſet cum filio, quod ei debet.*
28 *Aliud eſt eſſe ſimile, aliud eſſe idem.*
29 *Collatio facit tacitum onus.*
30 *Pater in dubio magis videtur in debitum computare, quàm donare.*
31 *In dubio debemus ſtudere æqualitati.*
32 *Aduocatus & doctor dicuntur militare.*
33 *Scholaris non dicitur militare.*
34 *Scholaris quando poſſit eſſe aduocatus.*
35 *Prohibitio in aliquibus, in cæteris videtur facere permiſſionẽ. & econtrà.*
36 *Quod præſtatur in cauſa pietatis, hoc non imputatur.*
37 *Impenſæ pro libris æquiparantur impenſis pro alimentis factis.*
38 *Impenſæ alimentorum non imputantur.*
39 *Sponſus mittit aliquid ſponſæ: quomodo intelligatur.*
40 *Pecunia pro filio captiua data an veniat in collationem.*
41 *Quid ſi frater fratrem redimat?*
42 *In neceſſitatibus nemo liberalis exiſtit.*
43 *In aduenticijs inter patrem & filium poteſt eſſe obligatio.*
44 *Actus ſocietatem inducentes.*
45 *Actus voluntarij non extenduntur vltrà, quàm agatur.*
46 *Jure determinatur quemlibet gerentem negocia aliena, debere rationem reddere.*
47 *Ratione parentelæ & ſanguinis quis videtur ſeruire gratis.*
48 *Habitans in alicuius domo, nullo præcedente contractu, tenetur nihilominus ad mercedem.*
49 *An factum vnius fratris alteri noceat.*
50 *Non eſt acerbè agendum inter fratres.*
51 *Fraternitas tenetur alere fratrem.*
52 *Fratres impropriè dicuntur cognati.*

1 TPrimò quæro: pater † vnum filium in ſtudio retinuit an ſumptus pro eo facti per alios fratres poſſint imputari? Videtur ꝙ non debeant imputari. l. quæ pater. ff. fam. erciſ. & rō facit; quia dubiū eſt datum gratia quærendæ dignitatis. Sed Bar. dicit in hoc quod patet, ꝙ non debent imputari, qñ apud patrē eſt pecunia caſtrenſis vel quaſi, vel aduenticia, vt bona materna exiſtentia in pecunia: qa tunc intelligīt facta expēſa de pecunia filii. l. Neſennius. ff. de neg. geſt. Præterea pr̄ eſt legitimus adminiſtrator aduenticiorum, ideo in dubio præſumitur facere adminiſtratorio nomine. l. cum poſt mortem. §. hos. ff. de admin. tut. & l. ſi poſt mortem. ff. qñ ex facto tuto. & iſta ſunt verba Bart. in ſuo tract. de duob. fra. in §. principaliter quæro. verſi. quęro. Contrarium tñ puto verius ꝙ immò pater intelligatur de ſuo feciſſe. & pro intelligentia dico, ꝙ duo ſunt gña expenſarum: aliquę ſunt q̄ concernunt alimenta, & in iſtis nō eſt dubium, ꝙ nō debent filio imputari; qm̃ ad iſtas pr̄ obligatur ꝑꝑ inſtinctum naturæ, non ꝑꝑ aliquā hæreditatē. l. fi. §. ſin aūt filium. C. de bon. q̄ li. & in toto tit. ff. de lib. agno. Immò inferebāt aliq, ꝙ ſi pr̄ nollet alimētare filium, dicēdo: tenecor te alimētare, ſi nō habes vn de: & volo tibi reddere vſumfructū, q̄ eſt apud me, vt te alimentes: nō pōt, poſtq̄ acceptauit vſumfructum. l. ſed cū fructuarius, & l. ſeq. fi. de vſufructu. & l. is cum quo. de aqua plu. arc. & per gl. 10. q. 3. c. vnio. & iſtæ expenſæ non imputantur in legitimam, qm̃ ſumptæ fuerunt ante mortem teſtatoris: & ſic non reperiūtur in eis ſubſiſtētia. l. 3. §. fi. de mu. & hono. Quod. n. tpe mortis nō extat, non pōt imputare in legitimā, ſm Bal. in l. oīmodo. §. imputari. C. de inoffi. teſt. per legē. l. 2. ff. ad l. Fal. & l. ſi patruus exhibita. §. 1. ff. de bon. lib. legitima. n. debetur de bonis quæ reperiūtur tempore mortis patris. l. cum quæritur. C. de inoff. teſt. & ſtra
2 not. Cy. in l. ex tribus C. de inoffi. teſt. Item & alia rōne: quia † data inter viuos non imputantur in legitima, niſi expreſsè conueniatur. l. ſi qñ. §. illud. & § gñaliter. C. de inoffi. teſt. & ibi Cyn. & Bar. in l. ſi non mortis. de inoffic. teſt. Item facit: quia illa tātum imputātur in quartam, de quibus lege cauetur expreſsè. l. illud. C. de collat. Sed de ipſis reperitur expreſsè: ergo tenet. Aliud eſt genus expenſarum, ſ. pro ſtudio & cauſa ſtudii: & in his etiam dico, ꝙ intelligitur pater facere de ſuo, licèt habeat bona aduenticia filii ad hoc facit lex quæ pater. ff. famil. erciſ. vbi expenſę factæ pro filio emancipato non ſunt ſibi imputādæ. Sed pater pietate ductus feciſſe videtur: nec diſtinguitur, an eſſent apud patrem bona filii, vel non: & tamen præſumitur, ꝙ habuerit bona, quia emācipatus. ergo a fortiori debet habere locum, quòd non imputetur filio in poteſtate. & ad hoc facit: quia iſtam impenſam ſtudiorum pater tenetur facere, poſtquam filiū ad ſtudium miſit. Vnde incidēter quæro, an pater ſit obligatus ad ſubminiſtrandum filio ſtudenti expenſas ſtudii? Videtur ꝙ non, de hoc videtur tex. in l. quæ pater. ff. fami. erciſ. ibi, ſi non credendi animo. qui tex. à contrario ſenſu probat, ꝙ ſi miſit filio credendi animo, filiū obligat: & illa quantitas in obligatione deducta computaret̄ filio in eius portione: & ſic apparet, patrē non eſſe obligatum. Si. n. eſſet obligatus, etiamſi animo credendi mitteret pecunias filio pro expenſis, non poſſet filius obligari, ſed pater liberaret̄ ab obligatione. ad hoc facit regula quæ eſt, quòd
3 † eadem ſolutio non poteſt parere duos diuerſus effectus, ſ. obligationis & liberationis. ff. de ſolut. l. qui hominem. §. fin. & ff. de cond. indeb. l. cum is. §. pen. Item probatur in l. quæ pater. in fi. fam. erciſ. dum vult, ꝙ tranſmiſſa per patrem filio, in caſu alimētorum & expenſarum ſtudii, filio non computatur in eius portione. Si enim pater eſſet obligatus ad tranſmittendū expenſas filio, ex ipſa neceſſitatis obligatione veniret filio imputādum
4 in eius portione; per regulam quæ eſt, ꝙ † datum per patrem filio ex cauſa neceſſitatis, venit filio imputandum. l. quoniam nouella. C. de inoffi. teſt. & l. omnimodo. §. imputari. eo. titu. & ibi Bal. & per Guil. vnde ſi pater dat filiæ pro dote, & filio pro donatione ꝑꝑ nuptias, q̄a pater obligatur ad dandum. ff. de ritu nup. l. qui liberos. & ff. de act. & oblig. l. obligamur. §. lege. ideo filię, vel filio imputatur. Item hoc probatur per gl. & Doc. in l. filius. C. fam. erci. Nam cum quæritur, an libri ſint proprii filii: & dicit̄ ꝙ ſi ſunt empti nomine filii, & traditi filio, intelligūtur filio donati: quæ donatio validatur, filio facto doctore. Sed ſi pater eēt obligatus, non diceretur donare, ſed cām obligationis trāſmittere. Nam † donari dicitur illud, quod nulla cauſa cogente præ-
5 ſtatur. ff. de donat. l. donari. facit lex, rē legatam. ff. de admi. leg. & hoc facit ad dictum Doctorum in illa quæſtione, dum quęritur, an mortuo patre fratres teneantur complere expēſas? Multi dicunt, quòd non. l. 1. §. nec caſtrenſe. ff. de collat. bon. quia pater ſi viueret, non eſſet obligatus. ergo nec filius. In cōtrarium facit, ꝙ immò pater teneatur: & videtur probari in l. fin. §. imperator. ff. de ſuſpect. tut. vbi pater compellitur ſe pro filio obligare, licèt ad illam legem poſſet reſponderi, ꝙ ibi loquitur in munere publico. Nam tutela eſt munus publicum auctoritate, licèt ſit priuatum vtilitate. Inſtitu. de tutel. § eſt aūt. & qui dari tuto. poſſunt in prin. ideo ex neceſſitate ſuſcipitur. l. necnon. ff. de tuto. & curat. datis ab his. probatur in l. ſi quis inter tres. ff. de excuſa tuto. §. imperator. vbi eſt idem caſus de verbo ad verbum, qui eſt in l. fi. §. imperator. ff. de ſuſpect. tut. Sed poteſt reſponderi, vt ſuprà proximè. Item probatur in l. quotiens. quæ eſt ſecunda. ff. ad municip. vbi pater obligatur pro filio. Sed poſſet etiam reſponderi, ꝙ ibi loquitur in munere publico, ſ. in decurionatu: præterea ibi pater conſenſit. Item probatur in l. fin. C. de dotis promiſſi. Sed poſſit reſponderi, ꝙ ibi loquitur in donatione propter nuptias, in qua debet ſe obligare: non loquitur de ſumptibus ſtudii. In quo articulo, an pater compellat̄ ſe & ſua obligare pro dote, aliqui tenent, ꝙ non, per legem ſecundam, ff. ad municip. Aliqui tenent contrarium, per l. final. in fine. ff. de ſuſpect. tuto. tenentes autem quòd non poſſet compelli, mouentur: quia non reperitur tex. qui velit, ꝙ obligetur. Nam vtcunq; inueniatur tex. ſecundùm eos ſpecialiter, quòd debet ſe obligare in donatione propter nuptias: ergo in aliis ſecus erat. Item dicunt & ſecunda ratione; quia nunquam eſſet, ꝙ ad duo eēt obligatus, & ad dotem, & ad donationem propter nuptias, qđ eſſet verum in his locis, in quibus eſt conſuetudo, quòd detur donatio ꝑꝑ nuptias. In locis autem vbi non eſt conſuetudo, diſtinguit Bart. Aut filius accepit vtilem ꝓſonam, q̄ ſibi nō congruit,

& non

Source : BIU Cujas

& non cogit̃ pr̃ promittere,& ſecundùm iſta tpa erat cã exhæredationis.l.non tm̃.§.ſi emancipatus.ff.de bo. poſſ. contra tab. Si aũt filius acciperet honeſtam perſonam,cogitur pr̃ promittere,ne matrimonium impediatur.l.qui liberos ff. de ritu nup. & l.fi.in fi.ff de ſuſp.tut.maximè ſi pr̃ conſenſiſſet matrimonio. l.honores.in fi.ff.decurion.l.2.ff.ad municip.Sed poſſet dubitari,an ſufficiat,ꝙ pr̃ cõſentiat ſe daturum filio dotem? Videtur, ꝙ non; quia per ſimplicem conſenſum in iſto caſu pr̃ nõ tenet̃ niſi de peculio.l.Lucius Titius.ff.de admin.tut.& not. in l.1.§.1. ff.quod iuſſu.Sed dicit Bart.ꝙ ſufficit patrem ſimpliciter cõſentire:& per hoc obligatur ipſe,& eius bona. vnde ipſe infert talẽ regulam,ꝙ vbicunq; pater cogitur cõſentire,& ſe obligare, ibi ſimpliciter conſentiendo ſe obligat.l.ſi filius.ff. de tute. & ff de excuſ.tut.l.ſiquis inter tres.§.imperator. Vnde in hoc eſt dicendum,ꝙ aliq̃ pr̃ cogitur aſſentire,& ſe non obligare:& tũc ſimplex conſenſus eum nõ obligat.l.cũ nõ ſolum.§.neceſſitatẽ.C. de bo.quæ libe.q̃que cogitur conſentire,& ſe obligare,& tũc ſimplex conſenſus eum obligat.Quandoq; põt cogi cõſentire, & ſe obligare: tunc ſimplex conſenſus eum obligat, niſi de peculio.d.l.Lucius Titius.& notatur in l.1.§.1.quod iuſſu. probat̃, ꝙ pr̃ compellatur ſe pro filio obligare,in l.ſed Iulianus.§. quod dr̃.ff.ad Macedon.vbi pater tenetur pro ſumptibus factis per filium in ſtudio.Sed poſſet reſponderi,ꝙ ibi loquit̃, q̃ filius iuit ad ſtudium de conſenſu patris: quia pater obligatur vſq; ad illã quantitatem,quam pater expendiſſet in domo pro tali filio, & non vltrà.l.3.§.proinde.ff.de in rem verſo,licèt ibi gl.dicat,ꝙ tenetur vltrà.Præterea põt dici,ꝙ licèt pater nõ teneatur indiſtinctè,ſed de in rem verſo:ita intelligit Cyn.illam l.ſed Iulianus.in l.Macedonian.C.ad S.C.Macedo. Item probatur in l.3.§.1.ff.de in rem verſ.vbi filius obligat patrem,põt reſpõderi,ꝙ ibi loquitur in neceſſariis quæ filio in domo p̃ſtitiſſet: & hanc ſolutionẽ ſentit gl.in l.ſed Iulianus.in gl.ſolebat,ad Mace.Item probatur. Pater tenet̃ præſtare filio neceſſaria, vt in motiuo p̃cedenti, & facit tex.in l.qui liberos.ff.de ritu nup. Sed inter neceſſaria ẽ, vt quis addiſcat.C.de bon.quæ lib non ſolum.§.1.de Carbo. edic. l.1.in prin.C.vbi pup.educari dẽt.l.1. Ergo poſſet reſponderi, ꝙ illud procedit quantum ad illum caſum Carboniani, q̃ pr̃ nõ eſt viuus:& ſic non loquitur in caſu noſtro,quo quæritur,an ſit obligatio patris in diſcente.Præterea tenetur quantum ad cibaria,non aũt ad aliam obligationem:ita exponitur verbum,neceſſitatẽ,l.1.C.de alen.li.& ibi gl.1.in prin.Probatur. Pater†tene
6 tur filiam maritare.l.qui liberos. ff.de ritu nup. Sic ẽt dicemus,
7 vt pater teneatur filium tenere in ſtudio † nam & filius inuito patre põt ire ad ſtudium,vt per glo.in l.ſed Iulianus.§. quod dr̃. ff.ad Maced.Sed poſſet reſpõderi,ꝙ aliud eſt in cauſa matrimonii,aliud in cauſa ſtudii.Nam bene cauetur, ꝙ pater tenetur filiam dotare.l.fi.§.vtraq;.C.de dot.promiſſ.& l.qui liberos. præalle.& Bart.in l.ſi cum dotem.§.tranſgrediamur.ff. ſol.matr.ſed de ſtudio non reperitur. Ergo. Item probatur in l.Macedon.in
8 tex.& gl.in verb.nõ recuſaret.C.de Maced.vbi†pater põt compelli ad emendum libros in ſtudio filio exiſtenti. Reſpondeo, ꝙ ibi loquitur, q̃ pater miſit ipſum filium ad ſtudiũ: qa obligatio contrahitur in perſona ſua. Præterea ibi loquitur, q̃ tenetur de in rem verſo ſecundùm primum caſum:ſecundũ aũt ſecundum caſum tenetur peculio tenus,i.quatenus eſt in peculio.Et tm̃ in primo caſu loquitur, q̃ accepit in vſus volũtarios: & ita ſentit ibi ple.Cyn.in prin.Item probatur in l.ſi quis à liberis.§.non tantum.ff.de lib.agno. vbi pater non tantum obligat̃ ad alimenta,ſed etiam ad cætera omnia pro filiis Sed poſſet dici,quòd ibi loquitur de oneribus, ſine quibus filius non põt viuere,ſicut ſunt veſtes,habitatio,& ſimilia: vt ff.de verb.ſignifi.l. verbo victus.& l.ſeq.& l.quos nos.& l. fi. & quòd ibi loquat̃ de iſtis oneribus ſentit glo.in verbo, onera. non autem loquitur
9 in oneribus ſtudii.Item probatur.Tutor†obligatur filio quęre re magiſtrum,& ei ſatisfacere,vt pupillus addiſcat. l. cũ plures. §.cum tuto.ff.de adminiſt.tut. Ergo à fortiori idem dicemus in patre. Sed poſſet reſponderi, quòd ibi non dicitur, quòd tutor obligetur, ſed dicitur, ꝙ ſi facit, bene facit: & poterit illos ſumptus imputare.Præterea ibi loquitur, quando ſolus erat pupillus & q̃ tractamus de bonis ſuis tantùm: hic autem de obligatione bonorum fratris,qđ non eſt ita veriſimile, nec ita permittendum,quòd bona aliena pro me alienentur, ſed ꝙ bona mea alienentur pro me, & vtilitate mea. In hoc ergo articulo dic,ꝙ immò pater poteſt compelli,quando.ſ.miſit filium ad ſtudium.facit.l.cum plures.§.1.ff.de admini. tut. l. qui filium. & l. officio.ff.vbi pupill.educ.debet.& per Bart.in l.legat.ff. de alim. & cibar.leg.l.quod de bonis. §.non ſolum.ff.de Carb.edic.l.fin. C.de alim.pupill.præſtand.& glo.in l.Macedoniani. C. ad Maced.l.3.§.perinde.ff.de in rem verſ.& videtur tex.in l.fi.C.de dopromiſſ.vbi pater dotando filiam,licèt ſit adminiſtrator bonorum filiæ cenſetur de ſuo dotaſſe.igitur malè dixit Bart.cum dicit,ꝙ vr̃ feciſſe de bonis filiæ: Nec obeſt reſponſio ſua,dũ dicit, ꝙ illa lex fi.procedat in dote & donatione propter nuptias,qđ onus pertinet ad patrem,quia ad illud põt cogi, per l. qui liberos. ff. de ritu nupt. Ad expenſas autem ſtudii non poteſt cogi: quia dico,ꝙ non eſt verum: immò poteſt cogi, vt ſuprà dixi. Aliud ergo eſt quærere,an pater compellatur ad mittendum filium ad ſtudium,& ad expenſas ſtudii, q̃ filius habet aliunde; & videtur ꝙ non compellatur mittere ad ſtudium ſuis expenſis.l.ſi quis à liberis.§.ſed ſi filius.ff.de liber.agnoſc.Et ita procedant prima ar. Aliud eſt quærere,an præſumatur facere de ſuo, cum bona filii adminiſtrat,& quando miſit filium ad ſtudium: tunc dico,ꝙ compellitur facere,& ſi fecerit,pręſumitur de ſuo feciſſe; & ſic iſtæ impenſæ non ſunt filio imputãdæ in parte ſua. l.1.§.ſed an id quod.ff.de collat.bon.& hoc vult Spec.in titu. de dona.§.ſequitur.verſ.ꝙ ſi vnus ex cohæredibus.idẽ firmat Reyner.in l.ſi filius.§.Neracius.ff.fam.erci.pro quo adducit l.3 §.fin. ff.de muner.& honorib. Si ergo pro iſtis datur actio, à fortiori exceptio.l.ſtatuas.ff.de acquir.rer.dom.& l.1.§.quod ait ff.de ſuperfic.Non obſtat l.Neſennius.ff.de neg. geſt. quia non loquit̃ in patre,ſed in auia quæ non tenetur alere, niſi in ſubſidiũ,quando non eſt pater, vel quando filius non habet aliunde: & hanc ſententiam,ꝙ pater præſumatur feciſſe de ſuo,tenet Raph. Fulgo.in d.l.fi.ff.de peti.hær.declarat dictum Ang.& Bar.qui voluerunt,ꝙ quando pater peculium caſtrenſe, vel quaſi filii, vel rẽ aduenticiam adminiſtrat,præſumitur feciſſe de bonis filii,vt dicit Bart.in l.Neſennius.præallegata.& l.1.§. nec caſtrenſe. ff.de colla. bono. quia dicit Raph. ꝙ q̃ apud patrem eſt vſusfructus bonorum filii,& apud filium nuda proprietas,non pręſumitur pater adminiſtratorio nomine feciſſe expenſas de bonis filii, cũ dicta bona non poſſint alienari quò ad proprietatem. l.1.C. de bon.ma.ſubdit tamen Raph.quòd ſi apud patrem nõ ſit vſus fructus,ſed apud filium,ꝙ pater præſumitur feciſſe adminiſtratorio nomine filii,& de illo vſufructu: & in hoc concordat cũ Bart.quod mihi videtur dubium,per l.fi.de dot.promiſſ.C.non obſtat.l.fi.de peti.hæred.quia loquitur de impenſa facta pro honore acquirendo filio,ad quam pater non neceſſitatur,ſicut ad dotem & ad impenſam ſtudiorum.debet ergo intelligi dictum Bar.in caſtrenſi vel quaſi, vel aduenticio, in quo pater non habet vſumfructum: vt in auth.excipitur. C. de bon. quæ lib. & ꝙ hoc ſit de mente Bart.apparet,quia in d.§.nec caſtrenſe,dicit,ꝙ ſi pater dat dotem pro filia,& bona aduenticia ipſius filię ſunt apud patrem,in quibus habet vſumfructum, præſumitur dare de bonis patris.per l.fi.C.de dot.promiſs.& in d.l. Neſennius,di
10 cit,ꝙ ſi pater gerat negocia filiæ bonorum,in quibus nõ habet vſumfructum,præſumitur dotare de bonis filiæ. Si ergo in dote per quam non fit alienatio,quia remanet firma & & ſalua, l. cum poſt mortem.de admin.tut.à fortiori vbi fit conſumptio. Item poteſt intelligi dictum Bart. in filio non doctore; ſecus ſi eſt effectus doctor,patre viuo,vt voluit in d.§.nec caſtrẽſe. Poſſet ẽt dici,ꝙ diſtinguẽdum eſſet inter gſia expẽſarum, vt ſuprà dixi.Sed quæro: pr̃ miſit filium ad ſtudium, moriť pater†an tenentur fratres ad ſumptus pro complemẽto ſtudii fratris? Quia iſte articulus eſt diſputabilis,& de facto ipſum habui,adducam aliqua arg.pro vtraq; parte vltra Doctores. Et iſta quæſtio põt habere duas partes.vna eſt,ꝙ ſi fratres perſeuerauerunt in ſumptibus,vſque ad complementum ſtudii:an poſſint fratri ſtudenti imputare? Secunda eſt,ꝙ ſi nolunt,an poſſint compelli? Et ad iſtas duas q̃ones ſimul adducam arg.Et pro parte affirmatiua arguo ſic.Iſtius dubii ſecũdùm Iacob.de Butrig.ſecundùm naturam eſt,vt qui ſentit commodum,ſentiat damnum.l.2.ff.de pecul.l.vn.§.pro ſecundo.C.de caduc.toll.& l. ſecundùm naturã, ff.de reg.iur.l.continet.in gl.in verbo ſuſtinet.ff.quod met.cau. l.manifeſtiſſimi.§.ſed cum in ſecũdam.ff.de fur.l.ſi ergo,in fi. ff. pro ſoc.Inſt.de contrah'emp.§.cum autem,in l.meminimus.in fi.C.de legi.hæred.Sed p̃ adeptam & acquiſitam ſcientiã ſolus frater qui ſtuduit,eſt habiturus commodum: ergo dẽt ei imputari,& alter frater nõ compelliť &c. Reſpondeo, ꝙ in iſto caſu non tm̃ tractatur de honore iſtius fratris, ſed ẽt alterius fratris; & licèt commodum ſit tm̃ ſtudentis,tm̃ non obſtat:qa hoc placuit illi,qui hoc facere potuit, ſ.patri:& ita cupiebat in uita fieri.Vel dic,ꝙ illa regula recipit fallẽtias in caſu noſtro, & rõ fallentiæ põt eſſe ſpecialitas,quæ reperitur in ſtudentib.auth. habita.C.ne filius pro patre.uel pietas paterna,uel affectio fraternalis.Secundò arg.ſi de quo magis vr̃ ineſſe, & nõ ineſt: ergo nec id de quo minus.l.Deo nobis.C.de epiſc.& cler l.1.§.1.de exercitoria.auth.multo magis.C.de ſacroſan.eccle.ſed magis videbatur,ꝙ auia faciens ſumptus pro nepote,non poſſit repetere: cũ amor deſcendat,q̃ tranſuerſaliter progrediatur:tamen contrarium eſt,quia immò repetit,& imputat.l. Neſennius, ff.de neg. geſt.ergo multo magis fratres poterunt imputare.Reſpondeo, quòd illi loquuntur in ſumptibus factis ab auia,quæ non ita vr̃ donare ſicut pater in caſu noſtro.Vel poteſt dici,ſi intelligimus de ſumptibus factis per fratrem, ꝙ licèt ceſſet liberalitas: quia frater videatur feciſſe animo repetendi,tamen non ceſſat obligatio,argu.l.rem legatam.ff.de adimend.leg.& iſta talis obligatio quæ erat in perſona defuncti, tranſiuit ad perſonam hæredis,vt Inſt.de obli.ex quaſi contractu.§.ita hæres. Tertiò probatur.Arg.à ſufficienti partium enumeratione eſt validũ in iure. l.obligation.ferè.ff.de actio & obli.l patre furioſo, ff.de his qui

Source : BIU Cujas

ſunt ſui, vel alie. iu. hoc præmiſſo arg. no. aut dices, ꝙ frater nō poſſit repetere, quia donauit, aut qa ad hoc erat obligatus. Si dicis, nō poſſe repetere quia donauit, hoc eſt falſum, quia nō prę ſumit̄ in dubio donaſſe, l. cū de in debito. ff. de probationib. nec p̄ſumitur donatio, vel alia præſumptio fieri pōt. l. Campanus. ff. de ope. lib. aut dices, ꝙ erat obligatus, & hoc erat falſum, quia cū iſta obligatio nō eſſet cū defuncto, l. ſi certis annis. C. de pac. aut cum ipſis, & hoc eſt falſum, cum ſit perſonalis, oportet ꝙ deſcēdat ex p̄ctu, vel quaſi, maleficio vel quaſi, quorum neutrum eſt hic, ergo &c. poterit imputare cum de proprio dederit, vel datum ſit. Reſpondeo, ꝙ immò, poſſimus ꝓiecturare aīum donandi fauore ſtudii. Nam fauore ſtudētium multa ſpāliter pietate ꝓmittuntur, q̄ aliis non permitterentur. auth. habita. C. ne filius pro patre. Nam amore ſcientiæ metipſos exinaniunt, & vitam ſuam omnib. periculis exponūt, vt ibi. ideo in eorū fauore ſpeciali dilectione aliqua ſunt ſpecialiter conſtituenda, ſ. p̄ſumptio donationis: ꝯcurrit ēt ad donationem affectio fraternalis. Item pōt dici, ꝙ erat obligatio cum iſto fratre: quia poſtq̄ pater eſt obligatus, ſi incepit, vt per Bal. in l. omnimodo. §. imputari. C. de inoff. ita & iſte frater, quia obligatio tranſit ad perſonā hæredis, vt ſuprà in proximo motiuo. Quartò probatur ꝓ argumentum a maiori, qđ eſt bonum in iure. auth. multo magis. C. de ſacroſan. eccl. & extrà de iureiu. c. quanto. ſed lex dicit, quia ſumptus facti per cohæredem in re communi veniunt imputādi pro rata. l. his conſequenter. § ſumptus. ff. fam. ercīſ. & l. ſiue ꝓ fratre. C. de neg. geſt. ff. cōm. diui. l. quis putas. in princ. ergo multo fortius, ſi talis impēſa fiat in re totaliter cohęredis: vt ē in caſu noſtro, ſi frater fecit; cum dictus §. ſumptus, indiſtinctè loquatur. Reſpondeo, ꝙ poſſum dicere illud procedere, q̄ nō cōcurrunt iſta duo, ſ. & fraterna affectio, & etiam ſpecialia, de quib. ſupra in primo motiuo. Quintò prob. Arg. de ſimilibus ad ſimilia ex rōnis identitate bonum eſt in iure. l. 1. C. de interdictis. l. ſi ita. ff. de manumiſſ. teſtam. Sed regula eſt, ꝙ ſi aliquis cohæres ē iuſſus eſſe liber ſub condōne, ſi dederit certam quantitatem pecuniæ: ſi. dat pecuniam, non pōt cohæredib. imputare, ſed ſibi tantum, quia commodum libertatis ſolum redundat in ipſum. ergo idem dicendum eſt hic: quia commodum ſcientiæ nō communicatur, ergo nec impēſa: & hoc probat̄ in l. ſi filia. cū l. ſeq. fam. erci. Reſpōdeo, ꝙ ibi loquitur, ꝙ fuit expreſsè appoſita cōditio; in caſu aūt noſtro nō conſtat de aliquo animo: ergo &c. Vel reſpondeo, ꝙ licèt arg. a ſimili procedat, tn̄ eſt debile, & adeò debile, ꝙ dato vno diſſimili totum corruit, ar. l. Labeo. & qđ ibi no. ff. de pac. ſed inter iſta non eſt commoda Sextò prob. Vbicunq; ſunt duo cōtēdētes, quorum vnus tractat de damno vitando, alius de lucro captādo: magis debemus ſubuenire tractanti de damno. l. nam hoc natura. ff. de cond. inde. & l. regula. ff. de iuris & facti ign. Sed ſic eſt in propoſito, ꝙ Neſennius nolēs ſibi impēſas imputare, tractat de lucro, alius verò frater de dāno vitando: ergo dēt eſſe melior conditio ipſius. Reſpōdeo,
11 ꝙ immò nō tractat alius frater de ſolū damno vitando † quia ēt ipſe adipiſcitur honorem ꝓ fratrē, vt ſupra dictū eſt. Prætereà iſta regula nō eſt ſemper vera, ſed illius eſt melior cā, qui habet potiora iura: ſed ipſe hēt potiora iura, ꝓ p̄ſumptam donationē, vt ſupra ergo &c. Septimò ꝓbatur. Idem iudicat̄ de quaſi militia, qđ iudicatur de militia. i idem de quaſi caſtrenſi, qđ de caſtrenſi. l. aduocati. C. de aduo. diuerſ. iud. l. fi. C. de coll. l. fi. C. q teſt. fac. poſſ. l. 1. §. nec caſtrenſe. ff. de colla. bon. ſed vera militia filio acquiſita venit in portionem ſuam computanda. l. omnimodo. §. imputari. C. de inof. teſt. ergo idem dēt eſſe in quaſi militia, & ſic peculio quaſi caſtrenſi, vt veniat computanda, & tn̄ ꝓ fratres poſſit de bonis communibus deduci: & vī caſus ꝓ iſta parte in l. & ſi filium. ff. de mun. & hon. l. Lucius. §. idē reſpondit. ff. ad municip. l 2. §. ſed an id. de col. bon. l. qui filium. vbi pupillus educari debeat. Reſpondeo, ꝙ arg. non ſtringit, quia ſi idē iudicatur de quaſi militia quod de militia, datum ob militiā nō imputatur: ergo nec iſtud. Item probatur, l. ex parte. §. filius. ff. fam. erciſ. vbi ſi poſt mortem patris filius fecit certos ſumptus, illi ſoli imputantur, nec debet alter frater communicare; ergo fratres poterūt imputare ſumptus ipſi ſtudenti factos in ſtudio. Reſpondeo, ꝙ ibi loquitur, quando talis obligatio non fuit aliquo modo incepta per patrem, ſed tantum incepit in perſona filii. Vnde fateor arg. dubium autem meum loquitur, qñ incepit in perſona patris: præterea ibi loquitur, qñ nulla eſt rō, quare alter frater debet communicare, quia vnus frater fecit debitum cum republica, vnde nihil ad alium fratrem. in caſu autem meo loquimur, qñ pertinebat ad fratrem ratione ſanguinis, & affectionis fraternalis: quia in perſona fratris alia pecunia eſt ex pēſa, ibi aūt iuit ad rempublicam. Itē, vt ſuprà dictum eſt, qñ frater eſt doctor, eſt etiam honor alterius fratris, cùm familia nobilitetur. Nec obſtat ſi dicatur, immò ibi pater incepit pro vno filio ſoluere, & frater poſtea ſoluens vī idē facere quod pr̄; quia reſpondeo, ꝙ ibi loquitur in obligatione, quæ non habebat tēporis continuationem, ſicut eſt in ſtudio; ibi. n. ſoluit certa debita pro filio, & mortuus eſt, poſtea frater ſoluere non vult, non pōt compelli. Item probatur & alio modo. Pater non eſt obligatus prouidere filio: ergo & fortiori, nec eius frater. & ꝙ non ſit obligatus pater, quia nulla competit actio filio cōtra patrē, etiam pro alimentis, quod plus eſt, niſi naturalis: immò non eſt efficax ad agendum, & ꝙ actio alia non competat, probatur in l. 1. in fi. ff. de iuſt. & iure. ſed non habens actionem agere nō poteſt. l. ſi pupilli. §. videamus. ff. de neg. geſt. ergo poterit repeti. Reſpondeo, ꝙ licèt non competat actio, tn̄ competit officium iudicis, vt no. in l. ſi quis per colluſionem. ff. de act. emp. & ſic iudicis officium eſt ſufficiens, & ſic tenet Bart. in l. ſi quis à liberis. ff. de libe. agnoſc. Item probatur. Non eſt dubium, ꝙ magis ē obligatus filius patri, quàm pater filio: ſed filius non tenetur ſolvere debitum patris, ut in l. ſi quis à liberis. §. parens. ff. de lib. agno. multo minus pater erit obligatus pro filio, & à fortiori frater pro fratre. Reſpondeo, ꝙ pater nō eſt obligatus ſoluere ęs alienum pro filio, qñ non eſt æs honeſtum: ſecus autem ſi eſt honeſtum, vt in iſto caſu ſtudii, in quo pater eſt obligatus, & ſic eius filius tanquam hæres, & ſic frater poterit compelli. Item probatur. Aut pater facit hoc pro filio non ex neceſſitate, ſed ex voluntate: & clarum eſt, ꝙ fratres non ſunt obligati. Aut facit pater ex neceſſitate, & tunc filius naturalis obligatur. l. frater à fratre. ff. de cond. indeb. Reſpondeo, ꝙ immò nō poſſunt hoc: qa ſi pater fecit ſua voluntate in vita, vī voluiſſe & fratres ſic facere pro fratre, vt ipſe inceperat; ſi autem fecerit ex neceſſitate legis, & tunc alia tranſit ad hæredes, vt infra dicā. Præterea qđ dī, ꝙ filius naturaliter obligatur, procedit qñ filius erat ſoluendo; de quo non conſtat in dubio noſtro. Sed cōtra primam reſpōſionem, ſ. ꝙ ſi pater fecit ſponte, vī voluiſſe etiam ꝙ fratres faciant. vī tex. in l. ſi quis à liberis. §. item reſcriptum. ff. de lib. agn. ſed poſſet reſpōderi. ꝙ ille §. loquitur in hærede extraneo. ſic ibi intelligitur gl. ſed in caſu noſtro non eſt extraneus. Itē probatur, ꝙ aliquid debet filio præſtari patris voluntate. Voluntas patris interpretatur ſecundùm numerum liberorum. tex. eſt in l. ſi filio pater. ff. de leg. 3. ergo ſentit, ꝙ vult fieri de parte illius pro qua fit: quia ſentit ibi, ꝙ tot debent eſſe partes. ſi ergo illa fuit intentio patris: ergo filius non eſt obligatus. Reſpondeo, ꝙ ibi eſt caſus diuerſus à caſu meo: quia in caſu meo conſtat de voluntate patris, qui incepit expendere, vnde præſumitur, ꝙ taliter. ſ. voluerit in filio: ibi autem in l. contraria, pater iuſſit dare dotem filię arbitratu tutoris, quantum debet dari dicitur, ſecundùm facultatem bonorum, & ſm dignitatem perſonarū, & numerum liberorum: vt in l. cum poſt. §. gener. ff. de iur. dot. & ſic interpretamur intētionem defuncti, quæ interpretatio in caſu noſtro nō eſt neceſſaria, quia clara eſt. Item probatur in l. & ſi filium. ff. de mun. & hon. vbi ſi pater fecit aliquos ſumptus pro filio in adipiſcendo certum honorem filio, eo patre mortuo fratres, vel cohæredes ipſius qui habuit honorem, nō ſunt obligati. ergo in caſu nr̄o dicemus, fratres iſtos non fuiſſe obligatos: & ſic ſumptus quos fecerit, poterit imputare. Reſpōdeo, ꝙ ibi loquitur, quando iam in vita patris filius eſt conſecutus honorem totaliter & integraliter: in caſu autem dubii mei nō erat adhuc conſecutus doctoratum: & ſic in illa l. ſi ille nondū eſſet cōſecutus, eſſet obligatus. Vel dic ſecūdò, ꝙ ibi nō loquit̄ in fratre, ſicut in caſu noſtro: ſed pōt ibi intelligi in extraneo, dum dicit, cohæredis filii, non aūt dicit, fratris filii: eſt. n. alia rō affectionis in filio, q̄ in extraneo, ꝓ quam rationem affectionis frater non poterit repetere, vel imputare. Item probat̄. Sumptus facti per cohæredem in re communi veniunt imputandi pro rata. l. his conſequenter. §. ſumptus. §. fam. erciſ. l. ſiue pro fratre ff. de neg geſt. l. ſi quis imputans. in princ. ff. comm. diuid. ergo idem dicemus in caſu noſtro, ꝙ non dēt habere patrē ſumptuum, cum non ſunt in re communi facti, ſed tantum in perſona vnius. Reſpōdeo, ꝙ immò ſatis dicuntur in re communi, ꝓ honorem fratris. Vel dic, ꝙ ſatis dicitur in re communi, poſt quam eſt obligatus, vt infra ſentiam. Item probatur. Pater tenetur ad ſumptus filii in ſtudio: ergo. Immò veniūt tales ſumptus imputandi, hoc probatur per l. ſi quando. C. de inoffic. teſtam. Nam videmus, quòd pr̄ de neceſſitate dat dotem filię, & illa imputatur. l. quoniam nouella. C. de inoffic. teſtam. ita tenet Guil. quem refert & ſequitur Bald. in l. omnimodo. §. imputari. C. de inoffi. teſt. in fi. Reſpōdeo, quòd ibi loquitur in alia donatione, q̄ loquamur in caſu nr̄o: quia loquimur de donatione, quę trāſit in peculium caſtrenſe, vel quaſi: in quo alia ſpecialia ſeruantur, quia non imputantur, vel cōferuntur talia peculia. Itē probatur. Aequalitas eſt ſeruanda, & inæqualitas eſt euitanda inter fratres, vt in l. illud, circa fi. C. de coll. & in auth. quæ tertiæ partis. eo. tit. Sed ſi ſumptus non poſſent imputari fratri, oriretur inæqualitas inter eos, quia plus haberet Neſennius, quàm Sempronius: ergo &c. Reſpōdeo, quòd licèt æqualitas debet ſeruari, tamen nō ſemper: nam illud procedit in iudiciis, quia illa eſt ſeruanda. c. vno. de conſuetud. recti feudi. item in cōtractibus, l. eleganter. §. ſi quis poſt. ad fi. ff. de cōdict. indeb. l. antepen. ff. de pact. item in vltimis voluntatibus ab inteſtato, l. inter filios. C. fam. erc. Quantum autem ad teſtationem, quòd ſemper exigatur æqualitas, hoc negatur: nam pater pōt filios inæqualiter inſtituere, & vni plus relinquere, alteri minus, dummodo nō habeat

Source : BIU Cujas

beat aliquis eorum minus legitima portione, ar.l.cum quærit· C.de inoffi.test.Pro parte autem negatiua argumẽtamur sic. Et primò pater & filius censentur eadem persona.l.fi. C.de impu. & aliis substi.& instit.de inutil.stip.§.ei qui.Item,hęres & defunctus censentur eadem persona.auth.de iureiur. à morient. præstito.circa princ.Sed si hæc impensa fuisset facta per patrẽ, non esset filio imputanda.l.filiæ.C. fam. ercis.& l.quæ pater ff.famil. ercis.& l.Pomponius Philadelphus.ergo nec per filios,eiusdẽq; hæredes,qui reputantur eadem persona.Respondeo,ꝙ licèt reputentur eadem persona, est verum quantum ad quid, non tñ quo ad omnia: non.n.est eadem ratio affectionis in patre, quæ
12 est in fratre.Præterea bene reperitur, ꝙ †pater tenetur ad soluẽdum ęs honestum pro filio,& ad sustẽtandum ipsum in studio, maximè si studet.l.sed & nihil.§.quod dicitur.& ibi gl.ff. ad Maced.& l.3 §.proinde.ff.de in rẽ vers.& l.Macedoniani. C.ad Macedon.in fratre autem non reperio,ergo &c. Secundò sic ꝓbatur.Sumptus facti causa pietatis non repetuntur.l.alimenta. C. de neg.gest.& l.cum vis.§.si mulier.ff.de condict.indeb. Sed inter fratrem & fratrem cadit affectio,& pietas animus donandi: vt per gl.in l.si seruus communis.de donat. inter vir. & vxo. de probationi.l.Procula.C.de transact.l.fratris.ergo non debet frater posse imputare,l.perfecta.C.de don.Respondeo, ꝙ si loquit̃ in patre,non obstat,quia intelligitur de sumptibus factis ꝑ victum,nõ autem de sumptibus studiorum:& sic illa l.nõ loquit̃ in fratre. Vel dic,ꝙ inter fratres non cadit pietas, per quam præsumatur donatio inter eos, maximè qñ vnus non est ditior altero,& qñ non apparet de animo donandi.Sed in l.si seruus, cõmunis scientia & ratihabitio operatur donationem,quę iã erat facta per nõ dominum,& operatur affinitas. Sed in casu nostro non apparet,ꝙ interuenerit aliqua donatio : ideo non obstat. Item in l.Procula,de prob.præsumitur animus donandi, postq̃ a fratre nũquam fideicommissum fuit petitum.Sed in casu nostro Sempronius petit a fratre istos sumptus,ideo non prę̃sumitur donatio: & sic formaliter respondeo,dico,ꝙ verum est, ꝙ inter fratres prę̃sumitur donatio,quando apparet tacitè,vel expresè de animo,vt illis iuribus. Sed in dubio meo apparet contrariũ,quia fratres repetunt,ideo.Tertiò prob. Qui sentit lucrũ, debet sentire incommodum, vt supra ꝓ parte affirmatiua istius dubii in primo arg.Sed frater percipit lucrum, id est, honorem ex facto fratris,vt probabo.Ergo debet participari sumptus. Et ꝙ frater participet de honore,probatur sic. Si fit iniuria vni fratri,iniuria infertur etiam alteri fratri.l.lex Cornel.in princ.ff.de iniur. ergo idem dicemus in honore, correlatiuorum eadẽ est disciplina.l.generaliter.C.de inst.& subst.sub cõdi.fac.& in istis correlatiuis mutua est dispositio.l. 1.ff.qui satis. cog.l. sed si hac. §.si libertas.ff.de in ius voc.l.pen.ff.qui satisd.cog. Respondeo,ꝙ licèt illi fratres sentiant honorem : tamen ꝑ hoc non dicunt̃ sentire commodum,quantùm ad lucrum bursale,vnde ẽt non debent sentire incommodũ.Quartò prob.Si defunctus inchoauit actũ,quòd & hæres debeat illud continuare,nos inspicimus & attendimus principium cum ratione continuationis, ar.l.eũ actum.ff.de negoc.gest.l.tutor post pubertatem. C.de arbi. tut. C.de neg.gest.l.tutori.tamen propter necessariam consequentiam,ar.l.potior.& l.qui balneum. §. eo amplius.ff. qui potio.in pig.habea.Sed in proposito constat,ꝙ conseruatio studii habet cõnexitatem cum primo,cum inchoatum honestè dimitti nõ possit,vt in prooem. Instit.in fi.ar.l.si is qui.40.ad l.Fal. & ista cõtinuatio est inseparabilis,quia paria sunt,aliquid esse inseparabile natura vel commoditate, aliud honestate.l. nepos Proculo. 15 ff.de verb.signi.l.filius.de condi. institu. ergo ista impensa quasi relicta à patre sub onere,quod filius faciat sicut ipse pater faciebat,non poterit imputari. Respondeo,ꝙ illud arg. procederet, quando de necessitate ille actus deberet continuari per hęredem.Sed in casu nostro non debet necesse continuari. Nam licèt pater teneatur filium sustentare in studio,l.sed & nihil.§. qđ dicitur.vbi bon.glo.ff.ad Macedo.& l.3.§.proinde. ff. de in rem vers.maximè si studium,vt not.Pau.de Cast.in l.seruus.C.de epi sco.& cle. non tamen reperitur in filio tantum, & sic in fratre, qui non tenetur nec tanquam hæres,nec tanq̃ frater. Itẽ prob. Filii agnoscentes voluntatem defuncti non possunt repetere. C.de testam.l.non dubium.isti ergo fratres inchoatum à patre prosequentes videntur eius voluntatem amplecti, alendo fratrem:ergo non videtur repetere posse,vel imputare. Respon- 16 deo,ꝙ illud procedit,quando frater feciisset animo non repetẽdi.Sed in casu nostro prę̃sumitur aliter:prę̃sumeretur donatio, quæ præsumi non debet.l.cum de indebito.ff.de proba.& l.Cãpanus.ff.de oper.liber. Vel potest dici, ꝙ in illa l. non dubium. apparet,de expressa voluntate testantis,volentis, vt hæres suus ad legata teneretur,licèt illa uoluntas non fuerit legibus subnixa: ideo hæres soluens non potest repetere,quia videtur paruisse voluntati defuncti,licèt inualidè. In casu autem nostro non apparet de aliqua voluntate defuncti: ideo fratres poterũt imputare,vt æqualitas inter fratres seruet̃.l.illud. C.de coll. Sextò probat̃.Scietia filii est laus & gloria patris,auth. cõstitutio. q̃ de dig.§.generaliter.in fi.ergo non põt fieri repetitio aliqua: quia
13 patre mortuo†memoria per filium conseruatur.l.liberorum.§. sed qđ Papinianus.ff.de verbo.sig.Respondeo,ꝙ illud procederet,si loqueremur de sumptibus per patrem factis:nos aũt loq̃mur de factis ꝑ fratrẽ.Itẽ pro eadem,solutio non põt parere liberationem & repetitionem.l.qui hominem.§.fi.ff. de solu.l.si non sortem.§.si decet.ff.de cond.indeb.l.eleganter.§.si qs post. & l.cum his.§.1.eo.ti.ff.de cond.indeb.l.alius.ff.de tribut.Sed isti tenentur hoc facere,vt probo: ergo &c.Et ꝙ sint obligati, pro-
14 batur:quæ†tenent defunctum,tenent hæredem.l.si necessarias. §.de vendendo.ff.de pig.act.l.si pretium, de proba.l. a duob. ff. de oper.liber.Sed perficiens inchoatum cum voluntate defuncti habet eum obligatum,l.si seruos,ff.de pig.act.& d.l. sed & nihil.§.quod dicitur.ff.ad Maced.ergo & hæredem.Si ergo tenetur,non potest alius imputare,arg.l. frater à fratre . vers. porrò ff.de cond.inde.quod aũt hæc voluntas duret,colligitur ex eo, ꝙ legale studium habet unum totum,quod accipitur ex principio,& si.quod potest dici vnum,arg.l.iubemus.§.nec decẽterò. C.de aduoc.diuersiud.Respondeo negando,ꝙ ita sit obligatus iste frater sicut pater.Vel dic,ꝙ illud non procedit in vna obligatione:quod.n.si pater defunctus erat obligatus ex delicto in mulcta,certè non transit talis obligatio in hæredem . l si eum. §.qui iniuriarum.ſi quis caut.Octauò probat̃ per l.filia. §. idem scribit.vers.Neratius.ff.fam.ercis.& ibi Dy.vbi si moritur pr̃ pluribus filiis relictis,& ante mortem volebat vnum filium consequi certum munus,non tñ fuit filius consecutus ante mortẽ patris: dicitur,ꝙ ille frater tantum poterit deducere, quantũ impendit,& deducet in iudicio fam.ercis.Respondeo,ꝙ ibi loquitur,quando de expresso consensu patris constabat, quod patet ex litera ibi professum esse,quæ exponitur . s. consensum adhibuit,ex quo consensu pater obligatur,& fideiussor . ff.ad municipal.l.quotiens,& ibi glo.in d.§. Neracius. vnde vnumquenq; hæredem dimisit obligatum pro parte:& ita dicit gl.in d.§. Neracius.in verb. professum,mota per l.& si filium.ff.de mu.& hono.in casu autem nostro non ita constat. vnde dicunt aliqui, si pater in vita dixisset,ꝙ nolebat filium effici doctorem, ꝙ filius poterit habere ab aliis fratribus expẽsas, quas fecit in studio ꝓ doctoratu.Nonò probatur per text.l.1. C. de pericu. succes.lib. 10.vbi si pater fecit sumptum pro filio, hic sumptus debet fieri de communi:ergo non põt imputari.Respondeo, ꝙ ibi loquit̃ de sumptibus factis in uita patris : nam ibi pater fecit sumptus pro faciendo filium clericum:nos autem loquimur, vtrum debeant fieri de communi post mortem patris: & an fratres poterint ad hoc compelli.Probatur ẽt per text.l.si filia. §. idẽ scribit. vers.Neracius.vbi pro expẽsis factis in vita patris filius nõ ẽ obligatus:in factis aũt post mortẽ patris filius pro quo sunt factę,tenetur:ergo in proposito,si ꝑ fratres contemplatione fratris factæ sunt,imputabuntur per fratres.Respondeo, ꝙ ibi loquitur, quando factum non incepit habere principium viuo patre, sicut in dubio meo.Itẽ prȏbatur ꝑ l.qui originem.§ fin.ff. de mu. & hono.vbi licèt frater non possit compelli ad inchoandũ studium pro fratre,põt tamẽ compelli inchoatum adimplere: ergo non imputabit.Respondeo,ꝙ iste tex.non dicit illud, immò dicit,ꝙ si pater fecit sumptus pro vno filio in doctorando, vel militando eum,si postea moritur pater,alter frater volẽs similes sumptus facere de communi,s.de suo, & de parte fratris conuẽtuati vel militantis,non dẽt aliquo modo audiri : sed de proprio tantùm dẽt facere:& sic est casus diuersus,non contrarius. Item probatur,l.Lucius.§.idem respondet.ff. ad municipal.vbi †hæredes patris tenẽtur pro munere,vel onere iniuncto patri, eo viuo,secus autem si eo mortuo iniungatur.Vnde in proposito,cum istud onus factũ sit viuo patre,hæredes eius debent sentire hoc onus.Respondeo,ꝙ illa l. non obstat, qa ibi loquit̃ in obligatione quæ ex necessitate dẽt a principio recipi, sicut erat in munere publico.In casu aũt nostro pr̃ nõ erat obligatus mittere istum filium ad studium, & ꝑ consequẽs ista obligatio fuit voluntaria,& non transit ad hæredes : & ita sentit Bart. qui in hoc determinauit contra Dy.vel posset fortè attẽtari, quòd in expẽsis factis ꝑ fratrem viuo patre, vel in debitis contractis in uita eius,bene tenẽtur fratres tanquam hæredes,sicut teneba tur defunctus.Sed expẽsas factas post mortem patris,de quibus in dubio meo,non video quare fratres tenẽtur participare, maximè cum nullius commodum fuerint percepturi,per l. secundùm naturam,ff. de reg. iu.Itẽ probatur a simili.Hæres†manda tarii,tutoris,& socii tenentur expedire negocia cœpta, l. hæres socii.ff.pro socio,ff.de hær.tut.l.1.& l.furti.§. fi. ff. de his qui nota.infam.Respondeo,ꝙ hoc non est simile stringẽs: quia illud est in socio & tutore,qui nõ faciunt expensas, ex quibus nõ spectent lucrum,vel quas non sperent repetere: hic autẽ non sperant repetere.Item probatur in l.1.quæ incipit, si cum te. C. de decur.vbi si pater cõsentit filio aliquid faciẽti obligatur, & etiã cius hæres:ergo in casu nostro dicemus, quòd pr̃ fuit obligatus pro filio,& sic etiam frater mortuo patre.Respondeo, ꝙ ibi loquitur in munere publico,secus ãt esset in munere priuato . Nã in d.l. 1.C.de decur.pr̃ cõsenserat decurionatui filii, & sic in munere publico:& ita sentit ibi Bart.per l.Lucius, ff. de administr.

Source : BIU Cujas

tuto. ſi aũt eſſet priuatũ, ſecus. Vnde ſi fit inſtrm inter duas perſonas priuatas conſentiente patre vnius, pater alterius non erat obligatus l. 1. §. 1. ff. quod iuſſu. quia tunc oportet, ꝙ pr̃ ſpecialiter ſe obliget. In† munere autem publico pr̃ intelligitur cõſentire, non tm̃ ſi ſpecialiter cõſentit, ſed etiam ſi præſens eſt, & nõ contradicit: tunc. n. pater dicitur quaſi fideiuſſor filii. Item probatur Quando eſt quæſtio ſtatus & bonorum, & ſic hẽt locum bonorum poſſeſſio Carboniana, vt in toto tit. C. & ff. de Carbo. edicto. iſto caſu debent fieri expenſæ in cauſa ſtudiorũ pro pupillo. l. de bonis. § non ſolum. ff. de Carbon. edic. Sed poteſt eſſe, ꝙ ſit contentio iſta inter fratres: ergo frater tenebitur fratrẽ in ſtudio tenere. Reſpondeo, ꝙ illud nõ obſtat, quia ſi frater faceret ſumptus, faciet de portione tangente ipſum pupillum, non autem alium fratrem: dubium autem meum loquit̃, an de cõi debeat fieri. Item probatur. Pariter iudicatur de alimentis, & de cauſa ſtudiorum, quãtum ad hoc, vt ponatur neceſſitas, l. de bo
18 nis § nõ ſolùm. ff. de Carbon. edict. Sed† frater tenetur præſtare alimenta fratri. l. qui filium. ff. vbi pupill. educ. debet. & tenet Bar. in l. 1. C. de alen. libe. ergo & ſumptus tenetur p̃ſtare: ergo non imputabit. Reſpondeo negando, ꝙ videlicet ſit ęquiparatio alimentorum & ſtudiorum, quia alia rõ eſt in alimentis pp affectionem charitatis & vitæ fratris, qui ſe non poteſt alimentare, q̃ in cauſa ſtudiorum, ſine quo frater bene poteſt viuere. l. 1. §. ſed nonnullos. ff. de tutelis & rationibus diſtrahendis. ff. de admini. tut. l. cum plures. §. tutor. Item probatur. l. qui filium. ff. vbi pupill. educ. deb. vbi ſi frater habẽs tutorem vult agere pro ſumptibus factis in magiſtris fratris, vel ſororis, per tutorem dicitur, ꝙ poteſt agere. ergo eſt obligatus frater, & ſic non põt imputare. Reſpondeo, ꝙ ibi interuenit iuſſus iudicis, vt tutor deberet facere illos ſumptus, ideo non repetitur: in caſu aũt thematis mei non interuenit aliquis iuſſus. Vel poteſt ſecundò dici, ꝙ ibi ideo non fit repetitio, quia erat modica quantitas pecuniæ illius, quæ fuit expẽdita, & has ſolutiones ibi ſentit gl. etiam tertiam pp antiquitatem, & facit mẽtionem de Calfurnia. Poſſet tamen argui contra glo. ꝙ immò ſolutiones iſtæ nõ procedãt. & primò omnium dicitur in prima ſolutione, ꝙ illud operatur iuſſus iudicis: hic videtur contra illum tex. ibi exiſtimo, & ſi citra magiſtralium decretum, vbi etiã ſi ſine iuſſu tutor fecit, nõ poſſunt peti ſumptus facti. Præterea ſi fuit factus iuſſus per iudicem, credendum eſt, ꝙ iuſtè fecerit, & ſic erat obligatus. Itẽ contra ſecundam ſolutionem facit, quia continet diuinationem, ꝙ ibi fuerit modica expenſa. vnde poſſet reſponderi, aliter nõ poterat, ideo nimirum ſi frater expenſas repetere non poteſt. in dubio autem meo non apparet, ꝙ iſte frater aliter nõ poſſet ſibi expenſas facere. Item probatur. Iſte filius faciens ſumptus pro fratre ſtudenti gerit negocium patris per rationẽ, de qua
19 ſupra, quia†. ſcientia filii eſt laus patris. Si ergo mortuo patre filius ſucceſſit, confunditur actio. l. ſi ab eo. C. de neg. geſt. l. hæres a debitore. ff. de fid. ergo nõ poterit fieri imputatio. Reſpõdeo, ꝙ licèt confundatur actio, tamen quando habet cohæredem, non ſtat, quin poſſit agere contra cohæredem. d. l. ſi ab eo. & l. 1.
20 C. de hereditar. act. Item probatur. Sumptus† facti in eruditione non poſſunt repeti, niſi in duobus caſibus. l. ſinautem. §. ſi cum tribus leg. ſequentibus. Ergo cum iſte caſus non ſit de illis, non poterunt peti, poſſet reſponderi, ꝙ ibi loquitur de ſumptibus factis in ſeruo alieno, qui poteſt vendi: hic autem non põt fieri venditio fratris, & ſi inſtetur. Si ergo facti in ſeruo non poſſunt repeti, in quo non eſt aliqua charitas: ergo à fortiore, nec in fratre, in quo eſt charitas. Sed poteſt reſponderi, ꝙ ideo non p̃nt repeti à domino ſerui, propter duas rationes in tex. poſitas, in d. § ſi qui incipit ſed ſi puerum. & hoc ſentit ibi gl. in verb. non
21 idem obſeruatur. Item probatur. Onus† factum per patrem, filii debent pati, & illi cõſentire, vt in l. dotem dedit. aliàs incipit, dedit. ff. de coll. ergo in caſu iſto obligatio tranſit ad hæredẽ: ergo non poterunt iſti ſtatres imputare, & compelli poterũt. Reſponderi põt, ꝙ ibi loquitur de obligatione cępta & completa in perſona patris: nos autem loquimur de obligatione, q̃ non fuit finita in perſona patris, quia adhuc remãſit ſcholaris, & ꝙ ibi non loquatur in perſona patris, patet, quia ibi auus dedit dotem pro nepte eo mortuo durante matrimonio, poſtea moritꝫ neptis: nunquid illa dos data erit præcipua patri, an verò communicabitur cum patruis? Reſpondetur, ꝙ erit præcipua patri, & ſic non tractatur de aliqua obligatione fratrum, ſicut in du-
23 relinquat̄. Nam in caſu illius legis nō poteſt aliquo mō tractari de cōpenſatione, quia † cōpenſatio eſt crediti & debiti inuicē cōtributio. l. j. ff. de cōpenſa. in caſu autē illo nō eſt debitum, nec creditum, reſpectu eiuſdem perſonæ, ergo &c. Itē probatur in l. qui dotē. ff. ſolu. mat. Vbi ſi maritus legat vxori, dr̄ facere animo cōpenſandi. l. vna. §. ſciendum. C. de rei vxo. act. ſed in d. l. q dotē, iō admittitur cōpenſatio, qa ibi conſtat de voluntate ipſius mariti, q legauit cū hac ꝺditione, ꝙ nō peteret dotē, ſed qa noluit mulier, vel nō potuit acceptare legatū, iō ibi dr̄ quòd poteſt ad dotem agere. Sic ergo non fit cōpenſatio, quia non recepit legatum, & ademptio legati inutilis, non tollit petitionem dotis, ad hoc allegatur, item probatur in l. ab omnib. § fin. ff. de leg. j. Solutio. Ibi loquitur, qñ ille fuit pro parte hęres inſtitutus, vnde rōne illius partis fit confuſio, ſecus in caſu meo, vt dixi circa ſolutionem. l. ſi ſocer §. Lucius. & l. quæ dotis. vt ſ. patet. Hāc etiā partē probat l. Mæuio. §. j. ff. de le. 2 vbi maritus legat vxori ſuę, dr̄ facere aīo compenſandi: ergo idē dicere debemus in caſu iſto. Reſpon. ideo ibi fit cōpenſatio, quia illud fuit de intētione mariti, loquendo in tertia perſona, vt ibi dicit glo. Nā ibi ita fuerat legatum. Quicquid per Titiā ad Seium dotis nomine ꝓuenerit, tantā pecuniā hæres meus. ff. de leg. 2. & quod not. in c. ſi pro clericis de præben. in 6. Ego autem loquor in dubio. Itē probatur in l. ſi ita ſit ſcriptum. § fi. ff. de leg. 2. Reſpon. ibi non loquitur in caſu dubio: nā dicit ibi text. quòd legauit pater pro filia maritanda: vnde ex illis verbis ſatis apparet de volūtate teſtātis. Item probatur in l. cū pr̄. §. qui dotale. ff. de leg. 2. vbi ſi maritus fa. legatum uxori, cuius prędium dotale vēdiderat, tale legatum dicitur factum aīo cōpenſandi. Reſpondeo, ibi apparet de voluntate mariti: nā ibi fecit legatum, & poſtea rogauit hr̄dē, vt pretium illius fundi reſtitueret vxori: nā ex hoc apparet, quòd voluit vxorem eſſe contentam legato, nec reſciſſionem venditionis petere. Ego autē loquor in caſu dubio. Vel poſſet intelligi ille §. quòd dedit legatū vxori, qđ legatū ualebat minùs, quàm prædium uenditū, & iō maritus voluit illud plus reſtitui vxori. Vnde tunc expreſsè patet de aīo cōpenſandi. Hoc etiā patet in l. cū pr̄. §. cum pr̄. ff. de le. 2. vbi ſi pr̄ eſt debitor filiæ ex aliqua cā, etiā voluntaria, & eā pro parte inſtituat, quòd dicitur factum animo cōpenſandi. Reſpon. ibi in hæreditate, hic in legato, qđ declarat̄, vt dixi ſ. ad l. ſi ſocer. § Lucius. de iure dot. vel ibi iō eſt, quia hoc fuit de voluntate patris, vt dic. ibi text. dicit. n. ibi expreſsè tex. qui cōpenſaret. Item probatur in l. ſi debitor in prin. ff. de leg. 2. vbi debitor legauit creditori, dicitur facere aīo cōpenſandi. Idem ſi maritus legat mulieri, vt ibi dicit tex. in uer. ſic & in dote. Reſpond. ibi ideo eſt, quia illud idem quod debebatur, fuerat legatum: ideo ex coniectura teſtatoris dicit̄ facere animo compenſandi: hic autē non idem qđ fuerat legatū, cum nō appareat. Vnde cum hic loquamur ī caſu dubio, ibi in certo, meritò non obſtat. Itē & alia rōne nō obſtat: nā ibi debitor legauit creditori ſuo, hic autē legauit filię, quæ non erat creditrix: cū ꝑ promiſſionē efficiatur debitor mariti, vt ſ. dixi. Itē probatur in l. fi. §. Lucius Titius. ff de leg. 2. vbi fit cōpēſatio. Reſpond. ibi iō eſt: quia maritus hic legauit, hoc voluit: nam dixit. Lego uxori meæ, & filiæ, & volo, vt ad inuicē conferāt, vnde nō eſt mirum ſi conferant. Vel pōt dici ibi, ꝙ filia eſt hæres pro parte, cùm ex codicillis habeāt hr̄ditatem. Licet. n. hæreditas codicillis dari nō poſſit directò, pōt tamē ꝑ fideicōmiſſum. Prętera ego quæro, an legatū cum dote cōpenſetur, ibi autem de hoc nulla fit mētio. Itē probatur in l. ſi mulier. §. ſi rem. ff. de leg. 3. vbi debitor legās creditori, vr̄ facere animo cōpenſandi. Reſpon. ibi illud, qđ erat promiſſum, fuit legatum. vnde non eſt mirādū, ſi fit cōpēſatio, ſed hic loquor, qñ ī caſu dubio. Prætera poſſet dici, ꝙ ibi loquitur in promiſſione ex alia cā quàm ex dote: de qua in themate meo. Cū ergo nō valeat legatum quaſi nullū afferens commodum creditori, meritò non admittitur cōpenſatio. Itē probatur in l. ſi deportati ſeruo. §. fin. ff. de lega. 3. Reſp. vt ſ. proximè, quia eſt idē caſus: qa nō ualet legatum, quādo nō affert cōmodū. Itē probatur in l. vxorem. §. teſtamēto. ff. de leg. 3. vbi ſi pater promittit dotem pro filia, & poſtea ſuperuiuens ipſam dotet, dicitur facere aīo cōpenſandi. Reſpond. ille textus loquitur, qñ pater illa eadem quæ in teſtamento legauit viuus, poſtea tradidit, quo caſu bene admittitur cōpenſatio. l. filia legatorum. C. de leg. & ita intelligit illū tex. gl. ibi poſita. in verbo dedit. Sed contrà in eadē l. §. pater. vbi tex. dicit, quòd ēt pater dādo nō liberatur. Reſp. ibi loquitur in patre, qui receperat dotem a marito filię naturalis tantùm, & erat rogatus de reſtituendo. dicitur ibi, quòd ſi iſta filia ſeruo nubit, & pater ſine conſenſu filię det illā dotē ſecundo marito, quòd niſi filia ratū habeat, pater nō liberatur. Et eſt rō, quia filia naturalis nō eſt in poteſtate patris. Inſt. de nup. §. fi. cū ſimilib. Cùm ergo voluntas teſtatoris fuerit, ꝙ filiæ ſolueret̄, nō liberat̄ alij ſoluēdo, q̄ ceſſant in caſu meo. Item probatur in l. vxori maritus ff de uſufru. leg. vbi ſi marit⁹ legauit vxori vsūfructū, & mulier dotē capiat repetūtur ab ea omnes fructus quos percepit. Ergo admittitur, compenſatio. Reſpondeo, ibi non repetuntur fructus hac de cauſa; qa dotem recepit, ſed quia illicitum fuit pronuntiatum,

Source : BIU Cujas

Franciſci de Porcell. De duobus fratribus.

vnde ſubtiliter intelligentib. ille tex. fa. potius contra. Item in l. cum vſusfructus. ff. de vſufr. lega ubi ſolutione dotis expirat legatum vſusfructus factum uxori. Reſpondeo, ibi cõſtat de voluntate mariti, quæ fuit, vt finiretur legatum quàm citò ipſa habuerit dotem, vt ibi dicit tex. donec eius dotem &c. Itẽ probatur in l j. § adeò. ff. de dote præleg. Reſpond. ibi maritus legauit vxori ſuæ dotẽ, & poſtea ſuperuiuens illam tradidit. Vnde tũc non ſumus in caſu dubio, ſicut eſt in caſu meo, & ita intelligit gl. parua ibi in verbo, ſoluerit. Sed cõtrà de eadem lege. § ſed ſi. vbi legatum factum à marito vxori dr̃ factũ aĩo compenſandi. Reſp. maritus legauit vxori ſuę dotẽ, quam ipſa promiſerat, ſed nõdum ſoluerat: nã tunc iſtud legatum non poteſt operari niſi liberationem. vnde nimirum, ſi vxor nõ põt ibi conſequi legatum. primò, quia non ſumus in caſu dubio, ſicut in caſu meo. Itẽ, quia operatur illud quod poteſt, & ad qđ fuit interpoſitum. Itẽ probatur l. 2. §. vlt. ff. de dot. pręle. Reſp. cp ibi loquitur, qñ pr̃ tradidit filię ſolu. matri dotem, quam viro pro ipſa promiſerat, quã viro legauerat: nam tunc perimitur legatum pluribus rationibus. Primò maritus cui erat legata dos, ſibi promiſſa, cogitur habere ratam ſolutionem ipſius dotis legatę, factã filię. l. ſi opera. in fi. ff. de doli excep. Itẽ, quia ſi ageret maritus, repelleret̃ exceptione, dolo facis, vt in reg. iur. dolo facit. in 6. Itẽ rõne circuitus euitãdi. l. ſingularia. ff. ſi cert. pet. & in cle. auditor. extra de reſcrip. Item probatur l. 3. § mulier. ff. de do. prę. Reſp. Ibi maritus legauit p̃ dote. vnde ibi nõ ſumus ĩ dubio, ſicut ĩ caſu meo: & ita etiã reſpõdetur ad l. vir vxor. eo. tit. de dote prele. Itẽ probatur in l. filię ſuę. ff. de cõdit. & demonſt. Reſp. illa l. nullam facit mentionem de dote, ſed dicit, filiã conſequi legatum. Vnde cùm ibi nulla fiat mentio de dote non poſſum de cõpenſatione quærere. Sed cõtra hãc ſolutionẽ inſtatur: nam licèt text. expreſsè nõ faciat mentionẽ de dote, tñ facit tacitè, dum facit mẽtionem de dote pro filia maritanda. Ergo purè procedit arg de quo s̃. l. cũ quid. ff. ſi cert. pet. Sed dato, cp ibi loquatur in dote, p̃t dici, cp ideo ibi compenſatur, quia cenſetur factum pro dot. arg. legis huiuſmodi. §. cum pater. ff. de leg. j. & cp cenſeatur pro dote, apparet; quia ibi fit mẽtio nuptiarum, ergo cenſetur factum pro dote. l. Stichi de donat. cã mortis. Ad hoc accedit extra de conſuet. c. ex literis. Itẽ probat̃ in l. Titio centũ. §. Titio genero. ff. de cõdit. & demõ. Reſp. ibi legauit noĩe dotis. vnde ibi ſumus in caſu certo, ego autẽ in caſu dubio, vnde nõ obſtat. Itẽ probatur in l. qđ aũt. in tex. & gl. ff. de iure dot. vbi pater ſimiliter filię legando, vr̃ legare pro dote ad quã tenebatur. Reſpõ. Illud procedit, qñ ex aliquib. cõiecturis apparet, quòd noluerit legare p̃ dote; quia filia erat nubilis, & quãtitas cõueniebat. Item probatur in l. cõpenſandę. C. de hęred. inſtit. vbi ſi vxor legat marito, cui aliquid debebat, intelligitur feciſſe animo cõpenſandi. Reſ. illa non obſtat: quia loquitur in caſu certo, qñ. ſ. fuit factum legatum animo compenſandi. Immo illa l. potius faceret contrà inducendo à contrario ſenſu, quia ſi tunc admittitur compenſatio, quando fit animo compenſandi: ergo quando nõ fit animo compenſandi, & in dubio, ſicut eſt in caſu noſtro, cõpenſatio nõ admittetur. Quid autem dicemus, ſi pater primò filię legaſſet mille noĩe dotis, deinde ipſe pater ſuperuiuens ipſam filiã nuptui tradens eidem dederit quingẽta; an filia poſſit petere reliduũ? & iſtud poſſet eſſe tertiũ dubiũ, & videbit̃ dici poſſe pro parte affirmatiua, quòd poſſit petere quingenta, & vr̃ p̃bari in l. Lucius. la prima. ff. de leg. 2. ibi, reliqui ſupereſſe exactionẽ. Sed poſſet reſponderi ad illũ text. quòd ibi teſtõr reliquerat militiã uel pretiũ eius purè & ſimpl̃r, nulla adiecta cã p̃p quam reliquerat. iõ Iureconſultus ibi reſpõdet, quòd cũ pretium militię fuit exẽpli gratia. Centũ ac quinquaginta ſunt ſoluta legatario, qđ reliquum põt peti, niſi hęres probet cõtrariam voluntatẽ defuncti, & in caſu noſtro legauerat pater filię noĩe dotis mille, & ſic fuit cã adiecta: quia fortè nõ dubitabat, poſſe bene maritare niſi cũ mille. Cum autem ipſe ſuperuiuens eã maritauerat pro quingentis ſibi in dotẽ datis, ſatis apparet à reliqua ſumma patrẽ receſſiſſe, & ſic licet filię uoluntas ſit fundata, tñ hęres probat de cõtraria voluntate teſtãtis p̃ hãc cõiecturã. Sed cõtra hãc reſponſionẽ põt replicari: quia inducta ad vnum effectũ nõ debẽt operari ꝯrium. l. legata inutiliter. ff. de adimen & tranſ. lega. l. cũ tale. §. fi. de cõdit. & demonſtr. faciunt not. in l. ſi duo rei ſtipulandi. ff. de verb. obliga. Sed datio quingentorũ in dotẽ inducitur ad dãdum: ergo nõ debemus ex hoe actu inductiuo bñficii præſumere ad euictionẽ. Reſpõ. quòd hoc inducitur iuxta cõſiderationẽ eius qđ datur, & cauſæ ob quã datur, ſcilicet propter dotẽ: nã conſiderando, quòd dat quinquaginta in dotẽ, & legauerat mille, præſumitur uoluiſſe filiã eſſe contentã datis quingentis. Item pro parte affirmatiua facit l. Titia cũ teſtamẽto. §. qui ĩ uita. ff. de leg. 2. vbi petitur, quatenus plus eſt in legato, quàm in dote. Reſp. Ille tex. nil facit: quia ibi non tractamus de legato diminuendo in totum uel in parte, & iõ ibi exigitur quatenus plus eſt in legato quàm in dote: quia poſt legatũ nullus actus teſtõris interuenit, ex quo pręſumi põt aliqua reuocatio legati tacita uel expreſsa: nec ex legato potuit minui dos filię. Itẽ facit l. Publius. in prin. ff. de condit. & demonſtr. nã ibi legatum fuerat cuidam in honorem cõſulatus, & ſic pro expenſis fiendis in cõſulatu, & viuo teſtatore legatarius factus eſt conſul: ibi debetur legatum, licèt finita & impleta ſit cauſa, ex qua legatum erat. Sic vr̃ in propoſito, cp licèt filia ſit maritata & dotata, tñ debeatur legatũ factũ pro dote. Reſpõ. in caſu noſtro pater legans mille, dedit poſtea quingenta: ex quo apparet voluntas eius, cp filia nõ habeat plus in dotem, in cõtrario autẽ ipſe conſul de ſuo feſtum & ſumptum fecit in cõſulatu, vnde nil põt percipi mutationis voluntaris teſtantis: ideo legatũ peti p̃t. fa. l. ſi quis hæredẽ. C. de inſti. & ſubſti. & ſi dicatur, ibi finita videtur cã pp quam legauerat, & tñ debetur legatum: quia poſſet dici, cp ibi cauſa leganti finita erat impulſiua, quod patet; quia cõtinet intereſſe ipſius legatarii tantũ, nec eſt cã pia, quo caſu dicitur impulſiua, ſm Doc. l generaliter. C. de epiſ. & cle. arg. leg. Titio centum in prin. de condit. & demõſt. Item ille legatarius erat coniunctus teſtatoris, quo caſu cõiunctio cenſetur eſſe cã finalis. l. tutor petitus. §. quæ tutorib. ff. de excuſat. tuto. quæ non eſt finalis. Vel etiam poſito, quòd illa fuit cauſa finalis: dico, cp licèt legatarius minus erogauerit, tamen cã legati non eſt finita; legauerat enim teſtator in honorem conſulatus. poteſt. n. cõuerti in honorẽ conſulatus, etiam poſtquã factus eſt conſul, qa in conſulatu debet viuere ſplendidè & honorificè, & iſte intellectus vr̃ ſatis bonus ad illum textum. Item vr̃ probari in l. libertus. la prima. ff. de aliment. & ciba. leg. vbi cã adiecta legato, quæ reſpicit fauorẽ legatarii, non habet reſtringere legatum. Nam † plenitudo legati pręcedens nõ extenuatur ex cã ſubſequenti. l. ſpecies. ff. de aur. & arg. lega. l. ſi ff. de vſufruct. earum rerũ quæ vſu conſum. l. j. ff. de alim. & cib. lega. l. donationes in concubinam. § ſpecies. ff de dona. l. quia diem teſtamento. ff. de leg. j. ita videtur in propoſito, quòd iſta cauſa pro dote non dẽt minuere legatum. Reſpon. cp in caſu noſtro cauſa legandi erat cauſa finalis: quæ ideo præſumitur finalis, quia cauſa pia. l. cum is. § ſi mulier. ff. de condic. indeb. & per Pe. in d. l. generaliter. Item ẽt dicitur finalis, quia continet intereſſe etiam alterius quàm legatarii, ſcilicet viri futuri ſui, & illorum de familia, quorũ intereſt ad decus & honeſtatem, eam maritari. Item intereſt reipublicę, & ideo legatum limitatur, & reſtringitur ſecundùm illam ſententiam. in legibus contrariis cauſa legandi erat impulſiua, iõ arctat, nec reſtringit legatum, ar. l. 2. in fi. ff. de donat. §. origo. ff. de poſt. l. ſi mulier. C de iur. dot. l. j. ff. de neg. geſt. In qb. defectus cãæ impulſiuæ nõ reſtringit, nec uitiat legatũ, vel omiſſa hac ſolutione. Reſp. cõcedendo, cp cauſa ſubſequens nõ hẽt reſtringere plenitudinem legati. Vnde ſi legarẽ mulieri centum pro ea maritanda, vel pro dote ſua, vel cũ nubat, & ipſa viuo teſtatore nubens de ſuo dotẽ dederit, potuit petere legatũ mortuo teſtatore. Vnde vr̃ idẽ poſſe dici hoc caſu, ſi filio legatũ eſſet pro cõuẽtu ſeu Doctoratu, & alius uiuo teſtatore fecerit ſibi huiuſmodi expenſam, vt probari vr̃ in d. l. Publius. in princ. nec quicquã oberit, cp cã ſit impleta & finita, quia talis cã non reſtringit, vbi nulla proponitur mutatio volũtatis teſtãtis, nec aliqs actus eius allegatur, ex quo poſſumus præſumere, vel cõiecturã facere, cp tacitè reuocauerit. ad qđ fa. qđ no. in l. allegata. §. dat remiſſionem. ff. de excuſa. tuto. Sed in quæſtione noſtra interuenit talis actus teſtãtis, ex quo apparuit mutatio voluntatis, nõ autẽ ſola adiectio, reſtrĩgit legatũ, ar. l. Titia. §. fi. ff. de leg. 2. & l. ſpecies. ff. de aur. & arg. leg. Itẽ fa. l. filia legatorũ. C. de lega. à contrario ſenſu exponẽdo, ideſt, quatenus, vt habetur in l. Stichũ, q meus erit. ff. de leg. j. Reſpo. quòd non dẽt exponi Si, id eſt, quatenus, quia ibi ſunt verba legis, quæ nõ debent nos relinquere in ambiguo ſenſu. l cum quidã. C. de verb. ſign. Itẽ accipitur, Si, in propria ſignificatione conditionaliter, vt eſt eius natura, vt in l. j ff. de condit. & demon. per Bar. Sed in l. Stichum qui meus erit eſt in ſeruo defuncti, qui põt interpretari ſm ueriſimilem eius mẽtem. l. pater. §. cõditionum. ff. de condi. & demon. & ſic patet, nõ eſſe ſumendum arg. à contrario ſenſu eo mõ, ſcilicet quatenus. Vel ei poteſt reſponderi, quòd in illa l. legatum fuit factum generaliter, ſeu ſimpliciter, nõ aũt factũ fuit pro filia maritãda, ſeu pro dote. unde licèt pater poſtea huic filiæ dotẽ dederit, nõ reuocatur legatum, niſi vſque ad cõcurrentẽ quãtitatẽ. Immo ſi fuiſſet legatũ quãtitatis, multiplicaretur, vt filia poſſit iterũ petere, ſm Bar. patet in l. cũ cẽtũ, de adimend. & tranſ. leg. Vbi autẽ legatũ fuiſſet factũ pro dote, vel pro ea maritãda, & ſic ob cãm: tũc pr̃ poſtea dotãdo, vr̃ legatũ reuocatũ l. libertus. la ſecunda, in prin. ff. de alimẽ. le ſed cõtra hãc ſolutionẽ fac. qđ dicit Bart. in l. qđ autẽ in ſtipulatione. ff. de iure dot. vbi p̃ illũ tex. & glo. dicit, quòd quando pater uel extraneus legat vel relinquit puellæ nubili, quod attenta qualitate perſonæ cenſetur reliquiſſe pro dote, & ſic idẽ vr̃ dicendũ eo caſu, quo reliquit purè & ſimpl̃r, qđ dictũ eſt, qñ reliquit pro dote, quia dici põt verũ eſſe dictũ Bar. qñ tẽpore quo legatum ſortitur effectũ, & quo dies certus ceſſerit ipſa filia erat nubilis, & ſic attenta qualitate perſonæ cẽſet reliquiſſe p̃ dote. Sed in caſu nr̃o, tpe quo legatũ ſortit̃ effectũ, quo cedit dies eius, ipſa filia nõ eſt nubilis, qa viuo pr̃e maritata fuit. vnde legatũ remanet ſibi ſimpl̃r, quẽadmodũ relictũ fuit. Vel ẽt põt negari, dictũ Bar. eſſe uerum in patre, cum etiam

quando

Source : BIU Cujas

qñ ipſe pr̃ expreſſit pro dote, vel pro maritãdo: nam & conditio ex mente teſtantis non ineſt ſecundùm eundem Bart. in §. Titio genero.in l.Titio centum. Aut tolli per l.qñ in priorib. vnde ſi eo caſu quo expreſſus eſt, venit reiicienda, multò fortius ea non expreſſa non dẽt ſubintelligi,uel expreſſa nocẽt, q̃ nõ expreſſa non nocẽt.Item probatur deductione ad abſurdũ. Nã ſi diceremus,ꝙ filia nõ poſſit petere legatum,ſequeretur, ꝙ ſi pater eam maritaſſet pro nihilo, quòd filia remaneret indotata contra honeſtatem & contra obligationem, qua pr̃ tenetur filiæ.l.obligamur.§.lege.ff.de act.& obli.c.hoc ſanctum.32. q.2.in gl.j.& ꝯ publicam vtilitatem.l.j.ff.ſol. mat. Reſpõ. quòd hoc inconueniens non poterit hoc caſu venire.Nam cùm filia poſſet compellere patrem ad ſe dotandũ,etiamſi nubat ſine cõ ſenſu ipſius patris,qđ poteſt fieri hodie de iure canonico vt no. gl.in l.Paulus.aliàs incipit,eum qui.ff.de ſtatu hom.& l.qui liberos.ff.de ritu nup.l.fi.C.de dot.promiſs. ſi ipſa & eius maritus cõtẽdãt,ut nubat ſine dote,qđ fieri poteſt.l.fi.C.de repudia. qđ incõueniẽs erit iſtud magis,quàm ſi legatum non p̃cederet, certè nullum. Itẽ poteſt dici, ꝙ hoc caſu filia petet integrum legatum,cum nõ appareat aliquid de reuocatione legati tacita, vel expreſſa,ſicut apparet,cum pater dedit dotem, cuius dotis cauſa legatum fuit.Item probatur,qñ pater dat dotem pro filia,potius dicitur ad ſimplicẽ cãm,pp quam legauit,quàm eam extinguere.ar.l.ſi quis hæredem.C.de inſti.& ſubſti. & ſic potius corroborat legatum,q̃ extinguat,vt uoluit Bal.in l.filia legatorum. C.de legatis. Reſponſio ſatis patet ex ſuperiorib. nã verũ eſt, ꝙ iſta datio dotis ita per ſe & ſimpliciter conſiderata ſonat in bñficium filiæ,& non debemus ex hoc bñficio, ſeu ex hac datione præſumere reuocationẽ legati, ar.l.qđ fauore.C.de legi. Sed dico, ꝙ conſiderando cãm inſertã in legato, veriſimile eſt, patrẽ dãdo dotẽ,quæ ſibi viſa eſt ſufficere,noluiſſe aliud pro dote dari,& ſic voluiſſe reuocare legatum, & vr̃ congruere naturali æquitati,quæ dẽt attendi.l.ſcire.§.ſufficit.ff.de excuſa. tuto. Vel aliter poteſt dici,negando aſſumptũ,quia dum dr̃, quòd pater dãs dotẽ pro filia dr̃ potius adimplere.ergo non eſt verum, qa immo videtur potius tollere ſeu reuocare legatum,vt filia non habeat ex cã legati,in tot.tit.ff.& C.quãdo dies legati cedit,non põt uideri hãc pecuniã numeratã ceſſiſſe in legatũ,immo videtur potius habere ex cã donationis, & ſic per hãc dationẽ non implet cauſam legati,immo potius reuocat legatum, ar.l.alũnæ.§.Seia liberta ff.de alimẽt.leg.uel impletio non reſoluit,ſed confirmat,qñ facta eſt p̃ legatarium: ſecus autẽ qñ eſt facta per ipſum teſtatorẽ. Item fa. quia pater dando dotẽ uidetur feciſſe animo compenſandi cum dote legata.l.ſi cum dotẽ.§.ſi pater. ff.ſol.mat.ergo nõ dẽt deduci,niſi vſq; ad concurrentẽ quãtitatem,& ſic reſiduum dẽt poſſe peti.Reſpondeo, ꝙ ibi pater erat debitor filiæ,qui dotem ipſius filiæ à marito ſuo exegerat:vnde legãdo vel inſtituẽda eã hr̃dẽ,filia nõ põt amplius petere à marito ſuo,quia pater uidetur legaſſe animo cõpenſandi cum illo debito:hic autem nullum præcedit debitum, ad qđ efficaciter tenetur:nec ipſe eſt debitor legatorum ſuorum, quorũ dies non ceſſerat ante mortem, vt in tit.qñ dies legati cedat. Item à ꝯrio ſic:cùm proponatur eſſe relictum filię pro dote, iſtud relictum dicitur eſſe purum,& ſine cõditione uel cã.vnde illa non dr̃ cã finalis,quia aliàs erat relicturus,& ſic ab initio cauſa & cõditio ex mente teſtantis non ineſt,ſecũdùm Bar. in §. Titio genero.aut tollitur per l.qñ in priorib.cum habuerit pater neceſſe relinquere, & in dubio præſumitur relinquere ob illã cãm, ad quã tenetur,vt in l.uxorẽ.§ pater naturalis,ff.de lega.3.Cùm igitur iſtud relictum fuerit ab initio purũ & ſine cã, meritò reſiduũ peti poteſt.Itẽ, cum non proponatur filiã fuiſſe in alio loco teſtamẽti inſtitutã,oportet dicere,ꝙ in hoc relicto fuerit inſtituta,aliàs ſi erat filia in poteſtate,teſtm̃ erat ipſo iure nullum, uel p̃ contr.tabulas euerti põt,ſi erat filia emãcipata.Cum ergo filia fuerit in hoc relicto inſtituta oſtendendo, ꝙ reliqua poteſt petere: nã ſi filia deberet repelli à petitione reliquorũ, hoc cõtingeret ſolum ratione tacitæ reuocationis paternæ,ut ſ. dictũ eſt.Sed in propoſito noſtro nõ debemus præſumere illã tacitã reuocationem reliquorum:immo contrà, qa teſtator non dẽt præſumi eligere viã,ut impugnẽtur indicia ſua.l.3.ff.de teſta.milit.Sed ſi præſumeretur cũ reliquo reuocaſſe, teſtm̃ remaneret nullum:quia filia remaneret ſine inſtitutione, & ſic eſſet p̃terita.Itẽ,etiãſi teſtator hoc cogitaſſet,ſcilicet adimere uel reuocare reliqua,hoc nõ potuiſſet.Nã cùm hoc dictũ eſt, in illa quãtitate fuerit inſtituta,hęc inſtitutio nõ põt reuocari in verbis expreſſis,ſm communem intellectũ in l.ſi uir. ff.de leg.3.p̃ Bart. & alios in l.ſancimus.C.de teſta &c. Multò ergo minus dẽt potuiſſe reuocare tacitè, & ſine uerbis expreſſis. Cùm ergo non cõſtet de reuocatione,quatenus filiæ nõ eſt ſolutũ,peti põt, qđ dubiũ noſtrũ intelligi dẽt eo caſu, quòd filia fuit in alia parte teſtamẽti inſtituta,in alia re uel portione, qa niſi hoc diceremus, cùm iſta fuit in poteſtate,teſtm̃ eſſet ipſo iure nullũ. iõ legatũ non ſuccedit loco legitimæ,cùm fuerit alia parte inſtituta, & ſic cauſa adiecta ineſſe poteſt,nec tollitur per l. quoniã in prioribus. magis quàm extraneus legaſſet,vt patet ex no. per Barto. in d.§.Titio genero.Vel etiam ſecundò, ſi ponamus filiam non eſſe inſtitutam,intelligi debet eo caſu, quo eſt ſtatutum, excluſa fœmina,exiſtente maſculo:quo caſu talis filia poteſt præteriri,nec p̃ illud vitiatur teſtm̃.vt per Bar.in l.j.in fi.ff. de contra tab & hoc modo obſtabat,nec obſtat,ſi dicatur,ꝙ non apparet ex tunc; quia filia fuit inſtituta,vt ſupponitur, aliquid ſtatutum extare.Ergo debemus intelligere ſm ius cõe. Quia reſpõdeo,ꝙ iõ in themate nõ appoſui;quia in eo non ponitur totũ teſtm̃ in forma,ſed ea tantùm, ex quib. dubia elicerentur:ſcilicet vt tractemus tantùm de legato,& de veriſimili mẽte teſtãtis. Itẽ probatur.Nã qñ teſtator legauit eidem pluries eãdẽ quantitatem in eodem teſtamento,ſępius ſibi debetur,ſi oſtendatur, teſtatorem multiplicare legatũ voluiſſe.ff.de leg.j.l.planè.§.j. verſ. ſed ſi non corpus.Etiã voluiſſe multiplicare dr̃, ſi variauit modum legandi,quia primò legauit plus,poſtea minus:vel è cõuerſo,loco,tpe,re uel cã.l.cum certum.ff.de adimen. leg. ſm intellectũ Iacob.de Aret.quẽ Bar.ibi ſequitur.Item etiam dicitur voluiſſe multiplicare,ſi uariauit perſonas grauatas: quia primò legauit ab vno hærede ſibi,poſtea ſimiliter ab alio legauit. Nã ſibi debetur,licèt aliàs de voluntate nõ appareat.l. ſi plurib. hæredib. §.j.ff.de leg. 2.& l.ſeruo alieno.§.ſi quis à primo.ff. de leg.j. Itẽ ſi variauit?quia primò in teſtamento,ſecundò in codicillis legauit eandẽ ſummã.l.quinquaginta.ff.de proba.Cùm ergo in dubio ſupponatur.legatã fuiſſe vnã quantitatẽ,& poſtea aliã datã, & variatum eſſe circa perſonas:quia illa fuerunt data à teſtatore,& legatum veniebat præſtãdum ab hærede.Itẽ variatũ fuiſſe circa uoluntates:apparet clarè, teſtõrem uoluiſſe multiplicare, & ſic dictã filiã poſſe petere reſiduũ,non obſtãte aliqua reuocatione tacita.ar.dictæ l.planè.Reſp.iſta oppoſitio,ꝙ teſtõr videt voluiſſe multiplicare,hẽt locum,qũ illa legata fuerint in diuerſis vltimis voluntatibus,vel etiã in vna eademq; : quo caſu altera diſpoſitio ſeu legatum nõ põt intelligi venire ad implemẽtum alterius,cũ vtraque voluntas in id tempus dirigatur, ideſt poſt mortem,qđ ſecus eſt in vltima voluntate præcedẽte, poſtea ſubſequente actu inter viuos, executiuo eius qđ in vltima voluntate diſpoſuerat,vt in caſu quæſtionis noſtræ,& ita videt poſſe ſolui hoc cõtrarium. Vel melius,oĩa illa quæ dicta ſunt,vt teſtõr videatur voluiſſe multiplicare, vera ſunt in legatis ſimplicib.ſeu quę ſimpliciter facta ſunt,vt illis caſibus teſtatoris videatur feciſſe aĩo multiplicãdi. Secus aũt in legatis factis ob certã cauſam,quia tunc debetur ſm, & non primum, quaſi tacitè primum per ſm reuocatum ſit.arg.l.libertus.la 2.ff.de alimen. leg.& ita tenetur per Doct.in d.l.cum certum.de aliment.legat. & d.l.planè.de leg.j.Cùm ergo in caſu noſtro legatũ non fuerit ſimplex,ſed ad certã cãm:remanet,ut per ſecundam dationem reuocatum ſit primum legatum.& ſi opponitur de notatis per Bar.in l.Titio.reſpondetur vt ſ.in ar.tert.in ſolutione facta arg. precedent.Itẽ probatur tali rõne.Nã ſi pater filię nihil legaſſet, & filia eſſet inſufficienter dotata,poſſet peti ſuppleri ſibi dotẽ: ſicut & legitimã petere poſſet, quãto minus relinqueretur : ita notat Bal.in l.ſi nõ morte.C.de inoff.teſt.Si ergo poſſet eo caſu quo nihil ſibi relictũ eſt: quãto fortius dẽt poſſe petere hoc caſu,quo ei plus legatum eſt? quaſi hoc caſu inſufficienter dotata ſit,qđ apparet. Nã veriſimile eſt, dictũ teſtatorẽ ipe teſtamenti bene cõmenſuraſſe facultates ſuas,& cõditionẽ, & legaſſe huic filię dotẽ conuenientẽ.Cùm ergo poſtea minus dederit, appareat eã inſufficienter dotatam,& ſic reſiduum petere poſſe. Reſp. verum eſt,ꝙ filia ſufficienter dotata poteſt peti ſuppleri. Sed dico,quòd in caſu quęſtionis noſtræ eſt ſufficiẽter dotata:nec obſtat,quòd pater videatur bene cõmẽſuraſſe &c.quia dico, quòd pater ideo plus filię legabat, quia conſiderans p̃ mortem ſuam filiã deteriorem conditionem habituram, voluit ſupplere defectum perſonæ ſuę,legando maiorem ſummã:cum autem ſuperuixerit,æquè bene maritari poteſt; quia fortè erat Doctor, vel alius,cuis perſona multũ æſtimabatur. Certè filia nõ debet conqueri,quaſi ſit inſufficiẽter dotata,niſi aliter appareat. Præterea poſito,quòd eſſet inſufficienter dotata, tũ legatũ p̃ hoc nõ ualere,poſtquã teſtõr ipſum reuocauit, ſed poterit petere dotẽ ſibi ſupplere,nõ virtute legati,ſed ea rõne, quaſi legatum factũ nõ eſſet &c.Pro parte autẽ negatiua, ſcilicet quòd hoc legatũ nõ cenſeatur factũ aĩo cõpenſandi, arguitur ſic. Quando pater promiſit dotẽ pro filia, nõ eſt amplius creditrix ipſius patris,qđ patet;quia ex tali promiſſione filia nõ põt agere, vt in l. ſi pro te.C.de dot.promiſs.Cùm ergo pater legat filię certã quãtitatem,nõ eſt verum dicere,quòd creditori ſuo leget: & ſic nõ cenſetur facere aĩo cõpenſandi,& hoc conſtat, cùm nil ſit, cũ quo debeat compenſari.Reſp.quòd licèt pater in caſu meo nõ ſit directè debitor filię,tamẽ per indirectum eſt ipſius debitor, & ratione illius indirecti debiti admittitur compenſatio, text. eſt in lege ſi ſocer §.Lucius. ff. ſoluto matrimonio. & quòd ſit debitor per indirectum, declaro: Ponamus, quòd ſit factum diuortium dote nondum ſoluta, tunc filia aget contra maritum. dicta lege ſi ſocer. & maritus aget contra patrem: & ſic finaliter eſt debitor ipſius filiæ. facit, quod habetur in lege ſi cum dotem.§ ſi pater.ff.ſoluto matrimonio. & l.huiuſmodi.

Source : BIU Cujas

Franciſci de Porcell. De duobus fratribus.

§.cum pater.ff.de leg 2. Item alia rõne,nõ obſtat d.l.ſi pro te. qa ideo filia nõ põt ex illa promiſſione agere; quia maritus fuit ſtipulatus,quo caſu ex illa ſtipulatione nõ potuit illi vxori acquiri.l.ſtipulatio iſta.§ alteri.ff.de verb.obl.Inſti.de inutil.ſtip.§.alteri.quod procedit de iure ciuili regulariter:de iure autem canonico ſecus:vt j.q.7 quotiens.Eſt n.natura ꝺctus, vt ille tantùm agere poſſit,cui eſt facta promiſſio; non autem eſt vt in vltima voluntate.l fideicommiſſa §.interdũ.ff.de leg.3.& ita intelligit Bal.illam l.ſi pro te.Pro quo facit;quia in ꝺctib.perſona extranea nõ ſubaudit.l.ſi ſtipulatus.§.Chryſogonus.ff.de verb.oblig. Vnde ſi non interueniſſet ſtipulatio, ſed eſſet facta ſimplex promiſſio dotis,aliud eſſet:qa ipſa actio filiæ dat,& tenetur eam ſedere.tex.eſt in l.ſi pater.C.de coll.ff.de coll.dotis.l.j.§.pen. & ff. fam.erciſc.l.ſi filia.nec obſtat ſi dicatur, ꝙ immo videbatur, ꝙ ex tali ſtipulatione deberet actio quæri filię & vxori, quaſi eius interſit.d.§.alteri,quia in iſto ꝓtractu nõ agitur ad intereſſe,ſed ad rem vel quãtitatem ꝓmiſſam.d.l.ſi pro te. nõ obſtat l. ſeruo legato.§.ſi teſtator.vbi videtur,ꝙ intereſſe filiæ: quia ibi loquitur in legato,nos verò in ſtipulatione,de quo vr̃ gl.in verbo, genere.in d.§.ſi teſtõr.Item probatur in l.j.§.ſciẽdũ.C.de rei vxo.act. vbi dicit tex.ꝙ veriſimile eſt,quòd teſtõr ſi aliud nõ exprimat, quòd voluit legatarium vtrunq; conſequi. Primò ibi loquitur in viro,nos autẽ loquimur in patre.& rõ diuerſitatis;quia pater eſt debitor neceſſarius.l obligamur.§.lege ff.de act.& obli.l.q liberos.de ritu nup.l.fiſcali.de dotis promiſſione.Sed in neceſſitatib.nemo præſumitur liberalis.l.rem legata.ff.de adim leg. Et hãc ſolutionẽ tenet gl.in l.ſi cũ dotẽ.§.ſi pater.ff.ſol.mat. Hanc ſolutionẽ tenet Bal.& Ang.in d.§.ſi pater.& aſſignant ꝓdictam rõnẽ differentię.Et fa.etiam;quia in patre iõ magis preſumitur animus cõpenſandi:quia cùm ipſe ſit debitor neceſſarius, vt ſ. dixi legatũ faciliùs cõputatur in debito neceſſario.l. qui debita. C.de bonis quę lib.C.de inoff.teſt.l.quoniã nouella.Ad hoc accedat,qđ habetur in auct.præterea.vnde viri & vx.& iura † magis fauent ſoluẽti ex neceſſitate, q̃ voluntate l.ſi fideiuſſor.§.ſi neceſſaria.ff.qui ſatiſd.cogen.Hanc ſolutionẽ tenet la.de Are. & Cy.in d.§.faciendum.& aſſignãt aliam rõnẽ differentiæ inter patrem & maritum:nam dicunt ipſi,qñ pater q̃ dotem pro filia promiſerat,eidẽ filię legat,iõ citiùs cõpenſatio admittitur;quia in omnẽ euentũ filia ex bonis patris hẽt, quę rõ in viro legan. ceſſat:iõ in ipſo nõ ita preſumitur cõpenſatio. Itẽ põt & alia rõ diuerſitatis aſſignari inter patrem & maritũ; quia à patre haberet duplicem cãm lucratiuã,in marito autẽ vnam:ita dicit Bal. in d.§.ſciendũ.Item probatur in l.pater filiã. ff.ad l. Falcid. vbi eſt tex quòd etiãſi pater dicat,quòd velit filiã cõpenſare Falci. cum dote,quòd nihilominus nõ admittetur cõpenſatio. Reſp. ibi iõ non admittitur compenſatio : quia ibi non erat in bonis patris,nec in eius patrimonio:quia nõdũ exegerat. Secus ſi pater exegiſſet:quia tunc bene eſſet in bonis ipſius patris,& ſic admitteretur tunc cõpenſatio:vt in l.ſi cũ dotem.§.ſi pater.ff.ſol. mat.Et hanc ſolutionem tenet Dyn.Bar.& Ang.in d.l.ſi pater. & cõiter oẽs.Sed cõtra hanc ſolutionem opponitur de l.ſi debitor.quæ modicum prędedit.ff.ad l.Fal.vbi eſt caſus in cõtrariũ. Secũdò quæro in l.ſi debitor.admittitur cõpenſatio ex rõne facilis cõfuſionis: nã eo ipſo quòd creditor ſuccedit debitori,omnes actiones confunduntur.l.debitori.C.de pact.l.ſi uxor.C.de bon.auct.iud.poſſ.l.ſi maritus.C.de inoff.teſt. cũ ſimilib. Vnde volũtas teſtõris,q̃ fuit quòd Falcidiã in debitũ cõputaret,& cõfuſio debiti,faciunt quòd creditor teneatur cõputare. Nã quæ nõ prõſunt ſingula,multa iuuãt.l.inſtĩa.& l.rõnes.C.de probat.tibi qui extra.de reſcrip.li.6.c.quia cunctis. de cõceſſi. præben. eo.li.Sed in d.l.pater filiam.nõ poſſumus tractare de confuſionis calculo:quia ibi dos nõ debebatur ab ipſo patre, ſed à marito.qđ pater.qa ibi pr̃ nõdum exegerat:ita expreſsè tenet Ange. in d.l.ſi debitor.ad l.Falci.& in d.l.pater filiã, filia fuit pro parte hæres inſtituta:in l.ſi debitor, fuit creditor inſtitutus in ſolidũ. Prędterea ibi in l.ſi debitor,debebatur à defuncto:& ſic ꝑ aditionẽ debitũ fuerat extinctũ,in l.aũt pater,debebatur à marito.vnde ꝑ aditionẽ nõ fuit extinctũ.Vel ad l.pr̃ filiam. põt dici, quòd ibi nõ erat debitũ à teſtõre,ſed à marito,vt proximè dixi, ideo iuſſus cõpenſandi à tertio nõ extimatur; vt ibi pro quo faciunt not.in l.q̃ dotis.ff.ſol.mat.& l.pen.§.ſi vir.co.tit.& hoc tenet dominus Raph.Cumanus.in l.ſi cũ dotẽ.§.ſi pater.ſol.ma. Vel poteſt dici ſm eundem Cumanum in d.l.pater filiã.ff.ad l.Fal. vbi filia exegerat dotem, antequam acceptaret patris hęreditatẽ: iõ iuſſus poſtea de cõpenſando debitũ, qđ nunquã fuit in hęreditate nihil operatur.Vel poſſet dici vltra alios,quòd illa lex,pater filiã,loquitur de iure veteri:quo iure teſtõr nõ poterat prohibere Falcid.Sed ſi poſſet facere,quod dos cõputaretur ĩ Falc. id eſt,quòd illud qđ ꝑ Falci.veniebat detrahẽdũ,ſuccederet loco dotis,ſequereẽ,quòd ſaltẽ ꝑ indirectum poſſit prohibere Falcid.qđ nõ erat admittendũ de iure illo:ideo nimirum , ſi ibi nõ admittitur cõpenſatio.& pro hoc facit gl.in l. ſi cum dotem §. ſi pr̃.ff.ſol.ma.ibi dũ dicit,quòd ſi habuit vltra Falci. quantũ eſt dos &c.Secus fortè eſset de iure nouiſſimo,ꝑ auct.ſed cũ teſtõr. C.ad l.Falci.& in corpore vnde ſumit.§.ſi verò expreſſim.& ſic illa lex nõ obſtat:qa in themate noſtro dos adhuc erat in bonis patris:quia nondum erat exburſata,ſed tãtùm promiſſa. vel ibi ideo nõ admittitur compenſatio:quia illud, quod capitur extra cauſam teſtamenti,nõ imputatur in Falcidiam,etiamſi teſtator voluit,licèt imputetur in debitũ iure naturæ : vt in l.qñ nouella.C.de inoff.teſt.Vel ibi nõ fit cõpenſatio: qa hęres non põt grauari,vt rem ſuã in Falcidiã ſibi cõputẽt. Nã dos dr̃ patrimoniũ filiæ;etiã in poteſtate cõſtitutę, licèt actio ſit cõis patri & filię.Hoc ẽt probatur in l.cũ pr̃ dotẽ.ff.de iure dot. vbi etiam ſi pater legauit eandẽ dotẽ,quam promiſerat,non propriè dicitur factum animo compenſandi.Reſpon. ꝙ illa facit pro parte contraria:nam ideo filia poteſt petere legatum; quia maritus egit vno tempore,mulier autem alio tempore, ideo nimirum, ſi non admittitur cõpenſatio.Si autem eodem tempore & mulier legatũ,& maritus dotem peteret,vel,& vt in themate meo, admitteretur cõpenſatio, & ita loquitur l. huiuſmodi §.cũ pater.de leg.j & hãc ſolutionẽ tenet Oldradus, vt refert Bald.in l. huiuſmodi.§ cũ pater.in fine ſuæ diſtinctionis, vt ibi eã ſequit̃ Bar.vel põt reſpõderi,vt tenet Ang in l.filia legatorũ.in princi. C.de lega.vbi admittitur cõpenſatio,ſcilicet in totũ Sed ꝙ vſq. ad cõcurrentem quantitatẽ nõ admittatur,nõ negat illa lex, & ſic põt intelligi thema meum Vel dici põt,ꝙ ibi dr̃,quòd maritus dotem,mulier legatũ põt petere.hoc verum dicit Iuriſconſultus,ſi filia probet patrem fuiſſe huius voluntatis . vt voluerit maritum petere dotem & filiã legatũ Ergo ibi euidenter apparet,ꝙ prędumitur in dubio animus cõpenſandi , & ſic facit cõtrà.Vel põt dici ꝙ iõ non præſumitur animus cõpenſandi, qa vxori nil erat quæſitum ex ſtipulatione facta à marito,quod ſonat verbum,promiſſio. iõ tanquam diuerſæ perſonæ factũ valet illud legatum.Hoc ẽt probatur in l.creditorem ff.de lega.2. vbi nõ præſumitur animus cõpenſandi. Reſpondeo ſm Doct. in l.ſi cum dotẽ.§.ſi pater.ff.ſol.mat. ꝙ ibi loquitur in debitore voluntario,in quo non præſumitur animus cõpenſandi, vt dixi ſ in ꝺrio legis primæ.§.ſciendum.de rei vxo.act. & ꝙ ibi loquitur in debitore voluntario,patet;quia ibi loquitur in debitore,qui mutuam pecuniã accipiens pignus dedit:vnde à princip. fuit voluntatis, licèt ex pòſtfacto neceſſitatis l.ſicut.de actio. & oblig.Vel põt & nouiter dici,ꝙ nõ eſt mirum,ſi ibi non admittitur cõpenſatio:quia ibi loquitur in debitore quãtitatis,qui legauit creditori ſpeciem ſibi obligatam.Sed habemus regulã, ꝙ † de tẽpore ad quãtitatẽ nõ admittitur cõpenſatio in dubio.l.ſi cõuenerit.ff.de pig & act.l.ſi ex pecunia.ff.de re.ven.Et ꝙ ibi loquatur in debitore quãtitatis,legante ſpeciem , apparet ex litera illius legis.Thema autem meũ loquitur in debitore quãtitatis,legante quantitatem.Nec obſtat ſi dicatur , quòd in debitore volente admittitur cõpenſatio, etiã de ſpecie ad quantitatẽ; quia dico,quòd qñ debitor dat aliquam rẽ creditori certæ quãtitatis,aĩo cõpenſandi expreſſo,nõ dr̃ propriè cõpẽſatio,ſed ſolutio q̃dã vnius pro alio qđ fieri põt.l.2.§.mutũ.ff.ſi cert.pet.ar. ad hoc.in l.ſi debitor.ff.qui potio.in pig.habe Item probatur in l.ſi pater pro filia.ff.de colla.dot.iſta eſt lex multum turbãs mẽtem Doct.vt tangunt in l.ſi cum dotem.§.ſi pater.ff.ſolu. matr. & l.huiuſmodi § ſi pater.ff.de leg.j.Sed ad hanc legẽ põt reſpõderi,& primò,quia ibi legabatur ſpecies,non autem quantitas, vt in themate meo;ideo nimirum,ſi ibi non admittitur cõpenſatio,vt no.in l.diuortio.§.ob donationẽ.ff.ſolu.mat.vel ſecundùm Bal.in l.filia legatorum.C.de leg ibi non admittitur compẽſatio:quia ibi pater erat extra vinculũ obligationis. Pro hoc facit,licèt ipſe nõ alleget,quia ibi dos erat promiſſa:vnde ꝑ hãc promiſſionem filia dr̃ dotata: vt notatur & voluit Bart.in l.qui pupillã.ff.de adul.licèt aliter dicat Ang.in l.traditionibus.C de pac.Si ergo filia eſt dotata,pater eſt extra vinculũ obligationis l.ſi de dotis promiſſ.l.qui liberos.de ritu nup.l.obligamur.§.lege.de act.& obli.Sed ſi eſt extra vinculum obligationis , nõ eſt verũ dicere,quòd debitor leget creditori. vnde non põt præſumi animus compenſandi.Vel poteſt dici , vt voluerũt quidam moderniores in l.ſi cum dotem.§.ſi pater, quòd iõ non admittitur cõpenſatio,quia dos non erat remanſura penes ipſam, cũ adhuc cõſtaret mr̃imonium.Vel põt dici, vt voluerunt aliq in auct.præterea.C.vnde vir & vxo.dicentes,quòd ibi nõ fit cõpẽſatio:quia ibi pater fuit debitor volũtarius , rõne promiſſionis, quã non cogebatur facere magis vni q̃ alii , ſed ſm alios cã eſt: quia idẽ eſt in l.ſi cũ dotem.§.ſi pater.ff ſol.mat.& tñ ibi cõtrarium dr̃.Vnde põt alio modo reſpõderi,quòd ibi,dũ dicit extra dotẽ præcipuã,exponi debet,dotẽ rõne legati,quia ꝑ legatum non tenetur conferre l.à patre.C.de coll bo. & quòd ſic debeat intelligi, probatur: nam l.illa eſt poſita ſub tit.de coll.dotis.ergo debet intelligi ſm ſubiectã materiã l. Imperatores. ff. de in diẽ addict.fac.qđ habetur per dñm Ant.de Butr.c. fi.ne prælati. Nec obſtat ſi dicatur,ꝙ ibi loquitur de exhęredata vel emancipa.quo caſu non eſt tractandũ de coll.l.filię dotem. & l.ſi emãcip.C.de coll.quia dico, ꝙ hoc non eſt ſimpliciter verum.ſ ꝙ emancipati indiſtinctè non conferunt,vt patet d.l.ſi emancipati.vel poteſt diçi,quòd in d.l.ſi pater.ideo non præſumitur animus compenſandi,quia filia nihil habebat de bonis patris:ideo

ex quadam

Source : BIU Cujas

ex quadam æquitate non fit ibi cõpenſatio, quã ſolutionẽ ſentit ibi gl.fi.& hanc tenuit Ray.de Forli Sed cõtra hãc ſolutionẽ obſtat litera iſta,dũ loquitur, filia exhæredata, ſic declarando. Nam ſi pater exhæredauit filiã,& ſic eã habuit odio, non eſt p̃ſumendũ,niſi ꝙ voluerit ipſam habere minus de bonis quàm poſſet:& ſic ratio,quã videtur aſſignare gl.potius facit contrà q̃ pro.Pro quo facit tex nõ allegatus in hac materia.l. cum vnus. §.fi.de alimen.& cib.legat.vbi ſi pater legauit alimenta filiæ exhæredatæ,& legauit centum pro dote,filia debet habere alimẽta de vſuris ipcus dotis:etiamſi tales vſuræ nõ ſufficiunt ſibi ad alimenta. Et ratio eſt: quia poſtquam pater filiam exhæredauit, videtur voluiſſe,vt haberet minus de bonis ſuis, quàm poſſet. Sed poſſet dici,ꝙ hæc filia nõ haberet,niſi illud,qđ ius diſponit p̃ illã legẽ.Itẽ nõ hẽt niſi illud qđ teſtator voluit.Nã ſi non voluiſſet, ꝙ filia haberet legatũ præcipuũ, ſciuiſſet dicere:vt in c. ad audientiã.extra de dec.vel põt dici, & ſeptimò nouiter poſt alios,ꝙ ideo ibi nõ admittitur cõpẽſatio; quia ibi pater nõ erat debitor ipſius filiæ,qđ ſic oſtẽdit duob.modis. Primò, ibi pater promiſerat dotẽ,vnde p̃ promiſſionẽ tollitur obligatio legalis, qua tenebatur ad dotãdũ:vt voluit Bar.ĩ l.q̃ pupillã.ff.de adult. Itẽ ex promiſſione facta p̃ patrẽ filia nõ põt agere.l.ſi pro te.C. de dot.promiſſ.& l.ſi ſocer § Lucius.ff.ſol. mat. Ergo cùm iſta duo cõcurrunt in iſta lege,meritò dicemus,ꝙ pater nõ erat debitor filiæ:iõ non eſt mirum,ſi non admittitur cõpenſatio: qa non eſt verũ dicere tunc,ꝙ debitor neceſſarius leget creditori ſuo.Poteſt & octauò reſpõderi,& nouiter, ꝙ ideo nõ præſumit animus cõpenſandi,quaſi legatũ ſit factum perſonæ diuerſę, & nõ eidem,cui eſt factæ promiſſio dotis. Et hanc ſnĩam videtur ſentire tex.in l.cũ pater dotẽ.ff.de iure dot. Itẽ videtur probari l.ſi legato.ff.de iure dot.Itẽ videtur probari l.ſi legato.ff.de iure dot.vbi ſi pater dedit ſeruum in dotem,deinde legauit eidem ſeruo, non dicitur feciſſe animo compenſẽdi: immo ſoluto matrimonio filia vtrunque poteſt conſequi.Reſpõdeo,vt ibi p̃ Doc.Itẽ probatur in l.cõpenſandi.C.de hęred.inſtit. vbi ſi vxor legat viro,cuius erat debitrix,intelligitur feciſſe animo cõpenſandi,ſi de animo conſtat.Ergo à ꝟrio ſenſu ſi non conſtat nõ dicitur in dubio feciſſe animo nouãdi.Reſpondeo, ꝙ ibi loquitur in debitore voluntario,nos autẽ in neceſſario.Vel Põt dici, ꝙ ibi argu.à cõtrario ſenſu non põt ſumi; quia eſſet contra caſum l.vt not.in l.cum pater,ff.de lega.2.l.ſi ſocer.§. Lucius.ff.de leg.2.Facit pro parte contraria iſtius dubii.Item probatur in l.ſi pro te.C.de do.promiſſ. vbi quãdo pater facit promiſſionẽ pro filia,non eſt debitor ipſius filię.Ita tenet Bal. in l. filia legatorũ. C.de leg.& Bar.in l.qui pupillam.de adu. Ergo non eſt debitor neceſſarius,& ideo non fit cõpenſatio.Reſpon.ꝙ immo fit: licèt p̃ talẽ promiſſionẽ pater ſit liberatus ab obligatione neceſſaria.Pro parte etiã iſta argumentor ſic.Primò ceſſante cã finali alicuius rei,ceſſat effectus,maximè ſi ſit in eſſe p̃ducẽdus,nõdũ productus.l.gñaliter.C.de epiſc.& cle.cũ his q̃ ibi habentur. Sed in p̃poſito relictũ fuit factũ cã dotãdi filiã, quæ nũc eſt dotata:ergo legatũ peti nõ p̃t, tanquã ceſſet cã ipſius legati. Reſp. qñ legat filię p̃ dote,nõ eſt cã finalis legãdi.Sed ſi legetur alteri mulieri pro dote ſua,ſit cã cẽtũ finalis, vt plen.Bar.l. Titio.§.Titio genero.ff.de cõdit.& demon qđ apparet:qa pater filiæ omnino erat relicturus,& tenebatur ex debito naturæ, videlicet ex no.in l.obligamur.§.lege.ff.de act.& obli.l.fi.C.de do. p̃miſſ.l q liberos.ff.de ritu nup.cũ ſimilib.Ergo nõ eſt cã finalis: vt habetur l.ſi extraneus.de condict.ob cãm .de quo plenè per Bart.in d.§.Titio genero.& p̃ Bal.d.l.gñaliter.Itẽ pro hoc facit; qa cum iſtud relictũ ſit factũ ꝟiunctè, præſumitur relictũ contẽplatione ſanguinis; & in hoc vĩ fundari cã finalis,ar.l.tutor.§.quæ tutorib.ff.de excu.tut.extra de teſt.c.requiſiuiſti.12.q.3.c. pontifices.& patet in caſu noſtro,etiã ſi dicamus eſſe cãm finalẽ, non ceſſat ipſa cã,cũ legatũ adhuc cõuerti põt,etiã filia maritata, vt voluit Bar.in d.l.Lucius.§.j.ff.de leg.2.& probat in auct.ſed iam neceſſe.C.de don.ante nup.Itẽ probatur ſic.qñ eidẽ legatur diuerſa quãtitas ob candẽ cãm in diuerſis voluntatib. ſtatur vltimę:quaſi teſtõr id tantùm præſtari voluit ob eãdem cãm,quod in ſecunda voluntate cõprehenſum eſt. Ita cauetur l. cum certũ.ff.de adimen.lega. & probatur in l. libertis, quos ſemper.de alim.& cibar.lega. Ita vĩ dicendũ in propoſito,vt ſeruetur vltima voluntas patris, quę fuit in dotãdo filiã in quingentis tantùm, & non primo de mille,ſi poſtea in codicillis filię legaſſet quingẽta pro dote:qa ſtaremus legato facto vltimo loco,& nõ primo,vt ſ̃. deductũ eſt Reſp.qñ legatur in diuerſis volũtatib. ob eandẽ cãm diuerſa ſumma, tunc ſtatur vltimę,qñ dictæ cãæ nõ recipiunt augmentũ,ſicut eſt ob cãm alimentorum, & ira loquuntur ꝟria.Sed vbi legatur nomine dotis,iſta eſt cauſa quę recipit diminutionem.l.quod dicitur.ff.de impenſis in re dot. fact.& augmentum,dicta auct.ſed iam neceſſe.Quòd ſi legatur pluribus ob alimenta,in tali legato ceſſat ius accreſcendi, quia illa cauſa non recipit augmentum,& cum ob alimenta taxationis loco ponitur l.dominus.§.fi.ff.de vſufruct.& ibi notat gloſ. & tamen ſi legetur pluribus mulieribus in cauſam dotis, habet locum ius accreſcendi,vt ibi determinat Bald. notabiliter. Vel aliter poteſt reſpõderi, quòd in caſu meo fuerit factum purè & ſimpliciter,& ſine cãæ adiectione:& ſtatim peti põt, cùm ſuccedat loco legitimę,de qua omne grauamen,modus & cõditio reiicitur.l.qñ in priorib.C.de inoff.teſt.vel ab initio ex mente teſtãtis,nõ ineſt,& purũ eſt tale legatũ:vt voluit Bar.in d.§.Titio.meritò ceſſat hic cõtrariũ de legato facto ob cãm:qa hic cẽſetur purũ,& ſine cauſę adiectione factũ.Vel tertiò põt reſponderi,quòd per ſm tollitur primum: & ibi erãt plures diſponendę formæ,& ideo p̃ ſecũdã intelligitur receſſum à prima: quia † in vltimis voluntatib.vltima diſpoſitio ſemper attenditur,& 27
tollitur prior.l.j.& 2.ff.de iniuſt.teſt.Inſtitu.quib.modis teſt. infir.§.poſteriore.cum ſimilib.Hic autem in caſu noſtro eſt vnica diſpoſitio:qa ſemel tantum legatũ eſt filiæ, & ipſe teſtatur p̃ parte proceſſit ad eius executionẽ;qui actus executus nõ debet inducere reuocationẽ legati,arg.l.qđ fauore.C.de lega. & quia 28
†inducta ad vnum effectũ,nõ operãtur ꝟrium. Itẽ probatur im l.alumnæ.§.ſi Titia liberta.ff.de aeimen. & tranſ.lega. vbi teſtator legauerat certã quantitatẽ ad aliquid faciendũ:deinde in ſecunda voluntate grauat heredes,vt id faciant.ibi dicitur, quòd legatum peti non põt.Ita vĩ in propoſito, cũ ipſe teſtator id fecerit p̃p qđ legauerat,ſcilicet quia dotauit filiam, ob quã cãm legatum fecerat:quod legatum peti non poſſit, nec in totum, nec in partem.Reſpondeo,ibi in contrario manifeſtè patet mutatio voluntatis ex remotione grauaminis,p̃p quod legauerat: vt dicamus,remoto grauamine, remoueri etiã debere emolumentum datum cã implendi illud grauamẽ.& iniquũ eſſet, vt alius haberet onus id faciendi, & alius haberet emolumentũ, & pecuniam deſtinatam ad id faciendũ ꝟ voluntatem defuncti.Hic autem non eſt inconueniens,vt filia maritata & dotata petat legatum factum pro dote,quatenus ſolutum non eſt; qa etiã maritatæ dos & pro dote dari põt: vt in d.auct. ſed iam neceſſe.Vel dic aliter:quia in caſu noſtro fuit legatum purè & ſimpliciter,ibi legatũ ob certã cãm.Vel etiam tertiò:ibi erant plures diſponendi formæ.Ita induci põt l.filia legatorũ.C.de lega. hoc modo: nã ibi fuit data in dotẽ res,quæ fuerat in teſtamẽto legata,& dicitur legatum peti nõ poſſe,qđ ideo contingit: qa teſtator & pater dotãdo, ipſemet vĩ tacitè reuocaſſe legatum. pari rõne ſi dotauit filiã pro minori quãtitate,vĩ receſſiſſe à legato,poſtquam arbitratus fuit pater, datã quantitatẽ doti ſufficere debere. Reſpon.in l.filia.ratio eſt in prõptu, quare ex legato nihil peti põt.Nã illud cõtingit vigore ſolutionis factæ de ipſo legato,non autem vigore tacitę reuocationis, quod apertè mõſtratur:quia ſi illud contingeret vigore tacitè reuocationis, filia põt iure habere actionẽ pro legato. Sed ei petenti contra mẽtẽ patris exceptio obſtaret.l. apud Celſum. §. p̃erea. de doli excep.& not.in l.fideicõmiſſum.C.de fideicõmiſſ. cuius ꝟriũ dicit d.l.filia.quia nõ habet actionem. Cùm ergo ĩ d.l.filia.legatum fuit ſolutum in totũ: meritò actio tollitur ex teſtamento p̃allegato,& quęlibet alia cõpetens: quia ſolutione eius quod debetur,tollitur obligatio. At in caſu noſtro legatũ eſt ſolutũ pro parte tantùm, meritò pro reſiduo dẽt competere actio & exactio.Vel ibi totũ qđ erat legatũ pro dote,fuit p̃ teſtatorẽ in dotẽ traditũ,hic pro parte:& pro illa nõ dat actio,ſicut ibi:& ſic concordãt.Sed queſtio eſt de alia parte nõ data,& quãtũ ad illã, l.illa nõ facit in ꝟrium.Itẽ in l.contrarium legatũ erat ſpecierũ, qđ apparet,quia ibi loquit pro ea quæ etiã cõtingit propriè,vbi certa tẽpora ſunt deſignata:hic eſt legatũ in genere,vel in quãtitate:& ſic nõ ita duplicatur ſm legatum generis.l.planè.§.j.ff. de leg.j.& quia ſpecies nõ multiplicat, etiã ſi teſtator voluerit, l.Lucius.§.impuberẽ.ff.de lega.2.Itẽ fa.l.legatũ §.pater.ff.de admi.leg.vbi pater legauerat filię hortos inſtructos,dĩ,ꝙ ſi accepit quædã ex inſtrumẽtis hortorũ,& donauit vxori, ꝙ ſiue valeat donatio,ſiue nõ,pater intelligitur legatum filiæ minuiſſe,& poſterior voluntas patris quę fuit in dotãdo filiã in minori quãtitate ſit attendenda,& ſic reliquũ peti nõ poſſit.Reſpon. illum tex.parũ facere;quia ibi iõ legatum filię minuitur; qa expreſsè cõſtat de reuocatione patris,quã fecit donãdo vxori quędã ex inſtrumentis.At hic in caſu noſtro non cõſtat de aliqua ademptione ſeu reuocatione, immo potius videt teſtator adimpleuiſſe voluntatẽ ſuã pro parte,& ſic cõſummaſſe legatũ. Itẽ pro hoc facit:quia teſtator legat mille pro dote,& poſtea dedit fundũ in dotẽ minus valentem,ꝙ per hoc teſtator vĩ à legato receſſiſſe,ſm Bal.ar.l.Imperator Antoninus.§.ſi cẽtũ. in fin. ff.de leg.2.Ergo idẽ vĩ in caſu noſtro,dãdo partẽ tm̃.Bal.in hoc caſu videtur contrarium tenere. Reſpondeo,quando pater dat poſtea fundum,& minus valentem,ideo videtur à legato receſſiſſe:quia in illa ſpecie tota quantitas legata confunditur, etiamſi excedat,arg.d.leg. Imperator non ſic in quantitate licèt poſtea data; quia legatum non confunditur, niſi quatenus cõcurrit.Itẽ probatur per tex.l.cum tale.§.falſam.verſ.quòd ſi poſt factum. vbi videtur caſus:quia impleta cauſa vel conditione per teſtatorem non debetur legatum. vnde ita videtur in propoſito. Reſpondeo, ibi cauſa ſemel impleta non poterat amplius impleri;quia in totum erat extincta: hic verò cauſa non erat in totum impleta, ſed pro parte. Et iterum poteſt: quia dos

Source : BIU Cujas

24 vt l.fructus. ff. de uſucap. † Sed contra videtur, nonne eccleſia rem conceſſam in emphyteuſim poſſidet ſaltem ciuiliter, certe ſic,vt infra probabitur.Si ergo ciuiliter poſſidet eccleſia,quo modo currit præſcriptio contra eam,cum ex vnius diei poſſeſſione præſcriptio ſoleat interrumpi, vt l. cum notiſſimi. §.immo.C.de præſcrip.30. annor. Si ergo vnius diei poſſeſſio ſufficeret,quanto magis proderit,quòd ſemel poſſedit,cum nec expulſa ſit, nec ſuſpicata ſit ſe poſſe repelli,vt l. ſi id quod.§ j. ff. de acquiren.poſſeſ.Quippe hoc video in naturali poſſeſſione, quæ præſcriptionem aduerſus omnes interrumpit,vt l naturaliter.de vſuc.multo igitur magis de ciuili debemus dicere quaſi fortiori,& difficilius perditur naturali, vt l.poſſeſſio. ff. de acquir. poſſeſſ.& l.peregrè. §. quibus.eod. titu.Nimirum præſcriptio eſt de iure ciuili,nil mali erit,ſi poſſeſſio,quæ ciuilis eſt,valeat interrumpere illam,& eodem modo elidatur quo ipſa cō ſiſtit,vt l.prima.ff.prodere.& §.fina.inſti.de iu.natur. & l.nihil. de regu.iur. & l. ſi vnus. §. pactus. ff. de pact. & nonne eccleſia, quum poſſideat, habet in bonis rem, quam poſſidet certe ſic; quia poſſidet,& exceptionem haberet,vt l.in bonis.ff.de acqui. rer.domi.Si ergo habet in rem in bonis,ſequitur, quod nec dici poterit locum eſſe exceptioni præſcriptionis;quia nemo dicet deperditum quod retinetur in bonis,vt l.nec vtile.ff.ex qb. cau. maior. Non ob. quòd eccleſia tanto tempore non habuit poſſeſſionem ; quia lex illa ceſſatione prima potuerit eccleſia rem ab emphyteuta auferre, voluit modo: cum ex.2. vel 3. vel 20.ceſſatione auferre non poterit,vt dicamus pluries hanc pœnam committi potuiſſe,vt argumen.l. ſicut. de uerbor.obliga. & l.etiam.§ penul. ſi cui plus quam per leg. Falc.nec minuitur pœna emphyteutæ;quia pluries conuincitur ceſſauiſſe, immo plus deliquit,quia nec vltimis annis voluit ſoluere pēſionem, vt argum.l.prima.C.vt infra cer.tem. crim. quæſt. peſſime quidem facit, qui cum eccleſiæ Dei gratia penſionis remiſſæ debetur ſeruire,ipſe verò in inſolentiā erigitur,vt retribueret mala pro bonis,pro miſericordia ſibi ab eccleſia habita crudelitatem exerceat, & poſſeſſionem eccleſiæ ſibi auferre præſumat, vt l.prima. C. de reuo. don.& l.quarta.C. de obſeq.lib.& l.cum quis.C.de natur.libe. §. quid tantum. & lex eſt dicens, quòd ſi quis deberet pro parte poſſeſſa annuam penſionem ſoluere, præſcriptionem longiſſimam contra dominum allegare poterit,ut l.male. C. de præſcrip.30.annor.& not.ſubtiliter:quia illa lex non dicit,ſi non ſoluerit penſionem,ſed dicit,ſi ſoluere deberet,quaſi ſatis ſit,debere ſoluere,licet non ſoluat, vt auc.non liceat.C.de epiſc.& cler.Hanc ergo veriorem ſententiam exiſtimo,argum.l.cum notiſſimi.§.fin. C. de præſcrip. 30. anno.nec mirum ſi in hoc dubio eccleſiæ faueamus, quæ fidei & religionis mater eſt,& magiſtra,ut l.iubemus nullam.C.de ſac ſan.eccle. & hoc intelligo, ſi emphyteuta poſſedit: ſi autem alius qui habuiſſet cauſam ab emphyteuta. vel ipſe emphyteuta interuerſa poſſeſſione tanto tempore poſſediſſet, forſan quantum iudicare licet,periculum animæ non vitaret:vt l.fina.C.de fun. patrim.& l.prima.C.de an.excep. † Quæritur quartodecimò, quod ius tranſeat in emphyteutam ex conceſſione emphyteutica,& certe utile dominium,& hoc patet,quia ibi dicit,emphyteutas,licet non efficiantur domini, habere tamen actionem in rem,& hæc ſunt duo contraria ; quia in rem actio ſoli domino competit,vt l.in rem.ff.de rei uendic. vnde non efficiuntur domini, ſcilicet directò, vtiliter autem efficiuntur, & ideo in rem ei datur vtilis, vt probatur in l.prima.§. fina.ff. ſi ager uect. & eſt ſimile in ſuperficiario per ſimilitudinem, argumē.l.non poſſunt. de legi. & ſic qui habet directum dominium non habet utile; quia idem directò vtiliter eſſe non poteſt dominus, vt lege poſſideri.§.ex plurimis.ff.de acquirend. poſſeſſ. Item dicens ſe habere directum dicit ſe Dominum:dicens habere utile,dicit ſe quaſi dominum,& hæc duo diuerſa ſunt,ut in §.alię. inſti.de actio.ſi ergo ſolum directum dominium habet, & vtile nunquam,quomodo concedit illud emphyteutæ, cum non habet,& videtur hoc ſtare non poſſe,ut l traditio. de acqu.rer. domi. & l.nemo.in fi.de regu. iur. puerile hoc argum. eſt,nam qui directum dominium habet,utile non concedit: ſed in emphyteuticum tribuit, quæ conceſſio emphyteutam pro domino habere ei in rem actionem quaſi domino tribuens, & ideo dicit lex, placuit iuris peritis vel legi in rem competere actionem,vt l.prima.§.fina.ſi ager vectig. uel aliter, qui non habet utile dominium, tenetur illud in emphyteuſim concedendo miniſtrare, ſicut & nemo in re ſua uſumfructum vel ſeruitutē habet,& tunc concedit iſta, vt l. quod noſtrum. de vſufru. & l. vti frui.ſi vſusfr.pe. & l. iure communi. de ſerui. vrba.prædior. Item nemo habet rem ſuam pignori, quia cauſa pignoris ab intentione ſeparatur dominij,vt l.iuſta.ff.de vſucap.& l.prima. & ſecunda.de pigno.& tamen pignus in re ſua concedit. l. prima.de pigno. acti.& l. qui filios & l.fina. quæ res pign.& multa exempla not.in princ.inſti.quib.alien.li. & ius ciuile ut artifex, ſuo artificio recte uniuerſa componit, vt l.non eſt nouum.ff. de acquiren. rer. domin. & de facili quis notare poteſt in multis alijs locis. † Quæritur quintodecimò, qualiter poſſideat eccleſia . & qualiter emphyteuta: & certe emphyteuta naturaliter poſſidet,eccleſia verò ciuiliter : & hoc patet naturali ratione; quia eccleſia cum nullum habeat dominium poſſeſſionis, propter fructus, vel culturam, quæ ad eum non pertinet,non inſiſtit: animo tamen poſſidet: quia nec deſinit rem perpetuò carituram: probatur etiā, emphyteuta poſſidet,& eccleſia,quæ ſolam proprietatem obtinet, poſſidet,vt l. ſciendum. qui ſatiſda.cogan & ſic inter ſuperficiarium ,& dominum, & fructuarium & dominum,quia domini ciuiliter,& alij naturaliter poſſident,vt l.naturaliter.in prin.de acquir.poſ. & l. idemque.§.vſusfructus.de ui & vi arma. & l. ſi duo. §. centum. & l. fina.ff.vti
27 poſſid.† & dico eum naturaliter poſſidere, qui inſiſtit corpore vt l.prima.& l.poſſideri.§.Nerua.& l.qui bona.§. primo. de acquiren. poſſeſſion. ciuilis verò ſolo animo retinetur, & habet in ſe plurimum iuris,cum ſuperior plurimum facti habeat,ut dictis.ll.& l.prima.§ ſi iuſſerim.l. penul. § ſecundo, & l. ſiid quod §.fina.& l.ſi is qui.de acquiren.poſſeſ.& l.nemo.C.eo. & l.pupillus, de acquiren. re. domin. Nec credas emphyteutam ciuiliter

poſſi-

Source : BIU Cujas

possidere,& ob hoc ipsum' præstare debet solitam pensionem, vt l.male agitur.C. de præscrip.30. anno. nec ecclesia naturalē habet,cum emphyteuta,vt dictum est,habeat illam,& duos insolidum naturaliter possidere, erit absurdum, ut l possideri.§. ex contrario.de acquir.possess. & quòd ciuilis & naturalis inueniatur esse possessio, patet per prædicta, & l. secunda.§ i ff.pro her. istud autem non credo, quòd emphyteuta possideat pro ecclesia,immo naturalem possessionem quam habet pro se,respectu sui iuris habet, quod patet; quia in ea naturale dominiū vinceret,quod non esset,si pro domino possideret: & idem in vsufructu,& sic ponitur in l.prima ff.uti possi.& l.i in fin. & l. si duo.ff. eo.& l habet. §. eum qui. de precar.& l 1. de superfici. vulgari tamen sermone pro ecclesia possidet, qui causam habet ab ea sic ponitnr in l.12.ff.pro suo.

28 † Quæritur sextodecimò,an per canonem non solutum uel personas finitas suo iure,suaque actione, ecclesia possit præoccupare possessionem,quam emphyteuta naturaliter detinebat ipsumque propria auctoritate repellere. & uidetur quòd sic; quia lex dicit,quòd licet emphyteutam a prædiis emphyteuticariis repellere,vt l secunda.C.de iu emphy.& ecclesia potest illum eiicere,vt in §.si quis autem.in auct.de alie & emphy. quia arbitrium proprię uoluntatis est sibi,ut l.deuotum.C.de metal. lib.12.nec videtur vim facere,qui suo iure vtitur,ut l.vim facit. § primo.de regu.iur.hoc autem probatur exemplis: nam & inquilinum potest quis iusta de causa repellere sua auctoritate propria,vt l.si seruum.C.quod cum eo. & l. quæro. §. pen.ff.loca. item si super domum meam opus fecisti, illud intercidere possum propria auctoritate.vt l.quemadmodum.§.1.in fin.ff. ad leg. Aquil. Item si ad ianuam meam aliquid affixisti, mea auctoritate amoueo,& me exceptione defendo,ut l.si in rem.§.si ad ianuam.ff quod vi. Item si conseruandarum mearum mercium causa tuas in mare iactauero,non tenebor:vt l.qui seruādarum.in prin.ff.de præscrip. versic.item si iusto metu perterritus tuas ędes destruxero,ne ędes meę periclitentur ab igne, securus existo.vt l.si quis fumo.ad leg.aquil.Item si illicite signa, vel tituli prædiis meis apponantur,licite mea auctoritate amoueo:vt l.secunda.C.vt ne.priua.Si hoc esset in pacto, an liceret? Certè sic,vt l.creditores.C. de pignor. & l. si Titius. de seru expor.it em si iudex hanc licentiam dedisset, sufficeret, ut l.dotis. C.solu matrim.& l.si debitores.C.de iudi. ergo magis si auctoritate legis habet, ut repellat eundem. porrò quanto non minus valet promissio legis, quàm promissio a contrahente, vel iudice,ut l.Gracchus.C.de adulte.& § optimum. in fi.in auc de non elig secū nub.nam & verborum significatio est intuenda dicit enim lex, quod licet repellere, quid autem est repellere, nisi retropellere? quod propriè in facto consistit,sicut & eripere, vt l.sed eximendum. ne quis eum qui: nam eiicere dicitur, 29
qui facit,vel fieri facit, ut l. prima.§. deiecisse. de vi & vi arma. & significat extra iacere, quod & totum facti est, & a significatione recedere non est tutum,ut l prima.§ institor ff.de exercito.& l.prospexit.ff.qui & a quib.Sed contra uidetur.Ideo enim iuris tutela est in medio constituta, ut nemo sibi sumere audeat vltionem,vt l.nullus.C. de iude. stulte enim facit ecclesia, si quod petere potest, inuadere non pauescit, ut l. prima C.de vsufr & tanto grauius sunt puniendi prælati, si uiolentiam faciunt,quanto maior eis in iure adhibetur reuerentia, ut l.presbyteri. C. de episc.& cleric. certe non plus iuris habet fructua- 30
rius emphyteuta, immo minus quia in dominio nihil habet, & tamen amisso vel finito vsufructu non potest a quasi possessione repelli, sed potius intentatur negatoria contra eum, vel agitur excautione, quam facit fructuarius de restituenda proprietate, quæ extabit tempore ususfructus amissi, ut l uti frui.si vsusfr.pet.& l.prima. ff. vsufr. quemadm. ca & l.inter. de dam. infect. Quippe si ipsemet proprietarius posset sua auctoritate occupare,superuacua esset cautio, quę præstatur, nec introduceretur a iure,argumen.l.non cogendum.§.fina.ff.de procurat. Item, & mulier de iure naturali domina est rei dotalis, ut lege penult.C.de iure dot. & eas videtur ad suas alimonias possidere,vt l.assiduis.C.qui pot.in pig.hab.& tamen licèt hęc res desinat esse dotalis, non potest propria auctoritate apprehendi a muliere,vt l.dotis.C.solut.matrimo.Item creditor in re ius habet,& ad omnia solet possidere,præterquam ad vsucapionem, & non potest sua auctoritate ingredi sine pœna, vt l. extat. ff. quod met. cau. Ad quod autem inconueniens te adducam, ecce, si quis per vim ecclesiæ possessionem occupasset, an ecclesia ex interuallo per vim apprehendere posset illam. Certè non; ut l.qui possessionem.& l.idem.§.si quis autem.ff. de vi & ui arma. Si ergo possessorem, vel prædonem expellere non valeret, quomodo illum repelleret, qui causam iustam habuit possidendi? Origo enim in possessione spectatur,ut l.clam.ff. de acquirend.possessio.& absurdum est,quòd plus iuris habeat violentus & criminosus in retinendo,quam ille qui habuit iustam causam,argum.l his solis.in fin.C.de reuoc.dona. & l.3.§. primo.ff.de dona inter vir.& uxo.Sed in isto etiam,ecce,si seruus meus, qui est meæ potestatis arbitrio constitutus, se liberum dicat,& paratus sit iudicio litigare, an possim in possessionem meam violenter adducere? Certè nunquam,ut l.si is qui pro emptore.§.si seruus. ff. de vsucap.quanto ergo magis in re ecclesiastica, quam forte vult possessor defendere, & ecclesiasticum, vel emphyteuticum deperditum esse negat, non est possessori vis aliqua facienda,nec videtur iudex medius:vt sua possessione priuetur sine causæ cognitione, quod esse non debet,& plus est, si princeps vel iudex aliquid præcepisset, ut l. meminerint.C.vnde vi & l.si quis in tantam. & l. cum quærebatur. eodem titu.& l.si constiterit.C fin.regun.Quomodo ergo dicendum est, quòd lex quæ violentias punit, viam voluerit violentiis aperire,vt l.prima. C. de indic.vid. tol.licet enim lex dicat,emphyteutam posse repelli,intellige iudiciario ordine præcedente,ne dicta absurditas sequatur,& vno verbo prę sumatur iniquum quid statuisse, argumen.l ex facto. de vulga. & pupilla.substi.& l.si quando. C. de inoffi testam. Nec dicas, quòd hoc verbum, repellere, sit intelligendum de facti repulsa,immo de repulsa iuris, sæpius enim de iure sic accipitur,repellere quem exceptione,vt l.si mater.§.idem Iulianus. & l.an eadem. §.fina.ff. de except.rei iudic. Porrò si ineffrenata licentia ecclesiæ daretur, iam pro ecclesiasticis etiam non ecclesiasticas res occupabunt, non solùm contra cessantes in canonibus soluendis, sed etiam contra non cessantes extenderet manum suam. Igitur, ne hæc insurgat malignitas, talis licentia non credatur esse concessa,vt argumen.Instit. de milit.testa.§. cæterùm. & l. ait prætor.§. primo. de iureiuran. & quod dixi, quòd colonum potest dominus sua auctoritate repellere, falsum esse videtur. Ad quid ergo locati actio, vel constitutio illa introduceretur a iure,vt l.ab re.C. vnde vi.& l.conductores. C.loca? nunquam enim congruum videtur, quòd aliquis sibiipsi ius faciat,ut l.prima.C ne quis in sua cau.& l.Iulianus ff.de iudi. In hac autem sententia variant docto. quia dominus meus dixit, hoc cum auctoritate præsidis posse fieri. Bul. verò dixit, quòd per se ipsam poterat ecclesia facere prædicta:& cum hoc videtur dominus meus in summa conuenire, licet cum distinctione hoc dicat in apparatu: & ego cum domino meo sentio, si certum sit, emphyteutam ius emphyteuticum amisisse, & possessionem non interuenisse. Si vero emphyteuta allegat rem emphyteuticam non esse,vel in canone non cessatum,vel aliquod ius sibi competere,& de hoc paratus est ecclesiæ respondere;quia res negatione fit dubia, non credo ecclesiam ibi ius habere posse, maxime si copiam iudicis habeat, vt l.tertia. §.ibidem.ff. ad exhib. & l.non ab re. C. vnde vi.& L generali. C de curial. Idem & si iam possessio erat interuersa: vt quia semel ecclesiæ restiterat ingredi volenti,& maxime iusta causa,vt l.colonus.ff.vnde vi.

29 † Quæritur decimo septimò,emphyteuta cecidit a possessione, iure emphyteutico non finito, ecclesia tanquam directa domina vult contra possidentem agere, emphyteuta verò tanquàm vtilis dominus vult illud idem facere, quæritur quis præferatur? & videtur dicendum, dominum, ergo ecclesia præferenda,vt l.tertia.C de noua.& l.si pater.C.manda.& brocardicum, vtili directam præferri. Contra est. l. si emptor. ff. de pact.& l.procurator.& l. si procurator.ff. de procura.& l 1. §.fi.si ager vectig.& l.j.ff.de superfi. & in hoc non insisto, quia brocardicum est,& ibi disputatur ista quæstio.

30 † Quæritur decimooctauò, canone non soluto ecclesia agit contra eumphyteutam, proponitur ius dominii, emphyteuta resistit,dicens ecclesiam dominam non probari emphyteutico instrumento. quæritur quid iuris sit. & quòd quæstionem de dominio referre non ualeat, probatur sic. Recipit concessionem illam ab ecclesia, quam quis a domino recipere consueuit, videtur igitur consensisse sic faciendo, quòd ecclesia domina esset,argumen. l. fina.ff. de diuor.& l.prima §.si quis. C de lati. lib. tol. Si ergo tunc uidetur ecclesiam pro domina habuisse in recipiendo emphyteuticum ius ab ea, non debet dedignari,& eam contra se dominam confiteri, argum. l.si quis testibus.C.de testi.& l.Pomp.de negot.gest.nec vim facit,si eam uerbis confessus est dominam fuisse, an rebus ipsis,& factis,ut l.de quibus. de legib. Præterea sicut dictum est, recipit rem in emphyteusim ab ecclesia, vt a domina, quomodo nunc poterit,quod tunc suo facto confitebatur reuocare,& resistere, dominium negando? Minime permittendum est illi, argum.l.veterū §.fina.C.ad Vellia.& l.generaliter.C.de non numer.pecu. Porrò instrumentum factum est inter ecclesiam,& emphyteutam,in quo ecclesia tanquam domina concessit, & ille ab ea tanquam domina recepit:standum est igitur ei, quod ex instrumento conuincitur, adeo quòd non possit allegare eam non esse dominam,cum qua quasi cum domina conuincitur contraxisse,argum.l.optimam C de contrahen.stipu.& l. eum.C.de iu.delib. Quomodo enim quęstionem de dominio referre potest ei a quo causam suę possessionis accepit, non video, sic probatur subtiliter in l.nec creditor. C. de pigno. & l. prima.C.de non nume.pecu.certe ex necessitate habemus prę sumere ecclesiam dominam extitisse; quia quum concesserit, si

dicamus

Source : BIU Cujas

dicamus dominam non fuisse, non ualuit conceſſio emphyteutica ad effectum iuris emphnteutici transferendi; quia a non domina potuisset utile vel directum dominium proceſſiſſe, argum. l. ſi filius. C. de dona. ſi enim uolumus præſumere de facto eccleſiam voluiſſe, quod certe præſumere debemus, vt l. quotiens. ff de reb. dub. & l. quotiens. de regul. iur. neceſſe eſt, vt præſumamus id, per quod peruenitur ad illud, ſcilicet eccleſiam dominam extitiſſe, argum' l. ad rem. & l. ad legatum. de procurat. & l. ſi fundus. §. qui fundum. de legat. primo. & l. ſed interdum. § primo. de acquirend. hæred vnde ſtandum eſt præſumptioni, donec contrarium non probatur, argum. l. non eſt veriſimile. ff. quod met. cau. & l. generaliter. §. ſi petitum. ff. de fideicom. libe. Præterea nonne eccleſia agere poſſet perſonali actione, & rem ab eo emphyteuta auocare etiam ſi fuerit ab eo alienata, argum. l. alienam. ff. ſolu. matrim. & l. ſi tu. ff. commo. & l. prima. §. ſi prætor ff depo. & l. ſi rem ff de pig. act. quare ergo eccleſia non debet illud idem poſſe facere in rem, cum eadem ſit æquitas in re dubia, diuerſa ſpecies addi non debet, vt l fina. C. de conſti. pecu. & ſic debemus potius fauere eccleſię quàm emphyteutæ, qui de aliena iactura vult facere lucrum, vt l. non debet. §. primo. de regu. iur. quippe non uideo uiam, qua poſſit iſte emphyteuta ſe tueri: nam aut dicit rem fuiſſe ſuam, quum ſibi conceſſio illa fiebat, aut alterius, ſed ſua fuit hoc ipſo, quia ab eccleſia uoluit ipſam retinere, breui manu uidetur eccleſiæ dediſſe, & ab eadem in emphyteuſim recepiſſe, argum. l. licet. §. primo. ff. de iure do. & l. debitor. ff. de dona. inter vir. & vxor. & l. ſingularia. ff. ſi cer. pet. maxime in eccleſia, in qua traditio non eſt neceſſaria, vt l. fina. C. de ſacroſan. eccle. maximè rem in annuum canonem deducendo, per quod ius præſumenda eſt donatio, vt l. cenſualis. cum ſeq. C. de dona. & non poterit dicere ſe ignoraſſe rem fuiſſe ſuam, argum. l. quiſquis. C. de reſcin. vend. & l. quanquam. ad Velleia. nec etiam ſua res fuiſſe præſumitur; quia nemo adeo ſimplex reperitur, qui contra ſe ipſum ſcribi patiatur in publico inſtrumento, vel bona ſua iactet, argum. l. veris. C. de arb. & l. cum de indebito. ff. probatio. Si verò dicat eſſe alienam ab eo, & ab eccleſia extitiſſe; quia alium dicit dominum, tunc eſt præſumptio contra eũ, quòd multum fidei habeatur eccleſiæ quæ conceſſit. argum. l. ſi duo in prin. ff. de iureiu. & l. moueor. C. ſi ſer. ex & ideo pleniſſime habet hanc ſuam exceptionem, in qua actor efficitur, probare alioquin in hac exceptione ſuccumbet, ſicut & actor, qui non probat quod intendit agendo, argum. l. in exceptione, & l. aſſeueratio. C. de non num. pecu. & facit ad confirmationem omnium prædictorum, quod ſi quis violenter ab aliqua perſona eripuit, cum ab ea cauſam habeat ſuę poſſeſſionis, non poterit refetre quæſtionem dominii, quin prior dominus vendicet rem ab eo, vt l. ſi quis emptor. §. penul. C. de præſcrip. 30. annorum. Quòd autem emphyteuta valeat ſe excuſare, & tueri, probatur, conceſſio, quam facit eccleſia emphyteutæ ad acquiſitionem reſpicit; quia agit, ut emphyteuta quærat, & tantum decreſcat eccleſiæ, certum eſt enim quòd quantum alteri quæritur, tantum deſiſſe quæretur eccleſiæ. l. quod in rerum. §. fina. de legat. primo. & l. cum quęſtio. C. de lega. & l. ſicut. ff. de adim. leg. Sed nos volumus conuertere ordinem iuris, vt alienatio, quæ detrimentum faciebat eccleſię, eius teſpiciat incrementum, & ſic ſe probet dominam ex eo contractu, qui ei vtilitatem dominii auferebat, quod eſt abſurdum, argumẽ. l. euidenter. de exceptio. rei iudi. & l. legata. de adim. lega. Præterea, quomodo conceſſio facta probabit dominium fuiſſe eccleſię, cum ſoleat quęri recipiendo, conceſſionem autem non aliis concedendo, at hoc volumus ſumere ad acquirendum, quę locũ habet in alienando potius quàm in quęrendo, & hoc eſt abſurdum, argum. l. ex maleficiis. §. is quoque. ff. de actio. & obl. ſtultum eſt enim dicere illud, quod fit vt debita eccleſię, & accedat emphyteutę, & ſuperuacua facilitate perducere, vt eorum ſit commodum, ad quorum incommodum fuit factum. & ècontra, ille importet commodum, qui ſui fauoris tantum recipit, argumen. l. plures apocis. C. de fide inſtrumen. & l. generaliter. C. de ſecun. nup. Si enim volumus dicere, quòd conceſſio probaret dominum concedentem; nam quilibet aliena concederet, vt ſic ex poſt facto probaret fuiſſe dominum, cuius rei dominium habuerit tempore illo, hęc autem abſurditas debet meritò euitari; ratione enim poſſet eſſe, quòd eccleſia conceſſiſſet rem alienam, ut ff. pro dona. pro ſolu. pro emp. pro dot. pro lega. per totum. & l. rem alienam. ff. de contrahen. empt. quomodo ergo conceſſio in emphyteuſim probabit dominium eſſe eccleſię, quod ab hac conceſſione ſępe contingit abeſſe, certe nullo modo, argumen. l. ad probationem. C. de proba. modi enim quibus dominium ſit probandum, ſunt determinati a iure, ut not. in l. cum res. C. de proba. ergo quis tam audax erit nouum modum aſſumere, quem lex aliquatenus non inuenit? Certe quod a lege non fingitur, nec ab ullo fingendum eſt, ut l. ſi uerò. §. de viro. ſolut. mat. & ſi dicis, quòd q̃ſtionem eccleſię, referre non debet, quia ab eccleſia cauſam habet multas contrarietates incidimus, nam non poſſet creditor vel conductor dicere contractum initum non tenere, quia rẽ propriam acceperit pignori, vel conduxerit, hoc eſt falſum, qa hoc dicere poteſt, vt l. ei a quo. de vſufr. & l. neque pignus. de regu. iur. Dicet aliquis poterit referre quæſtionem dominii, ſi ille qui refert, vult onus probationis aſſumere, quòd neceſſe habet aſſumere, cum lex ſit expreſſa, vt l. ad probationem. C. locatio. non enim probare debet dominium locatio, vel emphyteuſis datio, quia nec manumiſſio probat ſeruum illum, qui ingenuus fuit, ut inſti. de ingenu. & manu. circa fi. Abſurdum eſt enim dicere, vt eccleſia probet ſe dominam non præcedente titulo, quo dominium ſoleat quæri, vt l. ſcientis. ff. de ingenuman. immo plus dico; quia ſi ſcienter rem ſuam ab eccleſia recepiſſet animo dominii transferendi, non tamen dominium fuiſſet factum eccleſiæ; quia transferre dominiũ voluit, & hoc non potuit niſi dando, aut dare noluit ſed recipere affectauit, & ſic quòd potuit noluit, qđ voluit adimplere nequiuit. deficit igitqđ factũ eſt, vt l. ſuus. & l. ſi cũ maior. C de repudi. hæredi. nemo enim poteſt facere dominium eccleſiæ, niſi dando, at emphyteuta nil dedit eccleſiæ, ergo ſuum dominium facere noluit vllo modo, argum. l. hæres meus. ff. de leg. 1. In hac quęſt. D. Pe. pro eccleſia iudicauit, ſed domino meo, & maiori parti exiſtimo adhærendum.

† Poſſet tamen quæri, ſi emphyteuta iſte ab eccleſia longo tempore recognouit rem iſtam, & penſionem exoluit, an eccleſiæ proderit præſcriptio poſſidentis, poſſedit enim emphyteuta titulo, & ſic etiam ſi res aliena fuit, vtile dominium præſcripſit, & in rem actionem habuit ex tempore iam elapſo, ſicut & aliàs in l. ſi quis emptor. C. de præſcr. 30. ann. Si ergo amiſit ius, quod quæſierat, nonne ad eccleſiam illud ius videtur rediiſſe? Videtur quòd ſic, argum. l. ſi alienam. & l. qui alienam C. de dona. cau. mor. & l. Proculus. §. primo. ff. de iure do. Sed illlæ leges loquuntur in perſonali actione, nec apparet ex eis, quòd dominium præſcriptum, vel vſucaptum ipſo iure redeat in eũ, a quo præſcriptionis cauſam habuit, quia l. ſi alienam, dicit, ꝙ ille, qui conceſſit, repetit per condictionem ſine cauſa, ex quo manifeſte probatur, quòd concedens non erat factus dominus ex præſcriptione illius, cui conceſſerat; quia ſi factus eſſet dominus, condictionem non haberet; quia nemo rem ſuam cõdicere poteſt, præterquam a fure, ut l. ſi. ff. vſuſfr. quemad. cau. niſi quis velit tripliciter & ſubtiliter reſpondere, quòd redeat ipſo iure dominium, & hæc eſt ratio; quia ſic non amittitur dominium a concedente, niſi traditione ſequuta, ut l. traditionibus. C. de pact. & l. qui tibi. ff. de hæred. uel act. ven. & l. quotiẽs. C. de rei vendi. ſic enim reuertitur in concedentem, niſi reuocatio fiat, argum. l. 1. ff. pro derelic. & hæc ratio ceſſat in eccleſia; quia ſine traditione efficitur domina. Item quod dicit. l. ſi alienam. quia condictione agitur, forte poſſet dici poſſeſſionis reſpectu, cuius reſpectu poſſet condicere, & ſic non videtur obſtare eccleſiæ lex illa, argum l. verum. de furt. & facit. l. indebiti. §. ſi nummi. de condi. indeb. ver. 3. ratio eſt, ecce ſi ego vendidi, qui ſine titulo poſſidebam tu incipis vſucapere, ante illam completam redhibetur res vendita & ad me redit, nonne ego, qui ante ſine titulo vſucapere volebam, ex eo titulo poſſidebã, qui a me proceſſit, vſucapione a te inchoata implebitur, ita videtur, vt l. ſi hæres. de vſucap. & l. ſi in duobus. §. fina. de diuer. præſcrip. & l. Pompo. §. præterea. de acquir. poſſeſ. ſi ergo præſcriptio non eſſet ab emphyteuta completa, & tamen ad eccleſiam redundaret, prodeſſet illa plenè eccleſiæ, ut per eccleſiam cœpta præſcriptio compleri poſſet, quanto magis ſi completa eſt, prodeſt, vt vendicare poſſit? & hoc videtur uera & ſanior opi. Sed ſi. 30. annis ex re illa eccleſiæ fuerit penſio perſoluta, vel res eccleſiaſtico iure ab emphyteuta detenta, & ciuiliter poſſedit toto tempore, quo res fuit apud emphyteutam 30. annorum poſſeſſione completa eccleſia etiam domina facta eſſet, vt l. ſi quis. de præſcrip. 30 anno. & auc. niſi. C. de bo. ma. duobus caſibus ſcilicet cum longo tempore, vel longiſſimo pro eccleſia titulo emphyteutico emphyteuta poſſedit, contra emphyteutam poſſet agere rei vendicatione.

† Sed obiicitur, quęro quàm rei uendicationem eccleſia intentabit? Directam non; quia ſpacio longi uel longiſſimi temporis directum non quæritur dominium, ſed vtile tantum; vt patet ex l. ſi quis emptionis. C. de præſcrip. 30. anno. licet quidã dixerint, nullum dominium præſcriptione acquiri, cõtra quos eſt. ff. de vſucap. l. eum qui ędes. & l. ſi finita. § ſi de uectigali. de dam. infec. & l. acquiritur. §. non ſolum. de acq. re. dom. & l. in rem. §. fin. de rei uendica. ſi ergo directum dominium eccleſia non intentat, nec vtile intentabit: quia illud non habuit, nec conceſſit, & vltra quam conceſſit rępetere non poſſet, argum. l. penul. §. mulier. ſol. ma. & l. ait prętor. §. ſi conditionalis. ff. de his quę in fra. credit. & l. licet. §. fina. de iure do. Nec dicas, ad eccleſiam utile dominium redire. † Quid enim ſi eſſet domina directa, an dominium vtile, quod habet emphyteuta redeat ad eccleſiam? Videtur qnòd ſic, cum ante haberet directum, modo adiungatur ſibi utile, abſurdum eſt hoc dicere, vt ſupra probaui, & ſi ad eccleſiam dominã hoc non redit, quo modo ad

non

Source : BIU Cujas

non dominam? Multominus,& ideo ſapiens aduocatus,vt prę dicta eſſent cum eccleſia vult agere contra emphy teutam,vel hæredes agat perſonaliter condictione ex lege Zenonis, quæ nouam obligationem induxit,vt l.j.ff. de condic. ex le. & l.j.C. de iu.emphy.& §.adeo. inſti. loca. & tunc nec refertur quæſtio dominii,niſi per legem,vt ſupra dixi: nec etiam proderit emphyteutę,ſi non poſſideat.vt quia in alium tranſtulit poſſeſſionem,tamen actione tenebitur perſonali, quæ non ratione poſſeſſionis datur,ſed ratione contractus,vt l.deſiderium.cum ſeq. C.depo.l.non aduerſus.C.ſi cer.peta.& l.eum cui.C.de actio.& obli.hoc ſaluo, ꝙ ſi emphyteuta ſine dolo & culpa & facto ſuo a poſſeſſione cecidiſſet,nō teneretur,arg.l.ſi creditor.C de pig.

34 ¶†Quæritur decimononò, an ſi extraneus poſſideat rem eccleſiaſticam,& eccleſia velit agere contra eum., qualiter agat: cum ille,qui poſſidet,nec emphyteuta ſit,nec hæres emphyteutæ,& tunc neceſſaria eſt in rem actio proponenda ad dominiū eius probandum,cuius probatio difficilis eſt. Sed quia multos modos probandi dominii allegant eccleſiarum prælati, videamus quibus modis ſit efficax ad probandum. Primus eſt, ſi eccleſia probet ſe a domino habuiſſe rem iſtam, vt l. cum res. C. de probatio.& l.& quæ non debet.§.quod dicitur.de pig. & l.ex empto.in prin.ff.de actio.emp. Secundus eſt, ſi probet, rem iuſto titulo accepiſſe & longo tempore præſcripſiſſe,vt.l.in rem. §.fin.de rei vendi.& l.acquiritur.§.non ſolum.de acquir.re. domi.& l eum qui.de vſucap.Tertius eſt,ſi probat rem ſibi traditā ex iuſta cauſa,licet non præſcripſerit,tamen habet publicianā, vt l.j.cum ſeq.ff.de publ.Quartus eſt,ſi probet ſe vel alium pro ea.xxx.annis poſſediſſe cum titulo,ut.l.ſi quis emptor.C.de præſcrip.xxx.anno.Quintus eſt,licèt diſputabilis valde,ſi probet ex conceſſionibus ab eccleſia factis rem de qua controuerſia eſt ab emphyteuticariis pro eccleſia longo vel longiſſimo tempore fuiſſe poſſeſſam,quemadmodū in ſuperiori ſolutione quæſtionis diſputando tetigimus.Alios modos ad probandum aptos non inuenio:ſed aliqui dicunt alium eſſe, ſi inueniatur antiqua cartula,quæ dicat, hanc rem, quam poſſidet nunc Titius eccleſiam in emphyteuſim Caio dediſſe, an probabilis ob hoc erit probatio contra Titium certè non,vt in ſuperiori quæſtione eſt probatum; quia res inter alios acta aliis non nocebit, vt l.ſi vnus.§.in ſumma.ff.de pact.& nedum quod dixi de vna car

35 tula eadem ratione in pluribus dico.†Sed quid ſi eccleſia habet cartulam,in qua continetur, quòd comes Hieronymus donauit rem iſtam eccleſię,an hoc ſufficeret?Et certe non ſufficeret, niſi eccleſia ſe poſſediſſe probauerit,vt.l.eum qui.§.fi.com ſeq. de publi Satis autem præſumo,ſi eccleſia habet vnum titulum, & in poſſeſſione fuit,quòd ex titulo precedente fuerit ſibi facta traditio,vt.l.minus.C.de acquiren.poſſ. nec dicam eccleſiā habere priuilegium,vt ſine traditione a nō domino facta habeat ex ſolo titulo publicianam, ſicut habet ex ſola conceſſione a domino facta:quia illud quod eccleſiæ in dominio quærendo conceditur,vt l.fin.C.de ſacr.ſanc.eccl.eſt priuilegium contra regulas iuris inductum, ideoq; non eſt ad conſequentias producendum,vt idem ſit in quaſi dominio, vt. l. quod verò.ff.de legi iam enim facile eſſet eccleſiæ ſuper omnibus rebus mundi habere publicianam,vt faciat fieri donationem ſibi a Titio de eo quod poſſidet Lucius & Seius,& ſic de omnibus: & hoc eſſet abſurdum,& occaſionem malignandi induceret,arg.l.j.§. ſi quis.de carbon.edic.ſed ſi ille a quo eccleſia titulum tempore quo concedebat eccleſiæ in poſſeſſione fuiſſet, licèt ipſe eccleſiæ non tradidiſſet,æquum tamen erit publicianam dare eccleſiæ, ſic alia rei vendicatio datur ſaluis illis caſibus,in quibus ſine traditione publiciana competit,de quibus non eſt dubita-

36 tio.†Sed quæritur,eccleſia habet chartam, quomodo ſibi fuerunt iam ſunt centum anni donata omnia, quæ habet talis comes infra mare & montem, vel quod habuit in tali caſtro, & hęc cartula ſibi inutilis erit,niſi probentur,quę dicta ſunt ſupra, ſcilicet quòd ille habuerit, nec eccleſia ex tali conceſſione accepit,vt ar.l.iii.& l fin.C.de fal.cau.adiec.le.& l.ſi ſic.de le.j. & l.

37 hanc legem.ff.de contrahē.emp.† Quęritur vigeſimò, eccleſia conceſſit hoc modo,ego Athanaſius Abbas S. Proculi concedo tibi Petro,atq; confirmo omnia quæ habes & tenes de iure dictæ eccleſiæ in curte Montis maioris &c. Multis annis elapſis quęſtio oritur,inter eccleſiā & emphyteutam,vel hęredes ipſius,qui cum illa curte multa poſſederunt, tamen fatētur ſe ab eccleſia recepiſſe,dicentes eccleſiæ,proba, quòd de iure veſtro in dicta curte habuerimus aliquid:eccleſia verò dicit,ꝙ omnia quæ ibi habuerunt iſti & anteceſſores ſui eccleſiaſtica ſunt, interpretantes ꝙ in inſtrumento dicitur non taxatiue,ſed determinatiue.Econtra emphyteuta reſiſtit, dicens ſe de omnibus debere abſolui, niſi quatenus fuerit ab eccleſia probatum, ita dicens,conceſſio eſt mihi facta de omnibus,quę de iure S.Proculi in tali curte tenebam, ſed ego nil tenebam de ſuis, igitur nec aliquid eſt conceſſum,argum. l. item quòd Sabinus.§.ſed ſi quis ſi.de hæred.inſti.& l.quòd ſicut.ff.de hæted. vel acti.vendi. nam quum ſuper incerta reeſt promiſſio, tam ex parte promittentis,quàm ex parte ſtipulantis, nulla contrahitur obligatio. l. triticum.de ver.ob.& l.quod in ſtipulatione, de vſur. hoc idem in contractibus,qui huic contractui familiares exiſtent,vt in locatione & conductione,quæ mercedem continet: vt.l. ſi merces.ff.loc.Idem in ſententia,quę ratione incertitudinis nulla eſſe cenſetur,vt l.pe.& fi.C.de ſen.quæ ſi.cer.quantita.& l.in ſumma §.j.de re iud.Idem in arbitrio,vel laudo, vt l. quid tamen.§. pen.ff.de arb. & idem in legato, vt l. cum poſt. §. gener.de iure do.& inutilis eſt etiam propter incertitudinem datio tutelæ,vt l.duo ſunt Titii.de teſt.tut.& datio libertatis,vt l.quæ ex plurib. ff.de teſta.ma.& in diem adiectio, quæ ſuper incerto conſiſtit, ut.l.cum duo.ff.de in diem adiec.& exhæredatio filii uel filię,q̄ incerta habeatur,vt.l ij.ff.de lib.& poſthu.& etiam incertitudo hæredis inſtitutionem vitiat & annullat, vt in l.in tēpus.§.j. de hæredi.inſt.& idem in petitione,vt l.Pompo.§.fi.ff.de rei vend. Si in omnibus ſupra dictis incertitudo vitiat,quando eſt geſtū, quanto magis hic vbi de obligando tractatur, quod ſit difficilius,& grauius ſuſtinetur,vt l.Arrianus de actio.& oblig.Præterea quum dixit eccleſia,quidquid hēs de tali iure,hęc dictio,qdquid,pro taxatione accipitur,vt vltra non ſit ab aliquo cogitādum,vt l.Meuio.§.fi.de leg.ij.Si ergo fuit illa taxatio,qui eam taxationem ad hanc & illam poſſeſſionem cupit extendere,probet,quòd tot & tales ſint res,quæ de iure dictæ eccleſiæ tenebantur,alioquin nil ex tali conceſſione peteretur,vt l. ſi ſic.§.j. de le.j.& l.j.& fi.de fal.cau.& l.legaui.in verſic. cum autem.ff.de lib.leg.cum enim eccleſia aſſerat omnes illas vineas in conceſſione fuiſſe,reus verò neget,probatio eſt illius, qui aſſerit poſſeſſiones fuiſſe plures quam reus fateatur,arg.l.ſancimus.§.licē tiam.C.de iure delib.& l.Lucius.§.fi.ff.ad Treb. Porrò hæc conceſſio obſcura eſt manifeſte, igitur quòd de modicis & minimis rebus facta fuerit eſt credendum. Vide quot teſtibus iſtud probatur,vt l.ſi ita ſtipulatus fuero.x.de ver.ob.& l.inter pares. in fi.de reg.iu.& l.cum ſeruus.§.Seio.& l.ſi ita ſcriptum. in fi.de le.j.& l.ſi ita relictum.in princip & l.Sempronius.de le.2. & leg. nummis.de le.3.& l.qui concubinam de au.& argen.leg.l. qui lancem.& l.ſemper in obſcuris.& l. ſemper in ſtipulationibus, de reg.iu.Certe & ſi in obſcuris legibus iſta non dicerentur; eſt tamen ratio,quare eccleſia hic ſuccumbit; quum enim ipſa cō ceſſit,debuit ſingula ſpecialiter declarare,ut arg.l. ſed & ſi qui. §.quæſitum.ff.ſi quis caut.& l.ſed ſi hoc de condi. & demon. & l.diuus.in prin.ad leg.Cornel.de fal.& l.ſi qui iuſſu.de acquiren. hæred.& l.3.§.ſi Titio.de alim.leg.Si ergo hoc facere potuit & debuit,& non fecerit,contra eam debet interpretatio ſumi, in cuius extitit poteſtate apertius dicere legem,argu.l.Labeo. & l. cum in lege.ff.de contrahē.emp.& l.ueteribus,de pac. Nec mirum ſi retorquetur obſcuritas in caput obſcure loquentis,† qa

38 qui obſcure loquitur ad ſui vtilitatem,tale eſt, ac ſi non aliquid loqueretur,ut arg.l.de ętate.§.nihil.ff.de interrog.act.& l.qui libertatis.§.ſed ſi quis.ff.de euict.& l.2 §.quòd ſi fuerit.ad Tertull. So.quid plura dicemus? Eccleſia quæ conceſſit monſtrare debet fines locorum,& quid iuris conceſſit,emphyteute,arg.l. Titius hæres. ff. de acti.empt.quid ergo? Videtur tam emphyteutam quàm eccleſiam deliquiſſe,quòd debuerūt ſcilicet res certas exponere,& non fecerunt.Sed ne eccleſia careat iure ſuo,& emphyteuta de aliena iactura lucretur, iudex uideat conſuetudinem loci eccleſiæ concedentis, & maxime religionis illius, in quantitate pretii dati,& penſionis annuæ perſoluendæ,ut ſecundum hoc moderetur quanta poſſeſſio fuerit eccleſiaſtica, non peior,nec melior,ſed mediæ bonitatis,arg.l.hęredes. de teſta.& l.ſi cui.de ann leg.& l.cum in teſtamento,de reb.dub.& l. ſi ſeruus plurium.in fin.de leg.j.& l.ſi quis argentum.in prin.& §.j.C.de donatio.& l.fi.ff.de oper.ſer.& l.ſi quis uenditor. §.fi.de

39 ędil.edic. ¶† Quæritur uigeſimoprimò, aliquis poſſidet rem, quam ego uel anteceſſores mei ab eccleſia emphyteutico iure poſsidemus. Ago contra poſſeſſorem, ipſe excipit,me canonem eccleſię non ſolluiſſe,& ſic a iure emphyteutico cecidiſſe, quòd obiicere poſsit ita uidetur,ego enim contractum emphyteuticum non ſeruaui,fruſtra igitur ex eo contractu dico mihi competere auxilium actionis,argum.l.filio. §.j. ff. de ritu nupt, & l.auxilium.in fin.de mino.Idem in teſtamento,vt qui contra teſtamentum ueniret,fructu careat teſtamenti,ut l. fina. in fin. C.de fideicom.Idem in iudicis iuriſdictione, quam quis inuocare non debet, cum ei dedignetur ut ſuo iudici obedire, argu. l.ſi prætor.§.acto.ff.ex quibus cau.ma.Simile in beneficio Principis,ut leg.nemo.C.de epiſcop.audien.Idem in contractu emptionis,ut ex ea ille agat,qui ex ſua parte cōtractum impleuit, argum. l.Iulia.§.offerri.de action. emptio.& leg.qui pendentis. cum enim ex contractu hoc deberem pęnam reportare, ex eo quòd non parui,quomodo ex eo ſpectabo beneficium actionis,argum.l.ſiue,de neg. geſt. & l.relegatorum. in fin. de interdi.& relega.& l.ſi cui.in princ.quibus ex cau.ma.Non enim debeo inſpicere quod quis poſsidet,titulum, uel ius ſibi competens non alleget,ſed inſpicere debeo,quod ius potius me habere allegare poſsim,argum.leg.ſi ſuperatus,de pig.& le. res. C.de rei uendi.aliàs enim hoc ipſo quòd aduerſarius poſsidet, plus iuris in retinendo conſequitur,quàm ego in agendo, ut argu.l.

vti

Source : BIU Cujas

vti frui.ſi vſusfr. pen. & l.iuſte.ff vti poſſid.lex.n.expreſſit,quòd ita demum competat in rem actio contra poſſeſſorem,ſi vectigal exoluit,vt.l.j.in fi.& l.2.ff.ſi ager vectig. Ecce,eccleſia poteſt me ab iſta re expellere, quam habui ab ea iure emphyteutico. quandiu igitur hoc pendet,poſſeſſor iſte contra me excipit,iuſte petis,niſi res in ea cauſa eſſet,qua a te debet,& poteſt per eccleſiam auocari.l.quandiu.ff.de bo.lib. Abſurdum eſt.n.vt quãdiu alius ad vendicandam rem poſſit admitti, ego admittar. l. quandiu.de acqui.hæred.& hoc apparet alibi.Ecce, quandiu de facto poſſibile eſt quem naſciturum,competet ei actio,qui nõ eſt ad id quod ille petiturus erit,ſi fuerit petitio nulla datur, & eſt ratio:quia debemus inſpicere,quod poteſt fieri in futurum, vt l.antiqui.ſi pars hæred.pet.& l.ſed ſi.§.fi. de iudi. Econtra videtur,verũ eſt me ius vtile dominii habuiſſe, ergo hodie meũ eſſe præſumitur,arg.l.ſiue.C.de proba. Nec ob. ℭ a me poteſt, vel poterit eccleſia auocare,hoc enim inſpici nunquam debet. l.pen.in fi.qui ſatiſd.cog.non enim quod eſſe poteſt, ſed potius quod eſt modo inſpicitur,vt.l.ideſt.ff.de in lit.iur.nimirũ ſi hęc allegatio canonis non ſoluti eccleſiæ pertineret, & iſte poſſeſſor eccleſiæ non ſucceſſit,quomodo igitur de alieno iure poterit agere,vel aliqua ſe exceptione tueri? nullo modo. Ad hoc enim quòd obſtet exceptio eadem, debet eſſe eadem conditio perſonarum, ſed poſſeſſor ab eccleſia eſt penitus alienus, vt.l. an eandem.in prin.ff.de excep.rei iudic. Similiter ſi rem meam quis 30. anno.ſpatio præſcripſiſſet, nunquid tu poſſeſſor qui ei non ſucceſſiſti excludere me valebis?abſit,vt l.ſi quis.C. de præſcriptio.30.anno. Præterea,quomodo poteſt ex iure eccleſię retineri,quod ſi in quantitate conſiſteret,non poſſet aliquatenus compenſare,vt.l.eius.C.de cõpen. Certe improba fronte contemnit,qui ſuam iniuſtam poſſeſſionem vult retinere, prætextu iuris alieni,cum ipſe nil iuris habeat,quod alleget,arg.l.ſi regulariter,de peti.hæred.& l.nec vlla. in princip. licet enim rem mihi poſſit auferre,tamen verum eſt non ablatam. Non igitur ego dominus eſſe deſino,ℭ poſſit mihi auferri,arg.l. non ideo minus,de rei vendi.& l.ex facto.§.fi.de vulga.& pup.ſubſt.Certè irrationabilis,immo ſtulta eſt allegatio poſſidentis, vt dicat me canonem non ſoluiſſe,cum hoc ille,cuius intereſt, non alleget,vt l.filio.de iniu.teſta.quare enim prohibetur ius emphyteuticum meum ſtare,ſi nondum a domino reuocetur,argu. l. ſancimus.C.de teſtam.Vel quare excipiet hoc contra me poſſeſſor,de facto alterius,qui me vincere poſſet,arg.l.creditor. in prin.qui pot.in pig. hab. Si enim poſſeſſor verba legis inſpiceret,quod allegat,non vtiq; allegaret; nam dicit lex, ℭ licet dominis emphyteutam repellere,vt.l.3.C.de iure emphy.At ſi dominus,vel eccleſia non vult repellere,an ex neceſſita hoc fiet? Abſit,vt.l.j.C.quomodo & quan.iud.& l.ſępe.de off. præſi. & l. non quidquid.de iudi.In hac quæſtione memini legiſſe D. Io. procuratorem tuliſſe ſententiam,& ego eius opinionem veriſ ſimam & iuſtiſſimam cenſeo rationibus præallegatis,& notandum eſt ad hanc ſolutionem,an ipſo iure ius emphyteuticum amittatur per canonem non ſolutum, de quo dic vt infra.

40 ¶†Quæritur vigeſimoſecundò,an qui canonem non ſoluit ipſo iure cadat ab emphyteuſi,nam.l.2.C.de iu.emph.ita demum dicit emphyteutam repellendum,ſi dominus voluerit, per qđ videtur non ipſo iure eum ius ſuum perdere,ſed potius ad petitionem eius qui penſionem recipere debuit, nec recip,t, & ſic videtur ℭ perdat ius illud,& non ipſo iure,& eſt argu. ad hoc. l. notionis.§.naturalis ff.ad Sylle.& l.j.C.de apoſta. & l.quicunq;. C.de hæret.& facit ad hoc, criminoſum non ipſo iure notari infamia niſi fuerit de crimine condemnatus,vel pro condemnato habitus,vt l.j ff.de his qui not.infam. & C. eo. per totum. & hoc videtur innuere.l.fi.in fi.C.de iu.emphy.vbi dicit, ℭ ſi fecerit,cadet a iure ſuo,quaſi dicat,non cadit,ſed cadet,ſcilicet ſi hoc parti,vel aduerſario ſuo agenti placuerit,& hoc videtur innuere auc.de non alie.§.j.vbi innuitur non ipſo iure,ſed voluntate & facto eccleſiæ priuari emphyteutam, & illud poteſt etiã notari in auc.de ali.& emph.§.ſi verò quis. Sed videtur, ℭ ipſo iure cadat ab emphyteuſi,ad ſimilitudinem illius, qui ipſo iure,& ſine aliquo hominis facto cadit a iure ſuo, vt auct.immo. C.de actio.& oblig.& auc.inceſtis.C.de inceſt.nup. & l. pe.& fi. C.ad leg.iul.ma.Mihi autem videtur ipſo iure eum cadere ab emphyteutico iure,ſed licet ius hoc faciat, indiget tamen miniſterio hoc,volentis domini,vel uolentis eccleſiæ.Nec uideatur tibi iſta ſimplicitas,ut in eo,quod ipſo iure fit, factum hominis ſit neceſſarium,nam uidemus,ℭ lex dicit,ℭ ipſo iure fit cõpenſatio,ut.l.fi.C.de compenſa.& tamen obiectio hominis eſt neceſſaria,ut inſt.de actio.circa fi.certe eſt etiam approbatio iudicantis,vt.l.quod in diem.§.j.ff.de conſti.pecu.& l.ſinautem.§. fi.ff.de neg.geſt.& l.j.de contr.act.tut.Præterea ex cauſa præteritionis irritum eſt teſtamentum ipſo iure, vt. l. maximum vitiũ. C.de lib.præter.& l.j.de iniuſ.teſtam.& tamen ſi ille, cuius cauſa teſtamentum eſt nullũ,hoc non obiicit,ex bono & æquo tuebitur teſtamentum.d.l.filio præterito. Et poteſt hoc notari ad ſolutionem duarum prædictarum quæſtionum,an ſcilicet emphyteuta, uel eccleſia poſſit ſua propria auctoritate poſſeſſionem intrare,& an poſſeſſor emphyteutã abiicere poſſit ob canonem non ſolutum. Et facit ad d.ſolutionem. l. uectigalibus de publica.& l.ſi filius.§.milites.ff.de procur.ubi miles ipſo iure repellitur a procuratione, & tamen hominis obiectionem

41 interuenire neceſſe habet,vt ibi. ¶† Quæritur uigeſimotertiò, unus recepit emphyteuſim pro ſe,filiis,& nepotibus ſuis, deceſſit emphyteuta relictis filiis naturalibus tantum, quos eccleſia repellere cupit,quæritur an poſſit? Et quòd poſſit ſic probatur, a patre fit mentio de filiis,ſed filium diffinimus eum, qui natus eſt ex viro & uxore,ſed illi non ſunt ex viro & vxore nati,ergo a contrario ſenſu filios non diffinimus.l.filiũ. ff. de his qui ſunt ſui uel alie.iu. Quum enim dixit emphyteuta,concedis mihi & filiis,debemus intelligere de legitimis, quia quum conceditur teſtamenti factio,intelligitur de legitima & ſolenni,vt.l.ſi quãdo.C.de inoffi.teſta.& patet exemplis,nam ſi prętor bonorum poſſ.liberti conceſſit filiis patronorum,an de naturalibus intelligatur? Abſit,ut.l.patronum.ff.de bo.lib. nec mirum ſi filiis naturalibus non poſſit concedere quod pro filiis acquiſiuit, quia & qui libertos habent,eos ſuis filiis aſſignare poſſunt, & merito,omnia enim quæ habemus filiis ex voto paramus, ut.l.nihil intereſt.ff.de bo.liber.& l.antepe.in fin.ff.unde lib. Et tamen intelligendum eſt de his filiis,qui ſunt ex iuſto matrimonio pro-

42 creati.ut.l.j.ff.de aſſi.li.† Præterea lex dicit, numerum liberorũ excuſare aliquem a tutela, ſed liberos accipere debemus ſolos eos,qui ſunt legitimi,ut l.4.§.remittit.ff.de excuſa.tuto.nam uidetur ſine filiis deceſſiſſe,qui ſine iuſta ſobole deceſſit, ut l. generaliter.in fi.C.de inſti.& ſubſtitut.& ſi uolumus inſpicere uerum,uide eum optimo arg. iuuari, qui enim pactus eſt filiis ſuis quidquam,ita demum ualuit illud pactũ, ſi legitimi extiterũt,

43 †quia legatum uxori factum ita demum ualet, ſi fuerit legitima,ut l.vxori maritus.ff.de uſufr. leg. Sic & alibi ponitur: quia quum lex dicit ſeruos mulieris & patris ſui in cauſa adulterii eſſe torquendos,an appellatione patris intelligemus naturalem? Abſit,vt l.3.C.de adul.ergo & eadem ratione dicemus in filio, cum iſta nomina ſint ab eo reſpectiua,ut unum ſine altero nõ cenſeatur in iure.Porrò ſi dicemus, quòd pater poteſt filiis ſuis naturalibus paciſci,eueniet, vt emat & acquirat nomine eorũdem etiam aliis filiis extantibus,& ſic quòd nõ poterit directò, poterit alia uia facere fraudem legi, quod non eſt aliquatenus permittendum,vt.l.legem.C.de naturali. libe. multa enim impedimenta lex naturalibus poſuit, quibus a ſucceſſionibus remouentur filiorum legitimorum. Item coniugis legitimæ. Itẽ parentum,ſecundum formam aucten.licet.C.de natu.lib.Sed ſi contractum iſtum intelligimus poſſe extendi in filios naturales,facile erit patri dare omnia ſua bona eccleſiæ & filiis acquirere naturalibus emphyteutico iure,& ideo prohibitio legis eſt adeo obſeruanda,ut nec ex interpretatione capitoſa fraus legis permittatur,arg.l.j.ſi quid in frau.pa.hoc autem verbum quod de filiis dixit,ſi alicui ob generalitatem ſui ambiguum uideretur ad eccleſiam retrahere debemus,ut quod obſcure dixit, interpretetur ipſa,quod dixit,argu.l.in ambiguis.de regu. iur. & l. ex facto.in princi.de vulg.& pup.ſub.Pro certo contra acquiſitorem, ſiue ſtipulatorem debemus interpretationem facere in obſcuris,vt.l.in emptione.in princip. de contrahen. empt. & l. ſtipulatio iſta.§.in ſtipulatione.de uerbo.oblig. & certe hoc poteſt ex conſuetudine inſpici.Nonne eſt conſuetudo quarundã eccleſiarum,ut concedant filiis & nepotibus legitimis maſculis, Igitur ſi quod ſolet exprimi omittatur, poteſt coniectura capi,quòd nec contrahentium uoluntas fuerit, ut de ſolis legitimis crederent, arg.l.de pretio.de publica. Econtra quòd non, dicunt filii naturales,Pater recipit per ſe & filiis, & indiſtincte filiis acquiſiuit. Igitur tã naturalibus, quàm aliis pactus eſſe videtur,argum. l.3.ff.de offic.præſi.cum enim indefinite fuerit in pacto locutus,& indefinita loquutio ęquipollet vniuerſali,perinde ac ſi dixiſſet omnibus filiis etiam naturalibus,argum.leg.ſi plures.de lega.3.& leg.quidam.in princip.de trit. leg. & l. uxori meæ.de uſufr.leg.& l.ſi quis ita.§.j.de teſtamen.tut.& l.ſi quis ſic ſol.matri.maxime inſpecto caſu ad quem deuenimus, nam ſi pater noſter alios filios non haberet, nõne nobis omnia ſua bona relinquere potuit? Certè ſic,ut auc.l.licet patri. C. de natu.lib.quare ergo hoc,quod pactus fuit filiis ſuis, non obuenit nobis? cum ad caſum deuenerimus, a quo poſſe incipere non uidemus.argumen.l.eos qui.de rit.nup.& l. ſi contra.C.eo.cum brocardo,quod ab initio &c.nam non eſt eundum per friuola argumenta; quia cum filios dixerit, intelligere debemus & naturales.l. quicunque.§.fin.& l.parentes.de in ius uoc. hic igitur pater potuiſſet cuilibet paciſci & poſſeſſionem & dominium quærere,ut leg.j.§.per procuratorem. C. eod. & leg. 2.C. per quas perſo. nob. acquir. ſi hoc potuiſſet extraneo potuit & nobis;quia extranei iudicamur cum in eius non fuerimus poteſtate,vt leg.fi.C.de iu.do. impe. ſi potuit, debemus credere quòd nobis paciſci uoluit, ad quod naturalis affectio eum inducit; quis enim talis amor eſt qui uincat paternum, ut leg. cum furioſus.C.de cur.fur.certe eſt ueriſimile ratione affectionis,quod nobis de alieno uoluitlucrum quærere: quia ex ſuis

propriis

Source : BIU Cujas

proprijs donatio præſumitur, vbi ſanguinis vel charitatis vaſtitas interuenit,vt l.ſi.C.de dot.promiſ.& l.pater.ff.famil.erciſ.& l.2.C.de poſt.reuer.Et licet multa dici poſſint : tamen paucis ad cauſam facientibus contenti eſſe debemus,vt l.1.ff.de præſcrip. verb.& iuſte,cum vnum argumentum ſufficiat.l.ſi quis obrepſerit.ff.de fal.nec indigne;quia qui pluribus iuris ſpeciebus vtit, non ſæpius allegat,ſed ſæpius loquitur,vt l.Meuius.§.eā quam de leg.2.vnum eſt ar.quod facit ad cauſam immo determinat quæ
44 ſtionem.† Quid enim ſi legaui Titio vineam, & ſi decederet ſine liberis,reſtituat illam Seio, nonne ſufficit ad conditionis defectum,ꝙ liberos naturales reliquerit?Immo (quod plus eſt) in ſeruitute conceptos,vt l.cum pater:§.volo.de leg.2.& ſic appellatio filiorum ad naturales extenditur in cōditionis defectum: ſic & alibi,quum quis rogatus eſt ſine conditionis filijs ſuis reſtituere fundum,etiam de filijs naturalibus creditur eſſe dictum, facit.l.Titio teſtamento.§.fi.ff.de teſta.Mihi videtur hoc ex arbitrio iudicis poſſe colligi: vt ſi eccleſia dedit bona & caſtra vni nobili, quæ non dediſſet plebeio : nam tunc cum voluntatis & facti quæſtio ſit,relinquitur arbitrio iudicantis,vt l.voluntatis. C.de fideicom.& l.1.ff.ad Turpil.inſpecta cauſa conceſſionis re conceſſa & dignitate eius cui conceditur præſumam aliquādo pro filijs naturalibus,aliquando contra eos,arg.l.ex facto.§.ſi qs
45 ff.ad trebel.& l.licet.ff.de donat.int.vir.& vxo.† Quæritur vigeſimoquartò,quid in adoptiuis,quorum varię ſunt ſpecies,vt l.iuſto.de vſufr.dico contractum emphyteuticum ſimpliciter in filijs & nepotibus factum non extendi ad filios adoptiuos,vt l.fideicommiſſum.C.de fideicom.

46 † Quæritur vigeſimoquintò,eccleſia conceſſit duobus fratribus,vt poſt mortem illorum, & filiorum & nepotum res ad eccleſiam reuertatur,deceſſit vnus eorum liberis non relictis,quęritur de portione ſua,an creſcat fratri, an ad eccleſiam reuertatur?Et ꝙ fratri accreſcat ita probatur, dictum eſt, ꝙ poſt mortē filiorum res ad eccleſiam reuertatur,at ipſi mortui non ſunt licet vnus mortuus,igitur conditio non extitit,ar.l.fi.ff.in ius vo. vt ea.quum enim in contractu adijcitur,poſt mortem eorum, indefinite debemus de omnibus accipere,& maxime de duob. quia pluralis loquutio minori numero non quieſcit, vt l. libertas.§.fi.ff.de ma.teſtam.& l.inter illam.§.fi.de verbo.ſignifi.& l. vbi numerus. de teſti. at hic ſi dicimus eos ſine liberis mortuos, non eſt verum;quia quum vnus ſupereſt, & ſignificatio ex vniuerſo ſumitur,ſi pars eſt falſa totam orationem efficit falſam,vt ſic poſſimus aperta fronte dicere,falſum eſſe,ſi dicatur, eos ſine liberis deceſſiſſe,arg.l.is qui.§.vtrum.de reb.dub. hæc enim conditio, quæ in hoc inſtrumento conſiſtit, in pluribus perſonis locum habet:quia dixit,ſi ſine liberis morerentur. igitur niſi in omnibus conditio non impletur,nec poſſet dici, ꝙ ſufficiat, ſi vnus eorum ſine liberis deceſſiſſet,arg.l.qui duobus.C. de condi.& demon.& l.tales.in princ.& §.1.ff. eod. ſunt enim iſti duo fratres in inſtrumento poſiti ſic cōiuncti,vt vnum corpus quaſi cenſeantur,nec poſſet pars vna ſine altera ad eccleſiam redire ſed vel omnes partes ſimul ſtabunt, vel ſimul ad eccleſiam reuertentur,arg.l.1.§.ſi verò quidam.C.de cadu.tollen.& l.pen.in prin.de leg.1.abſurdum eſt enim, vt vnus contractus pro parte finiatur, & pro parte duret, ſicut & in quaſi contractu dicitur, ideſt in iudicio,in quo quaſi contrahitur, vt l.licet.§.ante pen. de pecu. & l. defenſor. de tuto. & ra. diſ. & l.in hoc iudicio. famil.erciſ.& l.nam abſurdum.de bon.libert. & l.ſi iſta ſtipulatio. §.fi.de oper. lib. porrò lex videtur quæſtionem manifeſtiſſime terminare, ecce,libertus aſſignatus eſt ſine liberis hoc caſu in familiam redit,vt l.1.in prin.de aſſigna.lib.Sed quid ſi duobus fuit aſſignatus,& vnus deficiat, an pars illius in familiā redeat? Abſit,ſed conſorti accreſcit,vt l.idem erit.§.fi.& l.1.& l.vtrum por 50 tio.ff.de aſſig.lib.Planè ſi volumus argumento de iure accreſcēdi ad cauſam adducere,non graue erit cartulam magnam præſcribere,ſed hæc breuia arg.de iure accreſcendi notabis:vt l.1.& l.idem.§.non ſolùm.& l.ſi mulieri.ff.de vſufr.accre.& l.1.C.de cad.tol.& l.1.C.quan.non peten.par. & l. teſtamento. C. de impub.& l.quia.de bon.poſ.& l.liber homo.§.cum quis.& l.hæres. ff.de hæred.inſti.& l.re coniuncti.de leg.3.maximè autem dico
47 debere accreſcere partem præmorientis ſocio, † imperiū enim & ſacerdotium quodammodo ſimilia ſunt, & parum diſtant, vt in §.1.in auc.de non ali.Si igitur duobus Imperator donaſſet & vnius pars deficeret, conſorti accedit, ergo & idem de conceſſione à ſacerdotibus,& eccleſiaſticis facta,vt l.1.C. ſi imper. li.Dici etiam poteſt,nam eccleſia dixit,quòd poſt mortem illorum,res ad eccleſiam deueniret, coniectura capitur ex his verbis, vt dicamus vno deficiente portionem eius non debere ab eccleſia vendicari,arg.l.precibus.C.de impub.hoc etiam probatur;ſi enim libertis quandiu vixerint legatum,vno ſolo viuente durat,vt l.codicillis. de vſufru. leg.nec hi fratres mortui videntur,quandiu ſupereſt vnus ex eis.arg. l.penu.de his quibus vt indig.maxime autem in emphyteutico prædio,quod videtur nulla debere ratione partiri, quomodo autem medietatem canonis ſoluet,arg.l.communi diuidundo.in prin.ff.communi.diui. vt quid dicemus in vnum ſolum emphyteutam, non durare, cum duo fuerint, & etiam millia hominum, & totius ciuitatis ius in vno homine duret,vt l.item eorum.l.fi.§.quod cuiuſque vniuer.Item & totius familiæ nomen in vno conſiſtit, vt l.1.§. familiæ.ff.de vi & vi ar.& l.ſi optio.ff.de opt.leg. quinimmo melior eſt facta conditio eccleſiæ, vt quod debet a duobus exigere,tunc niſi ab vno ſolo exigat,quod faci lius erit,ar.l.plane. famil.erciſ.& l.iam tamen.§.fin.iud.ſolu.& l.ne in plures.de exer-
48 cit. † Et aduerſo videtur partem illius ad eccleſiam peruenire, & primò ratione regulæ generalis, ſi enim omnes ſine liberis morerentur,totum ad eccleſiam rediret,at ſi vnus decedit,pars eius recedit pari iure,vt idem iuſſit in parte,quod in toto,ar.l. ℈ iuris.§.aditio.ff.de pact.& l.quæ de tota.de rei uendi. & l. ſi ego. §.quod tamen.de publi.& l.ait prætor.§.1.de iureiur.& l.uti frui. §.antepen.ſi uſufru.peta.& ſpecialiter habet locum hæc regula, quando ſunt in re una duo conſortes,ut l.quæ pars.ff.pro derel. quum enim ſemel tranſit dominium in utrunque,ſi unus quod habebat,uel ſi pars eius ad irritum recedit,conſorti accreſceret & ad eum uel eam rediret a quo diſceſſit,argu.l.dominus. de uſufru.& l.ſuo.in prin.de ann.lega. & l. acquirit.ff. quemadmod. ſerui.amit.hoc etiam uidetur; nam mulier tranſiens ad ſecunda uota proprietatem eorum,quæ a primo uiro acceperat, tranſtulit ad filios primi matrimonij,ſi moriatur unus ex filiis quantum ex pacto lucrari debebat,ſimul ſi filii extitiſſent,in tāta parte lucrabitur unus ex filij præmortui,ſicut & hic, ſi omnes emphyteutæ ſine liberis deceſſiſſent,tota res ad eccleſiam redijſſet ergo ſi unus decedet, redeat ad eccleſiam pro uirili,argu. l. ſed ſi quis.C.de ſecun.nup.Nec ob.quod allegatur de iure accreſcēdi;quia in contractibus non uendicat ſibi locum,ut l.ſi duobus in prin.de le.1 & l.7. de le.2.Nimirū igitur vī,ut iſte emphyteuta plus dimidia petat;duo enim fuerunt,quibus conceſſio facta fuit,igitur ſtatim cuilibet eſt facta acquiſitio pro uirili,quomodo ergo totum petet, cui ultra partem non reperitur eſſe conceſſum,ut l.reos.§.cum in tabulis.de duob.re.& l. Paulus la 2. ff. de re iudi.& l.1.& 2.C.ſi plur.vna ſenten. Facit etiam, ſi teſtator duos filios inſtituit,& dicat,ſi uterque ſine liberis decedat,hæreditatem Titio debere reſtitui.Primò cum liberis mortuo,ſecundus ſine liberis deceſſit partem debet reſtituere,ſed uerba teſtamenti non ſic uidebantur innuere, argu. l. hæredes mei.§.1.ad Trebel.& l.Lucius.§.Caio.eod.titu.In hac quæſt. ſemel cum D. Accurſ. conſilium habui, & conſuluit pro fratre ſuperſtite, ut quamdiu omnes non deceſſerint,pro parte ab eccleſia non poſſit res emphyteutica reuocari.& licet non eadem, tamen ſimilis quæſtio tractatur per Pil.& Azo. Pileus enim poſuit q.cum unus ex filijs emphyteutæ ſine filijs conceſſit in fatum,Azo uerò quando unus ex filiis emphyteutæ canonem pro parte ſua non ſoluit.an pœna a communi patre promiſſa in ſolidum cō
49 mittatur utrique. † Quæritur uigeſimoſextò, emphyteuta rem ab epiſcopatu tenens monaſterium ingreditur, an res eccleſiaſticæ tranſeant in monaſterium cum aliis rebus ſuis, & uidetur ꝙ ſic;quia in illo ingreſſu omnia dedicantur, ut aucten.ingreſſi.C.de ſacroſan.eccle ergo emphyteutica & alia uniuerſa.generaliter enim aucten. loquitur, ergo generaliter debet intelligi, ut l.3.§.ait.ff.de his quæ in fraud.cred. ergo nimirum ſi res ad eccleſiam alterius eccleſiæ tranſitum faciat; quia hoc permittitur ex titulo permutationis,ut in aucten.ſed & permutare.C. de ſacroſanct. eccle. nec aliquid damno erit eccleſiæ. cuius res emphyteutica erat;quia eccleſia,quam ingreditur,ut priuatus conſeruabit.& ſoluet annuam penſionem:utetur enim iure priuati ut l.hæres abſens. ff.de iudi. ſed quia eſt caſus legis non diſputo ſuper hoc, erit enim in arbitrio eccleſiæ cuius res fuerat, uelle rē eccſiæ dimittere,uel auferre,ut §.1.in fi.in auct.de alie.& emphy.† Quæritur uigeſimoſeptimò,uendidit quis uineā,ſaluo iure epiſcopatus Fani, a quo debet renouari, cuius eſt res & proprietas;tunc autem cum eccleſia uelit uel repetere,uel renouare,emphyteuticæ rei emptor,dicit,ſe ex tali dicto nulla ratione teneri.quòd teneatur, ita uidetur, pactus fuit uenditor in ipſo contractu,quòd ſe debeat ab eccleſia renouare,& illud pactum fuit incontinenti appoſitum,ergo uidetur ineſſe non ſolum ad exceptionem,ſed ad actionem,ꝙ ualeat,ut l.in bonæ fidei.C.de pact.& l.lecta.ſi cert.peta. ergo ſeruandum eſt tale pactum, ut l. in traditionibus.ff.de pact. Intereſt enim uenditoris, qui periculum animæ forte timebat, cum ſciret rem eccleſiaſticam eſſe, & ideo nimirum ſi eccleſię poterat ipſe paciſci,ut in §.alteri.Inſtitu.de inuti.ſtipul.certe & ſi non intereſſet uenditoris,in hoc tamen intereſt; quia cum uoluerit hanc rem ab eccleſia retinere,voluit cum eius uoluntate pro eccleſia tenere,hoc ſentit.l.ſi mortuo.§.fina.de ſtat.liber. Porrò hoc uideo in caſibus multis. Nam ſi deponit mulier, & paciſcitur reſtitutionem filio, qui quò ad matrem eſt extraneus, ualet, ut l.Publia. ff. depo. Item eſt in alio qualicunque,ut l.ſi res. C. ad exhib. At de fauorabilibus rebus mundi eſt eccleſia,ut l. penul.in fin. C.de ſacroſanct. eccleſ. Sed ſi res eſt fauorabilis, quòd alias ſit ratione fauoris; fiet & in ea;quia ubi eadem eſt ratio,idem eſt ius,ut l.non ſolū. §.primipilum.de excu.tu.& l.Iulia.in fi.ad Trebel.Sed quia hoc eſt fauore dotis,hic cenſebimus illud idem,ut l. Caius.ff.ſoluto

Source : BIU Cujas

matri.& l.pater.C.de pact.dot. Item in donatione video, vt ex pacto ibi appositio alius in rem habeat actionem, vt l. quotiens. C.de dona.quanto magis in emptione & vēditione, quæ est bonę fidei, illud idem dicere debemus? Mirū si ea quę bonę fidei sunt, largius a iudicibus admittantur, vt in §.actionum. Insti.de action.immo & si alia dubitatio esset, hic tamē videtur, ꝙ nulla supersit; quia pactus est de dominio ecclesiæ, si actum est de conseruando, si de acquirendo, hoc per liberam personam fieri potest, vt l.1.C.de acqui.pos.& l.1.C.per quas perso.nob.acquir. Quid plura? Lex vr̄ expressa, nā quum venderem, feci tecum pactum, vt talem seruitutem deberes Sempronio, cui forte tenebar, vel non tenebar vendere liberam, valebit conuentio talis, sic & hoc, aut est ecclesiastica, aut non, sed si venditor volebat dare ecclesiæ ius proprietatis, valere debet tale pactum, arg.l. in venditione.ff.commu.prædi. Ad idem ēt facit, ꝙ ex pacto creditoris datur actio in rem debitori, vt l.si cum venderet.ff.de pig. Ex aduerso taliter rñdetur, alteri stipulari nemo pōt, vt l. certi. §.quoniam.ff si cer.pet.& l.stipulatio ista.§.alteri.de verb.oblig. Nec dicat aliquis, nisi sua interest; quia hoc non interest venditoris, rōne sui pecuniarij interesse, ar.l.si liber homo. ff. ad exhi. Nec ēt aliud interesse, licet.n. vēditor præsumpserit, & credidерit rem ecclesiasticam esse, illa tñ opinio non alterat veritatē, vt l.quidam.§.quid ergo.ff.de acqui.hæred. Immo & si paciscētis interesset, non tñ acquiritur ei, cui quis paciscitur actio, sed ei potius qui pactus est actio datur, vt l.vt inter absentem. C.de inutil.stip.& l.2.C.de hæred.vend. & est ratio; quia per liberam personam præterquam in aliquibus casibus, non potest quæri actio, vt l.solutum.§.fi.de pign.actio.& l.si ita stipulatus.§.Grisogonus.de verb.obli. At in hoc casu, nec ecclesiæ, nec sibi quæsiuit aliquam actionem; quia in persona sua aliqua stipulatio concepta non fuit, ecclesiæ non, quia nec hoc potuit, vt l.multum. C.si quis al.vel si. Nec obstat, ꝙ ab aduersa parte casus speciales sint in medio introducti; quia illi ad consequentiā non trahuntur, vt l.quod verò.de legi. lex enim expreste dicit, ꝙ si qs extraneo venditionē rei pactus est, nulla est obligatio quæsita: vt l.1. C.per quas perso. Sed certè non video, quare ecclesia agere possit, nam ꝙ domina fuerit ante hunc ℈ctum nō probatur, igitur petēdo dominium in causa succumbit, vt l.pos.C.de probatio. Ex hoc dicto, quod dictum est, in ℈ctu non acquirit dñium ei, quia iste venditor à seipso pro ecclesia paciscі nō potuit, vt obtineat personam acquirentis & concedentis, arg.l.1.ff. de rer.per muta. Ab emptore dominium paciscі non valuit rōnibus supra dictis, nec alio iure; quia nec emptor adhuc dñs erat rei, & ꝙ ad huc non habebat, paciscendo transferre non potuit, vt l.si liberam.ff.quod cū eo. Quod tñ concedimus, cum dixerit venditor proprietatem esse ecclesiæ, quæ non eral, nō profuit tale pactū, & forsan emptori ꝓdesset, si hoc omnino pepigisset, vt l.minor. §.fi.ff.de euict.& l.si fundum.de actio.empt.& est ratio, quia cū errans dixerit proprietatem esse ecclesiæ, quæ non erat, non dr̄ consensisse in pacto, qui taliter errauit, vt l.si procurator.ff.de acquiren.re.dom.& l.dedi.§.subtilius.de cond.ob cau.da. In hac āt cā nullum ius credo.ecclesiæ acquisitum, nisi probaretur hunc venditorem gerendo negocium ecclesiæ, quæ dicta sunt ex certa scientia pepigisse nomine ecclesię, quo casu tenetur ecclesię ratum habenti rem suo nomine gestam actionem ex vendito cadere ℈ emptorem, per actionem neg.gestorum, arg.l.cum p eas.C.si quis alt.vel si.& l.quamuis.C.si cer.per.& l.fi.C.per quas perso.nob.acqui.& l.si conuenerit.de pig.† Quęritur vigesimo
51 octauò, concessit eccleſia duobus, vt præmorientis portio in alterum deueniret, præmortuus est vnus, alio hærede relicto, qui possidet rem emphyteuticam pro parte defuncti, superstes vult ab eo partem illam, quo iure petet? Videtur ꝙ nullo; nam actionem personalem non habet, quia nec contraxit cum conte, sed cum ecclesia solùm, adeo ꝙ nec socii sunt, vt l.vt sic. pro soc.communi diuidundo agetur; quia cum res desierit esse cōmunis, solum pro personalibus præstationibus datur vtile cōi diuidundo iudicium: vt l.si quis putans.in prin.ff. cōi diuid. Itē in rem actio locum nō habet. qūo ergo actionem habebit pro ea parte, cum nec ea pars tradita sibi nō esset, sic nec ad partem: vt idem iuris sit de parte, quod de tota, vt l.quæ de tota.de rel. vendi. Et pro vtraque parte disputationes fieri possent, sed in veritate in rem actio pōt locum habere, vt l.1.C.de dona. quæ sub mo.& facit.l.1.C.de don.cau.mor.nec pōt dici illius partis traditione interuenire debuisse; cum res fuerit pro indiuiso tradita duobus, nec vllus ipsorum in parte sibi accrescere noua traditione indigebit, vt l.liber homo.§.Titius ex semisse.ff.de hæred. instit.& l.tu ex parte.de acqui.hæred.& l.sed cum.ff.de bon.pos. certe in hac eadem quæsti. videtur posse agi præscrip.verbis, qa cum certa pactione rem istam receperit, videtur quòd pactum quod a concedente proferebatur fieret inter eos, arg.l.si filia. §.
52 si pater.ff.famil.erci.† Quæritur vigesimononò, si emphyteuta neget rem ecclesiasticam esse, postea verò apparet, & ipse alleget se iure emphyteutico possidere, & monstret iure emphyteutico habuisse, & videtur ꝙ post modum ius, quod negauit, allegare non possit, absurdum est enim ad idem venire, vt l.si quis. C.de reb.cred. Nam negando rem ecclesiasticam esse, se ius ab ecclesia recepisse negat, allegando autem nunc ius emphyteuticum ecclesiam concessisse, dicet superiori contrarium, igitur sibi ipsi contrarius est repellendus; argu.l. si iusserit. de condi.& demonstra.& l.j.C.de furt.& l.1.§.si alius.quan.appel.sit.& l.professio.C.de iure patro. deliquit enim; quia volu it ecclesiam priuare dominio, & ipse priuandus est iure suo; quia quod alijs nocere voluit, in se debet sentire iacturam, arg.l.si legatarius.C.de leg. Nimirum in re emphyteutica deliquit negādo, iustum est, ꝙ in eadem re punietur, arg.l.cōsensu.§.contra. C. de repu. & l. ex facto.§.fi.de vulg.& pup.& l.quicunque. C. de episc. & cleri. meritò enim puniendus est de suo mendacio, alias nisi puniret, iam sibi veritatem negare, & dolose agere non noceret, quod esset absurdum, arg.l.de ętate.§.qui tacuit.de interrog.act. Simile crimen est qui veritatem negando supprimit, & econuerso qui asserit quod falsum est, vt l.presbyteri.C. de episc. & cler. & l.1.ff.de fal.& vt breuiter me expediam, omnia iura contra negantem dicere videntur, vt de suo mendacio puniatur, nec possit se vlla exceptione tueri, vt l.in rem. de rei vend.& l. fi. C.de fideicom.& l.de ętate.§.3.de interrog.actio. & §. illud quoque. de trien.& sem.& l.1.§.antepe.si quadrup.paup. & l.cum de indebito.§.antep.de probat.& l.sed & si.§.1. ff. quod cum eo. & l. si vnus.§.fi.ff.pro soc.& l.contra negantem.C. ad leg. aquil. Nimirum ergo si rem emphyteuticam negando ob hoc so lū debet posse repelli, vt l.ædem.C.loca. Econtra vr̄, licet rem ecclesiasticam esse negauerit, non tamen concessioni emphyteuticę contradixit; potuit enim vtrunque verum esse. s. concessionem ab ecclesia factam, & rem existere alienam, vt l.rem alienam.de contrahen.emp.& C.si res pig.da.sit, per totum.& l.si fundū. C. de euic. Cum enim reus iste conuentus pluribus possit se exceptionibus tueri, vt l.nemo pluribus .de reg.iur. nec propter hoc ꝙ negauit rem ecclesiasticam, vel emphyteuticam, debet proprietate vel possessione carere, arg.l.nemo.de reg.iur. alioquin iam lubricum linguę facile traheretur ad pęnam, quod esse nō debet, vt l.famosi.ad leg.Iul.maiest. Nec obstat, quòd negantes aliquando puniantur, illud autem diuersimode fit, secundùm diuersitatem casuum diuersorum. At illa specialitas in aliis vēdicat sibi locum, vt l. in his. cum sequen. de legi. Præterea illud verum est, quando certum est aliqua vera fraudulenter negare, sed si per ignorantiam negatum fuerit, profecto negans liberatur a pęna, vt l.2.C.de iuramen.calum. & l. de ętate. §. ex causa. de interrog.actio. excusatur enim per ignorantiam, vt l.generali.C.de tabu.& l.si fideiussor.§.1.& 2.ff.manda.& l.1. §. penul. de separat. Nec obstat, si dicatur, ignorantiam esse probandam; qa probat hoc ipso, ꝙ contrarium non probatur. l. super seruis. C. qui mil.non poss.& l.hoc autem.ff.de admit.tut. Facit. l. si legib. C.de appellat.& l.verius.ff.de probation.immo & si ipse met ab ecclesia recepisset, potuisset de præteritis obliuisci, ar.l. quinquaginta.ff.de probation.nam in suo patrimonio quis quandoque errat, vt l.4.C.de hære.vend.§.in fraudem insti.quib.manum. li. & §.si verò absens.in aucten.de hæredi.& Falcid.nam in dubio debemus præsumere in meliorem partem. i.non fraude negatum, argu.l.penul.ff.de in integ.restitu.& l.pen.C.de his qui sibi ascrib. In hoc casu credo negantem, qui iustam causam non habuit ignorandi, sola debere possessione priuari, si hoc postuletur argu.aucten.item possessor.C.qui pot.in pigno.habe.& l.in
53 rem.de rei vendi. † Quæritur trigesimò, an emphyteuta possit rem sibi in emphyteusim locatam restituere domino ipsi inuito, & deinde pensionem nō soluere, videtur quòd sic sicut in vsufructuario, vt l.si absentem.& l.cum fructuarius. ff. de vsufru. & not.in l.2. C. de iure emphyteu. Econtra videtur, & est veritas, quòd non possit: quia hoc est onus personale, vt l. fina. ff.de contrahen.emdtio.& l.quicunque.C.de fun. patrimo. Quid in vasallo? Dic ut in cap.1.si uasal.ex consuetud.Lothar. Sed an dimittendo fundum tributarium releuetur a tributis soluendis.
54 Dic quòd sic, ut l. Imperator. ff. de publica. † Quæritur trigesimoprimò, an emphyteuta qui falsum denuntiat domino, quòd plus possit habere, quàm dominus uelit dare, cadat a iure suo. Dic quòd sic, argumen.l.idem Iulianus ait.§.cum igitur.ff.de in diem adi.& an permutatio rei emphyteuticæ sine consensu domini sit permissa. Dic quòd non, nam uerbum, permutatio, emptorem & uenditorem comprehendit, ut l.sciendum.§.deinde. ff.de ædil.edic.cum ibi not.pro quo facere uidetur.l.fina.ex quibus cau.in possess.ea.contra posset induci.l.cum pater.§.hæreditatis.ff.de leg.2.

55 †Quæritur trigesimosecundò, an plures habentus rem in emphyteusim possint illam inter se diuidere domino irrequisito. uidetur quòd non, per l.cum hi. §. si uni. de transac. In contrarium uidetur per l.uoluntas.C.de fideicom. & l. pater filium.§. 15.de lega.3. Sed Gui.de Cu.dicit, quòd l.uoluntas, non obstat: quia ibi est prohibita alienatio respectu extraneorum tantum, unde inter eos uidetur esse permissa. Sed in d. §. si uni, est prohibita alienatio fauore ipsorum alienātium. Ideo etiā inter eos est prohibita: sed miror de Gui. qui de hoc habet casum, quòd diuisio feudi inter plures feudatarios est permissa; vt in c. 1. §.

præterea.

Source : BIU Cujas

præterea.el 2.de prohib.feu.alien.& ratio eſt;quia in extraneos alienatio ideo eſt prohibita irrequiſito domino,ne res illa data in emphyteuſim trãſeat in extraneum domino non obligatũ. Idcirco inter ipſos domino obligatos diuiſio eſt permiſſa: pro hoc facit.l. .C.de impo.lu.deſcript.lib. o.ſecus autem in caſu, quo prohibetur res alienari fauore alienãtis: quia eadem ratio prohibitionis durat, ſiue fiat alienatio in extraneum,ſiue inter ipſos:& ita loquatur ille tex.

ANTONII NEGVSANI
FANENSIS IVRISCONSVL.

De pignoribus & hypothecis.

Præfatio.



PIGNORVM & hypothecarum materiam late admodum patere & ſubtilem ac frequentem eſſe quotidiana rerum forenſium experientia docet.Cum non omni plenè cõtroverſia aliqs articulus huius materiæ intercidat,& quamuis per antiquos legum latores ſatis copioſe ptracta-ta fuerit; ſunt enim in Digeſtis & Iuſtinianeo codice triginta peculiares tituli de ea inſcripti,& vnus tamen in Decretalibus,tamen per doctores poſtea legẽtes ſuper ea in locis ordinarijs modice ſcriptum fuit, & in conſultationibus edendis litibusque decidendis non ſine magno labore in varijs locis quærenda & quaſi mendicanda eſt.Iure igitur hic noſter libellus,in quo tota materia collecta eſt,ingratus videri nõ deberet,ex eo enim labor & multarum cartarum reuolutio euitabit Conatus etiam ſum pro mei ingenij mediocritate opus in partes conuenienter diſtinguere,& indicem (quem repertorium appellant) adiunxi. Si tamen aliquando nonnulla minus congrue, & non ſuis locis appoſita videbuntur, excuſatum me iri oportebit, quando quidem materia adeo connexa & quaſi affinis eſt, vt etiã apud ipſos antiquos legum latores in ſituandis legibus ſub congruis titulis,aliquando aberratum fuiſſe conſtet. Nam lex rem alienam,poſita ſub titulo de pig act.debuiſſet poni ſub titulo de pignoribus, cum de hypothecaria diffiniat & non de pignoratitia,vt ibi Accur.Saly.& Pau. de Ca. aduerterunt, & econuerſo, lex ſi Titio.de pignoribus,ſub titulo de pig act.ſituari debuerit cum de actione pig.loquatur In cęteris autem per me ſcriptis fateor elegantius & copioſius rem explicari potuiſſe & debuiſſe,& facillime aliquos errores ſubeſſe poſſe (homo enim ſum) & ideo omnia doctiſſimorum virorum correctioni ſubijcio, & præſertim ad id requiro meos in hoc magiſtratu Rotæ honorandos collegas,D. videlicet Gabrielem Calderonum fauẽtinum.D.Marinum Ieneurũ Rechanatẽſem,D. Bernardinum Ruffum Furcienſem.D.Eneam Vbaldum Peruſinũ & D.Neazarium Scopulum Mantuanum, doctrina,acumine ingenij,experientia,maturitate conſilij,elegantia dicendi & ſapientia nullis alijs huius nr̃æ ætatis poſtponẽdos. erit igit̃ eorum arbitrij demere & addere quæcunq; eis demẽda & addenda videbuntur.

Præmiſſa itaque præfatione. Deuenĩdo iam ad ipſum tractatum de pignoribus & hypothecis. Cũ perfectio omnis operis maxime cõſiſtat in ordine, & ordo ſit modus entium,vt per Bal.in proę.ff. & ſcire quid facias, & neſcire quo ordine facias (teſte Ambro.) non eſt perfectæ cognitionis, refert laſ.in l.Gallus.§.idem credendum. 2.col.in 2.lectura.ff.de libe.& poſthu.& ſapientis eſt ordinare ſecundum phil.2.Metaphyſicæ,vt inquit Arc.in conſ.67.diligenter & mature.in prin. & ex his quæ inordinate acta ſunt, nõ poteſt ordinabiliter agi. c.qualiter & quando.el 1.de accuſ.14.q.5.c.forte.c.quoniam frequenter,vt lit.non conteſt.glo.in l.prolatam.C.de ſen.& Ariſt. vi. Metaphyſicæ. Idcirco opus iſtud ordinando. Diuidam totũ tractatum in octo partes principales.In prima parte videbimus vnde dicatur pignus & hypotheca, & quid ſint. Item in quo differant pignus & hypotheca . In ſecunda patte principali tractabimus de ſpeciebus hypothecę, & diuidetur in quatuor membra In primo mẽbro videbimus differentias inter generalem & ſpecialem hypothecam. In ſecundo membro videbimus, quæ veniant & quæ non veniant in generali hypotheca bonorum.In tertio membro videbimus de ſpeciali expreſſa hypotheca, videlicet quæ res ſpecialiter & expreſſe obligari poſſint,& quę nõ.In quarto mẽbro ponemus de tacita hypotheca,& quibus caſibus tacita hypotheca inducatur.

In tertia parte diſcutietur de pignoribus, & diuiditur in tria membra.In primo membro ponitur materia pignoris conuẽtionalis,in ſecundo materia pignoris prætorij & in fi. ponũtur 10.differentiæ inter pignus prætorium & conuentionale,in tertio membro tangitur materia pignoris iudicialis.

In quarta parte examinatur materia pactorum ſuper pignoribus,& primò ponitur pactum legis commiſſoriæ,ſecundò pactum occupandi hypothecam,ſeu pignus propria auctoritate, tertiò ſubduntur diuerſa alia pacta.

In quinta parte ponuntur effectus,qui vario modo reſultant ex hypothecis ſeu pignoribus,& diuiditur in quinq; membra. In primo tractatur de diuerſis effectibus in genere, in ſecundo de effectibus prioritatis & poſterioritatis hypothecæ, in tertio de iure offerendi,& de eius effectibus,in quarto de iure retinẽdi bona ex cauſa obligationis & hypothecæ,& etiam de expenſis melioramentorum,in quinto de fructibus pignorum.

In ſexta parte diſcutietur de reſolutione hypothecarum & pignorum,& quibus modis tollant & reſoluantur,& diuiditur in tria membra,in primo tractabitur de vẽditione & alienatione pignorum,& de pactis quæ apponi ſolent in eis,in ſecundo quibus modis pignora & hypothecæ tollantur præſcriptione & vſucapione,in tertio quo modo tollantur pignora nouatione & alijs diuerſis modis.

In ſeptima parte diſputabitur de actione pignoratitia, & de eius materia,& diuidetur in tria membra. In primo videbimus in quib.differat pignoratitia ab hypothecaria,in ſecundo de natura huius actionis,& quomodo naſcatur, in tertio quæ veniãt in actione pignoratitia,& pro quibus competat tam directa q̃ contraria,& primò de directa deinde de contraria,& de modo libellandi & deducendi in iudicio vtranque.

In octaua parte & vltima ponetur materia actionis hypothecariæ,& diuiditur in tres partes. In prima videbimus aliqua de natura iſtius actionis hypothecariæ & etiã Saluiani interdicti & quæ requirantur:vt competat,& multa ponentur in materia excuſſionis,in ſecunda quib perſonis & contra quas & pro quibus competat,in tertia quando oriatur iſta actio hypothecaria quæ ſint in ea probanda, & de modo libellãdi tam in hypothecaria,quàm in Saluiano interdicto.

SVMMARIVM.

1 *Pignus vnde dicatur & in quibus conſiſtat.*
Immobilia qualiter dicantur tradi manu.
2 *Hypotheca dicitur ab hypos,quod eſt ſub, & theſis poſitio, quaſi quædam ſuppoſitio vel obligatio rerum.*
3 *Hypotheca dicitur ius reale, vel actio realis: quia conſtituitur ſuper rebus per eam non obligatur perſona debitoris,ſed res.*
4 *Pignus & hypotheca in quo differant.*
5 *Præſcriptio aliter conſideratur in pignore,aliter in hypotheca.*
6 *Pignus & hypotheca differunt in proprio ſignificatu.*
7 *Hypotheca ſimplex ſi ſine traditione contrahatur: creditor non poteſt agere hypothecaria contra tertium poſſeſſorem,niſi facta excuſſione contra debitorem principalem,ſecus ſi pignus ſit datum creditori, & poſtea cadat à poſſeſſione.*
8 *Statutum loquens de pignore an habeat locum in hypotheca.*
9 *Differentia inter pignus & hypothecam eſt potius nominis & vocis, quàm rei & effectus.*

1 CApiendo itaque primam partẽ tractatus noſtri, in qua videndũ eſt,vnde dicatur pignus & hypotheca, & in quo differant.† Primò quæritur,vnde dicat̃ pignus?& rñdetur breuiter,q̃ pignus dr̃ à pugno:vt l.plebs.§. pignus.ff.de ver.ſig.ex qua alluſione videbatur dicẽdu, q̃ pignus non ꝓſiſteret niſi in illis rebus mobilibus,quæ manu tradũtur, & ſic in rebus mobilibus tantùm. Tamen ſecus dicendũ eſt,videlicet q̃ ẽt ꝓſiſtat in rebus immobilibus,vt l.ſciendũ.§. creditor.ff.q̃ ſatiſ.cog.& l cũ notiſſimi § ſed cũ illud.C.de præſcr.30. ann.qa ẽt immobilia dñr manu tradi & accipi,dũ de illorũ terra vel ſubſtanti i pugno accipit̃ & clauditur,ita declarat Sali.in l.ſi rẽ alien.§ proprie.ff.de pig act.Eſt bene verũ, q̃ iſta traditio rerũ immobiliũ per acceptionẽ de illius ſubſtantia eſt impropria & abuſiua:quia non tradit̃,nec accipitur tota res, ſed quædã portiuncula pro toto, & ideo proprie loquendo pignus dr̃ de rebus mobilibus,improprie aũt & abuſiue de immobilibus,
2 vt eſt tex.& ibi no.gl.in d.l.plebs § pignus.† Secundò quęrò,vnde dicat̃ hypotheca?& rñdetur, q̃ hypotheca dr̃ ab hypos, qđ eſt ſub,& theſis,quod eſt poſitio,quaſi quædã ſuppoſitio vel obligatio rerũ:nã ſupponere,idẽ eſt,q̃ obligare:vt probat̃ in Rub.ff. de reb.eorũ non alienandis vel ſupponẽdis.Nã illud participiũ ſupponendis,ponit̃ ibi pro obligandis,vel pignorandis,aut hypothecandis:vt probat̃ in l.1.e.ti §.fi.ex l.ſe.& ſeq.in quib.hr̃, q̃ pupillorum & minorum nõ poſſunt alienari,nec etiam pignori dari,& ſic ſecunda pars Rub. quæ loquitur de rebus non ſupponendis,verificatur in pignoribus & hypothecis.† Et quia hypotheca conſtituitur ſuper rebus,ideo dicitur ius in re, ſeu ius reale,vel actio realis;quia per illam nõ obligat̃ perſona debitoris,ſed res : vt l.eos. C.qui pot.in pig hab.& l.pignoris.C.de pig. & l.pignoris.ff.eo ti.& inſti.de act.§.itẽ Seruiana.& no. Alex.in l.ſi filio.§.fi.in 2.col.in ver.per hoc ẽt dicebã.ff.ſol.ma.& ſeqnit

Source : BIU Cujas

fundum,& datur contra poſſeſſorem:vt l.ſi fundus.§.in vendi-
4 catione. ff. de pign. † Tertiò quæritur,an pignus & hypotheca differant? & in hac q.dicendum eſt, q̃ proprie loquẽdo pignus dicitur, quando res obligata traditur ipſi creditori, maximè ſi ſit res mobilis:vt dictum fuit in 1.quæſtio. Sed quando nuda cõuentione res obligatur creditori,& ei aliter non traditur, dicit proprie hypotheca:vt eſt tex.in l.ſi rem alienam.§.proprie.ff.de pig.act. & inſti. de actio.§.item ſeruiana. verſ. inter pignus,&c. Sed iſta differentia inter pignus & hypothecam dicitur potius differentia nominis vel vocis,quàm rei & effectus,vt eſt text.in l.res hypothecæ.§ inter pignus. ff. de pignori. & quantum attinet ad actionem hypothecariam non differunt, vt eſt tex. in d. § item ſeruiana.verſi.inter pignus.& ibi not.gl.in verſ. nihil in-
5 tereſt.† Hoc tamen,quod dixi, videlicet non eſſe differentiam inter pignus & hypothecam,quantum pertinet ad actionem hypothecariam, fallit in tribus caſibus. Primus caſus eſt reſpectu præſcriptionis; quia quando ſumus in pignore proprio: quia.ſ. creditor poſſidet pignus, non currit præſcriptio in hypothecaria,quæ illi competit contra eum;quia cum poſſideat,nõ poteſt ei imputari,q̃ nõ egerit hypothecaria, & ideo ſit ei præſcriptũ. Sed quando non poſſidet,& ſic in ſumus hypotheca;tunc actioni hypothecariæ bene præſcribitur, diuerſimode tamen. Nam interdum præſcribitur 10.annis Interdum 20.Interdum 30.Interdum 40.Ita no.glo.in d.§.item ſeruiana.in glo.in ver.nihil intereſt. Declara tu, q̃ quando tertius poſſeſſor poſſidet pignus cum titulo actioni hypothecariæ competenti creditori præſcribitur 10.annis,quando ſumus inter præſentes,ſed quãdo ſumus inter abſentes.20.vt l.1.C.ſi aduer.credi.lib.7.quando autem tertius poſſeſſor poſſidet ſine titu.requiruntur 30.anni.l. cum notiſſimi.in prin.C.de præſcri.30.ann.quando verò poſſidet debitor,vel eius hæres,requiruntur ann. 40. vt eſt caſus in l.1.§.1.C.de annal.excep.Ita declarat glo.in d.l.cum notiſſimi.in prin.in ver. ſpacijs.& Ang.de Aret.in d.§.item ſeruiana. in vlti. col. ſuper d. glo.in ver.Nihil intereſt,& ponam de hac materia præſcriptio-
6 nis latius.infra in ſecundo membro ſextæ partis principalis.† Secundus caſus,in quo inuenitur differentia inter pignus & hypothecam in proprio ſignificatu eſt, quando aliquis eſt obligatus alicui donec cauere. Nã licet ille qui ad hoc tenetur adimpleat talem obligationem dando ei pignora idonea:quia idonea cautio intelligitur cum pignore,vel fideiuſſore,vt l.ſi mandato Titij.§.fi.ff.manda.tamen non ſufficeret ſimplex hypotheca bonorum:quia pignus trãſit ad creditorem:hypotheca autem remanet apud debitorem.d.l.ſi rem alienã.§.proprie.ff.de pig. act.& ideo non dicitur ita cautum creditori per hypothecam ſimplicem cut per pignus,ita tenet Io. And.in additionibus Specu. ſuper Rub.de pig.& alijs caut.in fi.in addi. quæ incipit ad ſecundã partem.& idem tenent Franciſ.de Rampo.& Gaſpar de Caldarinis in conſi.16.eo.tit.refert & ſequitur Do.de S. Gemi. in c.fi.in princ.pe.col.in ver.tamen Ioan.Andr.latius &c.de vſuris. lib. 6.
7 † Tertius caſus, in quo inuenitur differentia inter pignus & hypothecam reſpectu actionis hypothecariæ eſt;quia quando ſimplex hypotheca eſt contracta ſine traditione,regulariter creditor non poteſt agere hypothecaria cõtra tertium poſſeſſorem non facta prius excuſſione contra debitorem principalem: vt in auc.de fideiuſ.§.ſed neque.& in auc. hoc ſi.debitor C. de pig. Sed quando pignus fuit traditum creditori, ſi ipſe poſtea cadat a poſſeſſione culpa ſua,vel caſu fortuito poteſt agere hypothecaria contra poſſeſſorem non excuſſio aliter principali debitore,vt firmat Alex.poſt Raph.in repe.l.ſepe,col.30.in ver.ſecundario dicitur &c.per allegata ibi per eum,de quo etiam latius dicetur. infra in 8. parte principali in membro excuſſionis in 5.
8 fallentia.† Quartò quæritur ex prædictis, an ſtatutum loquens de pignore habeat locum in hypotheca?& Bar.in d.l.ſi rem alienan.§.proprie.ff.de pig.act.mouens q.d.q̃ vr̃ dicendum q̃ nõ; quia verba in ſtatutis debent accipi ſecundum propriam ſignificationem,tamen ſubdit,q̃ ipſe non poneret hoc pro conſtanti.Alex.ibi in apoſt.dicit,q̃ contrarium vult ibi Pau. de Ca. ego non inuenio,q̃ Pau.dicat de hoc aliquid. Idem Alex.in l.a diuo Pio.§.in venditione.in 5.col.in gl.in ver.pignoribus.ff.de re iudi.mouet hanc difficultatem,& dicit ſe nolle diſcutere,ex quo
9 alij non tangunt.† Ego dubito de hac deciſione; quia differẽtia inter pignus & hypothecam videtur potius nominis & vocis, quàm rei & effectus,vt in d.§.item ſeruiana.& in d.l.ſi rem alienam.§.proprie.& in l.res hypothecæ.§.inter pignus. ff.de pig.& propterea non videtur attendenda;quia diſputatio de nomine relinquenda eſt pertinacibus in iure,vt eſt tex.& ibi glo. in ver. vocabula.& Bal.& Sal.in l.pe.C.de conſtit.pecu.Item quia quãdo duo conueniunt in nomine ſaltem late & impropric ſumpto vocabulo,ſi in vtroque militat eadem ratio:tunc ſtatutum etiam correctorium loquens in vno militat etiam in alio. glo. eſt no.in cle.auditori.in ver.beneficio.de reſcrip.& gl.in cle.j. in ver.eligatur.cum ibi no.per Pau.de Leaza.de elec. & habetur p Bar.Alex.& Ial.in l.Marcellus.in prin.ff.ad treb.per Soc.in rub. ff.fol.mat.in fi.primæ col.per Barb.in rub.extra de fi.inſtru.in 3. car.in ver.5.plus audeo &c.Cum ergo pignus & hypotheca ſal-
tem impropric ſumpto vocabulo idem ſint.d.l.res hypothecæ. §.inter pignus.& d. §.item ſeruiana,ſequitur,q̃ vbi non datur ratio diuerſitatis inter illa, q̃ ſtatutum loquens de pignore habere debeat locum etiam in hypotheca,& econuerſo, & per hæc expedita ſit prima pars principalis iſtius tractatus.

SVMMARIVM.

1 *Hipothecæ ſpecialis eſſentia quæ requirat.*
2 *Debitor conuentus ex hipotheca generali poteſt excipere de dominio alterius, ſecus ſi ex ſpeciali conueniatur.*
3 *Bona eccleſię in contractu permiſſo poſſunt obligari generaliter per prælatum abſque traditione,ſpecialiter autem non.*
4 *Donatio facta vxori,quæ venit morte mariti confirmanda,cenſetur reuocata ſi maritus rem donatam alteri ſpecialiter hupothecat,ſecus ſi generaliter hipothecet omnia bona.*
5 *Alienatio prohibita cũ ſpeciali hipotheca reĩ prohibitę alienari reddit alienationem nullam,ſecus ſi cum generali hipotheca.*
6 *Alienatio non infringitur per rei alienatæ ſpecialem hipothecam, dummodo per pactum non ſit prohibita alienatio.*
7 *Conductor cui pro obſeruantia locationis fuit obligata res locata, ſiue generaliter,ſiue ſpecialiter,habet ſolũ ius retinendi illã rẽ pro pignore,& ſingularis ſucceſſor non cogitur ex hoc præciſe ſtare locationi,ſed ſoluendo intereſſe reſoluit ius retinendi,niſi in contractu eſſet appoſitũ iurm. & nu.9.*
8 *Obligatio ad intereſſe regulariter ſuccedit in obligationibus facti, nec in eis poteſt agi præciſe ad factum.*
10 *Generalis hipotheca minus afficit rẽ, qnã ſpecialis,& per ſpecialẽ conſtituitur plus iuris creditori quàm per generalem,& regulariter prouiſio ſpecialis plus operatur quàm generalis.*

¶ Sequitur ſecunda pars principalis.

IN iſta ſecunda parte venit tractanda materia hypothecæ,& diuiditur in quatuor membra.In primo vi debimus,in quibus differat generalis & ſpecialis hypotheca, in ſecundo quæ veniant & quæ non veniant in generali hypotheca,in tertio de ſpeciali hypotheca, videlicet quæ poſſunt & quæ non poſſunt ſpecialiter obligari,in quarto de tacita hypotheca, & in quibus caſibus inducatur.Capio igitur primum membrum,in quo videdum eſt, quot ſint differentiæ inter generalem & ſpecialem hypothecã. Et inuenio inter generalem & ſpecialem obligationem bono-
1 rum differentias ſex.† Prima itaque differẽtia eſt:quia ad eſſentia ſpecialis hypothecæ requiritur,q̃ tempore obligationis contractus res ſit in bonis debitoris, ita q̃ non ſufficeret, ſi illa res poſt obligationem contractã ſuperueniret in dominio ſeu quaſi debitoris,tex.eſt,& ibi no.in l.1.in prin.ff de pig.ſed ad eſſentiã generalis obligationis omnium bonorum ſufficit, etiam ſi bona poſt contractam obligationem acquirantur ipſi debitori, vt in d.l.1.in prin.& l. & quæ nondum §.1.eo.tit. & ibi per Bart. & hoc procedit,etiam ſi in generali obligatione bonorum nihil fuit dictum de bonis futuris; quia illa omnino comprehenduntur,vt eſt caſus in l.fi.C.quæ res pig.obli.poſ.& declarat glo.
2 & Sal.in d.l.& quæ nondum.§.1.† Secunda differentia, quæ ẽt inſurgit ex prima eſt, q̃ quando agitur contra debitorem hypothecaria,ſi agatur ex generali hypotheca, debitor poteſt excipere rem illam,ad quam agitur,non fuiſſe, nec eſſe ſuam ſed alterius & nominare dominum, pro quo poſſidet & fructus percipit, & hoc debet probare; quia hoc modo excipiendo debitor non poteſt conuinci de mendacio,nec replicari de dolo cõtra eum,cũ obligauerit ſua bona in genere,& ſic poteſt eſſe, q̃ iſta res,ad quam agitur,non fuerit comprehenſa in generali obligatione:cum non fuerit debitoris,& itto caſu creditor cogetur probare de dominio directo,vtili,vel quaſi ipſius debitoris ad obtinendum in cauſa.Sed ſi agatur ex ſpeciali hypotheca:tunc debitor,contra quem agitur,non poterit refricare quæſtionem dominij; quia ipſo facto conuincitur de mendacio, ex quo ipſam rem in ſpecie obligauit, & hoc modo debet intelligi & procedit.l.ſi inter colonum.§.1.ff.de pigno.& l.rem alienã.ff. de pign. act.& ita ſingulariter no.Sal.in l.cum res.in penul.col.in ver.Capio igitur iſtam materiam &c.C ſi res alien.pign.da.ſit, & refert
3 Alex.in l.ſi pignore.§.1.ff.de pign.actio.† Tertia differentia eſt; quia licet prælatus eccleſiaſticus in contractibus per eum factis nõ poſſit obligare ſpecialiter res particulares eccleſiæ per ea quę habentur in c.nulli.de rebus eccle.non alie.tamen in contractibus ei permiſſis bene poteſt obligare generaliter bona eccleſiæ abſque tamen traditione illorum,vt probat tex.in d.c.nulli.a 3. rio ſenſu in ver.ſpecialis hypothecæ,& iſtud tenet ibi Egi.Hoſt. Ioan.Andr.Car.Floren. & Abb. qui pro hoc etiam allegant id, quod habetur in l.pen.C.de his qui ven.ęta.impetra.& quod legitur & no.in l.ſi.C.quæ res pign.obli.poſ.vbi habetur, q̃ generalis hypotheca eſt modici præiudicij, & hanc concluſionem tenet etiam Abb.in c.3.de prębar.& quamuis Anto.de Butr.& Imo.in d.c.nulli.teneãt,q̃ ẽt generalis hypotheca ſit prohibita prælato,per text.in auc.de alien.& emph.§.ſi verò,tñ magis cõis opinio eſt in 3rium, vt apparet ex præmiſſis. Quã opi.ẽt tenuit glo.in §.nos igitur.in verſi.ſpecialis. & in verſi. Creditoribus,in

auc.de

Source : BIU Cujas

auc.de non alienan.vbi glo.dicit,ꝙ poteſt fieri generalis hypotheca bonorum eccleſiæ, dummodo fiat abſque traditione, licet ſpeciale pignus contrahi non poſſit, & ratio eſt ſecundum glo.ibi:quia plus iuris conſtituitur creditori per ſpeciale pignus quàm per generale,vnde videmus,ꝙ mancipia quamuis ſint generaliter obligata:tamē poſſunt manumitti,ſecus ſi eſſent obligata ſpecialiter,vt l.3.C.de ſeruo pign.da.manu.& per hoc allegat glo.tex.in §.ſinautem creditor.ver.ſi.n.&c.in auc.de non alienan.& ibi hoc no.Iac.de Belui.& non obſtat tex.in d.§.ſi verò contigerit.in auc.de non alien.& in §.hoc etiam.eo.tit.quia illi tex.loq uūtur de ſpeciali hypotheca non gñali,& ita late firmat
4 Alex.in conſi.118.pe.col.ver.inſuper &c.in 5.col. † Quarta dria eſt;quia quamuis donatio vxori per maritum quæ venit confirmanda morte mariti cenſeatur reuocata per ſpecialem obligationem rei donatæ factam per maritum poſt donationem, ita ꝙ morte modo confirmari non poteſt,vt no.in l.3.C de leg.& in l.cum hic ſtatus.§.ſi maritus.ff.de don.inter vir.& vxo. Tamē ſecus eſt in obligatione generali bonorum facta per maritum poſt donationem,nam per illam non reuocatur præcedens donatio.Ita ſingulariter no.Bar.in l.rem legatam.circa fi.ff.de adi. leg.ſequit Bal.in l.ſi non virū.C.de don.inter virū & vxo.& refert & ſequitur Iaſ.in d.l.3.2.col.in 2.limi.C.de leg.& rō eſt:quia generalis obligatio non afficit ita rem,ſicut ſpecialis,argumento.l.eſt dria.ff.in quib.caſi.pig.taci.contraha.Adde tu tex. & bo-
5 nā gl.in l.licet.in gl.in ver.huiuſmodi,eo.tit.† Quinta dria eſt,ꝙ licet regulariter prohibitio de non alienando, ſeu conuentio, vel pactum non reddat alienationem poſtea ſubſequutam ꝓ dictam prohibitionem inefficacem, vt l.ea lege. C.de condi.ob cām,& ibi per glo.Bar.Bal.& alios,& in l.ſi ita quis.§.ea lege.ff. de verb.oblig.& ibi per ſcribentes,& per gl.in l.fi.C. de reb. alie. non alie.& Inno.in c.Raynu.in gl. in ver.pactū,de teſta.& iſtud procedat,etiam ſi in dicta prohibitione,conuentione,vel pacto interceſſiſſet gñalis obligatio ſeu hypotheca bonorū,tamen ſecus, ſi interueniſſet ſpecialis hypotheca illius rei prohibitæ alienari;nam per talem ſpecialem hypothecam cenſetur reſeruatū ius in dicta re,& impedit alienatio poſtea facta.text.eſt ſingularis in l.ſi creditor.§.fi.ff.de diſtrac.pig.ſm literam piſanam,vt ibi per Bar.& Bal.& ita etiam tenet Bar.in d.§.ea lege.& cum eo trā fit ibi Imo.in 3.col.Et mouetur:qa d.l.ſi creditor.§.fi.eſt exhorbitans à iure cōi,exhorbitat.n.a d.§.lege.ideo non debet extendi ad generalem hypothecam,eandem opi.tenet Are.in d.§.ea lege.motus:quia ſpecialis hypotheca magis impedit,quàm gña lis.l.j.cum gl.in ver.pignori,& ibi Bal.ad hoc no.C.de neceſſ.ſer. hære.inſti.Idem tenet Bar.Imo.& Roma.in l.qui abſenti.§.1.ff. de acqui.poſ.Bal.in d.§.ea lege in 3.col.Imo. in l.filiusfa.§.diui. ff.de leg.1.in 3.col.& licet Alex.in d.l.qui abſenti.§.j.dicat,ꝙ iſta opi.in puncto iuris non tranſeat ſine dubio.Tamen indubitanter tenenda eſt tanquam magis cōis,& illam tenet Alex.in l.ſi filio.§.ſi vir in quinquennium.in 2.col. in ver.aduerte tamen &c. ff.ſolu.matri.illam etiam tenet Iaſ.in d.§.ea lege. in 9.col. & Iaſ. in d.l.filiusfami.§.diui in 13.col.in verſi.3.principaliter in quantum Bart.&c.& q̄uis Cor.in conſi.321.4.volu.firmet,ꝙ d.l.ſi creditor.§.fi.loquatur indiſtincte de hypotheca, & ideo ꝙ ſufficiat ēt generalis, tamen non puto recedendum ab opinione cōi. ꝙ ſ.ille tex.procedat ſolum in ſpeciali hypotheca: quia cum d.§. fi.ſit exhorbitās,vt dixi.ſupra debet intelligi, vt minus corrigat ius commune,quàm fieri poſſit.l.ius ſingulare.& l.quod verò ꝫ ff.de legi.in quo argumento ſe fundat Imo.cui non video fuiſſe reſponſum per aliquem,& propterea remanet firma concluſio ꝙ ſpecialis hypotheca in re prohibita alienari operetur, ꝙ alienatio in ꝫrium ſubſequuta ſit nulla, licet generalis hypotheca iſtud non operetur.Et ſic reſultat quinta differentia inter gene
6 ralem & ſpecialem hypothecam. † Sed in prædictis inſurgit dubitatio, quid ſi in conuentione non fuit adiecta prohibitio de non alienando neque pactum,ꝙ non alienetur res, ſed ſimpliciter fuit initus ꝫctus,puta quia facta fuit locatio alicuius rei, & promiſſa per locatorem obſeruantia,& in ſpecie pro obſeruantia fuit hypothecata res locata, & poſtea durante locatione locator alienauit dictam rem locatam, dubitatur ergo, an alienatio iſta erit nulla,ſicut in præcedenti caſu,in quo in conuentione fuit prohibita alienatio?Et breuiter dicendum eſt ꝙ non,ſed ꝙ ſolum iſto caſu emptor tenebitur ſtare locationi, & conductori dabitur retentio rei locatæ pro omni ſuo intereſſe, & pro pœna,alienatio autem valebit,& iſto caſu idem operabitur generalis hypotheca,quod ſpecialis;quia ex vtraque debet dari retentio conductori pro ſuo intereſſe & pœna, iſtam concluſionem tenet Bar.in l.qui fundum.ff.loc.& ſequitur Paul. de Ca.in l.ſi merces.§ ſi fundum.eo.tit.& Bart.in l.1.§. quod autem.ff.de ſuperficie.Bal. Ang.& Sal.in l.emptorem.C.loca.Abb.in c.fin. vlti.col.ne præla.vi.ſuas.Sal. in l. mancipia. C. de rebus alie.non alienan.Alexā.in conſi.118.in caſu de quo quæritur &c.vlti.col. 5.volu.eſt ergo communis concluſio, ꝙ quando hypotheca ſiue ſpecialis,ſiue generalis opponitur in conuentione pro obſeruantia contractus,ſine prohibitione vel pacto de non alie.alienatio valebit, ſed dabitur retentio illius rei pro intereſſe & pœna,& ratio eſt:quia ratione hypothecæ etiam generalis datur retentio rei,iuxta no.per Bar.& alios in l.ſi non ſortem.§.ſi centū. ff.de condi.inde.& iſte ſecundus articulus eſt diuerſus ab articulo præcedenti,ideo bene aduertas,ne ſis in ęquiuoco; quia doctores ſcribunt ſuper ambobus quaſi ſuper vno,& non bene di
7 ſtingunt vnum ab alio.† Inſurgit etiam in prædictis alia difficultas,videlicet an in terminis ſecūdi articuli proximè diſcuſſi ius retentionis, quod dictum fuit competere colono pro ſuo intereſſe & pęna, reſoluatur per ſolutionem intereſſe & pęnæ ei factam ab emptore rei. An verò vigore dictæ retentionis poſſit emptor præciſe cogi ad obſeruantiam contractus locationis? Et in hoc etiam cōis eſt concluſio, ꝙ propter dictam hypothecā, quam conductor habet in re empta,illius rei non teneatur præciſè ſtare conductori, & tenentes hanc concluſionem mouentur:quia hypotheca eſt acceſſoria ad obligationem principalē, ſed obligatio & actio principalis competens conductori contra locatorem ob inobſeruantiam contractus datur ad intereſſe d.l.qui fundum.ff.loc. vnde hypotheca, quæ venit acceſſorie non habet ampliare ius actionis perſonalis. l. item liberatur. in prin.ff.qui mo.pig.vel hyp.ſol.l.intelligere.cum gl.C.de lui.pig. & per ꝓñs quam primum ſucceſſor ſingularis offert ſuum intereſſe colono habenti fundum hypothecatum, vī ꝙ eum poſſit expellere.l.Paulus.Aliàs incipit.Sempronius.§.qui pignoris. ff. quib mod.pig.vel hypo.ſol.& l.cum ſeruus.ff.de diſtrac.pig.& iſtam opi.tenet Bar.& Imo.in l.vectigalia.ad fi.ff.de publ.& Bar. & Sal.in d.l.emptorem.C.loca & Sal.in d.l.qui fundum. & in l. mancipia.C.de reb.alie.non alie. Imo.Pau.de Ca.& Ro.in d.l.ſi filio.§.ſi vir in quinquenniū.& ante eos Iaco.Butr.in d.l.ſi merces.§.1.ff.loca.Eandem opi. tenet Alexā. in d.§.ſi vir.in 2.col.in ver.prædictis tamen adde &c.& Iaſ.in d.l.filiusfam.§.diui.in 13. col.ver.3.principalter &c. Sed eſt aduertendum, ꝙ ꝫriam opi. videlicet ꝙ conductor ratione hypothecæ poſſit retinere præciſe rem locatam,& non cogatur recipere intereſſe, tenet Soc. ſubtiliter more ſuo in conſi.90. viſis quibuſdam actis &c. in 4. vol.& mouetur per auctoritatem Bar.in d.§.ſi vir.in fi.vbi Bart. vult,ꝙ qñ conductor habet obligata generaliter bona locatoris,dī habere ius in re,iuxta l.1.§.autem.ff. de ſuperficie. & propterea poteſt dicere,ſe velle remanere in re vigore pignoris,& ſucceſſor non poterit eum expellere: tamen hoc non obſtante non eſt recedendum à cōi opin.Quia,vt habetur per Alex.in d. §.ſi vir.in ver.prædictis tamē adde &c.dicta auctoritas Bar. & ſequaciū in telligitur,quando ſucceſſor ſingularis non offerret conductori intereſſe:tunc enim non poſſet eum expellere, ſed poſſet retinere rē loco pignoris,ſed ſi ei offert intereſſe, ipſum poteſt expellere,per d.l.Paulus.alias incipit.Sempronius. §. qui pignoris.ff.qui.mod.pig.vel hypo.ſol.& l.cum ſeruus.ff.de diſtr. pig.Ita intelligit ibi Alex.dictam auctoritatē Bar.& ſequacium, & ita refert tenere ibi Imo.Pau.de Ca.& Ro.& Iac.But. in d.l.ſi merces.§.1.& Sal.in d.l.qui fundum,& in d.l.mancipia, & in d. l.emptorem.& ibi etiam hoc ſentit Bar.& Bar.in d.l.vectigalia. & Imo.ibi.vnde vel auctoritas.Bar. eſt intelligenda vt ſupra vel ſimpliciter intellecta,vt videtur intelligere Soc.non eſt vera,& ita etiam ſunt intelligendæ aliæ auctoritates allegatæ per Soc. loquuntur enim quòd conductor qui habet hypothecam, poteſt retinere rem,& iſtud non negatur,ſed dicitur,quòd dictum
communis diuidatur,& vnicuique ex ſociis obueniat dimidia, non remanebit obligata ſola dimidia, quæ obuenit illi ſocio, qui dimidiam obligauit, ſed in obligatione erit dimidia cuiuſlibet dimidiæ pro indiuiſo,vt eſt text.& ibi Barto.in l.ſi conſenſit,§.fin.ff.quibus modis pig.vel hypothe.ſol.& tex.in l.3.§.fin.
ff.qui po.in pig.ha.& Bald.& Sal.in d.l. vni. † Sed dubitatur in 38
materia,an inter duos creditores,qui rem communem pro indiuiſo pignori acceperunt,competat iudi.diuiſorium commu. diuidundo? Et dicendum eſt quòd ſic,vt eſt tex.in l. communi. §.inter eos.ff.commu.diui.& in diuiſione prędicta non fiet ęſtimatio partium pro vero pretio, ſed pro quantitate debita,& ſi contingat in dicto iudi.diuiſorio vni ex creditoribus aſſignari totum pignus,reſeruabitur tamen ius luẽdi debitori,vt eſt text.
in d.§.inter eos. † Vlterius notandum eſt in materia, quòd ſo- 39
cius & dominus alterius dimidiæ poteſt prouocare ad diuiſionem creditorem,cui alius ſocius obligauit aliam dimidiam, & ſi contingat,quòd tota res adiudicetur creditori in dicto iudi. diuiſorio non audietur debitor poſtea volens recuperare ſuã dimidiam a creditore,niſi etiam recuperet aliam partem adiudicatam in diuiſione ipſi creditori,tex.eſt in d.l. communi diui.
§.ſi debitor.& ibi Barto. & alii. † Sed eſt dubium, an idem ſit 40
econuerſo,videlicet ſicut ipſe ſocius & dominus poteſt prouocare ad diuiſionẽ ipſum creditorem,vt dictum eſt, ita ipſe creditor poſſit prouocare ipſum ſocium & dominum alterius partis,& tex.in d.§.ſi debitor.& in l.ſi probatum.C.eodem titu. qui concordat cum d.§.ſi debitor. ſolum decidit, quòd dominus vnius partis poſſit prouocare creditorem, ſed an creditor poſſit prouocare dominum,nec tex.nec docto.ibi decidunt,& videbatur dicendum,quòd creditor non poſſit prouocare ſociũ, ſeu dominum alterius partis, quia diuiſio eſt quædam alienatio,vt l.j.C.commu.diui.& licet alienatio neceſſaria permittatur ipſi creditori,quando ſcilicet ipſe prouocatur ad diuiſionẽ a domino alterius partis,tamen non videtur ei permiſſa volũtaria,quãdo ſcilicet ipſe prouocat,prout in ſimili dicitur in marito in fundo dotali,vt l.2.C.de fun.do.& in minore, vt l.fin. C. commu.diui.Tamen in creditore conuentionali eſt clarum,ꝙ ipſe poteſt ꝓuocari & etiam prouocare alium ad diuiſionem, quia videtur de iure ei conceſſa a debitore tempore obligationis alienatio tam voluntaria quàm neceſſaria pro ſuo debito conſequendo,& l.non eſt nouum.ff.de acqui.re.do.& ita tenet
Barto.in l.is qui fundum.ff.de vſufru.leg. † Sed dubium eſt, qd 41
in creditore immiſſo in tenutam,& ſic habente pignus prætorium ex primo decreto,iuxta l.non eſt mirum.ff.de pig.actio. an poſſit prouocare ad diuiſionem, & in hoc ſi ſunt duo creditores immiſſi in tenutam,inter eos competit hoc iudi. diuiſorium,vt eſt text.in d.l.communi d.§.idem ſi duo a prætore miſſi.quia per talem diuiſionem non tollitur ius luendi, quod cõpetit debitori d.l.communi diui.§.inter eos,& idem eſt, quãdo immiſſus prouocatur ad diuiſionẽ per alium dñm alterius partis,quia diuiſio tunc eſt neceſſaria,& iõ permiſſa d.l.ſi probatũ & d.l. cõi d.§.ſi debitor. † Reſtat ergo difficultas,an immiſſus 42
poſsit prouocare alium dñm alterius partis. & videbatur dicẽdum ꝙ nõ,quia alienatio voluntaria nõ eſt ꝓmiſſa in pignore prętorio,ſicut in pignore cõuentionali. Nam (vt dixi) in pignore cõuentionali permittitur creditori etiam alienatio voluntaria d,l.nõ eſt nouum,in pignore autẽ iudiciali ipſe creditor nõ põt alienare,ſed debet petere fieri alienationẽ per prętorem,vt eſt tex.in terminis in l.2.C.ſi in cauſam iud.pig. captum ſit,cum aũt ex diuiſione poſsit ſequi alienatio partis, in quã facta eſt immiſsio per adiudicationem faciendã alteri domino alterius partis iuxta.l.j.Commu.diui. videtur ꝙ immiſſus non poſsit prouocare alium dñm,& ita arguebat in facto quidã excellens aduocatus. Mihi autem ſemper viſum fuit,ꝙ etiam immiſſus in tenutam poſsit prouocare alium dñm ad diuiſionẽ: quia quãuis immiſsus nõ poſsit ex ſua uoluntate alienare, ſicut poteſt creditor pignoris conuentionis, tamẽ bene hoc poteſt petere fieri per iudicem d.l.2.C.ſi in cauſam iudi.Similiter ergo debet poſſe petere diuiſionem fieri per iudicem, & ſic eſto, ꝙ ipſe voluntarie diuidere nõ poſsit ex ſe,ſicut poſſet creditor pignoris conuentionalis,tamen hoc põt impetrare a iudice, ceſſat ergo arg.qđ fit de prohibitione alienationis uolũtarię. Nec obſtat,ꝙ maritus & minor nõ poſsint prouocare, ſed bene ꝓuocari ad diuiſionem d.l.2 C.de fun.dota.& l.fin.C commu.di. quia poteſt reſponderi,quòd ipſis eſt prohibita non ſolũ alienatio,ſed etiam diuiſio in fauorem dotis & minoris ætatis, ſed in immiſſo non inuenitur talis prohibitio, immo inuenitur ꝓmiſſa,quando duo immiſsi agunt inter ſe, vt dictum eſt ſupra. Iſta autẽ difficultas ex toto ceſſaret, qñ immiſſus haberet etiã hypothecam conuentionalem:nam tunc tanq̃ habens conuẽtionale pignus poſſet prouocare voluntariè d.l.non eſt nouũ.
† Adde etiam in materia,quòd ſi hñs rẽ cõem cũ alio pignori 43
det partem ſuã,põt nihilominus cũ alio ſocio diuidere,& diuiſione non obſtante manebit integrũ ius pignoris debitori d.l.ſi conſenſit §.fi.ff.quib mod.pignns.uel hypo.ſol.& l.ſi qs putans §.ſi fundus.ff.cõmu.di. † Irẽ adde,quod ſi hñs rẽ cõem cũ Titio 44
eius partẽ pignori det Titio,ſi poſtea ℈ Titiũ agat cõi diuidundo,poterit repelli exceptione pignoratitia,vt ſ.nõ audiatur,niſi prius ſoluat debitũ,pro quo illã partẽ ſuã pignorauit,text.eſt in d.l.ſi quis putãs.§.idẽ Iulia.& ibi no.Floria.ad l.Dicẽs poſſe hoc quotidie in pratica cõtingere inter fratres & mercatores habẽtes res cões,quòd ſi alter reperiatur obligatus alteri ſub hypotheca bonorum,nõ poterit eũ,cui obligatus eſt,ꝓuocare ad diuiſionẽ,niſi forte ille,cui obligata res eſt,patiatur fieri diuiſionẽ,nõ aliter opponendo exceptionẽ dictæ hypothecę: nã tunc diuiſio deberet fieri,vt hĩ in d.l.ſi quis putans.§.idẽ Iulia. Et iſta 45
ſufficiant in iſta quinta ampliatione. † Sextò amplia dictã regulã,vt nõ ſolũ res q̃ noſtrę ſunt poſsint obligari, vt dictũ eſt in regula & ampliationib prędcentibus, ſed etiã illę q̃ non ſunt nr̃æ,ſed futurę ſunt,vt fructus pendentes,partes ancillæ, fœtus pecorum & huiuſmodi poſſunt obligari, vt eſt text. & ibi not. Barto.in l.& quæ nondum ſunt.ff.de pigno.Intellige tamen tu, dummodo res principalis,ex qua res futuræ erant naſcituræ, eſſet in bonis debitoris tpe obligationis,vt eſt tex.in l. potior.& ibi ꝑ Bar.§.ſi de futura,ff.qui po.in pig.hab. Itẽ dũmodo futuræ q̃ obligãtur eſſent natæ,vel ſaltem ſatæ,ſeu conceptæ, tpe obligationis apud ipſum debitorem obligãtem, ſecus ſi apud aliũ, vt optime declarat glo.in d.§.ſi de futura. quam approbant ibi
ibi Bar.& Saly. † Limitatur modò dicta regula pluribus modis. 46
Et primò in re litigioſa,qa ſicut illa non poteſt alienari, ita & non põt obligari,vt eſt tex.in l.j.§.fi.ff.quæ res pig.obl. nõ pñt &
ibi Bar. † Secũdò limitatur regula,vt nõ habeat locũ in re ſacra 47
& religioſa,& ẽt in aliis q̃ vendi & emi nõ pñt: nã huiuſmodi etiã obligari nõ pñt,vt eſt tex.in d.l.j.§.eã rẽ.ff.quę res pig. obli.
nõ poſ.iuncta gl.ibi. Tertiò limitatur reg.vt ꝓcedat in rebus pu 48
pillaribus,quia illæ obligari nõ pñt per ſolũ pupillũ,ne ẽt cũ tutore ſine decreto iudicis,vt eſt tex.in l.j.in prin.ff.q̃ res pig.ob. non poſ.Intellige tu,qñ obligatio eſt uoluntaria, ſecus autem ſi eſſet neceſſaria,qa tũc obligatio nõ eſt prohibita,puta quãdo tutor eſſet obligatus pro defenſione cauſæ pupillaris cauere de iudi.ſiſti:nã tali caſu poſſet ſolus tutor bona pupilli obligare,vt eſt tex.in l.fi.§.defenſionẽ.& ibi gl.C.de admi.tuto.& not. Bart.
in d.l.j.in prin. † Quartò limitatur regula in inſtrĩs deputatis 49
ad agriculturam,inter quæ ſunt ẽt boues,de quibus hĩ in l. executores.cũ l.ſeq.C.quæ res pig.obli.poſ.quia talia obligari non pñt,vt ibi,& ℈ facientes etiam puniuntur, vt in auct. agricultores.ibi poſita,& iſtud ꝓcedit tam in pignore cõuẽtionali,quàm ꝑtorio,& ẽt ſi colonus aliud nõ haberet in bonis.Ac ẽt ſi colonus ſponte talia pignora offerret,vt firmat Saly.ibi poſt Pet.& Cy.Sed iſtę cõſtitutiones hodie de conſuetudine non ſeruãtur,
vt ibi per Saly. † Quintò limitatur regu.ut nõ procedat in filiiſ- 50
familias & liberis hominibus,quia tales obligari non poſſunt, vt l.qui filios.C.quæ res pig.obli.nõ poſ.quia immo accipiẽs punitur & relegatur,vt l.fi.ff.eo.& no.gl.in d.l.qui filios limitando

tamen

Source : BIU Cujas

50 tamen vt ibi per glo.& declarando vt ibi per Saly. † Sextò limi
tatur regu.vt non procedat in loco religioſo:nam ille etiam pi
gnori dari non poteſt,vt l.ſi monumento.C.quæ res pig.oblig.
51 non poſſ.declarando, vt ibi per glo. † Septimò limitatur regu.
vt non procedat in prẽmio futuræ victorię;quia etiã illud obli-
gari non poteſt,ut eſt tex.in l.opem.C.quæ res pigno.obli. non
poſſ.declarando vt ibi per Saly.& iſtas ſeptem limi.ſub breuita-
te poſui:quia ſunt de raro contingibiles. † Octauò limitatur re-
52 gu.vtiliter,ut non habeat locum in re prorſus aliena,in qua de-
bitor non habeat aliquod ius neque in re,neque ad rem;quia il
la obligari non poteſt,& ſi obligetur,obligatio non valet, ut l.
1.§.1.ff.de pign.& ibi gl.& Bar.ponentes circa hoc plenã diſtin-
ctionem,& l.rem alienam,ff.de pign. actio. † Iſta autem limita-
53 tio reſtringitur aliquibus modis, & primò reſtringitur, ut non
habeat locum, quando res aliena eſſet obligata ſub cõditione
iſta,ſi ſua erit: nam tunc purificata conditione, videlicet ꝙ illa
res efficiatur debitoris, valebit obliga.vt l.ſi fundus.§. aliena .ff.
de pig.& no.gl.& Bar.in d.l.1.§.1.limitatio ergo procedit, quan
do res aliena ſimpliciter eſſet obligata.

†Secundò reſtringitur limi.vt non habeat locum,quãdo do
54 minus rei ratificaret dictam obligationem factam de re ſua: qa
propter talem ratificationem conualidatur obligatio rei alie-
næ,ut d.l.ſi fundus.§.1.& l.rem alienam,ff.de pigno.actio.& no.
Bar.& glo.in d.l.1.§.1.†Tertiò reſtringitur limi. quando domi-
55 nium dictæ rei ſuperuenit poſt obligationem ipſi debitori: qa
tunc ſi creditor tempore quo accepit obligationem ignorauit
dictam rem eſſe alienam confirmabitur obligatio,& ex ea da-
bitur creditori vtilis hypothecaria:vt l.rem alienam. ff.de pign.
actio.& ita tenet glo.& Bar.in d.l.1.§.1. Secus autem ſi creditor
fuiſſet ſciens,videlicet quia habuiſſet notitiam, ꝙ res eſſet alie-
na:quia etiam ex ſuperuenienti dominio ipſi debitori non con
firmaretur oblig. ad effectum producendi hypothecariã vtilẽ
ipſi creditori, ſed ſolum ad effectum dandi ei retentionem rei
obligatæ,ſi eam poſſideret:vt hꝰ in d.l.1.§.1. ff. de pign. & ibi per
56 Bar & plenius per glo ibi.† Ratio autem dꝰiæ inter creditorem
ſcientem & ignorantem aſſignatur per Bar in d.l.rem alienam.
in 1.cõl.in 2.opp.Et eſt;quia qñ creditor habuit ſcientiã rei alie
nę ſibi obligatæ,debitor non tenetur ei contraria pignoratitia,
ſed bene ei tenetur,quando creditor fuit ignorans, tex.eſt in l.
tutor.§.contrariam.ff.de pign.act.& propterea primo caſu,quo
debitor non tenetur,non intereſt debitoris pignus confirmari
per ſuperuenientiam dominii,& ideo non confirmatur. Secun
do autem caſu,in quo creditor fuit ignorans,& debitor ei tenet
contraria pignoratitia,intereſt debitoris, ut pignus confirmet,
& ideo confirmatur.Et ex iſta ratione infert unum aliud ipſe.
Bar.in d.l.1.§.1.ff.de pig. videlicet ꝙ etiam in creditore ſciente
poteſt dari caſus,in quo ex dominio ſuperuenienti debitori cõ
firmabitur obligatio rei alienæ,puta ſi debitor quando obliga
uit rem alienam creditori ſcienti obligauit ſe expreſſe, ꝙ domi
nus rei dictam obligationem ratificaret,uel alio modo,ita ꝙ ip
ſe debitor teneretur, ſi dicta res in obligationem non incide-
ret:nam etiam iſto caſu,ex quo intereſt debitoris, ut obligatio
confirmetur,ex ſuperuenienti dominio ipſi debitori cõfirma-
bitur hypotheca,& dabitur creditori vtilis hypothecaria,& idẽ
etiam colligitur ex no.per Bar.& Salyc.in l.cum res. C.ſi aliena
res pig.da.ſit,& latius per Salyc.in d.l.rem alienam, in 3.col.vbi
etiam in materia ponit latiorem,& pleniorem diſtinctionem,
57 quam ponat glo.& Bar.in d.l.1.§.1.†Inſuper in materia iſtius 8.
lim.dubitaꝰ, qd ſi debitor tpe, quò obligauit rẽ alienã creditori
ignoranti habebat aliqd ius in dicta re, quo caſu ualuit obli.
in dicto iure tantum,ut l grege.§.2.& 3.& l.ſi ab eo ff.de pigno.
& ibi per gloſſ.& Bar. An ſi poſtea ſuperueniat in dicta re debi
tori dominium, dicta res modo in proprietate incipiat eſſe
obligata creditori,& in hoc Bar.in d.l.1.§. .ff.de pig. diſtinguit,
quòd aut dicto debitori ſuperuenit dominium illius rei ex cau-
ſa illius iuris, quod in ea habebat, puta quia habebat publicia-
nam,ex qua vſucapiebat,& compleuit vſucapionem,uel erat ſi
bi obligata pro debito,& fuit ſibi data inſolutum,& iſto caſu ip
ſa res erit obligata,ut probatur in dictis iuribus,et in l cum fun
do.§.ſi fundus. ff.de iure dotium. Aut debitor quæſiuit domi-
nium ex alia cauſa prorſus ſeparata a dicto iure, quod habebat
in re.& tunc illa res non erit obligata, ſed erit idem, quod eſt,
quando res aliena ſimpliciter obligatur, de quo dictum eſt ſu-
pra in iſta 8.limi. ita firmat Bar.in d.l.1.§.1.adde etiam in mate-
ria Salyce.ibi.

58 †Secundò quæritur,quæ eſt ratio differentiæ, ꝙ res aliena nõ
poſſit obligari,ut dictum eſt, ſed bene poſſit vendi, ut l.rem a-
lienam.ff.de contrahen.emptio.& glo.in d.l. rem alienam. di-
cit,quòd ratio differentię eſt,quia in pignore oportet, ꝙ conſti
tuatur ius in re,ideſt quędam obligatio, quod fieri non poteſt
in re aliena,ſed in venditione vẽditor non tenet, niſi quãdam
poſſeſſionem aſininam tradere, & ſe de euictione obligare, &
ſic eſt ius,qd conſtituitur in perſona,qd fieri põt ẽt reſpectu rei
alienę,allegat gl.l.ex emp.§.1.ff.de act.emp.& illam glo.in d.l.rẽ
alienam.ſequitur & declarat ibi Bald. Idem tenet Bald.in l.ſi ſi-
ne.in 1.col.C.ad velleia.dicens, ꝙ ius reale non poteſt conſtitui
in re aliena,ſed ius perſonale ſic;quia res non obligatur ſed per
ſona,& ſubdit, ꝙ hypotheca non conſtituitur ver. promiſſiuo,
ſed verbo effectiuo:quia qui obligat,nam promittit rem trade
re,& quò ad ipſam hypothecam nõ requiritur verbum promiſ
ſiuum.Et ſi in hypotheca eſſet adiunſta promiſſio tradendi,ori
retur actio præſcriptis verbis perſonalis ſed ſubdit ipſe, ꝙ iſtud
non eſt de natura hypothece,& ideo:non competit præſcriptis
verbis, in venditione aũt bene cadit verbum promiſſiuum, ex
quo oritur obligatio perſonalis,quæ cadit ẽt, circa præſtationẽ
rei alienæ, quia ſua natura non afficit rem,ſed perſonam, vnde
ſm eum nullum eſt impedimentum ex parte naturæ,nec ex par
te conſenſu. Et ex hoc infertur mirabilis ſubtilitas ſecundùm
eum, ꝙ ſi tu obligaſti mihi rem alienam,& ego illam poſſedi ti
tulo hypothecæ longo tempore, non tamen præſcribam verã
hypothecam,ſecus eſt,ſi res vendatur,vel donetur: quia ibi eſt
titulus ordinatus ad præſcribendum, qui ortus fuit ex ꝯctu ce-
lebrato inter partes & ex promiſſione in eo adiecta:ita dicit ibi
Bal.Idem tenet Bal.in l.ſi.C.ſi aliena res pig.da.ſit. vbi per diuer
59 ſa verba idem firmat.† Tertio adde, inquantum dictum fuit ſu-
pra in iſta.8.limi.in prima reſtrictione nu.53. ꝙ res aliena poteſt
obligari ſub iſta conditione,ſi ſua erit,vt l.ſi fundus.§. aliena. ff.
de pig. ꝙ iſtud limitatur ſingulariter per l.ſi.C. de pact. videlicet
ꝙ res illius,de cuius hæreditate habetur,ſpes,non poteſt illo vi-
uente hypothecari,iſte eſt tex.ſingularis de hoc in d.l.ſi. in verſ.
neque hypothecas,& ibi not.Saly.Ale.& Iaſ.in vlti.not. Intelli-
ge tamen,quando talis res in ſpecie obligaretur exprimẽdo per
ſonam,ita procedit.d.l.fina. & tali caſu etiam ꝙ poſtea dicta res
per ſucceſſionem efficeretur illius,qui eam dicto modo obliga
uit,non reconualidaretur obligatio,per docto.in d.l.fina.ſed in
generali obligatione bonorum non expreſſa perſona illius, à
quo ſperetur ſucceſſio,bene veniunt etiam bona poſtea per ali-
quam ſucceſſionem quæſita: quia in iſtis terminis non militat
diſpoſitio & ratio dictæ.l.ſi.Et adde, ꝙ in tantum eſt prohibita
ſpecialis hypotheca bonorum in terminis.d.l.fin. ꝙ etiam non
firmatur iuramento,& ratio eſt:quia talis hypothecatio eſt con
tra bonos mores:vt per Bar.& alios in d.l.fin.quod not.

60 † Quartò adde in materia, ꝙ licèt obligatio non valeat de re
aliena in præiudicium domini,vt d.l.1.§.1.ff.de pign.& dictũ eſt
ſupra;tamen in prẽiudicium tertii poſſeſſoris,qui non habet tit.
nec ius dñii vel quaſi,bene videlicet;quia ſicut ex ti.& traditio-
ne cauſatur publiciana contra poſſidentem ſine tit. ut l.j. & per
totum.ff.de publicia.Eodem modo ex hypotheca facta a debi-
tore poſſidente cum titu.& bona fide, qui non habebat domi-
niũ,cauſatur vtilis hypothecaria,vel quaſi, in qua ſatis eſt pro-
bare vtile dominium,uel quaſi debitoris hypothecantis ad ob-
tinendum contra tertiũ poſſeſſorẽ ſine titu.poſſidentẽ, ita not.
Bar.in l.ſi ab eo.ff.de pig.& clarius in l. rem alienam.in j. col. ff.
de pig.actio.& Bal.in l.mater,in j.col.in verſic. Item in præiudi.
tertii.C.de rei vendi.& in l.cum res.in additione ſua.C.ſi res alie
na pig.da.ſit,& firmat Cor.in conſi.288.4.vol.in litera L.per al-
legata ibi per eum. † Et ex his infertur, ꝙ pignus & hypotheca
61 dicitur titulus,vt etiam eſt tex.in l.pignoris.C.de pig.actio. not.
Bal.in l.ſi tibi.C. de pig. vbi dicit de hoc fuiſſe olim maximam
quæſtionem,& innũit, ꝙ ſit titulus per tex.ibi. Quot autem mo
dis accipiatur titulus,vide glo.& ibi Barto. in l.non eſt.C.fami.
ercis. Ci. in l.cogi.in prima quæſtione.C. de petitione hęre. vbi
ponit, ꝙ titulus nouem modis accipi poteſt.Alex.in l.j.in 4.not.
ff.ſi cer.pet.& ex not.in locis prædictis intelliges, quomodo pi-
62 gnus dicatur titulus. † Quintò adde in materia,quòd licet obli
gatio rei alienę non valeat in præiudicium domini; tamen ui-
detur ualere debere in præiudicium debitoris obligantis ut ip-
ſe ſi poſſideat poſſit conueniri hypothecaria;ita tenet Bald. in l.
mater. in j. col. C. de rei vendi quia debitor non poteſt referre
creditori.q dominii,allegat.l.ſi inter.§.ſi debitor.ff. de pign.ſed
Bar.in l.1.§.1.ad fi.ff.de pig.tenet contrarium, videlicet ꝙ actio
hypothecaria non detur contra debitorem,qui obligauit rem
alienam. Nec habet obſtare ſecundum eum, ꝙ debitor nõ poſ
ſit referre.q.dominii,iuxta not.in l.j.§.ſi prædo.ff. depoſiti. & in
l.ita vt ſi fur.ff.commo.Quia ad hoc reſpondet ipſe, ꝙ prædicta
procedunt,quando ageretur actione perſonali ex contractu,ſe
cus autem quando agitur actione reali,videlicet hypothecaria:
tunc enim bene poteſt referri.q.dominii. Bart. autem in d.rem
alienam.in 2.col.in ver.quæro circa iſtam partem.ff.de pig.acti.
videtur tenere cõtrarium,videlicet ꝙ quando agitur hypothe-
caria contra ipſum debitorẽ,ſufficiat probare poſſeſſionẽ debi-
toris,& ponere,ſeu articulare de dñio abſq; eo, ꝙ aliter probe-
tur:quia contra debitorem ex probatione poſſeſſionis reſultat
probatio dñii:cum non poſſit referre.q.dñii,ex quibus apparet,
ꝙ iſta qõ eſt valde dubia,& ipſam per diſtinctionem late expli-
cat Bar in l.commodare.ff.commo.& adhuc plenius reaſſumit
& magiſtraliter more ſuo idem Bart. diſtinguit,in l.ſi alienam.
ff.ſol.matrim.& ibi poſt eum Alexand.aliqua addit diſtinctio-
ni Bartol. Quorum dicta non puto aliter referenda, niſi in-
63 quantum reſpiciunt materiam & terminos noſtros. † Et ideo

pro

Source : BIU Cujas

pro concluſione præſentis dubitationis dicendum eſt, ꝙ quando ille, qui habet cauſam ab aliquo, agit contra eum, a quo cauſam habet, & tunc etiam, quòd agatur actione reali. ille a quo agens cauſam habet non poteſt ei referre quæſtio. dominij, dicendo ſe non fuiſſe dominum; quia hoc dicendo allegaret turpitudinem ſuam, quod non licet; vt l. ſi creditoribus C. de ſeruo pig. da. ma. & ita tenet glo. in l. cum res. & ibi Bar. Bal. & Saly. C. de probationibus. ſequitur Alex. in d. l. commodare. in fine apoſtil. magnæ, & idem Alex. in d. l. ſi alienan. in j. col. & exemplificant in emptore agente rei vendicatione contra uenditorem, & concludunt, ꝙ tali caſu venditor non poteſt excipere
64 ſe non fuiſſe dominum; quia allegaret turpitudinem ſuam, ut dictum eſt † licet econtra emptor non videatur fateri uenditorem fuiſſe dominum, & ſic ipſe emptor conuentus a uenditore rei uendicatione poſſet negare illum fuiſſe dñm; quia hoc negando nullam allegat turpitudinem ſuam, ita tenet gloſ. & Ang. in l. j. in verſi. a non dño. ff. de publi. & Alex. in conſi. 43. viſis & ponderatis. 2. col. uerſic. præterea ad probandum locationem. 4. vol. & in conſi. 85. 2. col. 5. volum. & in conſil. 115. viſo proceſſu. 6. volum. in fi. vbi idem eſſe dicit, ſi creditor ageret hypothecaria ⁊ poſſeſſorem, qui habet cauſam a debitore, ꝙ. ſ. poſſeſſor conuentus a creditore poſſit negare debitorem, a quo ipſe habet cauſam, fuiſſe dñm, licèt Salyc. in d. l. cum res. in hoc voluerit contrarium & male, vt ibi per Alex. allegantem Ang. in d. l. j. Et ſic vera vr̃ concluſio, ꝙ debitor conuentus hypothecaria a creditore non poſſit negare, vel excipere, ſe non fuiſſe dñm, & ſic ꝙ ſit tenenda concluſio Bart. in d. l. rem alienam. & Bal. in d. l. mater. Et iſta etiam vr̃ magis cõis opin. vt refert Alex.
65 in d. l. ſi alienam. † In actione autem ex contractu, videlicet in pignoratitia aliter eſt dicendum. Nam ſi debitor ageret directa pignoratitia ⁊ creditorẽ, & creditor exciperet, ꝙ debitor agens non ſit dñs, talis exceptio nõ impediret pignoratitiam directã, quia ad producendam pignoratitiam directam, quæ datur debitori, non requiritur, ꝙ ille, qui dat rem pignori, videlicet debitor ſit dñs, ut lege nec creditores C. de pig. actio. & notat Bar. in d. l. ſi alienam, licèt ad cõſtituendum ius in re, & ſic ad hypothecariam bene requiratur dñium debitoris, ut ſubdit ibi Bart. & eſt tex. in l. ſi pignore. § ſi prædio. & ibi etiam not. Barto. ff. de
66 pig. actio. † In pignoratitia uerò contraria, quæ datur creditori ⁊ debitorem, idem dicendum eſt, videlicet ꝙ ſi debitor excideret, ꝙ agẽs non ſit dominus, vel ꝙ ipſe debitor, qui pignorauit, non fuit dominus, talis excep. non obſtaret; quia in hac actione non requiritur probatio dominii per prædicta: & quia etiam debitor allegaret ſuam turpitudinem, quod non licet, vt dictũ eſt.
67 † Sed ſi creditor conuentus pignoratitia directa a debitore nõ exciperet de defectu dominii debitoris, ſed potius allegaret & exciperet ſe eſſe dñm rei pignoratæ & non teneri illam reſtituere, tunc bene talis exceptio hr̃et obſtare, & debitor ad obtinendum haberet probare ſe dñm; quia dñium creditoris recipiẽtis impedit ⁊ctum pignoris. l. neque pignus. ff. de reg. iur. ita tenet Bar. in d. l. cõmodare. & Sali. in d. l. nec creditores. in uerſi. quęro
68 modo &c. † Si verò creditor conuentus pignoratitia directa exciperet ⁊ debitorem de dñio alterius tertii, videlicet ꝙ dñiũ rei pignoratæ ſpectet ad alium, & tunc talis exceptio nõ admittetur: quia non poteſt de hoc excipere contra eum, a quo cãm habet. d. l. nec creditoris, & quia etiam ꝙ dicta res fuerit aliena, non impeditur ortus pignoratitiæ, vt per Bart. in d. l. ſi alienam. quia obſtat regula, ꝙ de iure tertii non licet excipere: ut l. loci corpus. §. competit. ff. ſi ſerui. uendi. hr̃ plenè per Bart. in l. 2. ff. de excep. rei iud. & ita tenet Bar. in d. l. commodare. & Salic. in d. l. nec creditores. & plenius in l. non vnde. C. ſi cer. pet. & de hac materia vide etiam quæ ſubdam inf. in 3. membro. 7. partis in
69 verſi. vlterius quæritur &c. nu. 14. vſque ad nu. 16. † Poſtremò ꝑ complemento huius tertii membri ſecundæ partis quæritur, an res prohibita alienari poſſit pignori dari, & in hoc Bartol. in l. in quorum. ff. de pign. poſuit vnam diſtinctionem, dicẽs quòd qñque prohibetur res vendi: quia eius commercium interdicit de iure, ut in re ſacra, religioſa, vel ſimili: & tunc pignori nõ põt
70 dari † quia etiam pignus eſt commercium, ut l. i. §. eam rem. ff. quæ res pigno. oblig. poſ. quandoque non prohibetur commercium, ſed prohibetur vendi uel alienari res: & tunc etiam nõ poteſt obligari per l. fi. C. de re. alien. non alien. & ratio eſt; quia per obligationem peruenitur ad uenditionem pignoris. l. 2. & 3. ff. de diſtra. pigno. vnde ſicut prohibetur uenditio, ita & eius ꝑambulum. l. oratio. ff. de ſponſal. quandoque verò prohibetur perſona emere rem, non autem prohibetur res vendi: & tunc ille, qui eſt prohibitus emere, non prohibetur pignori accipere: qa licèt ipſe pro ſuo debito poſſit alii vendere; tamen prohibitio ad hoc non ſe extendit, ſed ad id ſolum, ut ipſe nõ emat, & iſtud limitat Bar. niſi ille acciperet pignori pro tanta quãtitate, quòd non eſſet ueriſimile debitorem eſſe luiturum, per not. in l. qui habebat. in prin. ff. de leg. 3. & hanc diſtinctionem dicit Bar. procedere ſiue ꝓhibitio ſit facta a iudice, ſiue a lege. Sed circa iſtã diſtinctionem Bar. aduertẽdum eſt, inquantum ipſe in 2. membro firmat, quòd quando res prohibetur alienari, ꝙ etiam non
71 poſſit obligari, per l. fi. C. de re. alie. non alie. † Quia iſta concluſio non eſt ſimpliciter tenenda. Nam glo. in d. l. fi. in ver. hypothecam. dicit, ꝙ d. l. fi. quæ diſponit, ꝙ ſiue lex, ſiue teſtator, ſiue contractus prohibeat alienationem, non ſolum cenſetur ꝓhibere dominij translationem, ſed etiam hypothecam, uel pigno ris nexum, loquitur ex quadam interpretatione, ſed ꝙ verè & propriè loquendo, & ſic ex proprio ſignificatu prohibita alienatione non cenſetur prohibita hypotheca, & ratio eſt; qa alie natio proprie dicitur, quando dominium transfertur: vt l. j. C. de fundo dot. & l. alienationis. ff. de verbo. ſig. & no. glo. in d. l. fi. in verſi. hypothecam. & glo. & Ang. in l. benignius. ff. de legibus.
72 Imo. & alii in c. epiſcopi. de rebus eccleſię non alie. † Pignus aũt manet in bonis debitoris, vt l. pignus. C. de pign. actio. ita tenet glo. prædicta. Et dictam gl. ꝙ appellatione alienationis propriè veniat illa, ex qua dominium transfertur, & impropriè obligatio & hypotheca, ſequuntur & dicunt eſſe notabilem ibi Cyn. Bal. Sal. Pau. de Caſt. & alii, & Alex. in conſil. 29. clariſſime doc.
73 5. col. num. 51. 7. uol. † Et per illam glo. inferunt. ꝙ ex quo obli. & hypotheca impropriè uenit appellatione alienationis, ꝙ qñ ſumus in diſpoſitione ſtrictè intelligenda, vt in ſtatutis odioſis & pęnalibus & in teſtamentis, quibus prohibetur alienatio in odium, uel pœnam, puta quia teſtator prohibet fieri alienationem in tales conſortes, tunc appellatione alienationis non veniet obli. vel hypotheca, ſed illa ſolum, ex qua dominium trãſfertur, & propterea nõ obſtante huiuſmodi prohibitione alienationis in dicto caſu poterit res obligari & hypothecari & etiã locari, ita tenent in d. l. fi. Bald. Salic. & alii, & hoc niſi in caſu, in quo obligatio, uel hypotheca fieret pro tanta quantitate, ꝙ veriſimiliter non eſſet ſpes luitionis, iuxta. d. l. qui habebat. ff. de leg. 1. & iſtam concluſionem tenet etiam Soc in conſi. 75. circa præſentem conſultationem in 2. col. in verſi. ſed his non obſtãtibus in 1. vol. Ex quibus apparet, ꝙ dicta deciſio Barto. in d. l. in quorum. in 2 membro dictæ ſuæ diſtinctionis poteſt hr̃e locũ & procedere, qñ ſumus in diſpoſitione, in qua fit lata interpretatio, prout ſunt teſtamenta fauorabilia & hmõi; tunc. n. prohibita alienatione cenſetur etiam prohibita oblig. & hypotheca, ſecus autem qñ ſumus in diſpoſitione pœnali, vel odioſa, vel aliter ſtrictè intelligenda; nam tunc prohibita alienatione nõ cen
74 ſetur prohibita hypotheca. † Et max. hoc eſt verum in ⁊ctib. in quibus verba ſunt ſtrictè intelligenda. l. quicquid aſtringẽdę. & l. ſtipulatio iſta. §. in ſtipulationibus. ff. de verb obli. & l. ſi prę-
ſes. & l. ſi de interpretatione. ff. de pœn. & ita late firmat Alex. in conſi. 41. viſo themate. in fi. 6. volu. & in conſil 169. inſpecto ac mature. in fi. eo vol. & ita ſunt intelligenda no. per Bar in d. l. in quorum. & in d. l. qui habebat. & ĩ l. rem legatam. ad fi. ff. de adi.
75 lega. † Nec habet obſtare id, quod dicebat Bart. in d. l. in quorũ. ꝙ prohibita alienatione ideo cẽſetur prohibita hypotheca: qa ꝑ illam peruenitur ad alienationẽ. l. oratio. ff. de ſponſali. Quia rñdetur, ꝙ regula. d. l. oratio. videlicet ꝙ qñ vnum prohibetur, cenſeatur prohiberi omne id, per quod peruenitur ad illud, procedit per interpretationem extenſiuam, vt probat text. in dic. l. oratio. in ver. ſuppleatur, & no. Cy. Bald. & Salic. in l. j. in vlti. col. C. ſi rector prouin. Vnde cum veniat per extẽſionem, ſequitur, ꝙ illa non habet locum in diſpoſitionibus pęnalibus & odioſis & ſtrictè intelligendis, per no. in auc. quas actiones. C. de ſacroſ. eccle & ita late firmat Laſ. in l. 2. in vlt. col. ff. de iuriſd. om. iud. vbi ex regula. d. l. oratio facit pulcherrimas illationes. Rõ ergo Bar. fundata in d. l. oratio. reſtringi debet ad diſpoſitionẽ & materiam, in qua fit lata interpretatio. In aliis autem duobus mem
76 bris Bar. in d. l. in quorum. tenenda eſt ſua diſtin. † Et pro confirmatione prædictorum facit: quia videmus, ꝙ vbi iura voluerũt prohibere etiam hypothecam, iſtud expreſſerũt, nõ acquieſcendo in ſola prohibitione alienationis, ut facit tex. l. fi. §. ſed quia noſtra. C. comm. de lega. ubi prohibetur alienari & obligari vel hypothecari res ſubiecta reſtitutioni fideicõmiſſariæ purè vel in diem certam, & idem facit iurislator in l. fi. C. de pac. vbi ꝓhibetur alienatio & ẽt hypotheca bonorum perſonæ viuẽtis ſub ſpe futuræ ſucceſſionis, niſi illa perſona conſentiat. Datur enim intelligi ꝙ ex quo ĩ dictis iuribus prohibitio alienationis fit in odium, & non in fauorem alicuius, ꝙ prohibita alienatione nõ fuiſſet prohibita hypotheca, & propterea imperator vltra ꝓhi-
77 bitionem alienationis prohibuit ẽt hypothecã expreſſe. † Secus autẽ in prohibitione, q̃ fit principaliter in fauorem alicuius, vt exemplificari põt in alienatione prohibita tutoribus & curatoribus pupillorũ & minorum de bonis eorum ſine decreto iudicis, de qua in l. j. in prin. ff. de rebus eorum. illa. n. facta fuit ĩ fauorem pupillorum & minorum, vt hr̃ in auc. ſacramenta pub. C. ſi aduer. vendi. & ideo licèt ſimplr diſtractio ex alienatio ꝑdiorũ fuerit ꝓhibita: vt d. l. j. in prin. Tñ talis prohibitio extendit̃ etiã ad obligationẽ & hypothecam: vt l. ſi pupillorum. §. ſi prætor. eo. titu. Et idem põt dici in terminis. l. filiusfa. §. diui. ff. de leg. j. & in multis aliis caſibus adaptando illos ad prædictam concluſionem & cõcordiã, licèt doctores ĩ hac materia aliqñ loquant̃ indiſtinctè, & aliqñ dicant, ꝓhibita alienari non poſſe obligari, & aliqñ dicant ⁊riũ: nã concordanda ſunt: vt ſ. deductũ eſt, quę

Source : BIU Cujas

78 no.quia non inueni bene declarari per aliquem. † Inſurgit aũt in prædictis alia vtilis dubitatio,videlicet an in caſu, in quo eſt etiam prohibita obli.vel hypotheca ſub pœna,puta quando ſumus in prohibitione alienationis in materia fauorabili, vel late interpretanda,ſecundum quòd concluſum eſt ſup.ſaluando ſecundum membrum dictæ diſtinctionis Bartol. in d.l.in quorũ. ff.de pig.vel etiam in aliquo alio caſu,in quo inueniretur prohibita pignoratio,an in tali ſeu talibus caſibus ex ſola ſimplici hypotheca ſine traditione incurratur pœna dictæ prohibitionis, & in hoc puto concludendum,q̃ per ſimplicem hypothecam ſine traditione non incurratur pœna, iſtam concluſionem firmat Bald.in c.j.§.aut ſi libellario.in vlti.col.in verſic.ſequitur in tex.aut pigno.in tit.qui.mo.ſeu.amit.ubi ipſe concludit, q̃ licet feudum ſit prohibitum alienari,vel pignori dari ſub pena amiſſionis feudi:tamẽ hoc intelligitur ita demum, ſi proceſſum fuit ad traditionem rei,aliàs ſecus, vt dicit notari per Cyn. & alios in l.ſi alienatum. ff.de verb. ſig. & ſubdit ſe etiam ita intelligere in pignore prout in alienatione, & q̃ per ſimplicem hypothecationem nudo verbo factam nunquam intelligitur ventum contra prohibitionem,niſi ſit proceſſum ad traditionem, licèt aliàs hypotheca nudo conſenſu conſtituatur,& q̃ idem eſt,ſiue per teſtamentum,ſiue per ſtat.ſit prohibita alienatio ſub pœna, videlicet quòd nunquam per verbalem pignorationem incurritur pœna,qa promittere non eſt alienare.l.ad eum. §. Lucius. ff de dona.cum aliis ibi per eum allegatis, idem tenet Bald. in cap.primo.§.denique.quæ fuit prima cauſa bene.amit. & in capit primo,in prin.in 1.colum.ad fi.de prohibi.feud.alie per Fed.

79 † Et idem videmus in alienatione emphyteuſis,quia niſi ſit proceſſum ad traditionem,emphyteuta per ſimplicem uenditionẽ non incurrit pœnã caducitatis,iuxta l.fi.C. de iure emph. ita tenet Specu.in titu.de loca.§.nunc aliqua.verſi.195.& Ioan.And. & Pau.de Leaz.& Ant.de But.in c.potuit.de loca.& optime facit tex.in d.l.ſi alienatum.in princ.ff.de verb.ſignif.& mouẽtur: quia ver.alienatio,ſeu pignoratio,eſt cum effectu intelligendũ. l.prima.§.hæc verba.ff.quod quiſque iur.cum vulg. & quia venditio non dicitur perfecta ante traditionem.§. venditæ. inſti. de re.diui.& idem tenet Saly.in d.l.fi.C.de re.alie.non alie.qui etiã pro hoc adducit, q̃ quando in contractu venditionis non interuenit traditio,habetur pro non facta, & ab ea nudo conſenſu receditur.l.ab emptione.ff.de pac.& idem tenet Alb.in d.l.fi. in vltimis uerbis,& Ant.de Butr.in conſi.97. viſo puncto & inſtrumento.ad fi.& ita etiam per prædicta tam in feudo,quàm in emphyteuli tenet Alex.in cõſi.173.viſo themate & ſcriptis &c. in 2.col.2.vol.& ita etiam tenet Iaſ.referendo prædicta in d.l.fi. char.pe.19.q.C.de iure emph.& pro hoc etiam addit gloſ.in l.j. §.ſi rem depoſitam.in glo.j.& ibi Barto. ff. depoſiti.& Bal.in l.3. C.ut in poſſ.leg.& dicit hanc eſſe communem opi.quamuis cõtrarium teneat Imo.in d.c.potuit.col.41. & ſeq.intelligendo tamen ſemper,niſi hypotheca fieret pro tanta quantitate, q̃ non eſſet veriſimiliter ſpes luitionis,per not per Bar.in d.l.qui habebat.de leg.3.& per Alex.in l.3.C.de leg.Et ſic remanet firma.cõcluſio,q̃ prohibita pignoratione,uel hypotheca ſub pena prinationis,uel alia,non incurritur talis pœna per ſimplicem hy-

80 pothecam conuentionalem nudam a traditione. † Tamen nõ propterea eſt dicendum, aut exiſtimandum, q̃ ſtante prohibitione pignoris uel hypothecæ expreſſa, vel comprehenſa ſub ver.alienationis,quòd ipſa ſimplex hypotheca vel obligatio valeat, ſed immo erit inefficax quæcunque hypotheca contracta contra dictam prohibitionem; quia diſpoſitio loquens in vno ex ipſis habet locum in alio,vt habetur in l.ſi rem alienam.§.prie.ff.de pigno.actio.& dixi ſup.in pri.parte nu.8.& quia etiam eſt eadem ratio in vtroque, quia per vtranque paratur præambulum ad alienationem,ut de pignore no.Bart.in l.in quorum.

81 ff.de pign. † Et de hypotheca ſimplici probatur:quia etiam illa, dum poſſeſſio eſt apud debitorem,poteſt vendi,ut eſt text.in l.ſi in hoc.C.de diſtra.pigno & dicam late.inf.in 6.parte principali in primo membro in 4.ampliatione. Eſt ergo concluſio, quòd prohibito pignore vel hypotheca ſub pœna, ex ſimplici hypotheca ſine traditione,non incurritur pœna,vt dictum eſt,& hypotheca eſt nulla,& ita vult Bal.in d.j.ind §.aut ſi libel.quib.mo. ſeu.amit.& illud quod dixi de traditione intellige, etiam ſi traditio fieret ficte per conſtitutum; quia tunc incurreretur pœna iux.l.quod meo.in prin.ff.de acq.poſ.& firmat Iaſ.in d. l. fi. char. 189.in fin.2.col.concluſio ergo ſup. facta procedit in hypotheca nuda ab omni traditione, & per prædicta remanet expeditum iſtud tertium membrum ſecundæ partis.

SVMMARIVM.

1 *Hypotheca tacita dicitur illa, quæ eſt introducta a lege,vel ſtatuto, licèt etiam appelletur expreſſa.*

2 *Tacita hypotheca diuerſimode conſideratur.*

3 *Hypotheca introducta a lege,vel ſtatuto licèt ſit tacita: eſt tamen vera non ficta non obſtãte impoſitione vel inductione per verba fictionẽ denotãtia.*

4 *Lex fingendo in actu deſcendente a poteſtate iuris non operatur fictè ſed verè.*

5 *Hypotheca tacita non poteſt probari per teſtes,expreſſa autem ſic. Tacitæ hypothecæ in quibus caſibus de iure ſint inductæ.*

6 *Hypotheca tacita competit in bonis tutoris,vel curatoris.*

7 *Hypotheca tacita non ſolùm inducitur in bonis tutorum,ſed etiam protutorum & qui ſe gerunt pro tutore.*

8 *Hypotheca tacita locum habet in bonis curatorum ad lites datorum, & eorum fideiuſſorum.*

9 *Hypotheca tacita procedit etiam in bonis actorum a tutoribus vel curatoribus conſtitutorum.*

10 *Tacita hypotheca non procedit in bonis actoris loco tutorum vel curatorum a iudice dati.*

11 *Bonis tutoris & curatoris obligatis an cenſeantur & bona hæredis obligata.*

12 *Tacita hypotheca in bonis tutoris vel curatoris a quo tempore incipiat.*

13 *Tacita hypotheca competit in bonis patris male & fraudulenter bona filij adminiſtrantis.*

14 *Pater in bonis in quibus habet vſumfructum non tenetur reddere adminiſtrationem filio de his,quæ culpabiliter geſſit, de fraudulenter autem geſtis ſic, in his autem in quibus non habet vſumfructum, indiſtinctè tenetur, & nume.15.*

16 *Bona patris pro adminiſtratione bonorum filij in quibus non habet vſumfructum cenſentur hypothecata,ſi geſſit ſe pro legitimo adminiſtratore,nõ aliter.*

17 *Hypotheca tacita incipit a tempore adminiſtrationis bonorum filij per patrem fraudulenter.*

18 *Obligatio perſonalis ſeu principalis dupliciter conſideratur.*

19 *Tacita hypotheca qualiter inducì dicatur in bonis paternis.*

20 *Mater tranſiens ad ſecunda vota dicitur tacite hypothecare bona ſua filij primi matrimonij.*

21 *Bona futura ueniunt in tacita hypotheca.*

22 *In materia hypothecæ tacitæ dicta de matre locum habere poſſunt in patre.*

23 *Diſpoſitum in vno ex æquiparatis cenſetur diſpoſitum in alio.*

24 *Tacita hipotheca inducitur in dote & in actione dotis.*

25 *Hipothe.tacita reſpectu bonorum dotalium diuerſimode conſideratur.*

26 *Hipotheca tacita an locum habere poſſit in dote euicta marito.*

27 *Euictio in dotalibus rebus an & quando debeatur.*

29 *Priuilegium tacitæ hipothecæ introductum in §. & vt plenius. C.de rei vx. actio.datum cenſetur actioni non perſonæ.*

30 *Hipotheca tacita tranſit ad quemcunque tranſit actio de dote.*

31 *Tacita hipotheca tranſire poteſt in hæredem extraneum.*

32 *Tacita hipotheca poteſt tranſire in ceſſionarium.*

33 *Ceſſione facta de dote ſimpliciter per mulierem cenſetur etiam ceſſa hipotheca tacita.*

34 *Hipotheca tacita pro dote competit etiam, quando pater agit ad dotem vt legitimus adminiſtrator filiæ.*

35 *Pater agens procuratorio nomine filiæ & ad filiæ vtilitatem gaudere debet priuilegio tacitæ hypothecæ,ſecus ſi nomine proprio.*

36 *Pater quibus caſibus cenſeatur obligatus pro reſtitutione vel conſeruatione dotis nurus ſuæ.*

37 *Diſpoſitio adiuncta verbo debet intelligi ſecundum tempus verbi.*

38 *Tacita hypotheca procedit etiam in bonis paternis, etiam ſi ſint ſubiecta reſtitutioni fideicommiſſariæ.*

39 *Tacita hipote.an poſſit habere locum in bonis mentecapti vel furioſi.*

40 *Pater naturali ratione tenetur dotare filiam, & filiũ donis propter nuptias honorare.*

41 *Pater cenſetur obligatus pro dote filio ipſius iuſſu data.*

42 *Iuſſus differt a ſimplici conſenſu,mandato,ratihabitione & voluntate.*

43 *Conſenſus illius,de cuius præiudicio agitur, non debet neceſſariò eſſe ſolennis vel formalis.*

44 *Furioſus an aliquo caſu dicatur conſentire.*

45 *Obligatio conſecutiua ad actum,in quo differat a conuentionali.*

46 *Priuilegium tacitæ hipothecæ cõceſſum actioni de dote competit etiam pro augmento dotis.*

47 *Tacita hipotheca procedit pro alimentis debitis vxori per maritum.*

48 *Actio dotis conſideratur in tacita hipotheca non quantitas ipſius dotis.*

49 *Fructus & acceſſiones dotis percepti per maritum peti dicuntur per mulierem actione dotis.*

50 *Dos cum fructibus ipſius dantur marito pro oneribus matrimonij ſupportandis.*

51 *Officium iudicis nobile nullam actionem vel obligationem præſupponit.*

52 *Tacita hipotheca quæ datur pro actione dotis ſe extendit ad omne ad id quod ipſa actio dotis.*

53 *In contractibus bonefidei fructus non veniunt iure actionis ſed officio iudicis mercenario.*

54 *Datio fideiuſſoris & datio pignoris æquiparantur.*

55 *Maritus qualiter petere poſſit,vel debeat acceſſiones dotis.*
Fideiuſſor quo caſu teneatur pro ſorte & vſuris debitis ex contractu ſtricti iuris,vel bonefidei per debitorem inito.

56 *Fideiuſſor ſimpliciter intercedens tenetur etiam pro acceſſionibus & uſuris, quæ veniunt officio iudicis.*

57 *Priuilegium tacitæ hipothecæ procedit etiam pro pretio rerum dotalium per maritum alienatarum.*

58 *Bona mariti an pro pretio rerum dotalium per ipſum vẽditarum ſint tacite hipotheca.*

Source : BIU Cujas

hypotheca, & an pretium redactum ex ipsius bonis dicatur tacite obligatum pro dote.
59 Pretium rerum mariti venditarum & tacite obligatarum pro restitutione dotis succedit loco dictarum rerum.
60 Actio quæ cumulatiuè accedit alteri sortitur eandem naturam cum prima.
61 Regula, quòd accessorium sequitur naturam principalis, procedit, vbi accessorium non potest stare sine principali.
62 Priuilegium tacitæ hypothecæ habet locum & potest procedere contra fideiussorem.
63 Priuilegium tacitæ hypothecæ potest competere vxori in bonis mariti non solum dotalibus, sed etiam parafernalibus.
64 Tacita hypotheca introducta pro dot. an locum habeat in donatione propter nuptias.
65 Mulier agens ad donationem propter nuptias habet tacitam hypothecam absque priuilegio prælationis.
66 Donatio propter nuptias an & qualiter dicatur in dñium vxoris transire.
67 Tacita hypotheca an locum habeat in extraneo dotante & dotem repetẽte.
68 Priuilegium tacitæ hypothecæ non procedit in muliere hæretica.
69 Mulier iudea habet tacitam hypothecam in bonis mariti iudei, nam inter iudeos est matrimonium.
70 Priuilegium prælationis tacitæ hypothecæ, quod datur doti, non datur pęnę illi adiectæ.
71 Tacita hypotheca non procedit pro dote promissa vel data pro sponsa per verba de futuro.
72 Sponsa an habeat priuilegia dotis.
73 Tacita hypotheca an locum habeat in bonis mariti minoris xxv. ann. contrahentis matrimonium & recipientis dotem.
74 Bona mulieris minoris promittentis vel dantis dotem an tacite hypothecentur pro dicta promissione obseruanda.
75 Vxor minor non potest bona immobilia dare in dotem sine curatore & decreto iudicis.
76 Tacita hypotheca an locum habeat in dote confessata.
77 Hypotheca pro dote expressa quo tempore incipiat, & quid in tacita.
78 Dispositio. l. 1. ff. qui potio. in pigno. habe. non procedit specialiter in dote, sed in quolibet creditore.
79 Expressa hypotheca non trahitur ad tempus promissionis dotis, nisi promissio sit facta tempore matrimonij contracti, vel post matrimonium.
80 In tacita hypotheca pro dote an sit inspiciendum tempus promissionis, vel solutionis.
81 Taciti & expressi an & quando sit eadem ratio, & quando non.
82 Mulier habens per pactum & conuentionem expressam hypothecam pro dote an etiam illam dicatur habere tacitam a lege inductam.
83 Pignus speciale per mulierem pro dote receptum non facit cessare generalem tacitam hypothecam a lege inductam.
84 Obligatio omnium bonorum mobilium & immobilium pro restitutione dotis facta non includit nomina debitorum.
85 Tacita hypotheca in quo differat ab expressa.
86 Prouisio legis est efficacior prouisione hominis.
87 Prouisionem hominis annihilare prouisionem legis qualiter sit intelligendũ.
88 Lex iubemus. & l. etiam. C. ad velleia. quo casu disponant.
89 Fideiussor potest accedere pro dote danda marito, sed non pro dote vxori reddenda.
90 Recipiens a colono suo fideiussorem an videatur renuntiare tacitæ hypothecæ super rebus illatis & inductis.
91 Locator prouidens sibi de speciali & expressa hypotheca in certa re conductoris, non propterea cessare facit tacitam inductam a lege super bonis inuectis & illatis.
92 Fideiussoris datio simplex, qui veteri obligationi accedat, non inducit nouam obligationem; sed solum est additamentum maioris cautionis.
93 Prouisio legis quando tollatur per prouisionem hominis.
94 Priuilegium tacitæ hypothecæ sine priuilegio prælationis ad quos hæredes transeat.
95 Priuilegium tacitæ hypothecæ cum priuilegio prælationis an transeat ad filios secundi vel alterius matrimonij.
96 Priuilegium tacitæ hypothecæ cum prælatione an competat vni mulieri contra aliam prętendentem similem hypothecam ex causa alterius dotis.
97 Lex assiduis. §. exceptis. C. qui potio. pignor. habe. quo casu loquatur & disponat.
98 Tacita hypotheca anterior pro dote præfertur expressæ posteriori.
99 Mulier habens expressam hypothecam pro dote an præferatur alijs habentibus tacitam anteriorem.
100 Mulier habens expressam hipo. pro dote posteriorem an præferatur creditori habenti expressam anteriorem.
101 Regula, quòd taciti & expressi idem est iudicium, procedit, si tacitum procedat secundùm regulas iuris communis, secus si contra.
102 Correctio iuris communis non recipit extensionem de casu ad casum.
103 Argumentum de personali actione ad hipote. non procedit.
104 Priuilegiũ tacitæ hipothecæ cum prælatione an cõpetat pro dote putatiua.
105 Matrimonium putatiuum bonafide contractum habet priuilegia veri matrimonij quò ad dotem.
106 Priuilegium tacitæ hipothecæ an locum habeat in matrimonio putatiuo ex parte mariti.
107 Priuilegium tacitæ hipothecæ cum prælatione an possit per mulierem cedi vt transeat in cessionarium.
108 Fiscus & mulier in materia hipothe. pari passu ambulant.
109 Lex. 1. C. de iu. fis. & l. si is qui. ff. de iu. fis. non habent locum, vbi mulier contendit cum fisco pro dote.
110 Anterioritas vel posterioritas instrumentorum consideratur secundùm ordinem scripturæ.
111 Priuilegium tacitæ hipot. mulieri pro dote datum an transeat ad quoscunq; hæredes.
112 Priuilegia dotis an competant solu. matri.
113 Tacita hypo. contrahitur pro bonis à fisco emptis.
114 Fiscus in quibus ciuitatibus vel populis esse dicatur.
115 Bona delinquentium an pro eius fisco applicandis censeantur tacitè ipsi obligata.
116 Quasi contractus per litis contesta. inductus quid operetur.
117 Fiscus an in dubio præferatur priuato, vel econtra.
118 Fiscus in causa onerosa præfertur in dubio priuato, in causa autem lucratiua præferri debet priuatus.
119 Tacita hypothe. inducitur in bonis administratorum ciuitatum, nam eorum bona sunt ciuitatibus quarum gesta est administratio taci. hypo.
120 Taci. hypo. habet locum in bonis prælati ecclesię pro mala administratione bonorum ipsius ecclesiæ.
121 Prælatus in multis equiparatur tutori.
122 Tacita hypot. non procedit in camera episcopali, seu in contractu cum episcopo inito.
123 Tacita hyp. procedit in bonis orphanotrophij, vel hospitalarij pro eorum mala administratione.
124 Bona delinquentis, puta furis censetur pro restitutione, vel satisfactione fienda tacite hypothecata.
125 Tacita hyp. inducitur in collectis & fauore collectarum soluendarum.
126 Tacita hypo. inducitur fauore decimarum soluendarum in bonis, de quibus soluenda est decima.
127 Bona emphyteutica pro quibus ea non debetur quolibet anno, an sint tacite pro illo obligata.
128 Res inuectæ & illatæ in domum conductam tacite sunt obligatæ pro pensione & affictu domus locatæ.
129 Res inuectæ & illatę in domum conductam an possint retineri per locatorem pro alio debito, quàm locationis tanquàm tacite hypothe.
130 Beneficium retentionis competit in causa dotis soluendę.
131 Res inuectę seu inductę in domum conductam licet tacite sint hypothecatę non tamen prohibentur alienari, nisi expresse sint obligatæ.
132 Hypothecaria datur contra tertium possessorem tam pro tacita quàm pro expressa hypotheca.
133 Saluianum interdictum competit locatori pro rebus coloni illatis & inuectis, pro rebus autem inquilini vtile.
134 Tacita serui hypotheca an impediat eius manumissionem.
135 Res expresse obligatæ per secundum conductorem primo conductori nõ sunt ex illa conuentionali obligatione obligatæ primo locatori.
136 Res inuectæ & illatæ per secundum conductorem an pro primo conductore censeantur tacite obligatæ, & quare.
137 Secundus creditor qui gratis a primo conductore domum recepit, an teneatur de domus deterioratione, vt pro ea dicantur res illatæ taci. oblig.
138 Deteriorans rem alterius etiam commodatam tenetur de deterioratione.
139 Appellatione domus quæ veniant.
140 Res inductæ in naui cõducta cẽsentur tacite hypothecatæ pro pẽsione nauis.
141 Res inuectæ & illatæ cẽsentur pro qualibet mercede cõducta tacite oblig.
142 Tacita hypotheca rerum inuectarum & inductarum an per amotionem ipsarum expiret.
143 Hypotheca semel in rebus acquisita non tollitur per alium subsequentem contractum sine consensu illius, cui primò acquisita est.
144 Res illatæ & inuectæ in molendino non sunt tacite obligatæ pro pensione molendini.
145 Res illatæ in præ dium rusticum non intelliguntur tacite obligatæ, secus si in prædium vrbanum.
146 Prædium vrbanum in quo distinguatur a rustico.
147 Fructus fundi conducti indistinctè dicuntur tacite hypothecati pro pretio conducto.
148 Fructus industriales non sunt intelligendi tacite obligati pro pensione prędij rustici, secus de naturalibus.
149 Pretium non succedit loco rei in actione hypothecaria singulari.
150 Bona inuecta vel illata in domo conducta non censentur taci. hypothe. nisi quatenus sint per conductorem illata, cuius probatio incumbit agenti.
151 Res famuli inductæ in domo per dominum conducta non censentur tacite obligatæ pro conductione.
152 Res alienæ inductæ in domo conducta non veniunt in taci. hyp.
153 Merces venales inuectæ in domo conducta an veniant in tac. hyp.
154 Bona minoris inducta in domum conductam non veniunt in tacita hypoth. pro conductione contracta.
155 Bona vsurariorum an dicantur tacite hypothecata pro restitutione vsurarum.
156 Bona secundi mariti quo casu sint tacite hypothecata filijs primi matrimonij.
157 Tacita hypoth. inducitur in bonis testatoris pro legatis ab eo factis.
158 Res legatæ a testatore non dicuntur in bonis ipsius, nec tacite ãicuntur hypothecatæ pro ipsius legatis.
159 Res hæredis an tacite dicantur obligatæ pro legatis a testatore factis.

Source : BIU Cujas

160 *Hypotheca tacita quæ competit pro legatis differt ab alijs hypo.*
161 *Testator potest remittere tacitam hypo.introductam pro legatis.*
162 *Tacita hypoth. introducta pro legatis non procedit in donationibus causa mortis.*
163 *Res empta ex pecunijs pupilli est ipsi pupillo pro restitutione pecuniæ tacite obligata.*
164 *Res empta ex pecunia militis est tacitè pro restitutione pecuniæ ipsi militi hypothecata.*
Res empta ex pecunijs alicuius quibus casibus dicatur taci. hypo.
165 *Tacita hypo.includit & comprehendere potest omnia bona præsentia & futura,etiam nomina debitorum tam præsentia quàm futura.*
166 *Pecunia an possit dici tacite hypothecata.*
167 *Statutum,quòd instrumenta confessionata, vel guarentigiata habeant executionem paratam,militat etiam si petatur executio vigore instrumenti,ex quo resultat tacita hypotheca.*

Quartum membrum secundæ partis princip.

SEquitur modo quartum membrum istius secundæ partis, in quo tractabimus de tacita hypo.in quibus casibus inducatur,& de eius effectibus.præmittenda tamen sunt aliqua
1 pro faciliori intelligentia.† Et primò præmitte, ꝙ tacita hypot. dicitur illa, quæ est introducta ex dispositione legis seu statuti a partibus non expressa,expressa autem dicitur illa quę partium conuentione inducitur,ut probatur in titu.quib.mod. pignus taci.contra.ff.& C.ubi in casibus ibi notatis dicitur tacitè contrahi hypotheca, & tamen illam lex inducit. Et propterea infertur,ꝙ quando lex uel statutum inducit hypothecam, etiã ꝙ illam expressam hypothecam appellet,tñ dicitur tacita, licet habeat uim expressę:ita declarat no.Pau.de Cast.in consil.394. q̃q̃ multa copiose.in 2.col.in versi. ex quibus concludendo &c.
2 † Secundò præmitte,ꝙ si statutum inducens hypothecam diceret,ꝙilla hypotheca habeat eundem effectum quem habet hypotheca descripta in publicis instrumentis,non per hoc intelligetur expressa hyp.quia non per hoc dicitur descripta in instrumento,cum descriptum in instr̃o dicatur illud,quod oculis corporeis legi potest.l.j.ff. de his quæ in testa. delen. & Bal.in l.legẽ. C.loc.sed erit tacita,eiusdẽ tñ effectus,cuius est expressa, vt copiose & pulchrè fir.Ro.in consi.147.licet hæc pars. & Alexãd.in consi. 58.in causa mota per Pau.&c.7.uolum. per alleg. per eos.
3 † Tertiò præmitte,ꝙ licet tacita hyp.inducatur a statuto,vel lege per uerba importantia fictionem,prout est verbum, intelligatur & credatur.l.quoniam.ff.de his qui no.infa.& in §. ei verò qui.inst.de inutil. stip. Tamen per hoc illa hypothe.non erit ficta,sed vera licet tacita;ita probatur in l.in prædiis. ibi. tacite pignora esse intelligantur.ff.in quibus casibus pign.taci. cõtra.& in l.eo iure.ibi pignora esse credantur,eo.tit. Nam licet in dictis legi.sint verba importantia fictionem:tamen illa bona sunt vere hypothecata licet tacitè,ut l.2.C.eo.titu.& ita tenet Iaſ.in repeti.l.si is qui pro emptore.in 17.car.colum.3. in uersi.itẽ adde quòd l.fingendo.ff.de vsucap.
4 † Et ratio est: quia lex fingendo in actu descendente a potestate iuris,verè facit & non fictè secundum Anto. de Butr. in consi.20.ęquitas valde suggerit.& no.Bart.in d. repetit.l.si is qui
5 pro emptore circa fin.fictionis inductiuæ. † Quartò præmitte, quòd tacita hypot.non potest probari per testes, vt pulchrè per Bald.in l.conuenticulam.in fi. C. de epis.& cle.nisi per modum indirectum,vt ibi per eum sed expressa sic;quia licet dicatur expressa,tamẽ de necessitate non requirit scripturam. l. ϗhitur. & ibi Bar.ff.de pig.Istis præmissis deueniendo ad tacitas hypo. videndum, in quibus casibus de iure tacitę hypothecæ inductæ sint,quos omnes casus enumerabimus distinctè.
6 † Primus igitur casus est,in quo tacita hyp.inuenitur de iure, in bonis tutoris & curatoris.Nam eorum bona sunt tacitè hyp. pro administratione tutelæ seu curæ: vt l.pro officio. C. de administra. tuto. Amplia primò, ut d.tacita hypo.inducatur non solum pro male administratis,sed etiam pro neglectis,ita tenẽt
7 ibi Cyn.Bar.Bald.Salyc.& alii. †Secundò amplia,vt non solum. d.taci.hypo.inducatur in bonis tutorum,& cura.vt dictum est: sed etiam in bonis protutoris,videlicet illius qui non est tutor, sed gerit se pro tutore:vt tenet glo.in d.l.pro officio.in gl.fi.quã ibi Bal.dicit non esse alibi,& mouetur glo.per l.dabimus. §.primo.ff.de priui.cred.& ibidem hoc expresse tenet glo.& Bart. & sequitur Socin.in consi.85.viso compromisso. pen. colum.pri-
8 mo volum. † Tertiò amplia, vt idem sit in curatoribus datis ad lites; quia etiam eorum bona & etiam eorũ fideiussorum sunt taci.hypothe.pro eorum administratione sicut bona tutoris,& curatoris,generalis text.est & ibi not.docto in l.properandum.
9 §.fi.C.de iudi † Quartò amplia in actoribus datis ab ipsis tutori. vel curato. quia etiam illorum bona sunt tacite obligata sicut bona tutorum & curatorum,ita tenet Barto.in l.actor.in secun
10 da colum.ff.rem ra.ha. † Fallit autem dicta conclu.in actore dato a iudice loco tutoris vel curatoris; quia illus bona non sunt tacite hypo.vt per Bartol.in dic.l.actor.secunda colum. & me-
11 minit Iaſ.in dic. l. properandum.§. fin. in vlt.colum.† Secundò fallit ī bonis hæredum tutorum uel curatorum, ita tenet Raph. Cu.in cõsi.58.quæritur,an bona hæredis tutoris, vbi dicit, quòd tex.in d.l.properandum.§.fin.qui uidebatur innuere contrariũ, inquantum dicit, hæredesq; & res eorum, debet intelligi de rebus hæredum,quæ fuerunt tutoris & curatoris,nõ autem de rebus propriis dictorum hæredum. Iaſ.autem in dic. §. fin.intelligit,quòd dicta verba,res eorum, debent referri ad tutores & curatores,&credo istam esse veram intelligentiam.Sed subdit Iaſ. quòd tũc ille tex.seruiret de vento;quia sine illo tex. omnia bona tutorum & curatorum, quæ in hæredes deuenerunt, erant obligata minoribus,& propterea ut ille tex.aliquid operetur,debet intelligi secundum Iaſ. quòd loquatur de bonis hæredum, & tunc secundum eum esset magnum priuilegium pupillorum & minorum,tamen Iaſ.super hoc nihil decidit,sed relinquit cogitãdum.Ego autem puto,quòd decisio Rapha.sit uerissima, videlicet quòd bona hæredum tutoris uel curatoris ad lites & ẽt aliorum non sunt tacite obliga. pro administratione tutorum vel curatorum;quia in obligatione generali & expressa bonorum facta per defunctum non ueniunt bona hæredum,vt l.Paulus.in prin.ff.de pign. & habetur per glo.& doct. in l. assiduis.C. qui po.in pig.ha.& in l.prima.C.comm.de legat. & dictum fuit. sup.in secundo membro huius secundæ partis in vi.fal.nu.53.& 54.si ergo etiam in generali & expressa obligatione non veniũt bona hæredis,ergo etiam non dicunt venire in tacita, argu.l.cũ quid. ff.si cer. pet. & non debet dici, quòd sit speciale in pupillis vel minoribus;quia istud dicere est recurrere ad refugium miserorum.vt per glo.& doct.in l.filium quem habentem. C. famil. ercis. & esset inducere correctionem legum contra. l. præcipimus.C.de appel.cum vulg & ideo standum est regulæ,quòd bona hæredum non comprehendantur in obligatione bonorum facta per defunctum.d.l.Paulus.in princ.Et non obst. quòd hoc modo.dic.l.properandum §.fi.seruiret de vento, ut dicit Iaſ.ꝙ potest responderi,quòd immo ille.§.fina. stat cum uirtute operandi,& fuit illa dispositio necessaria: quia licet in tutore & curatore generali esset inducta tacita hypo. de qua in d. l.pro officio. tamen hoc non erat decisum in curatoribus datis ad lites tãtum,& in eorum fideiussoribus:cum ergo de his alibi expresse non esset decisum,non potest dici, quòd imperator in d.§.fi. superuacue loquutus fuerit,ut etiam dicit Bald. ibi. & sic remanet firma decisio Raphe.quòd bona hæredum tutoris vel curatoris non ueniant in taci. hypothe. de qua in dic.l.pro officio.
12 † Sed dubitatur,a quo tempore incipiat tacita hypoth.in bonis dictorum tutorum,curatorum,protutorum & eorum fideiussorum, & glos. in dic.l.pro offic. ponit duas opin. Prima est,quòd hypo.incipiat tempore quo incipit esse tutor,argu.l.cum oportet.§.fin.C.de bon.quę lib.Secunda opin.est,quòd incipiat a tẽpore,quo incepit male administrare,arg. l.hac edictali.§.penul. C. de nup. sed 1. opin tenent ibi Iaco.de Are. Cyn. Bald. & latè Saly.qui respondet ad argu.contraria,opin.tenet Socin.in consilio 61 in præsen.consultatio.in prima & secunda colum.in primo volum.& sic est communis & tenenda, & faciunt quæ. inf.
13 in proxima seq.hypoth.†Secundus casus,in quo inducitur taci. hypo.est,quando pater administrauit bona filii male & fraudulenter,vel illa alienauit;nam isto casũ sunt bona ipsius patris tacite hypothecata,vt l.eum oportet.§.fi.C.de bo.quæ liber.Secus autem est pro culpabili administratione patris:quia illa non tenetur pater,vt declarat glo.Barto.& Bald.in d. l.cum oportet. §. nõ autem.& in §.fi. † Et ratio est:quia pater de bonis, in quibus
14 est legitimus administrator, & habet vsumfructum nõ tenetur reddere rationẽ administrationis filio de his quæ culpabiliter gessit,sed solum de his quæ fraudulenter & dolose gessit, ut habetur in l.Imperator.ff.ad trebell. & istam dicit esse magis communem opin. Socin. in consilio 34.prosequendo ordinem in vlt.colum.1.volum.
15 † In his autem bonis, in quibus patri non quæritur vsusfructus,& non est legitimus administrator filii, iuxta ũtiliter not. p Bartol.in l fina.§ primo.ff.de verborum obligat. pater indistincte tenetur reddere rationem administrationis filio cum restitutione reliquorum,ut not.Bald.in dic.l.cum oportet. §.fina. & Bald.in l.filiæ cuius C.famil.ercis.& habetur per Soci.in d.cõsil. 34.pe.& vlti.col.vbi pulchrè.
16 †Sed dubitatur,quando pater administrat.d.bona,in quibus nõ habet usumfructum, & non est legitimus administrator, quo casu indistinctè tenetur reddere administrationem cum restitutione reliquorum, vt proximè dictum est. An pro tali administratione sint etiam bona patris tacite hypo.sicut sunt hypothecata pro administratione illorum bonorum,in quibus pater habet vsumfructum, & est legitimus administrator, quo casu loquitur.d.l.cum oportet.§.fi.& videtur dicẽdum ꝙ non: quia dispositio. d. §. fina est exorbitans a iure introducendo hypothecam taci.in illo casu speciali, in quo de iure non erat introducta,ut ff.& C.in quibus caus.pig.taci.contraha. ideo non videtur extendenda ad bona,in quibus pater non est legitimus administrator, argum.l.si verò.§.de viro. ff. sol.mat.& not.per Barto.& Alex.

Source : BIU Cujas

Alexan.in l.ſi conſtante.in prin.*in* 8.quæſt.2.partis eod.titu.Tamen in contrarium facit.d.l.pro officio.cum glo.ibi quæ extendit.d.l.loquentem in tutore ad protutorem: vt dictum fuit.s.in primo caſu proximè præcedenti,nu.7.Vnde ſi appareret, ꝙ pater geſſiſſet ſe in adminiſtrandis bonis filii pro legitimo adminiſtratore,cū tamen non eſſet:quia in illis non habebat vſumfructum (ut dictum eſt,) tunc poſſet dici introducta tacita hyp. etiam iſto caſu,ſicut quando eſt verus & legitimus adminiſtrator,per no.in d.l.pro officio,& ita fir.Bald.no.in trac. dotis,in 9. par.in 8.priuil.quod no. ad ampliationem. d.l.cum oportet.§.fi.

37 † Et prædicta tacita hypo. incipit a die inchoatæ adminiſtrationis:non autem a die malæ geſtionis ſecundum glo. Pet.Cy.Bar. Bal.& Saly.in d.§.fi.Nec obſt.ꝙ hoc modo videatur prius naſci hypo. quàm perſonalis ſeu principalis obli.contra l.ſi debitor. C.de priui.fiſ.& no.per Bart.in l.fideiuſſor obligari.in prin.ff.de

38 fideiuſ. † Quia uera ſolutio iſtius contrarii eſt, ꝙ iſto caſu duplex poteſt conſiderari obligatio perſonalis ſeu principalis,vna generalis,& primęua,qua pater incontinenti ꝙ incipit adminiſtrare,obligatur & tenetur res filii ſaluas facere, & abſque fraude & dolo adminiſtrare,& iſta præcedit hypothecam,alia obligatio eſt ſpecialis & ſecundaria, quæ naſcitur ex mala & fraudulenta geſtione patris: vt l.prima. §. eſt autem, & §.ſi apud.& l.ſi duo.ff.depoſi.& licet ante iſtam. 2. ſpecialem oriatur hypotheca,tamen ſatis eſt,ꝙ non oritur ante primam generalem,ita declarat Pet.Bal.& clarius Salic.in d.§.pro officio. C. de adminiſt. tutorum,de quo dicetur.inf.in tertia parte princip. in j. mēbro, in 2.quæſtione,nu.29.uſque ad nu.19.

39 † Tertius caſus,in quo tacita hypo.a iure inducitur eſt in bonis paternis,quando.ſ.pater tranſit ad ſecunda vota, ut.ſ.illa ſint tacite obligata filiis primi matrimonii pro lucris & aliis bonis peruentis ad ipſum patrem ex prima vxore, in quibus pater habet uſumfructum & quaſi proprietatem,ſed illa conſeruare tenetur filiis primi matrimonii,ut eſt tex.in l.ſi quis prioris.§.in illo.C.de ſecundis nuptiis.& ibi glo.Bar.Bal.Saly.& alii, & in illis etiam tenetur pater pro doloſa & fraudulenta adminiſtratione,ſicut in aliis,in quibus habet uſumfructum,de quibus in d.l. cum oportet.§.fi.ut tenet glo.in d.l.in illo. ibi Bal.licet Saly. ibi dubitet,nam opinio gloſ.& Bal.eſt magis communis, ut refert Socin.in d.conſi 34.in pen.col.in 1.uol.Eſt ergo communis cōcluſio, ꝙ in lucris, & aliis bonis peruentis ad patrem ex primo

40 matrimonio,ſi pater tranſeat ad ſecundas nuptias,habet vſumfructum & quaſi proprietatem,& tenetur de doloſa adminiſtratione illorum,& filii prioris matrimonii habent tacite hypo.ꝑ

41 prædictis bona paterna,per d.l.ſi quis prioris.§.in illo.† Et idem eſt dicendum econuerſo in matre tranſeunte ad ſecunda uota, ut ſcilicet eius bona ſint tacite obligata filiis primi matrimonij pro cōſeruandis lucris & aliis bonis ad eam peruentis a primo

42 marito, vt eſt text. in l. hac edictali. §. omnibus. C. de ſecund. nup.& ibi per docto.

43 † Et in dicta tacita hyp. veniunt bona materna tam præſentia q̄ futura,& incipit ex eo die,ex quo res prædictæ peruenerūt

44 ad matrem,ut eſt tex.in d §.in omnibus.† Et illud,quod dicitur in matre in d.§.in omnibus. habet locum & deciſum eſt in patre in d.§.in illo,quia deciſio.d §.in illo.facta fuit ad exemplum eius,quod deciſum prius fuerat in matre in d.§.omnibus.

45 † Cum ergo ęquiparentur, diſpoſitum in vno ex ęquiparatis cenſetur diſpoſitum in alio,per no.per glo.in c.ſi poſtquam. de electio.libr.6.in glo.penult.& late per Iaſ.in l.tranſigere.in 5.columna.C.de ſacroſanc.& in authentica, quas actiones.in 5.colum.C.de ſacroſanctis eccleſijs.& per Cornel. conſil.82.2.volu. in litera I. K.

46 † Quartus caſus & multum notabilis, in quo de iure inducit taci.hypo. eſt:quia inducitur ex ſpeciali priuilegio in dote & in actione dotis,ut eſt text.not.in l.vnica. §. & vt plenius. C. de rei vxo.act.quia iſte caſus eſt valde practicabilis, ideo intendo eum plenius examinare quàm alios, & vt magis ordinate procedamus,ponemus pro regula, ꝙ in dote [illegible]ita hypo. de iure ſit introducta,& poſtea ponemus multas ampliatio. ad regulam, & ſubinde aliquas fallentias,& vltimò nonnullas vtiles q. poſita ergo regula,quòd in dote competit tacita hypothe. per text.

47 in d.l.vni.§.& vt plenius.† Amplia primò regulam prædi.quòd dicta taci.hyp.datur ex vtroque latere,videlicet tā ex parte mariti pro reſtitutione dotis,quàm ex parte mulieris pro ipſa dote præſtanda marito. Item tam in dote data vel promiſſa ꝑ ipſam vxorem,quàm alios pro ea,& ſimiliter tam pro dote recepta ꝑ maritum,q̄ recepta per alios pro eo. Item tam in dote aduentitia,q̄ profectitia item tam in dote, de qua eſt confectum inſtrumentum, quàm etiam in ea, de qua nullum fuit confectum inſtrumentum,vt de omnibus prædi.eſt tex.expreſſus in d.l.vni.§.

48 & vt plenius.† Item amplia etiā regulam habere locum in dote euicta:quia.ſ.maritus,cui dos fuit euicta,ideſt res dotalis ī dotem data,habet tacitam hypo.in bonis dotantis pro rebus dotalibus euictis.tex.eſt & ibi glo.in d.§.& vt plenius. † Iſtud autem

49 intelligit Bal.ibi procedere,quando in dote debetur euictio, puta quia dos incepiſſet a promiſſione:tunc.n.debetur euictio, ſecus ſi incepiſſet a traditione;quia tūc non debetur euictio, iux. l.j.C.de iu.do.& fac.in ſimili.l.Ariſto.ff.de don. Tu autē aduerte,& intellige.d.Bal.procedere quando extraneus dedit dotem, & non fuit incuntinenti ſtipulatus ſibi reddi; quia tali caſu cenſetur donaſſe dotem mulieri,ut d.l.uni §.accedit. C. de rei vxor. actio.& ſicut in donatione quæ incepit a traditione non uenit euictio.d.l.Ariſto.ita etiam non uenit in iſta dote. Non autem procederet.d.Bal.in ſuo dotante uel in extraneo ſtipulante incontinenti ſibi reddi; quia tunc non induceretur donatio, & omnino deberetur euictio,vt videtur caſus in l.ſi pro re pupilli.

50 §.i.cum ibi not.ff.de euic. † Maximè cum maritus ex ſuo latere in dote prætendat titulum oneroſum,licet ex parte vxoris ſit lucratiuus;ut l.fi.§.j.ibi Barto.ff.quæ in frau.cre.& ita tenet per prædicta Ang.de Aret.inſti.de act.§ fuerat.in 6.colum.in glo. uerſi. hypo.& an & quando in dote debeatur euictio, poſuit Bal. no. in trac.dotis,in 7.par.priuileg.42.& habetur per Bar.in l.ſi familiæ.C.fam.ercif.per Bar.in l dubitatur.in fi. C.de euic.per Pau.de Caſt.in conſi.49.viſis omnibus &c.

51 † Ratio autē,quare dicta taci.hypo. cōpetat tam late ex vtraque parte & omnibus perſonis ſupra narratis eſt; quia dictum priui.taci.hypo.introductum in d.§.& ut plenius datur principaliter actioni & non perſonæ,vt eſt tex ī d.§.& vt plenius. ibi, & in huiuſmodi actione damus.ff.ex vtraque parte hypothecā. & ita tenent Bar.& communiter doct.in l.j.ff.ſolu.mat. & Bald.

52 no.in 12.par.in 5.col.in uer.2.quæro de priui.tacitæ hypo. † Secundò loco ergo vltra ſupra dictas ampliationes ex ratione p̄miſſa amplia regulam,ꝙ priuilegium dictæ tacitæ hypo. tranſit ad quēcunque tranſit ipſa actio de dote:ita tenet Bar.in d.l.j. in primo priuil.ff ſol.mat alleg.tex.in §.fuerat.ad fin.inſtitu.de actio.ponderando ibi dictionem aduerſatiuā,autē,quæ innuit, ꝙ hypo.de qua ibi tranſeat ad oēs,& cum Bar. in hoc tranſeūt

53 alii doc.præterquàm in caſu,in quo extraneus dotando ſtipularetur ſibi reddi,de quo infra ſubdā. † Et iō infertur ex hac ampliatione, ꝙ ſicut actio de dote pōt trāſire in extraneum hæredem vxoris,ita pōt tranſire taci.hypo. vt probatur in d.l.vni.§.

54 illo proculdubio. † Tertiò amplia.d.regulā,de qua in d.§.& vt plenius,ꝙ priui.d.hypo.tacitæ prout trāſit in extraneū hæredē, ita ēt trāſit in ceſſionariū ipſius mulieris,ꝑ regulā l.ex pluribus. ff.de admi.tut.q̄ quicquid eſt tranſmiſſibile ad hæredē etiā eſt

55 ceſſibile,& ita etiam voluit Bal.in l.j.C.de priui.do. † Immo,qđ eſt plus,facta ſimplici ceſſione de dote ꝑ mulierē, conſequēter transfertur ipſa tacita hypo.tanquàm pediſſequa actionis dotalis,licèt de hyp in ceſſione nihil fuerit expreſſum.l.emptor nominis.& l.venditor actionis.ff.de hęre.vel act.ven.ita tenet Bal.

56 in d.l.j.in 4.col.in ver.uerū & doc.de pulcherrima quæſt.C.de priui.do.& hr̄ per Bal.& Saly.in l.ſi inſolutū.C.de act.& oblig.

57 & hr̄ per Alex.in l.ſi verò.in prin.ff.ſolu.matr. † Quartò amplia regulā,etiam quando pater ageret ꝑ reſtitutione dotis ſuę filiæ tanquàm eius legitimus adminiſtrator,iuxta.l.ſi cum dotē.§.itē cū pater.ff.ſol.mat.quia tali caſu pater agēs habet priui.dictæ taci.hypo.in bonis obligati ad reſtitutionē,ſecus autē ſi pr̄ ageret nomine ſuo per ſtipulationem a principio facta nomine ſuo, iuxta.l.quoties.ff.ſol.mat.vel per conſolidationem actionis factam in eum iuxta.l.dos patre.C.ſolu.mat.& l vni.§.videamus. C.de rei vxo.ac.quia tali caſu etiam ꝙ talis exactio per obliquū haberet deuenire in filiam,iuxta auct.ſed quamuis.C.de rei vx. act.tamen non habet dictum priui.tacitę hypo.ita fir. Bart. in l. poſt dotem.in 2.q.ad fi.ff.ſolu.mat.& cum Bar. tenent ibi Ang. Imo. & Alex. in vlti.col.licèt ibi Roma.indiſtincte voluerit, ꝙ pater agendo ad reſtitutionem dotis filia viuente habeat priuileg.tacitę hypo. attento ꝙ pater tenetur dotē filię conſeruare iuxta dictam auct.ſed quamuis.Nam eum reprehēdit ibi Alex. dicens iura allegata ꝑ Roma.videlicet.l.cum dotem.ff.ad l.Fal. & l 3.§.fi.ff.de leg.præſtan.non probant: quia in illis iuribus cōmodum omnino erat peruenturum ad perſonam priuilegiatā,ſecus autem eſt in dote exacta per patrem nomine proprio vigore ſtipulationis:quia tunc efficitur eius propriū patrimonium.l.fin.C.commu.vtriuſ.iud. & licet teneatur eam filię cōſeruare per dictam auctenti.ſed quamuis. tamen præſens rei ſtatus non tendit ad illud,attento maximè ꝙ poſſet contingere, ꝙ

58 filia non nuberet, † & q̄ñ præſens rei ſtatus poteſt contingere præter naturam & legem,ſed non indicat contingentiam de futuro,non inſpicitur tunc,quod euenire poteſt. l.inter ſtipulantem.§.ſacram.& ibi Bart.ff de verb.oblig.in ult.colum. Vera eſt ergo concluſio Bar.in d.l.poſt dotem, quòd quando pater agit adminiſtratorio nomine filiæ & ad vtilitatem filiæ: tunc habet priuilegium dictæ taci.hyp. ſecus autem quando pater agit nomine ſuo proprio,licet per obliquum talis exactio poſſet redundare in vtilitatem filiæ,& in hanc concluſionem inclinat gloſ. magna inſtit.de actio.in §.fuerat. ad fin. & ibi Angel.de Aret. & ita tenendum eſt, quamuis Bald. not. in tracta.dotis, in duodecim part.in quinto volum.in ver. & an tranſeat in patrem mulieris,referat Bald.in l.prima.C.de priui.do.tenere indiſtinctè, ꝙ tale priuil.tacitæ hypothe non tranſeat in patrem, & dicit,quod iſtud poteſt procedere,q̄ñ pater ageret ex iure conſolidationis,

Source : BIU Cujas

vel ex ſtip.a prin.interpoſitæ nomine ſuo. Nã ego nõ inuenio, quòd Bal.in d.l.j.ita dicat,& quando diceret non eſt recedẽdum a concluſione Barto.cum qua communiter tranſeunt docto.& omnino Bal.nouel.tenet in effectu idem,quod tenet Bart. tam in d. 12. parte, quàm etiam in 6. par.in 7. priuileg.vt improbat
36 Bal.†Quintò amplia.d.regu.dictæ tacitæ hypo. de qua in d. §. & vt plenius.vt ſcilicet illa procedat,etiam ĩ terminis. l.ſi cum dotem.§.tranſgrediamur.ff.ſol.mat.videlicet ꝙ quando pater iuſſit filium accipere vxorem & dotem, vel quando ei accipienti vxorẽ & dotem conſenſit,vel tertiò quando pater coactus fuit ſe obli.pro d.dote data filio, quòd eſt, quando filius accepit in vxorem perſonam honeſtam & in regione illa non eſt conſuetum facere donationes propter nuptias equales dotibus: nã in omnibus iſtis caſibus regulariter pater obligatur pro conſeruatione & reſtitutione dotis ſuæ nurus ſecundum Barto. Paul.de Caſt.& Imo.Alex.& ſequaces in d §.tranſgrediamur.& late per Bal.nouel.in 6.par.in 20.priui.& per Corn.in conſil.256.j.uoluiſo puncto.& in conſi.303.in hac conſulta.4.vol.Intelligendo tamen ſemper,ꝙ pater conſentiat filio recipienti dotem, aliter pater non obligaretur,etiam ꝙ ſciret & conſentiret filiũ ꝯhere ma.niſi cõſentiat etiam filio recipienti dotem, & ratio eſt; quia quando pater conſenſit filio recipienti dotem,licet ex iſto ſolo conſenſu de iure non videatur obli.tamen eo quia poterat pater cogi ad ſe obligan.ideo dicitur obligatus, vt haberur ꝑ Bart. & alios in d.§.tranſgrediamur,ſed licet pater conſenſerit matri filii non cogebatur propterea conſentire & ſe obligare in ſolutione dotis facta filio;quia poterat dicere,ꝙ ſibi dos ſolueretur & non filio,ne forte eam diſſiparet:& ſic licet pater conſentiẽdo ſimpliciter filio dotem recipienti obligetur,tamen ſi cõſentiat in matri.tãtum,& filius poſtea recipiat dotem patre inſcio, pater non obligatur.Ita colligitur ex tex.no.per Bar. in d.§.trãſgrediamur,& ita ibi clare fir.Mod.Peruſini, & refert & ſequitur Soc.in conſi.269.pro inueſtigatione.2.col.in ver.4.declarandũ. inf.2.vol.In omnibus ergo caſibus prædictis, in quibus pater ex receptione dotis facta per filium cum conſenſu patris obligat pro reſtitutione dotis in ꝯñam etiam tacite obli. bona patris ꝑ d.reſtitutione,ut colligitur ex no.per Spec.in §.formatis. verſic. quid ſi filius in titu. de do. int. vi.& vxo.allegãdo.d.l.vni §.& ut plenius.& in d.§.tranſgrediamur.& probatur clare in d. §. & ut plenius.in quo inducitur taci.hypo.non ſolum in bonis mariti, ſed etiam ex parte mariti,pars autem mariti eſt omnis qui obligatur ex receptione mariti,& ita fir.Cor. cõſ.256.j.vol.ĩ litera I. & Bal.no.in 6.parte 20.priuil.in 2.col.& in 12.par.in 6.col.dicẽs ꝙ in terminis.d.§.tranſgrediamur. fingitur conſenſus & obligatio patris pro reſtitutione dotis,& cõſequenter etiam ſurgit tacita hyp.tanquam pediſequa,argum. no.in d.§.tranſgrediamur. iunctis his quę habentur in l.2.C.per quas perſõnas nobis acquiritur.Nec obſt.ſecundum eum ſi dicatur,ꝙ tunc in eodem actu duæ videntur concurrere fictiones,prima,ꝙ pater conſenſerit, & conſequenter ſe obligauerit, ſecunda ꝙ ex tali obligatione ſurgat tacita hypo.contra ea quæ habentur in l.j.C.de do.promiſ.Nam reſpondet ipſe,ꝙ tunc impeditur concurſus duarum fictionum in eodem actu,quando duæ fictiones concurrunt circa idem,& veniunt ęque principaliter,ſecus ſi circa diuerſa, uel
43 ſi una uenit tanquam ſequela ad alteram:nam tunc non impro batur concurſus duarum fictionum, per no. in l. ſingularia.ff.ſi cer.pet.& in l.4.§.fi.ff.de do.int.vi.& vxo. ſed in propoſito taci. hypo.uenit conſequutiue ad dictam obliga.principalem reſultãtem ex conſenſu patris in acceptione dotis, meritò non obſtat concurſus duarum fictionum.Et quòd in terminis dicti. §. trãſgrediamur.in conſequentiam perſonalis obligationis reſultantis contra partem conſentientem filio recipienti dotem reſultet etiam tacita hypo. bonorũ patris pro reſtitutione dictę dotis firmat Soc.in d.conſi.269.in 2.col.verſic.3.declarandum.ſup. allegato. † Vbi etiam dixit,ꝙ dicta tacita hypo.oritur a die rece
37 ptionis dotis:quia diſpoſitio adiuncta verbo debet intelligi ſm tempus uerbi.l.ſi Titius. ff. de teſtamen.mili. & l. ex facto. cũ ibi no.ff.de vulg.& pupil.vt per eum in ver. præterea etiam ſtatu.cũ ver.ſeq.& ſic firma manet iſta ampliatio, videlicet quòd etiã in bonis patris conſentientis filio recipienti dotem pro uxore ſua oriatur taci.hypoth.a die dotis receptæ &c.†Extende aũt iſtam
38 ampliationem duobus modis, primo modo vt procedat.d.taci ta hypoth.in bonis paternis,etiam ſi.d.bona eſſent. ſubiecta reſtitutioni fideicommiſſariæ per ſingularem deciſio.auc.res quę. C.com de lega.ita fir.expreſſe Bald.in d.trac.dotis,in ſexta part. in ptin.20.2.col.quod no.†Secundò extende dictam ampliatio
39 tionem:ut d.tacita hypoth. in bonis paternis inducatur, etiam ſi pater eſſet mente captus, vel furioſus, ita tenet Paul. de Caſtr. in cõſi.176.proponitur in facto.per no.in d.§. tranſgrediamur. vbi Barto.determinat, quòd pater cogitur obligare ſe,& bona ſua pro reſtitutione dotis dandæ filio, & eo ipſo quòd cõſenſit filio contrahenti matrimonium & recipienti dotem,videtur ſe & ſua obligare,per l.ſi filius.ff.de tute.& l.ſi inter tres.§.imperator.ff.de excuſ.tut.& quando tenetur conſentire, & propter furorem conſentire non poteſt,habetur pro conſentiente,ſi non ſuberat aliqua cauſa cõtradicendi, & caſus ſit talis:quòd ſi eſſet ſanę mentis, in eo cogeretur conſentire,ut habetur in l. ſecũda.
40 §.voluntate.ff.ſol.mat. † pater enim ſicut tenetur naturali rõne dotare filiam,ne propter defectum dotis matrimonium impediatur,ita & pro filio tenetur facere dona.propter nuptias, iux. l.qui liberos. ff. de ritu nup. & ubi non eſt conſuetudo faciendi tales donatio.ſi filius accipit vxorem honeſtam, & cõdignam, tenetur pater pro dotis reſtitutione obligare ſe & ſua,ſecũdum Bartol.& ſequaces in d.§.tranſgrediamur.eſto ergo,quòd pater expreſſe non conſentiat, vel ſe obliget propter impedimẽtum furoris:tamen ob publicam vtilitatem nuptiarum ne matrimonia impediantur haberi debet perinde, ac ſi contraxiſſe, ut l.in bello. §. medio. ff. de cap. vbi optimus tex.ad propoſitum, facit quod habetur in l.ſi finita.§.eleganter.ff.de dam.inf.vbi cautio, quæ de neceſſitate erat facienda, habetur pro facta:ita per ſup.dicta & etiam per alia tenet Pau.de Caſt.in conſi.171.Nec videtur obſtare,quòd ubi pater non conſentit filio recipienti dotẽ,non obligatur ꝑ reſtitutione dictæ dotis niſi de peculio, vt habetur in d.§.trãſgrediamur.quia illud procedit, vbi pater potuiſſet cõſentire, & filius vel eius uxor fuiſſent negligentes in faciendo eum conſentire, ſed dato furore hoc ceſſat: idem etiam tenet Pau.de Caſt.in d.§.tranſgrediamur.ad fi.Sed Alex.ibi in 2.col.in ver.iuxta prædicta dicebat hic Pau.de Caſt.non facta mentione de dicto conſil.Paul.dicit,quòd Paul. plurimum errauit in hoc. Nam ſi pater mariti ſit mentecaptus,non debet obligari,niſi ille qui dedit dotem petat ei dari curatorem mẽtecapto qui ſe obliget pro dote,per l.j.& l.admone eam.C.qui pet.tut. & quòd iſta ratio ceſſat in d.l.ſi finita.§. eleganter & quòd alia iura alle. per Pau.& max.l.2.ff.de euictio.nihil faciunt.Tamen Bald.no.in 6. par.ſui tractatus in priui.20.2.colum.refert deciſionem Paul.in d.§.tranſgrediamur.& dicit illam eſſe ſatis rationabilem. & pro illa dicit bene facere no.per Bar.in l.ſecunda.§.fi.ff. ſo.mat.Ego quamuis auctoritati Alex.ſemper plurimum deferam,tamẽ deciſionem Pau. puto eſſe de iure ueram, & quando eſſet aliqua ambiguitas,tamen fauore dotis eſſet tenẽda, per l.in ambiguis.
41 ff. de iur. dot. † Et pro confirmatione dictæ deciſionis Paul.de Caſt.pondero tex.in d. §. tranſgrediamur. dum dicit, quòd pro dote data filio iuſſu patris obligatur ipſe pater, ſuper quo Dyn. & Bald.ibi exponunt,iuſſu id eſt uoluntate,idem tenet Spec.in
42 tit.de dona. int. vir.& uxo.§ formatis verſi.quid ſi filius.† Nam licet aliàs iuſſus differat a ſimplici conſenſu, uoluntate & mandato ſeu ratihabitione,ut per Bart.& doc. in l.ſi quis mihi bona. §.iuſſum.ff.de acquir.hæred.Tamẽ in terminis in quibus agitur de obligando patrem,quod iuſſu,accipitur iuſſus magis latè, & comprehendit etiam mandato. l.prima. § primo ff.quod iuſſu. item comprehendit ratihabitionem.d.l.j.§.ratum,& ita late fir. Corn.conſi.256.1.uol.in quinta colum. Conſtat ergo, ꝙ quomodocunque etiam in abſentia interueniat uoluntas, uel conſenſus patris in receptione dotis facta per filinm, quòd pr̃ obligatur. Corroboratur hoc: quia ſufficit, quòd conſenſus præſtetur etiam poſt actum ex interuallo, quando conſenſus non requiritur in actu per modum ſolemnitatis & formæ: ut habetur per Barto.cum quo tranſit Alex.in d.l.ſi quis mihi bona. §. iuſ-
43 ſum.ff.de acquir.hæred. † Et certum eſt, quòd quando conſenſus illius,de cuius præiu.agitur,requiritur: tunc non uidetur requiri per modum ſolẽnitatis uel formæ. c.quàm ſit. de ele.lib.6. tenet Alexand.in d. §. iuſſum.in tertia colum Vnde cum conſenſus patris in terminis.d.§.tranſgrediamur.conſiſtat in uolun tate,ſequitur quòd etiam ĩ abſentia præſtari poteſt, & poſt actũ
44 celebratum. † Et ex his infertur,ꝙ ſumus in theorica Barto. in d.l.ſecunda §.fin.ff ſol.mat.cum qua alii tranſeunt, quòd quando requiritur conſenſus alicuius,nec curatur,an ille ſit prẽſens, vel abſens ſi ille.qui habet conſentire,contradicere nõ poteſt, quando eſſet ſanæ mentis, ſi contingat eſſe furioſum, habetur pro conſentiente,ſed in terminis.d.§.tranſgrediamur.pater nõ poteſt contradicere,quin obligetur pro dote vxoris ſui filii data congruitate uxoris,meritò ſequitur, quòd quando pater eſt furioſus, haberi debet pro conſentiente. Nec obſtat. d.l.i.& l.admone eam.C.qui petant tut.in quibus habetur, ꝙ uolens agere cõtra minorem,debet curare: ut per iudicem detur ei curator, etiam quòd minor admonitus nollet eum petere:& idem videtur in furioſo, ut per totum titu. C. de cura.furio.Quia illa iura militant in iudiciis & in obligationibus conuentionalibus, in quibus perſona debet eſſe integra & legitima, aliàs agi aut ꝯhi cum ea non poteſt:nos autẽ ſumus in obligatione legali & miniſterio iuris introducta in terminis dicti.§. tranſgrediamur, nã licèt aliàs ex ſimplici conſenſu non oriatur obligatio, ut l.¡Lucius Titius.§.Caio.ff.de admi.tut.Tñ quando ille,qui conſentit, de iure cogitur ſe obligare;tunc conſentiendo ſimpliciter cenſetur ẽt ſe obligare: & ideo cum pater pro dote filii cogebatur obligare ſe,ut d.§.tranſgrediamur.& ibi Bar.per cõſenſum ſimplicem a iure & l.obligatio introducitur.†Et multotiens ꝑmittit obligatio ꝯſequutiua ad actũ,vbi nõ ꝑmitteret cõuentionalis obligatio:ut eſt glo.& ibi Cyn.in l.fi.C.de legi. hæredi.& pulchrè per Bal.no.in 6.parte ſui tractatus,in 58.priu.& ſup. probatum

tum est,ꝙ furiosus quando esset sanæ mentis, non posset contradicere,hĩ pro consentiente:vt per Bar.in d.l.2.§.fi.ff.sol. mat. dato ergo consensu resultat obligatio,iuxta.d. §. trãsgrediamur. & ibi Bar.& propterea non requiritur alia legitimatio personę. Nec Alex.bene respondet aliis fundamentis Pau.de Cast.in d.ꝙfil.177.de quo non meminit, & propterea puto standum cum decisione Pauli approbata a Bal.no.& a nemine alio impugnata nisi a solo Alex.debilibus argumentis iudi.meo. † Sextò amplia regulam,ꝙ.s.dictum priui.tacitæ hypo. concessum actioni de dote, de quo in d. l. vni. §. & vt plenius.competat etiam pro augmento dotis,vt est text. in auc. de equali.do.§.j.& per illum tex. no.ibi Ang. ꝙ quamuis priuilegia sint stricte intelligenda, tñ priuilegium,quod datur doti, datur etiam augmento dotis, & ita tenet Iaſin rub.ff.sol.mat.vlt.col. vbi ad hoc multa cumulat more suo,& ampliat, ꝙ idem iuris sit in multis casibus ĩ augmento dotis.quod est ĩ dote,vt ibi per eum.Adde etiam, ꝙ priui.dictæ tacitæ hypo.competens pro augmento dotis (ut est dictum)competit etiam cum priuilegio prælationis, de quo in l.assiduis.C.qui po.in pi.ha.ita loquitur Iaſin d. Rub.solu.ma.in vlti.col.Aduerte tamen,ꝙ tacita hypo.quæ competit ꝑ augmẽto dotis non refertur ad initium tacitæ hypothe.contractæ pro ipsa dote,sed sinmit initium a die ipsius augmenti facti.tex.est & ibi Bal.& Saly.in l.si constante.C.de dona.ante nup. & sic tacita hypothe. quæ competit pro augmento dotis, non est illa, quę competit pro dote, sed alia,quæ postea nascitur, cum dat augmentum dotis. ut ibi est tex.

† Septimò amplia d.regulam, ꝙ non solùm pro dote, sed ẽt pro alimentis debitis vxori per maritum competat dicta tacita hypo.in bonis obligatis pro dote:ita tenet Bar.post Iac.de Are. in l.si cum dotem.§.sinautem in sęuissimo.ff.so.mat.& probat a simili;qa sicut pignora obligata pro sorte censentur ẽt obligata ꝑ vsuris ꝑ sorte debitis.l.Lucius.ff.q̃ pot.in pig hab.ita & bona obligata pro dote debent censeri obligata pro alimentis debitis ex causa dotis,& idem tenet Spec.in tit. de don. inter vir. & vxo.§ formatis.versi.sed nunquid bona viri.& Bart. in tract.alimentorum,& Raph.& Pau.de Cast.& in d.§. sinautem in sęuissimo.& Bal.in d.§.& vt plenius.& Pau.de Cast.in consi.8.ad primum respondetur.Vbi tamen restringit hanc conclusio.procedere in alimentis,quæ petuntur constante ma.In his autem quę petuntur solu.ma.dicit non reperire esse decisum.Alex.verò in d.§.sinautem in sęuissimo tenet indistinctè opi.Bar.& sequaciũ videlicet ꝙ pro alimentis debitis propter dotem tam constante quàm solu.mat.bona mariti sint tacitè obligata, & hanc opi. dicit esse veriorem,licet multi alii,quos ipse refert,tenuerint cõtrarium,& potissimum fundamẽtum Alex est in d.l.Lucius. cui dicit per docto.tenentes opi.contrariam non bene responderi. Subdit tamen,ꝙ si quis vellet tenere contrariam opi. posset respondere ad d.l. Lucius.duobus modis,primò, ꝙ illa procedat, quando oblig.fuit simpliciter ϗcta non exprimendo aliter sortem nec vsuras,secus autem q̃n oblig. esset contracta exprimẽdo in specie sortem : quia tũc non extenderetur ad vsuras,sicut dicimus in fideiussore, qui se obligat expresse pro sorte, ꝙ eius obliga.non extenditur ad usuras,ut no.glo.in l.quæro.in princ. ff.loc.& in termi.nostris.d.l.vni.§.& vt plenius. expresse & ĩ specie dicit,ꝙ bona mariti sint taci.obligata pro dote, ergo nõ dẽt obli.bonorum extendi ad alimenta. † Sed ista responsio nõ est bona; quia, vt est text in d. §. & vt plenius.& sup.dixi,hypothe. ibi nõ introducitur respectu quantitatis dotis,sed respectu actionis ibi. & in huiusmodi actione damus, & sic licet hypothe. in actione dotis referatur de necessitate ad dotem, tamen principaliter actio dotis est in consideratione,& non quantitas dotis, & finaliter probat tex.in d.l.Lucius ubi certa quantitas erat mutuata,& erant accepta pignora:quia tunc pignora non fuerunt in specie data pro quantitate certa, sed pro obligatione perso. principaliter licet habito respectu ad ipsam quantitatem : ideo talia pignora obligata sunt etiam pro vsuris.illud ergo,qđ dr̃,fideiussores, uel pignora accepta pro sorte tantum non teneri ꝑ vsuris,debet intelligi,q̃n accepta fuerunt expressa certa quantitate,puta pro centum cum dictione taxatiua tantum, uel sine, vt probat tex.in l.fideiussores magistratuum.in prin § j ff. de fideiuss.per quem gl. in d. l.quæro, si in l.centum Capuæ.ff. de eo quod cer.lo.& ibi Bar.ita intelllgit,& Bar.in l.solum. §. in sortẽ. ff.de pign.act. non autem debet intelligi, quando fideiussio,uel hypotheca interposita fuit pro obligatione, in qua erat expressa certa quantitas, non restringendo illam expresse ad certam quãtitatem,sed dicendo,& pro dicta obligatione obligauit &c. tunc enim non habet locum.d.l.fideiussores magistratuum.Secundo modo respondet Alex.ad d. l.Lucius, ꝙ illa loquatur in vsuris,quæ ueniunt offi.iu.mercenario accessoriè taliter, quòd extincto principali extinguatur accessorium,sed alimẽta in dote non ueniunt taliter accessoriè ad dotem cum possint peti cõstante mat.& sic anteq̃ sit nata actio de dote & ẽt sol.mat.anteq̃ dos petatur,ut per Alex.in d.§.sinautem in sęuissimo,& ideo videtur minor ratio in alimentis debitis ꝑ dotẽ, q̃ in aliis usuris.

† Sed etiam ista non videtur ratio concludens;quia alimẽta, quæ petuntur constante matri. vel aliter ante natam actionem dotis,petuntur offi.iud.nobili,vt per Alex.in d.loco & habetur per Bar.& Raph.ĩ l.si marito.§.fi.eo.tit.ita dicit ibi Alex.sed ego non inuenio aliquem in d.l.si marito.§.fi.dicentem, ꝙ alimẽta constante matri.petantur offi.iud.nobili, immo omnes docto. post glo.ibi & Bar.in rub.ff.sol.mat.in 3.col.dicunt,ꝙ fructus & actiones dotis percepti per maritum tam constante mat. quam so.petũtur per mulierem actione dotis.† Et ratio est: quia iudic. de dote est iudic.vniuersale ex parte uxoris, ut l. quod dicitur.ff. de impen.in re.do.fac.& habetur per Bar.& alios in l. j.ff.so mat. & per Alex.in d.l.si marito.§.fi.licet secus sit ex parte mariti, ut ibi per Alex.& in iudi.uniuersali accessiones tanquã pars ipsius rei ueniunt iure actionis,ut l.item ueniunt. §. fructus. ff. de peti. hære.& l.2.C.eo.tit.& l.non est.& ibi Cy. C. famil. ercis.& Alex. in d.l.si marito.§.fi.& Iaſin l.j.in 3.col.in uer.vlt. circa prædicta aduerte.C.de iudi.in aliis autem iudiciis particularibus hmõi accessiones ueniunt offi.iudi.mercenario, quando non sunt promissæ per stipulationem:ut l.3.C.deposi.& habetur in locis sup. alleg.Vnde considerandum est, ꝙ dos cum fructibus ipsius dat̃ marito pro oneribus matrimonii supportandis, ut l.pro oneribus.C.de iu.do.& inter alia onera maritus tenetur alere vxorẽ, ut ibi per Cyn.Bal.& alios,& ideo tam ex parte uxoris, cui non sunt præstita alimenta,quam ex parte viri,quando ei non est soluta dos in termino, & ipse substinuit onera matrimonii, possunt peti alimenta,seu interesse habito respectu ad fructus seu redditus dotis,vt latè fir.Alex.in consi. 56. in præsenti consultatione.4.vol.& per totum,& idem fir.Bal.in rub.de pri.do.in prima col.ubi dicit,ꝙ si maritus subiit onera matrimonii, tenetur restituere uxori fructus dotis per ea quæ ibi alleg. ad idem gl. & doc.in c.significasti.de diuor.ubi habetur, ꝙ si uxor fecit expensas,postq̃ recessit a uiro nolente eam alere,poterit eas repetere, & illam gl.sequitur Bal.in l.j.C.de legi.& no.Cy.Bald.Sal.& Alex. in l.quod in uxorem.C.de neg.gest.& habetur per Alex. consil. 26.viso & diligenter.in j.col.nu.4.6.uol.ex quibus sequitur,ꝙ licet constante mat. non sit nata actio vxori pro dote restituẽda nisi in casu inopiæ,iuxta.l.ubi adhuc.C.de iu. do. & l.si constante.in prin.ff.sol.mat.Tamen respectu alimentorum debitorum vxori habito respectu ad fructus dotis, ratione quorũ maritus tenetur alere uxorem,bene est orta actio de dote, per no.in d.l. si marito.§.fi.& in locis sup.alleg.& per cõsequens si datur actio de dote uxori pro alimentis tam constante q̃ so.mat.non videt̃ dubium, quin pro illis detur tacita hypotheca in bonis mariti, iuxta.d.§.& vt plenius. † Sed quando etiam competeret officiũ iud.nobile,ut uult Alex.in d.l.si cum dotem.§ sinautem in sęuissimo.non vr̃,ꝙ minus in tali casu debeat competere tacita hypo.quàm quando agitur principali actione & offi.iu. mercenario dictæ actioni deseruienti accessiones petuntur, iuxta not.in l.4.C.deposi.immo potius magis, quia officium iudicis nobile quando intentatur loco deficientis actionis succedit in locum dictæ actionis:ut l.quòd si minor. §. fin.ff.de min. & habetur in cap.primo,de offic.iud.& dicitur nobile:qa non deseruit alicui actioni,immo actionem,uel obligationem non præsupponit: vt l. qui per collusionem. §. fina. ff.de actio. emp.& in locum actionis deficientis datur,mercenarium autem dicitur: quia incidenter venit & deseruit actioni intentatæ, ut habetur ꝑ Bart. & alios.in l.j.ff.de iurisd.omnium iudicum,& ideo non minus debet gaudere priuil.actionis officium nobile, quod succedit loco actionis, iuxta no. in l.si eum.§. qui iniuriarum. ff.si quis cau. quam ipsum officium mercenarium, quod non succedit loco actionis,sed solum deseruit actioni. Præterea, ut probatum est, sup. etiam alimenta, quæ debentur constante matri.dicuntur venire accessorie ad dotem, & ad actionem dotis sicut illa,quæ debentur sol.mat.ut dic.l.si marito. §. fin. sunt enim ista habito respectu ad fructus dotis accessiones, nec desinunt esse accessiones ex actione uel officio iud.intentato, siue sit nobile,siue mercenarium : ut probatur in dic.§.fin.ubi accessiones dotis petuntur actione de dote.

Sola ergo differentia inter officium iudi.nobile & mercenarium est; quia officium iudi.nobile intentatur principaliter, mercenarium autem uenit incidenter deseruiendo actioni intentatæ, ut habetur in dic.l.prima.ff.de iuri. om. iud. per Barto. & alios, uera est ergo conclusio, quòd alimentis debitis uxori tam constante matri.quam soluto,bona mariti sunt tacite obligata sicut pro dote, per dictum §.& ut plenius,& istam opin.tenet etiam Angel. de Aret. insti. de actio.§. fuerat.in 2.colum.in ver.quæro,an bona mariti&c.Eandem opinionem etiam tenet Soc.in consi.41.in præsent.consultatione.quarta col. in uer. sed hæc responsio.quarto uolum.ubi etiam late disputat de intellectu.l.Lucius.ff.qui po.in pign. hab.A quo autem tempore incipiat ista tacita hypo.pro istis accessionibus, an scilicet tempore datæ dotis,an uerò tpe moręfactæ in præstandis alimentis, vide per Socin.in d.consi.41.& dicetur infin 2.membro.5. partis principalis, ubi tractabitur de effectu prioritatis Adde prædictis quòd Bald. not. in tractatu dotis in 6. par. 7. priuil. late examinat hunc arti.& relatis opinioni. antiquorum hincinde istã

Source : BIU Cujas

et æstionem distinguit in duos casus,videlicet quòd aut sumus in dote consistenti in bonis immobilibus, aut in pecunia, primo casu quando dos cosistit in bonis immobilibus, dicit ipse, quòd si alimẽta petantur ex parte vxoris,vel per ipsam, vel eius hæredes,vel constante matri.vel eo so. tanquam interesse vxoris propter onera matrimonii non supportata per maritũ iuxta no.in l.de diuisione.ff.sol.mat. & d.l.pro oneribus. C. de iur. do. tunc pro illis detur tacita hypo.cum tale interesse cedat in augmentum dotis,& isto casu procedat opin.Bart. in d.§.sinautem in seuissimo.quia sicut pro dote competit tacita hypo.ita debet competere pro alimentis, quæ cædunt in augmentum dotis: vt
52 per Bald.in l.vni.§ exactio.C.de rei vxo.act.† & quia tacita hyp. quæ tanquam accessoria datur pro actio. dotis se extendit ad omne id, ad quod se extendit ipsa actio dotis per id,quod habetur in l.2.C.per quas perso.

Secundo casu quando dos est in pecunia & petitur interesse per mulierem post solutum ma. propter dotem nõ restituam; tunc tenendo, quòd tales vsuræ non debeantur, iuxta no. per doc.in l.in insulam.§.vsuras.ff.sol.ma.cessat disputatio,sed tenẽdo ꝙ debeantur;tunc cum tale interesse non petatur eque principaliter,& sic actione de dote,sed per modum accessorii, & sic offi.iudi.non videtur,ꝙ hypo.tacita introducta pro dote se extendat ad istud interesse, nisi hoc expresse actum esset, & hoc modo procedant no.per Bar.in l.Lucius.ff.de alim.leg.vbi Bart. tenuit contrarium eius,quod vult in d.§.sinautem in seuissimo.
53 † Sed ista distinctio inter fructus bonorum immobilium & sic naturales,& vsuras,seu alias accessiones ciuiles,non videtur procedere in cõtractibus bonefidei:quia fructus in cõtractibus bonefidei non veniunt iure actionis sed offi.iud.mercenario,tenet Bal.in l.j.C.de vsur.& fruc.leg.in fi.& sequitur & fir. Alex.ĩ d.l.si marito.§.fi.& vt dixi.sup.in iud.de dote,quod est vniuersale oẽs accessiones tam naturales quàm ciuiles veniunt iure actionis, vt latè per Alex.in d. §. fi. & propterea non est recedendum ab opi.Bart.in d.§.sinautem in seuissimo, & prædicta procedũt ex parte vxoris petentis alimenta in bonis mariti tacite obligatis
54 pro dote.† Sed dubitatur, an idem sit ex parte mariti habentis obligata bona promittentis dotem tacitè: vt scilicet etiam pro alimentis seu vsuris debitis marito occasione dotis non solutæ & onerum matrimonii supportatorum sint tacitè obligata bona promittentis dotem.& idem Bal.no.in d.vi.per.in d.7.priui. dicit,quòd non:quia secundum eum tales vsuræ peti non possunt actione dotis eque principaliter,sed offi.iu. mercenario de seruienti tali actioni bonefidei, & mouetur ad hoc: quia datio fideiussoris & pignoris equiparantur,vt insti.de emp. & vendi.§. pretium,sed fideiussor datus pro sorte non videtur datus ꝓ vsuris & interesse,nisi expresse dicatur, vel nisi fideiubeat in omnẽ causam:vt l.quæro.in prin.ff.loc.& l.fideiussores magistratuũ.§. si pro Aurelio.ff.de fideiuss.& no.in l.fin. ff. de eo quod cert.lo.
55 † Sed etiam conclu.meo iudicio non est vera.Quia quamuis iudicium de dote ex parte mariti non sit vniuersale, sed particulare,vt fir.Alex.in d.l.si marito.§.fi.& propter hoc dici non possit, ꝙ maritus tales accessiones possit petere iure actionis de dote, prout dictum fuit.sup.ex parte vxoris,sed necesse sit petere illas offi.iudi.mercenario, prout petuntur in quolibet iudicio particulari, vt per Alex. in d.§.fi. & per Ias.in d.l.j. C.de iud.in 3.col. Tamen etiam ꝙ peti debeant officio iud. mercenario, non per hoc negandum est,quòd etiam pro illis non sint obligata bona tacite hypo.prout sunt obligata pro dote,& hoc per ea quæ no. Bar.in d.§.sinautem in seuissimo.vbi concludit, ꝙ bona mariti tacite obligata pro dote sint etiam tacite obligata pro alimẽtis vxoris,quæ petuntur officio iudi.mercenario per dictam. l.Lucius.ff.qui potio.in pig. hab & dictam opi.Bar.approbãt magis cõitet doc. vt per Alex. ibi, & dictũ est. sup. Sicut ergo ex parte vxoris licet alimenta veniãt offic.iudicis mercenario,bona mariti sunt tacitè hypothecata,ita dẽt dici ex parte mariti: quia eadem est rõ.l.a Titio.ff.de fur.& l.illud.ff.ad l. Aquil.& non obst. d.l.fideiussores magistratuum.§.pro Aurelio,qa illa lex loqtur, qñ fideiussor intetcessit pro certa quantitate expresse & specifice;tunc.n.verum est,ꝙ non censetur intercessisse pro vsuris,vt etiam dixi.sup.Non obst.d.l quæro.in princ. iunc.l.centum Capuę.ff.de eo qđ certo lo.qa in solutione dictarũ duarũ.ll.quæ videtur ꝑriari,gl. valde laborat & ponit.7.lecturas seu solutiones, sed quinta quę fuit Io.glossatoris approbatur ꝑ Bar.& alios doc. cõiter in d.l.centum Capuæ.& in l.fi.eo.tit.& est,ꝙ illę accessiones,quæ debent ex mora debitoris in iudi. bonefidei ſm naturã actionis,ẽt ꝙ illę petantur offi.iudicis mercenariũ: tñ ꝓprehendũtur in fideiussione simpliciter præstita; nã tali casu fideiussor tenetur pro sorte & vsuris prædictis,& hoc modo procedat.d.l. quæro. Secus autẽ est in accessionibus & vsuris debitis ex ꝓctu stricti iur.qa in actionibus stricti iur.fideiussor tenetur ex mora sua tñ,non aũt ex mora debitoris,& rõ est:qa actiones stricti iuris sunt stricte intelligendæ,& ꝙqd omissum est in verbis, hĩ ꝑ
56 omissio,vt declarat Ias.in d.l.centum Capuæ.† Vera est ergo cõclusio,ꝙ fideiussor simpliciter intercedẽs tenetur ẽt ꝑ accessionibus & vsuris,quæ veniunt offic.iud.mercenario ſm naturam actionis bonefidei:secus aũt in actionibus stricti iuris. Vnde cũ actio de dote sit bonefidei,vt insti.de act.in §.fuerat.vsuræ & accessiones venientes ex cã dotis dñr venire ſm naturã actionis bonefidei, & iõ pro illis tenetur fideiussor simpliciter intercedens:vt d.l.quæro, & similiter bona tacite obligata pro dote illis censentur obligata;quia in hac materia quod dicitur in fideiussore,debet dici in pignore & hypotheca.l.promissor.§. constitutio.ff.de consti.pec.& l.j.§.iubet.ff.de colla.bono.& faciunt no.per gl.magnam & doc.in l.j. ff.qui sa. cog. & in propriis terminis firmat Bar.in l.solutum.§.si in sortem.ff.de pig.act.vbi dicit in vsuris,quæ ueniunt officio iudi.mercenario idem esse dicendum in pignore,quod ipse dixit in fideiussore d.l.centũ Capuæ.& in d.l.quæro.& sic concludo, quòd etiam ex parte viri ꝑ alimentis seu vsuris ei debitis ob dotem non solutam sint tacite hypo.bona promittentis dotem, quæ no. quia puto quòd nõ inuenies ita plene per aliquem declarata &c.
57 † Octauò amplia regu.principalem, ꝙ dictum priuilegium tacitè hypo.de quo in d.§.& vt plenius,sicut competit pro dote, ita & competit pro pretio rerum dotalium alienatarum,ꝑ maritum in casibus.videlicet in quibus permissa est alienatio, puta in vtilitatem vxoris,iuxta.l.ita constante.§.fi.ff.de iu.do.vel aliis casibus iuxta.l.si estimatis.ff.sol.mat.& in aliis.ll.dicti titu.Ita tenet Are.in l.j.in 3.col.ff.so.mat.Subdit tñ, quòd Bart. in hoc fuit sibimet contrarius; quia in consi. 124. punctus.Videtur tenere, quòd bona mariti sint hypothecata pro pretio rerum dotalium venditarum per maritum, & in l.j.ad fin.ff.de distrac. pig. videtur tenere contrarium.
94 citam.iſte eſt tex.in d.l.aſſiduis.C.qui po.in pigno hab.† & licèt priuilegium tacitæ hipothecæ ſine priuilegio prælationis tranſeat in hæredes ẽt extraneos,vt dixi ſupra in 2.& 3.ampliatione præſentis caſus,num.30.31.& 32.& in omnes alios,ad quos trã-ſit actio de dote præterquam in extraneum dotantem & ſtipulantem dotem ſibi reddi, vt dixi ſupra in j. fallentia, nume. 62. Tñ iſtud priuilegium prælationis,de quo in d.l.aſſiduis. non trã ſit ad hæredes extraneos,ſed ſolum tranſit ad filios,vt eſt tex.in d.l.aſſiduis.§ exceptis.& ibi gl.Bar.Bal.& alii,& tex.& ibi glo.& doc.in l.j.C.de priui.doris.

95 † Sed difficultas eſt,an tale priuilegium tranſeat ſolum ad filios eiuſdem matrimonii,an ẽt ad filios alterius matrimonii, & gl.in l.etiam.ff.ſolu.matrimonio voluit,ꝙ tale priuilegium trãſeat etiam ad filios alterius matrimonii,& vt refert ibi Bal.cum opin.dictæ gl.tenuerunt Iaco.de Are.Dy.& Cy.& iſtam opin.tenuit Sali.in d.l.j.C.de priui.do.& in d.l.aſſiduis.§.exceptis. Sed ↄtrarium, ꝙ non tranſeat niſi ad filios eiuſdẽ matrimonii, tenet glo.in l. ſi cum procurator.ff.de re iudic. & iſtam opin.tenet ibi Bart.Bald.& Ang.Iaco.de Belui.in ſua diſputa.quam poſuit in l. j.C.de rei vxo.actio.& Bart.in d.l.j.C.de priuileg. do. & ibi Bald. in d.rub.& Bald.in d.l.aſſiduis.eandem opinio.tenet Bal. nou.in 10.parte.in 5.limi.& in vlti.par.in 6.col.in verſi.3. quæro circa priuilegium prælationis.Eandem opinio.tenet Ang. de Are. in d.§.fuerat.in 11.col.in verſi.in ea gl. ibi. & aliis deſcendentibus. vbi etiam firmat,ꝙ tale priuilegium non ſolum datur filiis,ſed etiam aliis deſcendentibus, dummodo ſint eiuſdem matrimonii,& de hoc vltimo eſt tex.in auth.ſi quid,in verſiculo ſeu quelibet ſoboles eius.C.qui potio.in pig.habe. & ita etiam in prædictis tenet Alexander poſt alios in d.l. etiam in j. col.& ita puto eſſe tenendum cum iſta (vt apparet ex relatis) ſit cõis opinio: & etiam tenet Alexander in conſi. 58. in cauſa mota. nume. 4.7. volu.Quamuis Sali.in d.l.j.& in d.l. aſſiduis. faciat in cõtrarium aliqua fundamenta pro defenſanda d.gl.in d.l.etiam, quibus de facili poſſet reſponderi,ſed nõ curo,cum (vt dixi) iſta ſit cõmunis opinio: prout etiam affirmat Alexander in conſi. 58. num. 4.ſeptimo volu.

96 † Septimò quæritur,an dictum priuilegium tacitæ hypothecæ cum prælatione,de quo in d.l.aſſiduis. competat vni mulieri contra aliam mulierem prætendentem ſimilem hypothecã ex cauſa alterius dotis.Et breuiter reſpondetur ꝙ non,vt eſt caſus in dicta.l.aſſiduis.in § exceptis. & ibi per omnes, in verſiculo in duabus. Intellige tu, niſi ex rebus ſecundæ vxoris, quæ in dotem datæ eſſent,aliquid ſupereſſet;quia in eo, quod ſupereſſet,præferri deberet illa vxor,cuius res eſſent,primæ vxori, text. eſt in authen.ſi quid ex rebus.C.qui potio. in pigno. habe. & ibi
97 per omnes. † Item intellige, quando duæ dotes ex eadem ſubſtantia peterentur actione de dote; tali enim caſu loquitur dictum §.exceptis,non autem loquitur, quando dos fuiſſet legata per maritum vxori,& peteretur actione ex teſtamento: tunc enim præferri non deberet in dote agens actione ex teſtamento.Ita refert Socin.in conſi.269 pro inueſtigatione.2.volu.in 3. col.verſic.ſed ab hac ratione. videbatur tenuiſſe Rapha. Fulgo. in quodam ſuo conſilio,& licet Socin. in d.loco aliter non firmet hanc deciſionem,& non inueniam dictum conſilium Rapha. inter conſilia impreſſa, ſed putem illud fuiſſe originaliter apud Soci.Tamen puto deciſionem eſſe veram; quia hypotheca tacita,cui accedit dictum priuilegium prælationis, competit & datur actio de dote, vt in d.§. & vt plenius, vnde non poteſt extendi,vt detur in actione ex teſtamento pro dote legata;quia de diuerſis non debet fieri illatio.l fi.ff.de calumni.& quia d.l.aſſiduis.eſt correctoria iuris contra regulam qui prior.lib.6.vnde non debet extendi per nota in auth.quas actiones. C. de ſacroſan.eccle.& per legem ius ſingulare.& l quod verò contra.ff.de legi.Et ideo (vt dictum fuit ſupra) dictum priuilegium prælationis nõ datur in donatione propter nuptias,vt dixi in 11. ampliatione,nume.69.nec etiam in bonis mariti pro adminiſtratione bonorum parafernalium, vt dixi ſupra in decima ampliatione, nume.65.& eſt tex.& ibi nota.Salice.in d.l.aſſiduis.§. fina. Dum autem dictum eſt, ꝙ tacita hypotheca pro dote poſterior præfertur alii tacitæ anteriori per dictam legem aſſiduis. Intellige, niſi tacita anterior eſſet inducta à ſtatuto cum hoc priuilegio, ꝙ habeatur pro expreſſa perinde, ac ſi in inſtrumento eſſet poſita. Ita tenet Roma. in conſi. 147. licet hæc pars &c.tunc enim ſecundùm Roma.ceſſaret diſpoſitio d.l.aſſiduis, ſequitur Alex. in conſi.58.in cauſa.7.vol.

Octauò quæritur an mulier habẽs tacitam hypothecam pro dote anterior in aliis creditoribus, qui habent expreſſam poſteriorem præferatur dictæ expreſſæ poſteriori? Ang.de Are. inſti. de act.§ fuerat.in 6.col.in gl.in verſi creditoribus,tenet ꝙ non per gl.ibi & per gl.in l. aſſiduis & in c.ex literis. de pigno. idem videtur tenere Alex.ſub dubio in apoſtil ad Bald.in d.l.aſſiduis. in verſic. expreſſam. & allegat Dyn. in regula qui prior. lib. 6.
98 † Sed aduerte,ꝙ immo Dy.ibi tenet expreſſe contrarium,& gl. quas allega. Ange.de Are.nihil de hoc dicunt,& Bald.Ange. & Salic. in d.l.aſſiduis.tenent contrariam opi. videlicet ꝙ mulier habens tacitam anteriorem præferatur expreſſæ poſteriori, & probantur iſta; quia ſi tacita anterior pro dote non præferretur expreſſæ poſteriori aliorum creditorum, fruſtra diſputaret gl. in d.l.aſſiduis. an tacita poſterior pro dote præferretur expreſſæ anteriori:ſicut præfertur tacitæ anteriori; quia ſi tacita anterior pro dote non præferretur poſteriori expreſſæ, vtiq; indubitatũ eſſet, ꝙ non deberet præferri expreſſæ anteriori, & ſic ridicula eſſet diſputatio illius glo.& docto.ſuper ea. Probatur etiam iſta opinio per tex.in l.j.C. rem alien. geren. vbi text.quòd pupillus habens tacitam hypothecam in bonis tutoris prę̃fertur expreſſæ poſteriori etiam fiſci, à fortiori ergo debet præferri mulier pro dote in ſua tacita hypotheca alteri expreſſę poſteriori:cum ipſa mulier in tacita hypotheca in dubio quando contendit cũ fiſco & omnibus aliis præferri debeat, vt eſt text. in dicta l. aſſiduis.& dicam infra in 12.q.nume.108. Tamen mulier cum tacita hypotheca non præfertur creditoribus habentibus expreſſam anteriorem:vt eſt gloſ. communiter approbata in d.l. aſſiduis.ſecundum Barto. ibi, & tenet Alexan.in conſi.58.in cauſa mota.nume.6.8.Adde, ꝙ licet ita ſit in dote, videlicet ꝙ tacita poſterior præferatur anteriori tacitæ per d l. aſſiduis. tamen in aliis caſibus extra dotem regulariter loquẽdo, ſiue ſimus in expreſſa,ſiue in tacita,ſemper prior in tempore præfertur,etiam ſi anterior eſſet tacita,& poſterior eſſet expreſſa,& etiam ſi dictus poſterior habens expreſſam & prę̃ferri volens eius vigore eſſet fiſcus,ita inquit Dy.in regula qui prior.lib.6.& Cyn.in l. fundũ.

C.qui

Source : BIU Cujas

C.qui pō.in pign.habe.per l.vni.2.reſpon. C.rem alie.geren. & fuit de mente Bart.in l.ſuis.ff.de iu.fiſc.verſic.quæro & reuoco in dubium &c.licet non ita expreſſe dicat,prout Dy.& Cyn. & ita expreſſe tenet Alex.in conſi.58.num.4.7.vol. de qua tñ materia latius dicam infra in effectu prioritatis,& ibi limitabo.

99 † Nonò quæritur, an mulier habens pro dote expreſſam hypothecam præferatur aliis habentibus tacitam anteriorem. Et licèt tex.in d.l.aſſiduis.videatur loqui,ꝙ tacita pro dote præferatur alteri tacitæ anteriori, & non videatur loqui de expreſſa; tñ idem eſt dicendum etiam de expreſſa,videlicet ꝙ mulier habēs expreſſam præferatur aliis habentibus tacitam anteriorem: ita tenet Salic.in d.l.aſſiduis.in prin.in 2.q.in fine ſuæ diſtinctionis, dicens eſſe de hoc tex.ibi, & ſic ꝙ priuilegium prælationis conceſſum ibi mulieri pro dote, vt præferatur aliis habentibus ſolā tacitam anteriorem, habeat locum tam in expreſſa quàm tacita, & facit in arg.l.cum quid ff.ſi cer.pet.& auth.multomagis.C. de ſac.ſan.eccle.& probatur etiā: quia licet mulier acquirat expreſſam,tñ per hoc non tollitur tacita, nec ab ea cenſetur velle recedre,qñ tacita eſt vtilior,vt fuit concluſum ſupra in 5.q.ſi ergo tacita veniret præferenda & non expreſſa, tunc tacita eſſet vtilior.Ideo ab ea non fuiſſet receſſum, & ſic cum tacita iuncta cum expreſſa omnino eſſet præferenda,ſicut cum ſola tacita,&
100 ita teneo.† Sed dubitatur, an mulier habēs expreſſam poſteriorem preferatur creditori habenti expreſſam anteriorem, ſicut præfertur cum tacita poſteriore alteri tacitæ anteriori, vt dictū eſt ſupra proximè. Ang.in auth.de æqualitate dotis. §.his conſequenter,ſingulariter tenuit ꝙ ſic,pro quo facit: quia virtus taciti & expreſſi æquiparatur.d.l.cum quid.ff.ſi cer.pet.& iſtam opi. tanquam magis fauorabilem doti amplectendam ſuadet Bald. No.in tactatu dotis,in10.parte. in 16.& vltima limitatio.& ſubdit idem poſſe teneri in bonis quæſitis per maritum poſt obligationem expreſſam anteriorem factam cum aliis creditoribus,& poſt expreſſam hypothecam vxoris,vt ſcilicet in his mulier hñs expreſſam poſteriorē preferatur aliis creditoribus hñtibus expreſſam anteriorē ad ſimilitudinē fiſci,qui in illis præfertur aliis creditoribus anterioribus:vt l.ſi is q,& ibi Bar. ff.de iure fiſci.Cum mulier in hypotheca ſit magis fauorabilis q̃ fiſcus:vt d.l. aſſiduis. vt dixi ſupra proximè num.98.& dicam infra in q. 13.& iſtud vltimum tenet latè Feli.in d.l.aſſiduis.in prin. in 3.q. æquiparando dotem fiſco,vt ibi per eū.& refert & ſequitur Soci.in l.j.in j.col.in ver.ex qua infert.ff. ſolu. matri. & idem Bald. nouel.in d.10.parte,in prin.in j. col. & ſic vera eſt concluſio, ꝙ ſicut fiſcus habens hypothecam poſteriorem præfertur aliis creditoribus habentibus expreſſam anteriorem in bonis quæſitis per debitorem poſt dictam expreſſam anteriorem per d.l. ſi is qui. ita & mulier cum ſua hypotheca expreſſa poſteriori præferri debet creditoribus habentibus expreſſam anteriorem in bonis poſtea quæſitis.Sed contra dictam opin.Ange. in d.auth.de æqualitate dotis,quæ eſt, ꝙ mulier habens expreſſam poſteriorem indiſtinctè etiam in bonis quæſitis ante expreſſam hypothecam anteriorem aliorum creditorum præferatur,tenet glo. in d.l.aſſiduis.quæ vult,ꝙ quando concurrit creditor & mulier, & vterq; habet expreſſam,ꝙ tunc prior in tempore præferatur, & dictam glo.ſequuntur ibi Iac.Butr.Bal. Ang.Salice. & alii cōmuniter,excepto Cyn.& vltramontanis,& dicit ibi Bar.& cum eo tranſeunt alii, ꝙ ita de conſuetudine obſeruatur, à qua non eſt recedendum l.minimè.ff. de legi. & iſtam opinio.tenet Ange.de Are.in d.§.fuerat.in 6.col. ſuper gl. in verſi. creditoribus. & Cor.in conſi.182.pen.colum.j.vol. & mouetur per regulam, ꝙ prior in tēpore, potior eſt in iure. l. potior & l. qui balneum. ff.qui potiores in pigno.habean.& l.j.C.eodem titu.à qua regula nō reperitur expreſſe exceptuatus iſte caſus,ſcilicet ꝙ expreſſa poſterior pro dote præferatur expreſſæ anteriori aliorum creditorum:quia d.l.aſſiduis.quæ introduxit priuilegium antelationis in dote,loquitur in tacita: & cum dicta deciſio ſit contra regulam iuris antedictam non debet extendi ad expreſſam hypothecam.l.præcipimus.C.de appell.& l. ſancimus. C. de teſtamē.
101 † Nec obſtat,ꝙ taciti & expreſſi idē ſit iudicium. d. l. cum quid. quia illa regula procedit, quando tacitam procedit ſecundùm regulas iuris communis, ſecus ſi procedat contra regulas iuris: vt tenet Alexander in l.ex facto.§.ſi quis rogatus. ff. ad Treb. &
102 no.Iaſ.in d.l.cum quid.in vltimo notabili.† Non obſtat,ꝙ mulier ſit magis fauorabilis q̃ fiſcus; quia quando agitur de correctione iuris communis, etiam à maioritate rationis non permittitur extenſio de caſu ad caſum,vt habet in auth.quas actiones.C.de ſac.ſan.eccleſ.Adde prædictis,ꝙ iſtam quæſtionem latiſſimè examinat Iaſ.in d.l.j.in j.& 2.col.ff.ſolu.matri.in 2. lectura, & in princip. dicit, ꝙ iſta eſſet q. pro amico,ſed poſtea ſubdit,ꝙ iſta ſecunda opinio contra Angel.eſt magis communis, & durum eſſet in practica conſulendo & iudicando ab ea recedere. poſtea vltimo loco ſubdit, ꝙ ſi quis vellet tenere opinionem Ange. poſſet illa confirmari ex pluribus, & pro eius confirmatione adducit quinque fundamenta. Primum, quod eſt potiſſimum,eſt,ꝙ d.l. aſſiduis.in qua eſt totum fundamentum, priuilegiat mulieres non ſolum quò ad tacitam hypothecam, ſed etiam quò ad perſonales actiones:vt ſcilicet in illis præferātur aliis actionibus perſonalibus. Sicut ergo mulier præfertur aliis actionibus perſonalibus acquiſitis per propriam ſtipulationem,ita videtur præferenda in expreſſa hypotheca anteriori,q̃-
103 uis acquiſita per creditores ex propria conuentione. † Sed iſta argumentatio Iaſ. de perſonali ad hypothecam non procedit; quia dicta lex aſſiduis. non introduxit priuilegium in perſonalibus ꝓ dote,vt præſupponit Iaſ.ſed declarat illud fuiſſe per prius introductum,& ita erat:vt l.2.§. fin. cum l.ſequenti.& ſeq. ff.de priuileg.credito.& in l.j.C de priuile.dotis. Vnde dicta l.aſſiduis. in hoc nihil de nouo introduxit contra regu.iuris, quia qui declarat,nihil de nouo facit, vt per Felinum in capitu. ſuper quæſtionum. in principio, de officio delega. & plenius in capitulo qualiter & quando.el primo col. 14.de accuſa. Sed quò ad priuilegium prælationis reſpectu tacitæ hypothecæ dicta l. aſſiduis. illud de nouo introduxit contra regulas,vt dicta lege potior. & dicta lege.qui balneum,& ſic ꝓceſſit in hoc correctoriè ad ius, ergo non debet extendi ad expreſſam hypothecam: cum ergo ſit diuerſa ratio inter priuilegium perſonalium & priuilegium hypothecæ non valet argumentum de perſonalibus ad hypothecas.l.fin.ff.de calumnia.cum vulga.Secundum fundamentū Iaſ.eſt,ꝙ licet. d.l. aſſiduis. non priuilegiet tacitam poſteriorem in præiudicium antetioris expreſſæ,tamē quando mulier habet etiam expreſſam, videtur omnino præferenda: quia non videt par ratio,ſed maior,ſed etiam iſtud non obſtat; quia ſiue ſit par ratio, ſiue maior, non debet fieri extēſio ad correctionem iuris per no.in d.auth.quas actiones. Tertium fundamentum eſt, ꝙ in ambiguis iudicandum eſt pro dote. l. in ambiguis. ff. de iure doti.ſed ad iſtud etiam poteſt reſponderi, ꝙ illud poſſet procedere, vbi non induceretur correctio iuris; nam cauſa euitandi correctionem iuris eſt magis attendēda cauſa prior,q̃ cauſa dotis,ſeu eius fauor.capit.cum expediat.de electio.lib.6.& in d.authen.quas actiones. & facit: quia licet in exorbitantibus fiat extenſio ratione piæ cauſæ,tamen in correctoriis non fit regulariter loquendo,vt per Bart.in l.ſi conſtante.in principio.in 9.q.ff. ſolu.mat.& ibi per Alex. Quartum fundamentum Iaſ.eſt in lege tale pactum.§.fi.ff.de pactis,ꝙ ſcilicet ſi Imperator in dicta lege aſſiduis.fuiſſet interrogatus de hoc idem ſtatuiſſet:ſed etiam iſtud tollitur per reſponſionem datam in precedenti fundamēto, videlicet ꝙ ſtante correctione iuris potius contrarium eſt præſumendum: cum ſemper debeat fieri interpretatio, ꝙ ius cōe minus corrigatur quàm fieri poſſit,vt l.2.& ibi no.C. de noxa.& iſta eſt fortior præſumptio,q̃ fauor dotis:vt probatur in d. l.2.de præſump. quæ debet adaptari ad id quod iuſtum eſt.Bald. in l.generaliter. 7.q.C.de non numer.pecu. Quintum fundamētum Iaſ. eſt, ꝙ dicta lex aſſiduis. hoc modo eſſet quaſi eluſoria: cum hodie de creditis fiant frequenter inſtrumenta, & ideo raro, vel nunquam priuilegium tacitæ hypothecæ poterit habere locum. Sed immo quotidie contingunt multi caſus, in quibus tam mulieres,q̃ creditores habent tacitas hypothecas,vt in titul.ff. in quibus cau.pignus tac.contraha.& C. eo. & experientia probatur,ꝙ ſępiſſimè in iudiciis occurrūt huiuſmodi caſus. Præterea quando etiam hodie eſſet verum illud,quod dicit Iaſ. tamen hoc non fuit in conſideratione tempore conditæ dictæ l.aſſiduis.& ideo argumentatio Iaſ. non procedit. Concluditur ergo in hoc articulo, ꝙ expreſſa hypotheca dotis poſterior nō præfertur anteriori expreſſæ, ſed habet locum regula, prior in tempore potior in iure &c.

104 † Decimò quæritur,an priuilegium prelationis de quo in d.l. aſſiduis.habeat locum in quaſi dote, ſeu in dote putatiua? puta quando mulier contraxit matrimonium illegitimum tamen bona fide.Et gl.in l.ſecunda.§.fi.ff.de priuileg. credi. diſputat, & firmat ꝙ huic doti putatiuæ competat tale priuilegium tacitæ hypothecæ cum prælatione, vt ibi latè in gl. Idem tenet glo. in dicta l.aſſiduis.& Bart.in l.ſi cum dotem.§.fi.ff.ſolu.mat.reſtringendo tamen hoc,quando ille, qui dictum matrimonium contraxit,erat liber,ſecus autem ſi eſſet ſeruus vt ibi per eum:idem tenet Sali.in d.l.aſſiduis.in princ.in 6.q.dicens hāc eſſe communem opin.Sed in contrarium videtur eſſe opin. Bart. in d.l.2.§. fi. vbi contra glo. ibi dicit, ꝙ ſponſa non habet tacitam hypothecam priuilegiatam,& ita dicit notari in l.eos.C.qui po.in pigno.habe.& ita dicit tenere Dyn.Iaco.de Are.Et hanc ſecundā opin.reputat veriorem in puncto iuris Bal.nou. in 2. parte. in 3. colum.in verſic.2.conueniunt dos putatiua &c.vbi iſtam ſecundam partem comprobat duobus fundamenris,vt ibi per eum. Tamen quicquid ibi ipſe dicat, non puto recedendum ab illa opinio. prius relata, videlicet ꝙ doti putatiuæ competat tacita hypotheca cum priuileg. prælationis, & non obſtant not. per Bart.in d.l.2.§. fin. quia diuerſus eſt articulus dotis putatiuæ ab articulo ſponſæ. Nam fateor, ꝙ ſponſa de futuro non habeat priuilegium tacitæ hypothecæ,vt tenet Bart.in d.l.2.§.fi. vt etiā dixi ſupra in 4.fallen.num.71.& ratio eſt: quia iura dant hypothecam pro dote, vt d.§.& vt plenius.ſed ante matrimoniū contractum per verba de præſenti non eſt dos,vt l.fina.C.de dona.

105 † In matrimonio autem putatiuo eſt ſecus; quia illud quando eſt con-

Source : BIU Cujas

est contractum bonafidę habet omnia priuilegia veri matrimonii quò ad dotem, vt l.si cum dotem.§.fi.& ibi no. ff. solu.matri. Bart.in l.si concubinam.ff.rerum amot.& in l. de iure §. fi. ff. ad
106 muni.† Et prædicta intellige ex parte vxoris; nam ex parte mariti dos putatiua non habet priuilegium tacitæ hypothecæ, vt habetur per Alex.in d.l.si cum dotem. §. fin. in j col.post alios per eum relatos, & ratio est: quia non est idem fauor in marito putatiuo, quæ est in vxore; quia ratio, quare fauetur vxori putatiuæ in dote est, vt deinceps possit facilius nubere.d.l.2.§.fin. ff.de priui.credito.& ita tenet Alexan.in d.l.si cum dotem.§.fin. quæ ratio cessat in marito &c.

107 † Vndecimò quæritur, an dictum priuilegium tacitæ hypothecæ cum prælatione, de quo in d.l. assiduis, possit per mulierē cedi, & transeat in cessionarium. Ista quæstio est valde dubia, & in ea doct. vario modo loquuti sunt, ita vt non possit rectè perpendi, quæ sit communis opinio: & hanc quęstio. Alexander in l.post dotem.in vlti.colum.ff.solu. matri.dicit esse difficilem & venenosam, & in illa Dyn in l.si minoris.ff.de admini.tuto. indistinctè tenuit, tale priuilegium non transire in cessionarium, & motus fuit: quia tale priuilegium non est trāsmissibile ad hęredes extraneos, sed ad solos descendentes eiusdem matrimonii.d.l.assiduis.§. exceptis. cum ergo non sit transmissibile ad hæredes, non videtur cessibile, per regulā.l. ex pluribus.ff. de admini.tut.& cum opinio Dyn tenet Ray.de de For in l.j.ff.solu.ma. Petrus autem & Cy.vt refert Bar in d.l.post dotem.in 6.q.distinguunt, ꝙ aut cessionarius vult vti tali priuilegio viuente muliere cedente vel eius filio, in quem etiam transit tale priuilegium d. §. exceptis. & tali casu tale priuilegiū competit cessionario, aut ea mortua, & tunc secus. Sed Bar.in d.l.post dotem in d.6.q. fuit in noua opinio. videlicet ꝙ aut cessio fit ex necessitate ex vtraq; parte; quia scilicet tam ille, qui cedit, cogitur, quam ille, q emit cogitur emere, & tali casu transit hypo. cessa cum priuilegio prælationis, & mouetur Bart.per tex.in l.j.C.de priui fisc. & subdit hæc verba, si nescires exemplificare. venias ad me. & ibi Alex.in d.6.q.declarat, quomodo Bart.voluerit inducere.d.l.fi. quia dicit, ꝙ voluit exemplificare iuxta terminos.l.fin.C.si antiqui credi.vbi habetur, ꝙ creditor posterior cōuentus hypothecaria ab anteriori cogitur aut soluere priori creditori, aut rem ei restituere, & antiquior creditor tali casu cogitur cedere iura posteriori & isto casu fm Bart. transit hypotheca cū priuilegio prælationis. Subsequitur Bart. aut dicta cessio fit ex voluntate, & tunc aut cessionarius agit directa nomine cedentis, & transit priuilegium in cessionarium, aut agit vtili actione nomine suo, & ad sui vtilitatem, & tunc nō habet tale priuilegium: ita tenet ibi Bar.& idem in effectu tenet Bart.in l.j.C.de priui.do. Imo in d.l.post dotem.vr̄ tenere cōtra Bar. scilicet ꝙ siue cessio fiat ex causa voluntaria, siue ex causa necessaria, tale priuilegium non transeat in cessionarium, & fundat se Imo per tex. in d.l. ex pluribus.ff.de administra.tuto. vbi agebatur de necessaria causa: qa ibi contutor soluerat pupillo pro mala administratione, & sic ex necessitate, & pupilllus tenebatur cedere eidem contra aliū contutorem etiam ex necessitate, iuxta no.in l.j §. nunc tractemus.ff.de tute.& ra.dist.& in l.j.C.de transac.& tñ in d. l. ex pluribus.deciditur, ꝙ dictum ius cessum non transit in cōtutorem cum priuile. prælationis, quod competebat pupillo ex sua persona speciali fauore, mouetur etiam Imo contra Bar.per tex. in auth.vt exactio.in stan.do.§.j, colla.7.vbi dicit tex. ꝙ priuile.prę lationis in hypotheca non competit creditoribus mulieris, & tamen mulier dictis creditoribus tenebatur cedere, cum illis teneretur satisfacere, sed ille tex.parum facit: quia Bar. præsupponit necessitatem in cessione ex vtraq; parte, sed in d.auth.§.j. necessitas non erat ex parte creditorum: quia non tenebantur recipere cessionem contra debitores mulieris inuiti, iuxta.l. 2. §.j. ff.si cert.pet.& respondet Imo.ad dictam l.fi.C.de priuile.fisc.in qua fundatur Bar. ꝙ illa lex sit specialis in fisco, qui nunquā moritur, & ideo dictum priuilegium prælationis in fisco censetur esse perpetuum: cum (vt dixi) fiscus nunquam moriatur, capitulo si gratiosè, de rescriptis.lib.6.nimirum ergo si illud potest trā sire in quemcunq;, secus autem sit in priuilegio prælationis in hypotheca competenti mulieri; quia illud finitur cum persona mulieris, & ideo non potest transferri in cedentem. Roma.etiā in d.l.post dotem.tenet contra Bar.per aliqua fundamenta quę referuntur ibi per Alex.& subdit ibi Alex.non videre, quomodo possit in hoc articulo defendi opinio Bart.& reprobata quadam distinctione posita ibi per Roma.tenet indistinctè, ꝙ tale priuilegium tanquam personale non transeat in cessionarium, etiam si hoc agatur expresse, & ita dicit tenere Cy. in d.l.j. C.de priuile.do.per tex.& in d. auth.vt exac.in stan.do.§. j. & dicit, ꝙ Bald.& Sali.in l.j. tangunt varias opin. in hoc articulo, & nullā eligere videntur, sed se inuoluūt, vnde concludēdo cōtra opi. Bart. dicit, ꝙ tale priuilegium indistinctè non transit in cessionarium, & hanc opin.dicit etiam tenere Ange. & Imo. in l.j. ff. solu.matrimo. Angelus de Aretio. in d. §. fuerat. in 11.colum. relata opinio. Imo. contra Bar.de qua supra dicit, ꝙ dictum Bar. forte est verius, quando imminet necessitas cessionis faciendæ ex vtroq; latere, vt in casu d.l.fi. C. de priuile. fi. & respondet ad tex in d.auth.vt exactio.instan.do.§.j.ibi.aut creditoribus, ꝙ ille tex.loquitur in creditoribus mariti, quibus mulier non cogitur cedere sua iura, sed immo mulier debet eis præferri tanquā anterior.d.§. fuerat. & imputandum est dictis creditoribus, quare contraxerūt cum marito. Sed pro certo errat Are. quia ille tex. loquitur expresse in creditoribus mulieris, non mariti, vt etiam ibi declarat gl.in ver. aut hæredibus, & ideo sua responsio nihil valet, sed (vt supra dixi) ad illum tex. potest responderi, ꝙ necessitas recipiendæ cessionis non erat ex parte creditorum; quia non cogebantur multi recipere pro eorum credito cessionem ab vxore contra hęredes mariti d.l.2.§.j.ff.si certum pet.& ideo non obstat tex. ille distinctioni Bart. Istam q. etiam latè examinat Bald. No. in tractatu dotis, in 12. parte. in 9. col. in vers. 4. quia dixi supra & ibi recitatis opin. omnium & multis ingeniosè & subtiliter additis tandem distinguit articulum in duo membra. Primum membrum est, ꝙ aut mulier cedit iura sua, quæ habet ad dotem contra virum, aut eius hæredes ad sui vtilitatem, ita ꝙ commoditas cessionis veniat in totum in vtilitatem mulieris, ita ꝙ nisi priuilegium prælationis transiret in cessionarium, non esset vtiliter prouisum mulieri: & tūc dictum priuilegium transeat etiam in cessionarium; quia non potest negari, ꝙ tunc dictum priuilegium non deseruiat vtilitati mulieris, in cuius fauorem fuit introductum: vt dicit tex.in d.§.fuerat. & in d. l. assiduis, & isto casu non est facienda differentia, an in cessione fiat expressa mentio dicti priuilegii, an non; quia etiam in cessione simpliciter facta per mulierem transit simplex hypotheca, de qua in d.§. & vt plenius. vt habetur in l. emptori nominis. ff. de hæred. vel actio. vendi. & in l.si solutum. C.de actio. & oblig. & per consequens transit etiam priuilegium prelationis tanquam concernens hypothecam & ius cessum, vt l.venditor nominis. ff.de hæred.vel actio.vend. Et hoc etiam procedit, si talis cessio fieret post mortem mulieris per eius filios eiusdē matrimonij; cum enim in eos transeat dictum priuilegium prælationis.d.§. exceptis. ideo si fiat cessio per eos concernēs eorum vtilitatem transibit etiam in cessionarium; quia licet tex. in d. §. fuerat. loquatur per taxatiuam ibi.cuius solius prouidentia.tamen nō excludit fauorem filiorum, qui eodem priuile.gaudent.d.§. exceptis.& faciunt quæ habētur in l.ob æs.C.de prædi.mi. vbi dictio taxatiua non excludit extensionem, quæ fit ad aliam l. & habeē per Bar.in l.si constante.in prin.in.9.q.ff. solu. matri. Nec etiam debet fieri differentia, an intentetur directa vel vtilis: quia talis differentia est potius verbalis, quam realis; quia satis est, ꝙ vtilis intentata tendat ad commodum mulieris & filiorū. Et de hoc primo membro distinctionis ponit Bal.No.exempla infra scripta, primò si mulier post mortem viri videat hæreditatem mariti impliciram multis debitis, & multi creditores habent hypothecam expressam & tacitā in bonis mariti, & anteriorē, quàm sit hypotheca ipsius mulieris, mulier ergo cedit iura sua contra primum maritum vel eius hæredes secundo marito isto casu secundus maritus vtetur priuilegio prælationis contra alios creditores prætendentes tacitam hypothecam licet anteriorem. Nam si hoc priuil. vti nō posset mulier, remaneret frustrata sua dote, & ideo non est dicendum, ꝙ isto casu non trāseat priuil. prælationis in dictum cessionarium. Secundò ponit aliud exemplum, quando alius pro muliere promisit dotem, & eam soluit dicto secundo viro animo repetēdi ab ipsa muliere, & ipsa mulier propter hoc dedit insolutum dicto soluēti nomen hæredū primi viri debitoris mulieris pro restitutione dotis; nam etiam hoc casu censeri debet cessum dictum nomen debitori cum tacita hypotheca priuilegiata ta, vbi aliàs si dictum priuile. prælationis non transiret in ipsum cessionariū, non posset fieri exactio dotis ab hæredibus primi viri propter creditores habentes tacitam hypothecam anteriorem, & sic cessionarius haberet regressum contra ipsam mulierem, quæ se potiorem in nomine cesso non præstitit, & etiam quia dictus cessionarius, qui soluit pro dicta muliere, non fuisset ita promptus in soluendo pro ea, si dubitasset mulierem non posse transferre dictum priui. prælationis in eum, & sic talis cessio tota pertinet ad commodum ipsius mulieris. Secundum membrum dictæ distinctionis est, ꝙ si dicta cessio fit principaliter in fauorem & commodum cessionarii, vel alterius, quam mulieris, aut eius filiorum, tunc dictum priuilegium prælationis non transeat in cessionarium, etiam si dicta cessio fieret expresse de dicto priui. ex quo illud soli mulieri, & eius filiis & eorum vtilitati est indultum: vt d.§.fuerat. & talis distinctio aliàs fieri solet in simili ar. videlicet an cessio fiat ad commodum cedentis, an verò ad commodum cessionarii, vt per Bar.& alios in l.facta.§.si hæres.ff.ad Treb.& in l.fin. ff.de transa Et istud fm membrum exemplificat etiam Bald.No.pluribus modis, primò si mulier ex causa donationis cederet alteri ius suæ dotis repetendæ ab hæredibus mariti, secundò quādo ipsa cederet ex causa onerosa, puta quia esset condemnata pro aliquo debito & bona ipsius mulieris mobilia & immobilia nō possent obtineri sine controuersia, & propterea creditor illius fecisset sibi adiudicari ex secundo decreto nomē debitoris dotis dictę

tis dictæ mulieris,iuxt.l.à diuo Pio.§. fi. ff.de re iud. certè in talē cessionarium dicti nominis dotalis non transiret dictum priui. prælationis:cum talis cessio tendat in fauorem creditoris non mulieris:ita vī tex.in d.auth.vt exactio.do.instan.in prin. Tertiò exemplificat istud ſm membrum ipse Bal No.qñ mulier pro restitutione suę dotis ageret hypothecaria contra bona mariti,& possessor,vel secundus creditor offerret mulieri solutionem dotis,& vellet impetrare cessionē à muliere,iuxta no. in l. mulier. ff.qui potio. in pign.habe.& l.Paulus.§.j.ff.quibus mod. pig. vel hypo.so.& l.si res obligata.ff.de lega.j & l.3. & l. cum secundus. ff.de distra. pi. Certè tali casu non transiret in dictum cessionarium tale priuilegium prælationis cōtra alios creditores: cum tunc istud non resultaret ad commodum mulieris, sed ad vtilitatem dicti cessionarii,quod no.quia est valde contingibile maximè Florentiæ, vbi frequenter impetrantur cessiones iuriū dotaliū mulieribus per secundos creditores, vel tertios possessores bonorum mariti;quia tales cessionarij non haberēt ius prælationis in tacita hypotheca nec in expressa contra alios habentes tacitam anteriorem,& respondet Bald.No. ad tex.in d.l.fin. C.de priui.fis.in quo Bar.& sequaces se fundant, ꝙ ille tex. non loquitur de priui.prælationis, quod habet fiscus, sed de simplici hyp.quā habet fiscus iuxta.l.2.C.in quibus cau.pig.taci.cōtraha. & licet in d.l.fi.dicat, ꝙ cessionarius fisci debet esse potior aliis creditoribus ꝙbus fiscus solet p̄ferri, tñ debet intelligi respectu anterioris hypothecæ & non spālis priui.prælationis,sed ista intelligentia nimis restringit & destruit illum tex.in d.l.fi.quæ indistinctè vult, ꝙ cessionarius fisci possit vti prælatione,put vti p̄t fiscus,& ꝓpea ad illum tex.aliter est rñdēdum, & prout retuli supra rñderi per Imo.videlicet ꝙ spāle sit in fisco,qui nō moritur, vt in eius cessionarium trāseat hypotheca cum priuilegio prælationis:& ista distin.Bal. No.tanq̄ rationabilis & ducens ad concordiam opin.doctorum mihi satis placet.

Duodecimò quæritˉ, quis præferatur in hypotheca tacita vel
108 expressa, an mulier,an verò fiscus.† Et dicēdum est,ꝙ respectu hypothecæ mulier & fiscus pari passu ambulant,& vnus non p̄fert alteri,ita tenet Bar.in l.j.ff.sol.mat.in secunda & tertia vtilitate publica,per tex.in l.2.C.de priui.fis.& cum Bar. transeūt ibi alii doc.& est gl.no.in l.dotis.C.de iure do.vbi gl. dicit, ꝙ fiscus & mulier paribus passibus ambulant,& qui prior illorum est in tpe,potior est in iure,probat̄ ēt per tex.& ibi glo.in d. l. assiduis. vbi hr̄, ꝙ mulier nō vtitur dicto priuilegio p̄lationis,de quo ibi contra fiscum.& facit tex.in l.j.C.de iure fis.lib. 11. vbi fiscus est priuilegiatus cæteris paribus circa prioritatē hypothecę facit ēt tex.& ibi no.Bar.in l.si is qui. ff.de iure fisci. vbi fiscus in quæstionis post suam hypothecam præfertur oībus aliis creditoribus ēt anterioribus,& istā opin.scilicet ꝙ fiscus & mulier in dote paribus passibus ambulent,tenet Pau.de Cast.in consi.394.q̄q̄ multa copiosè.in 2.col.Et ista conclusio clare procedit,qñ ꝯstat de prioritate hypothecæ tacitæ vel expressæ inter fiscum & mulierem dotatam;quia tunc ille præfertur, qui est prior in tpe per supradicta.Sed difficultas est in dubio, qñ scilicet nō constat de prioritate temporis,puta qñ apparent eodem die duo instrumenta confecta,vnum.s.pro fisco,& alterum pro dote mulieris, & nō constat de prioritate alicuius dictorum instr̄orum,neq; per ordinem naturæ,neq; per horæ appositionem:quia tunc esset prę ferēdum anterius in tempore,vt declarat Soci.in l.j. in 2.col. ff. sol.matri.& dictum fuit supra proximè.Dubitatur ergo in casu dubio,quis veniat præferēdus,an mulier,an fiscus, & Bal.in l.dotis.C.de iure dot.tenet, ꝙ isto casu mulier sit præsenda fisco allegat.l.non puto.ff.de iure fisc.& hanc opinio. tenet etiam Nic. de Neapo.in d.l.j.ff.sol.matri.vt ibi refert Alex.in j. col. & Alex. ibi dicit se semper fuisse dubitatum de hac decisio. Nic.de Nea. & latè insistit circa intellectum.d.l.non puto, & nihil determinat,tñ dictā op.Nic.de Neap.sequitur Soci.in d.l.j.2.col. in ver. 4.& vltimò limita,& illam confirmat optimo fundamento,videlicet ꝙ quando duæ personæ priuilegiatæ contendunt ad inuicem:tunc præfertur magis priuilegiata,vt vult Cy.& sequunt̄ alii in auth.quas actiones.C.de sac.san.eccl.arg.l. verum.in fi. ff.
109 de mi.† sed mulier est magis priuilegiata q̄ fiscus:quia mulier p̄fertur habentibus priorem tacitam. d. l. assiduis. quibus tñ non præfertur fiscus.l.j.C.rem alie.geren.Et ex hoc infert Soci.ꝙ qñ mulier contendit cum fisco pro dote non habet locum.d.l.j.C. de iure fis.& idem est dicendum ſm eum in terminis.d. l. si is q. ff.de iure fisc.Et eandem opinio.ꝙ in dubio mulier pro dote sit præferenda fisco,tenet Ias.in d.l.j.ff.solu.matr.in 11.col. sequendo Nico.de Neap.& Bal.eandem opi. tenet Bal. No.in tractatu do.in 9.parte.in j.priui.sub dubio tñ,quia dicitur,ꝙ dictū Bald. in d.l.dotis.non vī vsquequaq; verum,cum cōcurrant duo priuilegiati,qui ambulant pari passu;vt dicit gl.in d.l.dotis.& aliqñ etiam fauor fisci præfertur fauori doris;vt habetur in l. satis notum.C.in qui.cau.pi.taci.contraha.Tamen omnino tenendam puto cōclusionem Nic.de Neap. & Bal. ꝙ in dubio mulier pro dote sit præferenda fis.per l.in ambiguis. ff.de iure do. Et nō ob. ꝙ vterq; eorum sit priuilegiatus;quia vī magis priuilegiata mulier pro dote.d.l.assiduis.& no.Soc.in d.l.j.& dixi supra.Nec obstat.d. l. satis notum. quia ibi est casus specialissimus fauore primipili,vt ibi declarat Bal.ideo non est trahendus in consequentiam l. ius singulare. ff. de legi. & ista est etiam magis cōis opin. quia illam tenent Bal.Nic.de Neap.Soci.Ias. & sequaces. Sed ꝓ declaratione prædictorum inquantum dictum fuit, ꝙ dubietas potest insurgere ex eo,ꝙ ambo instrumēta,videlicet fisci & mulieris sint confecta eodem die,est aduertēdum, ꝙ etiam ꝙ duo instrumenta sint confecta eodem die, tamen ex aliquibus posset constare de prioritate,& primò ex ordine naturæ; quia scilicet in vno esset habitus & in alio priuatio.secundò qñ vnum esset publicum & aliud priuatū,iuxta.l.scripturas.C.qui po.in pig. habe.tertiò qñ in vno esset hora: vt pulchre per Soci.de omnib. istis in l.j. ff. sol. mat. quartò qñ dicta duo instrumenta confecta eodem die essent confecta ab eodem notario, nam tunc ex ordine scripturę & protocolli prius scriptum censetur prius & anterius in tempore, arg.l.si quis ex argentariis. §.si initium. ff. de eden. & l.quoties.ff.de vsufruc.ita tenet Bald.nou.in 9.parte. in
110 2.priui.† Et ista conclusio comprobatur ex eo,ꝙ voluit Ange. in auth.de hæred.& falc.§.etenim.vbi voluit, ꝙ si in eodē instrumento bona sunt obligata primò Titio, deinde Seio, ꝙ hypotheca Seii cēsenda est posterior ꝓ ordinem scripturæ: quia,vt inquit Bal.in l.aduersus.C.de fur.prior est tempore,qui prior est in ordine scripturæ.& faciūt no.per Feli. circa ordinem scripturæ in c.cum dilecta.6.col.de rescrip.per Ias.in l.2.§.prius.col.3.ff. de vulg.& pup.per Soci.in cōs.9.prosequēdo ordinē.5. col.j vol.
111 † Decimotertiò quæritur,an istud priuilegium,de quo dictū est in proxima præcedēti quæstione.videlicet,ꝙ mulier pro dote in casu dubio prę ferri debeat non solum priuatis,sed ēt fisco, detur soli mulieri,an verò transeat ad quencunq; ēt extraneum ad quem transit actio dotis?Bar.in d.l.j.ff.sol. mat.tenet, ꝙ tale priuilegium non solum detur mulieri, sed ēt ꝙ transeat ad quēcunq; extraneum,ad quem transit actio dotis, & ꝙ non solum competat ex parte mulieris,sed etiam ex parte viri. Et ratio est ſm eum:quia huiusmodi priuilegium dat̄ ipsi doti,non aūt ipsi mulieri, per d.l.in ambiguis.ff. de iur.do. ideo debet transire ad quencunq; transit ipsa dos;ita firmat Bal.in d.l.j.in 2.col.in prin. super 2.gl.Sed Soci.ibi in 3.col.in 3.no.dicit, ꝙ licet ista opi.Bar. ab omnibus approbetur, tñ semper sibi dubia visa fuit, & contra Bar.adducit quatuor argumenta, sed vltimo loco relinquit cogitandum.Ias.autem in d.l.j.in 3.col.in ver.3. adde inquantū Bar.dicit, ꝙ licet omnes teneant cum Bar.tñ ꝙ disputando pōt teneri contrariū,& ibi adducit quatuor argumenta contra opi. Bart.Subdit tñ,ꝙ ad omnia argumenta facta contra Bar.pōt respōderi,ꝙ licet priui.prælationis,quod habet mulier de iure speciali per d.l.assiduis.non transeat ad extraneos (vt supra dictum est)illud est:quia dictum priuilegium est nimis exorbitans a iure cōmuni, scilicet quòd mulier in dote posterior in tempore ex tacita hypotheca præferatur aliis creditoribus,quos certè scimus esse anteriores in tacita: & ideo non transit ad extraneos, sed istud priuilegiū prælationis in casu dubio non est adeo exorbitans;nā in veritate posset instr̄m dotis esse anterius,nimirum ergo, si istud priuilegium tanq̄ minus exorbitans p̄t transire ad extraneos: & ita residet Ias.istā opi. Bar. ēt tenet Bal. nou.in tractatu dotis,in 9. parte. in 2. priui. vbi ēt rñdet ad argā quæ fiunt contra Bar. & eius rñsio est in effectu eadē cum rñsione data ꝓ Ias.supra relata,& ideo cōcludo non esse recedēdū ab opi. Bar.
112 cōi.† Vltimò dubitatur,an priuilegia dotis, de quibus supra est facta mentio,competant pro dote ēt sol.ma. & breuiter dicendum est,ꝙ competant ēt sol.ma.ante dotis restōnem, sed restituta dote nō:vt latè ꝓ Ias.post alios in rub.ff.so.ma.in 2. & 3.col. vbi diffuse disputat,an dos ꝓprie dicat̄ sol.ma. & hr̄ ēt per Soci. in cons.177.visa facti.in 3.col.j.vol.Et ista pro nunc sufficiāt circa materiā tacitæ hypothecę introductæ in fauorē dotis,quædā alia dicentur infra in materia prioritatis, & ꝓ hęc sit expeditus quartus casus,in quo de iure introducta est tacita hypotheca.
113 † Quintus casus,in quo inducitur tacita hypo.est in fisco, ꝓ l.2. & 3.C.de priui.fis.& ideo infert̄,ꝙ si quis emat aliq̄ rem à fisco, essent illi bona ꝓ ptio tacitę obligata fisco ꝓ d.l.2.Intellige tu & declara,qñ emptor eēt maior, sed si emptor esset pupilli, eēt obligata fisco sola res empta, nō aūt alia bona pupilli pro ptio dictæ emptionis,iste est text.in l.2.in ver.ꝙ si à fisco. iuncta glo. ibi in ver. emerit.ff.de reb.eo. & ita intelligit & declarat Ias.in repe.l.si cōstante.in 2.q.3.partis prin.in 11.char,nu.67.ver.2.diligenter cōsidera. Itē dictā tacitā hypothecā habet fiscus priuilegiatā;quia licet alius priuatus hēat gñalē vel spālē hypothe. anteriorē:tñ fiscus ex spāli priui. p̄fert anteriori creditori in bonis q̄sitis ꝓ debitorē post oblationem ꝯctā cū fisco,vt est tex. & ibi
114 no.Bar.ī l.si is q. ff.de iu.fis.† Itē intellige p̄dicta ī fisco ꝓprie sūpto,& ꝓpea videbat̄ dicēdū,ꝙ p̄dicta ꝓcederēt solū ī republica Romanorū;qa sola illa dr̄ hr̄e fiscū non aūt aliæ ciuitates,ita hr̄ in l.ꝓperandum in prin.& ibi Bal.C.de iud.& Bar.in l.j.C.de bo. vac.lib.10.& in d.l.si is q.circa mediū. Tñ idē ēt est dicēdū in oībus aliis ciuitatibus & populis nō recognoscētibus superiorē, & ēt in populis vel principibus recognoscentibus superiorē tñ ex priuilegio vel concessione superioris hñtibus merū & mixtū

Imperium

Source : BIU Cujas

Imperium & iura regalia & fiſcalia: tũc enim tales ciuitates & populi habẽt fiſcum, vt no. Bar.in l.2.in prin.ff.de iure fiſc.& in l. non tantum §.ait ſenatus. ff.de peti hęre.& ibi per Alex.& habetur per Bal. latè in l.1. ad fi.C.de hære.vel actio.vendi.

115 †Et prædicta militant in contractibus & aliis propriis iurib. fiſci,ſed dubitatur, quid dicendum ſit de pœnis pecuniariis ex aliquo delicto fiſco applicandis,an pro illis bona delinquentiũ ſint tacitè obligata fiſco,& in hoc gl.& doc.variauerunt,vt habetur in l.aufertur.§.fiſcus.ff.de iure fiſ.& in l.1. C.pęn. fiſ.debi. præfer.lib.10.

Tamen in iſta materia Guil.de Cu.latius poſt alios in l.reſcriptum.in princ.l.de pac.ut ibi refert Bal.diſtinguit,ꝙ quando ex delicto ſequitur bonorum confiſcatio,fiſcus nullam habet hypothecam nec ante,nec poſt condemnationem; nam ante cõdemnationem fiſcus nullum habet ius in bonis delinquentis. l.eius qui delatorem.ff.de iure fiſ.poſt condemnationem autẽ & publicationem fiſcus eſt effectus dominus bonorum confiſcatorum:vt l.commiſſa.ff.de publi.& propterea iam res ſua ſibi obligata eſſe non poteſt l.neq; pignus.ff.de reg.iur.Sed quando ex delicto non ſequitur cõfiſcatio bonorum,ſed aliqua pœna pecuniaria,& tunc ſi ſumus ante condemnationem, fiſcus nullam habet hypothecam;quia nondum dicitur creditor.l. ſi qua pœna.& l.aliud.§.inter multa.ff.de ver.ſig.Si autem ſumus poſt condemnationem:& tunc quatenus eſt reſpectu aliorum creditorum & in eorum præiudic.ẽt fiſcus non habet hypothecam.l.quod placuit.ff.de iur.fiſ.niſi fortè eſſent creditores eiuſdem tituli,puta ex delicto:quia tunc cęteris paribus fiſcus debet præferri. Quatenus autem eſt reſpectu delinquẽtis,vel aliorum poſſidentium ſine titulo fiſcus dꝫ habere tacitam hypothecam ex die ſententiæ, quæ non porrigitur ad bona ante ſnĩam alienata:vt l.poſt ϑctum.ff.de dona.& prædicta procedunt tam in pœnis,quæ imponuntur ex diſpoſitione iuris cõis, quàm ex diſpoſitione ſtatutorum,ita volunt Gui.& Bal. in d.l. reſcriptũ. in prin.dicentes iſta eſſe bene tenenda menti.Iſtam quæſtionẽ latè examinat Alex.in d.l.reſcriptum.in prin.in gl.in ver.hypothecas,& in effectu licet per alia verba tamen idem concludit, quod Gui & Bal.dicit enim ꝙ communis opinio eſt,ꝙ ante inchoatum iudi.criminale fiſcus nullam habeat hypothecam in bonis delinquentis,& ſimiliter poſt iudicium inchoatum ante ſnĩam:quia ante ſententiam nullum ius habet.l.ex iudiciorum. ff.de accuſa.ſed poſt ſnĩam ſic:quia per illam quaſi ϑhitur.l.3.§. idem ſcribit.ff.de pec.& quod pro ϑctu & pari ratione pro quaſi ϑctu fiſcus habet hypothecam. d.l.aufertur.§.fiſcus.ff.de iure fiſ.& hanc opi.dixit Alex.eſſe veriorem, quicquid in contrariũ voluerint ibi Ang.Fulg.& Pau.de Caſt.qui voluerunt talem hypothecam incipere a litis conteſtatione, per quam quaſi ϑhit:

116 vt no.gl.in l.2.§.fi.ff.de præto.ſtip.†quia ſm Alexã.iſta ratio nõ concludit:nam quaſi contractus, qui inducitur per litis conteſtationem,operatur,ꝙ quis ſit aſtrictus inſtantiæ non pœnæ,in qua quis poſtea venit condemnandus per ſententiam,vt declarat Bar.in d.§ idem ſcribit.tenet etiam Ale.ibi, ꝙ talis tacita hypotheca competens fiſco non præiudicet aliis creditoribus ex alia cauſa quàm ex delicto,prout tenent Gui.& Bal. ſed ꝙ talis hypotheca ſolum operetur ϑ delinquentes vel tertios poſſeſſores poſſidẽtes ſine titulo & in cæteris.Idem tenet quod Gui. & Bal.Subdit tamen vnũ Alex.poſt Bal. ibi in lectura antiqua, quod reputat ualde notabile, videlicet ꝙ qñ fiſcus conſequeretur rem familiarem, puta quia ageret ex damno dato in fundo fiſcali,ꝙ tunc incontinenti haberet bona dicti damnum dantis obligata; tunc enim non cenſetur propriè proſequi pœnam, alias ſm eum melioris eſſet conditionis delinquens in damnũ fiſci,quàm ϑhens cum eo,ꝙ non eſt dicendum ſm eum, & ita

117 etiam ſequitur ibi Iaſ.† Sed contingit dubitari,qñ concurrit fiſcus & priuatus & non conſtat de prioritate iurium, ſed ſumus in caſu dubio,quis debeat præferri in hac dubitatione.Alex.in l.1.ff.ſol.mat.in 1.col.procedit in confuſo in cauſa dotis & alterius priuati cum fiſ.& multa diſputat ſuper intellectu.l.non puto.ff.de iure fiſc.tamen nihil determinat.

Sed quicquid ſit circa prælationem in caſu dubio inter mulierem prætendentẽ cauſam dotis & fiſcum, de quo ſ. diximus in quarto caſu in duodecima quæſtione num.108. vſq; ad 112. Qñ concurrit ſimplex priuatus & fiſcus.Soc.in d.l.j.in j. col. diſputando ẽt de intellectu.d.l.non puto.firmat,ꝙ fiſcus præferri debeat priuato,ẽt ꝙ priuatus prętenderet cauſam oneroſam & mouetur : quia ſicut cauſa dotis in dubio pręfertur priuato, vt tenetur cõiter in d.l.j.& dictum fuit ſ. Ita debet pręferri cauſa fiſci.Nam ẽt fiſcus habet multa priuilegia,de quib. per Bald. in l.1.C.de hæred.uel actio.uend.& fiſcus & dos ambulant pari paſſu,ſm gl.in l.2.C.de priuil.fiſci.& tacita hypotheca dotis nõ pręfertur tacitę hypothecę fiſci, vt habetur in d.l.2. & fiſcus in bonis quęſitis poſt ſuam obligationem pręfertur priuato habẽti anteriorem hypothecam,vt habetur in d.l.ſi is qui. ff. de iure fiſ.ficut ergo in his pręfertur in quibus priuatus eſt potior, ſimiliter debet pręferri,quando ſumus in dubio.

Iaſ.autem in d.l.j.ff.ſolu.mat.in 11.col.dicit, ꝙ d.l. non puto. procedit,quando fiſcus prætendit cauſam lucratiuam, puta qa venit contra indignum,vel petit pœnam ex cauſa delicti, tunc enim priuatus pręfertur fiſco.Sed quando fiſcus prętendit cauſam iuris proprii, vel agit ex aliquo contractu:tunc ſecundum eum fauendum eſt potius fiſco,quàm priuato,alleg l.vni.§. fin. & ibi Iac.de Belui.C.de cadu.tol.& non obſtat,ꝙ Alex. in d.l.j. dicat,ꝙ iſte intellectus ſit diuinatiuus,quia reſpondet ipſe,ꝙ in hoc nulla eſt diuinatio,ſed eſt propria natura illius.l.non puto. conſiderato tit.ſub quo ſita eſt, argu.l. imperator.ff.de in diem addictio.& iſtum intellectum ad d.l.non puto.dedit Raph. Cuma.& ibi eum refert & ſequitur Ange.de Aretio.in l ſciendũ. in prin.ff.de appel.recipi.& inſti.quibus modis teſta.infir.§. fin. ad finem.& iſtud corroborat Iaſo.in d.l.j.& dicit hanc eſſe veritatem a nemine declaratam,ſed in hoc artic. Bal.No. in tractatu dotis,in 9.parte in primo priuilegio latè diſputat, & refert opin tenentium pro vtraque parte,& tandem concludit, quòd quando contenditur inter fiſcum & priuatum,quòd in dubio, quando non conſtat de prioritate,pręferatur fiſcus priuato, ſiue ſimus in cauſa lucratiua,ſiue in cauſa oneroſa, & ad d.l.non puto.reſpondet,quòd illa procedat,quando eſt aliqua dubietas ſuper aliquo articulo iuris; tunc enim fiſcus admittit, quòd interpretatio fiat contra ipſum,maximè in pęnalibus, & ita ſecũdum eum intellexit ibi gl.in vlti.opi.quę ſemper videtur cõſentanea gl.ut vult gl.in l.qui filium.§.Sabinus.ff.ad treb.

118 †Ego autem puto,quòd magis uera & communis opi. ſit illa,quam firmat Iaſ.videlicet quòd quando ſumus in cauſa oneroſa,in dubio pręferri debeat fiſcus priuato, quando autem ſumus in cauſa lucratiua,pręferri debeat in dubio priuatus fiſco, hanc enim opinio.tenet Iac.de Belui.in l.j.in fi.C.de cad.toll.& Raph. Cum. Ange. de Aret.& Iaſo. ſupra relati,& ſic quòd d.l. non puto.loquatur in cauſa lucratiua,alia autem iura, quę allegantur in contrarium,loquuntur in cauſa oneroſa, & quòd dicta opinio procedat,ſiue dubium verſetur in articulo iuris, ſiue in articulo facti; quia cum leges loquantur indiſtinctè, indiſtinctè debent intelligi.l.de pretio.ff.de publi. Nec poteſt reddi ratio concludens diuerſitatis inter articulum iuris & inter articulum facti,& tanto magis placet iſta opinio : quia per eam reducuntur opinio.doctorum ad concordiam. Nam opin. Dyn. Barto.& ſequacium in d.l.non puto.qui tenent, quòd in dubio priuatus pręferatur fiſco,debet intelligi in cauſa lucratiua : opinio autem illorum qui tenent contra Dyn. & ſequaces quos refert Alexã. in dicta l.j. videlicet quod fiſcus pręferatur priuato, debet intelligi in oneroſis,& ita tenendum eſt meo iudicio.

119 †Sextus caſus, in quo inducitur de iure tacita hypotheca eſt in adminiſtratoribus ciuitatum: quia ſcilicet eorum bona predicta adminiſtratione ſunt tacitè hypotheca.ciuitatibus,quarũ geſtũ geſta eſt adminiſtratio,quod eſt not. Quia licet alias ciuitas,quę non habet fiſcum,nõ habeat priuilegium tacitę hypothecę:vt l.ſimile.& ibi gl.ff.ad municip.& no.glo.& doct.in l.2. C.in quibus cauſis pig.taci.contraha.& Roma. in conſilio 508. prętens conſultatio.& firmat Alex.poſt Iacob.de Are in l j.§.ſi hęres.ad fi ff.ad Treb. Tamẽ bona adminiſtratorum bene ſunt obligata (vt dixi) & ita firmat ibi Alex.poſt gl.ibi in ver. ſequit per tex.in l.fi.C.quo quis ordi.conue.li. 11. quem ita debere intelligi tradit Alex in dicto §.ſi hęres.

120 † Septimus caſus,in quo inducta eſt tacita hypotheca, eſt in bonis prętati eccleſię pro mala adminiſtrat. bonorum eccle.ſicut ſunt tacitè oblig.bona tut.pro mala adminiſt.l.pro offi. C. de adminiſtr.tuto.& dixi latè ſ.in primo caſu, nu.6. iſta eſt glo. no.in c.ex literis.de pigno.quam ibi ſequitur Abb.& illam pro ſingulari allegat idem Abb.in capit.epiſcopus.de pręben.

121 †Et pro hac etiam facit, quia prętatus in multis ęquiparatur tutori:vt per Abb.in capi.cum deputati.de iudi. & ibi latè Fely. in col.penul.in ver.quando prętatus ęquiparetur tutori . & iſto caſu eccleſia habet priuilegium tacitę hypothecę,ſed non in aliis,quia eccleſia ęquiparatur ciuitati & non fiſco , & ſicut ciuitas non habet taciram hypothecam,ita nec eccleſia,niſi in caſu pręmiſſos vt per Bal.in l.fi in 4.col.in ver.quęro hic,an ciuitas. C.de ſacroſ.eccle.& per Bal.poſt gl.in l.2.C.in quibus cauſis pigno.taci.contraha.& per Cy.& Bald.in l.dotis.C. de iure dot. & per Alexan.in l.ſi filio.§.fi.in 3.colum.in verſ. Adde quòd iſtud dictum.ff.ſoluto matrimo.& per eundem in conſil. 104. plura ſuper his.6.volum.ad fin.

122 †Et idem eſt etiam in camera epiſcopali:quia ſcilicet illa nõ habet priuilegium tacitę hypothecę, vnde ſi quis contrahat cũ epiſcopo,bona illius nõ ſunt tacitè hypothecata epiſcopo, nec epiſcopatui,quia de hoc nulla lege cauetur:ita tenet Bal. in rubri.C.de priuileg.fiſ.in fi.& Alex.in d.conſi.104.in fi.

123 † Octauus caſus, in quo inducta eſt tacita hypotheca,eſt in bonis orphanotrophi, ſeu hoſpitalarii, ut ſcilicet eorum bona ſint tacitè obligata pro mala adminiſtratione; quia ſcilicet etiam ipſi æquiparantur tutoribus,ut l. orphanotrophos. C. de epiſcopis & cleric.& ita tenet Bald.in l.ſi quis presbyter.in princip.eodem titu.

124 †Nonus caſus, in quo inducitur tacita hypotheca. eſt in bo-

Source : BIU Cujas

nis delinquentis, puta furis pro resti. rerum ablatarum: quia dicta bona etiam contra hæredes delinquentis, vel quencunque alium possunt a damnificato vigore tacitæ hypothecæ peti, & hoc saltem ex æquitate iuris canonici: ita tenet Bal. in l. furti. C. de fur. arg. c. parochiano de sepul. & ibi plenius comprobat Salic. dicens bona delinquentis esse tacitè obligata pro malè ablatis & hoc pro liberatione animæ dicti delinquentis, per tex. in d. c. parochiano. & per l. sancimus. C. de sacros. eccl. vbi anima p̃ fertur cū̃ctis rebus: & quia anima defuncti aliter staret in captiuitate, cum non remittatur peccatum, nisi restituatur ablatum vt in regula peccatum. lib. 6. Quæ no. quia de iure ciuili non reperitur, q̃ bona furis, vel alterius delinquentis sint tacitè obligata pro malè ablatis: sed p̃ furem, vel eius hæredem datur cōdictio furtiua, quæ est rei persequutoria. l. si pro fure. §. 1. ff. de p̃di. fur. & hoc etiam si res furtiua non extaret: quia datur ad æstimationem illius, vt l. in re furtiua. in prin. eo. tit. tex. gl & Ang. de Are. in sti. de obli. quæ ex deli. nas. §. fi. Et licet Bar. in l. 1. in 2. col. ff. de priua. deli. tenuerit, q̃ actiones descendētes ex delicto, quæ sunt pœnales ex parte rei delinquentis, & ex parte actoris sunt rei persequutoriæ de iu. ca. dentur cōtra hæredes delinquētis insolidum, licet de iure ciuili dentur in tantum quantum peruenit ad hæredes, per c. 1. de rapto. & quod ibi no. per doct. Tamen Abb. in d. cap. parochiano. referendo dictam decisionem Bar. in d. l. 1. dicit non esse faciendam differentiam in hoc inter ius ciuile & canonicum, & respondet ad iura allegata per Bart. q̃ illa procedunt, quando delinquens in articulo mortis fuit p̃tritus, & mandauit res restitui per hæredes: tunc enim non dicitur agi ex delicto, sed ex quasi contractu, & ideo tunc dar̃ actio contra hæredes insolidum etiam vltra facultates hæreditarias, sed in aliis casib. in quibus delinquens non iniunxit istud onus hæredi ex pœnitentia & contritione, tam de iure ciuili, quàm canonico hæres ex delicto defuncti conueniri nō potest vltra vires hereditarias, sed solum quatenus ad eum peruenit a defuncto, & hoc etiam si hæres non fecerit inuentarium: & ita etiam tenet Abb. in c. in literis. de rapt. & Io And. in ca quanquam. de vsur. lib. 6. in nouella, & Federi. de Senis in consilio 11. ut refert Abb. in d. c. in literis. & istam opi. videtur tenere Alex. in apost. ad Bar. in d. l. 1. & ipsam latè disputando tenet Petr. de Anchar. in consilio 411. incip. & prima facie. Ita etiam tenet Bal. in d. l. furti. & in l. 3. penul. colum. C. ne ex deli. defunc. & Floria. in l. in de Neratius. ff. ad l. Aquil. Et sic est communis conclusio, q̃ hæres teneatur ex delicto defuncti solum vsque ad vires hæreditarias & non vltra, etiam nullo facto inuētario, & hoc tam de iure ciuili, quàm canonico, & q̃ pro dicta satisfactione omnia bona delinquentis sunt tacitè hypothecata damnificato, siue peruenerint ad hæredes delinquentis, siue ad alios tertios possessores: vt s̃. est conclusum.

125 †Decimus casus, in quo tacita hypotheca de iure inducitur, est in collectis; quia s̃. fauore collectarum bona allibrata & accatastata pro illis sunt tacitè obligata, ista conclusio probatur per tex. & ibi gl. in l. 1. C. in quibus. cauſ. pig. ta. p̃ha. & ibi hoc no. Bar. & Bal. firmant Iac. de Are. Cy. Bar. Areti. Alex. & Ias. in l. apud Iulianum. §. hęres. ff. de le. 1. & Soci. in consil. 243. 2. colū. in ver. præterea vr̃, q̃ bona. 1. volu. faciunt not. in l imperatores. ff. de publica. tex. & ibi no. Bal. in l. fi. C. sine cens. vel reli. & nisi soluantur collectæ, possunt bona allibrata vendi, vt est glo. not. in ver. distrahatur, & ibi Bart. C. de vendi. bo. fis. lib. x. & non solum possunt vendi pro collectis non solutis, sed etiam pro pęnis impositis p̃ non soluentes: vt no. Alex. in apo. ad Bar. in l. creditor. in prin. ff. de act. emp. & si bona ex causis prædictis solenniter vēdita sint, non audietur vlterius dominus volens offerre collectas, pro quibus vendita sunt: vt no. Bal. in l. 1. in versi. Item possunt eius bona occupari &c. C. si propter pub. pensi. & licet Bal. loquatur in tributo, tamen idem est in collectis: quia rub. ibi loquitur de publicis pensitationibus, quarū appellatione veniunt solutiones omnes quæ fiunt in publico annuatim, vt declarat ibi gl. & probatur in l. 2. & 3. eo. tit. Secus autem, si bona non essent solenniter vendita; quia tunc dominus veniens post venditionem potest illa recuperare, vt l. 1. ibi. neq; ordine peracto. C. de fi. instr. li. 10. qui tex. solet allegari ad retractationem subhastationum factarum minus solenniter in venditione rerum captarum pro executione rei iudic. nam tunc dominus potest offerre debitum & reuocare venditionem, si non fuit in ea seruatus ordo &c.

126 †Vndecimus casus est in decimis: nā pro illis sunt tacitè obligata prædia, ex quibus solui debent decimæ prędiales ad similitudinem eorum, quæ dicta sunt s̃. in collectis, vt no. Io. Andr. & & Abb. in ca. cum homines. de decimis. & idem tenet Feder. de Senis in cons. 81. incipit latius. & mouetur arg. d. l. imperatores. ff. de publi. & idem tenet Abb. in c. pastoralis. in 1. col. in ver. sed quæro, quid si venditur ipse ager. de decim. per eadem fundamenta quæ fiunt in collectis.

127 †Sed dubitatur, quid in canone debito pro bonis emphyteuticis, an s̃. pro illo sint tacitè obligata bona emphyteutica, pro quibus canon debetur quolibet anno. & in hoc Bald. in auct. si quas ruinas. in 4. col. in ver. sed vltra omnes. C. de sacrosan. eccl. tenet q̃ sic, & mouetur per tex. & auc. de alie. §. scire. quem text. dicit esse tenendum menti ad hoc. Idem tenet Bal. in l. certi iuris. in 5. q. C. loca.

Sed Bart. in l. fi. C. de iu. emphy. tenet cōtrarium, & istam opi. Bar. contra Bal. tenent Anto. de But. & Imo. in c. potuit. de loc. super gl. 3. & Ang. in l. vniuersas. C. ne rei domi. vel temp. & mouentur; quia licèt de iure pro tributis soluēdis sit obligatus fundus tributarius per d. l. imperator. & l. 1. 2. & 3. C. sine cen. vel reli. tamen in canone debito pro emphyteusi istud non reperitur etiam si sumus in emphyteusi ecclesiastica, ita dicunt Ang. Anto. de Bu. & Imo. in d. locis, & ita tenet Alex. in l. quod dicimus. in 10. col. in versi. & sic ex prædictis patet. ff. de verb. obl. dicentes, quòd d. §. scire. in quo se fundat Bald. non probat, quia ille tex. non dicit, q̃ pro canone bona sint obligata.

Aduerte tamen, q̃ si res emphyteutæ essent inuectæ vel illatæ in prædium emphyteuticum, illæ bene essent tacitè obligatæ pro canone iuxta. l. item quia. ff. de pac. & l. certi iuris. C. locatis, quia talis contractus dicitur conductio, ut institu. de loca. §. adeo, & ita potest saluari opinio Bal. in d. auct. si quas ruinas.

128 †Duodecimus casus, in quo de iure inducit̃ tacita hypotheca, est in terminis. d. l. item quia. ff. de pact. & d. l. certi iuris. C. loca. videlicet quòd res inuectæ & illatæ in domum conductam tacitè sint obligatæ pro pensione, seu affictu domus locatæ. ad idem tex. in l. 3. ff. quibus modis pig. taci. contraha. & in l. si non inducta. C. eo. titu. & inuectæ seu inductæ dicuntur manu, illatæ autem dicuntur dorso: ita exponit glos. in d. l. si non inducta. in gl. 1. & ibi Saly. & ista sit regula.

Quam regulam amplia & limita pluribus modis. Et primò amplia, vt illa procedat non solum pro pēsione, sed etiam pro deterioratione prędii locati, vt scilicet etiam pro deterioratione res inuectæ vel illatæ sint tacitè obligatæ, vt est textus in l. 2. ff. in quib. cau. pig. taci. contraha. & notat Bar. in l. solutum. §. solutam. ad fi. ff. de pign. actio.

129 †Vbi etiam plus vult. videlicet, quòd res inuectæ seu illatæ in domum conductam possint retineri per locatorem pro alio debito tanquam tacitè obligatæ, & pro hoc facit tex. in l. 1. C. ēt ob chirogra. pecu. quem ad hoc allegat Bar. in d. §. solutam.

Sed istud vltimum, quod dicit Bar. scilicet quòd res inuectæ vel illatę possint retineri pro alio debito, reprehenditur per Iaso. in d. l. item quia. in prin. in 3. requisito dicentem, quòd d. l. 1. & 2. ff. qui. ex cau. pig. taci. contraha. per quas se mouet Bar. nihil faciunt, & quòd in contrarium facit. l. fi. quæ inci. prætextu. C. commo. & se ita alias tenuisse in l. si non sortem. §. si cētum. ff. de condic. inde. per ea quæ habentur per Bar. & alios in l. si filiofa. in prin. ff. soluto matrimo.

Sed per hæc non puto recedendum esse ab opin. Bar. quæ videtur de iure verior. Nam Bar. fundat se in d. l. 1. C. etiam ob chirogra. pecu. quæ bene probat, q̃ res obligata pro vno debito, potest retineri pro alio, vt ibi per Bar. & alios, & sic licet. d. l. 1. & 2. ff. ex quibus cau. pig. taci. contraha. non probent opi. Bar. tamē bene probatur in d. l. 1. cui non respondet Ias. & istam opi. Bar. tenet Ang. de Are. instit. de act. §. item seruiana. in 2. col. in vers. quæro, an inuecta & illata, per allegata ibi per eum, & probatur etiam ista opi. Bar. ea nota. per eum in d. l. si non sortem. § si centum. ubi Bar. in 1. membro suæ distinctionis tenet, q̃ res obligata pro vno debito potest retineri per creditorem pro alio debito, & mouetur per eandem. l. 1. C. etiam ob chirogra. pecu. in p̃posito autem bona inuecta & illata sunt tacitè obligata pro pē sione domus, merito dicēdum est, quòd etiam pro alio debito possint retineri per locatorem.

Non ob. d. l. prætextu. iunctis not. per Bar. in d. l. si filiofami. in prin. quia non faciunt ad propositum, sed loquuntur, qñ creditor volebat retinere rem, quæ non erat obligata pro aliquo debito (vt res commodata) & ideo nr̃ retineri non potest. d. l. prę

130 textu. †Quæ tamen l. fallit in causa dotis. Nam ubi alias non datur retentio, debet dari fauore dotis, & ita procedit. d. l. si filiof. vt ibi no. Bart. & pro clariori responsione ad d. l. prætextu. vide omnino Bar. in d. l. si non inducta. C. in quib. cau. pig ta. p̃ha. vbi vult, q̃ illa procedat, qñ res peruenit ad creditorem eo animo, vt ei in illa nullum ius constitueretur; tunc enim retineri non potest pro alio debito, fallit in dote. d. l. si filiofa. Secus autem si res peruenisset ad creditorem eo animo, vt in ea ius aliquod ei constitueretur: quia tunc potest retineri pro alio debito, & hoc modo procedant no. in d. l. si non sortem. §. si centum. ſm Barto. ibi.

131 †Insuper aduerte in hoc ad vnum aliud, videlicet dum Iaso. in d. l. item quia. in prin. col. in ver. item aduerte. dicit, talia inuecta & illata: cum sint generaliter & tacitè tantum obligata, nō impediuntur alienari, ita q̃ in dicta alienatione transeat in acq̃rentem dictum onus tacitę hypothecę, nisi prius essent inclusa id est descripta per manū notarii in præsentia testiū, per text. in l. est dria. ff. quib. cau. pign. taci. p̃ha. & propterea ſm eum talis tacita hypotheca ante inclusionem videtur inanis & eluſoria. subdit postea, q̃ in hoc Marti. Laud. tenet p̃riū, videlicet q̃ ista

Source : BIU Cujas

ista tacita hypotheca impediat alienationem sicut conuentionalis expressa per l.si debitor.C.de distra.pign.& respondet. ad d.l.est differentia.q̃ ibi est casus specialis fauore libertatis. Sed Iaſ.dicit,q̃ immo.d.l.est differentia. loquitur generaliter, licet exemplificet in libertate, vnde regula non debet restringi per exemplum.l.damni infecti stipula.pertinet.ff.de dam.infe.concludit tamen Iaſo.q̃ dicta solutio Marti.est tenenda de necessitate:vt tollatur dicta difficultas,quæ aliàs euitari non potest,& pro hac allegat tex.in l.si gratuitam.§.fi.ff.in quibus cau. pig.ta-
132 ci.p̃ha.† Sed certè ista difficultas mota per Iaſ.meo iudicio est leuissima. Nam clarum est,q̃ sicut pro expressa hypotheca datur hypothecaria,p̃ tertium possessorem:vt l.si debitor. cum concordan.C de distra pig.ita ẽt datur pro tacita hypotheca, argu. l.cum quid.ff.si cer.pet.alias esset inanis,& de hoc tex. f̃m intellectum gl.& aliorum in l. .C de præcar.& salui. interdic. Nam ille tex.intelligitur in locatore & conductore. Idem expressè tenet Bar.in l.3.in repe.C.de pigno.in 4.q prin.in vers.sed contra prædicta posset quis instare,locator &c.vbi determinat q̃ quãdo res conductoris,quæ est tacitè hypothecata locatori peruenit in tertium habentem causam a conductore,non potest locator contra dictum tertium possessorem exercere ius executiuum de ingrediẽdo propria auctoritate quia illud pactum executiuum cẽsetur limitatum ad certum locum, videlicet donec res sunt extra domum penes tertium habẽtem causam a dicto conductore debet agi cõtra eum hypothecaria, & allegat tex.
133 in d.l. .C.de salui.inter.† Præterea clarum est, q̃ pro rebus coloni inuectis & illatis competit locatori directum saluianũ interdictum,vtile autem competit locatori pro rebus inquilini, & etiam cuilibet alteri creditori:vt est casus in d.l.1. & competit non solum contra conductorem & debitorem seu inquilinum & eorum hæredes:vt d.l.1.vt ibi Bald.sed etiam competit contra quemlibet extraneum possessorem:vt est text.in l.1.ibi. vtilis actio aduersus extraneos.ff.eo.titu.& ibi no.Bart.& sic est clara conclusio, q̃ interdictum saluianum, seu seruiana actio competit locatori pro rebus inuectis & illatis etiam contra extraneum possessorem: vt habetur in locis prædictis. In hoc tñ est differentia; quia quando saluianum interdictum,vel seruiana actio datur pro rebus coloni,est directum,& est propria seruiana,sed quando datur pro rebus inquilini, vel alterius debitoris,est vtile interdictum,& quasi seruiana, quæ idem est cum hypothecaria:vt declarat Bar.in l.fi.ff.de salui. inter. & habetur in §.item seruiana.instit.de acti.& ideo concluditur,q̃ quando res inuectæ & illatæ alienantur pro colo.vel inquil. in tertium possess.competit locatori saluia.interdictum, vel seruiana, vel
134 hypot.contra dictum tertium possessorem † Et non ob.d l.est differentia:quia vera solutio illius est,q̃ ibi est casus specialis in libertate,vt probatur per tex.& gl.in l.licèt.ff.in quibus cau.pig. taci.contraha quę est l.sequens post.d.l.si gratuitam § fi. quam Iaſo.per errorem allegauit:nam debuit allegare dictam l.licèt. quia in d.l.licèt. dr̃, q̃ tacita obligatio serui non impedit, quin seruus manumitti possit,& glo.ibi dicit, q̃ idem est in generali obligatione : vt scilicet per illam non impediatur manumissio serui,secus autem est in speciali obligatione serui,vt dicit ibi in gl.& allegat tex in l.2.& in l.ab eo.C.de seru. pigno. dato ma.& quod dictum est de tacita hypotheca serui , q̃ illa nõ impediat manumissionem,intelligi debet,nisi ante manumissionem esset inclusus; quia tunc propter talem inclusionem non posset manumitti,vt est text. in d.l. est differentia.in qua diuersus fuit Nerua iurisconsultus,qui putauit per feneſtram seruum inclusum manumitti posse,vt etiam meminit Bald ibi in d.l.ab eo.
135 † Amplia secundò dictam regulam,vt procedat,etiam si primus conductor locaret secundo conductori; quia etiam bona inuecta & illata per hunc f̃m conductorem essent tacitè hypothecata pro pensione domus primo locatori, quod ex duobus est satis mirabile,primò:quia res expresse obligatę per secundũ conductorem primo conductori non sunt ex illa conuentionali obligatione obligatæ primo locatori,vt est text.& ibi Bar. in l.si in l.§.si colonus.ff.loca.nisi fortè primus locator acquisiuisset a primo cõductore etiam ipse generalem obligationem expressam:nam tunc bene primus locator haberet vtiliter hypothe.nomen secundi conductoris, quod directò est obligatũ primo,iuxta l.nomen.C.quæ res pign.obli.poss. & habetur per Bar.in l.solutum.§.solutam.ff de pig ac. Et tamen bona secundi conductoris inuecta & illata sunt tacitè hypo. etiam primo locatori,vt per gl.& Bar.in d.§.solutam.

Secundò mirabile etiam videtur, quòd licet secundus cõductor non sit personaliter obligatus primo locatori, & sine personali obligatione non possit a principio induci hypotheca:vt l.fideiussor obligari.in prin.& ibi Bart.ff.de fideiuss. tamen hoc non obstante res inuectæ & illatæ per secundum conductorẽ sunt tacitè obligatæ primo locatori pro obligatione primi con
136 ductoris.† Et ratio est:quia vnusquisq; potest obligare res suas pro debito alterius,vt l.alienam.ff.de pig. actio. ita declarat gl. & Bar.in d.§.solutam. Intellige tamen prædicta pro ea rata domus tantum,quam conduxit secundus conductor a primo,nõ autem pro tota pensione,q̃ si totam domum nõ cõduxit:vt est tex.in d.§.solutam.& dictam conclusionem tenet etiam glo.in d.l.si gratuitam.in princ.dum intelligit illum tex.ibi, q̃ bona p secundum conductorem inuecta & illata,non sunt tacitè obligata primo locatori,quando secundus cõductor gratis habuit rem conductam a primo conductore : vt etiam expressè ibi dicit iurisconsultus,& tenet Bar.in d.§.solutam.ad fi. Sed quando illam gratis non habuisset:tunc tenet gl.ibi q̃ bona secundi cõductoris inuecta & illata essent obligata primo locatori per d. §. solutam,ita tenendum puto quamuis Roma.in singulari.85. incip.inuecta.teneat contrarium,scilicet q̃ bona secundi conductoris non sint tacitè obligata primo locatori , dicẽs de hoc esse tex.singu.in d.l.si in lege §.si colonus.ff.loc.sed ille text. f̃m gl & Bar.ibi intelligi debet de expressa cõuentionali hypothe-
137 ca,& non de tacita,vt s̃.dictum fuit.† Sed dubitatur,an secũdus creditor,qui gratis a primo conductore domum recepit, & q̃ (vt dictum est) non tenetur ad pensionem , an saltem si domũ deteriorauit,teneatur de dicta deterioratione , & eius bona inuecta & illata sint tacitè obligata pro dicta deterioratione primo locatori?Et gl.in d.l.si gratuitã.in prin.tenet q̃ sic,alleg.l.nõ solum.eo.titu. Iaſ.autem in d.l.item quia.in 2 limi.reprobat dictam gl.nam secundum eum ineptum esset dicere in illo text. q̃ iurisconsultus decidisset, q̃ bona illius, qui gratis inhabitat, essent tacitè hypothecata pro pensione : cum ipse ad pensionẽ non teneatur,ergo de necessitate debet ille tex.intelligi de deterioratione,q̃ scilicet bona illius,qui gratis conduxit a primo conductore,non sint tacitè obligata pro dicta deterioratio .

138 † Mihi autem videtur, q̃ illa gl. indebitè reprehẽdatur a Iaſ. quia nulli est dubium, q̃ ille qui deteriorat rem alterius etiam commodatam tenetur de deterioratione,vt habetur in l.3.§.in hac.ff.commo.cum concordantiis allegatis ibi per gl.& Bar. & licet ille secundus conductor,qui gratis conduxit a primo,non teneatur actione personali primo locatori, neque pro pensione;quia ad illam non tenetur vllo modo, neque pro deterioratione per eum facta in domo: quia inter primum locatorẽ, & ipsum secundum conductorem nullus contractus intercessit: tñ hoc non obstante volunt gl.& Bart.q̃ bona inuecta & illata per secundum conductorem sint tacitè obligata primo locatori pro pensione debita ei per primum conductorem,quasi secũdus conductor inferendo & inuehendo bona sua in domum censeatur illa tacitè obligare pro pensione debita ipsi locatori per primum conductorem, & sic q̃ secundus conductor obligauerit bona sua propensione alteri ideſt primi cõductoris,iuxta d.l.alienam.ff.de pigno.act.ita declarat gl.& Bar.in d.§. solutam.vnde licèt bona secundi conductoris inuecta & illata nõ censeantur obligata primo locatori pro pensione p ipsum debita primo locatori; quia per eum non debetur pensio, tñ censentur obligata pro pensione debita per primum conductorẽ, & pari ratione videbatur dicendum in secundo conductore,q̃ gratis conduxit a primo,q̃ scilicet pro pensione sua bona inuecta non censeantur obligata,ex quo gratis conduxit: tñ q̃ censeantur obligata pro pensione debita a primo conductore, & super ista ratione dubitãdi,& pro eius decisione fundata est. d. l.si gratuitam.videlicet,q̃ secundus conductor, qui gratis conduxit,a primo,non censeatur obligare sua bona inuecta & illata pro pensione primi conductoris,& ratio decidẽdi fuit : quia isto casu quando secundus conduxit gratis a primo, non tenebatur ad pensionem primo conductori,prout tenebatur, quãdo non gratis conduxit. Vnde non militat illa ratio obligandi sua bona pro primo conductore , quæ militat , qñ ipse tenetur ad pensionem primo; quia qñ tenetur ad pensionem primo , censetur quasi pro suo debito obligare sua bona,sed qñ non tenetur ad pensionem:quia gratis cõduxit,cessat præsumptio voluntatis,q̃ voluerit obligare sua bona pro debito prorsus alieno,ar.l.cum de indebito.de prob.cum vulga.sed respectu deteriorationis,ad quam ipse omnino tenetur non primo locatori sed primo conductori,a quo ipse gratis conduxit,per not.in d. l.3.§. in hac. subest illa ratio,scilicet, q̃ ex quo ipse pro ea tenetur primo conductori , censeatur habuisse animum obligandi bona inuecta & illata primo locatori pro dicta deterioratione, ad quam tenetur primus conductor locatori suo,& ipse secundus conductori primo & suo locatori, & sic censetur obligasse bona primo locatori pro dicta deterioratione non tanquam pro suo debito; quia ipse non tenetur primo locatori : sed pro debito primi conductoris causato tamẽ ex sua deterioratione, & sic non potest dici inepta decisio.d.l.si gratuitam.relata ad pẽsionem & nõ ad deteriorationem,& gl. habuit bonum sensum & rectè locuta fuit,quæ not.quia sunt aliquãtulum subtilia &c.

Tertiò amplia regulam , vt procedat non solum quando locatio facta fuit pro mercede debita in pecunia numerata , quæ propriè dicitur locatio,sed etiam si esset facta pro mercede debita in certa specie & sic in propria locatione, ita tenet gl.ordi. instit.de actio.in §.item seruiana quam etiam sequitur Bal. in l. 1.ff.loc.in certis lecturis & eius opi.dicit esse æquiorem , & magis expressè tenet idem Bal.in d.l.certi iuris. in 3. q. post Cy. ibi,

Source : BIU Cujas

& ita etiam tenet Sali.ibidem,& Iaſ.in d.l. item quia, in 3.limit. quicquid in contrarium voluerit Spe.in tit.de locat.§ poſtquã. verſi.porrò eſt quædam actio prætoria,& dictam opi. tanquam veriorem & magis communem approbat Ang.de Aret.in d.§. item ſeruiana,in 3.colum.in verſi.in glo.in verſicu.quis, & ita etiam tenet Roma.in ſingu.233.cart.8 incip.tu ſcis, ꝙ inuecta.

Quartò amplia dictam regulam,vt illa procedat,etiam ſi locator prouidiſſet ſibi de ſpeciali hypotheca; quia per hoc non videtur voluiſſe recedere a dicta hypotheca inducta a l.de inuectis & illatis:ita tenet Bald.in d.l.certi iuris.circa fin.& ibi reſpondet ad illam regulam, quæ videbatur facere in contrariũ, videlicet, quòd per prouiſionem hominis cenſetur quis velle recedere a prouiſione.l.iuxta no.in l.fi.C. de pact.conuentis.& tenet lo.Fab.in d.§.item ſeruiana.in 2.colum.& hanc opin.tanquam veriorem amplectitur ibi Ang.de Are. in 2.col. in verſi. quid ſi locator prouidet.Iſtam etiam videtur tenere Iaſo.in d.l. item quia.in 2.no.& hanc puto tenendam, licet contrariã opi. tenuerit Cy.in d.l.certi iuris.in 2.quæſtio.& ibidem Sali.in v.& Dyn.in dicto §.item ſeruiana & Alber. de Roſa. in dicta l.item quia,qui omnes mouentur per d.l.fi.cui reſpondet Bald. Are.& Iaſo.in locis præallegatis,& eorum reſpõſiones veriſſimæ ſunt maximè ex his,quæ per me ſ. dicta ſunt in 5.q. tacitæ hypothecæ dot.nu.96.

Quintò amplia regulam, vt procedat etiam in inuectis & illatis in horreo,vel area conducta iuncta domini,tex.gl. & Bar. in l.3.ff.in quibus cau.pig.taci.contraha. & idem eſt dicendum de inuectis & illatis in ſtabulum coniũctum domui, vt ſcilicet pro penſione ſtabuli ſint tacitè obligata,vt eſt text.in l. eo iure. §.ſtabula.eo.ti.quòd procedit,etiam ſi ſtabulum eſſet in comitatu,vt ibi declarat Bar.poſt Nico.de Matta.& ratio eſt: quia ſtabulum vel area,quę propriè dicitur curtis ſeu curia,vel horreũ iuncta domui vel in domo ſita ſunt prædia vrbana:vt nota.Veronen.in tract.de ſerui.vrba.in 11.c.in 1.colum.per iura de quibus ibi per eum.

139 †Sextò Amplia regulam:vt procedat etiam in rebus inuectis & illatis in porticu iuncta domui. Nam licet appellatione domus propriè non veniat porticus,vt declarat Bart. in l. cætera. §.hoc ſenatus.ff.de leg.1.cum quo tranſeunt ibi Alexan.Iaſo.& alii.tamen quia locata domo cenſetur etiam locata porticus, quia licet porticus non ſit propriè domus de p ſe,vt dicit Bart. tamen eſt de domo, ideſt accedit domui, & eſt pars domus: ut declarat Bar.in dicto §.hoc ſenatus,& etiam dicitur ædificium, licet non ſit domus,vt ibi per Bar.& vt ſit locus regulæ.d.l.certi iuris,non requiritur de neceſſitate, quòd res ſint illatæ in domum,ſed ſatis eſt,quòd ſint inuectæ in area,vel horreo,vel ſtabulo domui coniunctis: vt in præcedenti ampliatione dictum eſt,vel etiam in aliquo alio ædificio,vt eſt tex.in l.1.ff. in quibus cau.pi.taci.contraha.Cum ergo porticus ſit pars domus,& domui accedat,& ſit ædificium, meritò inuecta & illata in ea venire debent in tacita hypotheca,de qua in d.l.certi iuris,quamuis non ſit propriè domus,& ita puto tenendum,licet Bal.in d. l.certi iuris.in 10.q.in verſic.ſed pone &c.reliquerit indeciſum hoc.& remiſerit ſe ad no.in d.l.cætera.

140 †Septimò amplia regulam,vt procedat etiam in rebus inuectis & illatis in naui conducta; quia etiam illæ cenſentur tacitè obligatæ pro penſione nauis:nam nauis æquiparatur prædio vrbano non ruſtico,arg.l.1.§.ſi quis de naue.ff.de vi & vi arma.ita tenet Bal.in l.certi iuris.in 4.q.in ver.quid ergo. Ego neſcio colligere,qũo.d.§.ſi quis de naue,probet, tamen deciſionem puto veriſſimam; quia (vt dixi) nauis æquiparatur vrbano prædio,vt no.Veronen.in trac.vrba in rub.11.in 1.col.in ver.quid de naui. & inter magiſtrum nauis & illũ qui pro mercede conducit nauem ad vehendum res ad aliquem locum oritur actio ex locato & conducto,ut eſt tex.in l.& ita.in princ.& §.1.ff.nau.cau.ſta. & in l.fi.§.fin.ff.ad l.Rod.de Iac.Vnde cum ſimus in locatione, & conductione prædii vrbani, habere debet locum regula, de

141 qua in d.l. certi iuris.†Et probatur optimè per text. in l.huius. ff.qui po.in pig.hab.vbi eſt tex.ꝙ pro mercede horrei,vel areæ, vel vecturæ iumentorum res inuectæ & illatæ ſunt tacitè obligatæ etiam cum priuilegio aliorum, quaſi dicta merces debita ſit pro neceſſaria conſeruatione dictarum rerum, ex quo Bart. ibi infert,ꝙ priuilegium dictæ prælationis competit etiam pro naulo domus conductæ pro retentione ſeu conſeruatione rerum,ſecus autem ſi domus eſſet conducta ad habitandum, põdero ergo in propoſito, ꝙ ibi eſt text. ꝙ etiam pro uectura iumentorum res inuectæ & illatæ ſunt tacitè obligatę,& quòd talis merces æquiparatur ibi mercedi debitæ p horreo, vel area, & merces nauis æquiparatur mercedi vehiculi, vt eſt tex.in d.§. ſi quis de naue.eum ergo pro mercede vehiculi res inuectę & illatæ ſint tacitè obligatæ, ita & debet eſſe pro mercede nauis ēt cum priuilegio prælationis per tex.& ibi Bar.in d.l.huius.faciũt etiam no.per Iaſo.in l.plerique.in 6.ampliatione.ff.de in ius vocan.vbi alle.Bal.in d.l.certi iuris.

Sed in contrarium alleg.Lud.Rom in l.1.§.domini appellatione.ff.ad ſille.quem dicit moueri per text. opti. in d.§. ſi quis de naue.Tamen (vt dixi) non videtur mihi,quòd ille text. probet contrarium:quia dicitur ibi,quòd ille,qui deiectus eſt de naui,non habet interdictum de vi & vi arma.prout etiam nõ habet ille,qui de vehiculo deiectus eſt,& ratio eſt:quia illud interdictum non datur,niſi illis,qui deiiciunt de ſolo,vt d.l.1.§. hoc interdictum. cum autem nauis & vehiculum non cohæreant ſolo,nimirum ſi deiectis de eis nõ datur tale interdictum, ſed per hoc non tolletur, quin nauis non poſſit locari & conduci ad ſimilitudinem prædii vrba. & ideo concluditur ꝙ tam pro vectura nauis,quàm vehiculi res inuectæ & illatę ſunt tacitè obligatæ etiam cum priuilegio prælationis aliorum creditorum, quod no. quia in locis maritimis poteſt de facili contingere in facto,& etiam in terris Lombardię,vbi res vehuntur cum plauſtris: quia in illis magiſter nauis & dominus plauſtri pro eorũ vecturis habent tacitam hypothe.& præferri debent aliis creditoribus etiam anterioribus.

142 Octauò amplia regulam,vt procedat in rebus ſemel inuectis & illatis,nam etiam ꝙ poſtea mutato propoſito amoueantur; tamen cum ſemel inciderunt in tacitam hypoth. durare debet obligatio etiam poſt amotionem,ita tenet Bal.in d.l.certi iuris. in 6.q.in ver.quid ſi inquilinus,ar.tex.in l.vnde falſam.ff. de cõſti.pec.Sed errauit in allegando,& voluit allegare.l.vtrum.§.vn de falſam.eo. titu.quæ bene facit,& puto deciſionem eſſe verã, quando res in domum conductam inuectæ & illatæ ſunt eo ꝙpoſito,ut in ea ſint perpetuò durante locatione.Nam ſi hoc ꝙpoſito non fuiſſent illatæ,non incidiſſent in tacitam hypot. ut eſt tex.in l.debitor.ff.de pig.& not.Bard.in l.ſi non inducta.C.in quibus cau.pig.taci.contraha.& dictam opi.Bal.ſequitur Ange. de Are.in d.§.item ſeruiana.in 1.colum.in verſic.quæro,quid ſi inquilinus.vbi etiam no.reſpon.ad l.cum tabernam.ff.de pign.

143 quæ prima facie videbatur facere in contrarium.† Et comprobatur iſta opi.quia hypotheca ſemel acquiſita in rebus nõ tollitur per alium ſubſequentem contractum factum ſine cõſenſu creditoris,cui acquiſita eſt hypotheca:vt l.ſi debitor.in prin. & §.1.& l.voluntate .ff.quibus mo.pig. vel hyp.ſol. contractus enim a princi.ſunt uoluntarii & ex poſt facto neceſſarii.l.ſicut. C.de act.& obli. & licet prædicta loquantur in expreſſa hypot. tamen idem dicendum in tacita.l.cum quid.ff.ſi cert.pet.

144 †Limitatur modo.d.regu.pluribus modis,& primò,, vt non habeat locum in molendino: quia res illatæ & inuectæ in molen.non ſunt taci.obli.pro penſione molendini,prout ſunt res illatæ in prædium vrba ſed ſolum prout ſunt obligatæ in p̃diũ ruſti.quia molendi.eſt prædium ruſti.potius quàm urba.ita no. Bal.in d.l.certi iur.in 4.q in ver.quid in molen. licet nihil alleget,& ita refert & ſe.Veronen.in tracta.urb.in ca.11.in 1.col.limitando tamen vt ibi per eum, niſi molend.eſſet iunctum domui,per no.in l.eo iure.§.ſtabula.ff.in quibus cau.pig tac. contraha.vel niſi eſſet molendinum,in quo etiam habitaret, vt ibi per eum:quia tunc non eſſet prædium ruſticum ſed vrbanum, per no.per Veron.in d.c.11.& tũc dicendum eſſet de eo: prout de vrbano,& non prout de ruſtico,de quo dicam in ſequenti limit.†Secundò limita regulam,vt procedat in prædiis vrbanis:

145 quia res illatæ in illis indiſtinctè cenſentur tacitè obligatæ,ut dictum eſt ſ. in regula,& ampliationibus,ſed res inuectæ & illatæ in prædium ruſticum non intelliguntur tacitè hypo. niſi ita demum,ſi dominus prædii ſciat dictas res fuiſſe illatas in dictum prædium,& ſic in prædio vrbano inducitur tacita hypot. in rebus illatis abſq; alia ſcientia domini prædii:in prędio verò ruſtico non inducitur talis tacita hypot.abſq; ſcientia dñi prædii,ita tenet gl.& ſequuntur doct.in d.l.certi iuris,& inſti.de actio.in §. item ſeruiana,& ratio differẽtiæ inter prædium vrbanum & ruſticum eſt ſm doc.in locis prædictis; quia in urbanis rebus intereſt noſtra,ne res noſtræ pandantur:vt l.2.C. qũ & quib. quarta pars debe.li.x. & ideo inducitur hypotheca in illis abſq; ſciẽtia dñi domus,ſecus autẽ eſt in rebus ruſticis;quia ruſtici inducunt clauſtra,ligna & ſimilia,& ſancta ruſticitas oĩa palam habet,ita tenet gloſſ.in d.§.item ſeruiana.cum qua cõiter doc.tranſeunt.

146 †Interdum tñ gl.in d.§.item ſeruiana.in ver.coloni.dicit, ꝙ colonus dicitur in villa,inquilinus aũt in ciuitate. dicit Dy. ꝙ gl. melius dixiſſet colonum in agro & inquilinum in domo; quia etiam in villa poteſt eſſe prædium vrbanum,& eꝫ ruſticum p̃t eſſe in ciuitate.Nam prædium vrbanum nõ diſtinguitur a ruſtico per locum,ſed per qualitatem,vt l.vrbana familia. ff. de ver. ſig.Tñ Ang.de Are.in d.§.item ſeruiana in 1.col.in gl.in ver.coloni.dicit,ꝙ gl.habuit ſanum intellectum:quia ut plurimũ prędia ruſtica ſunt in villa,vrbana autem in ciuitate, & leges adaptant ad ea quæ frequentius accidunt.l.nam ad ea.ff. de legi. & ita ēt tenet Iaſ.in d.l.item quia.in 4.col.licet de Ang.mentionẽ

147 non faciat.†Illud tñ,quod dictum fuit,ꝙ res illatæ in prædium ruſticum nõ ſunt tacitè obligatæ dño prædii, niſi data eius ſciẽtia,declarari dẽt procedere prętereą in fructibus, qui ex fundo colliguntur:quia illi ſunt ipſo iure obligati,etiam ſine ſcĩa,per tex.in l.in prædiis.ff.quib.mod.pig.taci.p̃ha.ita limitat & declarat Iaſo.in dicta l.item quia.in 4.col. Sed iudicio meo ille text. non probat hoc. Nam text. ibi ſimpliciter dicit,quòd fructus,

qui

Source : BIU Cujas

qui naſcuntur in prædio locato intelliguntur tacite obligati domino fundi,etiam ſi de hoc non fuerit conuentum, probat ergo ille tex ſolum,ꝙ fructus ſunt tacite obligati, non autem probat ꝙ non requiratur ſcientia domini prædii,prout regulariter requiritur in prædijs ruſticis,vt habetur per gl. & doc.in d. l.certi iuris,nec ille tex.in d l.in prædiis .eſt ſuperuacuus in ſua deciſione;quia dubitabile erat,an fructus, qui non erant illati, & inuecti in fundum,ſed ibi erant nati,tacite eſſent obligati ratione ergo iſtius dubitationis tollendæ fuit editus ille tex & ſic non eſt ſine virtute operandi,vt declarat gl. in l. ſi ſeruus cõis. §.locaui.ff.de fur.in gl. conuenit. & quod etiam in terminis.d. l.in prædiis.requiratur ſcientia domini,tenet gl.in l.ſi non īducta.in gl.i C.in qui.ca. pign.taci.contraha. Neſcio ergo videre, vnde laſ.in d.l.item quia extrahat ſuam limi.ſ ꝙ in fructibus natis in prædio non requiratur ſcientia domini, concludo ergo, ꝙ idem ſit in fructibus, quod in aliis rebus illatis in prædiū ru-
148 ſticū, videlicet ꝙ ſcientia domini prædj requiratur.† Itē ſubdit ibi Laſ ꝙ iſtud eſt intelligendū de fructibus naturalib. ſecus aūt de induſtrialib.quia illi non ſunt tacite obligati pro penſione prædij ruſtici: ita refert ſingularitēr tenere Bar. in l.aſſiduis.C.q po in pig.ha.in 2.col.in ver.quæro,an habeat locum iſta tacita hypo .Sed errat Laſ.manifeſte;quia Bar.in d.l.aſſiduis. loquit̄ de fructib.perceptis per hæredem mariti ex bonis olim mariti, & dicit, ꝙ fructus naturales percepti per hæredem mariti ex bonis olim mariti ſunt tacite obligati pro dote,ſed non induſtriales,per tex.in l.4.C.ex quib.ca.pig.ta.contraha.Nos aūt non ſumus in hærede conductotis , ſed ſumus in ipſo conductore , in quo non eſt facienda dicta differentia inter fructus naturales, & induſtriales,prout fit in hærede,& ratio eſt: quia res & bona hæredis non veniunt in obligatione contracta per defunctū, niſi res, quæ immediate deſcendant ex bonis defuncti in ipsū hęredem,prout ſunt fructus naturales,qui licet ex bonis defuncti percipiantur,tamen percipiuntur immediate ſine facto hæredis,ſed fructus induſtriales licèt percipiantur ex bonis defuncti,tamen percipiuntur mediante induſtria hæredis; & ideo illi nō ſunt obligati pro debito & obligatione defuncti, vt dicit Bar.in d.l.aſſiduis.& habetur in tex.no.in l.Paulus. in prin. ff de pig Nam vt dicit ibi gl. in obligatione defuncti non veniunt bona hæredis,quæ nunquam fuerunt defuncti,ſed fructus pcepti per debitorem obligatum cum hypotheca expreſſa vel tacita,ſiue ſint naturales,ſiue induſtriales, veniunt in obligatione, & hypotheca,quia uerum eſt dicere, vtroſque eſſe ipſius debitoris,vt eſt tex.in d.l.Paulus.§.j. qui loquitur in expreſſa hypotheca,& in tacita hypo.eſt tex.in l.3.C.in qui.ca.pi.ta.contraha. & late ibi per Sali.de materia.Vnde vera eſt concluſio , ꝙ in d. l.in prædiis veniunt & cenſentur tacite obligati fructus percepti in fundo locato tam naturales quàm induſtriales domino
149 ipſius fundi data eius ſcientia. † Intellige tamen prædicta, donec dicti fructus extant. Nam ſi eſſent alienati,eorum pretiū non veniret in tali obligatione; quia quando ſumus in actione ſingulari,pretium in hypothecaria non ſuccedit loco rei,vt eſt tex.& ibi Bartol.in l. prima ff.de diſtra.pig.& in l. qui a debitore in prin .ff.quæ in frau.cre.& in l.ſi rem,& pretium.ff. de pe. hęred.& ſic ut non venit in obligatione pretium redactum ex fructibus, ita & fortius non venit prædium, quod eſſet emptū ex pretio dictorum fructuum, vt eſt text. in dicta l. tertia. C.in qui.cau.pig.taci.contraha & ita etiam tenet laſ. in d.l. item qa. in 4.colum ad fin.

150 † Tertiò limi. dictam regulam, vt ſcilicet bona inuecta; & illata in domo conducta ſint tacite hypothecata pro pēſione, ita demum ſi probentur per locatorem fuiſſe inuecta & illata,& ſic onus probandi incumbit ipſi locatori,aliàs autem per eum retineri, nec peti poſſunt tanquam tacite obligata, text. & ibi Bartol.Bald.& Sali.in l.ſi non inducta.C.in qui. cau.pi.taci. contraha. & adde, quòd etiam non ſufficeret ſolum probare inductionem, & illationem, niſi etiam probetur iſta qualitas, ſcilicet quòd inducta & illata fuerunt eo animo, vt in domo eſſent perpetuo, donec duratura eſſet conductio, text. eſt in dicta l.in prędiis.§.primo.ff.in qui.cau.pi.taci.contraha.& ita tenet gloſſ.in dicta l. ſi non inducta. & ibi Bartol.Bald. & Sali. quod tamen vltimum probabitur ex qualitate rerum: vt habetur in dictis iuribus, & optime colligitur ex text. in l. debitor. ff.de pig.& ſic erit arbitrium iudicis, an bona inducta in domū conductam fuerint inducta,vt in ea eſſent durante locatione, puta ſi eſſet vnus lectus & alia,ex quibus ſolent ornari camerę, & inſtrumenta ad conficiendum panem & ſimilia.

151 † Quartò limi.dictam regulam ut non procedat in rebus famuli; quia res famuli illatæ per eum in domum domini non ſunt tacite obligatæ Domino pro ſeruitio famuli; quia famulus non dicitur conductor ſed locator, & quia de hoc non reperitur lege cautum, ita not. Bald. in dicta l. certi iuris. in 4.q.

Quintò limita regulam , vt non procedat in rebus , de quibus in l obligatione generali. cum tribus legibus ſequ.ff.de pig qa ſicut ille non ueniunt in expreſſa hypoteca,ita nō veni-
re in tacita,nam non debet plus operari tacitum quàm expreſſum.l.cum quid.ff.ſi cer.pet.ita tenet Bald.in d.l.certi iuris.in 6. quæſtio.& faciunt no per Bart.in l.1.C.quæ res pig.oblig. poſſ.

152 † Sextò limita dictam regulam, vt non procedat in rebus alienis; quia illæ inuectę & illatæ veniunt in tacita hypotheca. Nā ſicut res aliena obligari non poteſt expreſsè,vt latè per Bart. in l.1.§.1.ff.de pig.ita nec tacita,arg.d.l.cum quid.& ita tenet gl.in d.l.certi iuris.in hoc conclude, ꝙ in omnibus caſibus, in quib. res aliena poteſt expreſsè obligari , quos notaui s̄. in 3. mēbro ſecundæ partis nu.5.6.7.8. In omnibus illis poteſt etiam tacitè hypothecari,arg d.l.cum quid.Sed dubitatur vtiliter, an eo ipſo ꝙ ille qui eſt dominus rei quæ per cōductorem in domum conducta infertur,& ſcit & patitur illam inferri in dictam domum,videatur conſentire in hoc , adeo ꝙ res illa cenſeatur ex hoc tacitè obligata pro penſione domus? Gl.no.in d.l.certi iuris.tenet quòd ſic.Sed laco.de Are.Cy.Bald.Sali.ibi tenent contrarium . videlicet quòd taciturnitas nō noceat domino rei ad inducendum in illa tacitam hypothecam niſi in hoc dolus domini interueniret,vt puta : quia pateretur obligari rem ſuam a debitore aſſerente illam eſſe ipſius debitoris obligantis, per l.ſi ſine.C.ad Velleia.& l.2.C.ſi res alie pig.da.ſit.& iſtam opi.tenet etiam Bal.in dicta l.item quia.Sed primam opin.gl.videlicet ꝙ abſque dolo per ſolam ſcientiam & patientiam domini inducatur tacita obligatio in re inuecta & illata,tenet Bar. in l. quæ dotis.in vlti.colum.ff.ſoluto matrimonio. & reſpondet ad allegata per Cy.vt ibi per eum,& iſtam opin.tent etiam Iac.But.in d.l.ſi ſine.& iſtam videtur tenere Alex.in d.l.item quia.in 1.colum.iſtam etiam tenet Barto.in d.l.1 §.1.ff.pig.& iſtam expreſsè tenet Alex.in d.l.certi iuris.in apoſt.ad Bald.& iſta videtur magis vera & communior.

153 †Septimo limita dictam regulam in mercibus venalibus inuectis & illatis;quia illæ non veniunt in tacita hypotheca,& ratio eſt : quia dicta tacita hypotheca reſtringitur ad bona inuecta & illata in domum conductam , & ſic ad certum locum.d. l.certi iuris.cum concordantiis ſupra in regula allegatis,& merces venales non dicuntur eſſe in illo loco : cum ibi non ſint vt perpetuò permanſuræ vt l.venditor.ff.de pign. & ideo non veniunt in dicta tacita obligatione,& ita tenet Alex.in l.ſi conſtā te.in prin.in 3.q.3.partis principalis,in verſic. item inquantum Bart.hic in d.q.tangit,an mulier &c.ff.ſoluto matrimo.iunctis no.per me s̄.in ſecundo membro.2.partis nu.14.

Octauò limita regulam,vt non procedat in inſtrumētis crediti illatis & inuectis per conductorem in domum conductā : quia illa non comprehenduntur in tacita hypotheca , & ratio eſt iam dicta in præcedenti limi.videlicet quia non videntur illata animo & propoſito , vt ibi perpetuò ſint , donec duratura eſt locatio,ſed ſolum donec exigentur credita in illis deſcripta meritò non cenſentur tacitè hypothecata: vt dixi s̄.in 7. limit. & ita tenent Pet.Cyn.& Salic.in d.l.certi iuris.in 4.q.& refert & ſequitur Ang de Are.in d.§.item Seruiana.in 3.col.in ver. quæro inquilinus &c.

154 †Nonò & vltimò limitant aliqui regulam prædictam: vt illa non procedat in rebus minoris 25.ann. inuectis & illatis in domum conductam ſine auctoritate tutoris vel curatoris:quia illa non comprehenduntur in tacita hypotheca inducta pro pēſione domus,ita tenet Dy.in d.§.item Seruiana.& Bar.in d.l. itē quia & plenius in l.ſi conſtante.in prin.in 3.q.3.partis prin.ff.ſo. ma.& Ful.& Sali.in d.l.item quia,& Salic.in d.l.certi iuris.in 3.q. & Imo.& Cuma.in d.l.ſi conſtante.in prin.Tñ ℨriam opi.videlicet ꝙ in conſequentiam actus permiſſi inducatur tacita hypotheca legalis in rebus minoris vr̄ tenere gl.in l.fi.C.de legit.tut. & iſtam opi.tenent Bal.Ang.& Pau.de Caſt.in d.l.item quia. & dicit ibi Pau.de Caſ.ꝙ iſta opi.eſt æqua.idem tenet Bal.in l.vni. §.& vt plenius.C.de rei uxo.acti.& in d.l.fi.C.de legit.tut.ubi dicit iſtam eſſe commu.opi.& illam ēt tenet Io.An.in addi.Spec. in ti.de don.inter vir.& vxo.§.fi.ver.quid ſi mulier.& Bal. Ang. Roma.& Alex.in d.l.ſi conſtante.in prin.& vr̄ ſequi laſo.in d.l. item quia.vbi recitat quatuor opin. & magis vr̄ adhęrere huic. Iſtam ēt opi.magis latè tenet,comprobat & dicit eſſe cōmunē idem laſ in d.l.ſi conſtante.in 4.q.3.partis princi. vbi oīa refert, & ita tenendum puto per fundamenta ibi per laſ & ideo iſta limita non eſt vera,& ſic habes regulam cum octo ampliationibus,totidem limitationibus &c. Tertiusdecimus caſus, in quo inducitur tacita hypotheca,eſt in bonis vſurarii,& in bonis emptis ex vſuris pro reſtitutione vſurarum ſm Bald.in l pen.C.de ſer.pig.da.ma.mouetur per tex.in c.cum tu.de vſur. idem tenet Bal.in l.executorem in 1.col.in verſi.vel dicit, ꝙ pro viris.C.de executio.rei iudicatæ,alleg.c.quanquam.de vſur. lib.6.

155 †Sed aduerte,ꝙ in contrarium eſt communis opi.videlicet quòd bona vſurariorum non ſint tacitè hypothecata pro reſtitutione vſurarum,ita tenet Ioan. And.in d.c.quanquam.in nouella.& Feder. de Sen in conſilio 214.ſeu 221. & in conſi.61.licet non multum clare.& dictum c.cum tu.non probat opi.Bal. quia dicit, ꝙ poſſeſſiones emptæ de pecunia fœnebri,debent

Source : BIU Cujas

vendi,& pretium ſolui illis,a quibus extortæ fuerunt vſuræ:nã iſtud idem fieret,ſi poſſeſſiones emptæ fuiſſent de pecunia licitè acquiſita,eandem opi tenet Io de Ligna.in d.c. quanquam. dicens ſe conſuluiſſe pro dicta opi.idem tenet Ant.de But.in c. tua nos.de vſur inducendo tex.illum.vt ibi per eum,& idem tenet Laur.de Rodul.in tractatu de vſur.q.76.& Panor. in d.c.cũ tu.ſuper gl.fi.& Domi.de S Gemi.in d.c. quanquam.in prin.pe. col.& Ambro.de Vignate in repe.c.ſalubriter.nu.231.vbi dicit hanc eſſe commu.opi.& ita eſt tenendum,& ſic iſte 13.caſus nõ eſt verus.

156 †Quartusdecimus eſt in bonis victrici,quando mater tranſiuit ad ſecundas nuptias,antequam filiis ſuis pupillis alium tutorem faciat ordinari,& ei reddat rationẽ adminiſtratæ tutelæ,& reliqua reſtituat:nam tali caſu bona ſecundi mariti & ſic victrici ſunt tacitè hypothecata pupillis pro reddẽda adminiſtratione tutelæ & reſtitutione reliquorũ,vt tex.in l.2.C.quando mul. tute.offi.fung poteſt.& clarior tex in l.ſi mater.C.in qui.ca.pig. taci ꝙha.& ibi Bar.& Bal.& ita tenet Soci.in conſi.180.2. volu. diligenter.2.col.in ver.confirmatur hoc &c.

157 †Quintusdecimus caſus, in quo de iure introducitur tacita hypotheca,eſt in bonis teſtatoris pro legatis ab eo factis: vt eſt tex.in l.j.C.commu.de leg.& inſtitu.de leg.in §.noſtra,& iſta ſit regula,ad quam pone primò tres ampliationes,& poſtea ſex limitationes. Primò ergo amplia regulam, vt procedat non ſolũ quando pro legata datur actio, ſed etiam quando competeret ſolum officium iudicis; quia tunc datur ſaltem vtilis hypothecaria:ita tenet Bar.in l.1.ad fi.ff.de leg.j.in 3.membro, quem ſequuntur Io.de Imo.Areti.Iaſ.& Alex.non per iura allegata per Bar.ſed ex alia ratione,videlicet ꝙ cum fideiuſſio accedat etiã officio iudicis,vt per glo.& Bart.in l.eum qui.§.ſi quis pro eo.ff. de ſolu.& per Bar.in l.Marcellus.in prin.ff.de fideiuſſ. ergo etiã ei accedit hypotheca,ea ratione:quia bonum eſt argu. de fideiuſſione ad hypothecam,vt eſt text.no.in l. ſi legati.in fi.ff.de pi. ita tenet Iaſo.in d.l.1.ad fi ff.de leg.1.Sed ſubdit Iaſo.ꝙ iſtud fundamentum Imo.& Alex.ſibi non placet:quia illud procedit in fideiuſſione & hypotheca expreſſa,nos autem loquimur in hypotheca generali tacitè inducta a lege,quæ non probatur competere pro legatis,pro quibus ſolum competit officium indic. Tamẽ iſta dubitatio Iaſ.videtur leuis;quia ſicut hypotheca expreſſa poteſt accedere officio iudicis,ita videtur dicẽdum in tacita,arg l.cum quid.ff.ſi certum petatur,& probatur per text.in d.l.1.C.commu.de lega.in §.1.vbi imperator dat hypothecariã omnibus legatis,dũmodo eorum natura non repugnet,& ſubdit in ver.cum enim,ꝙ ſicut teſtator in ſuo teſtamento poteſt, cui vult hypothecam rerum ſuarum dare, ita placet imperatori tacitam hypoth.ex diſpoſitione ſuæ legis concedere,& ſic in omnibus æquiparat tacitam hypothecam inductam ex lege expreſſæ hypothecæ,quam teſtator dat vnde non videtur facienda differentia inter expreſſam hypothecam inductam a teſtatore & tacitam inductam a lege pro legatis, & per conſequens ſicut expreſſa poteſt accedere officio iudicis,ita & tacita. Præterea Soci.in d.l.1.ad fin.de leg.1.ſubtiliter defendit deciſionem Bart.& eius rationem ab impugnatione Imol.& ſequacium & firmat,ꝙ vbi pro legatis competit ſolum officium iudicis,ibi ẽt tacita hypotheca accedat,vt ibi ſubtiliter per eum,& ſic tam ex ratione Bar.defenſata per Soci.quam ex ratione Imo.& ſequacium vera eſt concluſio,ꝙ vbi pro legatis competit ſolum officium iudicis,ibi etiam tacita hypotheca accedat.

Secundò amplia regulam,vt procedat, ẽt ſi teſtator in teſtamento obligauerit in ſpecie vnam rem pro legato, non obſtã. l.ſi.C.de pac.conuen.vbi habetur,ꝙ prouiſio hominis facit ceſſare prouiſionem legis; quia dicta l.ſi loquitur de remedio extraordinario a lege introducto in defectum prouiſionis hominis,a quo bene cẽſetur receſſum per prouiſionem hominis, vt ibi habetur per gl.& doct.ſed d.l.1. C.comm.de leg.introduxit hypothecam tacitam, & ex ea hypothecariam actionẽ pro legatis tanquam ordinarium remedium ad vberiorem cautelã, & ideo illud non ceſſat per prouiſionẽ teſtatoris, ita tenet Bal. in d.l.1.in 3.col.in ver.quæro ſi teſtator.Et iſtam concluſionem tenet etiam Rom.in ſuis ſingu.car.17.col.3.in prin.licet de Baldo non faciat mentionem,ſed allegat alia de quibus ibi per eũ.

Tertiò amplia dictam regulam, vt procedat nõ ſolum in rebus teſtatoris ratione dominii: ſed etiam in rebus quæ teſtatoris non erant,ſed ad hæredem peruenerunt per ipſum teſtatorem,vt d.l.1 in fi.C.commu.de leg. Nec mirum: quia ſumus in hypotheca legali,quæ etiam in rebus alienis cõtrahitur: vt l.ſatis notum.C.in quibus cau.pig.taci.contraha. ita tenet Bal. in l. cum res.ad fi.C.ſi alie.res pignor.da.ſit,eandem opi. tenet Ang. in d.l.1.in lect.Florentina.dicens,ꝙ agens hypothecaria pro legato non habet neceſſariò probare res,ad quas agit fuiſſe in dominio teſtatoris, ſed ſatis eſt, ꝙ probet illam rem proueniſſe a teſtatore,per tex.ibi in verſ.in rebus,quas a teſtatore conſequutus eſt,& ibi in fine.ſed tantummodo earum rerum quæ a teſtatore peruenerunt,& illum refert ibi Iaſo.in vlti.colum. in 3.no. ſed de Bal.non facit mentionem,& ita firmat Iaſ.quamuis Dy. iſtud ibi intelligat ſolum quò ad hoc: vt legatarius conſequat immiſſionem in poſſeſſionem,non autem quò ad auocandum rem per hypothecariam;nam tunc ſecundum Dy.eſſet neceſſe probare rem fuiſſe in dominio teſtatoris, cum in re aliena non poſſit cadere pignus.l.fundus.ff.de annu.leg.ſed ad hoc reſpon. Iaſ.poſt Ang.quòd immo tacita hypotheca a lege inducta poteſt induci etiam in rebus alienis per dictam legem. ſatis notũ. cum aliis no.in ti.ff.in quibus cau.pig.taci.contraha.

158 †Limita modò dictam regulam, & primò vt procedat ſolũ in aliis rebus teſtatoris non legatis, non autem in re legata: vt no.gl.in d.l. .in ver.in multis.& in d.§.noſtra.in ver.hypotheca ria,inſtitu.de lega & dictas gl.ſequuntur Cy.& Barto.in d.l.1.in ver.oppono,res ſua nemini.& Bal.ibidem in verſi.quæro,nunquid ſi teſtator legauerit,& ibidem Iaco.But.ſed ibidem Salice. in verſi. nunc quæro cum gl.tenet, quòd cum verè dominium rei legatæ nõ ſit penes legatarium,etiam dicta res legata poteſt dici hypothecata,vt ibi latè per eum.Ang.de Are.inſti. de lega. §.1.in 3.col.in gl.in verſi.hypothecaria.tenet contrarium,videlicet,quòd hypothecaria competat ſolum in aliis rebus teſtatoris non legatis,non autem in re legata; quia illud,quod dicit Salic.procedit ſolum ante aditam hæreditatem; nam tunc nõ poteſt peti legatum:quia nondum eſt confirmatum:vt l.ſi nemo. ff.de teſta.tut.ſed poſtquam hæreditas eſt adita, cum tunc verè ſit acquiſitum dominium legatario:vt l.ſi tibi homo.§. cum ſeruus.& ibi not.Bar.ff.de leg.1.non poteſt res legata eſſe hypoth. l.neque pignus.ff.de reg.iu.ſed ſtatim ſubdit,quòd non eſſet malum dicere,quòd etiam poſt adi.hære res leg.ſit hypot. quia dominium,quod habet legatarius in re lega.de iure ſpeciali, cum tranſeat in eum ſine traditione,& ſic cõtra regulam iuris.l.traditionibus.C.de pac.& ideo videtur,quòd tali caſu etiam res ꝓpria poſſit eſſe hypothecata,arg.l.in bello.§.ſi quis ſeruum.ff.de cap.Sed aduerte,quòd iſta fuit opin.Bar.in l.1.ad fi.ff.de leg 1.de quo Are.non facit men.quæ opi.vt refert Iaſo.in dicta l.1. vltima colum.communiter reprobatur per modernos. & tenetur j.opi.ſupra relata,ſcilicet quòd hypothecaria competat contra alias res teſtatoris,non autem ſuper re legata. & d.§ ſi quis ſeruum.per quem ſe mouit Bar.parum facit; quia loquitur in dominio,quod quis habet,ſed reuocabiliter; nam poteſt comperi per præſcriptionem,& ſic per eã acquirit irreuocabiliter, notatur enim ibi.quòd ille qui habet dominiũ reuocabile poteſt illud ſtabilire per præſcript. ſed in legatario hoc non eſt ita: quia ei ab adita hæred. ſequuta agnatione legati acquiritur dominiũ irreuocabiliter.l.ſi quis ita hæreditatem.& ibi gl.ff.de cõd. inſti.

Subdit tamen Iaſ.in d.l.1.in vlti.colum.quòd pro opin. Bart. poteſt allegari bonus text.in l.idemque.iuncta gl.& Bart.ff.qui pot.in pig.hab.vbi ſecundum eum habetur, quòd res empta ex pecunia pupilli efficitur pupilli de iure ſpeciali,& tamen poteſt eſſe ei hypothecata, ſed ad hoc etiam poteſt reſponderi, quòd non eſt verum ſpecialiter,quòd res empta ex pecunia pupilli efficiatur pupilli,ſed hoc pẽdet ex electione pupilli:quia ſi pupillus eligit velle dictam rem emptam per tutorẽ ex pecunia ſua, eſt verum,quòd facta electione,illa res efficitur de dominio pupilli,ſecus autem ſi pupillus eligat velle ſuam pecuniam & non rem:quia tunc illa non efficitur ſua,& iſto caſu erit ei hypothecata,non autem in primo quando eligit rem:ita intelligunt gl. & Barto.in dicta l.idemque.& Bart.in l.1. & 2.ff. quando ex fac. tu.& ita etiam no.Bal.in l.ſi tutor.C.de ſer.pig.da. ma. & ſic ille tex.non obſt.com.opi.

159 † Secundò limi.dictam regulam, vt non procedat in rebus hæredis; quia illæ nõ ſunt tacitè obligatæ pro legato, ſicut ſunt res teſtatoris:vt no.Barto.in dicta l.1.in fin.C.commu.de leg.& dicit Ange.de Are.inſtitu.de lega.§.primo in 4.colum.quòd in teneris annuis dum eſſet doctor nouellus,& voluiſſet practicare contrarium, ſuccubuit. Sed ſi poſt ſex mẽſes a die mortis defuncti & aditæ hære.hæres non ſolueret legatum,tum bene poſſet fieri immiſſio ad inſtantiam legatarii in bonis hæredis pro legato,& per talem miſſionem cõſtitueretur pignus prætoriũ, iſte ex tex in l.certa.C.vt in poſſ.leg.& ibi Bal.& Salic. licet glo. in dicta l.prima.in fin.C.commu.de lega.aliter dicat & male ſecundum Bart.ibi & alios docto.& ita etiam tenet Are.in dicto §.1.in 3.colum.

160 †Tertiò limita regulam & declara,quòd dicta hypotheca tacita, quæ competit pro legato, habet diuerſam naturã ab aliis hypothecis; quia ſcilicet aliæ hypothecæ competunt inſolidũ contra quemlibet ex hæredibus, vt l.prima.C. ſi vn. plu.hæred. crede. vel de. item pro minima parte debiti tota res remanet obligata:vt l.reliduum.& l.quandiu.C. de diſtrahen. pigno.iſta autem hypotheca,quæ datur pro legato commenſuratur actioni perſonali, qua hæredes tenentur,& ſic iſta actio hypothecaria datur contra hæredes,ad quos peruenerunt res teſtatoris ꝓratis, pro quibus ſunt hæredes ad ſimilitudinem actionis perſonalis, vt eſt tex.in dicta l.prima.in fi.iſtud eſt ſpeciale in legato, vt vult ibi Bartol.in penul.oppo. & idem ſequitur ibi Bald.

in 3.

Source : BIU Cujas

in 3.col.in verſi.item no.hic,ꝙ hypothecaria, & reddit rationẽ differentiæ, ꝙ ſcilicet ideo in aliis hypothecis non fit diuiſio: quia incipiunt in perſona vnius promiſſoris & in ſenſu coniuncto,hypotheca autem,quę datur pro legato,trãſmittitur in ſenſu diuiſo:idem tenet Iaſ.in l.eum qui res in fi.C.de procu.idem in ſimili no.Bar.in d.l.j.in fi.in repe.l.ſi conſtante.in 3.q.4. partis prin.ff.ſolu.mat.

Quartò limita regulam, quando aliæ res teſtatoris non ſunt legatæ aliis perſonis quia ſi aliis eſſent legatæ in illis non competeret alteri legatario hypotheca,ne quod vni datur,alteri denegetur:ita tenet gl.in d.l.j.in ver.in multis,in verſi.hoc tamen. vnde ſi vni eſſet legata certa quantitas, & alteri eſſet legata certa ſpecies,puta fundus,ille fundus non diceretur hypothecatus pro legato quantitatis,ex quo alteri legatus eſt:ita vult ibi & tenet Iaſ.in d.l.vlt.col.pro quo alleg.tex.optimum in l. ſi fideicõmiſſorum.ff.vt in poſſ.le.& l.procurator.§.pen.ff.de tribu.

Iſtud tamen intelligi debet, quando legata non ſunt relicta vltra vires hæreditarias,ſed vltra legata ſuperſunt etiam alia bona teſtatoris,ſed quando in bonis teſtatoris non extat,niſi ſpecies legata:tunc in illa ſpecie vterque legatarius, videlicet illius ſpeciei & etiam quantitatis pro rata concurrere debet, per text. no.in l.quęrebatur.ff.ad l.Falc.ita dicunt Ang.& Pau.de Caſtro in d.l.1.Quod dictũ Iaſ.in d.l.1.dicit ſe non ponere ꝑ conſtãti.

Sed iſtam quæſtionem latè examinat Alex. in d. l. quærebaẽ. & refert ꝙ Bal.in l.ſi verò compoſita.ff de teſt.mili.tenet ꝫ opinio Ang.ſed ꝙ cum opi.Ang.tenet Bal.in l.2.§.1.ff.de cond.indeb.& dicit Alex.ꝙ opi.Ang,probatur per dictam.l. quęrebaẽ. inducendo vt ibi per eũ,& hanc opi. dicit ibi Alex.eſſe æqorẽ.

161 †Quintò limita regulam,qñ teſtator in ſuo teſtamẽto remitteret dictam tacitam hypothecam introductam pro legatis:nã illam remittere poteſt,vt tenet gl.in l.2.ff.vt *in poſſ.leg.ar. illius.* l.& dictam glo.approbat ibi Bar.& ita etiam tenet Bal. & Salic. ibi,& ſequuntur magis communiter doct.excepto Petr. & Cy. in d.l.2.quod reprehendit Bald.in l.1.in 6.col. C. de his quæ pę. no.iſtam etiam opi.tenet Bar.in l.nemo poteſt.ff.de leg.1.ibi ſequitur Alex.in 4.col.

162 †Sextò limita regulã in donatione cauſa mortis: quia licèt illa ſoleat in multis æquiparari legatis:vt l.2.& ibi per docto. ff. de leg.1.Tñ in hoc differt, ſ. ꝙ dicta hypotheca inducta pro legato non cenſetur inducta in donatione cauſa mortis; qa hoc non reperitur iure cautum.vt habetur per Alex. & alios in d.l. 2.& per Ang.de Are inſtit.de dona.in prin.in 2.col.

Sextuſdecimus caſus eſt in mutuante ad refectionem nauis, vel pro alimentis nautarum:quia tali caſu inducitur tacita hypotheca in bonis magiſtri nauis pro reſtitutione talis pecuniæ cum priuilegio prælationis aliorum priorum creditorũ, vt eſt tex.in l.interdum.cum l.ſeq.ff.qui pot.in pig.hab.& ibi hoc no. Bar.qui etiam iſtud extendit ad pecuniam mutuatam pro refectione ædificii,vel pro quacunque alia conſeruatione rerum, vt ibi per eum,& eſt tex.gl.& doc.in l.1.ff.in quibus cau.pig.taci.contraha.& ita etiam vult Alex.in conſil.217.viſo quodam

163 &c.nu.2.7.volum. †Septimuſdecimus caſus eſt in pecunia pupillari mutuata ad rem emendam: quia res empta ex illa pecunia eſt tacitè hypothecata pupillo etiam cum priuilegio prælationis pro reſtitutione pecuniæ mutuatæ:vt eſt tex.& ibi glo.Barto.& alii in d.l. idemq;.ff.qui pot.in pig.ha.& iſtud eſt ſpeciale in pupillo: nam pecunia alterius mutuata expreſſa ad merces, ſeu alias res emẽdas,non habet in dictis rebus tacitam hypothecam,niſi de hoc per pactum expreſſum conuentum fuerit; ſed tãtummodo habet priuilegium in perſonali actione,vt ſ. in dictis rebus præferatur aliis creditoribus non priuilegiatis prætendentibus ſolã perſonalem:vt l.quod quis.& ibi gl.ff.de priui.cre.ita tenet Barto.in d.l.interdum.& Bal.in l.quamuis ex ea.C.de pig.& in l. licet.C.qui po.in pig.ha.& Sali.in auc.quo iure.in 2.q.eo.ti.in qb. locis reprobatur gl.in dicta auth.quo iure,quæ voluit ꝫrium, ſ. quòd res emptę ex pecunia expreſsè mutuata ad illam emẽdã, eſſent tacitè hypothecatæ pro pecunia mutuata, & ita tenet Alex.in l.cum dotem.§.fin.in pen.colum.in verſi.poſtremò Bar. ff.ſolu.mat.& dictum eſt de re empta ex pecunia pupilli, ꝙ illa ſit hypothecata,intellige quando res empta fuit ex pecunia pupilli per alium,quam per tutorem; tunc enim illa res non efficitur pupilli,ſed ſolum in ea acquiritur ei tacita hypotheca: ſed ſi res empta eſſet per tutorem ex pecunia pupilli,tunc eſt in electione pupilli,an velit illam rem tanquam ſuam.An verò velit ſibi reſtitui ſuam pecuniam,& illam rem pro reſtitutione pecuniæ eſſe ſibi obligatam tacitè,vt habetur per Bal.in l. ſi tutor.C. de ſeruo pig.da.ma.poſt gl ibi,& per glo.in l.2.ff.quando ex facto tutorum.& dixi ꝫ.in decimoquinto caſu,in 1.limi.nu. 158.

164 †Octauuſdecimus caſus in re empta ex pecunia militis; quia illa res eſt tacitè hypothecata pro reſtitutione pecuniæ militis ex ſpeciali priuilegio,ſicut dictũ eſt in pupillo in proximo præcedente caſu:ita no gl.in l.quamuis.C.de pigno.& ibi Bar.& Salicetus & latius Salic.in dicta l.licet.in 1.& 2.oppoſi.C.qui pot. in pignor.habe.

Nonuſdecimus caſus eſt in militia empta ex pecunia expreſſim mutuata ad illam emendam; quia illa militia erit tacitè hypothecata creditori mutuanti cum priuilegio prælationis, & hoc ex ſpeciali fauore, vt eſt tex.& ibi no omnes in l.fi.& in authen.ibi poſita.C.de pignor.& priuilegium prælationis in hoc conceditur non ſolum reſpectu aliorum creditorum, ſed etiã reſpectu dotis; quia ſcilicet mutuauit expreſsè ad emendam militiam: præfertur etiã vxori dicti emptoris militiæ & filiis eiuſdem repetentibus dotem:vt eſt text.in d.l.fi.& in auc. ibi poſita. Intellige tamen tu, quando dos eſſet poſterior credito prædicto:tunc enim ille creditor cum ſua tacita hypotheca priuilegiata præfertur etiam doti, ſecus autem ſi mulier in dote eſſet anterior dicto credito.; quia tunc mulier præferretur cuicunq; priuilegiato etiam fiſco,excepta ſola cauſa primipilari: vt l. ſatis notum.C.in quibus cauſis pignus taci.contraha. ita no. Bal. nouel.in tracta.dotis in 10.parte in 12.col.in verſi.13.limita,de quo tamen dicam.ꝫ.in membro prioritatis.

Vigeſimus caſus eſt, quando debitor obligauit creditori bona alterius,puta Sempronii, qui Sempronius poſtea ſtetit fideiuſſor in dicto debito pro ipſo debitore; nam taliter fideiubendo videtur tacitè approbare obligationem antea factã de reb. ſuis,tex.eſt & ibi no.Bar.in l.Pompon.§.1.ff.in quibus cauſis pignus taci.ꝫha.Secus autem eſſet,ſi Sempronius prius fideiuſſiſſet pro dicto debitore,& poſtea debitor eius bona obligaſſet: quia per antecedentem fideiuſſionem non inducitur tacita approbatio futuræ obligationis ſuorum bonorum, vt eſt ibi textus,& tenent gloſſ.Bartol.& Bald.quòd not.nam licet proprie iſta non dicatur tacita hypotheca, ſed potius tacita approbatio præcedentis obligationis:quia tamen quaſi in idem tendit, ideo placuit hic ponere.

Vigeſimus primus caſus eſt, quando quis obligatur ex cauſa tranſactionis ſuper ueteri obligatione, non tamen animo nouandi primam, ſed ſimpliciter, quo caſu non inducitur nonatio iuxta legem fin.C.de nouationio. vel ſi fiat expreſſe citra nouationem iurium antiquorum, prout hodie practici notarij faciunt: Nam ſi iſto caſu tranſigens non ſeruat tranſactionem,poteſt contra eum agi primeua actione.l. cum proponas. C.de pactis.& l.ſiue apud acta.C.de tranſactio. & pro illa veteri & primeua actione bona dicti tranſigentis, qui non ſeruauit tranſactionem,erunt tacite hypothecata,tec.eſt no.ſecundum Bartol. in l. fina. ff.in quibus cauſis pignus taci. contraha. licet gloſſ. ibi voluerit aliud, videlicet quòd bona non eſſent tacitè hypothecata,ſed quòd retineri poſſent quaſi obligata, ſed gloſ. in hoc male loquuta fuit ſecundum Bart. ibi, cum immo vere ſint obligata, & ita etiam videtur velle ibi Salicetus,quod not. quia frequenter poteſt contingere.

Vigeſimus ſecundus caſus eſt in terminis dicta l. fina. quando tranſactio fuit facta animo nouandi, ſed tranſigens per dolum tranſigit,vel per dolum tranſactionem non obſeruat,iuxta notata in l.actione.C.de tranſactio. tunc enim in odium cõmittentis dolum bona illius cenſentur tacitè obligata, ita not. Bar.in d.l.fin.ff.in quibus cauſis pigno.taci. contraha. quod etiã eſt menti tenendum;quia poteſt in facto contingere.

Vigeſimus tertius caſus eſt,quando aliqua res ſpecialiter deſignatur pro præſtatione alimentorum,vel alterius annuæ prę ſtationis; tunc enim ille fundus ſpecialiter deſignatus ad hoc onus cenſetur obligatus,ita not.Bartol.in l.Lucius.ff.de alim.& cib.lega.per text.in l.ſecunda.eod.titul.quem ita intelligit poſt quendam docto.Lombar.& ita etiam tenet Bartol. in l.fundus quem. ff. de annu. leg. vbi decidit, quòd ſi teſtator leget centũ annua ſuper tali fundo, quòd ex hoc cenſetur ille fundus expreſſe obligatus; quia ſecundum eum tantum eſt dicere, lego ſuper illo fundo, quantum obligo illum fundum, vt probatur ſecundum eum in rub. de reb.eo. qui ſub tut. vel cur.non alie. vel ſupple.idem tenet Bartol.in l.codicillis.§. inſtituto.ff.de legat.ſecundo.

Et prædicta tanto fortius procederent, quando talis annua præſtatio deſignatio certo fundo eſſet ſoluenda in perpetuum tunc enim indubitanter procederet concluſio ſupra formata, videlicet, quòd dictus fundus eſſet hypothecatus, & quilibet poſſeſſor,ad quem ille tranſiret,teneretur ad dictam præſtationem.l.hactenus.ff.de vſufru.& not.Hoſtien.in ſum. tit.de loca: §.quæ actio. ver. antepe. & vlt. & refert & ſequitur Guido Papæ in quæſtion.432.ad fin.& ita uidetur tenere Ioan.Fab.inſtit. de actio.§. item ſeruiana.in vltim. colum. ubi latè proſequitur materiam, & Corn. in conſi. ducenteſimononageſimoſexto. j.volum.in litera G.& H.& ibi declarat & firmat dictum Bart. in d.l.codicillis.§.inſtituto.

Sed aduertendum eſt,quòd Roma.in conſi.388. in caſu propoſiti thematis.in primo argumen.tenet,quòd dicta concluſio ſit ſpecialis in cauſa alimentorum: vt ſcilicet ſpeciale ſit fauorem alimentorum, quòd fundus expreſſe deſignatus ad eorum præſtationem ſit hypothecatus, & hoc etiam extendit ad annuam penſionem, quam ſummus Pontifex conſtituit clerico ſuper redditibus certæ eccleſiæ, ſcilicet illi redditus,

Source : BIU Cujas

& bona, ex quibus percipiuntur, sint obligata pro dicta annua pensione, sed Pau. de Castr. in consi. 53. quia exceptione. in pen. col. tenet, ꝙ res non sit obligata pro annuis prestationibus, seu pensionibus impositis in bonis ecclesię, & quòd sit speciale in alimentis, ꝙ res designata pro illorum prestatione censeatur obligata. d. l. 2. & d. l. Lucius. ff. de ali. & ciba. leg. & Felyn. in c. ad euidentiam. el 2. in v. col. in ver. 5. conclusio, de rescrip. recitatis opinio. Roma. & Pau. de Cast. dicit, ꝙ fortè opin. Pau. est verior. Ego puto tenendum, ꝙ nulla sit specialitas in alimentis; quia certi sunt casus, in quibus inducitur tacita hypo. vt in tit. ff. & C. in quib. cau. pi. tacit. p̃ha. Inter quos non reperitur casus alimentorum, meritò ille non censetur habere de iure tacitam hypothecam, & hoc argumento vtitur Bar. post dictum doct. Lombardum in d. l. Lucius, facit tex. in stit. de acti. in §. actionum. vbi enumerantur actiones bonæfidei, & aliæ quæ ibi non sunt numeratæ sunt stricti iuris, & sic alimenta non hẽnt ius tacitæ hypothecæ, nisi qñ sunt legata in testamento; quia tunc habẽt tacitam hypotheeam, prout habent alia legata, iuxta. l. j. C. cõi. de leg. ita tenet Bar. in d. l. Lucius. & in l. Caius. ff. de annuis leg. sed ratio prædictæ decisionis est, ꝙ certa bona fuerunt specialiter designata pro alimentis seu aliis annuis præstationibus; tunc. n. illa specialis designatio facit, ꝙ illa bona censeantur obligata pro dictis præstationibus, vt firmat Bar. in locis s̃. alleg. & maximè in d. l. fundus quem. ff. de ann. leg. & in d. l. codicillis. §. instituto. ff. de leg. 2. & in d. l. Lucius. & ista fuit etiã opi. gl. in d. l. Lucius. in gl. in ver. ex redditu. ita puto tenendum, cum non inueniam decisiones gl. & Bar. reprobari per aliquẽ. Vigesimusquartus casus secundum aliquos est in legitima debita de iure naturæ descendentibus in bonis ascendentium, iuxta l. Papinianus. §. quarta. ff. de inoff. testa. & auc. nouissima. C. eo. tit. vt s. bona ascendentium sint tacitè hypothecata descendẽtibus pro dicta legitima eis debita, & istam opi. tenet Bal. in consi. 171. condemnatus fuit quidam. 1. volu. vbi æquiparat filios vxori, & Fulg. in consi. 84. Bonacursius. in 2. col. ad fi. & Are. in consi. 156. diligenter visis. in pen. col in princi. Eandem opi. tenet Pau. de monte Pico in repe. l. in quartum. ff. ad l. Falc. in col. 49. nu. 117. vbi audacter dixit, ꝙ Alex. ibi qui tenet p̃rium errauit in terminis, & secundum eum ista opi. probatur inconuincibili fundamento: nam lex fauet magis filiis in legitima, quàm aliis legatariis: quia statim deducto ære alieno detrahitur legitima. d. l. Papinianus. §. quarta. filius dicitur creditor in sua legitima, & creditores prę feruntur legatariis. l. fi. §. si verò. C. de iure delib. Cum aũt quilibet simplex legatarius habeat bona testatoris obligata: vt l. j. C. commu. de lega. a fortiori vr̃, ꝙ bona debeant esse obligata ꝓ legitima: & dicit, ꝙ istud est suum fundamentum, & alii docto. non probauerunt istam conclusionem, sed immo istud fundamentum ante eum fuit Fulg. in d. cõsi. 84. quod fortasse potuit ipse non vidisse. Tamen p̃riam sniam, videlicet ꝙ filiis nõ deb̃ hypothecaria pro legitima, tenet Alexã. in d. l. in quartam. in 7. col. ver. confirmo prædicta, dicens non reperiri iure cautum, ꝙ filius habeat hypothecata bona insolidum pro legitima, iuxta l. creditoris. ff. de distra. pig. Idem tenet Alex. in consi. 78. clarissimè doc. 3. volu. in ult. col. in ver. Non obst. id quod dr̃ de legitima. vbi dicit, ꝙ bona nõ sunt obligata pro legitima filii, sed solum pro ea filius habet condictionem ex lege p̃ hæredes, vt est casus in §. cæterum. in auc. vt cum de appella. cogno. & est cõis opi. in d. l. in quartam. cum aliis allegatis ibi per Alex. Idem tenet Alex. in consi. 117. viso tit. q. 6. vol. nu. 15. per allegata ibi per eum, & in consi. 154. duplicato per errorem nu. 13. & 14. 7. vol. Idem latè firmat insignis doct. do. Bulgarinus Senen. in quodã suo consil. viso & diligenter considerato, quod est impressum post quandam suam disputatio. quę incipit. Sempronius condidit testamentum, quod consilium est subscriptio ad quoddam consi. do. Bartho. Soci. qui idem cõsuluit per optima fundamẽta de quibus ibi. Istam etiam opi. tenet Decius nostræ ætatis facile primarius in consi. 235. in casu mag. &c. in vlti. col. & dicit esse veriorem, & rñdet ad fundamẽta tenentium partem p̃riã. & primò ꝙ Bal. in d. consi. 171. non dicit, ꝙ pro legitima sint hypothecata bona, & si diceret hoc, non probat de iure, & ideo ꝓcedit fundamentum s̃. factum per Ale. quod iure hoc cautum non reperitur, ar. l. illam. C. de colla. & rationes Fulg. sunt parũ efficaces: nam dum arguit a legatariis ad filios, quod ex quo legatarii habent hypothecam, filii non debent esse deterioris cõditionis, dicit ipse, ꝙ argu. procederet data paritate terminorũ, qñ. f. filii pro legitima haberent expressam voluntatem testatoris, prout habent legatarii, sed quia legitima debetur ex dispositione legis, non militat argu. de hypotheca cõcessa pro legato, iuxta l. j. C. communi. de lega. ad legitimam, quæ non habet expressam volũtatem testatoris, & ꝙ ex hac ratione magis faueatur legatis, quàm legitimæ, tenet Sali. in l. scimus. §. repletionẽ. in fi. C. de inoff. testa. & sequitur Ale. in l. in ratione. la 2. in prin. in vlt. col. in ver. item non videtur bene dicere. ff. ad l. Falci. pro quo optimè facit; quia alimenta de iure multa habent priuilegia: vt per Bar. in l. Mela. in prin. ff. de alimen. & ciba. leg. & tamẽ alimenta non habent tacitam hypothecam, nisi sint relicta in testamento; quia tunc habet hypothecam sicut cætera legata, vt per Bar. in l. Caius. ff. de annu. leg. & in l. Lucius. ff. de ali. & ciba. leg. & latè dictum fuit in præcedenti casu. 23. & ita tenendũ puto. Quam tamen cõclusionem limita, nisi ageretur pro supplemẽto legitimæ habito respectu ad id quod relictum fuit in testamento filio non sufficiente ad legitimam, iuxta terminos. l. omnimodo C. de inoff. testa. quia cum illo casu pars legitima sit relicta in testamento. Illud etiam quod debet supplere censetur relictum, vt in not. q. tradit Bal. in l. hac edictali. col. 3. ver. & primò quæro. C. de secun. nup. quia tũc sicut pro aliis relictis competit tacita hypotheca. d. l. 1. C. communia de leg. ita & pro supplemẽto legitimæ hoc modo debito, & ita tenet Decius in d. consi. 335. in fi. & bene. Conclusio ergo s̃. firmata, ꝙ in legitima non sint bona tacitè hypothecata, procedit, quando nullo modo legitima est relicta, sed petitur ex dispositione dictæ l. Papinianus. §. quarta. & d. auc. nouissima. & sic iste 24. casus nõ est verus. Non reperio alios casus in iure expressos, in quibus detur tacita hypotheca, nisi duos alios, quos vide j̃. in 3. parte princ. in 1. mẽbro nu. 12. & 13. quos oblitus fui ponere hic, ideo eos supple hic: quamuis non sit propriè tacita hypotheca in eis. Fateor tñ, ꝙ per statuta possit induci etiam in aliis casibus: sicut enim potuerunt leges ciuiles introducere hypothecam in casibus p̃dictis ita & statuta municipalia possunt etiam in aliis casibus introducere, iuxta tex. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. & qa sicut pacto potest hypotheca induci, ita & statuto; quia quod potest fieri per pactum, arguendo affirmatiuè, potest etiam fieri per statutum. l. non impossibile. & ibi Bart. & doct. ff. de pact. & gl. in rub. C. de decre. decu. lib. 10. & ita firmat Bar. in l. fi. C. de iure reipubli. lib. 10. & Soci. per plura alia tenet in consi. 240. circa præsentem. 2. volu. j. col. †Insuper ad declarationem præsentis quarti membri huius secũdæ partis, in quo tractatum est de tacita hypotheca, est notandum, ꝙ in tacita hypotheca veniũt bona præsentia & futura, etiam nomina debitorũ tam præsentia, quàm futura, vt per Bal. in l. 1. in penul. colum. ff. soluto matri. & in l. hac edictali. §. omnibus. post Cynum ibi. C. de secundis nuptiis. & in l. vbi adhuc. ad finem, post Iacob. de Raue. ibi Cy. C. de iure dotium, & ita etiam tenet & corroborat Salyc. in l. final. C. quæ res pigno. obligar. poss. sequendo in hoc opi. 1. gl. ibi, & reprobando opinio. Io. glossatoris, & ita etiam tenet Roma. in singula. 142. & ista videtur verior & communior opinio de iure, quicquid in contrarium voluerit Bal. in l. 3. C. de hæredi. actio. vbi voluit, quòd in tacita hypotheca veniãt præsentia tantum, & in l. 3. C. de priuilegiis fisci, vbi dixit esse speciale in fisco, quòd in tacita hypotheca eius fauore veniant futura, quia (vt dixi) tenendum est, ꝙ in tacita hypotheca veniant bona & nomina debitorum tam præsentia, quàm futura.† Sed dubitaṫ, quid dicendum sit de pecunia, an scilicet illa veniat in tacita hypotheca. Et videtur dicendum, ꝙ sic per textum, et ibi Barto. in l. cum tabernam. §. fi. ff. de pignoribus. vbi dicitur, ꝙ in generali obligatione bonorum venit pecunia, tamen Bald. in l. certi iuris. in 6. quæstione. C. locati. tenet, quòd neque merces, neque pecunia veniat in tacita hypotheca, quia talia non videntur inesse tacitæ hypothecæ propter celerem motum. l. debitor. ff. de pign. cum aliis alleg. per eum. Idem videtur tenere Alexã. in dicta l. cum tabernam. in apostil. ad Barto. & ratio rationis est, qa pecunia dicitur semper venalis & parata alienationi. l. vxorem. §. legauerat. ff. de leg. 3. & nota. Bald. in l. fin. ad fi. C. de compen. & sequitur Alexan. in l. generali. §. vxori. ff. de vsufru. leg. & propterea non videtur esse in certo loco.

Tamen est aduertendum, quòd prædicta sunt intelligẽda in tacita hypotheca, de qua in dicta l. certi iuris. quæ est restricta ad certum locum, videlicet ad domum locatam, & in illa militat ratio assignata per Bal. in dicta. l. certi iuris. in sexto quæst. quòd pecunia & merces venales non videntur esse in domo locata, cum sint venales, vt per Alexan. in locis præalleg. sed in alia tacita hypotheca extra terminos dictæ l. certi iuris. & sic non restricta ad certum locum, vt patet in casibus vigintitribus. supra enarratis; quia in illis cessat ratio restrictionis prædictę, dicendum videtur, quòd pecunia comprehendatur in generali hypotheca exp̃ssa. d. l. cũ tabernã. §. fina. argumen. l. cum quid. ff. si certum petat. & facit: quia etiam in tacita veniunt nomina debitorum, vt dixi supra. & habetur per gloss. & doctor. in dicta l. 3. C. de hęredita. actio. & per Paul. de Castr. in consilio 395. notandum primò. & non videtur ratio diuersitatis inter pecuniã & nomina debitoris, & quia lex parificat tacitã & expressam, vt scilicet in vtraque veniant bona prę sentia, & futura. dicta l. hac edictali. §. omnibus. ergo venit etiam pecunia; quia appellatione bonorum venit etiam pecunia vt l. prima. & ibi no. Bal. & Saly. C. de vsufru. & propterea concludo, quòd licèt in tacita hypotheca, de qua in dicta l. certi iuris. non veniat pecunia, per rationes adductas per Bald. & Alexã. Tamen in aliis tacitis hypothecis sic.

†Postremo in materia tacitæ hypothecę notandũ est, ꝙ stante statuto, ꝙ instr̃o confessionata, vel guarentigiata habeãt exe cutionẽ paratã, tale statutum militat, etiam si petaṫ executio vi

gore

gore inſtrumenti ex quo reſultet tacita hypotheca,ita communiter concluditur,vt habetur per Bar.Bal. & latius Imol. in l.1. ff.de his quæ in teſta.delen.& per Bal.in l.vnica.§. & vt plenius. C.de rei vxo.actio.& in l.ad probationem,la 1.C.de prob.& ita tenet Alexan.in l.iuriſgentium.§.quod ferè.in vlt.colum. ff.de pac.Et licèt loquatur in ſtipulatione præſumpta, idem eſt in tacita hypotheca: vt tenet Bal.nouel. in 6. parte, in 7. priuilegio, in 1.colum.Subdit tamen,ꝙ vidit eſſe conſultum,ꝙ dicta communis opi.procedat,quando agitur via executiua vigore tacitę hypothecæ contra ipſum principalem nominatum in inſtrumento,& ita dicit eſſe de mente Bal.in l.1. C. commu. de lega. Et iſtud idem eſt etiam, quando petitur executio inſtrumenti, quo eſt expreſſa hypotheca; quia illa datur ſolum contra principalem debitorem & eius hæredem,non autem contra tertiũ poſſeſſorem, vt per Benedictum de Barzis de Aretio in tracta. guarentigiæ,in colum. 12.verſ. ſecundò nunc ad 9. & ita tenet Bal.& Ang.in l.2.C.ſi aduerſus credi.Bal in l. hac edictali. C. de ſecun.nup.& in l.ſi pro te.C.de iure dot.Bar.in repeti.l. 3.in 4. q. C.de pigno.Ange.Imol.Alex.& alii in l.1.§.ſi hæres. ff. ad Trebellia.Fely.in c.cum ſuper.in 6.col in ver.& not.ꝙ tertius.de re iud.& hanc concluſionem,ꝙ ſcilicet executio conceſſa per ſtatutum habeat etiam locum quò ad hypothecam tacitam virtualiter ſubintellectam in inſtrumento, firmat Alex.in conſil. 127.repetitus.nu.7.& per totum in 6. vol. Et per iſta ſum expeditus de hypothecis tacitis.

TERTIA PARS PRINCIPALIS.

Venio nunc ad tertiam partem princ.tractatus, in qua tractandum eſt de pignoribus. & pro intelligentia primò præmittendum eſt, ꝙ quadruplex eſt pignus. Primum pignus eſt conuentionale, quod ex partium conuentione procedit,de quo eſt gl.magiſtra. & ibi clarius per Bar.in l.1.in princ.ff.de pigno.act.Secundum eſt pignus legale, quod tacite a l.conſtituitur.l.certi iuris.C.loca.& inſtitu.de act. §.item ſeruiana.cum aliis caſibus notatis ſupra in quarto membro ſecũdæ partis.Tertium pignus eſt pignus prætorium, quod conſtituitur,quando nulla præcedẽte ſententia diffinitiua proceditur contra reum in contumacia: & fit immiſſio ex primo decreto in bonis debitoris,iuxta l.ſi vnus.ff.de bo.auc.iudi. poſſi.Quartum pignus eſt pignus iudiciale quod conſtituit, quando præcedente ſententia diffiuitiua pro eius executione fit immiſſio in bonis debitoris condemnatis ex primo decreto, vt l. a diuo Pio.per totum,ff.de re iudi.licèt etiam iſtud quandoque appelletur prætorium,vt l.1.C.de præto.pig.ea ratione; quia vtrunque expeditur a iudice,& infra ſuo loco dicetur, in quibus differat pignus prætorium,& iudiciale.Sicut ergo iſta pars continet tria genera pignorum omiſſo legali, de quo iam dictũ eſt ſupra in quarto membro ſecundæ partis. Ita diuiditur iſta pars in tria membra. In primo membro videbimus de pignoribus, & hypothecis conuentionalibus,quomodo.ſ. & quibus verbis conſtituantur & per quos. In ſecundo tractabitur de prætorio pignore,& in quibus differat pignus conuentionale, & prætorium.In tertio tangetur de pignore iudiciali.

SVMMARIA.

1 *Ius reale conſtituitur per pignus,& hoc eſt ſpeciale in pignore,& quare.*
2 *Pignus conuentionale poteſt inter abſentes conſtitui,& per literas.*
3 *Pignus conuentionale quibuſcunque verbis contrahi poteſt, & ſine ſcriptura. Item in quacunque obligatione poteſt contrahi. Item poteſt conſtitui pro toto tempore,& pro parte temporis.Item de nocte, & pro quacunque cauſa,&c.*
4 *Hypotheca conſtituitur per pactum initum inter debitorem, & creditorem, quòd liceat creditori alienare rem debitoris.*
5 *Hypotheca conſtituitur per verbum,mutuo.*
6 *Subſcribens contractum,vel ſcripturam,in qua res ſua eſt obligata,dicitur pignus conſtituere,niſi ſubſcribat ſe tanquam teſtem.*
7 *Pignorans ſuam poſſeſſionem, vtendo verbo poſſeſſionem, intelligitur illa pleno iure pignorare.*
8 *Pignus vel hypotheca an poſſint accedere obligationi nulli,& inefficaci.*
9 *Pignus vel hypotheca non conſtituuntur niſi aliqua obligatione præcedente.*
10 *Hypotheca introducta a lege in bonis paternis pro adminiſtratione facta per patrem in bonis filij dupliciter conſideratur.*
11 *Actio pignoratitia directa,quæ datur debitori,quando naſcatur.*
12 *Actio ſemel nata non poteſt iterum naſci.*
13 *Filiusfamilias immo & ſeruus pro negotio & cauſa peculiari ſi liberã habeant adminiſtrationem poſſunt res peculiares pignori dare.*
14 *Hypotheca poteſt cedi ſine principa.& cuius ſit effectus talis ceſſio.*
15 *Hypotheca poteſt remitti pacto debito principali non ſatisfacto.*
16 *Hypotheca poteſt legari per teſtatorem.*
17 *Retentio an locum habeat,vbi ipſa hypotheca nulla eſt, vel ſaltem vitioſa.*
18 *Accedens pignori an dicatur pignus.*
19 *Pignoratio vnius rei pro alia an ſit valida.*
20 *Venditio vnius rei pro alia an ſit valida.*
21 *Venditor vendens rem alteri obligatam aſſerens illam eſſe liberam, & nemini obligatam pœna falſi tenetur, diſſimulans autem tenetur crimine ſtellionatus.*
22 *Pignora data locatori in contractu locationis, an per reconductionem cenſeantur repetita.*
23 *Contractus pignoris dicitur nominatus.*
24 *Hypotheca in inſtrumento non adiecta an per notarium ex ſuo officio poſſit ſuppleri & apponi.*
25 *Clauſulæ in inſtrumentis & contractibus apponi ſolitæ an ſemper ſubintelligantur.*
26 *Subſtantialia & naturalia contractus quæ dicantur.*
27 *Pignoratio vel hypothecatio facta pro tanto debito, quòd nulla ſit ſpes luitionis,potius dicitur alienatio,quàm pignoratio.*
28 *Statuto dictante, quòd quilibet teneatur facere deſcribi res ſuas in æſtimo, an creditor teneatur res pignoratas deſcribi facere,& ſub qua forma.*
29 *Res pignorata qualiter dicatur a creditore poſſideri.*
30 *Fructus rei pignoratę quo caſu cedant creditori.*
31 *Creditor turbatus in poſſeſsione rei pignoratæ habet interdictum vti poſſidetis.*
32 *Creditor habens caſtrum pignoratum poteſt exercere iuriſdictionem.*
33 *Debitorem poſſidere rem pignoratam, quò ad effectum vſucapiendi qualiter ſit intelligendum.*
34 *Creditor qualiter dicatur pignus poſſidere,& qualiter debitor.*
35 *Hypotheca conuentionalis per quas perſonas poſſit, vel non poſſit conſtitui.*
36 *Pignus non conſtituitur mandato,niſi ſit ad hoc ſpeciale.*
37 *Obligatio conditionalis purificata conditione retrotrahitur, niſi obſtet defectus rei,vel perſonæ.*
38 *Regula,quòd ratihabitio retrotrahitur & mandato comparatur, pluribus cauſis limitatur.*
39 *Obligatio pignoris an poſſit alicui quæri per alterum.*
40 *Rei vendicatio differt ab hypotheca.*
41 *Pater adminiſtrator legitimus filij accipiendo pignus, vel obligationem acquirat vtilem hypothecariam filio.*
42 *Pupillus an poſſit rem pignori dare.*
43 *Mutuans alienam pecuniã ſuo proprio nomine, & pro ea accipiens pignus non acquirit hypothecam domino pecuniæ,ſed ſibi mutuanti.*
44 *Adminiſtratores ciuitatis an poſſint obligare bona ciuitatis, quando pro ciuitate accipiunt aliquam pecuniam.*

Tertiæ partis primum membrum.

Capiendo itaque primum membrum, in quo videndum eſt de pignore,& hypotheca cõuentionali Primò inueſtigandum eſt, quomodo & quibus verbis conſtituatur pignus,vel hypotheca conuentionalis. Deinde p
1 quas perſonas conſtitui poſſit vel non. † Primò itaq; notandũ eſt,ꝙ licèt alia iura realia non conſtituantur ſolo cõſenſu, ſed requiratur traditio,ut l.traditionibus.C.de pac.& l.3. §. 1. & l.ſi partem.in princ.ff.quemadmo.ſer.ami. tamen ſpeciale eſt in pignore,per quod etiam ius reale conſtituitur,vt l.pignoris. ff.de pigno.& l.pignoris.C.eo vt nudo conſenſu conſtituatur, ut l.ſi tibi.§.de pignore.ff.de pac.& l.1.& ibi not.Bar. ff. de pigno. act. Et ratio eſt ſecundùm Bar.in d.l.1.quia conſtitutio pignoris eſt modici præiudicii,& ſimilis ratio eſt in l.fi.C.quæ res pign. obl. poſſ.Sed Bald.in d.l traditionibus.ver. ſed hic quæro quare, &c. in 3.colum.aſſignat aliam rationem videlicet, quia ſi conuentio hypothecæ non produceret ius reale, aliàs nihil operaretur: cum ius perſonale inſit ex præambulo contractu,cui hypotheca adiicitur: cum ergo hypotheca non pariat perſonalem,merito parit realem actionem,aliàs eſſet fruſtra: ſed promiſſio facta in contractu circa dominium non eſt fruſtra: quia illa parit actionem perſonalem contra promittentem,ſed quò ad dominium expectatur traditio,& iſtam etiam rationem tenet ibi Sali.& ſequitur Iaſ.& ſic habes, ꝙ pignus conſtituitur ſolo cõſen
2 ſu.† Item conſtituitur pignus conuentionale inter abſentes, vt l.creditor.§.fi.ff. de pign. & ideo etiam per epiſtolam contrahi poteſt.& non vitiatur,licèt non ſit in ea dies & cõſul: vt l. cum tabernam.§.idem quæſiit.& idem Bar. ff. de pigno & Bald.in 1. conſti.C.in §. quibus,in 2.colum.in verſic.vtrum pignus.† Item
3 contrahitur quibuſcunque verbis & ſine ſcriptura,vt eſt tex.in l.contrahitur.ff.de pigno.& tex.& ibi Bal.in l.fi.in princ. C.quæ res pigno.ob.poſſ.ita ꝙ ad eius conſtitutionem impropria verba ſufficiant in tantum,ꝙ verbum dotis,quod de ſui natura importat tranſlationem dominii,vt inſti.de act. in §. ſic itaque. & verbum,conſigno & concedo,dũmodo ſubiecta materia non repugnet, important conſtitutionem pignoris, vt per Soci. in conſi.93.circa primum.in 2.colum.1.volum.Item conſtitui poteſt in quacunque obligatione: videlicet tam pura, q̃ in diem, vel ſub conditione,& ſiue præcedat obligatio,ſiue ſequatur, & tàm pro toto debito,quàm pro parte, & tam pro ſua obligatione,quàm aliena:& tam pro ciuili obligatione,quàm pro naturali tantum,vt eſt tex.plenus in l.res hypothecæ.ff.de pig. Item

poteſt

Source : BIU Cujas

poteſt conſtitui pro toto tempore, & pro parte temporis, vt l. item liberatur.in princ.cum glo.ibi ff.quib.mod.pig. vel hypo. ſol.Et nō ſolum pro debito pecuniario, ſed etiam pro alia cauſa: puta ſi do pignus alicui,vt pro me fideiubeat: vt l.ſi rem alie nam.§.fi.ff.de pigno.act. Item poteſt conſtitui etiam de nocte, vt eſt glo in l.more.ff.de fer.ſicut & cæteri cōtractus, vt eſt tex. & ibi per Doct in l.non minorem.C.de tranſac.Item poteſt cōſtitui in rebus alibi ſitis,& quò ad hypothecariam ſortietur debitor forum in loco contractus: vt per Bal.in l.2.in fi.C.mand. Item poteſt conſtitui pignus in teſtamento,vt no.Bar.in l.non eſt mirum,per illum text.ff.de pign.actio. Item conſtituitur pignus,ſeu hypotheca ꝑ pactū initū inter creditorē & debitorē, ꝙ liceat creditori alienare aliquam rem pro ſuo credito, nam ex hoc pacto intelligitur illa res obligata creditori, text. eſt & ibi not.Bar.in l.3.§.fin.ff.qui pot.in pign.ha.& ſequitur Bal.in l. creditores,in fi.primæ lectur.C.de pign.per d.§. fin. quem dicit non eſſe alibi.Similiter dicit Bal. per licentiam datam creditori de ingrediendo propria auctoritate aliqua bona debitoris. Nam per talem licentiam cenſentur illa bona obligata ipſi creditori, etiam ꝙ illa non fuiſſent expreſsè obligata, ita dicit ibi Bal.per tex.in d.l.3.§.fin.& ita refert & ſequitur Alexan. in d.§.
5 fi.in apoſtill.ad Bar.†Item conſtituitur pignus, vel hypotheca per iſta verba.videlicet mutua mihi decem ſuper iſto libro, vel ſuper iſta re,ut per Bar.in l.codicillis §.inſtituto, ff. de leg. 2. & faciunt not.per Bar.in l.fundus quem.ff.de annu.leg.& per Bal. in l.1.C.comm.de leg.& per Cor.in conſi.296.2.col.1.vol.in li
6 tera G,& H.†Item conſtituitur pignus, ſi quis ſubſcribat cōtractum,vel ſcripturam,in qua res ſua obligatur.Nam ex hoc videtur obligationi conſentire,tex.& ibi no.Bar.in l.fideiuſſor. §.1. ff.de pig.poſt gl.ibi. Similiter ſi quis fideiubeat pro eo, qui rem ſuam prius obligauerat; nam ex hoc cenſetur approbare obligationem prius de re ſua factam:ſecus autem eſſet, ſi obligatio & hypotheca de re fideiuſſoris ſubſequeretur poſt fideiuſſionem,tex.eſt in l.ſi gratuitam,aliàs incipit.Pomponius ſcribit. §. fi.ff.in quibus cau.pignus, vel hypotheca taci. contrahatur. Et ſic eſt ibi tex.ꝙ quis fideiubendo cenſetur approbare, & cōſentire:de quo tamen dicendum eſt,vt habetur per glo. Bal.& Sal. in l.exceptione.C.de euiction.

Intellige tamen prædicta, niſi quis ſubſcribere ſe tanquàm teſtis,quia per talem ſubſcriptionem non cenſetur approbare obligationem, & hypothecam de re ſua factam in ſcriptura, tex.& ibi Bar.poſt glo.in l.Caius.ff.de pign.act. de qua tamē deciſione latè dicendum eſt, vt habetur per Bar. Alex. & alios,in l.quæ doris.ff.ſol.matrim iſtis præmiſſis quæritur modo in materia de nonnullis quæſtionibus.

7 †Et primo quæritur,ſi quis pignoret ſuam poſſeſſionē vtendo hoc verbo,poſſeſſione,intelligatur pignorare rem pleno iure:& ſic reſpectu poſſeſſionis & proprietatis. Et dicendum eſt, ꝙ ſic,vt eſt tex.in l.1.& 2.C.ſi pig.pig.da. ſit. & not.gl.in d.l.1.in verſi.poſſeſſionem, quæ exponit, id eſt plenam proprietatem, & ibidem hoc not.Bal.& facit: quia interdum poſſeſſio capitur pro proprietate,vt l.interdum,ff de verb.ſignifi & ita refert, & tranſit Alex in l.ſi rem aliquam in pen.col.in ver. extra gl.Bar. ff.de acquir.poſſeſſio.

8 †Secundò quæritur,an pignus, vel hypotheca poſſit accedere obligationi nulli vel inefficaci?Et breuiter dicendum eſt, ꝙ non: vt eſt gl.not.cum qua tranſeunt ibi Bar. & alii in l. 2. in gl. fi.ff.de condict.ob turpem cau.& no.Iaſ.in l.ex his. ff. de condictione indebi. vbi ex hoc not. ꝙ paria ſunt aliquid eſſe nullum de iure,vel inefficax,& multa ad hoc cumulat idem Iaſ.in l.fin. ff.de officio eius cui mand.eſt iuriſ.& idem Iaſon in l.ſi dari. ff. de verbo.obliga.

9 †Et ratio iſtius deciſionis eſt: quia hypotheca,vel pignus cōſtitui non poteſt,niſi aliqua obligatione pręcedente,vt eſt tex. & ibi not.Bar.in l.contrahitur. ibi, propter aliquam obligationem.ff.de pignor.paria autem ſunt, nullam obligationem pręcedere,vel aliquam,ſed nullam,vel inefficacem, argumento.l. quoties.ff.qui ſatiſd.cog.& l.4.§ condemnatum,ff.de re iudi. Et ꝙ ab initio hypotheca conſtitui non poſſit ſine principali, eſt tex.& ibi no.Bar.in l.fideiuſſor obligari.in prin.ff.de fideiuſſ. & net Alex in conſi.134.animaduerſis.num.20.6.vol.

10 †Nec habet obſtare prædictus tex.in l.cum oportet.§.fi.C.de bo.quæ libe.vbi habetur ꝙ hypotheca introducta a lege in bonis paternis pro adminiſtratione facta per patrem in bonis filii incipit a tempore inchoatæ adminiſtrationis, & ſic videtur incipere ante obligationem perſonalem; quia pater incipit obligari demum poſt malam adminiſtrationem, quia reſpondetur ad hoc ſecundum Bal.& Saly.poſt Pet.ibi, ꝙ duplex eſt obligatio principa qua pater tenetur filio,vna,i generalis & primęua, qua pater obligatur ſtatim cum incipit adminiſtrare: quia ex tunc obligatur,res filii ſaluas facere,& bene res filii adminiſtra re & ſine fraude,quamuis ad ſuam vtilitatem,& hanc non præcedit hypotheca,ſed ſubſequitur. Altera eſt ſpecialis & ſecundaria,quæ incipit ex mala adminiſtratione, vt l. 1.§. eſt autem, & §.ſi apud.& l.ſi duo.ff. depoſi. & iſtam in tempore antecedit hypotheca,& ſic verum eſt dicere,ꝙ omnino aliqua obligatio principalis antecedat hypothecam, & hanc intelligentiam refert & ſequitur Soci.in conſi.42.4.volum.colum.5.in ver.& facit ratio. 11 †Et pro corroboratione prædictorum faciunt no. per Bar.in l.ſi rem alienam,§.omnis,ff.de pign.act.vbi quærit, quando naſcatur actio pignoratitia directa, quæ datur debitori? & cōcludit,ꝙ naſcatur tempore ſolutionis debiti: ſed ꝙ naſcitur ex contractu dudum ante celebrato, & ſic naſcetur hodie ex materia antiqua, & idem dicit in mutuo reconciliato ex conſumptione,vt l.nam & ſi furioſo ff.ſi certum peta. & in actione tutelæ, vt l. ſi tutor. in fi.cum l.ſequen.ff. de tut. & ra. diſt. & in actione ex ſtipulatu pro dote,vt l.ſi conſtan.§.1.ff.ſolu.matrim. & plura alia adducit,vt ibi per eum.Dum ergo dicitur, ꝙ obligatio hypothecaria non oritur ante principalem obligationē, ſuppleri debet,vel ante contractum celebratum,ex quo poſtea oritur ipſa principalis obligatio, & iſta videtur melior intelligentia,& magis ex mente iuris procedens,quàm illa Bal. & Sali.Cum non videatur iure probari,ꝙ generalis actio oriatur ab initio contractus;quia illa,quæ oritur a principio,eſt actio competens ad implementum contractus, illa autem quæ competit ſequuta mala adminiſtratione competit ad damna, & intereſſe,& ſic ad diuerſum effectum,quàm competat illa primęua,& 12 ideo non videtur eadem actio,ſed diuerſa. † Et facit; quia actio ſemel nata non poteſt iterum naſci.l.ſi duo.§.fi.de arb.& l.ſi ita quis ſtipuletur,& l.ſi ſic ſtipulatus.ff.de verb.oblig.& not. Bart. in l.Pomponius,la 2.in vlt.col.ver.ſed contra prædicta.ff.de ne go.geſt.Concluditur ergo,ꝙ vera eſt deciſio, ꝙ hypotheca nō poteſt conſtitui, niſi præcedat contractus validus, & aptus ad obligationem producendam:& ꝙ quando obligatio principalis eſt nulla uel inefficax,illi non poteſt accedere hypotheca.

Et ex hoc inferē, ꝙ ſicut obliga.filiifa.in mutuo eſt inefficax, iuxta totū tit.ff.& C.ad Macedo.& ſimiliter fideiuſſo.ſeu interceſſio mulieris ꝑꝑ beneficiū velleiani,iux. totū ti.ff.& C.ad velleia.Ita & obligatio, ſeu hypotheca accedens dictæ principali obligationi eſt inualida,& ei obſtat exceptio, ꝑut obſtat principali obligationi eſt inualida, & ei obſtat exceptio, prout obſtat principali obligatione,vt eſt tex.in l.ſi alius.ff.quæ res pign. obli.poſſ.& ibi Bal.Intellige tamen & declara prædicta notabiliter pluribus modis.

Et primò id quod dictum eſt in muliere,ꝙ ſicut ex beneficio velleiani interceſſio per eam facta eſt nulla,ita & hypotheca ei accedens, quod non procedat, quando mulier eſſet in aliquo debitrix ipſius mariti. Nam non obſtante velleiano poſſet pro ea quantitate, pro qua eſt debitrix, obligare rem ſuam pignori pro marito.vt eſt tex.& ibi not.Bar.in l.1.§.fin. ff. de pig. Secundò intellige prædicta procedere,etiam quādo non ipſa mulier, vel filiusfami ſed alius pro eis conſtitueret hypothecam,vel pignus:nam etiam tunc non valet hypotheca:vt eſt tex.& ibi no. 13 Bar.in l.2.ff.quæ res pig.obli.non poſſ. † Tertiò declara id quod dictum eſt de filiofa procedere præterquam in cauſa peculiari. Nam pro negotio & cauſa peculiari tam filiusfa. quàm ſeruus ſi liberam habeant adminiſtrationem, poſſunt res peculiares pignori dare:vt eſt tex.& ibi gl.& Bar.in l. ſi conuenerit. §. fi.cū l.ſequenti.ff.de pig.actio. & hoc quando obligatio fit in vtilitatem peculij,ſecus autem ſi pro alijs negotijs; quia tunc etiam ꝙ haberent liberam adminiſtrationem, & obligaret res peculiares,obligatio non valeret:vt eſt tex.& ibi declarat glo.& approbat Bar.l.1.§.1.ff.quæ res pig.obli.non poſſ. niſi forte in conceſſione liberæ adminiſtrationis fuiſſet eis permiſſa etiam facultas donandi;quia tūc indiſtinctè dictas res obligare poſſent,vt ſubdit tex.in d.§.1. & declarat ibi glo. † Tertiò quæritur, an licet a 14 principio hypotheca vel pignus non poſſit cōſtitui ſine aliqua obligatione,vel contractu præcedente,tamen an poſtquam eſt conſtituta,poſſit diuidi & ſeparari ab illa principali? & breuiter reſpondetur ꝙ ſic:nam poteſt cedi hypotheca, vel pignus ſine principali:vt l.Iulianus.in principio.ff.de leg.3.& l.grege.§. cum pignori.ff.de pign.& lege ſecunda.C.ſi pig.pi.da.ſit.& no. Bar.in l.fideiuſſor obligari.in prin.ff.de fideiuſ.cum concordan. ibi allegatis per Alex. cuius autem effectus ſit ceſſio hypothecæ ſine principali,vide ibi per Barto.

15 Et ex prædictis infertur,ꝙ hypotheca & pignus poteſt remitti pacto,licèt debitum principale non ſit ſatisfactum, & ſic pōt tolli hypotheca remanente debito principali, vt l. ſi tibi. §. de pignore.ff.de pactis.cum ibi plenè no.per gl.Bar. Alexandrum & alios,& eſt ibi in hoc gl. ordinaria communiter approbata, quæ diſputat, an ſi remiſſio principalis debiti vitiatur, vitietur etiam remiſſio hypothecæ,& glo. diſtinguit, ꝙ aut uitiatur remiſſio principalis debiti ex cauſa,quæ reſpicit etiam pignus, & tunc vitiatur etiam remiſſio pignoris,aut cauſa,ex qua vitiatur remiſſio principalis debiti,non reſpicit remiſſionem pignoris; & tunc licet vitietur remiſſio principalis debiti, tamen non vitiatur remiſſio pignoris,& ita refert, & approbat Soci.in d.conſilio 41.in præſenti conſultatione.in vltima colum.in verſi. primum eſt,quarto volum.& iſto caſu habet locum regula,ꝙ vtile perinutile non vitiatur,de qua in l.1.§.ſi ſtipulanti.ff.de verb. obli.

Source : BIU Cujas

obli.& per Bar.in l.grege.§.illud.ff.de fideiuſ.quia obligatio hypothecaria recipit ſeparationem, & diuiſionem a principali,& ita tenet Soci.in d.conſi.41.

16 †Item ex prædictis infertur, ꝙ hypotheca poteſt obligari p teſtatorem ſine principali actione,vel credito, vt expreſſe not. Bal.in d.l.fideiuſſor obligari in prin.& latè firmat Alexan.in l.ſi domus.§.fi.in 5.limi ff.de leg.1.reprobando ibi Paul.de Caſt.& ibi hoc etiam firmat laſo.in 5.ampliatione,& Alexan.in conſi. 47.viſis inſtrumentis,in 3.volum.

17 Quartò quęritur,an ſi obligatio hypothecaria non valet, ſaltem ſit locus retentioni? Et videtur dicendum ꝙ non, per text. in l.cum vitiosè ff.de pigno.Tamen in hoc Bar.in l.1.§.1.eo.tit. opponendo de.d.l.cum vitiosè,ſoluit diſtinguendo, ꝙ aut hypotheca non valuit; quia res non erat debitoris, & tunc ſi res efficiatur debitoris,vitium, quod obſtabat, inuenitur purgatū & datur retentio,& habet locum.d.l.1.§.1.Aut hypotheca non valuit ex alia cauſa vitioſa,quæ non fuit purgata; tunc non datur retentio,& procedit.d.l.cum vitiosè.

18 Quintò quæritur,an illud, quod accedit pignori dicatur etiã pignus? Breuiter dicendum eſt ꝙ ſic per tex in l.ſi conuenerit. §.ſi nuda.& ibi Bar.ff de pigno actio.Et ideo dicitur, ꝙ alluuio, quæ accedit rei pignoratæ cedit etiam obligationi pignoris, vt eſt tex.in d.§.ſi nuda.& tex.in l.ſi fundus.in princip.ff.de pigno. & ſimiliter omne aliud commodum & etiam incommodum, quod fortuito accedit rei pignoratæ pertinet ad debitorem, & ſequitur conditionem pignoris; vt l.ſi inter.§.1.ver. quicquid. ff.de pigno.& tex.& ibi no.per Bar.& alios in l.Paulus. §.1.& §. ſequen.eo.titu.de qua tamen materia dicendum eſt, vt latè dictum fuit ſupra in ſecundo membro ſecundæ partis, nume. 25. cum aliis ibi ſequentibus vſque ad ſextam ampliationem Et ex hoc infertur, ꝙ prædio pignorato comprehenduntur in tali obligatione inſtrumẽta, quæ in illud importata fuerunt, vt ibi perpetuò eſſent durante neceſſitate,vt eſt tex.in l.debitor.& ibi glo.& Bar.& alii.ff.de pigno.

19 †Sextò quæritur,quid ſi in datione pignoris fuit data vna res pro alia puta,quia cum debitor daret æs,affirmauit illud eſſe aurum,an ſaltem in ære valeat pignus? Reſpondetur,ꝙ hoc totũ pendet a voluntate creditoris decepti, quia ſi ipſe vult, ꝙ valeat in ære,valebit,ſi autem non vult,nõ ualebit,text.eſt iuncta gl.not.in l.1.ff.de pignor.act.Et ex hoc infert Bart.ibi ad finem, ꝙ contractus, in quo creditor fuit deceptus, confertur in eius voluntatem fauore ipſius decepti,& in odium decipientis:ſimiliter in contractu,cui dolus dedit cauſam.l.elegancer in princ. ff.de dolo.cum aliis allegatis ibi per Bartol.Subditur tamen ibi in tex.in fi.ꝙ qui dedit vinũ pro alio decipiendo,tenebitur cõtraria pignoratitia & etiam crimine ſtellionatus, per quod extra ordinem punitur, vt ibi declarat glo. & ad materiam adde not.per Alexan.poſt Bart.in l.ſi id quod aurum.ff.de verb.obli.

20 †Sed in venditione quando datur æs pro auro,nõ ualet venditio,vt l.quid tamen.in fi.ff.de contrahen. empt. & quæ ſit ratio differentiæ inter pignus & venditionem,ponitur per glo.in d.l.1.cum qua tranſeunt ibi Doct.& ꝙ debitor, qui dedit pignori vnam rem pro alia,puniatur crimine ſtellionatus, eſt text.& ibi glo.in l.1.§.1.in glo. in verb.aduerterit.ff.de crimi.ſtelliona.

21 †.Item adde, ꝙ debitor vendẽs rem alteri obligatam aſſerẽs illam eſſe liberam,& nemini obligatam,tenetur pœna falſi, vt eſt tex.& ibi no.gl.& Bar.in l.ſi a debitore.ff de fal. Sed quando non exprimit illam eſſe liberam,ſed diſſimulat illam eſſe alteri obligatam,tenetur crimine ſtellionatus,ut eſt tex.in d.l.1.§.1.& ita declarat glo.in l.ſi a debitore,ſed ſi dixit illam non eſſe alteri obligatam,& ſi contrarium appareret, promiſit illã liberare, euitat pœnam falſi,vt declarat glo.in d.l.ſi a debitore. Adde etiam, ꝙ vnum pignus æque idoneum poteſt ſubrogari loco alterius exiſtentis apud creditorem,vel Hebręum fœneratorem, gl.eſt no.in l.ſi Titio.ff.de pign.& tenet Franc.de Crema.no.54.

22 †Septimò quæritur,an pignora,quæ data fuerunt in contractu locationis locatori,ſi ſit facta tacita reconductio iuxta terminos.Item quæritur.§.qui impleto.ff. loca. cenſeantur repetita in reconductione? In hoc diſtinguendum eſt,ꝙ aut dicta pignora data fuerunt in principali locatione per conductorem, aut per tertium pro ipſo conductore. Nam primo caſu cenſentꝰ repetita:ſecundo non,niſi iſto ſecundo caſu interueniat cõſenſus illius tertii: ita nota.Bart.in d.§.qui impleto.in 1.col.& ſequitur Bal.in l.legem.C.loca.licet aliud ſit in pœna adiecta in principali locatione;quia illa indiſtinctè nõ cenſetur repetita in ipſa reconuentione tacita,& ratio eſt,quia pœna non eſt de natura contractus:ita vult Bal.& ſequitur Imo.in l.cum pater.§. pater certam.ff.de leg.

23 †Adde etiam in materia, ꝙ contractus pignoris dicitur contractus nominatus,vt no.Bal.in rubri. C. de re. permu.in verb. ſed quæritur,&c.

24 †Octauò quæritur,quid ſi in inſtrumento non ſit adiecta hypotheca,an notarius poſſit illam ſupplere, & apponere ex ſuo officio? Bal.in l.1.in vltim.colum.in uerſ.ſed ponamus.ff.ſolu. matrimo.tenet ꝙ ſic: quia tacitum exprimendo ius commune non lædit. l.qui mutuam. ff.mand.& quod tacitè ineſt per modum fauoris habetur pro expreſſo.l non rectè.C. de fideiuſſ.& quia notarius videtur rogatus ſecundum naturam contractus: vt poſſit apponere omnia,quæ ſunt de eius natura.l.fin C.de fideiuſſ.Poſtea autem arguit in contrarium, ꝙ notarius non poſſit conficere inſtrumentum de eo,quod ipſe intelligit modo rationis,ſed de eo quod percipit ſenſu,ſuel uiſu, uel auditu: & ſicut teſtes,qui dicerent,hypothecam fuiſſe expreſſam, quæ non eſſet expreſſa,deponerent falſum,ita & notarius:tamen ipſe reſpondet ad hoc,ꝙ aliud eſt in tabellione, quàm ſit in teſtibus; quia ad tabellionem recurritur ratione peritiæ, vnde videtur rogatus,ꝙ ſecundum peritiam faciat inſtrumentum, vt not.in l.1.C de vſur.& ita tenet Bal. Idem tenet Bartholo. Veronenſis, in l.ꝙ ſi nolit.§ quia aſſidua,in 3.colum ff.de ædil.edi vbi inqt, ꝙ hypotheca bonorum non poſita in contractu habetur pro appoſita,ſi notarius erat conſuetus eam apponere in ſuis inſtrumentis.& facit.l.& quæ no.§ quod dicitur. ibi. nõ ad illam quæ inſeri quotidie ſolet cautionibus.ff.de pig.& facit glo.no.in l.ſi fundus.§.1.in verſi.exigat.ff.de lege commiſ.& optimus tex.in l.ſi filia.in princ.ff.fami.erciſ.faciunt not.per Alexan.in l.ſi finita in prin.in 1.colum.ff.de dam.infect.vbi vult poſt Bal.in l.fin. C.de fideiuſſ. ꝙ notarius ſimpliciter rogatus,vt conficiat inſtrumentum,debet illud conficere cum clauſulis conſuetis apponi.Ad idem not.per Bar.& Alexan.in l.ſi prius. § recte placuit. ff.de aqua plu.arcen.& conferunt optimè no.per Bar.Alex.Soci.& laſ.in l.Gallus §.idem credendum.ff de lib.& poſthum.Et facit; quia ſemper partes videtur tacitè conuenire de eo, quod eſt conſuetum,ut eſt gloſ.no.& ſignanda in l.4.§.in commiſſoria.ff de leg commiſſ.& Bal.in l.1.in 2.q C.pro ſoc.& in l.incendium,circa finem C.ſi certum peta.& in l.1.3.colum. C.de fruc. & li.expen.† Et clauſulæ conſuetæ apponi ſubintelliguntur, & habentur pro appoſitis, ut eſt tex.optimus,cum glo.in l.fi. in fi. & ibi Bal.not.C de fideiuſſ.& in l.huiuſmodi, vbi no.moder.ff. de lega.1. bo.tex. in c cum M Ferrarien.de conſti. quem ibi not. Bal Ant.Imol.& alii dicentes illum eſſe meliorem tex. de corpore iuris ad probandum,ꝙ illud,quod ſolet apponi in contractu,habetur pro appoſito,etiam ſi non ſit ſcriptum,& pro concluſione videt tenendum,ꝙ ea quæ ſunt de natura contractus, poſſunt ſuppleri ſecundum conſuetudinem & ſtilum, quando ſunt omiſſa.Ea autem quæ ſunt de ſubſtantia contractus nõ ita, no.Alexan.in conſi.28.viſo & præhabito.2.uolum.† Subſtãtialia autem contractus dicuntur,ſine quibus non poteſt eẽ actus, prout eſt in contracta emptionis & venditionis res & pretium. Naturalia autem dicuntur illa, quæ tacite intelliguntur de natura actus, ut declarat gloſſ. magiſtra in l. pacta conuenta. in princ.ff de contrahen emp. & plenius Bal. in l.ad exactionem. ad fi.C de do.promiſſ.& refert laſ.in l cum quid. in 1. lectura in 1.colum.ff.ſi certum peta & habetur per Bald.in l. ex pretio. in fi.C eodem.& deciſionem Bal.in d.l.1.ff.ſolu matrim de hypotheca ſupplenda,tenet laſ.in l.certi condictio § ſi nummos, in 3.not.ff.ſi certum peta.& Decius in l.ſemper in ſtipulationibus. in vlt.colum.in ver.& ex prædictis.ff de regu.iur. & quid in pœna,& quid in iuramento,an poſſit ſuppleri,vide per laſ.in d.§.ſi nummos,& per Decium in d.l.ſemper in ſtipulationibus.vbi etiam ipſe firmat diſtinctionem ſupra factam inter ſubſtantialia & naturalia contractus.Item quid in conſtituto, vide Alexand. in d.conſil.28.& Decium vbi ſuprà, qui videntur tenere,ꝙ iſta clauſula ſuppleri non poſſit;tamen ego dubito de hoc propter præcedentia per me allegata,ſed non examino;quia nõ eſt noſtra materia,idem de clauſula conſtituti tenet Decius in conſ. 247.vlti.col.referens Alex.in d.conſi. 28.

27 †Nonò quæritur,an quando pignus, uel hypotheca conſtituitur pro tãto pretio uel debito,quod ueriſimiliter nõ ſit ſpes luitionis,dicatur potius alienatio,quàm pignoratio? Breuiter reſpondetur,ꝙ in tali caſu non dicitur obligatio, ſed alienatio facta in creditorem,ut l.legata.§.fi.& ibi Bar.ff.de ſuppelle. leg. & l.qui habebat.in princ.ff.de leg.3.& faciunt not. per Bar. in l. in quorum.ad fi.ff.de pign.

28 †Et ex hoc inferũtur plura.& primò,ꝙ ſtante ſtatuto,ꝙ quilibet teneatur facere deſcribi res ſuas in æſtimo creditor tenebitur dictam rem ſibi pignoratam pro tanta quantitate,ꝙ non ſit ſpes luitionis, deſcribere in ſuo æſtimo, & leuare de æſtimo debitoris,ita not.Ang.in l cum notiſſimi.in princ. C.de præſcri. 30.ann.& latè ponit Alexan.in l.1.§. per ſeruum corporaliter, ff.de acqu.poſſ.mouetur per dictam legem, qui habebat.& per plura alia,de quibus ibi per eum.

29 †Secundò infertur,ꝙ licet aliàs debitor dicatur poſſidere rẽ pignoratam,quò ad vſucapionem, & omnes effectus concernentes dominium & fructuum acquiſitionem, & quò ad alios effectus præter prædictos cenſeatur poſſidere creditor; tamen quando res pignorata eſt pro tanto debito, ꝙ ueriſimiliter nõ ſit ſpes luitionis: tunc quò ad omnes effectus indiſtinctè habet perinde,ac ſi dicta res eſſet ipſius creditoris, ita tenent Alexan. & laſo.poſt alios. in d.l.1.§. per ſeruum corporaliter,& licet ibi Socy.ſubtiliter aliqua in contrarium adducat,tamen dicit,ꝙ in

iudican-

Source : BIU Cujas

iudicando non eſt recedendum a communi opinione. Tertiò infertur, ꝙ licet aliàs teſtator ſuperuiuens pignoret ſuo creditori rem legatam alteri, & per pignorationem non cenſeatur adimere legatum, per l.qui poſt.C.de leg. & l.ſi res obligata, ff. de leg. 1. Tamen ſecus eſt. ſi teſtator pignorat dictam rē pro tanta quantitate, ꝙ non ſit ſpes luitionis: nam tunc dicetur ademptum legatum perinde, ac ſi plenè & perfectè alienaſſet, ita firmat Alex.in d.§ per ſeruum corporaliter.poſt Bart.in l. rem legatam.in finalibus verbis.ff.de adim leg.

30 †Quartò infertur, ꝙ licet aliàs fructus percepti per creditorem ex re pignorata veniant imputandi in ſortem, iuxta l. 1. & 2.C.de pigno.acti. Tamen quando res fuit pignorata pro tanta quantitate, ꝙ non eſt veriſimiliter ſpes luitionis, creditori facit fructus ſuos,& eos lucratur tanquam perceptos ex re propria: ita no. Alexan.in d §.per ſeruum corporaliter, & ibi etiam Iaſ. qui etiam infert ad quædam alia vt ibi per eum. Item adde prędictis, ꝙ illud, quod dictum eſt de re pignorata pro tanto debito, ꝙ ſit veriſimiliter ſpes luitionis cum illationibus prædictis procedit non ſolum, quando res pignorata eſt tradita creditori,& ſic in proprio pignore,ſed etiam in re ſimpliciter hypothecata abſque traditione,ita firmat Alexand.in d.l. ſi res obligata. in princ.2.colum.licet ibi Raph attentauerit contrarium.

31 †Inquantum autem dictum fuit ſupra, ꝙ debitor cenſet poſſidere rem pignoratam, quò ad effectus concernentes dominium, vel acquiſitionem fructuum, creditor verò dicitur poſſidere quò ad alios effectus, vt habetur in d.§.per ſeruum corporaliter. ſupple & declara aliquibus modis,& primò quòd creditor turbatus in poſſeſſione rei pignoratæ habet interdictum vti poſſidetis, vt habetur per Alexan.Iaſ. & alios, in d. §.per ſeruum corporaliter.

Secundò declara, ꝙ intantum creditor dicitur poſſidere pignus quò ad alios effectus præter concernentes dominium, & fructuum acquiſitionem, ꝙ debitor etiam ꝙ ſit dominus rei pignoratæ poteſt conducere,& precariò rogare illā rem a creditore, vt eſt tex.in l.cū & ſortis.§.fi.ff.de pig.act.& ibi no. Bar. qđ eſt mirabile ex eo, ꝙ precarium,& conductio conſiſtit in re ꝓpria, contra tex.in l.neque pignus.ff.de regul.iur.& in l. qui rem ſuam.ff.depoſi.ſed vt ſoluit gl.in d.§. fi. iſtud eſt ratione poſſeſſionis, quæ apud creditorem eſt, vt l.certè.§.fi.cum l ſequ. ff. de preca & habetur in l.ſi aliquam.ff.de acq.poſſ ad idem tex. in l. ſi pignus.ff.de pig.actio.& in l.qui pignoris ff.de acquiren. poſſ.

32 †Et per prædicta dicebat Ro.in ſing car. 16.col.3.incipit,quęritur a me, an creditor &c. ꝙ creditor in caſtro pignorato poteſt exercere iuriſdictionem,allegat.l.eleganter.§.fin. ff. de pig. Tertiò declara, ꝙ debitor dicitur etiam poſſidere pignus alio reſpectu,quia.ſ.per illud releuatur ab onere ſatiſdandi, iuxta l. ſciendum.§.poſſeſſor.ff.qui ſatiſd.cog.& ibi per Alexan. in fi.& hoc quando pignus conſiſtat in re mobili, ita declarat Iaſ.in d. §.per ſeruum corporaliter.

33 †Quartò declara,qđ illud dictum eſt, ꝙ debitor dicatur poſſidere quò ad effectum uſucapiendi,debet intelligi reſpectu uſucapionis domini,ſecus autem eſt reſpectu uſucapionis ſeu præſcriptionis actionis hypothecariæ,quia iſto reſpectu dicit poſſidere etiam creditor.l.de acceſſionib.§ 1.ff de diuerſi. & tempo. præſcr.ita tenet Iaſ.in d §.per ſeruum corporaliter.

34 †Quinto declara, ꝙ poſſeſſio debitoris in pignore, quò ad effectus prædictos dicitur ficta poſſeſſio, quia.ſ.creditor poſſidet ciuiliter & naturaliter ipſum pignus ſibi traditum ad vtilitatē tamen debitoris,& ideo effectus vſucapionis & præſcriptionis prædictæ,qui explicantur ad commodum debitoris, cauſantur a ficta poſſeſſione,quia fingitur debitor poſſidere mediāte perſona creditoris,qui verè poſſidet,ſed poſſidet ad vtilitatem debitoris,quò ad prædictos effectus.l.qui pignoris.ff. de acq. poſſ. & ita Iaſ.in d §.per ſeruum corporaliter.in fi quæ not.

35 †Videndum modo reſtat in hoc primo membro, per quas perſonas poſſit,vel non poſſit conſtitui pignus, ſeu hypotheca conuentionalis? Et primo dicendum eſt, ꝙ pignus, uel hypotheca non ſolùm per dominum rei, ſed etiam per procuratorem,vel negotiorum geſtorem conſtitui poteſt. Et ſi procurator habuerit idoneum mandatum ualebit pignoratio, abſque alia ratificatione domini, ſi autem mandatum non fuerit idoneum,uel fuerit ſimplex neg.geſt.qui pignorauit, tunc pro validitate dictæ pignorationis requiritur ratificatio domini, ut de prædictis eſt text.in l.ſi inter.in princ.& ibi no.Bar.ff.de pig.

36 †Vt autem mandatum dicatur idoneum,ſeu validum ad pignorandum,requiritur, ꝙ ſit ſpeciale ad pignorandum, ut l.ſolutum.§.fi.ff.de pig.act.nō tamen requiritur, ꝙ ſit indiuiduum ad pignorandum talem rem tali, ſed ſufficit, ꝙ ſit in ſpecie ad pignorandum res,iuxta no.per Bar.in l.ſi filiusfam.colum. fi. ff. de donatio.& latè per Alexan.in conſi.189.uiſo ſtatuto, nume. 7.7.uolum.ubi pulchrè de hoc. Item diceretur mandatum ſufficiens,ſi eſſet conceſſa adminiſtratio uniuerſorum bonorum, ut l.uel uniuerſorum,ff.de pign.act. uel ſi eſſet datum mandatū generale cum libera,ut l.procurator cui libera.ff.de procurato. & tenet gl.in d.l.uel uniuerſorum,& gl.in l.1.& ibi Bar.C. ſi alie na res pign.da.ſit.Item diceretur ſufficiens mandatum,etiam ſi eſſet generale ſine libera,quando dominus ſolitus eſſet talia facere, videlicet pecunias mutuas ſub pignoribus accipere, ut eſt tex & gl.in d.l.uel uniuerſorum,& gl.in d.l. 1 & ibi Bar. Et inſuper quando non haberet idoneum mandatum, & non appareret de ratificatione domini, ſi tamen pecunia mutuata per creditorem procuratori non idoneo, uel nego. geſt. eſſet uerſa in vtilitatem domini,& creditor poſſideret de facto rem pignoratam,poſſet creditor excipere contra debitorem repetentem pignus,& uti retentione donec ſibi reſtituatur ſua pecunia verſa in utilitatem debitoris,tex.eſt in d.l.1.C.ſi alie.res pign.da.ſit, & ibi not. Bar.Bal & Salyc.& etiam ultra retentionem,quando creditor non poſſideret pignus, & pecunia per eum mutuata eſſet uerſa in utilitatem debitoris,daretur ei contra debitorem pro reſtitutione ſuæ pecuniæ actio utilis nego geſt.ut tenet glo. in d.l.1.in glo.2.in fi.& ibi ſequitur Salyc. Sed dubitatur in prædictis,*quid ſi* procurator nō habens mandatum obligauit rem domini,quo caſu obligatio eſt nulla.l.rem alienam. ff. de pign. act.An ſi poſtea ſequatur ratificatio domini, quæ ualidat dictā obligationem,ut d.l.ſi inter.in princ. An tali caſu dicta obligatio ualidetur retro,uſque a principio,ita ꝙ qui habet dictā obligationem ueniat præferendus aliis hypothecis factis per dominum poſt dictam obligationem procuratoris, & ante ratificationem? Breuiter dicendum eſt, ꝙ reſpectu domini ratificantis dicta obligatio ualidatur retro,ſed reſpectu tertii cui ratum habens medio tempore obligaſſet non ualidatur retro, nec talis ratificatio illi tertio præiudicat.ita probatur in l.1.& 2.ff de pig. act.& in l.potior.§.1.ff qui potio.in pign habe. Et iſtam concluſionem tenet Bar.poſt Guliel.in l.rem alienam.ff.de pigno.act. ubi vult, ꝙ ratificatio facta per dominum de obligatione facta de re ſua per extraneum præiudicet ipſi ratificanti, & retrotrahatur ad principium in præiudicium ipſius ratificantis,ſed non in præiudicium illius,cui dominus obligauit dictam rem, ante quàm ratificaret:nam ſecundùm eum illi actui medio ratificatio nihil præiudicat per iura quę ibi allegat,& ita etiam clarius firmat ibi Sali. Idem tenet Bar.in l.ſi indebitum.§.fi. ff. rem rat. haberi in l.ſi fundus.§.1.ff.de pign.& Salice.in l.pen.C. ſi alie.res pig.da.ſit.& expreſsè conſuluit Socinus in conſi.126.in cauſa ſecundi decreti.4.volum. vbi ponitur, & deciditur caſus, ꝙ duo obligauerant bona patris pro dote filiæ ſine mandato patris,deinde pater dicta bona obligauerat alteri, & poſtea ratificauit obligationem factam pro dicta dote,dicitur ibi ꝙ obligatio facta per patrem alteri debet eſſe prior & potior, quia ratificatio patris non poteſt trahi retro in præiudicium iuris quæſiti illi tertio,cui pater obligauit illa bona, antequam ratificaſſet obligationem factam pro dote filię.†Et pro dicta concluſione facit id,quod notat Barto.in l.quoties.ad finem. ff.de noua.vbi dicit, ꝙ obligatio conditionalis purificata cōditione retrotrahitur, niſi obſtet defectus rei,uel perſonæ, & ita ſecundum eum limitatur.d.l.potior.§.1.†Facit etiam,quia illa regula, ꝙ ratihabitio retrotrahatur & mandato comparetur,de qua in l.fi. C. ad Macedon.& in regula ratihabitionem,libr 6. recipit plures limitationes,& inter alias limitatur in propoſito, ꝙ non trahatur retro,quando aufertur ius quæſitum illi tertio, contra quem fit ratificatio: ut not.glo.in d. regula ratihabitionem.dum allegat capitu.ex parte decani.de reſcri.& ſequitur Alexan.in conſi.78. viſo & diligenter conſiderato,in 6.colum 5.volumi. ubi ponit quinque notabiles limitationes ad dictam regulam ratihabitionem.& iſta eſt prima Facit etiam quarta limitatio, quam ibi ponit Alexan.videlicet, ꝙ ratihabitio tunc trahitur retro, quando res eſt integra,& in eo ſtatu,in quo erat a principio,quando ille actus fuit geſtus,qui ratificatur,per l.ſi uxor.§.ſi quis uxorē, & ibi hoc no.Dynus & Barto.ff.de adulte.cum aliis ibi allegatis per Alexan.ſed tempore ratificationis factæ per dominum de re obligata ante per alium,non eſt in eo ſtatu, in quo erat tempore dictæ factæ obligationis, quia medio tempore fuit alteri obligata per dominum,meritò ratificatio non poteſt trahi retro.†Quæritur inſuper,an obligatio pignoris poſſit mihi quęri per alterum? Reſpondetur ꝙ non, quia ſicut unus per alterum obligari non poteſt, ita per liberam perſonam.obligatio alteri acquiri non poteſt, ſed tunc ipſa libera perſona, quæ pro alio contraxit,conuenietur,vt eſt tex.in l.ſolutum. § per liberam. ff.de pignor.actio.Sed dubitatur,quid in procuratore, an ſcilicet per procuratorem acquiratur immediatè obligatio pignoris domino? Reſpondetur, ꝙ licèt dominium & poſſeſſio quæratur domino per procuratorem immediatè ſine ceſſione, tamen ipſa obligatio & hypotheca non quæritur domino ꝓ procuratorem ſine ceſſione,vt eſt textus & ibi declarat Bar. in d.§. per liberam,quod nota:quia licet actio hypothecaria ſit actio realis,ut l.pignoris.C.de pign.& per hoc videatur, ꝙ ſicut rei vēdicatio quæritur per procuratorem domino ſine ceſſione, ita & iſta quæri debeat,per l.1.C.per quas perſonas, & ibi glo.Gui. Rayn.Cyn.Bal.& Salic.

37

38

39

40 †Tamen ſecus eſt,& ratio differentiæ eſt:quia rei vendicatio per ſe ſubſiſtit principaliter, ſed hypothecaria licet ſit realis, tamen

Source : BIU Cujas

men est accessoria ad actionem personalem,& ideo de ea iudicatur,vt de personali,quę nō acquiritur dño p procuratorē sine cessione:quia magis inhęret ossibus contrahentis, quàm ius reale,ita declarat Barto.in d.§. per liberam. & latè habetur per Alexan.in l.possessio.§.& si possessio.ff. de acquirend.possessio. & adde Paul.de Castr.in l. 1. in vltimo nota. C. per quas personas no.acquiritur.

Quæritur etiam,an licet quis non possit obligare rem suam, saltem possit consentire alteri obliganti? De hoc est glo.magistra in l.si fundus.§. 1.ff.de pignori. & ibi Bart. examinat, an qui non potest per se facere,possit alteri facienti consentire, & distinguit,cp qui nō potest per se facere propter imbecillitatem consilii & intellectus,ut minor & mulier, non potest etiam alteri facienti consentire,vt est tex.in d.l.si fundus.§. 1.& in exemplis reprobatis ibi in gl.sed qui non potest per se facere propter defectum sui iuris, quia ius plenum non habet in re, vt vsufructuarius,bene potest facienti & obliganti consentire, ita dicit ibi Bar.quem vide cum allegatis ibi per Alex.

41 Vlterius quæritur, an pater vt legitimus administrator filii accipiendo pignus, vel obligationem acquirat vtilem hypothecariam filio? Respondetur quòd sic,ut est glo.no.in l.si legati.in versic.neque filius.ff.de pign.& ibi no.Bar. & illam glos. Alexand.ibi in apostill. ad Bar. dicit singulariter notandam ad hoc,videlicet cp hodie in aduenticiis ex contractu patris queritur actio filio,de quo tamen dicendum est, ut habetur per Alexan.post alios in l.quod dicitur.ff.de verbo.oblig. ad idem glo. in l.de re.ff.de transac.

42 †Insuper quæritur,an pupillus possit rem pignori dare? Respondetur breuiter, quòd pupillus sine tutoris auctoritate, & decreto iudicis nō potest res immobiles pignori, vel hypothecæ dare,ut est textus iuncta glo.in l. 1.in princ.ff. quæ res pigno. obligari non poss.& in l. 1.ff.de rebus eorum. similiter econuerso,si pupillus recipiat pignus sine tutoris auctoritate, non obligatur directa pignoratitia: ut est textus & ibi glo.& Bar.in l.pupillo.ff.de pigno.actio.

Sed dubitatur,quid si minor vendat sine decreto, quo casu de iu.ff.alienatio facta de immobilibus erat nulla,ut l. pupillorum.ff.de reb.eorum. de iure auc. C. idem est in rebus mobilibus exceptis fructibus, ut l.lex quæ tutores. C. de administrati. tut.in quibus locis habetur, quòd alienatio de rebus minorum facta per tutorem,vel curatorem sine decreto iudicis est nulla, vt etiam habetur in l.3.C.si alie.res pign.da.fit.& gl.in l.tutor.in princip.ff.de pigno.actio. An si in dicto contractu alienationis tutor pro euictione dederit pignori bona sua propria, ualeat pignoratio non obstante, quòd alienatio respectu minoris sit nulla? Videbatur dicendum,quòd non; quia si non tenet principalis contractus,scilicet alienatio,non videbatur etiam tenere hypotheca quę est accessoria,argum.l.non dubium.cum ibi not.C.de legi. Tamen hoc non obstante contrarium est verius, videlicet quòd licet alienatio respectu minoris sit nulla, tamē pignoratio & hypotheca respectu tutoris,& curatoris est valida,tex.est no.in l.& si is.C.de prędi.min. & ratio est;quia pignoratio facta est de bonis tutoris,vel curatoris in aliquo non præiudicat minori,vel pupillo,ut firmat glos.in d.l.& si is,in 3.solu. quę communiter approbatur,ut habetur per Alexan. in consi. 66.ad fi.viso themate & dubitatione.4.uolu.

43 †Adde etiam prędictis, quòd mutuans alienam pecuniam suo proprio nomine,& pro ea accipiens pignus non acquirit hypothecam domino pecuniæ,sed sibi mutuanti: text.est & ibi Barto.& Doc.in l.si frater.C.de pigno.

44 †Postremò quęritur quid de administratoribus publicis alicuius ciuitatis, an scilicet ipsi possint obligare bona ciuitatis, quando accipiunt pro ciuitate aliquam pecuniam? Breuiter respondetur,cp sic,vt est tex.in l.si is qui bona.in prin.ff. de pig.& ibi not.Bar.Intellige tu & declara tribus modis;& primò in administratore ciuitatis,qui habet liberam administrationem,secus autem sit in alio procuratore, nisi consuetudo aliter se habeat,ut l.solutam.§ fi.cum l.seq.ff de pig. ac. & idem dixi suprà in procuratore,nu.36.& ratio est:quia obligatio bonorum dicitur alienatio largo modo,ut l.fi.C.de re. alie. nō alie. & alienatio non potest fieri nisi per habentem speciale mandatum, vel saltem generale cum libera.l.procurator cui libera, & l. procurator totorum ff.de procura.Secundò intellige de illis officialibus,quibus committitur administratio reipublicæ,ut in prioribus uel antianis,vel similibus, alii verò, quibus sola executio iurisdictionis committitur,vt Potestas, Capitaneus, & similes, non possunt obligare bona ciuitatis,vt declarat Bar.in l. principalibus.ff si certum peta.

Tertiò declara, quando pecunia accepta mutuò conuersa fuit in utilitatem ciuitatis,vt declarat gl.& Bar.in d.l.si is qui bona,in princ.Quando autem pecunia nó esset versa in vtilitatē ciuitatis,cp tunc teneatur ipse administrator,sed qua actione teneatur,& qualiter probetur,cp pecunia versa sit in vtilitatē rei publicę,& quid in aliis contractibus quàm mutui, latè explicatur tota ista materia per Bar.Alex.& Ias.in l.ciuitas.ff.si cer.pet. & ibidem habetur, quid sit in aliis administratoribus priuatis, puta in tutore,uel curatore,uel in prælato ecclesię,& not. gl.in d.l.si is qui bona.in princ.

SVMMARIVM.

1 *Pignus prætorium quod dicatur.*
2 *Immissus in possessionem ex primo decreto an possit compellere illum, contra quem est facta immissio,exire a possessione.*
3 *Iussus seu primum decretum de immittendo quanto tempore expiret.*
4 *Detentatio seu custodia possessionis quæ acquiritur per immissionem ex primo decreto an animo retineatur.*
5 *Pignus prætorium cuius sit effectus.*
6 *Immissus in possessionem ex primo decreto an efficiatur possessor.*
7 *Immissio in personalem actionem in quo differat ab immissione in realem.*
8 *Immissus in actione hypothecaria ante annum efficitur possessor reuocabiliter, post annum verò irreuocabiliter.*
9 *Immissus in possessionem ex secundo decreto an statim efficiatur possessor.*
10 *Creditore vno in possessionem immisso cæteri censentur immissi: limitatur et ampliatur multis casibus.*
11 *Immissio facta de vno creditore ex secundo decreto non prodest alijs creditoribus.*
12 *Statutum,quod immissus in possessionē ex primo decreto lucretur fructus, vsque in quinque pro centenario, non tollit, quin possit petere etiā vltra quinque,quando eius interesse esset maius,vel ratione lucri cessantis,vel damni emergentis.*
13 *Tenutarius an possit impetrare brachiū militare pro quinque pro centenario sibi debitis in fructibus ex forma statuti Florentini.*
14 *Si ius de futuro competat iure actionis,actor potest illud petere, & ad illud agere.*
15 *Pronuntiatio & executio per nuntium facienda in causa creditoris, non requirit citationem possessoris.*
16 *Possessor non dicitur,qui incontinenti expelli potest.*
17 *Mulieri post mortē mariti debentur alimenta de bonis dotalibus,& si hæredes fuerint in mora constituti,tenentur ad vsuras & interesse.*
18 *Tenutarius,cui debentur quinque pro centenario,an illa debeantur, si ex bonis in tenutam acceptis fructus percepti non fuerint.*
19 *Fructus rei non traditæ an ratione moræ irregularis debeantur.*
20 *Data tenuta creditori in aliqua re sibi hypothecata, in qua danda fuit inordinatè processum,ex quo tenuta ueniat annullanda, an poterat dicta res per prius obligata retineri.*
21 *Possidens audiendus est de suo iure in iudicio possessorio, vbi ex iusta causa ad eum peruenit possessio.*
22 *Regula,quòd spoliatus uenit restituendus, nō procedit in spoliato per iudicē, vel auctoritate iudicis iudicialiter procedentis.*
23 *Sententia nulla potest per iudicem appellationis confirmari.*
24 *Immissio & decretum an possit in nominibus debitorum, & actionibus interponi.*
25 *Creditor cadens a pignore prætorio an possit illud recuperare per hypothecariam, quemadmodum potest pignus conuentionale.*
26 *Excussio requiritur in hypothecaria intentata ex pignore conuentionali, secus quando agitur ex pignore prætorio ad pignus, a quo immissus cecidit.*
27 *Pignus prætorium an possit in eadem re concurrere cum conuentionali.*
28 *Dominium quare non sit multiplicabile.*
29 *Pignus conuentionale & prætorium in quibus conueniant,& in quibus differant.*
30 *Pignus conuentionale solo consensu constituitur, prætorium verò requirit actualem immissionem.*
31 *Creditor male se habens in pignore conuentionali tenetur debitori pignoratitia,in pignore autem prætorio actione in factum.*
32 *Creditor in pignore conuentionali habet naturalem & ciuilem possessionē, in prætorio nullam.*
33 *Creditor habet in conuentionali pignore interdictum vti possidetis, in prætorio secus.*
34 *Creditor in pignore conuentionali aliter tenetur,quàm in prætorio.*
35 *Debito extincto qualiter agat debitor pro pignore conuentionali, & qualiter pro prætorio.*
36 *Pignus prætorium creditori addictum præsumitur pro toto debito datum, secus in conuentionali.*
37 *Pignus quodlibet a creditore acceptum præsumitur idoneum, nec, ex tunc potest creditor facere capi debitorem fugientem,tanquam suspectum.*
38 *Pignus prætorium constitui potest in bonis minorum vniformiter, conuentionale autem non nisi decreto iudicis.*
39 *Pignus conuentionale,& prætorium diuersimodè recuperantur.*
40 *Creditor non potest in conuentionali pignore agere contra tertios possessores dicti pignoris nisi prius facta excussione principalis debitoris secus in pignore prætorio.*

Secun-

Source : BIU Cujas

Anto. Negusa. De pigno. & hypothe.

Secundum membrum tertiæ partis.

Sequitur modo secūdum membrum huius tertiæ partis principalis, in quo tractabimus de prætorio pignore, & in eo primò videbimus plures q. in eius materia, secundò ponemus differentias inter pignus conuentionale & prætorium. †Primò igitur quæritur, qd̄ dicatur pignus prætorium? Breuiter respondetur, q̄ pignus p̄torium dicitur illud, quod datur per iudicem in cōtumacia rei ex primo decreto, sequuta tamen immissione, vt est text. & ibi no. Bar. in l. non est mirum, ff. de pigno. act. Adde, q̄ talis immissio aliquandō dicitur antiphona, hoc est præparatio quædam, vt deueniatur ad secundum decretum, vt est text. & ibi glos. & Bar. in l. si is qui bona. §. si antiphona. ff. de pig. Dum autē dictū fuit sequuta immissione, declara tu & intellige, quando immittendus potest ingredi: tunc enim requiritur immissio ad hoc, vt constituatur pignus prætorium. d. l. non est mirum, sed si nō posset ingredi ex iusto impedimento; tunc etiam sine immissione ex solo aspectu quæreretur pignus prætorium, vt est text. & ibi no. Bar. in l. cum vnus. §. fi. ff. de bo. aucto. iudi. pos. & in l. 1. in princ. & in vltim. colum. in ver. sed quid si executor. ff. de acqui. poss. quem ibi sequitur Alexand. Idem tenet Bar. in l. si finita. §. illud quæritur. ff. de dam. infect. & istud procedit, etiam si immittendus impediretur ingredi per potentiam aduersarii, vt est text. in c. contingit. de dolo & contum. & no. Ias. in d. l. 1. in prin. & in vltim. colum. ff. de acquir. possess. in ver. quærit Bar. vtrum aspectus.

Et propterea, isto casu stante statuto, q̄ tenutarius lucrē fructus ad rationem quinque pro centenario, putarem, q̄ iste qui fuit impeditus in ingrediendo debeat lucrari, cum habeatur p̄ immissio, & pro hoc pulcher tex. in l. 2. ff. de ann. leg. vbi impeditus colere fundum in principio anni potest petere fructus totius anni, & ibi habetur per Bar. de quo dicam aliqua infra. Dicta autem immissio debet fieri per executorem, vel nuntium a iudice deputatum, non autem propria auctoritate nisi obtenta licentia a iudice de ingrediendo propria auctoritate; nam aliàs amitteret ius suum, ut l. miles. §. qui iudic. ff. de re iudi. & no. Bar. in d. l. si finita. §. Iulia. in 3. colum. in versi. 2. quæro. Et talis immissio in reali olim & hodie fiebat & fit in re ipsa, de qua agitur, & quæ petitur, sed in personali actione est hodie immutatum; quia fit hodie immissio pro mensura debiti declarati, vt in auc. ei qui. C de bo. aucto. iudi pos. & ibi per Bar. Bal. & Salyc. & per Bar. in d. §. Iulia. in 3. col. in versicu. pone, q̄ ipsemet.

2 †Secundò quæritur, an immissus in poss. ex primo decreto possit compellere illum, contra quem est facta immissio, exire & discedere de possessione? Dicendum est q̄ non, nisi iudex aliter ex aliqua causa decerneret, puta ex causa, ne partes venirent ad arma, vt est tex. & ibi no Bar. in d. l. si finita. §. si quis aūt, sed nihilominus creditor immissus est, qui habet curam rei, in qua est facta immissio, & locat & percipit fructus, & vendit, ut not. Bar. in l. in venditione. §. 1. per illum tex. ff. de bo. aucto. iudi. poss. & hoc si immissio est facta in re immobili, sed si immissio esset facta in re mobili, illa debet assignari creditori, & non debet vllo modo remanere apud debitorem vt l. is cui. §. qui legatorum. in ver. in cæteris. ff. vt in poss. leg. & hoc nisi appareret, creditorem esse personam suspectam, quia tunc non deberent relinqui res mobiles apud creditorem immissum, sed deberent apud alium sequestrari, vt l. si fideiussor in fi. ff. qui satisd. cog. ita firmant Bar. & alii in d. l. si finita. §. si quis autem, & not. Bald. in d. auct. ei qui. in 16. colum. in ver. quæro, vtrum missus in possessionem rei mobilis. C. de bo. aucto. iudi. poss. & idem firmat ibi Saly. in 8. q. & fuit prius decisio Dy. vt ipsi referunt, & ita etiam tenet Alex. in consi. 205. visa dicta facti. in fi. 7. volu.

3 †Tertiò quæritur, quanto tempore expiret iussus de immittendo, seu primum decretum? Breuiter respondetur, q̄ si creditor est præsens, & habet facultatem apprehendendi tenutam, si fuit negligens per biennium, expirat primum decretum, si autem fuit absens, expirat per quadriennium; vt l. fi. in princip. C. de bo auc. iudi. poss. & no. clare Bar. & post eum Ang. in d. l. si finita. §. si quis metu. eandem opin. tenet Bar. in l. prætor ait. in fi. ff. de bon aucto. iudi poss. & ibi Alexand. dicit istam esse communem opi. licet Imo. in d. §. si quis metu. conatus fuerit discrepare a communi per d. l. fi. & propterea dixit, q̄ prædicta procedunt, quando quis fuit negligens in vtēdo beneficio ingrediendi possessionem competenti ex persona alterius creditoris immissi, vt propriè loquitur tex. in d. l. fi. qui in hoc est singularis, sed vbi quis vult vti beneficio ingrediendi ex primo decreto ei concessō, & sic ex propria persona dicit Imo. q̄ tale ius nō perditur per lapsum dicti temporis, sed q̄ immo perpetuò durat, per d. §. si quis metu. & per d. l. prætor. in fi. & istam opi. Imo. simpliciter refert Alexand. in consil. 205. visa dicta, &c. 7. volu. Sed per hoc non puto recedendum ab opi. Bar. quę (vt dixi) est communis, & cum Bar. tenent Ang. Bal. & Saly. in d. l. fi. & Ang. in l. clam possidere. §. 1. in 2. colum. ff. de acquir. poss. vbi dicit, ita eo aduocante fuisse obtentum in ciuitate Florentiæ, q̄. s. per quadriennium expiret ius primi decreti, & allegat etiam not. per Bar. in l. 1. in fi. principii. ff. de acqui. poss. & ita teneas, quamuis Lud. Bologni. latè insistendo in repetitione. d. §. Iulia. num. 60. teneat contrarium per aliqua fundamenta, quibus de facili posset responderi, sed non curo: cum communis opi. sit cum Bar.

4 †Quartò quæritur, an ista detentatio seu custodia, quæ acquiritur per immissionem ex primo decreto retineatur animo sicut ciuilis possessio? Breuiter respondetur, q̄ licèt immissus nō insistat corporaliter in re, si tamen habeat claues, vel dimiserit alios homines ad custodiam rei, q̄ dicta detentatio retinetur animo, vt est optimus tex. in d. l. si finita. §. pen. & not. Bar. in l. 1. in princ. ad fi. ff. de acquir. poss. & ibi latè comprobat Alexan. in vltima colum. Subdens ibi in fi. q̄ talis detentatio retinetur animo spacio decem ann. dummodo quis nō amiserit custodiam rei, sed si per decem annos steterit, q̄ ad dictam rem non accesserit corporaliter, tūc perdet eam: quia sicut decennio per obliuionem perditur possessio ciuilis, vt l. furtum. §. fundi. & ibi no. ff. de vsucap. & not. glo. in l. licet. C. de acqui. poss. ita & perditur detentatio, vt l. si de eo. §. si fortè. ff. de acquir. poss. ita tenet Alexan. in d. l. 1. in fi. princ.

5 †Et ex ista immissione & pignore prætorio causatur vnus effectus utilis in practica: quia vbi aliàs creditor habens personalem tantum non potest agere contra tertium possessorem nisi reuocatoria, quæ requirit fraudem esse commissam in alienatione rei, tam ex parte debitoris alienantis, quàm eius, in quem est facta alienatio, iuxta no. instit. de act. in §. item si quis in fraudem. tamen si talis creditor acquirat pignus prætorium ex immissione, poterit uigore dicti pignoris agere contra tertium possessorem, absque probatione alicuius fraudis, vt l. si cū venditor. in princ. ff. de euict. Nam sicut in pignore conuentionali datur creditori hypothecaria, ita & in pignore prætorio, licet a principio ante immissionem non competierit, vt d. l. non est mirum. & ibi Bar. & Paul. de Castr. ff. de pign. act. & not. Ange. de Are. in d. § item si quis in fraudem, colum. 2. & istud Florentiæ sæpenumero usurpatur in practica. Nam creditores, qui habent ius exequibile sine hypotheca, puta vigore sententiæ, vel scripturæ priuatæ, in qua non fit hypotheca, faciunt vigore dicti iuris se immitti tenutam, tanquam in bonis debitoris, & postea vigore statuti faciunt fieri præcepta ingombrātibus de disgombrando. Nam si possessores non releuant se à præceptis p̄ modos traditos a statuto, tenutarius indubitanter obtinet confirmationem tenutæ: si autem releuauit se a dictis præceptis, potest tenutarius petere, vt fiat transitus uigore statu. ad petitoriū, & in petitorio poterit tenutarius obtinere contra dictos possessores, qui fortè non habebunt ius anterius in re, & hoc vigore dicti pignoris prætorii, iuxta l. 2. C. de præto. pignore. Nam sine dicto pignore prætorio non potuisset creditor discutere de prioritate iurium cōtra tertium possessorem, qui se releuasset a præceptis: cum non habuisset nisi solam personalem, quæ nō sequitur fundum & tertium possessorem, iuxta no. in l. 1. §. si heres. ff. ad Treb. sed benè potuisset obtinere tenutarius cum sola personali, quando possessor non releuasset se a præceptis; quia tunc non habetur pro possessore, sed pro ingombrante rem debitoris. & perinde tunc habetur, ac si res esset penes debitorem, & non apud tertium possessorem; nam aliud est possidere, & aliud esse in possessione, & qui ingombrat, non dicitur possidere, sed esse in possessione & eam occupare, vt l. si quis ante. ff. de acqu. poss. & habetur per Corn. in consi. 137. licet multorum, in 3. volu. litera C. quæ no. in practica &c.

6 †Quintò quæritur, an immissus in possessionem ex primo decreto efficiatur possessor? Et primò videbimus de immisso in actione personali, & in hoc ponite regulam, ampliationes, & fallentias.

Regula ergo est, q̄ immissus in possessionem ex primo decreto in actione personali, siue immissio fiat, vt reus tedio affectus compareat ad respondendum, an possideat, siue ex causa damni infecti, siue immissio fiat uentris nomine, vt mulier pręgnans in bonis mariti, talis immissio non facit immissos possessores, sed custodes, & detentores rerum, vt est tex. & ibi per Docto. in l. 3. §. fi. ff. de acquir. poss. & tali casu reus, contra quem est facta immissio, potest comparere, & reuocare immissionem, dummodo reficiat expēsas, & caueat de iudicio sisti, iuxta auc. ei qui. cum materia. C de bon. aucto. iudi. poss. Amplia regulā: vt procedat, etiam si immissio ex primo decreto esset facta pro executione sententiæ, & rei iudicatæ; quia etiam isto casu immissus non efficitur possessor, sed detentator, & sic habet locū regula etiam in hoc casu, ita tenent Imo. Raph. & Alexan. in l. a diuo Pio. §. si super rebus. ff. de re iudi. vbi Alexan. in 6. col. latè disputando ita firmat, & idem tenet ibi Ias. & ista opinio videt verior & communior per allegata ibi per Alex. & est opi. gl. ibi ante eos, licet contrariam opi. teneant Bar. Pau. de Cas. & Aret. in d. l. 3. §. fi. ff. de acqui. possess.

Secundò amplia, etiam si fieret immissio vigore instrumenti habentis executionem ex forma statuti, puta instrumēti guarenti-

Source : BIU Cujas

rentigiati vel confessionati: quia in tali instrumento idem dicē dum est, ꝙ dictum est in re iudicata, vt habetur per Bar. in l. si & iure. ff. qui po. in pig. hab. & ita firmat Alexan. in d. §. si super rebus, in 8. colum.

Intellige tu & declara, nisi in instrumento esset hypotheca, & fieret immissio vigore hypothecæ, vel contra ipsum debitorem principalem, vel contra tertium possessorem: quia tunc esset dicendum, quod dicetur infra in immissione, quæ fit in hypothecaria, vt latè habetur per Alexan. in l. 3. §. fin. in 4. & 5. col. ff. de acquir. poss.

Fallit autem d. regula pluribus modis. Et primò, quādo iudex vellet ex aliqua iusta causa constituere immissum ex primo decreto possessorem: quia ex causa hoc potest facere & repellere antiquum possessorem, contra quem est facta immissio, de fundo. gl. singu. in l. 3. §. duas in ver. decedatur. ff. de dam. infec. not. Bal. in d. auc. ei qui. in 5. col. C. de bon. auct. iudi. poss. & in l. consentaneum. C. quomodo & quando iud. & sequitur Alexā. in l. 3. §. fi. ff. de acq. poss. in 4. colum.

Secundò fallit quando in loco extaret statutum, ꝙ immissus ex primo decreto lucretur fructus, prout est Florentiæ: nā tūc immissus etiam in actione personali efficeretur possessor: quia commodum fructuum spectat ad possessorem, ut l. 3. §. ex contrario & ibi not. ff. de acquir. poss & l. Fulcinius. §. fi. ff. ex quibus cau. in pos. ea. & ideo delato lucro fructuum in necessarium antecedens talis dicitur effectus possessor, & ita tenet Bald. in d. l. consentaneum. sequitur Alex. in d. l. 3. §. fi. in 4. colum. & idem Alex. in l. si finita. § Iulia. col. 25. in ver. item inquantum hic gl. tangit, an missus ex primo lucretur fructus, &c. ff. de dam. infec.

Tertiò fallit, quando absque tali statuto, vel consuetudine iudex motus ex nimia contumacia rei decerneret, ꝙ immissus deberet lucrari fructus: nam tunc similiter immissus efficeretur possessor: ita tenet Bal. in d. l. consentaneum. & sequitur Alexā. in d. l. 3. §. fi. & in d. l. si finita. § Iulianus, quamuis in hoc, scilicet in iudice. Sali in auc. ei qui C. de bo. auct. iudi. posi 12. colum. teneat contrarium per aliqua fundamenta, quibus respōdet Alexan. in d. §. Iulianus.

Quartò fallit in casu notabili, videlicet in l. postquam. §. imperator. ff. ut leg. no. cau. in ver. trāsferat, & ibi no. per Bar. & habetur per Cy. in l. cum proponas in 14. q. C. de bo. auct. iud. poss. Nam est ibi casus, ꝙ fideicommissarius petiit sibi præstari cautionem ab hærede iuxta illum titulum, ff. vt leg. no. cau. aut si nō caueretur se immitti in possessionem, & lata fuit sententia contra hæredem, vt caueret, a qua hæres appellauit, decidit ibi iurisconsultus, ꝙ fideicommissarius pendente appellatione dēt immitti in possessionem, & ꝙ fideicōmissarius immissus erit possessor, & sic est ibi casus no. ꝙ pendente appellatione fit innouatio contra titulum, nil in no. ap. pe. ff. & ꝙ immissus ex primo decreto efficitur possessor. pro quo etiam facit text. in l. quisqs. C. quo. ap. non recip. Et ita tenet Alex. in d. l. 3. §. fi. in 4. col. vbi etiam Iaſ. transit cum Alexā. in prædictis limit. Insuper aduerte in prædictis, ꝙ magnus ē effectus, an immissus sit possessor, vel non: quia si non possidet, non debet expelli antiquus possessor, sed vterque debet stare in re: quia immissus, quando non possidet, est custos & detentator, vnde non debet expellere antiquū possessorem, ut l. si finita. §. si quis ante. & ibi no. ff. de dam. infe. & latè per cano. in c. contingit. de dolo & contum. & hoc etiā est verum & procedit, si immissus esset in solam possessionem: quia per hoc non efficitur possessor, & non potest expellere antiquum possessorem secundum Bal. in l. consentaneum. in pe. col. in 6. opp. C. quomodo & quando iudi. & per consequēs cū non sit possessor, taliter immissus non habet interdictū vti possidetis, qđ competit possessori, quia in sua possessione turbatur, ut l. si duo. § creditores. ff. vti poss. sed si efficitur possessor, potest expellere antiquum possessorem, & habet interdictum uti possi. ita no. Alex. in d. l. 3. §. fin. in 4. col. & Iaſ. in 2. Sextò quid in immisso in reali actione? Breuiter omissa disputatione, quia materia est trita, communis opi. legistarum est, ꝙ immissus ante annum possideat reuocabiliter, post annum verò irreuocabiliter: ita concludunt Alex. & Iaſ. in d. l. 3. §. fi. post alios ibi, licet canonistæ, vt ibi referunt Alex. & Iaſ. communiter teneant, ꝙ immissus in reali ante annum sit detentator & non possessor, tenendum est ergo cum communi opi. legistarum, quia per Alexā. & alios in d. § fi. optimè respondetur ad fundamenta canonistarum, & talis immissus post annum a die immissionis lucrat̄ fructus, vt latè per Alexan. in d. l. si finita. §. Iulia. col. 26. in vers. in actione reali. ff. de dam. infect.

7 †Sed dubitatur, quæ sit ratio differentię inter immissum in personali & in reali? Doct. dicunt rationem differentiæ esse, qa immissus in personali nullum prętendit ius in bonis, sed solum habet personam debitoris obligatā, vt insti. de act. §. j. iō immissus in personali nec ante annum, nec post efficitur possessor, sed in reali agens dicitur habere ius in re, puta dominium, vel quasi, nimirum ergo si immissus in possessionē illius rei efficitur possessor: ita tenet Spe. in ti. de j. & 2. decre. §. iam de effectu. uer. quę est ratio. & Cuma. & Iaſ. in d. l. 3. §. fi. in 5. col. ver. 2. cōclusio est.

8 †Amplia hanc cōclusionem, ꝙ etiam immissus in hypothecaria actione ante annum efficit possessor reuocabiliter, post annum verò irreuocabiliter, prout dictum est in reali, & nimirum, quia etiam hypothecaria est actio realis. l. pignoris. ff. de pignoo. & l. pignoris. C. eo. ti. & licet opi. sit dubia, tamen Alexā. in d. l. 3. §. fi. dicit istam esse magis communem, intellige tamen & declara, ꝙ immissus in hypothecaria differt ab immisso in reali mera in hoc: quia licet immissus in reali post annum lucretur fructus, ut per Alex. in d. l. si finita §. Iulia. in col. 26. & dixi suprà tamen immissus in hypothecaria etiam post annum nō lucrat̄ fructus, & ratio est: quia intentio agentis non est, nisi auocare possessionem. l. cum venditor. in prin. ff. de euict. ita tenet Alex. in d. §. Iulia. col. 27. ver. iuxta hoc quæritur, &c.

Secundò amplia regulam, seu conclusionem supra positam in actione reali, ut procedat etiam in actione mixta, prout est actio petitioni hęreditatis, quę est actio mixta, ut l. hęreditatis. C. de peti. hæred. quia etiam in illa immissus inquantum dat̄ ad rem iudicatur de ea, prout de actione reali, ut. s. sicut immissus in reali ante annum possidet reuocabiliter, & post annum irreuocabiliter: ita & immissus in actione mixta, quando datur ad rem (vt dixi) sed si actio mixta detur ad psonales præstationes, tunc de ea iudicatur, prout de mera personali. l. item Labeo. §. familiæ. ff. fam. erciſc. & quando datur ad rem, sicut immissus in reali lucratur fructus post annum, ita & lucratur immissus in actione mixta, ita tenet Ale. in d. l. si finita. §. Iulia. col. 27. in ver. quid immissio in actione mixta?

Limitatur autem ista conclusio de actione reali cum duab. ampliationib. vt supra datis duobus modis. Primò, quando immissio esset facta post li. conteſt. quia tunc etiam ante annū immissus efficitur possessor irreuocabilis, & sic ille, contra quem ē facta immissio ratione proprietatis, ita demum audietur uolēs reuocare immissionem infra annum præstando satisdationem de reficiendo expen. iux. dictam auc. ei. qui. si immissio eēt facta ante lit. conte. secus si esset facta post li. conte. vt probatur, & nota. in l. consentaneum. C. quom. & quando iudex.

Secundò limitatur dicta conclusio, ut non procedat, etiam si dicta immissio esset facta post li. quasi conteſtatam, ut habet̄ in l. 2. C. vbi in rem actio. in fi. vnde infertur, ꝙ quando intentatur realis actio contra detinentem, uel possidentem nomine alterius, & detinens, seu possidens compareat in iudi. & nominet dominum, pro quo dicit se detinere, uel possidere datur ei dilatio: vt denuntiet dño, ut dñs ueniat ad causam instructam, & tunc si dominus non comparet, in eius contumacia fit immissio in possessionem, & immissus efficitur possessor irreuocabilis etiam ante annum, adeo, ꝙ si nominatus vult efficere expensas & præstare satisdationem de iudi. sisti iuxta dictam auct. ei qui, non audietur, sed oportet, ꝙ dñs agat ordinariè per viam principalis petitionis super proprietate, ostendendo se esse dominum, ut d. l. 2. in fi. C. ubi rem act. ita no. tenet Alexan. in istis duabus limitationibus, in d. l. 3. §. fi. in 3. col. ff. de acq. poss. & sic ēr habes istam cōclusionem, seu regulam de immissione facta in reali ampliatam & limitatam pluribus modis.

9 †Septimò quæritur, an immissus in possessionem ex scēdo decreto statim efficiatur possessor? Respondetur, ꝙ sic, in tantum ꝙ si ille, contra quem est facta immissio, est dñs, etiā immissus efficitur dominus, si autem non erat dñs immissus, incipit præscribere, ut per Bar. in d. l. si finita. § Iulia. in j. col. & in hoc Bal. in l. possessione. C. de bon. auc. iudi. pos. uoluit, ꝙ immissus ex scēdo decreto præscribat etiam directum dñium, licet alias per p̄scriptionem non acquiratur nisi utile, ut per gl. in l. 2. & ibi Bar. ff. de vsucap. ponderando ad hoc Bal. tex. in d. l. si finita. §. si de vectigalib. in uer. dominium acquiri, ꝙ appellatione dñii sim pliciter facta ueniat directum. l. j. §. qui in perpetuum. ff. si ager vecti. uel emphy. peta. Tamen in hoc ꝫ Bal. est tenendum, ꝙ non p̄scribatur nisi utile dñium, & de hoc est tex. iuncta gl. in d. §. Iulia. in ver. dñium, vbi gl. exponit. s. vtile, & rō est, quia in materia præscriptionum longi tpis dñium intelligitur de utili, ut p̄ gl. & Doc. in auc. nisi tricennale. C. de bo. mater. & in d. l. 2. ff. de vsucap. Verba aūt debent intelligi ſm subiectam materiam. l. si uno. in prin. ff. loc. & ita tenet Iaſ. in d. l. 3. §. fi. in 9. no. & ante eū tenuit Alex. in l. traditionib. C. de pac. ubi ēt sequitur Iaſ. ponentes etiam ibi aliquas alias lim. in quibus acquiritur directum dominium, quas omitto: quia sunt extra materiam nostram.

10 †Octauò quæritur, an uno creditore immisso ex primo decreto alii immissi uideantur? In hoc pone regulam, ampliationes, & restrictiones. Regula est ergo, ꝙ vno immisso cæteri immissi uidentur, ut l. cum unus. in prin. & ibi gl. plena, & Bar. ff. de bon. auct. iud. poss. Amplia primò regulam, ꝙ talis immissio sicut prodest immisso, ita prodest aliis non immissis, ut insimul oēs concurrant & pariter ad pretium rei, pro eorum ratis uocentur, nō aliter considerato ordine immissionis, ut habetur in d. l. cum vnus. & in d. l. si finita. §. si plures. & per Bar. & Sali. in l. 2. C. qui potio. in pign. hab.

Secundò amplia, ut d. regula procedat non solum in immissione, quæ fit ex contumacia, & sic in pignore prętorio, iux. to. ti. C.

Source : BIU Cujas

tì. C.de prætо.pig.ſed etiam in immiſſione quæ fit vigore ſentẽ tiæ,& ſic in pignore iudiciali,iuxta to. ti.C.ſi in cauſam iud.pig. cap.ſit.ita tenet gl.in l.ſi iure,ff.qui pot.in pig.hab.& in l.fi. C. de bo.auct.iud.poſſ.& idem tenet Dy.in regula.qui prior.li.6.

Contrariam autem opi.tenet Bar.in d.l.cum unus. videlicet, ꝙ immiſſio facta in pignore iudiciali non proſit aliis creditoribus,& quod prior immiſſus ſit potior aliis,& cum Bart. tranſit Ang.in d.l.ſi finita.§.ſi plures,& in l.a diuo Pio.§. ſi pignora. ff. de re iud.& Bal.in l.3.C.qui pot.in pign.hab.Sed contra Bar.tenent Bal.& Sali.in d.l.fi.C.de bo.aucto.iudi. poſſ. Concludentes,ꝙ uno immiſſo uigore ſententiæ,uel rei iudicatæ,uel inſtri guarentigiati uel alterius iuris exequibilis,talis immiſſio proſit etiam aliis habentibus ius exequibile,prout habet immiſſus,& ꝙ omnes debent eſſe æquales,nec inter eos debet attendi prioritas,& reſpondent latè argumentis Bar.ut ibi per eos, eandem opi.cõtra Bar.firmat Imo.in d.l.ſi finita §.ſi plures, ut ibi refert Alex.qui dicit,ꝙ opi.Bar.non vr̃ bene probari de iure, & ſic vr̃ tenenda in hoc opi.glo.Dyn.& ſequacium contra Bar.ꝙ vnius immiſſio vigore iuris exequibilis, & ſic in pignore iudiciali p̃ſit etiam aliis,prout prodeſt immiſſio facta uigore cõtumaciæ, & ſic in pignore prætorio.

Intellige tñ,& infra ſubdetur,niſi immiſſus uigore iuris exequibilis,puta inſtri guarentigiati prætenderet ẽt hypothecam, quia tunc illius immiſſio nõ prodeſſet aliis,ut per Bal. in d. auc. ei qui.C.de bo.aucto.iudi.poſſ.& dicetur infra, in reſtrictionib. Reſtringitur autem & declaratur ſupradicta regula plurib.modis,& primò,ꝙ dicta regula procedat in actione perſonali, nõ autem in actione reali:quia immiſſio unius in actione reali nõ prodeſt aliis,& rõ eſt;quia ille, qui immittitur in actione reali, immittitur tanq̃ dominus,& dominus non eſt creditor,nec ẽt poſſeſſor,ꝫ quem fit immiſſio,eſt debitor,ut l.uni.C. de alie.iudi.mu.cã fac.& ita tenent Bal.& Saly.in d.l.fi.C. de bon.auct.iudi.poſſ.

1 fieri in contractu emp.& venditio.† In contractu autem emp.& vendi.pactum.l.cõmiſ.dr̃ illud, quod concipitur p verba directa. puta niſi pretium ſolutũ ſit infra tale tempus, res ſit in empta,quo caſu dñium retransfertur ipſo iure in vendito rem:vt l.j.& per totum.ff.de lege commiſſo.Sed ſi pactum concipiatur per verba inflexa & obliqua,quę non important retrãſlationẽ dñii ipſo iure in venditorem, ſed requiritur retraditio, vel reſtitutio rei,& ſic factum hoĩs:tunc nõ dr̃ pactum.l.cõmiſ. ſed dr̃ pactũ ſimile pacto.l.cõmiſſo. vt eſt tex. & ibi declarat gl. in l.j.in gl.in ver.pertineret.C.de pac.inter emp.& vend.& text. & gl in l.qui ea lege.eo.tit. Similiter dicendũ eſt & in pignorib. ꝙ qñ pactum in eis cõcipit̃ per verba directa importantia trãſlationem dñii ipſo iure ſit pactum legis cõmiſ.puta niſi debitor ſoluerit infra tp̃s conuentũ, res pignorata ſit creditoris, vel ſit ei vẽdita,vel in ſolutũ data pro ſuo credito, vel ſit ei creditori ius faciendi quod vult,vel ſimile pactũ conceptũ per verba directa importantia tranſlationem dñii in creditorem ipſo iure. Sed ſi pactũ concipiat̃ per verba obliqua,vel inflexa.puta ꝙ ſi debitor non ſoluerit in termino, res det̃ in ſolutũ creditori vel ipſe debitor ꝓmiſit dare in ſolutũ:tunc nõ eſt pactũ.l.cõmiſ. ſed eſt ſibi ſimile,iſte eſt tex.in l.j.C de pac.pig & ibi declarat gl. Bart. & Sali.& qã nos ſumus in pacto.l. cõmiſ.in pignore, tunc ſi illud pactũ eſt efficax ſaltẽ ad retinendũ,quod qñ fit infra declarabit̃ elapſo termino debitor nõ admittet̃ vlterius ad offerendũ, vel ſoluendum creditori pro liberatione pignoris.l vt Titius. ff. de pig.act.Si aũt ſumus in pacto ſimili pacto.l cõmiſ. tunc illud pactũ eſt inutile & nihil plus operatur, q̃ eſſet de iure: & prout ſine dicto pacto creditor poterat vendere pignus, vel petere ſibi in ſolutum dari:& ita ſeruabitur cum dicto pacto: vt eſt text. in d.l. & ibi glo.j.& ſi C.de pac.pig. vnde ſtante d. pacto ſimili pacto.l.commiſ. etiam ꝙ ſit lapſum tempus præfixum ad ſoluendum cum illo pacto,ꝙ elapſo termino creditor poſſit petere in ſolutum vel per ſimilia verba inflexa, non propterea debitor erit excluſus à iure offerendi & ſoluendi & liberandi pignus, dummodo offerat & ſoluat ante factam vẽditionem vel dationem in ſolutum:vt eſt tex.& ibi declarat Bald.in l.3.C. de pign. act.& colligitur ex no.per gl.in d.l.j.quæ no.ne æquiuoces,quia aliàs vidi doctorem non mediocris doctrinæ in hoc errare. Iſtis præſuppoſitis deueniendo ad materam dicti pacti.l.commiſſ.in pignoribus pro faciliori intelligentia ponam regulam, ampliationes & fallen.† Regula ergo ſit, ꝙ pactum l.commiſ. in pign.
2 eſt improbatum,vt l.j.& fin.C.de pact.pign. licet ſecus ſit in cõtractu emptio.& vendit.vt l.j.& ꝓ totum.ff.de l.cõmiſſo & l. cõmiſ.C.de pact.inter empt.& vendito & ratio differẽtiæ aſſignatur;quia cõiter venditio ſolet fieri pro iuſto pretio: & licet aliqñ aliud contingat;tamen iſtud rarò eſt, & iura adaptãtur ad ea quæ frequenter contingunt. l.nam ad ea.ff.de legibus.vnde etiã ꝙ tale pactum valeat in ꝯctu empt.& vẽdi. non reſultat aliqua deceptio:

Source : BIU Cujas

deceptio:ſed econuerſo pignus magis frequenter ſolet pignorari pro multo minori quantitate q̃ valeat: & ideo ſi tale pactū in eis valeret, debitores multum deciperētur. Secunda ēt rō aſſignatur:quia tale pactum vī quodāmodo fouere vſurā, cū tendat ad affectum vt creditor aliquid vltra ſortem conſequatur;& quia vſuræ ſunt ꝓhibitæ,ideo valet.c.qa in oībus.de vſur.& iſtę duæ rōnes dīæ inter pignus & ꝯctum emp.& vend.aſſignantur per Abb.poſt Io.And.in c.ſignificante.de pig.vbi Abb.nu. 7.Firmata ergo regula,ꝙ pactum.l.cōmiſſoriæ in pignoribus nō valeat,amplia dictam regulam quinq; modis.Primò amplia,vt regula procedat non ſolū, qñ pignus datur creditori pro mutuo recepto,ſed ēt ſi detur pro alio debito q̃ mutuo : vt probatur in l.fi.C.de pac.pig.q̃ generaliter loquīt in quocunq; creditore, & cum generaliter loquatur,gñaliter debet intelligi.l.j.§.gñaliter. ff.de leg.p̄ſtan.Idē probat in d.c.ſignificante.de pig.vbi tex. generaliter loquīt & gñaliter reprobat pactū. l. cōmiſſoriæ in pignorib.Ad idem tex.in l.2.C.de pac.pig.ſecundum ſecundā lec. Bar.ibi quā ēt alii ſequuntur, vbi pignus fuit datū pro alio debito,quā mutuo,& adiectū fuit pactū.l.cōmiſſoriæ.& dī,ꝙ ita demum valeat quò ad excipiendum, vel retinēdum,ſi ſit adiectū, ex interuallo : ſecus ſi ab initio ꝯctus:& ita firmat Alex. in cōſ. 178.viſo proceſſu.7.vol.nu j.Secūdò amplia, ēt ſi tale pactū apponeret in fauorem mulieris creditricis pro reſtitutione dotis ſuæ,vt vī ad literam eſſe tex. in l. q̃is. aliàs incipit Callipodius. ff.de ſolu. vbi dī, ꝙ non obſtante tali pacto maritus pōt offerre dotem vxori.Sed in veritate ibi non fuit pactū.l.cōmiſſorię,ſed fuit pactū ſimile pacto.l. cōmiſſoriæ; quia non fuit factum per ver.directa importantia ipſo iure tranſlationem dñii,ſed fuit factum per ver.obliqua:quia ibi dicit tex.ꝙ maritus promiſit vxori ſol.mat.dare ei in ſolutum prædia,quæ pro dote erant obligata,& ſic per ver.obliqua & nō directa, vt dictū fuit ſupra in prę-miſſis nu.j. nimirum ergo ſi in illo tex. dī, ꝙ ſatis eſt, ſi maritus efferat dotis qnantitatē;quia illud pactū fuit inutile, vt per tex. & gl.in l.j.C.de pac.pig.& dictum fuit ſupra & ideo per illud nō fuit debitori ablata facultas ſoluendi & offerendi, quod no.licet Bar.ibi ad hoc non aduerterit,ſed idem intelligit eſſe in tali
3 pacto,quod eſt in vero pacto.l.cōmiſ.† Tertiò amplia, ēt ſi in tali pacto interuenerit iurm:quia per tale iurm non confirmatur pactū. licet metu ꝑiurii tale pactū ſit obſeruādū: vt firmat Bar. in l.ſi quis pro eo.in ver.4.dixi.ff. de fideiuſ. & vt ſubdit ibi Bar.
4 iſta duo.ſ.† pactū firmari iurō,vel iurm metu periurii eſſe obſeruandū differunt : & ſunt magni effectus ꝑp aliqua, quæ ipſe ibi ſubiungit.Et ita ēt tenet Abb.in d.c.ſignificante.in 3.no.de pig. & Abb.in c.cū contingat.in 7.col.in ver.venio ad ſecundam,in
5 fi.de iureiu.& Cor.in cōſ.133.viſo copioſa litera G.j.vol.† Quartò amplia,ēt ſi tale pactum.l.cōmiſſorię in pignoribus approbaretur per conſuetudinem;quia dicta conſuetudine non obſtante oīno pactum non valeret:vt per Bal.in l.conſuetudinis. in 3. col.in ver.tertii dicunt.C. quæ ſit long. cō. Quintò amplia, ēt ſi dictum pactum conciperetur hoc modo.videlicet,ꝙ elapſo termino non liceat ſoluere,vel offerre pro luendo pignore: & oē ſimile pactū,quia oīno non valet,vt tenet gl.in d l.fi. C. de pac. pig.& ibi per doc.& late per Alex. in l. item quia.§. fi. ff.de pact. Qui poſt Bar.in l.qui Romæ. in prin. & Pau. de Caſt. ff. de verb. obl.concludit,ꝙ aut tale pactum fuit adiectum ad tollendū dānum creditoris & fraudem debitoris, & valet, aut eſt factum in vtilitatem creditoris & læſionem debitoris,& non valet,per late allegata ibi per Alex.cum quo ibi ſimpliciter trāſit laſ.& fuit
6 diſt.Bar.in d l.qui Romę.in prin.† Fallit autem.d.regula quinq; modis.Et primò fallit,qñ pactum.l. cōmiſſoriæ in pignore non fuit adiectum à principio tempore ꝯctus, ſed poſt ex interuallo,vt eſt tex.in d.l.q̃is.ſm vnam lec.& ibi tradit Bar.in 2.oppo. tex.& ibi Bar.in d.l.Titius.ff.de pig.act. & rōnem differentiæ inter pactum adiectum à princi. vel poſtea ex interuallo, aſſignat Bar.in d.l.q̃is.& in d.l.Titius.& eſt:quia debitor qui eget pecunia faceret creditōri oē pactū, quod ipſe vellet ab initio, donec habeat pecuniam,ideo reprobatur:continet eīn in ſe quandam aſperitatem & per violentiam:vt d.l.fi.C.de pac.pig.quæ rō ceſſat, qñ iam habita pecunia ex interuallo debitor dictum pactū apponit:& ita etiam tenet Cor.in d.conſi.133.in litera G.j. vol. Et iſta fallentia eſt ēt ſane intelligenda,vt.ſ.procedat,ꝙ pactum ex interuallo poſtea factum valeat quò ad retentionē & exceptionem quærendam ipſi creditori pignore apud eum exiſtente:non autem quò ad actionem ad petendum dictam rem in ſolutum exiſtentem apud debitorem:ita tenet Bar. in d. l.quāuis. in j.& 2.oppo.& Abb.in d.c.ſignificante.nu.6. & Alex. in conſi. 178.viſo proceſſu.in j.col.nu.j.7.vol.& ēt in conſi.ſeq.vbi plene de materia.Secundò fallit.d.reg.qñ pactum fuit conceptum, ꝙ pignus eſſet venditum creditori, vel datum in ſolutum pro iuſto pretio:tunc enim pactum valeret, regula ergo procedit, qñ pactum initum fuit, ꝙ pignus eſſet venditum, vel datum in ſolutū creditori pro debito:vt eſt tex.in l.ſi fundus. in fi. ff. de pig. & ibi Bar.& idem no.Bar.in d.l.q̃is. in 3.oppo. dicens ꝙ iſto caſu iuſtum pretium æſtimabitur per bonum virum.i.iudicem,vt l.fi.circa fi.C.de iure do.impe.Tertiò fallit.d.reg. qñ pactum eſſet initum, ꝙ pignus eſſet venditum creditori ſimpliciter non exprimendo nec pro debito, nec pro iuſto pretio : nam ēt tunc intelligetur pro iuſto pretio,ēt ꝙ non ſit dictum,& valebit pactum:ita no.Bar.in d.l.ſi fundus.in fi & Bar.in d.l.quanuis.in ſua diſtinc.& Abb.in d. c. ſignificante. ſecus autem ſi dictum eſſet, ꝙ pignus eſſet datum in ſolutum ; quia tunc intelligeretur pro debito,& non valeret ſm Bar.in d.l.quanuis.& faciunt no.in l.à diuo Pio.§.ſi pignora.ff.de re iudi.Quartò fallit regula prædicta qñ pactum nō fuit factum cum creditore ab ipſo debitore, ſed factum fuit per debitorem cum fideiuſſore vel alio extraneo à creditore:tunc enim pactum valet:vt eſt tex.in l.ſi.in prin & ibi Bar.ff.de contrahen.emp.& ſequuntur Bald.& Sali.ibi & etiam Abb.in d.c.ſignificante.nu.6.declarando vt per Alex. in d. con-
7 ſi.178.7.vol.num.7.vbi vide.† Quintò fallit regula prædicta ſm aliquos fauore dotis, puta ſi mulier, vel ſocer promiſit dotem marito in pecunia, & dedit fundum in pignus cum pacto, ꝙ ſi infra certum tempus pecunia non ſoluatur,fundus ille ſit in dotem datus:iſto enim caſu videtur, ꝙ tale pactum valeat fauore dotis:ita no.vult Bald.in c.j.de feu.da.in vi. l. commiſ. allega. id quod habetur in l. ita conſtante. ff.de iure do.& in d.l. quanuis. Et iſtud non ob.his quæ dicta ſunt ſupra in 2.ampliatione; quia illa procedunt,qñ agitur de fauore mulieris creditricis pro dote:tunc enim improbatur dictum pactum l.commiſſoriæ,& habet locum.d.l.quanuis.Sed qñ agitur de dote danda marito, & ſic agitur de fauore dotis principaliter & mulieris in conſequētiam,dicendum vī,ꝙ pactum valeat:& hoc modo poteſt ſaluari dictum Bal.in d.c.j. ſm Bald.nouel. in tracta. dotis,in 6.parte principali in priuile.54. & ibi ēt reddit rationem diuerſitatis inter contractum dotis & alios contractus, videlicet ꝙ illa ratio, per quam improbatur pactum.l. commiſſoriæ in pignoribus. ſ. quia debitor pro habenda pecunia faceret oē pactum, ceſſat in promiſſione dotis;quia promittens non indiget pecunia,ſed dilatione, in qua dilatione concedenda mariti cōiter ſolent eſſe faciles;& quia frequentius ſolet contingere,ꝙ ipſi viri magis ſolent allici ad pacta proficua mulieri q̃ ſibi, vt dicebat Cyn. poſt Pet.in l.contractibus.poſt princ.C.de non num. pecu. & ēt quia tale pactum non tendit ad merum lucrum mariti creditoris: ꝑut contingit in aliis creditoribus, cum tale pactum in dote cedat etiam in fauorem mulieris,& qñ vertitur intereſſe alterius, quam creditoris;tunc reſpectu alterius non eſt improbatum tale pactum.d.l.ſi.in prin ff.de contrah.empt. ita in effectu firmat Bal.No in d.loco.dicens ita conſuluiſſe apud Lucam:licet in illa.q.in qua conſuluit pactum illud in dote eſſet adiectum ex interuallo,quo caſu pactum valet ad retinendum.d.l.Titius.ff. de pig.acti. Tñ in hoc articulo quanuis ſit magna auctoritas præfati excellentiſſimi doct.puto in contrarium eſſe veriorem opin. videlicet ꝙ ēt in dote pactum l.commiſ.indiſtinctè, tam ex parte mulieris,cui dos venit reſtituenda, quàm ex parte mariti, cui dos venit danda, non valeat: nam licet. d. l. quanuis. loquatur in dote reddenda vxori, tamen idem dicendum eſt in dote danda marito; quia non minora priuilegia conceduntur mulieri in dote recuperanda quàm concedatur marito in dote recipiēda,vt l.vni.§.& vt plenius.C.de rei vxo. acti. & in l.aſſiduis. C.qui pot.in pig.hab.& hī.in l.j ff.ſolu.mat.& probatur ēt: quia pro nulla cā ēt pia permittitur vſura.c.ſuper eo.de vſur.vnde ēt in dote danda marito debet cenſeri improbatum pactum.l.cōmiſſoriæ, quod etiam ad effugiendam vſurariam prauitatē fuit reprobatum;vt no.can.& maximè Abb.in d.c.ſignificante.& licet maritus lucretur fructus rei pignoratæ pro dote, iuxta cap. ſalubriter.de vſur. tamen illud intelligitur de vſuris reducibilibus ad intereſſe conſiderabile,vt tenet Io.de Ana.in d.c. ſalubriter.Et non ob.d.l.fi.ff de contrahen.empt.quia ibi illud pactum fuit adiectum in fauorem fideiuſſoris, & non tendebat aliquo modo in fauorem creditoris,ſecus aūt eſt in marito:quia maritus eſt creditor dotis & pro dote recipit pignus, & ſic negari nō pōt,ꝙ pactum nō ſit adiectum fauore creditoris principalis, & Bald.in d.c.j.non firmat,ꝙ in dote valeat pactum. l.commiſſoriæ, ſed remittit ſe ad d.l.quanuis. quæ probat contrarium, & immo q̃ indiget pecunia pro dote danda marito,ita veriſimiliter induceretur ad adiiciendū oē pactum in pignore, quod dat ꝑ promiſſione do. ſicut ille q̃ indiget pecunia mutuata à creditore, vtroq;.n.caſu ſubeſt neceſſitas & rōnis identitas, & immo magis frequenter ꝯingit,ꝙ mariti in dotibus hñdis volunt hīre vtiliora pacta quā dare ; difficilius.n.reperiunt mariti q̃ vxores, vt experiunt & bene ſciunt q̃ hñt filias nubiles Non ob.ꝙ ſaltē ſpāli priui.dotis ita debeat dici,iuxta no.in l.j.ff.ſolu.ma.quia iſta argumentatio, multa conceſſa ſunt in priui. dotis ꝯ regulas iuris cōis,ergo ēt iſtud dēt ꝯcedi,nō valet:qa,vt inqt Bar.in l.ſi inſulā.in 4.oppo.ff.de verb.obl. iſtud eſt multiplicare incōueniēs, & facit.l.ius ſingulare.& l.quod verò ꝯ.ff.de legi.& recurrere ad ſpālitates, eſt refugiū miſerorū, vt dicit gl. in l.filium quē hñtē. C.fam.er.& quia iſtud pactum tendit ad vſurariā prauitatē, & ꝑ ꝯñs tractatur de periculo aīæ,ideo in dubio dēt fieri interpretatio,vt euitē periculū aīæ,vt dixit gl. no.ī c.vnico.de ſcruti.facit tex.in c.iuuenis.de ſponſali.Et ꝑ iſta & plura alia copioſius rela-

Source : BIU Cujas

ta ita conſuluit Alex.in conſi.178.viſo proceſſu.7. vol. nu.9.cū ſeq.& ſubdit,ꝙ cū iſta ſit cōis opi. non eſt ab ea recedēdū, & ita puto tenēdum,licet articulus ſit valde diſputabilis,& ſic iſta nō erit fallētia, ſed erit ampliatio ad regulam,videlicet ꝙ ēt in dote danda pactum.l.cōmiſſoriæ ſit improbatū. Cætera aūt ad materiam huius pacti.l.cōmiſſoriæ,vide per Guid. Papæ in ſuis deciſionib.q.6.vbi plura ponit,&per Veronē.in ſuis cautelis,char. 28.in cau.incipiente,pactum pignoris, & per eundem Guid. in tractatu de vſur.nu.24.& 25.Secundò tractandum eſt de pacto, quod frequēter iniri ſolet inter creditorē & debitorē, videlicet ꝙ non ſoluto debito creditor poſſit pignus propria auctorita-
8 te occupare.† Et primò prę̄mittendū eſt,ꝙ tale pactum de iure valet per regulam generalem, ꝙ oīa pacta in pignoribus de iure valent,niſi reperiantur prohibita, vt eſt tex.& ibi no.in l.fi.§. j.C.de iure dom. imp.& de hoc eſt tex.ī l.3.C.de pig.ſm lect.Barto.ibi,& cū materia ſit valde diffuſa, vt clarius & breuius explicetur,ponam illam per concluſiones, & erunt quindecim con-
9 cluſiones † Prima igitur ſit concluſio, ꝙ pactum de ingrediendo occupando propria auctoritate pignus excuſat creditorem occupantem a pęna vi bo.rap.videlicet.l.ſi quis in tantā. C. vnde vi.& à pęna edicti diui Marci,de qua in l.extat.quod me.cau. & à pęna.l Iuliæ de vi.vt optimè declarat gl.in l.pignoris. C. de pig.act.in gl.in ver.prę̄ſidalē.& ibi per Sali.& ꝑ Bar. & Sal.in d.l. 3.in j.col. Si tñ talis creditor poſt ingreſſum & occupationē intēderet perſiſtere in poſſeſſione & poſſidere;tunc incurreret dictas pęnas:quia iſtud non deuenit in pactum:vt.ſ.poſſit propria
10 auct.poſſi.ſed ſolum ꝙ poſſit ingredi & occupare, † & aliud eſt ingredi poſſeſſionem,& aliud eſſe in poſſeſſione & poſſ.vt l.3.§. fi.ff.de acq.poſſ.& l.qui legatorum.ff.ex qui.cau.in poſſ.ea.& l.2. in princip.ff.pro hære.& aliud conſequitur qui intrat poſſeſſionem,& aliud qui poſſidet & poſſeſſionem acquirit:vt l.is cui.in
11 prin.& §.ſi legatorum.ff.vt in poſſ. leg. † Vndè ad hoc vt creditor excuſetur ēt à poſſeſſione,neceſſe eſt in pacto addere,ꝙ licìtum ſit creditori non ſolùm ingredi poſſeſſionem,ſed ēt poſſidere & poſſeſſionem acquirere & retinere propria auct. prout notarii frequenter in inſtr̄is ſolent facere dicentes,quam poſſeſſionē intrandi,accipiendi & retinendi ſua auctoritate &c.& ita firmat Bar.in d.l.3.in 2.col.C.de pig.& idem Sali.ibi.in prin.qui licet ad d.l.3.non teneat intellectum Bar. Tñ bene firmat, ꝙ de iure pactum poſſit concipi modo prædicto,& ꝙ valeat. Secunda concluſio eſt, ꝙ ēt in tali pacto pōt adiici, ꝙ creditor poſſit dicta pignora vendere vel ea ſibi empta hr̄e pro iuſto pretio,nā ēt tale pactū de iure valet,vt tenet Bar.in d.l.3.in 2.col.ver.iuxta prædicta,& ibidem ſequitur Sali.in 7.q.& iſto caſu practica erit, vt iuſtum pretium æſtimet̄ per iudicem,iuxta no.in l.cōtinuus. §.cū ita.ff.de verb.obl.& ibidem no.Bar. & in tali æſtimatione citari debet pars, ſi velit aliquid opponere & adhibita ſummaria cauſæ cognitione ſine alio libello, ſi pars citata nihil releuās opponat, iudex faciet per partes eligi duos bonos æſtimatores, vel iudex eos eliget,& eos faciet iurare de ęſtimatione legaliter facienda,& facta per eos relatione æſtimationis iudex ſm dictā æſtimationem relatam per dictos ęſtimatores faciet ſuam declarationē,ita tenet Bar.in d.l.3.col.fi.ver.iuxta premiſſa,& ſequ-
12 tur ibi Sali.in 15.q.† Tertia cōcluſio eſt, ꝙ tale pactum,ſeu licē tia pōt ēt adiici in vltima voluntate,& ēt in aliis contractibus q̄ in pignore,vt ēt no.Bar. ī d.l.3.col.2.ī 2.prin.q.& ibi ſequit̄ Sal.
13 in 3.q. † Quarta cōcluſio eſt, ꝙ tale pactū non ſolum excuſat à pęna violentiæ,vt dictum eſt in prima concluſione;ſed ēt excuſat à vitio clandeſtinitatis, & per ꝯs tale pactū reſpectu ſolius ingreſſus in poſſeſſionem pōt exerceri per creditorem ēt ignorāte debitore,ita tenet Bar.in d.l.3.in 3.col.in ver.ſed an à vitio
14 clandeſtinitatis:& ſequitur ibi Sali.in 2.q.† Quinta cōcluſio eſt, ꝙ tale pactum p̄t per creditorem exequi, ēt ſi debitor verbo ꝯdicat & reſiſtat, niſi tñ ꝯdiceret ex iuſta cauſa,puta quia iam ſolviſſet debitum,ſecus aūt ſi reſiſteret de facto;quia tunc creditor non poſſet armis ingredi;quia iſtud poſſet eſſe cauſa maioris rixæ & tumultus,quod de iure non licet,nec permittitur, ēt ſi de hoc eſſet initū expreſſum pactū, videlicet ꝙ creditor poſſit ingredi inuito debitore & reſiſtente de facto;nā tale pactū nō valeret.l.cōuenire.ff.de pac.do.& ita tenet Bar. in d.l.3.in lect. nō in repe.in j.col.Iſtud tñ limitat̄ vtiliter, niſi in inſtr̄o eſſet adiectum,conſtitutū, per quod vtraq; poſſeſſio tam naturalis q̄ ciuilis transfertur in creditorē.l.quod meo.in prin.ff de acq.poſ.vel ſaltem precarium.per quod in creditorē transfert̄ ciuilis, & naturalis remanet penès debitorē,vt no.in d.l. qđ meo.Nā iſtis caſi.debitor reſiſtēdo de facto dī ſpoliare creditorē ſua poſſeſſione;& ideo licet creditori incōtinenti per vim ingredi: qa dicet̄ creditor magis ſe defendere q̄ debitorē oppugnare, ita no. Bar. in d.l.3.in 4.q.prin.& ibi ſequit̄ Sali.in q.j. Addit tñ Sali. ꝙ ēt qñ debitor reſiſteret de facto,& nō eēt ꝯſtitutū, poſſet creditor de facto ingredi,dūmodo violētia creditoris nō hēat aliqđ delictū admixtū,puta ſi creditor coadunatis hoībus vellet ꝑ vim ingredi,vbi talis coadunatio nō eēt p̄miſſa,ver. vbi interueniret ſanguinis effuſio,quæ eſt prohibita. Aliàs ceſſante delicto dicit Salic.ꝙ creditor pōt per vim ingredi ēt debitore de facto reſiſtēte.

15 † Et prædicta intelligunt̄ ſemper mora debitoris præcedtē,vel ſaltē iuſta cā ſuſpitionis de fuga,iuxta tex. in l. quæſitū & ibi gl. & Bar.ff.de pig ita declarat Bar.in d.l.3.in 3.q.in fi.ſed Sali.ibi in 12.q.tenet, ꝙ indiſtinctè ante morā tale pactū exerceri nō poſſit;quia eſt ꝺōnale.& ꝙ d.l.quę̄ſitum.procedit in hyp.quę iam eſt in eſſe deducta, ſed ego nō video rōnem dr̄iæ inter iſtud pactū & hypothecā;nam rōne ꝯctus vtrūq; dr̄ in eſſe deductū, & ēt hypotheca pendente termino vel ꝺōne intentari non p̄t,vt l.ſoluit̄.§.ſi paciſcat̄.ff.qb.mo.pig.vel hyp.ſol.& l.cū ſoluēdæ.ff. de diſtrac.pig. & tñ ex cā ſuſpitionis pōt exerceri pendēte ꝺōne.d.l.quę̄ſitū.ergo idem dicendū eſt in pacto.† Et facit:quia de
16 bitor ſuſpectus p̄t capi ēt pendente ꝺōne,vt hr̄ per Bal.in l.j.C. de ꝺi.ex lege.ſaltē vt caueat.l.in oībus.& ibi Bar.ff.de iudi.& talis ēt captura pōt fieri propria auct.creditoris:vt l.4.§.ſi debitorē.& ibi Bar.ff.de his quæ in fraud.credi.& hr̄ per Alex. in l.2. in
17 2.col.ff de iuriſ.om.iud.& ideo remanet vera deciſio Bar.† Sexta conclu.eſt ꝙ execu.talis pacti p̄t exerceri ꝯ hæredem debitoris,& iſtud non habet dubiū, qñ hæres eſt eiuſdē ꝺōnis, cuius erat debitor.puta quia eſt maior,prout erat debitor,ſed difficultas eſt,qñ hæres eſt pupill⁹ vel minor:& in hoc Bar.in d.l.3.in 5. col.in ver.quid in ſucceſſore vniuerſali remittit ſe ad no.ꝑ Cy. in auc.quas actiones.in 5.q.C.de ſac.ſan.ecc.& ex no.ibi per Cy. & Bar.in vlt q.& per Laſ.in antepe.col.colligit̄,ꝙ priuilegiū hæredis ſuccedentis debitori nō extinguit, nec impedit tale ius pacti executiui,& ita ēt tenet Bar.in l.ſi quis curialis.C. de epiſc.& cler.& ſequit̄ Sali.in d.l.3.in 5 & 7.q. & mouet̄ per tex. & gl. in l.pupillus.§.ſed & ſi creditor.ff.de auct.tut.quod dicit eſſe tenē-
18 dū cordi,ad idē optimus tex.in l.j.C.qñ decre.opus nō eſt. † Sed maius dubiū eſt,an tale pactum poſſit à prin. fieri cū tutore, vel cum pupillo auct.tuto.& in hoc Bar.in d.l.3.in j.q.diſtinguit, ꝙ aut creditor vult vti iſto pacto pro execu.iuris realis. i. ipſius pignoris:& tunc ſi pignoris ꝺſtō valuit,valebit ēt pactū,vt l.ſi pupillus.§.j.ff.de rebus eo.aut ꝺſtō pignoris non valuit, & tunc nō valet ēt pactum,vt l.curator.& l.pe.C.ſi alie.res.pig.da.ſit.& l.cū principalis.ff.de reg.iu. Aut creditor vult vti pacto ad executionem iuris perſonalis,qđ reſpicit ipſum ingreſſum, & tunc ſi pactum fuit initū, ꝙ liceat ingredi tñ,& valet, quia ꝺō perſonæ pupilli nō eſt impedimēto,vt l.apud Iulianū.in prin.& §.ſequit̄. ff.ex quib.cau.in poſſ.ea. aut pactū fuit initū, ꝙ liceat ingredi & poſſeſſionem adipiſci.& tunc reſpectu rerū, quæ ſeruādo ſeruari non p̄nt,& ſic q̄ p̄nt per tutorē alienari valet,vt l.lex quę tutores.C.de admi.tut. ſed q̄tum ad alias res nō valet ſine decre. vt l. pupill⁹.ff.de acq.re.do.& l.magis puto.§.j.ff.de re.eo.Sed in hoc vlt.membro diſtinctionis Imo.in l.2.§.ſi pupillo.ff.pro empto. tenet ꝯrium per gl.in d. §. ſi à pupillo. in 2.ſol.quæ vult, ꝙ licet pupillus non poſſit alienare res mobiles,vel immobiles,q̄ ſeruādo ſeruari p̄nt ſine decre.iud.d.l.magis puto. §.ne paſſim.tñ bene poſſet alienare poſſeſſionem taliū rerū ſine aliquo decreto, & ēt firmat Alex.in l.poſſeſſionē.ff.de acq.poſ.in fi. Vnde verior vr̄ opi. ꝙ pactum de ingrediendo poſſeſſionē & retinendo initum cū tutore vel pupillo eius auct.ſine alio decreto valeat,q̄uis ipſa ꝺſtō pig.non valeat:cū pactum reſpiciat ſolam poſſeſſio.& ius perſonale, quæ non eſt prohibita alienari ēt per pupillū auc-
19 to.tut.vt latè per Alex.in d.l.poſſeſſionem.† Similiter dubitari p̄t,an tale pactū ualeat in reb.ecc.& Bar. in d.l.3.ī d.j.q.tenet ꝙ ſi prę̄ceſſit valida cōuentio, tale pactum ualeat præter q̄ in rebus conſecratis,& ita refert tenere Hoſti. in c.verum. de fo.compe. & ita ēt tenet ibi Abb.in 6.col.in verſi.ſed circa hoc quæro, loquendo in acquirendis eccleſiæ & non in acquiſitis: nam in acquirendis valet conuentio non in acquiſitis, declarando tamē hanc deciſi.duob.mo.primò vt talem apprehenſionem debeat præcedere declaratio iudicis, ſecundò vt non detur reſiſtentia de facto,vt ibi latè per Abb.ſed primam declarationem nō puto veram ſtantibus verbis pacti ſine licentia & requiſitione alicuius iudicis, ſecundam autem declarationem intelligendam
20 puto vt declaratum fuit ſupra in 5. concluſione.† Septima conclu.eſt, ꝙ qñ tale pactum eſt adiectum ad executionē iuris realis.i.pig.tunc illud pōt exerceri ēt contra ſingularem ſucceſſorē habētem cauſam à debitore, ſi tñ debitum erat liquidum in ipſo inſtr̄o,iſtam opi.tenet gl.& Bar.in d.l.3.in 4.col.in verſi.item dubitatur,quid de ſingulari ſucceſſore,& idem tenent ibi Petr. Cy.Ray.& Bal.& Spec.in titu.de pig.§.j. verſi. item quid ſi debitor.fundantes ſe per l.ſi Titius. ff. de ſeruis expor.eſt bene uerū, ꝙ ubi Bar. & alii dicunt, ꝙ dictum pactum adiectum in pignore eſt iuris realis executiuum.Bal.dicit,ꝙ eſt iuris realis ꝺſequutiuum. Et iſta opi. vr̄ cōior & ſaltem in iudicando & conſulēdo tenenda,q̄uis ꝯriam opi.teneat Mar.antiquus gl. Iac.de Belu.& Iac.But.vt refert Bar.in d.l.3.& Sali.qui dicit,ꝙ ius iſtius pacti capiendi rem hypo.propria aucto.non eſt executiuum,vel conſequutiuum iu.realis,ſed ſolum cauſat ius perſonale,& per conſequens non debet tranſire contra ſingularem ſucceſſorē, & iſtā diſputationē latè proſequitur Cor.in conſi. 218.vr̄ in hac conſultatione.2.vol.& ꝺcluſione di.hāc opi. Mart.& ſequaciū eſſe veriorē,ſed in via deciſiua nō eſſe recedendū ab opi. Bar.& Bal. & ſequaciū.Remanet ergo ꝺcto,ꝙ pactū tale adiectū ꝑ execu.

iuris

Source : BIU Cujas

iuris realis in pig. tranſit ꝺ ſing.ſucceſ. hñtē cām à debitore. Et ſic iſta concluſio primo reſtringit̄,vt nō procedat ꝺ ſing.ſucceſ ſorē non hñtem cām à debitore:vt probatur in l.ſepe.in fi.ff.de re iudi.licet ibi gl.velit ꝺrium & male ſm Bar.in d.l. 3. Secundò reſtringitur,vt non habeat locum, niſi qñ debitū eſt liquidū ex ipſo inſtr̄o,& ſic in eſſe deductū,vt l.ſi ſuperatus.§.j.ff.de pign.& tenet gl.in d.l.3.quam in hoc approbat ibi Bar. Tertiò reſtringitur,qñ pactum fuiſſet appoſitum ad executionem oblationis ꝑſonalis,videlicet pro actione perſonali.& ſuper pig.qa tūc non ꝑt exerceri ꝺ ſing.ſucceſ.niſi prius alienatione facta in fraudē.vt inſti.de act.§.itē ſi quis in fraudē,ita not. Bart.in d.l.3.in 5.col.in ver.hoc premiſſo venio ad q.Octaua concl.eſt,ꝙ qñ debitor nō ſolum fecit pactū in pig.de ingrediendo propria auth.ſed ēt cōſtituit ſe poſſidere pro creditore per ſimplex cōſtitutū, vel precarium;tunc ſi debitor dictam rem alienauit in tertium poterit creditor vigore dictæ clauſulæ exercere dictū pactū ꝑ exec. iuris realis ꝺ dictū ſing.ſucc.ēt per vim data reſiſtentia de facto;qa magis eſt defenſio,q̄ occupatio, vt l.cū fundū. & ibi not.ff. de vi & vi arm.Ita tenet Bar.in d.l.3.in 6.col.in ver.ſed pone, ꝙ debitor &c. & faciunt ea q̄ dixi ſupra in 5 concluſione.nu. 14. & idē firmat Sali.in d.l.3.in 8.q.per fundamēta facta per Bar. Nona ꝯcluſio eſt,ꝙ tale pactū de ingrediēdo propria auth & eius facultas tranſmittitur ēt ad heredē creditoris,ita no.Alex.poſt Ang. in l.ſi ita ſtipuler.poſt gl.ibi.ff.de ver.obl.& ita ēt tenet Bal.in c.j. §.ſi quis verò.de pace iur.fir.& reddit rōnem:quia iſtud pactum
21 nō eſt priu.ſed ius cōe,per no.in l.qui retiario.ff.de pig.act.† Decima conclu.eſt, ꝙ ſicut tranſit in vł̄em ſucceſſorem creditoris, vt dictum eſt in præcedenti concluſione,ita & pōt trāſire in ſingularem ſucceſſorē per ceſſionem:quia.ſ.cedi ꝑt alteri,ita tenēt Bar.Ang.Imo.Ro.in l.j.§.fi.cū l.ſeq.ff.de no.ope.nun.cum aliis ibi additis per Alex.Vndecima ꝯcluſio eſt,ꝙ tale pactū ꝑt exerceri per creditorem ꝺ debitorē ſine iudice:quia ꝺ eum oīa ſunt liquida,ſed ꝺ tertium poſſeſſorem non eſt ita liquidū ; quia pōt eſſe dubium, an habeat cām à debitore vel non. ergo iſtud dēt prius ſummariè liquidari corā iudice,iuxta.l.à diuo Pio.§.ſi ſup rebus.ff.de re iud & tunc poterit ēt ꝺ tertium poſſeſſorem ingredi propria auth.& idē eſſet,ſi manifeſtum eſſet,ꝙ poſſeſſor hr̄et cām à debitore: quia abſq; alia liquidatione poſſet ingredi propria auth.per l.emptor.ff.de act.emp.ita tenet Bart. in d.l.3.in 4. q.in ver.Aduerte tñ,ꝙ ꝺ ipſum debitorem &c. Et cum opi Bar. tenent Imo.& Ant.de But.in c.quia.de iudi. Sed Sali. in d. l.3.in 11.q.dicit ſibi non placere ver. Bar. & rñdendo motiuis Bar.tenet ꝙ talis liquidatio non requiratur.Sed opin.Bar. & ſequaciū
26 tenet Soci.in conſ.82.ſuper qōnibus.in 3.vol.in pe. col. in ver.5. conclu. vbi dicit,ꝙ licet qñ in inſtr̄o non eſt conſtitutum, neq; precarium, nō ſit licitum vti pacto executiuo ꝺ tertium poſſeſſorem non citatum,vt volunt Bar.Imo.& Ant.de Butr. in locis ſupra allegatis.Tñ qñ in inſtr̄o eſt conſtitutum, vel precarium: tunc pactū executiuum pōt exerceri ēt ꝺ ſingularem ſucceſſorem non citatum & negocio non liquidato;quia ex quo creditor ciuiliter poſſidet, pōt ingredi & inſiſtere in ſua poſſeſſione & turbare naturaliter poſſidētē,iuxta no.in l.clam poſſidere. §. qui ad nūdinas.ff. de acqui.poſ.& quia ingreſſus tali caſu dicitur potius defenſio q̄ occupatio.d.l.cum fundum.cum ibi not.ff.de vi & vi ar. Remanet ergo vera concluſio Bar.ꝙ ꝯtra tertiū poſſeſſorē non ꝑt exerceri pactū executiuum, niſi prius liquidato, ꝙ ipſe habeat cām à debitore,vel niſi hoc eſſet manifeſtum,vel niſi in inſtru.eſſet conſtitutum,vel precarium: & ita de conſtit. & precario firmatum fuit ſupra in 8.concluſio. nu. 20. Et idem eſſet ſit creditor cum dicto pacto conueniſſet ēt, ꝙ non liceret debitori rem pignoratam alienare : tunc enim vēditio facta nō valeret,vt l.ſi creditor.§.fi.ff.de diſtrac.pig. ꝺ emptorem tranſiret dictum ius executiuū,ita no.Bar.in d.l.3.in 4.q.in ver. ſed an
22 poſſit exhiberi remediū &c.† Duodecima cōcluſio eſt, ꝙ ſi debitum,pro quo eſt datum pignus & initum pactū de ingredien 27 do non eſt liquidū in ipſo inſtr̄o,nec ēt liquidatur,aut in notoriū deducitur per exercitium dicti pacti,& tunc non ꝑt dictū pactū exerceri , niſi prius facta liquidatione parte citata & dato libello,ita tenet Bar.in d.l.3.in 3.q.& iſtud procedit, niſi in pacto eſſet dictum,ꝙ liceat creditori ingredi poſſeſſionem & retinere pro q̄titate promiſſa,vel alia probanda ante liquidationem ſeu declarationem,ita firmat Bart. in d.3.q.& idem tenet Soci.in d. conſ.82.in 4.concluſione, qui tñ loquitur in pacto,in quo dictū fuit,ꝙ creditor poſſit ingredi abſq; alicuius iudicis licentia, vel requiſitione & abſq; requiſitione debitoris;quia ſi per verba pacti licet ingredi & poſſidere, antequam iudex adeatur,vel requiratur,& ante citationem partis,ſequitur ſm eum, ꝙ ēt hoc licere debet ante liquidationē , ex quo in liquidatione debet iudex adiri & pars citari:cum ergo concedatur antecedēs. ſ.ꝙ ſine requiſitione iudicis poſſit ingredi, vł̄ ēt cōcedi ſubſequens. ſ. ꝙ ſine liquidatione poſſit ingredi.l.2.ff.de iuriſ.om.iud.& l. ad rem mobilem.& l.ad legatum.ff.de procur. & ꝙ talia pacta valeant, firmat Bar.in d.3.q.per l.fi.§.fi.C.de iure do.impe.& ſequitur ibi
23 Sali.in 11.q.& tenet Soci.in d.conſi.82.† Tertiadecima conclu. eſt, ꝙ licet vigore pacti creditor poſſet ingredi & adipiſci poſſeſſionem propria auctoritate ; ſi tñ ex vrbanitate adiuit iudicē ſuper hoc:tunc ſi iudex ſine citatione partis concedit licētiam, talis licentia nihil operabitur,ſed perinde erit,ac ſi pars propria auth.fuiſſet ingreſſa : quia in quacunq; interlocut. præiudiciali requiritur citatio.l:de vnoquoq; ff.de re iud.ita firmat Bar.in d. l.3.in 5.q.prin.relatis prius opinionibus antiquorum,ad hoc ergo vt licentia iudicis aliquid operetur, requiritur citatio partis. Sed eſt dubium, an ēt tunc requiratur libellus ſuper d. licentia impetranda?Et in hoc Bar.ibi.in d.5.q.dicit,ꝙ ſi de d.conuētione conſtat per inſtru.publicū pōt procedi ſummarie, & non requiritur libellus prout proceditur in executiuis.l.à di.Piō.§.ſi ſu per rebus.ff.de re iudi.& l.minor 25.ann.cui fideic.ff.de min. & probatur ſm Bar.quia ius exequendi,quod competit ex conuētione partium,ęquiparatur iuri,quod cōpetit auctori.iudicis,vt l.pe.C.de pig.act & l.dotis.C.ſol.mat.Si aūt de d.cōuentione cō ſtat ſolum per teſtes:tunc dicit Bar.ꝙ debet dari libellus & lis ꝯ teſtari ; quia aliter teſtes examinari non ꝓſit. c. qñ frequenter.
24 vt lit.conteſt.cum aliis allegatis per Bar. & † cum Bar. tranſit ēt Sali.in d.l.3.in q.13.Declarādo tñ & ſupplēdo.d.Bar. ꝙ iudex ꝑt adiri ſuper dicto pacto duplici modo, vno modo petēdo ſe immitti & induci in poſſeſſionē. Secundo modo petēdo ſibi dari familiā & aſſociari,vt poſſit ingredi propria auctoritate ad euitandū rixā:& ſi primo modo petatur, tūc requiritur qualisqualis petitio redacta in ſcriptis , quæ iudici concludat ad implorationem eius officii, & tunc procedat opi. Bar. Si aūt petatur ſecundo modo,tunc ſm Sali.nulla petitio,neq; ſcriptura requiri-
25 tur,quæ no.vt ſcias practicare,qñ occurreret.† Sed dubitatur in prędictis, q̄d ſi creditor poterat ingredi propria auctoritate; & tñ adit iudicē,& citat partē, & petit licentiā ingrediendi, & dat qualem qualem petitionem, an poſtea poterit recedere à iudicio & ingredi propria auct.Et in hoc Bal.in l.2.in 10.q.C.de ſerui.& aqua,tenet ꝙ non,ne.ſ.iudicium inchoatū ſit ludibrio inchoatum ; & ſit in ptāte creditoris illud euertere; quia poſtea q̄ iudex eſt aditus,debet expectari,& hoc firmat ēt per alia de quibus ibi per eum.Idem tenet Bal.in l.ædem.in pe.col. C.loc.& in l.j.in j.col. C. de exec. rei iudi.& Ang.in repe.l.nemo carcerem. poſt medium.in ver. Itē an poſſit capi &c.C.de exact.trib. li.10. & facit illud vulgare.ſ.viam quam elegiſti ea tibi pateat. l.ſi mulier.§.fi.ff.quod met.cā.Intellige tñ prædicta,niſi in peti. & aditione corā iudice facta fuerit proteſtatio & reſeruatio propriæ facultatis de ingrediendo propria aucto.poſſeſſionem; quia dictum iudi.tali caſu vł̄ pendere cum iſta qualitate iuris reſeruati & proteſtati † & quia proteſtatio conſeruat ius proteſtanti.l.
26 ſi fideiuſſor.§.fi.ff.qui ſatiſda. cog. & facit quod in ſimili dī in c. ſolicitudinē.de app.vbi dato ꝙ qui appellauit à iudice, ſi redeat ad eū,videatur renunciare appellationi:vt in c.gratū.de off. deleg.cum ſi.tñ ſi redeat ad iudicem cum proteſtatione,ꝙ non intendit renūciare app. ab eo interpoſitæ ipſa proteſtatio iuuabit eum,& poterit appellās vtrunq; facere:vt in d.c.ſolicitudinem, vbi eſt caſus de hoc. Et ita latè diſputando & reſpondendo omnibus quæ in contrarium allegari ꝓſ̄t,firmat Alex.in cōſi. 130. in cauſa ſtrazalororum in pe.& vlti.col.vſq; ad fi.4.vol. & in cō ſi.ſeq.in vlt.col.Idem tenet Ias.in l.2.char.68.in 3.col.in ver.nūquid aūt pendēte iudi.C.de iure emphy.Sis ergo cautus,qñ velles adire iudicē,vt vtaris.d.proteſtat.& reſeruatione. Quartadecima conclu.eſt,ꝙ creditor vigore dicti pacti ingreditur poſſeſſionem,etiam ꝙ ingrediatur præcedente & obtenta prius licētia à iudice ; tñ non per hoc dicetur habere pignus prætorium, ſed habebit ſolum pignus cōuentionale:quia tali caſu iudex nō intendit dare pignus de nouo,ſed potius datum confirmare & implere ſeu exequi.Nam ex quo prior hypotheca eſt valida,nō poteſt dici noua datio prout dicitur in tutore inutiliter dato in teſtamento, & poſtea cōfirmato per iudicem , quo caſu dicitur datiuus & non teſtamentarius,vt l.neq;.& ibi per Cy. C.de con
27 fir.tuto.Ita firmat Bar.in d.l.3. in fi. & Sali.ibi in q.14.† Quintadecima & vlti. conclu. in hac materia eſt, ꝙ ad hoc vt creditor ingrediens vigore dicti pacti poſſit iuuari in dicto pacto, debet conſtare,ꝙ fuerit ingreſſus vtendo expreſſe d. conuentione & licentia ſibi data à debitore, & ꝙ vigore dictæ licentiæ acceperit poſſeſſionem,ita tenet Soci.in conſi. 131.in præſenti conſultatione.in 3.col.in ver.præterea cum non in plus.j.volu. Mouetur arg.no.in l.j.ff.de condi.ex lege, & iſtud videtur procedere, etiā ſi poſtea pars diceret ſe ingreſſum vigore dicti pacti, & hoc habuiſſe in animo tempore ingreſſus : quia voluntas in mente retenta nihil operatur.l.ſi repetendi.C.de cond.ob cauſam.Ego autē dubito de hac deciſi. Soci. quia actus qui poteſt geri duob. modis, & vno modo geſtus facit gerentem incidere in pęnam, alio modo non , interpretari debet geſtus eo modo,vt non faciat incidere in pęnā.Lapud Labeonē.§.ſi cōem.ff de iniuriis.l. ſi quis ſeruū.in fi.ff.de ſeruo corrup.& Bar.poſt gl.in l.non ſolū. §.ſed vt probari.in j.col.ad fi.ff. de no.ope.nun. & ratio eſt:qa ꝓſumptio eſt,ꝙ nemo velit delinquere,vt ibi per Bar. & Ias.& in actu q̄ ꝑt fieri ſine delicto nō debet includi delictum. Bal. in l.j.
28 in 5.oppo.ad fin.C.de condi.ob cām,per l.meritò.ff.pro ſo.† Itē q̄ actus poteſt diuerſo modo intelligi, debet declarari ab eo,

Source : BIU Cujas

qui illũ actũ fecit,quo animo fecerit.Bar.in l.pro hĩde.in princ. ff.de acq.hær.& rõ eſt : qa in his q̃ cõſiſtũt in aĩo ſtat̃ declarationi eius qui geſſit actum, vt inſti.de actio.§.aliæ in gl. magna. idẽ tenet Bart.in l.gerit.in 3.col. in ver.venio ad quartum. ff. de acqui.hære. † & actus etiã perfectus ſemper & qñcunq; recipit formam declaratoriã:vt inquit Bal.in l.precibus. in 2.col.in verſ. 29 quæro.C.de impub.& aliis ſubſti.per l.hæredes palã.§. ſed ſi notã.ff. de teſt.quia qui declarat nihil de nouo dĩ facere, vt latè p Feli.in c.ſuper qõnum.in princ.de offi.deleg. & latius in c.qualiter & qñ.el j.col.14.de accu.& per Alex.in conſi.52.circa hanc. 5 col.4.vol.ex quibus vĩ, ꝙ creditor ẽt poſt ingreſſum poſſit declarare ſe fuiſſe ingreſſum vigore dicti pacti, ẽt ꝙ tpe ingreſſus iſtud non declarauerit.Quinimmo ẽt ſine declaratione vĩ dicẽdum, ꝙ præſumptio ſit, ꝙ creditor videat̃ ingreſſus vigore dicti pacti per tex.& ibi no.in l.quædam.ff.de rei vend.vbi eſt text. ꝙ ſi præcedat titulus,& poſtea ſequatur poſſeſſio, in dubio talis p̃ſumitur poſſidere ex tit.præcedenti,& ita ẽt no.Bar.in l.2. C. de acqui.poſ. Conſulere ergo. vt ante factum creditor non ponat ſe in iſta difficultate;ſed qñ vult ingredi, declaret coram teſtib. & notario rogato ſe intẽdere ingredi & poſſidere vigore dicti pacti,ſed poſt factum tenerem ẽt, ꝙ dictus ingreſſus poſſit ſuſtineri & declarari factus in virtute.d.pact.Et per iſta ſit expedita p̃ſens materia pacti execu.de ingrediendo poſſi.propria auth.potius per modum ſummarii q̃ tractatus. Nolui enim ſingula proſequi, nec ẽt prorſus omittere ne tract. argui poſſit de imperfectione,in reliquis aũt recurrendum erit ad Bart. Sali. & alios in 30 d.l.3.† Tertiò quæritur in materia, an valeat cõuentio inita inter creditorẽ & debito.videlicet ꝙ debitor, qui dedit creditori fundum in pignus pro decem cum pacto, ꝙ fructus ſint creditoris p̃ vſuris, & debitori nunq̃ liceat luere.Gl.mouet iſtã q.l.q Romæ.in prin. in gl.in ver.obtulerit. ff.de ver.obl.& diſtinguit, qđ ſi factum fuit pactum,ꝙ debitori nõ liceat luere infra annũ, ꝙ pactum valet,ſecus ſi ꝙuentũ fuit,ꝙ in perpetuum nõ liceat debitori luere;quia iſtud pactum magis continet alienationẽ,q̃ oblig.Bar.ibi;in primo membro,qñ.ſ.fuit factum pactum,vt nõ poſſit lui ante annum,poſt Dy.diſtinguit,ꝙ aut tẽpus anni fuit adiectum cauſa debitoris:& tũc ſolutio poterit fieri ante tẽpus, aut gratia creditoris tm̃, vel creditoris & debitoris inſimul : & tunc ante tempus ſolui non poterit,aut dubitat̃ cuius gratia fuerit tempus adiectum & præſumitur gratia debitoris,& iſtam diſtin.dic.Bar.procedere, qñ non apponitur vſura, ſed ſi apponat̃ vſura,di.Bar.ꝙ aut tempus apponitur curſu vſurarum tm̃,nõ autem ad ſolutionem ſortis,& tunc p̃ ſolui añ tempus.l. acceptã. C.de vſur.aut apponitur ſolutioni ſortis & curſui vſurarum, vt 32 mutuo cẽtum libras vſq; ad annum ad 10. den. pro libra in mẽſe,& tempus apponitur per ver.infra vel ante,vel ſimile:& tunc põ ſolui ante tp̃s,ſi autem apponit̃ tempus per ver.ad.& tũc nõ poteſt ſolui ante,ita diſtinguit Bar. & cum Bar.tranſeunt cõiter doc.ibi.In ſecundo autem membro,videlicet qñ fuit factum pactum ꝙ in perpetuum debitor nõ poſſit luere ; vt dixi ſupra gl. tenet,ꝙ non valeat pactum;quia eſt magis alienatio q̃ oblatio: & licet Alex.Imo.& alii doc.in iſta rõne gl.varie loquant̃,tñ vera intẽtio gl.fuit,ꝙ ideo nõ valet,tale pactũ ſuper pignore;quia p illud deuenitur ad alienationem rei pig.datæ abſq; ſpe luitionis,quod eſt contra naturam & ſubſtantiam pignoris : quia per pignus non fit alienatio,vt l.pignus.ff.de pig. Item eſt ẽt contra naturam pignoris;quia pactum, per tale pactum ſequat̃ alienatio & dñium tranſeat in creditorem, non poteſt modo in ea cõſiſtere pignus.l.neq; pignus.ff.de reg.iur.& l.ex ſextante. §. Latinus,& ibi Bar.ff.de except.rei iudi. Eſt ergo concluſio gl. ꝙ tale pactum in vim pig.non valeat , intelligẽdo vt ſupra & cum hac concluſione trãſeunt Bar.Alex.& cõiter doct.in d.l.qui Romę. in prin.Et cum hac concluſione concordat ẽt Ias.ibi,addens ꝙ ẽt iſtud pactum non valet:qa vĩ pactum l. cõmiſſoriæ.vel ſimile pacto l.cõmiſſoriæ quod in pignoribus improbatur, vt l.j. & fi.C.de pac.pig.& per latè in hoc adducta per Ias.nu.39. cum trl 31 bus ſeq.† Sed dubiũ eſt,an ſi talè pactũ non videlicet in vim pignoris,vt ſupra eſt concluſum, an ſaltẽ valeat in vim alienationis & vend.& in hoc Raph.Cu.ibi tenet,ꝙ opi.gl.q̃ eſt,ꝙ tale pactum indiſtinctè non valeat,p̃t procedere,qñ in pacto fuiſſet dictum,ꝙ debitori nunq̃ liceat luere inuito creditore,ſed ſolũ eo volente;nã p iſta verba clare dat̃ intelligi,ꝙ partes voluerũt,ꝙ creditor volẽs poſſit reſtituere pignus & cogere,ꝙ debitor luet & reſtituat pecuniã.qđ non p̃t ſtare cũ vẽditione, & hoc modo dicit Raph.poſſe ſaluari opi.gl.ꝙ pactũ non valeat.Sed ſtãdo in ſimplici pacto, ꝙ debitor nunq̃ poſſit luere,ſine dicta ſubaudõne,& ſic in meris terminis gl.dicit Raph. ꝙ gl.non eſt vera, ſed ꝙ talè pactũ valebit in vim venditionis,licet non in vim pignoris,& iſtam opi,ꝑ gl.tenet ẽt ibi Pau.de Caſt. & eam conat̃ ſubtiliter corroborare Soci.ibidẽ: dicit eñ ꝙ licet contractus pignoris non poſſit virtute dicti pacti in aliã ſpẽm ꝑctus trãſire , & ſic in venditionem:quia verborum ſignificatio repugnat ; tñ ꝙ p tale pactum ꝑ ſubſtantiã ꝑctus adiectũ partes vñr voluiſſe aliã ſpẽm ꝑctus inire,arg.l.in ſulam.ff.de præſcr. ver. per quẽ tex.ita declarat Imo.in l.vbi ita donat̃.ff.de don.cã mor.& eſt tex.in c. illo vos.de pigno.ſm intellectũ Ant.de But.& aliorũ,& iſtud dicit Soci.ſenſiſſe ẽt Cu. Tñ opi.& deciſionẽ gl. videlicet ꝙ pactũ initum ſuper pignore,ꝙ debitor nunq̃ poſſit luere, ẽt abſq; ſubauditione Cu.qui ſubaudit,creditore inuito,ſed eo volente ſic, indiſtinctè non valeat, nec in vim pig. nec in vim venditionis, tenet ibi Bar.Aret.Alex.Ias & alii,& mouentur:quia tale pactũ eſt contra ſubſtãtiam pignoris , & propria verb.ſignificatio nõ patit̃ , ꝙ talis ꝑctus poſſit tranſire in ſpẽm venditionis,ar.l.cum præcario.ff.de præca.& eorum q̃ notant̃ per Bar.in d.l.vbi ita donat̃.ff.de do.cã mor.& non habet obſtare motiuũ Soci. quia illud põt eſſe verũ,qñ verba ꝑctus non ripugnarent;tunc eñ pactum appoſitũ ꝑ ſubſtãtiã ꝑctus facit, ꝙ partes videant̃ velle facere aliam ſpẽm ꝑctus,qñ. ſ. verba ex propria ſignificatione nõ repugnant,ſecus aũt ſi diuerſitas verborũ repugnat, iſte eſt tex. & ibi declarat Bar.in d.l.vbi ita donat̃ dicit eñ ibi tex. & Bar. ꝙ pactum appoſitum in ꝑctu præcarii, ꝙ non liceat reuocare , eſt ꝑ ſubſtantiã precarii : quia precarium p̃t reuocari ad voluntatẽ ꝓcedentis,& non p̃t trãſire in donationem;quia nomen precarii eſt penitus ſeparatũ à noĩe donationis,ſed ꝙ don.cã.mor. valeat in vim donationis inter viuos pp aliquod pactũ ꝑ ſubſtantiam do.cã mor.verborũ ſignificatio non repugnat,ſed vbi nõ exprimit̃ aliquod nomẽ ꝑctus , ſed ſimpliciter conceditur hoc modo,videlicet concedo tibi talẽ rem hoc pacto,ꝙ non liceat reuocare;tunc quia non eſt expreſſum nomen precarii vel alterius ꝑctus.intelligi debet de illo contractu , qui ex verbis meli⁹ colligi põt,ita dicit Bar in d.l. vbi ita donat̃,in propoſito igitur noſtro verba pignoris adiecta in q.gl. non p̃nt adaptari ad vẽditionem,ſed repugnant oĩno,meritò non põt dici,ꝙ partes voluerint vendere,prout dicit Soci.Non ob.ꝙ pactum , ꝙ non liceat vnq̃ debitori luere pignus,non ſit ꝑ ſubſtãtiam ꝑctus , ſed ꝑ naturam,quo caſu non vitiat,per no.per gl.& doc.in l. pacta conuenta.ff.de contrab.empt.vt dicebat Soci. Quia immo cõtra ſubſtantiam contractus dĩ eſſe, qñ inter contrahentes intẽdebatur fieri vnus cõtractus,& pactũ facit,ꝙ inducatur alius ꝑctus diuerſus,in quo partes non conſentiunt: vt no.Bald.in l.ad exactionem.in fi.C.de do.promiſ. & ſicut pactum adiectum in precario, ꝙ nõ liceat illud reuocare, dĩ contra ſubſtantiã ꝓtractus precarii,& vt inquit Bar.in d.l.vbi ita donatur.ita & pactum adiectũ in pignore,ꝙ nunq̃ debitori liceat luere eſt contra ſubſtantiã pignoris,vt in tit.C.de luitio.pig.& probatur:quia qñ pignorata eſt res pro tanta q̃titate,ꝙ veriſimiliter non ſit ſpes luitionis,non dĩ pignorata,ſed alienata:vt per Bar.& Alex.in l.qui habebat.in prin.ff.de leg.2. & per ꝓñs nõ puto recedẽdũ ab opi. gl.Bar. Alex.& ſequacium,q̃ eſt cõis & vera.† Et adde prædictis, ꝙ ſicut non valet pactũ , ꝙ debitori non liceat luere pignus in perpetuum,ita ẽt non valet,ꝙ non poſſit luere infra 30.annos: quia talis ẽt cẽ ſet̃ perpetua prohibitio luitionis,& per ꝓñs alienatio:vt no.gl.fi.in l.fi.C de pac.pig.& ibi ſequuntur Bal. & Sali.& referunt Alex.& Ias.poſt alios in d.l.qui Romæ.in princ.Itẽ adde,ꝙ tempus præfixum ad luendum non currit, qñ propter impedimentum guerræ,vel aliud luitio fieri non potuit, vt per 33 Ro.435.in præſenti conſultatione &c.† Quartò quæritur, an in re,quæ venditur poſſit apponi pactum, ꝙ illa res ſit ſpãliter hypothecata p aliquo debito ipſius emptoris, puta pro dote vxoris illius,& tale pactum faciat, ꝙ dicta mulier pro dote licet poſterior in tempore aliis creditoribus dicti emptoris debeat illis præferri in dicta re empta ſpecialiter ei hypothecata? quę qõ frequenter contingit in ciuitate Florentiæ.& facit dubiũ; quia ex quo anteriores creditores hñt generalẽ hypothecam in bonis emptoris,in qua veniũt ẽt bona futura,iuxta l.fi.C. quæ res pig. obl.non vĩ,ꝙ ille emptor potuerit eis præiudicare;quia licet debitor poſſit præiudi creditoribus chyrographariis in acquirendis.l.qui aũt.in prin & §.j ff.quæ in frau.cred.Tñ ſecus eſt in creditoribus hñtibus hypothecã : vt inter creditorẽ chyrographarium & hypothecarium diſtinguit Pet. de Anch.in conſi. 101. ex prædicto themate.ad fi.per multa de quibus ibi per eũ,& maximè p tex. vbi dicit eſſe caſum de hoc in l.fraudẽ.in prin. & in §.idemq; iuris.ff.de iure fiſ.vbi debitor.in cuius bonis fiſcus habet tacitã hypothecã,nõ põt in p̃iudi. fiſci repudiare ius ſibi delatum,& hoc pp tacitã hyp quã habet fiſcus in eius bonis. Et nõ ob.ſi dicat̃, ꝙ illud ſit in dicto tex.pp priuil.fiſci.& non pp dictã tacitam hyp.quia rñdet ipſe, ꝙ hoc non eſt verũ, cum fiſcus in dubio præſumatur velle vti iure priuati,vt l.j.& l.cogi. & ibi per doc.C.de pet.hær.& quia in creditis exigendis magis ſunt priuilegiati priuati creditores.q̃ fiſcus.l.quod placuit.ff.de iure fiſ.vn de ſi dicta repudiatio nocet aliis priuatis creditoribus.d.l.ꝙ aũt, fortius debet nocere fiſco,cum autem in d.l.in fraudem.in princip.& in d. §. idemq; iuris. aliud dicatur,oportet de neceſſitate dicere,ꝙ illud operatur ibi tacita hypo.ita ibi tenet Pet. de Ancha. qui etiam ad hoc mouetur pluribus aliis rationibus, vt ibi videri poteſt.& iſtud idẽ refert & ſequitur in ſignis doc. D. Frãc. 34 Pepius floren.inter cõſi.Soci.4.vol.conſ.76.quia per dñm.† Tñ præmiſſis non obſtan.ꝓrium de iure verius eſſe arbitror,videlicet ꝙ vẽditor in vẽditione rei ſuę poſſit ĩ ipſa vẽditione apponere dictũ pactũ ſpãlis hypothecæ in fauorẽ alicuius ſpãlis creditoris

Source : BIU Cujas

ditoris dicti emptoris etiam posterioris in tempore in præiudi. anteriorum creditorum: quia regulariter dominus in traditione rei suæ potest quascunque conditiones & pacta apponere.l. in traditionibus.ff.de pac.& l.legem.C.eo.tit. vnde dicit Bald.in l.nulla.C de iure dot.q̃ in venditione rei suæ quicquid non inuenitur prohibitum censetur permissum, & ita tenet Socin. in consi.118.primo aspectu.2.vol. duplicato per errorem in cõsil. 75.4.volu.& ita etiam probatur ex text. in l.qui absenti.§ j.ff.de acquir.posiunctis no.per glo.& doc.ibi.Istud tamen sane intelligendum est,videlicet si tale pactum adijciatur ab initio c̃tus ante traditionem, vel saltem in ipsa traditione, secus autem si adijciatur post traditionem rei;quia tunc non posset preiu.anteriorib creditoribus emptoris,quibus immediate per ipsam traditionem & dominij translationem factam in emptorem esset acquisitum ius hyp.ita tenet Bald. in l.fi. C. commo.& in l.eam
35 cui.C.de actio. & obli. † vbi illud, quod dicitur in l. Iulianus. §. offerri.de actio.emp.videlicet q̃ venditor in re vendita dicitur habere ius quasi pignoris,propter quod potest retinere rẽ venditam pro suo pretio consequendo,dicit habere locum ante traditionem rei venditæ factam emptori, sed si iam deuentũ esset ad traditionem:tunc nisi ab initio contractus venditor pepigisset,vt res vendita pro pretio remaneret sibi hypothecata,nõ poterit dici,q̃ remanserit hypothecata,& venditor in ea non potest an modo præferri aliis creditoribus emptoris etiam solã per 38
sonalem obligationem habentibus,& mouetur Bal.per text. in l.j.§.fi.cum gl.ff.de rebus eorum.& ipsum refert & sequit̃ Alex. in l.si cum dotem.§ fi.ad fin.ff.sol mat. Sed insurgit in prædictis vna difficultas, videlicet quid si tale pactum non fuit adiectum ab initio contractus,nec etiam in ipsa traditione rei,sed post rei traditionem in eodem contractu antequam contractus esset 39
absolutus,an tunc tale pactum operetur eundem effectum ĩ fauorem specialis hypothecæ adiectæ pro seruo creditore in præiudi.aliorum anteriorum credi.emptoris? Et videbatur dicẽdũ q̃ sic per illam reg.quæ est.q̃ ea quæ incontinenti fiunt,videnť inesse siue in prin.siue in fi.contractus fiant.l. lecta. ver. dicebã. ff.si cer.pet.& quia ante contractum absolutum non videtur ex eo ius perfectè quæsitum.l.contractus.C.de fi.inst.& ita vť velle glo.no.in l.in bonę fi.in ver.incontinenti.C.de pac.quæ vult,q̃ illud dicatur fieri incontinenti,quod fit ingressũ vel egressũ cõtractus,antequam paciscentes ad alia diuertant, & dictam glos. sequuntur ibi Old.Bal.Ang.& Bart. in d.l.contractus.& Bald in l.petens.C.de pac.in 15.col.& comprobat Alex.in d.l.in bonę fi. ad fi. Subdẽs ibi, q̃ in dubio partes non præsumuntur habuisse contractum pro absoluto,si nondum diuerterunt ad extraneos actus per allegata ibi per eum, & propterea in terminis nostræ. q. videtur dicendum,q̃ sufficiat apponere dictum pactũ in quacunque parte contractus,siue ante traditionem,siue post,dummodo hoc fiat antequam partes deueniant ad extraneos actus, & sic ante contractum absolutum. Nihilominus cõtrarium de iure puto verius,videlicet q̃ requiratur, q̃ tale pactum sit appositum in initio contractus, uel saltem in ipsa traditione rei, & 40
istud iudicio meo probatur per tex.in d.l.j.§ fin. cum l. seq.ff.de rebus eo.vbi est tex.q̃ si minor emit rem pacto adiecto a venditore,vt res uendita remaneat sibi obligata, donec ei pretiũ soluatur a minore emente, non valet tale pactum & constitutio pig.in fauorem venditoris;quia vbi dominium rei vend. cœpit esse quæsitum minori ementi, q̃ fit mediante ipsa tradi. vt declarat glo.non potuit amplius.d.res per minorem obligari ipsi vendi.sine decre.& tamen vt subditur ibi in l.2.videbatur dicendum contrarium ex quo.n.pignus incontinẽti fuerat adiectum in d contractu,videbatur q̃ dominium esset quæsitum minori cum d.obligatione pign. & q̃ venditor quasi ab initio inheserit pignori,ita dicit ibi tex.licet (vt ibi subditur) aliud esset,si pupillus emisset a fisco cum dicto pacto & obligatione; tũc enim fauore fisci valeret obligatio,quod tamen intelligit ibi gl. non ratione pacti & expressę obligationis, sed ratione tacitæ hypothecæ introductæ a iure fauore fisci:vt l.2.C.in quib. cau.pigno. taci.c̃ha.& sic probat ibi,q̃ pactũ hypothecæ & pignoris adiectum per venditorem in re vendita in eodem c̃tu post traditionem non causat pignus,qñ vẽditio facta fuit inter priuatos, secus autem si tale pactum fuisset adiectum ante traditionẽ rei venditæ,& ita etiam illum tex.intelligit ibi Bald.videlicet q̃ ad hoc vt pactum super hypotheca rei venditæ adiectum per venditorem valeat requiritur, q̃ nullo momento temporis res vẽdita fuerit liberè in dñio pupilli emptoris,sed q̃ ad eum transierit cum dicta affectione,vnde si translatio dominii præcessit pactum de hypotheca,non valet pactum:& ex hoc dicit Bald.esse ibi casum,in quo valet c̃tus,& tñ nõ valet pactum in eo appo-
36 situm. † Ad idem optimus tex.in l.licet.C.qui pot. in pign.hab. ubi hť, q̃ res empta ex pecunia vnius creditoris est nihilominus obligata priori creditori emptoris, & ille præfertur secũdo creditori,ex cuius pecunia res empta fuit. Nisi statim in emptione dictæ rei conuentum fuerit,q̃ illa res esset specialiter obligata secundo creditori,ex cuius pecunia empta fuit. Ita est ibi tex. ex quo appatet,q̃ ad hoc vt res empta per debitorem meũ possit mihi obligari in præiudicium alterius anterioris creditoris, debet talis specialis hypotheca apponi statim in ipsa emptione 37
& facit etiam tex.in l.quamuis.C.de pigno. † Et ita videntur intelligenda no.per Pau.de Cast.& alios in l.c̃ iuris.§.j. ff.de pact. vbi volunt,q̃ administratores,vt sunt tutores, procuratores & alii, possunt in actũ c̃hendi præiudicare eorum principalibus apponendo in contractu pacta resolutiua ipsius contractus, videlicet q̃ istud sit uerum,quando talia pacta apponũtur in initio contractus,vel in traditione rei,secus autem si apponant̃ postea. Et per hoc in spẽ decidit ibi Paul.de Cast. quòd tutor emẽs pro pupillo potest tempore quo emit apponere pactum de reuendendo,quandocunque venditor restituet pretium,& quòd tale pactum valebit, & ita refert ibi Ias. Nam etiam istud intelligi debet, quando tale pactum in initio contractus, uel saltem ante traditionem rei venditę appositum fuit,secus autem si appositum fuerit post traditionem rei per tex.in dic. l.prima. §.fi cum l.sequent.ff de rebus eorum.Et pro prædictorum confirmatione optime faciunt no.per gl.& doc.in l.2. ff.de in diem addictio.& in l.obligationum ferè.§.conditio.ff.de act. & oblig. vbi ad cognoscendum, an contractus sit purus & resoluendus sub conditione,an verò conditionalis,attendi debet, an c̃ditio adijciatur ab initio substantiæ c̃tus; quia tunc erit conditionalis,an verò conditio adijciatur ex post resolutioni ipsius c̃tus; quia erit purus sed resoluẽdus sub conditione adiecta, † licet in vltimis uoluntatibus sit aliud:siue ab initio adijciatur c̃dõ, siue conditio apponatur resolutioni actus,semper dispositio reputatur conditionalis:vt vult gl.in d.l.2.& est text. & ibi Barto.Soci. & alii in l.quibus diebus.§.quidam Titio.ff.de condi.& demon. & ratio differentiæ inter contractus & vltimas uoluntates assignatur ibi per Soci. † Et non obst.illa regula, q̃ ea quæ inconti nenti fiunt censeantur inesse. d. l. lecta. ver.dicebam,quia dicta regula non videtur procedere respectu traditionis & translationis dominii,ea ratione:quia facta traditione in cõtractu emptionis & vendi.etiam quòd nondum contractus sit absolutus, transit dominiũ rei uenditæ in emptorem:ita tenet Bulga. glosator,mutata priori opi.in l.contractus.in gl.in versi vel id.C.de fi.instru.& ibi sequuntur Bar.Bal.Sali.& communiter alii,& rõ est:quia licet contractus non sit perfectus, tamen sufficit quòd adsit consensus,qui est causa immediata translationis dñij:ut declarant ibi Bal. & Saly. vnde cum dominium sit translatum, ẽt q̃ contractus nondum sit absolutus,non possunt pacta incontinenti adiecta afficere dominium iam trãslatum in emptorẽ: cum iam sit ei quæsitũ ius,secus autem est in aliis contractibus, in quibus non agitur de translatione dominii: quia in illis non dicitur ius perfectè quæsitum alteri contrahenti ante absolutũ ipsum contractum,sed dominio quæsito emptori ius hypothecæ competẽs creditoribus emptoris fuit etiam quæsitum in dicta re empta per eorum debitorem immediatè, quod dñium in ipsum debitorem fuit translatum, & ideo amplius eis preiudicari non põt per aliquod pactũ.l.id quod nostrũ.ff.de reg.iur. † Corroboratur etiam hoc;quia dicta regula,q̃ ea quę incontinenti fiunt censentur inesse,de qua in d.l.lecta. ver. dicebam,pcedit per quãdam fictionem,declarat Bart.in l.si is qui pro emptore.in 3.col.ff.de vsuc.ut no.Ias.in d.l.lecta.in d.ver.dicebam, & ad esse fictionis translatiuæ de tempore ad tempus & de loco ad locum requiritur habilitas extremorum,aliàs effectus fictionis non procedit:vt latè per Bar.in d.l.si is qui pro emptore. in materia extremorum. vnde cum tempore pacti adiecti post traditionem iam dominium non sit apud venditorem,sed trãslatum sit in emptorem, deficit extremum ad quod, videlicet ipsum dominium,in quo residet hypotheca,& per consequens cessat regula prædicta fundata in fictione. Aduerte tamen,q̃ dictum pactum adiectum etiam post traditionem valet quò ad solum præiudicium emptoris,sed non quò ad præiudic.creditorum,ut dictum est.& q̃ ualeat quò ad præiudic.ipsius emptoris, probatur arg.no.per Bar.in l.alienam.in prin. ff. de pigno.actio. & in l.si indebitum.§.fi.ff.rem ratam habe.& eorum quæ habentur per Soci. in consi.126.in causa secundi decreti.in 4.uol.ubi habetur,q̃ si procurator non habens idoneum mãdatum obligauit rem domini uni,& postea eam dominus obligauit alteri, & demum dominus ratificauit obligationem factam per procuratorẽ,q̃ ratificatio domini valet in præiudi ipsius dñi, sed quò ad præiudi.creditoris,cui dñs ante ratificationem obligauit,ratificatio non trahitur retro; quia ante ratificationem ius erat quæsitum ipsi creditori,cui dñs obligauit, ita & in proposito,pactum adiectum post traditionem factam emptori valet quò ad præiudi.ipsius emptoris, licet non p̃iudicet creditoribus ipsius, quibus ius fuerat quæsitum per ipsam traditionem & dominij translationem. Præterea secundo modo potest responderi ad regulam prædictam.d.l.lecta.ver. dicebam. q̃ dicta regula non habet locum,quando contractus principaliter fit pro vno, & pactum apponitur pro alio:tunc.n.tale pactum non informat actionem ex dicto contractu: ita tenet glo. magna ante mediũ in l.petens.C.de pac.& ibi Bar.in 2.col.in fi.& 1.q. & late firmat Ias.in d.ver. dicebam. in antepen.col.in j. limi.vnde cum c̃tus

venditio

Source : BIU Cujas

venditionis fiat cum emptore;pactum autem, ꝙ illa res vendita sit hypothecata pro credito alterius fiat pro alio, cessat d.regula, ꝙ pacta censeantur in esse ad informandum contractum super quo apponuntur. Tertiò respondetur ad dictam regulā, ꝙ illa non habet locum in actibus momentaneis: ita not.Bald. in d.c.dilectus in j.col.ad fi.de fi.instr.per text.in l.Thais.§ intra. ff.de fideicom.lib.& refert Iaso.in d.l.lecta.in 10. col.vnde cum traditio & translatio dominii sit actus momentaneus: quia momento expeditur,non habet locum in ea.d.regula.† Non obst. 41
ꝙ debitor non possit præiudic. creditori hypothecario in acq rendis,iuxta no.per Pet.de Anch in d.consi.101. quia illud posset procedere, quando acquisitio tota penderet ex voluntate ipsius debitoris acquirentis,puta in aditione hæreditatis,uel huiusmodi actibus dependentibus ex uoluntate acquirentis tātū, & ita loquitur d.l.in fraudem.in prin.& §.idemque iuris, sed in actu & contractu dependente etiam ex uolū tate alterius. ut in emp.& vendi.cessant dicta iura; quia dominus rei vēdendo in traditione potest apponere quascunque conditiones & pacta quæ vult regulariter loquendo. d. l.ī traditionibus. Vlterius ad d.regu.d.l.lecta ver.dicebam datur alia responsio, videlicet ꝙ d.regu.procedat,quādo actus fit ab habentibus potestatē de nouo inchoandi actum;tunc enim verum est, ꝙ ea quæ fiunt incontinenti censentur actui inesse,secus est, quando actus fit ab illo,qui non possit actum de nouo facere:ita colligitur ex no.p Imo.in l.iudex postquam.ff.de re iudi.quæ refert Alex.in cons. 90.fere omnis.pen.col.ver.præterea gl j.uol.In quibus locis inferunt ex hoc, ꝙ iudex post uerbum condemno, in sententia prolatum simpliciter,non potest suam sententiam corrigere, etiam si correctio fieret,antequam iudex diuertat ad extraneos actus: quia iudex post condemnationem uel absolutionem non potest aliquid de nouo facere per allegata in locis prædictis, vnde si aliquid vult addere dic. verbo, condemno, vel absoluo, debet illud addere in eodem orationis contextu: † quia est magna differentia, an aliquid fiat in eadem 42
oratione,an ī diuersa:ut patet ex no. in l.siquidem. C. de excep. & in l.exceptionem.C.de proba.& ex no.per glo. in l.item Labeo.§ j.ff.famil.ercis.& no per Bal.& Ang. in d.l.iudex postq̄ ꝓcedunt,quando adiectio fit in eadem oratione: ita tenet Alex. in d.consi.90. in pen. col. post Imol.in d.l.iudex postquam. In casu autem nostro post dominij translationem in emptorem & ex consequenti ius hypothecæ acquisitum anterioribus creditoribus emptoris,ipse venditor non posset de nouo actum facere super dicta re in præiudi. dictorum creditorum, ar. l.id qđ nostrum.ff.de reg.iu & per consequens cessat d. reg. dic.l.lecta. ver.dicebam.& d.l.cōtractus.C.de fi.instr. & remanet firma cōclusio,ꝙ tale pactū ad hoc ut præiudicet anteriorib.credit. emptoris debet apponi in initio contractus, uel saltem in ipsa traditione rei venditæ,quæ no.quia quæstio est contingibilis. Vltimò dubitatur in ista materia pactorum, quid si creditor fecit pactum cum debitore: ut res sibi obligata non possit alienari p ipsum debitorem,an si sequatur alienatio facta per debitorem, valeat in præiud.creditoris? Et dicendum est ꝙ non per text.in l.si creditor.§.fi.ff. de distra.pig.& ibi no. Bar.secundum literam pisanam:intelligendo tamen,ꝙ dicta res sit specialiter obligata creditori:vt latius dixi sup.in 2. par.in 5. differentia. Et prædicta procedunt, quando debitor contra dictum pactum de non alienando dictam rem uenderet inuito, uel inscio creditore, sed si debitor pro suo interesse instaret, vt uel creditor venderet,vel permitteret, ꝙ ipse debitor possit uendere, & præstaret cautionem,iuxta.l.quamuis.in prin.ff.de pign.actio. & l.sicut.§. illud.ver.Tutius.ff. qui.mo.pig.uel hypo.sol. per quam Bart.ibi. in fi.dicit determinari.d.l.quamuis.putarem, ꝙ debitor istud deberet impetrare,quia dictum pactum operatur, ꝙ debitor non possit uendere inscio uel inuito creditore,sed non tollit facultatem debitori impetrandi.ꝙ creditor uendat, uel saltem sibi permittat uendere præstita cautione, de quo sup. & faciunt ad hoc no.per Bar.in l.creditoris.ff.de distrac.pig.Aliàs esset ualde indecens,ꝙ res pig.quæ forte ualet ultra duplum,quàm sit debitum, non possit uendi ad beneficium debitoris,ut di.text. in d.l quāuis. quæ non debet censeri correcta per dic. l.si creditor.§. fin. ar.l.præcipimus. C. de appell.cum vulga. Super quo tamen cogita: quia doc.non tangunt.Et per hæc est expedita quarta pars istius tractatus.

QVINTA PARS Principalis.

SEquitur modo quinta pars principalis huius tractatur, in qua ueniunt examinandi effectus, qui producuntur & resultant ex hypothecis & pignoribus. Et diuiditur ista pars in quinque membra. In primo membro videbimus de pluribus effectibus in genere ex hypothecis & pignoribus resultantibus. In secundo de pluribus effectibus ex prioritate & posteriritate resultantibus. In tertio de iure offerendi quod competit in pignoribus & hypothecis,& de eius effectibus. In quarto de iure retinendi res ex cā pignoris & hypothecæ, & de expensis melioramētorū. In quinto videbimus de fructibus pignorum.

SVMMARIVM.

1 *Promittens dare fideiussores,an dando pignus inuito creditore liberetur.*
2 *Creditor non potest inuitus astringi ad pignorum custodiam.*
3 *Sufficientia debitoris quodammodo liberat eum a satisdatione.*
4 *Satisdare coactus an dando pignora vel fideiussores liberetur.*
5 *Debitor alternatiuè promittens vel soluere,vel dare pignora,an dans pignus liberetur.*
6 *Regula,quòd in alternatiuis electio sit debitoris,procedit, quando alternatiua cadit inter duo,quorum vtrunque est in obligatione & solutione.*
7 *In alternatiua exigendi electio est agentis.*
8 *Datio pignoris quid operetur,& ad quid fiat.*
9 *Obligatus ad nudam cautionem an liberetur promittendo sub hypotheca suorum bonorum.*
10 *Res hypothecata pro sorte an censeatur hypothecata etiam pro vsuris.*
11 *Tacita hypotheca introducta a iure pro legatis an competat etiam pro vsuris legatorum.*
12 *Tacita hypotheca respectu vsurarum conditionaliter debitarum cuius temporis respectu sit attendenda.*
13 *Fictio cuius sit naturæ,& an semper habeat iuris effectum.*
14 *Hypotheca tacita vel expressa conditionalis licèt constituatur ab initio actus,tamen ex ea non oritur actio nisi purificata conditione.*
15 *Conditio quo casu retrotrahatur, & quo casu non.*
16 *Specialitates plures circa idem a iure inductæ possunt concurrere.*
17 *Tacita hypotheca a principio pro dote introducta nō extenditur ad augmentum dotis,& quare.*
18 *Tacita hypotheca non est deterioris conditionis quàm expressa.*
19 *Tacita hypotheca quæ datur pro legatis constituitur tempore mortis testatoris sub conditione legati, & ex ea non oritur actio nisi purificata conditione.*
20 *Hypotheca tacita,quæ competit pro legatis conditionalibus,non trahitur retro purificata conditione, sicut in contractibus.*
21 *Tex l.qui balneum.§ 1.ver.sed si hæres.ff.qui potio.in pig.hab. de quo pignore sit intelligendus.*
22 *Tacita hypotheca competens pro legato cōditionali & vsuris non trahitur retro purificata conditione in præiudicium emptoris vel creditoris, quī ab hærede acquisiuit ius in bonis testatoris,pendente conditione.*
23 *Pignus non potest constitui, neque dari adiecto solutioni.*
24 *Emens rem alteri hypothecatam an teneatur soluere pretium venditori, priusquam res vendita sit libera.*
25 *Conditio suspensiua impedit obligationem.*
26 *Creditor non dicitur is, qui sub conditione creditor est.*
27 *Dubius euentus alicuius conditionis quando sit in consideratione.*
28 *Vendens rem alteri hypothecatam sub conditione non tenetur de dolo.*
29 *Viro ad inopiam vergente licet mulieri agere ad consignationem dotis.*
30 *Actio pro dote regulariter non competit constante matrimonio.*
31 *Mulieri agenti ad bona mariti hypothecata an possit per creditores offerri dos in pecunia & peti relaxatio bonorum cum cessione iurium dotalium.*
32 *Mulieri in causa dotis agenti fauendum est.*
33 *Mulier an in casu inopiæ mariti possit illius bona omnia occupare.*
34 *Mulier an constante matrimonio possit impedire hypothecam bonorum sui mariti.*
35 *Mulier potest in causa dotis bona mariti fisco publicata vendicare.*
36 *Retentio dotis quo casu competat hæredibus contra vxorem defuncti.*
37 *Redditio rationis,quæ fienda est pro administratione tutelæ, non potest separari, sed insimul tota reuideri.*
38 *Mulier an possit actionem sibi pro dote competentem ratione inopiæ emergentis alteri cedere.*
39 *Actio subsidiaria non habet locum in materia hypothecaria.*
40 *Mulier potest agere vtili rei vendicatione ad rem emptam ex pecunia dotali,& ad rem estimatam in dotem si maritus non sit soluendo.*
41 *Hypotheca conuentionalis adiecta pro principali obligatione non se extendit ad pœnam in contractu appositam respectu priuilegij.*
42 *Lex.2.C.de rescind.ven.an locum habeat in contractu pignoris.*
43 *Re empta minus iusto pretio & alteri quàm emptori hypothecata an teneatur emptor restituere,an liberetur iustum pretium supplendo.*
44 *Venditione facta cum pacto de reuendendo infra certum tempus, si fiat reuenditio hypothecæ factæ super illa re per emptorem, censentur resolutæ.*
45 *Donatione resoluta defectu insinuationis &c. videtur etiam resoluta hypotheca causata penes donatarium.*
46 *Dispositio.l.quoties.C.de rei ven.an locum habeat in pignore.*
47 *Pœna falsi qua tenetur vendens rem duobus non habet locum in pignorante rem duobus.*
48 *Pretium an in hypotheca succedat loco rei.*
49 *Actio & passio non stant in eodem subiecto.*
50 *Hypothecaria non extinguitur cum personali,si personalis de rigore tollitur.*
51 *Hypothecaria sua conditione durat quousque sit solutum & satisfactum creditori.*
52 *Hypotheca non confunditur successione.*
53 *Hypotheca an confundatur per aditionem hæreditatis debitoris per creditorem*

Source : BIU Cujas

torem hypothecarium factam.

54 *Succeſſio quandoque eſt loco ſolutionis, & quandoque non.*

55 *Acquiſitio dominij rei hypothecatæ an confundat hypothecam.*

56 *Hæres debitoris ſui ſi antequam adeat cedat hypothecam ſuam, vtilis quæ competit ceſſionario non confunditur per ſequentem aditionem, directa autem ſic.*

Primum membrum.v.partis.

CApiendo itaque primum membrum, quod concernit plures effectus generales reſultãtes ex hypothecis & pi-
1 gnoribus. † Primò quæritur, an ſi quis promiſit dare fideiuſſores, liberetur dando pignora etiam inuito credi tore,& glo.in l.prætoriæ.ff.de præto.ſtip.& ibi Bar.tenent ꝙ ſic. Idem tenent Cyn.& Bal.in l.j.C.de procu.& glo.in auc.de exhi. reis.§.ſuſcepto.glo. Bart. & magis communiter doc.in l.j.ff.qui ſatiſd.cog. & facit ratio: quia melius eſt incumbere pignori, q̃ in perſonam agere, & ſic quam habere fideiuſſores. l. plus cautionis.ff.de reg.iur. Quod tamen tu tempera & intellige eſſe verum,quando quis ſimpliciter teneretur ſatiſdare; tunc enim,vt dictum eſt, ille poſſet pignora uel fideiuſſores dare, ſed ſi quis expreſſe promiſiſſet dare fideiuſſores, non poſſet inuito creditore dare pignora; quia aliud pro alio inuito creditore ſolui non poteſt, etiam ſi melior conditio offeratur, ut in §. præterea,inſti.de act.& l.fi.ff.de vſu & hab.tex.iuncta glo.in auc.offeratur.C.de lit.conte.no.Iac.But.& Sal.in l j.C.de procu.Sequun
2 tur Alex.& Iaſ.in d.l.j. ff. qui ſatiſda.cog.† Et pro hoc Iaſ.ibi adducit aliam rationem: nam ſm eum labor eſt in cuſtodiendo pignora & periculum,quibus creditor inuitus aſtringi non debet,allegat text. not. in l. quemadmodum.§. pen.ff.ad l.Aquil. Quem tex dicit eſſe notandum contra hebreos fęneratores, q reſtituunt pignora, puta veſtes corroſas a tineis,vel muribus ꝙ tenentur ſoluere damnum & intereſſe,& faciunt not.per Bald. in.l.quæ fortuitis.6.col.C.de pigno.actio.vbi dicit,quòd fęnerator,qui pignoratas res minus diligenter excuſſit a tineis, eſt in leui culpa, & per conſequens tenetur per l.ſi vt certo.§.nunc videndum.ff.commo.

3 † Item adde prædictis,ꝙ qui tenetur ſatiſdare, liberatur a ſatiſdatione prædicta,ſi ſit valde diues & idoneus,vt no. Bart.in l. quicunque.la 2.C.de fun.patri.lib.11.& tradunt Alex. & Mod. in d.l.j.ff.qui ſatiſd.cog.Sed qui tenetur dare pignora, non liberatur,etiam ꝙ ſit valde idoneus; quia plus cautionis eſt in re, q̃ in perſona,ita tenet Decius in regula.plus cautionis, per illum
4 tex.ff.de regu.iur. † Secundò dubitatur, an qui tenetur ſatisface re,liberetur dando pignora vel fideiuſſores,& Guil. Bart.Alex. Iaſo.& alii in d.l.j.ff.qui ſatiſd.cog.tenent ꝙ ſic: ſecus autem eſſe dicunt, ſi quis teneretur ſoluere; quia tunc requiretur pecuniaria ſolutio, & non ſufficeret dare pignora vel fideiuſſores. l.4.§.ait prætor.ff.de re iud.l.item liberatur.l.j.ff.qui.mo.pig.vel hypo.ſol.& late habetur per Soci.in conſi.93. circa primum.j.& 2.col j.vol.vbi etiam dicit,ꝙ iſta verba vulgari ſermone, fare il douere,idem important, ꝙ ſatisfacere. Et ꝙ dictum eſt de verbo,ſoluere,eſt etiam dicendum de verbo reſtituere & dare, vt late firmat Socin.in conſi.90.4.col.ver. item promiſit. 4. vol.Et ex prædictis infert Bal.in c.cum aliquibus. de re iud. per illum tex.ꝙ condemnatus ad ſoluendum non intelligitur ſoluere,licet pignora offerat,& ideo ſi aliquis eſſet cõdemnatus pro maleficio in centum:& ſi.inf.menſem non ſoluerit,pœna duplicetur,non ſufficeret dicto condemnato offerre pignora in communi,& facit ad prædicta,quod no.Bar.in l.ſtatuliberos. §.ſi qs acceperit.ff.de ſtatulib.ꝙ ſtante ſtatuto, ꝙ qui non poteſt ſolue re condemnationem pecuniariam de mille,capite puniat̃,non ſufficit ſi velit dare fideiuſſores,& idẽ tenet Bart.in l.a.ff.de cuſt. reo.Et ita refert & ſequitur Iaſ.in d.l.j.in 1.col.ff. qui ſatiſd. cog. Aduerte tñ in prædictis ad vnum,videlicet ꝙ ille qui tenetur ſatisfacere ex diſpoſitione hominis,tenetur ſoluere, aliàs non liberat̃, & ideo iſto caſu non ſufficeret dare pignora, vel fideiuſſores.l.promiſſor.& auc.ſi qñ.C.de conſti.pe.& tenent Guil.Bal. & doc in d.l j.ff.qui ſatiſd.cog.& eſt tex.& ibi Bart.in l.fi.ff.ſi cer. pet.refert & ſequitur Soci.in d.conſil.90.viſis quibuſdam.4.col.
5 verſi.3.concluſio.4. vol. † Tertiò dubitatur,quid ſi debitor promiſit alternatiuè uel ſoluere,uel dare pignora,an ſi velit præſtare pignora ſufficiat.& Barto.poſt Guil.de Cun. in l.quamuis.in prin. ff.de pig.ac.ſingulariter determinat, ꝙ non ſufficiat: quia in iſta alternatiua eſt electio creditoris,& opin.Bar. ſequunt ibi Albe.Fulg.& Pau.de Caſt.& Alex.in d.l.j.ff.qui ſatiſ.cog. Et iſta eſt communis opi.contra quam Iaſo.ibi.& in l.4.§.ſi ex cõuentione.ff.de re iud.dicit ſe valde dubitare;quia ſm eum dict̃ pactum de præſtando pignora alternatiuè non dr̃ appoſitum fauore creditoris,ſed potius fauore debitoris,& ideo vr̃ dicẽdum ſm Iaſ.ꝙ deciſio Bar.& aliorum,quæ eſt, ꝙ ideo electio ſit creditoris;quia tale pactum adiectum ſit fauore creditoris nõ ſubſiſtat,ut ibi late per eum. Tamen non obſtante dicta difficultate mota per Iaſ.vr̃ omnino veriſſima concluſio Barto.& doc.quia eſt aduertendum,ꝙ iſta promiſſio alternatiua, videlicet uel ſoluere uel alternatiue,uel dare pignora,non cadit inter duo,q̃ principaliter comprehendantur in obligatione: nam promiſſio de ſoluẽdo 10.ſola eſt in obligatione principali: promiſſio autem pignoris facta eſt ad cautelam, & acceſſorie ad dictam principalem obligationem:ita declarat Saly.c. in l.non dubium. in 7.
6 col.uerſi.ulterius hanc.l.induco.C.de legibus. † Et colligit̃ optimè ex no.per Bar.in d.l.q̃is.dum expreſſe dicit, ꝙ tunc procedit regula,ꝙ in alternatiuis ſit electio debitoris, qñ alternatiua cadit inter duo,quorum vtrũque eſt in obligatione & ſolutione,ſed in arti.propoſito vnum eſt in obligatione,aliud verò ponitur ad cautelam creditoris,ita dicit ibi Bart.† Probatur etiam
7 hoc ex no.per Bal.in l.fi.in 3. col. in ver.quæro in iſto uerſi.C.de peti.hær.vbi dicit,ꝙ in alternatiua exigendi eſt electio agentis, licet in alternatiua ſolutionis ſit electio debitoris per iura quæ ibi allegat,& iſtud dictum allegat & ſequitur Fel. in c.inter cæteras.2.col.& 2.fallen.de reſcri.vbi etiam approbat dictam deciſionem Bar.cum ergo in caſu Bar.non ſit in ſolutione,niſi quanti-
8 tas promiſſa. † Datio autem pignoris fit pro ſecuritate & ad facilitandam executionem & abſque eo, ꝙ det robur q̃ctui, uel obligationi:ut l.qui autem.§.j.ff.de conſti.pec.& no.Saly.in l.ea lege. in 13. oppo. C. de condi.ob cau.& refert & ſequitur Iaſ.in l.ſi ita quis.§.ea lege.8 col.uer.adde etiam ꝙ Saly.ff.de verb obl. ſequitur,ꝙ non poteſt cadere electio debitoris,qui tunc eligit, quando alternatiua cadit inter duo, quæ ſunt in obligatione & ſolutione,vt dicit Bar.in d.l.q̃is, & non obſtat, ꝙ pignus poſſit vendi,& inde haberi pecunia,ut dicit Iaſ.quia totum iſtud reſpicit modum exigendi,& creditor pro ſua ſolutione poteſt eligere executionem,quam vult,vt per Barto.in l.conſentaneum.in vlti.col.C.quomodo & quando iud.ſed per hoc non eſt dicendum,ꝙ datio pignorum ſit in ſolutione,uel in modo ſoluendi, ſed ſolum in modo cauendi ipſi creditori, vt.ſ.inde poſſit cõſeq ſolutionem,& ſic nõ obſtat difficultas mota per Iaſ. & vera eſt deciſio Bar quam doc.communiter ſequuntur. Inquantum tñ dictum fuit ſup.proximè,ꝙ datio pignoris introducta eſt ad facilitandam executionem: non autem ꝙ ex ea magis roboretur ꝯctus.d.l.qui autem.§.j. ff. de conſti. pec cum aliis ſup.alleg.Intellige & declara,ꝙ nihilominus debitum pro quo ſunt data pignora eſt grauius quàm illud, pro quo non ſunt data pignora, ita ꝙ ſi unus eſt debitor in vna quantitate cum hypotheca uel pignoribus,in alia autem ſine hypotheca.Soluendo ſimpliciter & non exprimendo pro quo debito ſoluat, cenſetur ſoluere ꝓ illo debito,in quo eſt hypotheca, ut eſt text.in l.cum pluribus. la j ff.de ſolu.& no.Bar.in l.cum ex pluribus.la 2.eo.tit. & refert & ſequitur Soci.in conſi.293 præſens conſultatio.j.col.verſicu. primum probatur.2.volumine.

9 † Quartò dubitatur,an ille qui tenetur ad nudam cautionẽ, teneatur ſaltem promittere ſub hypotheca ſuorum bonorum. Bar.& Ange.in l.prætoriæ. vlti.ff.de præto.ſtipu.& Barto. in l.ſi prius.in 3 quæſt.ff de no.ope.nun.& in l.j.ff.qui ſatiſd.cog.tenẽt ꝙ ſic;quia iſtud promittere eſt facile, per l.ſi filio. in fi.ff.vt ī poſ. lega.& ita etiam tenent Imo.& Pau.de Caſt. in l.diuortio §. interdum.ff.ſolu. mat. Sed contrariam opi.ſ.ꝙ immo non teneat̃ promittere cum hypothe.tenet Imo.in d.l.prætoriæ.& in dic.l.ſi prius.& iſtam ſecundam opi.tanquam ueriorem tenet Ale. ibi in d.3.q.& in d.l.diuortio.§.interdum.in 2.col.& in utroque loco reſpondet ad d.l.ſi filio.in qua Bar.& ſequaces ſe fundãt.Tamen primam opi.Bar.tenet Roma.in d.l.ſi prius.& illam ſequit̃ Alex.ſibi contrarius.in l.j.ff.qui ſatiſd. cog.& illam late defendit & comprobat Iaſo. in d. l. ſi prius.in pen.col.per multa q̃ ibi allegat:& idem tenet Iaſo.in d.l.j.in pen.col.& iſtam opin. dicit Bar.in d.l.prætoriæ.ſeruari de communi conſuetudine,& ꝓpterea illa omnino eſt tenenda, videlicet ꝙ qui tenetur ad nudam cautionem uel promiſſionem faciendam alicui, teneatur pro-
10 mittere cum hypotheca bonorum.† Quintò quęritur,an res hypotheca pro ſorte ſit etiam hypothecata pro uſuris? Et diſtinguẽdum eſt,ꝙ aut obligatio & hypotheca fuit facta pro ſorte ſpecificè exprimendo certam quantitatem,puta pro centum, & tũc dicta obligatio non continet uſuras, ut l.fideiuſſores magiſtratuum,in prin.& §.j.ff.de fideiuſ.& glo.in l.quæro.in prin.ff.loca. & hr̃ per Bar.in l.centum Capuæ.ff.de eo quod certo loco,& hr̃ per Alex.in l.ſi cum dotem.§.ſi autem in ſeuiſſimo. ad ſi.ff.ſol. mat.& dixi ſup.in 4 membro.2.partis. nu.48.& 49.declarando vt ibi. Aut obligatio & hypotheca fuit ſimpliciter facta ſine reſtrictione ad certam quãtitatem,puta pro obligatione ſeu promiſſione qua tibi, teneor in tali inſtrumento uel chirographo obligo & hypotheco tibi oĩa bona mea:talis n.hypotheca dr̃ ſimpliciter facta,ẽt ꝙ in promiſſione & inſtr̃o ſit expreſſa certa quantitas,dũmodo in hypotheca quantitas illa non exprimat̃, ſed relatio habeatur ſimpliciter ad obr̃onem de qua in inſtr̃o, ita colligitur ex no.in d.l.fideiuſſores magiſtratuum. in prin.& § j.& in l.quæro.in prin. ff.loca. Et tunc ſubdiſtinguit: quia aut vſuræ ſunt naturaliter tantum debitæ,& tunc pro eis non tenet̃ hypothecaria, niſi ſpecialiter ſit dictum, ita tenet Bar.in l.ſolutum.§.ſi in ſortem.ff.de pig.act.per tex.ibi in ver. ſiue autem. & per tex.in l.per retentionem.C. de uſur.Aut vſuræ debentur naturaliter & ciuiliter,& tũc pignus ſeu hypotheca ſimpliciter ac-

ceptum

Source : BIU Cujas

ceptum (vt dictum eſt) tenetur ẽt pro vſuris, ſicut dicimus in fideiuſſore, vt d.l.centum Capuæ. ita dicit Bart. in d.l.ſolutum. §. ſi in ſortem. Aut vſuræ debentur ſolo officio iudicis, & in hoc ẽt Bar. in d. §. ſi in ſortem. tenet idem eſſe, ꝙ in fideiuſ. & idem Bar. in l. ſi. pen. col. in verſi. pro declaratione præſentis materiæ. ff. de eo quod cer. loc. In fideiuſſore aũt cõcludit, ꝙ aut mora ex qua veniunt vſuræ officio iudicis præceſſit obl̃onem fideiuſſoris. qa ſcilicet tp̃e fideiuſſionis iam vſuræ debebantur, & tunc ſine dubio fideiuſſor ſimpl̃r acceptus ad illas tenebitur, vt d.l.quæro. in prin. ſm lect. Azo. Aut mora non præceſſit fideiuſſionem, ſed ſequuta eſt, & tunc Bar. ſequendo opin. Io. tenet, ꝙ ẽt ad illas fideiuſſor teneatur, & rõ eſt ſm eũ; quia licet tales vſuræ veniant officio iudicis p̃p moram: tñ veniunt ſm naturam actionis bonę fidei. d.l.quęro. in prin. & l. ſi poſtea. ff. rem pup. ſal. fo. Et iſtam opi. dicit eſſe veram & cõem Ias. in d. l. Centum Capuæ. in pen. col. in verſ. 5. fuit ſolutio Io. vbi late & clare explicat, & ꝙ dictũ eſt in fideiuſ. dicendũ eſt ẽt in pignore ſm Barto. vbi ſup. Adde ẽt prædictis, ꝙ ſi ſecundus creditor ſoluat priori creditori ſortẽ & vſuras, ꝙ etiam habebit obligatum pignus pro dictis vſuris, non tñ pro vſuris vſurarum: vt eſt tex. & ibi glo. & Bartol. in l. ſi prior. §. j. ff. qui pot. in pi. ha. †

11 Sextò quæritur, an tacita hypotheca introducta a iure pro legatis, iuxta. l. j. C. commu. de leg. competat ẽt pro vſuris legatorũ? Et quid ẽt ĩ aliis tacitis hypothecis. Dicendum eſt, ꝙ ſi bona tacite hypothecata reperiuntur penes hæredem uel aliũ debitorem in tp̃e quo vſuræ deberi incipiũt, ꝙ bona erunt obligata ẽt pro vſuris. Ita tenet Bar. poſt Iaco. de Are. in l. ſi cum dotem. §. ſinautẽ in ſęuiſſimo. ff. ſol. mat. & mouetur Bar. per l. Lucius. ff. qui pot. in pig. hab. quæ licet loquatur in expreſſa hypotheca, tñ illam Bar. extendit ẽt ad tacitã hypothecam: & cum opin. Bar. tenet Alex. in d. §. ſinautem in ſęuiſſimo. cõcludendo ꝙ ſicut p̃ dote bona mariti ſunt tacite obliga.

12 ita & pro alimentis, ſeu vſuris pro dote debitis. † Sed dubitatur, an iſta tacita hypotheca reſpectu vſurarũ, quæ conditionaliter debentur, videlicet ſi ſors ſoluta non ſit, attendatur habito reſpectu ad diem purificatæ cõdõnis qua vſuræ deberi incipiunt. An autẽ trahatur retro ad initium, videlicet in legatis ad diem mortis teſtatoris, in ϑctibus verò ad diem ϑctus. Et in hoc Pau. de Caſt. in conſil. 8. ad primum rñdetur. in fi. ſub dubio tenet, ꝙ pro alimentis dotis bona mariti ſint hypothecata ſol. mat. vſq; ab initio. ſ. tp̃e dotis conſtitutæ, allegat not. in d.l.j. ff. qui pot. in pig. hab. & ſic vult allegare no. ibi per gl. dum allegat. d.l. Lucius. Ad idem optime facit text. in l. cum oportet. §. ſed cum tacitas. C. de bon. quæ lib. vbi bona patris ſunt tacite obligata filiis ab initio receptæ adminiſtrationis bonorum maternorum p̃ mala adminiſtratione poſtea facta per patrem, & dicit ibi Bald. ꝙ inſpicitur initium, uñ aliquid euenire põt. Sed ϑriam opi. tenet Soci. in conſi. 41. in p̃ſenti conſultatio. 4. vol. in 4. col. in verſ. ſed ϑrium puto verius. Et mouet̃ principaliter: qa p̃miſſio reſtitutionis dotis confeſſatę dr̃ ϙdõnalis, videlicet ſi dos numerabit̃, vt l. ſi. C. de non nu. pec. & hr̃ in l. cũ qs. C. de iur. & fac. igno. & tñ in dote non introducitur tacita hypotheca, niſi ſequuta numeratione. l. aſſiduis. C. qui potio. pig. hab. licet in hypotheca exp̃ſſa in dote bene attendatur tp̃s ϑctus, vt hr̃ in l. j. ff. qui pot. in pign. hab. Si igitur in tacita hypotheca dotis iſtud eſt quæ eſt fauorabilis, vt l. j. ff. ſol. ma. fortius dicendum eſt in legato conditionali ꝙ. ſ. in eo non introducatur tacita hypotheca, donec non ſit purificata conditio & effectualiter debeatur, & pro hoc etiam adducit. l. ſi conſtante. C. de dona. ante nup. vbi in augmento dotis tacita hypotheca oritur tempore facti augmenti, & non retrotrahitur ad diem dotis promiſſæ, vel datæ. Et rñdet ad d.l.cũ oportet. §. ſed cum tacitas. poſt Salyc. in d.l. ſi conſtante. ꝙ ideo ibi attenditur tp̃s inchoatæ adminiſtrationis; quia illo tp̃e bona ad patrem ꝓuenerunt, & corroboratur; quia ſi attenderemus initium, prout dicit Pau. de Caſt. in d. conſi. 8. plura ſpecialia circa idẽ concurrerent ϑ tex. & ibi not. in l. j. C. de do. promiſſio. & in l. cum poſt. §. gener. ff. de iure do. primum ꝙ tacita hypotheca induceretur ſup̃ vſuris pendente ϙdõne, & ſic ante ortã obligationem per ea quæ habentur in l. potior. §. j. ff. qui pot. in pig. hab. ſm ꝙ alia tacita hypotheca quæ de iure non eſt inducta induceret̃ ϑ titu. ff. in quib. cau. pig. taci. ϑha. tertium ꝙ pro vſuris a quibus debitor põt ſua voluntate ſe excuſare ſoluendo ſortẽ, obligatio retrotrahatur ad diem initi ϑctus, ϑ no. in l. j. ff. q pot. in pig. hab. Et ideo concludit Soci. ꝙ tacita hypotheca ϙdõnalis oriatur tp̃e exiſtentis ϙditionis & non trahatur retro ad initium ϑctus facti. Et ex hoc infert ipſe, ꝙ ſi hæres obligat creditori bona teſtatoris pendente conditione legati, & poſtea eueniat conditio legati, ꝙ potior erit in dictis bonis creditor, quam legatarius, & mouetur: quia reſultaret triplex ſpecialitas, ſi aliud diceretur contra regulas iuris, nam primò conditio traheretur retro in legatis ϑ not. per glo. & doc. in d.l. ſi filius in princ. ff. de verb. oblig. ſecundò ꝙ cum eſſet in poteſtate hæredis non incidere in obligationem vſurarum de iure conditio. retrotrahi nõ deberet, iux. l. j. ff. qui pot. in pig. hab. tertiò quòd tacita hypotheca quæ de iure non inuenitur inducta, tali caſu induceret in vſuris contra titu. ff. & C. in qui. cau. pig. taci. contraha.

7. Ego autẽ in iſto ſubtili articulo puto pro veritate eſſe aduertendũ, ꝙ aut nos loquimur in ϑctibus, aut ĩ legatis, primo caſu qñ ſumus in ϑctibus, cenſeo tacitam hypothecam de iure inductam ſm diuerſos caſus ſup. notatos in ſecunda parte. 4. membro, ſiue ſumus in actu uel ϑctu conditionalis ſiue puro fuiſſe conſtitutam miniſterio iuris ab initio ipſius actus ſeu ϑctus; qa tacita hypotheca, quæ inducitur, miniſterio iuris inducitur: qa ius fingit dictam hypothecam fuiſſe ab ipſis ϑhentibus adiectã in actu, etiam ꝙ de hoc nihil dictũ fuerit: iſta concluſio ꝓbatur in l. vni. §. & ut plenius. C. de rei vxo. actio. ibi hypothecæ ineſſe dotibus intelliguntur, & ibi. ſimili modo intelligi factam ſtipulationem & hypothecam ex utraque parte quaſi fuerit ſcripta. Idem etiam probatur in l. ϑ. C. in qui. cau. pig. taci. ϑha. ibi. tacita pactione ineſſe, & idem apparet in toto tit. ff. & C. in quib. cau. pig. taci. ϑ. lex. n. in oĩbus tacitis hypothecis fingit pactionem & conuentionem partium ϑhentium, q̃uis expreſſa & ſcripta nõ fuerit, & eſt perinde ac ſi in veritate illa hypotheca fuiſſet ϑſtituta per conuentionem partium. †

13 Nam de natura fictionis eſt, ꝙ illud, quod in facto non eſt uerum, fingatur eſſe verũ, & illud quod fingitur habet iuris effectũ perinde, ac ſi in ueritate eſſet, ut declarat Bar. in l. ſi is qui pro emptore. ff. de vſucap. in 1. q. circa diffinitionem fictionis, vnde ſicut expreſſa hypotheca cõſtituitur p̃ partes ab initio ϑctus, ſiue ϑctus ſit purus, ſiue ϙditionalis. ita & in tacita a iure introducta. †

14 Sed in ϑctu ϙditionali q̃uis conſtituatur ab initio, tñ conſtituitur ſub ϙdõne, & non oritur niſi demum purificata ϙdõne. l. cedere diẽ. ff. de verb. ſig. & ſicut obligatio p̃ſonalis & ϙdõnalis ab initio ϙuentione partium conſtituitur & in ϑctum deducitur, & tñ non oritur actio niſi purificata ϙdõne. d.l. cedere diẽ. ita & realis & hypothecaria ab initio ſub ϙdõne cõſtituta non oritur niſi aduenięte cõditione: vt eſt tex. expreſſus in l. grege. §. fi. ff. de pig. & ſic eſt cõcluſio, ꝙ ſicut expreſſa hypotheca tam pura q̃ ϙdõnalis ϙſtituitur ab initio conuentione expreſſa: ita & tacita miniſterio & fictione iuris & pure & ſub ϙdõne conſtituitur, ſed tam expreſſa quã tacita conditionalis non oritur niſi purificata conditione, ex quibus infertur, ꝙ ſicut hypotheca expreſſa purificata ϙditione caſuali, & quæ non conſiſtit in poteſtate debitoris, trahit̃ retro ad diem ϑctus, ut l. j. & l. qui balneum. in princ. & §. j. & l. potior. in prin. & §. j. ff. qui potio. in pig. hab. ita & in tacita dicendũ eſt, arg. l. cum quid. ff. ſi cer. pet. & probat̃ ẽt ex no. p̃ Bar. & cõmuniter doc. in l. aſſiduis. C. qui po. in pign. hab. vbi hr̃, ꝙ tacita hypotheca in dote trahitur retro ad diẽ promiſſionis, quia. ſ. maritus, cui fuit promiſſa dos, & poſtea data, cenſetur obligatus ad reſtitutionem dotis a die promiſſionis, & ab illo die conſtituta fuiſſe cenſetur tacita hypotheca; q̃uis. n. promiſſio de reſtituẽdo dotem, ad quam maritus per tacitã ſtipulationẽ obligatur, ſit conditionalis. videlicet ſi dos promiſſa ſibi ſoluatur, iuxt. l. fin. C. de non numerata pecu. & eodem modo conſtitutio hypothecæ tacitæ, iuxt. d.l. vni. §. & ut plenius. Tñ ſubſequuta poſtea datione dotis & ſic purificata conditione, ſub qua maritus tacitè erat obligatus, & illius bona tacitè hypothecata, illa ϙdõ trahitur retro ad diem promiſſionis dotis factæ marito, quo die tacite maritus fuit ϙdõnaliter obligatus ad reſtitutionẽ dotis, & eius bona tacite fuerunt ſub ϙdõne obligata, & ita eſt cõis & magis vera opi. doct. vt dictum fuit ſup. in 4. membro ſecundæ partis, nu. 87. & iſtam eſſe cõem opi. atteſtatur idem Soci. in conſil. 269. p inueſtigatione. in 3. & 4. col. in ver. 4. & vlt. 2. vol. Et ideo nõ eſt verum illud, qund dicit Soc. in d. conſi. 41. 4. vol. in 4. col. ĩ verſi. ſecundo principalis reſponſio. vbi vult, ꝙ licet in expreſſa hypotheca attendatur tempus obligationis; tñ in tacita attẽditur tempus datæ dotis; quia licèt iſtam opi. teneant aliqui, quos ipſe ibi alleg. tñ in contrarium eſt opi. Bar. & cõis, vt dictum eſt ſup. proxi. Et ſicut tam expreſſa q̃ tacita hypotheca bonorũ ſub ϙditione conſtituta trahitur retro ad diem ϑctæ obligationis pro ſorte principali, ita & trahi debet pro uſuris dictæ ſortis per l. Lucius. ff. qui po. in pig. hab. quia hypotheca ſimpliciter conſtituta cenſetur etiam cõſtituta pro vſuris, ut l. ſolutum. §. ſi in ſortem. ff. de pign. act. & ibi firmat Bar. ut dixi ſup. in hoc primo mẽbro, in 5. q. nu. 13. & ideo ſicut trahitur retro pro ſorte principali, ita debet trahi pro uſuris; quia vſuræ ſunt acceſſoriæ ad ſortem, & priuilegium principalis obligationis trahitur ẽt ad acceſſoriũ, p̃ regulam acceſſorium, cum materia de reg. iur. lib. 6. & iſta proprie eſt intentio. d.l. Lucius. vt eſt de mente Bar. dum ſummat, ꝙ qui potior eſt in ſorte, potior eſt in uſuris, & ibi expreſſe hoc vult gloſ. & ſequitur etiam Salyc. ſi ergo hoc dicimus in ſorte, quæ eſt debita ſub conditione, fortius dicendum eſt in ſorte, q̃ eſt debita pure; quia licèt vſuræ debeantur ſub conditione, videlicet ſi ſors non ſoluatur, tamen ꝙ omnino purificata conditione propter ſortem non ſolutam conditio trahatur retro ad diem ꝓmiſſionis ſortis ex dicta ratione acceſſorij p̃ d.l. Lucius.

15 † Et iſtã opi. de vſuris, ꝙ in eis cõditio trahatur retro ad promiſſionem ſortis ratione d. regulæ acceſſorium. per d.l. Lucius. tenet etiam ibi Bald. & Angel. & tenent Bart. Bald. Saly. & Ang. in l. j. ff. qui pot. in pig. hab. poſt glo. ibi, quæ d.l.j. limitat in uſuris per d.l. Lucius. & ſequitur Angel. in d.l. ſi filius. ff. de verb. oblig.

& hanc

Source : BIU Cujas

& hanc opi.in tacita hypotheca tenet Bar.in d. l. ſi cum dotem. § ſinautem in ſequiſſimo.ff.ſolu.mat.poſt Iaco.de Are.ibi volũt, ꝙ ſicut bona mariti ſunt tacite obligata pro dote: ita etiam pro alimentis,& hoc per.d.l. Lucius idem vult Bald.in d.l.vni.§.ſed vt plenius allegando.d. l.j.idem tenent Raph.Cu.& Alex.in d.§. ſinautem in ſequiſſimo.& Pau.de Caſt.in conſi.8.ad primum reſpondetur in fi.quod allegat Alex.in d.§ ſinautem in ſequiſſimo. Et non obſtant allegata per Soci & primò quod ipſe dicit de tacita hypotheca dotis, ꝙ in ea attendatur tempus numerationis dotis & non promiſſionis,iuxta not. in d. l.aſſiduis, quia, vt dixi ſup.in hoc opi contraria eſt magis vera & communis, vt etiam atteſtatur ipſe Soci.in d conſi.169 2.volumine Non obſtat, ꝙ ex quo eſt in poteſtate debitoris,ꝙ vſuræ non debeantur, ſi ſolueret ſortem, ꝙ non debeat conditio trahi retro, iux.l.j.& l.qui balneum.in prin.& §.j.ff.qui pot.in pig hab.quia iſta deciſio habet locum in ſorte & in principali debito;quia in eo ꝺhēdo debet inſpici,an ſit in poteſtate debitoris facere, ꝙ non ꝺhat, ſed eo contracto non ſpectatur in vſuris, an fuerit in poteſtate debitoris in illas incidere,vel non,ſed in illis omnino conditio hypothecę retrotrahitur ad diem obligationis ſortis,ita firmat gl. in d.l.j.in glo.in verſi.compellitur,.in fi. per d.l.Lucius. & facit regula prędicta acceſſorium,& faciunt no.per Bal.in l.ſi is.C.de prædi.min.& in l.ſi tibi.§.de pignore.ff.de pac.

16 † Non obſtat,ꝙ plures ſpecialitates videantur circa idem cõ currere,contra.l.j.C.de do.promiſſio.quia reſpondetur,ꝙ quando plures ſpecialitates circa idē ſunt īductæ a iure cõi , poſſunt concurrere & admittuntur. Ita tenet Bald.in l.j.ad fi.C.quando lic.ab emp.diſce.per tex.in l.ſi ita facta.ff.de iniuſto rup.& irri.teſta.& refert & ſequitur Laſ.in l.quoniam in prioribus.ad fi.ī verſ. teneo iſtud vltimum.C.de inoffic.teſta.ſed iſtæ ſpecialitates, videlicet ꝙ purificata cõditione caſuali hypotheca retrotrahaī, & ꝙ hypotheca pro vſuris competat ſicut competit pro ſorte, & ꝙ reſpectu vſurarum,quæ acceſſorie debentur ad ſortem,nõ attendatur,an ſit in poteſtate debitoris eas non iri debitas ſunt omnes inductæ a iure communi, vt habetur in locis præallegatis.Præterea plures ſpecialitates admittuntur circa idem,quando vna venit in conſequentiam alterius,ita tenet Bar.in d.l.ſi is qui pro emptore.in pen.col.per tex.inſtit.quibus modis ius pat. po.ſol.§.ſi ab hoſtibus. & per alia quæ allegat : ſed ſpecialitates quæ inducuntur in vſuris veniunt in conſequentiam illius,quæ inductæ ſunt circa ſortem,meritò tolerantur, & cum Bar.trāſit etiam laſo.in d.l.ſi is qui pro emptore col.fin.

17 † Non obſt.d.l.ſi conſtante.C.de dona.ante nup. quia hypotheca tacita,quæ a principio fuit introducta pro dote non ſe extendit ad augmentum dotis,& ratio eſt:quia tempore datę dotis non erat in conſideratione augmētum poſtea factum: ſicut ſunt alimenta dotis,quæ acceſſorie veniunt ad ipſam dotem,vt expreſſe no.Pau.de Caſt.in conſi.d.8.ad primum reſpondeī &c. in prin & in fine,vbi vult,ꝙ alia eſt hypotheca tacita, quæ oriī pro dote data,& alia quæ oritur poſtea pro augmento dotis facto ex interuallo poſt dotem; quia prima oritur tempore dotis datæ & ſecunda tempore augmenti facti: & prima habet hypothecata bona,quæ maritus habebat tempore dotis datæ,ſecūdæ autem habet hypothecata bona, quæ maritus habebat tempore augmenti facti,& ſic diuerſa eſt ratio in augmento dotis q̃ ſit in alimentis,& augmentum non uenit per modum acceſſorij, ſed equè principaliter ad dotem,ſicut ueniunt alimenta, vt colligitur ex no.per Bar.in l.fi.C.per quas perſo.no.acqui.& p Dyn. in dicta regula acceſſorium,ergo concluſio,ꝙ ſicut hypotheca conditionalis expreſſa in ϑctibus trahitur retro ad initium con

18 tractus,ita & tacita. † Et probatur vltra prædicta:quia tacita hypotheca non eſt deterioris conditionis , quàm ſit expreſſa , ſed quò ad proprietatem a pari procedunt,vt not.Dyn. in regula q prior de reg.iu.lib.6.& Bar.in l.is qui.ff.de iure fiſ. & eſt caſus in l.vni.C.rē alie.geren.in quarto lib.C.& late per alia firmat Paul. de Caſt.in conſi.394.q̃q̃ multa copioſe,in pen.col.in verſi.circa

19 ſecundum quæſitum. † In ſecundo autem caſu,quādo.ſ. ſumus in legatis,tunc etiam puto, ꝙ etiam legatum ſit conditionale, tñ tacita hypotheca ſit conſtituta pro illo tempore mortis teſtatoris miniſterio iuris:& iſta etiam concluſio probatur p tex. in l.j.§.cum.n.C.commu.de lega.vbi dicit tex.ꝙ ſicut teſtator in ſuo teſtamēto poteſt hypothecam rerum ſuarum dare, cui voluerit,ita non ab re eſt,tacitam hypothecam induci a lege nullo uerbo præcedente,& ſic tacita hypoteca pro legatis inducitur a lege ad inſtar expreſſę, quam teſtator poteſt in ſuo teſtamento dare:ſicut ergo expreſſa poteſt conſtitui per teſtatorem etiam pro legato conditionali a tempore ſuæ mortis, ita eſt dicendum in tacita a lege introducta , quia lex fingit illam fuiſſe conſtitutam a teſtatore,prout etiam diximus ſup.in tacita,quæ inducitur a lege in contractibus & actibus inter viuos,arguēdo a natura fictionis,iuxta no. per Bart.in d.l.,ſi is qui pro emptore in .q.Sed licèt (vt dictum eſt) iam in legato puro quàm conditionali conſtituta ſit hypotheca tacita a principio tempore mortis teſtatoris,prout etiam in contractibus cõditionalibus, tamen actio ex dicta hypotheca nõ oritur,neque datur niſi demum purificata conditione legati,iux.l.cedere diem.ff.de verb. ſig & hoc modo procedit id quod dicit Bald. in d.l.j. in 3.col.in verſi.quæro nunquid ante diem certum. cum aliis per Socin.in d.ϑſil.41.in 7. col.videlicet ꝙ licet ſit conſtituta hypotheca in legato conditionali per legem vſque in tempus mortis teſtatoris,tamen ꝙ actio hypothecari non oritur niſi demum purificata conditione legati:ſtant.n.iſta ſimul , ꝙ hypotheca conditionalis conſtituta, tam in legatis conditionalibus , q̃ in alijs actibus inter viuos,& tñ ꝙ ex ea actio non oriatur niſi purificata & exiſtente conditione, ſub qua conſtituta fuit, vt eſt text.in d.l.grege.§.fin.ff.de pig.qui loquitur in expreſſa, & in tacita eadem eſt ratio,ergo idem debet eſſe ius. l.illud. ff. ad l.Aqui.& facit in arg.l.cum quid.ff.ſi cer pet cum aliis ſup.in primo caſu cõ tractuum allegatis.Et ſic puto tenendum,ꝙ etiam in legato cõditionali tacita hypotheca ſit conſtituta ſub eadem cõditione ab ipſa lege vſque in tempus mortis teſtatoris, ſed ꝙ actio ex ea non oriatur niſi purificata & exiſtente conditione,& ſicut ante purificatam conditionē dicta actio non oritur pro legato principali,ita dicendum eſt,ꝙ non oriatur etiam pro vſuris dicti legati per d.regulam acceſſorium. lib.6.& eſt clarum. † Sed difficultas eſt,an purificata conditione legati & hypothecæ tacitę p eo a lege inductæ dicta conditio retrotrahatur ad tempus mortis,quo inducta fuit, an verò in ea attendatur tempus exiſtentis conditio.Et in hoc putarem dicendum ꝙ non trahatur retro ; quia licet in ϑctibus regulariter conditio caſualis vel mixta quę non dependet a poteſtate debitoris trahatur retro ad initium contractæ obligationis,& illud attendatur, & non tempus exiſtētis conditionis,vt late habetur per Bart. & alios in d.l.ſi filius. in prin.ff.de verb.oblig.& in d.l j.& in d.l.qui balneum. in prin. & §.j & in d.l.potior.in prin.& § j.ff.qui po. in pig. habean. Tñ in legatis eſt ſecus;nam in illis non trahitur retro conditio, ſed attenditur tempus exiſtentis conditionis , vt l.mater.§.eādē.ff. de excep.rei iudi.& l.j § ſerui appellatione ff.ad ſille.& hī p glo. Bar.& alios in d.l.ſi filius.in prin.& per Bart.late in d.l.ſi is qui p emptore.in 5.q.prin.in fictione translatiua,& ibi etiam per laſ. & eſt tex.in l.quæ legata ff.de reg.iur.& text.iuncta glo.in l.ſi legati. ff.de pig. Cum ergo diuerſa ſit natura & ratio inter legata & actus inter viuos,nimirum ſi diuerſitas effectus debeat reſultare,videlicet ꝙ in hypotheca tacita vel expreſſa contractuum purificata conditione inſpiciatur tempus ϑctæ obligationis,vt ſup.in primo caſu concluſum fuit. In legatis verò inſpiciaī tp̃s, exiſtentis conditionis,& tacita hypotheca non trahatur retro ex quo repugnat natura ipſius legati,quæ autem ſit ratio diuerſitatis in hoc inter contractus & legata, doctores valde laborāt in ea aſſignanda in d l.ſi filiusfa.in prin.& in d.l.ſi is qui pro emptore,& aſſignantur quinque rationes differentiæ, vt in dictis locis videri poteſt.Concluditur ergo , ꝙ in legatis ꝺdōnalibus purificata conditione attendi debet tacita hypotheca ſecundū tempus exiſtentis conditionis,& non ſm tempus mortis, & ſic

21 non trahitur retro,prout retrotrahitur in ϑctibus. † Et nō obſt. tex.in d.l.quæ balneum.§.j.verſi.ſed ſi hæres, vbi legatarius cui hæres dedit pignus pro legato ꝺdōnali præfertur in dicto pignore purificata conditione legati alteri creditori cui hæres idem pignus poſt pignorationem legatarij obligauit, quia ille tex.loquitur in pignore conuentionali, & per modum ϑctus dato p hæredem de re ſua legatario;& ſic licet pignus ſit datum pro legato,tñ ſumus in pignore ϑctus & in obligatione quæ oriī ex ϑctu pignoris: nimirū ergo ſi purificata ꝺdōne legati,quę adiecta fuit in ϑctu pignoris, illa ꝺdō trahitur retro , & facit legatarium præferri in dicto pignore;quia non agitur de trahēdo retro ꝺdōnē pignoris conuentionalis,quæ ſm regulas iuris retro trahitur,iuxta not.in d.l.ſi filius.in prin. cū aiijs ſup. allegatis , & ita ad dictum textum reſpondet Laſ.in d.l.ſi filius, & in d.l.ſi is ꝙ p emptore:licet nõ ita clare.† Et ex prædictis infertur,ꝙ purifi

22 cata conditione legati ex tūc bona teſtatoris erunt tacite obligata pro legato & ēt pro uſuris,dummodo tunc dicta bona reperiantur penes hæredem.Nam ſi fuiſſent alienata, vel alteri hypothecata pēdente conditione legati,præferri deberet emptor, vel creditor,cui hæres obligaſſet pendente ꝺdōne legati : cum ipſe reperiatur prior in tpe q̃ legatarius,ex quo in legato attenditur tp̃s purificatæ ꝺdōnis,ꝺdō non trahitur retro ad tp̃s mortis teſtōris,vt ſup.probatum eſt. Et non obſtat d.l.Lucius.ff.qui potio.in pig. habe. quia illa loquitur in ϑctibus , in quibus ꝺdō retrotrahitur , vt dictum eſt, & ideo vſuræ, quæ acceſſerunt ad ſortem ēt poſt pignus alteri obligatum purificata earū ꝺdōne trahuntur retro,& perinde eſt,ac ſi a principio obligationis ſortis pure promiſſę fuiſſent,vt in ſimili dicit text.in d.l.potior.§.j. ad finem.Nos autem ſumus in legatis,in quibus ꝺdō non retro trahitur,ſed conſideratur ſm tp̃s purificatæ ꝺdōnis, & ꝓſiderato illo tpe inuenitur dictus emptor uel creditor, cui hæres obligatur vel uendidit pendente ꝺditione legati prior & anterior in tpe dicto legatario & ideo ei præferri debet in hypotheca tā in ratione legati conditionalis quàm vſurarum illius per regulam,qui prior lib.6.Et idem putarem dicendum, qñ legatū fuiſſet purum..Nam reſpectu vſurarum decurrendarum p̃p legatū

non

Source : BIU Cujas

52 & pulchrè per Pau.de Caſt.†Et non ob.prędictis ſi dicatur,licet hypo.non cõfundatur per ſucceſſionem; quia in ea ceſſat illud inconueniens, ꝙ actio & paſſio cadant in eodem ſubiecto,ꝑ put cadit in actione perſonali;vt optimẽ declarat Pau.de Ca.in d.l. cum quis.§.fi.tñ ex alio vr̃ ꝙ hyp.etiam tollatur : quia creditor ſuccedendo debitori efficitur hæres,& per ꝙñs dñs rerũ bonorum defuncti,ut hr̃ per Bar.& alios in rub.ff.de acquir.hęre.& l. cum hęredes,in princi.& ibi per Doc.ff.de acq.poſſeſſ. cũ ergo ſit dñs rerum ſibi olim hyp.ideo in illis ceſſare vr̃ hyp. vt l. neq; pignus,ff.de reg.iu.& d.l.ex ſextante.§.Latinus. Quia in hoc eſt aduertendum,ꝙ d.regu.l.neque pignus,& d.§.Latinus. limitat̃, &.non habet locum,qñ dominium nõ fuit acquiſitum irreuocabiliter,ſed creditor effectus fuit dominus dictarum rerum ſibi hyp.reuocabiliter:quia.ſ.ab eo illud auocari poterat: tunc.n. per tale dominium non extinguitur hyp.ita declarat gl. pleniſſima in d.§.Latinus,in verſi.conſtituto,& hoc modo procedit, d.l.debitor,in prin. Ibi enim creditor inſtitutus hæres a debitore fuerat grauatus de reſtituẽdo hæreditatem per fideicommiſſum,& propterea dominium ei acquiſitum non erat irreuocabile,ſed veniebat reuocandum per reſtitutionem fideicommiſſi ex Sena.Trebel.ita declarat Bar.in d.l.debitor.in prin.vnde illa deciſio,de qua ſupra,ſcilicet ꝙ per ſucceſſionem factã a creditore in hæreditate debitoris non confundatur hyp.non procedit indiſtinctè,ſed ita demum ſi dominium rerum hypot.acquiſitum per hæredem erat reuocabile apud ipſum hæredem: tunc.n.non confunditur hyp.ſecus autem ſi fuiſſet irreuocabile;quia tunc etiam hy.confundetur,& hoc modo procedit.d.l. neque pignus,& d.§.Latinus,& ita teneas. Et per prædicta contingit vtiliter dubitari, quid ſi creditor hęres debitoris non eſt grauatus per fideicomm.& loquitur d.l.debitor.ſed aliàs res hęreditaria ſibi hyp.inuenitur hyp. ẽt alteri creditori poſteriori,q̃ agit contra ipſum hęredem hypo.& per eam dãres venit auocãda ab ipſo hærede,& ſic dominium acquiſitum hæredi non eſt apud eum irreuocabile,ſed eſt reuocabile, an etiam iſto caſu dicendum erit per eandem rationem, ꝙ actio hyp.quæ competit hæredi nõ ſit confuſa per additionem hæreditatis & dominium reuocabiliter acquiſitum?In hoc Cy in l. .in 3. oppo. C.ſi anti. cred.poſt gl.tenet,ꝙ iſto caſu non ſit confuſa hy.& ita referunt & tenent Raph.Cu.& Pau.de Caſt.in d.l.debitor.

Sed Alex.ibi in duobus locis,videlicet in 5.col.ver. ſed nunc mihi occurrit,& in colum.fi.in ver.extra gloſ.dicit, quòd dictũ Cyn.non eſt apud ſe expeditum;licet magna ſit eius auctoritas, & contra illud ponderat,quòd immo iſto caſu dominium dicatur peruenisſe ad hæredem irreuocabiliter : cum non ſit rogatus alteri reſtituere,& non obſt.quòd per ſecundum creditorẽ poſſit ab eo auocari: quia hoc procedere non poteſt, niſi culpa ipſius hæredis,qui non ſoluit ſecundo creditori,vt tenetur. Vnde cum ex facto ſuo cauſetur,quòd dicta res non remanet irreuocabiliter apud eum,perinde eſt, ac ſi irreuocabiliter remaneret;vt l.iurè ciuili.ff.de condi.& demon.& in l.ex executione.§. fi.ff.de verb.obli.& facit regula damnum quòd quis, ff.de re.iu. & non ob.l.j.cum ibi no.C.ſi anti.cred.quia creditor primus ad quem ibi dominium peruenit non erat hæres debitoris,& propterea ad eum non ſpectabat onus ſoluendi ſecundo creditori,& ideo hyp.primi creditoris non fuit extincta per acquiſitionem dominii,ex quo res auocari poterat per ſecundũ a primo, & ſic Alexan.ibi tenet contra Cy. & ſequaces, quòd diſpoſitio d.l.debitor.non habeat locum in creditore ſuccedente debitori,a quo res auocari poteſt per ſecundum creditorem : quia nõ obſtante iſta auocatione hypot.creditoris hęredis erit extincta propter dominium acquiſitum.Ego de iſta deciſi.Alex. ſemper fui dubius:tamen pro faciliori reſolutione huius difficulta.ponam aliquos caſus ad euitandum æquiuocationem.

53 †Primus ergo caſus eſt,quòd indubitanter tenendum eſt, ꝙ per additionem hæreditatis debitoris factam per creditorem hypo.non confunditur hypothe.ex illa ratione, ex qua confunditur actio perſonalis,quæ eſt,quòd actio & paſſio non poſſunt eſſe in eodem ſubiecto,& ſic creditor & debitor,de quo per text. & Bal.in l.ſi vxor tua C.de bo.auc.in poſ.nam iſta ratio non militat,immo ceſſat in ipſa actione hypo.quæ eſt realis,& datur ad rem,& ſic non concurrit in eodem ſubiecto.i. in perſona hæredis, vt pulchrè declarat Pau.de Caſt.in d.l.cum quis.§ fi.ff. de ſo. & in hoc caſu non contradicit Alex.in d.l debitori.immo in d. l.debitori.C.de pac.fir. iſtam deciſionem,ut ſupra retuli.Secundus caſus eſt, ꝙ ſi creditor efficitur hæres debitoris, & acquirat dominium rerum hæreditariarum,iux.l.cum hæredes, in prin. ff.de acq.poſſ.tunc ſi dominium eſt ei acquiſitum irreuocabiliter: quia ab ea aliquo modo ex facto defuncti, vel alterius ſine culpa ſua auocari non poteſt;tunc extinguitur hyp. in illis reb. quarum dominium acquiſiuit irreuocabiliter, ꝙ ex quo eſt dominus irreuocabilis illarum,nõ poſſunt illæ amplius ei eſſe hypo.d.l.neque pignus.ff.de regul.iur.& d.l.ex ſextante.§.Latinus, & iſte etiam caſus non habet difficultatem,quia in eo Alexã. & alii concordant.

Tertius caſus eſt,qñ creditor fuit hęres debitoris,ſed res ei hypo.non eſt in hæreditate debitoris, ſed eſt apud alium tertium: & tunc cum d.res non fuit in hæreditate debitoris, non fuit in ea creditori,& hæredi acquiſitum dominium,iuxta d.l.cum hęredes.in prin.& ideo iſto caſu non eſt extincta hyp.rõne dominii,cum illud nõ ſit acquiſitum hæredi in d.re.vt dictum eſt ;& hæres poterit agere cõtra dictum tertium poſſeſſorem actione hyp.caſu quo ex traditione nõ ſit inducta ficta ſolutio, de quo infra paulo poſt dicetur. Et ſi ille tertius poſſeſſor non habet cauſam a defuncto,cuius ipſe creditor eſt hæres, obtinebit hæ-

res

Source : BIU Cujas

res contra illum,ſed ſi ille tertius poſſeſſor haberet cauſām a defuncto,tunc hæres repelletur ab eo duplici exceptione.

Prima: quia hæres tenetur habere ratum factum defuncti, & non poteſt uenire contra illud.l.cum a matre.C.de rei ven.

Secunda:quia obſtabit exceptio,quem de euictione tenet actio eundem agentem repellit excep.l.vēdicantem . ff. de euic. & de iſto etiam caſu non loquitur Alex.nec de eo dubitat.

Quartus caſus eſt,quando creditor adiuit hæreditatem debitoris & res hypo.eſt in hęreditate,& ſic dominium eſt acquiſitum ipſi creditori in re hyp.per d.l.cum hęredes,ſed alius habet hyp.in d.re non a defuncto,ſed ab alio,quæ eſt poſterior hypo. hæredis,poſito pro poſſibili,ꝙ iſte caſus poſſit dari, puta ſi defunctus non eſſet dominus,& tamen hypothecaſſet, quia haberet publicianam, & alius etiam non dominus habens publicianam ſecundo loco obligauit huic,qui habet hyp. poſteriorem, iux.no.in l.ſi non dominus. 2. reſponſ.ff.qui po.in pigno.hab.& iſte ſecundus ageret contra hæredem hypo.nam ſi hypo. hæredis eſſet extincta ratione dominii,uel quaſi, iſte ſecūdus poſſet obtinere.Certè iſto caſu eſt dicendum,ꝙ hyp.hæredis ſit extincta:quia ab eo dicta res poteſt auocari, & ideo ſumus in terminis.d.l.debitor.& d.§.Latinus,& non obſt.d.l. neq; pignus; quia dominium uel quaſi poteſt ab eo auocari, & hoc caſu non hēt locum ratio Alex.in d.l.debitor,ꝙ imputari poſſit hæredi,ſi nō ſoluit,per regulam.l.damnum quod quis.& alia allega.per Alexan.Quia hæres hoc caſu non tenetur ſoluere illi ſecundo creditori:quia non eſt creditor defuncti, ſed alterius extranei, cui hæres non tenetur ſoluere, & iſte etiam caſus eſt extra dubitationem,& difficultatem Alexan.

Quintus caſus eſt, qñ creditor primus eſt hæres defuncti, & in hæreditate eſt res hyp.hæredi, & dominium illius eſt acquiſitum hæredi,iux.cum hęres.in princ. & alius ſecundus creditor defuncti habens ſecundo loco hypoth.dictam rem agit contra hæredem hypothe.& vult auocare rem ab hærede, in quo caſu hæres excipit ſe habere hypo.anteriorem in dicta re. Secundus verò creditor replicat,ꝙ hypo.hæredis eſt extincta propter acquiſitionem dominii,hæres verò duplicat, quòd ſua hyp.non eſt extincta per acquiſitionem dominii, ex quo illa res ab eo auocari poteſt per ſecundum creditorem,iuxta d.l.debitor, & d.§.Latinus.& in hoc quinto caſu cadit difficultas Alexan.& Cy. & ſequacium.

Sed etiam iſte caſus eſt extra dictas difficultates iudicio meo: quia eſto miles ſine præiudicio,ꝙ hypot. hæredis non ſit extincta:tamen cum ipſe ſit hæres defuncti non poteſt obtinere cū ſua hypo.anteriori contra ſecundum creditorem defuncti: qa ſi hæres excipiet contra ſecundum creditorem de ſua anteriori hypo.ſecundus creditor poteſt replicare contra eum, ꝙ ipſe non poteſt obtinere cum ſua hypo.ſed ꝙ tenetur tanquam hæres defuncti ſoluere ipſi 2.creditori,vt l.pacto.C.de pa. & l.ſi.C. de hær.act.& ibi no.& ſimiliter,ꝙ ex quo eſt hæres, dēt habere ratā hyp.factam ipſi creditori per defunctum.d. l. cum a matre, & ꝙ etiam tenetur de euictione.d l. vendicantem, & ſic hæres oīno repelleretur,& iō nō eſt opus intrare illam diſputa. Alex. & doc.an hypo.iſto caſu ſit extincta:quia etiam ꝙ non ſit extincta omnino,in ea hæres obtinere nō poterit, ſed repelletur ab ipſo 2.creditore per antedictas replicationes. Si tñ uolumus uidere veritatem,an iſto caſu hy.hęredis ſit extincta vel non ēt ꝙ in d.diſp.non ſit vtilitas(vt dixi) putarem ꝙ opi.Cy. & ſequaciū
54 poſſit defendi ab impugnatione Alex. † Quia aduertēdum eſt, per aditionem hęreditatis aliqñ inducitur cōfuſio, aliqñ verò ſucceſſio eſt loco ſolutionis,ut eſt tex.& ibi Bar.& Pau. de Caſ. in l.ſtichum.§.aditi.ff.de ſo.& in hyp.(vt dixi) non cadit confuſio,prout cadit in perſonali, in qua actio & paſſio non poſſunt cadere in eodem ſubiecto,ut per Bal.in d.l.ſi vxor tua. C.de bo. auctо.iu.poſſ.& per Pau.de Caſt.in d.l.cum quis. §.fin. ff. de ſol. Minus etiam poteſt dici, ꝙ ſit ſublata ꝑ ſolutionem cauſatam ab aditione: quia d.ſolutio non habet effectum, nec inducitur per aditionem, niſi ad hoc, ne hęres ſit in damno : ut eſt text. & ibi declarat Pau.de Caſt.in d.§.aditio.vbi fingitur ſolutum debitum naturale tātum hæredi;quia illud aliàs retinere & cōſequi non poſſet; tunc.n.ꝓpea æquitatē fingitur, ꝙ hæres ſibimet ſoluerit ad euitandum damnum,vbi ergo ceſſat iſta rō damni euitandi,ſucceſſio non hēt uim ſolutionis,ut l.ſi ei.ff. de euic. & vt no.Bar.in l.hęres a debitore.§.fi.ff.de fideiuſſ. & in l. ſi debitori creditor.& in l.Vranius.eo.titu.& latius per Bar.in rep.l.ſi is qui pro emptore.antep.col.in 6.q.princi.ff.de vſuc.Cum aūt in caſu noſtro,ſi induceretur per ſucceſſionē effectus ſolutionis nō ſolum non effugeret,ſed incurreret damnum hæres, iō non eſt dicendum,ꝙ ſit ſublata hyp.per ſucceſſionē in vim ſolutionis, concluditur ergo,ꝙ neque per confuſionem,neq; per ſolutionem reſultātem ex ſucceſſione tollatur hyp. In hac tñ materia eſt aduertendum,ꝙ ſolutio fiēta,quæ inducitur per aditionem
56 factā a creditore in bonis debitoris ſui cātur:quia fingit̄, ꝙ hæreditas debitoris anteq̄ adita fuerit ſoluerit ipſi creditori, & ꝙ ex hoc tāto minus creditor ī ea inuenerit,vt l.ſi ei.§.1. ff. de eui. & ita glo.vel fingitur,ꝙ hæres ſibi ſoluerit,ut dicit text. in l. ſtichum.§.ſi creditor.ff.de ſol.cum autem ſolutione eius, qđ debetur omnis tollatur oblig.inſtitu.quib.mod.toll.obl. in princ. tollatur ēt hy.ut l.item liberare.§.1.ff.quib.mo.pi. vel hypo. ſol. nimirum ſi quando aditio importat ſolutionem per eum ēt tollatur hyp.quia idē operatur fictio in caſu ficto, quod veritas in caſu uero.l.ſi filiusfamilias.ff.ſi cert.petat.& l. lex cornelia. ff.de vul.& pu.& l.bona.in fi.ff.de cap.unde difficultas eſt in uidendo,qñ aditio dicatur importare effectum ſolutionis, & in hoc Bar.in d.l.ſi is qui pro emptore,in d.6.q.dicit,ꝙ quando ex confuſione hæres patitur damnum,lex vult, ꝙ ne hæres patiat̄ damnum,inducatur ficta ſolutio ad effugiēdum damnum, ſed ſi ex effectu ſolutionis hæres pateretur damnum,uel lucrareт: tunc non haberet uim ſolutionis,ſi autem nō pateretur dānum, nec haberet lucrum,tunc reſpū ſolutionis,quę fictè cauſat̄ ex ęquitate,dicit ipſe,ꝙ ſolutio non cauſatur,ſed quia iſto caſu ęquum eſt tolli obligat.eo modo quo fuit introducta, ſ.conſenſu. l. nihil tam naturale.ff.de reg.iu.ideo iſto caſu ad tollendam oblig. quod ē remotum a damno, & lucro hęredis inducitur effectus ſolutionis ſecundum Bar.in 6.q.cum quo tranſeunt alii. Sed difficultas eſt,quando hæres dicatur tractare de damno, & in hoc Pau.de Caſt.in d.l.Vranius.ff.de fideiu.per tex. ibi firmat, quòd quando eſt unus creditor,qui ei ſuccedit, non dicitur pati damnum ex inductione ſolutionis,ſecus quando eſſent plures correi debendi, & uni ſuccedit creditor : tunc enim ſi induceretur ſolutio, hęres pateretur damnum reſpectu alterius correi, qui etiam liberatur per d.fictam ſolutionem, idem etiā tenet Paul. de Ca.in conſi.258.notandum eſt, &c. Idem etiam probatur in d.l.debitor.ff.ad Treb.& in l.ſi id quod mihi.in prin.ff.de lib.leg. Concluditur ergo,ꝙ quando ex aditione reſultat ſola cōfuſio, tunc tollitur ſola perſonalis non hyp. ſed quando ex aditione cauſatur etiam ſolutio,tunc tollitur etiam hypo.

55 †Sed dubium eſt,an ex eo, ꝙ hæres effectus eſt dñs rei hyp.in uentę in hæreditate rōne dñij, ſit extincta ipſa hyp. iuxta l. neq; pignus.ff.de reg.iur.& licet in hoc videretur dicendum, ꝙ non extingueret̄,ex quo dominium non fuit acquiſitum irreuocabiliter;cū poſſit auocari per ſm creditorem,& hoc per tex.in d.l. debitor.& in d.§.Latinus, & in l.1.C.ſi anti. cred. Tamen Alex. tenet ꝯrium,ex quo auocatio iſta cauſatur culpa hęredis, qui non ſoluit ſcđo creditori,& iō damnum ſibi dēt imputari,ut regula,damnum qđ quis. Tñ ad hoc pōt reſponderi, ꝙ regula ponitur generaliter, ꝙ qñ dominium rei obligatæ acquiritur reuocabiliter,non extinguitur hypo.vt in d.iuri.& non diſtinguitur,an reuocatio cauſetur culpa vel non culpa creditoris, prout diſtinguit Alexā.ſed ſolum eſt in conſideratione, an dñium ſit reuocabile, uel non. Et ratio iſtius deciſionis & regulæ eſt: quia conditio & natura hypo.eſt,ut non tollatur, niſi creditori ſit ſolutum & ſatisfactum,ut no.gloſ in d.§.Latinus.& glo.in verſ.obligatum,in d.l.cum quis.§.fi.& ibi Bar.& gl. & doct.in l. grege.§.etiam.ff.de pi.& non dicitnr ſolutum creditori per dationem inſolutum factam de re & tranſlationem dominii, niſi tale dominium ſit ei acquiſitum irreuocabiliter,ut no. Bar.in l. eleganter,in prin.in 1.oppo.ff.de pig.act.& tex.ibi.Bar. in l. ſi rē meam.ff.de ſol.& ideo quando res effecta eſt creditoris reuocabiliter,datur ei retentio pro ſuo credito & hypo. non extincta, vt no.Bar.in d.§.Latinus,& in l.in bello.§. ſi quis ſeruum, ff. de cap.& Ang.in conſi.108. viſo dicto puncto . ad fin.& Dec.in d. reg.neque pignus,num. 1.ff.de reg.iur. quamdiu ergo res poteſt auocari a creditore,non dicitur ei ſolutum, & ideo non eſt extincta hypoth.quæ per effectualem ſolutionem extinguitur,ut per Bar.& alios in d.l.grege.§.etiam, cum aliis ſupra alleg. & ſic non videtur eſſe in conſideratione, an iſta auocatio procedat culpa creditoris uel non,quod ēt probari poteſt per text.& ibi no.per Bar.in l.Iulianus.§.offerri.ff.de act.emp. vbi venditor rē venditam,& nondum traditam,& ſic in qua eſt dñs pōt retinere loco quaſi pignoris,donec ei ſoluatur pretium, & hoc quia illud dñium,qđ eſt apud venditorem,eſt reuocabile per emptorem,& licet talis auocatio procedat a facto uenditoris: qa vendidit,tñ per hoc non impeditur ius quaſi pignoris, ita declarat Laſinſti.de rer.diui.§.uenditæ.in 2.col.in prin.ecce ergo,ꝙ q̄is auocatio dominii procedat facto meo,tamen per hoc nō extinguitur ius pignoris mihi competens in re,quæ a me facto meo auocari poteſt.Ad idem in ſimili optimus text.in l.2.C.de pręt. pig.iun.glo.ibi,cum his quæ no.per doc.ubi hyp.quę competit creditori ad recuperandum pignus,nō aufertur ei,licet ſua culpa creditor ceciderit ab illius poſſeſſione.Et per prędicta reſpōſum eſt argu.Alex.& opi.Cy.& ſequacium,tenet ēt Socy.in d.l. debitori.in 3.limi. vbi ēt reſpondet ad dictum fundamentū cōtrarium,quod fit in d.l.neq; pignus, ſed nō ęque clare & plenè, ut ſupra per me,& quamuis auctoritas Alex.ſit ſuprema.Tamē cum opi.ſit communis,& nullum cōtradictorem habebat,niſi Alexan.& poſſit defenſari, vt ſupra non putarem eſſe recedēdum ab illa.† Sed in vno contingit dubitari circa ſecundum caſum ſupra relatum,quando ſcilicet creditor ſuccedit debitori, & acquirit dominium rei hypothec. irreuocabiliter, quo caſu extinguitur hypothec.ſm omnes ſupra relatos, an ſi dictus hę-

Source : BIU Cujas

res & creditor poſt delatam hæreditatem, ſed ante eam aditam obligauit omnia ſua bona alicui ſuo creditori, quo caſu cẽſent ẽt obligata iura & actiones, & ſic etiam hypo. ſibi competẽs in bonis hæreditariis, iuxta l. nomen. C. quæ res pig. oblig. poſſ. & l. grege. §. cum pignori. ff. de pi. & to. tit. C. ſi pig. pig. da. ſit, & actio quæ directò competit creditori & hæredi obliganti vtiliter cõpetit dicto eius creditori, ut habetur in d. locis, an dictus hęres adeat poſtea hæreditatem dicti ſui debitoris, & acquirat dominium dictarum rerum hæreditariarum irreuocabiliter: quia ab aliquo alio auocari non poſſunt, & per ꝙñs actio hypo. directa ei competens ſit extincta per d. l. neq; pignus, ſit etiam extincta vtilis hypo. quæ ante hæreditatem aditam incepit cõpetere creditori dicti hęredis. Et breuiter in hac difficultate Pau. de Caſt. in conſ. 395. notandum j. in fi. tenet, ꝙ licet iſto caſu ſit confuſa directa per acquiſitionem dominii irreuocabilis, quæ remanſit apud primum creditorem & hæredem, tamen nõ erit confuſa vtilis acquiſita ſecũdo creditori, cui primus bona ſua obligauit ante aditam hęreditatem: quia cum directa & vtilis ſint diuerſæ, non ſequitur, ꝙ ſublata directa ſit etiam ſublata vtilis, iuxta no. in l. hæreditatem. in gl. fi. ff. de do. iunc. l. quis ergo caſus. ff. de pecu. & quod no. in l. non quocunque. §. qui Caium ff. de leg. 1. Adde tu, ꝙ idem probatur in l. ſi hæres. la 2. & ibi per Bart. ff. ad Treb. & in l. 1. & ibi etiam Bar. ff. de act. & obli. & latè per Sali. in l. 1. in 7. q. C. eo. tit. in quibus locis habetur, ꝙ actio directa eſt diuerſa ab actione utili, & ꝓpea vna ſublata altera poteſt remanere: ſecus autem, ſi dictus hæres obligaret in caſu iſto omnia bona alteri ſuo creditori poſt aditam hęreditatem; quia cum iam hypothe. eſſet extincta per acquiſitionem dominii in d. obli. illa non fuiſſet comprehenſa tanquam extincta; quia nemo plus iuris in alium transferre poteſt, quàm ipſe habeat. l. traditio. ff. de acq. re. do. quæ omnia bene no. quia ſunt practicabilia, & nõ inuenies examinata per alios, & per hęc ſit expeditum primum membrum huius quintæ partis.

SVMMARIVM.

1 *Prior tempore in hypotheca potior eſt in iure, & multis caſibus ampliatur hæc regula.*
2 *Prioritas hypo. in multis prodeſt, & multa operatur.*
Prioritas hypothecæ non ſolum prodeſt in agendo, ſed etiam in excipiendo & replicando.
3 *Re empta per debitorem ex pecunia ſecundi creditoris præferendus eſt in illa prior creditor in hypo. generali.*
4 *Mutuum datum ad domum reficiendam non extinguit primam hypo. primo creditori in illa competentem.*
5 *Traditio rei hypothe. alteri hoc eſt ſecundo creditori non tollit hypothe. a primo.*
6 *Regula, qui prior eſt tempore, potior eſt in iure, habet locum in pignore prætorio conceſſo pluribus creditoribus ex diuerſis titulis.*
7 *Creditorum quorum vnus prætendit pignus cõuentionale, alter prætorium, præfertur prior tempore.*
8 *Venditio ſecunda per ſecundum creditorem de re empta, ſed non ſoluta facta non tollit primam hyp. cum primo venditore contractam.*
9 *Regula, qui prior eſt tempore &c. non procedit non tantum pro ſorte principali, ſed etiam pro vſuris, & non ſolũ in expreſſa hypo. ſed ẽt in tacita. Item tam in hyp. conditionali, quàm pura.*
10 *Conditio retrotrahitur in contractibus, ſed non in legatis.*
11 *Prior in tempore priuatus præfertur fiſco in bonis quæſitis ante obligationem fiſci, ſed non poſtea.*
12 *Dotibus duabus conſtitutis præfertur tempore prior.*
13 *Prior tempore præfertur poſteriori, etiam ſi ſit nouata ſua obligatio cum repetitione pignorum.*
14 *Prior in tempore habens generalem hypo. præfertur poſteriori etiam habenti ſpecialem.*
15 *Poſterior creditor præfertur priori multis caſibus.*
16 *Mulier in cauſa dotis licet ſit poſterior in hypo. præfertur priori creditori.*
17 *Pactum, quòd res emenda ex pecunia per me mutuata ad illam emendam ſit mihi ſpecialiter obligata pro pecunia facit me præferri omnibus creditoribus anterioribus, etiam doti.*
18 *Fides de pretio rei venditæ transfert dominium rei uenditæ in emptorem, ſi tamen venditor expreſſe conueniat, quòd res vendita ſit ſibi pro pretio hypothe. tunc eſt cæteris in illa præferendus Secus ſi non fecit tale pactũ.*
19 *Res empta ex pecunia pupilli pro rata ſuæ pecuniæ eſt ei tacite hypot. cum priuilegio antelationis alijs creditoribus habentibus anteriorem generalem hypo. in bonis eiuſdem debitoris.*
20 *Res empta ex pecunia militis eſt ipſi tacitè hypothecata cum beneficio antelationis cuiuslibet alterius.*
21 *Militia empta ex pecunia expreſſim mutuata ad dictam militiam emendam eſt ſpecialiter pro ipſa pecunia hyp. cum priuilegio prælationis.*
22 *Dos poſterior in hypo. tacita præfertur anteriori in rebus ſecundæ dotis exiſtentibus.*
23 *Dotis tacita hypo. præfertur alteri anteriori tacitæ.*
24 *Hypotheca condõnalis competens pro legatis nunquam retrotrahitur.*
25 *Pluribus immiſſis ex primo decreto vigore rei iudicatæ, uel iuris exequibilis, nullus eſt in iure præferendus.*
26 *Creditor poſterior præfertur anteriori ob ipſius prioris culpam, & vitium.*
27 *Creditor poſterior pro debito principali præferendus eſt priori.*
28 *Expenſa funeris præfertur omni ære alieno.*
29 *Secundus creditor offerens ſolutionem pignoris efficitur anterior.*
30 *Caſus quinque in quibus poſterior efficitur anterior.*
31 *Res obligata duobus ab uno debitore, an cenſeatur inſolidum cuilibet obligata, an pro parte.*
32 *Contendentium pro re inſolidum obligata melior eſt conditio poſſidentis.*
33 *Lucrum & damnum inter ſocios an ſemper debeat eſſe commune.*
34 *Iudicium familiæ erciſcundæ non datur inter plures cohæredes quo ad actiones perſonales, & nomina debitorum.*
35 *Hypotheca, quæ defuncto competebat, non diuiditur inter hæredes, ſed indiuiſa remanet, & vnicuique competit inſolidum.*
36 *Hypotheca dicitur ius in re, ſeu ius reale.*
37 *Ius hæreditarium induiduum quo caſu veniat in iudic. fa. erc.*
38 *Vno ex creditoribus habentibus hypothe. immiſſo ex primo decreto alij non cenſentur immiſſi.*
39 *Bonis generaliter duobus creditoribus hypo. diuerſis temporibus an alter illorum ſit aliquo modo præferendus.*
40 *Fictio translatiua de tempore ad tempus requirit duplex extremum, videlicet a quo, & ad quod.*
41 *Conditio caſualis non trahitur retro, quando extremum a quo tempore purificatæ conditionis non erat habile in eſſentia, ſiue ex parte rei, ſiue ex parte perſonæ.*
42 *Fiſcus præfertur anteriori creditori in bonis quæſitis per debitorem poſt contractum fiſci, præterquam ſi anterior eſſet priuilegiatus, ut pupillus.*
43 *Prioritatem uel poſterioritatem alleganti incumbit onus probandi.*
44 *Tempus exiſtens alicuius actionis fundamentum præcisè eſt probandum.*
45 *Probatio prioritatis uel poſterioritatis qualiter ſit facienda.*
46 *Probans ſemper præfertur nihil probanti.*
47 *Lex ſcripturas. C. qui po. in pi. ha. qualiter intelligi poſſit.*
48 *Scriptura libri mercantilis differt ab apodiſſa.*
49 *Scriptura ſolemnizata inducit prioritatem, & priui. prælationis.*
50 *Inſtrumentum publicum domini præfertur ſcripturæ priuatæ procuratoris.*
51 *Primus creditor ſi habeat ſpecialem & generalem hypot. ſecundus autem ſpecialem non poteſt primus deſcendere ad generalem, in qua comprehenditur ſpecialis ſecundi creditoris, niſi in ſubſidium.*

Secundum membrum quintæ partis.

1 SEQVITVR †modo ſecundum membrum iſtius quintæ partis, in quo tractatur de effectibus prioritatis reſultãtibus ex ipſa hypothe. & in hoc membro pono regulam, ampliationes & fallentias. Regula ſit ergo, ꝙ qui prior eſt in tempore in hypoth. potior eſt in iure, ut in regula, qui prior. lib. 6. & in l. quoties vtriuſque. ff. eod. ti. & in l. qui balneum, in prin. & l. potior. in prin. ff. qui po. in pi. hab. ampliatur modo regula viginti modis:

2 †Et primò amplia, ẽt ſi unus creditor prius contraxit ſuũ creditum ſine hyp. & alius poſtea cum hyp. quia prioritas hypo. debet attendi, & illa præfertur, ut eſt tex. & ibi Bar. in l. creditor ꝙ prior. §. ſi primus. ff. qui po. in pig. hab. Secundò amplia: ut talis prioritas hypoth. proſit non ſolum agendo, ſed excipiendo & replicando, ut eſt tex. in d. l. creditor. in prin.

3 Tertiò amplia, etiam ſi res eſſet empta per debitorem ex pecunia ſecundi creditoris; nam etiam in illa præfertur prior creditor in hypo. generali, ut l. quod quis. ff. de priui. cred. & in auc. quo iure. C. qui po. in pig. hab. Quartò amplia, etiam ſi pecunia fuiſſet mutuata expreſsè per poſteriorem creditorem debitori ad emendum tales res: quia etiam in illis emptis prẽfertur prior creditor habens gñalem hyp. quia ſecundus creditor, qui mutuauit ad res emendas, ex hoc non habet hypo. in dictis reb. ſed habet ſolum priui. in perſonali, quo mediãte præfertur aliis creditoribus ſolam perſonalem habẽtibus; ita tenet gl. in l. qd' qs. ff. de priui. cred. & Bar. in l. interdum. ff. qui pot. in pi. ha. & Bald. in l. quamuis ex ea. C. de pi. & in l. licet. C. qui po. in pig. hab. Sal. in d. auc. quo iure. eo. ti. in 2. q. vbi dicit ita cõiter teneri, & idem Sal. in d. l. interdum. Et ita tenendum eſt, quamuis glo. in d. auc. quo iure. contrarium teneat, ſ. ꝙ res emptæ ex pecunia mutuata ad illas ſint tacitè hypothe. mutuanti, & d. glo. ſimpliciter refert pro notabili Alex. in l. ſi cum dotem. §. fi. in vl. col. ff. ſo. ma. Sed ut patet ex prædictis illa glo. non eſt vera, & in contrarium eſt communis opi. Reſtringe tamen hoc, niſi mutuans ſuã pecuniam in contractu mutui recepiſſet hyp. oĩum bonorum ab eo, cui mutuauit; quia tunc res empta a debitore comprehẽderentur in d. generali obliga. & eſſet hypo. mutuanti: vt l. fin. C. quæ res pig. ob. poſſ. ita not. Saly. in d. l. interdum. ff. qui po. in pigno. hab.

4 †Quintò amplia, etiam ſi pecunia eſſet mutuata ſpecialiter ad domum uel nauem faciendam: quia talis mutuans nõ habet hypo. in d. domo, vel naui, & ideo ei præfertur habens hypo. ita tenet glo. Bar. & Sal. in d. l. interdum.

5 †Sextò

Source : BIU Cujas

5 †Sextò amplia,etiam ſi ſecundo creditori res hypothe. trada tur:quia adhuc in ea præfertur prior in tempore,cui nõ fuit tradita;vt eſt tex. in l.ſi prior.§ fi.ff.qui po.in pig.hab.

Septimò amplia,etiam ſi ſecundus creditor conuenit de uẽdenda hypotheca,uel pignore,& no. quia adhuc prior præfertur,ut d.l.ſi prior.§.fi.& ibi no.Bar.

Octauò amplia etiam in rebus quæſitis per debitorem poſt hypo.primi & ſecundi creditoris:quia etiam in illis prior p̃fert̃ ſecundo,vt eſt tex.in l.fi.in prin.ff.qui pot.in pig. hab.& ibi not. Bar.& Bal.in Lhac edictali.§.his illud,vlt.col.uerſ.ut ſi quis.not. hunc tex.ſin.C.de ſecun.nu.& Bar.in l.ſi is qui.ff. de iu.fiſ.in uer. quæro quid ſi duobus priuatis,&c.quod tamen fallit in fiſco;nã ille præfertur priuato habẽti gñalem hyp.in bonis poſt hyp.q̃ſi tis ſpeciali priuilegio fiſci,vt eſt tex.in d.l.ſi is qui.& ibi Bar.

6 †Nonò amplia,vt reg habeat locum in pignore p̃torio con ceſſo pluribus creditoribus ex diuerſis titulis ; quia ẽt inter eos hẽt locum.d.reg.qui prior.per tex.in l. 2.qui po. in pig. ha.& ibi Bar.& Sal.& Bar.in l.cum vnus.in ver.uenio ad ſecundum.ff.de bo.aucto.iudi.poſſ.ſecus autem ſi eſſent creditores eiuſdem tituli: nam tunc vno immiſſo alii cenſerentur immiſſi, & eſſent æquales:ita tenet Dy.in d.reg.qui prior.in vlt.col.in uerſ. ſi om nes prætorium,& dixi ſupra in 3.par.2.mem.num.32.

7 †Decimò amplia,etiam ſi vnus prætenderet pignus conuentionale,& alius prætorium:quia etiam inter eos habet locum. d.reg.qui prior.ita tenent Bar Saly.& alii in d. l.2. & Bar. in d.l. cum vnus,per l.ſi poſtquam, ff. vt in poſſ. leg. & dixi ſupra in d. 2.mem.num.33.ad fi.

Vndecimò amplia,vt re.procedat etiam in creditore ex ſcriptura priuata trino teſte ſignata:quia etiam ille præfertur poſteriori creditori habenti hypothe.ex alio ſimili, uel publico inſtru.vt l.ſcriptura.C.qui po.in pign.hab.de quo tamen latius dicam infra in hoc ſecundo mem.q.8.

8 †Duodecimò amplia reg.vt procedat etiam,q̃ unus mercator vendit merces alii mercatori pro certo prec.de quo fidẽ habuit,& ſic tranſtulit dominium in ementem, & emptor promiſit ſoluere pretium in certis nundinis,& poſtea aufugit , & merces venditæ adhuc extant,& concurrunt alii creditores hypo. d.temporis,& mercator qui vendidit merces,nam in illis mercibus præferri dñt tanquam priores & potio.d.creditores,ita tenet Alex.in d.§.fi.in pe.col.Sed Iaſ.in l.creditor,la j.ff.ſi cer.pet. vl.col.ver.no.tamẽ diligenter,dicit q̃ d. Bal. poteſt ſaluari vno caſu,quãdo.ſ.pecunia fuiſſet expreſsè mutuata ad tales merces emendas;quia tunc in illis præferetur mutuans aliis credit.prioribus,per l.q̃ quis.cum glo.communiter approbata.ff.de priui. credi.& etiam plus vult Iaſ.q̃ iſto caſu talis mutuãs habebit tacti.hypothe.in d.mercibus,per gl.in d.auc.quo iure. C.qui po.in pi.ha.Sed hoc vltimum non eſt uerum,quia d.gl.communiter eſt reprobata,vt dixi ſupra in hoc 2.mẽb.in 4.amplia.nu.5. illud autem quod dic.Iaſ.q̃ talis mutuans præferatur aliis creditori. intelligi debet de creditoribus ſolam perſonam.habentibus:vt declarat Alex.in d.l.ſi cum dotem.§.fi.pe.col.licet Iaſ.ſimpliciter referat. Sed tam Alex.in d.§.fi.q̃ Iaſ.in d.l.creditor. ineptè limitant illam conclu.ſupra firmatam, q̃ mercator in mercibus venditis poſtponat̃ aliis creditori.emptoris, in caſu q̃ pecunia fuit mutuata expreſsè ad merces emendas : quia limitatio ẽ penitus diuerſa a dicta concluſione,vt de ſe patet: dicta tñ deciſio bene fallit,q̃ ille mercator,qui emit merces prius pręconcepe rat fugam:quia tunc ex traditione non fuit in eum tranſlatum dñium,& iõ venditor illarum deberet in illis præferri tãquam dñs.ita no.Alex.in d.l.ſi cum dotem.§.fi.in vlt.col.poſt Ang.& alios per alle.ibi per eum,& idem tenet Veronen.in cau.car.16.

9 inci.vulgaris.j.colum. † Tertiodecimò amplia,vt reg.procedat non ſolum pro ſorte princ.ſed ẽt pro uſuris:quia ẽt illis p̃fertur prior in tpe,vt eſt tex.& ibi Bar.in l.Lucius.ff.qui po.in pig.hab. Quartodecimò amplia;vt regula procedat non ſolũ in expreſſa hyp.ſed ẽt in tacita : quia ẽt prior in illa præferẽt poſteriori, vt eſt tex.in l.hac edictali.§.his illud.C.de ſecũ. nup. & ibi hoc no. Bal.vlt.col.& hoc ẽt in rebus poſt obligationem quæſitis,vt ibi per Bal.& non ſolum præfertur alteri tacitę poſteriori,ſed ẽt p̃fertur expreſsè poſteriori etiam fiſco:vt l.1.2.reſpon. C.rẽ alie. geren.& no.Dy.in d.reg.qui prior.in membro tacitæ.

Quintodecimò amplia,ut re. procedat non ſolum quando hypothe.apponitur a domino in re ſua,ſed etiam ſi apponatur a non domino in re,in qua habet publicianam; quia etiam iſto caſu prior in tempore potior eſt in iure,vt l.ſi non dominus in j.reſp.& ibi Bar.ff.qui po.in pig.hab.

12 Sextodecimo amplia,vt reg.procedat non ſolum in hyp. pura,ſed ẽt in condõnali:quia ſi condõ ſit caſualis uel mixta non dependens ex mera ptãte debitoris , tunc trahitur retro ad diẽ

13 p̃ctus,& creditor ex illa præfertur poſteriori creditori puro, vt eſt tex.in l.qui balneum.§.j.& in l.potior.§.1.ff.qui pot.in pi.ha. & ppea in dote,quæ eſt promiſſa reſtitui ſub condõne, ſi matrimonium ſoluatur,& ante non oritur actio ad reſtitutionẽ dotis,vt latè per Alex.in l.ſi conſtante.§ 1.ff.ſol.ma.& per Bal.Nouel.in tra.dotis in 10.par.princi.in 16.limi.& in actione tutelę, quæ finita & non ante oritur actio contra tutorem, ut per gl.& Bar.in l.ſi rem.§.omnis.ff.de pign.act.& in toto ti.ff.de tut.& ra. diſtrahen.& in ſimilibus caſibus hypo. quæ accedit obligationi conditionali,exiſtente condõne trahitur retro ad diem cõtractus,& perinde habetur,ac ſi illo tempore quo ſtipulatio inter poſita fuit,facta fuiſſet ſub hypo.ſine conditione,ut dixit tex.in d.l.potior.§.j.& ideo creditor ex illa venit præferendus aliis hypothe.poſtea purè contractis,non obſtan. q̃ contractæ fuerint ante purificatam q̃dõnem præcedentis obligationis, ſecus aũt eſt (vt dixi) in obligatione p̃cta ſub q̃dõne poteſtatiua: quia illa non trahitur retro,& iõ non facit præferre creditorem, ſed attẽditur tp̃s exiſtẽtis condõnis,ut eſt tex.& ibi gl.Bar. Ang. & Sal. in l.1.ff.qui po.in pig.hab.& in d.l.qui balneum.in prin. & in d. l.potior.in prin.eod.ti.& in l. Titius.quæ eſt lex pe.& ibi Bart.& oẽs.ff.quæ res pig.obl.poſſ.& declarant Ange.Alexan.& Iaſ.in l.ſi filius.in prin.ff.de ver.obli.& habetur per Bart.in l.ſi is qui q̃ emptore.in 5.quæſt.princ.ff.de vſuca.& ibi etiam Iaſ.in materia fictionis tranſlatiuæ.Et rõ differentiæ inter conditionem caſualem & poteſtatiuam aſſignatur per Bar.in d.q.quia in condõne poteſtatiua non ſubeſt æquitas, immo deficit, q̃ ipſa trahatur retro,ex quo fuit in poteſtate debitoris eam non implere,& ſic non incidere in obligationem,& pro hoc eſt bo.tex.in c. ſi pro te.de reſcri.lib.6.prout ibi declarat Io.An.in 4.gl.in Nouell.qui etiam aliter aſſignat rationem differentiæ, uidelicet quia q̃dõ caſualis pendet ex fortuna,& ideo p̃ctus dr̃ ſolidior : cum non pendeat a voluntate,ſeu ptãte alicuius partis,ſecus eſt in conditione poteſtatiua;quia illa pendet a uoluntate partis,ideo contractus non eſt ita ſolidus,& iſtud declarat ibi Ioã. de Ligna.dicens,quòd quando diſpoſitio eſt ſub cõditione caſuali , dicitur ius quæſitum licet conditionaliter, & iõ adueniente condõne retrotrahitur,& primus præfertur ſecundo poſteriori, iuxta d. l.qui balneum.§.1.ſed quando dependet a uolũtate debitoris, non dicitur inuitus contractus. d.l. qui potior. primo reſponſ. ſed potius habitus tractatus de ineundo, & ideo non trahetur retro.d.cap.ſi pro te.& idem fuit de mente Pau.de Leaza. prout ibi refert Ioan.de Fantu. qui etiam clarius declarat hanc rationem differentiæ,& ſequitur etiam Domi.de Sanct.Ge. & refert Soci.in conſi.41.in præſenti conſultatione. in j.colum.4. uolu. & corroborat per gloſ.not.in gloſ.ſuper uerſic.executorem. in cle.j.de conceſ.præben.quæ melius declarat hunc articu.quàm faciant legiſtæ ſecundum Pau.de Caſt.in l.quidam cum filium. in fin.ff.de uerborum obliga.& refert Soc.in d.conſi.41. & quã do dicatur eſſe in poteſtate debitoris,cui fuit promiſſa pecunia, illam non recipere,vide Barto. in l.Titius.ff.quæ res pig.oblig.

10 poſ. † Sed licet ita ſit in contractibus,tamen in legatis eſt ſecus: quia in illis non trahitur retro conditio, ſed attenditur tempus exiſtentis conditionis.l.ſi mater.§.eandem.ff.de excep.rei iudi. & l.j.§.ſerui appel.ff.ad ſil.& ita nota.Bart.Alex.& alii in d.l.ſi filius.in princip.ff.de uerborum obliga. & latiſſime Iaſo. in d.l.ſi is qui pro emptore.colum.66.in materia fictionis tranſlatiuæ, & in d.locis aſſignantur etiam plures rationes differentię inter contractus conditionales & legata, quare.ſ.in contractibus cõditio retrotrahatur,& non in legatis,& ex hoc infert Bal.No.in tracta.dotis,in 10.par.in fi.quòd ſi hęres pendente conditione legati aliquid alienauerit ex bonis teſtatoris tacite obligatis p dicto legato,iuxta.l.j.C.com.de leg.& poſtea purificetur conditio legati,quòd legatarius non poterit ex hypothe. auocare ab emptore dictam rem ei uenditam;quia conditio in vltimis voluntа.non trahitur retro,vt habetur in d.l.ſi filius.in prin. & ita dicit conſuluiſſe in ciui.Floren. licet plures aduocati tenerent contrarium,& ita etiam tenet Soci.in d.conſi.42.4.uol. de quo arti.latius dixi ſupra in iſta 5.par.in j. memb. vbi uide. Sed ſi res legata ſub conditione alienetur per hęredem pendente conditione,& poſtea purificetur conditio dicta alienatio fingitur retro nulla,& eſt ac ſi nunquàm fuiſſet alienata:vt eſt text in l.ſi. §.ſinautem ſub conditione.& ibi Barto.in pe.oppo.C.cõ. de lega.& tenet Iaſ.in d.l.ſi is qui pro emptore.col. 167.† Septimo-

11 decimò amplia regulam vt etiam procedat, quando priuatus creditor eſſet anterior in tempore & fiſcus eſſet poſterior:quia etiam iſto caſu præferri debet prior in tempore fiſco & regi & imperatori,vt eſt tex.& ibi not.Bald.poſt glo.in l.ſi fundum.C. q̃ po.in pig.ha.& Bal.in l.2.C.de remiſ.pig.& tex.in l.fi.§.fi.& ibi Bar.ff.qui po.in pig.ha. Intellige tamẽ (vt etiam dixi ſupra) in bonis quęſitis ante hypo.fiſci,ſecus autem in quęſitis poſtea: qa in illis prefertur fiſcus,vt per Bar.in d.l.fi.in prin.& latius in l.is

12 qui.ff.de iure fiſc.Decimooctauò †amplia,vt reg. procedat etiam in duabus dotibus reſtituendis ex eiſdem bonis; quia prior in tempore potior eſt in iure,vt eſt text.in l.fi.in ver exceptis.cum

13 ſeq.C.qui po.in pig.ha. † Decimononò amplia, vt regu. procedat,etiam ſi j.obligatio nouetur cum reperitione.j. hypothe. & pignoris; quia ſcilicet ille creditor preferri debet aliis creditoribus precedentibus nouationem, ſubſequentibus tamen poſt primam obliga.nouatam ; quia pignora repetita in nouatione cenſentur repetita cũ priuilegiò prioritatis,vt eſt text. & ibi no. Barto.in l.3.in princip.ff.qui po.in pign.hab.

Source : BIU Cujas

14 †Vigesimò amplia regu.vt procedat, etiam si prior creditor haberet generalem obligationem bonorum, & posterior haberet specialem in vna re quia etiam in illa re specialiter obligata secundo prefertur primus ratione generalis obligationis.vt est tex.in l.2.C.qui po in pi.hab.& tex.& ibi Bal. & Sal. in l. fi generaliter. ff.eo.ti Fallit modo dicta regula viginti modis.

15 †Et primò fallit, quando pecunia esset mutuata ad conseruationem rei,puta ad nauem armandam,vel reficiendã: quia tũc posterior creditor præfertur priori in dicta re vel naui, vt ẽ tex. in l.interdum.ff.qui po in pig.ha.& ibi Bar.& istud priuilegium prælationis non solum militat respectu alterius creditoris habentis tacitam generalem anteriorem,sed etiam militat respectu anterioris creditoris habentis specialem & expressam:quia iste præfertur illi ad instar illius,ex cuius pecunia empta fuit res cum pacto expresso;vt illa esset obligata illi qui pecuniam mutuauit ad illam emendam,iuxta l.licet.C.qui pot.in pig.hab Ita tenet glo.& fuit opi.Azo in d.l.interdum . in gl.i.& ibi sequitur Bar.& Saly nisi ille talis,qui habet specialem , esset etiam priuilegiatus inter personales actiones,iuxta ti ff.& C.de priui. cred. quia tunc ille,qui mutuauit ad refectionem nauis, non præferẽ illi tali:ita tenet gl.in d.l.interdum, & ibi sequitur Saly.

Et vltra prædicta amplia hanc fallentiam,vt procedat etiam in mutuo facto pro alimentis nautarum , sine quibus nauis salua ad locum destinatum peruenire non poterat , vel in mutuo facto pro custodiendis rebus,vel pro soluendo naulo , vel pensione vecturæ dictarum rerum obligatarum prius alteri, vel ꝓ affictu soluto pro horreo,vel alia domo, in qua dictæ res obligatæ fuerunt conseruatæ: in omnibus enim istis casibus potior est,qui pro illis mutuauit prioribus creditoribus,vt est text.in l. Lucius.ff.qui po.in pigno.hab. & declarant Bar. & Saly.in d.l. interdum.Item extenditur ista fallen.ad refectionem cuiuscunque ædificii & aliarum rerum : quia mutuans ad hoc præfertur aliis credito.anterioribus,vt not.Bart.& Sal.in d.l.interdum, & tex.iuncta gl.in l.creditor qui ob restitutionem.ff.si cer. pet.

Et ista prima fallen.extensa , vt supra restringitur sex modis. Primo modo,vt procedat ita demum , si pecunia expresse mutuata fuit ad d.causam conseruationis & refectionis: nam si pecunia fuisset simpliciter mutuata non expressa causa , etiam ꝙ postea esset expensa in refectione, mutuans non haberet priuilegium prælationis,text.est in l.procuratoris §. si duas. in ver. planè.ff.de tribu.

Secundò restringitur,vt non procedat, ẽt si pecunia esset expresse mutuata ad dictam refectionem,nisi cum effectu esset expensa pro tali refectione:aliàs.n.cessaret ratio d.l.interdum.

Tertiò restringe: vt procedat respectu pecuniæ mutuatæ ad dictam refectionem, non autem respectu pœnæ conuentionalis adiectæ in contractu mutui: quia quò ad pœnam cessat taci. hypo.& etiam priui. prælationis,ita Pau.de Cast. in l. ideo condemnatus,per illum tex.ff.de comp.

Quartò restringe d.fall. vt procedat, quatenus dicta pecunia fuit necessaria pro dicta refectione,secus aũt in eo pluri, quod fuisset mutuatum vltra d.necessitatem:vt est optimum arg.in l. fi in fi.in prin.ff.de exerci.

Quintò restringe d.fall.in mutuo facto hæretico;quia etiam quod sit factum pro refectione , & omnia concurrant ; tamen mutuans non habet hoc priuilegium hypothe. ut in simili dicit tex.in auc.item priuil.C.de hære.& tenet Abb.in cap.gaudemus.de diuor.& istę quinque restrictiones ponuntur per Iaſ. in d.l creditor.ff.si cer. pet.

16 †Sextò restringe tu,vt fallẽ.non procedat,quando creditor, qui mutuauit in causa refectionis, concurreret cum vxore agẽte ad suas dotes vigore suæ tacitę hypothe. priuilegiatæ iux. d.l. assiduis.C.qui po.in pi. ha. Nã vxor deberet pferri tali creditori habenti tacitam anteriorem & priuilegiatam,vt supra . Ita latè disputando fir.Saly.in d.auc.quo iure.C.qui po.in pign.hab.per optima fundamenta,& respondet argu.Cy. qui tenuit contrarium,& idem tenet Sal.in d.l.interdum,& licet Bal.No. in trac. dotis,in 10.parte,in 11.col.in 14.limi. ficco pede trãseundo sentit cõtrarium s.ꝙ isto casu prior in tpe potior sit in iure, tamẽ plus placet opi.Saly.qa per eam euitatur correctio. d.l. assiduis. per quam mulier in dote sua tacita hyp. præfertur anterioribus creditoribus tacitam tantum prætedentibus,& ideo est amplectenda.l præcipimus. C. de app. & quia in dubiis iudicandũ est pro dote.l in ambiguis.ff.de iur.do & istam opin.etiam simpliciter refert & tenet Iaſ.in d.l.creditor.in ver.quid autem si mutuaui pecuniam.ff si cer.pe.& pro ea facit:quia (vt dixi) mutuãs ad refectionem non præfertur alii habenti tacitam hypo. priui legiatam in personalibus,ut tenet gl.Bar.& Saly in d.l.interdũ, sed sic est,ꝙ mulier in dote vltra tacitam hyp.habet etiam priui legium prælationis in actionibus personalibus,vt l.vni.& ibi gl. & doc.C.de priui do.meritò. d.l.interdum.in qua fundatur ista 1.fallen.non militat in dote,& hoc est clarum.

17 †Secundò fallit d.re. quando mutuans ad rem emendam ex presse conueniſſet cum debitore, ut res emenda de d. pe. esset ei pro pecunia mutuata obli.specialiter. Nam tunc mutuans in hypoth.dictæ rei præferretur anterioribus.creditoribus habentibus priorem hypothec generalem,ut est text.in l.licet. C.qui pot in pign.hab.

Sed est dubium,an iste qui expresse conuenit ut res emenda ex sua pec.mutuata ad illam emendam esset ei obligata, iux. d. l.licet præferri etiam debeat doti anteriori.Bar. in d l.interdũ : tenet ꝙ non,& alleg glo.in auc.de æquali.do.§. his consequẽs. tamen in hoc puto cõtrarium esse de iure verius; quia qui mutuat cum pacto,vt res emenda ex pecunia mutuata sit sibi obligata,habet expressam hypo.& non tacitam, ex quo oritur mediante conuentioue & pacto,iuxta no.in l.vni. §. & vt plenius. C.de rei vxo. act. Cum ergo habeat expressam & specialem in dicta re, & præferatur omnibus creditoribus anterioribus habentibus etiam expressam hypoth vt est text. in d.l. licet, debet fortius præferri doti habenti anteriorem tacitam:quia si præfertur habentibus expressam anteriorem,qui preferuntur doti habenti tacitam posteriorem , vt habetur in d. l. assiduis. debet etiam præferri doti,per l.filium,cum ibi not.C.qui po. in pigno. hab. & ita fir. Veronen. in suis cautelis , car. 16.colum.4.incip. vulgaris,&c.

Et pro corroboratione optimè faciunt no. per me supra in 4.parte princip. in 4.q vbi fuit concluſum , ꝙ pactum factum inter ementem & vendentem,ꝙ res vendita stet prius hypoth. pro certo debito , preiudicat etiam anterioribus creditoribus, & facit,ꝙ ille creditor,in cuius fauorem est appositum dictum pactum,præferatur omnibus aliis anterioribus hypoth.in d.re: quia illa res transiuit in emptorem affecta ex dicta obli. per alleg in d.loco,vbi vide,& ex hoc potest etiam dici , ꝙ creditor, qui mutuauit cum pacto , de quo in d. l. licet preferri debeat non solum doti anteriori habenti tacitam , sed etiam habenti expressam cum sit eadem ratio.

18 †Et etiam facit pro prædictis , quod volunt Vber.de Bobio, & Albe.in d.l.licet.videlicet ꝙ sit vendens aliquam rem , & habens fidem de pretio , quo casu transfertur dominium in emptorem,vt l.quidam ff.de in rem ver.& l.procuratoris.§. si dedi mercedem.ff.de tribu.si tamen expresse conueniat , ꝙ res uendita sit sibi expresse hypo.pro suo pretio, tunc ipse venditor esset aliis potior in dicta re,secus autem si non fecisset dictum pactum,& per hoc d.l.licet.Quinimmo volunt plus præfati doct. in d.l.licet , videlicet ꝙ si (retentis terminis prædictis) emptor tempore emptionis obligauit pro pretio omnia sua bona venditori,ꝙ etiam isto casu venditor pro suo pretio esset preferendus aliis anterioribus creditoribus in re vendita,& sic volunt , ꝙ licet d.l.licet.loquatur in re expresse obligata:tamen ꝙ idem sit in generali hypo.& ita refert Veronen.in d.cau. inci. vulgaris.Tamen de hac vltima decisione satis dubito , quia tex in d.l. licet. expressis verbis dicit , ꝙ statim in ipsa emptione fuit prędium specialiter obligatum,& sic loquitur in obligatione speciali,ergo a verbis claris legis non debemus recedere , & facit: quia generalis & specialis hypothe.in multis differunt , vt dixi supra,in secunda parte trac.in primo membro,vbi posui sex differentias inter generalem & specialem hypothecam , & hinc est(vt puto) ꝙ Veronen.in d.loco subdit, ꝙ ad tollendum omne dubium venditor debet in se retinere dominium rei venditę pro pretio sibi soluendo,& ꝙ ita communiter obseruatur & bene.Et similiter ex parte emptoris , qui vult soluere pretiũ, & dubitat,ne res empta sibi molestetur,aut euincatur, & ꝙ bona venditoris non sint idonea , & sint hypo. aliis anterioribus, cautela erit,ar.d.l.licet,ꝙ pecunia deponatur cum pacto , quòd conuertatur in emptionem aliorum bonorum immobilium, quæ prius stent obliga.pro defensione rei venditæ; tale n.pactum ualet,ut per Alex.in l.si fideiussor. §. si necessaria. ff. qui satisda. cog.& tunc illa bona empta ex dicta pe. erunt specialiter obli. pro defensione dictæ rei vẽditæ,& vigore dictæ spãlis hyp. emptor ꝙ defensione,& euictione rei emptæ erit præferendus qui buscunque aliis creditoribus etiam anterioribus & habenti.generalem hyp.in bonis venditoris,per tex.in d.l.licet . & per alia supra nota & ita frequenter practicatur Florentiæ in emptionibus & cessionibus iurium & aliis contractibus,& bene &c.

19 †Tertiò fallit d.reg.in pupillo, ex cuius pecunia res empta ꝙ rata suæ pecuniæ est ei taci. hyp. cum priuilegio antelationis aliis credi.habentibus anteriorem generalem hyp.in bonis eiusdem debitoris,ut est tex.in l.idemq;.ff.qui po.in pig.ha.& ibi gl. Bar.& alii,& hoc quando ille qui emit est extraneus,sed si esset emptor tutor pupilli;tunc est in electione pupilli, an velit d.rẽ emptam esse sibi hypo.pro sua pecu.ex qua empta fuit,an verò velit vtili rei vendicatione d.rem vendicare, ut habetur per gl. Bar.Bal.Saly.& alios in l.si vt proponis.C.de rei uend. per Bald. post gl.in l.si tutor.C.de seruo pi.da.ma.& per Bar.in l.2.ff.quando ex fac.tuto.

20 †Quartò fallit reg.in re empta ex pecunia militis: quia etiã illa est tacite hyp.militi pro sua pe.cum eodem priui antelationis,ut dictum est in pupillo,vt not.glos.in l quamuis ex ea.C.de pig.& ibi Bar.& Saly.& latius Sal.in d.l.licet.in 1.& 2.opp.C.qui po.in pign.hab.

†Quintò

Source : BIU Cujas

21 †Quintò fallit in militia empta ex pecunia expreſſim mutua ta ad d.militiam emendam,quia etiam ꝙ non fuerit appoſitum pactum,ꝙ illa militia eſſet ſpecialiter obli.iux.d. l. licet. tamen ſpeciale eſt,ꝙ d.militia ſit pro d.pe.mutuata cum priui.prælatio nis,& ſic ꝙ creditor ille præferri debeat aliis creditoribus, & ēt præferatur vxori dicti debitoris,qui militiam emit, & eius filiis repetentibus dotem,tex.eſt & ibi no.omnes in l.fi.& auc.ibi po ſita.C.de pi.& in auct.quo iure.C.qui po.in pig.hab.

Sed dubium eſt,an iſte creditor in d.militia præferatur doti poſteriori tantum,an etiam anteriori? Bal. No. in tract.dotis,in 10.par.in 12.col.in ver. 13.limi.vult,ꝙ preferatur ſolum doti po ſteriori,non autem anteriori:quia quando dos eſt anterior, p̄fertur cuicunque priuilegiato,& etiam fiſco niſi ex cā primipilari,vt l.ſatis notum.C.in quib.cau.pi.taci.contraha.& ſuadetur ēt ratione:quia d.auc.quo iure.poſita eſt ad ampliationem d. l. aſſiduis,quæ vult,ꝙ mulier in dote præferatur aliis anteriorib. habentibus taci.hyp.Nam d.auc.extendit diſpoſitionem d.l. aſſiduis.ēt ſi illi anteriores creditores eſſent illi,ex quorum pecuniis res eſſent emptæ, ſiue refectæ, qui prætenderent perſonalē priuilegiatam,& poſtea excipit militiam emptam, in qua non vult mulierem pro dote p̄ferri illi, qui expreſſe mutuauit ad emendam militiam:remouet ergo in hoc priui.dotis de quo in d.l.aſſiduis,non āt præbet vlterius priui.creditori in d.militia cō tra dotem.idem etiam probatur in d.l.fi.in auc.ibi poſita, & ita ēt tenet gl.in auc.de ęquali.do.in §.his conſequens.in gl.in ver. poſterior,quæ vult,ꝙ quādo duo priuilegiati cōcurrunt, prior in tempore potior ſit in iure:& ita tenendum puto.

22 †Sextò fallit regula,quando concurrunt duæ dotes,quarum prior præferri debet.d.l. aſſiduis. §. exceptis, & dixi ſupra in 18. ampliatione.Nam hoc fallit,quando extarent aliquæ res ſecun dæ dotis:quia in illis mulier,vel eius filii agentes pro dote p̄ferri debent agentibus pro anteriori dote,& ſic habentibus generalem hypothecam anteriorem,vt eſt tex.& ibi no.doc.in auc. fi.C.qui po.in pig.habe.

23 †Septimò fallit generaliter in omnibus dotibus,quia mulier & eius liberi agentes pro reſtitutione dotis in tacita hypo. eis competenti præferuntur aliis non priuilegiatis habentib.aliam taci.anteriorem,vt eſt tex.in d.l.aſſiduis, & pluries dictum fuit.

24 †Octauò d.regu.fallit in hyp.condōnali competenti pro legatis iuxta l.1.C.comm.de leg.quia ſcilicet non trahitur retro, vt ex ea legatarius præferatur habentibus hypo.in rebus teſtato ris acquiſitam poſt mortem teſtatoris ab hærede,per not. in l. ſi filius.in prin.ff.de verb.obli.& dixi ſupra in hoc ſecundo mem bro,num.18.vbi vide.

25 †Nonò fallit in pluribus immiſſis ex primo decreto vigore rei iudicatæ, vel iuris exequibilis: quia omnes ſunt ęquales, & ſic non habet locum in eis regula.qui prior, nam prior nō p̄fertur,vt per Alex.poſt alios in l.ſi finita.§.ſi plures.ff.de dam. infe. & dixi latè ſupra in 3.par.2.memb.num. 27.

26 †Decimò fallit regu.quando prior creditor poſſidet,& conuentus hypo.a poſteriori creditore etiam iniuſtè agente negat per mendacium illam rem fuiſſe poſterioris: nam hoc probato a poſteriori creditore punitur prior creditor in tranſlatione poſſeſſionis: quia ſcilicet iudex abſque alia ſententia debet trāſ ferre poſſeſſionem,quæ eſt apud priorem creditorem in ſecun dum,& modo dictus primus creditor de reo efficietur actor: quia ſi vult cōſequi ſuum creditum, cogitur inchoare nouum iudicium,& proſequi & finire in hypothecaria cōtra poſterio rem creditorem,in quem fuit trāſlata poſſeſſio,& ſic habes caſum,in quo reſpectu poſſeſſionis poſterior creditor hyp. efficit anterior & poſterior,iſte eſt tex.in auc.item poſſeſſor.C.qui po. in pig ha.Et iſtud procedit,ēt ſi prior creditor poſt ſuā negatiōnē & proba.ſuper hoc factam a poſteriore vellet incontinenti docere de ſua priori hyp.quia non dēt audiri,ſed oīno poſſeſſio eſt transferēda in poſteriorem,ut ibi no.gl.& tenent Bar.Bal.Sa li.& alii,quia in hoc iudi.poſſeſſorio nō admittitur excep. dolo facis petere,qđ incontinenti reſtituere teneris,iux.l.1. in princ. ff.quorum leg.ita fir.gl.in d.auc.item poſſeſſor. & ſequunt doc. & talis tranſlatio poſſeſſionis de priori creditore in poſterio.fit in eadem inſtantia per implorationem officii iudicis,& tranſla ta poſſ.eſt finita inſtātia abſq; alia ſnīa,qđ eſt mirabile, & opus erit noua inſtantia,ſi prior creditor uult agere hyp.ꝫ ſecundū:

27 ita no.Bar.& Sal.in d.auc.item poſſeſſor.† Vndecimò ēt fallit in caſu ſpeciali,videlicet ꝓ debito primipili. Nam fiſcus creditor ex eo præfertur cuicunq; anteriori creditori,& etiam dos vxoris adminiſtratoris primipilatus eſt obnoxia pro d. adminiſtra. vt eſt tex.in l.ſatis notum.C.in quib.cau.pign.taci.contraha. ad idem tex.in l pen.C.de primipilo,lib.12. antequam tamē deue niatur ad dotem vxoris, debet fieri diſcuſſio de omnibus bonis mariti,& demum in ſubſidium poteſt deueniri ad dotem,ut eſt tex.in d.l.ſatis notum. Duodecimò fallit in accipientibus pignus a duo.diuerſis non dominis & diuerſis temporibus:quia inter accipientes melior eſt conditio poſſidentis, & non atten ditur qui prius acceperit,vt eſt text.in l.ſi non dominus. ſecūdo

28 reſponſ.ff.qui po.in pign.ha.& ibi per Bar. & Saly.† Tertiodecimò fallit in expēſa funeris,quia illa præfertur omni æri alieno: vt l.fin. §.in computatione.C.de iu.del.etiam illi qui habet tacitam hypothe.vt eſt text.in l.at ſi quis.§.primo. ff. de relig. & ſum.fune.& text.in l.pen.eodem titu.qui dicit, quòd præcedit omne æs alienum. Sed difficultas eſt, an talis expenſa præferatur etiam debito,quod habet expreſſam hypothe. anteriorem, & gloſ.in dic.l.pen.ſub dubio forte tenet quòd non argum.eius quod dicitur in dote in l.aſſiduis.C.qui po.in pig.hab. vbi habetur,quòd tacita hypothe. dotis præfertur alteri tacitæ anterio ri,ſed non expreſsè.Barto.autem in l.j.in 4.colum. in uerſicu.4. opp.ad 2.par.allegan.d.l.penulti. quæ incipit. impenſa.ff.ſoluto matrimo.tenet,quòd impenſa funeris tanquàm reſpiciens publicam vtili.de qua ibi,præfertur doti,& ita refert & reputat ſin gulare & ſequitur Ang.de Are.inſtitu.de l.Falcid.§ fin.in 2.no. & pro iſta opinio.fa.text.in d.l.pen.quæ dicit, quòd impenſa funeris ſemper ex hæreditate deducitur,ponderando verbū ſemper,& poſtea ſubdit,quòd præcedit omne creditum,ponderando uerbum,omne,quod nihil excludit.l.a procuratore. C.māda.capit.ſi Romanorum.19.di.& ſicut præcedit tacitam hypothe.d.l.at ſi quis.§.j.ita uidetur quòd pręcedat etiam expreſſam, argum.l.cum quid.ff ſi certum peta. Tamen Bald. No. in tract. dotis,in 10.par.in 11.col.in 9.limita.tenet, quòd mulier in dote uigore ſuæ expreſsè, & etiam tacitæ anterioris præferri debeat debito funerario,per alleg.ibi per eum, & reſpondet ad dictum uerſi.ſemper & omne, quòd uer. generalia fauore dotis reſtringuntur,ut cauſam dotis non comprehendant,per tex.in l.fina.C.de iu.do.& Saly.ibi,de quo plenè dicemus infra in j.par. 8.per.princip.in 9. fallen.vbi uide,ſed Bal. nouel. non facit mētio.de dicto Barto.in d.l.j.qui vult contrarium in dote. Et propterea in iſta uarietate puto dicendum,quòd creditum funerarium præferatur doti reſpectu tacitæ hypothe.nō autem reſpectu expreſsę; quia Barto.non aperit de expreſſa, vel tacita, ſed ſimpliciter dicit,quòd præfertur doti,vnde debet intelligi de ta cita & non de expreſſa,quia non reperitur in iure,quòd expenſa funeris præferatur expreſsę hypoth. anteriori ſed ſolum taci tæ.d.l.at ſi quis.§.j.& in tacita eſt minor ratio, quàm ſit ī expreſſa,quia lex tibi ſuum & non tuū denegat auxilium.d.l.aſſiduis. & ratio Barto de publica vtilitate in tacita prævalet argu. Bald. nouel.vnde concludo quòd expen. funeris præferatur tacitæ anteriori etiam dotis,ſed non expreſsę etiam alterius creditoris, quam dotis,& in hoc uidetur concordare gloſſ.in d.l.penul. & Barto.in d.l.j.& alii,qui tranſeunt ibi cum Barto. & quod dictum eſt de expenſa funeris,dicendum eſt etiam de expenſa infirmitatis,quia æquiparantur,vt dicit Bald.in l.reſtituenda.C.de peti.hęredi.& tenent Alexand.& Iaſo.in l.fin.§ in computatione.C.de iu.delibe.Quartodecimò fallit, quando primus creditor habet generalem hypothe.& etiam ſpecialem in vna re,& ſecundus creditor habet ſpecialem tantum in alia re diuerſa ſpeciali primi creditoris,quia tali caſu primus creditor non poteſt agere ad ſpecialem.2.creditoris,vigore ſuæ generalis, donec primo poteſt ſatisfieri de ſua ſpeciali,& ſic iſto caſu ſecundus creditor inuenitur in ſua ſpeciali potior, quàm ſit primus vigore ſuę generalis anterioris, & hoc non de rigore iuris, ſed de æquitate,vt eſt text.in l.2.C.de pig.& ibi per doc.& ſic etiam iſto caſu fallit.d.regula.qui prior.& de hac materia dicam latius

29 infra in hoc membro.q.9.† Quintodecimò fallit regula,quando ſecundus offert ſoluere primo ;quia tunc confirmat ſibi pignus,& dimiſſo priori creditore ipſe efficitur anterior,vt l.j.& ibi per doc.C.qui po.in pig.hab.& l.2.C.de pig.& l.potior.§.fin.

30 ff.qui po.in pig.hab.† Sextodecimò fallit reg.ſi res prius obliga ta primo creditori,obligetur ſecundo de uoluntate primi,quia tunc ſecundus erit potior primo,& ei præferetur: vt eſt text. in l.creditor.§.fin.ff.qui po.in pig.ha.& ibi Barto. Decimoſeptimò fallit,quando ſunt tres credito.videlicet primus, ſecundus, & tertius:nā ſi tertius offerat primo,ſuccedet in locū illius, & mō erit prior ſecūdo, & ei præferet̄,vt eſt tex.in l.ſi prior.§.a Titio. & ibi no.Bar.& Saly.ff.qui po.ī pig.hab. Decimooctauò fallit, qñ primus creditor eſt creditor ex chyrographo nō ſubſcripto tribus teſtib.& ſecundus eſt creditor ex publico inſtr̄o,qa iſto caſu ſecundus præferetur primo,vt l.ſcripturas.& ibi p̄ doc.C.qui po.in pig.hab. Decimononò fallit reg. qñ obligātur fructus futuri ex aliquo prędio,quia ſi illi fructus non percipiātur p̄ debitorem,ſed p̄ aliū ex noua obli.puta ex venditione uel hyp.in illis potior erit ille,qui eos bona fide percepit, quā primus creditor,vt eſt tex.in l.j.§.cū prædium.& ibi Bar.& Sal.ff. de pi.tex.& ibi Bar.in l.Paulus.§.j.eo.ti.& in l.potior.§.ſi de futura.ff.q̄ po.in pig.hab.& dixi late s̄.in 2.parte.2.mēb.nu.27.ubi uide. Vigeſimò fallit in fiſco,qui licèt ſit poſterior ī tēpore,tñ quò ad bona acquiſita per debitorē poſt obl.primā & 2. pręfertur anteriori creditori,cui fuerāt gñaliter oblig.bona pręſentia & futura, vt eſt tex.& ibi glo.& Barto.in l.ſi is qui.ff.de iur.fiſ. Limita tamen hoc,niſi primus creditor eſſet priuileg. ſicut fiſcus, puta in pupillo pro debito tutelæ,quia tunc primus præfertur fiſco etiam in bonis poſtea quæſitis,ut eſt text.in l. fina. in principio.& ibi gloſſ.in j.ſolu.quam ſequuntur ibi Barto.& Salyce.ff qui po.in

Source : BIU Cujas

pigno. hab. & ista regu. est expedita cum viginti ampliatio. & totidem fallentiis, quæ not. quia non inuenies per alium ita ordinata, &c.

31 †Secundò principaliter in materia prioritatis queritur, quid si una res reperitur obligata duobus ab vno debitore, an censeatur oblig. cuilibet insolidū, an pro parte, & in hoc pone duas conclu. Prima conclu. est, quando res fuit obliga. duobus simul eodem instanti, si fuit dictum & expressum, quod esset obli. vel insolidum, vel pro parte illud seruandum erit, vt est text. in l. si fundus. §. si duo. ff. de pig. & ibi per Bar. & Sal. ponderando text. in ver. sed si simul, si autem nihil fuit expressum, & sic sumus in dubio, & tunc si oblig. facta fuit eodem instanti duobus simul vna conceptione verborum, dicendo obligo talem rem Titio & Sempronio: tunc erit illa res pro dimidia oblig. vtrique pro suo credito, vt est tex. in d. §. si duo. in fi. & ibi declarat gl. & Bar. & hoc procedit siue pure fiat obliga. vtrique, vt ibi est text. siue etiam fiat obliga. vtrique sub aliqua conditione, quia purificata conditione ambo creditores concurrent in d. reg. tex. est, & ibi gl. & Bar. in l. idemque §. 1. ff. qui po. in pig. hab. & facit etiam tex. in l. si debitor. ff. de pig. & isto casu quilibet ex dictis creditoribus aget hypo. ad dictam rem tam inter seipsos, quàm contra alium extraneum pro parte dimidia dictæ rei, & non ad totam, ut d. l. si debitor. Secunda conclusio est, ꝙ quando eadē res fuit ab vno obli. duobus eadem die, tamen diuersis momentis, & tunc aut apparet, cui primo & cui secundo loco fuit obligata, aut hoc non apparet.

Primo casu, quando apparet cui primo, & secundo loc. fuit oblig. & tunc si debitor notificauit primam obli. secundo creditori, & hoc casu videtur obligasse secundo illud residuum, quod restat ex dicta re vltra satisfactionem primi, & satisfacto primo creditore res remanebit insolidum obligata secūdo: vt l. & quæ nondum. §. si res. ff. de pig. & isto casu euitabit debitor crimen stellionatus, vt ibi notatur, aut debitor non certiorauit secundum de priori obligatione, & tunc licet res non transeat sine difficultate: tamen communis opin. vī esse, ꝙ idem sit isto casu, ꝙ fuit dictum in præcedenti, quando debitor certiorauit secundum creditorem, uidelicet ꝙ censetur obligasse secundo 34 illud, quod restabit soluto primo creditore, sed etiam isto casu debitor tenebitur crimine stellionatus, & etiā tenebitur secundo creditori in eo, quod sibi deficiet pro sua satisfactione, ut l. si quis in pignore. § plane. ff. de pig. act.

Secundo casu, quando non apparet cui primo, & cui secundo loco res fuit obligata, sed constat, ꝙ diuersis momentis, & sub diuersis conceptionibus verborum fuit duobus obligata, sed non potest constare, cui prius, & cui posterius fuit obligata: & tunc illa res erit obligata cuilibet insolidum, & quilibet poterit agere insolidum contra extraneum possessorem, sed inter seipsos melior erit conditio occupantis, ut l. si quis a se multis. ff. de noxa. nam habita possessione gaudebit beneficio possess. soris per d. l. si debitor. ita declarant Bar. & Saly. in d. §. si duo, & habetur per Dyn. & alios in regula. qui prior. & in regu. in pari. lib. sexto, quæ not.

32 †Tertiò ex prædictis cōtingit vtiliter dubitari de pulchra, & contingibili q. videlicet mulier dotata decessit relictis duobus filiis & hæredibus, & alter eorum reperitur in possessione nonnullorum bonorum obligatorum pro restitutione dotis maternæ, uel quia immissus fuit in dictis bonis ex decreto iudicis, vel aliter non curo. Alter verò petit se quoque admitti ad concursum, seu participationem dictorum bonorum pro sua dimidia, pro qua est hæres matris, & pro sua hypothe. pro medietate dotis maternæ, ille verò qui possidet, dicit & excipit se ratione suæ possessionis debere præferri, & esse potiorē in d. bo & fundat se per tex. in d. l. si debitor. ff. de pi. vbi est tex. ꝙ qñ vna res reperitur obliga. duobus insolidum, qñ contendunt inter se, melior est ꝺditio possidentis, ad idem text. in l. 1. §. 1. de salui. inter. Nec est dicendum, quòd casus iste diuersificetur ex eo, ꝙ in d. iuri. bona a prin. fuerint oblig. duobus insolidum, in casu autē nostro oblig. facta vni tātum. i. matri, & postea deuenit in duo. filiis & hæredibus: quia inter istos casus non pōt assignari diuersa rō, immo est eadem: nam licet inter hæredes actio personalis ipso iu. pro portionibus hæreditariis diuidatur ex dispositio. l. 12. tab. tñ obliga. hypo. remanet inter eos indiuisa, & vnicuiq; insolidū competit, ut est tex. in terminis in l. 1. C. si unus ex pluri. hær. cred. vel debi. Ad idem tex. in l. quandiu. C. de distr. pign. tex. cum gl. & ibi Bal. in l. 1. C. de hære. act. & in l. hæredes. §. idē obseruatur in pigno. ff. fa. er. & sic eadem rō est siue a prin. obli. hypothecaria constituta fuit duobus insolidum, siue in duos hæredes insolidum a defuncto deuenerit. Et istam opi. vī tenere Soci. in cōsi. 135. suprascripti &c. in fi. in j. vol. & comprobat: quia possessor habet similem cām, nec tpe uincitur, & est reus, ergo potior est eius causa per no. in l. siue autem. §. si duob. ff. de pu. Istam eandem opi. fuit sequutus quidam excellens aduocatus Florenti. cum cā esset ei commissa ad consdeciſiuū, & corroborauit eam ꝑ tex. in l. fi. C. depo. vbi est casus, ꝙ defunctus de posuit certam quātitatem pecuniæ, seu certam massam auri, & postea defunctus est relictis duob. hæredibus, quorum vnus accepit suam portionem a depositario, alter verò superſedit exigere suam partem, vel casu fortuito fuit impeditus: postea autē depositarius esse. fuit non soluendo, deciditur ibi, ꝙ ille qui nō exegit suam portionem, non pōt agere ꝯ alium cohæredem, q 33 exigit suam ratam, ut illam sibi communicet: & ibi gl. † & Doc. rñdent ad l. verū. §. si cum tres. q̄ videbaī velle ꝯrium, & dñt ꝙ est spāle in sociis: quia quilibet ex sociis tenet inuigilare ꝑ cōsocio sicut ꝑ se proprio, & damnum, & lucrum inter socios dēt esse commune. l. si vnus. §. j. ff. pro so. & inst. pro so. §. j. & ꝙ istud sit spāle in societate, tenent gl. & Doc. in d. §. cum tres, & in l. fi. C. pro so. & Bar. in l. si pupillus. ff. quæ in fra. cre. & sic probaī in d. l. fi. C. depo. ſi. ꝙ licet una fuerit a prin. actio in persona defuncti, & postea fuerit diuisa inter hæredes, ꝙ tñ præoccupātis melior est conditio, & ibi expresè hoc vult Bal. & cum Bald. transeunt Sali. & Pau. de Ca. & non debet dici, ꝙ inter dictos cohæredes matris fuerit aliqua communio, cum mortua matre inter eos actio fuerit diuisa ipso iure, vt dictum est supra, & subdebat præfatus Doc. non obstare. l. item Labeo. in prin. ff. fa. ercis. quia dicebat ipse esse aduertēdum, ꝙ si illud, quod obueniebat ad vnum ex hæredibus, erat corpus hæreditarium, cohæres poterit illud pro rata sua petere, sed si illud, quod peruenit ad vnū ex hęredibus, non erat corpus hæreditarium, puta pecunia reducta ex fructibus bonorum hæredita. tunc cohæres non poterit aliquid ex rata soluta cohæredi repetere per tex. in l. Lucius. ff. fami. erciſc. & ꝙ ita. d. duas. ll. declarat Bar. in l. pupillus. ff. quę in frau. cre. & propterea concludebat præfatus Doct. quòd ille hæres, qui inuenitur possidere bona hypo. pro d. dote nō poterat in eis inquietari ab alio cohærede, sed quòd ratione possessionis potior debeat esse ius conditio.

Sed ista deciſio mihi semper visa fuit dubitabilis, & semꝑ inclinaui in contrariā partem, & illam puto esse de iure veriorē, & ęquiorem, videlicet ꝙ d. l. si debitor. non habeat locū in duobus cohæredibus prætendentibus hypo. in bonis pro dote materna, & sic ꝙ licet vnus possideat rem hypo. non tñ debeat esse potior altero ratione possessionis, sed ꝙ alius etiam debeat 34 admitti ad d. bona pro sua dimidia. †Et primò præsuppono esse verum, qđ dicunt prędicti Doc. videlicet Soci. & ille aduocatus Floren. ꝙ. l. actio personalis competens matri ad dotem fuerit ipso iu. diuisa inter filios & cohæredes ex dispositione l. 12. tab. & quòd hypo. & pignus indiuisum & insolidum apud vnūquēque ex hęredibus remansit, ut est tex. in l. 1. C. si unus ex plu. hæredi. cre. & in l. 1. C. de hære. act. & sic respectu actionis personalis indubitatum est, ꝙ illa non remansit communis inter hæredes, sed fuit diuisa ipso iu. sed respectu actionis hypothecarię illa remansit communis, & apud unumquemq; insolidū transla ta fuit: & ex hoc scđo infertur, ꝙ inter plures cohæredes nō daī iudi. fami. er. quò ad actiones perso. & nomina debitorum; quia (vt dictum est) illa ipso iure diuiduntur inter eos, & ideo nō est opus alia diuisione, ut l. 2. §. fi. cum l. se. & seq. ff. fam. er. & not. in l. ea quæ C. eo. ti. & ita no. gl. in l. cæteræ. in prin. ff. fa. erc.

35 †Sed hyp. quę competit defuncto inter hęredes non diuidīt ipso iu. (vt dictum est) sed remanet indiuisa, & unicuiq; ipsorū competit insolidum, ut probatum est, & ꝑpea illa inter eos venit diuidenda per iudicium fam. erc. & de hoc est tex. in l. si pig. ff. fam. erc. vbi res data pignori defuncto inter eius hæredes venit in iudi. fam. er. & adiudicatur uni ex eis redimenda tamen ꝑ debitorem. & ille cui adiudicatur est condemnandus alteri cohęredi pro parte crediti ad eum spectantis, & ita est ibi text. & licet illa loquatur in pignore, tñ idem est in simplici hypo. non tradita defuncto, uidelicet ꝙ ēt illa ueniat in iud. fa. er. inter hęredes: ut declarat Bar. in d. l. si pig in 2. col. in uer. circa partē, seqtur ibi Floria. & mouentur ar. tex. in l. & non tantū. ff. de pe. hęr. vbi ēt res pignori data defuncto uenit in petitione hęreditatis.

36 †Et fa. quia hy. dī ius in re seu ius reale, vt l. eos. C. de pig. & in §. item seruiana. inst. de act. & no. Alex. in l. si filio. §. fi. in 2. colum. in uersi. per hoc etiam dicebam. ff. sol. ma. & similiter ipsa actio hyp. est in rem & realis, ut l. pig. ff. de pig & l. pig. C. eo. ti. & vtro biq; gl. & doc. & ille qui hēt actionem ad rem dī rem habere. l. qui actionem. ff. de re. iu & l. non vī. ff. de acq. poss. l. non vī. ff. de in int. rest. Et probaī ēt ex no. per Alex. post alios in l. si domus. §. fi. ff. de le. j. in 1. col. vbi testator pōt legare hyp. sine actio. prin. & valet legatum tanq̄ de re ipsius testatoris. Concluditur ergo, ꝙ hyp. quę remansit in hęreditate defuncti uenit diuidenda inter cohęredes per iudi. fam. erc. per d. l. si pignori. & per alia supra alleg. & ideo unus heres eam possidens nō pōt rōne possessionis excludere ab ea alium cohęredem, sed tenet diuidere eā cum alio cohęrede, & sic constat, ꝙ d. l. si debitor. non procedit in duobus cohæredi. inter quos est locus iudi. fami. er. sed habet locum inter alios debitores princi. inter quos actio non est cōmunis, sed unicuique sua actio competit insolidum, iuxta d. l. si debitor, & l. si fundus. §. si duo. eodem tit. Nam actio quę competit duobus hęredibus est una tantum competens cuilibet insolidum, ut d. l. 1. C. si unus ex plur hære. cred. & deb. propter istā communionem datur inter eos iud. diuisoriū, fa. erci. qđ nō cōpetit

Source : BIU Cujas

petit inter duos creditores princ. habentes duas actiones insolidum.
37 †Præterea & tertiò moueor ad prædi. fir. quia quãdo ad ius hæreditarium indiuiduum competens vnicuiq; ex hæredibus insolidum datur actio personalis; tunc si illud exigatur per vnum ex hæredibus,illud non venit in iu fam.erci inter cohæredes,vt l.hæredes.§.an ea.ff.fam.erc.& isto casu victoria vnius ex hæredibus non prodest alteri vt hæredi, secus autem si ad illud ius competit actio realis; quia tunc victoria vnius prodest alteri,vt est text.in l.loci corpus.§.fundus.ff.si ser.vend. nam in d.§.an ea.est tex.q defunctus stipulatus erat seruitutem viæ, itineris & actus,quæ est indiuisibilis & ante constitutam seruitutem decessit relictis pluribus hęredibus,dicitur ibi,q d.stip.quę est actio personalis tanquam fundata super iure indiuisibili nõ diuiditur inter hæredes per l.c 2.tab.sed ex ea competit omnib. hæredibus actio insolidum,& illa non venit in iud.fam.er. in d. auc.§.si fundus.d.seruitus iam erat constituta, & ad eam agendum erat per hæredes confessoria vel negatoria,quæ sunt actiones reales,vel in rem,& ideo dicitur ibi, quòd victoria obtenta per vnum ex hæredibus prodest alteri cohęredi ex natura actionis realis:in casu autem d.§.an ea.victoria vnius non prodest alteri: quia agebatur actione personali ex stipulatu ad constituẽ. seruitutem,& est etiam text.in l.viæ itineris.ff.de serui. & ita intelligit & declarat ibi Floria.in vlti.col. dum opponit de d.l.loci corpus.§.si fundus.& soluit,q ille tex.in d.§.si fundus. loquit in confessoria,quæ est in rem,ideo victoria vnius prodest alteri. d.auth.l.viæ itineris.loquitur in actione personali,in qua sententia lata pro vno non prodest aliis hæredibus,& ittam cõclu. q in actione personali victoria vnius ex hæredibus non veniãt communicanda aliis,sed in act.reali,sic fir.Bar.in l.2.§.ex his.in fi.ff.de verb.oblig.per iura s̃.alleg. & ita etiam tenent ibi Alex. Ias.& alii per rationes de quibus ibi per eos.

Vnde adaptãdo ad terminos nostros cum simus in hypotheca in actione hypotheca, quæ est indiuisibilis inter hæredes & vnicuique competit insolidum.d.l.1.C.si vnus ex plu.hęre.vel debi.Sequitur duplex conclusio.

Vna,q illa venit diuidenda inter ipsos hęredes iudi.fam.erc. per d.l.si pignori.

Secunda,quòd cum dicta actio hypo.sit realis.d.l.si pignori, q victoria obtenta ex ea per vnum ex hæredibus prodest etiã alteri,& venit communicanda cum altero, & istæ cõclusiones meo iudi.sunt clarę & indubitatæ, & per prædicta cessant fundamenta,quæ fiunt in contrarium.Non enim obst.d.l.si de pior,quia(vt probatum est)illa lex loquitur inter duos creditores prin. non autem habet locum inter duos cohæredes, inter quos habet locum iudi. diuisorium, inter quos victoria vnius prodest alteri ,& sic possidens non potest dicere se potiorem ex causa possessionis.Non obst.q inter dictos cohęredes fuerit diuisa actio personalis ipso iure,& nihil remanserit commune inter eos;quia fateor de actione psonali, sed nego, q inter eos nihil remanserit commune: cum immo remanserit communis inter eos hypot.& actio hypot.vt d.l.si pignori.& d.l.1. Non obst.tex.in l.si.C.depo.quia ille tex. loquitur in actione depositi,& sic personali,quæ erat ipso iure diuersa inter eos.d.l.1.& l.j. C.de hære.act.& ideo pars illius massæ depositatæ, quæ consistebat in pondere exacta per vnum ex hæredibus non ueniebat communicanda cum alio cohærede,vt ibi declarant Bar.Bald. Saly.& alii,qui ita intelligunt d.l.fi.& ita etiam loquitur tex.in d.l.j.ff.fam.erci.qui loquitur in pecunia redacta ex fructibus rerum hæreditariarum. Nos autem loquimur in hyp. rei. quæ nõ consistit in pondere,numero,vel mensura,& sic in act.rea quæ habet instar corporis hæreditarii,& ideo debet alteri communicari,vt l.item Labeo.in prin.ff.fam.erc.& ibi per doc.& ita intelligit Bar.in l.si pup.in fi.ff.quæ in frau.cred.supplendo tamen eius.d.per no.per se & alios in d.l.si.C.depo. & habetur per Bar. in d.l.2.§.ex his.ff.de verborum obliga.Concludit ergo,q vnus ex hæredibus matris possidens prædium obli.pro dote tenetur illud respectu hypothecæ diuidere cum alio fratre,& si illud q sequutus fuit actione hypo. debet illud communicare cum altero per alleg. s̃.quæ not.quia non reperies alibi examinata, & casus est contingibilis

38 †Et maximè cum aliàs extet deci.Bald.in auc.ei qui iurat.in 3.col.in versi.quæro plures sunt habentes.C.de bon.aut.iu.pos. quòd uno ex pluribus creditoribus habentibus hypothecam immissio ex primo decreto,alii non censentur immissi per rationes,de quibus ibi per eum,quod est notabile ad limita. text. & ibi no.per gl.& Bar.in l.cum vnus.in prin.ff.eod.tit.vbi regulariter decretum interpositum ad instantiam vnius creditoris prodest aliis.

Nam quicquid sit in aliis creditori. tamẽ in cohæredibus habentibus hypo.hæreditariam,victoria vnius prodest aliis,& venit cum aliis communicanda.

Et ex prędictis etiam colligitur ratio,quare in societate illud quod vnus socius exigit venit aliis cõmunicãdum, vt l.si vnus. §.j.ff.pro so.& insti.eo.ti.§.1.& habetur in tex.& ibi gl. & docto. in l.verum.§.si cum tres.eo.ti.Nam vt dicit glo.in d.§.si cũ tres. socii sunt creditores ex uno contractu & habent quandam fraternitatem in se,& similiter est inter duos cohæredes: nam habent vnam tantum actionem hypot. licet quilibet insolidum. d.l.1.C.si vnus ex plurib.hęre.cre.vel debi.& habent in ea communionem,quæ venit diuidenda inter eos per iud.fam.erc. per d.l.si pign. Sicut societas communis inter socios venit diuidenda actione pro socio,nimirum ergo sicut inter socios non est melior conditio possidentis,ita & inter cohæredes, sed inter alios creditores est secus,quia in eis cessant d.rationes, & ideo d. l.si debitor.non extenditur a duobus credi.ad duos cohæ.in hypotheca,& ad duos socios in societate; quia cessat ratio de qua in d.l.si debitor ut s̃.deductum est.

39 †Quartò quæritur an si bona generaliter & sic tam præsentia quàm futura iuxta.l.fi.C.quæ res pig.obl.pos.sint hypo.duobus credi.diuersis temporibus,an prior in tempore sit potior secundo etiam in bonis post suam oblig.quęsitis per debitorem, an verò in postea quæsitis concurrant primus & secundus creditor.gl.in l.si is qui.ff.de iu.fis.disputat & videtur tenere quòd simul concurrant.idem videtur tenere gl. in l. idemque.§.fi.ff. qui pot.in pig.habe.

Sed cõtrarium tenet ibi Bar.post alios antiquos, videlicet q prior creditor præferatur etiam in bonis postea quæsitis: idem latius fit.Bar.in l.lex.C.qui pot.in pig.hab.& Bart.in d.l.si is qui. & vt ipse refert in locis prædi. ita ante eum tenuerunt Iaco.de Are.Cy.& Oldr.

Idem etiam tenet Bart.in l.in rebus.in prin.C.de iu.do dicẽs ibi esse quasi casum de hoc.eam.opi.tenet Bar.in l.hac edictali. §.his illud.vlt.col.in versi.ibi.& si quis.C.de secun.nupt dicens hanc esse communem opi & ueritatem, & ita tenendum censeo,quamuis Sali.in d.l.licet.sequutus fuerit opi.gl.s.q prior & posterior creditor concurrant in bonis post primam obli.quęsitis,& conatur respondere argum. Bar.& sequacium,sed(vt dixi) opi Bart.est magis communis & vera,& de facili potest responderi argu.Salyc. Sed omissis aliis ad vnum respondebo in quo Saly.facit maiorem vim.Dicit enim, quòd rei alienæ obligatio non valet,nisi sub ista conditione,cum sua erit,ut l.si fundus.§.aliena.ff.de pig sed existente conditione quòd sua sit, nõ potest fingi retro sua verè; quia a principio secundum veritatem fuit alterius,neque etiam fictè: quia esset fingere, q res vnius esset alterius,quod est impossibile & contra iura. Sed ista verba Saly.meo iudi.licet sint subtilia,tamen non obst. cõmuni opi. & immo quando fuit obligata res aliena sub illa conditione,si sua erit,purificata conditione,q sua efficiatur,fingitur
40 usque a prin.fuisse sua.†Et non obst.allega.impossibilitas; quia in fictione trãslatiua de tempore ad tempus requiritur duplex extremũ,uidelicet extremũ a quo, & in hoc requiritur habilitas in essentia,& extremum ad quod,& in hoc sufficit habilitas in potentia,licet non sit in essentia:vt declarat Barto.cum quo alii transeunt in d.l.si is qui pro emptore.ff. de usu.in materia fictionis translatiuæ de tempore ad tempus,in proposito ergo licet tempore obliga.contractæ dominium rei obligatæ esset alterius & non debitoris, & propter hoc obligatio non poterit consistere a prin.tãquam in re aliena,& sic extremum ad quod non esset habile in essentia,tamen d.res bene potentialiter poterat esse dicti debitoris, quia etiam a prin.poterat dominium transferri in debitorem,sicut etiam potuit transferri postea, & ideo acquisitio dominii postea facta a debitore fingitur retro, & usque a prin.contrariæ obligationis;quia etiam a prin.potuit fieri talis acquisitio dominii, etiam quòd tunc in essentia fuerit alterius.Et non obst.tex.in l.obseruare.§.fi.in fi.ff.de offi.pro cons.& lega.quem allegat pro suo fundamento Saly.quia in illo tex.extremum ad quod non fuit habile etiam in potẽtia: est enim ibi text.q proconsul antequam esset ingressus prouinciã delegauerat iurisdictionem suo legato,dicitur ibi,q talis delegatio nihil ualuit; quia proconsul antequam ingrediatur prouinciam,nullam habet iurisdictio.nec in essentia, nec in potẽtia,& ideo licet post delegationem proconsul ingrediatur prouinciam,& duret in ea. voluntate, dicitur ibi q legatus censẽt habere iurisdictionem non exinde ex quo delegata fuit, sed ex quo prouinciam proconsul ingressus est,& ratio est (vt dixi)qa proconsul tempore factæ delegationis non habeat aliquam iurisdictionem,nec erat potentialiter habilis ad illam habẽdam, antequam esset ingressus prouinciam, loquendo tamen de iurisdictione contentiosa,vt l.1.& 2.ff de offic.procon.& leg. Nã licet esset in potentia,tamen ista potentia non est in considera tione; quia non est potentia propinqua ad iurisdictionem. Nã potentia propinqua est ipsa prouincia,in qua debet exerceri iurisdictio,& illa requiritur ad esse iurisdictionis contentiosę, de qua loquitur text.in d.l.obseruare.§.fi.& propterea cum ibi (vt dixi) deficiat potentia in extremo ad quod,quia tempore delegatæ iurisdictionis proconsul non poterat iurisdictionem delegare,non potest voluntas procõsulis post ingressum prouinciæ trahi retro ad tempus demandatæ iurisdictionis: in casu autem nostro est secus; quia extremum ad quod tempore cõtractæ obligationis erat habile in potentia, quia dominus potuit

etiam

etiam illo tempore transferre dominium in debitorem ſicut tranſtulit poſtea, & prædicta optime declarantur per Iaſ. in repe.d.l.ſi is qui pro emptore.in 3.q.prin.Bar.in 4.oppo. quam fa-
41 cit contra illam & eſt mihi ſignata nu.22.† Et prædicta procedunt in extremo ad quod,ſed in extremo a quo aliud eſt dicendum.Nam ſi extremum a quo non reperitur habile in eſſentia tempore exiſtentis conditionis ad obligationem contrahēdā vel ex parte rei,vel ex parte perſonæ: tunc conditio non trahitur,neque fingit retro ad tempus contractus,& ex parte rei dicetur,ſi tempore exiſtentis conditionis res debita eſſet perempta,ex parte autem perſonæ dicetur, quandò ante purificatam conditionem perſona,quæ ꝓmiſerat ſub cōditione,eſſet mortua. Tunc enim diceretur extremum a quo non eſſe habile in eſſentia, & propterea conditio non poſſet retro trahi: ita vult Bar.in l.quoties.in fi. ff. de noua. dicens eſſe perpetuo tenēdum menti ad limi.l.qui balneum.& l.potior.ff.qui po.in pig.hab.& eſt pulchra & plena apo.Alex.in l.ſub conditione.ff.de ſo. Et ꝓbatur optimè iſta conclu.per text.in d.l.qui balneum.§.1. & ibi declarat Bart.Nam ibi res aliena fuit pignori data per debitorē primò Titio.2.Caio 3.debitor illam emit 4. debitor illam vendidit Sēpronio & de pretio ſatisfecit Titio primo creditori,deciditur ibi,ꝙ Caius 2.creditor non poterit illam rem auocare ab emptore; quia illa nunquam ei fuit obligata, & ratio illius tex.ſm gl.& Bar.ibi eſt; quia illa res fuit obli.2.creditori ſub cō di.videlicet ſi primo creditori oblig.eſſe deſierit. Vnde cum tē pore exiſtentis conditionis,videlicet ſatisfactionis factæ primo creditori, per quam deſiit illa eſſe obligata res, non inuenitur illa res in bonis debitoris; quia ante fuit vendita Sempronio, & ſic deficiat extremum a quo in eſſentia, non poteſt illa obligatio facta 2.creditori retrotrahi & confirmari,& d.limi. Bart. in d.l.quoties.ſequitur Alex.in d.l.qui balneum.§.1.& ſic rema net firma iſta concluſio,ꝙ prior creditor præferri debet.2. etiā
42 in bonis quæſitis per debitorem poſt obliga.factam 2.† Sed iſta conclu.fallit in fiſco,quia ex priuile.fiſcus.2.loco creditor præfertur.j. creditori in bonis quæſitis per debitorem poſt obliga. contractam cum fiſco,vt eſt tex.in l. ſi is qui.ff. de iur. fiſ.in bonis autem quæſitis ante contractam oblig cum fiſco præfertur primus creditor fiſco indiſtinctè, ſiue primus creditor habuerit generalem,ſiue ſpecialem hypo.ut no.gl.& Bar.in d.l.ſi is q, & idem eſt etiam ſiue oblig.j.ſit expreſſa ſiue tacita: quia creditor ex ea præfertur fiſco in bonis quæſitis ante obli. contractā cum fiſco,vt l.j.C.rem alie.geren.& not.Bar. in d.l. ſi is qui.licet gl.in l.ſi pignus.ff.qui po.in pig.hab. voluerit cōtrarium & male ſecundum Bar.in d.l.ſi is qui.poſt Dy.in l. priuil.ff. de priuile. cred.& in reg.qui prior.lib.6 & ita etiam vult Ale.in conſi. 58. nu.4.6.volumi. Adde tamen,ꝙ illud quod dictum eſt de fiſco, vt ſcilicet præferatur.i.creditori in bonis quæſitis poſt oblig.cū fiſco contractam,procedit quando primus creditor non habet aliud priuil.quàm prioritatem temporis, ſed ſi ultra prioritatē temporis creditor haberet aliud priuilegiū,puta quia eſſet creditor ex cauſa tutelæ,tunc ratione duplicis priuilegii,ſ.prioritatis temporis & tutelæ priuatus præferretur fiſco etiam in bonis quæſitis poſt obliga.fiſci,tex.eſt in l.fi.in prin.ff.qui pot. in pign. hab.& ita illum tex.intelligit ibi in 1.ſol.& ſequitur ibi Bart. & gl.& Bar.in d.l.ſi is qui.prima oppo.quæ fit de d.l.fi.

43 † Quintò quæritur iuxta prædicta, quando datur prælato in bonis quæſitis ante vel poſt aliquam ex dictis obliga. iuxta terminos.d.l.ſi is qui.quis debeat probare acquiſitionem eſſe factā ante obligationem cum fiſco factam,dicendum eſt, quòd qui agit ſiue prioritatem,ſiue poſterioritatem habet eam probare, vnde ſi prior agit contra fiſcum ſecundum creditorem debet probare acquiſitionem factam prius quam fuiſſet contractum cum fiſco,arg.l.quoties.C.de rei ven.ſed ſi fiſcus ageret contra primum creditorem priuatum, deberet probare acquiſitionē bonorum factam poſt ſuam obli.l.mater.C.de rei vē. & faciūt no.in l.non ſolum.§.ſed vt probari.ff.de no.ope.nun. & in l.eū actum.& ibi gl.in fi.ff.de neg geſt.& in cle.fi.de reſcri. & ita fir. Bar.poſt Old.in d.l.ſi is qui.ad fi.Adde no.per Bar.in l.1.C. de iu. fiſ.lib.10.& per Imo.& alios moder.in l.in illa.ff.de uerbo. obl.

Sextò dubitatur,ſi debitor oblig.rem vni,& eodem die eandem rem alteri vendidit,& non apparet de prioritate & poſterioritate dictæ obliga.& vendi. & poſſeſſor conuenietur ꝑ creditorem hypothecaria,quis habeat probare, an creditor agens prioritatem ſuæ obligationis,an poſſeſſor conuentus prioritatem ſuæ emptionis,& in hoc Bar. in l.& quæ nondum.§.1.ff.de pig.dicit,ꝙ onus probandi incumbit creditori agenti,aliàs(nō probata per eum prioritate) ſuccumbet & vincet poſſeſſor,alle.l.de rebus.C.de do.ante nup.Fallit tamen ſecundum Bart. in fiſco,quia poſſeſſori conuento a fiſco incumbet onus proban
47 di rem fuiſſe ſibi prius obligatam,ſeu alienatam, & hoc fauore fiſci,aliàs poſſeſſor ſuccumbet per tex.in dicta l.1.C.de iur.fiſci. Bal. autem in l.matrem. C.de probat.tenet indiſtinctè, ꝙ onus probandi incumbat creditori,ſiue agat,ſiue conueniatur,& ita refert tenere Iac.de Are.& mouetur ratione: quia quocunqpe tempore emptio facta ſit, emptor eſt effectus dominus rei, & ideo abſque cōſideratione temporis habet ius ſuum fundatū, ſed creditor non poteſt habere hypothecam,niſi probet,quòd ante venditionem & traditionem alteri factam ſibi res obligata fuerit:quia rei alienæ non conſiſtit hyp.ut l. rem alienam. ff. de pig.ac.& ſic apparet,ꝙ ipſe fundat ſe ex tempore,ergo illud debet probare,& idem tenet Bal.in l.de rebus.C. de dona. ante nup.& dictam opi.Bal.& Iac.de Are.in d.l.matrem.tenet etiam Saly.ibi & Pau.de Caſtr.& illa videtur meo iudicio melius fundata; quia negari non poteſt,quòd creditor non fundet ſe in tē pore,non autem emptor, per rationem Bal. vnde cum fundet
44 ſe in tempore,onus probandi illud ei incumbit † per illam regu.quòd quando tempus eſt fundamentū intentionis alicuius, illud debet præcisè probari,aliàs probatio eſt inualida,per no. per Bar.& alios in d.l.non ſolum.§.ſed ut probari.ff.de no. ope. nun.& per Bal.& Salyc.in l.fi.C.ne quis ex ſuo fac.& per gl.no. in c.venerabilibus.de ſenten.excommu.lib.6.

Adde tamen in hoc art.probationis prioritatis pulchrā apo. And.Barb.ad Bal.in l.cum res.C.ſi alie.res pi.da.ſit.ubi multa ſimilia adducit,multum tamen a remotis more ſuo.

45 †Septimò dubitari poteſt, quando iſta probatio prioritatis, & poſterioritatis eſt facienda,quomodo fieri debeat, & in hoc Bal.in d.l.de rebus.C.de do.ante nup.dicit,ꝙ ſi quilibet probat de ſua die,ex tali probatione colligitur prioritas & poſterioritas,ſed ſi probetur de eadem die:tunc erit melior conditio rei conuenti,niſi per agentem probetur prioritas horæ, uel temporis: quandoque tamen dicit ipſe, ꝙ ex ſerie ipſius ſcripturæ poterit conſtare de prioritate & poſterioritate, puta ſi manu eiſdem notarii ſint ambo contractus celebrati: nam primus in ordine ſcripturæ dicetur prior & potior in tempore,arg.l.ſi ſeruus communis.ff.de ſtip.ſeruo.ita dicit Bal. pro quo etiam optimè facit,quod vult Ang.in auc.de hæred.& falci.§.cæterum. vbi vult,ꝙ ſi in eo.inſtrumento ſunt obligata bona Titio,deinde Seio,ꝙ hypo.Seii cenſenda erit poſterior propter ordinem ſcripturæ,facit etiam,quod inquit Bald.in l.aduerſus.C.de furt. vbi dicit,ꝙ prior eſt in tempore,qui prior eſt in ordine ſcripturæ,& dixi ſ.in 4.membro ſecundæ partis,ubi vide.

Et prædicta procedunt inter priuatas perſonas non priuilegiatas:nam inter illas probatio prioritatis uel poſterioritatis debet fieri,vt ſ.declaratum eſt,ſed quando ex vna parte eſt perſona,ſeu cauſa priuilegiata, & ex alia parte ex perſona ſeu cauſa non priuilegiata,& non apparet de prioritate uel poſterioritate; tunc abſqne alia probatione prioritatis, vel poſterioritatis præſumptio prioritatis eſt pro cauſa priuilegiata, vnde inſtrumentum dotis tanquam priuilegiatum præſumetur anterius inſtrumento mutui,vel alterius ſimilis contractus non priuilegiati.l.in ambiguis.& ibi Bar.ff.de iure do.& no.Bar.in poſitione caſus in l.j.ff.ſolu.matrimon.& ita refert & ſequitur Soci.ibi primo nota.

Niſi ſecundum eum appareret de horæ prioritate: quia rōne vnius horæ & etiam minoris temporis vnum inſtrumentum dicitur prius altero ſecundum gl.in l.ſi ex pluribus.ff.de ſolu.& Bal.in l.imperator.ff.de ſtat.homi.& not.in c.2. de confeſſ.& in c.paſtoralis.de reſcri.& idem dicit Soci.ibi eſſe in cauſa liberatis fauore illius ſecundum Cyn.in l.in exercendis. C.de fide inſtru.in 2.q.& ſimiliter in cauſa pia,vt dicit conſuluiſſe elegantē doc.Do.Franc.de Albergo.de Aretio,vt etiam refert & ſequit Rom.in auc.ſimiliter.C.ad l.Fal.in 13.priui.in contractibus.

Idem etiam & tertiò infert Socy.eſſe in fiſco, ut ibi latè per eum & idem ante eum tenuit & poſuit Bald.No.in trac. dotis, in ix.parte,in 1.priuile.in fine, & latè poſui ſupra in 4. membro ſecundæ partis.

46 †Sed dubitatur,an ſi creditor probat de die ſuę obligationis, poſſeſſor autem nihil probat de tempore ſuæ emptionis,vel acquiſitionis,quis obtinere debeat,& in hac difficultate Cy.in d. l.de rebus.C.de don.ante nup.dicit,ꝙ probans de die ſuæ obligationis vincit; quia licet talis probatio de neceſſitate non cōcludat,ꝙ prius ipſe acceperit obligationem,quàm alius, cū poſſit eſſe,ꝙ ille,qui non probat de ſuo die contraxerit ante, tamē ſatis eſt,ꝙ ille qui probat de die omnino certius probat, quam alius qui nihil probat:& ita etiam tenet Bald.in d.l.de rebus.& iſtud dictum refert Alexā in l.& quæ nondum.§.1.ff.de pign.in apo.ad Barto.& relinquit ſuper eo cogitandum,per not. ibi per Bar.Illud tamen ſequitur Soci.in d.l.j.in 3.limi.ff.ſolu.matri. & ibi corroborat per plura,ac etiam inducit ad not.q.de diuerſis collationibus de beneficio factis a Papa & ordinario eo. die, ꝙ ſi in collatione ordinarii eſſet appoſita hora, illa deberet præferri tanquam continens tempus magis certum, ut ibi latius per eum.

†Octauò quia ſ.aliquid dictum fuit de l.ſcripturas.C.qui po. in pig.hab.& quia materia illa eſt contingibilis, dicenda ſunt aliqua circa intellectum d.l.Et primò ꝙ ad hoc ut ille qui nititur ſcriptura priuata gaudeat priuilegio prioritatis contra alium q̃ habet inſtrumentum publicum poſterius,requiritur,ꝙ illi tres teſtes,qui ſubſcripſerunt illi ſcripturæ priuatæ, quanſto illa negatur,debeant ſe recognoſcere, & probari debet illa ſcriptura

per

Source : BIU Cujas

per eos,vel ſaltem per comparationem literarum:ita firmat Soci in conſi.274.in cauſa.Do.Liſæ.7.col.ver.circa tertium.2.volu.vbi etiam reprehendit Pau.de Caſt in conſi.393.in cauſa ſer Ludouici,qui tenuit,ſolam præſcriptionem ſufficere,etiam ꝙ teſtes nihil deponerent,puta quia eſſent mortui,& dicit Socin. ꝙ Pau in hoc nimis inaduertenter fuit loquutus,& ita etiam dicit exprimere Bal.in d.l.ſcripturas.in prin.in ſua diſt.

Secundò ad hoc vt dicta ſcriptura habeat effectum prælationis,requiritur etiam ſubſcriptio partium vltra ſubſcriptionem trium teſtium,ita tenet Soci in d conſi.274.ea.col. ponderādo ad hoc d.l.ſcripturas.ꝙ in prin.quango agitur ꝯ debitorem requiritur dicta ſubſcriptio partium,& quamuis in ver.ſinautem vbi agitur contra tertium,non repetatur de dicta ſubſcriptione partium,ſed tantum exprimatur de teſtium ſubſcri. Tamē quia in illo tex.dicitur,hiſdem ſcripturis,apparet,ꝙ imperator loqꝫ de hiſdem ſcripturis, de quibus in principio loquutus fuit per no per doc.in l.talis ſcriptura.ad fi.ff. de leg. .& etiam quia dictus uer.ſinautem,loquitur per modum exceptionis factæ a legis principio,& exceptio debet eſſe de cōtentis ſub regula.l. nā quod liquidæ.ff.de pe. lega. & ita ſm eum voluerunt Nico. de Nea.& Bal.in ſpec.in rub.de fid.inſtru,& Io.Andr.in § nunc videndum.in addi.magna,in verſi.ſupplementum,& iſtud corrobora Soc.in d.conſi.pluribus aliis medius,vt ibi per eum.

Tertiò requiritur ad effectum prælationis antedictum,ꝙ illi tres teſtes,qui ſe ſubſcripſerunt,ſint probatæ atque integræ opinionis,& iſta qualitas debet probari,& ita firmat Soci.in d. conſi.274.in antepe.col.in ver.poſtremò dico.

Modo dubitatur circa d.l.ſcripturas.an ſtante ſtatuto,ꝙ ſcripturæ ex libris mercatorum vel artificum ſumptæ, vel exēplatæ de commiſſione iudicis habeantur pro inſtrumento publico,& habeant executionem paratam, prout inſtrumenta guarentigiæ,& bona debitoris intelligantur obligata & hypo.,put tale ſtatutum extat Florentiæ,an talis hypo. inſurgens ex dictis partitis ſumptis,ſi detur concurſus cum alio creditore habente inſtrumentum publicum ſui crediti,poſterius tamen dictis partitis,præferatur creditor ex dicto lib.& in hoc Soc in cōſi.240. circa præſentem.2.volu.firmat,ꝙ iſto caſu non militet diſpoſitio.d.l.ſcripturas, ſed ꝙ creditor ex libro anteriori in tempore præferri debeat poſteriori creditori fundanti ſe in publico inſtrumento:& mouetur ad hoc firmādum pluribus rationibus, & argumētis,& maxime ꝙ ex verbis claris ſtatuti dictæ partitæ librorū aſſumunt naturā publici inſtrumenti,& ſicut in d.l.ſcripturas.diſponitur,ꝙ ſcriptura priuata trinoteſte nōtata & ſolēnizata,prout in d.l.requiritur,habet a d.l vim publici inſtrumēti,& præfertur inſtrumento publico poſteriori,ita debet eſſe in ſcriptura,cui ſtatutum dat robur publici inſtrumenti.l.omnes populi.ff.de iuſt.& iur.faciunt no.in l.j.ff.de leg.1.

Addit etiam Soci.in eo.loco,ꝙ dicta ſcriptura librorum ſolennizata ſm formam ſtatuti non ſolum habet vigorem ꝯ debitorem principalem,ſed etiam ꝯ tertium,& ita dicit fuiſſe cōſultum per præſtantiſſimos doc.optimi iudicii & conſcientiæ. Do.Io.Petrutium de Peruſio in ſuo conſi.quod incip.conabor & D.Benedictum Capram,qui ſe illi conſil.ſubſcripſit, & recitat Soci.illorum fundamenta,& reſpondet obiectionibus,quę in hoc fiebant per partem aduerſam.

48 †Et inter alia aſſignat rationem inter ſcripturam libri & aliā ſcripturam priuatam.Nam in ſcriptura priuata,puta in apodiſſa,poteſt de facili in tempore committi fraus: quia licet hodie ſcribatur,tamē poteſt in ea apponi dies temporis præteriti, ſed in libris talis fraus non poteſt ita de facili committi: cum ſingulis diebus & continuate ſoleant in illis data & accepta deſcribi,ita ꝙ eſt quaſi impoſſibile in illis mutare veritatem temporis & dierum,quin peritus in huiuſmodi ſcripturis iſtud nō aduertat & cognoſcat,& propterea ſtatuens voluit dare iſtud priuilegium libris & nō aliis ſcripturis,& de hac etiam ratione diuerſitatis habetur plenè per modernos in l.admonendi.ff.de iureiu.dum loquuntur de ſcriptura librorum priuatorum.

49 †Inſuper idem Soci.in eo conſi.240.addit, ꝙ talis ſcriptura librorum ſolennizata iuxta diſpoſitionem ſtatuti prędicti hēt priuilegium prelationis in hyp.vſque in diem, quo ipſa ſcriptura confecta fuit, non autem incipiet a die approbationis factæ de ea per iudicem,& ita etiam dicit conſuluiſſe præfatum Do. Io.Petrutium in d.conſ ea rātione:quia auctenticatio ſumptus facti de dicta ſcriptura ſecundum formam dicti ſtatuti refert ſe ad librum & illius ſcripturam,ergo illius initium attendi debet quia uerba dicunt intelligi ſecundum tempus actus,cui adiiciūtur l.in delictis §. ſi extraneus.ff. de noxali. Et corroborat hoc multis aliis fundamētis,vt ibi per eum,& demum ſubdit, ꝙ iſta concluſio militat non ſolum in libris propriis, ſed etiā in libris communibus inter plures ſocios per rationes quas ibi adducit.

Vlterius eſt aduertendum,ꝙ Pau.de Caſt.in conſi.393.in cauſa ſer Ludouici extendit diſpoſitionem.d.l.ſcripturas. quæ loqꝫtur inter plures creditores,vt habeat etiam locum, qñ contenditur inter vnum creditorem fundantem ſe in ſcriptura priuata non ſolennizata iuxta d.l. ſcripturas. & inter emptorem rei hypo.per prius dicto creditori fundantem ſe in inſtrumēto publico ſuæ emptionis; quia utroque caſu viget eadem ratio,ſcilicet poſſibilitas fraudandi publicum inſtrumentum per appoſitionem diei & temporis anterioris in priuata ſcripturta fortaſſe confecta poſt publicum inſtrumentum, ideo etiam debet militare diſpoſitio.l.a Titio.ff.de ver.obli. & prout latius proſequit Pau.de Caſt.in d.conſi.

Sed Soci.in d.conſi.240.in 2.col.in verſ.non omitto.dicit,ꝙ Salyc.in d.l.ſcripturas.tenet contrarium & ꝙ alias etiam ſuper hoc vidit ſolenne conſil. eiuſdem, cui ſe ſubſcripſerunt multi ſolennes doc. Iſtud etiam dicit Soci.in conſi.754.vol.duplicato in 2.uol.in conſil.198.Sed ego non inuenio Salyc. hoc velle in d.l.ſcripturas.& eius conſil. non vidi. & propterea non puto eſſe recedendum ab opi.Pau.de Caſt.quæ mihi videtur equa & rationabilis.

50 †Vltimò circa diſpoſitionem.d.l.ſcripturas,eſt aduertēdum, ꝙ Pet.de Ancha in conſi.28.rationes inductæ &c.conſuluit,ꝙ ſi procurator vigore idonei mandati obligauit bona domini certæ perſonæ in priuata ſcriptura non ſolennizata, iuxta d.l. ſcripturas.& poſtea dominus obliganit alteri in publico inſtrumento,ꝙ ille,cui dominus obligauit in publico inſtrumento, prefertur illi,cui procurator obligauit in ſcriptura priuata licet anteriori,non obſtante ꝙ ille,cui procurator obligauit,videretur etiam niti ex publico inſtrumento mandati,quaſi a primordio tituli poſterior formetur euentus,iuxta l.j C.de impo.lucrati.deſcri.li.10.& ꝙ in duabus diſpoſitionib ſucceſſiuis effectus ſumatur ab illa quæ ſe refert ad aliam, non ab illa ad quam habetur relatio.l.ſi ita ſcripſero.ff.de condi.& demon.& l.aſſe toto.ff.de hær inſti.& ad hoc mouetur pluribus rationibus,& p̄cipuè ꝙ per dictum inſtrumentum mandati prædens non tollitur ſuſpitio fraudis,de qua in d.l. ſcripturas. nam ille procurator potuit longe poſt inſtrumentum obligationis factæ per dominum alteri ſcribere manu propria dictam ſcripturam, & ponere ad librum in ea diem anteriorem inſtrumento domini.q bus fraud,bus voluit prouidere.d.l.ſcripturas.ut ibi latius p eū.

Cuius dicta optimè conferunt ad corroborationē dictæ cōcluſionis Pau.de Caſtr.in conſil.391.cum vterque fundet ſe in identitate rationis ad obuiādum fraudibus,& ꝙ ubi militat ratio fraudis, militet etiam diſpoſitio.d.l.ſcripturas.& d.conſi.Pe. de Anchar.ſubſcripſerunt ſe Gaſpar de Caldarinis,& Franc.de Rampo ut apparet in fine dicti conſilii,& etiam in conſi.29.& ſic ſequenti,ego Fran.vbi Fran.de Rampo.idem confirmat, ita ꝙ dicta concluſio ſecurè teneri poteſt a tot ſolennibus doctoribus approbata & ualidis fundamentis roborata:ut latius in dictis conſiliis.

51 †Nono & vltimò in materia prioritatis eſt aduertendum,ꝙ licet quando eſt vnus tantum creditor habens plura bona hypothecata ipſe poſſit proſequi in bonis,in quib. uult,ut in l.creditoris.ff.de diſtrac.pi. & ſi ſint plures creditores quorum quilibet habet vnam tantum hypothecam, qui prior eſt in tempore,potior ſit in iure:ut l.2.quæ incipit,qui generaliter.in fi.ff.qui po.in pig.hab.Tamen quando prius creditor habet duas hypothecas,videlicet vnam generalem & aliam ſpecialem, ſecūdus autem habet vnam tātum,l.ſpecialem in aliquibus bonis, ſi hypothecę primi creditoris ſunt purè & ſimplices,poteſt primus creditor de rigore iuris vti,qua ipſe uult, ſed de ęquitate nō poteſt vti niſi ſpeciali hyp.ſi in ea poteſt ei ſatisfieri: ut eſt tex.in l. 2.C.de pig.ſed ſi primus creditor habet ſpecialem hypothecā purè,& generalem ſub conditione ſubſidiariam quatenus prima non ſufficiat,ſecundus creditor, ſi ſpecialis ſufficit primo, non ſolum erit potior in ſua ſpeciali,ſed etiam erit ſolus:ut d.l. qui generaliter.ſecundo reſpon.ff.qui po.in pig.hab.Sed ſi ecōuerſo primus habet unam tantum, ſecundus verò habet duas, primus erit potior in ſua ambabus illis ſecundi creditoris iuxta regulam qui prior li.6.& hoc niſi hyp.ſecundi ſit priuilegiata,iuxta.l.licet.C.qui po.in pig.hab.& ita diſtinguunt Bar.Bald. & Saly.in d.l.2.

Et pro ampliatione.d.l.2.no.ꝙ illa habet locum, ſiue primo facta fuerit primo creditori ſpecialis hyp.& poſtea generalis,ſi ue ęconuerſo primò generalis & poſtea ſpecialis,vtroq;.n.caſu eadem eſt ratio,& procedit d.l.2.ita firmat ibi Saly.in vlti.q.per optimas rationes,quamuis ibi Pet.uoluerit contrarium & male ſecundum Sal.

Item d.l.2.procedit,non ſolum quando debitor poſſidet bona hypothecata,ſed etiam quando primus creditor,uel alia extranea perſona poſſideret dicta bona; quia eadem eſt ratio,ergo eadem debet eſſe iuris diſpoſitio vt l.illud.ff.ad l.aquil.& ita firmant in d.l.2.Iac.Bu.Cy.Bar.Bal.& Saly.

Sed dubitatur circa iſtam materiam,quid ſi primus creditor non habet generalem & ſpecialem hypothecam, ut loquitur d.l.2.ſed habet magis generalem,quam habeat ſecundus,uterque tamen habet generalem, ſed primus habet magis generalem,quam ſecūdus,an tali caſu habeat locum.d.l.2. vt l. primus teneatur prius proſequi illam rem, quæ non comprehenditur in hyp.ſecundi,& ſi illa eſt ſufficiens pro ſua ſatisfactione, non

poſſit

possit molestare alia bona comprehensa in hypotheca secundi: & Cor. in consi. 247. licet in præsenti, pe. col. j. volu. determinat q̃ isto casu non militet dispositio. d. l. 2. quia isto casu reperitur rigor scriptus, de quo in d. l. qui generaliter. in princ. & non reperitur æquitas scripta, quia casus. d. l. 2. est diuersus ab isto, & ideo debet præferri rigor. l. placuit. C. de iud. & quia non est omnino eadem ratio, quando prius habet generalem tantum, quę est, quando habet specialem & generalem. Nam specialis hyp. affert aliquid plus iuris, ar. eius quod hr̃ in regula generi. li. 6. & quando quis hẽt generalem & specialẽ hypothecam in eadem re habet in illa duplex vinculum obligationis, & duo uincula magis stringunt, vt in auc. itaque. C. com. de succes. & ideo creditor tenetur magis eligere rem, in qua habet specialem & generalem hypothecam, quàm illam, in qua habet generalem solam, & ista æquitas mouit imperatorem in d. l. 2.

Et facit: quia d. l. 2. est exorbitans, vt dicunt ibi doc. & est contra d. l. qui generaliter. vnde non est extendẽda ad alium casum. l. quod vero contra. ff. de leg. & q̃ d. l. 2. sit exorbitans, tenet etiã Soci. in consi. 198. primo aspectu. in fi. 2. vol. duplicato per errorem. 75. 4 uolum.

Et per hoc infert, q̃ d. l. fi. procedit solum respectu secũdi creditoris, q̃ tunc. s. primus creditor teneatur sibi prius satisfacere in re specialiter hypothecata, secus autem sit quò ad tertiũ possessorem, qui non habet hypothecam aliquam in dictis rebus; quia quò ad eum non requiritur excussio de speciali hyp. primi creditoris, sed tunc erit locus. d. l. creditoris. ff. de distrac. pig. & d. l. generaliter. in prin. de quo tamẽ vide quæ dicam. j. in 1. par. octauæ parsis in materia excussionis, in 8. fal.

Et pro complemento istius materiæ no. q̃ quando agitur cõtra secundum creditorem habentem specialem hypothecam, & primus habet specialem & generalem iuxta terminos. d. l. 2. præsumptio est, q̃ specialis hyp. quam habet primus sit sufficiẽs pro satisfactione primi creditoris, nisi aliud probetur, vt tenet gl. in d. l. 2. in uer. redigere, quam ibi sequitur Saly. in j. oppo. & per hæc remanet expeditum istud secundum membrum istius quintæ partis.

SVMMARIVM.

1 *Secundus creditor potest offerre primo creditori suum creditum & liberare pignus a primo credito & suam hypothecam confirmare.*
2 *Res hypothecata transit cum suo onere.*
3 *Secundus creditor an possit offerre ementi a debitore, ut satisfiat creditori primo.*
4 *Oblatio per secundum creditorem non potest fieri emptori, qui emit a primo vendente iure creditoris.*
5 *Regula, quòd oblatio non potest fieri per secundum creditorem emẽti primo septem modis necessarijs restringitur.*
6 *Secundus creditor potest offerre primo creditori hypothecario sed non chyrographario.*
7 *Re primo creditori ex secundo decreto adiudicata, non potest vltra creditor secundus offerre.*
8 *Oblatio potest fieri primo creditori etiam post rem ei adiudicatam insolutum per iudicem ex secundo decreto iudiciario ordine, et hoc per secundũ creditorem non per debitorem.*
9 *Statuto cauente q̃ quicunque habens ius in bonis uenditis uel in solutum ad iudicatis veniens infra annum audiatur, an creditor conditionalis non veniens excludatur.*
10 *Oblatio facta per secundum creditorem primo cum depositione & consignatione liberat pignus.*
11 *Oblatio quæ fit a secundo creditore primo de credito anteriori nec requiritur offerre posterius.*
12 *Creditor ex vna causa tantum an teneatur recipere particularem solutionem.*
13 *Creditor secundus offerens primo succedit in ius hypothecæ prioris creditoris, succeditq̃ in ius personalis actionis.*
14 *Oblatio potest fieri per secundum creditorem primo non solum, quando secũdus conuenitur a primo, sed etiam quando secundus agit contra primum, quo casu primus tenetur cedere secundo iura omnia.*
15 *Cessio quam cogitur facere creditor primus vel alius posteriori creditori soluenti vel offerenti quo iure petatur.*
16 *Hypothecaria quæ datur secundo creditori in locum primi succedenti an sit eadem quæ datur primo.*
17 *Oblatio an & quando possit fieri per primum creditorem secundo.*
18 *Primus creditor non possidens an possit secundo offerre.*
19 *Primus creditor non potest cogi offerre secundo.*
20 *Oblatio facta per secundum creditorem primo possidenti an præcludat viam primo offerendi secundo.*
21 *Possessio non transit de uno ad alium sine animo possidentis.*
22 *Oblatio potest fieri per alium creditorem tertium secundo creditori qui obtulit primo & in ius successit.*
23 *Actione personali cessa an censeatur etiam cessa hypothecaria cedenti cõpetens.*
24 *Beneficio cedendarum actionum an renuntiari possit, ita quod qui renuntiauit amplius non valeat excipere de cessione sibi facienda, nec eã amplius petere.*
25 *Beneficio cedendarum actionum an requiratur specialis & in diuidua renuntiatio.*
26 *Creditor an possit cogi cedere iniusto possessori.*
27 *Possessor conuentus hypothecaria potest offerendo debitum petere sibi cedi iura, si onus luendi rem possessam & hypothecatam non incũbat ipsi possessori.*
28 *Ius offerendi competens tertio possessori an locum habeat in possidente rem æstimatam in dotem datam.*
29 *Exceptio cedendarum an obstet creditori, cui possessor offert, si creditor liberauit alia bona hypothecata.*
30 *Beneficium cedendarum fideiussori competens vnde causetur.*
31 *Exceptio cedendarum non obstat mulieri agenti etiam contra correum vel fideiussorem obligatum ad restitutionem dotis.*
32 *Creditore agente hypothecaria contra tertium simplicem possessorẽ ex duobus creditis quorum vnum anterius est altero, possessor non potest unum offerre sine altero.*
33 *Ius offerendi qualiter competat fideiussori debitoris.*
34 *Lex 2. C. de fideiussoribus. quibus casibus procedat, & quibus non.*
35 *Vno ex duobus reis vel fideiussoribus soluente creditori, tenetur creditor cedere iura & actiones &c.*
36 *Creditor qui non potest cedere, an semper repellatur exceptione cedẽdarum.*
37 *Creditore unum ex fideiussoribus liberante, an ipsi creditori obstet exceptio cedendarum.*
38 *Oblatio potest fieri per habentem solum ius dominij in re.*
39 *Debitor an possit a quolibet indifferenter etiam inuitus liberari.*
40 *Creditor recusans debitum oblatum an amittat ius petendi.*
41 *Creditor an teneatur recipere debitum ab extraneo pro debitore oblatum.*
42 *Extraneus soluens vel offerens creditori an possit impetrare cessionem iuris contra debitorem.*
43 *Debitor offerens creditori impedit uenditionem pignoris, et moram purgat.*
44 *Creditore cedente ius debitori, datur ipsi debitori retentio pignoris contra alterius usucapionem.*
45 *Debitore soluente de pecunia aliena, an ille de cuius pecunia soluitur, succedat in ius illius creditoris.*
46 *Debitor an soluendo uel offerendo creditori teneatur offerre creditum chirographarium.*
47 *Extensio de stricta significatione ad latam procedit etiam in correctorijs, si militet eadem ratio.*
48 *Pignus prætorium & iudiciale potest retineri pro debito chyrographario.*
49 *Creditor habens duo pignora pro diuersis debitis, vnum videlicet minus idoneum, aliud ualde idoneum, an possit retinere illud ualde idoneũ pro utroque debito.*
50 *Creditor chyrographarius dicitur habere ius retinendi pignus, sed non uendendi.*
51 *Casibus quibus ius offerendi competit, an possit fieri oblatio lata sententia in hypothecaria.*
52 *Iuri offerendi an possit præscribi.*
53 *Temporalia ad agendum perpetua sunt ad excipiendum.*

Tertium membrum v. partis.

CAPIO modo tertium membrum. v. partis in quo tractatur de oblatione seu iure offerendi: & sic de vno effectu resultante ex pignore uel hypot. & diuiditur in tres partes, in prima parte tractabitur quibus competat tale ius offerendi, in secunda qualiter oblatio fieri debeat, in tertia de effectibus resultantibus ex oblatione.

In prima itaque parte huius tertii membri, in qua venit discutiendum, quibus competat ius offe-
1 rendi. †Primò dicendum est, q̃ tale ius offerendi competit secundo creditori: quia scilicet secundus creditor potest offerre primo creditori suum creditum & liberare pignus a primo credito & confirmare suam hypothecam, iuxta l. 1. C. qui po. in pi. hab. & l. potior. §. fi. ff. eo. ti & ista sit reg. q̃ ſ secundus creditor potest offerre primo, quam amplia & postea limita aliquib. modis. Et primò amplia, q̃ ista reg. q̃ secundus creditor potest offerre primo, procedit, ẽt si priori creditori a debitore res hypothecata in solutum data fuerit pro suo credito; quia adhuc secundus creditor potest offerre primo. Et idem si. d. primo creditori per debitorem res vẽdita fuerit, nam utroq; casu locus est oblationi, vt est tex. no. in l. 1. §. cum autem. C. si anti. cred. & ibi
2 per Sal. †Nam sicut si debitor dictam rem alteri extraneo alienasset, remaneret secundo creditori salua sua hyp. quia res hypothecata transit cum suo onere. l. si debito. C. de distrac. pign. & c. ex literis. de pig. & 16. q. 1. c. si quis laicus. & l. si conuenerit. §. si fundum. ff. de pign. act. ita & quando vendit vel dat insolutum priori creditori remanet salua sua hypothe. secũdo creditori & potest offerre primo, prout hanc æquiparationem facit text. in d. l. j. C. si anti. credi. Nec in hoc habet obstare, q̃ creditũ primi creditoris uidetur sublatum per satisfactionem, & propterea nõ uideatur necessaria alia solutio, vel satisfactio de eo; quia ad hoc respondet gl. Iac. de Are. Cyn. & alii in d. l. 1. q̃ im-

ma

mo non fuit ſublata actio & obli.primi creditoris per dationē inſolutum vel vēditionem ei factam de dicta re,ex quo illa datio vel venditio fuit reuocabilis per ſecundum creditorem volentem offerre,per tex.in l.ſi quis aliam.ff.de ſol.& facit text.& quod ibi no.per gl.& doc.in l.ex ſextante.§. Latinus.ff. de exce. rei iud.cum concor.Secundo modo reſpondet gl.ꝙ ſi aliter diceremus,ſua diligentia noceret primo creditori, ꝙ eſſe nō debet,vt l.debitor.ff.de ſepara.& ſecundus creditor lucraretur cū iactura primi,ꝙ eſſet iniquum,ar.l.ſi me & Titium.ff.ſi cer. pet. & melius in l.itaq;.verſ.ſed vtique.ff. de dolo.Secundò amplia, vt reg.procedat,etiam ſi ille primus creditor,qui accepit in ſolutum,vel emit a debitore,poſtea vendat alii;quia talis emptor iſto caſu non erit ſecurus,ſed etiam ei a ſecūdo creditore offerri poterit:quia primus creditor nō vendidit ei iure creditoris, ſed potius vigore ſuæ acceptionis in ſolutum vel emptionis,& ſic tranſtulit in eum dominium affectum,ita tenet Sali.poſt Ia. de Are.& Cy.in d.l.j.C.ſi anti.cred.

†Tertiò amplia reg.vt procedat, etiam ſi debitor vēdidiſſet
3 rem hypothecatam alteri,vel obligaſſet:vt de illa pecunia ſolueret primo creditori, & ita poſtea ſoluit: quia adhuc iſto caſu ſecundus creditor poterit offerre illi emptori, vel creditori,de cuius pecunia fuit ſolutum primo creditori,quod videtur mirabile:cum extincta fuerit omnino obligatio primi creditoris p ſolutionem factam in quantitate cōſiſtente in genere, quæ de facili conſumitur,& tamen ſecundus creditor adhuc poteſt offerre & auocare rem ab emptore vel creditore, de cuius pecunia ſolutum fuit primo creditori,vt eſt caſus.l.cum priori.ff.de diſtrac..pigno.

Sed in prædictis inſurgit pulchra difficultas, videlicet quo iure ille emptor vel creditor, de cuius pecunia fuit ſolutum primo creditori,poſſit obtinere,vt ſibi reſoluatur a ſecundo creditore; quia nec talis emptor, nec creditor ſucceſſit in ius primi creditoris, niſi ſuper hoc factum fuerit pactum expreſſum:ut l. j.C.ſi anti.cred.& l.Ariſto.ff.quæ res pign.oblig.poſſ. & l.1.C.de his qui in prio.credi.lo.ſucced.cum ergo primum creditum ſit ſublatum ſolutione,& emptor,vel creditor, de quorum pecunia fuit ſolutum primo,non ſucceſſerit in locum primi, videt quòd ſecundus creditor ſit modo potior in pignore abſq; eo, quòd teneatur offerre dicto emptori uel creditori pretium ſolutum primo.

Et iſtam difficultatem mouit gl.in d.l.cum prior, ſed ſubdit, ꝙ dicto emptori vel creditori de æquitate danda eſt retētio pignoris,licet non habeant hypothecam,ar.tex.in l.j.in prin.ff.q. mo.pig.vel hyp.ſol.& l.2.§.1.ff.qui po.in pign.hab. dicit tamen gl ꝙ iſtud ſibi non placet,& in effectu concludit ibi glo. ꝙ niſi ſit factum pactum,ꝙ ille emptor vel creditor,ex cuius pecunia ſolutum fuit primo ſuccedat in locum illius, ſecūdus creditor inuenietur potior eo,& agens ex ſua hypo.ad dictam rem non tenebitur offerre illud,quod erat debitum primo creditori, & ꝙ dicto emptori vel creditori, de cuius pecunia fuit ſolutum primo,non dabitur excep. neque retentio ꝫ ſm creditorem,& cum dicta gl.tranſit ibi ſimpliciter Barto.& illam approbat expreſſe Salycet.

Tamen eſt aduertendum,ꝙ licet d. glo. dicat verum quò ad actionem hypothecariam; quia ſ.dictus emptor, vel creditor, de quorum pecunia fuit ſolutum primo creditori ſine pacto, in illa non ſuccedunt,& ideo non poſſent agere ꝫ tertium poſſeſſorem:tñ quò ad ius excipiendi & retinendi malè loquit gl. quia ipſi poſſunt retinere rem,pro qua ſoluerunt pecuniam primo creditori ꝫ ſm creditorem agentem,vt eſt tex.& ibi glo.in l.j.in prin.ff.qui.mo.pig.vel hyp ſol.& ibi hoc firmat Bar.& Saly.& idem in emptore tenent Bar.& Sal.in d.l.quia debitore.ff. qui po.in pig.hab.vbi volunt,ꝙ licet emptor ſit effectus dominus rei emptæ propter quod videbatur,ꝙ illa res non poſſet eſſe ei obligata.l.neque pignus.ff.de reg.iur.Tamen ipſi determinant,ꝙ ex quo dicta res poteſt ab eo auocari per ſecundum creditorem,poteſt retineri loco pignoris per l.ex ſextante.§. Latinus.ff.de excep.rei iud.& l.Iulianus.§.offerri.ff.de act.emp. & l. 3.§.j.ff.qui po.in pig.hab.& l.1.C.ſi ant.cred.

Et ideo Pau.de Caſt.in conſil.370.viſis actis, reprobat illam gl.in d.l.cum prior.dicens neſcire quo ſpiritu illa glo.dixerit illud verbum vltimum, videlicet ꝙ ſibi non placet, ꝙ detur excep.t.& firmat Pau.ꝙ indubitanter licet non detur actio, tamē detur retentio & exceptio:& ita etiam tenet Cor.in conſi. 245. videtur in præſenti.in litera 2.volu.

Et ita puto tenendum; quia Bar.in aduertenter & perfuncto riè tranſiuit cum d.gl. & ꝫrium & melius poſtea tenuit in d.l.1. in prin.ff.quibus mo.pig.vel hyp.ſol.

†Limitatur modo dicta regu.vt non procedat,quando pri-
4 mus creditor vēderet bona hypothecata iure crediti extraneo emptori,prout de iure poteſt,iuxta tex.inſt.quib.alien.licet.§.1. & in l.conuenerit.ff.de pig.act. quia tunc ſecundus creditor nō poterit offerre illi emptori,ſed emptor erit ſecurus ab eo,vt eſt tex.in l.1.C.ſi ant.cred.ꝙ eſt mirabile.Nam ſi ipſe creditor emeret vel inſolutum acciperet,adhuc ei ſecundus creditor poſſet offerre,vt d.l.1.& ibi per Bal.& Saly.in ſecundo reſpon.& tñ ſi ipſe creditor vendat alteri,facit cum ſecurum a ſecundo creditore. Tamen in hoc aſſignatur ratio differentiæ ibi per doc. videlicet quia quādo creditor primus vendit iure creditoris,trāſfert in emptorem dominium non affectum:quia ipſe creditor tempore acceptæ hypothecæ habuit a debitore licētiam & ius alienandi.d.l.ſi conuenerit, & ideo vendendo fuit reſolutū omne ius ſecundi creditoris,& eſt,ac ſi illa res nunquam ei obligata fuiſſet:quia licentia vendendi præceſſit obligationem ſecundi creditoris,& reſoluto iure datoris.ſ.debitoris reſoluit ius acceptoris,ſ.ſecundi creditoris.l.vbi.§.ſed Marcellus.ff.de in diem adiectio.Sed qñ dominus & idem debitor vendit,vel inſolutū dat,transfert dominium in emptorem affectum ex hypotheca ſecundi creditoris,quæ per dictam venditionem non reſoluitur; quia debitori non erat data licentia a ſecundo creditore vendendi,prout data fuit a debitore primo creditori, & iſtā rationem differentiæ ſequuntur Iac.de Aret.Cy.& Salyc. in d.l.1. & comprobat Cor.in conſi.145.2.volu.in litera H.Et ſic remanet concluſio in hac prima limitatione, ꝙ ius offerendi nō cōperit ſecundo creditori,ei qui emit a primo creditore vendente iure creditoris per tex.in d.l.1.†Sed iſta prima limit.reſtringi
5 tur ſeptem modis neceſſariis.

Et primò reſtringitur,vt procedat, quando primus creditor venderet extraneo emptori,& ita loquitur d.l.j.Secus autem ſi primus creditor venderet fideiuſſori ſui debitoris; quia tunc ſecundus creditor poſſet dicto fideiuſſori ementi offerre, ut eſt tex.in l.2.ff.de diſtrac.pig.& ibi no.Bart.in l.1. ibi latè per doct. C.de dolo.

Secundò reſtringitur,quando primus creditor vēderet ſecūdo creditori,quia dicto ſecundo creditori ementi poteſt offerri per alium creditorem,& etiam per debitorem,ut eſt tex.in l. cum ſecundus.§.ſi.cum l.ſeq.ff.de diſtrac.pign.& ratio eſt:vt ibi dicit iuriſconſultus,quia ſecundus creditor, qui emit a primo, non tam cauſa acquirendi dominii,quàm ſeruandi ſui pignoris cauſa cenſetur emiſſe,& iſtas duas reſtrictiones ponit glo.2. in d.l.1.C.ſi anti.credi.

Tertiò reſtringitur,quando venditio facta per primum creditorem iure creditoris extraneo non eſſet facta rectè & legitimè,puta quia vendidit ante tempus vel aliter non ſeruata forma iuris vel pacti:quia tunc tam debitor quàm ſecundus creditor auditur volens reuocare dictam venditionem, vt eſt text. in l.2.C.ſi anti.cred.& hoc etiam ſi dicta vēditio eſſet facta ſciēte debitore;quia exceptio, quæ competebat cōtra creditorem vendentem tranſit in emptorem:vt l.in hoc iudi.§ pen.ff.com. di.& l.ſi a te.§.fi.ff.de excep.rei iud.& ita tenet gl.j. in d.l.2. & nihilominus dictus emptor habet contra debitorem agētem ad reuocandam emptionem exceptionem doli, niſi ei offerat pecuniam,quam creditor ſoluit vt l.emptor.in prin.ff. de rei ven. ita no.gl.in d.l.2.in gl.1.& ſequitur ibi Saly.

Quartò reſtringitur. dicta limitat. quando primus creditor venderet rem pignoratam uni ex fratribus debitoris,qui habebat dictam rem communem cum fratribus. Nam illi fratri ementi poteſt offerri ab aliis fratribus: quia frater, qui emit uidetur feciſſe iniuriam ab aliis fratribus emēdo illam rem communem nomine proprio, volendo excludere alios fratres, & ideo poteſt ei offerri,text.eſt not.in l.ſi.§.quatuor.ff.de leg.2.& no.Alexan.in d.l.j.C.de dolo,quem caſum tene menti:quia eſt contingibilis.

Quintò reſtringitur d.limi. quando prius creditor uenderet rem hæredi debitoris:tunc enim non dicitur propriè emptio, ſed reluitio,& dictus hæres poterit conueniri ſuper dicta re hypothecaria ab aliis creditoribus,iſta eſt gl.no.in l.2.in uerſ.conueneris.C.de repu.hære.quam Paul.de Caſt.dicit eſſe perpetuò tenendam menti,& ꝙ de facili quilibet diceret oppoſitum, & ita etiam refert ibi Laſo.

Sextò reſtringitur dicta regula, quando primus creditor in venditione apponit pactum,ꝙ debitori liceat offerre emptori & rem recipere; quia vigore pacti poterit debitor offerre & recuperare rem non obſtante dicta uendi.tex.eſt in l.ſi cum uenderet.in prin.ff.de pi.act.poteſtque tali caſu debitor cogere creditorem qui uendidit pignoratitia directa ad cedendum actionem ex vendito ꝫ dictum emptorem,vt ibi ſubdit text.Ad idē tex.in l.ſi creditor.in prin.ff.de diſtrac.pig.ubi ampliat hoc procedere non ſolum in pignore vendito,ſed etiam in hyp.vendita.Et ibi Bart.declarat prædicta procedere; quia ſi pactum fuit adiectum,ꝙ liceat recuperare pignus, ex hoc debitor non poterit agere ꝫ emptorem,ſed agere debet ꝫ creditorem, vt ſibi cedat actionem:ſi autem pactum fuit adiectum, ut ipſi debitori liceat recuperare,& tunc debitor poterit ex dicto pacto recuperare abſq; alia ceſſione,ita declarat Barto.in d.l.ſi creditor.in prin.Sed primus creditor vendidit abſq; alio pacto: tunc debitor recuperare non poſſet,niſi ante venditionem venditor obtuliſſet & alia feciſſet,de quibus per Bar.in l.ſi.ff.de diſtra. pign. Sed dubitatur,quæ actio competat debitori,qñ fuit appoſitum pactum per creditorem in venditione,& dicēdum eſt, ꝙ ſi pactum fuit

Source : BIU Cujas

ctum fuit resolutiuum tituli, puta ꝙ res esset inempta, vel liceret debitori accipere rem suam, dabitur rei vendicatio, sed vbi verba pacti nõ essent resolutiua, sed inflexa, puta rem restituas, vel reddas, & tunc dabitur actio in factum præscriptis verbis, ita no. Saly. in l. si cum venderet. in prin. ff. de pig. act.

Septimò restringitur. d. lim. nisi debitor esset pupillus, vel minor 25. ann. vel absens ex causa reipũblicæ, vel ex aliqua alia cã posset restitui in integrum aduersus dictam venditionem factã per creditorem: quia in quacunque ex dictis causis debitor poterit offerre emptori, vt est tex. in l. si creditor. §. 1. ff. de distra. pi. & firmat Saly. in d. l. 2. C. si anti. credi.

Et vbi dictum est, debitorem admitti ad offerendum, idem intelligas in secundo creditore: quia ius, quod competit debitori circa oblationem, competit etiam secũdo creditori, vt in toto ti. C. si anti. credi. quinimmo fortius est ius oblationis, qđ competit secũdo creditori, quàm debitori: ut apparet in l. si potior. §. sciendum. ff. qui pot. in pign. habe. & apparebit clarius ex infrą dicendis.

4 †Secundo principaliter limitatur regu. ꝙ secundus creditor possit offerre primo, vt habeat locum in creditore hypothecario, non autem procedit in creditore chyrographario, quia ille non habet ius offerendi, nisi primo creditore volente, ad effectum impetrandi cessionem, vt est tex. in l. nulla. C. de sol. & ibi per Bar. & tex. gl. & Sal. in summario in l. cum tibi. C. qui pot. in pign. habe. Nisi fortè talis creditor chyrographarius possideret rem hypothecatam primo creditori: quia ab eo cõuentus posset ut quilibet alius extraneus possessor offerre, iuxta l. Paulus. §. j. ff. quib. mo. pig. vel hyp. sol. de quo j. latius subdam.

7 †Tertiò fallit regula s dicta fm aliquos posit rem adiudicatã primo creditori ex secundo decreto, iuxta nota. in l. a diuo Pio. in §. si post addictum. ff. de re iudic. In quo tñ est aduertendum: quia aut datio insolutũ est facta priori creditori extraiudicialiter per debitorem, iuxta tex. in l. eleganter. in prin. ff. de pig. ac. & tunc indubitanter saluum erit ius offerendi secundo creditori, vt est tex. & ibi per doct. in l. 1. C. si anti. cred. & dictum est 3: aut dicta adiudicatio est facta per iudicem ex secundo decreto, iuxta ti. C. si in causam iudi. pi. ca. sit. & maximè in l. fi. & tunc dicta adiudicatio respectu secundi creditoris perinde est, ac si facta fuisset per ipsum debitorem, quia factum iudicis reputat factum partis, vt d. l. 1. & l. si ob causam. C. de euict. & ideo sicut quando per debitorem res data est insolutum primo creditori secundus potest ei offerre, vt dictum est, ita & quando iudex loco partis adiudicauit, potest secundus creditor offerre primo, & ita expresse vult Saly. d. l. j. in vlt. q.

8 †Respectu autem debitoris est maius dubium, an s. ipse possit non obstante adiudicatione insolutum facta per fm decretum offerre ipsi creditori debitum & resoluere adiudicationẽ, & hunc articulum late disputando examinat Alex. post Bar. & alios in l. si finita. §. Iulianus. in pen. & vlt. col. ff. de dam. infec. & tandem relatis opinionibus aliorum concludit, ꝙ verior & cõmunior opi. est, ꝙ debitor, facta adiudicatione ex secundo decreto, non audiatur, & idem firmat Alex. in l. debitoribus. in vlti. col. ff. de re iud. & in consi. 11. visis processu. v. vol.

Et ista sunt vera in adiudicatione insolutum facta a iudice p modum iudicii, secus autẽ esset, si adiudicatio fieret uigore re- 14
scripti impetrati a principe, iuxta l. fi. C. de iure do. impe. qa tũc debitor veniens infra biennium a die concessi rescripti posset offerre debitum ipsi creditori & resoluere dictam adiudicationem per tex. in d. l. fi. quæ ita intelligitur per doc. ibi, & per Ale. in d. §. Iulianus. in pen. & vlt. col.

9 †Prædicta autem procedunt in terminis iuris communis, secus autem vbi aliter per statuta esset ordinatum, prout est Florentiæ, vbi stat. cauetur, ꝙ quicunque habens ius in bonis venditis, vel adiudicatis insolutum ueniẽs intra annum audiatur, 15
sed elapso anno nõ audiatur, & hoc excepto debitore, sup quo stat. potest dubitari, an creditor conditionalis nõ veniens j. annum sit excluſus, & Alexã. in consi. 106. visis & oportune &c. v. vol. per multa argumenta de quibus ibi per eum tenet ꝙ non.

Et pro hac conclusione faciunt quæ in simili habẽtur p Ab. in consi. 22. videtur j. vlti. col. 2. vol. Ꝛrlum autem vr tenere Ias. post Cuma. in l. si stipulatus fuerim. §. cum stipulamur. in 2. limi. ff. de ver. obl. per argumenta quæ ibi adducit, quæ aliter non refero; quia arti. non est propriè in materia nostra. Puto tñ, ꝙ termini, in quibus loquitur Ias. sint diuersi a terminis Alexã. vt patet ex multis ponderatis per Ias. quæ non sunt in stat. Florentino, in quo consuluit Alex. in d. consil. 106. & ideo credo ꝙ opi.
10 vtriusq; possit saluari in suo casu ex diuersitate statutorũ. †Insu per qñ secundus creditor offert primo, & ipso recusante recipere consignat & deponit, consequitur primo, ꝙ dictam rem liberat hyp. prioris creditoris, & p ꝯns suam hypothecã in ea confirmat, ut l. j. & l. potior. C. qui po. in pi. hab. & l. potior. §. fi. ff. eo. ti. Secundò consequitur, ꝙ potest primum creditorem ẽt inuitum cogere ad cedendum iura sua, ita tenet Bart. in l. Aristo. in 2. q. ff. quæ res pig. ob. pos. & Bal. in l. nulla. ad fi. C. de sol. Tertiò consequitur, ꝙ si primus creditor nolit cedere secundo, absq;

cessione secundus succedit in ius primi creditoris, vt no. Bar. in d. l. 1. C. qui po. in pig. hab. & in d. l. Aristo. in j. q. Et sequela istarũ vtilitatum ampliatur aliquibus modis. Et primo amplia, vt nõ solum succedat in ius primi creditoris pro sorte, quam ei obtulit, sed ẽt pro vsuris etiam inuito debitore. vt est tex. & ibi Bart. in l. si prior. §. 1. ff. qui po. in pi. hab. & l. secũdus. C. de pig. Intelligetamen, ꝙ secundus succedit in ius primi creditoris: ut aliis præferatur quo ad creditum primi, in quod successit, non aũt quo ad creditum proprium ipsius secundi; quia pro eo non præfert alter, qui est prior se, licet sit posterior primo, nisi mediante pacto inito cum secundo, vt est text. in d. l. si prior. §. a Titio.

Secundò amplia: ut procedant prædicta, etiam si primus nolit recipere creditum suum sibi oblatum a secundo: nam nihilominus secundus cõfirmat suam hypothecam; quia actio hypothecaria, quæ competebat primo facta fuit inutilis per dictã oblationem: cum per eum stet, ꝙ non recipiat, ut l. potior. §. fi. & ibi Bar. ff. qui po. in pig. hab. & l. 1. C. eo. tit.

Tertiò amplia, ut prædicta procedant, non solum si secũdus creditor offerat primo: sed etiam si consentiat & patiatur, ꝙ aliud pignus sibi obligatum vẽdatur, & ex pretio satisfiat primo creditori: nam etiam isto casu secũdus creditor succedet in hypothecam primi, tex. est in d. l. si prior. §. si tertius.

11 †Quartò amplia, vt prædicta procedant, etiam si primus creditor esset creditor in duobus creditis, quorum unum esset alterius secundo credito, aliud verò posterius: quia si secũdus creditor offerat priori creditum anterius, succedet in illud, nec tenebitur ei offerre posterius suo credito, tex. est not. in l. quærebatur. ff. qui pot. in pign. habe. 12
†Et sic licet alias creditor non teneatur recipere particularem solutionẽ, qñ est creditor ex vna causa: tñ secus est, qñ est creditor ex pluribus causis: ut not. Bar. in l. tutor. §. Lucius. ff. de vsur. fac. l. planè. ff. fami. erc. & not. Bar. Alex. & alii in l. quidam. ff. si cer. pet. vbi ponuntur casus, in quibus creditor tenetur recipere particularem solutionem.

13 Quintò amplia: ut non solum secundus creditor offerẽs succedat in ius hypothecæ prioris creditoris: ut l. j. C. qui po. in pig. ha. sed etiam succedit in ius personalis actionis, ut l. 1. C. de his qui in priorum cred. lo. succed. facit l. pupillus. ff. de rebus eorũ, & ita firmat Bar. in d. l. Aristo. in pri. & allegat l. j. §. nunc tractemus. ff. de tute. & ra. dist. & sic secũdus creditor post oblationẽ factam primo poterit intentare tam hypothecariam, quàm psonalem ꝺ debitorem & eius bona: ut est tex. in l. 2. iuncta glo. ibi. C. de pig. & idem tenet Sal. in d. l. Arist. in pri. q.

Sextò amplia, ꝙ talis successio in ius primi creditoris competit secundo uirtute oblationis etiam absq; aliquo pacto, ita tenet gl. & Bar. in d. l. Arist. in 1. q.

Septimò amplia: ut prædicta procedant, etiam si prior creditor cui offertur p fm esset priuilegiatus, puta quia sit res publica: nam etiam isto casu secundus creditor potest ei offerre & in ius succedere, ut est text. in l. fi. C. de his qui in prio. cre. lo. succe.

Octauò amplia: ut secundus creditor soluens, vel offerẽs primo non solum succedat in ius hypothecæ & actionis personalis primi: vt dictum est in v. ampliatione, sed etiam succedat in locum primi domini, ut est text. in l. creditor. quæ est l. 3. §. 1. ff. ꝙ po. in pig. hab. & no. Bar. in d. l. Arist. in pri. q.

†Nonò amplia, ut prædicta procedant, non solum qñ secundus creditor conuentus est a primo, ut s. ei possit offerre & impetrare cessionem: ut l. mulier. ff. qui pot. in pign. hab. sed etiam qñ secundus creditor agit ꝺ primum, ut l. creditor. §. si primus. ver. vnde. & l. potior. §. fi. ff. ꝙ po. in pig. hab & ita tenet Bal. post Vber. de Cremona in rub. C. de pri. do. in 4. vol. in uer. Itẽ scias, ꝙ primor. inferens ex hoc, ꝙ secundus creditor agens ꝺ primũ qui renutam accepit, & ei offerens potest eum cogere ad cedẽdum sibi omnia iura.

†Vlterius quæritur, qñ creditor primus, uel alius cogitur cedere iura posteriori creditori soluenti uel offerenti, quo iure petatur talis cessio, dicendum est, ꝙ qñ inter petentem cessionem fieri, & eum a quo petitur, intercessit aliquis ꝺctus, vel quasi, ex quo possit creditori soluenti, uel offerenti obligari: tunc cessio petetur actione ex eo ꝺctu uel quasi, ut l. stichum. §. si mãdato. in fi. ff. de sol. qñ autem nullus præcessit ꝺctus, uel quasi, intentari debebit officium iudicis: ut l. si res obligata. in fi. ff. de le. 1. ita tenebat Cyn. post Dy. in d. l. cum alter. C. de fideiuss. & ibi simpliciter refert & sequitur Saly.

Sed Bart. in l. Modestinus. ff. de so. in 2. q. plenius distinguẽdo dicit, quòd quandoque cessio petitur ante factam solutionem, quandoque post.

Primo casu si cessio petitur a creditore agente ad suum creditum, & tunc cessio petitur a creditore agente ad suum creditum, & tunc cessio petitur ope exceptionis: ut l. si fideiussores. §. fi. ff. de fideiuss. Si autem petitur a creditore non agente, & tũc petetur officio iudicis uel conditione ex l. ut l. fideiussoribus. ff. de fideiuss.

Secundo casu quando cessio petitur post solutionem in casibus, in quibus de iure peti potest, quos ponit Bar. in l. Modestinus. ff. de so. & tũc si præcessit aliquis ꝺctus, ex quo creditor obligetur

ligetur ſoluenti,& petetur actione ex illo ℈ctu, & d.l.ſtichum. §.ſi mandato,ſed ſi nullus ℈ctus præceſſit:& tunc ſi illud,quod ſoluitur creditori,cõſiſtit in pecunia, petetur ceſſio actione ex empto; quia ſoluendo emere vr dictas actiones, vt d l.Modeſtinus.in fine,& l.cum his.ff.de fideiuſ.& l.ſi dubitetur in prin.eo. ti.ſi autem illud quod ſoluitur conſiſtit in alia ſpecie, quam pecunia & tunc non poteſt eſſe emptio,ſed erit quidam ℈ctus innominatus,& ideo iſto caſu ceſſio petenda erit actione præſcr. verbis,vt l.j.§.ſi quis ſeruum.ff.depoſiti. Poſſet ēt iſto caſu id qđ ſolutum eſt repeti per condictionem ſine cauſa:cum ſit ſolutū ob certam cauſam quæ poſtea ſequuta non fuit, iuxta gl.in d.l. cum his.& prædicta ꝓcedunt,quando ſunt plures obligati principaliter,vel acceſſoriè,ſed quando vnus eſt obligatus, & ille q̃ ſoluit non eſt obligatus,ſed ſoluit ex aliqua alia cauſa, tũc ei cõ petit offi.iud ad petendum ceſſionem.l.ſi res obligata. in fin.ff. de legat j.Peruntur ēt ceſſiones aliquãdo vltra caſus prædictos ex diuerſis cauſis,de quibus habetur per Bar.in d.l. Modeſtinus. vbi plene explicatur iſta materia ceſſionis.& per Saly.in l.cum aliter.C.eo.ti.per Soc.in conſ.200. 2.vol.& per Corneum in cõ ſi.51.2.vo.cum concordantiis de quibus in dictis locis.

16 †Sed dubitatur,an actio hyp.quæ datur ſecũdo creditori ſuccedenti in locum primi ſit eadem,quæ datur primo.gloſ.in d.l. Ariſt.ff quæ res pig.obl poſſ.& in d.l.j. C. de his qui in prio.cre. lo.ſucc.dicit,ꝙ non eſt in eſſentia eadem : quia prima fuit ſublata ſolutione,ſed ꝙ per omnia eſt ei ſimilis,quaſi quadã fictione iuris cenſeatur eadem.

Pro hoc etiam facit:quia ſecundum aliquos obligatio q̃ trãſit de defuncto in hæredem non eſt eadem numero,ſed eadem ſpecie; quia actio ita inhæret oſſibus illius, cui primo acquirit, vt ab eo ſæparari non poſſit.l.quis ergo caſus. ff. de pecul.ergo non poteſt dici eadem numero.Sed quia hæres & defunctus reputãtur iuris fictione eadem perſona,vt in auc.de iur.iur.a mo. præſti.in prin.ideo iuris fictione dr eadem actio in ſpecie. Cyn. autem in d.l. 1.C.de his qui in prio.cred.lo ſuc.dicit, prædicta ꝓcedere in obligatione perſonali, quæ oſſib. adhæret,ſed in reali prout eſt hyp.quæ non adhæret perſonæ. dicit ꝙ in ueritate & in eſſentia ead.tranſit in ꝑm creditorem;quia cum ſecundus ſoluit,vr magis ſoluere animo transferendi ius alienum in ſe quaſi ſit quædam permutatio,quàm animo liberandi debitorẽ,arg. l.ſi pupillorum.ff.de reb.eo.& ita dicit tenere Pe.& Iac. de Are. & ita ſequitur Saly.in d.l.1.Bar.etiam in d.l.Ariſto.in vlt.col.in ver.quæro ergo,nũquid hyp.tenet ꝙ ſit eadem verè,dicit enim ibi,ꝙ interuenientibus illis quatuor,de quibus per gl.in d.l.Ariſto.ille,cuius pecunia ſoluitur primo creditori, acquirit duplicem hyp.vnam ex perſona propria vigore illius pacti, ꝙ res ſit ſibi obligata,aliam ex perſona prioris creditoris ſuccedẽdo in eius locum vigore pacti initi de ſuccedendo,& ꝙ iſta quæ acquritur ex perſona primi creditoris eſt vna & eadem in perſona vtriuſq;,vt declarat ibi Bar.& ita tenendum eſt in hypo.quæ eſt realis,& de facili ſeparari poteſt a perſona.

In perſonali autem quæ eſt inſeparabilis ab oſſibus: vt l.2.ff. pro ſocio,& d l.quis ergo caſus.dicendum eſt,ꝙ illa quæ acquiritur alteri ex ceſſione vel ſucceſſione in ius alterius,loquendo de ſingulari ſucceſſore iuxta terminos.d.l.Ariſto. alia eſt actio vtilis,quæ acquiritur ſuccedenti,& alia directa, quæ cõpetit creditori primo,& ita no.Bar.in d.l.Ariſt.ad fi.quòd no.

17 †Inſuper in iſta materia dubitatur, an ſicut ſecũdus creditor poteſt ſoluere & offerre primo,ita econuerſo primus poſſit offerre ſecundo.Et in hoc primò dicendum eſt, ꝙ prior non cogitur inuitus offerre ſecundo,vt eſt tex.& ibi Bald & Salyc.in l. prior.C.qui pot.in pig hab. ſecundò dicẽdum eſt,ꝙ ſi prior creditor poſſidet pignus,poteſt etiam ipſe offerre ſecundo. Ita tenet gl.fi.in l.potior.§ fi.ff.qui po.in pi.hab.ſicut poteſt quilibet extraneus poſſeſſor,per l.mulier.ff.qui po.in pi.hab.& l.Paulus. §.fi.ff.qui.mo.pi.vel hyp.ſol.Idem tenet gl in l 1 C.qui pot.in pi. ha.in gl.1.& dictas gl.approbat Bar.in locis prædictis,& ēt Saly. Et prædicta clarè procedunt,quãdo primus creditor poſſidet: quia tunc poteſt offerre ſicut quilibet extraneus poſſeſſor ꝑ dicta iura,& ita loquuntur gl.& Doc.præalleg & ita ēt tenet glo. in l.cum notiſſimi.§.eo.in ver.debitum paratus.C. de præſcrip. 30.ann.ubi Accurſius reprehendit Placentinum,& ſequit Ioã.

18 †Sed difficultas eſt,quid ſi primus creditor non poſſidet,an tũc poſſit offerre ſecundo Bal.in d.l.Paulus.§.fin.in lec.noua videt tenere ꝙ non; quia tunc ſua non intereſt.

Sed Saly.in l.cum notiſſimi.in §.eo.firmata opi.præcedenti, ꝙ q̃n primus creditor poſſidet,poſſit offerre ſecũdo.Poſtea ſubdit,ꝙ quando primus creditor non poſſidet.ſed poſſidet ſecundus,& primus creditor non habens hypo.non poteſt offerre ſecũdo; quia iſto caſu nullam habet actionem,cui cohæreat ius offerendi,iuxta l.nulla.C.de ſol.& ita procedat opin.Placen.ſed ſi primus habeat hyp.ſicut ſecundus,qua mediante primusagit ℈ ꝑm poſſidentem pignus; & tunc ſi ſecundus offert primo, ut ſibi pignus confirmet,dubitari poteſt,an iſto caſu primus creditor replicando poſſit offerre ſecundo.& obtinere pignus,& in hoc reſpondet Saly.poſt Ia.de Are. ꝙ tunc primus creditor nõ eſt audiendus:quia cum par ſit cauſa prioris & poſterioris creditoris in offerendo,in pari cauſa melior debet eſſe conditio poſſeſſoris,arg.eorum quæ notantur in l.qua ratione.§. ſed non vt in littore.ff.de acq.rer.do. & quia in dubio iudicandum eſt pro reo,& ita reſidet Saly.

19 †Sed iterum dubitatur,quid ſi non poſſidet neq; primus,neque ſecundus creditor,ſed poſſidet tertius poſſeſſor,℈ quem agunt tam primus,quàm ſecundus creditor, & ſecũdus creditor qui aliter non poſſet obtinere,offert primo,vt ſibi cõfirmet pignus iuxta d.l.j C.qui po.in pig.hab. An iſto caſu primus poſſit offerre ſecundo fortè deſiderãs aliqua ratione obtinere in hypo.rem obligatam.Et licet iſte caſus omittatur a gl. & doc.s̃.alleg. tñ putarem,ꝙ iſto caſu primus creditor poſſit offerre ſecũdo; quia (vt dixi s̃.) licet primus creditor inuitus non cogatur offerre ſecundo,tñ volens poteſt:vt d.l.prior.C. qui pot.in pig. hab.& ꝙ iſto caſu,qñ.ſ.non poſſidet,neq; primus creditor, neque ſecũdus,ſed poſſidet tertius extraneus,poſſit primus offerre ſecundo creditori,qui prius ſoluerat alteri,eſt text.in terminis in l.3.§.j.ff.qui po.in pig.ha. ibi. niſi fortè prior ei pecuniam offerat.Et iſto caſu ceſſant rationes,quas adduxit Sal. in d.§.eo. in ſecundo creditore poſſidente,cui primus nõ poteſt offerre, vt dictum eſt; quia non poteſt dici,ꝙ ſit potior conditio poſſidentis:cum neuter eorum poſſideat ſed tertius. Item ceſſat rõ, ꝙ in dubio fauendum ſit reo; quia iſto caſu ſecundus creditor non eſt reus,ſed reus eſt ille tertius poſſeſſor, ℈ quem vterque agit,& propterea puto,ꝙ iſto caſu primus creditor poſſit offerre ſecundo. Et no.oẽs iſtos caſus,quia ſunt contingibiles maximè Florentiæ,per doctores malè examinantur.

20 †Et ex prædictis alias in facto coram me dubitatum fuit, an ſi ſecundus creditor obtulit & depoſuit & obſignauit debitum primo creditori poſſidẽti,poſſit poſt prædicta primus creditor poſſidens offerre ſecundo,iuxta gl.in d.l.j.C. qui po.in pig.hab. cum aliis s̃.allegatis.

Et ꝙ non poſſit arguebatur:quia facta oblatione, depoſitione & obſignatione vr reſolutum ius pignoris primi creditoris, & confirmatum ius ſecundi, ita ꝙ amplius ab eo pignus auelli non poſſit:ut d.l.1.& ibi Bal & ēt vr, ꝙ ſecundus creditor amodo ſucceſſerit in ius primi creditoris,& illud eſſe tranſlatum in ꝑm,iuxta no.in d.l.Ariſto.& ratio eſt:quia oblatio, depoſitio & obſignatio habet vim ſolutionis:vt l.obſignatione.C.de ſol.& l.acceptam.C.de vſur. & cum ſolutione tollatur actio & obli. vt inſti.qui.mo.tol.obl.in princ.non vr,ꝙ primus creditor,cuius actio & oblig.eſt ſublata,poſſit offerre ſecundo.Tñ ego ſem per fui in ℈ria opi.videlicet ꝙ creditor primus ēt poſt oblationem,depoſitionem & obſignationem adhuc poſſidens poſſit offerre ſecundo; quia primus creditor poſſidens reſpectu iuris offerendi æquiparatur extraneo poſſeſſori, & ſicut extraneus poſſeſſor ēt iniuſtus & nullum habens ti poteſt offerre iuxta d. l.Pau.§.fi.ff.qui.mo.pi.vel hyp.ſol.ita & poteſt primus creditor poſſidens,& iſtam æquiparationem facit gl.in d.l.potior.§.fi.ff. qui pot.in pig.hab.& in d.l.1.C.eo.ti.& ſequuntur doc. & ſic in iſto iure offerendi plus conſideratur poſſeſſio, quam ius crediti:vt etiam habetur per gl.& Saly.in d.l.cum notiſſimi.§.eod.& reſpectu poſſeſſionis in iſto iure offerendi præfertur hypothecæ & credito,vt ibi habetur,donec ergo primus creditor poſſidet,durare debet iſtud ius offerendi.

Et non obſtat,ꝙ per oblationem,depoſitionem & obſignationem ſit confirmatum ius ſecundi creditoris, & ꝙ ſecundus ſucceſſerit in ius primi,ita ꝙ ab eo auelli non poteſt.d.l.1.& d.l. Ariſt.Quia licet iſta ita ſint,tñ ſatis eſt, ꝙ poſſeſſio adhuc eſt penes primum creditorem; nam poſſeſſio non perditur per oblationem factam a ſecundo,ſed adhuc remanet apud primum, & pro recuperanda poſſeſſione agendum eſt vel pignoratitia directa,iuxta totum tit.ff.& C.de pig.act.& l.creditor.C.de pig.vel per hypothecariam,iuxta l.2.C.de prætor.pig.† Et poſſeſſio nõ 21
tranſit de vno in alium ſine animo poſſidentis,vt l.3.§. in amittenda.ff.de acq.poſ.& ideo ſi ne traditione non tranſit in alium l.traditionib.C.de pac.& ca.cũ aliquib.de re iud.& ſic licet alia iura crediti per oblationem ſint tranſlata ipſo iure in ꝑm creditorem,tñ hoc non poteſt dici de poſſeſſione : quia eadem poſſeſſio quæ eſt apud vnum non deambulat in alium,ſed ei acquiritur noua poſſeſſio,vt l.1.§.per procuratorem. & ibi ꝑ laſ. poſt alios.ff.de acq.poſ ꝙ autem acquiratur noua poſſeſſio ſine traditione,fieri non poteſt,vt probatum eſt,& ſic primus creditor ēt tranſlatis iurib.crediti in ꝑm:remanet tñ poſſeſſor, ergo donec eſt poſſeſſor,poteſt offerre ſecundo:ſicut poteſt quilibet alius nudus poſſeſſor.d.l.mulier.& d.l.Pau §.fi.

Non obſt.etiam tex.in l.ſi fundus §.in vendicatione.ff.de pi. de quo pungit Bald in d.l.Paulus,ponderando ordinem literæ, dum ibi dr, ꝙ poſſeſſor conuentus hypothecaria condemnari debet ad reſtituendum, niſi ſoluat,ut reſtituat rem, & ſic vr ibi tex.ꝙ poſſeſſor debeat offerre & ſoluere,& ante ſententiam,& idem vr,ꝙ debeat offerre,antequam ei offeratur. Quia rñdet, ꝙ in illo tex.exigitur ſolutio ante ſnīam ad effectũ ut poſſeſſor poſſit abſolui ab obſeruatione iudicii,ita declarat ibi gl.in verſ.

abſol-

Source : BIU Cujas

abſoluendus, ſed per hoc non negat ibi text. ꝙ poſſeſſor non poſſit offerre etiam poſt ſnīam ad effectum impetrandi ceſſionem, iuxta d.l.mulier. & ita tenet Bart. in l.ſi ſtipulatus fuero 10. in melle. ad fi.ff.de ſolu. & latius de hoc dicam ℈. in iſtamet parte iſtius membri. † Et non obſt. ꝙ per oblationem fuerit confirmatum pignus ſecūdo creditori, ita ꝙ ab eo amplius auelli nō poteſt, vt per Bal. in d.l.1. quia ille tex. & dictum Bal. intelligitur reſpectu prioritatis hypothecæ. Nam ſecundus nō poteſt in hypothecaria amplius conuinci a priori creditore, cui ipſe ſecundus obtulit, depoſuit & obſignauit: ut ēt conſtat ex illo tit. C. q po. in pig hab in quo eſt ſituata. d.l.1. quæ loquitur de prioritate iurium hypothecæ, & l.ſemp intelligi debet iuxta terminos ti. in quo ſituata eſt, vt l. imperator ff. de in diem addiectio. Nō autem loquitur d.l.1. & Bal. ibi reſpectu iuris offerendi, & ſecūdus creditor licet offerendo primo cōfirmēt ſuum pignus reſpectu prioritatis hypothecæ. d.l.1. Tamen non cōfirmat reſpectu dñii, vel quaſi: ut dixit tex. in l. cum poſterior. ff. de diſtr. pig. & hinc eſt, ꝙ ēt poſt ſolutionem factam a ſecūdo primo creditori & pignora ab eo accepta poteſt eidem alius creditor offerre: vt eſt tex. in l. cum ſecundus. §. fi. iuncta gl. eo. tit. ſi ergo alius creditor poteſt offerre, ergo & poſſeſſor, & ſic ſecundus creditor, qui deſiit eſſe creditor, ſed nō deſiit eſſe poſſeſſor. Et ita puto tenendum, licet non inueniam examinatum per doc. Vlterius dubitari poteſt in prædictis, quando creditor tenetur cedere, quas actiones teneat cedere. Et in hoc breuiter dic ſm Bart. in d.l. Modeſtinus. in 5.q. quaſi ad fi. legis, ꝙ ℈ principalem & fideiuſſorem cedenda eſt actio perſonalis & hypothecaria: vt l. 2. & l. cum alter. C. de fideiuſ. & l. fideiuſſoribus. & l. cum his. ff. eo. ti. Item cedendum eſt officium iudicis, quod etiam cedi poteſt: vt l. ſi minoris. ff. de admi. tut. & l. ꝙ ſi minor. §. fi. ff. de minor. Itē cedenda eſt ēt naturalis obligatio tantum, ſi illam ſolam hēat: quia etiam illa cedi poteſt, vt l. ſi eius. ff. ad Trebel. † Sed dubitat, an ceſſa perſonali actione cenſeatur etiam ceſſa hypothecaria, quæ competit cedenti, & gl. in l. ſi pignori. in ver. ℈. ff. fam. er. & ibi Bar. tenet ꝙ ſic: idem tenet Bar. in l. ſi hæres pecuniā. in prin. ff. ad Treb. & ibi Pau. de Caſt. & iſtud procedit ſiue d, hyp. ueniat ex generali obligatione, ſiue ex ſpeciali: ut no. Bal. in l. ſi in ſolutum. cum l. ſeq. C. de act. & obl. Intellige tamen tu de hypo. quæ competebat cedenti tempore ceſſionis, ſecus autem in ea quæ incēpit competere poſt ceſſionem; quia illa non vī ceſſa cū perſonali: ita tenet Bal. in d.l. ſi in ſolutum. per text. quem dicit eſſe ſingularem in l. hæredem. ff. mand. & idem colligitur ex not. p Bar. in d.l. ſi hæres pecuniam, vbi dicit eſſe ſpeciale, ꝙ in reſtitutione, quæ fit ex ſenatuſconſulto trebelliano, non veniūt actiones quæſitæ hæredi poſt mortem defuncti, & ſimiliter in venditione hæreditatis, in qua non comprehēduntur actiones quęſitæ hæredi ex ſua prouiſione, vt ibi per Bar. adde Ale. in l fideiuſſor obligari. ff. de fideiuſ. poſt Bar. ibi & in l. ſi verò. in prin. ff. ſo. ma. vbi etiam firmat, ꝙ ceſſa actione ℈ principalem cenſeatur ceſſa ℈ fideiuſſorem, licet Bart. in hoc aliud velit in d.l. ſi hæres pecuniam. † Dubitatur etiam in prædictis, an poſſit renuntiari beneficio cedendarum actionum, ita ꝙ qui renunciauit, amplius non valeat excipere de ceſſione ſibi facienda, nec eam amplius petere. Breuiter rñdetur, ꝙ huic benefic. tam competenti quam competituro per pactum renunciari poteſt: ut probatur in l. ſi fideiuſſor §. 1. ff. de fideiuſſ. & ita tenet gl. in l. niſi. ff. de pac. & firmat Bar. in d.l. Modeſtinus. in 1.q. & mouetur per regulā. l. ſi quis in conſcribendo, C de pac. Idem tenet Cor. in conſil. 51. licet in hac cōſultatione 2. vol. in litera. M. & Soc. in conſ. 200. quoniam 2. vol. in pen. col. in ver. 7. certum eſt. & ambo conſuluerunt in eo. caſu, ſed meo iud. Soci. elegantius abſoluit cōſultationem. † Sed maior dubitatio eſt, an requirat ſpecialis & indiuidua renunciatio huic benefi. cedēdarum, an verò ſufficiat illa generalis renunciatio, quæ frequenter in ℈ctib. ſolet apponi, videlicet renunciauit benefi. nouæ conſtitutionis de fideiuſſoribus, epiſtolæ diui Adriani, & benefi. de pluribus reis debendi &c. Et omni iuris & legum auxilio & fauori. Et in hoc Rom. in conſi. 472. in eo quod quæritur. circa finem tenet, ꝙ requiratur ſpecialis renunciatio, & mouetur quatuor fundamentis, vt ibi per eum, ℈rium ēt tenet Cor. in d.conſi. 51. 2. volu. per rōnes quas ibi adducit. idem tenet Soc. in d.conſi. 200. 2. volu. in pen. col. & latius hanc opi. firmat & comprobat Deci. in conſil. 27. incip. & pro virili. in 2. col. in ver. ſed his non obſtantib. ubi rñdet ad argu. Rom. Et iſta opi. clarius procedit, ſi inſtrumento, in quo eſt renunciatum ut ſ. ſit appoſitum iuramentum, per not. per Bar. & alios in l. ſciendum. ff. de verb. ob. & ita ēt tenet Soc. in d.conſi. 200. pe. col. in d. ver. 7. certum eſt &c. Secundò principaliter ius offerendi creditori agenti hypothecaria competit extraneo poſſeſſori: ut d.l. mulier. ff. qui po. in pig. ha. & d.l. Paulus § fi. ff. qui. mo. pi. vel hypo. ſol. & iſtud procedit, etiam ſi talis tertius poſſeſſor eſſet iniuſtus, ut eſt tex. in d. §. fi. ibi. qualiſcunq; poſſeſſor, & ita vult gl. Bar. & alii in l. mulier. † Sed eſt dubiū, an iſte tertius poſſeſſor offerens ſuum creditum creditori poſſit ab eo impetrare ceſſionem iurium. Reſpondetur, ꝙ quando poſſeſſor eſt iuſtus, eſt clarum ꝙ ſic: vt eſt tex. in d.l. mulier. ubi tex. expreſſe dicit, ꝙ ſi iuſtus poſſeſſor offerat creditori, compellendus eſt ipſe creditor ius nominis cedere.

Sed difficultas eſt, quid in iniuſto poſſeſſore, an etiam illi cogendus ſit creditor cedere. In hoc Pau. de Caſt. in l. ſi res obligata. ff. de leg. 1. firmat, ꝙ creditor non poſſit cogi ad cedendū poſſeſſori iniuſto offerēti, ita dicit colligi ex tex. in d.l. mulier. a ℈rio ſenſu, quia ille text. vt dixi, loquitur in poſſeſſore iuſto, ergo a ℈rio ſenſu ſecus eſt in poſſeſſore iniuſto. Et dicit Pau. ꝙ gloſſ. ſubaudiens ibi dictionem maximè, deſtruit illum text. & ita dicit audiuiſſe a quodam ſuo dño ſuper illa. l. licet alii ſcribentes non tangant, vult ergo Pau. de Caſt. ꝙ iniuſtus poſſeſſor poſſit offerre creditori ad effectum liberandi ab hyp. rem poſſeſſam, & illam retinendi, non autem ad effectum impetrādi ceſſionē, & ita dicit debere intelligi. d.l. Paulus. §. fi. Sed gl. in d.l. mulier. & in d.l. Pau. §. fin. tener ℈rium, videlicet ꝙ tam iniuſtus quàm iuſtus poſſeſſor offerens creditori poſſit impetrare ceſſionem, & idem expreſsè tenet ibi Bar. Eandem opi. tenet Pet. de Bellaper. in d.l. ſi res obligata. vbi allegādo. d.l. Pau. §. fi. videtur intelligere, ꝙ in terminis. d. §. fi. debeat fieri ceſſio: & ita tenet Alex. in d.l. mulier. in apoſt. ad Bar. Hanc opi. tenet Fran. de Albergo. in d.l. ſi res obligata, & iſtam opi. ſequutus fuit excellens doc. D. Antonius Stroza aduocatus Florentinus, in quadam cauſa magnæ importantiæ, & ultra alia allegabat Bal. in l. conſentaneū. C. quomodo & quando iud. vbi expreſsè ita tenet Bal. ibi in 4. opp. Idem vī tenere ēt Sal. in d.l. mulier. Sed primam opi. & ſic illam quā tenet Paul. in d.l. ſi res obligata. tenet Bal. poſt Ricar. Malum. & Cy. quos ipſe refert in d.l mulier. in lectura antiqua, videlicet ꝙ creditor non teneatur cedere iniuſto poſſeſſori, ar. l. nulla. C. de ſo. & l. creditor. §. ſi quando. ff. qui pot. in pig. habe. ex quibus negari non poteſt, ꝙ articulus nō ſit dubius, cū hinc inde ſint diuerſæ opi. maximorum doctorum.

4 xime retulimus. †Et ultra illos producit etiam alium effectum: quia per eam oritur actio pignoratitia directa debitori ad repetendum pignus contra creditorem: vt l. si rem alienam. §. fin. ff. de pig. act Amplia hunc effectum habere locum, etiam si dicta oblatio iudicialis fieret post litem contestatam: vt no. Barto. & Alex. in d. §. fi. & Bar. Ang. Imo. & Ale. in l. interdum. §. fin. ff. de verb. obl. in gl. super versi. mora. licet secus sit in oblatione extraiudiciali facta post li. contes. quia illa non sufficit, per l. sed & si alia. ff. de const. pecu. & habetur per Alex. & alios in d. §. final. Secundò amplia hunc effectum; ut habeat locum, etiam si factum esset pactum inter debitorem & creditorem de uendendo pignore elapso ter. præfixo ad soluendum; quia adhuc non obstante tali pacto facta oblatione iudiciali per debitorem oritur pignoratitia, text. & ibi no. Bald. in l. 3. C. de pignor. act. & ratio est secundũ eum: quia si oblatio talis impedit ipsum principale, idest pignus, quia illud liberat, ergo impedit etiam accessorium, quod est ipsa uenditio pignoris, allegat. l. si fundus qui Lucii. ff. de rescindend. uenditio, & idem dicit Bald. esse in licentia data a l. creditori de uendendo pignus per eandem. l. & ꝙ oblatio iudicialis liberet pignus ab obligatione hypotecaria, & pariat directã pignoratitiam debitori ad repetendum pignus, firmat etiam Bar. in l. si debitor, ff. de so. † Restringitur autem iste

5 effectus duobus modis. Primò, quando talis oblatio fieret post uenditum pignus: quia tunc non reuocaretur per eam pignus iam uenditum: ut est tex. in l. si prius. C. de distrac. pig. & ibi Bal. & alii. Secundo modo restringitur, vt dicta oblatio iudicialis producat liberationem pignoris & hypothecæ & pariat directam pignoratitiam, & ad hunc effectum habeat uim cõsignationis & depositionis: ut per Bart. in d. l. si debitor. ff. de solutio. secus autem sit quo ad totalem liberationem debitoris; quia p hanc oblationem iudicialem non liberatur debitor a principali obligatione nec ad hunc effectum liberationis a debito principali talis oblatio habet uim consignationis & depositionis, immo adhuc tali oblatione non obstante creditor potest petere a debitore, qui obtulit pecuniam sibi debitam; ut l. acceptã. C. de usur. Ita firmat Barto. in d. l. si debitor, & probatur ista opinio per text. in d. l. acceptã. & in l. obsignatione. C. de so. ubi habetur, quòd ad consequendam liberationem a debito non solum requiritur oblatio, sed etiam consignatio & depositio. Et hoc modo sunt intelligenda notata per Barto. in d. l. si rem alienam. § fin. & in d. l. interdum. §. fi. ubi Bart. uult, quòd oblatio iudicialis inducat liberationem sicut inducit oblatio, consignatio, & depositio extra iudicium facta; nam debet intelligi respectu liberationis pignoris & hypotecæ ad effectum producendi pignoratitiam: non autem ad effectum inducendi totalem liberationem ab ipso debito principali, prout melius declarat Bart. in d. l. si debitor. Et istam declarationem Bart. in d. l. debitor, sequuntur Rap. Cu. Alex. & Ias. in d. l. interdum. §. fin. & ita est tenendum, quamuis Cor. in consi. 85. 4. vo. in litera H. teneat inaduertenter contrarium, uidelicet, quòd ubi aliàs extra iudiciũ requi-

Source : BIU Cujas

requiritur oblatio,conſignatio & depoſitio in iudicio,ſufficiat ſola oblatio etiam verbalis ſecundum eum, allegando Bart. in d.l.ſi rem §.fi.& quædam alia,ſed errat;quia(vt dixi)communiter tenetur opi.Bar.in d.l.ſi debitor quam etiam ſequitur Bal.in d.l.acceptã.in 3.col.& apertius errat Cor.quia loquitur de verbali oblatione,& non de reali,prout loquuntur doc. qui tractãt de oblatione iudiciali;nam verbalis ſola non operatur niſi effectus,quos retuli. ſupra circa ipſam oblationem verbalem nu.j.
6 †Et ad declarationem iſtius oblationis iudicialis adde,ꝙ oblatio dicitur iudicialis,ſi fiat in iudicio,vel ꝙ fiat ante lit.conteſt. vel poſt,dummodo fiat coram ordinario iudice:ſecus ſi fiat coram delegato,ita tenet Bal.in l.inuicem. C. de compen. & not. Ale.in l.ſi reus paratus.ff.de procur.poſt Bar.ibi & in l. ſi rem.§.
7 fi.†Inſurgit etiam ex oblatione iudiciali alius effectus;quia oblatio facta in iudi.ablq; alia depoſitione & conſignatione facit euitari iudicium;ſi tamen fiat ante lit.conteſt.ita tenent Barto. Bal.& alii in d.l.ſi reus paratus.ff.de procurator. & not. inſti.de perpe.& tempo.act.§.fi.& in l.ſi domus.§.in pecunia. ff.de leg.j. Si autem talis oblatio fiat poſt lit.conteſt.purgat moram, & facit, ꝙ debitor abſoluatur ab obſeruatione iudicii, dummodo tam quando fit ante lit.conte.quàm quando poſt offeratur idẽ quod petitur: ita declarat Bar.& ſequuntur Ang.Imo.& Alex. in d.l.interdum.§.fi.reſpondendo ad contrarium. l. ſi inſulam. ff.de verb.oblig.& habetur in d.l.ſi reus paratus,& eſt tex. in l.ſi fundus.§.in vendicatione.ff.de pign. & ibi gl. in ver.abſoluendus. Amplia hũc effectum declaratum vt ſupra duobus modis. Primo modo,ꝙ oblatio prędicta habeat dictum effectum,ẽt ſi ſit facta procuratori generali,qui non habet mandatum ad recipiendum,iuxta l.hoc iure.ff.de ſo. nam etiam hoc caſu operatur effectum prædictum; quia imputari debet actori,qui nonmiſit procuratorem idoneum ad exigendum,vt habetur in d.l. ſi reus paratus.Secundo modo amplia,vt procedat non ſolum in debitore offerẽte,vt dictum eſt, ſed etiam in tertio poſſeſſore conuento hypotecaria a creditore;quia ipſe offerat creditori in iudicio,euitat litis conteſtationem & iudicium, per text.
8 in l.Pan.§.fi.& ibi no.Bar. ff. qui mo.pig.vel hypo.ſo. †Vltimò ſequitur oblatio,quæ ſolet fieri cum conſignatione & depoſitione,& in hac primò dicendũ eſt,ꝙ iſta oblatio producat oẽs effectus,quos producit oblatio realis extraiudicialis, de quibus dictum eſt ſupra.in vnaquaq; ipſarum. Et vltra dictos effectus producit etiam effectum totalis & plenæ liberationis:vt l.ſi obſignatione.C.de ſo & no.Bart.in d.l.acceptã.in 3.q.& in d.l. debitor.ff.de ſo.& vt habetur in dictis locis iſta oblatio habet vim veræ ſolutionis quo ad omnia,vt etiam eſt tex.in l.j.C.qui po.in pig.hab.Et iſtud procedit,etiam ſi pro parte fiat oblatio, conſignatio & depoſitio,& pro alia parte fiat compenſatio;quia omnino reſultat effectus liberationis, vt eſttex.& ibi gl.& doc.in l. inuicem.C.de compẽ.Et ex hoc reſultat alius effectus iſtius oblationis,conſignationis & depoſitionis;quia per eam poſterior creditor talem oblationem faciens ſuccedit in ius primi creditoris,cui offert: vt l.j.C.qui po.in pig. habe.& ibi no. omnes dicentes quòd oblatio, conſignatio & depoſitio habent vim ſolutionis,& operantur,ꝙ ſecundus creditor ſuccedat in locum primi,& etiam confirmet ſibi pignus ſuum : ad idem text.in l. potior.§.fi.ff.qui po.in pig.hab.& l.vlt.C.de his qui in prio. credi.lo.ſucce.& not.gl.in l.Ariſt.ff.quæ res pig.obli.poſ.& ibi clare Bar.in j.q.Et ad hunc effectum conſequendum requiritur,vt dixi,ꝙ non ſolum fiat oblatio,ſed etiam ꝙ obſignetur & deponatur pecunia quæ offertur:vt no.in locis prædictis clare, & ita ꝙ ſi fiat oblatio & depoſitio,& non fiat obſignatio, non ſequitur effectus prædictus ſuccedendi in ius primi creditoris;quia ꝑ oblationem & depoſitionem ſine obſignatione transfertur dominium & poſſeſſio in depoſitarium, & non eſt proprie depoſitum:cum depoſitarius poſſit conuertere pecuniam iſto caſu in ſuos vſus,vt eſt tex.in l.Lucius Titius Sempronio. ff. depoſi. & ibi not.Pau.de Caſt iuncta.l.die ſponſaliorum. §.fi.eo. tit. ſed quando depoſitum fit cum obſignatione;tunc non tranſit neq; poſſeſſio neq; dominium in depoſitarium,& non poteſt depoſitarius contractare inuito deponente,& ſi ſecus fecerit,non ſolum tenetur depoſiti:ſed etiam furti,vt eſt tex. in l. ſi ſacculum. ff.depoſi.& ibi no.Pau.de Caſt.ad idem tex.inſti.de obli. quę ex quaſi del.i.naſ.§.furtum autem fit.Iſto ergo ſecũdo caſu, in quo fuit facta obſignatio & depoſitio,æquum eſt,ꝙ illa habeat vim ſolutionis,cum depoſitum non poſſit contractari, neque conuerti in aliquẽ vſum per depoſitarium, ſed apud eum ſtare debet ad requiſitionem creditoris,in primo autem caſu ceſſat ratio:cum dominium & poſſeſſio transferatur in depoſitarium, & licentia vtendi depoſito ei cenſeatur data,& propter iſtam diuerſitatem rationis iura voluerunt, ꝙ ad effectum totalis liberationis a debito & ſucceſſionis in ius primi creditoris vltra oblationem & depoſitionem requiratur etiam obſignatio,iuxta. l.ſi.ff.de leg.commiſ.& ita loquitur text.in d. l. obſignatione,& in d.l.acceptã.& in d.l.j.C.qui po.in pig.& in aliis locis ſupra allegatis,quæ iura non requiſiuiſſent talem obſignationem, ſi ſatis fuiſſet offerre & deponere:ſed quia prædicta iura conſiderauerunt, quòd ſola oblatio & depoſitio abſq; obſignatione vel conſignatione nõ habent effectum ſolutionis & liberationis: vt ſupra dictum eſt,ideo requiſiuerunt etiam,vt fieret obſignatio,qua mediante depoſitum eſt verum depoſitum.d.l. Lucius. & d.l.ſi ſacculum,& ex eo reſultat effectus ſolutionis, & liberationis plenæ. d. l. obſignatione, & per conſequens ſublato iure primi creditoris confirmatur ius ſecũdi, iuxta d.l.j.& etiam ſecundus ſuccedit in ius primi:ut habetur per Bar.poſt glo.in d.l. Ariſto.quæ no.quia cauſidici moderni frequenter faciunt oblationes & depoſitiones ſine conſignatione uel obſignatione, & putant ex hoc confirmaſſe pignus ſecundi creditoris & obtinuiſſe ſucceſſionem iu ius primi,quod tamen non eſt verum,
9 niſi etiam fiat obſignatio,vt dictum eſt.†Et quia, vt ſupra deductum eſt,oblatio ſecundum diuerſitatem caſuum,quando creditor non vult recipere,operatur diuerſos effectus:ut eſt tex. in d.l.j.C.qui po.in pig.hab.ibi obtuliſſet is quæ accipere noluiſſet & in l.potior.§.fi.ff.eo.ti.ibi. nolente priore creditore pecuniã recipere.Nam ſi creditor vellet recipere, reſolueretur oblatio: vt not.Bar.in l.creditor.in fi.ff.de diſtrac. pig. poteſt probabiliter dubitari,quando dicatur creditor nolle recipere,& quomodo probandum ſit,quod ille nolit recipere. Breuiter dicendum eſt;quòd quando creditor expreſſe recuſat recipere res,nõ habet difficultatem : ſed ſi nihil dicat,ſed taceat,ſumus in dubio. Tamen etiam iſto caſu dicendum eſt,quòd cenſeatur nolle recipere & recuſare,& ideo ſufficit,quòd ipſe tacuerit ad hoc, vt dicatur recuſaſſe recipere,niſi aliud per eum probetur: ita not. Bar.in l.prætor.§.ſi quis paratus.in fin. ff.de nou.oper.nunc.per tex.& ibi gl.in d.l.prætor.§.hoc autem interdictum.& ibi etiam
10 no.Bar.in fi.quod no.† Inſurgit etiam alius effectus ex oblatione iu contractibus innominatis;quia licet ſola oblatio non habeat uim implementi ad producendum actionem contra aduerſarium; quia non obſtante tali oblatione adhuc eſt locus pœnitentię & aduerſarius poteſt dicere ſe nolle recipere: ut tenet gl.in l.iuriſgentium.in princ.in uer.facias.ff.de pactis. Tamẽ ſi vltra oblationem interueniat etiam obſignatio & depoſitio ante pœnitentiam,tunc ceſſat pœnitentia,& talis oblatio conſignatio & depoſitio habet vim implementi & producit actionem;ita Bal.poſt lac. But. in l. ex placito. in xviii.q. C.de rerum permut. Et hoc non alia ratione,niſi quia oblatio cum conſignatione & depoſitione habet uim ſolutionis.d. l. obſignatione.C.de ſo.& ita tenet Alex.in d.l.iuriſgentium.in prin. in vlti-
11 ma col.& ibi etiam laſo.† Alius etiam effectus iuſurgit ex oblatione:quia quando illa fit præſenti,importat promiſſionem:vt probatur in l.pactum circa princ. ibi dum tex.dicit offerẽtis ſolius promiſſum.ff.de pollici.& in l.de pollicitationibus. ibi.munus,quod ſponte obtulit.eod.tit.facit.l.quidam.ff.de conſtit.pecu.Non enim refert,an dicatur promitto,an alia ęquipollentia verba proferantur,ex quibus de intentione promittendi appareat,vt inſtitu.de verb.obl.§.ſed hæc ſolennia.c.in his.& c.intelligentia.de verb.ſign.& ita per prædicta firmat Alex. in conſil.
12 cxiiii,viſo proceſſu in j.col.† Vltimus effectus oblationis conſiderari poteſt,quòd ex ea inducitur tacita confeſſio omniũ contentorum in ſcriptura ipſius oblationis, & habetur in ca.cum olim. de cenſi. & ita ca. cum venerabilis, de excep. & firmat in terminis Soci.in conſi.xcvi.conſiderata contingentia.in fin.4. vol.poſſem etiam plures alios effectus oblationis recenſere,ſed eſſent a materia pignorum & hypothecarum alieni. ideo eis omiſſis acquieſcam ſupraſcriptis,& ſic eſt expeditum tertium membrum iſtius quintæ partis.

SVMMARIVM.

1 *Res vna non poteſt pro alia retineri.*
2 *Res retenta pro vno debito an ipſa liberata poſſit pro alio debito retineri.*
3 *Venditor poteſt retinere rem venditam pro pretio non ſoluto.*
4 *Res peruenta ad creditorem occaſione debiti an poſſit abſque illius obligatione retineri.*
5 *Fauore dotis competit mulieri retentio bonorum mariti.*
6 *Redimenti pignus debitoris abſentis competit retentio illius pignoris pro pretio debiti ſoluti.*
7 *Retentio an locum habeat in pacto nudo.*
8 *Retentio procedit pro melioramentis vel expenſis circa rem pignoratam factis.*
9 *Impendens in re aliena bonafide quod remedium habeat.*
10 *Condemnatus ad reſtitutionem rei an poſſit excipere de melioramentis, & eorum occaſione illam rem retinere.*
11 *Melioramenta rerum pignoratarum qualiter veniant exigenda.*
12 *Bonæfidei poſſeſſor lucratur fructus etiam ſine titulo.*
13 *Fructus percepti ab eo qui emit ignoranter rem dotalem a marito non computantur cum melioramentis.*
14 *Fructus percepti ratione dominii etiam vtilis non computantur cum melioramentis,ſecus ſi eſſent percepti ratione poſſ. tantum.*
15 *Fructus ex æquitate debiti veniunt cum melioramentis computandi, ſecus ſi in rigore.*

Source : BIU Cujas

16 *Satisfactio melioramentorum qualiter sit debita.*
17 *Ratione melioramentorum factorum in vna re non potest alia retineri.*
18 *Melioramenta facta per debitorem in re quam hypothecauit creditori censentur hypothecauit creditori sicut ipsa res in qua facta sunt.*
19 *Emptor rei subiectæ restitutioni fideicommissariæ in euentum conditionis nō repetit melioramenta.*
20 *Bonefidei possessor lucratur fructus melioramentorum pro rata.*
21 *Melioramenta faciens in re quam possidet si conueniatur super ea hipo. potest offerre agenti æstimationem rei detractis melioramentis.*
22 *Litis æstimatio in causa hipothecaria qualiter offeratur.*
23 *Ius retentionis possessori ratione melioramentorum competens transit in illius singularem successorem absque alia cessione.*

Quartum membrum quintæ partis.

SEQVITVR modo quartum membrū istius quintæ partis, in quo tractabitur de iure retinēdi res ex causa pignoris & hypothecæ, & de expensis melioramentorum, quæ etiam concernunt effectus pignoris & hypothecę, & complectendo totam materiam pone regulam. cum
1 vna amplia. & 10. fallen. † Regula ergo sit, ꝙ vna res pro alia retineri non potest: vt est tex. & ibi per doc. in l. fi. C. commo. & in l. si non inducta. C. in qui. cau. pig. taci. contraha. amplia modo istam regulam, vt procedat non solum quando tractatur de retinenda vna re pro alia, sed etiam quando tractatur de retentione eiusdem rei, quæ peruenit ad aliquem cum vitio; quia etiam illa retineri non poterit, vnde si legatarius propria auctoritate occupauit rem legatam ante aditam hæreditatem, quo casu cōtra eum datur interdictum quorum legatorum, non poterit legatarijs dictam rem retineri, sed cogetur illam relaxare hæredi, & postea ad illam agere: vt est tex. in l. 1. §. rediguntur, & ibi per glo & Barto. ff. quorum leg. & probatur in c. fi. de ord. cog & ita tenet Sal. in d. l. fin. C. commo. in sua distin. & Alexan. post Bar.
2 in l. si non sortem. §. si centum. ff. de condi. inde. † Fallit autem dicta regula decem modis. Et primò, quando res quæ retinetur pro vno debito fuerat eidem obligata pro alio debito, & non pro eo pro quo retinetur; quia tunc retineri potest: vt est tex. in l. vni. C. etiam ob chiro. pecu. & ibi per glo. Sal & alios, intelligēdo tamen, vt late dixi. supra in hac 5. parte. in 3. membro. num. 46. vsque ad num. 50. vbi late explicaui materiam. d. l. vni. & ita etiam tenet Sal. in d. l. fina C. commo. vbi dicit tex. in d. l. vni. esse ad hoc multum singularem, & ꝙ ratio illius text. potest esse: quia illa res fuit tradita creditori ob tutelam ipsius, & licet specifice tradita non fuerit pro isto credito pro quo retinetur sed pro alio; tamen quia non fuit visum honestum legislatori, quòd debitor detrectet soluere etiam debitum antiquum, de quo nō erat plene cautum, ideo permissa est retentio dictæ rei per excep-
3 tio. rei: vt est expressum in d. l. vni. † Secundò fallit. d. regula, quando dicta res non esset vere & expresse obligata, sed solum quasi obligata, vt res vendita, quę ante traditionem factam emptori est quasi obligata venditori pro pretio. vnde si emptor agat ad illam vt sibi tradatur, poterit venditor illam retinere quasi sibi obligatam pro pretio, donec sibi soluatur pretium: vt est tex. in l hæreditatis. ff. de hæredi. vel action. vendi. text. & ibi glo. quæ alleg. concordantes in l. Iulianus. §. offerri. ff. de actio. empt. & ibi not. etiam Barto. Et non obst. quòd hoc modo res sua videatur obligata ipsi venditori contra l. neque pignus. ff. de reg. iur. quia respondet ibi Barto. ꝙ d l. neque pignus. procedit in re quæ absolute & simpliciter esset illius, qui prætendit pignus in ea: quia tunc in ea obligatio cadere non potest, secus autem est in re, quæ subiacet restitutioni vel alteri est tradenda; nam tunc in ea potest cadere pignus, vel quasi. l. ex sextante. §. Latinus. ff. de exceptio. rei iud. & (vt dixi) dispositio. d §. offerri. procedit ante factam traditionem de re vēdita emptori: vt habetur per Alexand. in l. si cum dotem. §. fi. in fi. ff. soluto matrimo. & not. Saly.
4 in d. l. fina. C. commo. in sua dist. † Tertiò fallit d. regula, etiam si res non esset obli. nec quasi illi qui vult retinere, sed peruenisset ad eum occasio, & causa illius debiti, cuius prætextu eam vult retinere: nam tunc permittitur retentio, tex. est & ibi Bart. & alij in d. l. si non sortem. §. si centum. ff. de condi. indeb. & in l. eleganter. §. qui reprobos. ff. de pig. act. & l. si cum aurum. ff. de solutio. & ita etiam firmat Sal. in d. l. fi. Intellige tamen & declara prædicta cum grano salis: vt scilicet procedat, quando dicta res, de cuius retentione agitur, data fuit illi, qui vult retinere illam insolutum, vel ī pignus, licet nulliter pro illo debito; tunc enim habet locum retentio, & ita loquuntur iura proxime allegata, secus si dicta res non per modum dationis insolutum vel hypothecæ, sed aliter occasione, etiam dicti debiti ad creditorem peruenisset: quia tunc retineri non posset pro illo debito, ita solenniter declarat Pau. de Cast. post Barto. in l. petenti. ff. de pigno. actio. in fi. quòd perpetuo not. & adde quæ in hoc dixi supra. in 3. parte. in
5 2. mrmbro. q. 10. nu. 43. † Quarto fallit dicta regula fauore dotis: quia scilicet si maritus, vel eius hæredes agant contra mulierem ad aliquod debitum anterius dote super aliqua re hypothecata marito & hæredibus pro dicto debito, mulier poterit retinere dictam rem, donec ei de dote plene satisfiat: & hoc siue dos consistat in pecunia siue in corporibus: ita tenet Barto. post Iaco. de Aretio in l. si filiofami. in prin. ff. solu. matr. & ita no. & sequitur Bal. No. in tracta dotis, in 8. parte, in primo priuileg. in fi. in vers. 3. limita. & idem ibi dicit in compensatione; quia si agatur contra mulierem ad res eidem donatas à marito, quæ essent in pecunia, vel si essent in specie, essent consumptæ, & sic deberetur æstimasio. Nam contra maritum vel hæredes repetentes ab vxore pecuniam donatam vel æstimationem rerum donata. consumptarum posset mulier excipere & opponere compensationem de dote sua sibi debita ab hæredibus mariti, & idem si ageretur rerum amotarum ad æstimationem rerum contra vxorem: ita firmat Bald. no. in d. 1. priuileg in 3. limi. per text. & ibi not. per Barto. in d. l. si filiofami. in prin. Nam ista omnia sunt specialia in dote, vt habetur in dictis locis.

Quintò fallit regula prædicta, quando res aliena esset obligata creditori scienter, quo casu dominio postea quæsito per obligantem non reconualescit obligatio: nam isto casu datur creditori retentio dictæ rei obligatæ pro suo credito: vt est tex. & ibi glo. & Barto. in l. 1. §. 1. ff. de pigno. Secus autem si obligatio fuisset nulla ex alia causa; quia tunc non daretur retentio: vt l. cum vitioso. ff. de pig. & not. Bar. & Sal. in d. l. 1. §. 1.

6 † Sextò fallit reg. quando quis vt neg. gest. liberauit ex sua pecunia pignus debitoris absentis. Nam licet iste non habeat hypothecariam contra debitorem, nisi soluendo impetrauerit cessionem à creditore, cui soluit, vel ab eo emerit nomē dicti debitoris, tamen si possideat pignus sua pecunia liberatum, habebit retentionem contra debitorem agentem, donec sibi reddatur pecunia pro eo soluta, tex. est & ibi glo. & Barto. in l. 1. in prin. ff. quibus mod. pig. vel hypo. solu.

Septimò fallit regula, si procurator meus sine tamen idoneo mandato accepit à Sempronio pecuniam mutuo, & ei pignus tradidit: nam si illa pecunia versa fuit in vtilitatem meam, dabitur retentio Sempronio illius pignoris, donec ei pecunia reddatur, tex. est & ibi glo. & alii in l. 1. C. de alie. res pi. da. sit.

7 † Octauo fallit regula in pacto nudo; quia licet ex eo de iu. ci. non detur ac. non datur retentio, vt l. legem. C. de pac. & l. 1. § id quoque. ff. ad l. falcid. & no. glo. Bar. & Sal. in d. l. 1. §. 1. ff. de pig.

Nonò regula fal. si creditor habens plura pignora vnum vendat, & venditori promittat de eui. quia potest retinere alia pignora donec debitor caueat eum indemnem conseruare à dicta promissione euictionis, text. est no. iuncta glo. in ver. retinere. in l. si necessitas. §. 1. ff. de pig. ac. & ibi not. Bar. Sal. & Pau. de Cast.

8 † Decimò fallit regula ex causa quæ rei cohæret, puta pro expensis & melioramentis in re factis, vel ob aliud debitum contractum pro vtilitate dictæ rei; quia illi qui fecit dictas expensas datur retentio rei, etiam ꝙ illa ei non sit obligata, vel quòd ex aliqua alia causa non detur illius retentio, vt l. ī rebus §. possunt. ff. cō. & l. Paulus. ff. de do. exce. & l. si in area. ff. de condi. inde. & l. qua ratione. §. literę. ff. de ac. re. do. & ita tenet Barto. in d. l. si non sortem. §. si centum. & Sal. in d. l. fi. C. com. & Barto. & Sal. in d. l. si non inductam. C. in quib. cau. pig. taci. contraha. & inducunt hoc ad q. de scriptore qui meliorauit quinternum, quòd possit illum retinere pro expensis dictorum melioramentorum, sed non quinternum exemplaris, vt per Barto. in d. §. si centum. Restringitur tamen ista. 10. fallentia: vt non procedat in dote, seu re dotali; quia illa non potest retineri pro impensis in ea factis: vt l. vni. § sed nec retentio, versicu. sed nec ob impensas. C. de rei vxo. actio. Intelligendo tamen iuxta late no. per Alex. in consi. 162. visis narratis. 7. vol.

Et quia in hac fal. fit mentio de expensis & melioramentis, quæ materia est valde practicabilis, & male explicata & declarata per doc. ideo hinc sumpta occasione, ponam in ea. 12. no. conclusio. ex quibus (meo iudicio) quasi omnia necessaria comprehenditur.

9 †¦ Prima igitur erit conclusio, quòd impendēs in re aliena bonafide; quia ignorabat rem esse alienam, sed credebat esse suam, nullum habet remedium ad repetendum expensas, nisi solam retentionem rei, in qua impendit, & ideo si est in pos. caueat ne eā restituat, nisi prius sibi solutis expensis; quia si restitueret, nullū remedium haberet ad repetendum dictas expensas. text. est in l. si in area. in fi. ibi nullo alio modo quòd retentionem. ff. de cōd. inde. & ita ibi declarant Pau. de Cast. & Iaso post alios, & Barto. in l. qui exceptionem. §. pen. eo. titu. & etiam Iaso. pulchre iunctis etiam no. per Cor. in consi. 222. 2. volum. in prin. & in consi. 243. eo. volum. in litera D. vbi firmat quòd impensæ voluntarie factæ à malefidei possessore in re aliena reperi nequeunt, etiam quod per illas dominus rei effectus sit locupletior cum iactura ipsius expen. Nec etiam per viam retentionis ei consulitur per text. in l. adeo. §. ex diuerso. ver. & si scit. ff. de acqui re. do. & insti. eo. tit. §. ex diuerso. distinguendo tamen vt ibi per glo. Sed impēdens in rem, quam credebat suam, licet non repetat per aliquā actionem, quia nullum nego. gessit cum domino rei, nō habuit animum obli. eum. d. l. si in area. tamen si impendens possideat

rem,

Source : BIU Cujas

rẽ, in qua dictas expensas fecit, poterit illãretinere, donec ei reficiantur expensæ per iura supra alle. & latius habetur per Cor. in consi lxxxvj. 4. volum. In aliis autem casi, quo remedio consulatur illi qui facit melioramenta in re, habetur per Salic. in l. domum colum. pen. & fin. C. de rei vend. vbi ponit longam & perfectiſ diſt. & quando occurrit in facto semper ad eum recurras iunctis not. per Ang. de Are. inst. de re. diui. §. certe illud.

10 ¶†Secunda conclusio sit, quòd etiam si possessor, qui fecit melioramenta, esset condemnatus ad resti. rei nulla facta mentione expensarum & melioramentorum, tamen in ipsa execu. sententiæ poterit excipere de d. meliora. & illa probare & rem retinere, donec ei soluantur: vt habetur per Pa. de Ca. in consi. xvii. in causa quæ vertitur. in fin. & in consi. cccxxvi. Viso puncto. & per Bar. & Alex. in l. in fundo. in fin. ff. de rei vendi. & per Iaſ. in d. l. ſi in area. cum aliis quos ipse alleg. Et ratio istius conclu. est: quia excep. melioramen. non impugnat ipsam sententiam sed potius respicit execu. sententiæ, ideo hoc nõn militat dispositio. l. peremptorias. C. de sen. resc. non pos. vt ibi declarat Bal. in j. colum. & in princ. secundæ, prout etiam in simili videmus in excep. compensationis, quæ potest opponi execu. sen. vt 13
l. etiam. C. de compen. & in excep. illa, ne quis in plus exigatur, quàm facere possit: vt l. ex diuerso. §. fi. ff. so. mat. & l. Nesennius. ff. de re iu. & in exceptio. inuentarij, & in exceptione colla. faciendæ, vt per Bal. in d. l. peremptorias in j. col. vbi etiam subdit, quòd si quis est condemnatus in actione reali ad restitutionẽ rei, & in executione opponat de hipot. quòd vigore hipotecæ poterit rem retinere, ita dicit ibi Bald. in 4. colum. per allega. per eum, & ita per prædicta tenet Cor. in consi. cxlvii. quia causa in vlt. colum. 2. volum.

¶Tertia conclusio est, quòd si lata esset sententia, in qua possessor esset condemnatus ad resti. rei sub ista conditione, videlicet solutis prius expensis meliora. quòd ante liquidationem melioramen. non est procedendum ad execu. d. sententiæ, sed executio suspendi debet, donec meliora. liquidentur, & hoc etiam si actor vellet præstare satisdationem de illis reficiendis postea quàm erunt liquidata, ita pulchrè determinat Paul. de Cast. in consi. cccxxvi. viso puncto. in 2. colum. in 2. du. vbi respon ad contraria, & alle. ad hoc tex. in l. statuliber rationem. §. fin. ff. de statu. dicendo esse differentiam, an conditio sonet in facto, puta in reddendo rationem: & tunc succurri possit per satisdationem, & procedat. d. l. statuliber. in prin. aut sonet in dando. & procedat. d. § fi. & fundat se etiam: quia verba sunt clara, & quòd ista exce. quòd prius debeant solui meliora. prouenit ex tenore sententiæ, iuxta no. in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iud. Vnde si in sententia non essent illa ver. solutis prius melio. sed esset solum data retentio pro meliora, forte esset dicendum cõtrarium, per not. per Alex. post alios in l. 4. § ait prætor. ff. de re iu. & per Alexand. & Iaſ. in l. j. in j. colu. ff. qui sa cog. videlicet ꝙ præstita satisdatione posset fieri executio, sed ex quo ex verbis sententiæ debet præcedere solutio, non potest impleri onus solutionis annexum per dationem fideiussoris d. l. statuliber rationem. § fin. & bonus tex. in l. promissor. §. constituto. ff. de cõsti. pe. quem etiam alleg. Pau. in d. consi. & quia verba sententiæ sunt conditionaliter prolata per ablatiuum absolutum, iuxta. l. ab emptione. ff. de pac. cum vul. conditio debet impleri in forma specifica, ita quòd non sufficit implere per æquipollens. l. qui hæredi. in prin. & l. Meuius. ff. de condi. & demon. quæ not. ad intelligentiam nota. per Alex. post alios in d. l. 4. §. ait prætor. & adde quæ dixi supra in membro præcedẽti, videlicet in membro. 4. huius 5. partis num. 6.

11 ¶†Quarta conclusio sit. quòd ad hoc vt expensæ meliora. debeantur, non sufficit tantum esse impensum, nisi etiam res sit tantum melio vnde licet impensa fuerint centum in re, si tamen res non sit meliorata nisi in quinquaginta, non poterint repeti nisi quinquaginta. Item si sint impensa quinquaginta, & res sit meliorata in centum, non poterint repeti nisi quinquaginta. Ista ergo duo copulatiuè requiruntur, videlicet quòd sit impẽsum & quòd res sit meliorata, vt dictum est: & ita de hoc est tex. & ibi not. glo. cum qua alii transeunt in l. in fundo. ff. de rei vend. Idem no. Abb. in c. j. de resti. in integ. nu. 4. & in c. quod quibusdam. nu. ix de fideiuſ. & in c. ad nostram. 3. no. de re. eccle. non alie. & refert & sequitur Feli. in c. cum causa pen. col. versi. sumptus. de re iud. Vnde sis cautus in capitulando & probando dictas expensas, vt concludas tam circa quantitatem expensæ, quàm circa melioratiõnem rei, deducendo, ꝙ in tantum est pcioſior propter expensas, quàm esset ante, aliàs non obtineres. Et adde huic conclusioni, quòd expensæ factæ in deboſcando, vel arando terras non sunt reficiendæ, expensæ autem factæ in plantandis vitibus, vel arboribus, si arbores sint fructiferæ: vt vites & oliuæ sunt reficiendæ, vt latè examinat Paul. de Castr. in consi. 327. viso puncto. in 3. dubio, vbi vide omnino.

12 ¶†Quinta conclusio sit, quòd bonæfidei possessor lucratur fructus, etiam si titulus sit nullus, regulariter enim non curatur de titulo quò ad acquisitionem fructuũ, dummodo adsit bona fides: vt declarat Bar. in l. sed si. l. §. si sine. ff. de pet. hære. In bona autem fide dicitur quis esse, quando putauit emptor rem sibi venditam esse alienantis, & sic ignorauit dominium rei ad aliũ pertinere, prout in dubio præsumitur. l. bonæfidei. ff. de verbor. signifi. & ibi not. gl. & facit. d. l. sed si. l. §. scire. & l. manifestissimi. versi. domini cogitatione. C. de fur. Sed licet possessor bonæfidei (vt dictum est) faciat fructus suos, tamen tenebitur eos computare cum expensis melioramentorum: vt in c. ad nostram, de rebus eccle. non alie. & in l. sumptus. ff. de rei vendi. & in l. in insulam. §. fructus. ff. sol. mat. Et istud procedit, quando bonæfidei possessor percepisset fructus ex re aliena, quam tamen ipse bona fide possidebat, sed si quis percepisset fructus ex re sua, quæ tempore alteri veniebat restituenda, tunc tales fructus non cõputabuntur cum melioramentis; sed ei integra melioramenta erunt restituenda, ita firmant Bald. & Ange. in d. l. in insulam. §. fructus, & allegant glo. quam ibi reputant singularem in l. emptor. circa prin. gl. magnæ ad fi. ff. de rei vendi. & illam glo. pro singulari allegant etiam Bal. & Imo. in l. domos. ff. de leg. j. & ita etiam refert & sequitur Alex. in d. l. in fundo. in apostil. ad Bart. & in d. §. fructus. in fi.

13 ¶†Et per prædicta consuluit Alex. in consi. 154. consideratis, in 6. volum. quòd qui ignoranter emit a marito rem dotalem, & in ea fecit melioramenta, quòd si postea per vxorem, vel eius hęredes cogatur restituere rem, quòd fructus per eum percepti non computabuntur cum sumptibus melioramentorum, & ratio est secundum eum: quia si dicta res non fuisset alienata p maritum, fructus illius fuissent mariti durante matri. l. pro oneribus. C de iure do. & ideo ęquitas. d. l. sumptus. non dictat, quòd isto casu fructus debeant cedere lucro vxoris vel eius hęredum Et ex hoc infert Alex. quòd d. l. in fundo & d. l. sumptus, quæ volunt, quòd fructus percepti per bonæfidei possessorem debeant computari cum expensis melioramentorum procedunt ita demum, si fructus tempore quo percepti fuerunt de iure spectabant ad illum, qui nunc agit ad rem; tunc enim sicut ex æquitate fructus propter bonam fidem conceduntur bonæfidei possessori, ita ex eadem æquitate debent expensis melioramentorum imputari. vt latè per Alex. in d. consi. cliiii. & per eundem in consi. clxii. visis narratis. vii. vol. num. ij. Istam etiam conclusionem sequitur Fely. in capit. cum causa. pen. & vltim. colum. de re iudic.

14 ¶†Dicens etiam, ꝙ quando fructus percipiuntur per bo. fi. possessorem solum respectu possessionis: tunc habet locum dispositio d. l. in fundo, & d. l. sumptus, ꝙ fructus computentur cũ expensis melioramentorum, secus autem si percepti fuissent ratione dominii etiam vtilis, & ideo secundum eum emphyteuta restituens rem emphyteuticam melioratam non computabit fructus perceptos in melioramentis, & similiter si tempore quo percepti fuerunt fructus, res erat percipientis, sed debebat restitui alteri in euentum alicuius conditionis, fructus non cõputabuntur cum expensis melioramentorum: vt per Bal. Imo. Ale. & latè Iaſ. in 2. no. in d. l. domos. ff. de leg. j. & per Fely. in d. c. cum causa. in pe. & fi. col.

15 ¶†Et facit ad prædicta illud, quod no consuluit Pa. de Ca. in consi. xvii. in causa quæ vertitur. pe. & vlt. col. vbi dicit, ꝙ dispositio. d. l. sumptus. ꝙ. ſ. fructus computentur cum sumptibus, militat solum, quando fructus debentur ex æquitate, prout loquitur, d. l. sumptus, secus si fructus debeãtur de rigore iuris, & ideo decidit ibi, ꝙ si pater alienauit rem filii, in qua ratione patrię potestatis habebat, fructus, vt. l j. C. de bo. mat. ꝙ si talis emptor meliorauit rem, & ex ea percepit fructus, & demum res repetatur a filio post mortem patris, non tenebitur emptor computare fructus cum sumptibus melioramentorum, intelligendo tamẽ de fructibus perceptis viuente patre: quia illos omnino pater lucraturus fuisset. & ideo etiam emptor, qui in eius locum successit, lucrari debet, & hoc de rigore, non de æquitate, secus autem esset de fructibus perceptis post mortem patris, & eum ista decisio, transit & eam approbat Cor. in consi. lxxxvi. iiii. volu. in litera. I.

16 ¶†Sexta conclusio sit, ꝙ satisfactio istorum meliotamentorum non debetur secundum valorem & meliorationem, quæ facta fuit tempore factę expensæ & factorum meliora. sed secũdum valorem, & æstimationem, quæ reperitur in re tempore, quo illa venit restituenda, & ideo si tempore expensæ factæ res fuisset meliorata in centum, sed postea dicta res ex cursu temporis fuit attrita, vel aliter deteriorata, adeo ꝙ tempore restitutionis non reperitur melioratio nisi in quinquaginta, debebit fieri satisfactio de expensis meliorationis in quinquaginta tantum, tex. est & ibi Iac. de Are. Bar. Bal. Ang. Pa. de Ca. Ale. & Iaſ. in 3. no. in d. l. domos. in princ. ff. de leg. j. quod tene menti: quia frequenter contingere potest.

17 ¶†Septima conclusio sit, ꝙ ratione melioramentorum factorum in vna re non potest alia retineri; ita no. Pa. de Cast. in cõſ. 302. viso puncto in prin. mouetur per tex. in l. si non sortem. §. si centum. ff. de condi. indeb. ad idem tex. iuncta gl. in versiculo adducat, in lege planè. ff. de petitio hæredita. & ita tenet Iaſon post Albe. in l. si in area. ff. de condi. indebi.

18 † Octauã

Source : BIU Cujas

18 ¶†Octaua concluſio eſt, ꝙ melioramenta facta per debitorem in re, quam hypotecauit creditori, cenſentur hipote. ipſi creditori ſicut ipſa res in qua facta ſunt, tex. eſt in l. ſi fundus. §. ij. ff. de pig. Intellige (vt dixi) quando d. meliora. facta fuiſſent per debitorem: ita loquitur d. §. ij. Secus autem ſi ea feciſſet tertius poſſeſſor, ad quem res peruenit poſt hipotecam in ea conſtitutā creditori; quia tunc talia melioramrnta facta per dictum tertiū poſſeſſorem non erunt obligatam cum re: vt. l. fi. C. de prædi. & omni re naui. li. xj. & ibi Bar. & ſequitur Pau. de Caſt. in d. l. ſi conuenerit. §. ſi fundus. ff. de pi. ac. refert & ſequitur Laſ. in l. creditor. la. j. in fi. ff. ſi cer. pet.

19 ¶†Nona concluſio ſit, quòd melio. facta ab emptore rei ſubiectæ reſtitutioni fideicom. in euentum alicuius condictionis in dicta re, ſi emptor eam emit ſcienter, nō repetuntur: ſed emptor ea perdit propter malam fi. vt eſt tex. & ibi not. omnes in l. fi. §. fi. C. de com. dele. & hoc niſi melioramenta fuiſſent adeo neceſſaria, ꝙ illis non factis res perijſſet: tunc. n. non ob. mala fi. talia melioramenta refici debent, tex. eſt & ibi no in l. domum. circa fi. C. de rei ven. & no. Laſ. in d. §. fi. in 2. no. Si autem emptor ignoranter emiſſet dictam rem, & ſic fuiſſet in bona fi. tunc indiſtincte recuperaret dicta melioramen. per modum excipien. iuxta tex. in §. fi. ita no. Pa. de Ca. in conſi. x. clarum eſt. col. fin. & habetur per eundem Pa. de Caſt. d conſi. xvii. ſupra alleg.

20 ¶†Decima conlu. eſt, ꝙ ſi ille, qui fecit meliora. in re ſit bonę fi. poſſeſſor, indiſtincte lucrabitur fructus reſpicientes ratam dictorum melioramen. puta quia prædium, quod prius ſine melioramentis fructaſſet x. ex cauſa melioramētorum fructat xv. lucrabitur enim ille qui bona fid. fecit melioramen. ſ. ita tenet Pau. de Ca. in conſi. cccl xxxvj. viſis & ponderatis. in j. col. alleg. tex. in l. cæterum. in fi. ff. de rei vendi. qui ſatis bene probat a cōtrario ſenſu: quia ille tex. iuncta gl. ibi loquitur in poſſeſſore male fi. qui tenetur ad fructus perceptos & percipiendos, vt ibi vult gl. Et licet talis poſſeſſor faciat impenſam in re, non tamen deſinit eſſe malę fi. poſſeſſor, & propter malam fidem non ſolum tenetur de fructibus perceptis ex melioramentis, ſed etiam priuatur impenſis voluntariis factis in dictis meliora. præterquam in duobus caſibus. j. quando dominus habebat venalem rē melioratā, vt propter impenſam malę fid. poſſeſſoris illa res pluris vendita fuit, vt eſt tex. in l. niſi. ff. de rei vend. reputantur. n. tales expenſæ quaſi vtiles & neceſſariæ, non voluntariæ tantum: vt eſt tex. in l. quod ſi ff. de impen. in re. dot. fac. ¶ Secundò quādo ante impenſam factam poſſeſſor malę fi. denunciauit domino, vt rem repeteret, ſi putaret illam eſſe ſuam, & tamen ille nō repetiit, & poſſeſſor fecit impenſam: vt eſt tex. in l. aut ſi ante. eod. tit. iſtis enim duobus caſi. poſſeſſor malę fidei repetit expenſas, intelligendo tamen iſtos duos caſus de expenſis voluntariis tā tum: nam in vtilibus, & neceſſariis etiam in malę fid. poſ. diſtinguendum eſt, vt latè per Bar. in l. in fundo. ff. de rei vendi. & per Ang. de Are. inſti. de re. diui. §. certe illud. ubi tota materia poni tur, quæ eſt diuerſa a tractatu noſtro, ſed in poſſeſ. bonæ fid. qui nullo mō amittit ſua melioramenta, vt. l. ſi neceſſarias, in prin. ff. de pig. acti. ſtante mora domini ſeu actoris dicendum eſt ipſum debere lucrari fructus dictorum melioramen. per prædicta, & per tex. not. in l. fi. §. fi. ff. de fun. dot. vbi gl. ponit tres intellectus, & ibi Bal. dicit omnes tres eſſe bonos, & ſecundum primum intellectum probatur in terminis, ꝙ ſi maritus in fundo dot. plantauit vineam & ſic illum meliora. ſoluto mat. vxor ſit in mora reſtituendi marito expenſas melioramen. maritus pro portione melioramen. lucrabitur fructus, & alios reſpicientes primę quam qualitatem fundi reſtituet vxori, & iſtam concluſio. ſemper uidi ſeruari in ciuitate Flor. & puto eſſe veram.

21 ¶†Vndecima concluſio eſt, ꝙ ſi ille, qui fecit melioramenta, poſſidet rem, in qua fecit dicta melioramen. & conuenitur ſuper illa hipoteca. ab aliquo creditore, qui habet dictam rem hipoteca. ꝙ tunc dictus poſſeſſor pro liberando dictam rem a dicta hipo. non cogitur ſoluere debitum dicto creditori, vt cogitur alius poſ. qui non fecit meliorameuta in re, iuxta l. quandiu. C. de diſt. pi. Sed poteſt ſi vult retinere rem & ſoluere creditori agenti dictæ rei extima. videlicet valorem rei detractis melio. ita ſin. vul Bar. in l. j. C. de prædi. & omnium re. naui. lib. xj. & ibi ſequitur Ale & Io. de Pla. poſt Ang. & refert Alex. in l. ſi fundus. §. ij. ff. de pig. licet putem, ꝙ dicta apoſtilla Alex. debeat eſſe in §. in vendicatione. d. l. ſi fundus, qui eſt. §. iij. & Pau. de Caſt. in l. ſi conuenerit. §. ſi fundus. ff. de pig. actio. & intellige æſtimationem rei deductis melioramentis ſecundum tempus præſens, iuxta not. per doc. ſupra alleg. in d. l. domos. ff. de leg. j. & iſta concluſio eſt clara ſecundum terminos prędmiſſos, videlicet quando poſ. fecit melioramenta in re. Sed difficultas inſurgit, an idē ſit in quolibet poſſeſ. qui non fecit melioramenta, an ſcilicet ipſe poſſit etiam offerre creditori agenti exſtimationem rei, ſicut poteſt poſſeſſor, qui fecit melioramenta, & in hoc Soci. in cōſi. 234. eleganter. in fi. 2. vol. ſubtiliter more ſuo dicit attentari poſſe, ꝙ idem ſit in quolibet poſſeſſore, qui nulla fecit melioramē ta, & dicit, ꝙ iſtud eſt nouū di&um, & mouetur per tex. in l. cōi diuidundo. §. inter eos. ff. comun. diui. vbi eſt tex. ꝙ debitori cōuento permittitur offerre debitum creditori & ſuum pignus luere: & idē dicit text. eſſe in tertio poſſidente pignus, ꝙ. ipſe poſſit offerre litis æſtimationem & liberare pignus, & talis litis æſtimatio ſm Soci. ibi debet eſſe pretium ipſius rei pignoratæ ad quam creditor agit. vt. l. j. & ibi Bar. & Imo. ff. pro empto. Ad idem tex. ſecundum Soci. in l. ſi creditor, & in l. ſicut, in fi. ff. quibus modis pignus vel hypo. ſol. & iſta concluſio ſecundum eū probatur in c. ex literis. ad fi. de pigno. ponderando formā ſententiæ ibi poſitam in hipothecaria, vbi tertius poſſeſſor condēnatur mulieri ad reſtitutionem dotis eatenus, quatenus de bonis ſui fratris noſcitur poſſidere, quam formam dicit ibi Abba. eſſe mirabilem. Sed licet Soc. ſubtiliter moueatur, tamen non puto eius deciſionem de iure ſuſtineri poſſe. Nam primò non eſt verū ſimpliciter & abſolute, ꝙ tertius poſſeſſor offerre poſſit litis æſtimationem, ſed diſtinguendum puto, an debitor poſſideat vel non, vt habet in l. fundus. §. in vendicatione. ff. de pig.

22 ¶†Secundò etiam quando eſſemus in caſu, in quo litis æſtimatio poſſet ſolui per poſſeſſorem; tamen talis æſtimatio litis non eſt ſemper vniformis, quando agitur hipothecaria; quia ſi agitur contra debitorem, litis æſtimatio non eſt pluris, quam ſit ipſum debitum, eſt tex. in l. ſi inter. § fin. ff. de pigno. qui immo etiam ſi debitor cōuentus hypothecaria, ex eo quia pignus non reſtituebat creditori condemnatus fuerit pluris quàm ſit debitum & intereſſe, tamen de æquitate liberabitur debitor ſoluendo ſolum illud, quod debet, vt eſt tex. & ibi per Bar in d. l. ſi fundus. §. ſi pluris. ff. de pign. Si autem agatur hypothecaria cōtra tertium poſſeſſorem; tūc ſi dolo deſijt poſſidere pignus, condemnabitur, quanti actor in litem iurauerit, & ſic etiam vltra creditum tex. eſt in d. l. ſi fundus. in §. in vendicatione, ſed ſi poſſeſſor non habet facultatem rei reſtituendæ ex culpa: tunc litis æſtimatio fit contra poſſeſſorem etiam pluris quàm ſit debitum, ſi res plus valeat, vt eſt tex. in d. l. ſi inter. § fin. ff. de pig. Et ſic in plus fit æſtimatio litis contra poſſeſſorem quàm contra debitorem in hypotecaria, & iſta æſtimatio litis in hypothecaria fit habito reſpectu principaliter ad debitum, quod petitur, in rei autem vendicatione fit æſtimatio litis habita conſideratione rei petitæ, & eſt perinde ac ſi poſſeſſor emeret rem & ſol ueret pretium agenti rei vendicatio, ut l j. & l. litis æſtimatio. ff. pro empto. & l. eius qui. cum l. ſeq. ff. de rei vend. & ideo dicitur in dictis locis, quòd quando agitur rei uendi. litis æſtimatio eſt ſimilis emptioni, ſecus autem eſt in actione perſonali & hypothecaria ei deſeruienti: quia in ea non ſoluitur pretium rei, ſed ſoluitur pro æſtimatione litis id, quod venit in actione perſonali: vt declarat Bar. in d. l. j. ff. pro empt. in uer. item in eo quod dicit, & ideo ī actione perſonali & hypothecaria litis eſtimatio non eſt ſimilis emptioni, & in ea non habet locum d. l. litis æſtimatio, vt declarat Bal. in l. ſi creditor qui rem. ff. de pig. ac. in lectu. antiqua dicens, ꝙ d. l. limitat omnes leges, quæ loquuntur de litis eſtimatione; quia quando agens non intendit aduocare dominium, ſed nudam poſ. prout eſt de natura hypothecariæ: tunc litis æſtimatio non inducit emptionem, & ita ſequitur ibi Pau. de Caſt. refert Alex. in l. litis æſtimatio pro ſingulari. Dicēs idem tenere. D. Ant. in c. conſtitutus. de in integ. reſt. Et ſic non eſt uerum, ꝙ quando agitur hypo. litis eſtimatio ſit rei petitæ, vt dicit Soc. ſed eſt tunc ipſum debitum ad quod agitur, & ꝙ cō prehenditur ī actione perſonali, cui ipſa hypothecaria deſeruit, & ideo de ea iudicatur prout de perſonali: vt declarat Bart. in l. ſolutum. §. per liberam. ff. de pig. actio. vbi pulchre. Non ob. tex. in d. l. communi diui. §. inter eos, quia fateor, ꝙ in caſibus, de q- bus in d. §. in vendicatione. poſſeſſor poteſt offerre creditori litis æſtimationem, & hoc dicit. § inter eos, ſed nego, ꝙ litis æſtimatio, qñ agitur actione pſonali vel hypothecaria ei deſeruiēti, quo caſu idem iudicatur de hypo. ꝙ de perſonali, vt per Bar. in d. l ſolutum. §. per liberam. ſit pretium rei, immo iſto caſu eſt ipſum debitum, & plus etiam quando res valet plus & agitur ꝺ tertium poſſeſſorem, vt d. l. ſi inter. §. fi. Nec. d. l. ſi creditor. quæ eſt. l. [illegible] & l. ſicut. §. fi. ff. quibus mod. pig. vel hypo. ſol. quæ allegan tur per Soc. probant ꝺrium, immo in illis dr, ꝙ ſi creditor con ſequutus fuit a poſſeſſore æſtimationem litis, ꝙ ſi debitor uendicet rem a poſſeſſore, non audietur, niſi ei debitum offerat, & ſic probatur ibi, ꝙ litis æſtimatio ſoluta per poſſeſſorem fuit debitum non pretium rei. Non obſtat etiam tex. in d. c. ex literis, quia illa ſnīa Papæ qua ibi condemnauit poſſeſſorem in hypothecaria ad ſolutionem debiti, quatenus de bonis debitoris poſſideret, ſimpliciter intellecta de iure ſuſtineri non poteſt, ſed debet intelligi habita relatione ad libellum creditoris: quia. ſ. creditor ita petierat, vt etiam dictum tex. intelligit Bar. in d. l. ſi fundus. §. in vendicatione, & Abbas in d. c. ex literis. in ultimo not. eſt enim in facultate creditoris petere, ſi vult, poſſeſſorem ita condemnari: vt declarat Bar. & Abb. in dictis locis: cum autem ita fuerit petitum, ideo Papa in d. c. ex literis. ſuam ſententiam adaptauit ad libellum. d. l. vt fundus. ff. communi diui. & c. licet Eli. de ſimoni. & ideo caſus ſpecialis. d. capit. ex literis non eſt trahēdus ad alios caſus, quādo agitur hypothecaria, & petitur in forma ferri ſententia; quia tunc non poteſt poſſeſſor

offerre

Source : BIU Cujas

offerre solum pretium rei pro æstimatione litis, sed debet offerre totum debitum, & etiam plus si plus valeat res. d.l. si inter. §. fin hoc quando offert litis æstimationem, sed si offerret simpliciter debitum vt possessor, iuxta terminos. l. mulier. ff. qui pot. in pig. hab. tunc admitteretur. Concluditur ergo, ꝙ licèt tertius possessor, qui fecit melioramenta in re possit offerre estimationem rei detractis melioramentis, tamen hoc non est trahendum vllo modo ad alium simplicem possessorem, qui non fecit melioramenta, & ratio est: quia qui fecit melioramenta, nititur duplici vinculo, videlicet possessionis & melioramentorum, pro quibus datur retentio rei, quæ non datur pro simplici possessione, & duo vincula magis stringunt, auc. itaq; C. commu. de successio. cum ergo sit diuersa ratio in possessore, qui fecit melioramenta, non debet trahi in consequentiam simplicis possessoris. in quo non est tanta ratio, ar. l. fi. ff de calum. & l. naturaliter §. nihil commune. ff. de acqui. pos. & ita puto indubitanter tenendum contra Soci.

13 ¶† Duodecima conclu. sit, ꝙ ius retentionis, quod competit possessori ratione melioramentorum transit etiam in singularem successorem illius sine alia cessione, vt est tex. in l. hoc iudicium. §. impendia. versi. sed si is qui a me emerit. ff. communi diui. & not. Alex. in l. qui exceptionem §. si pars. ff. de condi. inde. vbi etiam allegat alia. Vltimò in materia retentionis, supra expedita per regulam & fallentiam adde vnum pro condimento totius materiæ, ꝙ dictæ fallentiæ restringuntur: vt non habeāt locum, quando res, de cuius retentione agitur, peruenisset ad creditorem cum vitio uel delicto; quia tūc omnino cessat omnis retentio, vt in c. fi. de ordi. cogni. & l. j. §. rediguntur. ff. quorum lega & ita no. Ale. in d.l. si non sortem. §. si centum, & etiā Sali. in d.l. fi. C. commoda, & retigi etiam supra in princip. huius quarti membri, num. j. Plura alia possent addi in hac materia retentionis, sed essent impertinentia ad tractatum nostrum, & propterea his contentus sum pro complemento huius quarti membri.

SVMMARIVM.

1 *Fructus percepti per creditorem ex pignore computantur in sortem.*
2 *Fructus percepti ex re pignorata extenuant sortem, similiter illius rei deterioratio.*
3 *Fructus rei pignoratæ quæ supersunt vltra satisfactionem sortis debent debitori restitui cum pignore.*
4 *Fructus percepti ex pignore prætorio extenuant sortem.*
5 *Creditor immissus ex primo decreto non tenetur circa prætorium pignus de leui culpa, sed bene de dolo, & lata culpa.*
6 *Creditor ingressus possessionem ex primo decreto tenetur curare de fructibus percipiendis.*
7 *Creditor inhabitans domum pignoratam tenetur hanc locationem in sortem deducere, ac si alteri locasset & fructus percepisset.*
8 *Fructus ex columbarijs percepti an veniant in sumptibus melioramentorum computandi.*
9 *Columbaria an sit locabilis.*
10 *Pactum, quòd creditor lucretur fructus pignoris pro interesse seu vsuris, inualidum est, & tali pacto inito nihilominus tenetur illos fructus in sortem computare.*
11 *Compensatio de specie ad quantitatem non admittitur.*
12 *Fructus alicuius rei quando dicantur consumpti.*
13 *Creditor subiens notabilem laborem pro pignore potest in compensam talis laboris fructus lucrari, nec illos tenetur in sortem computare.*
14 *Fructus rei pignoratæ quibus casibus non veniant in sortem computandi.*
15 *Inramentum an obliget præcise ad factum.*
16 *Fructus percepti per generum ex pignore sibi dato a socero pro dote an sint in sortem computandi.*
17 *Vxor soluto matrimonio habens pignus pro dote restituenda an compensabit fructus in dotem.*

¶ Quintum membrum. v. partis.

AGgredior nunc quintum membrum & vltimum huius quintæ partis princi. in quo venit tractanda materia fructuum, qui ex pignoribus percipiuntur. & primò quæritur, an fructus, qui percipiūtur ex pignore per creditorem computentur in sortem, & complectendo totam materiam pro clariori intelligentia pone regulam & 6. ampliatio. ad regulā, & ad sex limitationes. ¶† Regula ergo sit, 1 ꝙ fructus percepti per creditorem ex pignore computantur in sortem, vt l. si dominum, & ibi per doc. C. de pig. & l. 2. & fi. C. de pig. actio. Amplia primò istam regulam, vt habeat locum non solum in fructibus perceptis, sed etiam in his qui percipi potuerunt: nam & illi computari debent in sortem, vt est tex. in d.l. 2. & late habetur per Abba. in c. j super gl. j. de vsuris. Intellige tamen istud de fructibus, qui percipi potuerūt ab ipso creditore, qui causam habuit a domino. s. debitore rei, non autem de his qui percipi potuerunt ab ipso debitore, licèt secus sit in possessore, qui non habet causam a domino rei: nam ille tenetur de fructibus, qui percipi potuerunt ab ipso domino, quod est notandum secundùm Bal. in d.l. ij. & istud dictum refert, & sequitur Alex. in l. apud Iulianum. §. fructus. 2. de leg. j. & ibidem Iaso. in pri. limi. In alia autem materia an fructus percipiendi considerari debeant habito respectu ad personam actoris an rei, ha- 2 betur late per Alex. & Iaso. in d. §. fructus. vbi vide. ¶† Secundò amplia dictam regulam, vt non solum sors extenuari debeat propter fructus perceptos, & qui percipi potuerunt, vt dictū est, sed etiam extenuari debet, si res pignorata dolo vel culpa creditoris deteriorata fuit; quia æstimatio dictæ deteriorationis detrahi deber de dicta sorte, tex. est, & ibi glo. & Salic. in d.l. ij. secundo responso. & in l. creditor. eod tit. ¶† Tertiò amplia dictā 3 regulam, vt non solum fructus percepti & percipiendi computari debeant in sortem, sed etiam si aliqui superfint vltra satisfactionem sortis illi debent restitui debitori vnà cum pignore: vt est tex. in c. cum contra. de pig. & no. Bal. & Sali. in d.l. ij. Quartò amplia dictam regulam, vt procedat nō, solum in ipso creditore percipiente fructus, sed etiam in eius singu. successo. ita tenet Bal. in d.l j. C. de pig. ac. vbi ex hoc dubitatiue tamen infert, ꝙ pignoratitia sit in rem scripta, de quo videbimus. infra in vij. parte prin. in qua tractabimus de actione pignoratitia. ¶† Quintò 4 amplia regulam, vt illa procedat non solum in pignore conuētionali, sed etiam habeat locum in pignore prætorio, vt. s. etiam fructus percepti ex pignore prætorio extenuent sortem, vt l. Titia, & ibi no. Bar. ff. de solu. & in l. is cui §. quæri. ff. vt in pos. lega. tex. gl. & Bar. in l. si is qui. §. j. ff. de pig. Sed difficultas est, an creditor immissus ex primo decreto, & sic habens pignus prætoriū, vt l. non est mirum. ff. de pig. act. teneatur computare in sortem non solum fructus perceptos sed etiam percipiendos, vt tenetur creditor habens pignus conuentionale? Et in hoc Spec. in tit. de primo decreto. §. iam de effectu. versi. missus ergo &c. tenet ꝙ creditor immissus in posses. ex. j. decre. tenetur solum de fruct. perceptis a se, vt l. j. §. j. & §. est præterea. ff. de bon. auc. iud. pos. & in hoc constituit differentiam inter pignus conuentionale & prætorium.

5 ¶† Septimò pro veritate istius difficultatis est aduertendum, quòd licet immissus ex primo decreto non teneatur circa prætorium pignus de leui culpa, prout tenetur creditor conuentionalis in pignore hipotecario, tamen tenetur de dolo & lata culpa: vt est tex. & ibi gl. quæ differentiam ponit in d.l. prætor. §. est præterea, & habetur per Decium in l. contractus. nu. xxvii. ff. de reg. iur. Vnde dum quæritur, an missus ex primo decreto teneatur etiam de fructibus percipiendis, est prius videndum, an dicti fructus non fuerint percepti ab eo dolo vel lata culpa an verò leui culpa tantū? Nam si omisit eos percipere dolo, vel lata culpa tenebitur etiam de illis. Si autem omisit eos percipere leui culpa tantum, non tenebitur de illis, & ad hoc sciendum est aduertēdum, ꝙ licet iudex ex primo decreto iusserit creditorem immitti in possessionem, tamen si ipse creditor non vult in dictam possessionem ingredi, non cogitur, sed si vult potest, & si ingressus fuerit, non cogitur manere in possessione nisi per tantum tempus quo ipse vult, nec potest ei imputari, si postquam ingressus est in possessionem, de ea discesserit, cum voluntariū & suum potius negotium gerat creditor quàm alienum: vt de his est tex. in d.l. prætor. §. in eum. ff. de bo. aucto. iudi. possi.

6 ¶† Ex quibus infertur, ꝙ creditor ingressus possessionem ex primo decreto donec stat in possessione tenetur rem locare & fructus percipere, & de illis curam habere (intelligendo tamen de illa re, quæ locari potest) est tamen in arbitrio creditoris pro quanto tempore locet, iste est tex. in l. in vēditione. §. j. ff. de bo. auc. iudi. pos. & ibi gl. in ver. ex culpa. & no. Batt. vult enim ibi gl. ꝙ si creditor immissus potest locare & non locat, nec fructus percipit, dicitur esse in dolo, alleg. l. dolus. ff. manda. & d.l. prętor. §. in eum, & consequenter subdit gl. ibi, quòd propter dolum in non locando & non percipiendo fructus, cum posset, tenetur immissus dictos fructus quos percipere potuit & non percepit in suum creditum computare, vel illos debitori reddere, alleg. d.l. prætor. in prin. & cum d. gl. transeunt ibi Bar. & alii.

7 ¶† Et propterea si creditor immissus inhabitauit domum, tenebitur fructus, quos potuit percipere, alii locando domum in sortem computare, nam inhabitando dicitur illos percepisse pro se, tex. est in terminis in l. is qui bona. §. j. ff. de pigno. & ibi Bar. no. ꝙ quis habitando dicitur fructus percipere, subiungit ēt d. gl. quòd fructus dictæ habitationis erunt tot, quot ipse fuisset expensurus in conducēdo aliam domum: cum siue habitatione quis viuere non possit. l. legata. ff. de ali. leg. Non autem tenebitur ad pensionem, pro qua alius dictam domum cōduxisset, vt in Spec. de pigno. versi. quid si obligasti, & ibi Bald. in versic. pen. & probaui latius supra in princ. huius 5. membri, vbi vide, & vltim d. gl. subdit, quòd si talis creditor immissus noluit per se habitare, debebat locare alteri, aliàs dicitur in lata culpa, per d.l. in uenditione. §. j.

¶ Et per prædicta apparet, quòd Bal. in auc. ei qui iurat. in antepe. col. in versi. pone missus sum in posses. C. de bo. auc. iu. pos. male & inaduerenter loquutus fuit, dum voluit, quòd si immissus in pos. domus ex. j. decr. in ea moratus fuit decennio cū

vxore

Source : BIU Cujas

vxore & familia,non tenebitur excomputare in ſortem tantũ, quanti fuiſſet conducturus aliam habitationem, & ꝙ non fuit obligatus eam alii locare:quia ignorabat quanto tempore debebat eſſe in tenuta;quia d.deciſio Bal.eſt de directo contra tex. & gl.ſupra allega.& de.d.deciſio Bal.dubitauit etiam Ale.& in nuit illam non probare in conſi.cxlj.viſo thema.in vlt.col. vnde non obſt.dicto Bal.ſtandum eſt cum tex.& gl.prædictis.

8 ¶†Dubito etiam ex prædictis de eo quod voluit Cor.in cõſ. 237.2.vol.in fi.dum dicit,ꝙ columbariæ non ſolent locari,& propterea ꝙ fructus ex eis percepti non veniunt computandi in ſumptibus melioramentorum:quia vltra ſupra. all. iſta deci. Cor.redditur dubia ex no.per Soci.poſt alios in l. de diuiſione. in pe.col.ff.ſol.mat.dum concludit,ꝙ mora irregularis, de qua in d.l.de diuiſione.& in glo.ibi, eſt conſiderabilis, quando ille quem volumus teneri etiam de fructibus percipiendis habuit facultatem illos percipere,per tex.in l.Iulianus.§.ex vendito.in fi.ff.de act.emp.per quem & plura alia quæ ibi alle.dicit Soci.ꝙ non bene conſuluerunt quidam,quos referunt ibi moderni Peruſini,ꝙ venditor domus qui fuerat in mora irregulari non tenebatur ad penſionem,ſi non habitauerat, neq; alteri locauerat;quia ſecundum Soc.dicta conſultatio non fuit vera, niſi qñ non potuiſſet alteri locare,nec habitare per ſe,ſecus ſi habuiſſet facultatem alteri locandi.vel inhabitandi,per d. §. ex vendito. & ſic ſecundum eum ſufficit alterum ex duobus, vel ꝙ potuerit locare,vel inhabitare ad hoc, vt teneatur etiam de fructibus percipiendis,ita & in propoſito noſtro : nam eſto ꝙ columbaria non ſit locabilis:tamen ſatis eſt,ꝙ ex ea immiſſus, vel alius poſſeſſor fructus percipiat.

9 ¶†Licèt etiam non putem verum,ꝙ columbaria non ſit locabilis,per tex.in l.vſufructuarium.§.in viuariis.ff.de vſufruct.& ibi not.per Flo.& per no.per Veronen.in tract.de ſerui. vrbanis. in c.de columbaria, in quibus locis habetur, ꝙ in columbaria poteſt conſtitui vſusfructus,merito non video quare locari nõ poſſit:cum ex ea fructus percipi poſſint,& iſta adde ad ea quę dixi ſupra.in 5.differentia inter pignus conuentionale & prætorium, videlicet in 3.parte prin.in 2.membro.num. lix.

10 ¶†Sextò amplia regulam,vt procedat etiam ſi interceſſerit pactum,ꝙ creditor lucretur fructus pignoris pro intereſſe ſeu vſuris:quia pactum non valet & fructus debent in ſortem computari, præterquam ſi eſſemus in cauſis,in quibus de iure canoni. vſuræ ſunt permiſſæ:ita tenet Bal.in l.j.C.de diſtrac.pigno. licèt olim ante ius canoni.tale pactum eſſet permiſſum,vt eſt tex.in l.j,§.pacto.ff.de pignori.& not.gl. in d. l.j. Reſtringit ergo Bald. iſtud non procedere hodie de iure canoni.vt dictum eſt, & rat.o eſt : quia paria ſunt paciſci, ꝙ fructus non computentur in ſortem,& promittere creditori ſoluere vſuras, vt probatur in c.j.& in c.conqueſtus,& ibi no.in c.quia fruſtra.de vſur. & in l.ſi ea petitione,& in l.ſi ea lege.C.eo.ti.& no.Ale.in conſi.31.viſo thema.nu.4.ver.& hanc partem.6.vol.& ita etiam tenet Abba. in c.j.in j.no.de vſu.per tex.ibi.

11 ¶†Limitatur autem (vt dixi) dicta regnla ſex modis. Et primò,ꝙ ita demum haber locum regula,ꝙ fructus computentur in ſortem percepti ex re pignorata,quando ſunt cõſumpti: tũc enim extenuant ſortem ipſo iure,vt eſt tex.no.in d.l. j. C. de diſtrac.pig.& no.Abb.in c.j.in ij.no.de vſur.per tex.ibi intelligendo tamen oppoſita compenſatione ab homine, vt ſupplet glo. in d.l j.in ver.ipſo iure,quam ſequuntur ibi Bal. & Sal.ſecus autem ſi dicti fructus non eſſent conſumpti: quia tunc non extenuant ſortem, nec in ſortem computantur : quia de ſpecie ad quantitatem non admittitur compenſatio, ſed fructus non cõſumpti ſunt tacite obligati in ea cauſa, in qua eſt obligata ipſa res, ex qua ꝓcepti ſunt,vt l.3.C.in quibus cau.pig.taci.contraha. iuxta tamen plenam diſtinctio.traditam per Sal.ibi,& iſtam differentiam inter fructus conſumptos,& non conſumptos ponit & not.probat Bal.poſt Franciſ.Accur.& Cy.in l.j. C.de pig. act. in j.q.& ſequitur ibidem Sali.& Bal.in l.ſi.eo.tit.& in l.quamuis. C.in quibus cau.pig.taci.contraha.& in l.ſi.in prin. C.de nõ nu. pecu.& Pet.de Anch.in c.j.de vſu.& ibi Abb.in 2.no.& Ant. de But.in c.ad noſtram.el j.de iureiu.& Alex.in l. diuortio.§.j.in j. col.in verſi.& ex hac gl.ff.ſo.ma.& ibi etiam Iaſ.Et propterea dicebat Bal.in d.l.quamuis,ꝙ ille,qui vult compenſare fructus in ſortem,debet eſſe cautus:vt faciat arti. ꝙ fructus ſunt conſumpti,alias compenſarentur,ſed loco pignoris tenerẽtur,niſi fruc. conſiſterent in pec.puta in penſione domus,quia illa ſtatim extenuaret debitum.

12 ¶†Adde tñ pro declaratione prædictorũ,ꝙ licet fructus ſint cõmixti,non tñ dicunt conſumpti,vt iniquit Bal.in l.2.in j.col. C.de fructu.& lit.expen.argu.l.in naue Saufeli.ff.loca.& facit l. Pomponius ſcribit,ſi frumentum.ff.de rei vendi. ſed vel debet probari conſumptio per allegantem,cum in dubio non præſumat:vt eſt tex.iuncta gl.no.in l.creditor.§.ſi inter.in verſ. neget. ff.manda.& hĩ per Ale.in conſi.102.nu.9.& 106.vol.& ꝑ Alex. in l.pen.in prin.vlt.col.ff.ad legem falci. vel ſaltem ꝙ a tempore eorũ perceptionis ſit elapſum triennium;quia fructus conſiſtentes in frumento, vino, & oleo, non præſumuntur durare vltra triennium,dicit gl.not.in l.j.C.ſi aduer.vſucap. quã cõiter ſequuntur ibi doc. & quotidie allegat pro ſingulari, quicquid aliud voluerit ibi Bal. qui dicit hoc relinquẽdum eſſe arbitrio iudicis,arg.l.j.ff.de iure deliber.Nam verior eſt opi. gl. quã etiã tenet Cor.in conſ.104.2.vol.in litera x,& y.Secundo limitatur dicta regula,vt non habeat locum,niſi in illis fructibus, qui ſuperſunt deductis expenſis,tex.eſt,& ibi no.Abb. poſt alios in d. c.1.de vſur.& faciunt no.per omnes in l.fructus.ff.ſol.matr.vbi habetur,quòd regulariter fructus intelliguntur deductis expenſis factis pro illis recolligendis.

13 †Tertiò limitatur dicta regula,quando creditor ratione pecuniæ mutuatæ ſubiiſſet notabilem laborẽ: tunc enim in compenſationem talis laboris poſſet fructus lucrari,nec teneretur eos in ſortem compenſare ſecundum Hoſti. in ſumma in titu. de vſuris,in §.in aliquo.ver.12 refert,& ſequitur Ioan. And.in cap.conqueſtus,eo.titu.& ibi Abb.in fi.in 11.caſu,& firmat Roma.in ſuis ſingularibus,car.16.nu.536.incipit, regula eſt, quòd creditor.&c.

Quartò limitatur dicta regula,quando res pignorata ſpectaret ad creditorem iure proprietatis, ſed iure vſufructus ſpectaret ad debitorem, & pignus fuiſſet conſtitutum reſpectu illius iuris vſusfructus; tunc enim creditor non teneretur computare fructus perceptos in ſortem : quaſi tunc cenſeatur conſolidatur vſusfructus cum proprietate,vt eſt tex.no.in c. ꝙqueſtus. de vſur.& ibi hoc not.Abb.diceus,quòd licet ille text.loquatur in eccleſia,tamen idem & fortius dicendum eſt in laicis, cum eccleſia debeat magis abſtinere a contractu uſurario quàm laici,arg.c.per tuas,de don.

14 †Et ex hoc etiam infertur,quòd ſi emphyteuta daret rem emphyteuticam reſpectu utilis dominii in pignus directo domino,quòd iſto caſu fructus percepti per directum dominum ex dicta re emphyteutica non compenſabuntur in ſortem, vt no. Roma.in l.diuortio.§.ob donationes.ff.ſol.matrim.per tex. in d.c.conqueſtus.& refert apoſt.D.Encæ de Falco.in d.c.conqueſtus. Et idem eſt in feudo dato pignori domino per vaſallum: nam iſto caſu dominus non tenebitur compenſare fructus in ſortem:quia directum dominium reperitur penes dominum, ita tenet Abb.in c.at ſi clerici.de iud.in 9.colum. nu. 23.in ver. item ibi ſi laicus.& in c.ex ſuſcepto.ad fi.nu. 16. de foro comp. Quintò limitatur d.regula,vt non habeat locum, quãdo debitor promiſit non moleſtare creditorem in pignore, nec in fructibus illius,donec ei fuerit ſolutum, & ita iurauit; nã propter iuramentum non poterit debitor opponere, quòd fructus cõpenſentur in ſortem,ita tenet Abba.poſt Bal.in c. ad noſtrã. de iureiur.& in c.cum inter.de excep.& in c.cum dilec. de or. cog. & Ange.& Cuma.in l.amplius.ff.rem ra.habe.& Io. Fa. inſti.de act.in §. in bonæfi.& in hoc omnes tam legiſtæ, quàm canoniſtæ concordant.Sed dubium eſt,an idem ſit dicendum, quãdo debitor iuraſſet ſoluere creditori abſque alia promiſſione, an ſ.iſto caſu debitor non obſt.iuramento poſſit opponere, quòd creditor debeat compenſare fructus in ſortem,an verò propter iuramentum teneatur præcisè ſoluere,& Bar.in d.l.amplius.tenet,ꝙ iſto caſu non obſtante iuramẽto debitor poſſit oppone re,ꝙ fructus compenſentur in ſortem; quia compenſatio ęquipollet ſolutioni.Sed canoniſtæ in d.c.ad noſtram. communiter tenent contra Bar. videlicet,ꝙ etiam iſto caſu non admittatur compenſatio, & iſtam opi.canoniſtarum contra Bar. ſequitur Alex.in conſi.91.viſis actis.in 2.col.verſi.2.prin.moueor. 2. volu. & late diſputat Soci.in l.Iulianus.ff.de condi.& demon.vlti. col.ubi videtur tenere opi.canoniſtarum.Dominus Tyndarus in tractatu de compenſa.car.7.2.col.examinat articulum, & dicit ꝙ opi.Bar.de ſtricto iure eſt verior.Sed licèt articulus ſit dubius: tamen non videtur recedendum ab opin. canoniſtarum, quæ videtur magis communis, licet opi. Bar. ſit multum æqua.

15 †Adde etiã,ꝙ veritas iſtius articuli videtur pendere ab illa alia dubitatione,ſ.an iuramentum obliget præcisè ad factũ,de qua habetur per Abb.in c.veniens.de iureiur.& ibi eſt plena apoſtilla;quæ concludit tenendum eſſe,ꝙ iuramentum obliget preciſè iurantem ad factum,& ita etiam tenet Alex.in conſ.89.omiſſis.nu.5.7.vo.eandem tenet opi.Alex.in l. ſtipulationes nõ diuiduntur.in 7.col.in ver.demum inquantum Bar.ff.de ver.oblig. & magis latè,q̃ alibi habetur per Iaſ.in l.ſi pecunia.in prin.ff.de cõdi.ob cau.in 7.col.vbi omnia refert,& reſidet cum opi.communi.videlicet ꝙ iuramentum obliget præcisè. Et propterea etiam in præcedenti arti.videtur concludendum, ꝙ iurans ſoluere præcisè teneatur ad ſoluendum,& non poſſit compenſare fructus in ſortem,& ita tenendum eſt.Aduerte tamen in prędictis,ne decipiaris:quia prædicta procedunt,ꝙ debitor teneat in vtroque caſu præcedenti præcisè ſoluere creditori ſuũ creditum,& ꝙ ad euitandum ſolutionem nõ poſſit ꝑ eũ obiici compẽſatio fructuum perceptorum per creditorem ex re pignorata,& hoc ꝓp iurm : ſed ſoluto credito debitori poterit debitor poſtea repetere a creditore pignus una cum fructib. perceptis per eum,& etiam percipiendis,iuxta dicta ſupra in princ. iſtius 5.memb.iſte eſt text.& ibi no.Abb.in d.c.ad noſtram.de iureiu.

quæ

Source : BIU Cujas

16 quæ bene no.¶†Sextò limitatur d.regula,vt illa non procedat in fructibus perceptis per generum ex pignore ſibi dato a ſocero pro dote,puta quia ſocer promiſit dotem genero: & quia non habebat tũc pecunias in promptu pro ſolutione dotis,tradidit ei quaſdam poſ.in pignus pro dote prædicta,ex quibus gener & maritus percepit fructus;tales enim fructus non debent extenuare dotem,ſed cedere debent marito loco intereſſe pro oneribus matrimonii ex cauſa dotis non ſolutę,vt eſt tex.& ibi per Abba poſt alios in c.ſalubriter. de vſur. & habetur per doc. maxime Bal.& Ang.in d.l.diuortio.in prin.ff.ſol. mat.& Bar.in l,at qui natura.§.non tantum ff.de neg. geſt. Iſta tamen limitatio reſtringitur,vt habeat locum, donec maritus viuit,& ſupportat onera matrimonii,ſecus autem eſt in eius hærede; quia ſi hæres perſeueret in tenendo dictas poſſeſſio. pignori datas ꝓ dote & percipiat fructus,debebit eos in ſortem computare: vt firmat Abb.poſt Innocen.in d.c.ſalubriter. in 2. q. & ita etiam tenet Hoſt.& Io.And.& Io.de Lig.ibidem, quos refert & ſequitur Archiepiſcopus Flo.nunc ſanctus Anto.in trac. de vſuris.in q.28.& ratio differentię eſt;quia hæredes mariti ſtatim poſſunt ſe expedire a muliere reddendo ei pignus,quod non poteſt maritus.c.tua nos.de iureiur.el 2.& quia dos ſolu.matri.deſinit eſſe dos,ita dicunt præfati doc.¶Secundò reſtringitur dicta limi.6. vt non habeat locum,ſi maritus cederet ius dicti pignoris alteri; quia in ceſſionarium nõ tranſit iſtud priuilegium,ꝙ fructus percipiendi ex pignore non debeant in ſortem computari; ſicut enim iſtud priuilegium non tranſit in hęredem mariti,vt dictum eſt in proxima præcedenti reſtrictione, ita& non tranſit in ceſſionarium,ita tenet Bal.in rub.de vſur.num.4.& ſequitur Alex.in d.l.in inſulam.§.vſuras.in fi.ff.ſol. mat. per alia etiam q̃ ibi alle.Tertiò reſtringitut.d.vj.limi. vt procedat ita demum, ſi fructus percepti ſeu percipiendi per maritum ex pignoribus ſibi pro dote datis ſunt reducibiles ad intereſſe, hoc eſt ſi illi fructus non multum excederent alimenta condecentia conſiderata quantitate dotis pro qua pignora data fuerunt; tunc enim non computarentur in dotem, & procederet.d.c.ſalubriter,ſecus autem ſi fructus multum excederent dicta alimenta: quia tunc in illo exceſſu deberent in dotem computari. ita ſignanter vult Bal.in l. fin.§ præterea.C de iure dot.refert & ſequitur Ale.in d.l.in inſula.§.vſuras.in fi. & latius idem Alex. in conſil. 178.viſo proceſſu.pe.col.num.10.7. vol.

17 ¶†Sed dubitatur in prædictis, quid ſit dicendum in vxore ſolu.ma.an ſi ei ſit datum pignus pro dote ſibi reſtituenda ab hęredibus mariti non habentibus pecuniam, & ipſa ex eo percepit fructus,an illi ſint computandi in dotem.Abba.in d.c.ſalubriter.tenet ꝙ ſic,& ita magis communiter tenet doc. in d.l. in inſulam.§.vſuras,vt ibi per Imo.& per Alex.in l. diuortio.in prin.ff.ſol.mat.& in conſi.xxvii.viſo themate.4.vol. & de materia habetur copioſe per Cor.in conſi.64.& 145.2.vol. & in cõſ. vlt.eo.vol.& in conſi.164.& 240.3.vol.& ratio eſt: quia etiã ꝙ hæredes mariti ſint in mora reſtituendi dotem,nihil propterea debetur vxori pro alimentis:quia imputandum eſt ei,quare dotem non exegerit,ita late diſputando firmat Alex.in d.l.diuortio.in prin.in 5.col.dicens iſtam eſſe communem opin. Et iſta concluſio in vxore procedit,etiam ſi mulier, cui facta eſt mora per hęredes mariti in reſtituẽdo dotem poſt annum aliquid ab eis ſtipulata ſit pro alimentis,donec ei reſtituatur dos; quia adhuc non obſtan.illo blando vocabulo alimentorũ, nihil ei deberetur: vt habetur ſolenniter per Pet.de Anch. in conſi. 150. in.q.quæ vertitur,& refert & late extendit Ale. in d. l. diuortio. iu princ. in 6. col. Iſtud autem,ꝙ dictum de vxore reſtringitur duobus modis.j.modo,quando hæredes mariti fuerunt in mora reſtituendi dotem,& vxor reperitur in damno emergenti,& poteſt exemplificari,quando mulier non haberet, vnde aliunde ſe aleret,vel aliter damnum pateretur ex mora dictorũ hære.quia etiam hodie de iu.cano.vſurę peti poſſunt ratione dãni emergentis,vt per gl.in l.2.C.de vſur.& plene per cano.in c.cõqueſtus.extra eod.tit.& per gl.in l.curabit.C.de act. emp. Iſto.n. caſu ſi mulier perciperet fructus ex re ſibi pignori data poſt reſtitutionem dotis,non teneretur eos in dotem cõputare vſque ad condecentiam ſui intereſſe damni emergentis,& ita tenet Bal.No.in trac.dotis.in 8.parte prin. in 22.priui.& latius Ale. in d.l diuortio. in prin.in 6.col.Secundo modo reſtringitur id qđ s̃.concluſum eſt in vxore,quando præcedente mora hæredum in reſtituenda dote,mulier eſſet talis,quæ eſſet ſolita dare pecunias mercatoribus ad honeſtum lucrum,nam tunc ratione lucri ceſſantis poterit mulier percipere ex fructibus illud intereſſe,quod veriſimiliter lucrata fuiſſet,ſi dotem rehabuiſſet, & illam ad honeſtum lucrum mercatoribus dediſſet,iuxta no.in l. 3.in fi.ff.de eo quod cer.lo.& ita tenent Bal.nouellus & Ale.in locis ſupra in proxima reſtric.alle.Extra autem iſtas duas reſtri. habet locum limi. & conclu. ſupra facta ſcilicet, quòd vxor teneatur fructus ꝑceptos ex re pignorata ſibi ꝑ reſtitutione dotis computare in ſortem etiam data mora hæredum mariti, iuxta tex.& ibi no.in l.Titia.ff.de ſol. non obſtan. quocunq; pacto quibuſcunque blandis vocabnlis concepto, vt per Alex. in d.l. diuortio.in prin.in 6. colum. Et per hæc eſt expedita iſta 5.pars princ. iſtius tractatus &c.

¶Sexta pars principalis.

CApio igitur nunc.6.partem princi.tracta.noſtri,in qua ponitur materia reſolutionis pignoris & hypotecę.videlicet quibus modis tollantur,& reſoluantur pignora & hypote. Et iſta pars pro faciliori ordine diſtingui tur in 3.membra prin.in j.membro tractabitur de uenditione & alienatione pignoris & hypotecę.In ſecundo membro videbimus de preſcriptionibus pignoris & hypotecę.In tertio membro diſcutietur de diuerſis aliis modis quibus pignora,& hypotecæ finiantur & reſoluantur.

SVMMARIVM.

1 *Creditor non poteſt ad venditionem pignoris peruenire, niſi debitor ſit in mora.*
2 *Ius digeſtorum & ius.C.differunt in materia venditionis pignorum.*
3 *Conuentio facta inter creditorem & debitorem, quòd creditor non poſſit vendere pignus,an ſit validum.*
4 *Denuntiatio trina qualiter ſit fienda, & quantum interuallum in illa eſſe debeat.*
5 *Pactum,quòd pignus vendi poſſit per creditorem nulla denuntiatione præcedente validum eſt.*
6 *Debitor an pro venditione pignoris debeat admoneri,vt adſit venditioni.*
7 *Ordo in venditione pignoris iudicialis qualis ſit ſeruandus.*
8 *Pignus prætorium infra quantum tempus vendi poſſit.*
9 *Venditio pignoris iudicialis vel prætorij debet fieri auctore prætore.*
10 *Creditor an poſſit admitti ad emptionem pignoris iudicialis,vel prætorij.*
11 *Creditor an poſſit alienare pignus conuentionale.*
12 *Dominum alicuius rei non habens an poſſit in alterum transferre.*
13 *Creditor dicitur in pignore procurator debitoris.*
14 *Creditorem poſſe transferre dominium pignoris in ementem qualiter intelligatur.*
15 *Creditor poteſt vendere pignus ſeruatis tamen ſeruandis.*
16 *Creditor an poſſit vendere pignus pendente lite mota per alium contra debitorem ſuper re pignorata.*
17 *Creditor poteſt vendere pignus non obſtante diuiſione de eo facta inter hæredes debitoris.*
18 *Creditor an poſſit vendere ſimplicem hypotecam.*
19 *Ceſſionem habens a creditore an poſſit pignus vendere.*
20 *Creditor an poſſit vendere fructus pignoris.*
21 *Creditor an poſſit vendere pignus pro parte redemptum.*
22 *Rebus pluribus pignoratis an poſſit creditor vendere vnam illarum.*
23 *Creditor an teneatur conſentire debitori volenti vendere pignus.*
24 *Creditor an poſſit vendere pignora incorporalia.*
25 *Creditor an poſſit pignus precario debitori conceſſum vendere.*
26 *Creditor an poſſit vendere pignus debitori.*
27 *Debitor habet actionem pignoratitiam contra creditorem dolo malo pignus vendentem.*
28 *Pignus venditum quo caſu poſſit a debitore vendicari.*
29 *Creditor volens vendere pignus minus iuſto pretio poteſt impediri per debitorem.*
30 *Creditor ſecundus an & quo pacto poſſit vendere pignus.*
31 *Hypoteca præſcriptione perempta perit, ſic & auctoritas vendendi pignus.*
32 *Emens pignus a debitore præfertur ementi a creditore,ſalua hypoteca creditori competenti.*
33 *Emere rem ſuam nemo poteſt.*
34 *Res vna pluribus creditoribus hipotecata an poſſit vendi.*
35 *Deditor obligans omnia bona ſua creditori pro debito an poſſit vendere & dominium transferre.*
36 *Debitor conſtitutus ſe poſſidere bona hypotecata pro creditore ſi ea alienet, poteſt creditor agere ad reuocationem.*
37 *Creditor an vendendo pignus poſsit habere fidem de precio.*
38 *Periculum creditoris vendentis pignus & habentis fidem de precio in quo verſetur.*
39 *Domus combuſta creditori hypotecata ſi a debitore reædificetur,an poſſit ex tunc per creditorem vendi.*
40 *Creditor vendens pignus an teneatur emptori de euictione.*
41 *Creditor vendens pignus iure permittente an poterit euincere illud ab emptore.*
42 *Solutione eius quod debetur tollitur omnis obligatio.*
43 *Res obligata creditori tradita an vendi poſsit.*
44 *Actio ſemel extincta non reuiuiſcit.*
45 *Medium inter eſſe obligatum & non eſſe obligatum eſt ſuſpenſio obligationis ad tempus.*
46 *Creditor qui vendidit pignus & promiſit de euictione in caſibus promiſsis poteſt retinere alia pignora, donec ſibi a debitore de indennitate caueatur.*
47 *Subhaſtatio an in venditione pignorum requiratur.*

¶Primum

Source : BIU Cujas

¶Primum membrum 6. partis principalis.

AGgrediendo itaque primum membrum huius 6. partis princi. in quo tractabimus de venditione, & alienatione pignorum, pro intelligentia dicendorum in
1 materia sunt præmittenda aliqua. † Et primò ꝙ ante quàm perueniatur per creditorem ad uenditionem pignoris, requiritur, ꝙ debitor sit in mora soluendi debitum; vt est text. & ibi Bar. & Sali. in l. cum soluendæ. ff. de distrac. pig. & ideo vbi est apposita certa dies ad soluendum, illius lapsus sufficit ad cõstituendum debitorem in mora. l. magnam. C. de contrahen. & com. stipu. & ita proprie loquitur tex. in d. l. cum soluendæ, ubi autem dies non esset apposita, requiritur interpellatio ad constituendum debitorem in mora, iuxta. l. si ex legati causa. & ibi not. ff. de uerb. obl. Et istud etiam procedit, quando data esset licentia creditori, ꝙ posset uendere pignus; quia semper talis licentia intelligitur concessa sub ista conditione, si debitor fuerit in mora soluẽdi debitum, ita declarat Pau. de Cast. in l. si cõuenerit. la j. quæ est lex 4. ff. de pig. actio. & isto casu quando est data licentia creditori uendendi pignus, sufficiet mora debitoris ad uendendum pignus absque alia denuntiatione: vt tenet glo. in l. creditor hypothecas. C. de dist. pig. & hoc procedit tam de iure digestorum. secundum d. l. si conuenerit. quàm de iure. C. secundum. l. fin C. de iure do. impe. ut declarat Paul. de Castr. in
2 d. l. si cõuenerit. † Secundò præmitte, ꝙ quando non fuit data licentia creditori vendendi pignus, & neque concessum, neque prohibitum uendere, est differentia inter ius digestorum & ius C. quia de iure digestorũ vltra moram debitoris nulla alia requirebatur denuntiatio, vt sentit gl. in d. l. si conuenerit. in gl. in verbo liceat quàm ibi sequitur Pau. de Cast. hodie autem de iure. C. secundum d. l. fin. C. de iure do. imper. in §. j. requiritur vna denuntiatio, & illa sufficit. ita tenet gl. in d. l. creditor hypothe-
3 cas. † Tertiò præmitte, ꝙ conuentio facta inter creditorẽ & debitorem, ꝙ creditor non possit vendere pignus, de iure non valet: quia est cõtra publicam utilitatem, nam si creditor nõ posset uendere pignus, non reperiretur, qui uellet mutuare indigẽtibus, ita dicit gl. elegans in d. l. si conuenerit. quàm sequunt ibi doc. & per hoc dicit ibi Sal. ꝙ huic iuri uendendi pignus ꝑ creditorem renuntiari non potest, per l. ius publicum. ff. de pac. & sequitur Ang de Areti. instit. quibus alie. licet uel non. §. j. in fin. in uer. vnum præceteris no &c. sed isto casu quando fuit conuentum, vt creditor non possit vendere pignus de iure digestorum per d. l. si conuenerit. requiritur trina denuntiatio, antequàm procedatur in venditionem pignoris, quasi præcedens conuentio de non uendendo pignore contineat in se tacitam conditionem, nisi ter fuerit denuntiatum debitori, ut solueret, ita declarat Sal. in d. l. si conuenerit. secundo no. & tenet gl. in d. l. creditor hypothecas. & gl. in d. §. j. insti. qui alie. li. vel nõ. Nec istud de trina citatione requisita isto casu hodie est correctum per d. l. fi. C. de iure do. impe. vt declarat Pau. de Cast. in d. l. si cõuenerit. quia si nihil est conuẽtum de venditione pignoris, requiritur vna denuntiatio. d. l. fin. fortius debet requiri trina, qñ
4 fuit conuentum, ut pignus non posset uendi. † Et ista trina denuntiatio non potest fieri vno contextu; uidelicet, solue, solue, solue, quia hoc modo non diceretur quis ter denuntiasse: sed ter fuisse locutum, arg. l. Meuius. §. eum qui. ff. de leg. 2. ita tenet gl. Bar. & omnes alii in d. l. si conuenerit. & Alex. in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. in j. & 2. col. in uer. prædictis adde. ff. de no. op. nun. Sed dubitari posset, quantum spatium debeat intermitti inter vnam denuntiationẽ & aliam, & gl. & Bar. in d. l. si conuenerit. tenet, ꝙ saltẽ debeat intermitti spatiũ vnius diei inter vnam denuntiationem & aliam. Sed Iac. But. Sal. Pau. de Castr. & alii ibi tenent, ꝙ istud sit arbitrarium, & ꝙ iudex debeat arbitrari, ꝙ ad minus in istis denuntiatio. debeat intermitti spaciũ decem dierum. quia debitor non debet uenire cum facco paratus, arg. l. si debitori. ff. de iudic. uel ẽt minus ad arbitrium iudicis, & istud tenet & reputat uerius Ang. de Aret. instti. qui. alie. li. vel non. §. j. col. fi. Quartò ꝑmitte, ꝙ post dictas denuntiationes vt supra diuersimode requisitas anteq̃ deueniatur ad uenditionem pignoris debet expectari biennium, iuxta. l. fi. C. de iure do. impetra. ita tenet gl. in d. l. si conuenerit. quàm ibi sequitur Bar. subdens ꝙ in quibusdam partib. annus tm̃ expectatur, & ita ẽt tenet ibi Sal. Istud autẽ bienniũ, qñ creditũ est liquidum, currit a tpe denuntiationis, qñ uerò non est liquidũ, currit a tpe sñtiæ, vt vult gl. in d. l. si conuenerit. quàm ibi sequitur Bar. sed gl. in d. l. fi. melius declarando dicit, ꝙ biennium currit a tẽpore vnicę denuntiationis, qñ vnica requiritur, qñ uerò requiruntur tres, currit omnibus elapsis, & quod dr̃ a tempore sñtiæ intelligit ibi gl. interlocutoriæ latæ ꝺ debitorem de soluendo debitum, siue de luendo pignus, & istud sequitur Saly. in d. l. si conuenerit.
5 † Quintò præmitte, ꝙ prædicta procedunt, nisi esset factum pactum, quòd pignus uẽdi posset per creditorem nulla monitione uel denuntiatione præcedẽte; qa tale pactũ ualet, & tũc nõ requirit alia monitio, ꝑsupposita tm̃ semper mora debitoris in soluẽdo: vt dixi s̃. in j. præmisso, nu. 1. ita no. Bart. in l. Titio. §. fi. ꝑ illũ tex. ff. ad mun. & idẽ vult gl. ī l. creditor hypothecas. ff. de distra. pig in gl. in versi. testato. & ibi Bal. idem tenent Sal. Pau. de Ca. & Alex. in d. l. si conuenerit. & Bal. in d. l. fi. C. de iure do. im-
6 pet. † Sextò præmitte, ꝙ vltra supradictas denuntiationes vt supra requisitas in vẽditione pignoris requiritur, etiam anteq̃ deueniatur ad actum venditionis alia admonitio debitoris, nõ quidem vt debitor soluat, vt priores factæ sunt, sed vt veniat & assistat venditioni, si vult, & sic ista fit ad tollendum fraudis prę sumptionem, & de hac admonitione loquitur proprie. d. l. creditor hypothecas. Adde tamen, ꝙ si ista vltima admonitio omittatur, nihilominus valebit venditio: quia per alias denũciationes iam erat acquisita potestas creditori vendendi pignus, ideo venditio firma est, sed si commissa esset fraus in vendendo per creditorem, posset conueniri à debitore directa pignoratitia ad interesse, omissis autem primis denunciationibus vt s̃. requisitis vẽditio esset nulla, tex. est in d. l. creditor hypothecas, & ibi no. Iac. de Are. Cy. & Bal. & Pau. de Ca. in d. l. conuenerit. Quæ omnia vt supra in istis sex præmissis posita per me, sub breuitate magistraliter tamen refert Bart. in l. pe. quæ incipit, creditor. ff. de distrac. pigno. videlicet ꝙ ad hoc vt creditor possit vẽdere pignus primò requiritur, ꝙ debitor sit in mora soluendi. d. l. cum soluendæ. & l. debitores. C. de pign. secundò requiritur, ꝙ creditor post moram expectet per biennium. d. l. fi. C. de iure dot. impe. & hoc nisi aliud tempus sit appositum ex pacto, vel ex consuetudine, vt l. de quibus. ff. de legi. & istis cessantibus vẽditio esset nulla, vt d. l. fi. Tertiò ſm Bar. requiritur, ꝙ tempore, quo pignus exponitur venale, istud denuntietur debitori. dicta l. creditori. hypo. sed tamen si hoc tertium esset omissum, venditio non esset nulla, sed creditor tanq̃ in malafi. teneretur pignoratitia ad interesse. dicta l creditori, prout tenetur, quando malamfidem adhibuit in vendendo pro viliori pretio: vt l. 1. C. si vendi. pign. aga. & aliquid de materia habetur per Cor. in
7 consi. 172. in litera, a, & e. j. vol. & in consi. 79. 3. vol. &c. † Septimò præmitte, ꝙ prædicta procedunt in pignore conuentionali, in pignore autem iudiciali, quod capitur pro executione sententiæ diffi. iuxta. l. a diuo Pio. ff de re iu. alius ordo est seruãdus, qñ ad illius venditionem proceditur. Nam primò postquã est lata sñtia contra debitorem, anteq̃ procedetur ad capiẽdum pignus, debet supersederi per 4. menses; quia istud tps. 4. mensium datur condemnaris ad soluendum. l. 2. C de usu. rei iud. & late de hac materia tps quatuor mensium hr̃ per Ias. in l. debitorib. ff. de re iu. vbi ponit in hoc regulã cum 7. limitatio. Secun
8 dò post pignus captum debet adhuc debitor expectari per alios 2. menses, anteq̃ procedatur ad venditionem pigñ & istud tps duorum mensium non reperitur hodie immutatũ ſm Bar. in l. à diuo Pio. §. in vendõne ff de re iu. & in l. debitorib. eo. ti. & in l. fi. ad fi. C. de exec. rei iud. & sic istud tps. 2. mensium est præfixum solum ad uenditionẽ pig. non aũt est præfixũ ꝺdemnatis ad soluendũ, q̃is in hoc ꝙrium & male teneat glo. in l. 2. C. de usu. rei iu. & in l. si debitori fi. de iud. & Cy. ī l. j. uer. fi. C. de dila. prout ista late firmantur per Bar. Alex. & Ias. in l. debitorib. ff. de
9 re iud. † Et ꝑdicta procedũt ī pignore iudiciali propriè sumpto ꝙ capitur pro executione sñtiæ, sed ī pig. ꝓtorio, ꝙ est ꝓpriè qñ capit̃ in ꝓtum. ciã rei non ꝓparentis, uarię fuerunt opi. inter antiquos j q̃ ũ tps uendi possit: & Spe. in ti. de 1. & 2. dec. refert noue opi. Tamen magis cõis opi. est, ꝙ relinquatur arbitrio iudicãtis. j. quantum tps tale pignus ꝓtorium possit uendi, ex quo tale tps in iure non inuenitur determinatũ, iuxta tex. in l. j. in fi. ff. de iu. deli. & in c. de causis. de of. dele. & in c. fi. de transa. & hęc opi. approbatur per doct. in l. cũ proponas C. de bo. au. iu. pos. & per Bar. & alios in l. si finita. §. Iulia. ff. de dam. infec. & latè per Alex. in l. a diuo Pio. § in venditione in 5. col. in ver. quærit glo. infra quantũ tẽpus ff. de re iud. & ibi per Ias. & per Ias etiam in d. l. de-
10 bitoribus. † Adde in materia, ꝙ vẽditio pignoris iudicialis vel prætorij debet fieri auctore prętore, videlicet per iudicẽ ordinariũ causæ, vt est tex. & ibi gl in l. j. C. si in causam iu. pig. ca. sit. supple tu secundum Salice. ibi, vel etiã delegatũ, si eidẽ data sit potestas ex rescripto delegantis. Non aũt vendi põt per creditorẽ missum in pos. nisi forte iudex cõcesserit creditori talẽ auctoritatem, vt sipse creditor propria auctoritate possit vendere pignus, quia istud iudex põt facere, vt not. Bal. post Iac. de Are. & Cy. in l. 2. C. eo. ti. & habetur ꝑ Alex. post gl. & alios in l. miles. §. quæ indicati. ff. de re iu. tũc enim pars cẽsetur constituta executor & nũcius in causa sua, vt not. Bar. in l. iuste possidet ff. de acq. pos. & sequitur Ias in d. §. qui iudicati. † Adde ẽt, ꝙ dum vẽditur pignus iudiciale, vel prætoriũ, si non reperitur emptor, vel si reperitur, & nõ offert iustũ pretium, põt admitti ipse creditor ad licitandũ, & ipso offerente iustum pretiũ põt ei vendi pignus tã quàm extraneo, tex. est & ibi Bald. & Sali. in d. l. 2. C. si in causam iud. pig. c. sit, & si emptor nõ inuenitur, nec ipse creditor vult licitare; quia inuitus non cogitur, põt creditori pignus adiudicari auctoritate principis, vt l. fi. C. eo. tit. Dũ aũt dictum est, auctoritate prin. intelligetur per iudicẽ ordinariũ causæ facientẽ hoc auctoritate ordinaria sibi a principe cõcessa, nõ aũt ꝙ noua auctoritas in hoc requiratur: oĩa enim iure facimus, quibus auctoritatẽ nostrã impartimur, dicit Impator in l. auctoritatẽ. §. oĩa.

Source : BIU Cujas

C.de vet.iur.enuclean. Ita declarant Bald.& Saly.in d.l.fina.& Saly.in l.ordo.C.de exe.rei iudi.per l.a diuo pio.§. si pignora.ff.
11 de re iudi.quicquid aliud dixerit super hoc Cy.in d.l.fin. † Et ex prædictis apparet,q̃ creditor uel ex pacto, vel sine pacto seruata forma iuris põt alienare pignus conuentionale,vt dictum est supra & alienando transfert dominium in ementem, licèt ipse creditor,qui alienat,non sit dominus; vt insti.qui.alie.licèt uel non.§.j & ibi per Ang.de Are.Intellige tu ita demũ, si emptor sit inductus in pos.pig.a creditore vendente,non aliter,vt l.qui
12 prædium.& ibi Bal.C.de distra.pig. † Nec est nouum,q̃ qui dominium non habet, alii dominium det: ut l.non est nouum.ff. de ac.re.do.& isto casu fallit regula.l.traditio.eo.titu.& l. nemo potest plus,ff.de reg.iur.& ibi gl. & Decius ponunt plures alios
13 casus in quibus quis nõ hẽt dñium,illud tñ alii dat. † Et põt esse rõ:quia creditor in pignore dicitur procurator debitoris.l.creditori.& ibi no.Pau.& Ias.ff.de no.ope.nun.& Bar.in l.si pignori.in ulti.col.in uer.sequitur.9.pars.ff.fa.er.& hoc etiã in pignore vendendo & transferendo dominium in emptorem, vt not. Bal.in l.j.in uer.item not.q̃ creditor.C.credi euictio. pigno. nõ debere & ideo dixit Bal.in l.j.in 2.col.ĩ uer.sed q̃ quia lege &c. C.si seruus extero.& ibi etiam Cy.& Pau.de Cast.q̃ quãdo cre-
14 ditor uendit pignus,censetur vẽdere ipse debitor. † Et illud qđ dictum est,q̃ creditor vendens pignus transfert dominium in emptorẽ,intellige procedere,qñ creditor, qui uẽdit, possidet pignus:secus autem si creditor non possidet,sed agit q̃ tertium posses.pigno.hypo. & quia ille tertius possessor non restituit ei pignus,creditor ab eo recepit litis æstimationẽ; quia in istũ tertium possessorem soluentem creditori litis æstimationem non transfertur dñium p creditorem,per tex.in l.creditor qui rem. ff de pign.act.nã licèt aliàs solutio litis æstimationis in actione reali habeat vim emptionis:vt l.litis æstimatio.ff. pro empt.tñ secus est in pignore & hypotheca,vt no.Pau.de Cast.in l.si cõue nerit.in fin.j.col.ff.de pign.actio.& late notaui supra in 4.mem-
15 bro.5.partis prin.vbi uide &c. † Ex præmissis igitur supra relatis sume regulã,q̃ creditor potest uendere pignus seruatis tamen seruandis,de quibus supra dictum est,& in ista regula pone primò decem amplia.& postea totidem limitationes, ex quib.habebis totã materiã,qñ creditor possit alienare pignus,& qñ nõ possit.Primò igitur amplia regulã,vt procedat non solũ in reb. maioris & profanis,sed etiam in rebus ecclesiæ & minoris. Nã si res ecclesiæ & minoris sint a principio solenniter pignoratæ: vt de iure requiritur,poterunt postea uendi per creditorẽ non seruatis solennitatib.aliàs requisitis in uenditionib. rerũ ecclesiæ,uel minorum:ut not.Bar.in auc.hoc ius porrectũ. in ult.col in uer.quæro pone q̃ ecclesia pignorauit fundum.C.de sacros. eccles.& hoc p tex.in l.pupillorũ.§.j.ff.de reb.eo. & faciunt no. p Bar.in l.3.in j.q.princi.C.de pig.& per Flor.in l.caueri.ff.com. præd.Secũdò amplia.d.reg.ut procedat,etiam si debitor in suo testamẽto prohibuerit alienari bona sua sub pœna applicationis fisco,si fuerint alienata,vel sub alia pœna:quia non obstan. tali prohibitione creditor non impedietur iure creditoris alienare sua pignora,vt est tex.& ibi glo.Bal.& Salyce.in l.j.C.debito.venditio.pigno.impedi.non posſ.& idem est,si testator rem pignoratitiam creditori suo in testamento alteri legauerit; qa p tale lega.nõ impeditur creditor iure creditoris uẽdere, & idẽ est,si in dicta re debitor in testõ fecit aliquàm substitutionẽ, vt omnia ista no.per Bald.in d.l.j.nam ſm eum uenditio facta per creditorẽ extinguit legatũ.l.qui solidũ.§.fi.ff.de lega.2.cũ aliis ibi allegatis per eum.idem tenet Bal.in l.p̃dia.in ult.col. in uer. sequitur.2.pars.C.de fideicõmiſ.ubi etiã plus vult.uidelicet,q̃ si dicta uẽditio fiat p creditorẽ ex pacto inito cũ debitore, nõ sit in ea citandus legatarius,secus autẽ si fiat executiue in iudicio, ut ibi per eum. Et similiter nõ impedietur dicta uenditio, si debitor protestet creditori,ne uendat,uel aliis ne emãt, nisi prius debitor offeratur creditori integrum debitum cũ usuris,& creditore recusante recipere deponat,alioquin si modicum quid restet de debito,talis protestatio nõ releuat ĩ aliquo,& emptorem nõ constituit in mala fide tanq̃ facta a nõ habẽte ius ꝓtestandi,tex.est no.& ibi gl.fi.& Bal.& Sal.in l.fi C.debi.uendi.pi. impe.nõ pos.Et idẽ est in secundo creditore protestãte, ne primus uendat:ut l.fi.& ibi per doc.C.si anti.credi.& idẽ chyrographarius creditor q̃ non poterat uendere,uendiderit;quia per talem uenditionẽ iniuste factã non impedietur primus creditor hypothecarius uendere,vt est tex.& ibi per Bal.& alios in l.rei. C.de distra.pig. † Tertiò amplia regulam,q̃ talis uenditio fieri
16 põt p creditorem ẽt pendente lite mota p aliũ q̃ debitorẽ sup re pignorata;quia exercitiũ,qđ est natũ ipsi creditori nõ põt impediri p talem li tẽ,ita not.Bal.in d.l.j.C.de litigio.Sed aduerte, q̃ Bal.istud ibi non firmat,& ego credo, q̃ ampliatio nõ sit uera;quia res litigiosa nec alienari nec obligari põt,vt p Bart.in l.j. §.j.ff.de liti.& isti regulæ stãdũ est,nisi probetur exceptio, iuxta no.per Bar.& Ias.in l.2.ff.si quis in ius uoc.non ierit. & per Ias. in l.cætera ff.de leg.j.excep.autem non probatur lege,& nõ obstat text.in l.j.C.de litigio.quia ille text. loquitur in denuntiatione extraiudiciali, quæ sola non facit rem litigiosam, vt nota.ibi gloss.per l.j.ff.eod.& ita etiam sentit ibi Bald. & ideo non
17 puto tenendum hanc ampliationem.† Quartò amplia regulã, q̃ creditor potest vendere pignus non obstan.diuisione de eo facta inter hæredes debitoris,vt est tex. & ibi Bar.in l.arbiter.ff. de distra.pigno.& idem tex.ad literam est in l.fi.eod.titu.quem
18 Bar.dicit fuisse duplicatũ ex inaduertentia.† Quintò amplia regulam, vt procedat non solum in pignore tradito creditori, sed etiam in simplici hypo.quia etiam illam creditor vendere potest: ita tenet Bald. post Nico.de Ma.in l.si à creditore.C. de actio.& oblig.& Bar.in l.pe.in versicu.2.modo.ff. de distra.pig. & est tex.in l.si in hoc C.de distrac.pig.& hoc nisi ipsa hypo. esset præscriptione sublata vt habetur per Bald.in d. l. si à creditore,& isto etiam casu,s.quando creditor vendit hypothecam, transfert dominium in emptorem,si eum inducat in possessionem,quamuis ipse creditor non possideret,ita nota.Pau.de Ca. in d. l. si conuenerit.in versiculo item quæro, si tempore.ff.de pignoratitia actione.Subdit tamen hoc procedere,quando creditor vendit rem hypothecatam, secus autem secundùm eum si venderet ius,quod haberet in re; quia tunc solum ius pignoris esset venditum, & emptor isto casu potest intentare hypothecariam,non autem rei vendicationem,per tex. & ibi glo. & docto.in l.ex nominis.C.de hære.vel actio.vendi. quod not. vt euites equiuocationem &c.

19 † Sexto amplia regulam, q̃ non solum creditor principalis potest vendere pignus & hypothecam,sed etiam ille qui habet cessionem ab eo iuxta no.per Bar.& alios in l.Aristo.ff.quæ res pig. oblig. pos. Et istud habet locum non solum si sit cessa ipsa hypotheca,sed etiam si sit cessa simpliciter personalis;quia etiã tũc intelligit cessa hypothecaria, siue illa oriat ex obligatione gñali, siue ex speciali,vt ex text.& ibi no.Bal. in l.si in solutũ.C. de actio. & obliga. & cum ipsa hypothecaria comprehensa in cessione facta de personali in consequentiam & accessorie,trãsit etiam ius distrahendi in ipsum cessionarium,vt no.Bal.in d. l.si à creditore.in primo notabili,& dictum ius distrahendi, qđ (vt dictum est) transmittitur in cessionarium,fortius dicendũ est, q̃ transmittatur in hæredem creditoris,vt est text in l. si necessarias.§.penultimo.ff.de pignorat itia actione.vbi habetur,q̃ creditor possit vẽdere pignus, in dubio non censetur personale,sed extenditur etiam ad hæredem, nisi aliud in contrarium
20 actum sit. † Septimò amplia dictam regulam, vt creditor non solum possit vendere pignus,sed etiam fructus pignoris nõ durabiles,ne pereant:ita not.Bal.in l.j.in j.q.C. de pigno. acti.post gl.Fran.Accur.& Cyn.in l.diuortio.§.ob donationes.ff.sol.ma. quos Bald.alleg.

21 † Octauò amplia regulam,vt procedat, etiam si esset soluta pars debiti ipsi creditori; quia hoc non obstante creditor non tenetur restituere partem pignoris debitori: sed adhuc potest vendere.l.quandiu.C.de distra.pign.vbi Bal.dicit hoc procedere,etiam si vnus nummus tãtum deficeret,& ratio est; quia ius pignoris est indiuiduum,vt ibi no.Bal.& Saly.ad idem tex.in l. si necessarias.§.si vnus.ff.de pig.actio.Et extende istam ampliatio.tribus modis.Primò,vt habeat locum,etiam si plures res essent pignori datæ,quia creditor non cogetur vnam ex illis liberare per solutionem partis debiti.l.qui pignori.ff.de pig.Secundò extende,vt procedat ampliatio, etiam si principalis debitor decesserit relictis pluribus hæredibus,quorum vnus soluit partem suam debiti;quia hoc non obstan.tota res pignori data vẽdi poterit per creditorẽ, vt est tex.in d.l.si necessarias.§.si vnus. & tex.in l.unus.C.de distra.pign.vbi gl.allegat concordantes,& ratio est:quia pignus iter cohæredes nec actiue, nec passiue recipit diuisionem,vt l j.& ibi Bal. C. si vnus ex pluri. hære. credi. vel de. Et ex hoc infertur, quòd idem est, si creditor decesserit relictis pluribus hæredibus;quia licet vni ex dictis hæredib. soluatur sua portio crediti, tamen ceteri hæredes, quibus non est solutum,poterunt vẽdere totum pignus oblato & reddito debitori illo quod soluerat eorum coheredi,vt est text.in l. solutum.§.si creditori.ff.de pign.actio.& ibi no.Barto.Salyc. & Pau. de Cast. Tertiò extende,vt procedat ampliatio,etiam si sors sit soluta,sed non sint solutæ vsuræ & aliæ accessiones & expensæ factæ in pignore:quia etiam pro illis totum pignus poterit retineri,& vendi per creditorem,vt est tex.in d.l.si necessarias.§.fi. & ibi no.Bar.& de pretio pignoris prius satisfieri debet creditori de vsuris,& postea de sorte.l.cum & sortis.in prin.ff.de pign. actio.etiam si dictæ vsuræ essent debitæ naturaliter tantum.l.in his.§ imperator.ff.de solu.& late per Bart. in l.cum ex pluribus,
22 col.fi.eo.tit.† Octauò amplia regulam,vt procedat etiam quando plures res essent pignoratæ.& creditor vellet vendere vnam de pluribus:quia poterit,vt l.creditoris.ff.de distra. pigno.intelligendo tamen iuxta text.in l.2.C. de pigno. & vt latius dixi supra in 5.parte princi.in 2. membro cum sequen. & declarando etiam ut dicam infra in 5.limitatione huius regulæ. Intellige tamen hanc ampliationem & declara, nisi debitor instaret apud creditorem volentem uendere,quòd vendatur una tãtum res, quæ sufficiat ad creditũ, & q̃ si ipse creditor eam nõ vult uẽdere,patiat̃,q̃ ipse debitor illã uendat;quia istud debitor impetra-

re debet

Source : BIU Cujas

re debet a creditore,ita declarat Bar.in d.l. creditoris. & ibi seq-
23 tur Saly.per tex.in l.quamuis.in prin.ff. de pigno.actio. † Et ex hoc habes,ꝙ licet creditor non teneatur inuit' uẽdere pignus, vel uendere magis vnum,quam aliud,tamen bene cogitur cõsentire debitori uolenti vendere, & (si petatur) ostendere & exhibere pignus,vt inspici possit & uendi:ut est tex.in l.quamuis.in prin.& no.Iaſ.in d.l.a diuo pio.§.sed & illud. in j.not.ff.de re iudica.Intellige tñ hoc præstita prius cautione per ipsum debitorem ipsi creditori (si res mobilis sit) pro sua indemnitate, ut est tex.in d.l.quamuis.in prin.& ibi no.Barto. quæ cautio debet esse cũ fideiusore de pignore restituendo, vel de pretio illius satisfaciendo ipsi creditori,vt est tex.in l.sicut.§. illud. vers. rurius.ff.quib.mod.pig.uel hypo.sol.per quẽ tex.dicit ibi Bar.in fin.determinari.d.l.quamuis.iunctis not.in d.l.a diuo pio.§.sed & illud.in fin.per Alex.sed si debitor uenderet pignus innito creditore,ei non præiudicaret, sed deberet vendere saluo iu. creditoris,ut l.si debitor.& ibi not.Bal.& Saly.C.de distra. pign.
24 † Decimò amplia, ut creditor possit etiam uendere vsumfructum sibi pignoratum & sic non solum pignora corporalia,sed etiam incorporalia:vt est ususfructus,ita nor.Bal.in l.j.in fi.C.si pig.da.sit.licet proprietas per eum cui solus vsusfructus pignoratus fuit uendi non possit;vt no.Bar.in l.si is qui.§.iura.in fi.ff. de pigno.ususfructus autem,sicut dictum est, & not.Alexan.in apo.ad Bar.in d.§.iura.dicens ꝙ ususfructus isto casu uenditus per creditorem nunquàm reuertetur ad proprietatem, per tex. & ibi not.per Bal.in l.j.C.si pi. pig. da. sit,& dixi late supra in mẽ specialis hypothe. videlicet in tertio membro secundæ partis
ſcilicet eſſe obligatũ, & non eſſe obligatũ, eſt medium, videlicet ceſſatio obligationis, ad tempus, & ſic ꝙ interim obligatio ſit in ſuſpenſo, vt late hĩ per Bar. & alios in l. 2. §. i. in ver. venio & intro in gl. ff. de ver. obli. & per Bar. in d. §. aream. vbi dicit, ꝙ aliud eſt, obligationem extingui, & aliud obligationem ceſſare, & remittit. ſe ad no. in d. §. j. ꝙ ibi declarat. ꝙ quando obligatio feminata eſt, ſed ex aliquo caſu dicitur eſſe in pendenti, tunc non eſt in pendenti obligatio, ſed eſt in pendenti exactio propriè loquendo, allegat. l. pecuniam. ff. ſi cer. pe. & ita ſe habet caſus noſter: qa obligatio debitoris ſemel nata fuit, & propter periculũ euictionis promiſſę per creditorem vendentem pignus illa obligatio ſeu liberatio ab illa dicitur eſſe in ſuſpenſo reſpectu tamen exactionis: quia licet obligatio duret, tamen interim pendente dubio euictionis nihil a debitore exigi poteſt, ſed exactio differtur in euentum futuræ euictionis & proprie, ita loquitur tex. in d. l. reſcriptum. §. j. in vltimo reſponſo. ibi. Arbitror interim quidem nihil a debitore peti poſſe, ſed in ſuſpenſo haberi liberationem &c. uerba ſunt tex. quæ ineuitabiliter probant, ꝙ interim pendente periculo euictionis debitor manet obligatus. & eius liberatio eſt in ſuſpenſo, & propterea ab eo interim nihil exigi põt, niſi demum ſequuta euictione. Et ex prędictis infero, ꝙ dum Decius arguit a ceſſatione, ſeu ſuſpenſione obligationis ad extinctionem illius male arguit: quia ſunt diuerſa, vt per Bart. in d. §. aream. & de diuerſis non debet fieri illatio, vt l. Papinianus exuli. ff. de mi cum vul non obſtat text. in d. l. 2. ff. de in diem addic. quia ille text. inducitur nimis a remotis. item potius facit pro opinio. mea: quia ibi dicitur, ꝙ venditio, quæ venit reſoluenda interim videlicet, ita & in propoſito obligatio debitoris, quæ venit extingueuda ceſſante euictione promiſſa per creditorem interim pendente periculo euictionis durat, & liberatio ſtat in ſuſpenſo, et ſic aliud eſt, liberationem ottam eſſe, & aliud illam eſſe in ſuſpenſo; quia ſicut, vt dictum eſt ſ. per no. per Bar. in d. l. 2. §. j. ff. de verbo. obliga. inter eſſe obligatum & nõ eſſe obligatum datur medium, videlicet obligationem eſſe in ſuſpenſo: ita inter eſſe liberatum & non eſſe liberatum datur medium, ſcilicet liberationem eſſe in ſuſpenſo; quia contrariorũ eadem eſt diſciplina l. j. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. donec ergo liberatio, manet in ſuſpenſo, nõ eſt verum dicere, debitorem eſſe liberatum, & non eſſe liberatum, ſed liberationem pendere ex futuro euentu, ergo interim poteſt fieri ceſſio dictæ obligationis, & ſi cõtingat debitorem ex toto liberari, euictione non ſequuta, ceſſio erit in efficax, ſi autem cõtingat debitorem non liberari; quia ſequatur euicrio, ceſſio erit efficax. Nec etiam obſtat tex. in l. hæc venditio. §. fi. ff. de contrahen. emp. quia ibi venditio valet procẽtum, ſed ſi emptor vendat fundum pluris, vt conuenit, augebit̃ pretium. In caſu autem noſtro durat obligatio, ſed ſuſpenditur exactio, & poteſt obligatio reſolui ex futuro euentu non ſequuta euictione per tex. in d. l. reſcriptum. §. j. ad fi. Nõ obſtat id quod no. Bar. in l. Iulianus. ad fi. ff. de condi. inde. dum vult, ꝙ quando præſens rei ſtatus tendit ad excluſionem, ſed dubitatur, an excluſio ſit futura perpetua tunc dicta excluſio habet vim excluſionis, adeo quòd interim fieri non poteſt exactio, vel executio; quia ego quoque fateor, quòd reſpectu exactionis inter m dicta liberatio habet vim excluſionis: quia interim debitor exigi non poteſt, vt dicit text. in l. reſcriptum. §. j. in fin. ibi. arbitror interim quidem nihil a debitore peti poſſe, ſed ex hoc non tollitur, quin interim poſſit fieri ceſſio dictæ obligationis, cuius liberatio ſtat in ſuſpenſo; quia ceſſio non eſt exactio, ſed ceſſionarius habebit differre exactionem in euentum futuræ

Source : BIU Cujas

euictionis,ſicut ipſe cedens;quia non plus iuris trãſtulit in ceſſionariũ, q̃ ipſe haberet.l.traditio.ff.de acquiren. rerum domi. Similiter non obſtat id quod not.Barto, in l.iudex poſtquam. in fin.ff.de re iudi.quia ſecundùm Bartol.ibi illa clauſula poſita in ſententia uidelicet,& plus & minus &c. operatur reſolutionem ſententiæ ſecundùm tamen tradita ibi per Barto. & ſimiliter in caſu noſtro ex futuro euentu illa liberatio, quæ erat in ſuſpenſo,poterit reſolui,vel confirmari, ſequuta uel nõ ſequuta euictione,ſed interim debitor nõ p̃t dici neq; liberatus, neq; nõ liberatus,ſed res ſtat ī medio, videlicet q̃ liberatio eſt ſuſpẽſa, iuxta no.per Bar.in d.l.2.§.j.de ver.obli. vnde cõcludo quòd quãdo creditor vendens promittit de euictione, interim debitor non dicitur liberatus,ſed liberatio manet in ſuſpenſo, & ſequuta euictione poterit agere contra eũ creditor ueteri actione pignoratitia contraria,ut eſt text.& ibi declarat Pau. de Caſ. in d.l.ſi pignore.§.fin.Et per conſequens interim creditor poterit cedere actionem contra debitorem alteri,quę tamen intentari non poterit,niſi demum ſequuta euictione,iuxta tex.in d.l. reſcriptum.§.j.in fin. & ita puto tenendum ſalua ſemper reue-
46 rentia dicti Do.Decii. † Octauò addendum eſt pro confitmatione prędictorum vnum,videlicet quòd quando creditor vẽdidit pignus & promiſit de euictione in aliquo ex tribus caſib. permiſſis,de quibus in d.l.ſi pignore.§.fin.ff.de pig. actio. quòd tunc debitor tenebitur cauere dicto creditori de conſeruando eum indemnem a dicta euictione promiſſa. Et pro tali cautione obtinenda poterit creditor retinere aliàs res pignoratas ſibi per debitorem,vt eſt text.not in l.ſi neceſſarias.§.j.ff.de pig.act. & ratio eſt;quia obligatio euictionis de iure non reſpicit ipſum creditorem,qui uendidit:ſed reſpicit ipſum debitorem, in cuius utilitatem pecunia ex pretio pignoris redacta conuerſa eſt, vt l.in creditore.ff de euic. Si tamẽ ipſe creditor voluit ſe obligare ad eam tenebitur,ſed debitor debet eum indemnem conſeruare,& propter hoc poteſt retinere res pignoratas, quando illas habet.d.l.ſi neceſſarias.§.j.ſed ſi eas non habet, poterit creditor agere contraria pignoratitia cõtra debitorem, vt eum indemnem conſeruet:vt d.l.ſi neceſſarias. in princip.ita determinat ibi Paul.de Caſt.in §.j.in fin.& ibi ſubdit glo.in verſ. retinere,quòd etiam ſi creditor promiſit de euictione extra illos tres caſus,de quibus.in d.l.ſi pignore §.fin. quòd omnino habebit retentionem pro dicta indemnitate: quia debitor omnino ad illam tenetur,per tex.in d.l.reſcriptum.§.j.ff.de diſtract. pig. Intellige tu iſto caſu vſque ad ſimplum tãtum, non autem ad duplum,ſi creditor eam promiſit ; quia quomodocunque creditor promittat de euictione etiã extra dictos caſus habebit ſemper regreſſum pro ſimplo contra debitorem; ut eſt tex. in d.l.ſi pignore.§ fin.cum l.ſeq & glo.not.in l.j.C.credi euic.pig.non debe.in glo.in uerſ.creditor.Cum ergo creditor, qui promiſit de euictione,poſſit tam per uiam retentionis quã actionis agere contra debitorem pro ſua indennitate, ſequitur quòd debi-
47 tor iſto caſu non fuit liberatus a prima actione, vt ſupra in præcedenti.q.concluſum fuit &c. † Poſtremò in iſta materia venditionis pignorum quęritur,an in venditione eorum requiratur ſubhaſtatio? Breuiter reſpondendo dicendum eſt, quòd huiuſmodi ſolennitas ſubhaſtationis non requiratur, niſi in venditione pignoris capti pro executione rei iudicatæ,vt l.ordo C. de execu.rei iudi.& ibi late per Bald.& in l.2.& fin.C.de fide inſtrumen.& iure haſ.fiſ.lib. 10. In aliis autem pignoribus vendẽdis non requiritur talis ſubhaſtatio,niſi eſſent bona minorum, eccleſiæ, vel decurionum,vel fiſci,quorum bona ſunt prohibita alienari ratione publicę vtilitatis:nam in illis requiritur ſubhaſtatio,ut l.j.C.de prædi.curi lib. 10.& in auct. hoc ius porrectum.C.de ſacroſanc.eccleſi.ita ſolenniter declarat Bald.in d.l. ordo.Vbi etiam addit,quòd ſemper quando venduntur bona abſentis, requiritur ſubhaſtatio, allegat.l.fundus.ff.de reſcind. vendi.& de materia ſubhaſtationis vide plura per Bald. in d.l. ordo.& latiſſime per Fabianum de monte in tractatu emptio. & vendi.in 5.parte principa.in antepen.car.in 2.colum. in verſ. Sequitur de ſolennitate ſubhaſtationis &c. Et per prædicta ſit expeditum iſtud primum membrum.

SVMMARIVM.

1 *Iuri hypothecæ quam creditor hẽt in bonis debitoris ſui ſibi obligatis quanto tempore præſcribatur.*
2 *Præſcriptio in hypothecaria non impeditur per malam fidem auctoris.*
3 *Tempus requiſitum ad præſcribendum contra creditorem in hypotheca, an contra creditorem currat reſpectu tertij poſſeſſoris,antequam actium ſit contra principalem debitorem &c.*
4 *Vxori an conſtante matrimonio currat præſcriptio ad repetendum dotem.*
5 *Hypotheca an tollatur,vel extinguatur ſublata actione perſonali.*
6 *Hypotheca non tollitur per confuſionem inductam ex aditione.*
7 *Oblatione fideiuſſoria ceſſante an ceſſet hypotheca.*
8 *Hypotheca tollitur ex pacto.ex quo tollitur principalis obligatio.*
9 *Hypotheca tollitur per pactum de non petendo factum ſuper principali, et ſi factum ſit ad tempus.*
10 *Hypotheca tollitur per iuramentum deciſſuum delatum per creditorem debitori iuranti non debere.*
11 *Hipotheca tollitur per ſententiam abſolutoriam ſuper obligatione principali latam in fauorem debitoris.*
12 *Hipotheca multis tollitur modis.*
13 *Præſcriptio vtilis dominij contra debitorem an tollat hipothecariam contra creditorem.*
14 *Hipotheca an tollatur per vſucapionem triennalem.*
15 *Vſucapio quare non tollat hipothecam in re mobili ſpatio triennij.*
16 *Vſucapio in re mobili præficitur triennio reſpectu dominij, & reſpectu hipothecæ inducitur præſcriptio per poſſeſſionem decennio continuatam.*
17 *Vſu capta re reſpectu dominij an creditor poſſit eam auocare reſpectu hipothecæ.*
18 *Statutum,q̃ nullis actionibus ciuilibus præſcribatur minori ſpacio. 30. an.an comprehendat hipothecariam.*
19 *Præſcriptio actionis pignoratitiæ reſpectu iuris offerendi quo mediante ipſa oritur,a quo tempore incipiat.*
20 *Pignoratitia quanto tempore præſcribatur.*
21 *Præſcriptio contra pignoratitiam an de iure canonico procedat.*
22 *Præſcriptio poteſt currere etiam q̃ præſcribens ſciat alteri ius competere, ſi actio nondum ſit nata &c.*
23 *Præſcriptioni obſtat malæ fides, ſi id quod præſcribitur debetur iure actionis, ſecus ſi officio iudicis.*
24 *Pignoratitia præſcriptione ſublata an debitor poterit agere contra creditorẽ rei vendicatione ad pignus.*

Secundum membrum ſextæ partis principalis.

1 Equitur modo ſecundum membrum huius ſextæ partis principalis,in quo tractandum eſt,quãdo & quomodo pigno & hypothecæ reſoluantur & finiantur per præſcriptiones & vſucapiones.† Et primò quæritur, quanto tempore præſcribatur iuri hypothecæ, quam creditor habet in bonis debitoris ſui ſibi obligatis. Et concluſiue reſpondendo dicendum eſt, q̃ quando tertius poſſeſſor poſſidens rem hypothecatam alteri, non habet titulum a debitore ſed ab alio & in bona fide præſcribit iuri hypothecæ, quod habet creditor in dicta re, ſpacio 10.annorum inter præſentes & 20.inter abſentes, caſus eſt in l.1.& 2.C.ſi aduer.credi.lib.7 Sed ſi dictus tertius poſſeſſor non habeat titu. ab alio quàm a debitore, & non haberet bonam fidem,vel altero careret, non preſcriberet contra hypothecam niſi ſpatio 30.anno.vt l.cum notiſſimi.in prin. & §. 1. C. de præſcrip.30.an.Si autem dictus tertius poſſeſſor haberet cauſam a debitore;tunc donec debitor viuit,non poteſt preſcribere minori ſpacio quàm quadraginta annis,ſed ſi vellet incipere preſcriptionem poſt mortem debitoris, & nollet computare aliqd de tpe,quod cucurrit viuente debitore,poſſet præſcribere 30.annis d.l.cum notiſſimi.§.ſed cum illud.& ibi declarat gl.Bal.& Saly.principalis aũt debitor & eius hęres non preſcribit iuri hypothecę contra creditorem minori ſpacio q̃ 40.anni.d.l. cum notiſſimi.in prin.& §.1.& ibi per Bal.& Salv. Et prędicta procedunt de iure ciuili,ſed de iure canonico,quod attendendum eſt in cõcernentibus ſalutem animę,nulla procedit preſcriptio,niſi adſit mala fides,iuxta no.in c.fin.de preſcri.& in regula.poſſeſſori. lib. 6.Et propterea neque debitor,neque hæres poterunt preſcribere : quia ſunt in mala fide, alii autem poſſeſſores ignorantes de hypotheca competenti in dictis bonis creditori, & ſic non exiſtentes in mala fide : vt l. ſed & ſi lege.§.ſcire.ff.de peti.hęre.& l. igitur.ff.de libe.cauſa,poſſunt præſcribere, etiam ſi haberent cauſam a debitore : quia ſtant iſta ſimul,q̃ quis habeat cauſam a debitore, & tamen ignoret de hypotheca primi creditoris, & ſic q̃ ex hoc ſolo, q̃ habeat cauſam a debitore, nõ ſit in mala fide.
2 † Et non obſtat huic ſingulari ſucceſſori habenti cauſam a debitore mala fide auctoris,ut in auc.malæ fidei.C.de preſcri. lõg. temp. quia illa auct. loquitur in præſcriptione dominii,& non habet locum in præſcriptione ſimplicis hypothecæ, ut probat ibi in ver.ſi dominus,& ita tenent ibi Iaco. de Aret. Cy. & Ang. de Are.inſtit.de actio.in §.ſed iſtę,in 8.fallen.& Alex.in l. Pomponius. §. 1.colum.4.in 6.fallen ff.de acquir. poſſeſſ. & Ang. de Are.inſtit.de act.§.item ſeruiana,colum.6.in verſic. quæro nunquid hodie &c. & Alex. in conſi.83.viſo proceſſu,num.15.& in conſi. 220. ponderatis his,in princ.6.volum.Prædicta autem declara duobus modis, primo modo,vt quæ dicta ſunt, procedãt in creditore priuato ; ſecus antem eſt dicendum in eccleſia, vel minore habentibus ius crediti,& hypothecæ in bonis ſui debitoris : quia contra eos non præſcribitur decem, uel viginti annis, ut dictum eſt in aliis creditoribus, ſed requireretur maius tempus, iuxta no.in auct.quas actiones.C.de ſacr.ſan.eccle.iuncta l.ſi.C.in qui. cau.in integ.reſti. no.non eſt neceſſ.& in l. ſicut. C.de præſcrip. 30.ann.& ita tenet Guido Papę, in q. 416. in ver. tertius poſſeſſor. Secundò declara prędicta de preſcriptione hypothecæ contra creditorem priuatum procedere, quando creditor non poſſidet pignus : tunc enim procedit præſcriptio modis ſupra notatis cõtra creditorem, ſecus autem ſi creditor poſſideat pignus: quia tunc ei contra hypothecam non curret præſcriptio,ſed per eius poſſeſſionem (quod eſt plus) preſcri-

ptio

Source : BIU Cujas

ptio interrũpetur vt est tex.in d.l.cum notissimi.in §.immo.Intelligẽdo tamen quando creditor possideret iure creditoris,& tanquam bona sibi obligata; tunc enim cõtra eum non curret præscriptio,& ita procedit.d.§.immo.vt est de mẽte Cy. Ang. & Raph.ibi,& ita notabiliter declarat Cor.in cons.20.1.vol. Et ratio est:quia ex quo licite creditor incũbit pignori, & iure creditoris illud detinet,non videtur esse in negligẽtia, si non petit
3 suum debitum,vt declarat Cor in d cons.20. † Secundò quæritur in materia,an tempus,quod requiritur de iure ad præscribẽdum contra creditorem in hypothecam secundum ꝙ supra in proxima præcedenti q.distinctum fuit,currat contra creditorẽ respectu tertij possessoris antequàm per creditorẽ actum sit ⁊ principalem debitorẽ,& de illius bonis excussum sit? Et in hoc Ale.in consi.58.viso & per lecto.in fi.5.vol.tenet, ꝙ tale tẽpus incipiat currere demum facta excussione & non ante:quia hodie creditor nõ potest agere contra tertium possessorem ante factam excussionẽ de bonis debitoris, vt in auc. hoc si debitor. C.de pi. & non valenti agere non currit præscriptio l. 1.in fi.C. de anna.excep.& hoc procedit,etiã si istud non posse agere cau setur ex culpa creditoris:quia secundum Alex.tempus non currit etiam impedito culpa sua,per tex & gl in c.quia diuersitatẽ. de conce.præben.Sed contra istam decisionem Alex.tenent late moderni in tractatu præscriptionũ, in 4. parte quartæ partis principalis,car.23.col.3.in ver.4.principaliter quæro.& in 1.parte sextę partis,car.46.col.3.ver.& ꝑ hęc infero ꝙ nõ est vera &c. & sequit. D.Petrus paulus Perusius in c.ex trãsmissa. in vl. ver. de præscriptio.& mouetur quatuor fundamentis contra Alex. & respondent ad d.c.quia diuersitatem. in quo se fundat Alex. vt ibi late per eos. Et ego etiam semper putaui dictam decisionem Alex.non esse tenẽdam,& hoc antequam viderem dictos modernos.Et vltra allegata per eos ista opi.contra Ale. fundari potest per id,quod vult Bal in l.sed & si per prætorem §.1.versi. sed nec ad eos.ff.ex qui.cau.ma.vbi dicit,ꝙ nõ censetur impeditus ille,qui de facili remouere potest impedimentum,& mouetur per tex.in c.fi.de ele.& idem tenet Bal.per d.c. fi. in l.quibus diebus.in prin.ff.de condi.& dem.& ibi pulchre per Pau. D.Ca.
4 †Et hic est,ꝙ vxori ad repetendum dotem currit præscriptio non solum a die soluti matrimonij,sed etiam constante matri. quãdo certum & notorium fuit maritum vergere ad inopiam; quia tũc mulieri incipit competere actio ad dotem repetendã vt est text. in l.in reb.§.omnis.ibi.minus idoneis,ex quo eis hoc infortuniũ illatũ esse clarueri t&c.C.de iure do. & l.vbi adhuc. co.ti.& nota.Saly.in d.§.omnis.& sequitur Ang.de Are.insti.de actio.§ item seruiana.in 6.col.in ver.not.ergo, ꝙ quando est notorium &c.& in §.fuerat.in 12.col.in ver.in ea gl ibi.si constante,in prin.&c.& sic in cursu præscriptionis cõsideratur,an actio nata sit,& an sit in ptãte illius cui actio cõpetit posse agere; qa tunc si nõ agit,sibi est imputãdum per allegata supra. Et ex hoc etiam solet dici in anno,qui datur creditoribus ad intentãdum reuocatoriam,iuxta tex.inf.de ac.§.item si quis in fraudem ꝙ il
10 le annus præscribi incipiat a tempore quo notorium est debitorem nõ esse soluẽdo & eius bona esse possessa per alios:quia ab illo tẽpore creditores agere potuerũt reuocatoria,& ita tenet Ang.de Are.in d.§.item si quis in fraudem.in 6. col.in ver.quæro a quo rempore.Tertiò facit pro eadem opi contra Ale.illud quod vult Pau.de Ca in consi.294.ego Pau.de Cast.vbi dicit,ꝙ actioni etiam nõdum ortæ potest præscribi, quando est in facultate partis illam oriri facere;quia qui potuit facere, vt possit agere.potuisse videtur l.qui potest facere.ff.de reg iur. secus autẽ esset, quando nõ esset in potestate partis facere,ꝙ actio nascatur. puta quia ortus actionis pendebat ex facto alterius,vel cõditione casuali,vel mixta secundum Pau.in d cons.& no.Cor.in cõs 43.in hac consultatione.in litera.D.& sequentibus.2.vol. vnde videmus,ꝙ actioni euictionis nõ præscribitur,antequã res euincantur,vt est gl.in l.emp.C.de euictio.& not.moderni in tractatu præscriptionum in 5. parte quintæ partis princ.car.42.nu.32.
5 † Tertiò quæritur in materia,an sublata,vel extincta actione psonali,sit etiam extincta hypothecaria illi accedens,& in hoc cõplectendo materiam pone regulam,ampliationes & fallentias. Regula ergo sit,ꝙ sublata actione psonali durat hypothecaria, vt est tex.in l.2.C.de luitio.pign.quia licet a principio non possit cõstitui hypothecaria sine principali obligatione,vt l.Iulianus. in prin.ff.de le. 3.& l.grege.§.cum pignori.ff.de pigno.& l.2. C.si pignus pi da.sit.tamẽ postquam est semel constituta,potest separari a principali,vt no.Bar in l.fideiussor obligari.in prin.ff.de fideius.Et per hoc concludit ibi Bar ꝙ hypothecaria possit cedi sine personali per allegata ibi per eum,& ibi etiam ponit,cuius sit effectus cessio hypothecariæ sine personali,& ratio istius regulæ est; qa hypothecaria,quæ est realis,vt l.pignoris.ff.de pignori.est fortior,quàm sit personalis ac potentior,vt no.Saly.in l. cum notissimi.§.1.in prima oppo.C.de præscript.30.ann. Nimirum ergo si post personalem sublata ipsa dũ rat.

Et ista regula primò ampliatur & declaratur, ꝙ procedat etiã in præscriptione; quia s. sublata personali per præscriptionem 30. anno.iuxta.l.sicut.C.de præscri.30.ann.hypothecaria, q̃ aliquãdo durat longiori tempore, vt notaui supra in 1.quæst.nu.1. durabit adhuc,donec durat eius vita,vt est tex.& ibi declarat gl.in 3.exẽplo,in d.l.2.C.de lui.pig.& sequuntur Bal.& Saly.ibi.& per Paul. de Cast.in l.eos qui. nu. 2.C.de vsur. & similiter contingere põt econuerso,quia s.sublata hypothecaria per præscrip. 10.anno.inter præsentes & viginti inter absentes in casibus notatis.supra.in d.1. q. remanebit tunc personalis, quæ durat longiori tempore,
6 tex.est in d.l.1.in fi.C.si aduer.credi.li.7. † Secũdo amplia & declara regulam,vt procedat,etiam si personalis esset sublata confusione,puta quia creditor successisset debitori, & grauatus esset de restituendo hæreditatem alteri per fideicommissum, quo casu actio personalis esset confusa per aditionem,vt l debitori. C. de pac.& tamen hypothecaria remaneret:vt est tæx.in l.debitor ff.ad Treb.& no.Alex.in d.l.debitori,& est text. & ibi glo. in l.ex sextante.§.Latinus.ff.de excep.rei iud.& glo. Bal. & Saly in d.l.2.
7 C.de lui.pigno.† Tertiò amplia regulam vt procedat,etiam sublata obligatione fideiussoria;quia durat etiam hypothecaria,puta quia fideiussor,qui pro me intercessit, & dedit etiam pignora meo creditori,instituit me hæredem,nam dũ ego succedo meo fideiussori,extinguitur dicta obligatio fideiussoria, ita ꝙ creditor meus non poterit me hæredem fideiussoris mei conuenire obligatione fideiussoria;quia illa est sublata per confusionẽ. sed obligatio hypothecaria qua res data pignori a meo fideiussore tenetur,adhuc durat & creditor poterit agere contra me hypothecaria ad dictam rem.tex.est l.in l.cum quis.§.fi.ff.de sol & ibi declarat.Bar.& ratio est:quia obligatio fideiussoria stare non potest nec a principio nec ex post facto sine principali:vt no.in l.si hæres pecuniã.ff.ad Treb.sed hypothecaria potest stare sine principali ex post facto licet non a principio:vt l non intelligere. C.
8 de lui pign.ita no.Pau.de Cast.in l fi.C.de fide.minorum. † Fallit modò dicta regula,quando principalis actio,seu obligatio tollitur per pactum,seu conuentionem:quia tunc intelligitur etiam sublata hypothecaria vnà cum ea,vt est test.in l soluitur.in prin. & §.1.qui.mo.pig.vel hypo.sol.& in l cum soluendæ. ff. de distra. pig. Ratio autem differentiæ inter præscriptionem, per quam tollitur principalis obligatio,& aliquando remanet hypothecaria & econuerso & conuentionem & pactum,per quod tollit principalis obligatio vnà cum hypo.vt d.l.soluitur.§. 1. assignatur ibi per glo.quia s.pactum,& conuentio late interpretatur: vt l. 1. C. vt actio.ab hære. & contra hære. quod non est in præscriptione,
9 quæ est odiosa:vt l.in omnibus.ff.de actio.& oblig. † Et ex prædictis etiam infertur, ꝙ pactum de non petẽdo ad certum tempus factum debitori operatur, ꝙ durante pacto hypothecaria etiam suspenditur,ita probatur in dictis iuribus,quod tamen sane intelligendum est, nisi debitor post tale pactum effectus fuerit suspectus,quia ex causa dictæ suspitionis superuenientis,vel etiam existentis tempore pacti sed ignoratæ ab ipso creditore poterit creditor non obstante pacto facto de non petendo ad certum tempus super debito & obligatione principali persequi pignora,tex.
10 est & ibi declarat glo.& Bar in i.quæsitum.in prin.ff.de pig. † Secundò fallit dicta regula,si creditor deferat iuramentum,& debitor iuret se non esse debitorem;quia tunc nõ solum tollitur obligatio principalis sed etiam hypothecaria,vt est tex.in l.deferente.ff.qui.mo.pig.vel hypo.solu.& in d.l.soluitur.§ fi eo.tit. † Tertiò fallit regula, si lata sit sententia absolutoria in fauorem debitoris contra creditorem: quia per eam tollitur obligatio principalis & hypothecaria,vt est tex.in d.i.si deferente. 2. responso.
11 12 † Quartò fallit dicta regula,si sit solutum debitum creditori,vel etiam creditori creditoris,vel alio modo satisfactum de volũtate creditoris,vel si ad tempus fuit obligatum certum pignus, & tempus si finitum, vel si pignus obligatum fuit sub aliqua conditione, quæ postea non fuit purificata.nec euenit; istis.n.casibus prout tollitur principalis obligatio,ita tollitur & cessat hypothecaria,tex.est iuncta gl.in l.item liberatur.in prin.ff.qui. mod.pig. vel hypo.solu.& prædicta omnia habentur etiam per glo. & Sal. post alios in d.l.2.C.de lui. pigno.† Quartò quæritur in materia,
13 an præscriptio, quæ cucutrit contra debitorem super dominio rei hypothecatæ:quiæ scilicet possessor præscripsit contra debitorem vtile dominium dictæ rei noceat & præiudicet creditori in sua hypotheca.Et breuiter respondendum est.ꝙ si idem tempus est sufficiens ad vtranque præscriptionem,s.dñij contra debitorem & hypothecæ cõtra creditorem,quòd tunc præscriptio sub eodem tempore vtrunque effectum operetur, vt habetur in l. 1. & 2.C.si aduer.cred.lib.7. Secus autem si diuersum tempus requiratur in vna,quàm in altera, & potest poni exemplum, quando possessor cum titu.& bona fide præscribit & debiror contra quẽ præscribitur ratione dominij est præsens.quo casu sufficiunt decem anni,creditor autem contra quem præscribitur ratione hypothecæ est absens quo casu requiruntur 20.anni,vt l.1.C. si aduer.credi.& ibi per gl.isto enim casu præscriptio cõplebitur contra debitorem in 10. primis annis habito respectu ad dominiũ, & tamen adhuc hypo.competens creditori erit integra & durabit per alios decem annos,ita not.glo.in l.præses.C.de pig in glo. in ver.præscriptione,in ver. vel tertiò,& illam ibi sequuntur Sal. & alij.Et hoc modo sunt intelligenda not.per Bar. in l. 1. §. cum

prædium.

Source : BIU Cujas

prædium,ff.de pign.vbi firmat,q̃ possidens bona fidē,& tit.rem hypothecatam alteri præscribit etiam hypothecam,quæ no.ne æquiuoces,quia malè declarantur per Doc.

14 Quintò quæritur,an sicut per præscriptionem tollitur hypotheca(vt supra in præcedentibus quæstionibus extitit declaratum)ita vt tollatur per vsucapionem triennalē, quando res mobilis effet data in pignus? Breuiter respōdendo dicendum est q̃ non,vt est tex.secundum intellectum gl.quem doc.sequuntur in l.vsucapio.C.de pigno.& ratio est: quia sicut per alienationē hominis.s.debitoris non tollitur,neque eliditur ius hypothecæ competens creditori,vt l.debitorem.C.de pign. ita nec per alienationem legalem,prout est vsucapio,quæ dicitur alienatio legalis,vt l.alienationis,ff.de ver.signifi.ita tenet glo.Bar.& alii in d.l.vsucapio.Et sic habes differentiam inter præscriptionem rerum immobilium,& vsucapionem mobilium:quia per prescriptionem tollitur ius hypothecæ,vt l.1.& 2.C.si aduer. credi. lib. 7.sed per vsucap. nō.d.l.vsuca.& l.iusta.§.nō mutat.ff.de vsuca.

Et ratio differentiæ inter prescriptionem,& vsucapionem secundùm glos.in d.l.vsucapio.est:quia in præscriptione requirit maius tempus,& ideo etiam inest maior negligētia creditoris non agentis,quàm insit in vsucapione. Et istam rationem melius declarat Bar.post Pet.de Bellaper.in l.1.§.cum prædium. ff. de pig.dicens, q̃ in prescriptione interuenit tempus sufficiens ad tollendum hypothecariam,& contra creditorem non excipitur, q̃ possessor acquisiuerit dominium per possessionē decem annorum cum titu.& bona fide,sed excipitur, q̃ possessor prescripsit contra hypothecariam. In vsucapione autem istud cessat;quia tempus triennii non est sufficiens ad prescribēdum contra aliquam actionem,& ideo non potest tolli actio hypothecaria per triennium, & licèt triēnio acquiratur dominium rei mobilis:tamen separata est causa dominii ab hypotheca,ita vult gl.in d.l.vsucapio.& sentit Bar.in d.§.cum prędium.

15 †Sed dubitatur,quare maius tempus præfigatur ad prescribēdum iuri hypothecę in re immobili: videlicet decenniu.n, q̃ in vsucapione hypothecę rei mobilis. Nam videbatur,q̃ sicut in prescriptione hypothecę rei immobilis prefixum ē tempus decennii habito respectu ad prescriptionem dominii dictę rei, quę decennio perficitur, ita & in re mobili debet fieri, q̃ sicut dominium vsucapitur triennio, ita & ius hypothecę deberet vsucapi. Sed in hoc Bar.in d.l.1.§.cum prędium dicit,q̃ alia ratio reddi non potest,nisi quia sic placuit,vt l.non omnium.ff.de legi.& hoc secundum eum probatur in tex.d.§. cum prędium, ibi.nec vsucapione perimi placuit, & ita tenendum puto: quia ratio,quę assignatur per gl.in d.§.cum prędium,& in d.l.vsucapio,& in l.1.in gl.magna.C.si aduer.credi.videlicet,q̃ sit differētia inter dominium,& hypothecam,& q̃ per vsucapionē trien 18
nii queratur dominium in re mobili; & per prescriptionem in eadem re queratur exceptio contra hypothecam nō est fundamentalis:quia regulariter actio non tollitur, neque eliditur p exceptionem minori tempore,q̃ 30.annis,vt l.sicut. C. de prescript.30.ann. & spāliter inductum fuit, ut actio hypothecaria tollatur.10.annis inter præsentes & 20.inter absentes, per text. in d.l.j.& 2.C.si aduer credi.lib.7.ad exemplum præscriptionis 19
dominii,quod quæritur per præscriptionem.10.uel 20.anno.ut per totum titulum.C.de præscrip.long.tempo.& hr̃ in d.l.j.& 2. Et eodem modo videbatur dicendum in vsucapione,ut.s.actio hypothecaria consistēs in re mobili deberet tolli per usucapionem triennij,sicut per illam quæritur dominium, & tamen iura hoc nolunt,& vt dicit Bar.in hoc alia ratio assignari nō po-
16 tuit,nisi quia ita placuit legislatori. † Sed iterum dubitatur in prædictis,quid si aliquis possedit rem mobilem cum titu. & bona fide. 10.annis inter præsentes,nunquid possessor tueri se potuerit aduersus creditorem intendentem hypothecariā.Et glo. in d.l.j.C.si aduer.cre.in gl.fi.in fi.refert duas opi vnam Ir. qui tenuit,q̃ non,aliam autem Io.qui tenuit q̃ sic. Et istam secundā opi.tenet etiā gl.in d.l.vsucapio.& istam approbat Bart.ibi in fi. & ibidē Bal in uer.gl.quærit, & post eum Saly.in uers. sed iuxta hoc quæro,per rationes ibi per eū adductas, & sic habes, quòd possessor possidens cum titu. & bona fide triennio rem mobilem,usucapit eam respectu dominii,sed non respectu hypothecæ,sed si continuat in possessione usque ad decennium inter præsentes præscribet etiam contra actionem hypothecariam contra creditorem.Ex quo secundum Saly. ibi habes vnū mirandum,quòd scilicet reperiuntur duæ præscriptiones ad diuersa,& minus tempus,quod sufficit in prima, computatur in se-
17 cunda. † Sextò quæritur in materia retentis terminis vsucapionis,an si creditor post rem mobilem triennio vsucaptam a possessore egit contra cum hypothecaria & rem ab eo auocauit, an modo debitor poterit offerre uel soluere creditori & rē ab eo recuperare directa pignoratitia, iuxta.l.rescriptum.§.j.ff.de distrac.pig.& gl.in d.l.vsucapio.mouet istā dubitationem,& respondet q̃ sic.videlicet quòd debitor etiā isto casu poterit offerre,uel soluere creditori & auocare rem per directam pignoratitiā;quia non poterit debitor repelli a creditore, ex eo quòd ipse agere & obtinere non potuerit contra usucaptorem, qui contra debitorem vsuceperat dominium;quia dicit glo.q̃ tunc istud procederet,quando ageretur rei vendicatione, secus autē quando agitur actione pignoratitia,quæ descendit ex contractu nā actione ex contractu, agitur contra obligatum ex contractu, etiam si res non sit agentis,vel desierit esse sua,sicut videtur in ꝯmodante,vel deponēte vt l.ita vt si fur.ff.commo.& l.1.§.si prædo.ff.depos.& l.si rem.§.is quoque.ff.de pig.act.& idem tenet gl. in d.l.1.§.cum prædium.ff.de pig.& cum gl.transeunt Bar.Bal. Saly.& alij. Septimò dubitatur retentis eisdem terminis, an postq̃ debitor recuperauit rem a creditore vt in proxima præcedenti. q.firmatum est. An iterum ille,qui dictam rem mobilem vsucepit,possit agere rei vēdicatione addictam rem contra ipsum debitorem? Glos.in d.l.vsucapio.& in d.l.1.§.cum prædium.respondet q̃ sic,& cum gl.transeunt doc.Sed iterum dubitatur, an aliquod remedium possit adhiberi pro dicto debitore,vt ab eo res per vsucaptorem auocari non possit? In hoc gl.in dictis locis conatur dare plura remedia,quæ recitat Bart.in d.l.vsucapio. & in d.§.cum prædium.& post eum Bal.& Sal.& Bar.in d.§.cum prædium.approbat primum consilium. videlicet q̃ debitor in actu solutionis factæ creditori impetret ab eo volēte cessionem suæ hypothecæ,iuxta.l.Modestinus.ff.de sol.nam cum ea poterit debitor rem aduersus vsucaptorem retinere,sicut poterat ipse creditor,& nihil repugnat secundum Bar.q̃ debitum principale sit sublatum,& tamen duret ius retinēdi,iuxta.l.debitor. ff. ad Tre. & l.ex sextante.§.Latinus.ff.de except rei iudi.& l.fi.§.licentiam. C.de iure delib.& l.1.C.si anti cred.pig.vendi.Et secundum eum iste erit vnus casus, in quo cedetur hypothecaria sine principali, iuxta no.per ipsum in l.fideiussor oblig.in prin ff.de fideiuss.Sed istud remedium seu consilium reprobauit.gl.in d.§.cum prędiū. & istam reprobationem gl.sequuntur Iac.de Are.Iac.Bu.Bar.& Sal.in d.l.vsucapio licet Bal ibi dicat,q̃ istud consilium possit saluari.Sed facit dubium,q̃ saluari non possit:quia d.l.Modestinus & materia loquitur,quando sunt plures obligati; quia vnus soluens potest impetrare cessionem contra alium,nos autem sumus in vno solo debitore,vnde non videtur,q̃ ipse possit impetrare cessionem contra seipsum, nisi dicas, q̃ cessio non potest impetrari ad effectum agendi,sed ad effectum retinendi pro defensione rei contra alium agentem, & ita loquitur Bar. ibi.& q̃ cessio possit fieri isto modo,scilicet pro tuitione seu defensione rei,late habetur per gl.in l.per diuersas.C.mand.& ibi Bar. in pe. col. in uersi.3.excipit tex. & faciunt quæ notaui. supra in 5 parte prin.in 3.membro.& ideo puto opi.Bar.in hoc posse saluari.Circa autem alia remedia tradita per gl in d.§.cum prędium.nō insistam amplius,sed vide ibi per Bar.& alios,& in d.l.vsucapio.& vt videbis vix potest sustineri vllum aliud remedium seu consilium in hoc. † Octauo quæritur stante statuto q̃ nullis actionibus ciuilibus prescribatur minori spatio quam 30.annis,an in tali statuto comprehendatur etiam hypothecaria, & sic an hypothecaria sit actio ciuilis vel prætoria? In hoc Ang.multum subtiliter in consi.202.in q.Io.Lan.firmat,q̃ hypothecaria in effectu sit actio ciuilis., & comprehendatur in statuto per fundamenta quæ ibi adducit,& de hoc etiam aliquid dicam infra in 8. parte in materia hypothecariæ. † Nonò quæritur, quid de pignoratitia actione directa,quāto s. tempore ei prescribatur? In hoc pro intelligentia præmittendum est,q̃ pignoratitia non oritur tempore initi ℈ctus,sed oritur:cum est solutum, vel satisfactum creditori,vt est tex.in l.si rem alienam.§.omnis. ff.de pig.act.& ibi Bar.optime declarat,dicens q̃ pignoratitia bene oritur ex ℈ctu dudum inito & celebrato sequuta traditione pignoris facta ipsi creditori,& sic q̃ nascitur ex materia antiqua, sed respectu tēporis oritur.facta solutione,vel satisfactione.Ad idem tex.in instit.quib.mo.re ℈.obli.§.fi.& ibi glo.Ex quibus infertur,q̃ cōtra actionem pignoratitiam incipit currere prescriptio a die natiuitatis illius;quia ante currere non potest,vt l.1.in fi.C.de anna.except.& no.Bar.in d.§.omnis.sed respectu iuris offerendi,qđ competit debitori ante ortam pignoratitiam,bene potest currere p̃scriptio ℈ tale ius offerendi,quādo competit per modum actionis;quia s.traditum est pignus creditori,vt late notaui.supra in 5 parte in 3.membro,& habetur per gl.& doc.in l.cum notissimi. §.eodem iure.C.de prescri.30.an.& habetur per Bar.in l.si pign. in prin.ff.de vsuca.& in d.§.omnis.in fi. & tunc decursa prescriptione ℈ tale ius offerendi, non poterit amplius competere directa pignoratitia ipsi debitori;quia illa est sequela iuris offerendi & nō competit nisi oblato vel soluto debito,vt no.gl.Bart.& alij.in d.§.omnis.& hoc modo debet intelligi id quod not.Pau. de Cast.in consi.294.ego Pau.&c.dum dicit, q̃ ex quo est in potestate debitoris offerre & soluere, & sic facere, q̃ pignoratitia oriatur,q̃ iam posse agere videtur.l.qui potest facere ff.de reg.iu. & per consequens q̃ actioni pignoratitiæ prescribatur, & allegat gl.in d.l.cum notissimi.§.eodem iure.quia debet intelligi,q̃ prescribatur iuri offerendi & in consequentiam ipsi pignoratitiæ,vt dictum est. † Sed considerando ipsam pignoratitiam de per se. videlicet postquā nata est, puta quia facta sit oblatio antequam sit sublatum ius offerendi prescriptione, & orta sit pignoratitia:tunc si quæratur,quanto tempore prescribatur dictæ 20

actioni

Source : BIU Cujas

actioni pignoratitiæ,dicendum erit, quòd talis actio eſt perſonalis,& ei non præſcribitur 10.uel 20.annis,ſed ad eius præſcriptionem requiritur tempus 30.ann.ut l.2.C.de conſti.pecu & l. neque mutui.C.in quibus cauſ.non ob.long.temp.præſcrip.ita tenet gl.in l.nec creditores.in glo.3.C.de pign.act.& cum gloſſ.
21 tranſeunt ibi Bald.& Saly.poſt alios per eos relatos. † Sed dubitatur,an iſta præſcriptio,quę inducta eſt contra pignoratitiam, procedat de iure canonico? Videtur dicēdum quòd non: quia creditor habet ſcientiam rei alienę, & ſic licet nō ſit in mala fide,ex quo poſſidet de conſenſu debitoris:tamen ipſa ſciētia rei alienæ æquiparatur malęfidei,ut Bal.in d.l.nec creditores, & de iure canonico ſecundum magis communem opi. etiam in iuribus & actionibus perſonalibus malafides impedit pręſcriptionem,ut late per omnes Cano in c fin de preſcrip.& per moder. in trac.præſcrip.in 2.parte.3.partis principalis, in q.13.num. 24.
22 car.5. † Tamen hoc non obſtante in hoc eſt aduertendum ſecundum dictos moder.in d q.13.num.70.& 71.quòd dicta cōcluſio communis limitatur,ut procedat quò ad eum, cui actio competit: quia mala fides prędcribere uolentis contra illum, cui competit actio, impedit præſcriptionem, ſecus autem eſt ſi nondum actio competit,ſed competere poteſt, acceptando ius ſibi de iure delatum;quia tunc etiam quòd ille,qui vult præſcribere ſciat illud ius competere,nō dicetur in mala fide & poterit præſcribere,ita Petr.de Ancha.in c.fine poſſeſſione.col.9 de regu.iur.in 6.& ſequitur Socy.in conſi.63.in cauſa uertente inter Domi.Catherinam.colum.3.uerſi. præterea. ut latius per
23 dictos moder.in d.tract. † Et corroborantur prædicta per nota. per Cor.in conſi.206.circa thema.2.uolu.ubi etiam dicit,quòd dicta communis concluſio quòd cum mala fide non procedat præſcriptio non habet locum in eo, ad quod quis non tenetur actione,ſed officio iudicis tantum; quia ex quo non tenetur iure actionis,non poteſt dici in mora,neque in peccato,non ſoluēdo,ſed requiritur interpellatio,ut ibi late per eum. In propoſito ergo noſtro dicendum eſt ex prædictis, quòd quatenus eſt reſpectu iuris offerendi, quod conſiſtit in facultate & uoluntate debitoris,an.Luelit offerre debitum creditori, quòd contra dictum iura procedat præſcriptio:quia creditor poſſidēs pignus ſpatio 30.ann.excludit debitorem ab offerendo, & per conſequens ab ipſa actione pignoratitia,quæ oritur mediante dicta obligatione,non obſtante quòd creditor ſciat dictum ius competere dicto debitori,ſi uelit ipſum acceptare: quia requiritur; quòd debitor acceptet dictum ius & offerat,ad hoc ut ſibi oriatur pignoratitia,ſed quatenus eſt reſpectu pignoratitiæ iam ortæ,uel per oblationem,uel per ſolutionem iam factam,dicendum eſt,quòd creditor, uel eius hęres ſcientes actionem prædictam iam competere debitori non poſſint præſcribere contra dictam actionem: quia tūc eſſent in mala fide per prędicta.
24 † Dubitatur etiam in prædictis,an ſublata pignoratitia per præſcriptionem poſſit adhuc debitor agere, contra creditorē rei vendicatione ad reperendum rem pignoratam? Gloſ.in l.1.§.j. in uerſicu.pro ſol.in fin.C.de anna.except.tenet quòd ſic,& intellige tu,quòd iſto caſu debitor poſſit agere tā primęua actione ſibi competenti ex dominio,quod habet debitor ante hypothecationem,quàm etiam ex dominio, quod ſibi ſuperuenit mediante poſſeſſione & præſcriptione cāta ex perſona creditoris;quia.ſ.donec creditor poſſedit, debitor præſcripſit poſſidente creditore,ut l.ſerui nomine.ff.de uſuca.vnde licet pignoratitia ſit ſublata,poteſt nihilominus debitor agere contra creditorem rei uendicatione tam pro dominio ueteri, quàm nouo,& quamuis doc.in hoc tranſeant cum gloſ. Tamen difficultas cōſiſtit in modo & forma practicandi, quomodo,ſ.debitor agens contra debitorem qui præſcripſit contra pignoratitiam & intentando rei uendicationem poſſit offerre debitū ipſi creditori. In hoc Ange.in d.§.j.poſt Cy.plura dicit: & plura etiam ponit Ange.& Imo.in l.pignori.ff.de uſucap. quos omnes refert Ange.de Aret.inſtitu.de actio.in §.actionum.in colum.23. in gloſ.in uerb.pignoratitia,vbi optime declarat,.& ideo quando caſus occurreret in facto,recurras ad eum: & per hęc ſit expeditum iſtud ſecundum membrum.

SVMMARIVM.

1 *Pignus uel hypotheca an tollatur nouatione.*
2 *Nouatio neceſſaria quæ fit per litis conteſtationem vel per ſententiam non eſt priuatiua ſeu extinctiua primæ obligationis, ſed acumulatiua aliorū effectuum cum primis.*
3 *Nouatio inualida nō tollit pignora vel hypothecas præcedētis obligationis.*
4 *Pignora noua data in obligatione nouante inualida accumulantur ueteri obligationi.*
5 *Cautela pro liberanda prima hypotheca.*
6 *Hypotheca prima non cenſentur nouata,nec ſublata per prorogationem termini ad ſoluendum facta debitori.*
7 *Hypotheca expreſsè,in obligatione nouante repetita cenſetur repetita cum priuilegio prælationis.*
8 *Uſura,mora,dilatio,& ſimilia an in obligatione voluntarie nouante cenſeantur repetita.*
9 *Qualitate rei hypothecatæ mutata an nihilominus duret hypotheca.*
10 *Qualiter rei legatæ mutata an pereat legatum.*
11 *Debitor prohibens in ſuo teſtamento pignoris alienationē an præiudicet creditori,& an hac prohibitione reſoluatur hypotheca.*
12 *Creditor permittens pignus vendi,vel permutari per debitorem an perdat hypothecam.*
13 *Creditor conſentiens debitori alienanti vel obliganti rem ſibi obligatam videtur remittere ius pignoris.*
14 *Hypotheca an poſſit renuntiari per mulierem.*
15 *Creditor conſentiens debitori,quòd eius hæres alienet pignus, an renuntiet hypothecæ.*
16 *Hypotheca tollitur per conſenſum creditoris non ſolum reſpectu eius,qui cōſenſit,ſed alterius,qui in eius locum,ſeu ius ſuccedit.*
17 *Creditor emens rem à debitore videtur hypothecam remittere.*
18 *Creditor ſubſcribens chyrographo debitoris vendentis alteri vel obligantis videtur hypothecam remittere.*
19 *Creditor reſtituens debitori chyrographum,in quo res eſt ſibi obligata, cenſetur hypothecam remittere.*
20 *Reſtituens pignus an cenſeatur ius pignoris remittere.*
21 *Conſenſus creditoris in caſu pignoris per debitorem alienandi quid operetur.*
22 *Creditor conueniens cum debitore vt ad eum pignus pleno iure pertineat remittit hypothecam.*
23 *Præſentia creditoris in venditione pignoris quid operetur.*
24 *Argumentum de libertate ad pietatem validum eſt.*
25 *Fiſcus alienans rem alteri obligatam an & quo caſu tollat ius pignoris.*
26 *Hypotheca non cenſetur remiſſa per conſenſum creditoris de alienando vno modo ſi alio deteriori modo alienetur.*
27 *Hypotheca non cenſetur remiſſa per alienationem factam de conſenſu creditoris,ſi talis alienatio non valeat.*
28 *Hypotheca vendita per debitorem de conſenſu pupilli creditoris ſine tutore vel decreto iudicis non cenſetur remiſſa.*
29 *Hypotheca non poteſt remitti gratis per filiū,vel ſeruum in cauſa peculiari.*
30 *Hypotheca non cenſetur remiſſa per conſenſum de alienando, ſi alienatio nō ſequatur.*
31 *Alienatio ficta etiam cum conſenſu creditoris non tollit hypothecam.*
32 *Hypotheca nō cenſetur remiſſa,ſi debitor vendat de conſenſu creditoris poſt tempus conuentum.*
33 *Hypotheca an ſolo conſenſu diſſoluatur.*
34 *Exceptio intentionis & facti non dicitur proprie exceptio.*
35 *Pactum tacitum nihil poteſt remittere.*
36 *Pactum de non petendo debitum principale an extinguat hypothecam.*
37 *Hypotheca remiſſa non cenſetur debitum principale remiſſum.*
38 *Hypotheca per ſtipulationem contractam an ſolo conſenſu diſſoluatur.*
39 *Sententia lata contra debitorem poſt rem obligatam creditori præiudicat ipſi creditori ſciēti & patiēti,ſimiliter lata antequā res ſit ipſi obligata.*
40 *Sententia lata cōtra debitorē quo caſu præiudicet creditori, & quo caſu nō.*
41 *Sententia lata cōtra creditorē cōuentū præiudicat debitori ſciēti & patiēti.*
42 *Sententia lata contra creditorem agentem an præiudicet debitori.*
43 *Sententia lata in fauorē tertij creditoris cōtra primū an præiudicet ſecūdo.*
44 *Sententiæ ſemel parens per reſtitutionem rei an ſi res iterum redeat ad condemnatum poſſit iterari executio.*
45 *Obligans pignus pro alio an teneatur diu pati talem obligationem, & an poſſit poſt tempus aliquod petere liberationem pignoris.*
46 *Dictio,diu,quantum tempus comprehendat.*
47 *Debiti principalis remiſſione exiſtente inualida an nihilominus valeat pignoris liberatio.*
48 *Debito principali vitiato an vitietur etiam pignoris remiſſio.*

¶Tertium membrum 6.partis principalis.

AGgrediēdo tertium membrum huius vi.partis principalis,in quo uidebimus diuerſos alios modos vltra prædictos,quibus pignora & hypothecæ tolluntur.
1 † Et primò quæritur,an pignus, uel hypotheca tollatur nouatione? In hoc complectendo totā materiam pro clariori intelligentia ponam regulam & fallentias. Regula ergo ſit,quòd pignus & hypotheca tollitur & liberatur facta nouatione legitime,ut eſt tex.in l.nouatione.ff.de noua. & in l. ſolutum.in princ.ff.de pig.act.fallit autem dicta regula quatuor modis.Et primò fallit,quādo debitor ſimpliciter dedit alia pignora poſt prima;quia per hoc non liberantur priora pignora, ſed iſta eis accumulantur: nā ex hoc non dicitur inducta nouatio, vt ergo regula procedat,requiritur,quòd in hac ſecūda datione pignorum ſit repetitum debitum principale & expreſsè deductum in nouam obligationem:ita ſingulariter declarat Bart. in l.Valerianus.in vlti.q ff.de præto.ſtipul. & ſequitur Paul. de
2 Caſ.in l.ſolutum.§.omnis.ff.de pig act. † Secūdò fallit d.reg.in nouatione neceſſaria, & ſic ſolū regula militat in nouatione volūtaria,nō autē ī neceſſaria,q̄ fit p̄ litis cōteſtationē & ſnīam, declarādo tñ ut p̄ gl.no.in l.j.in gl.fi. C.de iudi.& eſt tex.in l.aliā. ff.de noua.& ibi declarat Bar.& no.gl.ī d.l.nouatione, vñ licet creditor ſit cōteſtatus litē ſup̄ hypothecaria cō ſuū debitorē, & p̄ hoc nō ſunt liberata pignora & hypothecę,& ſimiliter ſi debitor ſit p̄ ſnīam condēnatus,vt l.grege.§.ēt.ff. de pig. declarat gl.j.in d.l.ſolutū.in prin.& rō eſt:qa p̄ litis cōteſtationē & ſnīam inducīt nouatio neceſſaria,nō aūt uolūtaria,vt declarat glo.& ibi

Source : BIU Cujas

4 *Actio pignoratitia dicitur bonæfidei,hypothecaria verò stricti iuris.*
5 *Actio pignoratitia directa & contraria an possint concurrere.*
6 *Actio pignoratitia differt ab hypothecaria duratione,nam diuersis tolluntur spacijs.*

Primum membrum.7.partis principalis.



APIENDO Igitur primum membrum, in quo tractandum venit, in quibus differant pignoratitia & hypothecaria. In hoc ex notatis per doctores inuenio quinque differentias.

1 † Nam Bart.in j. constitu. digestorum,in §.tertij,dicit,quòd pignoratitia directa,quæ datur debitori contra creditorem ad repetendum pignus, de qua in l.si cum venderet.ff.de pig.act.differt ab hypothecaria in ttibus.videlicet in natiuitate,vtilitate,& vita.

Et primò differt in natiuitate; quia hypothecaria nascitur ex solo consensu,vt l.si tibi decem . §. de pignore . & ibi Barto.ff. de pact pignoratitia autem nascitur rei interuentu, vt institut. quibus mo.re contrahi.obliga.§.fina.

2 † Et propterea talis pignoratitia non datur debitori contra creditorem,nisi pignus traditum sit creditori,vt no.Bar.in d.§. tertij.post gloss.magistram ibi in ver.ęmula. & in versi. easdem res, vel quando pignus non esset vere traditum creditori, nisi saltem fingeretur traditum,iuxta no.per Bar.in l.solutum.§.solutam.in ver.oppono hic dicitur, ꝙ primum.ff.de pig.act.dum vult,ꝙ locator habet bona conductoris tacite obligata pro pēsione,iuxta l.item quia.ff.de pac.& l.si certi iuris. C. loca Nā ex eo ꝙ locator potest ea includere pro sua pensione, finguntur ei tradita,& ideo soluta pensione potest conductor agere contra locatorem directa pignoratitia pro restitutione dictorum bonorum,quamuis illa locatori vere tradita non fuerint.

Et similiter dicendum est,quando à principio res fuit simpliciter hypothecata, & non tradita creditori, sed postea aliquo modo & ab alio quàm à debitore res illa peruenit ad creditorem. Nam etiam isto casu soluto debito dabitur debitori contra creditorē directa pignoratitia ad repetendam dictam rem perinde,ac si à principio illa res creditori tradita fuisset, vt no. vult Bar.ī l.inquilino ff.de dā. infe.& Bal.in rub.C.de pig.ac.&
3 Alex.in d.l.solutū.§.solutā. ff.e.ti.† Et licet in pignoratitia directa (vt dictum est) requiratur traditio, tamen in pignoratitia contraria,quæ datur creditori contra debitorem in casibus infra suo loco notandis,non requiritur traditio, sed ēt ꝙ pignus traditum

traditū nō fuerit creditori oīno cōpetit,ut no.Bart.in d.§.tertij. in fin.& Barto. in l.ſi tibi.§.de pignore.ff.de pac.& quamuis ibi Fulg. in hoc teneat contra Bart. Tamen Alex.ibidem defendit opinio. Barto. & allegat pro ea text.in l.ſi quis in pignore.§.j.in ver.obligauit,iuncto prin.illius.l.ff.de pigno.actio.ponderādo, ꝙ in d.tex.non dicitur tradidit,ſed obligauit, & ſecundum glo. ſi.ibi licet pignus ſola obligatione ſine traditione fuerit conſtitutum,tamen datur creditori contraria pignoratitia. Nec obſt. ꝙ in tex.ibi dicatur,dari etiam actionem de dolo; quia gloſ.ibi intelligitur, ꝙ actio de dolo detur contra extraneum,non ⁊ debitorem,& ita reſidet Alex.in d.§.de pignore.dicens fundamēta Fulg. eſſe leuia, & iſta ſit prima differentia inter pignoratitiā
4 & hypothecariam.† Secunda dr̄ia eſt;quia pignoratitia eſt actio bonę fidei,hypothecaria verò eſt ſtricti iuris,vt not. glo.inſti.de ac.in §.actionum.in gl.in ver.pignoratitia.& iſtæ duæ differētię
5 concernunt natiuitatem dictarum actionum.† In utilitate aūt ponitur alia & ſic tertia dr̄ia.Nam pignoratitia datur directa & ⁊ria,directa.n.datur debitori,⁊ria aūt creditori,quæ ⁊ria cōpetit pro expenſis factis in pignore,vt l.ſi neceſſarias.in princ.ff.de pig.act.& non ſolum pro magnis ſed ēt pro paruis & ꝙbuſcūq; expenſis:etiam in cibo & potu,ut ibi no.glo.& glo.valde no.& ibi per doc.in auc.ei qui.C.de bo.auctо.iudi.poſ.in glo.in verſi. menſuram,ubi habetur, ꝙ miſſio in poſſeſſionem ex primo decreto ⁊ contumacem hodie fit in perſonalibus pro menſura debiti,habito tñ reſpectu ad expenſas,quæ occurrunt in rem,in quam fit immiſſio,puta ſi eſſet equus,quātum immiſſus habuit in eo expendere,& ēt dicta pignoratitia contraria competit in pluribus aliis caſibus infra ſuo loco notandis,ſed hypothecaria datur ſoli creditori,& ſic utilius ſuccurrit pignoratitia q̄ hypo
6 thecaria. † Quarta differentia eſt circa vitam ſeu durationē dictarum actionum,alio.n.tempore tollitur pignoratitia per præſcriptionem,& alio tollitur hypothecaria;nam actio pignoratitia cum ſit perſonalis,tollitur ſpacio 30.anno.l.ſicut. C.de p̄ſcr. 30.ann.vt latius dictum fuit ſupra in 6.parte 2.memb.nu.23.hypothecaria autem interdum tollitur 10. annis, interdū 20. interdum 30.& interdum 40.vt l.j.C.ſi aduer.credi. lib.7. & latius dixi ſup. in d.6. parte in 2.memb. nu.j.& 2.ubi vide.Et adde hic etiam quæ dixi ſup.in 1.parte nume.4.vſque ad nume.9,ubi poſui tres differentias inter pignus & hypothecam,hic autem poſui differentias inter ipſas actiones, & iſtæ quatuor differentiæ quas ſupra retuli colliguntur ex no.per Bar.in d.§. tertii. quem refert & ſequitur Ang.de Are. inſti. de act.§. actionum.col.24. in ver.quæro quomodo actio &c. Adde etiā aliam & ſic quintam dr̄iam,quam ſtatim ſubijciam in ſequenti membro.

SUMMARIUM.

1 *Actio pignoratitia an ſit perſonalis vel realis.*
2 *Actio pignoratitia an ſit in rem ſcripta.*
3 *Debitor poteſt redimere,vel reſoluere pignus datum pignori ſecundo creditori per primum ipſi ſecundo creditori ſatisfaciendo.*
4 *Debitor pignus redimēs ſiue a primo creditore,ſiue a ſecūdo reſoluit vtranq; hipothecam.*
5 *Debitor qua actione agere debeat contra ſuum fideiuſſorem pignus redimentem.*
6 *Debito qua actione agat contra ſingularem ſucceſſorem ſui creditoris.*
7 *Actio pignoratitia directa cōpetens debitori quo tēpore & quare naſcatur.*
8 *Actio pignoratitia directa non naſcitur niſi prius ſoluto debito, fallit in quatuor caſibus.*
9 *Debito ſoluto oritur debitori actio pignoratitia directa ad repetēdū pignus.*
10 *Debitor ſoluens alteri quam creditori de voluntate tamen ipſius creditoris, an acquirat actionem hipothecariam contra ipſum creditorem.*
11 *Soluens pro debitore redimit pignus, acquiritque actionem hipothecariam contra creditorem, ſi mandato debitoris ſoluit.*
12 *Debitor offerens debitum creditori an ſi creditor nolit acceptare habeat ipſe debitor pignoratitiam directam contra creditorem.*
13 *Pignus licet pluries vel pluribus obligatum ſit, vnica tñ ſolutione liberatur.*
14 *Debitor dans pignus cum pacto, quòd creditor poſſit certo tempore illud vendere,poteſt non obſtante pacto ipſum pignus ante venditionem redimere.*
15 *Debitor emens pignus a creditore poteſt agere contra creditorem pignoratitia; quia talis venditio nulla eſt.*
16 *Pignus quando intelligatur obligatum pro vſuris.*
17 *Pignoratitia non oritur ex ſolutione partis debiti.*
18 *Solutio de pecunia reprobata neminem releuat.*
19 *Pupillus non poteſt obligari pignoratitia, non enim pōteſt pignus recipere nec dare.*
20 *Actio pignoratitia non ſequitur tertium poſſeſſorem.*

Secundum membrum 7.partis principalis.

CApio igitur ipſum membrū huius ſeptimæ partis, in quo tractabitur de natura iſtius actionis pignoratitię,
1 & in hoc expediam me per qōnes. † Primo itaq; q̄ro, an iſta actio pignoratitia ſit perſonalis,vel realis.Et ꝙ ſit pſonalis eſt tex.expreſſus in l.ſi.C.de diſtrac.pig.ubi dr̄, quòd actio pignoratitia eſt in pſonā,non in rem,& ita tenent Bart.&
2 alii in l.pignoris.C.de pig. † Sed dubitatur, an licet ſit perſonalis,ſaltem ſit in rem ſcripta?In hoc Bal.in rub. C.de pig.ac.dicit, ꝙ qñ pignoratitia datur ⁊ vſurarium, & ſic in ⁊ctu uſurario, de ęquitate canonica eſt in rem ſcripta, & competit ⁊ quemlibet etiam ſingularem ſucceſſorem,per text.& ibi no.per Hoſt.in c. cum contra. extra de pignori. ſed de iure ciuili ſm Bald. dicta actio eſt ſimpl'r in perſonam. & rō eſt ſm eum:quia naſcitur ex contractu,vnde non ſequitur ſingularem ſucceſſorem.cū quo non eſt ⁊ctum,& idem tenet Bal.in c.j.in fi.in vſibus feud. in titulo de feud.da.in vi.l.commiſ.Abba.autem in d. c cum ⁊.indiſtinctè tenet, ꝙ dicta actio pignoratitia ſit in rem ſcripta, & ꝙ ſaltem utilis detur ⁊ tertium poſſeſſorem. Alex. verò in j.⁊ſtit. digeſtorum in d.§.tertij refert opiniones,& nihil firmat. Sed in apoſtil.ad Bal.in d.c.j.de feu.da.in vi.l.commiſ. tenet, ꝙ indiſtinctè iſta actio pignoratitia ſit perſonalis,& ꝙ etiā in ⁊ctu uſurario non agatur ⁊ ſingularem ſucceſſorem pignoratitia actione,ſed condictione ex canone:nam ſm eum ſępenumero ⁊dictio ex lege tanquam in rem ſcripta ſequitur fundum, allegat. l.ſi.§.& ſi præfatam.C.de iure delib. Ego autem puto ueriorem eſſe illam opin. ꝙ actio pignoratitia ſit ſimpl'r perſonalis & nō ſequatur fundum,ſeu tertium poſſeſſorem,per text.in terminis in d.l.ſi.C.de diſtrac.pig.cui non poteſt reſponderi,& ita etiā tenet Ange.de Are.inſtitu.de actio.§. item ſeruiana.in pen.col.& in §.actionum in materia pignoratitiæ.Et non obſtat tex.in d.c. cumcontra.de pig.ubi eſt tex. ꝙ hæredes creditoris obligauerāt alteri eorum creditori bona quæ eorum auctor pignori accepe rat ab eius debitore, & dicitur ibi, ꝙ hæredes debitoris poſſunt agere contra illum creditorem, cui hæredes creditoris obligauerunt bona ipſius debitoris, & petere ꝙ fructus per eum percepti computentur in ſortem, & bona obligata eis reſtituant, ēt ꝙ nec debitor,nec hæredes debitoris cū dicto creditore contraxerint.Sup quo tex.canoniſtæ valde dubitauerunt,qua actione agere poſſint dicti hæredes debitoris contra dictum ſecundum creditorem,& alii dixerunt, ꝙ rei vendicatione,alii ꝙ offi cio iudicis, & alii pignoratitia in rem ſcripta de ęquitate canonica. † Nam pro intelligentia dicti tex.eſt aduertendū, ꝙ qñ pri
3 mus creditor dat pignus pignori ſecundo creditori,pōt debitor dicto ſecundo creditori ſoluere, uel compenſare ad reſoluendum obligationem pignoris:ut eſt tex.& ibi no.Bart. in l.grege. §.cum pignori ff.de pigno.& habetur in l.nomen. C.quæ res pigno oblig.poſ.Et ratio eſt:quia ille ſecundus creditor, cui primus dat pignus pignori, non cenſetur in dicto pignore tertius poſſeſſor,ſed cēſetur quaſi idem creditor & eadem perſona cū primo:& idem pignus,& eadem hypotheca,quæ erat apud primum creditorem,eſt etiam apud ſecundū: quia cum ſit ius reale,poteſt in alium transferri,vt habetur per Barto.in l.Ariſto.in vlt.col.ff.quæ res pigno.obliga.poſ.& per Salyc. in l.j.C.de his q in prio. cre. lo. ſuc. & ſecundus creditor,cui primus ſuū pignus cōceſſit ſubrogatur loco primi,& ideo retinet naturam primi, in cuius locum ſubrogatur,arg.l.ſi eum.§ qui iniuriam.ff.ſi quis cau.& hinc eſt, ꝙ ſecundus creditor,cui primus pignus pignori dedit,habet utilem hypothecariam contra debitorem, quæ directo competebat primo creditori,ut d.l.grege §. cum pignori.
4 & d.l.nomen.& l.j.& 2.C.ſi pig.pig.da.ſit. † Et hinc etiam eſt, ꝙ ſiue debitor ſoluat uel ſatisfaciat primo creditori,ſiue ſecundo, cui primus pignus ſuum ceſſit, reſoluitur vtraque hypotheca: ut eſt tex.in l.debitor.§.fi.& ibi Bart.ff.de pign.actio.Conſideratis ergo præmiſſis,non eſt mirum, ſi contra creditorem ſecundum,cui primus pignus pignori dedit ſoluto debito competat actio pignoratitia:qa eadē hypotheca & idē pign⁹, qđ fuit apud primum,eſt ēt apud ſm,& reputatur idem creditor, & utrique pōt ſolui & directa hypothecaria quæ datur primo,dat̄ vtiliter ſcđo.Et hoc modo loq̄t & ꝓcedit tex.in d.c.cum ⁊.videlicet ꝙ hæredes debitoris poſſunt agere ⁊ ſecundum creditorem, cui hæredes primi creditoris pignus pignori dederunt: ut fructus ꝑ eum ꝓcepti cōpenſentur in ſortem,nam indubitanter, ut dictū eſt,eis ⁊petit ad hoc actio pignoratitia directa, ſicut ⁊peteret ⁊ primum creditorē uel eius hæredes, & ꝓbat̄ iſta ⁊cluſio ꝑ text. & ibi no.p gl.Bar.Saly.& Pau.de Caſt.in l.petenti.ff.de pign.act. iuncta.l.debitor.§.fi.eo.tit.ubi hr̄, ꝙ ſi creditor primus dedit pignus pignori ſecūdo,ſi fiat ſolutio primo creditori,reſoluit̄ etiā pignus ſecūdi,& dēt pignus reſtitui ipſi debitori abſq; eo, ꝙ ſoluatur aliqđ ſecūdo creditori.† Sed licet ita ſit in ſcđo creditore,
5 tñ ſecus eſt in alio ſingulari ſucceſſore:qa ⁊ eum non datur pignoratitia debitori, & ideo ſi fideiuſſor debitoris ſoluat creditori,& ab eo recipiat pignus,qđ ei a debitore datum fuerat,non poterit debitor ſoluendo agere ⁊tra fideiuſſorē pignoratitia directa ad recuperādū ſuū pignus,ſed ⁊ eū dabitur debitori actio mandati,vt eſt tex.in l.2.ff.de pig.& ibi optimè declarat glo. dicens ideo non dari pignoratitiā:qa illa orit̄ ex ⁊ctu, & inter fideiuſſorē & debitorē nōterceſſit ⁊tractus pignoris, ſed mādati,& ſequunt̄ ibi Bar & Saly.& hoc mō dēt ēt intelligi tex. ī l.fideiuſſor.in princip.ff.de pig.dum ibi dr̄, ꝙ fideiuſſor, qui reluit

Source : BIU Cujas

pignora a debitore ſub ꝓmiſſione de ſoluēdo & poſteanō ſoluit ꝙ debitore ſoluente creditori cogēdus eſt reſtituere pignora debitori; nam debet intelligi per actionem mandati, vt dī in
6 d.l.2.eo.titu. † Et quod dicitur in fideiuſſore, fortius dicendū eſt in alio tertio poſſeſſore ſeu ſingulari ſucceſſore creditoris, ꝙ.ſ. ⁊ eum nō competat debitori pignoratitia directa: vt probatur vltra prædicta per tex.in l.ſi cum uenderet.in prin. ff.de pig act. vbi eſt tex. ꝙ ſi creditor vendidit pignus, & conuenit cū empto re, vt liceret debitori ei ſoluere pretium, & recuperare rē vendi tam, dī ibi ꝙ pignoratitia competit debitori ⁊ creditorē: vt ei cedat actionem ex vendito ⁊ emptorem, ſed ꝙ ipſe debitor nō poteſt agere ⁊ emptorem pignoratitia, ſed rei vendica. uel in factum, & ſic probatur ibi, ꝙ ⁊ tertium poſſeſſorem & ſingularē ſucceſſorem non datur debitori pignoratitia, quæ ei competit ⁊ creditorem, ſed in ſecundo creditore (vt dixi) eſt ſecus; quia pignus & hypotheca, qđ ſecundus creditor habuit a primo, reſoluitur eo ipſo, ꝙ debitor ſoluit primo creditori, vt d.l.debitor.§.fi.ff.de pig.act. ſed non reſoluitur, quando creditor uendidit pignus, ipſa emptio: vt l.4.ff.de pig.act.& ibi no. & l.j.& 2.C. ſi anti.cred.pignus vend.& ſic apparet de diuerſitate rōnis inter creditorem primi creditoris recipiētem pignus pignori, & aliū ſingularem ſucceſſorem dicti primi creditoris ex tit.emptionis vel alio habili ad translationem dīij; quia ius ſecundi creditoris reſoluitur ꝑ ſolutionem factam primo, ſed ius emptoris nō, & ideo ⁊ creditorem pōt intentari pignoratitia, ſed ⁊ emptorē non, & ꝙ ⁊ emptorem non competat pignoratitia etiā in caſu, in quo debitor prætenderet intereſſe, puta ex venditione dolo facta, ſed ⁊ creditorem, qui uendidit, eſt tex.in l.j C. ſi vend.pig. aga. iunctis gl.& maximè gl.magna, & no.Bart.Bald.Saly.& alii ibidem. Et ita diſtinguendum puto, licet non inueniā per doct. examinatum. Et ex his habes quintam differentiā inter pignoratitiam & hypothecariam, videlicet ꝙ pignoratitia eſt actio ꝑſonalis, & non ſequitur rem, nec ſingularē ſucceſſorem creditoris, niſi ſolum creditorem creditoris habentem idem pignus a creditore primo; hypothecaria autem eſt actio realis, ut l.pignoris.C de pigno. cum concordantiis, & hanc quintam differentiā adiunge aliis quatuor poſitis in præcedenti membro &c.

7 † Secūdò quæro, an iſta actio pignoratitia directa, quę datur debitori, naſcatur tꝑe ⁊ctus pignoris, an verò naſcatur ex ipſa ſatisfactione, quam debitor facit creditori. Breuiter in hoc dicendum eſt, ꝙ iſte ⁊ctus pignoris re ⁊hitur, ut inſtitu. quib.mo. re ⁊hi.obli.§.fin. & ideo neceſſe eſt dicere, ꝙ iſta actio naſcatur ex ipſo ⁊ctu, ſed tñ eius ortus fit tꝑe ſolutionis uel ſatisfactionis & non ante, naſcitur ergo talis actio hodie. i. tꝑe ſatisfactionis, ſed ex materia antiqua, vt eſt text in l.ſi rem alienam.§ oīs.ff.de pig.act.& ibi eſt gl.no. quæ hoc optimè declarat, & ponit aliqua ſimilia exempla, ſeu caſus ſimiles, videlicet de mutuo reconciliato conſumptione: nam actio oritur ex mutuo, ſequuta tñ cō ſumptione, ut l.ſi quis pro eo.§.ſi nummos.ff de fideiuſ. Similiter in actione tutelæ, quæ demum finita tutela & adminiſtratione naſcitur, ſed ex geſtione præcedenti, vt l.ſi tutor.in fi.cum l.ſeq.ff.de tute.& ra.diſ. idem & in delegatione iuriſdictionis facta per proconſulem ſuo legato anteq̄ ipſe procōſul ingrediat prouinciam; quia talis iuriſdictio non competit legato, niſi demum poſtq̄ ꝓconſul ingreſſus fuerit prouinciam, & ſic oritur ex mandato ꝑcedenti ſequuto tñ ingreſſu, vt l.obſeruare § fi.ff. de offic.procon.& legati, & ſimiliter euenit in actione ex ſtipulatu pro dote, quæ naſcitur demum ſolu. matr. & tñ oritur ex ⁊ctu præcedenti, vt l.j.C.de repu.& l.ſi ⁊ſtante.§.j.ff.ſol. matr & ibi latè per Alex poſt alios, niſi in caſu vergentiæ mariti ad inopiam; qa tunc naſcitur ⁊ſtante matr. vt l.hæc actio.ff.ſol.matr.& l.ſi conſtante.in prin.eod.tit. & l vbi adhuc.C.de iure dot.& dicta gl.in d.§.oīs. ſequuntur ibi Bar.& Saly. Et ex prædictis colliguntur in materia duæ regulæ, vna negatiua & altera affirmatiua. Negatiua eſt, ꝙ actio pignoratitia, quæ competit debitori, & ſic directa non naſcitur niſi prius ſoluto debito creditori. Affirmatiua eſt ꝙ ſoluto, vel ſatisfacto debito dicta actio naſci
8 tur, & vtranq; regulam examinabimus de per ſe. † Primò igitur capio regulam negatiuam, quæ eſt, ꝙ actio pignoratitia directa non naſcitur, niſi prius ſoluto debito, vt l. ſi rem.la j.§.oīs.ff.de pig.act. Iſta autem regula pro eius declaratione recipit quatuor fallentias. Fallit ergo primò, qñ pignus datum fuit creditori ſub ſpe futurę numerationis pecuniæ, quam poſtea creditor noluit ſoluere, & ſic obligatio pignoris nō fuit completa, nā iſto caſu pōt debitor agere pignoratitia ⁊ creditorem ad repetendū ſuū pignus abſq; alia ſolutione vel ſatisfactione, vt eſt text in l.ſolutum.§.j.ff.de pig.act.& ibi no.Bar.& Saly.& Pau.de Caſt.& hanc limi. etiam ponit gl.in d.l.ſi rem.§.oīs.in verb. actio. Et ex.d.l.ſolutum.§.j.no.ibi gl.Bar.& Pau.de Caſt. ꝙ ad producendū actionē pignoratitiam ſufficit, ꝙ res ſit data ob cām pignoris, licet cā principalis ob quā datum fuit pignus non perficiat, qđ eſt notandum. Secundò fallit, qñ pignus datum fuit ſub conditione, & illa defecit; qa ēt tunc competit directa pignoratitia ad repetendum pignus abſque ſolutione, & idem ſi creditor fecit debitori pactum de non petendo pecuniam, uel ipſum liberauit ꝑ acceptilationem, ut de omnibus eſt tex.in d.l.ſolutū.§.primo.

Tertio fallit, qñ creditor res pignoratas iniuſtè ſeu inhoneſtè malè tractaret; nam ſi illas male tractet abſque inhoneſtate, poteſt debitor agere ⁊ eum pignoratitia ad eius intereſſe. Si aūt male tractet cum inhoneſtate, puta proſtituendo ancillam pignoratam pōt agere pignoratitia repetendo illā; iſto.n ſecūdo caſu ſoluitur ius pignoris: primo aūt, non, & prædicta abſq; alia ſolutione uel ſatisfactione text.eſt in l.eleganter § fi.ff.de pign. act.& ibi no.Bar.& Pau.de Caſt. Quartò fallit, qñ debitor agere vellet ⁊ creditorem pignoratitia pro dānis, & intereſſe paſſis ꝑ debitorem ob dolum vel culpam creditoris; qa ad ea pōt agere ēt ante ſolutionem uel ſatisfactionem debiti, tex.in l.fi.in prin. 2.reſpōſo.ff.de pig.act.& ibi per Bar.& Pau.de Caſt. regula ergo hēt locum, qñ agitur ad reſtitutionē rei pignoratæ, & iſta ſufficiant quò ad primam regulam negatiuam.

9 † Secunda aūt regula affirmatiua eſt, ꝙ ſoluto debito oritur actio pignoratitia directa debitori ad repetendum pignus, & iſta regula pro clariori intelligentia expedietur per ampliationes & limitationes. Primò ergo ponam ad dictam regulam 15 ampliationes ſeu extēſiones, & poſtea ſubijciam octo fallentias. Primò ergo dicta regula extenditur & ampliatur, ut non ſolum procedat ſoluto debito in pecunia, ſed etiam aliter ſatisfacto de voluntate tñ creditoris, puta ſi dentur alia pignora creditori pro liberatione primorū, vel ſi ſit data cautio ēt nuda, uel fideiuſſio de ſoluendo ꝑ obtinenda liberatione a pignoribus, uel ſi aliter creditor a primis pignoribus receſſerit, ēt ꝙ ſui facilitate creditor in aliquo fuerit leſus; nā priora pignora erunt liberata, & agi poterit ad illorum reſtitutionē directa pignoratitia. text.eſt in d.l.ſolutū. §. oīs.verſi.ſatisfactum.ff.de pig.act.& ibi gl.Bart Bald.Saly.& Pau. de Caſt. Et idem eſt, ſi per nouationē voluntariam receſſum ſit a primis pignoribus, ut eſt tex.in d.l.ſolutum.in princip.

Secundo amplia regulam, quæ eſt, ꝙ ex ſolutione debiti naſcatur pignoratitia, ut non ſolum procedat in debitore ſoluente pro re ſua data pignori, ſed etiam ſi dediſſet pignori rē alienam; quia ſoluēdo poteſt agere ad eam pignoratitia, ut eſt tex. in l.ſi rem alienam.§.is quoque.ff.de pigno.actio.

Tertiò amplia, ut d.regula ꝓcedat ēt in prædone: qa.ſ.ſi ꝑdo rem pignori ſuo creditori dedit, quamuis ipſe prædo in dicta re non faciat fructus ſuos, tñ ex quo creditor eam bona fide poſſe erit, poterit ille prædo debitor, ſoluto debito agere ⁊ creditorē non ſolum ad reſtitutionem pignoris, ſed ēt ad cōpēſationem fructuum perceptorum per creditorem, iſte eſt tex.in l.ſi pignore.§.ſi prædo.ff.de pig.actio.

Quarto amplia regulam vt procedat ēt, qñ debitor egiſſet pignoratitia ante ſolutum debitum; nam ſatis eſt, ſi pendente iudicio ſoluat ad obtinēdum in pignoratitia: vt eſt text.in l.ſi rem alienam.§.fi.de pig.act.& ex hoc ibi Bart. & alii inferunt ad vnā theoricam gñalem, videlicet ꝙ ius ſuperueniens actori pendente iudicio ex cā de ꝑterito deducta tñ in iudicio prodeſt actori ad obtinendū ꝓdēnatoriā ⁊ ꝓuentum. Intellige tñ tu, dūmodo ſolutio, vel illud ius ſuperueniat ante ꝓcluſum ī cā; nā ſi ſuperueniret poſt cōcluſum in cauſa, videretur ſuperuenire poſt ſententiam, & non prodeſſet, ita declarat & limitat Bart.in l.ſi mater.§.eandem.in fi.ff.de excep.rei iudi.& no.Pau.de Caſt.in d.l.ſi rem.§.fin.& ēt dicta theorica limitatur pluribus aliis modis, ut per Alex.in conſi.150.in pen.col.in 3.volum.vbi vide.

10 † Quintò amplia regulam, ut non ſolum ex ſolutione facta per debitorem creditori oriatur pignoratitia; ſed etiam ſi ſit ſolutum alteri de voluntate ipſius creditoris, uel etiam ſi eſſet ſolutum ei, cui poſtea creditor hæres extitit, uel etiam ſi eſſet ſolutum creditori creditoris mei, qui habebat meum nomen, uel mea bona obligata & iſto caſu etiam inuito creditore meo, ſed ſi non haberet meum nomen, uel mea bona obligata, ſed eſſet ſimplex creditor creditoris mei, ſi ei ſoluam de uoluntate creditoris mei, vel ſi ſoluam procuratori mei creditoris vel alteri legitime recipienti pro eo; nam in omnibus iſtis caſibus ex dictis ſolutionibus oritur ius debitori ſoluenti pignoratitia actio ad repetendum pignus datum creditori, tex.eſt & ibi no. Bart.poſt gl.& Saly.& Pau de Caſt.in l.ſolutum.§.ſolutam. ff.de pign.act.

11 † Sextò amplia, ꝙ iſta actio pignoratitia directa non ſolum ꝓpetat debitori ſoluenti, ſed ēt ꝓpetat tutori, curatori, & ꝓcuratori, q mediāte legitimo mandato, tutela, uel cura, & cū debitis ſolēnitatibus pignorauerunt rē dñi; ſicut.n tales potuerunt pignorare, ita & pñt luere & reperere pignora directa pignoratitia, textus eſt in l.ſolutū.§.fi.cñ l.ſeq.& ibi no Bar.ff.de pig.act. & vt declarat ibi Pau.de Caſt. talibus adminiſtratoribus pignorantibus & ſoluentibus q̄ritur directa pignoratitia, eorū aūt principalibus quæritur utilis, & qūo dicta directa poſſit per dictos adminiſtratores intentari, uide ibi per Pau.de Caſt.

12 † Septimò amplia, ut regula procedat, non ſolum facta ſolutione, ſed et ſi in iudicio debitor actualr offerat ſoluere, & creditor recuſet recipere, uel ſi ex̄ iudiciū debitor offerat, deponat & ꝓſignet, & creditor nolit reci pe; qa p dictas oblationes dabit directa pignoratitia debitori perinde, ac ſi ſoluiſſet: cū ſtet ꝑcreditorem, ꝙ nō ſoluat. text.eſt in l.aliena.§.j.ver.ſi p creditorem.

iuncta

13 iuncta gl.ibi in ver.agitur.ff.de pig.actio.† Octauò amplia,vt regula procedat non ſolum quando debitor dedit rem creditori, vt eſſet ei pignorata,ſed etiam ſi ei dedit rem,ut alteri poſſet pignorare; nam etiam iſto caſu non ſoluto debito ipſi creditori poterit debitor agere contra creditorem, vt reſtituat rē, ſi creditor eam iam reluit ab eo cui pignorauit:ſi autē nondū reluit, poterit agere ut illā reluat & reſtituat,vt eſt tex.in l.petenti.ff.de pig.act.qua autem actione ad hoc poſſit agere debitor declarabitur inf.proximè.Et ſic regula procedit, qñ res fuit data pignori creditori,ſed fuit data creditori ad hoc ut eam pignori poneret apud alium.Et inter regulam & ampliationem eſt differentia in quatuor, & primo quia in regula, qñ.ſ.res datur pignori creditori,creditor acquirit ius in illa re, in ampliatione autem, qñ.ſ.datur res creditori,ut eam pignoret alteri,creditor ī ea nō acquirit ius.Scdò eſt dria:qa in regula qū creditor dictā rem pignorat alteri,iuxta.l.grege.§.j.ff de pign cenſetur pignorare ius, qđ habet in re,& ſic ſuo noīe, ex quo ſequit, ꝙ ſoluto ei debito cum ius ſui pignoris extinguatur.d.l.ſi rem.§.oīs. ff.de pig. acti. extinguitur ēr ius ſecundi creditoris,& res deſinit eſſe obligata ambobus.l.debitor.§.fin.eo.tit.In ampliatione aūt non cēſetur ipſe creditor obligaſſe ius ſuum, qđ non hēt in re, ſed cenſetur obligaſſe ipſam rē de voluntate debitoris, & ideo licet ſibi ſoluatur a ſuo debitore, non ꝓpea liberatur pignus a ſecūdo creditore.Tertiò eſt dria:quia in regula ſoluto debito cōpetit debitori ſoluēti gnoratitia directa,in ampliatione autem competit actio præſcriptis uerbis,vel ad exhibendum. Quarta differentia eſt,qa in regula non poteſt debitor agere pignoratitia, niſi prius ſoluto debito.d.l.ſi rem.§.oīs,in ampliatione autē ſic, ita declarat Pau de Caſt.in d.l.petenti.poſt gl.fi.Ex quibus apparet, ꝙ in ampliatione competit debitori,ut dictum eſt,actio p̄ſcrip. ver.& ad exhibendū,& ēt pōt eidē competere actio cōmodati; qa licet eſſet debitor ſui creditoris, tū per hoc non tenebatur ei rem ſuā cōmodare, & cū ex hoc nullā mercedē receperit,ideo ei pōt competere actio ꝓmodati,ut declarat glo.in d.l.petenti, quam ſequuntur ibi Bart.Paul.& alii.Nonò amplia, ꝙ iſta actio non ſolum detur ꝰ creditorē, cui eſt ſolutum per debitorē, ſed ēt datur ꝰ alium,cui primus creditor ſuū pignus pignori dedit, & ſic per unā ſolutionem liberatur pignus tam a primo q̄ a poſteriori creditore,cui primus ſuum pignus pignorauit,& nō eſt neceſſe,ꝙ debitor ſoluat ſecūdo creditori,text.eſt in l.debitor. §.fi.ff.de pig actio.Nec dictus ſecundus creditor pōt ſe tueri per retentionem ꝰ debitorem agentem pignoratitia qū ipſe debitor ſoluit primo creditori,vt eſt ibi tex. & declarat glo.Barto.& Pau. ibi. Decimò amplia, ꝙ dicta actio pignoratitia facta ſolutione,nō ſolum datur ꝰ creditorem primum & ſcdm, vt dictū eſt,ſed ēt datur ꝰ fideiuſſorem,qui fideiuſſit ꝓ ipſo debitore, & dum offerret ſoluere creditori, impetrauit a iudice, vt pignus ſibi daretur.Nam ſi poſtea non ſoluit,vt promiſit, poterit debitor facta ſolutione agere pignoratitia ꝰ fideiuſſorem ad reſtitutionem pignoris,vt eſt tex.in l.fideiuſſor.in princ.& ibi no.gl.ff.
14 de pigno. † Vndecimò amplia,etiam ſi eſſet data facultas ꝑ pactum creditori vendendi pignus, ſi non ſoluatur inf. tp̄s; quia ſiue debitor ſoluat inf.tp̄s prædictum,ſiue etiā poſtea, dūmodo nondum ſit facta venditio per creditorē,datur pignoratitia debitori ad repetēdum pignus,text.& ibi gl.& doc. in l.3.C.de pig. & dixi ſup.in ſexta parte primo membro. Duodecimò amplia, vt regula,procedat,etiam ſi debitor non ſoluat,ſed petat ꝑ creditorem compenſari fructus perceptos,& ſi quid reſtat, ei ſoluat;nam etiam iſto caſu competit pignoratitia debitori perinde,ac ſi ſoluiſſet totum,vt l.j.& 2.C.de pign. act. iuncta l.2.C.de pact.pig Tertiodecimò amplia, vt regula ꝓcedat, ēt ſi debitor peteret per creditorem cōpenſari illud, qđ creditor ꝙſequutus fuit a fure extraneo,qui pignus furatus fuit,ſiue id creditor conſequutus fuit per actionem furti,ſiue ꝑ ꝙdi.incerti, ſiue ſit ſimplum,ſiue duplum;nam oē id debet compenſari cum credito, & creditore hoc modo ſatisfacto debitor pōt agere pignoratitia ad pignus,vt l.ſi pignore.in prin.& ibi per gl.& doc. ff.de pig. act. & rō eſt: quia creditor ex pignore non dēt aliquid lucrari, ſed oē lucrum ex eo proueniens dēt in ſortē imputari,vt ibi declarat gl.Bar.& Pau.de Caſt.Iſtud tñ reſtringitur, niſi furtum pignoris eſſet factum per ipſum debitorem; qa illud, qđ creditor ꝙſequutus fuit actione furti ab ipſo debitore, & ſic ipſam pœnā furti non tenetur in ſortē imputare; qa hoc mō furtū remaneret impunitū,& eſſet ꝰ regulā.l.qđ a quoquā. ff.de reg.iu.vbi dicit tex.qđ a quoquā pœnę noīe exactū eſt,eidē reſtituere nemo cogitur,& ibi ꝑ Deciū,& idē dicēdū eſt, qñ creditor pro furto egiſſet ꝰ debitorē ꝙdictione incerti,& ex hoc cōſequutus fuiſſet q̄ſtimationē rei,qa ad cā non competeret debitori pignoratitia,nec illa ꝙpēſanda eſſet in credito, ſed ſi creditor ex ꝙdōne ꝙſequutus fuiſſet rē ipſam pignoratā, tunc bene ſoluto debito ad eam cōpeteret debitori pignoratitia.Et iō iſto caſu vtilius eſſet debitori tradere ipſam rē q̄ illius q̄ſtimationem,ita declarat
15 Bar.& Pau.de Caſt.poſt glo.in d.l.ſi pignore.in prin.† Decimoquartò amplia,ēt ſi debitor a creditore pignus emeret,& p̄tium ſolueret creditori;nam talis emptio non valet tanq̄ facta de re ſua,ſed pretium dēt in ſortē imputari, & ſi illud eſſet minus debito,teneretur debitor reſiduum ſupplere ipſi creditori,quo facto agere poſſet pignoratitia,nō autem agere poſſet ex empto, vt l.debitor.in prin. ff. de pign.actio.& ibi declarat Pau.de Caſt. Quintodecimò amplia,ēt ſi debitor fuiſſet ꝰdēnarius creditori ob non reſtitutionem pignoris in plus, q̄ eſſet debitum cū vſuris,præſtito creditori iuro in litem ꝰ ipſum debitorem;quia nō obſtante dicto iuro & condemnatione in plus facta, poterit adhuc debitor ſoluere debitum cum vſuris,& eo ſoluto ex ęq̄tate īuenietur liberatus,& poterit agere pignoratitia ad pignus,
16 tex.& ibi gl.Bar.& alii in l.ſi fundus.§.ſi pluris.ff.de pign.† Fallit modo d.regula,& primò qñ eſſet ſoluta ſors, ſeu debitum principale;nam non ſufficeret hoc ad agendum pignoratitia,niſi ēt eſſent ſolutæ vſuræ debitæ dicta de cauſa,qñ.ſ.ēt pro illis pignus erat obligatum,ut l.ſolutum.§.ſi ſortē.ff.de pig. actio Et intelligitur pignus eſſe obligatum etiam pro uſuris, qñ hoc expreſſe actum fuit,ut ibi eſt tex.Item qñ ſimpliciter eſſet obligatum pignus & uſuræ deberentur naturaliter & ciuiliter, ſecus autē ſi eſſent debitæ naturaliter tm̄;qa tunc pignus ſimpliciter datum non intelligeretur datum pro illis, vt eſt textus in d.§.ſi in ſortem.in ver.ſiue autē &c.& in l per retentionē. C. de vſur. Secus aūt ſi pignus eſſet datum pro ſorte tm̄;nam tunc indiſtinctè nō cenſeretur obligatum pro uſuris,ut declarat Bart. in d.§ in ſortem,& Pau.ibi.in d.verſi.ſiue autem.quem vide, & in hoc adde quæ late dixi ſupra in quinta parte primo membro.
17 † Secundò fallit regula,qñ eſſet ſoluta integraliter portio debita vni ex hæredibus creditoris; quia ex hoc nō datur debitori pignoratitia,niſi ēt ſoluatur alrera portio debita alteri cohæredi,ut d.l.ſolutum §.ſi creditori.& ibi no.ff.de pign.actio.

Tertiò fallit regula,quando poſt ſolutum debitum creditori, ipſe creditor emeret pignus a debitore; quia tunc non dabit̄ vlterius actiò pignoratitia debitori, ſed ipſi agenti obſtabit exceptio dominij ſuperuenientis ipſi creditori; ut eſt tex.in l.aliena.§.fina.ff.de pigno.actio.& ſic iſto caſu ex ſolutione nō competit actio pignorati.
18 † Quartò fallit regula,quando ſolutio eſſet facta de pecunia reprobata; quia talis ſolutio non liberat neque pignus, neque ſoluentem,& ideo ſoluenti non datur iſto caſu actio pignoratitia l.eleganter.§.qui reprobos. ff. de pig actio. & hoc procedit, etiam ſi dicta pecunia reprobata fuiſſet poſtea approbata a cāpſore ad inſtantiam creditoris;quia oīno non liberat debitor,niſi quando creditor ſcienter illam accepiſſet: ita declarat ibi Bart. Item iſtud procedit,etiam ſi creditor,qui dictam monetam reprobatam ignoranter accepit,poſtea illam expendidit pro bona,ut etiam ibi declarant gloſ & Bart.aſſignantes rationē ſuper hoc. Poteſt tamen dictus debitor,qui ſoluit dictam pecuniam reprobatam creditori,illam ab eo recuperare tam excipiendo, q̄ etiam agendo condictione ſine cauſa, vt ibidem optimè declarat Pau.de Caſt.quamuis gloſ ibi uoluerit, ꝙ hoc poſſit fieri ſolum excipiendo, & malè ſecundùm Pau.ibi.
19 † Quintò fallit,quando pignus eſſet datū pupillo ſine auctoritate tutoris;quia etiam quòd ei ſoluatur debitum, tamen contra ipſum non oritur pignoratitia actio;nam ſicut pupillus non poteſt dare pignus ſine tutoris auctoritate, ut l.prima,in prin.ff. quæ res pigno.obliga.poſita nec poteſt recipere, vt ex eo obligetur pignoratitia actione,text.eſt & ibi gloſ.cum qua alii tranſeunt.in l.pupillo.ff.de pigno.act.

Intelligetm,vt ibi declarat glo.niſi pupillus ex receptione pignoris effectus eſſet locupletior; qa tunc ēt ꝙ pignus ei datum fuiſſet ſine tutore,eſſet obligatus & ꝙuenīri poſſet pignoratitia actione iuxta tñ la.è no.ꝑ Ang de Are.inſti.de auc.tut.in princ.
20 † Sextò fallit regula, ſeu potius declaratur, ſi creditor amiſit poſſeſſionē pignoris,& pro illa egit quaſi ſeruiana ꝰ tertiū poſſeſſorē,& ab eo ꝙſequutus fuit ius q̄ſtimationē: qa tali caſu nō pōt debitor repetere ab illo tertio poſſeſſore ſuā rē, q̄ creditor per ſolutionē ſibi factam ab illo tertio poſſeſſore ſit liberatus, niſi ipſe debitor reſtituat,vel offerat ipſi tertio poſſeſſori,qđ pro eo ſoluit,tex.eſt in l.ſi creditor.in prin.ff.de pigno.actiō.

Aduerte tamen,ꝙ in caſu d l.ſi creditor, non datur debitori cōtra illum tertium poſſeſſorem pignoratitia,ſed oportet agere rei vend. quia (vt dictum fuit ſup. in iſto 2. membro. nu.7.& ſeq.) actio pignoratitia eſt perſonalis, & non ſequitur tertium poſſeſſorē,& ita ēt racitè no gl.in d l.ſi creditor in prin.in verſi. offerat,ubi ad hoc allegat plures cōcordantes, & de hoc eſt tex. in terminis in l.2.ff.quib.mo.pig.uel hypo. ſolu. & ſic iſta nō eſt propriè fallentia a regula,ſed potius declaratio. Septimò fallit regula,quando eſſet ſoluta pars tm̄ debiti;quia non ꝑ hoc poſſet debitor agere pignoratitia ad partē rei pignoraræ, ſed oīno requirit̄ integra ſolutio debiti l.quandiu.C.dr diſtrac.pig. & facit.l.ſi neceſſarias.§.ſi vnus.ff.de pig.act. & iſtud procedit nō ſolum,quando vna res eſt data pignori, ſed etiam ſi ꝑ plures eſſent datę:qa non cogit̄ creditor vnā ex illis liberare niſi ſoluto integro debito,tex.eſt in l.q̄ pigno.ff.de pig.Octauò fallit.d.reg. qñ etiam eſſet ſolutum integrum debitū vnà cū vſuris,iuxta l. ſolutū.§.ſi in ſortē.ff.de pig.act.& creditor vēdidiſſet aliquā ex

Source : BIU Cujas

rebus pignoratis,& pro ea obligasset se de euictione in casibus permissis, nam donec debitor caueat ipsi creditori de indemnitate super dicta euictione promissa, non dabitur ei pignoratitia ad repetendum alia pign.vt est tex. & ibi no.in d.l.si necessarias.§.j.ff.de pigno.actio.

SVMMARIVM.

1 *In pignoratitia actione quæ veniant.*
2 *Vsuræ an debitori debeantur de illo pluri, quo pignus venditum est per creditorem.*
3 *Interesse, quod debitor passus est ex eo,quòd creditor recusauit restituere pignus, an veniat in pignoratitia.*
4 *Pignoratitia directa datur ob dolum creditoris,similiter ob latam & leuem culpam.*
5 *Creditor an teneatur de casu fortuito rei pignoratæ.*
6 *Creditor restituens pignus debitori soluto debito tenetur repromittere debitori de dolo & culpa.*
7 *Creditor tenetur & cogi potest actione pignoratitia compẽsare fructus perceptos ex re pignorata.*
8 *Pignoratitia directa competens debitori ob deteriorationem rei a creditore factam an datione pignoris insolutum creditori censeatur remissa.*
9 *Pignoratitia directa datur contra dominum pro pignore dato eius seruo peculiari nomine.*
10 *Creditor non cogitur agere contra debitorem, nec constituitur in mora non agendo.*
11 *Pignoratitia directa cõpetit tam pro pignore prætorio,quàm conuentionali.*
12 *Pignoratitia directa an & quando reijciatur per exceptionem dominij.*
13 *Pignoratitia contraria potest creditori competere contra directam.*
14 *Pignoratitia contraria competit creditori pro expensis necessarijs & aliquando pro voluntarijs factis in pignore.*
15 *Expensæ necessariæ quæ dicantur.*
16 *Creditor in repetitione expensarum in re pignorata factarum præfertur cæteris creditoribus.*
17 *Creditor an teneatur probare expensas in re pignorata factas, & sic præsumantur.*
18 *Creditor quando dicatur aliquid feciſſe in re pignorata tacito consensu debitoris.*
19 *Pignoratitia contraria competit pro re aliena vel alteri obligata data pignori creditori ignoranti.*
20 *Creditor agens pignoratitia contraria contra debitorem pro re aliena sibi obligata ad quid agere debeat.*
21 *Actio pignoratitia contraria an competat creditori decepto in pignore contra fideiussorem sibi cum pignore datum.*
22 *Creditori multis casibus competit pignoratitia contraria contra debitorem.*
23 *Debitor decipiens creditorem in re pignorata tenetur actione pignoratitia contraria. Submittens autem aliam pro iam tradita tenetur actione furti.*
24 *Debitor pignorans rem alienam tenetur pignoratitia contraria.*
25 *Libellus in pignoratitia directa qualiter sit formandus.*
26 *Libellus in pignoratitia directa an debeat continere probationem dominij.*
27 *Libellus qualiter sit in pignoratitia contraria concipiendus.*

Tertium membrum 7.partis principalis.

SEquitur modo tertium membrum huius 7. partis, in quo videbimus,quæ veniãt in actione pignoratitia,& pro quibus competat tã directa quàm ↄria sed primò de directa, postea de ↄria. Capiẽdo itaque primò directam pignoratitiam,ponam in ea pro faciliori & clariori intelligentia sex cõclusiones complectentes totam materiam,& postea duas quæstiones.† Prima igitur cõclusio sit, ꝙ in pignoratitia directa venit non solum res pignorata,qñ non est vendita per creditorẽ, sed etiam si creditor vendidit pignus plus suo credito venit illud plus cum interesse uel usuris, si illud plus creditor nõ obtulit & depositum (debitore recusante recipere) quia cũ ista sit actio bonæfidei veniunt in ea vsuræ a die moræ, text. est & ibi declarat Barto & Pau.de Cast.in l.quamuis.§.fi. cum l.seq ff de pign. actio.& in l.creditor,la 2.eo tit.Et dum Pau. de Cast. in d.l.quis. §.fi.dicit,ꝙ quamuis ista actio fuerit inuenta principaliter ad recuperationem pignorum,tamẽ cum sit bonæfidei, datur etiam ad restitutionem pretij superexistentis ex pignore vendito, qđ creditori traditum non fuit quasi illud succedat loco rei traditæ,intellige tu iuxta no.per Bar.in l j.ff.de distrac. pig. declarando,quod dictum residuum pretij reperitur apud creditorem ex causa lucratiua,& ipse debitor cogitur habere ratam venditionem pignoris factam per creditorem, iuxta not. in l.eleganter. §.si uendiderit.ff.de pigno. actio.istis ergo concurrentibus dicitur dictum pretium succedere loco rei,vt habetur in d.l.prima, & dixi late supra in quinta parte principali in primo membro.
2 † Et puto istas vsuras debitas ipsi debitori a creditore in illo pluri quo vendita fuit res pignorata,iuxta.d. l.quamuis.§.fi.deberi etiam de iure canonico,prout debentur vẽditori re tradita emptori,si emptor fuerit in mora soluendi pretium,iuxta. l.secundam,& ibi not per glo.C.de vsur.& l.curabit.C.de actio.empti. quasi creditor uendiderit de consensu ipsius debitoris, ex quo ita semel uoluit; vt probatur, in Authen.quibus aliena.licet.§.j.ibi. voluntate debitoris intelligitur pignus alienare, & habetur per Bal.in l.j.C.si ser.extero,in q.de pelipario creditore vendente.
3 † Adde etiam, quòd in ista actione venit interesse, quod debitor passus est,ex eo ꝙ creditor recusauit restituere instrumenta rei pignoratæ iuxta tex in l fi.in prin.ff.de pigno.actio.
4 † Secunda conclusio est, quòd in pignoratitia directa uenit dolus & lata culpa & etiam leuis,non autem leuissima, nec casus fortuitus.tex.& ibi notat Bar.& Pau.de Cast.in l.si cum uenderet.§.fi.de pigno.actio.& in l.fi.§.primo eodem titu.in l.si creditor.& in l si nulla.cum l seq.C.eo.& de casu fortuito est text. clarus in l.quæ fortuitis.eodem titu.& ibi etiam glo.in versi.præstantur.quæ allegat concordantes,& optimus tex.in l.ea igitur. ff.de pignori. actio. qui dicit,quòd creditor tenetur in pignore ad ea quæ diligens paterfamilias in suis rebus præstare solet. Adde tu, ꝙ intantum creditor tenetur in re pignorata de culpa & dolo,quòd si res indiget aliqua expensa necessaria, creditor debet illam facere,alias si res pereat,uel efficiatur deterior, tenetur de culpa: ut l.si seruus. ff. de pigno.actio.declarando tamen hoc secundum Paul. de Cast. ibi, quando creditor talem expensam commode facere potuit: nam non per hoc tenetur se & suas res incommodare, vel distrahere sua bona, vel pecunias ad usuram recipere sed tali casu quando ipse non põt commodè expensam facere,debet solum denuntiare & significare debitori, ꝙ si etiam non posset ex aliquo iusto impedimento denuntiare excusaretur,argu l item quæritur.§.exercitu.ff.locati.Ita declarat ibi Pau.quæ no.quia possunt contingere.† Illud autem,quod dictum est de casu fortuito,restringitur, nisi forte creditor rem sibi sibi obligatam ppria auctoritate sine aliqua licentia debitoris occupauerit: tunc enim creditor teneretur de casu postea contingente in illa re,tex.no. & ibi Barto.& Salyc. ac Paul.de Cast. in l. qui ratiario. ff.de pigno.actio.Et subdit ibi Pau de Cast. quòd ex quo sumus in culpa in committendo, ꝙ creditor tenebitur de casu,qui etiam euenisset, si creditor non occupasset,iuxta no.in l.si vt certo §.interdum. ff. commod. & in l.si vehenda § idem iuris.ff.ad l.rhodi.de iac.Intellige tamen & declara predicta,quod non obstante casu fortuito contingẽte in pignore,quando creditor non occupauit propria auctoritate poterit creditor agere ad debitum.l.si creditor,& ibi p doctores.C.de pigno.actio.& hoc nisi creditor fuerit in culpa,puta quia potuit euadere pignus a casu fortuito & non euasit: vt lege sicut.& ibi no.Bald.C.de pignori. tunc n.quando creditor fuit in culpa: si ageret & non offerret pignus,quod perijsset sua culpa, repelleretur doli exceptione: vt l.apud Celsum.§.item quæritur,si vniones,& ibi glo.ff.de doli exceptio.
6 † Tertia conclusio est, ꝙ quando creditor restituit debitori pignus tanquam ab eo satisfactus,tenetur repromittere debitori de dolo & culpa sua etiam in negligendo commissa: ita ꝙ si res immobilis pignorata habuisset seruitutem, de qua ipse creditor habuisset notitiam,& negligendo ea vti illam amisisset,teneretur etiam de hoc:ut est textus not.in l.creditor la j.ff.de pignori. actio & ista repromissio debet fieri cum fideiussore: vt vult glo.in l.debitor.§.si.eo.titu.in gl.in ver.nec quicquàm. Sed Saly.ibi tenet contrarium ex eo:quia dic.l.debitor. loquitur per verbum repromitto,nec ei adiungitur aliquod uerbum,per qđ cogamur intelligere de fideiussore adhibendo in dicta repromissione,iuxta no.in l.j.ff.qui satisdare cog & in l.sancimus.C.de verbo. signif.& puto Saly.rectè sentire.† Quarta conclusio est,ꝙ in dicta actione pignoratitia uenit, ꝙ creditor cogatur compẽsare fructus perceptos ex re pignorata cum suo credito,iuxt.l.j.& 2. C.de pigno.actio.item uenit,ꝙ creditor teneatur de deterioratione rei pignoratæ facta dolo uel culpa sua & estimationẽ dictæ deteriorationis tenetur restituere,uel compensare cum credito suo:vt est tex.& ibi glo.a doc. in d.l.2.in secundo nñ. Et propterea,ut dicit Bal.in d.l.creditor.la 2.eo.tit. per illum tex.creditor satisfactus tenetur reddere pignus debitori in eadem qualitate,in qua illud recepit.Et illud notandum est ſm eum pro formatione libelli in pignoratitia directa: quia debet peti reddi rẽ in eo statu intrinseco,in quo erat tpe pignorationis, ita ꝙ creditor tenetur de incisione arborum fructiferarum,sed nõ de incisione syluę cęduæ,quæ est in fructu secundum Bal.& ibi p illũ tex. † Et in ñn tenet creditor de deterioratione rei p suã culpã facta,ꝙ licet postea illã recipiat simpliciter solutũ a debitore:tñ adhuc remanebit obligatus debitori pro dicta deterioratione & dãno:ut est gl.solẽnis in l.elegãter.in prin.in gl.fi.in ver.si fortè. q̃ est parvula ff.de pig.acti.& illã sequitur ibi Bart.& magnificat Pau.de Cast dicẽs ꝙ est ppetuò tenẽda mẽti, & ꝙ sup illa est facienda vna magna manus,& ꝙ alibi non reperitur,& approbat ibi ẽt Alex allegãdo p ea tex.in l.fi ff.arb. fur. cęs. qui satis bene probat.† Adde ẽt,ꝙ dicta actio pignoratitia debitori datur ↄtra dñm p pignore dato eius seruo peculiari noĩe & dat̃ peculiotenus,vt est tex.in l.si creditor.§ fi.ff.de pig.acti.& ibi glos.& doct.
7 Quinta ↄclo est,ꝙ creditor possidẽs pignus, tenet̃ ex fructibus,quos pcipit,soluere collectas & tributa:ut l. ĩ summa,& ibi gl.& Bal.C.de pig.& l.interĕ creditorẽ.ff.de pac. Et rõ est:q̃ collecta dẽt solui p possessorẽ pcipiẽtẽ fructus,ut hĩ in dictis locis,

in tantum

Source : BIU Cujas

in tantum,ꝙ pactum factum in ꝫrium,vt.ſ.ſoluatur per debitorem,qui non poſſidet,non valet in præiudicium fiſci:vt eſt tex. in d.l.inter creditorem.Si tñ creditor ſolueret de ſuo collectas, vel alia onera publica.puta expenſas impoſitas pro munitione viarum;quia fructus non eſſent per eum percepti, uel nox ſufficerent,haberet regreſſum ꝫ debitorem:vt habetur in d.l.ī ſumma. Non tamen tenetur creditor rem ſibi pignoratam ponere in ſuo ꝯſtimo ſecundum Bald. in l. cum notiſſimi.in 3.col.C.de præſcri.30.ann.& habetur per Alex.poſt Bar. in l.Titio. in prin. ff.ad muni.de quo tamen vide ſup.in 3.parte in 1.membro. nu-
10 me.48.vbi plenius de hoc. † Sexta concluſio eſt,ꝙ licet creditor habens pignus poſſit etiam ſi vult agere contra debitorem, vt ſibi ſoluat;tamen inuitus ad hoc cogi non poteſt,ſed ipſe debitor,ſi vult ſibi pignus reſtitui, tenetur offerre & deponere ipſi creditori,tex.eſt & ibi no.Bald.in l.creditor.C.de pig.Et facit pro hoc tit.& maximè.l.j.C.vt nemo inui.age.vel accu.coga.Sed bñ eſtverum,ꝙ ſi creditor vellet agere ad debitum,tenebitur offer re pignus,aliàs repelletur exceptio. doli. l.apud Celſum.§.item quæritur,ſi vniones ff.de excep.do.& no.Bal.in ca.j.in fi.titu. de
11 conten.inter do.& fi.de inueſti.feu. † Quæritur modo in materia,an ſicut actio pig.directa competit debitori pro pignore cõuentionali:vt ſup.probatum eſt,ita etiam competat pro pigno re prætorio : puta ſi creditor fuit immiſſus in poſſeſſionem bo. debitoris ex 1.decr.& per conſequens conſtitutum pignus prætorium,iuxt.l.non eſt mirum.§.j.ff.de pign.act.Et debitor ſoluit vel obtulit & depoſuit ſuum creditum creditori, an poſſit agere contra eum pignoratitia ad repetendum bona, in quibus facta fuit immiſſio?Breuiter dicēdum eſt ꝙ ſic,caſus eſt & ibi not. in l.inquilino cum l ſeq ff.de dam.infec.& in l.is cui. §.quæri poterit,& ibi Bar.ff.vt in poſt.lega.Dicit tamen ibi Bart. ꝙ in iſta pignoratitia venit dolus & lata culpa, & nõ leuis per allegata ibi per eum:in cõuentionali autem venit etiam leuis culpa:vt notaui ſup.in membro prætorij pignoris,in 3.parte,in 2.membro, & plenius in 5.parte principali in 5.membro, nu.106.& 107.Et ꝙ etiam in pignore prætorio detur pignoratitia, eſt text. & ibi Bar.in l.ſi pecuniam ff.de pign.act.& ibi etiam per Pau.de Caſt. & per Bal.in rub.C.co.tit.& per Ang.de Are.inſti.de ac.§ actio
12 num.col.24.in ver.quæro an pignoratitia. † Vlterius quæritur, an ſi debitor agat contra creditorem directa pignoratitia ad reſtitutionem pignoris,poſſit creditor excipere de dñio ꝫ debitorem a quo cauſam habet? Et in hac q.pro intelligentia præmittendum eſt,ꝙ debitor ſoluto debito poteſt agere contra creditorem ad reſtitutionem pignoris duplici actione, videlicet rei vendi.& actione pignoratitia,& ſic actione reali, & actione perſonali ex contractu,vt l.nec creditores,& ibi gl.& Bal.C.de pig. actio.an ergo creditor poſſit excipere de dominio ꝫ debitorē agentem?Bal.in d.l.nec creditores.ponit quādam diſtinctionē, & ibidem Salyc. ponit aliam diſtinctionem magis plenam. Sed Bar.in l.ſi alienam.ff.ſolu.matrimo. magis latè & magiſtraliter diſtinguit, & ex eius diſtinctione quatenus pertinet ad terminos noſtros pono tres concluſiones.

Prima concluſio eſt ꝙ quando agitur actione perſonali ad id quod directò deſcendit a contractu,de cuius ſubſtantia eſt,ꝙ agens ſit dominus,poteſt contra agentem opponi iſta exceptio, tu non es dominus,ſed onus probandi incumbit excipienti.ſꝙ agens non ſit dominus,& cum hac concluſione Bart.tranſeunt 18
communiter doc.vt latè per Alexan.in d.l.ſi alienam.Et ab hac concluſione Bar.ibi excipit.d.l.nec creditores.C de pign. actio. quia ſecundum eum ad producendum pignoratitiam non requiritur, ꝙ debitor, qui dat rem pignori, ſit dñs illius rei:licet quandoque ad conſtituendum ius in re, puta hypothecam ſic, & ſic vult Barto. ꝙ pignoratitia non requirat dominium ad ſui ſubſtātiam in debitore,qui dedit pignus, & de hoc eſt tex.in l.ſi rem alienam.§.is quoque.ff.de pig.act.& dicam inf.in libello pignoratitiæ.Et propterea concluditur, ꝙ ſub iſta prima concluſione non cadit quæſtio noſtra, ſed cadit ſub ſequenti ꝯclone.

Secunda igitur concluſio eſt,ꝙ qñ ad ſubſtantiam cõtractus non eſt neceſſe,ꝙ agens fuerit dominus,non poteſt per reũ cõ- 19
uentum habentem cām ab agente opponi exceptio dñij, videlicet ꝙ agens non ſit dñs:niſi in vno caſu.ſ.qñ res,in qua dēt fieri executio, non extaret;quia tunc poſſet opponi exceptio dñij ad effectum,vt per hoc conuentus teneatur ſolum ad ꝯſtimationem poſſeſſionis:non autem ad ꝯſtimationem proprietatis rei per l.ſi mulier.§.qui poſſeſſionē.ff.quod met cau.Niſi forte reus cõueniatur ratione doli,vel ſui delicti;qa tunc agens nõ obſtante exceptione conſequetur etiam æſtimationem proprietatis: vt vult Bar.in l. commodare.ff.commo. per l.conductores.C.loca.& l.non ab re.C.vnde vi.Sed iſtam reſtrictionem Bart.in d.l. cõmodare.reprehendit Alex.in d.l.ſi alienā, & ſeqt ſimplr opinionē Bar.ibi quā ſup.retuli. Et (vt ſup.dixi) ſub iſta cõcluſione cadit actio pignoratitia & q.noſtra, qa ad ſubſtātiā actionis pignoratitiæ nõ eſt neceſſe,ꝙ debitor,qui dedit pignus,fuerit,vel ſit dñs rei pignori daræ,licet ad ꝯſtituendū hypothecā & hypothecariā actionē requirat bene, ꝙ debitor pignorans ſit dñs, ut l.aliena.in prin.& ibi ꝑ glo.& doc.ff.de pig.act.Vnde concludi-
4 *Hypothecaria in fideicommiſſo vniuerſali facta reſtitutione verbali adhuc competit,facta autem reſtitutione reali,non.*
5 *Hypothecaria in contractibus puris oritur à die obligationis contractæ.*
6 *Probanda quando agitur hypothecaria contra debitorem.*
7 *Agens hypothecaria contra hæredem debitoris, cuius bona defunctus obli gauit,quid probare debeat.*
8 *Agens hypothecaria contra tertium poſſeſſorem quæ probare debeat.*
9 *Diſpoſitio. l.apud Celſum. §. de auctoris. ff. de doli exceptione quo caſu pro cedat.*
10 *Emens non dicitur confiteri rem quam emit eſſe venditoris, nec hoc tenetur confiteri,ſi conueniatur.*
11 *Creditor agens hypothecaria contra tertium poſſeſſorem non habentem cau ſam à debitore quid probare debeat.*
12 *Actio realis vel perſonalis in rem ſcripta competens contra auctorem com petit etiam contra eius ſingularem ſucceſſorem.*
13 *Actio hypothecaria vtilis competit, vbi reconualuit:quia debitor ſucceſſit domino rei obligatæ.*
14 *Hypothecaria directa datur, quando debitor tempore obligationis emerat, ſed nondum erat ſibi res tradita,ſed fuit tradita poſtea.*
15 *Hypothecaria directa competit, quando debitor obligauit rem ſub conditio ne,ſi res ſua fieret,& poſtea fuit acquiſita.*
16 *Hypothecaria directa competit ex obligatione generali in bonis poſtea ac quiſitis.*
17 *Hypothecaria non competit ad poſſeſſionem obligatam, ſi debitor illam ami ſit,& fuit occupata per alium.*
18 *Hypothecaria an & quibus caſibus locum habeat pro poſſeſſione amiſſa per debitorem.*
19 *Interdictum ſaluianum vtile competit cuilibet creditori hypothecario.*
20 *Actio hypothecaria quemadmodum diuerſimode intentatur, ita diuerſimo de libellus in ea concipitur.*
21 *Libellus in hypothecaria directa vel vtili alternatiue conceptus an non de claratus procedat.*
22 *Libellus in actione hypothecaria diuerſimode venit conſiderandus.*
23 *Res illa dicitur eſſe in bonis,quando agitur ad illam,licet non poſſideatur, & ſi poſſideatur cum exceptione.*
24 *In libello hypothecario quid & qualiter ſit concludendum.*
25 *Dominium qualiter in actione hypothecaria probetur.*
26 *Forma libelli hypothecarii in quo differat à forma libelli vtilis ſaluiani in terdicti.*
27 *Sententia in iudicio hypothecario cuius formæ eſſe debeat.*

¶ Tertium membrum 8.partis principalis.

SEquitur tertium membrum iſtius octauę partis principalis, in qua videndum eſt primò,quãdo oriatur actio hypothe caria. Secundò quæ ſint probanda ad obtinẽdum in ea. Tertiò

de modo

Source : BIU Cujas

de modo libellãdi circa illam, & circa ſaluianũ interdictũ &c.
1 † Primò itaq; notandum eſt, ꝙ actio de dote competens ad eius reſtitutionem, non oritur conſtante matrimonio, ſed demum eo ſoluto, niſi in caſu inopiæ mariti, vel alterius obligati ad reſtitutionem dotis, ita late diſputando concludit Alexan. dicens hanc eſſe communem opin. in l. ſi conſtante. §. j. in duabus vltimis col. ff. ſolu. mat. & ratio eſt: quia mulier dicitur creditrix ꝑ dote conditionaliter, videlicet ſi matrimonium ſoluatur morte mariti, vt ibi habetur, & ideo pendente conditione non oritur actio. l. cedere diem. ff. de verbo. ſign. Item etiam firmat Alexan. in conſi. 106. viſis & opportune. in j. col. in 5. vol. Oritur ergo actio de dote ipſi vxori ſtatim ſol. mat. morte viri, non expectato lapſu anni, qui indulgetur marito & eius hæredibus ad reſtitutionem dotis miſerationis cauſa, iuxta. l. vni §. exactio. C. de rei vxo. actio. quia iſte annus non ineſt actioni vel obligationi, ſed datur miſerationis cauſa, ideo non impedit natiuitatẽ actionis. Et probatur iſtud: quia ſolu. matri. ſtatim incipit currere præſcriptio contrà actionem de dote, vt l. in rebus. §. fin. C. de iure do. quod vtiq; non eſſet, ſi tunc actio orta non eſſet. l. cum notiſſimi. C. de præſcrip. 30. ann. quia non valenti agere nõ currit præſcriptio. l. j. in fin. C. de anna. except. Et ſicut actio de dote non oritur niſi demum ſolu. matr. (vt dictum eſt) ita dicendum eſt in actione hypothecaria, quę oritur ex expreſſa vel tacita hypotheca pro dote; quia actio hypothecaria à principio non naſcitur, niſi prius nata principali obligatione perſonali, cui ipſa accedit, vt per Bart. in l. fideiuſſor obligari. in prin. ff. de fideiuſ. & iſtud firmat Bald. nouel. in tractatu dotis, in 10. parte princ. in 16. & vlti. limi. Vbi tamen declarando dicit, ꝙ licet hypothecaria pro dote non oriatur cum actione perſonali, niſi demum ſolu. matr. Tamen ꝙ ex tunc retrotrahitur ad tempus contracti matrimonii; quia dicta obligatio dotis reſtituendę contrahitur ſub quadam cõditione videlicet ſi matrimonium ſoluatur, quę conditio cum ſit caſualis, retrotrahi debet, prout eſt regulare in contractibus, ꝙ conditio purificata retrotrahatur ad diem cõtractus, vt l. potior. & l. qui balneum. ff. qui po. in pig hab. vt ibi ꝑ
2 eum, & ſępiſſimè dictum fuit ſupra. † Similiter dicendum eſt in actione euictionis; quia etiam illa non naſcitur ante ſequutam euictionem. l habere licere. ff. de euict. & l. qui rem. C. eo. tit. & ſi militer hypothecaria pro euictione tunc demum naſcitur per rationem ſupra adductam in proximo præcedenti articulo, &
3 ita no. Alex. in d. conſ. 106. in j. col. 5. vol. † Idem etiam dicendũ eſt in legato conditionali, vel in diem: quia ante' purificatam cõditionem vel diem non oritur actio in rem, nec hypothecaria pro dicto legato, ita no. Bal. in l. j. in 2. col. in ver. quæro nũquid ante diem certam &c. C. commo. de leg. Et idem dicendum eſt in quacunq; alia obligatione conditionali, vel in diem, vt. ſ. nõ oriatur hypothecaria niſi demum purificata cõditione vel die, vt eſt tex. & ibi gl. Bar. & alii in l. grege. §. pe. ff. de pign. Si tamen egiſſet creditor pendẽte conditione, & propterea ſuccubuiſſet, ſi poſtea purificetur cõditio, iterum agere poterit, nec ei obſtabit exceptio rei iudicatæ, vt ibidẽ eſt tex. & vult glo. ibi in verb.
4 agere. † Sed dubitatur, an in fideicommiſſo vniuerſali purificata conditione poſſit fideicommiſſarius agere hypothecaria facta reſtitutione verbali, ante reſtitutionem realem, & Bal. in d. l. j. in prin. C. commu. delega. in verſi. quæro nunquid ex fideicõ miſſo vniuerſali &c. tenet ꝙ ſic. mouetur per tex. in auth. cõtra rogatus. C. ad Treb. vbi eſt tex. expreſſus, ꝙ fideicõmiſſario vniuerſali competit hypothecaria pro rebus fideicommiſſo ſubiectis, & gl. ibi in verbo in rẽ. dubitat, qũo poſſit cõpetere talis hypothecaria: cum videantur res eſſe ſuæ, & ideo non videtur poſſe dici, ꝙ dictæ res ſint obligatæ ipſi fideicommiſſario. l. ſi rem alienam. ff. de pig. acti. & l. neq; pignus. ff. de reg. iur. vnde glo. ibi reputat iſtud mirabile, & non obſtat. d. l. neq; pignus, quia vt declarat Sali. in d. auth. contra rogatus. in 4. oppo. & ſentit ibi Bal. in verſi. item no. ꝙ in eadem re. ad hoc reſponderi poteſt, ꝙ ante reſtitutionem realem factam fideicommiſſario vniuerſali ꝑ ſolam verbalem reſtitutionem fideicommiſſarius non acquiſiuit perfectum & verum dominium, & ideo reſpectu iuris quod ſibi defecit in rebus fideicommiſſo ſubiectis, poſſunt illæ res dici obligatæ ipſi fideicommiſſario, arg. etiam tex. in l. ex ſextante. §. Latinus. ff. de except. rei iudi. & ibi eſt gl. no. in ver. conſtituto, quę ita intelligit, videlicet ꝙ donec quis non eſt plene dominus rei, non obſtat. l. neq; pignus, & ita intelligit. l. in rebus. C. de iu. do. Iſtam etiam intelligentiam firmat Pau. de Caſt. in l. j. in j. col. in verſi. Sed oppono extra glo. videtur &c. C. commu. de lega. vbi dicit, ꝙ illa regula, quæ dicit, ꝙ ſemel meum amplius effici meum nõ poteſt, vt inſti. de leg. §. ſed ſi itẽ, procedit, quando res eſt perfecte mea & mihi acquiſita per regulas iuris, & ideo non habet locum in re legata, quæ acquiritur ipſo iure ſine traditione extra regulas iuris. Concluditur ergo, ꝙ fideicommiſſarius vniuerſalis poſt factam reſtitutionem verbalem poſſit agere hypothecaria, ſed non poſt factam reſtitutionem realem: qa tunc perfecte eſſet dominus, vt l. reſtituta. & l. facta. in prin. & ibi no. ff. ad Treb. & ita tenendum puto, quanuis Iaſ. in d. l. j. in 7. limi. C. commu. de leg. reliquerit articu. indeciſum, dicendo nunquam de eo fuiſſe bene clarum, & nunquam audiuiſſe decidi ꝑ
5 aliquem. † In aliis autem obligationibus & contractibus puris dicendũ eſt, ꝙ hypothecaria oriatur indiſtinctè à die ortæ obligationis perſonalis, vt habetur in l. res hypothecacæ. ff. de pign. & l. grege. § pen. cum l. ſeq. eo. tit. & faciunt no. per Bar. in l. fideiuſſor obligari. in prin. ff. de fideiuſſo. † Secundo loco in iſta ter
6 tia parte octauæ partis principalis videndum eſt, quæ ſint probãda in hac actione hypothecaria, & in hac parte complectendo totam materiam & diſtinctè & clare procedendo ponam ſeptẽ concluſiones. Prima igitur concluſio ſit, ꝙ quando agitur contra debitorem principalem hypothecaria, ꝙ ſi hypotheca fuit ſpecialis de aliqua certa re, debet probari, ꝙ debitor tempore obligationis illam poſſederit, ſi autem hypotheca fuit generalis omnium bonorum, ſufficit probari, ꝙ poſt contractam obligationem debitor aliquando poſſederit, ita probat tex. no. in l. & quæ nondum. §. j. ff. de pig. & iſto caſu non eſt neceſſe probare de dominio, vel quaſi debitoris, ſed (vt dictũ eſt) ſufficit probare illius poſſeſſionem, dummodo creditor agens alleget in ſuo libello & in poſſitionibus dominium debitoris, nam abſq; alia probatione reſultat præſumptiua probatio dominii. Alias ſi non poneretur de dñio debitoris, creditor agens ſuccumberet non obſtante ꝙ probaſſet poſſeſſionem: ita no. Bar. in l. rem alienam. in 2. col. in verſi. quæro circa iſtam partem &c. ff. de pigno. act. & Ang. de Are. inſti. de actio. §. item ſeruiana. in 3. col. & ratio iſtius deciſionis eſt, ꝙ quando debitor, qui obligauit, cõuenitur à creditore hypothecaria, non poteſt refricare quæſtionem dominii, vel excipere & negare ſe non eſſe dominum; qa ita excipiendo repelleretur per replicationem doli, vt eſt tex. & ibi no. per doc. in l. ſi inter. §. j. ff. de pign. & ideo ſufficit probare poſſeſſionem & allegare dñium debitoris, ex quo pro eo præſumitur; nam præſumptio non requirit probationem, ſed ſufficit eam allegare, vt per Bar. in l. ſi adulterium cum inceſtu. §. idem Pollioni. ff. de adul. Dum tñ dictũ eſt, ꝙ ſufficit probare poſſeſſionem debitoris, intellige tu, dummodo probetur eum bonafide poſſediſſe, videlicet ꝙ eam poſſedit vt ſuã & ſic bonafide, iuxta. l. Titia ff. de ſol. nam cũ poſſederit bona fide, & vt ſuam, præſumitur dñs, vel quaſi, vt l. j. C. de priui. fiſ. & l. 2. C. ne vxor ꝑ ma. & ita in prædictis firmat Sali. in l. cum res. in 5. col. C. ſi alie. res pig da. ſit. Illud autem, quod dictum eſt, ꝙ debitor conuẽtus hypothecaria non poteſt negare ſe dñm, per d. l. ſi inter. §. j. ff. de pign. Intellige tu procedere, qñ debitor obligauit in ſpecie aliquam certam rem; nam cũ obligauerit illam expreſſe vt ſuam; ſi nunc negaret illam fuiſſe ſuam, & ſe non fuiſſe dñm, conuinceretur de mẽdacio, & repelleretur exceptione doli. d. l. ſi inter. §. j. & d. l. rem alienam. in fi. ſecus aũt eſt, qñ debitor oĩa ſua obligaſſet in genere. Nam tunc cõuentus ſuper vna re in ſpecie nõ prohibet debitor excipere, ꝙ illa res nõ fuerit ſua: ſed alterius, dummodo nominet eum, cuius dicit illam rem eſſe, & probet ſe fructus percipere nomine illius, alias ſi hoc non probaret, ex quo poſſidet, & res præſumitur eſſe ſua, ſuccũberet, & deberet condemnari, iuxta no. in l. 2. C. vbi in rem act. Et facit. ꝙ cum ſit præſumptio pro creditore agente contra debitorem, onus probandi transfertur in debitorem. l. ſiue poſſidetis. C. de prob. Sed ſi debitor exciperet, ꝙ illa res non ſit ſua, & nominaret dñm, & probaret, abſolueretur; quia in generali obligatione non ꝙincitur de mendario, prout in ſpeciali; quia ſtant iſta ſimul, ꝙ vera citer debitor obligauerit omnia ſua bona, & ꝙ iſta res, ad quam in ſpecie agitur, non fuerit, nec ſit debitoris, & ideo, ceſſat diſpoſitio d. l. ſi inter §. j. & d. l. rem alienam. §. fi. Et ita refert & firmat Sali. in d. l. cum res. in 5. col. C. ſi alie. res pig. da. ſit. & in l. rem alienã. in pe. col. col. ff. de pig. ac. & ibi Alex. in apoſt. ad Bar. & Ang. de Are. inſti. de act. §. item ſeruiana. in 3. col. in verſi. & prædicta procedunt in ſpeciali hypotheca. Item creditor agens hypothecaria contra debitorem debet etiam probare, ꝙ debitor conuẽtus poſſideat etiam tempore moti iudicii; quia cũ iſta ſit actio in rem, vt l. pignoris. ff. de pign. & l. pignoris. C. eo. tit. requiritur, ꝙ reus conuentus poſſideat, vt l. j. C. vbi in rem act & l. j. C. de alie. iu. mutan. cau. fac. & ita in ſpecie tenet Pau. de Caſt. in d. l. rẽ alienã. in pe. col. in ver. qualiter autem probetur, quod nota, ne
7 erres. † Secunda concluſio eſt, ꝙ quãdo debitor obligauit rem illius, qui poſtea fuit hæres debitoris, obligauit tñ illam vt propriam, non vt alienam; tunc ſi creditor agat contra illum, qui eſt dñs rei modo, effectum hæredem debitoris hypothecaria, hæres non poterit refricare quæſtionem dñii, ſicut non poſſet ipſe debitor defunctus: quia iſto modo detegeretur mendaciũ defuncti, & ideo iſto caſu ſufficit probare poſſeſſionem defuncti tempore cõtractæ obligationis & de præſenti poſſeſſionem hæredis, deducendo & allegando etiam eius dñium, vt ſupra in præcedenti concluſione dictum eſt in principali debitore, vt de hoc eſt tex. in d. l. rem alienam. in fi. & ibi per doc. ff. de pig. act. Similiter idem dicẽdum eſſet, ſi defunctus feciſſet dictam obligationem & contractum nomine hæredis, & promiſiſſet de rato pro eo: tunc enim teneretur hæres habere ratum dictum cõtractum, & ſufficeret eadem probatio de qua ſupra. Ita no. Pau. de Caſt. in l. ſolutum. § ſolutam. in prin. & in d. l. rem alienã. in 2. col. in

col.in verſi.ex ſecunda parte.ff.de pig.ac.Sed ſi extra iſtos duos caſus defunctus obligaſſet rem,quæ non erat ſua, ſed erat illius, qui poſtea fuit ſuus hæres,an tunc reconualeſcat pignus, & cõpetat hypothecaria,habetur per gl.in d.l.rem alienam. & ibi Sali.ponentem plenam diſtinctionem in 3.col. & late poſui ſupra
8 2.parte principali,in 2.membro,num.55.vbi vide.† Tertia concluſio eſt,ꝙ qñ agitur hypothecaria contra tertium poſſeſſorẽ, ſeu alium ſingularem ſucceſſorem habentem cauſam in pigno re,ſeu hypotheca à principali debitore,ꝙ ſm magis veram opi. tenetur creditor probare de dñio directo,vtili, vel quaſi debito ris.Et hoc ſiue ille ſucceſſor prætendat cauſam lucratiuam, ſiue oneroſam,ſiue nullam cauſam Iſtam opi.tenet Bart. in d.l.rem alienam.in 2.col.ff.de pig.acti.Reprobata opi. Cy. in l. cum res. C.ſi alien.res pign.da.ſit. quam ibi Bart. ſequutus fuit, ſm quam opin. diſtinguebatur inter cauſam lucratiuam & cauſam oneroſam.Nam in lucratiua dicebant ſufficere probationem, quæ ſufficit contra debitorem principalem, vt dictum fuit ſupra in j.cõcluſione: in oneroſa autem dicebant requiri probationem dñii vel quaſi,arg.l.apud Celſum.§.de auctoris.ff.de doli excep. vbi habet,ꝙ dolus auctoris obſtat ſingulari ſucceſſori, qñ vult
9 vti acceſſione ſui auctoris.† Ad quod reſpondet Bar.in d.l.rem alienam.ꝙ diſpoſitio.d. §. de auctoris.habet locũ, qñ ſucceſſor ſingularis agit;tunc enim dolus auctoris obſtat ſingulari ſucceſſori,& habet locum.d.§. de auctoris. Non autem habet locum, qñ ſucceſſor poſſidet & conuenitur in iudicio: quia tunc ei in diſtinctè non nocet dolus auctoris vt l.an vitium.ff.de diuer.& tempo.præſcr.& no.in l.2.§.j.ff. de doli excep. vnde cum in terminis noſtris tertius poſſeſſor poſſideat & conueniatur hypothecaria,non autem agat, non debet ei nocere dolus auctoris, ita no.Bar.in d.l.rem alienam.Sali.verò.in d.l.cum res.& in d. l. rem alienam.approbat opin.Bar.inquantum Bar.reprobauit diſtinctionem Cy.inter cauſam lucratiuam & cauſam oneroſam. Sed inquantum Bar.concluſit, ꝙ indiſtinctè creditor agens hypothecaria contra tertium poſſeſſorem habentem vel non habẽtem cauſam à debitore teneatur probare de dñio debitoris, ipſe Sali.tenet contrarium,& in hoc ipſe dicit, ꝙ ſufficit probare contra tertium poſſeſſorem habentem cauſam à debitore,ꝙ debitor bona fide poſſederit,abſq; eo ꝙ de alio illius titulo probetur,& mouetur Sali.quia ex quo conſtat iudici, ꝙ tertius poſſeſſor dictam rem accepit à debitore vt propriam ipſius debitoris,ſicut debitor excipiendo,ꝙ res non fuit ſua, repellitur replicatione doli ꝑꝑ mẽdacium.l.ſi inter.§. j. ita debet repelli tertius poſſeſſor, qui dictam tem accepit vt propriã debitoris, & iſtud 11
corroborat Sali.pluribus aliis rationibus per ſuaſiuis concludẽdo,ꝙ poſſeſſor habens titulum à debitore videtur fateri debitorem eſſe dñum. Sed iſtis non obſtantibus opinionem Bar. in d. l.rem alienam.tenet Ang.de Are. inſti.de ac. in §.item ſeruiana, & dicit illam in practica obſeruari,præterquam in caſu qñ appareret debitorem alienaſſe in tertium poſſeſſorem cum participatione fraudis in damnum creditoris ſm Bal.in rub. C.quæ in frau.credi.Et mouetur Are.ad hoc tenẽdum:quia creditor prætendit tantummodo ius in re.videlicet hyp. quæ non tribuit titulum habilem ad acquiſitionem dñii vel ad vſucapionem, ſed ex ea põt ſolum conſequi poſſeſſionem,vt l.ſi cum venditor.in prin.ff.de euic.Tertius autem poſſeſſor,qui emit bona fide, habet titulum & poſſeſſionem de præſenti,ergo tanquam hñs pinguiora iura debet obtinere, ſicut in ſimili dicit in petitione hæreditatis.quę non datur contra titulo poſſidentem:vt l.j.& 2.C. de peti.hære.& facit illud quod habetur in l.ſiue autem.§.ſi duobus.ff.de publicia. Nec obſtat ſm Are. ꝙ præſens poſſeſſor, qui habet cauſam à debitore, non poſſit dicere rem non fuiſſe debitoris;quia reſpondet,ꝙ poſſeſſor cõuentus iſtud nõ negat, nec affirmat,ſed ſimpliciter dicit habere titulum à debitore,vt in ſi-
10 mili no.Bart.in l.Pomponius.§.ſi iuſſus.ff.de acqui. poſſ.† Dictã etiam opi.Bart. in d.l.rem alienã. tenet Ang.in l.j.ff.de publicia. ſuper gl.in verſ.à nõ dño,vbi ex no.ibi per gl.colligit, ꝙ emptor non cenſetur confiteri rem eſſe venditoris, & ideo ſubdit, ꝙ ſi emptor conueniatur hyp. ſuper re empta à creditore vẽditoris poterit negare rem fuiſſe illius venditoris, non obſtante ꝙ ab eo habeat cauſam,& dicit ſe hoc de facto pluries practicaſſe, & iſtam opi.ex fundamento Ang.tenet etiam Alex. in conſi. 115. viſo proceſſu.in 6.vol.in fi.vbi etiam dicit, ꝙ Salic.qui tenuit in d.l.cum res.ꝙ hñs titulum vel cauſam ab aliquo cenſeatur fateri illum eſſe dñm,fuit deceptus;quia eius fundamentum non ꝓbatur iure,ſed immo contrarium eſt de iure per d.gl.in d. l. j. & ibi per Ang.Idem etiam firmat Alex.in conſ.43. viſis & ponderatis.in 2.col.in verſi. præterea ad probandum locationem &c. 4.vol.& in conſi.185.in cauſa appellationis &c.2.col.verſ.nec ẽt dictus.5.vol.vera ergo videtur cõcluſio, ꝙ licet quis habeat cauſam ab aliquo, ſi conueniatur actione reali, poſſit negare illum à quo cauſam habuit non fuiſſe dñm,ſed in caſu cõtrario,videlicet an ille, à quo ego cauſam habeo, poſſit negare contra me fuiſſe dñm,dicendum eſt ꝙ non,vt tenent Bar.Bal.& alii in d. l. cum res.C.de ꝓtoba.& Alex.in l.commodare.in fi.apoſtillæ magnæ.ff.commo.& in l.ſi alienam.poſt Bar.ibi.& alios.ff. ſol. matri.in j.col.Ratio autem differentiæ inter primum, & ſm caſum eſt; qa in primo caſu qñ ille qui habet cauſam ab alio negat eũ à quo cauſam habet fuiſſe dñm, non allegat ſuam turpitudinẽ, nec de mendacio conuincitur, in ſecundo autem caſu qñ ille à quo ego habeo cauſam negat ſe fuiſſe dñm detegit ſuam turpitudinem,& mendacium,ita dicit Alex. in d.l.ſi alienam. Et iſtã puto eſſe veram concluſionem in hoc articulo & tenẽdam, & per eam apparet,ꝙ quædam diſtinctio, quam ponit Pau.de Ca. in d.l.cum res.in vlt.col.in ver.no.iſtam gl.C.de proba. inquantum dicit,ꝙ ſi tertius poſſeſſor hñs cauſam ab vno conueniatur ab alio,aut ipſe agat contra alium, nõ prõhibetur negare illum à quo cãm habet fuiſſe dñm,& hoc modo procedãt not.per gl. in d.l.cum res, ſed ſi ille qui habet cauſam ab vno agat contra illum,vel ab eo conueniatur:tunc ad inuicem non poſſunt referre quæſtionem dñii,non eſt vera;quia(vt dictum eſt)faciẽda eſt differentia,an ille à quo quis habet cauſam neget ſe eſſe dñm,& non poſſit:quia allegaret ſuam turpitudinẽ,an verò ille qui cauſam habet ab alio neget illum fuiſſe dñm, & poſſit; quia ex hoc nullam turpitudinem allegat,& hoc ſiue inuicem agant vel cõueniantur,ſiue contra alios agant vel conueniantur ab aliis, nã ſemper eadem ratio militat,& ita ſi recte aduertatur tenet gl.in d.l.cum res.in gl.in verſi.in vacuam.Similiter per iſta tollitur q̃dam modificatio,quam idem Pau.de Caſt.in d.l.rem alienã. dabat ad deciſionem Bar.ibi,videlicet ꝙ deciſio Bar.procedat,qñ tertius poſſeſſor non allegaret ſe habere cauſam à debitore: qa ex quo ipſe hoc non allegat,nõ poteſt etiam allegari per creditorem,ſed ſi tertius poſſeſſor allegaret ſe habere titulum à debitore,tunc non procedat opi.Bar.quaſi videatur tunc fateri rem fuiſſe in bonis debitoris; quia iſta modificatio Pau. eſt verbalis potius,q̃ realis;quia eadem ratio eſt, ſiue titulus habitus à debitore probetur per creditorem, ſiue allegetur per ipſum poſſeſſorem.Et propterea tenenda eſt concluſio illa ſupra firmata tanquam verior & cõior, ꝙ poſſeſſor conuentus hyp. à creditore, etiã ꝙ habeat titulum,vel cauſam à debitore,poſſit negare debitorem fuiſſe dñm; quia negando hoc non allegat ſuam turpitudinem, & ideo creditor agẽs debet docere de dñio vel quaſi ſui debitoris,aliàs obtinere non põt, ſed ſi cauſa ageretur cum debitore,qui cãm & titulum alteri conceſſit, ſiue debitor agat, ſiue conueniatur, & ſiue iudicium ſit inter ipſum & illum, cui cãm dedit,ſiue ſit inter alios,nõ poterit ille,qui cãm, vel titulum dedit alteri negare ſe fuiſſe dñm illius rei; quia hoc negando allegaret ſuam turpitudinem,iuxta cõcluſionem Alex.in d l. ſi alienam,& alia ſupra allegata.† Quarta concluſio eſt,quæ redditur clara ex dictis in præcedenti concluſione, ꝙ creditor hypothecaria agens contra tertiũ poſſeſſorem non hãtem cauſam à debitore,debet probare de dñio directo, vtili,vel quaſi ſui debitoris in re ad quam agit:& in hoc concordant Cy.Bar.& Sali.cõiter alii in d.l.cum res.C.ſi alie.res pi.da.ſit. & in l. rem alienã. C. de pig.act. & ratio iſtius concluſionis eſt, quia hyp. non confert titulum habilem ad dñii acquiſitionem nec ad vſucapionẽ, ſed ſolum ad obtinendam poſſeſſionem:vt l.ſi cũ vẽditor. in prin. ff.de euic.& ideo agens hyp. debet fundare ſuam intentionem in titulo & iure ſui debitoris,& illud probare, ꝙ ipſe debitor teneretur probare,ſi vellet obtinere contra talem poſſeſſorem:vt eſt tex.& ibi no.per gl.& doc.in l.ſi ab eo.ff.de pig. & ita etiã firmat Ang.de Are.in d.§.item ſeruiana.in 4.col in ver.quarto caſu principali &c. Sed circa duas præcedentes concluſiones põt dubitari,quid ſi aliqua lege caueretur,ꝙ in hypo.ſufficeret probare,ꝙ poſſeſſor haberet titulum ſeu cauſam à debitore(vt eſt Florentię,vbi ſtatutum ita diſponit)an in tali ſtatuto comprehẽdatur non ſolum ille,qui habet titulum proprie ab ipſo debitore, ſed etiam ille qui improprie & ficte ab eo titulũ ſeu cauſam habet, vt in eo qui miſſus eſt in tenutam auctore prætore in bonis dicti debitoris, vel qui ex ſecundo decreto iudicis illa bona in ſolutum habuit,iuxta l.non eſt mirum.ff.de pig.act.vbi hẽ de tenutario ex primo decreto,& l.j.C.ſi in cauſam iudi. pig. ca.ſit. & l.ſi ob cãm.C.de euic. vbi hẽ de ſecundo decreto, & in dictis locis,dicitur,ꝙ factum iudicis reputatur factum partis. Et breuiter dicendum eſt ꝙ non; quia adeptus poſſeſſionem ex primo vel ſecundo decreto iudicis, ficte & improprie dicitur habere cauſam à debitore,vt habetur in dictis iuribus,& not. Bart. in l. eleganter.in prin.in verſi.ad tertium oppono &c. ff. de pig. act. vnde cum ſtatutum loquatur de habente cãm vel titulum à debitore,& loquatur præter ius cõe,debet intelligi de eo,qui proprie & vere habet cãm à debitore, nõ aũt de eo qui ficte & improprie per tex.iuncta gl.in l.3 §.hæc verba.& ibi no.Bar.& Pau. de Caſt.ff.de neg.geſt.& tãto magis cũ diuerſa ſit ratio, qñ quis acquirit titulum vel cauſam ab ipſo debitore,q̃ qñ acquirit mediante iudice & eius decreto,per no.in l.iuſte poſſidet.ff.de acq. poſ. Vnde ſtante diuerſitate rationis ſtatutum loquens in caſu vero non debet trahi ad caſum fictum,iuxta no.in l.Gallus.§.& quid ſi tãtum.ff.de lib. & poſ.& ita vidi obſeruari in practica & puto tenendum.† Poteſt etiam dubitari in dicto ſtatuto, an il- 12
lud habeat locum,qñ poſſeſſor,qui conuenitur hyp.non habet cauſam à debitore immediate,ſed mediate,q̃a.ſ. emit ab alio q̃

emit

Source : BIU Cujas

emit ab ipso debitore, & puto dicendum quòd sic: quia probationes, quæ sufficiebant contra primum emptorem videntur etiam sufficere contra secundum, iuxta no. per Bar. in l. si superatus. in fi. ff. de pig. & in l. sæpe. in fi. ff. de re iud. & in l. si mater. §. fi. ff. de excep. rei iud. & in omnibus dictis locis per Alex. & no. quasi in propriis terminis Socy. in consi. 89. in causa agita. 1. uolu. in versic. si ergo satis est &c. Probatur etiam: quia quando fumus in actione reali vel personali in rem scripta ius agendi qđ competebat contra auctorem competit etiam contra eius singularem successorem, vt tenet Bart. in l. si tertius. §. si quis prius. in versicu. secundò quæro, vtrum ius agendi. ff. de aqua pluuia arcenda.

Vnde illud ius, quod competebat creditori contra primũ emptorem competere etiam debet cõtra eum, qui emit ab illo, & ita puto tenendum & obseruari vidi in practica &c. & ita exp̃sse loquitur dictum statutum Florentinum, videlicet de habente causam a debitore, vel eius successore uniuersali, vel singu-
13 lari, vnde cessat omnis disputatio &c.† Quinta conclusio est, q̃ quando debitor a princ. obligauit simpliciter rem, quæ non erat sua, sed erat alterius, cuius postea ipse debitor fuit effectus hęres, illa obligatio & hyp. ex hoc q̃ debitor effectus fuit hęres domini illius rei reconualuit, & hoc casu dabitur creditori utilis hyp. non directa; quia directa competit, quando a principio pignus potuit constitui & valuit: utilis autem competit, quãdo a principio hyp. non valuit: quia data in re aliena, sed ex superuenienti dominio ipsi debitori fuit cõfirmata; nã licet tunc verba non seruiant, tamen ex mente legis datur, & de his habetur in tex. iunctis gl. in d. l. rem alienam. ff. de pig. actio. & prædicta procedunt, quando simpliciter superuenit dominium ipsi debitori, sed si debitor post supertuenientiam dñii declararet expresse, q̃ hypot. ex nunc ualeret, vel illam expresse ratificaret: tunc competeret directa propter expressionem uerborum: ita declarat Pau. de Cast. in d. l. rem alienam. in 2. col. in versi. sequẽ
14 do igitur ordinem gl. †Item intellige istam conclusionem, qñ tempore hypo. constitutæ nullum ius competebat debitori in d. re specialiter obligata. Nam si a principio debitori in dicta re vel ad dictam rem competiisset aliquod ius, puta quia emerat illam, sed nondum fuerat sibi tradita, tunc obligando illam cẽ ferretur obligasse actionem personalem sibi contra uenditorẽ competentem, & obligatio dictæ actionis valeret a principio,
15 & si postea uirtute dictæ actionis sibi tradatur res, extinguetur obligatio dictæ actionis personalis, sicut extinguitur ipsa actio per traditionem, & ipsum dñium superueniens ipsi debitori ex causa de præterito orta etiam ante pignorationem confirmabit hyp. etiam quò ad directam hyp. tex. est & ibi nota. in l. 1. in prin. ff. de pig. & in l. 3. §. cum ex causa. ff. qui pot. in pign. hab. & optimè declarat Pau. de Ca. in d. l. rem alienam. in 2. col. in ver.
15 nunc circa istum passum &c.† Et idem dicendum est, si tempore obligationis debitor nullum ius habuisset in dicta re, nec ad rem, sed obligauit eam non pure, sed sub conditione, si sua, vel cum sua erit. Nam licet a principio obligatio non ualuerit, sed fuerit in suspenso, tamen purificata postea cõditione, quia res effecta sit debitoris, valebit obligatio vsq; a principio etiã quò ad directam hyp. nam debitor verbis expressis voluit obligare aduenięte conditione, vt est tex. in l. si fundus. §. aliena res. ff. de pig. Secus autem si obligasset purè rem, quæ erat aliena: nã tũc uoluit obligationem ualere a prin. & quia tunc valere non potuit, etiam q̃ postea superueniat dominium, de rigore ipsa hypo. reconualescere non potest obstante reg. catoniana, ut l. cætera. §. 1. ff. de leg. j. sed de æquitate datur utilis d. l. rem alienam, in conditionali autem obligatione, videlicet si sua erit, cessante impedimento videlicet q̃ res efficiatur sua, valet ẽt de rigo-
16 re, ut l. pen. & fi. ff. de reg. catonia. ideo datur directa. † Similiter idem dicendum est in obligatione generali oĩum bonorum, quia s. si debitor post talem obliga. acquirat bona, in illis etiam ualet hypotheca quò ad directam hypothecariam; quia in illis censetur ꝫcta obligatio sub eadem conditione, videlicet si sua erunt, ita intelligitur. d. l. 1. in prin. ff. de pig. & ita optimè declarat Pau. de Ca. in d. l. rem alienam. in 2. col. in ver. idem si nõ habeo ius in re, nec ad rem &c. Habes ergo ex præmissis, qñ in terminis. d. l. rem alienam. creditori directa hypothecaria competat & qñ utilis. Cuius autem effectus sit ista discussio, videlicet, an competat directa uel utilis, videbis. ꝫ. dum tractabitur de li-
17 bello hypothecariæ.† Sexta concl. est, q̃ si debitor tempore obli. nullum aliud ius habebat in re hypo. nisi solam possessionẽ, non posset creditor per hyp. auocare possessionem sibi per debitorem obligat. a tertio possessore, ad quem dicta res deuenit post obligationem contractam, & ratio est: quia hyp. extinguit̃ peremptione rei hyp. puta si seruus obli. moriatur, sed d. possessio, quę erat penes debitorem tempore obligationis, statim cũ per eum fuit amissa, & per alium occupata, extincta fuit, & nouus possessor nõ dicitur habere illam possessionem, quã prius habuit debitor, sed nouam & diuersam ab illa, licet secus sit in dominio, ut latè per Ias. in l. 1. §. per procu. ff. de acq. pos. Immo si debitor de nouo inciperet possidere, ẽt in eo noua possessio diceretur, ut l. si is qui pro emptore. §. pe. ff. de usuca. meritò nouus possessor non potest conueniri hypot. pro possessione seu iure possidendi, quod debitor obligauit: ita solenniter determinat Bar. in d. l. rem alienam. in 2. col. in versic. sed ꝫ hoc oppono &c. Et cum eo transit ibi Saly. in 5. q. & idem Sal. in d. l. cum res. in fi. C. si alie. res pig. da. sit. & ita etiam ante eos tenuit Cy. ut ipsi referunt, & fimat & comprobat Ang. de Are. instit. de acti. §. item seruiana. in pe. col. in gl. in ver. appellatione &c. Prædicta tñ intellige, nisi res, in qua possessio fuit obligata creditori, trãslata fuisset in tertium per debitorem ex ꝫctu commodati, locati, vel simili, quia ex huiusmodi ꝫctibus trãsfertur in recipiẽtes quædam detentatio, & dñr potius esse in possessione, q̃ possidere. ut l. 3. in fi. ff. de acq. pos. & ꝫ eos agi potest per dominum actione in rem, vt l. officium. ff. de rei uend. & l. si uentri. §. pen. ff. de priui. cred. Sicut ergo possunt cõueniri actione in rem, ita dicendum est eos posse conueniri hypo. pro illo iure possessionis ad similitudinem actionis in rem: & tales detentatores trãsferent in creditorem agentem hypot. quantum in eis est. s. illã detentationem: sicut dicimus in rei vẽdicatione. d. l. officium, cum enim tales potuerunt per debitorem cõueniri actione in rem ad dictam detentationem d. l. officium. illa actio de futuro competitura debitori fuit obligata per ipsum in generali obligatione bonorum: & ideo illa potest intentari vtiliter per creditorem, iuxta l. nomen. C. quæ res pigno. obli. pos. ita declarãt Bar. & Sal. in d. l. rem alienam. in uer. s. alle. & sequitur etiam Saly. in d. l. nomen. Et faciunt no. per eundem Saly. in d. l. nomen. in ultim. q. & ita fir. Alex. in consi. 112. uiso quodam &c. 6. volumi. numero 5.

18 † Et licet, ut dictum est, quando fuit oblig. sola possessio, & illa fuit amissa per debitorem, non possit agi hyp. ꝫ tertium possessorẽ extra casus proximè notatos. Tamen bene poterit auocari per creditorem utili interdicto, quod directò cõpetit debitori, iuxta d. l. nomẽ. Nam cum debitor priuatus fuit a tertio sua possessione, incępit ei competere interdictum possessoriũ directum illud tempore obliga. fuit obligatum in generali obligatione bonorum, meritò creditor illud utiliter intentare poterit. d. l. nomen. sed non hypo. ita subiungit Bar. in d. l. rem alienam. in 3. col. in uersi. item oppono ꝫ prædicta, quæ omnia bene nota. ut effugias æquiuocationem, & scias bene practicare.
19 †Septima conclu. est, q̃ dicta s. in præcedenti conclusio. procedunt quò ad actionem hyp. sed in utili saluiano interdicto, qđ est possessorium, & competit cuilibet creditori hypo. vt declarat Bar. in l. 1. ff. & C. de sal. interdi. & competit etiã ꝫ extraneos possessores, ut d. l. 1. ibi. extraneos possessores. ff. de sal. interd. vt dixi s. in ista 8. parte nu. 5. & 6. sufficit agenti ex eo ad obtinẽdũ victoriam probare possessionem debitoris de præterito, uidelicet tempore obliga. uel postea, & possessionem conuenti de p̃senti: nam sicut si debitor amisisset suam possessionem, potuisset eam auocare a tertio possessore aliquo directo interdicto, sic etiam creditor illius, qui habet obli. omnia bona & iura debitoris, poterit dictam possessionem utili interdicto saluiano auocare a tertio possessore: & sicut debitor in directo interdicto obtinuisset uictoriam probando de sua antiquiori possessione, ita debet obtinere eius creditor in utili saluiano interdicto: ita declarat Bar. in d. l. rem alienam. in 3. col. in ver. item oppono ꝫ prædicta. Et cum Bar. transeunt ibi Pau. de Cast. & Saly. in l. cum res. in ult. col. in uersic. quæro nunc tertio &c. C. si alie. res pig. da. sit. & Ang. de Are. in d. §. item seruiana. in uersi. & aduertas secundum Bart. in d. l. rem alienam &c. Admonẽs ibi aduocatum actoris, vt omissa hypot. semper intentet saluianum interdictum, in quo sufficit probatio possessionis debitoris absque probatione dominii, & habetur per Alexan. in consil. 185. in causa &c. nu. 4. 6. volu.

Et si quispiam diceret, fatuus erit quilibet, qui de cętero intẽtabit hypot. si semper potest intentare saluianũ interdictum, & sic superflua uidetur hypoth.

Respondeo, q̃ potest dari casus, in quo actor cogetur intentare hypot. puta quando debitor hypot. rem, quæ erat in bonis suis tempore obligationis, sed eam nõ possidebat: nam potuit debitor oblig. rem suam, licèt alius possideret illam: & isto casu cum fuerit obli. ius proprietatis, & nõ ius possessionis, quod nõ habebat debitor, non poterit intentari saluianum interdictum quod est possessorium, sed erit necesse intentare hypoth. Et ita declarat Paul. de Castr. in d. l. rem alienam. in ultima colum. dicens ex prædictis ista duo remedia non esse superflua. Intellige tamen, quod dictum est, quando tempore obligationis non competebat aliquod interdictum possessoriũ debitori pro sua possessione. puta quia culpa sua ceciderat, uel alia ex causa: nam si competiisset aliquod interdictum, tũc creditor habens illud obliga. posset utiliter illud intentare, ut dicta l. nomen. & dictũ fuit supra, vel intellige quando debitor obligasset bona mobilia & immobilia: nam tunc cum in tali obligatione non uenissent iura & actiones, ut l. a diuo pio. §. in uenditione. ff. de re iudica. & l. quam Tuberonis. §. penult. ff. de pen. lega. & dixi latè supra in secundo membro 2. partis. numero 9. non posset

Source : BIU Cujas

creditor intentare utiliter interdictum, quod directo pro auocatione poſſeſſionis competeret debitori,ſed opus eſſet intentare hypo.& multi alii caſus poſſent conſiderari,in quibus non ſeruiret ſaluianum interdictum, ſed neceſſe eſſet intentare hypot.quos omitto tanquam minus neceſſarios. Et adde præmiſſis quæ ſubdam ſ̃.in materia libelli.

Vltimo loco in hac 3.parte iſtius 8.partis prin. videnda ſunt ea quæ pertinent ad libellum hypo.actionis & ſaluiani interdicti vtilis.Et primò ponam,quæ ſunt narranda & deducenda in libello actionis hypo.tam directę quàm vtilis, ſecundò ſubdã de libello vtilis ſaluiani interdicti.

Capiendo itaque libellum hypoth.actionis.Notandũ eſt,ꝙ prout actio hypo.aliquando datur directa, & aliquando utilis, & aliquando cõtra debitorem principalem vel eius hæredem, & aliquando contra tertios poſſeſſores, & in dictis caſibus poſitæ ſunt diuerſæ concluſiones habentes diuerſas conſiderationes,vt ſ̃.in 7 præcedenti.concluſionibus eſt demõſtratum, ita diuerſæ formæ libelli ſeruandæ ſunt: & ideo ne fiat inculcatio, & incurratur æquiuocatio,de vnaquaque videndum eſt.

20 †Primò itaq; circa directam hypothecariam narrandum eſt in libello,ꝙ res ad quam agitur fuit in bonis debitoris tempore oblig.contractæ,& alia ex quibus deprehendatur, ꝙ directa hypoth.intentatur,iuxta ea quę dixi.ſ̃.in hac 3.par.in 5.conclu. nume.38.cum ſeq.

In vtili autem hyp.narrari debet, ꝙ illa res ſuperuenit & effecta fuit de bonis debitoris poſt obligationem cõtractam, & alia ex quibus datur vtilis hypo.vt habetur in d.v.concluſ.& ea quæ narrantur ſunt etiam probãda, ita quòd ſi narretur forma directæ.videlicet ꝙ res fuit in bonis debitoris tempore obligationis contractæ,& probetur,ꝙ illa res ſuperuenit in bonis debitoris poſt obligationem contractam,agens ſuccumberet, & ſimiliter econuerſo; quia hoc modo intentaſſet vnam actionẽ & probaſſet in alia,quæ non eſſet intentata, & in qua non eẽt lis conteſta.& ſic non poſſet obtinere.l. non poteſt videri.ff. de iudi.& l.habebat.ff.de inſtito.ita magiſtraliter no.Pau. de Caſt. in d.l.rem alienam.in fi.3.col.in ver.ſed iſte text. facit ad vnã.ꝙ

21 †Et ſubdit ibi, ꝙ ſi agens deduceret alternatiuè utranq; formam actionis directæ & vtilis.Narrando,ꝙ dicta res erat in bonis debitoris tempore oblig.contractæ,vel quòd poſtea effecta fuit de bonis debitoris,poſſet reus excipere, ꝙ actor declaret, ſuper qua actione velit inſiſtere,quia actor hoc modo videtur intentaſſe duas actiones incompatibiles,contra no.in l.1.C de fur.& hoc niſi fortè talis incertitudo prouenirſet ex facto rei,iuxta no.in l.1.§.quod ait.ff.quo.leg.ſed ſi reus non exciperet, ꝓcederet libellus,& in quacunque dictarum actionum actor ꝓbaret,obtineret,iuxta no.in l.fi.C.de anna.except.Ita dicit Pau. in d.l.rem alienam.& hoc modo ſunt intelligenda & deducenda ad praticam no.ſ̃.in d.v.conclu.

22 †Secundò quando agitur hypoth.contra ipſum debitorem principalem:tunc ſi ſumus in ſpeciali obligatione alicuius certæ rei,debet narrari in libello, & poſtea probari, ꝙ debitor illã poſſedit tempore oblig.ꝫctæ. Si autem ſumus in generali obli. omnium bono.ſufficit narrare in libello & probare,ꝙ debitor poſt contractam obli.aliquando d.rem poſſedit: utroq; tamen caſu vltra poſſeſſionem narrandam & probandam cum bona fide debet allegari & poni ſeu articulari,ꝙ dominium directũ vtile,vel quaſi ſpectat ad debitorem,hoc tamẽ non eſt probandum de neceſſitate,ſed ponendum tantum,vt latius deductum & probatum fuit.ſ̃.in 1.conclu.ſimiliter quando agitur hyp. ad bona hæredis,quæ fuerunt oblig.per defunctum debitorem in caſi.in quib.obl.valuit,iuxta no.ſ̃.in 2.conclu.narranda & probanda eſt poſſeſſio debitoris cum bona fide,& alleg.dñium,vt ſ̃.in d.i.& 2.conclu.deductum fuit,& etiam eſt narranda & ꝓband.poſſeſſio de præſenti illius contra quem agitur, vt in d.1. conclu.fuit dictum.

Tertiò quando agitur ꝫ tertium poſſeſſorem hypot. eſt narrandum in libello,& poſtea probandum dominium directum debitoris,vel utile,vel quaſi,vt de directo habetur in l.2. & in l. aliena.& in l.tutor.in prin.ff.de pig.act.De vtili autem habetur in l.tutor.§.fi.& in l.lex vectigalis.ff. de pig. De quaſi verò dñio habetur in l.ſi rem alienam la 2.ff.de pig.act. declarando ut ibi per Bar.& Saly. & ita fir.Bar.in l.rem alienam.in j.col.in ver. tudic clarius &c.Et ibidem Saly.in 3.col.in verſ. nunc venio ad q. & no.Bar.in l.ſi ab eo.ff.de pign.

Et quamuis vnum de tribus prædictis ſufficiat ad obtinendũ in hypo.& per conſequens ſufficiat vnum narrare in libello & probare,Tamen oĩa tria poſſunt ſimul in libello cumulari, dicẽdo d.rem ſpectaſſe & pertinuiſſe & ſpectare, & pertinere ad debitorem iure directi dominii,vtilis,vel quaſi: prout in ſimili dĩ in libello rei vendicationis,vt no.gl.& Aret.inſti.de act.§.aliæ.& habetur in c.abbate ſanè.de re iud.lib.6. quia non poteſt aſſignari ratio diuerſitatis inter rei vendica.& hyp.Et ſicut ſi ipſe debitor ageret rei vendicatione ad d.rem,non teneretur exprimere cauſam dominii directi,utilis,vel quaſi,ut l.& an eadẽ. §.actiones.& ibi no.ff.de excep.rei iud. Ita & creditor agens hypot.contra tertium poſſeſſorem non tenetur cauſam dominii directè:vt vult Bar.in d.l.rem alienam.in pen.col.in verſi.ex ꝓdictis liquet &c.Et ibidem Saly.in 3.colum.in verſi.quæro quæ ſint illa &c.& in ver.quæro 2.&c.& idem Salyc.in l. cum res.in 3.q.C ſi alie.res pig.dat.ſit.

Item adde,ꝙ etiam ſi nullum dictorum trium narretur in libello,ſed ſimpliciter dicatur,ꝙ tempore obligationis cõtractę res fuit in bonis debitoris,procederet libellus in hypot.per l. & quæ nondum.§ quod debet.ff.de pigno.& ita vult Bar. & tenet Saly.in d.l.rem alienam.in 3.colum.in ver.ſed adde, ꝙ licet expreſſim &c. † Et ratio eſt:quia res dicitur eſſe in bonis, quando 23
non poſſidens haberet actionem ad illam, & quando poſſidẽs habet pro illa exceptionem,ut l.rem in bonis.ff.de acq.rer.do. & no.Bar.in d.l.rem alienam in 2.col.in uerſ. & ſic ex prædictis patet.Item dicitur eſſe in bonis illa res, quã quis bona fide poſſidet ut ſuam.l.ſeruos.in prin.ff.de lega.3.& l.bonorum.§.in bonis.ff.de uerb.ſig.& ſic iſta præpoſitio,res eſt in bonis, poteſt cõprehendere quodcunque ex prædictis,videlicet dominium directum,utile,vel quaſi,& etiam ſolam poſſeſſionem bona fide, vt etiam declarat Saly.in d.l.rem alienam.in 4. col. & habetur per Alex.in conſil.112.viſo quodam &c.nu.7.6.volu. vnde libellus conceptus.d.modo.videlicet ꝙ res fuit in bonis debitoris,poteſt adaptari ad quamlibet formam ſ̃.dictam, & ſuper eo poſſunt poſtea adaptari probationes neceſſariæ, videlicet contra debitorem & etiam eius hæredem & tertios poſſeſſores, & libellus ſaluabitur & procedet.

Quartò requiritur in libello hyp.ꝙ narretur debitum.videlicet pro quo & quanto debitores ſit obligata:nam cum res poſſit eſſe obligata ex diuerſis debitis, debet narrari pro quo debito ſit obligata,licet dominium non poſſit eſſe niſi vnum, & iõ eius cauſa non eſt exprimenda de neceſſitate,ut l. & an eadem. §.actiones.& ibi gl.parua.ff.de excep.rei iud.Ita no.Bar.in d.l.rẽ alienam.in 3.col.in verſi.item habet narrare &c. & ſequitur ibi Saly.in 3.q.& in d. l.cum res.in 4.q.

Quintò requiritũ,ꝙ in libello narretur, ꝙ debitor fuit in mora ſoluendi,& non ſoluit,& ſi agatur contra tertium poſſeſſorem,debet etiam narrari, excuſſionẽ eſſe legitimè factam, vel aliquid,quod idem importet,ut in auc.hoc ſi debitor. C. de pi. & no.Salyc.in d l.rem alienam.in 4. q.& in d.l.cum rem. in 5.q.

24 †Sextò videndum eſt, quomodo debeat concludi in libello hypo.& in hoc Bar.in d.l.rem alienam.in 3.col. in uerſi. quæro qualiter concludatur,dicit ꝙ aliqui doc. voluerunt, ꝙ ſicut in rei vendicatione actor concludendo petere debet declarari rẽ ad ſe pertinere iure dominii,vel quaſi,ita in hypo. creditor debeat concludendo petere declarari rem ſibi obligatam eſſe, & conuentum cogi ad reſtituendum,& hoc dicit ſibi placere.

Tamen ſubdit,ꝙ communis conſuetudo ſe habet, quòd cõcludatur.Quare peto dictum reum conuentum cogi ad tradendum poſſeſſionem dictæ rei detinendam in cauſam pignoris. Vel dic tu loco pignoris & hypo.pro quantitate debita,adde tu & pro expenſis,donec de prædictis fuerit ſatisfactum,& tunc libellum dicit Bart.ibi optimè procedere per l. ſi cum uenditor. in prin.ff.de euic.& ibi ſequitur Saly.in 5.q.& in d.l.cum res. in 6.q.& Ang.de Are.in d.§.item ſeruiana. in fi. ponit etiãm Bart. in d.l.rem alienam.in d.verſi.alios modos concludendi, quos refert Are.in d.§.item ſeruiana.in fi.ſed ut dicit Barto.optimus modus eſt ille,qui fuit ſupra relatus, quem ſeruat conſuetudo, & illum ſeruabis &c.

25 †Septimò dubitari poſſet, quando eſſet probandum dominium,quomodo illud probari poſſit.Barto.in d.l.rem alienam. in 2.col.in uerſi.ad probandum autem dominium, dat modũ probandi per præſcriptionem,vel vſucapionem,videlicet probando poſſeſſionem 30.anno.uel 40.uel longi temporis cunti.in rebus immobilibus,in rebus autem mobilibus probando poſſeſſionem triennalem cum titulo, verum quia talis probatio eſt difficilis:ideo dat aliũ modum, videlicet quòd ponat, & probetur,quòd poſſedit rem aliquo modo tempore obligationis contractæ,& poſtea ponere,quòd illa res eo tẽpore quo poſſeſſor,ſcilicet debitor incępit eam poſſidere, erat in nullius bonis,ut ibi per Bar.

Sed Salyc.in hoc ibi.& in dicta l.cum res.ad fin.tenet contra Barto.per rationes,quas ibi adducit, & iſtum articu. latè reaſſumit Alexan.in l.rem quæ nobis.in penulti.& ulti. colum.ff. de acquiren.poſſeſ.

Et tandem concludit, quòd opin.Barto. non procedat, niſi mittantur nuntii & exploratores per iudicem,qui inquirant & referant,an ante tempus,quo talis incœpit poſſidere, alius fuerit dominus illius rei; quia ſi tales nuntii referant, nullum aliũ fuiſſe ante dominum tunc procederet doctri. Bartol. in l. rem alienam.& non aliter,& hoc per no.per eundem Bart.in l. in illa ſtipulatione ſi Calendis.ff. de uerborum oblig. ita reſidet ibi Alexan.ubi remiſſiuè ponit etiam alios modos probandi dominium,& quando eſſet neceſſarium in iudicio hypot.probare dominium ſecundum cõcluſiones.ſ̃.relatas recurre ad eum in d.l.rem quæ nobis.

† Reſtat

Source : BIU Cujas

26 † Restat modò aliquid ponere super libello utilis saluiani interdicti, quod hodie in palatiis magis frequẽtatur,quàm actio hypothec.

Aduertere igitur debes ad cognoscendum, in quibus differat forma libelli in hyp.a forma libelli in Saluiano interdicto. Nam si in libello narratur, ꝙ res ad quam agitur tpe obligationis erat in bonis debitoris, & non dr̃ aliter, ꝙ debitor eam possederit:tunc censetur intentata sola hypo.si autem narretur & dicatur, ꝙ debitor tempore cõtractæ obligationis possidebat, & non dicitur,ꝙ esset in bonis illius;tunc censetur intentatum solum saluianum interdictum, quod est adipiscendæ possessionis,& in quo sufficit probare solam possessionem: ut dictũ fuit s̃.in 7.conclu.si autem in libello narretur utrunque, videlicet, quòd in dicta res erat in bonis debitoris, & per eũ detinebatur tempore obligationis contractæ tanquàm res sua; túnc uidebitur intentatum vtrunque remedium,scilicet hypot.& saluianũ interdictũ;& talis libellus procedet;quia ista remedia non sunt contraria, nam petitorium potest cumulari una cum possessorio adipiscendæ,vt in c.pastoralis.de causa poss. & proprie. & l. cum fundum.§.fi.ff.de vi & ui arm.& ex his infertur,quòd licèt creditor libellans vt s̃.non probaret rem fuisse in bonis debitoris,vel directum,vtile,vel quasi dominium,prout requiritur ad obtinendum in hypo.quando agitur contra tertium possessorem; tamen si probet,debitorem tempore obligationis cõtractæ bona fide & vt suam possedisse,obtinebit in saluiano interdicto:ita solenniter firmat Pau.de Cast.in d.l.rem alienam. in vlti.col.Dicens ita semel cõsuluisse in ciuitate Pistorii,licet tũc communiter procuratores, & aduocati sentirent contrarium non bene aduertententes, & dicit hoc esse tenendum menti: quia est de pane lucrando,& ꝙ ex hoc multi processus possunt sustineri,& ꝙ ista sunt verissima,& ꝙ passus est quotidian⁹. Ad dens ibi,ꝙ verba libelli semper sunt consideranda. Nam licet dicatur in eo,rem esse obligatam,& rem fuisse in bonis debitoris tempore obligationis,non tamen per hoc dicẽdum est, nõ fuisse intentatum saluianum interdictum, quia ẽt ille qui agit tali interdicto dicit,& præsupponit rem sibi obligatam, ut ibi per eum,& adde eundem in consil.6.in causa quæ uertitur &c.

Et de materia hypothecariæ & saluiani interdicti,& quomodo cognoscatur,quod eorum sit intentatum, vide etiam Paul. de Cast.in consi.278.viso puncto s̃.scripto & omnib. aliis &c. & Alex.in consi.108.5.volu.& Soc.in consi.212.4.vol. & Cor. in consi.55.3.volu.& Firmanum in versi.libellorum formæ uariæ.versic.1.

27 † Et ex prædictis etiam colligi potest, qualis debeat esse forma sententiæ in iudicio hypothecario:quia cum sententia debeat esse conformis libello.l.ut fundus.ff.commu.diuid.& c.licet Hely.de simo.debet condemnari conuentus ad restituendũ rem creditori per eum retinendam in causam pignoris, donec ei fuerit satisfactum,ut no.Bar in l.si fundus.§.in vendicatione. ff.de pign.potest etiam sententiari rem petitam esse obligatam creditori,& ei possessionem esse restituendam,vt no.Bart. in l. creditor.in prin.ff.qui po.in pig.hab.& bo.tex. in l. si cum venditor.in prin.ff.de euic.

Postremò in materia addendum est vnum,videlicet ꝙ si creditor habeat hypo.ex instrumẽto publico,cuius vigore ex forma statutorum loci potest agere executiuè tam p̃ bona,quàm p̃ personam debitoris,ꝙ licet ille eligat uiam realem,& immissus sit in tenutam vigore suæ hyp. non tamen prohibetur facere ẽt executionem personalem p̃ debitorem & illum capi facere; quia qñ quis habet plura remedia,electio vnius non prẽcludit uiam ad aliud l.1.§.quid ergo.ff.de ven.inspi.ita tenet Bar.in l.consentaneum.in ult.colu.in uersic.quæro 2.C.quomodo & quando iud.allegat Arch.in c.fi.lib.6.de eo qui mitti. in poss.cã rei ser.sequitur Pau.de Cast.in l.si stichum.§.idem Celsus. ff. de noua.& in l.4.§.ait prætor.versi. quid ergo si elegit vnam viam &c.ff.de re iudi.& Pau.de Cast.in l.qui legati.C.vt in poss.leg.& multa ad hoc allegantur per Alex.in l. hæres a debitore.§. si stipulor.ff.de fideiuss.& plenius per eundem in l.4.§.ex conuẽtione.in 1.col.ff.de re iud.

Nec habet constare illud,qđ vult Bal.& ibi sequitur Alex. & Ias.in l.creditor.la 2.ff.si cer. pet.dum concludit, ꝙ creditor habens pignus non potest iurare debitorem suspectum de fuga, nisi secundum Alex.ibi probetur, ꝙ pignus non sit sufficiens; quia tunc ratio Bald. non concluderet, quia termini in quibus doc.loquuntur dicta l.creditor.la 2. sunt diuersi a conclusione præcedenti; quia in illa licet intentare diuersa remedia donec sit satisfactum creditori.Sed in terminis notatis in d.l.creditor. la 2.per dationem pignoris cessat suspitio debitoris,sicut enim suspicio cessat per dationem fideiussoris,ut l. quoties.§. si satisdatum.ff.qui satisda.cogã.& l.4.§.si debitorem.ff. de his quæ in frau.cred.Ita & cessa per dationem pignorum;quia qui tenetur satisdare liberatur dando pignora.gl.& Bart.in l.prætoriæ.ff. de præt.stip.gl.Bar.& communiter doct.in l.1.ff.qui satis. cogã. Immo securius est incumbere pignori, quàm personæ.l. plus cautionis.ff.de reg.iur.& latè dixi s̃.in 5.parte princ.in 1.memb.nume.1.cum pluribus seq.

Cum ergo cesset suspitio debitoris non potest debitor iurari uel capi tãquam suspectus,quia cessante causa,cessat effectus. l.adigere.§.quamuis.ff.de iur.pa.& c.cum cessante.de app.

HVGO. DONELLI
DE PIGNORIBVS & hypothecis.

CAPVT I.

DVO sunt cautionum genera, quibus pro eo,quod debemus, creditoribus nostris idoneè caueri solet.Nam aut reis cauetur,ideſt,fideiussorib. aut pignoribus.l.1.§.iubet.de coll. bon.l.4. §.addici.de fideic.lib.Fideiussores vocamus ad promissores qui pro eo, q̃ aliquid debet, idem promittunt, & fide sua esse iubent uerbis, eoq; modo se pro aliena obligatione reos faciunt.tit.de fide instr.Pignus aũt est res omnis pro debito obligata.§.item Seruiana.Instit.de act.De fideiussoribus alias:nunc de pignoribns dicemus. In quibus cum iuris ratio, quod de his quærimus,ad eum finem accommodata sit,propter quẽ pignus inuentum est,cuius finis etiam tuendi causa ius de his constitutum habemus,operæ pretium est, cuius rei gratia pignus detur, initio cognoscere.Sic enim & qd in hac tota disputatione maximè quærendum sit,quæq; ad eam rationem capita iuris accõmodata sint:videbimus,& singulis initiò propositis minore error,quæ volumus,deiceps de toto genere assequemur. Pignus creditori cautionis cã dari certũ est,ut ea re,s. de credito, securior reddat̃.§.vlt.insti.qb.mo.re p̃hi.obli.Hæc cautio siue securitas in pignore,duab.reb.maximè cõstat.Vna,si creditori eã rẽ tenere liceat,donec pecunia soluatur.Sic enim fiet,vt dũ habebit,quod pro ea re teneat,& cui incumbat,certus sit, sibi creditum perire non posse.Altera,si etiam ad extremũ liceat pignus distrahere,vnde illi satisfiat. Neque enim rem in solutum retinere potest.Alioqui non pignoris loco daretur,sed solutionis. Vtriusque rei obtinendæ causa ius est à Prætoribus constitutũ. Nam & persequendi pignoris causa actio creditori datur aduersus eũ,quisquis pignus possidebit,tenebitve,vt restituatur:multoq; magis possidenti datur retentio.Et si id vẽditum sit, quod contra conuentionem pignoris non fiat, ratam habet Prætor venditionem non minus, quàm si a debitore ipso distractum esset.Idq; ius est creditoris in pignore.Quòd si fortè plures sint creditores,quibus eadem res diuersis temporibus pignori data sit,iam de iure eorum inter ipsos disceptabitur, qui quib. in eo sint potiores.Atque hæc omnia ita, si quidem res pignoris iure creditori obligata sit.De his igitur eodem ordine dicẽdum est. De pignore primum,quomodo id & vbi constituatur: in quo genera explicãda sunt.Natura enim hæc prima quæstio est, an sit:deinde pignore constituto,de iure creditoris,quod sequi necesse est.Tertio loco,si plures erunt,quibus eadem res pignori data sit,de creditorum inter ipsos prærogatiua.Extremus locus adiungendus erit,ut quibus modis pignus soluatur, dicendum sit.Id enim ius,ut cætera,tantisper manere certum est, donec finiatur:quod omnibus in rebus certis modis accidit. Itaque totidem ferè titulis in Pandectis harum rerum ratio exposita est. Mihi verò,priusquàm de his singulatim dicamus, non inutile esse visum est,rem totam edicto breuiter complecti, adiunctis his locis fidei causa, ex quibus singula sumi ac probari mihi videbuntur:ut quoniam aliquod fuisse de Seruiana actione, seu formula hypothecaria constat,in eo studiosi totius huius iuris summam quandam expositam haberent, & eorum quæ à iuris prudentibus de iis tractata sunt, fontem quendam, vel potius materiam,in qua illorum scripta uersentur,agnoscerent.Id tale est:Si cui pro eo,quod ei debebitur res aliqua pignoris, hypothecæ nomine obligata esse dicetur ab eo,cuius in bonis ea res est,aut alioqui,cui de ea re constituendi ius est:ei hæredive eius quoad pecunia soluetur,aut eo nomine illi satisfactum erit, in eum,qui eam rem possidebit,tenebitve,aut dolo malo fecerit, quo minus possideret,actionem dabo;ut si ea res arbitrio iudicis non restituetur,quanti ea res erit,ꝓdemnatio sequat̃. Si creditor eã rẽ distraxerit,qđ p̃ legẽ pignoris in ea re nõ fiet, seruabo.Si plurib.eadẽ res obligata fuerit,is apud me in iure creditoris potior erit,q̃ prius hypothecã acceperit,nisi si posterioris pecunia saluã fecit pignoris cãm.Priori remoto,cęteris deinceps,

Source : BIU Cujas

ſuo cuiq; ordine locus erit: extra quàm ſi quis in prioris remoti locum ſucceſſerit. Ait Prætor, pro eo quod debebitur. Quia ſi nihil deāt, fruſtra erit pignoris ꝯſtitutio, ꝙ nihil niſi acceſſio eſt & cautio principalis obſonis. Cęterū ꝓ omni obligatione res hypothecæ rectè dabitur l. res hypothecæ de pig. Ait: ab eo cuius in bonis ea res eſt. Hæc verba in edicto fuiſſe de hac actione reſcripto Diocletiani & Maximiani demonſtratur ſub titulo, ſi aliena res pignori data ſit. l. prædium. Verba reſcripti hæc ſunt: Cum & Seruiana actio euidenter declaret, iure pignoris teneri non poſſe, niſi quæ obligantis in bonis fuerint. Caius in l. & quæ nondū. §. quod dr̄. de pig. Quod dr̄, creditorem probare debere, cum conueniebat, rem in bonis debitoris fuiſſe &c. Quod ſequitur, aut alioqui cui de ea re conſtituendi ius eſt. ꝓꝓ ea pignora dictum eſt, quæ lege tacitè cōſtituuntur in bonis debitoris. Item ea, quæ magiſtratus iuſſu capiuntur. Quod genus prætorium appellatur. Certum eſt n. quibuſdam in cauſis, vel priuilegio, vel alia de cā, debitoris res pignori legib. ſubiici: de quibus ſub titulo, quibus in cauſis pignus vel hypotheca tacitè ꝯh. De prætorio pignore, quid ſit, & quib. ex cauſis capiatur, habes in l. non eſt mirum. de pig. act. & titulo Codicis, de prætorio pignore, præſertim in l. vlt. eius tit. & titulo ſeq. ſi ex cā iudicati pignus captum ſit. Ait deinde Prætor, ei hæredi q; eius &c. His verbis actio creditori datur pignoris perſequendi cā. Quam ex eo in rem eſſe facilè intelligitur ꝙ in eum datur, qui poſſidet. l. pignoris. de pig. Ea quaſi Seruiana, ſiue hypothecaria appellat̄. de qua in §. item Seruiana. Inſtit. de act. Quid in condemnatione veniat, traditū eſt in l. ſi fundus. §. in vindicatione. l. ſi inter. §. vlt. de pig. Sequitur de diſtractione pignoris: Si creditor eā rem diſtraxerit. De diſtractione pignorū habes ſub titulis de diſtractione pignorum in Pandectis, & Codice Iuſtiniani. Ea verba, Quod ꝯ legem pignoris non fiet: hoc ſignificant, licere pignus diſtrahere, non ſi noīatim ita conuenerit, vt liceret, ſed ità, ſi nō conuenerit, nè diſtrahere liceret. Quæ conuentio ſeruāda eſt. De quo Vlpia. in l. 4 de pig. act. Ait prætor: ſi plurib. eadem res. Regulam hanc de prærogatiua creditorum in pignore, multis reſcriptis expreſſam habes in l. 2. l. 3. l. diuerſis. C. qui pot. in pig. hab. Ait: Niſi ſi poſterioris pecunia. Exceptionē ab Vlp. expoſitā habes in l. 5. & 6. qui pot. in pign. hab. Ait: Eo remoto, cæteris deinceps &c. Huc facit l. potior. §. vlt. l. creditor. l. Claudius. qui pot. in pig. hab. l. 1. C. eo. tit. Ait: extra q̄ ſi in prioris remoti locū ſucceſſerit. De his, qui in priorum creditorum locum ſuccedūt titulum habes in Codice Iuſtiniani. de iis modis, quibus pignus ſoluitur, nihil neceſſe fuit ſeorſim præcipere. Hoc. n. in prima clauſula illis verbis a me notatum eſt, quoad pecunia ſoluetur, aut eo nomine illi ſatisfactum erit. Sed iam hæc ſuis locis expoſita, vt à nobis propoſitum eſt, pluribus audiamus. Prius tamen quid ſit pignus, de quo quærimus, ſeu hypotheca. Nā hoc quoque verbo in eadem re vtimur.

Quid ſit pignus, ſiue hypotheca. Cap. 2.

PIgnus a pugno dictū eſt, vt ſit pignus, quod quaſi pugno, ideſt, manu ſecuritatis loco capiat̄. Hypotheca autē verbum Græcum eſt. Illi enim ὑποτιθέναι dicūt, quod nos pignori opponere vt ſit, quaſi rem obligationi ſupponere. vnde ὑποθήκη. quod uerbum Latinum factum eſt, dr̄q; iā vſitato more hypotheca, quod vi ipſa nihil aliud eſt, niſi pignus. Eſt igit̄ pignus ſiue hypotheca, quod initio diximus, res ois creditori pro debito obligata. Quem nexum & obligationem ſi ſpectemus in pignore (quod cum de re obliganda quæritur, facere debemus) inter ſe iſta nihil differunt. Quod Iuſtinianus intelligi voluit in §. item Seruiana. inſtitu. de act. Sed vt idem eodem loco ſignificat, in ratione & vi nominis, eſt aliquid, quod interſit. Nā pignus propriè dicimus, cum ita res pignori obligatur, vt ſimul ēt poſſeſſio tradatur creditori: hypothecam, cum non tranſit poſſeſſio ad creditorem. d. §. item. l. ſi rem §. propriè. de pig. act. Idq; nomen ipſum ſatis indicat. Nam pignus ſic a pugno dictū eſt, vt re vera non poſſit eſſe pignus, niſi ēt manu capiatur. Vnde pignus rei tantum mobilis propriè dicetur, ſi ad proprietatē nominis rem expendere volemus. l. plebs. §. pignus. de ver. ſig. hypotheca autem vi ipſa ſuppoſitionem ſignificat: ut ſit res obligationi ſuppoſita, nihilq; ī eo verbo, niſi ſuppoſitio & nexꝰ intelligatur. Sed hæc, inquam, ita dicuntur, cum ad ſubtilitatē verbi & originem res exigitur. Ad iuris rationem & obligationem, nihil intereſt: quia nihilo minus iuris habet is, cui non eſt tradita poſſeſſio, q̄ cui eſt tradita, ſed tātundem uterq; ex ęquo. Nam & quam rem non accepit, vindicare poteſt, vt habeat, eādemq; nec dum acceptam diſtrahere, ſi modo cōuenerit, ut pignori eſſet: & quam accepit, amittere poteſt: ut illi eadem uindicatio ad eam perſequendam neceſſaria ſit. Eo factum eſt uſu loquendi iure recepto, ut utrunq; pro eodem accipiatur, dicatq; hypotheca etiam, quæ ab initio tradita eſt, quia non traditio, ſed conuentio obligationem fecit: & ꝯ, quæ non eſt tradita, rectè dicatur pignus, quia iure nihilominus ſit obligata, teneaturq; creditori. q̄ ſi tradita nō eſſet. Qua ex ratione iuris atque uſu, illud à Martiano dictum eſt, inter pignus & hypothecam tantum noīs ſonum differre l. res hypo. de pig. Eſt aūt obſeruandum, pignoris uerbum itemq; hypothecę interdum pro ipſo rei nexu & obligatione ſumi: ut cum quærimus, quib. modis pignus, vel hypotheca contrahatur, item quibus modis ſoluatur. Neque enim aut illic rem contractam, aut hic rem diſſolutam intelligimus: ſed vtrobique obligationem pignoris aut contractam, aut diſſolutam. Frequentius tñ rem ipſam ſignificat, quæ nexa eſt. Cuius generis illa ſunt, cum pignus traditum creditori, pignus idoneum, pignus uenditum aut diſtractū eſſe dicimus. Qua etiam ſignificatione à nobis definitur: & rectè, cum obligationem rei ſine re, quæ obligeī, fruſtra requiramus. Illud videamus, quam uim in ſuperiore definitione habeat, qd adiecimus, rem pro debito obligaram. Nempe huc pertinet, pignus principalis obligationis acceſſionem eſſe, niſi quid, cui debeatur, fruſtrà pignus ei conſtitutum videri. Probant hoc exēpla pleraque ſub hoc titulo relata, quæ ad hanc regulam exigi debent. Tryphonius in l. Is qui promiſit. 33. Is qui promiſit, inquit, tibi, aut Titio ſolutum quidem Titio repetere non poteſt ſed pignus ei datum ante ſolutionē, recipit. Cur? dicet aliquis. Plus enim eſſe videtur, pecuniam ſolutam retinere, quā pignus quod eius pecuniæ nomine tātum obligatum eſt. Nempe quia Titio nihil debetur, cui ſtipulari non potuimus, ideoq; nec pignus in eius perſona potuit conſiſtere, quod eius obligationis acceſſio eſt: at ei rectè ſoluitur, quia ad ſolutionem adiectus eſt, non ad obligationem. § ſi quis ālij. §. planè. Inſti. de inutil. ſtipu. Inde etiam Paulus reſpondit, l. ſi legati hic. ſi legati conditionalis relicti filiofamilias nomine, pater ab hærede rem propriam eius accepiſſet, & mortuo patre, vel emancipato filio conditio legati extitiſſet, incipere filio legatum deberi, ꝙ ad pignus attineret, neq; filium id vindicare poſſe; quia ipſe id non accepiſſet neq; patrem aut alium ſucceſſorem nomine patris; quia ī perſona eius nunquam cōſtitiſſet, cui nihil ex eo legato vnquam debitum fuit. Traditum eſt enim, cum ei, qui in aliena poteſtate eſt, quid legatum eſt, ſi cum dies legati cedit, ſui iuris inuenia tur, legatum ei ipſi acquiri, non ei, cuius in poteſtate fuit. Conditionalis autem legati dies tunc demum cedit, cum conditio legati extitit. l. v. in prin. & §. vlti. quando di. leg. ced. Sed ut ſine obligatione in quam pignus deſtinamus, nullū pignus eſt: ita ſciendum eſt, ſi quæ ſuberit, pro quacunq; obligatione rem hypothecæ dari poſſe Ait enim Prætor, ſi creditori pro eo, quod ei debetur. Ac ſi ciuilis erit aut prætoria, ideſt, eiuſmodi, ex qua agi poſſit, minor dubitatio eſt, an pro ea pignus dari poſſit. Dari verò ſine controuerſia eſt, quocunq; modo cōtracta ſit. Nā qui eo modo debet, verè debere eo propriè intelligitur: idcircò quia efficaciter. l. debitor. de uerb. ſig. Sed ut naturalis tantū ſit obligatio, qua quis teneatur, etiā pro ea pignus conſiſtet, ut poteſt, & fideiuſſor interuenire. l. res hypothecæ l. quæſitum. in fin. de pig. Naturales autem obligationes vocamus eas, ex quibus quidem nulla actio ſit: ſed ſi quid propter eas ſolutum fuerit, repeti non poſſit. l. naturales. de obliga & act. quæ ex eo naſcuntur, ſi quis in aliqua re alterius fidem ſit ſecutus. l. cum amplius. §. is natura. de regu. iur. Sint exempli gratia, vſuræ indebitæ iure ciuili, quia per ſtipulationem promiſſæ non ſint: verum cōuenerit, vt præſtarentur: ſi pignus in eam cauſam datum eſt, non prius liberabitur, quàm ſolutæ fuerint. l. in ijs. §. Imperator. de ſolutio. l. ſolutum. §. ſiue autem. de pig. actio. Eodemque modo cum ſeruus naturaliter obligetur tantum, non obligetur ciuiliter: ſi pignus pro eo datum ſit, iure id tenebitur. l. naturaliter. de condit, indebi. Iam verò non ſolum pro preſenti obligatione pignus dari poterit, ſed etiam pro futura: ueluti ſi quis pecuniam poſtea accepturus, aut aliquid ſub conditione promittēs multò ante, quàm accipiat, aut exiſtat conditio, creditori cum quo egerat, pignus in eam cauſam deſtinauerit tantummodo, ut in his admoneatur, non ante pignus eſſe, quàm cōditio, aut res extiterit. dict. l. res hypothecæ. de pignor. Redeundum eſt enim ad id, quod initio poſuimus, niſi quæ obligatio ſubſit, pro qua pignus datum eſt, pignus non eſſe: neque porrò in conditionalibus obligationibus ante obligatio naſcitur, quàm conditio extiterit. Adeoque verum eſt, pignoris perſecutionem ex obligatione principali pendere, ſicut & fideiuſſoris: ut quamuis cum dies ſtipulationi adiicitur, ſtatim obligatio ſit, quā ob cauſam & pignus pro ea rectè obligetur: tamē quia ante diem ex illa agi nō poſſit, pignoris etiam perſecutio interim pēdeat. l. ſoluitur. §. ſi paciſcatur. quibus modis pigno. vel hypot. ſolu. l. cum ſoluendæ. de dict. pign. Si tamen interſit creditoris medio tempore pignora perſequi, ut in locationibus contingit, dum inquilini ſuſpecti ſunt, putat Vlpianus, & rectè, eſſe permittendum. Ac quid ſit pignus, ſatis dictum eſt. Quod cum conſtet id eſſe rem pro debito obligatam, deinceps quomodo obligetur, cognoſcendum eſt.

Quo-

Source : BIU Cujas

Quomodo pignus constituatur,& quæ pignorum genera. Cap. III.

PIgnus ℈hitur non vno modo. Nam aut lege constituit tacitè,cum res debitoris pignori ſubiiciuntur ſine alia conuentione,aut iuſſu & voluntate eius,ad quē ea res pertinet.Illud tacitū rectè dicimus, l. eo iure. §.1.ex q. cau.pig.vel hypo.taci.cont.l.vnic.§.1.C.de rei vxo.act.l.1.C.cō. de leg.hoc conſtitutum licet appellare, nec ſine exēplo.Sic.n. & ſeruitutes iure cōſtitutas dicimus, cum ab his ſeparare volumus, quæ natura quodāmō rei & lege imponunt. l. hoc iur. §. ductus.de aq.quo.& æſti l.1.§.vlt.de dam.infe. Conſtitutum pignus,quod dicimus,duplex eſt. Nā aut magiſtratus iuſſu datur & imperio,cuius de re iuriſdictio eſt,aut debitoris voluntate.Illud ꝓtorium dr̄,vt prætoria ſtipulatio,quia ex prętoris & magiſtratus officio proficiſcitur:hoc,cum ex cōuentionib. & pactis naſcitur,conuentionale.Vtriuſq; meminit Iuſtinianus in l.vlt. C.de prætor.pig.Veteris,inquit,iuris dubitationem decidentes, ad duplum genus hypothecarū reſpeximus. Vnū quidem, qđ ex conuentionibus & pactis hominum naſcit: Aliud,quod à iudicibus datur,& prætorium nuncupatur.Sed quod dicit,ad duplum genus hypothecarum reſpeximus,nō ſic dixit, quaſi duo tantum hæc genera hypothecarum ſint: neq; enim illic tradere diuiſionem hypothecarum inſtituit, ſed duo genera pignorum ex tribus inter ſe exæquat, prætoriū & conuentionale, ut quemadmodū creditor, ſi conuentionalis pignoris poſſeſſionem amiſerit,ad eam recuperandam actionem hēt in rem, ſic id perſequi liceat & vindicare, quod a magiſtratu datum eſt, ſi fortè poſſeſſione eius ceciderit.Et in ſumma pignus aut lege ꝓſtituitur,aut decreto & iuſſu magiſtratus, aut priuati debitoris, vel alioqui domini voluntate.

Quibus in cauſis pignus tacitè contrahatur. Cap. 4.

LEge debitoris res pignori ſubiiciuntur, aut tacita quadā ex ℈hentium conuentione,aut priuilegio. Conuentio de quibuſdam rebus interponi creditur in prædiorum tam vrbanorum,q̄ ruſticorum locatione. Quo in genere ſic ius conſtitutum eſt.Inducta & illata in prædia vrbana, pignori eſſe obligata locatori:quaſi id tacitè conuenerit, non ſolum pro penſionib.ſed & ſi deteriorem habitationē fecerit culpa ſua inquilinus,quo nōīe cum eo ex locato actio eſt. l. eo iure.4.l.2.in qui.cau.pig.vel hyp.tac.℈hat.l.item quia. de pa. In p̄diis ruſticis ℈. In iis tñ fructus,qui ibi naſcunt̄,eodē mō pignori eſſe:vt inducta & illata in prædia vrbana diximus, ēt ſi id noīatim non ꝙuenerit,d.l.eo iure.l. in prædiis. de quorum verborū ſnīa,quia locus poſtulat,dicendum eſt. Ait lex (Sic.n. mihi nūc vocare libet id ius,quod de iis cautum eſt) inducta & illata. Inducta & illata in prædium ſic accipere debemus, non verbotenus,quæ inducta ſunt quouis modo, ſed ex ſnīa legis & ℈hentium,quæ eo animo inducta ſunt,vt deinceps ibi ſint, l.in prædiis.§.vlti.hic.id eſt:vt ſint perpetuò, quandiu cōductor manebit.Id enim hoc verbi ſignificat,vt ibi ſint,l.debitor.de pig.l.ex facto.§.rerum.de hære.inſti.non tēporis cā, quo in genere ſunt ea,quæ cum alibi conductor in deſtinato &c. conſtituto loco haberet,vſus alicuius neceſſarii cā tranſduxit in habitationem conductam: vt poſtq̄ illis vſus eſſet, ea deinde in ſuum locum referret.Nam q̄ in hac cauſa ſunt,non vt ibi eſſent,vbi nunc vitur conductor,inducta ſunt, ſed vt iis ad tempus vteretur: vt ſi operi faciundo ſeruos,quos alibi habebat,adhibuerit,ſi ad conuiuium,quod hic apparebat,vtenſilia ex aliis ædibus eius cōuiuij cā mutuo ſumpſerit: de differentia aūt horum verborum, vide l.ferri.de verb.ſign.Ait lex,in prędia vrbana. Vrbana p̄dia, Vlpiano authore,oīa ædificia accipere debemus, non ſolū ea, q̄ ſunt in oppidis,ſed etiā ſi fortè ſtabula ſunt, vel alia meritoria in villis & in vicis:vel prætoria uoluptati tñ deſeruientia, quia vrbanum p̄diū non locus facit,ſed materia.l.Vrbana.de uer. ſi. Materiā ille vocat cęmenta,lapides,tigna, & cæteras res,ex qb. ædificia fiūt:vt ſit ſenſus,urbana p̄dia a ruſticis materia, qua res cōſtat,diſcerni,non loco.Et ſanè peculiariter ēt materia dr̄, lignum ad ædificādū paratum:ſicq; à ligno diſtinguit̄, ut ſit materia,q̄ ad ædificandū fulciendumve neceſſaria eſt: lignū, quicquid cōburendi cā paratum eſt.l.ligni.de leg.3. Idcirco āt ædificia,ēt q̄ in uillis ſunt,prædia vrbana dr̄: quia ad imitationem & vſum urbanum facta ſunt:deniq; quia talia ſunt, qualia q̄ in vrbib. hr̄. Quæ in vrbibus ſunt, frequentandarū vrbiū & habitandi cā parata ſunt.Quæ huius rei cā facta ſunt,vbicunq; ſint, iō urbana dicimus.Idq; non paulò rectius,q̄ mancipia ex genere,& inſtituto ſeruiendi vrbano:quia dño miniſtrant, non opi ruſtico faciundo operam dant, vrbana appellamus.l. urbana. familia.de uer.ſig.l.ſeruus vrbanus.de lega.3.Nā hoīes nō huius rei cā naſcunt̄,ut illi,aut illi rei ſeruiant, tātumq; id deſtinatione dñii fit,non rei natura & fine.Aedificia āt, niſi ut incolant̄, non fiunt,neq; ruri,neq; in vrbe.Oīa.n. aut hoīum, aut cæterarum rerū recipiendarū cā extruuntur: vt uel natura ſua ab initio ad uſum urbanū & formā inſtituant̄. Sed num hæc Vlpiani definitio uera eſſet,per ſe alioq; ſatis aperta, ꝓtrouerſum nobis fecit Neratius,cuius de hac re ℈ria,vt vr̄, extat nō vno in loco definitio. Is in l.eo iure.§.ſtabula.hoc tit.ſcribit,Stabula,q̄ in ꝙtinentib. ædificiis nō ſunt, vrbanorū p̄diorū numero nō eſſe, cū a cæteris ædificiis ſeparata ſint:quamuis,ꝙ ad cām taciti pignoris attinet,non multū ab vrbanis differunt. Quod eſt ijs, ut vr̄, q̄ de hoc genere ex Vlpiano ſupra retulimus, valde ℈riū. Is n.p̄terq̄,ꝙ ædificia oīa vna definitione cōplexus eſt,noīatim ēt ſtabula aliaq; meritoria vbicunq; eſſent, vrbana p̄dia eſſe adiūxit.Sunt,qui velint Vlpianū de ſtabulis loqui, q̄ hoīum recipiēdorū cā parata ſunt:Neratiū de iis,q̄ gregum ſtabulandorū.Hi dicerent aliquid fortaſſe,ſi Vlpianum oſtenderent, cū ſtabula noīauit,de hoſpitio tm̄ ſenſiſſe.At ille de ſtabulis infinitè loqtur.Quòd ſi ex verbi ſignificatione & loquendi vſu res pendēda eſt,q ſtabula dixit,(ſi Latinè locutus eſt,non dico') vtrunq; genus ꝙplexus eſt,ſed ædificia,aut loca gregib.& pecoribus,aut feris ꝙtinendis parata dixit,non hoſpitia ſignificauit. Id.n. ſtabulū ui ipſa ſignificat.Ductū eſt.n.verbū a ſtando,quod brutorū diuertentiū propriū eſt,nō hoīum. Nec temerè q ſquā aliter hoc verbo vti reperiet̄, niſi q rē ab aīantib. brutis ad hoīes trāſferre voluit.Quid.n.ſtabulari,quid ſtabulatio,q̄ indè dicta ſunt? quis hæc niſi de brutis vſurpat? Quis dandā eſſe operā dixit, vt hoīes cōmodè ſtabulent̄,pro eo quod eſt,habitent?Quis hoīb. ſtabulationē eſſe cōparandā,pro habitatione & diuerſorio? At hæc oīa de aīalib. brutis paſſim dr̄.Nam quod addit Vlpia.Vr̄ alia meritoria in villis,qđ ad rē ptineat,nō intelligo: ut ille ſtabuli verbo,quo antea vſus erat,diuerſoriū intellexiſſe arguat. Stabula,inquiunt,meritoria intellexit Vlp.poſtq̄ ita addidit,vel alia meritoria.Primū non neceſſe eſt ita interpretari.Potuit.n. ac,niſi fallor,debuit ſic accipi.Sed & ſi fortè ſtabula ſunt, q̄ gregibus & armentis,non hoībus,accipiendis ſeruiunt:vel alia ędificia meritoria,q̄ diuertendi.ſ.tm̄ cā parata ſunt, non habitādi, non magis,q̄ ſtabula p̄diorum vrbanorū numero erunt: ut ſit ſenſus,Quæcunq; ædificia ſunt in villis, ēt ſi ad habitandū parata non ſint,vrbana tm̄ p̄dia eſſe,cuiuſcunq; generis fuerint. Qđ vt eū ſentire intelligeremus,ſtatim ſubiunxit:Quia vrbanū ędificiū non locus facit,ſed materia.Videturne cū hæc dixit,de oībus ſtabulis apertè ſignificare voluiſſe? Vt.n.ſtabulis iumentorū ædificii nomen detraxerimus,tm̄ materia conſtare relinquetur. Ad p̄dium vrbanū,inquit,non locus facit,ſed materia. Sed eſto,his verbis,vel alia meritoria,ſignificarit Vlpianus ſe ſtabula prius cum dixit,meritoria intellexiſſe, continuone diuerſoria eū dixiſſe intelligemus? At nihil uetat, meritoria eſſe ēt ea, q̄ iumentis ſtabulandis deſtinata ſunt.Nihil vetat deniq;, meritoria eſſe ædificia ſtabulandi cā parata: ut tm̄ non ſint ædificia. Ne longius abieris.Nonne ſi oīa meritoria, diuerſoria eſſe putamus,ridiculè Vlpianus,cum prius diuerſoria dixiſſet, q̄ appellatione ſtabulorū,ut iſti uolunt, intellexit,addidit poſtea, vel alia meritoria? Hoc n.perinde foret,ac ſi diceret: vrbana prędia eſſe,ſi fortè diuerſoria ſint in villis, uel alia diuerſoria. Quo qđ ineptius? Quòd ſi ex meritoriis ædificiis alia ſunt hoīum recipiendorum cā facta,alia pecorū & iumentorum,cur non econuerſo potius ſtabulorum verbo ea, q̄ iumētorū cā parata ſunt, vt vis verbi & vſus poſtulat,accipimus, aliorū aūt meritoriorū appellatione ea,q̄ ſunt hoīum cā parata?Poſtremò ne ſic quidē multum profecerimus, ſi Vlpianū ſtabulorum verbo hoſpitia ruſtica intellexiſſe dicemus.Vt.n.de ædificiis iumentornm ſtabulandorū cā paratis non loqueretur,tm̄ qđ de iis quoq; tenendum eſſet,ex eius definitione intelligeremus,cum ita dicat,vrbanum ędificium non locum facere,ſed materiam.Sed nec Neratius hic addidit,quæ ſtabula intelligeret. De ſtabulis vterque & gñaliter loquit̄.Nec dubiū eſt,quin ſtabula uterq; intelligat ædificia,quæ ad iumenta & pecora ſtabulanda cōparata ſint, ſi verbi uſum & proprietatem ſequimur.Quid ergo eſt? Ego Vlpianum,q̄ in uſu iuris p̄dia urbana ſint, definiſſe puto, itaq; eo tradidiſſe,urbana p̄dia eſſe oīa ædificia,ꝙ ex ſnīa iuris, quodcūque de urbanis p̄diis loquer̄,hæc p̄dia ſiguificarent̄,licèt minꝰ propriè interdū.Quòd intelligere licet ex hoc ipſo iure, qđ eſt de illatis & inuectis in p̄dia urbana. In quo etſi neget Neratius ſtabula urbanorum prædiorum numero eſſe, iuris tm̄ ſnīa hæc quoq; ipſe in hoc numero haberi debere ait. Idem intelligere poſſumus in ſeruitutib. urbanorum prædiorū,de quib. cū hoc ius ſit ꝙſtitutum,ut non aliter nō vtendo amittant̄,q̄ ſi vicinus quoq; libertatem ſimul vſuceperit,cū ſeruitutes ruſticorū prædiorum non vtendo ſolum amittantur.l.hæc iure.de ſerui.urb. prædi.in huius iuris interpretatione de ſententia & mēte legis, prædia vrbana accipimus ædificia,& urbanorum prædiorū ſeruitutes,quæ ædificiis debentur,ſuntque in ſuperficie, ruſticorū eas,quæ in ſolo conſiſtunt.§.prædiorū.Inſti. de ſeru.præd.Neratiū autem proprietatem verbi ſecutum hoc loco intelligo, eoque negaſſe ſtabula,quæ in continentibus ędificiis non eſſent, prædiorum urbanorū numero eſſe,quia propriè & ex ea ratione, quam in definiendo hoc uerbo ſecutus eſt,prædiū urbanū non eſſet.Quod quo facilius intelligatur, animaduertendū eſ-

Source : BIU Cujas

se puto, Metatium prædiorum vrbanorum loco habuisse, primum ædificia omnia, quæ habitandi causa parata essent, vbicũque essent. Quod ex eo facile colligit, quod de stabulis hoc loco scribit. Nam cum dicat, ea prædiorum vrbanorum non esse ideo, quia neque ex genere cæterorum ędificiorum sint, neque his sint cõiuncta: declarat, si quæ sint alia ædificia, & si ruri sint, prædiorum vrbanorũ loco ea se habere. Alioqui si ex loco rustica esse putauit omnia, quæ ruri essent, non debuit de stabulis hic dubitare: sed de omnibus ædificiis, quæ in vrbe, aut continẽtibus vrbi ędificiis non essent, generaliter pronunciare debuit, prædia hæc vrbana non esse; quia essent ruri. Hęc igitur primũ sine dubitatione in prædiis vrbanis habuit. Proximè quæ in ea causa essent, vt habitari possent, & possent homines accipere diuertendi causa, vt horreum & diuersorium. Tertiò loco, quæ his coniuncta essent, tanquam iis deseruientia, vt aream, quæ in ædificio est: Hoc enim est, quod Vlpianus scripsit in l. 3. hoc tit. si horreum fuerit cõductum, vel diuersorium, vel area (areã accipe, quæ in ędificio est, quod de hortis disertè Vlpianus adiecit in l. vrbana prædia. de verb. signi.) tacitam conuentionẽ de inuectis & illatis etiam in his locum habere putat Neratius. De horreo videlicet & diuersorio, & area ideo specialiter dixit, qa dubitari poterat, num hæc ædificia prædiorum vrbanorum essent, cum habitandi causa parata non essent. Est enim horreũ, quod reponendis & asseruandis frugibus, item fructibus paratum est, & in vsu Iurisconsultorum ferè is locus, in quo res q̃que pretiosissimæ reponuntur & custodiũtur. Diuersorium est hospitium, locus omnis, in quem ex itinere, vel aliunde diuertimus commoraudi causa, non habitandi. Quod Cicero expressit his verbis in Catone maiore: Ex ista vita sic discedo, tanquã ex hospitio, non tanqnam ex domo. Commorandi enim natura diuersorium nobis, non habitandi dedit. Area autem est locus in vrbe ædificiis vacuus. vt dubitari non possit, quin non sit ædificium. l. fundi. de verb. sign. Tacitam tamen conuẽtionem de inuectis & illatis in his locum habere putauit Neratius: quia hæc vrbanorum prædiorum essent, cp vel incoli possent, vel ędificiis seruirent. Quòd si quæ neque habitandi causa parata essent, neque hominis habitationem reciperent, neq; ędificiis cõiuncta essent, cuiusmodi sunt stabula. ideſt, septa cõtinendis & stabulandis tantum gregibus deseruientia, quæ in continentibus ædificiis non sunt: non dubitat, quin prædiorum vrbanorũ numero non sint: non quia sint ruri, sed quia neque forma, neque vsu vrbana sint. Nam cur de his solum pronũciat, vrbanorum prædiorum numero non esse, si diuersoria quoq;, quæ in continentib. ædificiis non sint, eodẽ numero habeat? Nõ sunt igitur propriè, vt ad rem redeam, stabula huiusmodi vrbanorũ prædiorum, cum a cæteris ędificiis separata sint. Et tamen hęc ipsa huc quoq; referri debent, cum ędificio & materia constẽt, ex legis sensu, quamuis minus propriè, ita dicantur. Neque hoc cuiquam mirum videatur, quę minus propriè vrbana prędia dicãtur, ea Neratium simpliciter dicere vrbanorum prędiorum non esse. Hoc modo Iulianus de seruo hęrede scripto ab eo domino, qui in hostium potestate decessisset, deq; filio eodẽ casu a patre hęrede instituto agens, locutus est in l. lege Cornelia. de testa. Nam eum in finem necessarium hęredem dici non posse ait, qui in potestate morientis non fuerit, quem paulo antè minus propriè ita dici scripserat. Sed multo magis superiori definitioni Vlpiani aduersari videtur, quod idem Neratius de seruitute rusticorum prædiorum tradidit. l. 2. de ser. rust. prę. Is enim scripsit, rusticorum prędiorum seruitutes esse, quę ędificiis rusticis debentur. Rusticorum etiam, inquit, prędiorum seruitutes sunt, licere latius tollere, & officere prętorio vicini, vel protectum habere licere. Quę duo nisi in ędificiis haberi non possunt. ad ędificiorum nostrorum vtilitatẽ. Ita quę ruri sunt ędificia, hęc rustica prędia appellat, nõ vrbana, omninoq; ista non materia distinguit, sed loco. Equidem, cp ad me attinet, ex loco nõ malè rustica ẽt dici existimo, quę ruri sunt: si modo rectè dicuntur rustica, quę ad rus pertinent. Nec nouũ est, q̃ ruri sunt, ita dici. Florentinus. in l. fundi. de verb. sign. Fundi appellatione oẽ ędificium, & oĩs ager continetur. Sed in vsu vrbana ędificia, ędes: rustica, villæ dñr. Vlp. l. 1. §. Cassius quoq;. de aqua plu. arc. Cassius quoq; scribit, si aqua ex ædificio vrbano noceat, vel agro, vel ædificio rustico, agendum de fluminibus & stillicidiis. Sic quoq; Neratium, prædium rusticum nominasse certum est. Sed aliud est, cum verbum per se ex instituto loquentis ponit: aliud, cum in eo snĩa legis exquiritur. Quòd ad rationem noĩs attinet, nihil vetat diuersis rationibus idem prædium, quod ruri est, quia ædificium sit, ex similitudine & vsu vrbanum dici, & rursum: quia ruri sit & in villa, rusticum. Cum aũt significati o ad legem, quæ de vrbanis prædijs loquit, reuocatur: vrbana prędia ædificia accipienda esse dicimus, vbicunq; sint, & maximè quidẽ in seruitutibus in quib. quæ ratio est, cur ædificii, quod in vrbe est, ius non aliter amittatur, quàm si vna etiã vicinus vsuceperit seruitutem, eadem in ædificio, quod ruri est, locum habet. Quæ Vlpia. definitio est, quam initio retulimus, ad vsum legis. l. accommodata. eadem Iustiniani in §. prædiorum. Insti. de seruit. Quòd aũt Neratius rusticorũ p̃diorum seruitutes illas esse ẽt dicit, licere altius tollere, & cæteras: non dicit, quasi definire volens, q̃ sint vrbanorũ, q̃ rusticorum seruitutes (Nam id quidẽ est apertè p̃ legis mentẽ & rõnem) sed hoc significans. has seruitutes altius tollere ædes, protectum habere licere nõ in ædificiis solũ vrbanis, verum ẽt in rusticis p̃stitui posse. Quod Vlpi. expressit in l. 1. cõ. p̃d. his verbis: Aedificia vrbana quidẽ p̃dia appellamus: Cæterũ etsi in villa ædificata sint, æquè seruitutes vrbanorũ p̃diorum constitui possunt. Relinquit igit, quæcunque ædificia sunt, ea si p̃ducta sunt, cuiuscunq; generis & vbicunq; fuerint, in his conuentionẽ de inuectis & illatis locũ hẽre vel Neratii snĩa: vel cp vrbana p̃dia sint, vel cp pro p̃diis vrbanis haberi debeãt. Rectè siqdẽ in his nulli sunt fructus, q̃ p locatione pignori esse possint locatori, vt in p̃diis rusticis: Dixerit quispiã fm hanc snĩam euenturum, vt oĩa illata & inuecta ẽt in fundũ pignori sint locatori, ppea cp q̃ inducunt in fundũ, tñ oĩa in ędificiũ aliquod inducunt, ut ibi custodiant & asseruentur. Nisi fortè q̃ in fundum inducuntur, ea in ipsum agrũ induci intelligimus, vt sint sub dio: vbi illa corrumpi & interire necesse sit, cp est absurdũ. Iã verò oĩa inducta pignori esse locatori, p̃riũ est ei distinctioni p̃diorum, quã posuimus. Ergo sic iudico, si ædificium p se alicubi p̃ductũ sit, q̃cunq; in id p̃dium inuecta & illata sint, pignori esse locatori: quia verũ sit, p̃diũ vrbanũ esse, idque esse p̃ductũ. Sed si fundus p̃ductus sit principaliter, etsi ĩ eo fundo sit aliquod ædificiũ, quod eius fundi pars est (nãm is, ppriè est fundus, ager cũ ædificio) l. fundi. de ver. sig. aio, siue in ipsum agrũ, siue in id ædificiũ res inductæ sint, in ipsum fundũ, i. in prędium rusticũ inductas videri: qa fundus p̃ductus sit, non ædificiũ, & p̃terea id ædificium pars eius hẽat. l. fundi. quib. mod. vsus fru. amit. Sic fieri, vt in ædificiũ inducant, neq; tñ p̃ superiorem distinctionẽ pignori sint locatori. Sed ad reliqua pergamus. Ait lex: Sũt pignori obligata. De hac obligatione cõmodũ hoc loco monendi sumus, non eandẽ esse vim eius obligationis in oĩbus rebus illatis, quæ futura esset, si res manifestaria p̃uentione pignori essent obligatæ. Et hoc interest, (inqt Paulus) l. pe. hoc tit. cp manumittere mancipia obligata pignori non possumus: inhabitantes ãt manumittimus. sante, q̃ pensionis noĩe p̃ludant. Tunc in pignoris noĩe rerenta mancipia nõ liberabimus. Et derisus est, inqt, Nerua iurisconsul. q mõstrauerat seruos detentos ob pensionẽ, liberari posse p fenestras, cũ illinc cõspicerent, quasi non essent p̃clusi, quos p fenestras conspicari possemus. Quod ait lex, oĩa inducta obligata esse locatori, declarat, si is q ædes p̃duxit, partẽ earũ locauerit, ea quoq; pignori locatori fore, q̃ a scđo p̃ductore inducta sunt: in ea tñ summã duntaxat, in quam cœnaculũ p̃duxit. Nã & hic cõductor est, dñs locator. l. solutũ. §. solutã. de pig. act. Planè si gratuitã habitationẽ cõductor mihi p̃stiterit, inuecta a me dño insulæ, pignori non erunt, vt Pomp. hoc tit. scribit. l. v. Quod sic accipiendũ est, vt in totũ non sint obligata. i. neq; p pensionib. domus, quas nullas debeo: neq; si deteriorẽ habitationẽ culpa mea fecero, qa verũ est, me ædes non p̃duxisse. Lex aũt, q̃ est de inuectis, de inquilino loqt. Is est ãt, qui ædes mercede inhabitat. Sequit de p̃diis rusticis, ĩ qb. de inuectis & illatis p̃ obseruari Neratius author est. Quod quam snĩam habeat, considerandum est. Et quidẽ cum prius dixisset, inuecta & illata, pignori eẽ locatori, etsi nihil nominatim p̃uenisset, mox subiiciat, in p̃diis rusticis p̃ obseruari: nemini dubium esse p̃t, qn hoc significet, inducta & illata in p̃dia rustica non esse pignori dño fundi, si nominatim, vt pignori essent, non cõuenisset. Pro qua snĩa facit, quod Iustinia. §. interdictum quoq;. Insti. de interdic. ita scribit: Interdictum quoque, qđ appellat Saluianum, adipiscendæ possessionis cã cõparatum est, eoq; vtitur dñs fundi de rebus coloni, quas is p mercedib. fundi pignori futuras pepigisset: tacitè innuens, de ijs nullã esse p̃secutionẽ, de quib. nihil esset pactũ. Itẽ cp de his prædiis loquens Pomponius, in iis, ait, fructus, qui ibi nascunt, tacitè intelligi pignori esse dño fundi locati, ẽt si noĩatim id non conuenerit, de fructib. loquit tñ. Vñ p̃iecturã capere licet, cæteras res non intelligi tacitè pignori esse obligatas, nisi qd p̃uenerit. Alioq nõ fructus p̃tentus fuisset dicere, sed addidisset ẽt, inuecta & illata in fundũ, pignori esse, q̃ nihilominus, q̃ fructus, pignoris iure teneri intelligerent. Extat tñ rescriptũ Alexãdri sub tit. locati. C. quo de iis, q̃ in fundũ inuecta sunt, ita rescriptũ est, qa si ea quoq; pignori obligata sint, si dñs sciuerit ea inferri. Cuius verba hæc sunt: Certi iuris est, ea, q̃ voluntate dñorũ coloni in fundũ p̃ductũ induxerint, pignoris iure dñis p̃diorũ teneri. Qñ ãt domus locat, nõ est necessaria in reb. inductis vel illatis scĩa dñi. Nã ea quoq; pignoris iure tenent. Ex qbus verbis id colligi vĩ, vt q̃ in p̃diũ rusticũ uel vrbanũ inducta sunt, sine discrimine tacitè pignori sint oĩa, etsi nihil noĩatim cõuenerit. Sed qñ in p̃dijs rusticis aliud obseruari dicimus, q̃ in vrbanis, sit hæc dissimilitudo, vt in p̃dijs vrbanis non sit necessaria dñi p̃dij de reb. illatis scĩa: in rusticis p̃, eius voluntas, si scientia sit necessaria. Sicq; vulgo ab interp̃tib. iuris ad nostra tpa id rescriptum acceptum est. De qua snĩa plura non dicam, cum sit iis, quæ diserte à iurisconsultis in hoc genere tradita sunt iisdem temporibus, quibus

Alexander

Source : BIU Cujas

Alexander vixit,& ab iis ipſis inreconſultis, qui illi in conſiliis fuerunt,vt Paulo & Vlpiano ꝛria:quæ tñ conſentanea eſſe debuerant,& futura erant,ſi modo ita eſſet, vt illi interpretãtur. Tãtum admonebo,quod eſt in promptu, verbis reſcripti eam ſnĩam nullo modo conuenire. Ait reſcriptum, ea quæ voluntate dñorum coloni in fundum induxerint. Lõgè aliud eſt,voluntate dñorum aliqua inducta eſſe: aliud ſcientia: propterea, ꝙ fieri poſſit,vt ſciat dñs pleraq; inferri, quæ illi non placeant, nec poſſit prohibere:fieri poſſit ẽt,vt eo ignorante multa inducantur,quæ ſi ſciret,volente eo fierent & approbante. Deinde, quia ad obligationem inductorum facit, ꝙ dñs ea vidit inferri in fundum. Quid.n.ad conſenſum mutuum pertinet de his obligãdis, ꝙ dñs ſciuit ea inferri? An quæ obligatio inter ignorãtes non ꝟhitur,ea inter ſcientes ꝟhetur, vbi nihil conueniſſe illos certum eſt?Nihil cauſæ eſt,neq; hoc prudentiæ Alexandri, aut cuiuſquam Iuriſconſultorum conuenit. Potius igitur viris doctiſſimis aſſentiendum eſt,Frãciſco Duareno, Eguinario Baroni,Franciſco Connano,quos ego viros,ſicut ipſorum dignitas poſtulat,honoris cauſa noĩo, ſnĩam iuriſcõſultorum de inuectis & illatis retinentibus,illudq; Alexãdri reſcriptum ſic accipientibus, vt voluntate dñorum induci in fundum,hoc ſignificet:volente & paciſcente dño,vt illa pignori eſſent,quæ ſunt in fundum inducta.Quod eſt iis,quæ dicimus,conſentaneum. Sed quoniam in eo laboratur,qũo verba reſcripti, q̃ voluntate dñorum coloni in fundum induxerint,ad hanc ſnĩam traducamus,cum fieri poſſit,vt voluntate ſeu pactione dñorum quędã inducta ſint,neq; tñ conuenerit,vt poſtquàm inducta ſunt, pignoris iure teneantur,de eo nobis dicendum eſt. Et mihi idem quod pleriq; eorum vr̃,vt qui id egerit cum colono, qui hanc legem locationi dixerit,ideſt,quod reſcriptum ait,qui voluerit vt illa aut illa inducerentur:vi ipſa & per ꝟñtiam pactus eſſe intelligatur,vt de iis ſibi prouiſum ſit,id eſt, pignoris loco teneantur. Nam alterius rei cauſa id cauiſſe intelligi non poteſt. Niſi verò fruſtra id placuiſſe dicemus. Quòd cum agere aliquid voluerint,probandum non eſt. Idq; vſus noſter comprobauit, apud quos hanc legem locationibus adiici vſitatum eſt. Et oĩno cùm quid dictũ inter aliquos,actumve eſt ſemper id efficiendum eſt in re dubia,ut pacto aliquid egiſſe uideat̃. Indè eũ q debitori ſuo cautionẽ reddidit,ꝟueniſſe uideri dicimus, nè peteret, profuturamq; debitori cõuẽtionis exceptionẽ.l.2.de pact. quia nõ fruſtrà reddiderit, neq; porrò alius redditæ cautionis vſus uideri poſſit, niſi ut debitor ſecurus reddatur. Sic.n.fieret pecunia ſoluta.Sic Paulus,eũ,qui uxori ſuæ ea,quæ viuus,donauerat,vulgari mõ legauit,nõ de aliis donationib. uideri ſenſiſſe reſpõdit,q̃ de iis,quæ iure ualituræ nõ ſunt. Alioquì, inquit, fruſtrà ei legaturus ſit,ſi ità exprimat,q̃ uxori meæ iure donauero, ea ei lego. Nam inutile legatũ futurum eſt.l.ſi quando. de lega. primo. Quod autem dicitur in reſcripto Alexandri, quando ædes locantur, non eſt neceſſaria domini ſcientia:nõ ſic dicitur,per aduerſatiuam, quaſi colligi debeat,cùm ædes nõ locantur, ſed fundus, ſcientiam tantùm domini, ideſt uoluntatem requiri. Sed ità dictum eſt,ut ex comparatione maiorum, ſi id,quod minus eſt, non requiritur, multò minùs. id requiri qđ maius eſt,intelligamus.Sitq;,qđ Duareno noſtro rectè uidetur,hic ſenſus,tantum abeſſe, vt uoluntas dñi neceſſaria ſit,quãdò ædes locantur:ut ne requiratur quidem ſcientia. In ſumma,inuecta & illata in prædia ruſtica non aliàs pignoris iure tenentur,q̃ ſi id cõuenerit,ut pignori eſſent: Sed conuenire poteſt dupliciter & apertè,cùm id agitur nominatim, ut res pignori ſint:& p conſequentiã quandam, cùm id agitur, vt res in fundum colonus inducat. Id.n.hoc ualet, ut habeat dñs, vnde poſſit illi eſſe cautũ,quod hoc reſcripto Alexandri ſignificatur. Cur autẽ in his ꝑdiis inuecta & illata non ſint pignori, vbi nihil conuenit,in urbanis contrà tacitè pignori ſint: id cauſæ eſt,ꝙ locatori pro penſionib.fundi ſatis cautũ fuit fructib. quos pignori eſſe diximus.Nã quam aliam ob cauſam locator mercedem percipit,niſi ꝙ colonus fructus hẽt?Qui ſi locatori obligentur,res ad eũ ſua ſine dãno redit.Hi cùm nulli eſſent in vrbanis prędiis,neceſſe fuit, ſi quidẽ vlla re caueri vellemus locatori,inuectis & illatis cautũ eſſe.Dixi,in quibus cauſis pignus tacitè obligetur,quaſi id cõuenerit.Nunc dicendum eſt, in quib. detur priuilegiũ. Id utilitatis cã priuilegium partim creditoris perſonæ tribuitur,cui lex cõſultum eſſe vult: partim rei & cãæ, de qua agitur ſine ullo perſonarũ,quę ꝓtraxerunt,delectu.Creditoris gratia pignus datur lege in fiſco & pupillo,minoribusq; vigintiquinq; annis.Quòd ad fiſcũ attinet,huius priuilegiũ eſt, vt quiſquis quid fiſco quacunque ex cã,& quocunq; mõ debere cœperit,eius ſtatim bona fiſco obligentur,tã quæ habet, quã quę habiturus eſt. Publicę vtilitatis cauſa ſcilicet,ut quę in publicam cauſam reditura ſunt, ea omni ratione diſſoluantur. l. prima.l.2.l. Dixi, exinde fiſco bona debitoris obligata fore, ex quo quid ei debere cœperit.C.hoc titu.tot.tit.de priuile. fiſc. C. l.aufertur.§.fiſcus.de iure fiſc. Nam ſi in priuati creditoris locũ ſuccedat,& alii ſint eiuſdem debitoris,qui priuato debebat,creditores,pro anterioribus,ſucceſſionis ſuæ tẽporibus priuati iure vtetur:ut quemadmodum priuatus, in cuius locũ fiſcus ſucceſſit,cęteris creditoribus nõ pręferretur, ſi nullam hypothecã haberet,aut non haberet priorẽ,cum illi haberent:ſic nec fiſcus præferatur,qui priuati iure utitur.l.fiſcus.6.de iure fiſc. Et hoc eſt quod Vlpianus in l.reſcriptum.in prin.de pac.ait, fiſcũ quoque in iis caſib.in quibus hypothecas nõ habeat.exemplum creditorum ſequi oportere.Intelligendum eſt.n.fiſcum pro anterioribus ſucceſſionis ſuę temporibus hypothecas nõ habuiſſe, quin cæterorum creditorum exemplum ſequi deberet, ut ille ſequeretur,in cuius locum ſucceſſit,etiam ſi alii hypothecã nõ habuerint.In fiſci priuilegio hoc notandum eſt,non ſolũ debitoris ipſius bona pignori obligari,quod ſemꝑ fit: ſed eſſe interdum,cùm vxoris,quæ ipſi debitori fiſci nupſit,dos pignori obligetur.Quod in primipili perſona cõſtitutum eſt, ut tamen dos ſubſidio tantum teneatur:de quo extat conſtitutio ſub eo.tit. C.l.4.Tam arcta ſcilicet,& ad commodum Reipubli.pertinens primipili obligatio exiſtimata eſt,ut pro ea etiam dos uxoris q̃ tamẽ quodam modo ipſius mariti eſt, pignori teneatur. Cuius rei argumentum eſt,ꝙ etiam filii,qui patri hæredes non extiterunt,eo nomine,pro ea coniunctione, quæ intercedit patri cũ filio,ſpeciali iure teneanṫ.l vlti.de primip.lib.12.C. Eſt enim primipilus,qui militari annonæ curandę prępoſitus eſt, cuius cura & adminiſtratio omnibus reb. potior,& antiquior eſſe debet: vtpotè cuius neglectus aut interuerſio vel minima, maximas interdum in militibus corporum & animorum, remiſſiones facit.De pupillo autem,minoribusque vigintiquinque annis non idem ius eſt,ut quiſquis quid pupillo cæterisque minoribus quid debeat,huius bona obligentur. Sed hoc in perſona tantùm tutorum & curatorum receptum eſt fauore minorũ, quorum res per alios geſtę ſunt,ut eorum,qui geſſerunt,aut gerere debuerunt, bona pignoris titulo ſint obligata pro officio adminiſtrationis.l.pro officio.C. de adminiſtrat. tuto. l. vnica. §.primo..C.de rei uxor. actio. Illud ſpecialiter in perſona matris,quę tutelam filiorum ſuſcepit,& necdum ratione reddita ad ſecundas nuptias venit, prouiſum eſt conſtitutionibus, vt non ſolum ipſius matris, ſed etiam eius, qui matris tutelam gerentis nuptias affectauerit, bona omnia teneantur pupillorum rationibus obnoxia,ne quid incuria, vel fraude depereat. l.12.C.quando mul.tut.offic.fungi poſ.l.pen.C.eo.ti. Prętera ex conſtitutione diuorum fratrũ res pupillarib. pecuniis emptæ, iure pignoris pupillo obligatæ ſunt.adeò vt ne ſerui quidem ea pecunia empti liberi fiant.l.pe.C. de ſer.pig. dato manu. Quod pro fauore pupillorum ſingulari iure conſtitutũ eſſe argumento erit,ꝙ in cæteris rebus aliorum pecunia mutuò data emptis diuerſum ius eſt,quas certum eſt, non aliter in obligationẽ pignoris deduci,niſi ſpecialiter vel generaliter creditori ſint obligatę.l.quamuis.17.C.de pig.Pro vtilitate autem rei,qua de agitur,pignus lege datum eſt in his ferè cauſis. Primũ in cauſa dotis,de qua ita à Iuſtiniano cautum eſt in l.vni.§.j. C. de rei vxo. actio. vt pro dotis obligatione debitoris bona ex utraq; parte hypothecæ ſubiiciantur,ideſt tam mariti ad reſtitutionem dotis,quam accepit,quàm mulieris pro ipſa dote præſtãda,vel rebus dotalibus euictis,necnon etiam cæterorum, qui aut ꝑ marito dotem ſuſceperunt, aut pro muliere promiſerunt. In quo non perſonarum ſine dubio, ſed rei, de qua agitur,ideſt dotis ratio habetur.Cuius vbique cauſam præcipuam eſſe è Repub. eſt.l.1.ſolu.mat.In cauſa quoque legatorum,& fideicommiſſorum,eiuſdem principis conſtitutione inter cæteras actiones, q̃ ab eo inductæ ſunt,vt perſonalis,& in rem legatã ſit tacita hypotheca & pignoris perſecutio legatariis data eſt in rebus teſtatoris,adiuuandæ ſcilicet volũtatis teſtatoris gratia,quo modis omnibus eis ſatisfiat.l.1.C.cõmu. de leg. Poſtremò Senatuſconſulto,quod ſub Marco Imperatore factum eſt,pignus inſulæ creditori datum eſt, qui pecuniam ob reſtitutionem ædificii extruendi mutuam dedit.Quod Papinianus interpretatur non tãtum ad eum pertinere, qui domino inſulæ pecuniam mutuã dedit, ſed ẽt qui redẽptori operis dño mandante nummos adminiſtrauit.l.1.hoc ti.ſ.quia nihil interſit, vtrum domino ad reſtitutionem ædificii mutuam pecuniam dederimus,an alii iuſſu eius in eam cauſam.l.ſolutum.§.ſolutam.de pig act.tit.quib. mod.toll.obl.in prin. Quod ius Accurſius & pleriq; omnes eũ ſecuti ad eos omnes pertinere putant, qui ad refectionem alterius rei,veluti nauis,pecuniam mutuam dederint, idcirco quia horum quoque pecunia ſaluam fecit nauem nõ minus, quàm ille inſulam,cuius pecunia inſula reſtituta eſt.Quod ſi verũ eſt nè etiam ille,qui pecuniam ad rem emendam credidit,eam rẽ ſibi obligatam habebit:quia verum eſt,vt eam rẽ haberet debitor,per pecuniam creditoris eſſe cõſecutum. Quod falſum eſt. l.quamuis.17. C. de pignor. Et profectò ſic ſe res habet, vt cum Senatuſconſultum de eo factum ſit nominatim, qui ad refectionem extructionemve ædificii crediderit,cæteri excludantur verbis, qui ad refectionem alterius rei pecuniam crediderunt, nec iniuria Non enim eadem cauſa eſt ædificii reficiendi,& nauis, aut alterius rei conſeruandæ. In ædificiis tuendis,ſarciendiſque publica vtilitas verſatur.

Source : BIU Cujas

Agitur enim in eo dignitas vrbis & ornamentum, vt ædificia integra sint & bene composita, non cassa & ruinosa, nè ruinis adspectus vrbis deformetur. Itaq; non in hac re tantum, sed ēt in aliis ꝫ non necessarias demolitiones ædificiorū pro ijs augē dis, & sartis tectis tuendis multa legib. cauta & ꝑstituta sunt. Nā & l. 12. tabu. de tigno iniuncto alienis ædib agere non permitti tur, vt eximat, nè per eam cām ædificia diruantur. l. j. de tig. iniū ćto & Senatusconsultis ea, q̄ ędib. iuncta sunt, legari non pōt, ni si hactenus, vt in alias ædes transferantur, neq; tō integra ædifi cia deponantur. l. cætera. de leg. 1. l. 2 C. de ædifi. priu. Quorū ni hil sīle in naui & cæteris reb. ut dicendum sit, verbis S. Consul. cessantibus, & snīa pignus in cæteris reb. non ꝫhi, q̄ aut refectę, aut emptæ ex pecunia nostra fuerint, nisi de eo generaliter aut specialiter euenerit. Decepti sunt, qui ꝫ senserūt. Primum simi litudine istarum rerū, q̄ illis esse videbatur, q̄ tō nulla est, vt ostē dit: deinde, ꝙ apud Vlp. legerant eum, qui in rem conseruādam pecuniam credidisset, cæteris creditoribus esse potiorem, quib. eadē res prius obligata erat, & nominatim exēpla addita sunt de eo, qui ad armandam nauē vel reficiendā credidit. l. interdū cum l. seq. inf. quipo. in pig. ha. quasi diceret Vlpianus, hūc quo que tacitè nauem obligatam habere, quē dixerat in ea naue cæ teris, quamuis priorib. esse potiorem, quia nō posīt esse potior in naue, nisi ēt sit illi obligata. Quod profectò ab illis malè col ligitur. Hoc n. sic accipiendū est, eū cæteris esse potiorem in pi gnore, si mō ēt res illa pignori obligata sit. Neq; n. eo loco tra ctatur, cūo nauis obligetur pignori: sed ex iis, quib. obligata est diuersis tēporibus, quis sit potior, quæritur. Ille igitur erit, q̄ ad eam reficiendam, aut extruendā pecuniā credidit, quamuis po sterior crediderit: dummodò illud prius ſupponatur, huic quo que fuisse obligatā quod sit aperta cōuentione. Huius rei certis simum argīn est, ꝙ Iustinianus de hoc priuilegio loquens corū qui ad rem conseruandam pecuniā crediderunt, cùm eos q̄ uis tempore posteriores, antiquioribus creditorib. præferri dixisset, nominatim eū in hoc numero citauit, cuius pecunia ager, vel aliud quid uis emptum esset. Nouella 97. de ęqualit. do. §. his cō sequens. Num ergo inde colligimus, ex cuius pecunia ager emptus est, ei agrum emptum pignori obligatū esse? Minimè, vt ar bitror. Certi enim iuris est, nisi specialiter vel generaliter is ob ligatus sit, pecuniæ numerationem agrum in cām pignoris nō deduxisse. d. l. quamuis. 17. C. de pig. Ex quo intelligi debet, nec in cæteris rebus id colligi ex illis locis posse, cum de oīb. eodē mō, vt de agro aliena pecunia empto loquatur. In hoc Senatus consulto notandum est, ꝙ S. Cons. de eo, qui ad refectionē ex tructionemque ædificii credidit, loquitur. Vnde colligitur, ut si qs ad ædes emendas pecuniā crediderit, q̄ res ad conseruationē & refectionē ædiū nihil pertinet, is ædes pignori obligatas non habeat: quia ad conseruationē ædificii, & ad ruinas prohiben das, idest, ad vtilitatem publicam nihil contulerit, ꝓp q̄ causam pignus insulæ ei, qui ad eam reficiendam credidit, datum est.

De prætorio pignore, & quibus in causis pignus à magi stratu constituatur. Cap. 5.

EXpositæ sunt breuiter cæ causæ, in quibus pignus lege ta citè ꝫhitur, quod pignus tacitum dicimus. Alterum ge nus erat pignoris, quod appellamus constitutū, ęa non per se quasi nascitur sine alia cōuentione, sed aliena vo luntate & iussu constituitur. In quo illud primum est, qđ a ma gistratu dāt indeq; ꝓtorium appellatur, de quo dicēdum est. Pi gnus magistratus iussu duabus in causis datur. Vnum genus est ex causa iudicati. Est enim hic ordo iuris, si condemnatus intra id tps, quod iudicatis datur, pecuniam non soluit, eius bona ca pi iubentur ac distrahi: vnde iudicatis satisfiat. Quæ cum capta & occupata sunt eo ordine, quo ius fieri præcipit, tū iure pigno ris teneri intelliguntur, non aliter, q̄ cæteræ res, q̄ debitoris vo luntate sunt obligatæ, de quo titulus in Codice Iustiniani, si in causa iudicati pignus captum sit. Hoc genus quidā iudiciale vo cant à iudicio, qđ eius confirmandi cā constituit, non malè for tassis, sed tō hæc oīa, q̄ a magistratu dant, Iustinianus prætoria appellat. in d. l. vlti C de præ. pig. Quod est melius, ne cùm iudi ciale hoc pignus dici audimus, existimemus iō ita dici, quia a iu dice detur in iudicio. Quod non ita est. Nun q̄ n. in causa iudica ti pignora capiuntur iussu iudicis. Quid. n. si iudex datus sit, sed à magistratu tīn, siue is iudicauerit, siue iudicem dederit? Iudici bus. n. à prætore datis, non iudices, qui iudicauerunt, sed prętor, cæteriq; magistratus, qui eos dederunt, sententiam exequūtur. l. à diuo pio. de re iud. Vnde a ꝓtore rectius prętoriū appellatur: quia ex officio eius hoc quoq; proficiscit. Alterum genus ꝓto rii pignoris in his causis cernitur, ex quibus in possessionē à ma gistratu mitti solet. l. non est mirū. de pig. act. Has aūt cās com plures esse constat, ut rei seruandæ cā: vt legatorū, seu fideicom missorum seruandorum gratia, & ventris noīe, & quæ sunt eius dem generis, q̄ ex suis locis petendæ sunt: vide l. 1. & titulū, qui. ex cau. in pos. eat. Vtrunq; hoc genus pignoris prætorii, & cau sas, ex quib. constituatur, indicauit rescripto quodam suo Ant. Imperat. quod extat sub titulo, C. qui pot. in pig. hab. Cuius ver ba hęc sunt: Si decreto prætoris, qui de fideicommisso ius dixit, in possessionem fundi hereditarii fideicommissi conditionalis seruādi gratia prius inducti estis, q̄ aduersarius vester in causam iudicati eiusdem fundi pignus occupauit, eius iussu, qui iure sen tētiam exequebatur, tempore potiores estis. Nā cum de pigno re vtraq; pars contendit, prævalet iure, qui ꝓuenit. Inter pignus hoc ꝓrium, & cætera. q̄ aut lege tacitè dantur, aut conuentio ne, hoc interest, ꝙ illa simulatq; obligatio subest, aut de pigno re conuenit, creditori obligantur, ēt si nūq̄ res in manus & pos sessionem creditoris venerit. Quòd aūt a magistratu datur, nō alias constituitur, nisi in possessionem ventū fuerit, quib. ex eau sis in possessionē missi sumus, aut res ex cā iudicati capta & oc cupata sit. l. non est mirum de pig. act. l. 2. C. qui pot. in pig. & tit. C. si in cau. iud. pi. ca. Ex quo eueniet, vt si fortè decreta sit a ma gistratu missio in possessionē, aut pignorum captio, prius autē, q̄ res occupatæ sint, distractæ fuerint a debitore, non detur ea rum nomine creditori persecutio: quia pignus ante constitutū non fuerit: quæ tō futura est, tum cùm in possessionem vētum erit, si creditor earum rerum possessione exciderit. De quo ex tat Iustiniani constitutio l. 2. C. de præto. pig.

De pignore conuentionali, & de conuentione, quæ in eo contrahendo necessaria est. Cap. 6.

CVm neq; lege pignus datum erit, neq; iussu magistratus constitutum, restat vt voluntate dīi in ea re opus sit, siue debitoris sit, siue alius: ut res pignori obligetur, ex quo alterum genus nascitur pignoris cōstituti, de quo deinceps nobis cognoscendum est. Dīi voluntate pignus con stituitur testamento, aut conuentione. Nā & testō pignus con stitui posse, Vlpianus testis est in l. non est mirum. de pig act. Si ne testō nuda conuētione pignus ꝫhitur iure honorario, cùm quis paciscitur, ut res eius propter aliquam obligationem sint pignori obligatæ. l. 4 de pig. l. si tibi decem. §. de pignore. de pac. In quo si quam vim habeat, quod dī cōsensu ꝫhi, intelligemus facile, quæ huic rei ꝓnia sint, de quibus sub his titulis multa vi debimus. Est autem de hoc genere ità scriptum apud Iustinia num sub titulo de oblig. ex consensu. lō, inquit, de obligationi bus, quæ consensu ꝫhuntur, loquens, istis modis dī cōsensu ob ligatio ꝫhi: qa neq; scriptura, vt in literarum obligatione, neq; præsentia, vt in stipulatione opus sit, ac nec dari quicquā neces se sit, vt substātiam capiat obligatio, sed sufficiat eos, qui negotia gerunt, consentire. Vnde inter absentes quoq; talia negotia ꝫhuntur, veluti per epistolam, vel per nunciū. Cum pignus eo dem mō ꝫhi dicamus, necesse est nimirum eadem in hoc quo que genere intelligi. Sequitur igitur, ut rem tradi necesse non sit, quam pignori obligatā velimus, l. j. de pig. act. sequitur, vt in ter absentes rectè ꝫhatur. l. creditor prædia. de pig. Nec scriptu ra desiderabitur. d. l. 4. l. q tabernam. §. e. tit. 1. Et qm̄ non solum verbis voluntas cuiusq; & consensus declaratur, sed ēt rebus ip sis & factis, l. 2. de pac. l. de qbus. de legi. nihil intererit ad pigno ris obligationem: vtrum quis de pignore dando verbis conue nerit, an re aliqua & facto obligationi rei suæ se consentire ostē derit, vt de eo responsum est, qui postulante debitore chirogra phum præscripsit sua manu nomine debitoris, quo continebatur, illum pecuniam accepisse à Septitio, & simul cōuenisse, vt Septitio creditori res pignori esset, quæ dantis nō erat, sed eius, qui chirographum scripserat. l. fideiussor. §. 1. de pig. Huc ptinet illa Martiani coniectura, interpretantis, si quis fideiubeat, cum res illius à debitore, pro quo fideiussit, pignori data sit, intelligi hoc ipso, ꝙ fideiussit, mandare, res suas obligatas esse. l. Pompo. §. 1. in qui. cau. pig. vel hypo. tac. contr. In quo coniectura volū tatis ex comparatione maiorum ducta est. Nam qui seipsum ꝓ alio obligat, multo magis res suas, quæ ab eodem oppignoratę sunt, obligatas esse patietur. Idq; se velle sequenti facto declara uit. Vnde rectè ait Martianus, si ante quis fideiubeat, post dein de eius res hypothecæ sint datæ, non idem dicendum esse: quia s. nullum factum dīi post pignoris dationem secutum est, vn de illum eam obligationem probare constaret. Conuentio de pignore duplex est, specialis & generalis. Specialis, cùm spāliter & nominatim certæ res pignori opponuntur. Generalis, cùm si ne vlla rerū notatione generaliter res oēs obligātur, quas quis habet, aut quas habiturus est. l. j. l. & quæ. §. 1. de pig. l. 2. C. eo. tit. Quid vtraq; conuentione contineat q̄ritur. Nā ad quas res con uentio pertinebit, eas obligatas esse necesse est. In quo de verborū vi omnis ꝓpè qō est. Illæ. n. res pignori erunt, q̄ verbis demonstrantur. Et quidem cùm spāliter res quædā pignori obligatæ sunt, hoc solū q̄rendum est, q̄ res conuentione ꝫprehēsæ sint. Nā hæ sine dubio pignori futuræ sunt, non aliter. Ex quo illud est, ꝙ Papinianus scripsit, l. j. §. j. de pig. seruo pignori dato, creditorem peculium eius nullo iure distrahere. Quippe pecu lium serui appellatione non continetur, multoq; minus serui pars intelligitur. Ista ratione cùm prædia & mancipia, quę tum in prędio erant, debitor pignori dedisset, atque illis defunctis alia in demortuorum locum substituisset, quamuis videri pos sent hęc, quę substituta sunt, defunctorum loco esse, tamen nō esse obligata creditori, Modestinus respondit. l. fideiussor. de pi. Rectè: quia hęc non illa essent, quę pignori erant obligata. Sed

diligen-

Source : BIU Cujas

diligenter,quæ cuiusque rei appellatio sit, considerandum est. Sæpè enim fit,vt quę res ab initio datę non videntur; quia tùm non essent,posteà cum accesserint, in obligationem veniant: quia vi nominis eius,quod dictum est,contineantur. Vndè grege pignori obligato,tametsi alicui videri possunt ea sola capita obligata esse,quæ quo tempore grex obligatus est, in grege fuerunt.tamen & quę posteà nascentur,& alia omnia,quę in locū demortuorum capitum substituta fuerint,pignori tenebuntur. De quibus tamen nihil nec specialiter, nec generaliter conuenisse videtur l.grege.in princ.de pigno. Hoc vt respondeamus, vis verba intellecta,& animaduersa facit.Grex enim est obligatus,non singula corpora, quæ tum erant, cum de pignore conuenit. At quamuis totus grex renouatus fuerit, paulatim alias oues aliis substituendo, tamen dum renouatus sit modò, grex idem,idem corpus esse intelligitur,quod priùs fuerat.arg.l.proponebatur.de iudic.Igitur & quæ posteà substituta sunt, pignori erunt.Grex enim,vt dixi,non singula corpora obligata sunt. Neque contrarium est,quod de mancipiis in aliorum,quę obligata erant,locum substitutis diximus. Grex enim & aliis nouis capitibus substitutis semper idem est. Mancipia verò morte esse desinunt, nec possunt dici, quæ substituuntur, illa esse, quę prius fuerant.Huc referri debent, quòd de taberna scripsit Scæuola,l.tabernam.de pig.Si taberna pignori data sit,merces,quæ taberna continentur,ibique exercentur, pignori oppositas videri. Sic enim vsitata figura metonymia tabernam, idest locū vbi exercentur merces, pro eo quod continetur, dicimus. Et vniuersitas cum intelligatur data rerum ad negociationē pertinentium, quæ assiduam commutationem recipiunt, non quæ nunc sunt merces,erunt pignori,aut quę posteà, sed tunc reperientur,cum pignus creditor persequetur.Ita non quid tūc fuerit, cum res pignori dabatur,sed quid uerbi appellatio complectatur,spectandum est.Sed cum dixerimus, in speciali conuentione nihil, nisi quod specialiter comprehensum est, contineri,tamen sciendum est,cum quid datum est, per consequētiam etiam illa,quæ rei posteà accesserint, item quæ indè nata profectaue fuerint,in obligationem pignoris venire. Prioris generis est,si quid fundo per alluuionem accessit,l. si fundus. de pign.si cum nuda proprietas pignori data esset, vsusfructus proprietati accreuit.l.si conuenerit.§.si nuda.inf.de pig.actio.Item si area pignori obligata,aut nouum aliquod ædificium areæ impositum,aut veteri destructo aliud restitutum fuerit.l.si fundus.§. si res.l.vl.de pig.l.domo.de pign. actio. Quæ omnia pignoris causam sequētur. Atqui nihil horum,quæ secuta sunt, pignori obligatum est.Nihil,sed non ideò hæc obligantur; quia quicquam de his cōuenerit,sed quòd ab illis trahantur. Cum enim totum pignori datum sit,& totum sine partibus suis esse non possit,necesse est eas res,quæ posteà accesserint,pignori quoq; esse, quæ eius res,quę data est,partes esse cœperunt.Non est autem incerti iuris, & vsumfructum amissum sequi proprietatem, & quod solo impositum est,solo cedere, sic vt soli & areę pars esse incipiat.§.1.Insti.de vsufru.l.adeò.§ cum in suo.de acqui. rer.domi. Adeo quę ædificium,quod areæ obligatæ impositum est,pignoris causam sequitur,vt quamuis non apud debitorem, sed apud alium,cui area vendita est,impositum sit pignori, tamen obligetur,rectęque vnà cum area,quæ cum sua causa distracta est, a creditore vindicetur.Sic tamen vt non aliter possessor,si bonę fidei possessor est,cogatur creditori ędificium restituere,quàm sumptus in extructionem irrogatos, quatenus pretiosior res facta est,recipiat.l.Paulus.§.domus,de pign.Quod ei emptori tributum nō est, qui sciuit rem alii esse obligatam, quam emebat. Hic enim cum sciret rem ab alio euinci posse,est,quod sibi imputet,si,cum posset, & deberet diligentius sibi a venditore cauere,non fecerit. l.cum postulassem.§.1.de dam.infect.Sed cur hæc in vsufructu areæ,aut domus constituto secus obseruātur? Tantum enim abest,vt nouo ędificio areę, cuius vsusfructus legatus est,impositio,aut alio restituto,huius quoque vsusfructus accedat,vt etiam areæ vsusfructus,qui antè fuerat,extinguatur. l.repeti.quib.mod.vsusfru.amitt. Non iniuria hoc de vsufructu respondetur. Vsusfructus enim non rei interitu,sed mutatione amittitur.d.l.repeti. Rei autem mutatio ad formam pertinet, vt si aliam formam, & nomen res nacta sit, dicendum sit, eius vsumfructum amitti:quia mutata est, etiam si corpus idem & substantia manet.Porrò ædificio areæ impositio,non iam area est,sed domus:& cum aliud ædificium restituitur, non id est,qd prius fuerat.In pignore verò & cæteris rebus amittendis, res ipsas videlicet naturaliter spectamus, vt quamdiu id corpus manebit,quod obligatum ē pignori,pignus natura manere necesse sit,ob eamque causam quicquid deindè ei impositum fuerit, eius causam sequatur.Itaque hoc aliter in vsufructu receptum est,non naturali rei interpretatione,sed constituto iure. Idque ità constitutum est, quò facilius vsusfructus ad proprietatem rediret,nè inutiles essent proprietates semper abscedēte vsufructu.§.1.Insti.de vsufru. Posterioris generis sunt ancillarum partus,pecorum fœtus,fructus prædiorum:quæ cum ex rebus obligatis nata sint omnia,pignoris quoque causam sequi diximus, quamuis de ijs specialiter nihil conuenerit.l.Paulus. §.1.l. fideiussor.§.vlt.de pignor.Quod fit eadem illa ratione scilicet, quā antè exposuimus:quia hæc aliquando,cum in vtero essent,eiusdem corporis pars fuerunt: vndè eius quoque rei ius sequūtur. Extat in hanc sententiam titulus in Codice, de partu pignorū. Sed quod diximus,nata teneri,sic Paulus accipiendum esse docet,si ad eum qui obligauit,hæredemve eius, dominium eorū peruenit.Cęterum,inquit,si apud alium pepererint, non erunt obligata.d.l.Paulus.§.1.de pigno.Quod ait, si apud alium dominum pepererint,rectè Accursius sic accepit, si & pepererint, & apud eundem conceperint.Sic enim fit,vt nunquàm debitoris fuisse ea,quę nata sunt,intelligantur.Vndè nec pignori esse possunt,utpotè ab eo data,cuius in bonis nunquam fuerint.Idque testatur Papinianus in l.1.§.cum prædium.hoc titu.de pign.Caius in l.potior.§.si de futura.infra qui pot.in pigno. Quod si animalia apud debitorē conceperint, etiāsi vendantur, ac deindè post venditionem apud emptorem pariant,ea,quę nata erunt, pignori futura sunt.Hoc enim modo certum est,ea aliquando debitoris fuisse,saltem quo tempore in vtero erant; tunc enim eiusdem corporis & substantiæ pars erant,vt diximus.Quod ipsum & de fructibus pendentibus respondetur. l.fructus. de rei vendi. Vnde euenit,vt si post res alienetur,& illa in lucem prodeant,vnà cum sua causa res alienetur.Et hoc est sine dubio,qđ Vlpianus sensit, & si non planè expressit in l.si conuenerit.§. si fundus,de pigno.action. cum ait: Si fundus pignoratus uēnierit,manere causam pignoris; quia cum sua causa pignus transeat,sicut in partu ancillæ,qui post venditionem natus est. Quibus uerbis declarat manifestè,loqui se de ea re,quæ antè, quam venderetur,obligata fuit. Nam quomodo cum sua causa, idest obligatione,& nexu pignoris transire potest,quæ antè obligata non est? Quæ uerò nec nata,nec concepta sunt apud debitorē, ea a debitore anteà obligari quomodo potuerunt? Hoc loco exoritur dubitatio.Cur enim si dominiū eorum,quæ post uenditionem nata sunt,ad emptorē peruenit, ea obligata nō sunt, cum ex corpore profecta sint, indeque accesserint: ea autem, quæ inædificantur,etiam si extruantur apud emptorem,pignori tamen sunt,quamuis ea in dominium debitoris nunquā peruenerint? Et differentię ratio illa est,ꝙ ędificium, quandiu constat,areę cohæret,eiusque pars esse intelligitur, ideoque cū area adhuc obligata sit,quia cum sua causa transiit,necesse est,ædificium,quod ei adiungitur,eius quoquè causam sequi. Ab eo enim trahitur.Per cōsequentiam igitur, & accessionem rei hoc fit.Quod autem ex re natum est,nec iam eius rei pars est,nec ei cohæret,quarè nec pignori erit. Nam & ædificium si sublatum esset,sola area pignori maneret,non ędificium,quod in area nō est. Ac de speciali pignoris conuentione satis. Quòd ad generalem attinet,hic quoque,quid ea contineatur,ex uerbis iudicandum est. Et certum est, qui res suas pignori dedit generaliter, orationis compendio res omnes,quascunque tunc habet, dixisse intelligi. Erunt igitur omnes tam obligatę, quàm si specialiter singulas enumerasset. Nec dubium est,quin si quis adiecerit,& quas habiturus est,eę quoque omnes, quæ post illi obuenerint,uerbis contineantur.Sed prima quęstio est,an etiam ea, quę quis posteà habiturus est,iure obligare potuerit, de quo inter veteres Iurisconsultos dubitatum est: nec sine causa. Nam si specialiter res aliena obligari non potest, vt posteà dicemus, ne generaliter quidem videtur obligari posse. Quod tamē tūc fit,cum quis eas obligat,quas habiturus est. Tunc enim,cū dat, sunt alienæ. Sed tandem & hæc quoque de rebus futuris conuentio recepta est,vt Papinianus testatur in l.1.hic.Conuentio, inquit,generalis in pignore dando bonorum,uel posteà quæsitorum,idest etiam posteà quæsitorum recepta est. In speciem autem alienæ rei non item vtiliter conuentio conferri potest. Ait ergo, conuentionem generalem de pignore bonorum etiam posteà quęsitorum receptam esse,cum de rebus iam quęsitis non dubitaretur quin generaliter obligari possent. Sed de postea quæsitis,quæ nunc debitoris non essent. Nec ratio differentiæ in obscuro est. Aliena enim res cum specialiter pignori datur,purè datur,quod fieri non potest;Cum autem quis obligat res,quas habiturus est,obligat quidem alienas,sed ea conditione,si modò habebit.Hoc enim casu obligatæ erunt, si erunt posteà quæsitę.Quæ si acquirentur,non erūt pignori. Sic & qui Stichum legat hoc modo:Stichum,qui meus erit;cum moriar, hanc conditionem dicere intelligitur, si modò Stichus meus erit,facitque omninò legatum conditionale. Res autem alienа etiam specialiter sub conditione pignori rectè datur, cum mea erit.l.si fundus.§.aliena.hic.Quo fit,vt possit generaliter eadem conditione. Hoc ergo intellecto,res quoq; futuras,ac nō tantum præsentes,obligari posse,dubitari non debet, qui vtrasque verbis nominatim complexus est, quin eius omnia bona quæcunque sunt, & vndecunque quæsita pignori futura sint.l. Paulus.§.vltim.l.pen.§.ulti.de pigno.Modò nè alia tamen contineri putemus,quàm quę a debitore quęsita sunt,non etiā quę eo mortuo ab hærede eius: hoc enim verba conuentionis faciunt,quæ habeo,quęque habiturus sum.d.l.Paulus.in prin.hic.

Quòd

Quòd ſi quis res ſuas tantum dixit, aut bona ſua, quæſtionem afferre potuit, vtrum de rebus tantum præſentibus ſenſerit, an ēt de ijs, quas poſteà acquiſijt. Et extat Iuſtiniani conſtitutio nominatim de hac re ſcripta, l. vlt. C. quæ res pi. oblig. poſſ. qua cautum eſt, his verbis: Res meæ, bona mea, non ſolum præſentia, ſed etiam futura contineri. Cui congruit, quod Pomponius in hac ſeruitute, nè luminibus officiatur, ſcribit, ambiguam eſſe hanc ſcripturam, vtrumnè his luminibus officiatur, quæ nunc ſunt, an etiam ijs, quæ poſteà fuerint; humanius tamen eſſe, verbo generali omne lumen ſignificari, ſiue quod in præſenti, ſiue quod poſt tempus conuentionis contigerit. l. ſi ſeruitus. de ſer. vrb. præd. Sed quanquàm verbis generalis conuentionis rerū, quas quis habet, habiturusve eſt res omnes continentur; voluntate tamen debitoris tacitè quædam excipiuntur, vt docet Vlpianus. l. obligatione. de pigno. Non enim ea continebuntur, inquit, quæ veriſimile eſt quenquam obligaturum non fuiſſe; vt hic, tametſi verba generalia ſint, tamen qa res eſt, quę ex conſenſu valet, ratio voluntatis ante omnia habeatur, nè ſint eę res obligatæ, de quibus debitor non ſenſerit. Quarum duo genera ponit: vnum earum, quas in vſu quotidiano aut neceſſario hēt: cuiuſmodi ſunr ſupellex, veſtis, & quæ mancipia, aut iumenta eodem vſu habentur. Alterum earum, quæ ad effectionem eius pertinent; qualis eſt concubina, filii naturales, alumni. Illa, vt apparet, qa ijs debitor carere non potuit: hæc, quia noluit. Quæ omnia non tantum ſi poſtea quæſita fuerint, obligatione non continebuntur, ſed ne ſi ea quidem debitor habuerit, quo tempore paciſcebatur. l. 9. ſeq. Ex his, quæ de conuentione hactenus diximus, perſpicuum eſt, niſi quid de pignore dando, vel ſpecialiter, vel generaliter conuenerit, nullum eſſe pignus, eoque nullam rem debitoris, creditori pignoris iure teneri: adeò, vt Ariſto reſponderit, etiam ſi ſequens creditor ita cum debitore cōtraxerit, vt ex ea pecunia, quam dabit, antecedēs, cui res aliqua obligata erat, dimitteretur, idque ſecutum ſit, non aliter in ius pignoris ſuccedere, quàm ſi conuenerit, vt ſibi eadem res obligata eſſet: neque enim in ius pignoris ſuccedere debere, qui ipſe nihil conuenit de pignore. l. Ariſto, infrà, quæ res pig. da. poſſ. Quod ſi verum eſt, non modò nō poterit creditor vllam rem debitoris vindicare, quæ pignori data non ſit, ſed ne retinere quidem, ſi quo caſu fortè ad eum peruenerit. Quod reſcriptis quibuſdam apertè demonſtratur. l. ſi non inducta. C. in qui. cauſis pign. vel hypo. tac. cont. Planè exceptio doli mali interdum creditori datur aduerſus debitorem rem ſuam petentē, ſi quod debet, paratus non ſit ſoluere. Idque in his cauſis obſeruatur. Primum, ſi creditor, qui eam rem habet, ad eam rem recipiendam pecuniam impendit, dum pecuniam creditori ſoluit nomine abſentis debitoris, quo eam rē ab illo liberaret. l. 1. in prin. quib. mo. pig. vel hypoth. ſi ſolu. Neque hoc in hac cauſa tantū, ſed in omnibus aliis ſimilibus generaliter receptum eſt; vt qui rem alienam poſſidet, quod in eam rem bona fide impenderit, id per retentionem eius rei conſequatur. Id quidem certò in omnibus in rem actionibus locum habet. l. in fundo. l. ſumptus. de rei vind. l. planè. de petit. hæred. Deindè ſi propter eam rem, quam habet creditor, pecuniam dedit, quæ ad debitorem peruenerit, non aliter crediturus. Finge enim procuratorem citra domini voluntatem rem eius pignori dediſſe, quod facere non potuit, ac poſteà creditoris pecuniam in rem domini verſam eſſe: Improbè dominus rem ſuam ſibi a creditore reddi poſtulet, cùm pecuniam ob eam rem acceperit, eaque vtatur, quā ipſe nolit reddere; quippe qui ab alio exigat, quod ipſe nō præſtet, de quo extat Seueri & Antonini reſcriptum in l. 1. C. ſi aliena res. Poſtremò & in hac ſpecie per exceptionem doli ſine pignoris conuentione rem debitoris retineri poſſe à Gordiano reſcriptum eſt, ſi quis pecuniam accepto pignore credidit, idē aliam ſine pignore dedit. Hoc enim caſū ſi creditor poſſidebit, nō tantum in eam ſummam, in quam pignus ab initio datum eſt, retineri poteſt; ſed etiam in eam, quæ ſine pignore data eſt, quæ chirographaria dicitur ob id, quòd chirographo tātum cauetur, ad differentiam eius, quæ pignore cauta eſt. Extat titulus in Codice in hęc verba: Etiam ob chirographariam pecuniam pignus teneri poſſe. Quod reſcriptum tunc locum habere videtur, cum primò pecunia credita eſt, in quam pignus datū eſt, mox alia pecunia ſine pignore. Cæterum ſi eodem tempore plures ſummæ creditæ fuerunt, & nominatim conuenit, ut in vnam aliquam res pignori eſſet; dicendum eſt, ſoluta ea ſumma, in quam pignus obſtrictum eſt, pignoratitiam competere; idque Vlpianus reſpondit. l. ſolutum. §. ſi in ſortem. de pig. act. Nam qui cum ſciret plures eſſe ſummas, in vnam pignus obligauit, cæteras excepiſſe videtur. Hæ ſunt quidem cauſæ, in quibus res debitoris retineri per exceptionem poſſit. Sed non fieri id pignoris iure, verum ea exceptione tantum, quæ debitori dolo facienti opponatur, indicio erit, cp ſi alii creditores, quib. eadem res pignori ſit, rem vendicent, nullam hoc caſu aduerſus eos retentionem poſſeſſor, idemque creditor ſit habiturus. l. vnica. in fi. C. etiam ob chirogr. pecu. Vnde intelligitur quàm illud verum ſit, quod poſuimus, vbi de pignore nō conuenerit, rem iure pignoris teneri non poſſe. Sed conuentio ſola non ſufficit. Ad pignoris obligationem etiam is requiritur, qui rem iure ſuo potuit obligare, item res quæ poſſit obligari. Nam neque omnes res pignori dari poſſunt, neque a quibuſlibet. Id etſi ad vniuerſi generis quęſtionem de iure cuiuſque in rebus transferendis, deque rebus, quæ in commerciis hominum ſunt, pertinere maximè intelligo; tamen quia pleraque ſunt in hoc genere pignorum propria, & ad varios iuris locos, qui in hac qōne nonnullam lucem deſiderant, intelligendos pertinet, quid de his quoque tenendum ſit, id eſt, qui quas res obligare poſſint, dicendum eſt.

Quæ res a quibus obligari poſſint. Cap. 7.

SI verum eſt, quod regula iuris traditur, neminem plus iuris in alium transferre, quàm ipſe habeat. l. nemo. de regu. iu. conſentaneum eſt, neminem aliam rem pignori obligare poſſe, quàm qui de ea re iure ſuo ſtatuere poteſt. Rectè igitur edicto de Seruiana actione cautum eſt, vt is ſolus rē pignori obligare poſſit, cuius in bonis res fuerit. l. qui prædium. C. ſi ali. res pign. data ſit. Quod tamen ſi verum eſt, etiam ex voluntate eius alius dare poterit, quamuis in bonis eius non fuerit. Nam cum domini voluntatem & factum exigimus, nihil interęſt, ipſe dominus fecerit, an alius eius voluntate. l. ſolutum. §. ſolutam. de pig. actio. l. reſtituta, ad Treb. Cui iam illa conſequentia ſunt, vt procurator rem domini rectè pignori obliget, ſiue ei ſpecialiter hoc mandatum eſt, vt faceret, ſiue vniuerſorum bonorum adminiſtratio ei permiſſa eſt ab eo, qui ſub pignoribus ſolebat mutuas pecunias accipere. l. ſolutum. 2. vlt. cū l. ſeq. de pign. act. Nam cui generaliter de omnibus rebus mandatum eſt, perindè eſt, quaſi ei de ſingulis ſpecialiter mandatū eſſet, modò ea res ſit, quam dominus eſſet facturus: neq; enim generali oratione concedere videtur dominus, quod ſpecialiter non permitteret: nec ſpecialiter id permitteret, quod ipſe non faceret. Vnde rectè addidimus, ab eo procuratore rē obligari, cui adminiſtratio conceſſa eſt, ſi modò is eſſet dominus, q pecunias eodem modo accipere ſoleret. Hac ratione & ſeruus, & filiusfamiliàs, quibus libera peculii adminiſtratio conceſſa eſt, rem peculiarem rectè dabūt, quamuis domini ſit aut patris. Ex ea enim poteſtate id faciunt, quam a dominis acceperunt. l. ſi conuenerit. §. vlt. cum l. ſeq. de pign. act. Quod ſic accipiendū eſt, ſi modò ea faciant, quæ ad adminiſtrationem pertinebunt, ideſt ſi peculiarem gerant. l. 1. §. 1. infra quæ res pign. oblig. poſſ. Hac ratione actor ciuitatis, qui Reipubl. bona iure adminiſtrat (adminiſtrat autem iure, qui ab omnibus decurionibus, aut maioris partis decreto datus eſt). l. 3. quod cuiuſq; vniuer. no. ſi mutuam pecuniam pro ciuitate accipiat, rem eius rectè obligat. l. ſi is qui. in princ. de pig. nempe ex ciuitatis eiuſdemque dominę voluntate. Rebus enim publicis dum præficitur, generaliter ei omnia permitti intelliguntur, quæ ad Remp. & adminiſtrationem rerum ad eam pertinentium ſpectant. Vnde adieci, ſi mutuam pecnniam pro ea accipiat, ideſt ſi in rem ciuitatis id faciat. Sed etſi domino ignorante, nec mandante, res pignori data ſit: ſi tamen poſt ratum habuerit, pignus valebit. l. aliena. de pigno. Quo caſu obſeruandum erit, quod Martianus ſcribit, hoc ipſo, cp dominus ratum habet: voluiſſe eum retrò recurrere ad illud tempus, quo conuenit. l. fundus. §. 1. de pig. Huc referri debet reſponſum Vlpiani in l. ſi inter. de pigno. Si inter colonum, inquit, & procuratorem meum conuenerit de pignore, vel ratum habente me conuentionem, vel mandante, quaſi inter me, & colonum meum conueniſſe videtur. Sentit Vlpianus, inter colonum & procuratorem conueniſſe, nō de pignore mihi dando a colono. (Neque enim actionem mihi procurator meus, ideſt libera pſona, acquirere potuit, vel authore Paulo in l. ſolutum. §. liberam. de pig. act.) ſed de re mea pignori dāda colono meo ad cautionem earum rerum, quas illi ex cōducto præſtare debeo, vt ſit dubitatio, an ſi ego eam procuratoris mei conuentionem poſtea ratam habuero, perindè haberi debeat, quaſi inter me & colonum conueniſſet. Nam ſi conueniſſet, ſtatim res illi eſſet obligata mea voluntate. Et ait Vlpia. quaſi inter me & colonum videri conueniſſe. Pro domino autem habentur tutores, itemque curatores, quibus in cauſis pupilli, & minorum res gerunt. l. qui tutelam. de admini. tut. Quo fit, vt tutor, quod lege refragante nō fiat. (Nam legibus nec res immobiles, nec mobiles, quę ſeruando ſeruari poſſunt,) ſine decreto alienari obligarive poſſunt). l. lex, quæ tutores. C. de adminiſt. tut. ſi in rem pupilli pecuniam accipiat, (hoc enim modo pupilli rem gerit) rem pupilli vtiliter det pignori. Idemque in curatore adoleſcentis, vel furioſi dicendum eſt. l. tutor. de pign. act. Illi quidem domini hoc loco excipiendi ſunt, quibus rem alienare non licet. In vniuerſum enim prohibita rei alienatione etiam pignoris datio prohibita intelligitur, quoniā ex hac re illud ſequitur. l. vlti. C. de rebus alienis non alien. Omnibus autem rerum alienatione interdictum eſt, qui in aliena poteſtate ſunt, niſi eorum authoritas acceſſerit, quorum ſunt in poteſtate.

Source : BIU Cujas

ſtate. Ideò enim alii adhibentur, à quibus regantur, vt ſicubi opus ſit, illi fiant authores. Cum ius eiuſmodi ſit, vt res ab eo, cuius in bonis non eſt, ſine domini aut eius, qui pro domino habeatur, voluntate obligari non poſſit: perſpicuum eſt, inutiliter obligari primum eas, quę nullius in bonis ſunt, cuius generis ſunt ſacrę, religioſę, publicæ, liber homo. l. 3 l. qui filios. C. q̃ res pig. obli. poſſ. Proximo loco, quæ in bonis quidem ſunt, ſed non in obligantis bonis, ideſt alienas. Ac ſuperioris quidem generis res ſic inutiliter pignori dantur, vt quamuis res ſacra, profana, aut publica, priuata, aut ex libero ſeruus factus ſit, nihilo ſe ciùs tamen conualeſcat pignus: quia de ea re pactio interpoſita ſit, cuius rei commercium omninò non erat. argum. l. inter. §. factam, de ver. oblig. §. 1. inſtit. de inut. ſtipu. Quod autem ad res alienas attinet, ſanè quidem quandiu in eadem conditione ſunt, non obligari eas conſtat. Sed quoniam non ſunt res eiuſmodi, quarum commercium nullum ſit, vt de iis paciſci nullo modo licuerit: hoc loco quæſitum eſt, ſi fortè conditio mutata ſit, vt debitor alienę rei dominus eſſe inciperet, an quia res in eam cauſam rediit, à qua incipere poterat, confirmetur pignus, dandaque ſit creditori eius rei perſecutio. De qua re non parua quæſtio eſt. Nam ſi illud ſolum impediebat, quò minus rei vendicari poſſet, quòd aliena pignori data erat, hoc iam impedimentum ſublatum eſt. Quòd ſi ad pignoris obligationem hęc ſolum requiruntur, vt & de pignore conuenerit, & res, quę datur, ſit in bonis obligantis: hæc omnia iam concurrunt, poſtquàm dominium debitori quæſitum eſt. Rurſum hęc impedire videntur; Primum, quòd regula iuris traditum eſt, quod ab initio non valuit, tractu temporis non conualeſcere; Deindè, quòd ius de Seruiana actione ita conſtitutum eſt, vt rem oporteat in bonis eius eſſe, qui eam obligat, ſi quidem rectè conſtitutum pignus velimus. Diocletianus & Maximianus Imp. ſub tit. ſi res aliena. l. quæ prædium. Quæ prędium, aiunt, in filios a ſe titulo donationis tranſlatum, creditori ſuo dat pignori, ſe magis pignoratitio contrario obligat iudicio, quàm quicquam dominis nocet: cum & Seruiana actio declaret euidenter iure pignoris rem teneri non poſſe, niſi quæ obligantis in bonis fuerit. Vndè & Caius teſtatur vulgò dici, creditorem, qui quaſi Seruiana agit, probare debere, cùm conueniebat, rem in bonis debitoris fuiſſe. l. & quę nondum. §. 1. de pig. In hac re ſic habendũ eſt: Si res aliqua ſub conditione detur, ſi debitoris facta ſit, vtiliter dari ad hoc, vt dominio debitori quęſito ex conditione creditori obligetur. l. ſi fundus. §. aliena. de pign. Hoc enim modo, qui rem obligat, non tam alienam obligat, quàm ſuam: qa hac conditione obligat, cùm ſua erit. Et omninò vt rem noſtram ſtipulari non poſſumus, quia iam ſatis noſtra eſt, eandem tamẽ ſub conditione rectè ſtipulamur. l. ſi rem meam, de verb. oblig. Sic cum rem alienam pignori dare non poſſumus, quia noſtra non eſt: eandem tamen ſub cõditione rectè dabimus, ſi noſtra erit, quia conditio in id tempus cõfertur, quo noſtra futura eſt. Quam ob cauſam conuentio generalis in pignore rerum poſteà quęſitarum recepta eſt, vt antè diximus: quia in his rebus dandis hęc conditio ineſt, cùm quæſitę fuerint. Hinc etiam dicimus, & quæ nondum ſunt, futura tamen ſunt, hypothecæ dari poſſe: putà, vt fructus pendentes, partus ancillę, fœtus pecorũ, & ea, quæ naſcuntur, ſint hypothecæ obligata. l. & quę nondũ. de pign. In his enim dandis ineſt tempus, cum nata fuerint. l. interdum. de verb. oblig. quod tempus cùm incertum ſit, conditionem habet. Idem dicemus, ſi res ei, qui pignus dabat, fuit debita. l. 1. in princ. de pig. l. 3. §. 1. inf. qui po. in pign. hab. Qui enim rem ſibi debitam pignori dat, hoc animo dare intelligit, vt tũc pignori ſit, cùm ipſi data fuerit: ideò, quia ſibi breui acquiſitum iri ſperat. Sic ex ſpe, quam in ea iam cõſtitutam debitor habet, animus eius & conditio intelligitur. Si nihil horum erit, certũ eſt, hoc iure poſito, quod diximus, rem iure pignoris teneri nõ poſſe, niſi quæ obligantis in bonis fuit; re aliena pignori data ordinariam actionẽ, ideſt directam, quæ ex his verbis edicti proficiſcatur, creditori nõ competere, quamuis res illi poſteà quæſita fuerit. Idque apertè eorundem Impp. Diocle. & Maxim. reſcripto declaratur ſub eodem ti. Codicis, ſi aliena res. Verba reſcripti hæc ſunt: Cùm res, quæ necdùm in bonis debitoris eſt, pignori data ab eo, poſteà in bonis eius eſſe incipiat: ordinariã quidem actionem non competere, manifeſtum eſt, & quæ ſequuntur. Hoc ſenſu accipiendum eſt illud, quod vulgò traditũ eſſe Caius docet, creditorem probare debere, cùm cõueniebat, rem in bonis debitoris fuiſſe. d. l. ea quæ. §. 1. Cùm directa, inquam, actione hypothecaria agit, intenditque ſibi rem pignori obligatam eſſe, hoc probare debet. Hoc enim vi ipſa dicere intelligitur, ſibi rem ab eo pignori datam, qui ius dandi habebat, qui pignori rem datam intendit: itaque etiam probare debet. Sed an vtilis detur, videamus. Et eodem illo reſcripto Diocletiani, & Maxim. additum eſt, ordinariam quidem non competere, ſed tamen æquitatem facere, vt facilè vtilis perſecutio exẽplo pignoratitię actionis detur. Ex quo reſcripto hęc diſtinctio inducitur, vt ſi creditor ignorauit eſſe alienam, quæ pignori dabatur, dominio debitori poſteà quęſito vtilis detur perſecutio; ſin ſciuit alienam eſſe, non detur. Quæ diſtinctio ex eo colligitur, q̃ ait reſcriptum, exemplo pignoratitiæ actionis vtilẽ perſecutionem dari. Cùm enim res aliena pignori data eſt creditori decepto, aduerſus debitorem pignoratitia contraria datur, vt quia ea res fruſtra obligata eſt, alia non minus idonea ſubſtituatur. Hęc autem actio ei, qui ignorauit alienam, competit. l. tutor. §. 1. de pig. act. Hoc exemplo cùm vtilis perſecutio in rem hoc caſu detur, eadem diſtinctione nimirum dabitur. Hoc ſentit Papinia. videlicet cum ita ſcribit. l. 1. in princip. de pig. In ſpeciem autem alienę rei collata conuentione, id eſt, cùm res aliena ſpecialiter pignori data eſt, ſi non fuerit ei, qui pignus dabat, debita, poſteà debitori dominio quæſito, difficilius creditori, q̃ non ignorauit alienam, vtilis actio dabitur, ſed facilior erit creditori poſſidenti retentio. Hoc dicit, ei qui non ignorauit alienam, facilè vtilem perſecutionem dari: ei verò, qui non ignorauit, difficilius. Quod ait, difficilius, comparatiuus p̃ poſitiuo poſitus eſt, augendæ difficultatis cauſa, vt ſit, difficilè dabitur, ideſt, iudicio meo, non dabitur. Quam ſententiam eſſe Papiniani in his verbis atque hoc loco, minùs dubitabit, qui eius aliud reſpõſum legerit, cuius initium eſt; Nonnunquàm. ſub titu. de colla. bon. in quo ille a filio poſt annum, quàm delata eſt bonorum poſſeſſio, voluntariam moram cautionis admittere difficilius eſſe ait: cum hoc intelligere eum conſtet, non eſſe admittendam. Sic enim Iuriſconſulti ſolent, cùm de re non vſqueadeò explorata, & certa, ſententiam ſuam exprimere volunt, vt non certò, & aſſeueranter ita eſſe pronuncient, ſed ſentẽtiam ſuam timidè, ac veluti dubitantium more proponant, vt etiam ſi aliud aliis videri queat, tamen ipſi in hanc aut illam partem inclinare ſe oſtendant. Itaque Theophilus in §. reſponſa. de iure nat. reſponſum diuidi ait in ſentẽtiam, & opinionem: vt ſit ſententia, perfecta & indubitata reſponſio; veluti, hoc facere licet, hoc facere non licet. opinio verò ſit, ſuſpenſa & timida, ac veluti cum dubitatione elata reſponſio, vt, exiſtimo hoc fieri licere, exiſtimo hoc fieri non licere. De quo reſpõdendi more, qui plura noſſe volet, habet vndè petat, in lib. 2. anniuerſa. Diſputationum Fran. Duareni noſtri caput 11. longè vtiliſſimũ. Quòd ſi quis eſt, qui putet hęc verba, difficilius creditori, qui nõ ignorauit alienam, vtilis perſecutio dabitur, ità eſſe accipienda, vt velit Papi. difficilè quidem vtilem actionem dari, ſed tamen dari, licèt ęgrè is hoc concedit vtrique actionem dari, & creditori, q̃ ignorauit alienam, & ei, qui non ignorauit. Quod primum eſt contra ſententiam Papin. qui hos diſtinguit: deinde contra id, quod diſertè eo reſcripto continetur, cuius ſupra mentionem feci, quo actio in rem, ad exemplum pignoratitię actionis dat. Nam quomodò ei creditori, qui non ignorauit alienam, vtilis perſecutio ad exemplum pignoratitię datur, cum ei pignoratitia contraria non detur? Iam hoc quem ſenſum habet, ſi modò hoc Papinianus diceret, difficilius quidem ei dari, ſed tamen ei dari? Si nemine repugnante hęc actio datur ex ſententia Papiniani, ideſt, de iure (nam contra ius Papinianus non daret) quo modò tandem difficilè datur? Niſi fortè hoc intelligit Papinianus, prętorem rogatum, vt det, recuſare poſſe primò: ſed illi inſtare debere, & ſi inſtitum fuerit, ad extremum illi debere concedere. Quod eſt ridiculum. Quod enim ex iure aliquandò concedi debet, id ſtatim concedendum eſt, non differendum; quia boni viri perſonam magiſtratus ſuſtinet, cuius non eſt in munere publico ius, cui reddendo publicè præeſt, ſine cauſa denegare, aut ſi ex cauſa denegauit, id aliquãdò reddere. Neceſſe eſt enim, quod iuſtè negaueris, ſi poſteà concedas, id te iniuſtè cõcedere. Poſtremò, vt cætera nos reſponſa, & reſcripta in hac re deficiant, tamen facilè hæc ſententia authoritate iuris defenditur, certo, vt mihi quidem videtur, argumento. Facilius enim pignoratitia contraria actio creditori aduerſus debitorem datur, quàm pignoris perſecutio in re aliena naſcitur. Nam debitor ſeipſum conuentione ſua obligare potuit, vt quamuis res aliena eſſet, tamen ipſe conuentione ſua teneretur: rem alienã pignori obligare non potuit. Quod ſi feciſſet, non tantum aduerſus ſe, ſed etiam aduerſus quoſcunque poſſeſſores actionem pignoris perſequendi conſtituiſſet. Plus eſt igitur, actione in rẽ uti, quàm pignoratitia. Id ſi eſt, cui dubium eſſe poteſt, cui pignoratitia in perſonam, quæ ſe obligare potuit ſua voluntate, non datur, quin ei in rem actio non detur, quæ res non potuit obligari, præſertim cum in rem actio aduerſus poſſeſſores detur, in quos debitor nihil iuris habet? Quapropter dubitari nõ debet, quin Papinianus cum ait, difficilius creditori, qui non ignorauit, vtilem actionem dari, hoc ſentiat, non facilè dari: id eſt, omninò non dari, niſi quæ magna cauſa afferatur, quæ ſuadeat eſſe dandam. Quod fieri poteſt, ſi nominatim id conuenerit, aut appareat debitorem creditoremque id ſenſiſſe. Sed cum ea nulla ſit in eo, qui nihil tale pactus eſt, & rem alienam non ignorauit, ſi nihil aliud proponatur, huic ſanè non dabitur. Habes iuris minimè, vt videtur, incerti diſtinctionem. Cui tamen aduerſari videtur reſponſum Pauli, ſub tit de pign. act. quod eſt eiuſmodi: Rem alienam mihi pignori dediſti: deindè dominus rei eius eſſe cœpiſti: datur utilis actio pignoratitia creditori.

ri. Nihil hic Paulus distinxit, sciretnè creditor alienam esse, an ignoraret: sine distinctione respondit, vtilem esse dandam, si eius rei debitor dominus esse cœpisset. Sed etsi hæc verba generalia sunt, tamen ex ea ratione, quam in extremo capite reddit, quem creditorem intelligat aduersus debitorem esse tuendū, facilè ostendit. Nam cum prius dixisset, potius hoc casu, cum res debitori quęsita est, quàm cum dominus rei debitori succesſit, creditori actionem dari, mirum hoc videri debere ad extremum ostendere conatus est hac ratione, quòd cum dominus rei debitori successit, nihil est, quod ei obiici possit, cur rem vendicari non patiatur. Sed si conuenisset, inquit, de pignore, vt ex suo mēdacio arguatur; improbè resistit quo minus vtilis actio moueatur. Hæc ratio in eo debitore tantum locum habet, qui creditori rem alienam ignoranti dedit. Solus enim hic ex mendacio suo argui potest, qui aduersarium ignorantem mēdacio suo læsit, non is, qui rem pignori dixit tanquam suam apud eū, qui id falsum esse sciuit, vt de eo responsum est, qui se liti obtulit, quòd se possessorem diceret esse, cū aduersarius id nō ignoraret. l. qui se obtulit. de pet. hæred. Quamobrem etiam illius loci sententia cum hac distinctione conuenit. Sed siue vtrique actionem vtilem dixerimus dari, siue alteri tantum; tamē quò minus in totum detur, regula iuris videtur esse impedimento, qua efficitur, vt quod initiò vitiosum est, tractu temporis non conualescat. l. quod initio. de regul. iur. hic res aliena ab initio pignori data est: non debet igitur ex postfacto pignoris persecutio dari, quamuis res aliena debitori posteà acquisita fuerit. Nec ad rem pertinet, quòd impedimentum sublatum est, quó fiebat, nè res pignori dari possit, vt quidam volunt. Nam regula iuris eò pertinet, vt intelligatur, cum quid, re aliqua prohibēte, initiò non valuit, etiamsi id impedimentū sublatum sit, non conualescere. Vndè si rem nostram, aut publicam stipulati simus, quod fit inutiliter; quamuis ea res aliena, aut cum publica esset, priuata facta sit, non tamen confirmatur stipulatio. l. inter. §. sacram, de verb. obligat. Ego puto eum, qui rem alienam ignoranti dedit, tacita quadam conuentione dedisse, vt tum pignori esset, cum debitoris facta esset: non item eum, qui scienti dedit. Et ideò illic ex conuentione pignus valere, non tempore conualescere: hic nullo modo. Neque tamen hæc interpretatio apertè ex verbis colligitur, vt quis dicat ordinariam hic actionem sine dubitatione dandam: sed ex iure interpretatio sumitur. Nam qui rem alienam ignoranti dat, obligat se pignoratitia contraria actione, vt id pignus præstet, vndè & de eo conuenisse intelligitur; actio enim hic in personam est, quæ ex conuentione nascitur. Non item autem obligauit se is, qui rem alienam non ignoranti dedit. Neque verò notum est, in re obscura contrahentium ex iure sumi id, quod agi videtur. l. 6. de solution. In omnibus tamen, in quibus diximus pignus nō ita conualescere, vt creditori vtilis persecutio detur, faciliorem fore ait Papinian. possidenti retentionem. Nam cum debitor pactus sit, vt ea res, quęcunque esset, apud creditorem esset, dolo facere eum, vt & omnes, qui quid contra pactum petant, negari non potest. l. 2. §. item quæritur. de except. doli. Igitur doli mali exceptione opposita retinebitur. Verum hæc exceptio debitori tantum rem petenti nocebit. Si eadem res aliis creditoribus ab eodem debitore pignori data erit, ijs etiam rem vindicātibus non nocebit. De authoris enim dolo exceptio successori non nocet in causa non lucratiua. l. apud Celsum. §. de authoris, & §. authoris. de except. Et ideò faciliorem ait fore possidenti exceptionem, quàm actionem, vt intelligatur, exceptionem saltem aduersus debitorem dari, cum actio non detur. Quod ipsum quoque argumento est, ne aduersus debitorem quidem actionem in rem dari ei, qui alienum non ignorauit, vt anteà ostendimus. Sed quod ait Papinian. ei, qui non ignorauit alienam, dominio debitori posteà quæsito, rei obligatæ retentionem dari, contrarium videri potest ei, quod Modestinus sub hoc titulo scribit, vbi ita definit, cum vitiosè, vel inutiliter contractus pignoris intercedat, retentioni locum non esse, nec si bona creditoris ad fiscum pertineant. l. cum vitiosè. Cū autem creditor alienam sciuit, ibi vitiosè contractum pignoris interceſſisse, ex eo plusquàm manifestum est, quòd nec dominio posteà debitori quæsito, actio vtilis creditori datur, vt diximus. Si dicemus, quod Bartolo videtur, ideò hic retentionem dari, quia vitium purgatum est, ridebimur. Quasi verò cum quid vitiosè contractum est, Modestinus intellexerit non esse retentioni locum, si vitium adhuc maneret (quod monere stulti erat scriptoris, quia id nemo vnquàm aliter existimare posset) ac non potius id senserit, non esse in totum retentioni locum, etiam si impedimentum remotum esset, de quo solo ambigi potuit. Et sanè sic regula iuris est, vt quod ab initio non valuit, tempore non confirmetur, nè ad retentionem quidem. Intelligendum est igitur, tum definitioni Modestini locū esse, cùm planè uitiosè & inutiliter de pignore conuenit, sic, vt nullius momenti fuerit conuentio. Finge, cùm mihi aut Titio promissum esset. debitorem Titio, cui nihil debetur, rē pignori dedisse. Finge, rem sacram aut religiosam datam esse. Quamuis aut illic Titius mihi successerit, aut hic res sacra, profana, & debitoris esse cœperit, pignoris retentio creditori nō dabitur: scilicet quia nec de re sacra conuenire potuit, vt pignori esset, q conuentio contra bonos mores sit: nec conuenire, vt ei res teneatur, cui nihil debetur: quia contra naturam sit, ut sit accessio sine ea re, cuius accessio est. At cùm res aliena est, etsi ea connētione pignori dari non potest, tamen quò minùs id conueniat: vt quandiù pecunia debetur, ea apud creditorem sit, nec ipse illi controuersiam faciat, nihil est impedimento, quia & creditori pecunia debetur, & de re aliena ita cauere nihil prohibet. Hic enim debitor de seipso cauere intelligitur, nè si quid fortè iuris in ea re nactus sit, creditori controuersiam faciat. Ita fit, vt persecutio creditori non detur; quia pignus non est: retentio verò possidenti detur propter conuentionem. Sed redeo ad actionē, quæ re aliena pignori data creditori ex euentu interdum datur, quod tunc accidit, cùm dominium debitori quæsitum est: saltē tunc cùm creditor rem alienam esse ignorauit. Quo posito, ex re ipsa alia incidit quæstio, putemusne, idem dicendum esse, si rei dominus debitori hæres extiterit. Mouet quæstionem rei similitudo: ut enim cùm dominium debitori quæsitum est, ideo actio creditori datur; quia debitor dominus rei esse cœpit. ita posteriore casu fit, ut idem dominus rei obligatæ, & debitor esse incipiat. Et Paulus respondit, hic non idem esse dicendum, quia non sufficiat ad competendam vtilem actionem, eundem esse dominum, qui pecuniam debet. l. rem alienam. de pigno. action. Nimirum tertium requiritur, vt dominus de pignore conuenerit, quod priore casu fit, cùm debitor is, q de pignore conuenerat, dominus esse cœpit: posteriore nō item. Decessor enim aliquando conuenit: sed is dominus non fuit hæres, qui debitori successit, dominus quidem est: cęterùm de pignore nihil pactus est, nec est, quod ei possit obiici, qui ipse de re nihil conuenit. Nec dices rei dominum, debitoris hæredem esse: hæredem porrò in re sua factum decessoris sui, approbare debere, cui successit, perinde ac si ipse conuenisset, vt de re aliena vēdita ab eo, cui dominus rei posteà successit, rescriptum est. l. cū matre. C. de rei uind. Non enim negari potest, quin in hac quoque specie hęres decessoris factum probare debeat. Eumq; hoc nomine pignoratitia contraria teneri certum est, vt pignus cōfirmare cogatur eodem iure quo defunctus, qui & ipse eadem actione teneretur. Qui enim in ius dominiumque alterius succedunt, eodem iure uti debent. l. qui in ius. de regu. iur. Eodēq; modo & in re a defuncto vendita hæres actione ex empto tenetur. Sed nego pignus per se conualescere, ut utilis persecutio creditori detur: quia nec ante pignus fuit. Absurdum est autem ex persona defuncti hæredem alio iure uti, quàm quod apud decessorem valuerit. Hoc enim sensu non dubito, quin Modestini responsum accipiendum sit de hac specie, quòd sub hoc titulo de pignorib. legitur in hæc uerba. l. si Titio. Titio, qui rem meam ignorante me creditori meo obligauerat, hæres extitero, ex post facto pignus directò quidem non cōualescit, sed vtilis pignoratitia dabitur creditori. Pignoratitiæ vtilis verbo pignoratitiam contrariam intelligit, quę aduersus hæredem dabitur, vt rem, cuius dominus est, pignori nunc det, quæ iā olim ab eius decessore obligata est. Nunc enim potest. Quod si facit (hoc verò cogitur, nisi malit eo nomine condemnari) alia via consequitur creditor, vt pignus habeat, quod directò non conualuit. Cur sic eum accipere putem, non autem vtilem actionem in rem intelligere, hæc sunt, quæ me mouent: Primum, q Paulus, cuius sententiam suprà retulimus, negat omnem persecutionem pignoris, etiam quæ ex æquo, & bono vtilitatis causa datur, hoc casu competere. De ea enim loquitur, cum ait; si debitor dominus esse cœperit, vtilem pignoratitiam debitori dari. Nam aliam hoc casu non competere constat. l. cum res. C. si aliena res. Ratio Pauli præterea, quia ille in illo capite superiore vtitur, quæ, nè id in hac specie respondeamus, suadet. Postremò ipsa adeò responsi Modestini verba, quę aliter accipi posse non videntur. Ait enim Modestinus, ex post facto pignus directò non conualescere, quod nihil aliud est, nisi in rem actionē de pignore nullam dari, nè vtilem quidem. Aliud est enim, directam actionem dari de pignore: aliud pignus directò conualescere. Quæcunque actio in rem dabitur, quamuis vtilis, pignus directò conualescat. Directò enim ea valent, quæ per se ipsa valent iure, neque in eo aliena hominis opera, & facto indigent. Non directò, quę, vt sint, ab alijs accipiunt: vt putà libertas directò datur, cum testator non ab alio seruum manumitti rogat, sed velut ex suo testamento libertatē ei competere vult. Cùm verò iubetur sic liber esse, vt libertatem ab hærede accipiat, dicitur dari non directò. §. vit. inst. de sing. reb. per fideicō. reli. Sic in pignore si creditor pignus vindicare poterit, quamuis inuito hærede, quæcunque illi actio in id dabitur, quamuis non directa, sed vtilis, pignus tamen directò conualescet, quia rectà id petetur, neque expectabitur, vt prius ab hærede pignus imponat. Quod si ab hærede prius id accipiet, q ad rē actio in personam contraria competit; tunc demum incipiet verè dici, non directò pignus conualescere, quod nunc quęrimus.

An

An in omnibus rebus, quę in bonis ſunt, pignoris obligatio conſiſtat. Cap. 8.

REM, quæ in bonis noſtris non eſſet, pignori nõ poſſe obligari, diximus. An omnes, quæ in bonis ſunt, obligari poſſint, videndum eſt. Et receptum eſt, vt omnes poſſint; neq; exigitur, vt in dominio noſtro ſint. Scilicet vt quantum quiſque iuris in re quaque obtinenda habet, tantum in alium rectè transferat. Nam & eadem rectè vendi poſſunt. l ſed & Celſus, de contrah. emp. Vnde hæc quoque regula de ijs rebus, quæ pignori dari poſſunt, tradita eſt. Quod emptionem venditionemque recipit, etiam pignorationem poſſe recipere. l. 9. de pign. Res in bonis intelligimur habere, quoties poſſidentes exceptionem, aut amittentes, ad recuperandas eas actionem habemus. l. rem in bonis de acqu. re. dom. Earum plura ſunt genera, quę ſingula pignori dari poſſe ſpecialiter ſuis titulis in Codice traditum eſt. Primum genus eſt earũ rerum, quæ verè dominii noſtri ſunt, de quib. transferendis nemo dubitat. Alterum eſt earum, quarum quaſi domini ſumus, & de quibus nobis tanquàm dominis Prętor accommodat actionem. Quo in genere ſunt vectigalia prędia, & ſuperficiaria, de quibus in titulo ſi ager vectigalis, vel emphyteuticarius petatur. & tit. de ſuperficiebus. Item quæ bona fide a non domino emimus, vel ex alia iuſta cauſa tradita accepimus, de quibus Publiciana in rem competit. §. ſed iſtæ. Inſtit. de act. Ergò & vectigale prædium pignori dari poteſt, & ſuperficiarium: ſic tamen, vt quoniam tamdiù actiones vtiles de ijs competunt, quandiù vectigal ſolarium, quod pro ijs debetur, domino ſoluatur, potior ſit cauſa domini ſoli, ſi non ſoluatur ei ſolarium. l. tutor. §. vlt. cum l. ſeq. de pig act. l. grege. §. & in ſuperficiarijs l lex vectigali. de pig. l. etiam inf. qui pot. in pign. Eodem modo ſi ab eo, qui Publiciana vti potuit, quia dominium non habuit, pignori rem accepi: ſic tuebitur me per Seruianam Prætor, quemadmodùm debitorem per Publicianam. l. ſi ab eo. de pigno. Tertium eſt genus earum, quarum neque domini ſumus, neq; quaſi domini: cuius generis ſunt, quæ pignori ſunt obligatę; vtpotè quarum nomine actionem in re habemus, edicto Prętoris comparatam, & tamen a nobis, quolibet nomine debitoris nobis pecuniam ſoluente, auocari poſſunt. Indè rem quoque pignoratam pignori dari poſſe, placuit: vt quandiù pignus in perſona eius, cui primò datum eſt, perſeuerat, tandiu pignus ſecũdo creditori teneatur, & tam exceptio, quàm actio vtilis ei detur: quia primò hęc omnia tribuerentur, qui ius ſuum in ſecũdum rectè transfert: modò nè quid amplius. Proindè ſi dominus is, qui pignori rem primo dedit, ſecundo creditori ſoluerit, eueniet eodem tempore, vt pignus ab vtroque creditore liberetur: A ſecundo, quia ei ſatisfactum eſt: A primo, quia voluntate eius, & nomine ſecundo ſatisfactum eſt, nihilq; intereſt, vtrùm creditori ſolutum ſit, an alii volũtate eius. Hęc Martianus ad formulam hypothecariam ſcribit in l. grege. §. cùm pignori. de pign. De quo etiam extat titu. in C. ſi pignus pignori datum ſit. Sed quoniam ſecundo creditori ſolui poſſe Martianus dixerat, quo fieret, vt pignus prius liberaretur: per occaſionem eodem in loco tractat, ſi fortè nummi ſecundo illi ſoluti ſint, quo iure ij apud eum futuri ſint, an vt illius fiant, & ſic debitor in totum liberetur ab vtroque, an verò vt ſint apud eum tantum pignoris loco, in prius pignus videlicet ſuffecti. Hoc eſt enim, quod quærit illis verbis: Sed poteſt dubitari, nunquid creditori nummorum ſolutorum nomine vtilis actio danda ſit. Creditorem intelligit ſecundum. Nam de eo loquitur, cui pignus pignori datum eſt, qui ſecundus eſt creditor. Vtilem actionem verò hypothecariam, vt prius, tàm exceptio, quàm vtilis actio ei danda eſt. Nam vtilem in perſonam aduerſus debitorem dicere, ad pecuniam exigendam non conuenit: illa enim de nummis nondum ſolutis competit, Martianus autem de nummis iam ſolutis agit, niſi fortè ſolutorum interpretamur, vt Accurſius, ideſt, ſoluendorum. In quo id agere videtur, vt nos rideat, qui quod pręteriit, de eo, quod futurum eſt, interpretatur. Hoc igitur, vt dixi, quærit per occaſionem Iuriſconſultus, cùm nummi ſoluti erunt, an illi pignoris tantùm loco apud creditorem erunt, vt illi hypothecaria tantùm detur, non vindicatio, tanquàm domino? Et cur id dubitari poſſit, ſtatim ſubiungit: Quid enim, inquit, ſi res ſoluta fuerit? quaſi diceret, non ſine cauſa id dubitari poteſt nummis ſolutis. Nam ſi res, ideſt, ſpecies, vt poſteà explicat, ſoluta eſſet, ea non creditoris efficeretur, ſed apud eum pignoris loco eſſet potius. Et cùm eadem omninò quæſtio eſſet, cùm nomen debitoris pignori ſecundo creditori datum eſt, & primus debitor ſecundo creditori ſoluit: extaret autē Pomponij in nomine pignori dato diſtinctio, Martianus Pomponij diſtinctionem in eo genere ſubiecit, vt quod illic dictum erat a Pomponio, hic reſponſum intelligeretur, vbi eadem ſolutio eſt, quæ a primo debitore in ſecundum creditorem confertur. Ait igitur: Si quidem pecuniam debet is, cuius nomen pignori datum eſt, exacta ea, creditorem, ſecundum intellige, ſecum penſaturum. Vnde intelligitur, quòd de nummis ſolutis quæſitum eſt, vtilẽ actionem Seruianam, eorum nomine non dari, tanquàm de pignore, ſed nummos eius fieri ſic, vt eos iam cum ſuo debitore, eodemque creditore compenſare debeat. Si verò corpus is debuerit, cuius nomen aut pignus pignori datum eſt, & ſoluerit pignoris loco futurum apud ſecundum creditorem. vndè intelligitur, vtilem ei actionem hoc caſu dandam. Poſtremum bonorum genus eſt earum rerum, quæ ſunt in actionibus, perſequutionibus, id eſt, nomina debitorum noſtrorum. Quarè & nomen quoquè pignori dari poſſe, receptum eſt: non vt is, cui datum erit, vtili Seruiana quicquã vindicare poſſit; quia in nomine nihil huiuſmodi eſt: ſed vt ijſdem actionibus vtilibus vtatur aduerſus debitorem, quibus experiretur ſuo nomine is, qui nomen pignori dedit. Sic prætor & creditorem in exigenda pecunia, & debitorem aduerſus eum, qui nomen pignori dedit, tuebitur. Quòd ſi quid ſecundo creditori ſolutum erit, quo iure id apud eum futurum ſit, iam dictum eſt. l. ſi conuenerit. de pig. act. l. nomen. C. quæ res pig. oblig. poſſ. Quædam tamen res vel natura, vel iuris ratione excipiuntur, quo minus pignori eſſe poſſint. Ac de ſeruitutibus, iuris alioqui noſtri rebus, & quarum nomine actiones in rem nobis competunt, an pignori dari poſſent, quæſitum eſt. Nã ſiue perſonales ſint, vt vſus & vſusfructus, perſonæ cohærent, & vnà cum ea extinguuntur: ſiue p̃diorum, à prædijs ſeparari non poſſunt, quibus cohærent, vt pignori dari poſſe non videantur, etſi in bonis ſint. De ſeruitutibus perſonarum ſic habendum eſt, vſumfructum pignori dari poſſe, quia & vendi ab eo poteſt, qui vſumfructum habet. Irà quantum vendendo in alium transferre poteſt, tantum in creditorem rectè transferet. Vſum nullo modo: quia perſonæ cohæret, nec vendi aut cedi poteſt, vt nec pignori in alium transferri poſſit. l. ſi is qui. §. vſus fructus. de pig. De ſeruitutibus vrbanorum quidem prędiorum extat ex Martiano in l. ſi is qui. §. vlti. de pignor. iura hęc pignori dari non poſſe: igitur nec conuenire poſſe, vt hypothecæ ſint. De ſeruitutibus ruſticorum indè dubitatur. Et plerique omnes putant, dari poſſe pignori, ideò quòd Martianus non generaliter de omnibus dixerit, ſed de prædiorum vrbanorum ſeruitutibus nominatim. vnde coniectura duci poteſt, aliud eum de ruſticis ſenſiſſe. Ad cuius rei cõfirmationem huc accedit, q̃ euestigiò de ſeruitutibus ruſticorum prædiorum per aduerſatiuam ex Paulo ſubiungitur, quęri turq;, an in his pignoris cõuentio locum habeat. Et ait Paulus, conuentionem propter vtilitatem tuendam eſſe. Quod non diceretur eodem loco, per aduerſatiuam præſertim, niſi diuerſum ius in vtroq; intelligere Iuriſconſulti voluiſſent. Sed Franciſco Duareno noſtro aliud videtur in libro ſecundo Anniuerſariarum diſputationum, cap. 13. Huic enim placet, ne ſeruitutes quidem ruſticorum prædiorum pignori dari poſſe, non magis, quàm vrbanorum. Quæ ſententia mihi veriſſima videtur. Nam quæcunq; ſeruitus prædii eſt, ea prædio cohæret, nec poteſt, quandiù prædium apud debitorem manet, ſeruitus in aliũ transferri, vt ea vtatur: quia non perſonæ eſt, ſed prædii: & prædii non cuiuslibet, ſed prædii debitoris, à quo ipſa ſeparari non poteſt. l. via. l. vnus. de ſeruit. ruſt. præd. Quo fit, vt debitor alii vicino eam vendere non poſſit, niſi vna quoque prædium ſuum diſtrahat. Quam venditionem ſi Prætor non tuetur, ne pignorationem quidem tuebitur: quia eæ res rectè oppignorantur, quę & vendi poſſunt, l. 9. hic de pig. vel q̃ in alium transferantur res per obligationem pignoris, vel q̃ pignus ità detur, vt diſtrahere liceat. Poſtremò ſeruitus creditori ſit inutilis, quippe quæ non ipſi poſſit deberi: non enim perſonæ ſeruitus eſt, neq; eius prædio, quia alii prædio cohæret, à quo inuito domino fundi §. ſeruitus inſt. de ſeruit. ſeruientis in alium transferri non poteſt. Qđ autem Paulus in capite ſequenti tractat de ſeruitutibus ruſticis, rectè hoc mihi videtur ab illo & acutè animaduerſum eſſe, nõ hoc quærere Paulum, an hæ quoque pignori dari poſſint, vt ità eas ab vrbanis ſeparet: ſed illud, an dominus in ſuo ſeruitutem conſtituere poſſit creditori pignoris loco, vt ea creditor vtatur, quandiù pecunia ſoluta non ſit. Id verò dominum facere poſſe Paulus ait, non vt iure ipſo valeat ſeruitus, quia ipſo iure ad tẽpus conſtitui non poteſt: ſed propter vtilitatem contrahentiũ. Ac de domino fundi eum loqui, qui temporis cauſa in ſuo ſeruitutem imponat, indicant illa uerba, quibus conuenire poſſe ait, vt iis ſeruitutibus creditor, vtatur, ſcilicet ſi uicinum prædiũ habeat, & ſi intrà diem certum pecunia ſoluta non ſit, vendere eas vicino liceat. Hæc enim pactio de ſeruitute, quæ nobis in alieno debetur, recipi non poteſt. Semper enim dominus fundi ſeruientis rectè negabit, ſe creditori, aut ei, cui creditor vendiderit, ſeruitutem debere nec quiſquam, cui ſeruitus debetur, ſeruientis fundi cauſam deteriorem facere poteſt. l. ſeruitutes. §. vlt. de ſeruit. urb. præd. Aduerſatiua autem, qua Paulus utitur, non eo pertinet, vt prædiorum vrbanorum ſeruitutes à ruſticis ſeparentur: ſed ut doceamur, ipſa quidem iura, quæ in alienis prædiis nobis debentur, pignori dari non poſſe. Cęterùm in noſtro ea conſtitui poſſe pignoris loco, non tantùm ut creditor, qui vicinum prædium habet, ea ſeruitute utatur: ſed etiam ut

alij,

Source : BIU Cujas

alij, qui vicinum prędium habebit, voluntate noſtra eam ſeruiturem vendat, nobisque vel inuitis imponat in perpetuū. Ità cùm in perſonis ſeruitutem oppignorantibus, non in generib. ſeruitutum, hoc loco diſtinctio poſita ſit, dicendum eſt, quicquid vel apud Martianum, vel apud Paulum in his fragmentis ſub appellatione ſeruitutum, uel urbanarum, uel ruſticarum affirmatur, exempli cauſa de ijs ſeruitutibus dictum eſſe, vt in cō ſtituentibus differentia eſſet, non in genere ſeruitutis. Ergo ſupraſcriptæ res pignori non dantur, quia ſua natura nō poſſunt. Hæ certis de cauſis pignori non ſubiiciuntur ex conſtitutionibus. Nam Imperatorum Conſtantini, item Honorii, & Theodoſij conſtitutionibus vetantur executores a quocunque iudice dati ad exigenda debita in cauſam iudicati ſeruos aratores, boues aut inſtrumentum aratorium, & in vniuerſum, quod ad culturam agri ptinet, capere, nè tributorum illatio retardetur. l. executores. l. penul. cum auth. ſequē. C. quæ res pig. oblig. poſſ. Quę conſtitutiones, quo minus hæ res uoluntate ipſorum dominorum obligentur, non ſunt impedimento. Spem item eorum præmiorum, quæ pro coronis athletis pēſitanda olim fuerunt, ne priuata quidem pactione pignorari potuiſſe, Alexādri reſcripto cautum eſt. l. Spem eorum. C. quæ res pign. oblig. poſſ. Credo, nè adempta ſpe ijs præmijs potiundi, quę iam multo antè obligata eſſent, & ad illum poſt reditura, athletis, virtus, & alacritas remitteretur ad animos è, & fortiter certandum, quæ pręcipuè præmiis propoſitis accenditur. Nota ſunt autem celebratiſſima illa quatuor certamina ſacra apud Gręcos, Olympia, Pythia, Iſthmia, & Nemeæa, in quibus athletæ, qui viciſſent, coronis donabantur honoris ergo, & pro coronis etiam præmia publicè erant propoſita, de quibus Alexander ſenſit. De athletis, deque variis lucrorum & certaminum generibus: item qui honores victoribus olim haberent, pulcherrimè, & fuſiſſimè ſcripſit Budæus in annotationibus prioribus ad Pandectas. Licebit hodie idem dicamus de omni ſpe eorum præmiorū, quęcunque publicè ob victoriam in omni certamine virtutis cauſa propoſita erunt vincentibus. Commoda tamē ipſa, quę iam eo nomine præſtantur, pignori capi poſſe tradidit Papinianus, cuius extat reſpōſum de hac re ſub titulo, de re iudicata, in hęc verba: Commodis præmiorum, quæ propter coronas ſacras p̄ſtantur, condemnato placuit interdici, & eam pecuniam iure pignoris in cauſam iudicati capi. Hæc prę̄mia intelligit, q̄ athletis præſtantur pro coronis. Sacras enim coronas vocat, quòd in certaminibus illis ſacris donarentur. Vnde & qui in illis viciſſent, hieronicę dicebantur. Quibus expoſitis apparet, rem, quæ in bonis obligantis non fuerit, hypothecaria actione non teneri, & quæ rectè data eſt, ſic peti poſſe, vt ſufficiat rem in bonis eius fuiſſe cùm conueniebat, ideſt, cum pignus contrahebatur: idque probari ſatis eſt. d. l. & quæ nondum. §. 1. Ad quod illuſtrandum in primis conducet exemplum Papiniani, quo ille in vtranque partem vtitur in c. 3. hoc tit. de pig. Ponit enim principio debitorem pignori rem dediſſe: deindè cum eam poſteà omiſſam vindicaret, uel actione de ſingulis rebus, uel petitione hæreditatis, victum eſſe. Quæritur, an creditor actione Seruiana adhuc experiri poſſit. Mouet, q̄ pronunciatum eſt, rem debitoris in bonis non eſſe. Ille poſſe experiri creditorē reſpondit. Satis enim eſſe, ſi probet rem in bonis debitoris fuiſſe, quo tempore pignus contrahebatur. Nam q̄ condemnandus eſt, poſteà ſecutum eſt. Nec obſtat, quòd pronunciatum eſt, rem retrò quoque in bonis debitoris non fuiſſe. Res enim inter alios iudicatæ, aliis non nocent. l. 1. de except. rei iud. præterquàm in ijs rebus, quæ ex præiudiciis pendent, vt legatis, cum de hęreditate contra hęredem teſtamento ſcriptum pronunciatum eſt. Legata enim ex teſtamento pendent. At fieri poteſt, vt res debitoris fuerit, de qua petitione hęreditatis actum eſt: lis tamē nō fuerit rectè inſtituta, cum ſuam vindicare deberet, quam ſibi iure hæreditario, tanquàm teſtatoris foret, vindicabat. Fingit deindè econuersò, debitorem per iniuriam victum, rem, quam penerat, pignori dediſſe. Quæſtionis eſt, an hic quoque creditor poſſit Seruiana experiri, probans rem in bonis debitoris eſſe, cum per iniuriam victus eſſet; quia non videatur exceptio rei iudicatę hic magis creditori nocere, quàm in ſuperiore ſpecie, debuiſſe. Et ait, hoc caſu Seruianam creditori non eſſe dandam: ſcilicet, quia verum ſit, rem iam tum in bonis debitoris non fuiſſe, cum pignus contrahebatur. Eſt enim res in bonis, ad quam recuperandam actionem habemus: hanc autem amiſit, qui iudicio victus eſt. Rem enim ſi vindicet à poſſeſſore, ſummouebitur rei iudicatę exceptione, etiam ſi iniuria victus ſit. Nihil autem intereſt, ipſo iure quis actionem non habeat, an eam habeat, quæ per exceptionem infirmetur. l. nihil intereſt. de regul. iur. Ità utriuſque partis regulę illius ſuperioris exempla hæc ſunt. Iam verò cum eæ res vendi poſſint, quę in bonis cuiuſuis ſunt. (Nam & ſuperficiaria prędia, & uectigalia, & pignus & actiones, ac nomina vendi poſſe conſtat) contraq; nihil eorum uendi poſſit, quod in bonis non eſt: l. ſed & Celſus. de contrahen. emptio. rectè definitum eſt, quę res emptionem, venditionemque recipit, pignorationem quoque recipere, & contra. l. 9. de pi. Inde placuit, quam rem quis emere non poſſet ob id, quia commercium eius rei non eſt, nec iure pignoris eum accipere poſſe. l. 1. §. eam rem. inf. quæ res pig. obl. Quod non eſt contrarium ei, quod ſub titulo de pigno. Modeſtinus definit c. 24. In quorum finibus emere quis prohibetur, pignus accipere non prohiberi. Aliud eſt enim, commercium alicui interdictum eſſe: aliud, rem emere prohiberi. Exempli gratia, q officii cauſa in prouincia agunt, vel militant, prædia in eadem prouincia comparare prohibentur. l. qui officii l. non licet de contrah. empt lidem ſi cum alio contraxerint, pignus rectè accipient, & diſtrahent: quia non emit, qui vendit. Hi autem emere tantum prohibentur. Sed nec legis ſentētia offenditur. Ideò enim prohibentur Præſides, & milites, & cæteri eiuſmodi in prouinciis emere, nè rem acquirant: q ὸd niſi prohiberentur, facilè res omnes per concuſſionem, vel propter potentiam, vel gratiam ad ſe auocarent. Aduerſus quod periculum lege proſpectum eſt. Hæc ratio in eo, qui vendit, nulla eſt. Tantum. n. abeſt, vt qui vendit, acquirat, vt vendendo, etiam quod habet, alienet. Cùm autem commercium interdictum eſt, vtraque re interdicitur, & emptione, & venditione. Commercium enim non tantùm in emendo eſt, ſed etiam in diſtrahendo. Et vt Vlpianus in fragmentis inſtitutionum titulo, De dominijs, definit, Commercium eſt emendi vendendique inuicem ius. Sic fit, ut pignori quoque accipere interdicatur: quia pignus ſic accipiatur, ut diſtrahere liceat. Sed quomodo pignus obligeť, & à quibus, ſatis dictum eſt. Sequitur, vt quod ius ſit in pignore conſtituto creditori, dicendum ſit.

¶ De iure creditoris in pignore, & de actione hypothecaria, ſeu Seruiana. Cap. 9.

IVs creditoris, ut initio dixi, in pignore duplex eſt. Vnum maxinè pignorum proprium, rem tenere, eiq; incumbere licere donec pecunia debebitur. Alterum, diſtrahere etiam licere, ſi creditori ad ius ſuum conſequendum, faciendum videatur de poſſeſſione pignoris, ſic ea creditori datur, vt fructꝰ etiam ſuo iurè percipiat, non illos quidem vt lucretur, ſed quos deinde in ſortem ſibi compenſet. Quin etiam iudicio pignoratitio percipere eos cogitur ex fide bona, nè res apud eum ocioſa & ſine fructu maneat, & debitori vacet. l. 2. C. de pig. act. Proinde & prædia ſibi obligata ex cauſa pignoris rectè locabit. l. creditor. de pigno. Ad id, vt dixi, obtinendum, & rem poſſidenti exceptio datur, & nec poſſidenti ad eam perſequendam actio. de exceptione nulla dubitatio eſt, ſi quidem ei actio datur. Nā cui damus actionem, eidem exceptionem cōpetere multo magis quis dixerit. l. 1. de ſui perſi. De actione videamus. Pignoris perſequendi cauſa actio, in rem eſt, non in perſonam tantum debitoris. l. pignoris, de pign. l. pignoris. C. de eod. tit. Hæc primū de rebus coloni, quas pro mercedibus fundi pignori futuras pactum eſſet, propoſita eſt edictio, & à prætore Seruio Seruiana eſt appellata, ut à Publicio Publiciana. §. item Seruiana. §. ſed iſta quidem. de action. Poſt deinde ad exemplum earum rerum de cæteris quoque rebus, quæ pignori datæ eſſent, actio reddi cępit, quæ ex eo quaſi Seruiana dicta eſt. d. §. item Seruiana. Indeque etiam factum eſt, vt vtilis Seruiana appellaretur. l. lege. §. cum prędium. de pign. Sic & de ſuperficie in rem actio, cum rei vendicatione collata, quæ iure ciuili proponitur, & quaſi in rē dicitur, & vtilis ab Vlpiano in l. j. & § is autem, de ſuperfic. Abuſiuè hæc etiam Seruiana abſolute interdum nominatur. in l. 3. l. ſi inter. §. 1. de pignori. Atque hæc ab authoribus nomina ſunt. Ex re verò quæ petitur, hæc omnis de pignore actio hypotheca ria appellatur ab hypotheca, quæ proprie tunc dici intelligitur, cum poſſeſſio non eſt apud creditorem. Porrò ea demum vindicatur, quæ apud alium eſt. Pignoratitia uerò proprie dicitur in perſonam actio, qua debitor aduerſus creditorem utitur de pignore repetēdo pecunia ſoluta. Verùm & hoc nomine quādoque hypothecaria ſignificatur à pignore, quod in iure obligationis ab hypotheca nihil differre diximus. Sicque accipitur in his locis. l. rem alienam. de pig. act. l. 3. §. eſt autem. ad exhib. l. commu. §. inter communi diuid. l. duobus. l. pen. de excep. rei iu. Cùm ſit igitur in rem actio de pignore perſequendo, nimirum aduerſus omnes dabitur qui rem tenebunt, poſſidebuntve, aut dolo malo deſierunt poſſidere, ut id reſtituant. Hoc enim eſt, in rem, rē ſequi, eiusque rei poſſeſſorem. Idq; omnium in rem actionum commune eſt. l. ſi fundus, §. in uindicatione. de pig. l. officium. de rei vindic. l. actionum. de obli. & action. Finis actionis, atque intentio omnium in rem actionum propria, vt dum pignori obligatam conſtabit, res petitori reſtituatur. Idque ut fiat, iudex primum arbitratur. Alterutro igitur modo is, unde petitur, abſoluetur: ſi aut rem reſtituet, aut petitori pecuniā ſoluet. Rem quidem reſtituendo, quia arbitrio iudicis ſatisfecit: pecuniam ſoluendo (quod quiſque pro debitore ignorante & inuito poteſt facere) quia pecunia ſoluta, nullī amplius pignus eſt, eoque liberato inutilis hypothecaria creditori relinquitur. Si neutrum faciet, id eſt, ſi arbitrio iudicis non parebit, ſequitur condem-

Source : BIU Cujas

condemnatio horum iudiciorum propria ex arbitrio iudicis pendens, vt si quidem dolo malo fecit reus, quo minus rem restituereat, tanti damnetur, quanti in litem iuratum est: sin culpa rei possessionem amisit, quanti petitoris interest. l. si fundus. §. in vindicatione, de pign. l. qui restituere. de rei vindic. Vnde & actiones arbitrarias has esse constat, in quibus ex arbitrio iudicis & iussu condemnatio, aut absolutio pendet. §. præterea. Instit. de action. Sed quod dixi, si res pignorata non restituatur, litem tanti æstimandam esse aduersus possessorem, quanti in litẽ iuratum est, non aduersus quemuis possessorem accipiendũ est, sed aduersus extraneum tantum, qui nihil queri potest, si plus creditori præstet, quàm ei debeatur: quia quod amplius debito creditor fuerit consequutus, debitori restituere debet pignoratitia actione: omninoque ei bonam fidem præstare debet, vt eadem in debitoris causa faciat, quæ ille faceret in sua. Aduersus debitorem autem non pluris, quàm debet: quia non pluris interest, vel hoc nomine, quòd nemo est alius, quàm debitor, cui creditor teneatur, si ipse amplius fuerit consequutus. l. inter. §. vlt. de pig. Adeoque in debitore id verum est, vt Martianus scribat, l. si fundus. §. si pluris. de pig. si pluris condemnatus sit debitor, non restituendo pignus, quàm computatio sortis & vsurarum faciebat, nec prouocarit, si tantum soluat, quantum debet, exonerari hypothecam: non subtili id quidem & stricto iure. Semel enim causa transire cœpit ad cõdemnationem, inquit, & creditori pecunia ex causa iudicati deberi. Secundùm regulas autem iuris ita quisque liberatur, si quod debet, soluerit. in princ. titul. quib. mod. tol. oblig. Sed benigna, nec malitiosa iuris interpretatione. Nam creditori soluendo, quod debetur, natura contingit, vt accessio quoq; liberetur: l. in omnibus. de solut. qua liberata, nihil iam creditoris interest, omninoq; ei omnis actio iure est extincta. Ex hoc iure apparet, nec distractis aliue natisve rebus pignori obligatis extingui pignoris persecutionem. Alioqui diceremus, actionem tantùm de pignore aduersus debitorem esse, non in rem, si ea alienata, possessorem conuenire non liceret. Non nocet, quòd dominium in alium translatum est. Neque enim in hac re, aut vlla alia debitor creditoris conditionem facere potuit deteriorem. Ex quo semper accidit, vt res cum sua causa alienetur. l. distractis. l. debitorem. C. de pig. l. alienation. de contr. emp. Sed alius nobis propositus est ad explicandum locus, quomodo pignus amittatur. Itaque cũ hic locus ad eam rationem pertineat, vt quæratur, an hoc modo pignus amittatur, satius est, rem hanc in illud tempus differamus, de iure distrahendi pignoris videmus.

¶De distractione pignorum. Cap. 10.

DE distractione pignoris duplex est quæstio. Prior illa, an creditor iure suo pignus possit distrahere, & si potest, quando possit, quave forma obseruata. Altera, de venditione, quam uim habeat. In qua hæc quærunt: primum de emptore, quid in eum ille transferat: tum de creditore, quatenus ea uenditione obligetur: postremò de debitore, quatenus ea re liberetur. De iure creditoris in distrahẽdo pignore sic statuatur, iure suo illum pignus distrahere, siue conuenerit, vt id facere liceret, siue non conuenerit: modo nè quid contra conuenerit, nè distrahere liceret. Et hoc est, quod in edicto Prætor pollicetur, se venditionem pignoris seruaturum, quod eius contra legem pignoris non fiat: id est, modo ne quid lex pignoris refragetur. l. 4. de pi. acti. l. si cessante. C. de distrac. pig. Quinetiam si conuenerit, ne distrahere liceret, hoc Vlpianus scribit, statim quidem vendere non licere: sed tamen si ter denunciatum sit debitori vt soluat, & cessauerit, ad extremum licere. d. l. 4. de pig. action. Ter denunciatum sic accipimus, nõ ut eodem tempore ter ità dicatur debitori, solue, solue, solue (Nã hoc nihil ab vna denunciatione differt, & pluspuam veteratorium est, tres denunciationes verbis exigere, quæ re ipsa nihil amplius commodi afferant reo ad conquirendam pecuniam, quàm vna) sed ita, vt inter singulas denunciationes aliquod interuallum intercedat. Et plerique omnes probant, inter vnamquanque vnum diem intercedere debere; quia obseruarunt absentem reum in causa criminis, pro quo absente nemo excusationes adfert, per triduum esse citãdum ante, quàm damnetur. l. inter. de pub. iud. Quod quid ad rem pertineat, non video. Nã si illius loci argumento vti voluerunt, vt probarent in debitore idem faciendum esse ante, quàm pignus distrahere liceret: adijcere debuerunt, etiam debitorem per singulos dies ter citandum esse. Nam hoc in citando reo etiam requiritur. d. l. inter. Sed profectò ordo iudicii criminalis & celeritas conficiendæ rei, cum officio priuati creditoris in debitore admonendo, nihil coniunctum aut commune habet. Aliquid dicerẽt, si docerent alicubi lege esse constitutum, reum absentem ter citandũ esse: deinde ostenderent, ad interpretationem eorum verborũ legis hoc subiectum esse, ter citatum, accipere nos debere, per triduum. Sed nihil tale reperient. Ego probabiliter dici posse existimo, ità ter esse denunciãdum, vt per interuallum denuncietur non minus, quàm decem dierum, atque ita post triginta demum dies creditori pignus vendere liceat. Quod multis locis consentaneum reperietur, in quibus cum de exigenda pecunia, conueniendoque debitore agitur, non statim, sed post aliquod tempus, neque tempus lege aut edicto adiicitur, decem dierum spatium, vt minimum, requiritur. Nam cùm in edicto de pecunia constituta Prætor polliceretur actionem, si is, qui constituit, non soluisset, sed post aliquod saltem modicum tempus: hoc Vlpianus sic interpretatus est, non minus quàm decẽ dierum l. promissor. §. si sine. de const. pec. Sic cùm in causa ciuili reus absens tribus edictis, ideſt, denunciationibus, de quibus hoc loco agitur, lege vocandus esset, idem Vlpianus tria edicta sic accepit, vt interponi deberent per interuallum non minus decem dierum. l. ad peremptorium. & l. seq. de iudic. Congruit præterea hæc sententia legi duodecim Tabularum. Ea enim lege æris confessis, ac debiti iudicatis, triginta dies dati fuerunt cõquirendæ pecuniæ causa, quam dissoluerent, vt testis est Aulus Gellius lib. 20. cap. 1. quos dies Decemuiri iustos appellarunt, post quod tempus res debitoris pignori capere ac distrahere liceret. Quo iure posito, cùm dubitabitur, si quãdo creditor summum tempus expectare iubeatur ante, quàm pignus vendat, quodnam id esse debeat, non erit incommodum, eius rei interpretationem ex lege sumere, vt cum tantum tempus præterierit, quantum lex ipsa iudicatis beneficii loco largitur, nihil debitor prerea requirere debeat. Sed quod ait Vlpianus, post tres denunciationes vendere pignus licere etiam tum, cum ita conuenit, ne liceret distrahere, parum liquere videtur. Nam quomodo poterit, cùm id semel conuenerit, contra conuentionẽ pignus distrahi, cùm vt uendere liceat, creditoris causa constitutum sit, liceat autem vnicuique secundùm veterem regulam iuris, eo iure non uti, si velit, & si quid tale conuenerit, nè eo vteretur, omninò pactio seruanda sit? l. pen. C. de pact. l. pactum. ff. eod. titul. An eo fieri dicemus, quòd hæc pactio contra publicã vtilitatem est, quia non facile alioqui creditores reperientur, qui pecuniam velint credere, vbi pignus illis distrahere non licebit? Nam hoc pleriſque placet. Mihi autem inepta hæc ratio videtur. Nam cum de eo creditore agatur, qui pecuniam iã credidit, & sua sponte hoc ius debitori remisit, ne pignus distraheret, valde stultum esse, metuere, ne propter eam facultatem distrahendi, ademptam pecuniam non det, cum iam ante ea facultate vltro sibi detracta crediderit. Si de credẽda pecunia ageretur, & illud quæreretur, an pignus vendere creditoribus permittendum esse: tum sanè publicam in eo omnium utilitatem versari diceremus, vt distrahere permitteretur, quo ad facilius credendum homines inuitarentur. Nunc postquam vltrò credita pecunia est, & pignus acceptum, an uelit deinde creditor pignus distrahere, aut non distrahere, quin in eo priuata eius vtilitas & arbitrium versetur, negari non potest. Quid si omninò pignus non acciperet? quid si acceptum remitteret? quisquamne in eo publicam utilitatem uersari, & ideo hoc eum remittere non posse diceret? Quanto minus dicere conuenit, eum, qui pignore accepto hoc remisit debitori, nè uendat, contra utilitatem publicam facere videri? Ego eum, qui pignus dedit, hoc quòd pignoris loco rem esse uoluit, simul etiam conuenisse di co, ut distrahere liceret. Neque aliter pignus esse intelligo. Nã cui bono rem alioqui apud se ociosam tenere, si distrahere nõ licebit, ut ad ius suum creditor perueniat? Indicat hoc Alexander Imperator in l. j. C. de pact. pig. qui, cùm proponeretur debitor pactus esse, nisi intra certum tempus pecuniam solueret, cessurum se creditoribus hypothecarum uenditionem, rescripsit eum, qui id fecisset, non contraxisse, sed id comprehendisse pacto, quod creditor in pignore adipiscendo suo iure esset habiturus. Innuens, hoc ius ui sua pignori esse adiunctum, & consequens, nec à pignore, quandiù nomen suum retineat, posse separari. Adeoq; pignus in hoc datur, ut distrahere liceat, si opus est, vt cùm debitor creditori suo fortè permisisset rem aliquam distrahere, si pecuniam non soluisset, responderit Papinianus, ea conuentione pignus contractum uideri, l. 3. §. vlt. qui pot. in pigno. hab. quasi hoc proprium pignoris esset, vt eo concesso, quod solius pignoris proprium est, pignus datum intelligeremus. Cum igitur pignore dato conuenit, ne creditori distrahere liceret, ex eo quod præcessit, apparet nõ id actum esse, nè omnino liceret, alioqui pignus, pignus non erit: sed vt nè liceret statim, aut post unam atque alteram frustrationem debitoris, aliquando tamen liceret. Semper autem non solùm in emptis rebus & venditis, ut Pomponius loquitur in specie non absimili: in l. sed & Celsus. §. 1. de contrah. empt. sed in rebus omnibus, quæ consensu contrahuntur, non quod dictum, sed quod actum fuit, sequendum est. Quòd si aliquando uendere licet, nihil causæ est, cur non post extremam debitoris toties interpellari frustrationem, post id tempus denique, quod iudicatis humanitatis causa datur, id facere liceat. Cùm sit ergo hoc ius pignoris proprium, ut uendere id liceat: cõsequens est, cùm id creditor suo iure faciet, debitorem obnunciatione sua uenditionem impedire non posse, de quo titulus in Codice, debitorem

torem vendit. pigno. impedi. non posse. Consequens est, quandiu non est integra pecunia creditori soluta, etiam si pro parte maiori eam fuerit creditor consecutus, rem obligatam totam distrahere posse: quia non nisi omni pecunia soluta pignus esse desinat. l. quandiu. C. de distra. pigno. l. si rem. §. omnem. de pigno actio. l. arbiter. l. vlti. §. hoc titu. Postremò, & hoc consequens esse apparet, cùm pluribus rebus pignori obligatis, vel generali obligatione omnibus, singula pignoris iure teneantur, creditoris arbitrio permitti ex his rebus, quibus velit distractis, ad commodum suum peruenire. l. creditores. de pig. Quod tamen ex constitutione diuorum fratrum in eo, qui specialiter quædam, & vniuersa bona generaliter pignori accepit, quamuis æquale ius in omnibus habeat, ità temperandum est, vt si certum sit, posse eum ex his, quæ nominatim ei pignori obligata sunt, vniuersum debitum redigere, ea, quæ postea ex eisdem bonis pignori accepta sunt, non possint auferri, nedum distrahi l. 2. C. de pignor. Creditorem pignus vendere posse constat. Videndum est, an statim possit, & omnino quando possit. Et quidem si conuenit, quando distrahere liceret, id seruabitur, ut antè non liceat. l. si necessarias. §. si annua. de pign. acti. l. cum soluendo. de pigno. Si nihil dictum est, cur cessante debitore statim distrahi non possit, nihil est impedimento. & ita constitutum est. Gordianus in l. si cessante. C. eo. titu. Si cessante solutione creditor, non reluctante lege contractus, ea, quæ sibi pignori nexa erant, distraxit, reuocari venditionem iniquum est. Sed interpres vulgò cõstitutione Iustiniani, quæ est de iure domin ii impetrando, hoc ius esse emendatum censent, putant q; non ante biennium, q̃ debitor interpellatus est, & cessauit, pignus posse distrahi, vbi de distrahẽdo nihil conuenit. His enim ipsis verbis loquitur in ea constitutione Iusti. quæ extat sub tit. de iure domi. impet. Sancimus itaque, si quis rem creditori suo pignorauerit, si quidem in pactione cautum est, quemadmodũ debeat pignus distrahi, siue in tempore, siue in aliis conuentionibus, ea obseruari, de quibus inter creditorem & debitorẽ cõuentum est. Sinaũt nulla pactio interceserit, licẽtia dabitur fœneratori ex denunciatione, vel ex sententia iudiciali post biennium, ex quo attestatio missa, vel sñia prolata est, numerandũ, eam vendere. Sin verò nemo est, qui comparare cã voluerit, & quæ sequuntur. Mihi aũt cur Iustinianus ius vetus in ea re emẽdare vellet, nulla cã fuisse vr̃: immò verò & durũ id, & iniquũ est. Nam quo tandem creditori, rẽ pignoris iure possidere, vt tã lõgum tp̃s expectare iubeatur, nec antè possit ius suũ cõsequi? Quid. n. si debitor soluendo non sit? Et iõ illi ipsi qui p̃riæ sñiæ defensores Itali testantur, aliud cõsuetudine publica Italiæ obseruari. Accur. in d. l. ult. C. de iu. do. impet. Videamus igit̃, an Iustiniani constitutio ad eos tantum pertineat, qui ius dn̄ii impetrare uelint in pignore. Quod mihi oĩno vr̃, vt sit sensus, eos, q dn̄ij ius impetrare volunt, non ante biẽnium impetrare posse: biennio aũt exacto, nõ statim id posse facere, sed prius rẽ uenũ exponere, & distrahere, si licebit. sin minus, tũ deinde impetrare a principe, ut res dn̄ii iure possideatur. Quod ergo ait Iustin. licentia erit fœneratori post biẽnium rem uẽdere, non simpliciter dictum intelligendum est: sed ad aliquid, & cũ diuisione: ut sit licẽtia, licebit post biẽnium uẽdere ad hoc, ut si res uenum exposita post id tp̃s emptorem non reperias, tũ ad dn̄ij ius impetrandum progredi possit creditor. Nec lõgè huius sñię argumenta repetantur. Iustinianus initio eius constitutionis ꝓfitetur, se formam in dn̄ii iure impetrando, & p̃scriptione publica, q̃ olim fieri in ea re cõsueuisset, immutare uelle. Id ẽt titulus, sub quẽ illa constitutio relata est, loquitur. Olim quoq; si quis rẽ dominij iure possidere uellet, & publicè p̃scribere, & annũ expectare creditor habebat, intra quẽ debitor pignus luere posset, ut constat ex principio eiusdem constitutionis. Neq; tñ iõ efficitur, idẽ in omnibus obseruari debuisse, qui nõ dominij ius impetrare vellẽt, sed solum rem distrahere. Ne nunc quidem cum Iustinianus formam rei dare sua constitutione uoluerit, sic accipere debemus, vt qui suo iure vti, & pignus distrahere voluerit, nõ dominii iure possidere, primo quoq; tempore cessante debitore, non id possit facere. Postremò cùm ius id olim fuerit, ut statim distrahere liceret ei, qui rem dominii iure possidere non postularet: nisi quid appareat, Iustinianum nominatim hoc ius emendare uoluisse, manere id iudicandum est. Iam uidendum, quam formam in distrahendo creditor obseruare debeat. Nam solẽniter uendere iubetur. l. quę specialiter. C. eo. titu. Et hæc est huius iuris summa: Creditor bona fide distrahere pignus debet. Id in eo positum est, ut & rem proscribat, quò facilius emptorem reperiat: & cùm proscribit, aut alias res rectè uendit, notum debitori faciat, ut quodcunque gerit, quando licet, testato debitorem admoneat: scilicet, nè aut minoris uendat, quàm quanti res est, aut cùm tanti uendiderit, debitorem id celet, qui fortasse idoneos etiam magis emptores dare potuerit. Quod his prætermissis a debitore factum est, contra bonam fidem fieri dicimus. l. creditor. l. quę specialiter. C. eod. titu. l. cum contra. C. si uend. pign. aga. Sed hęc omnia ideò a creditore exiguntur, nè ipse postea debitori iudicio pignoratitio teneatur, quo iudicio quicquid est, quod creditori imputari potest, cur res iusto precio non sit vendita, prẽstare cogitur. Cæterum his prætermissis, etiam venditionem valere argumento est, quod in creditorem hoc casu actio datur, non emptorem, nisi subsidio, si de bonis creditoris condemnati solui pecunia non potuerit: neque id semper, sed ita demum, si probatum fuerit, eum fraudis cum creditore participem fuisse, cum sciret illa prætermitti, nec tanti res venderetur, quanti esset. l. si cessante. C. eo. tit. l. 1. l. 4. C. si vend. pig. ag. Ex quo apparet, iudicio restitutorio hoc fieri, in quo causæ cognitione ad rem repetendam opus est, idque ex illa clausula edicti de maioribus 25. ann. in integrum restituendis, si qua mihi iusta causa esse videbitur, in integrum restituam. l. j. in fin. ex quibus caus. maio. Alioqui si dominium in emptorem non transferretur, neque id à debitore recederet, & quia dominus esset, sine vlla exceptione rem suam à possessore auferret. Deinceps quid valeat ea venditio, & quid in emptorem transferatur, dicamus. Et cùm creditorẽ ius distrahendi habere statuamus, nè frustrà sit venditio, nimirum re ipsa hoc dicere intelligimur, dominium in emptorem tam transferri, quàm si debitor ipse vendidisset: si modò is dominus fuerit: & omninò quod ille iuris habet, id transferri. l. nõ est nouum. de acquir. rer. do. Nec quis miretur, eum dominium transferre, qui dominus nõ est. Voluntate enim debitoris eiusdemque domini id efficitur, non proprio aliquo creditoris iure. in princ. titu. l. quib. ali. lic. vel non. Id hanc vim habet, vt q̃is emptori pecunia postea offeratur, vel à debitore, cuius res erat, vel creditore secundo, cui eadem res erat obligata, non possit tamen ab emptore auocari. l. 3. hic. l. 1. C. si antiq. cred. Hoc enim consequens est regulæ iuris, qua efficitur, id quod nostrum est, ab inuitis non recedere, & ad alium transferri. l. id quod nostrũ de reg. iur. At enim, dixerit hoc loco aliquis, precio à creditore accepto, creditor dimittit̃. Sic fit, vt quasi solutione eius, quod debetur, certè quidem eius obligationis, quæ fuerat, liberatione, pignus quoque liberetur, vt iam illud quoque consequens sit debitorem, si pecuniam offerat, rem suam pignore sublato posse auocare. Denique solutione eius quod debetur, debitori pignoratitia actio nascitur. Hic respondebimus idẽ, quod Martianus scribit in l. soluitur. §. j. infra quibus mod. pign. vel hypo. sol. cùm ius obligationis vendidit creditor, & pecuniam accepit, nihilominus manere omnes obligationes integras, quia precii loco id accipitur, non solutionis nomine. Quòd tamen dicimus, pecuniam emptori à debitore offerri non posse, non est perpetuum. Quid enim si in distrahendo pignore lex dicta sit, vt si pecunia emptori offerretur, pignus recipere liceret? Sed conuentio duplex esse potest. Potest enim ita paciſci creditor, vt liceat sibi reddere pecuniam, & pignus recuperare. Potest etiam ita, vt si ab ipso debitore intra certum tempus pecunia offeratur, ipse rem suam recipiat. De priore non dubitatur, quin valeat, vt ipsi, qui pactus est, ex sua pactione, aut ex empto, aut præscriptis verbis detur actio: l. 2. C. de pactis inter empt. quam ipsam deinde cedere debebit debitori. l. si creditor. in princ. hic. De posteriore, an aliquid egerit, dubitatio est. Nam alteri frustrè paciſcimur, propterea quòd neque ipse crecitor ex ea agere posse videtur, qui sibi cauere noluit: neque debitor, in quem pactio collata est, quia ei creditor cauere non potuit. Vt enim alteri per alterum, qui in potestate eius non sit, quæratur actio, regula iuris non patitur. l. multum. C. si quis alteri uel sibi. l. quicunq; de obl. l. ita stipulatus. §. Chrysogonus de verb. oblig. Sed extant de hac pactione responsa Vlpiani & Martiani, vt vtriq; in proposito actio danda sit: & creditori, quam debitori cedere cogatur: & debitori ipsi, qua ille vtatur suo iure, etiam si a debitore cessam non acceperit. l. si cum venderet. de pig. acti. d. l. si creditor. 1. resp. hoc tit. Et rectè. Nam primum, quòd dicimus inutiliter nos stipulari alteri, aut paciſci, vt ipsi quidem, qui pacti sumus, agere, ex ea pactione possimus: ita verum est, si nostra non interſit. Quòd si quid interest, magis nobis stipulati esse, quàm alii videmur; & ideo etiam inde agi potest. l. stipulatio ista. §. si stipuler. de verb. obl. Interest autem creditoris distrahẽtis, cùm certa lege vendiderit, quam alii ex bona fide iudicio pignoratitio præstare debeat, aut legem eam seruari, aut rẽ apud emptorem non manere. Quam actionem si cedat debitori, liberatur. Quòd autem in hac specie debitori ipsi actionem damus, actionem in rem Vlpianus intelligit, d. l. cùm venderet. de pig. act. aut quoniam dominium apud debitorem manſisse intelligitur ex conuentione & facto creditoris, actionem in factum conceptam, qua per narrationem eius, quod factum est, debitor id consequatur, vt secundùm conditionem quam probat euenisse, emptione rescissa rẽ suam recipiat. Nec verò, quò minus id fiat, regula iuris est impedimento. Vetat enim regula iuris, alteri per alterum acquisitionem acquiri. Et sanè ex empto actio debitori, qui non vendidit, ex contractu alterius competere non potest. Nunc actio in rem debitori datur: hæc autem illi non acquiritur, sed quę iam ante illius fuerat, retinetur quod regula non prohibet. Vt enim creditor, si omnino rem non vẽderet, eo modo rem suam domino retineret: ita si certa

lege

Source : BIU Cujas

lege vendiderit, qua euenìente emptio reſcinderetur, ea lege ipſa debitori rectè retinebit. Sed etſi nihil conuenerit, vt rem pecunia oblata, quæ depenſa eſt, recipere liceret, quidam ſunt, quibus a debitore rectè pecunia offertur, quamuis rem emptionis titulo a creditore poſſideant. Hi autem ſunt, fideiuſſor debitoris, qui nomine illius conuentus, officio iudicis conſecutus eſt, vt emptionis titulo prædium creditori pignori datum ſuſciperet: item ſecundus creditor, cui eadem res obligata erat, qui a priore emit. l. cum ſecundus. §. vltim. hic. Fideiuſſor, quia non tam a volente creditore ipſe volens rem emptionis titulo habet, quàm neceſſitate iuris & officii, quo debitori mandati iudicio tenetur, a creditore, qui cogebatur transferre, eam ſuſcepit, quę neceſſitas in vtroq; emptioni, quæ conſenſu perficitur, contraria eſt. l. 2. hoc titu. Secundus creditor, quia a priore creditore pignus liberans, non tam acquirendi dominij, quàm ſeruandi pignoris ſui cauſa pecuniam dediſſe intelligitur. l. cum poſterior. hic. Ità quid iſti egerint, ex genere & qualitate perſonę coniectura ducitur, quòd ſcilicet iſti nō tanquàm quilibet è multis, ſed ille quidem tanquàm fideiuſſor, hic tanquàm creditor ſecundus, emerint. Quid in emptorem creditor transferat pignus diſtrahendo, diximus. Id quod ad ius creditoris in pignore intelligi, propè ſatis eſt. Sed quoniam in hoc negocio diſtractionis non ſolus emptor verſatur, ſed etiã uenditor, id eſt creditor, iſque aliquid pręſtare debet, & prętereà, quod ex venditione percipitur, ad pecuniam conſequendam, quæ debetur, eoq; etiam ad debitorem liberandum pertinet: vt quid in hac emptione iuris ſit, intelligi poſſit, quæritur, ſiue res nōdum rradita emptori ſit, ſiue ea ſit aliena, quatenus creditor ex ea cauſa emptori teneat: tertio loco, re diſtracta, an debitor ea re liberetur. Quid creditor, pignore diſtracto, emptori pręſtare debeat. quæſtio in conuentione, & eo quod actum fuit, poſita eſt. Refert enim, an rem tanquam ſuam creditor vendiderit, an iure pignoris, ſiue quod idem eſt, iure creditoris tanquàm ſibi oppignoratam. Si tanqàm ſuam vendidit, quod reilqui venditores emptoribus actione ex empto præſtare debent, idem in hac ſpecie creditor præſtabit, puta euictionem, ſi res aliena erit, & quæ eius actionis natura continentur. l. ex empto. de act. em. Si iure creditoris vendidit, lex venditioni dicta eſt, vt quoniam ius ſuum vendit creditor, nihil amplius, quàm ius pignoris, qđ habet, cedere debeat. Hoc igitur ſaltem pręſtare debebit, rem ſibi oppignoratam eſſe, & hypothecariam cedere, rem etiam tradere, ſi poſſidet. Quòd ſi fortè res aliena erit, ipſe quidem ſi ex alia cauſa de ea re quæſtionem moueat, audiendus non eſt. Vt enim cætera non pręſtet, bonam fidem certè pręſtare debet. Verum ſi res ab alio euicta ſit, emptor ob euictionem rei ad venditorem redire non poterit, ne de pretio quidem. l. pen. l. etſi is hic l. exempto. §. ſententiam de act. empt. Quicquid autem ad creditorem ex ea re peruenerit, id debitori ad liberationē proficiet. Hoc enim erat tertium, de quo quærebamus. Etiamne ſi res aliena ſit, quæret aliquis, eaq;, quæ à creditore iam euicta ſit? Nam hoc caſu etſi pretiū manebit penès creditorem, de quo ob euictionem conueniri non poteſt, ſi res iure creditoris vendita ſit: tamen verum eſt, eam pecuniam neq; à debitore ſolutam, neque ex re eius ad creditorem profectam. Et dicēdum eſt, quod Tryphonius definit. l. reſcriptum. §. i. hic. Quicquid occaſione pignoris redactum eſt, quodcunq; id eſt, æquius eſſe debitori profi cere, quàm creditoris lucro cedere: credo, quia id à debitore ꝓfectum videri debeat, à quo etiam acquirendi cauſa nata eſt: vt hoc modo debitor, q ex re aliena liberatus eſt, vel domino rei, nōdum re euicta, vel emptori poſt euictionem teneatur, quaſi ad quem alienæ rei pretium peruenerit. Sed quantum inde peruenerit ad creditorem, eatenus, inquam, debitor liberabitur. Quòd ſi quid minus creditor conſecutus eſt, quàm debebatur, ſiue ꝙ pignus idoneū non eſſet, ſiue ꝙ res aliena data eſſet, quæ ea lege vendita eſt, vt ea euicta pretium emptori reſtitueretut, dicemus debitorem diſtractione pignoris non liberari. l. quæſitum. §. vlt. l. reſcriptum. in fi. hic. Quin etiam ſi pignus idoneum, nec alienum venditum ſit, creditor tamen pretium ab emptore ſeruare non poſſit: bene Paulus exiſtimauit debitorē manere obligatum, ſi modo nulla culpa creditori imputari poſſet. idque ſuperioribus conſequens eſt. d. l. quæſitum. hic. Et generaliter rectè definietur pignore diſtracto, quod ad creditorem indè peruenerit, aut per eum factum ſit, quò minus perueniret, ea tenus debitorem liberari.

De iure dominij impetrando, & pactis pignorum. Cap. XI.

CVm ſit ius illud creditoris tantum duplex in pignore, quod diximus, vel vt poſſidendo pignus, vel vt diſtrahendo, ex ea re id poſſit conſequi, quod ſibi debetur: apparet neq; fructus lucrari eum rei pignoratæ quandiu poſſidet, neq; in poteſtate eius eſſe, rem dominii iure pro pecunia debita retinere: diſtrahere enim iubetur & alienare. De quo extat Diocletiani & Maximiani reſcriptum ſub titu. de bo. auct. iud. poſſ. hęc verba: Pro debito creditores addici ſibi bona debitoris ſui nō iure poſtulant. Ac paulò poſt: Si ſpecialiter vel generaliter nemini probentur res obligatæ, ac ſine ſucceſſore debitor, vel hæres eius deceſſit, non dominii rerum vindicatione, ſed bonorum poſſeſſione, item que venditione, æquali portione pro rata debiti quantitate omnibus creditoribus conſuli æquum eſt. Item aliud eorūdem Imperatorum haud paulò planius ſub titulo de diſtra. pignorum. Quo oſtenditur, creditorem nec per ſe pignus tanquam ſibi emptum addicere poſſe, nec ſub imagine alterius perſonę emptum retinere quin ea fraude detecta, debitor pecunia oblata quandoque rem ſuam poſſit recuperare. Reſcripti initium eſt, Et qui ſub imagine. Sanè in cauſa iudicati, quia res non à creditore, ſed per officium eius, qui ita decreuit, venditur, ſi emptor alius non exiſtat, aut exiſtat quidē, ſed non iuſtum pretium offerat, creditor ad licitationem ex cōſtitutionibus admittitur, & cuiuſlibet alterius exemplo emere poteſt. & meritò; quia iſto modo non à ſe, ſed officio iudicis, qui diſtractioni præeſt, res emitur. l. j. 2. C. ſi in cauſ. iu. Quid ergo ſi in pignore conuentionali, cùm res eſſet à creditore venum expoſita, ea emptorem non reperiat? Hic rebus omnibus aliis & remediis deſtituto creditori ſubſidio conceſſum eſt, rem dominij iure poſſidere. Sed hoc à principe impetratur. Cui rei impetrandæ certa forma & tempus pręſcriptum eſt Iuſtiniani conſtitutione extat ſub titulo de iure dominii impetr. Cuius ferè hæc ſumma eſt: Dominii ius ante biennium, quàm debitori denunciatum eſt, vt ſolueret, impetrari à principe nō poſſe Sed & eo trāſacto prius neceſſe eſſe, rem venum exponat debitor: ſi diſtrahere poſſit, diſtrahi debere. Si nemo emat, tum ad dominium impetrandum progredi poſſe, ſi modò ante debitor admonitus ſit vt ſoluat, neque fecerit. Quæ cùm præceſſerint, iam à principe impetrari poſſe, vt rem poſſidere liceat: quo impetrato, rem ita fieri creditoris, vt tamē intra biennium, quàm reſcriptum principis de ea re impetratum eſt, debitor rem ſuam recipere poſſit, ſi pecunia quæcunq; debetur, & quod creditoris intereſt, quòd citius nō ſoluerit. & ſumptus in dominio impetrādo facti ſunt, offerantur. Poſt id exactum tempus rem pleno iure effici creditoris, hac lege, vt ſi pluris res valeat, quàm debetur, id pręſtandū ſit debitori: ſi minoris, id quoque creditor à debitore conſequatur. Quod cùm conſtet, neque creditorem fructus rei pignoratę lucrari, neque rem ipſam dominii iure in ſolutum retinere poſſe: videamus, nihilne ad hæc adiicere poſſit, atque in his mutare debitoris conuēnio, qui tempeſtiuus videtur, de pactis pignorū quęrendi locus. Ac de re ipſa ſciēdum eſt, adeo creditori pignoris iure nihil, niſi rem ex commodo vtriuſque vendere licere, vt ne illa quidem pactio ſeruanda ſit, ſi ab initio conuenerit, vt ſi intra ſtatutum tempus pecunia ſoluta non ſit, creditor pignus in ſolutum, aut in partem pecuniæ ſibi habeat. Hæc eſt enim illa pactio, quę lex commiſſoria in pignoribus appellatur, quę nominatim lege Conſtantini improbatur: l. vlt. C. de pactis pigno. Sic dicta ad ſimilitudinem legis cōmiſſoriæ in venditionibus, qua id agitur, vt ſi ad diem pecunia ſoluta non erit, fundus ſit inemptus. l. . . de leg commiſ. Vt enim illa efficitur, vt pecunia ad diem non ſoluta, ſtatim dominium rei emptæ emptoris eſſe deſinat, pęnæ loco, & vēditoris eſſe incipiat: ſic iſta de pignoribus lege id agitur, vt pecunia creditori non ſoluta, dominium rei debitoris eſſe deſinat, & continuo creditori pœnæ cuiuſdam cauſa committatur. Verbi ratio, ex commiſſis in vectigalibus ducta videtur. Fraudati vectigalis pœna eſt, vt res, quas mercator profeſſus non eſt, & quarum nomine vectigal pendere debebat, ipſo iure fiſco vindicentur. Hoc fiſco committi dicimus, quaſi dicas, tradi & adiici fiſco ob commiſſum. Et commiſſa, quæcunq; in ea cauſa ſunt, vt ob delictum ſtatim deſinant eſſe eius, qui crimen admiſit, dñiumq; rei fiſco vindicet. l. fraudati. l. cōmiſſa. l. interdum tota. de public. Inde quacunq; pactione id agitur, vt ſi quid contra, q cautū eſt, factum erit, dñium rei ab eo, qui cōtra fecit, recedat, & paciſcēti committatur id eſt, pęnę cauſa, & ob admiſſum vindicet, lex ſiue pactio cōmiſſoria appellatur, qua lege res in cōmiſſum recidit, fraudato fiſco. Hæc aūt lex ideo in pignoribus infirmata eſt, vt captionibus creditorū occurreret, nè per occaſionē res debitorū pro pecunia puſilla ad ſe auocarent. Quod facilè futurū erat, ſi hæc lex reciperetur. Nā creditores cupiditate ducti rei acquirendæ, ſemper hanc legem adiecerint: debitores autem pecuniæ accipiendæ neceſſitate diſtricti, neq; hāc, neq; aliam quamlibet legem recuſent, vt pecuniam, qua indigent, accipiant, dum ſperant ſe pignus poſſe intra præſtitutum tempus luere. Quod tamen pignoris lege ab initio effici non poteſt, nihil prohibet, quo minus re iam contracta, mutua voluntate efficiatur, vt res obligata, vel certo pretio empta, vel in ſolutum maneat apud creditorem. l. cū Titius. de pig. act. l. cum dominā. C. de pig. Nulla. n. nunc neceſſitate pecuniæ accipiendæ debitor pręmit, qui pecuniā iam habeat, qua vtatur: & pōt creditori, ſi velit, in ſolutum nō dare. Sed nec illa pactio improbanda eſt, ſi ab initio ita conuenerit, vt ſi intra certum tempus pecunia ſoluta non ſit, creditor rem emptam habeat, nō ea quantitate, quæ debetur, ſed iuſto pretio tunc æſtimandum.

Source : BIU Cujas

Quin venditio sub conditione contracta intelligitur, & ea conditione, quæ rem non pro ea pecunia, quæ debetur debitori auferat, vt lex cõmissoria facit, sed iusto pretio. Valebit igitur eo modo, quo cæteræ omnes sub conditione cõtractæ. l. si fundus. §. vlt. hic. Nisi forte quis putet, ideo huiusmodi venditionẽ non valere: quia pretium generaliter alieno arbitrio permissum est: quod nihilo rectius fit, q̃ cùm merces in locatione generaliter in alienum arbitrium confertur, quia incerta est. l. si merces. locati. Sed hoc mouere nos non debet. Illa enim verba, iusto pretio, faciunt, vt res in arbitrium boni viri collata esse intelligat. Iustũ enim, quod vir bonus arbitraturus est: nec potest bonus vir, nisi quod iustũ sit, arbitrari. Porrò arbitrium boni viri nec incertum, nec indefinitum est. l. j. de legatis 2. Certum est enim, tanti illum, quisquis est, æstimaturum, quanti fundus peritis æstimatoribus earum rerum valeat. Ex quo efficitur, hanc venditionem non sic alieno arbitrio esse permissam, vt incerta sit. Nunc de fructibus rei videndum, an si quid tale conuenerit, vt creditor eos lucretur, rata habenda sit conuentio. Sed non dubium est, vnicuiq; licere tãtum de suo alteri concedere quantum velit, modo nè quid in fraudẽ legis faciat. Constat igitur ἀντίχρησιν idest, mutuum rei vsum pro pecunia credita tribui posse: sed hactenus, vt ad modum vsq; legitimum vsurarum fructus percipiat creditor, nè quid in fraudem vsurarũ fiat. l. si is qui. §. j. l. j. §. pacto. de pig. His de iure creditoris cõstitutis, quid ille de pignore possit statuere, si velit, nemini incertum erit. Sed cũ animaduerteret & sic pignus à debitore dari, vt hẽat creditor, vñ illi ꝑ debito satisfiat, dubitabit fortasse, nũ creditor, quasi eo accipiendo pro debito cõtentus fuerit, amplius requirere nihil debeat, nec possit debitorem amplius appellare. Quid enim, si pignus distractum idoneum repertum non sit? Quid si debitor dicat, se creditori pignoribus cedere? Et vt non sit hoc postulandum, cũ pignus idoneum non est: saltem cùm erit idoneum, num rectè cogetur id distrahere, cùm debitor aliunde solutum noluerit? Et aduersus omnes huiusmodi dubitationes vna de pignore notio generalis in promptu esse debet, pignus creditoris causa dari, vt illi eo modo de pecunia credita caueatur: sic cùm cautionis loco detur, obligationem, quæ præcesserit, eo modo augeri posse, nullo modo minui, quin si pignore vti nolit creditor, perinde sit, quasi nec datum fuerit. Rectè igitur dictum est, creditorem, qui non idoneum pignus accepit, non amittere exactionẽ eius debitæ quantitatis, in quam pignus non sufficit. l. creditor. si cert. pet. Multo minus debitorem liberari, si profiteatur se pignoribus creditori cedere. l. j. C. de pignor. Omnium minimè, si sine culpa creditoris pignus sublatũ fuerit. l. seruo. C. de pignor. Num ergo cùm pignus possit vindicare & distrahere, id facere cogendus erit? Et cùm hoc illius gratia caueatur, eo vtetur, si volet: sin minus, non cogitur. l. creditor. C. de pig. l. quãuis ff. de pig. act. Quod tamen de distrahendo pignore dixi, quomodo tẽperandum sit, Vlpianus docet c. 6. de pig. actio.

Qui potiores in pignore habeantur. Cap. XII.

IVS creditoris in pignore quodnam esset vel ad retinendũ, vel ad persequendum, vel ad distrahendum, vnde illi satisfiat, satis diximus. Quo iure si nulli alii eadẽ res obligata fuerit, solus sine controuersia vtetur. Nunc si fortè pluribus eadem res pignori data erit, nè mutuò sese impediant, dum singuli hypothecam ad se auocant, de iis vt erat propositum, videndum est: vtrumne inter se omnes concurrant, an alii aliis præferantur, & sint potiores. Quòd si qui potiores sunt, sequitur etiã, vt quid iuris sequentibus relinquatur, & quando confirmetur, cognoscendum sit. Atq; hoc demum loco, cùm de omni iure creditoris exposuissemus, de prerogatiua ordinè tractandũ fuit. Necesse eñ erat ante illud constitui, ius aliquod creditoris esse in pignore, & id quodnã esset, intelligi, q̃ in eo iure, qui quibus potiores essent, quæreretur. Cùm ergo pluribus eadẽ res pignori datur, refert vtrum simul pluribus obligetur, an separatim diuersis temporibus. Si simul data est, ꝯcurrere oẽs in hypotheca certum est. Alius eñ alium in iure pignoris non præuenit. Sed hoc nõ vno modo accidit. Nam aut ita datur hypotheca, vt singulis in solidum obligetur: aut ita, vt in partes æquas, non simpliciter data est, nec aliud nominatim actum est. Si in solidũ oĩbus data est, oĩum par in eo cõditio est: vt si quidem singuli aduersus extraneos agant, in solidum Seruiana vtantur: si concurrant, partes concursu faciant, vt de pluribus legatariis traditum est, quibus singulis eadem res in solidũ legata fuit. Cæterũ inter ipsos si quæstio moueatur, possidentis melior erit conditio, vt scribit Vlpianus c. 10. de pignoribus nõ ꝙ hic velit disparem esse cõditionẽ eorũ, sed ꝙ ex iure certe ẽt in pari causa potior est cã possidentis. Sinautem id actum est, vt pro partibus res obligaretur, cùm diuisum sit inter creditores pignus, res expedita est, non plus singulos, q̃ partem dimidiam aut vindicare, aut possidere posse. d. c. 10. de pig. Quòd si nihil vtranq; partem dictũ est, magis est, vt non in solidum, aut partibus æquis, sed pro quantitate debiti pignus & vindicare, & possidere possint: l. si fundus. §. si duo. de pig. vt si fingas duobus eundem fundum pignori datum, quorum vni centum, alteri ducenta debeantur, in tres partes fundus dimidetur, ex quibus duas feret, cui ducenta debent, alter vnam, cui centum nimirum pro portione. Nam quæ ratio est vnius ad duo, eadem est centum ad ducenta, nempe dupla. Atq; hæc ita sunt, si pariter duob. pluribusve res pignori sit obligata. Sin separatim id factum est diuersis temporibus, certo iure vltimo, quod & à me initiò edicto comprehensum est, cum iure potiorẽ esse, qui prius hypothecã accepit. Et hoc est, qđ dr̃, q tpe prior est, iure esse potiorẽ. l. 2. l. 3. C. eo. tit. Meritò. Nã si huic ab initio ita res pignori data est, vt solus in ea re ius pignoris haberet, sequitur, vt rem eandem alii postea pignori dando debitor creditoris in eo cõditionem deteriorem facere non possit non magis, q̃ alienando. l. distractis. l. seq. C. de pig. Iure potiorẽ sic accipimus, iure creditoris, non vt sequẽtibus res obligata nõ sit, sed vt prior creditor, siue cum aliis agat, & hypothecam vindicet, eam auferat: siue possideat, & cum eo agatur, exceptione tutus sit: siue rem vendat, Prætor emptorem aduersus oẽs tueatur. Hoc. n. ius creditoris erat in pignore, vt antea diximus. l. creditor. in prin. hic. l. 3. de distr. pign. Generaliter autem, & sine distinctione ius ita cõceptũ est. eum iure potiorem esse, qui prius hypothecam acceperit. Quibus verbis declaratur, quocunq; modo pignus in persona creditoris constitutum sit, eum esse potiorem, qui in eo accipiendo præuenit. Quare nihil intererit, conuenerintne de pignore inter debitorẽ & creditorem: an pignus auctoritate ac iussu magistratus occupatum fuerit: vel ex cã iudicati captum, an lege res pignori esse cęperit. l. si & iure. hic. l. 2. l. 4. C. eo. tit. Sed nec illud dubitari debebit, quin is ſm supra scriptam regulam, cui generaliter bona obligata sunt, eo potior sit, cui specialiter aliquid ex iis bonis pignori datũ est. Non minus enim generali oratione res singulæ obligantur, q̃ si de singulis spãliter conueniisset. Erit potior, inquam, ita, nõ vt illi de bonis debitoris prius satisfieri debeat, q̃ secundo, de quo nemo ambigit: sed potior in illa ipsa re vindicanda & distrahenda, q̃ spãliter pignori data erat: quamuis ex cæteris rebus pecuniam suam redigere possit. l. 2. hic. Nisi fortè primo quædam res spãliter obligatæ sunt, & præterea nisi eæ sufficerent, in eandem cãm cæteræ oẽs generaliter, ex quo genere deinde secũdo creditori quędã specialiter pignori datæ sunt. Nam hoc casu quandiu primo creditori de rebus specialiter illi obligatis satisfieri poterit, ſm cõuentionem ipse secundo creditori in cæteris non præferet. Nõ ꝙ secundum creditorem velimus esse potiorem contra regulã superiorem, sed ꝙ deficiente conditione, sub qua cæteræ res generaliter obligatæ erant. iam non illi vt quis dicat alium illo dici potiorem, sed soli secundo obligatę intelligantur. Nam etsi secundus creditor nullus esset, ſm ſm cõuentionem priorem ex rebus specialiter obligatis ei satisfieri posset cęteras res generaliter obligatas vindicare non posset. d. l. hic. l. 2. C. de pig. Neq; verò is, cui generaliter bona obligata sunt, præferetur ei tãtum, cui postea aliquid ex iis rebus specialiter pignori datum est, sed etiam ei, cui postea eodẽ modo bona generaliter obligata sunt, in iis quoq; rebus, qnæ post vtranq; obligationem quæsitæ sunt. l. vlt. in prin. hic. Quod tamen secus videri potuit, propterea ꝙ qui duobus quamuis diuersis temporibus bona sua, quæ habitu est, obligat, vna eademq; conditione ambobus obligat, si quid illi acquiretur. Cùm ergo post vtranq; obligationem aliquid illi quæsitum fuerit, eodẽ tpe in vtriusq; persona pignoris conditio extitit, & ex eode tpe vtriq; res obligari vĩ. Ex quo efficit, vt in hypotheca concurrere debeant, non aũt alter alteri anteponi. Sed ꝙ eodem tpe cõditio extitit, nihil ad re pertinet. Si separatim res obligatæ sunt, q̃is eadẽ cõditione, dicemus eũ qui cum prius cõuenit, scđo esse potiorẽ: qa cùm ꝯditio extitit, ꝑin de haberi debeat, ac si eo tpe, quo stipulatio interposita est, sine cõditione facta esse. l. prior hoc tit. Ex qbus intelligi debet, qđ à Marcello ita scriptũ est. l. item q̃. §. vlt. hoc ti. Si tibi q̃ habiturus sum, obligauerim, & Titio spãliter fundũ, si in dñium meũ puenerit, mox dñium eius acquisiero, ꝯcurrere vtrũq; in pignore: de duobus accipiendum esse, qbus eodẽ tpe ita res suas debitor obligarit. Nec quisquam putet, nullam hoc dubitationẽ hre, ꝙ dicamus eos hoc casu inter se concurrere, cùm eodẽ tpe & eadẽ conditione debitoris res obligatæ essent. hoc erat, qđ in specie ꝓposita dubitationẽ faciebat, ꝙ in bonis debitoris, q̃ tibi obligata sunt, illa ipsa pecunia erat, vnde ꝑdium Titio obligatũ postea emptũ est. Hoc igit est, qđ quæri potuit, videaturne ꝑdium, qđ ex pecunia soli tibi obligata emptũ est, eius pecunię cãm sequi. Et Marcellus huic dubitationi occurrens ait, non multum facere, quod de suo nummos debitor dedisset. quippe cùm res ex nummis pignoratis empta, non sit pignori ob hoc solum, ꝙ pecunia obligata erat. Vt nihil refert, quod genus pignoris prius acceptum sit, vt qui præuenit, posterioribus præferatur: ita, qui sint qui posteriores contraxerunt, nihil retulerit: sed generaliter iure potior erit, qui prior tempore fuerit. Ita etiam fisco præferetur, qui prius cum debitore fisci contraxerit, quãuis priuatus. l. si pignus. hoc titulo. Et quomodo primus, cui generaliter omnia bona obligata sunt, omnibus aliis sequentibus

quentibus potior eſt, non tantum in iis rebus, quas tẽpore prioris obligationis contractæ debitor habuit, ſed etiam in iis quas poſt priorem obligationem acquiſiuit: ita etiam fiſco in eadẽ cauſa præferetur, vt diſertè à Scæuola ſcriptum eſt in l. vltima, in principio, hic. Nam illud extra cõtrouerſiam erat, priuatum fiſco præferri in iis, quæ debitori quæſita erant ante quam cum fiſco contraheretur. Quæ autem poſtea acquiſita eſſent, quam cum fiſco contractum eſt, dubitari potuit, an quia fiſcus antè veniſſet, quàm ea priuato obligata eſſent, vtpotè nondum debitori quæſita, idcircò ei anteponi deberet. Nunc autem hanc dubitationem ſuſtulit Scæuola, apertè definiens, priuatum, cui generaliter bona futura obligata ſunt, in iis omnibus, quæ poſtea acquiſita eſſent, fiſco eſſe potiorem: & addidit nominatim, nè quis dubitationi eſſet locus, præferendum, donec debitum ſuum vniuerſum eſſet conſequutus. Ergo iam contrarium eſſe quidam putabunt, quod in capite viceſimooctauo de iure fiſci Vlpianus ita ſcribit: Si qui mihi obligauerat, quæ haberet, habiturusve eſſet, cum fiſco contraxerit, ſciendum eſt, in re poſtea quæſita fiſcum potiorem eſſe debere, Papinianum reſpondiſſe. Quod & conſtitutum eſt. Præuenit enim cauſam pignoris fiſcus. Nimirum illa verba, cum fiſco contraxerit, ſic accipiunt, cum fiſco contraxerit poſtea, quàm mihi obligauerat, quæ haberet, eſſetve habiturus. Vnde ad illam diſtinctionem confugerunt, vt ſi quidem bona debitori quæſita eſſent poſt priorem obligationem, veruntamen ante, quàm cum fiſco contraheretur, in iis prior creditor fiſco præferatur, ex Scæuolæ ſententia. Sin quid poſtea acquiſitum ſit, quàm cum fiſco contractum eſt, in eo fiſcus, quamuis poſtea contraxerit, potior ſit, quia in eo acquiſitionem eius præuenit, & ideo etiam pignoris cauſam. Quæ diſtinctio apertè ſuperiore illo reſponſo Scæuolæ refellitur, qui primum creditorem in omnibus, quæ poſtea quæſita ſunt, præferri ait, donec vniuerſum debitum ſuum conſequatur. Niſi fortè putamus in exemplo Scęuolę Seiam creditricem priorem fiſco præferri propter fauorem cauſæ, ex qua pecunia debebatur, quia ex tutela Titius debitor condemnatus erat. At neque iam pecunia illa debebatur ex cauſa tutelæ, ſed iudicati, nec ſi in ea cauſa vllus eſſet fauor, ideo pignus illi conſtitueretur, vbi ſua conuentione nullum haberet. Poſtremò, cur Seia præferatur fiſco, non in eo cauſam Scæuola eſſe vult, quòd pecunia ex illa cauſa deberetur: ſed quia prius hypothecam accepiſſet, in quam deinde, nouatione facta, conuentione ſucceſſiſſet. Sed profectò nihil hic contrarium eſt. Nam in reſponſo Vlpiani verbum illud, contraxerit, non futuri temporis eſt, ſed præteriti: vt ſit ſenſus, Si qui mihi obligauerat, quæ haberet, habiturusve eſſet, cum fiſco contraxerit, ideſt, iam ante contraxerit, quàm mihi obligaret, quæ habebat, hoc caſu Vlpianus id confirmat, quod de priuato ante diximus: vt ſi fiſco bona omnia generaliter obligari cęperint, is omnibus ſequentibus prę feratur, quibus omnia bona eodem modo obligata ſunt, etiam in iis rebus, quæ poſtea quæſitæ ſunt: quia fiſcus pignoris cauſam præuenit, tametſi priuatus rerum acquiſitionem præuerterit. In quo Vlpianus iure priuati fiſcum vti oſtendit. Cur ita accipi illud verbum debeat, & ratio Iuriſconſulti, qua vtitur, manifeſtè declarat, & illud in primis, quod de hac ſententia cõſtitutum eſſe dicit. Ratio hæc eſt: Præuenit enim cauſam pignoris fiſcus. Præuenire cauſam pignoris nihil aliud eſt, niſi prius cauſam pignoris occupaſſe, vt in illo accipiẽdo tempore prior eſſes. l. 2. C. qui pot. in pigno. hab. Quòd ſi fingeremus poſtea debitorem cum fiſco contraxiſſe, illud dicere poſſemus fortaſſe, vtrunque in pegnore concurrere: quia ex eadem conditione vtrinque res futuræ obligatæ eſſent tam primo creditori, quàm fiſco, illud nequaquam dicere, niſi abſurde poſſemus, fiſcum præueniſſe primum creditorem, cùm illi multò ante bona illa generaliter eſſent obligata. Quod autem cõſtitutum id eſſe ait, conſtat hoc ius reſcripto Antonini de fiſco conſtitutum eſſe: vt præferatur in ea cauſa, cùm prius debitor cum ipſo fiſco contraxit, eadem illa ratione, qua Papinianus vtitur, quia fiſcus præuenit pignoris cauſam. Extat reſcriptum l. j. C. de priuilegiis fiſci, vt appareat, vel illam eſſe conſtitutionem, qua intelligit Vlpianus id eſſe conſtitutum: vel ei iuri & rationi tunc ſolum locum eſſe, cum fiſcus ante contraxit. Sed ſi fiſcum ſolum tum præferri dicemus ſecundo creditori, cum prius cum illo contractum eſt, quę tandem potuit afferri dubitandi cauſa, cur non deberet, cum eſſet prior? Eadem quæ in priuato. Nam cùm & fiſco generaliter bona debitoris pignori obligata ſunt, & ſecundo creditori manifeſta conuentione, ideſt, ambobus eadem conditione, ſi quæ poſtea quæſita eſſent debitori, dubitari potuit, an ſi quid poſt vtranque obligationem quæſitum eſſet, fiſcus & priuatus in eodem concurrere deberent, an alter alteri præferri. Et quidem multo iuſtius in fiſco, cui tacitè bona debitoris obligantur, non manifeſta aliqua conuentione. Et quemadmodum in priuato, ſic in fiſco, cum quo prius contractum eſt, Vlpianus oſtendit fiſcum præferri, non concurrere. Ideo quia præuenit hoc quoque caſu pignoris cauſam. Cur ergo ait, præferri fiſcum in re poſtea quęſita, cũ hoc ſenſu in omnibus aliis iam quęſitis, & quidẽ multo magis præferatur, niſi q̃ hoc oſtendere voluit, fiſcum in re tãtum poſtea quæſita eſſe potiorem, in cæteris, quæ ante contractum eius acquiſitæ ſunt, non eſſe ideo, quia fingere debemus, alium creditorem prius contraxiſſe, & ob id eum prę ferendum in rebus antea acquiſitis? Nullum verò hoc argumẽtum eſt, cùm priuato prius contractum eſſe. Ideo enim de re poſtea quæſita tantum dicit Vlpianus, ẽt tum, cum prius fiſcus cõtraxit: quia de ea, quæ poſt vtranq; obligationem quæſita eſt, ſola erat dubitatio, cùm eius acquiſitionem ſecundus creditor antecertiſſet, atq; ita videri poſſet ipſe quoq;, quamuis poſterior, pignoris cauſam in ea re præueniſſe. Solum ergo hoc iam relinquitur, vt videamus, quis prior hypothecam acceperit. Et ſi in hypotheca, omniq; pignore, quod conſenſu contrahitur, præterquam, q̃ rem in bonis debitoris eſſe neceſſe eſt, etiam illa cõcurrere debent: vt & de pignore cõuenerit & ei pignus datum ſit, qui pecuniam crediderit, cui quid debeatur (Nam ſine principali obligatione, cui pignus accedat, pignus nullum eſt) dicendum eſt, eum, quem potiorem eſſe volumus, non ſolum hæc facere debuiſſe aliquando, vt hypothecam habeat, ſed etiam neceſſe eſſe: vt prius vtriũq; fecerit, vt potior ſit iis, quibus eadem res pignori data eſt. Hoc enim exigimus, vt prius hypothecã acceperit, & in ea accipienda, quibus modis accipitur, cæteros prę uenerit. Quid ergo, ſi primus creditor, qui ſine hypotheca credidit, aliquanto poſt hypothecam quidem accepit, ſed poſt ſecundum, qui vtrunq; fecit? Dicemus hunc in hypotheca eſſe poſteriorem, quia hypothecam poſtea conuentione acceperit. l. creditor. §. ſi primus. hic. Satis eſt autem, de hypotheca ante conueniſſe vel purè, vel in diem, vt ſequentibus, quibus eadem res ante diem forte obligata eſt, potior ſis. Obligationis enim in diem cõceptæ dies ſtatim cedit. d. l. creditor. §. ſi primus. l. qui balneũ. hic. Vnde num idem probandum ſit, ſi ante de hypotheca conuenerit ſub conditione, & pendente conditione eadem res alii pignori data ſit, ac deinde poſtea conditio extiterit, dubitari poteſt. Et ſi quidem ea conditio fuit hypothecæ, quæ niſi volente debitore impleri nõ poſſet, dicemus num tempus obligationis contractæ eſſet ſpectandum, ſed id, quo conditio extitit, quod cùm poſtea factum ſit, poſterior creditor in hypotheca prior, & ideo etiam potior erit. Cuius rei exemplum hoc eſt apud Caium expoſitum in l. potior. §. ſi colonus. hic. Colonus cõuenit, vt inducta in fundũ, illata, ibi nata pignori eſſent, in quo ineſt ꝯditio, ſi inducantur, ſi naſcantur. Ante q̃ inducat, alii rem hypothecæ nomine obligauit, tunc deinde eam in fundum induxit, potior erit, inquit, qui ſpecialiter purè accepit: quia non eſt cõuentione priori obligatur, ſed eo, q̃ inducta res eſt, quod poſterius factum eſt, & quidem voluntate eius: qñ niſi vellet, neq; induceretur quicquam, neq; naſceretur. Quòd ſi ea fuit cõditio, quæ inuito etiã debitore exiſtere poſſet, vtemur in hac re Africani & Caij regula, vt qñ iam à principio in ea cauſa res eſſe cę nit, vt volente debitore ius pignoris in ea re vitari non poſſet, potior ſit prioris cauſa, ſcilicet, vt cum ſemel conditio extitit, p̃ inde habeatur, ac ſi illo tempore, quo pactio interpoſita eſt, ſub conditione facta eſſet l. qui balneũ. l. potior. hoc ti. Quid ſi econuerſò prius conuenerit, vt res alicui pignori eſſent quo tempore nondum pecuniam crediderat, quam poſt ꝑm creditorem, q̃ hypothecam accepit, credidit? Conſequens eſt, hũc quoq; ſecũdo eſſe poſteriorem: quia non ante res illi pignori eſſe incipiat, q̃ cęperit ei pecunia deberi. d. l. potior. hoc ti. Hinc de eo quęſitũ eſt, cui quid ſub conditione debetur, non, quod pignus, ſi quod ei datum ſit ante, q̃ conditio extiterit, illi teneatur. Initio enim effectum eſt nõ teneri. Sed hoc querĩ, ſi cõditio exiſtat: vtrum nũc primum creditor eſſe incipiat, an verò iam ante principio contractæ obligationis fuiſſe intelligatur. Quorſum id? Quia ſi ante quoq; creditor fuit, & illi pignus datũ eſt, quamuis pẽdente conditione alii eadem res pignori poſtea data ſit, is tamẽ potior erit, cui ſub cõditione debebatur. Si non fuit creditor, is erit potior, qui prius, q̃ exiſteret conditio, pecuniam credidit, & in eã cauſam pignus accepit. Et eſt in hac re illa diſtinctio à iureconſultis magno cõſenſu vſurpata & tradita, quod facilè varia eorum reſponſa, quæ in hac quæſtione verſantur, his titulis declarant, quam eandem paulò ante in eo, qui hypothecã ſub cõditione accepit, tenendam eſſe diximus: vt ſi cautione interpoſita in ea cauſa debitor eſſe cœpit: vt obligationem ſua voluntate depellere non poſſet, quę ex euentu penderet, cõditione eueniente, non nunc demum obligari intelligãt, ſed retrò ex eo tẽpore, quo res primũ ſub conditione contracta eſt. Sin ea conditio fuit, quæ inuito debitore impleri non poſſet: vt fuerit in ptãte eius, obligationem ſuſcipere, aut non ſuſcipere, ibi ex eo tpe & principalis obligatio, & pignoris ꝯcta videatur, ex quo debitoris voluntate conditio impleta eſt. Vtrunq; optima rõne. Eſt eñ obligatio iuris vinculũ, quo neceſſitate aſtringimur. Verè igit̃ dicetur, cum iam principio fuiſſe obligatũ, cui iam inde liberũ non fuit à ꝯctu recedere, nec efficere vllo modo, quin teneretur. Contraq; in quo hæc neceſſitas non eſt, perſpicuum eſt ex eadem definitione hunc non obligari: vt de eo reſponſum eſt, qui pecuniam accepturus, eam ſe redditurum promiſit,

Source : BIU Cujas

cùm accepiſſet,& iam tum pignus in eam deſtinauit. l. qui balneum.l.potior.hoc tit.l.Titius quæ res pig. obl. poſ. Prioris autē generis cùm alia multa exempla ſunt,tum illud præcipuè notādū eſt,quod apud Papinianum hic extat.c. j. Qui dotem, inquit, pro muliere promiſit, pignus ſiue hypothecā de reſtituenda ſibi dote accepit.Subſecuta deinde pro parte numeratione, maritus eandem rem pignori alii dedit,mox reſiduæ quātitatis numeratio impleta eſt.Quæſitum eſt de pignore. In hac hypotheſi priuſquam longius progrediamur,duo obſeruāda ſunt, quibus obſeruatis,nihil negocii erit,quale ſit,quod Papinianus reſpondet,& cur ita reſpondeat,iudicare. Primum eſt,maritum in ſpecie propoſita dote ſibi à ſocero conſtituta dotis debitorem fuiſſe,ſed debuiſſe ſub conditione.Fuit enim hæc obligatio, vt ſoluto matrimonio dotē hanc redderet,cùm accepiſſet. In quo ineſt hæc conditio,ſi modo accepiſſet,ſi ei numerata eſſet. Nā ita reddere debet,ſi acceperit.Alterum obſeruandum eſt, pendente adhuc ea conditione,maritum eandē rem pignori alii dediſſe,quo tpe ſcilicet nondū dos tota marito numerata erat.Quid igitur in hac ſpecie reſpondet Papinianus?Socerū, qui dotē ꝓmiſerat,& pignus antè acceperat,ſcdo creditore, cui pendente conditione eadē res obligata erat,eſſe potiorem. Cur, cū ante ſub conditione debuerit,& fieri potuerit,vt dos nō numerarēt? qa nō ea fuit conditio, ſub qua maritus dotē reſtituere debuit,q̄ non,niſi volente illo,impleri potuerit.Nō enim fuit in eius poteſtate dotem non accipere,cùm numeraretur, vt niſi vellet,eā reſtituere non cogeretur. Immo verò vt non offerretur, vltrò tñ petere eam debuit.Eſſet hoc in ptāte eius, ſi ipſius ſolum cōmodum in ea re ageretur. Nunc autem mulieris commodū in ea re verſatur,quam indotatam eſſe non cōuenit. Vnde ſi quid per maritum factum ſit,quo minus dotem haberet, ſemper illi, quaſi accepiſſet, tenebit. Hoc ſignificat Papinianus illis verbis, nec dici pōt in poteſtate eius eſſe,nè reſiduam pecuniam redderet, vt minus dotata mulier eſſe videatur. Cùm hoc generaliter definiamus,qui prior eſt tempore, potiorē eſſe iure, & ratione iuris certa efficiatur,interdum tñ,qui poſterior eſt,potior habetur.Mitto eum, cui voluntate primi creditoris res pignori à debitore datur.de quo in l.creditor.§ ſi tecum.hic. Nam cùm hoc conſenſu primi creditoris, ius illius in pignore ſoluatur, ſecundus creditor nō tam potior in pignore dicendus eſt,q̄ ſolus.Dicimus etiam primi creditoris iure perſeuerante, & ſine eius voluntate poſteriorem generaliter potiorem habēdus eſſe, cuius pecunia factum eſt,vt ſalua eſſet pignoris cauſa. Quo in numero ſunt,qui crediderunt,quod ad rem reficiendam, aut conſeruandam impenſum eſt,& id ſine quo res ſalua non eſſet,l.interdum.l.ſeq.hic.item ij,quorum pecunia res empta eſt, quibus ijſdem,vt pignori eſſet,ſpecialiter ſtatim conuenit.l.licet. C.eo.ti. Quòd ſi quis quæret,quomodo fieri poſſit,vt res, quæ nondum empta eſt,aliis prius pignori detur à debitore, id tum fieri ſciat, cum res aliena ſub conditione dātur,aut res fuit ipſi,qui pignus dabat,debita.Quo caſu dñio debitori poſteà queſito pignus cōfirmatur in perſona eius,cui tum datū eſt, etſi alii poſteà detur, ille,cui prius datum eſt, potior eſt,extra q̄ ſi ſecūdus ita pecuniā credidit ad eam rem emendam, vt ſimul de hypotheca conueniret.l 3 § j.hoc tit.Idem dicendum eſt,ſi ex nummis pupilli fuerit res comparata, quamuis nihil nominatim conuenerit,vt pupillo in eam cauſam obligata eſſet:l. Idemq; hic.quoniam ante diximus,quod ex nummis pupillaribus emptū eſt, id tacitè pupillis pignori eſſe.l.ſi ſeruos.C.de ſerui.pigno. dato manumiſ.Ergo ꝙ cæteros potiores eſſe dicimus,qui ad rem conſeruandam crediderunt,ſic intelligimus,ſi modò prius illis res fuerit ſpecialiter obligata,ſicut antea diſſeruimus, cùm, quibus in cauſis pignus tacitè contrahat,quæreremus.Nam & eum potiorem eſſe dicimus, ex cuius pecunia res empta eſt: l.3.§.j.hic. & tñ hoc ſic accipimus,ſi quidem ei in eā cauſam res ſpecialiter obligata ſit. d.l.licèt.C.eo.tit.Eſt autem æquiſſimum, eum qui ad conſeruandam,aut acquirendam rem credidit,priori præferri : neq; enim dicet prior creditor,iniuriam ſibi fieri,ꝙ cū tēpore prior ſit, poſteriori poſtponatur: quandoquidem abſq; eius pecunia foret, nullum omnino pignus nunc haberet Nunc autem eius beneficio cōſequutus eſt, vt pignus haberet ſaltem poſt illum. Eodē iure in cauſa dotis mulier habetur, quæ præterquam ꝙ tacitam hypothecam habet in bonis mariti ad dotem recuperandam, in ea cauſa etiam omnibus creditoribus aliis, quamuis tempore prioribus,anteferetur ex conſtitutione Iuſtiniani. in l. vlti. C. eod.titu. In quo magna dubitatio eſt, velitne eam Iuſtinianus omnibus præferri, etiam quibus nominatim res pignori ante mulierem datæ ſunt, an iis ſolum qui lege tacitam hypothecam priuilegio habēt.Nihil,enim hac de re nominatim definit: ſed generaliter potiora iura eam habere contra oēs mariti creditores conſtituit in pignore,d.l.vlt.& §.fuerat. Inſti. de action. quaſi velit ꝓtra oēs ſine exceptione.Sed melius eſt & æquius, eā ſentētiam accipi, vt mulier omnibus creditoribus quidem aliis anterioribus præferatur,verùm iis tantum,qui talem hypothecam habent,qualem mulier,ideſt,tacitā,& priuilegio legis non aliis. Non enim iniquum eſt, ꝙ priuilegium lege alicui tributū eſt,id cōtrario iure certis de cauſis adimi. Illud iniuria nō caret, quod ius creditor vigilando & cauendo ſibi acquiſiuit, id ei inuito auferre,& cuiquam ius ſuum adimere, qđ in alium transferas,cùm præſertim dicere ſoleamus, ius vigilantibus ſcriptū eſſe.l.Pupillus.in fi.quæ in fraudem cred.Præclarè verò illud in re ſcripto D.Marci,quod extat in.l.2.de iis qui ſunt ſui vel alie. iur. ſcriptum eſt,dñorum ptātem in ſeruos ſuos illibatam eſſe oportere,nec cuiquam hoīum ius ſuum detrahi. Hoc ēt mihi ex ipſa conſtitutione Iuſtiniani rectè colligi vī.Sic enim ſcribit,mulierem potiora iura cōtra oēs habere mariti creditores, licèt anterioris ſint tpis priuilegio vallati. Bñ anterioris tpis priuilegio, vt intelligamus præferri debere iis creditoribus, qui priuilegio in hypotheca vtuntur,ideſt,q̄ ius pignoris ex beneficio legis ſibi vendicant,vt fiſco: vt pupillo in tutoris bonis: vt cæteris,de q̄bus anteà diximus.Iis aūt,qui aperta conuentione & diligentia ſua pignus acceperunt,nō præferri:qa ij ſuo iure hypothecā habeant,non priuilegio.Sed haud ſcio, an hoc penè diſertè exp̄ſſerit Iuſtinianus in Nouel.97.de æqual.dotis.§.his conſequens. vbi ita ſcribit:Scimus nonnullas hypothecas ex priuilegiis à legibus ipſis conceſſis,tpe poſteriores cùm ſint, vel antiquioribus creditoribus præferri,nempe cùm quis pecunia ſua effecerit,vt vel nauis emat̄,extruaturve, aut reficiatur, vel fortè domus exædificetur,vel ēt ager comparetur,aut aliud q̄ddam.In oībus.n. hiſce poſteriores creditores,quorum pecuniis res vel comparatæ,vel renouatæ ſunt potiores ſunt iis, qui vel multo antiquiores exiſtūt. Ac deinde re in cōnem vocata,ad extremū ſubiicit, mulierem nulli eiuſmodi priuilegio cedere debere. Poſtremò in hac creditorū prærogatiua illud tenendū eſt inter plures creditores,quorum alii hypothecam ſibi ex tabulis priuatis vindicant,quæ Græci ἰδεόχειρα appellant,alii ex publicis,potiores eſſe eos,qui inſtrumentis publicè confectis nituntur,q̄ qui priuatis: niſi fortè probatæ atq; integræ opinionis trium vel amplius virorum ſubſcriptiones eiſdem contineantur. Idq; Leonis conſtitutione effectum eſt,quæ extat ſub eo.tit.C.l.pen.

De iure poſteriorum creditorum. Cap. XIII.

QVis cui in pignore preferatur,diximus.Reſtat,vt de iure poſteriorum creditorum,ſicuti propoſuimus,ordine cognoſcamus.Et conſtat eos nihilominus pignus hr̄e conſtitutum: quam ob cām & pignus vindicare p̄ſit ab alio quouis poſſeſſore,& auocare ſuo iure. Sed tum.ſ.nihil iuris hr̄e intelliguntur,cùm res inter ipſos & priores creditores agit̄.l.creditor.§.ſi ſimpliciter.qui pot. in pig. Hoc ergo nūc quærimus,q̄ñ poſteriorum ius ita confirmetur, vt nihil priores obſtent.Id quoq; edicto à me paucis comprehenſum eſt, vt.ſ. priore remoto,deinceps ſequentibus locus fiat ſuo ordine. Remotum priorem creditorem ſic accipimus,quocunq; modo illius obligatio,quo nomine pignus ei tenebatur,ſublata eſt, ſiue ſolutione,ſiue cōpenſatione,ſiue nouatione,ſiue quo alio modo ſublata eſt.l.4.l.creditor.§ j.qui potior.in pig.Neceſſe eſt eiñ, quocunq; modo ille dimiſſus ſit, acceſſiones quoq; liberari. Et oīno quæ de his modis dicemus,q̄bus pignus vel hypotheca ſoluitur,huc poterunt oīa rectè transferri.Atq; hinc efficitur,vt in poteſtate ſit creditoris ſecundi ſibi ſua voluntate pignus confirmare,puta ſi pecuniam primo offerat.l.quærebatur hic.l.vlt.C. de iis.qui in prio. creditorum loco ſucce.Hac enim re non ſolū creditor, ſed ēt quiuis extraneus id aſſequitur, vt pignus à quocunq; liberetur:cùm ſit in poteſtate cuiuſq; pro debitore ſoluēdo,eum ēt ignorātem & inuitum liberare. De qua re proximo capite pluribus à me,vt ſuo loco,dicetur.Hic autem illud notādum eſt,ſi quid tale acciderit,vt ſecundus creditor primo ſolueret,confirmandi pignoris ſui cā,non ſolum exinde rē illi in ſuū debitū teneri,ſed ēt in debitum primi creditoris,& vſuras,quas creditori priori ſoluit,quamuis inuito debitore,quaſi in locum prioris ſucceſſerit.l creditor.§.ſciendū.hic.l ſecundus.C.de pig. l.vlt.C.de iis,q̄ in prio.cred.lo.ſuc.Superioris regulæ vna eſt exceptio,ſi non is,qui pecuniā creditori ſoluit, in ius eius ſucceſſerit, aut creditor ipſe nouatione facta in locum ſuū. Nam qui in locum primi creditoris ſucceſſit,in ea quantitate, quā illi exoluit,eius iura vtetur,cæterisq;,quibus ille,itidem & hic præferet. l.3.in prin.l.Claudius.ver.planè.hic.l.2. C.de iis, qui in prio.cre. lo.ſucc.Hoc amplius & quod ex ſua perſona facere non potuit, qui in prioris locum ſubſtitutus eſt, ex illius perſona facere poterit,q̄a illius iure vtat̄,nō ſuo.Finge tertiū creditorē,qui diſtrahere pignus non potuit,q̄ñ id actum erat, priori ſoluiſſe pecuniā ſic,vt in eius locū ſuccederet.Ex eius ꝑſona pignus diſtrahere poſſe incipiet.l.Ariſt.ſupra quæ res pig.dari poſ.Creditor aūt in ſuū locum,ſiue potius in priſtinā obligationē ſuccedere intelligitur,qui hac lege priorē obligationē nouat, vt in ſequentem obligationē eadem pignora ſibi teneantur.l.creditor.§. Papin. l.vlt.in prin.hic.Sic extraneus in locum creditoris ſuccedit,non cuius pecunia ad creditorem primum peruenit, quamuis ita dederit, vt ex ea creditor dimitteretur, ſed qui nominatim hac lege dedit: vt idem pignus ſibi obligaretur,& in prioris locum

Source : BIU Cujas

cũ ſuccederet. Neq; enim ius pignoris nanciſci debet, qui ipſe de pignore nihil conuenit.d.l.Ariſt.ſup.quæres pig.obl.l.j. C. de ijs,qui in lo.prior.cred.ſuc.Eodem loco habetur,& qui à debitore comparauit,aut adcò pignori accepit, pecunia numerata ea lege,vt pecunia ad creditorem peruueniret,& peruenit. hoc eñ perinde habetur,quaſi res ab ipſo creditore empta, aut pignori accepta eſſet, cùm eodem modo pecunia ad illum ex hac conuentione peruenerit.l.3.C.de ijs,qui in prio.credi.lo.ſuc.l. qui à debitore.l.creditor.§.à Titio.hic. Huius autem iuris rationẽ habemus in eo exemplo explicatã,quod tractatur à Paulo ſub hoc tit.in l.Claudius,de quo pauca dicam, non tam quia locus,ſi ad ſuperiorem regulam referatur,difficilis ſit q̃ q̃ vulgò queſtio pplexa exiſtimetur. Tribus creditoribus diuerſis temporibus eadem re pignori data primus aduerſus tertiũ hypothecaria egit, ac iudicio victus eſt.Secundus,an aduerſus tertium agere poſſit, cum quo nihil ante actum eſt,an verò hic quoq; à tertio ſuperari debeat,quæſitum eſt. Priori remoto,ſecundo locum eſſe conſtat. Sed etſi maneret primi obligatio, ordine tamen ſecundus tertio prior,& ideo etiam potior eſt.Ita, niſi quid aliud cõtra afſertur,quæſtio ſublata eſt.Sed hæc ſunt,quæ pro tertio dñr, quæ quæſtionem faciunt.Primum à tertio in hypotheca ſuperatum eſſe,conuenit.Secundum igitur ab eodem vinci neceſſe eſt: vel q̃ cùm tertius primum vicerit,in locum eius ſucceſſiſſe videat: vel q̃ ſi primũ conditione,ideſt, exceptione expulit,multò magis debeat ſm, qui primo inferior eſt. Paulus ſine p̃iudicio prioris ſententiæ,totum ius ſecundo integrũ relinqui putat, eumq; ſuo iure aduerſus tertium poſſe experiri. Aduerſus autẽ ea, quæ pro tertio afferuntur,ita diſputat,vt oſtendat, neq; illum in ius primi ſucceſſiſſe,neq; quia primum exceptione repulit,ideò ſecundum remouere debere. Non ſucceſſit in ius primi creditoris tertius creditor: quia eum excludendo nihil iuris eum habere ad vindicandum potius oſtendit, & ſe ſuo iure ad excludendum vti,qui ſi in illius locum ſuccedere vellet, illum potiorem locum habere concederet,quo nunc ex perſona illius vteretur. Quod ſi faceret omninò,illum iudicio non vinceret,quod nũc fecit.Id ſignificat Paulus illis verbis,quæ in extremo ponit: igit̃ nec tertius creditor ſucceſſit in eius locum,quem excluſit.Multò minus hoc ſic rectè colligitur:quia tertius primum exceptione ſummouet, ideo ẽt præiudicio eius ſententiæ vſus, ſecundũ remouebit. Neq; enim q̃ primus victus eſt, id ſecundo obſtare debet,cùm ille vel negligentia ſua vinci potuerit,vel iniuria iudicis,vel exceptione aliqua propria,quæ inter primum & tertiũ locum haberet,puta pacti inter eos interpoſiti,aut trãſactionis, aut iuriſiurandi delati, quorum nihil ad ſecundum pertineret. Aut ſi hoc admittemus,ſñiam ſecundo nocere,quę aduerſus illum dicta non eſt,conſequens erit,etiam ſecundo eam prodeſſe poſſe, ſecundum quem nullo vnquam tẽpore lata eſt. Finge, inquit, ſecundum creditorem ſine controuerſia aduerſus tertium obtinuiſſe:deinde primum creditorem, qui à tertio victus fuerat,aduerſus ſecundum experiri.Eadem exceptione ſecũdus nũc vtetur.Dicet enim,ego tertium in hypothecam vici,à quo prius victus es: multò igitur magis à me vinci debet, qui tertiũ ipſum ſuperauit.Ita fiet, vt ſecundo huic ſentẽtia proſit eodem argumento,quæ tamẽ illum nulla ratione attingit:quod abſurdũ eſt:ergo & id,vnde ſequitur.Deniq; ſic ius eſt, res inter alios iudicatas,aliis neq; prodeſſe,neq; nocere debere.Hæc Pauli ſententia eſt.Ex qua conficitur,primo creditore remoto, ſecundũ aduerſus tertium hypothecam vindicare poſſe, quia ille in ius primi non ſucceſſerit:ſi ſucceſſiſſet,etiam ſecũdo potiorem futurum.Erit tamen,quem illud fortaſſis moueat,quod dicitur,ſi vinco vincentem te,multò magis vinco te.Quo argumẽto Scę uola vtitur in l.de acceſſionibus.§.j.de diuerſ.& tem.præſcr.Sed hoc dictum nihil ad hanc rem nunc pertinet.Malè nanq; generaliter ita concipitur, cùm ſuo loco idoneè maximè & verè diceretur.Sanè enim aduerſus te obtinere debeo, cùm eũ vinco, qui te vincit, ſi hunc vincentem te, ob eam ipſam cauſam vincam, propter quam tu etiam ab illo ſuperaris. Idq; ſi iſto ſenſu accipiatur,generaliter rectè definietur. Vt in hoc ipſo exemplo trium creditorum,ſi inuertatur,facilè intelligi poteſt. Nã ſi primus vincit ſecũdum, multò magis aduerſus tertium obtinebit, qui ſecundo adhuc inferior eſt:ideo,quia primus ſecũdum vincit ob id,q̃ illo prior eſt. At hęc cã multò magis aduerſus tertiũ locum habet,qui etiam ſecundo poſterior eſt. Vnde rectè colligitur,multò magis primo eſſe poſteriorem. Nũc autem ea ratio in ſpecie propoſita ceſſat. Tertius eñ creditor ideo primum vincit,non quia illo prior eſt,ſed quia aut ille de iure ſuo nõ docuit,aut aliqua exceptio illum,quamuis cæteris priorem,remouit.Nihil horum ſecundo obiici poteſt. Vnde nihil mirum eſt, ſi primus à tertio illis de cauſis vinci potuerit, ſecundus autem iiſdem de cauſis vinci nõ poſſit,quæ in eo nullæ ſunt.Et nè multa,cum de victore agitur,cauſa, vincendi ſpectanda eſt. Ea ſi in vtroq; victo eadem eſt,ob quam cauſam ille vnũ vincit, ob eandem ẽt alius rectè vincetur: vel q̃ eadem in hoc, vel q̃ etiã maior ratio eſt.Sin erunt cauſæ diſpares,nullo modo ita rectè colligitur:quia vnus victus eſt,qui alio potior erat, ẽt hunc vinci debere. Argñ enim à comparatione maiorum ducitur,quæ comparatio in iis nulla eſt,qui cauſis & rõne diſiungũtur. Ex quo apparet,q̃ inepti ſint,qui hac notione prætermiſſa, rõnem inuenire conant̃,qũo dictum illud diſtinguendo ab obiectionibus variis tueantur.Vt ad rem redeã tertius hic creditor, de quo in p̃poſita ſpẽ agitur,qui nulla de cã primũ vicit,quæ cùm ſcẽdo cõis eſſet,poterit ſine præiudicio illius ſñiæ à ſecundo conueniri.Poterit ergo & ſecundus à primo: quia vt nihil debet nocere ſcẽdo creditori res inter alios iudicata, ita nec ei aduerſus primum p̃deſſe debet.Hoc modo eueniet, vt ſecũdus à tertio pignus auocet,& primus à ſecundo:tertius aũt deinde à primo,quem antevicerat,& rurſũs ſecundus à tertio, & deinceps per circuitũ inexplicabilem res ducetur.Aduerſus hoc incommodũ vna cautio eſt in ſecundo, nè à primo conueniatur, ſi illi pecuniã offerat. Cùm aũt ad primum redierit, quo minus tertio ſatisfacere debeat,conſequi non poteſt: q̃uis quidam putent,illum à tertio amplius conueniri non poſſe, cum ſemel rei iudicatæ ſatisfecit hypothecam tertio reſtituendo,à qua deinde ille excidit, quod falſum eſt.Semper enim tertius hypothecam tanquam ſuã vindicabit à primo: ſi primus eam ſibi prius obligatam eſſe dicet, tertius replicatione vtetur:ſi non prius inter nos iudicatum eſt, me eſſe potiorem. Si dicet ſe rei iudicatę ſatisfeciſſe, cùm nunc aduerſus eam facere velit,non audietur.Ipſe enim ſe refellit.ar. l.Sed & ſi poſſeſſori.in prin.de iureiurand.

Quibus modis pignus vel hypotheca ſoluitur. Cap. XIIII.

CVM ſit pignoris perſecutio eò vſq;, donec pignus manet,id autem certis modis finiatur: hoc iam ſolùm reſtat,vt quibus modis id accidat, dicẽdũ videatur. Tres ferè ſunt res, quibus pignoris obligatio maximè ſuſtinetur:ſi obligatio principalis ſubſit, cuius nomine cautionis loco pignus detur:ſi creditor,cuius cauſa id comparatũ eſt,pignus eſſe velit:ſi ius aliquod ſit debitoris in ea re, quæ pignori datur, quia nemo plus iuris ex alterius perſona ſibi ſumere poſſit, q̃ ille habet,cuius iure vtitur.Totidem modis accidit,vt vna aliqua ex his rebus ſublata,neceſſariò pignus liberetur. Igitur & liberatione debitoris pignus liberatur,& conſenſu creditoris remittitur,& iure debitoris ſoluto,creditoris quoque in eo ius euaneſcit.De ſolutione obligationis,& creditoris cõſenſu ſiue pignoris remiſſione illis verbis edicti cautum eſt, quæ ẽt in edicto de pignoratitia actione propoſita ſunt, ſi pecunia oĩs ſoluta erit, aut eo nomine erit ſatisfactum.l.ſi rem.§.oĩs.de pign.act.l.Item. hic l.vlt.C.de luitio.pi.Solutio pecuniæ debitoris liberationem naturalem cõtinet.Satisfactio tam eos modos, quibus debitor voluntate creditoris dimittitur,quàm conſenſu de pignore remittendo complectitur. Quare ſi quid his verbis contineatur, dixerimus:quid in his duobus modis inſit, eadem opera intelligetur.Solutione ergo pecuniæ pignus liberat̃,& maximè. Hoc enim modo principalis obligatio naturaliter tollitur,inuito ẽt creditore. Idq; propriè pignus luere eſt. Quò ptinet ille titulus in Codic.de luitione pignoris. Atque hinc effici iam ante diximus,vt quoniam vnuſquiſq; pro ignorante etiam & inuito debitore ſoluere poſſit, l. ſoluendo. de neg. geſt. poſſit etiam hoc modo vnuſquiſq; pignus liberare,cum pecuniam ſoluerit. Cui conſequens eſt,quod Paulus ſcribit. eos, qui pignoris iure rem perſequuntur,à vindicatione rei remoueri ſolere, ſi qualiſcunque poſſeſſor afferre debitum velit.l.Paulus.§.j. hoc tit. Nõ quoquicquam iuris poſſeſſor habeat ad rem retinendam, ſed q̃ in hac actione de iure creditoris queratur, quod remouetur ſoluto pignore.Id autem ſoluitur pecunia exoluta. Quid ergo ſi creditor pecuniam nolit accipere,cùm offertur? An quia per eum ſtat,quo minus pecuniam accipiat,quaſi conditione impleta pignus liberabitur?Nequaquam.Solutione enim eius,quod debetur,& præſtatione,non oblatione,liberatio naſcitur.quib.mod. tol.obli.in prin.Veruntamen & in hac,& in omni alia cauſa aduerſus creditoris iniuſtam recuſationem ad liberationem debitoris vna cautio eſt,vt illo recuſante,pecunia teſtato oblata cõſignetur, & ſolẽniter deponatur in publicum aliquem locum, ideſt,in eum,in quem idoneus iudex de ea re aditus deponi iuſſerit.Quo ſubſecuto,& debitor ſcilicet liberabit̃, & vna pignus extinguetur.l.neq;.l.vlt.C.de pig act.l.acceptam.C.de.vſur.Hoc verò niſi fit,neque debitor ipſe,neq; ſecundus creditor, primo creditori pecuniam offerendo, quo minus pignus rectè diſtrahat̃ impedire poteſt.l.j.C.qui pot.in pig.l.ſi prius. C. de diſt. pig. l.vlt.C.debitorem vend.pignor.impedir.non poſſe.Planè ſi debitor, aut ſecundus creditor, aut adeo quiuis extraneus pignus poſſidebit,exceptio doli mali hipothecam perſequenti oberit, ſi pecunia ei à poſſeſſore offeratur, cùm per eum fiat, quò minus ei pecunia ſoluatur. l.potior.§.vlti. qui pot.in pigno. hab. Sed etſi debitor rem ad iudicium reuocet, & pignoratitia actione de pignore agat: hoc ipſo rectè aget, & vincere debebit, ſi pecuniam apud iudicem offerat. Nam cùm edicto prætoris actio Seruiana propoſita ſit hac conditione, cùm omnis pecunia ſoluta erit, ei conditioni paritum intelligitur, ſi

Source : BIU Cujas

per creditorem ſt abit, quo minus impleatur. l. ſi rem. §. vlt. aliena. §. ſi per creditorem. de pign o. act. l. acceptam. C. de vſur. l. vlt. C. de lui. pig. Eſt enim certiſſimi iuris, quoties per eum, cuius intereſt conditionem non impleri, fiat, quò minus impleatur, pinde haberi, ac ſi impleta cõditio fuiſſet. l. in iure. de reg. iur. Proinde ſi debitor eius rei examinandæ cauſa arbitrum impetrarit, q̃tũ deberetur, & pecuniã attulerit, ſiue creditor nõ venerit, ſiue venerit, & illi pecunia oblata erit, diſtractio pignoris impediet. l. ſi reſiduum. C. de diſt. pig. Cæterùm ſi is erit, qui pignoratitia agere non poterit, aut debitor ipſe rem in iudicium non vocabit, pecuniæ oblatione nihil profecerit, vt ante diximus. Sed pecuniã, quanta debet, ſolui oportet. Quandiu ad plenã ſolutionẽ aliquid deerit, pignus rectè diſtrahetur. l. quandiu. C. de diſ. pi. l. vlt. C. deb. ven. pig imp. non poſ. Hoc eſt, qđ Vlpianus edictũ de pignoratitia actione interpretans ait, oẽm pecuniam exolutam eſſe debere: vt naſcaẽ pignoratitia actio, quæ tũ. ſ. naſcitur, cùm pignus fuerit liberatum. l. ſi rem. §. oĩs. de pi. act. Nec mirũ videri debet, parte ſortis ſoluta, pro parte naſci liberationẽ obligationis: ipſum verò pignus ne pro parte quidem liberari, q̃uis res pignori data, eiuſmodi ſit quæ recipiat diuiſionem. Res enim ipſa recipit diuiſionem, at nõ recipit pignoris liberationẽ. Haber. n. ex iure & edicto prætoris liberatio pignoris hanc cõditionem, ſi pecunia ſoluta ſit. Et verũ eſt ſolutam non eſſe, quæ tota ſoluta non eſt. l. cui fundus. de condi. & demõ. Quò fit, vt q̃uis plures res creditor pignori acceperit, non tñ cogatur ne vnam quidẽ dimittere, niſi accepto vniuerſo, quantum debetur. l. qui pignori ſupra de pig. Sanè ſi in diuerſas ſummas res ſeparatim obligatæ ſunt, ſingulas obligationes ius quoq; pignorũ ſequet, vt vna exoluta, ea quoq; pignora liberentur, quæ in eam ſummã obligata erant. l. vlt. hic. Hæc de ſolutione. Quid ſit ſatisfacere, videamus, qñquidem ſatisfactio pro ſolutione eſt. Satisfacere, eſt creditorem pro eo, quod à nobis petit, contentum dimittere. l. j. q ſatiſd. cog. l. 5. § ſatis acceptio. de ver. obl. Qui igit aliud pro alio accepit, vt ab obligatione recederet, vel ſola promiſſione debitoris, aut grati animi ſignificatione contentus, obligationẽ remiſit, huic ſatisfactum intelligitur, eoq; modo pignus liberatũ eſt. l. ſi rem. § oĩs. de pig. act. Satisfit aũt creditori aut de ſorte, aut de pignore. De ſorte, quibuſcunq; modis creditor debitorẽ dimiſſum velit, aut ipſo iure, aut per exceptionẽ. Ipſo iure, vt nouatione voluntaria, vt acceptilatione, vt aliud pro alio accipiẽdo, & ſimilibus modis. l. ſolutum. in prin. & §. ſolutã. de pig. act. l. j. §. vlt. hic. Per exceptionẽ, vt ſi paciſcatur à debitore, ſi iuſiurandũ illi deferat, & ille iuret. Ex quibus debitori naſcit illic pacti exceptio, hic iuriſiurandi. l. ſoluitur. in prin. & §. vlt. l. ſi deferente. hic. Ac nè multis agam, vna omnino in hac re regula tenenda eſt, quocunq; modo debitor ea obligatione liberetur, in oĩbus generibus acceſſiones quoq; liberari, vt fideiuſſores & pignora. l. in oĩbus. de ſolu. Nam cùm principalis cã non conſiſtit, extingui ea neceſſe eſt, quæ acceſſionum locum obtinent. l. cum principalis. de reg. iur. l. j. l. 2. de pecu. leg. Neq; ſanè retulerit, qũo debitor liberetur ipſo iure, an per exceptionem, cùm vtroq; modo vi ipſa id conſequatur, nè à ſe peti poſſit. l. nihil intereſt. de regu. iur. De pignore autem ſatis ſit creditori, cùm aut alia pignora, aut fideiuſſores pro hypotheca, quæ obligata eſt, dantur, aut adeò nuda conuentione ab hypotheca diſcedit. d. l. ſi rem. § oĩs. de pig act. Sed inter ſolutionem & ſatisfactionem hoc intereſt, q̃ qui paratus eſt ſoluere, pignus liberat: ſatisfactionem aũt, puta ſatiſdationem, q̃ efficitur, vel alia pignora pro hypotheca nemo admittere cogitur. Contentus enim quiſq; non inuitus, ſed volens redditur. l. Item §. j. hic. l. q̃ ſi non. de pig. act. Igitur vt qui ſecundus erat modus diſtrahendi pignoris, magis intelligatur, ſi diſtinctè tradatur: ſic habendum eſt, vt pignus cõſenſu ſolo contrahatur, certè quidem contractũ voluntate creditoris conſiſtit, ẽt ſi vel legitimum ſit, vel prætoris auctoritate occupatum: ita ẽt conſenſu oẽ diſſoluitur, voluntateq; creditoris remittitur. l. 2. C. de remiſ. pig. Tñ de voluntate eius conſtare ſatis eſt. De qua ſi apertè conſtet, nulla eſt dubitatio, vt quod nominatim pactus eſt, nè amplius res hypothecæ ſit. l. ſoluitur. in prin & §. j. hic. Verùm vt aliud principaliter agatur, ſi id eiuſmodi eſt, vnde conſecutione quadam intelligatur creditor de non retinendo diutius pignore cogitaſſe, nihil amplius ad liberationem pignoris requiremus. Itaq; cùm proponeretur aliq̃ creditor debitorem ſuum donationis cauſa de ſorte liberaſſe, conſtaret autem donationem quibuſdam modis inutilem fuiſſe, forte q̃ maritus vxori ſuæ pecuniam, quam illa ſub pignoribus debebat, donaſſet manente etiamnum principali obligatione, pignus tamen voluntate creditoris ſolutum eſſe Papinianus reſpondit. l. j. §. j. hoc titu. Atqui de pignore nihil dixit creditor, neq; porrò propter principalis obligationis remiſſionem pignus liberabitur: quoniam illa remiſſa non eſt, quæ inutiliter remiſſa eſt. De pignore creditor nihil dixit, ac ne egit quidem principaliter. Sed qui ſortem donabat, apud ſe hoc animo & cogitatione fuit vt nollet ſe ſibi amplius pignori eſſe; quia ſe principalem obligationẽ remittere putabat, qua ſublata, cõſequens quoque eſſet, vt pignus liberaretur. Hanc cogitationẽ de pignore amplius non retinendo ad pignoris liberationem ſatis eſſe dicit. Non idem reſponſurus eſſet Pap. ſi creditor pacto inutiliter debitum remiſiſſet, non ſua voluntate, ſed aut dolo inductus, aut coactus metu: Vt enim hic pecuniam remittere noluit, ita nec voluit pignoris obligationem, quæ ex illa pẽdebat. Itaq; vt de pecunia illi pactio non obeſſet, ſic nec noceret de pignore. Hoc ſenſu rectè quidam putant accipiendum eſſe reſcriptũ Gordiani ſub titulo, de remiſſ. pig. cuius verba hæc ſunt: Debitum, cuius meminiſti, quod per pacti conuentionem inutiliter factam remiſiſti, etiã nunc petere non vetaris, & vſitato more pignora vindicare. Quãquàm enim reſcripto nihil diſtinguitur, quomodò pacti cõuentio inutiliter ceſſerit, an q̃ metu coactus eſſet creditor, dolove circunuẽtus, an q̃ donare voluiſſet, quæ donatio inutilis fuiſſet: tamen animaduertendum eſt, neq; hoc reſcripto, neq; aliis oĩbus genraliter ius edici, ſed ad eã ſpeciem, de qua ex facto Imperator conſultus erat, reſponderi. Iam verò nõ de oĩbus cauſis, in quibus debitum pactione inutiliter remitteretur, Gordianus conſultus erat: ſed de vna aliqua cauſa, in qua certo modo accidiſſet, vt pactio inutiliter fieret. Qđ cùm incertũ ſit, qũò acciderit, reſcriptũ in eam ſñiam accipiẽdum eſt, vt eo caſu pactio intelligatur non valuiſſe, qui reſponſo conuenire põt. Quod ita fit, ſi is, qui de debito remittendo pacifcebatur, re ipſa non conſentiebat. Illud autem abſurdum eſt, eum, qui ſua ſponte nec deceptus, debitorem liberare voluerit, dicere pignus remittere eadẽ opera noluiſſe, aut cùm remittere voluerit, ꝓſenſu non liberaſſe. Cùm voluntatis ſignificationem quãlibet ad liberandũ pignus placeret eſſe ſatis, vndecũq; creditorem de eo remittendo ſenſiſſe vel per ꝓñtiam appareret: hinc ſpecies liberandi pignoris per interpretationem volũtatis accepta eſt, vt ſi creditor alienationi pignoris conſentiret, ideſt, permitteret debitori pignus alienare, pignus eo facto liberari intelligeretur: modò nè ſalua pignoris ſui cã id faceret. l. ſi debitor. in prin. § j. l. ſi conſenſit. in prin. & §. j. l. ſicut. & §. j. 2. 3. 4. l. Titius. l. Lucius. hic. Scilicet hinc voluntatis coniectura facta eſt, q̃ nihil ad rem pertineret, illum alienationi cõſentire, ſi res nihilominus ſalua pignoris cã alienaretur. Nam alioqui & ſine conſenſu eius idem aſſequi debitor poterat. Verum hic modus nonnullas cautiones habet. Sic eiñ hoc conſenſu creditoris pignus ſoluitur, ſi ẽt alienationis effectus ſecutus ſit, idq; ſm creditoris voluntatem. Nam aliter hoc non fit. Proinde ſi res vendita non ſit, ſiue ita vendita ſit, vt aliqua rõ iuris venditionem impediret, pignus manebit. l. ſicut. §. ſi voluntate. l. 4. in fi. hic. Plus dicimus: etſi emptio poſtea reſoluta ſit vtriuſq; cõſenſu, pignus reſtituetur creditori. l. voluntate. hic. Vnde ſi res vendita quidẽ proponatur, cęterùm aut eam ſemper repertus ſit poſſidere debitor, aut traditam poſtea recepiſſe, cùm pretium illi ſolutũ nõ eſſet, quia vtroq; caſu ſuſpicio eſt, veram venditionẽ nõ eſſe cõtractam, ſed ſpeciẽ tñ venditioni quæſitam eſſe, Martianus putat creditorẽ rem vendicare poſſe, & ſi debitor dicet illũ cõſenſiſſet venditioni, quæ ſequuta ſit, creditorẽ doli mali replicatione vti poſſe. l. ſicut. §. ſuperuacuũ. hic. Sed etſi alienatio ſequuta ſit, veruntamẽ nõ ita, vt creditor ꝓſenſerat, nihil ei nocebit alienatio. Id aũt duobus modis accidere pt: vno, ſi non eodẽ genere alienationis alienata eſt, vt ſi cùm vendere permiſiſſet creditor, debitor donauit, vel ꝑ: altero ſi ab alio poſſeſſore q̃uis eodem modo res alienata eſt. l. ſicut. §. ſed ſi permiſerit. & §. ſi debitor. hic. Non tñ ſemper accidit, vt vno genere alienationis permiſſo, ſi alio modo debitor alienet, contra voluntatẽ creditoris feciſſe videaẽ. Sed in hac re facti quæſtio verſatur. Itaq; generaliter ita definiendũ eſt, ſi certa aliqua de cã vnum aliquod genus alienationis creditor conceſſit, eo non ſequuto, ꝑ eius voluntatẽ factum videri. ideoq; alienationẽ ei nõ nocere, qñ eius interſit. Finge ideò vẽdere permiſiſſe, vt pretio accepto, debitor habeat vnde ſoluat. Si debitor donarit, non nocebit cõſenſus. Econuerſo, ſi ille donare conceſſit: qa amicus erat is, cui donabatur, debitor aũt vẽdidit, creditori nihil oberit. Sin aũt ita vno modo alienare conceſſit, quia à debitore ſic petebaẽ: vtrũ autẽ hoc, an ille modo alienetur, eius nihil interſit, quocũq; modo res alienata fuerit, videbit ſm eius voluntatẽ alienata, eiq; alienatio nocebit. l. ſicut. §. ſed ſi permiſit. hic. Adeò aũt hoc cõſenſu pignus tollitur, ſemel ſecuta alienatione pignoris: vt q̃uis eadem res poſtea legitimo aliquo modo ad debitorẽ redierit: vendita puta, vel in ſolutum data, vel legata, uel donata, qua quidẽ ex re fraus omnis aberit, pignus ſemel extinctum non reſtauretur. De quo extat Iuſtiniani conſtitutio in l. ult. C. de remiſ. pig. In qua illud in primis notandum eſt, q̃ Iuſtinianus ſanxit, rem eandem amplius creditori non obligari, ne ſi debitoris quidem bona obligata ſint, tam præſentia, quàm quæ poſtea quæſita erunt, quorum tamen appellatione cõtineri uidetur ea res, quæ denuò creditori quæſita fuerit. Sed hoc ideò facit, q̃ ea res ſemel de illa generalitate rerum uoluntate creditoris exempta eſt. Ac quid ſit iuris, ſi creditor alienationi pignoris conſenſerit, intellectũ eſt, hoc quæritur, quando uideatur conſenſiſſe. Eum quidem conſentire certum eſt, qui cùm à ſe, ut uenderelicet, peteretur, apertè declarauit id ſibi placere. Sed hoc ambigitur, an

tur,an qui sciuit rem alienari,vel qui admonitus à debitore,vel alio modo certior factus non interceſſit vẽditioni,nec emptori quicquam denunciauit: videatur,quia sciuit,& passus est hoc ipso consensisse. Et placet,eum,qui id faciat, non idcircò cõsentire videri,quia possit id ob eam causam pati, ꝙ suum ius durare intelligat,cuius deteriorẽ cãm ab alio,inuito se,fieri nõ posse non ignorat.l.sicut.§.non vr.hic. Hoc tñ cùm in coniectura voluntatis positum sit, quibusdam in causis eadem voluntatis cõiectura aliter receptum est. Nã in seruo pignori dato manumisso,si sciente eo,cui obligatus erat, manumissus sit,constitutum est, manumissum iure & consensu creditoris remissam videri pignoris obligationem.l.j. C.de remis. pig. Id quidem libertatis cã,vel ꝙ libertas cùm oĩum maximè fauorabilis res sit,interpretatione potius adiuuanda fuerit aduersus creditorẽ,q̃ ad exactũ ius reuocanda: vel ꝙ creditor ei rei tanq̃ fauorabili ipse quoq; pro se fauisse videatur,humanitatis iure potiùs,q̃ de suo iure aduersus rem iam confectam retinẽdo cogitasse. Idem receptum est in his causis,si vel fisco sub hasta distrahente creditores silerunt: vel eo tempore quo prædium ab aliis creditoribus distrahebatur,publico prograꝫmate admoniti, cùm præsentes essent, ius suum executi sunt.l.si hypothecas.l.si eo tẽpore.C.de remis. pig. Quod tñ non tam eadem illa voluntatis opinione receptũ est, quasi qui id fecerint, pignus sua voluntate amisisse credãtur (quanq̃ hoc quoq; exĩstimari põt) q̃ ipsorũ negligentia,quæ his causis ferenda non est. Nam neq; hastę fiscalis fides facilè cõuelli debet: vbi sit,qđ creditori imputes, d.l. si hypothecas. neq; temere audiẽdus est,qui publico programmate admonitus à creditoribus,eos ipsos creditores, simul & emptores decipere voluit,cùm ideò prograꝫmate illi vterent̃, vt si qui essent, ad quos ea res pertineret,existerent,& ius suũ exequerent̃. Quin potius hæc interpretatio aduersus illos admittenda est, quasi ius suum remittere voluerint,vt illis silentiũ suũ potius, q̃ aduersariis noceat. Non idem probatum est,si debitor ipse rẽ proscribat: quia debitor quos creditores habeat,ignorare non debeat: qui si vellet eos dimittere,nihil programmate vti eum oporteret. Quod de eo,qui alienationi consensit,diximus,& in eo probandũ est, qui cõsensit,vt alii res pignori daret̃.l.Paulus.9.l.Titius.in fi.hoc tit. Genus enim alienationis est,pignori dare. Itaq; ꝓhibita alienatione rei,hoc quoq; interdictum intelligit̃,nè res pignori detur.l.vlt.C.de reb.alie.non alie. Atq; hoc modo sic cõsensu creditoris pignus soluitur, vt non aduersus illum tñ tollatur, cui concessit pignori dare,sed in totum,perinde ac si id vendere ꝯcessisset. Vnde si creditor consenserit, vt res sibi obligata tertio daret̃,nõ tertius in locum prioris succesſisse videbitur,quod futurum erat,si illi tñ ea res prodesset,sed ius secũdi creditoris, vt si quouis alio modo soluta esset hypotheca,confirmatur.l. Paulus. hic. Planè si creditor se id in gratiam tñ eius facere dixerit, cui res pignori obligabatur,non nisi aduersus eum pignoris remissio creditori nocebit,vt est constitutũ.l.iubemus. C. ad Velleian. Et rectè. Nam & ante diximus,ita demum creditorem cõsentientẽ alienationi pignoris ius suũ remittere intelligi,si non salua pignoris sui cã consenserit. Quod eum facere apparet, qui in alicuius tñ gratiam pignoris obligationi ꝯsensit. Restat tertia ratio pignoris liberãdi,vt qm̃ nisi ius,quod habet in re quaq; debitor,pignori dare non possit, idcircò vel ea re penitus extincta,vel eo iure soluto,quod debitor in ea re habebat, ius creditoris extinguatur. Corpore extincto,nulla dubitatio est.l. sicut. hic. Est enim pignus in corpore, quo sublato, & ipsum ius tolli necesse est. Iure aũt à debitore sublato,paulò maior est quæstio, cùm dixerimus actionem pignoris in rem esse,nec videatur creditoris ius,quãdiu res & obligatio maneat, sine facto eius amitti posse. Et hoc loco pluribus inculcandum est, quod paulò ante obiter attigimus, alienatione debitoris voluntaria ius creditoris amitti non posse,nè dici incipiat,creditoris conditionem, debitoris facto deteriorem constitui posse.l.distractu. l. debitorem. C.de pig. Quod si verum est,consequens fuit vt diceremus, nec vsucapione perimi pignoris causam. Quæ rursum alia iuris regula est indè nata.l.vsucapio.C.de pi.l.j.§. cum prædium. supr. eo.tit. Alienationis enim genus est vsucapio, vt Paulus scribit, ac vix est,vt non videatur alienare,qui patitur vsucapi.l. alienationis.de verb.sig. Nec quisquam hoc admiretur, cùm dicamus per vsum & possessionem legitimi tẽporis dñium ipsum amitti, pignus non amitti. Amitteretur enim vna cum dño pignus, si quicquam cum dominio coniunctum haberet, ideſt,si eiusdẽ esset pignus,cuius est dominium. At hæc nulla societate coniũguntur,planeq; diuersorum sunt. Quæ ratio vbiq; à Papiniano redditur,cùm hanc regulam ponit.d.l.j.§.cum prædium.de pig. l.iusto.§.non mutat.de vsu. Sanè præscriptio longi temporis acquiritur aduersus creditorem ei,qui pignus longo tempore bona fide possederit.toto tit.C.si aduer.credi.præs.opp. Neq; ideò tñ efficitur extingui pignoris cãm. Quanq̃ enim res immobiles non ante vsucapiuntur ex constitutione Iustiniani,q̃ longo tẽpore possessæ sint,ideſt,decem annis inter præsentes, viginti inter absentes,& qui tandiu possedit, is creditorem pignus vindicãtem præscriptione temporis summouet, non tñ propter vsucapionem id facit,sed quia tandiu possedit. Nã etsi res esset eiusmodi,quæ vsucapi longo tpe non posset,vt res pupilli: vt vi, aut contra legem repetundarum possessa, tñ creditor si eam tanq̃ pignori obligatam vindicaret, præscriptione tẽporis summoueretur: quia tandiu tacuisset.l.j. C.si aduer.cred. Iam verò si pp dñium vsu acquisitum creditor exceptione summoueretur, ẽt is exceptione tutus esset, qui rẽ mobilem triennio vsucepisset: quia hic quoq; dñium rei acquisiuit. Quod secus est. Quæ omnia declarant,si is, qui vsucepit, præscriptione quoq; temporis creditorem pignus persequentem remoueat,non in eo cãm esse,ꝙ vsu rem suam fecit,sed ꝙ tandiu possedit. Quid, ꝙ his verbis,præscriptionem longi temporis acquiri aduersus creditorẽ, superior illa regula de vsucapione confirmatur? Quod enim dr̃ vsucapione pignus non perimi,hanc sñiam habet,non perimi ipso iure,quin pignoris persecutio relinquatur, nõ tolli, inquã: vt dñium dominio pellitur. Quòd autem dr̃,præscriptione longi temporis creditorem summoueri,hoc significat, pignus quidem manere,& pignoris persecutionem,sed per exceptionem longi tpis inefficacẽ ꝯstitui.l.j.C.si aduer.cred. Quid.n. aliud est pscriptio tẽporis,nisi tpis exceptio? l.sup̃ lõgi.C. de lon.tẽp.pśc. Qđ cùm cõstet, mutatione dñii pignoris cãm nõ tolli: quia nõ in debitorem solùm sit hæc actio,sed possessorem sequatur,indè dubitatum est de huiusmodi specie. Debitor cum prædium pignori daret,nominatim vt fructus quoq; pignori essent, conuenit. Id prædium postea distractum est ab eo.qui dñs non erat, siue is debitor fuit,siue inscio debitore alius, & traditum est bona fide accipienti. Emptor bonæ fidei, quia non aliter ſm regulas iuris fructus oẽs lucratur,q̃ si consumpserit, consumpsit,atque ita suos fecit. De his nihilominus cõuenitur à creditore vti li Seruiana. Quęsitum est,an eos restituere debeat. Quę quęstio tractata est à Papiniano lib.2. Responsorum. extat in l. j. §. cùm prædium. de pignoribus. Mouet quæstionem, ꝙ initiò cõuenit, vt fructus prædii pignori essent. Quòd autẽ postea à bonæ fidei possessore acquisiti sunt, de pignoris cã nihil mutare videtur. Nam si vsucapione pignus non tollitur, nec fructuũ perceptione,aut consumptione, quę item species est acquisitionis,tollet̃, & in totum alienatione ac dñii mutatione nõ tolletur: hoc. n. superioribus omnino consequens est. Sed Papinianus respõdit bonæ fidei emptores hoc casu fructus cõsumptos, nempè hoc modo sibi acquisitos. (Nam,vt dixi,oẽs fructus tunc acquiruntur,cùm consumpti sunt) l.quęsitum in fi.de acq.rer.domi. restituere non cogendos. Nec obstare, ꝙ vsucapione pignoris causa non perimitur. Ideò enim vsucapione pignus nõ tollitur, qa ante vsucapionem pignus cõstitutum fuit. In fructibus dissimile est,quia nunquàm debitoris fuerunt,ideſt,quia nunquàm pignori obligati fuerunt. Quod enim conuenit, vt pignori essent futuri fructus,ad pignoris obligationem non est satis. Requiritur præterea,vt sint in bonis obligantis. Quod cùm in proposito non accederit, dicendum est, eorum fructuum perceptione non tam pignus creditori tolli, q̃ nullum pignus vnquam fuisse. Vnde colligitur quocunq; modo possessori fructus postea acquisiti sint,non posse vindicari eadem ratione, quia nunquam debitoris fuerunt. Quod eueniet,si debitor dñs fuit, & rem ipse obligatam vendidit. Quo casu parum retulerit,an possessor ante,q̃ consumeret fructus,cognouerit rem pignori obligatã esse, an non: qa omnimodò fructus eius fierẽt. Sed cùm dixerimus, vsucapione pignus non perimi: vnde constat, creditorem rem ab vsucaptore dño vtili Seruiana auocare posse? Hic duplex oritur quæstio vna, possitne debitor pignus receptum à creditore repetere ab eo pignoratitia actione. Iam enim dñs non est. Rursum pignus ab eo natum constat. Et certum est,posse. Nam etsi res aliena à principio pignori data esset,eam soluta pecunia debitor pignoratitio iudicio recuperaret.l.si in rem.§.is quoq;. de pig.act. Qm̃ constat,posse: sequens quæstio est, possitne dñs idẽ, qui vsucepit,eã à debitore auferre,an verò sit aliqua cautio,qua debitor aduersus dñm defendatur. Dñm quidem esse eum,constat,qui vsucepit,nõ debitorẽ. Sed mouet, ꝙ creditor solus in pignore ius habet, qui ius suum in extraneum potuit transferre. Quod si fecisset, emptorem aduersus omnes prætor tueretur. Quare quidam putant, creditorem, vt in extraneum ius suum & hypothecariam actionem trãsferre potuit,l. mulier. qui pot. in pign.hab. sic etiam in debitorem posse: quia iam extranei fit loco. Sed verius est, creditorem in cæteros quidem ius suum transferre posse,ideſt,nomen,& vna cum noĩe accessionem,ideſt,pignus & hypothecariã actionem: in debitorem aũt nõ posse: qa non possit in eum trãsferre actionem personalem, nè incipiat dici,ipsi debitori actionẽ aduersus se cedi posse,quod absurdum est. Illud ẽt absurdũ,cùm debitor ea pecunia,quam creditori dedit,liberetur, dicere, eadem pecunia & nasci hypothecariam actionẽ, & tolli. Tollitur autem accessio pignoris, cùm principalis obligatio sublata est.l.in omnibus.de solut. Alii igitur in hac re debitori consilium dant, vt rem apud creditorẽ in solutum relinquat. Sic enim fieri putant, vt neque debitor iam conueniatur,qui rem non possidet,& tamen liberetur: neq; creditor, quia quanuis rem possideat, ipse tamẽ iure creditoris po-

Source : BIU Cujas

tior sit eo,qui vsucepit,vt diximus.In quo, iudicio meo, valdè falluntur. Nam isto modo pro vno incipient duo iam teneri, & debitor, & creditor. Debitor, quia cùm rem alienam in solutum dedit,vendidit.l.eleganter.in princip. de pign. act. l.4. C. de euict. Cùm autem vendiderit,domino vtili negociorum gestorum actione tenebitur, si res domino vindicari non possit. Idque & responsum,& constitutum est.l.mater.C.de rei vendi. l.rescriptum.§.j.de distra.pig. Creditor, quia rem possidet: nec ad rem pertinet, q̄ creditor iure pignoris domino potior est. hic enim nec iam creditor est,cui satisfactum est:nec pignus manet pecunia soluta,quia fieri non possit,vt principali obligatione sublata,accessio non liberetur.l. in omnibus. de solutio. Relinquitur igitur,nullam esse rationem iustam,quæ pecunia creditori soluta,& pignore iam liberato, actionem suam domino auferat,quamuis manēte pignore creditor domino prę̄feratur. Quæ omnis de iure creditoris in re pignori data vsucapta disputatio nobis ex eo nata est,q̄ pignus rectè contractū,postea alienatione debitoris, eoq; nec vsucapione extingui posuissemus. Nunc ad rem reuertemur, breuiterque de amissione pignoris definiemus.Cùm semel res optimo iure cœperit esse debitoris, & eo pacto,vt non nisi voluntate eius amitti possit,aut non nisi ab eo in alium transferri, nunquàm ea amissione ius creditoris tolletur: quia non possit actione in rem semel illi iure constituta, debitor vitio suo aut opera conditionem eius facere deteriorem.Sed est,cùm debitor res quasdam in bonis habeat certa lege & conditione:puta,quandiu illud, aut illud factum non erit.Qua cōditione finita,res ei sua lege auferatur. Id si accidet, ius quoq; creditoris soluetur necessariò: quia nihil ampliusiuris debitor ipse habuerit, quàm vt illa conditione non existente,rem retineret.Hoc in pignore pignoris,itemque in nomine, vt notioribus exemplis vtamur, facilè intelligi potest. Quia enim pignus hac lege tenetur,si pecunia debeatur: si id pignori secundo creditori datum sit,pecunia ei soluta,qui obligauit, pignus quoq; secundi soluitur. Ista ratione si debitor fundum vectigalem,quem habebat,pignori dederit, ac deinde is in exolutione vectigalis cessauerit,cū ex fundo dicta esset, vt si post certum tempus vectigal solutum non esset, ad dominum rediret: non solum secundùm legem fundus ad dominum redibit, sed soluto iure debitoris ex ea causa, quæ pignoris obligationē antecesserit,& inuito rem auferat,ius quoque pignoris sua sponte euanescet.l.cùm lex vectigali.supr.de pig.Idem in superficie pignori data dicemus,si vectigal solatium non pendatur.l.etiam. sup.qui potio.in pignor.Sed enim ius debitoris ex ea conditione solui necesse est, quæ ab eo, qui rem in debitorem transtulerat,inuito debitore exerceatur. Quòd si ea conditio fuit, vt nisi debitor velit,res ab eo recedere non possit,& si fortè in eo conditione sua vtatur, ius tamen pignoris facto eius non finietur. Ad quod significandū hæc exempla sub hoc titulo posita sunt, l.3. & 4. D. fundus ita distractus est, fundus Tusculanus tibi est, emptus est tot aureis,nisi alius intra Calendas proximas meliorem conditionē attulerit.mox traditus,ab emptore ante quàm melior conditio afferretur,pignori datus est.Meliore conditione postea allata, nimirū pignus finietur.Nam & res secundùm legem venditionis emptori auferetur. At idem fundus si ita venditus sit,vt si displiceret,redderetur,ac postea pignori ab empto re datus,ab eodem redditus sit, aut quia pestilens erat, redhibitus:pignoris causa non extinguetur. Quippe nulla necessitate debitor rem à se dimittere cogebatur, tametsi illi expediebat. His expositis,nihil quod ad causam,& ius pignoris cognoscendum necesse sit,prætermissum puto.

FRANCISCI BALDVINI

De pignoribus & hypothecis.

De significatione pignoris & hypothecæ. Cap. I.

VLPIANVS ait cap.j. Si cer.pet.è re esse, de significatione verborum aliquid principio dicere. Nam etsi ex rerum cognitione verborū vis magis intelligatur, res tamen cognosci vix possunt, nisi aliqua verborum intelligentia sit. Martianus c. 5.§. vlti.de pignorib.scribit,inter pignus & hypothecam tm̄ nominis sonū differre. Est itaq; vtriusq; vocis eadem significatio,licèt non eadem pronūciatio sit. Vlpianus tamen vtriusq; verbi proprietatem atq; originem respiciens,cùm de pignoratitia actione tractat: Propriè, inquit,pignus dicimus,quod ad creditorem transit:hypothecā autem,cùm non transit possessio ad creditorem. l.9.de pig.act. Caius id cōfirmat,cùm pignus appellatum esse ait à pugno: quia res quæ pignori dantur,manu tradantur.ideoq; verum esse, q̄d quidam putant,pignus propriè rei mobilis constitui.c. 237. De verb.signif.Sed Iustiniani distinctio rem hanc totam magis illustrat, in tit. de actionib. Fatetur pignoris appellatione eam propriè rem ꝯineri,quæ simul ēt traditur creditori,maximè si mobilis sit:eam verò quæ sine traditione, nuda ꝯnuentione tenet̄, propriè hypothecæ appellatione contineri. Sed in actione hypothecaria nihil interesse,ēt fatetur.De ea certe agebat Martianus, cùm dixit, hæc verba sono magis q̄ significatione differre. Hoc enim scripsit in libro de formula hypothecaria. Vlpianus verò differētiam ex proprietate verbi rectè notauit,cùm pignoratitiam actionem tractaret.Huic enim locus esse non pōt,nisi res tradita sit.Datur enim ea actio,cùm debitor rem repetit.Repetere qui posset,si non tradiderit? Rectè itaq; hanc actionē Iurisconsulti appellarunt propriè pignoratitiam, vt eam quæ creditori datur ad rem persequendam,vocant hypothecariam.Cęterùm tam morosè hoc discrimen non obseruant,quin aliquādo pignoratitiam appellent hypothecariam,c.9.quib.mod.pig. vel hyp.fol.c.41.de pig.act.Nam & pignus & hypothecam sæpè confundunt,& ijs verbis promiscuè vtuntur,vel etiā (si quis malit) abutuntur. Nam & nuda conuentione pignus sine traditione constitui dīnt,c.1.de pig.act.c.33.de vsurpat.Et rerum immobilium,veluti agrorum pignora sæpè vocant, sicuti & Terētius & Cor.Tacitus.Ediuersō Cicero hypothecam appellat,quę creditori tradita est. lib.13. Epist. Pignus interdum dī ipsa actio pignoratitia,qua debitor pignus repetit,vt cùm Vlpianus ait c.j.ficer.pet.Prętorem sub titulo de reb.creditis edixisse de pignore. Certè tractatus alioqui de pignorib.& hypothecis reiectus erat ad finem edicti perpetui,vt testis est Iustinianus ad Pād.Frequēter autem pignus dī modò de re ipsa obligata,vnde tit.de distra. pig.modò de ipsa obligatione,vnde tit.quib.mod.pig.sol.Non nunquam & pro ipsa conuentione,ex qua hæc obligatio descēdit,c.j.§.vlt.de pact.Sanè Iustinianus ēt dixit, pignus à pignoratione liberari.l.vlt.C.de iur.domi.impetr. Neq; modò rē pignorari,quæ obligatur,dicimus:sed & creditor,qui pignus capit, pignorari dī,sicuti debitor,qui dat pignus, vel rem obligat, dī pignorare:& repignorare,cùm pignus liberat.c.5.§. nunc videndum.commod.Cicero in Verr.pignoratorem vocat creditorē, qui ius habet pignoris capiendi. Pignoratitium creditorem vocat Vlpianus c.15.§.si qua sint. de damno infect. Hypothecariū Papinianus, c.j. §. sciendum. de separat. Scio q̄ variè vtantur pignoris verbo Latini auctores.Sed id Grammaticis relinquo.In Iurisconsultorum libris nunc me contineo: in quibus illud ex antiquitatis memoria repetitū,quod huius loci est, ēt obseruaui,apud Papinianum prædia dici pignora.Inquit Papinianus capit.32.de neg.gest.Fideiussor imperitia lapsus,alterius quoq; cōtractus,qui personam eius non contingebat,pignora vel hypothecas susceperit,& vtranq; pecuniam creditori soluit,existimans indemnitati suæ,confusis prædiis consuli posse. Hic certè Papinianus cōfusa prædia vocat,dissoluta pignora,vel extinctas hypothecas.Nam sine iis existimabat fideiussor satis sibi esse prætidii in actione mandati,etsi nō id solum soluisset, pro quo interuenerat: sed & aliud, quod debebatur,& pro quo etiam pignus vel hypotheca contracta fuerat. Ipse certè Varro, vt prædes, sic prædia dici docet, à præstanda fide. Immò verò & prædes dici ipsa pignora,quidam putāt, cùm Cicero ait Philippica sua secunda, Plancum prædes suos vendidisse. Certè Cicero Verrina tertia,prædib.prædiisq; Populo caueri dixit, cùm sponsores pignoraq; dantur.Et Liuius lib. 32. loquens de danda ex ærario pecunia mutua, similiter ait, prædib. ac prædiis cauendum esse populo. Porrò fiduciam pro pignore dixisse etiam Cicero videtur in orat. pro Flacco, loquens de eo qui pecuniam sub fœnore,accepta fiducia,credidit. Sed & noster Paulus lib. 2. sent.titu. 12.& 13.frequenter hoc verbo ita vtitur.Ita aūt propriè pignus appellari vī,quia creditori ea lege datur,vt debito persoluto restituatur debitori.Sic enim esse pōt fiduciaria pignoratio,vt est mancipatio fiduciaria.Isocrates,cùm de hac magis q̄ de illa ageret, ὑπέθηκε τὴν οὐσίαν dixit:quasi mancipatio fiduciaria, non nisi quædā hypotheca esse videatur. Illud postremò adiicio, q̄ Tertullianus in libro de idolol.Pecuniam,inquit, mutuātes sub pignoribus fiduciati,iurati cauent &c.Nihil hic repetam ex vulgaribus cōmentariis.Locos tm̄ insignes,& vulgò tamen ignotos nunc noto.Fidei quoq; verbum ad pignus interdum referri,obseruandum est.Curtius,sponsionum fidei q̄; pignora dixit. Gellius lib.16.c.10.ait,rem pecuniamq; familiarem,obsidis vice,pignorisq; apud Rempub.videri,amorisq; in patriam,fidem quādam in ea firmamentumq; esse.Est & illud insolens, q̄ Terentius in Heautontim.arrabonem dixisse videtur pro pignore.Nā cùm de mutuo agit,ait filiam adolescentulam arraboni relictā esse pro argento.Arræ quoq; mentio frequens est in libris Iuris Ciuilis.Sed Iurisconsulti abs pignore multum eam differre sentiunt.Cæsares tm̄ arras sponsalitias pignora vocant,sed ab iis petenda non est proprietas verborum ciuilium. Est illa profectò vox Hebraica,qua & Moses videtur vsus pro pignore, Gen.39.

Hypothe-

Source : BIU Cujas

Hypothecam satis constat vocem esse Græcam. ὑποθήκας vocant etiam Græci præceptiones quasdam. Nam & noster Iustinianus Nouel.constit.26 ὑποθήκας appellat mandata Præsidũ. Et Cicero ad Atticum libro secundo, ὑποθήκας, inquit, adfer, quemadmodum me geram. Sed sæpius ad ius pignoris vox ista refertur. Nam & Cicero libro decimotertio Epistol. Philotes, inquit, ὑποθήκας Cluuio dedit, velim cures, vt de hypothecis decedat &c. Origo verbi est ὑποτιθέναι quod simpliciter est supponere. Apud Demosthenem simplicius etiam dicitur τίθεσθαι Nostri id videntur imitati. Latini sæpè rem pignori oppositam dicunt. Scæuola, pignori ponere, cap.38. de leg.3. Cæsares in Codice cõstitutionum, supponere pignori. Iustinianus etiam supponere simpliciter dixit l.vlt.C.quæ res pigno.obliga. poss. Sed & apud Demosthenẽ bona pignori obligata dicunt ὑποκείμενα. Interdum etiam ἀποτίμα, ꝙ res æstimatæ darẽtur pignori ὑποθυνα quoque dicit non solum Demosthenes, sed & Iustinianus Nou.consti.72. Et res creditori obnoxias esse, quæ obligatæ pignori sunt, sæpè legimus. Apud Demosthenem ἔγγυος οὐσία dicitur: vt & Martialis ait, agrum oppignoratum spondere ꝑ debitore. Obscurius est, cur appelletur οὐσία ἀφορισμένη. Sed aiunt, apud Græcos olim moris fuisse, vt in prædijs oppignoratis erigerentur ὄρσι, indices ipsius obligationis. Certè & in libris Iuris Ciuilis, res subsignatæ dicuntur, quæ obligatæ sunt, cap.5.§. conductores.de iure immun.l.vlti. C.de admi.tut. Porrò singularis vnus in Pandectis locus est, vbi legitur pignoris hyperocha.l.20.qui pot.in pig. Alii hypothecam legunt: sed Pandectæ etiam Florentinæ habent hyperocham. Videturque ita appellari secundùm quosdam pignus, inquantum res pluris est, quàm priori creditori debeatur: nam & vox ipsa græca potest ad talẽ aliquã significationem acccõmodari. Denique & ἐνεχυριασμῶν frequens est mentio apud Iustinianum in Nou. const. 52. vbi agitur de quadam veluti prętoria oppignoratione personarum vel rerum, quibus manus injicitur, alieni debiti causa. Græci appellabant ἀνδρικὴν ἐφοδίαν: vt ostendit lex Draconis apud Demosthenem in Orat.contra Aristocratem. Dionysius Halicar. libro septimo, dicit, βιαιαναγκάσχειν.

Descriptio pignoris. Cap. II.

VT ad rem, de qua nunc quæritur, propius accedamus: Obligatio aut personarum est, aut rerum, & vtriusque generis est vel principalis, vel (vt vulgò loquunt) accessoria. Accessoria est, quæ, vt ait Scæuola, sequelæ locum obtinet. l. si duo rei. de solution. Ea itaq; aut personarum est, aut rerum. Personarum, vt fideiussoria; rerum, vt hypothecaria. Ac interdum quidem personæ hic obligantur, ut res. Fideiussorum aut sponsorum obligatio ciuilis est, qualis esse solet ciuium liberorumq; hominum. Sed interdum homines obligantur propè vt serui, vt etiam eorum corpora pignore ueluti obstringantur. Sic obsides erant plusquàm fideiussores. Nam & tenebantur vt captiui.l.Diuus.de iur fisc.l.obsides.de testamen. Itaque & Cicero, obsidis, vt pignoris, voce frequenter vtit. Sed & qui olim nexi uel addicti erant & dicebantur, arctius obligati erant, quàm qui simpliciter aliquid debebant. Deniq; redemptus ab hostibus sic obligatur suo redẽptori, vt licèt seruus non sit, tamen pignoris vinculo teneatur, donec restituerit pretium suæ redemptionis.l.senatus.§.vlti. de leg.j. l.qui testamento hæres.§.i.de testamen.l.15.de capti.l.2.C.de postli.reu. Sed siue personarum, siue rerum obligatio sit, & qualiscunque tandem ea sit, semper est tamen dicitur q; iuris vinculum. Nimis enim ridiculi, crassiq; & inepti sunt, qui hic somniant aliquas tñ cõpedes corporis. Certè Vlpian. l.pen. in quibus caus.pign. tac. cùm traderet, seruos inquilinorum generaliter & tacitè obligatos magis obligari, si & eos locator incluserit: ait, derisum fuisse Neruam Iurisconsul. qui per fenestram liberari posse dicebat. Nos itaque meminerimus, pignus habere suum quoque iuris vinculum, quod & fugientem sequatur atque teneat. Ius retentionis, de quo postea quoque agemus, proximè accedit ad ius pignoris: & modo quasi pignus, modo etiam pignus appellatur abs Iurisconsultis.l.15.§.vlt.de furt.l.13.§. offerri. de act.emp.l.5.de dote prælcg.l.hæreditatis.de hære.uel actio.vend. Sed minus tñ quippiam est, q̃ pignus. Iure enim pignoris non modo rẽ obligatã retinere, sed & persequi possumus. Hypothecæ tacitæ sępè etiam dicuntur quasi pignora, & ueluti pignora esse; sed quæ earum sit conditio, posteà magis intelligemus: audiemusque esse interdum plus quàm pignora, & ad ius dominii proximè accedere. Sed & ἀντίχρησις, de qua suo quoq; loco dicã, plus quàm pignus esse videtur. Mitto obsoleta illa imaginati pignoris genera, quorum meminit Iustinianus in Nou.const.53. Nondum fortassis, quid pignus sit, satis descripsi. Sed perfectè intelligi vix potest, nisi si totum pignoris ius & describatur, & intelligatur. Nexum prædiorum vocant Honorius & Archadius Imp.l.vlt. C.si res alie.pign. Sed qualis sit hic nexus, quale vinculum, tunc intelligetur. Seruitus prędiorum est plus quàm obligatio, aut pignus. Interdum tamen minus quippiam esse videtur. Ius seruitutis principale quoddam ius in rem est, & est perpetuum: propterea q; appellatur qualitas à Iurisconsultis, tribuit q; ius vtẽdi re aliena. Nihil est tale in pignore. Sed qui ius seruitutis habet, patitur interea dominũ nihilominus rem suam possidere. Qui verò habet ius pignoris, totam possessionem auocat, etsi ea nõ vtatur. Itaque modo plus, modo minus q̃ seruitus, dominio detrahere pignus videtur. Certè si quis fundum legat, seruiẽtẽ alioqui & pignori obligatum, hæres liberum à pignore tradere debet, eumque luere: non etiam à seruitute liberare. l.66.§.4. de leg.2. Legatarius enim seruiente uti poterit, obligato non poterit, creditore possidente. Sanè prædia quæ vel seruiunt, uel obligata sunt, neque optima conditione, neque optimo iure esse dicuntur. Sed libera tamen dici possunt, quæ sunt pignori obligata, non etiam quæ seruiunt. Cicero contra Rullum, optimo iure ea prædia esse ait, quæ optima conditione sunt: libera meliore esse, q̃ serua: soluta meliore in causa esse, q̃ sint obligata. Quid nostri Iurisconsulti? Aiunt hæc verba, Vti optimus maximusq; fundus est, significare, liberum esse fundum, nulliq; seruire. l.pe. de euict. l.qui vti. de verb.sig. Liberum hic intelligere possumus & solutum, vt Cicero loquitur. Nam & apud Modestinũ l.26. §.pater. de pig. cùm quæritur, an Seius domum iure optimo possideat, intelligimus quæri, an domus pignori obligata nõ sit. Sed cùm simpliciter dicimus fundum esse liberum, omnino quidẽ dicimus non seruire. Solutum etiam, hoc est, non obligatum, propterea non præstamus. Seruitus enim qualitas est fundi: simplex obligatio qualitas dici vix potest, cum facile dissoluatur, & alterius principis obligatio accessio tantùm quædam sit, ab eaq; pendeat. Vlpianus l.j. de fideiussor. ait, solere homines accipere fideiussorem, dum curant, vt diligentius sibi cautum sit. Caius l.j.§.2. de oblig.& act. Plerũque, inquit, ab eo quem proprio nomine obligamus, alios accipimus, q eadẽ obligatione teneantur, dum curamus, ut quod in obligationem duximus, tutius nobis debeatur. Eandem esse causam pignoris accipiẽdi, dicere nunc possum. Sanè Paulus ait, pignus deponi apud creditorem ꝓpter contractus fidem, & restituendæ rei debitæ vinculum. l.legata.§. vlt. de supell.lega. Sed & ipsa iuris regula dictat, plus cautionis esse in rem, quàm in personam. l.25. de reg. iur. Neque verò solent homines bene cauti cuiquam temere credere sine pignore. Nam quod scitè Martialis scribit de quodã Thelesino, scribi de plerisque potest. Elegans est hoc Martialis epigramma li.12.

Cùm rogo te nummos sine pignore. Non habeo, ir quis.
Idem, si pro me spondet agellus, habes.
Quod mihi non credis veteri Thelesine sodali,
Credis colliculis, arboribusque meis.

Agrum oppignoratum lepidus Poeta non ineptè ꝓsorẽ vocat. Sanè præses quoq; prouinciæ iubetur prospicere, nè publicæ pecuniæ credãtur sine pignoribus. l.33. de vsuris. Et anteà diximus moris fuisse, ut prædibus prædijsq; populo tunc caueretur. Paulus ait, si neque fideiussor, neq; pignora accepta sint, non videri paritum mandato, quo cõtinetur, vt idonea cautio exigatur. l.59.§.ult. mand. Ergo & fideiussio est idonea cautio: & plerunque cum pignore comparatur, & Reipub. satis cauere intelligitur. l.9. de publica. l.3.§.j. de admini.rer.ad ciuit.pert. l.3. C. de omni agro des. Creditor, qui hypothecas habet, tam securus esse creditur, tamq; bono loco, vt etsi maior pars aliorũ creditorum consentiat de parte debiti remittenda hęredi, quo magis adeat, nõ cogatur eorum exemplum sequi. l.10. de pac. Paulus de eo qui fideiussorem habet, idem iudicat. l.58.§.vlt. mand. Magna certè similitudo est inter cautionem fideiussoriam & hypothecariam: & plerũque ab altera ad alteram ducitur argumentum. l.28. de pig. l.2. quæ res pig. Sed est tamẽ etiam magna dissimilitudo, & modo illa, modo hæc vtilior est. Optima verò cautio est, quæ & pignora & fideiussores habet: propterea q; & olim populo cauebatur prædibus prædijsq;. Sed & licèt tutor satisdet, hoc est, det fideiussores: tamen quò magis pupillo cautũ sit, lex iubet bona quoq; tutoris hoc nõe obligari. Ac si q̃nque satisdatio tutori remittatur, manet hæc tacita hypotheca. Sicuti & licèt maritus fideiussores dotis causa dare non cogatur, recusare tamen non potest, quin sua bona doti obliget. Qui fideiussores dare cogitur, subit aliquam satisdationis ignominiam, ut loquitur Vlpianus l.testamento datos. de testam.tut. In pignoris datione nihil est tale. Neq; tunc alterius personæ fides, fidei tuæ præfertur. Sanè creditor interdum fideiussorem mauult, q̃ pignus: quia hoc perire possit, & diligentem custodiam requirat. Plerũq; verò debitor dare pignus, q̃ fideiussores, facilius potest: & quia honestius est, mauult, quod intelligi etiam potest ex ea epistola, quam recitat Scæuola, l.pen. de pig. Est & illud memorabile, ꝙ Scipio princeps Corneliæ gentis, cùm empto fundo, vel filia data marito, sponsores ab eo solenniter poscerent, asinam cum pecuniæ onere produxit in forum, quasi pro sponsoribus præsens pignus, vt scribit Macrobius. Itaq; & Asinę cognomẽtum Corneliis, Scipiombus datum est. Verbum cautionis, tam ad pignora q̃ fideiussores refertur, satisdatio verò de fideiussoribus magis intelligitur. l.j. qui satisdare coguntur. Cùm itaque iussisset Prætor ita fieri collationem, ut rectè caueretur:

respon-

reſponſum eſt,rectè de collatione caueri & pignoribus & reis: hoc eſt, vrædiis prædibusve,vt veteres loquebantur.l.j.§.iubet. de collat.bonor.Hic itaque ſi quis pignora, q̃ fideiuſſores, dare malit,audietur.Sed prætoriæ ſatiſdationes perſonas fideiuſſorũ interuenientium deſiderant: neque in vicem ſatiſdationis pignoribus fungi quis poteſt,ut ait Vlpianus.l.7.de prætor. ſtipul. Fungi pignore dicitur,qui pignus dando ſatisfacit: ſicuti fungi collatione dotis dicitur, qui dotem rectè confert. l. 3. de colla. dot.Sed & cum edictum ut legatorum nomine caueatur, ſatiſdationem requirat,fideiuſſores magis eſſe dandos apparet.l.j.vt leg.no.cau.Si tamen pater ſit hæres, & filio eius ſit legatum ſub conditione,filiusq; emancipatus petat ſibi ſatiſdari,reſponſum eſt,melius eſſe per mediocritatem ita rem dirimere, ut ſatis ſit hypotheca rerum paternarum.l.7.vt lega.no.cau.Si cautio, quę accedit,nõ ſit idonea,nihil propterea decedere principali obligationi,ſatis conſtat.l.28.ſi cert.pet.Sed neque ipſius rei, quæ pignori datur,æſtimatio poteſt quicquam imminuere:non enim ex eius quantitate ęſtimatur quantitas principalis obligationis, quæ modo maior,modo minor eſt. Vnde cum tibi centum aureos mutuo roganti,eorum loco tradidiſſem equum, tanti ĩter nos communi conſenſu ęſtimatum:& tu mihi veſtem tuam pignori dediſſes,quæ non niſi octoginta fortè aureorum eſt: non poteris poſtea obtendere, equum ipſum pluris non fuiſſe, & eius ęſtimationem ad pignoris ęſtimationem reuocare. l.ſi pro mutua.C.ſi cert.pet. Dixi, ſolere tam hypothecariam q̃ fideiuſſoriam cautionem accedere & adiungi principi alteri obligationi:ut creditor poſſit eligere, an fideiuſſorem omiſſo pignore,an verò fideiuſſore omiſſo pignus conueniat.l.inter.§ creditor.de fideiuſſor.l.2. l.omiſſis. C. de fideiuſſor. Solet (inquam) vtraque eſſe acceſſio aliarum obligationũ. Fit tamen interdũ, vt fideiuſſor accedat pignori,uel pignus fideiuſſori. Nam & acceſſio acceſſionis in obligationibus eſſe poteſt. Interdũ fideiuſſor accipitur in id ſolum, quod ex pignore ſeruari non poterit. l.amiſſi. de fideiuſſ. l.omiſſ. C. de fideiuſſ. Atque id etiam aliqñ actum eſſe intelligitur, vbi tamen alioquì non eſt expreſſum. l.64.de fideiuſ.Sed & fideiuſſor fideiuſſoris eſſe poteſt.Ediuerſo, vt & pignus pignoris eſſe poteſt: ſic etiam à fideiuſſore, ut abs reo principali, pignus rectè dat̃. Immo verò tacitè quoq; aliqñ obligantur bona fideiuſſorum.Cæterùm ut fideiuſſor ita interuenire poteſt,ut ſolus obligetur:& alio liberato fiat reus principalis, & expromiſſor magis quàm fideiuſſor appelletur.l.4.de cond.cau.da.l.8.ad ſen.Velleia.ſic & res aliqua poteſt ita obligari,ut ſola & principaliter obligetur. Quæ conditio eſſe videtur prædiorum tributariorum. Nam in tributis non perſonas, ſed fundos obligari,reſcriptum eſt.l.Imp.de publican. Cicero contra Rullum,poſteaq̃ prædia libera ſeruis,ſoluta obligatis oppoſuit.immunia, ijs quæ penſitant, tertio loco tandem opponit. Differunt itaque & penſitantia prædia ad obligatis: & eſt penſitatio principalis quædam qualitas, ſicuti ſeruitus. Huiusque generis fuiſſe videtur & ille fundus,cui vectigal impoſitum fuiſſe, vt tricena annua millia penderet, narrat Plinius lib. 7. epiſt. ad Canìnium Rufum.

Diuiſio pignorum. Cap. III.

PRoximũ eſt, ut poſteaq̃ pignus in vniuerſum deſcripſi, & ab ijs q̃ uel ſimilia vel affinia uideri alioquì poſſent,diſtinxi:nunc exponam ſpecies pignorum,ſicuti definitioni diuiſio ſubiungi ſolet.Iuſtinianus primam hanc diuiſionem notat: Pignus aut eſſe conuentionale, aut Prætorium. Ait enim in l.ſecũda. C.de prętor.pign.duplum genus hypothecarum eſſe:vnum, quod ex cõuentionibus & pactis hominum naſcitur,uocaturque conuentionale:alterum,quod à iudicibus datur,diciturq; prætorium. Idem tamen Iuſtinianus l.j. C.commu.de lega. adijcere uidetur tertiam quandam ſpeciem hypothecarum,quam ait,nullo uerbo præcedente induci ab ipſa lege.Sed & Vlpianus cum loqueretur de pignore,quod iuſſu magiſtratus conſtituitur, adiecit, teſtamento quoque pignus conſtitui poſſe.l.26.de pig. actio. Sic quatuor eſſent genera pignorum.Ego, ut omnia complectar, dicere ſoleo,pignus aut volũtarium eſſe,aut neceſſarium.Voluntarium voco,qđ ex conuentione expreſſa uel tacita deſcendit: aut ex voluntate teſtatoris expreſſa quoque uel tacita. Neceſſarium, quod lex ipſa conſtituit, aut Prætor Iudexve capi iubet. De ſingulis ſpeciebus ſuo ordine videamus: & in primis de conuentionali, vt Iuſtinianus appellat.

De hypotheca ex conuentione. Cap. IIII.

CVm quæritur,quomodo pignus contrahatur, rectè reſpondemus,conſenſu contrahi. Nam & Vlpian.pignus refert inter conuẽtiones iuris gentium, quæ in ꝓprium nomen contractus tranſierunt.l.j.§.vlt.de pact. Ac licèt olim traditio pignoris ĩteruenire ſoleret,ut ſupra dixi, tamẽ & ſine traditione contrahi & conſtitui poſſe placuit. Itaque Papinianus ait,perſecutionem pignoris ſola conuentione cõſtituì. l.44.§.non mutat;de vſurpat. Vlpian. autem l.j.de pigno. actio. Pignus,inquit,contrahitur non ſolum traditione, ſed etiã nuda conuentione,etſi non traditum eſt.Caius quoque l.4.de pigno.ait,contrahi hypothecam per pactum conuentum,nec ad rem pertinere,quib.fiat verbis,ſicuti eſt in ijs obligationib. quæ conſenſu cõtrahuntur. Itaque nemo dixerit, ſtipulationem ad contrahendam hypothecæ obligationẽ eſſe neceſſariã, quanq̃ ad fideiuſſores obligandos plerunq; requiratur. l.blanditus. C. de fideiuſſ.Cum dicimus, traditionem hic non requiri, ſignificamus etiam eum cui res prius obligata eſt, eo potiorem eſſe, cui prius eſt tradita.l.creditor.§.vlt.q̃ pot.in pig.Cùm dicimus, ſtipulationem non eſſe neceſſariam,indicamus, & inter abſentes pignoris obligationem poſſe contrahi.l.12.§.j.de pign.Nam & per epiſt.vel nuncium conſenſus interuenire poteſt & conuentio.l.2.de pact.Sanè aliud eſt,pignori rem dare, & ita cõuenire:aliud,paciſci de re pignori danda,ſicuti aliud eſt, vendere: aliud, promittere uendere.Sed tamen etiam obligatur,qui promiſit dare pignus.Neque ſolum ex conſtituto tenetur, qui conſtituit ſeſe ſoluturum, ſed & ſi quis prius conſtituit pignus daturum. Nam tale conſtitutum, poſtq̃ vtilitas pignoris irrepſit, admitti ait Vlpianus l.14.§.j.de conſti.pec.

De hypotheca teſtamentaria. Cap. V.

COnuentionali pignori rectè nunc adiungemus teſtamentarium. Vt enim illud duorum conſenſu ꝯhitur', ſic vnius uoluntate hoc conſtituitur. Teſtamento pignus conſtitui,dixit Vlpianus l.26.de pignor.act.Et alio loco meminit agri in alimenta legata, teſtamento obligari.l.8. §.idem eſt.de tranſact.Paulus quoque meminit teſtatoris, qui cum alimenta libertis legaſſet,poſteriore teſtamẽto cauit,obligatos eis eſſe ob cauſam fideicommiſſi certos fundos: huncque teſtatorem pignoris iure prædia talibus verbis obligaſſe reſpondit. l.12. de annu. leg. Sed & Papinianus l.fundus.de annu.leg. mentionem facit cuiuſdam fundi,quem paterfa.legatorum nomine,quæ in annos ſingulos reliquit,pignori eſſe uoluit.Deniq; Iuſtinianus l.j.C.commu.de lega.Hoc,inquit, iure noſtro increbuit,licere teſtatori hypothecam rerum ſuarum in teſtamẽto, quibus voluerit dare. Et quis tandem id fieri poſſe mirabitur,q meminerit,dominia quoque rerum transferri poſſe ſola teſtatoris voluntate? Immo verò qui cogitabit, etſi teſtator nihil de hypotheca dixerit, tamen hypothecam tacitam naſci? Quod nunc latius dicendum eſt.

De tacitis hypothecis. Cap. VI.

NOn ſolum expreſſa conuentione, ſed & tacita pignus contrahitur.Iuſtinianus l.vna.C.de rei vxo. act.In multis,inquit,iuris articulis tacitas hypothecas ineſſe accipimus,de his ergo videamus.Pau.l.4.de pact.ait:qa pacta etiam tacitè valent,placere,in vrbanis habitationibus locandis inuecta & illata pignori eſſe locatori, etiam ſi nihil nominatim conuenerit.In hac ſpecie nulla verba ſunt, quæ ita conueniſſe ſignificent.Sed ex re ipſa, hoc eſt, illatione, & talis conuentionis conſuetudine conijcimus, ſubeſſe tacitam aliquam huius generis obligationem. Eo,inquit Neratius, iure vtimur, vt quæ in prædia vrbana inducta & illata ſunt, pignori eſſe credantur: quaſi id tacitè conuenerit.l.4.in quib.cauſ. pig.tac.Sanè Martialis lib.12.Epigram.

O Iuliarum,inquit,dedecus Calendarum.
Vidi Vacerra ſarcinas tuas: vidi,
Quas non retentas penſione pro bina.

Portabat vxor. Sed vt rem hanc paulo diligentius explicemus, magna olim Romæ turba & multitudo erat pauperũ inquilinorum,atque (vt Iuriſconſulti etiam loquuntur) cœnaculariorum,qui in alieno & conducto habitabant, neq; præter neceſſariam & curtam ſupellectilem quicquam habebant,vtpotè opifices,qui manu & artificio quotidiano victum quæritabãt. Qui ijs, ignotis alioquì & peregrinis, ędes aut cœnacula locabant,ut ſibi cauerent,ſolebant paciſci,vt inuecta & illata ſaltem pignori eſſent pro mercede habitationis,ſeu penſione.Nam & Romæ magnum hoſpitium quoque miſerabile conſtabat, ut Iuuenalis ait,& penſio tamen non niſi calendis Iuliis,finita iam locatione,ſolui ſolebat. Non ſolebant itaque domini ijs locare ſine aliquo pignore. Pignus eſſe ſolebat ipſa ſaltem ſuppellex. Hoc cum in more eſſet, & eſſet etiam iuſtum, vt occurreretur ingratorum hoſpitum perfidiæ,& locatoribus cõſuleretur,placuit: vt haberetur pro cauto & conuento, etſi fortaſſe in locatione expreſsum non fuiſset.Nam & quæ moris & conſuetudinis ſunt,etſi de his nihil nominatim cautum ſit,tñ ex fide bona habentur pro expreſſis.l. quòd ſi nolit. §. quia aſſidua. de ędili. edict.Fateor equidem generali hypotheca non comprehendi ſupellectilem, quam veriſimile non eſt aliquem obligare voluiſſe.l.6.de pig.Sed in propoſito veriſimile eſt, de eius obligatione

Source : BIU Cujas

tione actum fuisse,& hanc veluti conditionem locationis fuisse. Hoc ius non nisi in vrbe, hoc est, Romæ,pp eam,quam dixi, causam receptum est,vt moribus erat introductum,& hoc exẽplo deinde Constantinopoli : vixq; tandẽ in prouincijs. Sancimus (inquit Iustinianus) de inuectis à conductore rebus & illatis,quæ Dño pro pensionibus tacitè obligantur, non solum in vtraque Roma & territorio ius hoc locum habere,sed etiam in nostris prouincijs. Tali enim iusta præsumptione etiam omnes nostros prouinciales perpotiri desideramus. l. vlti. C. in quib. caus. pign.tac.Sed & cum olim Romæ multi exercerent cœnacularium,nec tam ipsi inhabitarent domos,quas conduxerant, in easve aliquid inferrent,q̃ aliis per partes iterum locabant,placuit,secundi quoque conductoris res tacitè obligari domino, primo locatori, saltem quatenus esset pensio ipsius cœnaculi, perinde atque si dñs ipse vtrique locasset, & secũdus nõ minus à domino, quàm abs priori conductore cœnaculum haberet. Itaque & dño rectè soluit, vt & eatenus liberetur, perinde atq; si soluisset ei à quo conduxit. Nam & ei prodest solutio. Rectè itaque Vlpianus l. 11. §. soluram.de pignorat.actio. Si,inquit,domum conduxeris,& eius partem mihi locaueris,egoq; locatori tuo pẽsionem soluero,pignoratitia aduersus te potero experiri. Nam Iulianus scribit, solui ei posse. Planè in eam duntaxat summam inuecta mea & illata tenebuntur,in quam cœnaculũ conduxi. Non enim credibile est, vt ad vniuersam pensionem insulæ friuola mea teneantur. Videtur autem tacitè & cum domino ędium hoc conuenisse, vt non pactio cœnacularij proficiat domino,sed sua ppria. Hæc Vlpianus. Cuius postrema verba continet quandam anthypophoram. Nè obijciat cœnacularius,sese cum domino nihil conuenisse,neque ex alterius ꝑctu ius ei quæsitum esse, Vlpianus respondet,dñm ex sua conuẽtione potius id habere:quasi cum locaret priori, secundo etiam locauerit. Friuola constat apud Latinos dici,vilem supellectilem, qualis esse solet eorum qui in cœnaculis habitant. Cœnaculũ autem propriè appellari superiorem partem domus siue insulæ. Cœnacularium luriscõsulti vocant,non solùm locatorẽ, sed & conductorem cœnaculi,sed & pensionem cœnaculi cõducti,vt solarium,quod pro solo penditur,cœnacularių neutro genere appellant,& ita in proposito Vlpiani locum quidam accipiunt. Cœnacularium certè exercere dicuntur, qui cœnacula locare solent. l. si verò. §. idem erit.& §. sed & si de his qui deiec. vel effude. Sed quid si cœnaculum gratis inhabitem? Pompon. l. 5. in quib.caus.pig.tac.ait,si gratuitam habitationem cõductor mihi præstiterit,inuecta à me domino insulæ pignori non esse. Certè dominus plus iuris habere non debet in me, quàm is qui cœnaculi habitationem mihi concessit. Quid si dominus ipse non locauerit domum,sed gratis inhabitandam alicui tradiderit? Certè cum nulla hic merces aut pensio debeatur,nulla eius nomine esse potest tacita hypotheca. Sed obseruandum est, ius istud taciti pignoris etiam dari,si domus deterior facta est. Magna est profecto causa,cur faueamus domino, debitam pensionem ædium exigenti. Sed non minus adiuuari debet,cũ damnũ ędibus datum iniuria persequitur. Iustinianus existimauit non minus fauorabilem esse pensionis illius exactionẽ,q̃ rei depositæ repetitionem. Nam in Nou. constit. 88. eodem modo eos coercet,qui vel illius solutionem, vel huius restitutionẽ aliqua denũciatione temere interturbant. Sed damni iniuria dati,præsertim ędibus,quas sartas tectas reddi æquissimum est, quæstio non minus,q̃ pensionis exactio,digna fauore est. Itaq; Pomponius l. 2. in quib.cau.pig.tac. fatetur quidem ex locato esse actionem,si culpa sua inquilinus deteriorem domum fecerit,sed nihilominus hoc nõie teneri inuecta & illata. Hẽt & dñs actionẽ locati,vt pensionem petat. Sed nihilominus hẽt hypothecariã. Illa in personam, hæc in rem est, & hæc illius tantum accessio quædam est,maioris cautionis causa. Porrò cum dicimus inuecta & illata teneri,res intelligimus ita inuectas aut illatas, ut satis appareat illatas fuisse,vt in prædio essent, atq; manerẽt cum inquilino. l. 7. §. j. in quib.cau.pig.tac. Id autem ex qualitate & cõditione ipsarum rerum æstimari facile potest. Quid igit̃,si inquilinus res alienas intulerit? Nam & sæpè vtitur aliena supellectile. Respondeo, dominum eas nihilominus repetere semp posse. Nã neq; expresso pignore teneri & obstringi res aliena posset. Quid autem, si inquilinus ipse efferre velit nec pensionem tñ soluat? Si appareat pignoris causa intulisse, etsi pignus nõ valeat,tñ aduersus eum retentio competit. Si verò simpliciter intulit rem alienam,vt alienam,nulla retentio est. l. j. §. pen de migran. Quid si rem suam,quam intulit,& tacitè obligauit,deindè abalienet? Abalienat obligatam : nam ius pignoris eam sequit̃. Alia tñ est causa mercium. Si taberna generaliter obligata sit, merces,quæ ea continentur,obligari fatetur Scęuola:sed significat tñ vendi posse, & venditione liberari:illas verò quæ earum loco reponuntur,obligari. l. 33. de pig. Nempe mercium ea conditio est,vt sæpè mutentur,distrahantur, reparentur:& nihilominus eadem veluti vniuersitas conseruetur.eadem itaq; & cõditio est obligationis earum, nè impediatur negociatio. Si tñ locator iure sui pignoris, mercib. quibusdam manum iniecerit, easq; veluti incluserit, vt specialiter iam obligatas teneat, certè merces esse desinunt:& si deinde vendantur,obligatæ manent. Hæc tam manifesta mihi videtur, vt longiori probatione opus non habeant:tantoq; propterea magis miror,eruditum authorem Commentariorum iuris ciuilis hæc non satis discernere. Sed adijciam tñ confirmationis cã quippiam,quod & huius loci est,& est tñ ab aliis interpretibus parum animaduersum. Vlp. l. pen.in quib.caus.pign.tac.ait esse differentiam obligatorũ pp pẽsionẽ,& eorum quæ est cõuentione manifesta pignoris noïe tenentur:qa manumittere mancipia obligata nõ possumus:inhabitantes aũt manumittimus,scilicet anteq̃ pẽsionis noïe præcludant̃. Tũ n. pignoris noïe retenta mancipia nõ liberabimus. Hic obseruanda duo sunt. Primũ,differentiæ, quã notat Vlpianus,cãm non esse,q̃ aliud sit pignus tacitũ,aliud expressum,sed potius,q̃ aliud sit gñale,aliud speciale. Cũ tacitè obligantur inuecta & illata ab inquilino, non est specialis hypotheca vnius alicuius rei,sed cuiusdã potius vniuersitatis. Cũ aũt locator manum iniicit certis quibusdam rebus illatis & inuectis,tunc veluti nouo & speciali pignore rursus eas sibi obstringit. Iã verò fauore libertatis illud singulariter placuit, vt gñalis hypotheca non impediat manumissionẽ serui : specialis tñ eam impediat, l. 2. & 3. C. de seruo pig.da. l. licet.in quib.caus.pig.tac. Sed cũ dicimus,singulari iure hoc tribui libertati,vt inquilinus nõ prohibeatur seruum manumittere,prius q̃ locator manũ ei iniecit:satis apparet,res alias ab inquilino liberari abalienando non posse. Quæ autẽ manus iniectio vel inclusio facit,ut & serui manumissio impediatur, facit etiam, ut merciũ distractio libera esse desinat. Postremò singulare religionis eius est,pp fauorabilem funeris causam,q̃ Pomponius l. 14. §. j. de relig.& sumpt. fu. ait, si colonus vel inquilinus mortuus sit, ex inuectis & illatis eum funerandum esse:& si quid superfluũ remanserit,pro debita pẽsione teneri. Quod de colono dicit,significat,ne expresso quidẽ pignore funus impediri. Neratius. l. 2. in quib. caus. pig. tac. posteaq̃ dixit eo iure nos vti,vt quæ in prædia vrbana sunt inducta aut illata,pignori esse credant̃,quasi tacitè id conuenerit: adiecit,in rusticis prædiis ꝯ obseruari. Quid igitur in his obseruatur? Magna certè interpretum vel inscitia vel impudentia fuit, qui idem obseruari dixerunt,& discrimen toties tamq̃ diserte in libris Iuris ciuilis traditum aut non viderunt, aut supprimere voluerunt. Sed quid in rusticis obseruetur,videamus. Pomp. l. 7. in quib.caus.pig.tac.ait in prædiis rusticis fructus, q̃ ibi nascuntur,tacitè ītelligi pignori esse domino fundi locati,etiam si nominatim id non conuenerit. Hic certè idem obseruari videtur in rusticis,quod in vrbanis,& vt dictum est,secundi quoq; conductoris res tacitè obligari, sic est responsum, obligari fructus domino,siue percipiantur ab eo cui dñs locauit, siue ab alio q̃ à primo colono conduxit. l. 23. §. si colonus. l. 35. loc. Sed vt aliæ res colonorum obligentur, necessaria est expressa conuentio. l. potior. §. si colonus.qui pot.in pig. l. j. de Sal. interd. Ac si colonus,qui ita conuenit nominatim locet deinde alteri fundũ, res posterioris conductoris domino non obligantur sine alia conuentione. l. 23. §. si colonus. Loc. Sed cur in rusticis non idẽ obseruatur,quod in vrbanis? Certè quæ cã fecit,vt ab inquilinis inuecta & illata obligentur,in colonis non habet locum: & verò rursus in his aliquid est ediuerso, quod omnem taciti pignoris cõiecturam tollat. Vt qui locant ędes, cauere sibi solent pignoribus rerum illatarum:sic qui locant agros,pignorib fructuum. Nam & fructus propriè res sunt, quæ in prædia rustica inuehi solẽt,cum & hæc prædia non tam habitationis,q̃ fructuum seruandorum causa habeãtur. Vtrunque pignoris genus tacitè seruatur ex bona fide. Sed vt præterea obligentur,quæ fortasse coloni intulerint,nulla ratio est. Nã neq; id dñi exigere solẽt,neq; coloni concedere. Nec deniq; concedi facile posset sine aliquo Reip. incõmodo. Tota propè colonorũ supellex,si qua in prædijs rusticis sit,est rerum ad rem rusticam & agriculturã pertinentium:quas res non temere pignori abstringi, postea dicam. Illud nunc teneamus,qđ dico:Solent in p̃dia rustica inferri fructus, & horum nomine illa conducuntur, & ij solent esse non minoris pretij q̃ pẽsio. Sit igitur dño satis,eos habere obligatos. Si non fructuum cã prædium habeatur, iam certè pro vrbano habebitur:vt inuecta & illata obligentur domino, cui cautum alioquì non esset. Sed vbi fructus sunt, eorum hypotheca contentus dominus sit. Certè de aliarum rerum, q̃ quæ inferri solent,pignore vel cogitatum,uel tacitè actum esse, dici nõ põt. Superest vt intelligamus,quid sibi Alexander voluerit,cum rescripsit,certi iuris esse,ea quæ voluntate dñorum,coloni in fundum īduxerint,pignoris iure teneri. Cùm autem domus locat̃, non esse necessariam in rebus inductis scientiam domini. l. 5. C. de locat. Non est dubium, voluntatem & scientiam hic eodem modo accipi,vt & alibi sæpè. Hic autem accipi ꝑ expressa conuentione de pignore,iuris ratio monet. Sed quid,si tantùm conuenerit nominatim, vt colonus certas res inferret, neq; de earum pignore expressum præterea sic quicquam? Certè cum dominus ait,velle se vt colonus eas inferat, & ea conditione locat:non obscurè videtur de earũ pignore conuenire. Quorsum enim

Source : BIU Cujas

enim alioquì id paciſcitur? Cùm igitur ſatis appareat hoc actũ eſſe, placet, quod quidam ſentiunt, tali conuentione contineri pignus. Secundum taciti pignoris genus commodè nunc adijciam, quod Vlpianus notat l. 13. §. qui impleto. loc. ait, colonũ, qui impleto conductionis tempore remanſit in conductione, in annum ſaltem proximum reconduxiſſe videri: eandemq; pignorum obligationem durare, vt quemadmodum taciturnitate, veluti cõſenſu vtriuſque, domini & coloni, renouatam eandem conductionem exiſtimamus: ſic & pignora quæ prius nominatim contracta erant, tacitè repetita videantur. Nam & alioquì non omnino eadem eſſet renouatæ huius conductionis conditio, quæ prius fuit. Interdum expreſſa quidem eſt conuentio, ſed confirmatio quæ neceſſaria eſt, non exprimit. Itaq; Martianus l. 5. §. vlt. in quib. cauſ. pig. tac. inter tacitas hypothecas refert, ſi cum ego rem tuam obligaſſem creditori meo, tu pro me fideiuſſeris. Nam eo ipſo q̃ fideiubes, videris etiã approbare rei tuæ obligationem: vt & quod tu præſtabis, res quoq; tua præſtet. Sic apud Modeſtinum, cùm pater rem filii ſui pignori daret, & filius à patre rogatus conſcripſiſſet inſtrumentum pignoris, intelligitur filius conſentire obligationi, propterea q; pignus valet. l. 26. §. pater. de pignorib. Porrò cum conueniſſet, vt tu rem meam diſtrahere ſiue vendere poſſes, reſpondit Papinianus, pignus intelligi contractum. l. 4. §. vlt. qui pot. ĩ pig. Sicuti ediuersò, dixit rem diſtrahi non poſſe, cum ſignificaret, pignori obligatam non eſſe. l. j. §. ſeruo. de pigno. Qui ius habet pignoris, ius diſtrahendi habere ſolet. Itaque conuentione diſtrahendi illud includitur, quod præcedit, nempe ius pignoris. Neque tamen, vbi verba ambigua ſunt, vel obſcura, temere interpretari debemus, pignoris obligationem ſignificari. Cũ Titius promiſiſſet ex ſuo fundo dare centum modios, fundumq; deinde vendidiſſet: negauit Scæuola, emptorem teneri. l. vlti. §. vlt. de contrahen. emp. Sic profecto negauit fundũ fuiſſe obligatum, non teneri emptorem actione perſonali ex tali promiſſione, nemo dubitat. An teneretur hypothecaria, quaſi fundum obligatum poſſideret, quæſitum eſt. Negat Scæuola: quia nulla fundi huius ſit obligatio. Vt autem ex conuentione non ſolum expreſſa, ſed & tacita pignus cõſtituitur: ſic etiam ex vltima voluntate, aut eius coniectura. Solebant olim teſtatores cum aliquid legarent, quo magis legatario cautum eſſet, reliquas illi res ſuas hoc nomine teſtamento nominatim obligare. Papinianus ait, Legatarios in ea tantùm parte, quæ de bonis ſeruari poteſt, habere pignoris cauſam. l. 4. de ſeparat. Intelligit, prius deduci ęs alienum, ſed non exprimit, an in reliquis bonis habeant ius pignoris, etſi expreſſim datum illis teſtamento non ſit. Certè non exiſtimo, id temere ijs tacitè dari, Iuriſconſultis placuiſſe. Sed cum nouum non eſſet, ut liberalis interpretatio vltimæ voluntatis fiat, & multa quæ expreſſa non ſunt, tamen ex cõiectura intelligantur. Iuſtinianus ſtatuit, vt & ſi teſtator de hypotheca nihil nominatim cauiſſet, tamen intelligeretur, ei, cui quid legat, obligaſſe eo nomine omnia ſua reliqua bona, quæ ad eũ, à quo legat, ex teſtamento peruenirent. l. i. C. comm. de leg. Nõ igitur obligatæ intelliguntur aliæ res vel hæredis, vel eius qui legatum præſtare debet, ſi eas aliunde habeat, quamq̃ propter moram non præſtantis legatum ſuo tempore, miſſio fieri poſſit in poſſeſſionem omnium eius bonorum. l. certa. C. vt ĩ poſſ. leg. Sed & ſi ab hærede res duas duabus ſeparatim teſtator legauerit, non videbitur, quod vni legat, alteri obligatum pignori eſſe uoluiſſe. Id ex eo colligo, quod Hermogenianus l. ſi fideicommiſſ. vt in poſſeſ. lega. reſpondit, ſi legatorum ſeruãdorum cauſa miſſus in poſſeſſionem teneas rem, quæ mihi eſt relicta: ęquius eſſe, me eam habere, cui eſt relicta, quàm te, qui alterius legati nomine ingreſſus in eam es. Illud porrò ſingulare habet tacita hypotheca ex teſtamento deſcendens, quòd eam Iuſtinianus inter hæredes diuidat, & ſicuti & inter hæredes plures diuiditur ipſa in perſonam actio, quo legatum petitur. Non enim ſinguli tenentur, niſi pro qua parte hæredes ſunt, ſi in perſonã agatur. Pro ea itaque parte etiam tantum obligabuntur, quæ ad hæredes præterea peruenerunt: cum tamen alioquì actio hypothecaria indiuidua eſſe ſoleat, & in ſolidum detur etiam aduerſus eum, qui partem rei obligatæ poſſidet. Sed vidit Iuſtinianus hypothecam, de qua nunc agimus, non tam hæreditariam eſſe, quàm rebus iam diuiſis inter hæredes primum imponi: & cum iis ſimul diuidi, quando conſtituitur. Non diſſimilis eſt diuiſio pignoris in l. 2. C. de debi. ciuit.

De pignore legitimo. Cap. VII.

DIximus de duobus pignoris uoluntarii generibus, cõuentionali & teſtamentario, ſiue expreſſim ſiue tacitè conſtituantur. Proximum eſt, vt de neceſſario dicamus, quod vel legitimum eſt, vel prætorium. Legitimum nunc appello, quod lex ipſa introducit, inuito etiam domino. Nam etſi interdum tacitè id ſubeſſe interpretetur; quia dñs non noluiſſe uideatur, tñ id ab eius uoluntate pendere nõ patitur. Tacitum dici quoq; põt: ſed legitimum nunc appello, vt magis illuſtretur. Huius generis ſpeciem primam eſſe dicam hypothecam illam, quam Iuſtiniani conſtitutio introduxit dotis cauſa, uel dandæ, quæ promiſſa eſt: vel reſtituendæ ſuo tẽpore, ſi data fuerit. Solebat certè olim hęc cautio nominatim adijci dotalibus inſtrumentis; tantoq; propterea magis Iuſtinianus ſeſe eam habere pro adiecta interpretatur, præſertim cũ & fide bona in dotis cã verſandum ſit. Verum & illa ratio iuſtiſſima fuit, q̃ nimis iniquum indignumq; ſit, aut dotẽ promiſſam nõ dari, aut datam amitti. Damus (Inquit Iuſtinianus) ex vtroq; latere hypothecam, ſiue ex parte mariti pro reſtitutione dotis, ſiue ex parte mulieris pro ipſa dote præſtanda, & pro rebus dotalibus cuictis, ſiue ipſę principales perſonæ dederint dotes, vel promiſerint, vel ſuſceperint, ſiue aliæ pro ijs: & ſiue dos aduentitia, ſiue non aduentitia ſit l. vna. §. & ut plenius. C. de rei vx. act. Primum ergo marito, cui dos promiſſa eſt, tacitè hoc nomine obligantur bona promittentis, donec dos detur. Singularia pro fectò multa ſunt præcepta dotis non ſolum cõſtitutæ, ſed & cõſtituendæ cauſa. Singulare illud certè eſt, q̃ dictio dotis, pro promiſſione habeatur, & nuda pactio pro ſtipulatione. l. ad exigendam. C. de iure dot. Alterum nunc priuilegium eſt, q̃ & ea obligatio ſuã habeat hypothecam. Ediuersò ubi dos data eſt, quemadmodum eius ſuo tempore reſtituendæ ſtipulatio ſemper interueniſſe fingitur, ſic & eo nomine, mariti, qui dotem accepit, bona obligari pignori intelliguntur. Iuriſconſulti in Pandectis meminerunt & mulieris, & alterius pro muliere dotem dãtis, ſimulq; hoc nomine pignus accipientis. l. 7. §. ſi vxor. de donat. inter vir. & vxor. l. j. qui pot. in pig. Quo exemplo & fideiuſſorẽ pro dote abs marito rectè poſſe dari, pleriſq; placet. Imperatores tñ ei remiſerunt neceſſitatẽ huius ſatiſdationis. l. vnica. C. ne fid. dot. den. Sed Iuſtinianus hypothecam tanto magis adſtrinxit, & ſemper ſubeſſe interpretatus eſt, neque ſolum dotis ipſius nomine, ſed & τῶν παραφερνῶν, vt ſi præter dotem mulier marito nomẽ aut cautionem dederit, maritus, quod exegerit, etiam reſtituat, & interea eius bona tacitè obligata propterea ſint. l. vlt. C. de pac. conuen. tam ſup. dot. Hic ergo duas tacitas hypothecas habemus, ex parte ſcilicet viri, & ex mulieris parte. Sed vbi dos repetitur abs muliere, vel eius hærede, hypotheca altero quoque priuilegio ſubnixa eſt. l. aſſiduis. C. qui pot. in pigno. Quod ſuo poſtea loco latius dicam. Iuriſconſulti non niſi perſonale priuilegium exigendi tribuerant mulieri. Sed vt maior meliorq; eſſet cautio, acceſſit Iuſtiniani beneficium hypothecarium. Secunda legitimi pignoris taciti & neceſsarii ſpecies, ſuperiori non diſſimilis eſt, q̃ tutoris bona pro adminiſtratione pupillo tacitè obligentur. Pupillo in hac cauſa conſtat olim datum ſuiſſe priuilegium exigendi. Sed altera cautione opus erat. Cum autem multis tutoribus ſatiſdatio facile remitteretur, ut non darent fideiuſſorem, rem pupilli ſaluam fore, ſaltem retinenda fuit altera in rem cautio hypothecaria. Demoſthenes κατ᾽ ὀνήτ. non obſcurè ſignificat, moris olim fuiſſe apud Athenienſes, vt & vxoribus pro dote, bona maritorum, & pupillis tutorum obligarẽtur. Idem agnoſco fuiſſe in moribus ueterum Comanorum. Sed quid ſi nominatim nõ acceſſerit huius obligationis cautio? Certè Iuriſconſulti vxoribus non dabant iuſta citæ hypothecæ. Huius enim beneficii primus author fuit Iuſtinianus. Pupillis tamen & eorum hæredibus dediſſe videntur, & ſingulari etiam interpretatione conſeruaſſe. Id vulgo non ſatis animaduertunt: quia Scæuolæ reſponſum, ex quo id colligi poteſt, alio detorquent. Cum pupilli hæres cũ hærede pupilli tranſegiſſet, & eius reſiduæ quantitatis, quæ debebatur, pignus nominatim accepiſſet: reſpondit Scęuola, in ueterem contractum iure res obligatas eſſe. l. vlt. in quib. cauſ. pig. tac. His uerbis Scæuola ſignificat, pignus aliquod tacitum prius fuiſſe, illudq; durare, ſicuti & veterem obligationem tutelæ. Nihil enim tranſactione noua peremptum eſſe, quia nondum ea impleta ſit, hoc eſt, reſidua aut reliqua quantitas adhuc debeatur: nec ſit perſoluta, licèt eius nomine pignus datum ſit. Vtilius itaque eſſe ſentit, veterem obligationem cum veteri ſua hypotheca retinere. Ineptũ eſt, quod Accurſius interpretatur iure res obligatas manere: ut earum retentio tamen ſola competat, ſicut ob chirographariam pecuniam retinentur. Id hoc loco ineptè dici, alij quoque viderunt. Verùm hi alia reprehenſione digni ſunt, q̃ non videant Scæuolam loqui de veteri pignore: ſed confingãt nouam hic quandam hypothecam, occaſione tranſactionis tacitè competentem: quaſi quicunque tranſigit, eo ipſo bona ſua obligare intelligatur, donec præſtiterit quod conuenit. Multò certè probabilius eſt, tutoris bona fuiſſe obligata, quia tacitè quoque obligentur pro adminiſtratione. Quod certè Conſtantinus ita confirmat, vt ius vetus potius q̃ nouum tradere intelligat. l. pro officio. C. de admin. tut. Pro officio, inquit, adminiſtrationis, tutoris vel curatoris bona, ſi debitores exiſtant, tanquàm pignoris titulo obligata, minores ſibimet vindicare minimè prohibentur. Idem eſt, etſi tutor vel curator res minorum non adminiſtrauit. Quid igitur, ſi tutor bona ſua vendiderit? Et ſi in fiſcum transferantur, cum ſua cauſa transferuntur, & in pignoris ea ſequetur, ut Seuerus Imp. reſcripſit. l. vna. C. rem alie. ger.

Seuerum

Source : BIU Cujas

Seuerum cum hic nomino, rursus confirmo, quod paulo ante dixi, Iuriscōsultorum nostrorum tempore receptam fuisse hāc tacitam hypothecam. Illud præterea magis singulare est, quod Theodosio placuit, si mulier susceptа liberorum tutela, iterum nubat, priusquam aut ijs tutorem petierit, aut reliqua persoluerit, ipsius quoque mariti bona ijs tacitè obligari. l. penult. in qb. caus. pigno. tac. l. 2. C. quando mult. tut. offi. De rebus, quæ pupillari pecunia ab aliquo emptæ, pupillis tacitè saltem obligantur, dicam postea: nunc magis huius loci est, quod Iustinianus statuit, l. cum oportet. §. non autem. C. de bonis quæ lib. si pater in administratione bonorum aduentitiorum filijsa. aliquid malè gesserit, bona paterna hoc nomine, saltem vt patre mortuo impeti possent, tacitè obligari, & quidem obligata intelligi abstpe susceptæ administrationis, quod & de bonis tutoris dici potest. Sed & si pater vel mater secūdas nuptias contrahat, oīa eius bona filiis ex priori coniugio susceptis tacitè obligari ad lucra ijs conseruanda, quæ ex prioribus nuptijs descendunt, constitutū est l. hac edictali. §. pen. l. si quis prioris. §. pen. & vlti. C. de secun. nup. Porrò rescriptum est l. 4. C. in quib. caus. pig. tac. satis notū esse, & ratione constitutum, non solum bona primipilorū obligari fisco, sed & mulierum, quæ ijs nuptæ sunt, dotes. An id satis nunc notum sit, nescio. Certè qua ratione sit constitutū, adhuc quæritur. Est enim valde nouum & singulare exemplum taciti pignoris legitimi, cui quidem & dos ipsa submittatur. Audio equidem ꝙ alio loco traditum est, vtilitatem publicam præferendam esse priuatorum rationibus: vt probetur, prius fisco satisfaciendum esse ob causam primipili, q̄ doti. l. 3. C. de primip. Sed quænam illa publica ratio hic sit, rurius quæritur. Primipilum facile ītelligimus, legionis fuisse veluti principem. Scribit autem Victruuius de re mili. lib. 2. c. 8. eum tanq̄ caput, consecutum esse totius legionis merita & præmia. Itaque & Papinianus meminit commodorum ex ratione primipili. l. 23. de adimen. lega. Fortasse ad eius quoque curam pertinuit diuisio militaris annonæ inter milites distribuendæ: quam vt melìori fide eroga ret, placuit, vt si aliquid interuerteret, & eo nomine fisco esset obnoxius fiscus posset non modo pignoris iure in eius bona manum inijcere, sed & si vxorem habeat, in res dotales. Solet dos quidem seperari publicatis mariti bonis. Sed in hac causa confunditur, saltem in subsidium Reliqua tñ vxoris bona, veluti receptitia, seperātur. Sic enim accipio illud Antonini Imp. ad Eutropiam. Si bona mariti tui ob reliqua administrationis primipilarię à fisco occupata sunt: res, quas tuas esse liquido probaueris, ab aliis separatæ tibi restituātur. l. j. C. de priuil. fisc. Sanè quæcunque fuerit hæc administratio primipilaria, hoc etiā hēt singulare, vt ex ea filii teneantur, etsi hæredes non sint patris sui primipili, l. 4. C. de primip. Si vllum est frequens pignus tacitum & legitimum, est illud, quod fisco tribuitur. Hermogenianus ait, fiscum semper habere ius pignoris. l. 46. § fiscus. de iure fisci. Hoc verè dicitur, si fisco ita aliquid debeatur, vt nec damnū accipiat potius, q̄ ne lucrum consequatur, is laboret. Paulus ait l. 2. de reb. eor. qui sub tut. Si pupillus a fisco emat, dubitationē nō esse, quin ius pignoris saluum sit. Sed & Antoninus Imp. l. 2. C. in quib. cau. pig. taci. rescripsit, certum esse, eius qui cum fisco cō trahit, bona ueluti pignoris titulo obligari, quamuis specialiter id non exprimatur. Idem loquens de eo, cui fiscus vectigal locauit, ait, hoc pacto vniuersa quæ conductor habet, habuitve eo tpe, quò ad conductionem accessit, pignoris iure fisco teneri. l. 3. C. de priuil. fisci. Denique in l. j. C. in quib. caus. pig. tac. scribit, vniuersa bona eorum qui censentur vice pignoris, tributis obligata esse. Ego verò tributaria prædia huc no referam: quia non simpliciter pignori tenentur, sed pensione potius onerata principaliter sunt. Itaque & Cicero contra Rullum, prædia pēsi tantia ab obligatis discernit, distinguitq̄. At si capitatio debeat, rectè dicemus, eius causa obstringi pignore omnia bona capitecensi. Certè Cicero Verr. 5. loquens de decumis, Publicanum vocat pignoratorem. Cæterum si ꝑp delictum fisco mulcta aliqua debeatur, in eius pœnæ persequutione fiscus iure cōi vtet: tantum abest, vt tunc vllum habeat ius hypothecæ tacitę. l. 37. de iure fisci. l. vna. C. pœn. fisc. cred. præfe. Rectè itaque Vlpianus dixit, esse quosdam casus, in quibus fiscus hypothecas non habeat. l. rescriptum. de pact. Porrò Martianus l. 10. ad Municip. Si mile (inquit) priuilegium fisco, nulla ciuitas habet in bonis debitoris, nisi nominatim id à principe datum sit. Sic Antoninus Imp. ait, cām Reipub. non seperari à cæteris creditoribus, qui habent personalem actionem, si neque beneficio sibi cōcesso ius pignoris nacta est, neque specialiter ī obligatione pignoris sibi prospexit. l. 2. C. de iure reip. Sanè rempub. Roman. habuisse ius pignoris, sicuti fiscum principis id habere dixi, non dubito: tametsi olim sępius fiebat, vt populo expressim caueretur prædibus & prædiis, vt anteà etiam annotaui. Ac respublica quidem propriè dr ipsius Vrbis: cum ciuitates aliæ, loco priuatorū magis habeantur, vt ait Caius l. 16. de verb. sig. Itaque & de Repub. Romana rectè accipietur, qd Paulus simplr ait, Remp. creditricem omnibus chirographariis creditoribus præferri. l. pen. §. j. de reb. auth. iud. possid. Nam & si alias Respublica aliarū quoq; ciuitatum eodem iure vti dicatur, quo vtitur pupillus. l. 3. C. de iure Reipub. tamen ciuitates non habent ius pignoris, sicut pupillus. neque temere est, ꝙ Præsides iubentur, cum earum pecuniā credunt, de pignore expressim conuenire. l. si bene de vsur. Verùm multis ciuitatibus singulari & speciali Principum bñficio tributum olim fuit ius pignoris, sicuti & priuilegiū exigendi: vt hoc priuilegio præferri possent omnibus chirographariis creditoribus, illo iure etiam in rem agerent. Plinius in Epist. ad Traianum Imp. quod exigendi priuilegium vocant Iuriscōsulti, πρωτοπραξίαν appellare videtur: multisq; scribit ciuitatibus datum fuisse, multas etiam consuetudine quadam id esse consecutas, & lege veluti sua sibi sumpsisse. Sed de pignoris iure, quod maius est, nunc quærimus. Certè illud rectè curant ciuitates cū altero coniungi: neque qui illud habent, hoc amittunt. l. Antiochensium de reb. auth. iur. poss. Sed nè nihil in vniuersum ciuitatibus tributum hic esse videatur, Cōstantinus ciuitatibus oīb. mutuam pecuniā credentibus concessit ius aliquod veluti medium inter ius pignoris & priuilegium exigendi: proprius tñ accedens ad ius pignoris, & exigendi priuilegio maius. Statuit eñ Constantinus, vt si ciuitas mutuam pecuniam crediderit, & debitor soluendo esse desinat: debitoris huius bona in alios iam translata, quodammodo teneantur, ut possessiores saltem ꝑ rata parte rerum, quas possident conueniri possint. l. 2. C. de debit. ciuit. Constantinus ait, hoc casu res illas esse ciuitati obnoxias. Sed nemo existimet, plenam esse oppignorationem. Si verum pignus subesset, in solidum conueniretur partis quoque possessor. Esse enim solet indiuidua hypotheca. Sed quemadmodum illam diuidi dixi, quæ tacitè tribuitur legatariis: sic & ista quæ ciuitatibus. Cumq; hanc rursus restringat Constantinus ad cām pecunię creditę, cuius & alioquì multa singularia præcepta esse dicuntur, non ausim hoc beneficium latius interpretando, aliū producere atque protrahere. Vt persequamur reliquas species legitimi pignoris, Papinianus ait: Senatusconsulto, qd sub Marco Imp. factum est, pignus insulæ creditori datum esse, qui pecuniam ob restitutionem ædificij mutuam dedit. l. j. in qb caus. pig. tac. Tribus aliis pandectarum locis legimus, huic creditori datum esse priuilegium exigendi. l. 25. si cert. peta. l. j. de cess. bon. l. 24. de reb. auth. iud. pos. Sed & duobus locis traditum est, eum qui nauis fabricandæ, vel instruendæ, vel armandæ, uel etiam emendæ causa credidit, priuilegium habere. l. 26. & 34. de reb. auth. iud. possid. Præterea Vlpianus ait: Si nauis fuit obligata, & ad armandam eam uel reficiendam ego credidero, potiorē me esse prioribus creditoribus, quia mea pecunia saluam fecerit totius pignoris causam. l. 5. & 6. qui pot. in pig. Postremo Iustinianus Nou. const. 97. scribit, creditores, qui pecuniam crediderūt, vt vel nauis ematur, extruatur ve, aut reficiatur: vel vt domus exędificetur, vel etiam ager, aut aliud quippiam comparetur, priuilegio hypothecæ omnibus prędferri. Hæc mihi valde obscure & confuse dici videntur, & perturbate inuolui. Nos si fortè illustrari ab interprete, explicarique ordine aliquo possint, & euolui, primum videamus de creditore, cuius pecunia domus aut nauis, aliave res debitoris refecta conseruataq; est. Deinde de eo, cuius pecunia res cōfecta, cōparata, aut empta est. Quod ad priorem quæstionē attinet, audio nominatim hic fieri mentionem domus & nauis: neque nescio, aliquid in ijs reb. singulare videri, qd & interesse Reipub. dicātur, sartas tectas esse domos, quibus publicus adspectus ornetur: & multas bene instructas esse naues ad vsum cōmerciorum & annonæ. Nam & Suetonius scribit, Claudium Imp. cum annonæ ꝑspiceret, magna commoda proposuisse ijs, qui mercaturæ causa naues fabricarent. Sed non videntur tñ hic Iurisconsulti moueri singulari aliqua huius generis ratione. Eo certè in ea non hærent, sed aliā adferunt, quæ & in aliis rebus locum habet: & tñ valet non solum ad ius pignoris dādum, sed & ad hoc pignus nouo quodā & singulari priuilegio promouendum. Vlpianus l. 5. & 6. qui pot. in pig. postea q̄ dixit, interdum posteriorem creditorem potiorem esse priore: de ea specie se loqui significat, vbi ad rē cōseruandam impensum est, quod sequens credidit, & hoc exemplum adfert: Si nauis fuit obligata, & ad armādam eam vel reficiendam ego credidero: Tum verò hanc rationem adiicit, ꝙ se quētis creditoris pecunia saluam fecit totius pignoris causam. Hæc ratio diligenter obseruanda est: quæ plura certè in recessu habet, q̄ prę se ferre videatur. Vlpianus ī proposita specie plusq̄ c. e pignus dari, non obscure significat: hoc est, tale pignus, qd ēt prioribus aliorum hypothecis præferatur: & interea tñ indicat, alio modo minus quippiam esse q̄ pignus, hoc est, non nisi aduersus alios creditores valere. Ait, vbi credidi ad reficiēdam rem, quæ aliis iam erat obligata, me ijs præferri, quia mea pecania saluam fecit totius pignoris causam. Iustissima hæc rō est. Nisi credidissem, res oppignorata periisset. Si conseruaui, & ita aliis profui, non debeo interea in damno esse. Sed emptori nō videor profuisse. Nam etsi rem ita conseruatam emerit, suo pretio emit. Si integrum ius pignoris esset, rem nihilominus sequeretur. Sed Vlpianus aliud innuit, & in eo hærendum esse, pluribus verbis contendit Connanus. Altera hic quæstio est de ijs,

quorum

quorum pecunia debitor rem aliquam cõparauit, quam prius non habebat. Vlpianus posteaq̃ dixit potiorem esse creditorẽ, qui ad rem conseruandam credidit, adijcit. Idem esse, si ex nummis pupilli res fuerit comparata: ac si fuerint duorum pupillorum nummi, ambos in pignus concurrere pro ijs portionibus, quæ in pretium rei fuerint impẽsæ. l. 7. qui pot. in pig. Idem Vlp. l. 5. de reb. cor. qui sub tut. ait, Si pecunia alterius pupilli alteri pupillo fundus comparatus sit, pignoris obligationem eum habere, cuius pecunia fuit emptus. Sed hoc rursus pignus esse vr̃, & ad ius dñij magis accedere. Certè Vlpianus ipse l. 2. quam ex fac. tut. Si (inquit) tutor vel curator pecunia eius, cuius negocia administrat prædia in nomen suum emerit, vtilis actio ei, cuius pecunia fuerit, datur ad rem vindicandam. Si tamen rem nolit, potest pecuniam cum vsuris condicere. l. 3. C. arb. tut. Sed & militi, cuius pecunia aliquis suo nomine prædium emerit, vtilem vindicationem dari, ait Philippus Imp. l. 8. C. de rei vindic. Talis certè vindicatio magis dñij, q̃ pignoris ius subesse significat. Sed & si uxor marito pecuniam donauerit, ex eaq; prædium maritus emerit, mulieri datur utilis in rem actio, saltem quatenus dedit. non enim prædium, si pluris sit, totum vindicabit. l. 55. de donat. inter vir. Sed quid si neque pupilli, neque militis, neque vxoris pecunia fuerit? Nullam rei emptæ vindicationem nullumque in eam ius taciti pignoris esse, respondeo. l. si ea. C. de rei vind. l. quamuis. C. de pig. Nam & Vlp. l. 5. §. planè. de tribut. non obscurè significat nihil in eam rẽ iuris esse, nisi fuerit creditori nominatim pignorata. Cæterùm ubi expressim pignorata est, iam certè non erit simplex pignus: sed omnibus, etiam prioribus, hypothecis præferetur. l. licèt. C. qui pot. in pig. Hic facilè agnoscit lector ingeniosus, etsi paucis agam, nihilq; ambitiosè iactem, tñ hæc singulariter obseruanda esse.

De pignore prætorio. Cap. VIII.

VT genera pignorum absoluam, supereſt altera necessarii pignoris species, nempe pignus Prætorium. Vlpian. l. 26. de pig. action. ait, ex quacunque causa Magistratus in possessionem aliquem miserit, pignus constituit: non alias tñ iussu Magistratus id constitui, nisi uentum fuerit in possessionem. Aulus Gellius notat, veteres dixisse pignoris capionem. Sed in hoc genere pignoris capio fuisse maximè videt. Sic enim pignus dicebatur id, cui Magistratus inijciebat manũ ad coercendam alicuius contumaciam. Frequens est hæc ĩ edictis Prætorum clausula, Pignoribus captis compellam. Sic senatores cogebantur mulcta & pignoribus uenire in senatum, vt Gellius scribit, & Cicero Philipp. 1. Idem Cicero lib. 3. de orat. scribit, Philippum Coss. instituisse, pignoribus ablatis coercere L. Crassum senatorem. Sed de Prætorio pignore Iurisc̃onsultos audiamus. Vt sit tale pignus est, necesse, vt & magistratus iusta authoritas, & rei quædam veluti apprehensio interueniat. Si pignus in causam iudicati ex authoritate eius qui iubere potuerit, captum sit, pignus constitui ait Vlpia. l. 9. qui pot. in pigno. Idẽ Vlp. l. 3. §. j. de reb. cor. qui sub tut. Pignori (inquit) capi iussu magistratus, uel præsidis, uel alterius potestatis, & distrahi fundus pupillaris potest. Sed & in possessionem rerum pupillariũ mitti à prætore quis potest, & ius pignoris contrahitur: siue legatorum seruandorum causa, siue damni infecti. Tandẽ adijcit, tales obligationes non ex volũtate iudicis fieri, sed ex magistratuum authoritate. Quid quantumque olim inter iudicem, qui priuatus alioquì homo esse solebat, & Prætorem, quem Magistratum appellamus, interfuerit, satis, ut opinor, nunc notũ est. Porrò multæ sunt causæ, ex quibus quis in possessionem mittit̃. Vice autem cautionis in possessionem mitti, ait Vlpianus l. 15. §. si quis damni. de dam. infect. Iure prætorio esse veluti pignus, ait Seuerus Imp. l. 2. C. ut in poss. leg. Non erat tamẽ olim pignus omnimodo. Nulla enim hoc nomine erat actio hypothecaria ad rem persequendam, neque sine possessione consistebat, durabatve hoc pignus. Sed Iustinianus effecit, ut pignus prætoriũ vteretur communi iure pignorum, & perfectum pignus esset, hoc est, vt ex eo daretur persecutio hypothecaria, si quis fortè possessionem amisisset. l. vlt. C. de præto. pig. Ac Papinianus quidem responderat, misso legatario in possessionem, res p empto re vsucapi, salua prætorij pignoris causa. l. 12. pro empto. Sed ab hærede ita vsucapi posse significat, ut interea legatarius, quãdiu in possessione manet, ius pignoris habeat. Si is possidere desijsset. Papinianus respondisset, simul desinere pignus illud prætorium, quod cum possessione quis nactus erat. Sed (vt ut dixi) Iustinianus voluit, vt non solum ius rei retinendæ ex hoc pignore competeret, sed aliorum pignorum exemplo, ius quoq; esset persequendæ. Certè qui in possessionem mittitur, quia damni infecti non cauetur, hoc est, quia neque debitor repromittit, nequẽ creditor satisdat, tale pignus consequitur, quod priores creditorum hypothecas etiam infringat. Nam aduersus talem possessorem non dari alii persecutionem pignoris, singulariter responsum est à Iurisconsultis. l. 15. §. si quis. de dam. infec. Scio equidem vulgo dici, aliud esse pignus prætorium, aliud iudiciale. Sed Iurisconsulti iudiciale non nominant, neq; interpretes id cõfinxissent, si quid iudiciale dici rectè possit, intellexissent. Simus ergo contenti simplici, quæ & generalis & propria est, appellatione pignoris prætorij. Erat & illa uetus Græcorum ἀνδροληψία, cuius & anteà memini, & rursus mentio posteà fiet, quędam veluti prætoria pignoris capio. Sed iure Romano comprobata non est.

De hypotheca generali & speciali. Cap. IX.

COmmemoraui hactenus quatuor genera pignorũ, duo voluntaria, ex conuentione vel testamento, duo necessaria, à lege uel magistratu. Et quia nõ solum expressim, sed & tacitè pignora contrahantur, id quoque explicui. Supereſt altera pignorum qualitas, q̃ aut specialia illa sint, aut generalia. Ait Papinianus, conuentionem gñalem in pignore dando bonorum uel posteà quæsitorum receptã esse. l. j. de pig. Exemplum gñalis hypothecæ, qua quis obligat oĩa bona quæ habet, habiturusve est, sępè in Pandectis occur. l. obligatione generali. l. Paulus. l. pen. de pignor. l. vlt. qui potior. in pignor. l. si q̃ mihi. de iure fisci. Ac nè quis obiiciat, quod dici solet, creditorem, si hypothecaria velit agere, probare debere rem fuisse debitoris, cum pignori ab eo data est. l. ante oĩa. de probatio. Caius occurrit, admonens id tantum dici, ubi specialis est hypotheca vnius alicuius rei, non etiam si sit generalis omnium bonorũ. l. 15. §. j. de pigno. Quid enim? Possum sanè rem alienam dare pignori sub hac conditione Si mea facta fuerit. At talis conditio inest obligationi generali bonorũ futurorum, sicuti & fructuũ nasciturorum, quod Caius eodem rñso complexus est. Immo verò Iustinianus statuit, ut si quis simpliciter obliget oĩa bona sua, intelligatur & ea obligatione complecti quæ posteà acquiret. l. vlt. C. quæ res pig. oblig. poss. Faretur alio loco, moris fuisse, vt futurorum bonorum mentionem nominatim facerent generales hypothecæ. l. vlt. C. de remiss. pign. Verum & si ea fortè expressa non sit, tacitè tñ intelligi uoluit. De legato aut donatione non idem fortasse diceretur. Nam Paulus l. si ita. de aur. & arg. lega. ait, si legauero uestem meam, eam tantum uideri legatam, quæ testamenti tempore fuisset: quia hæc demonstratio, meam: præsens, non futurum tempus ostendat. De donatione inter viuos, vel venditione idem dicemus. Sed hypothecam, q̃ minoris est momenti, liberali interpretatione facile producimus. Sanè cum Iustinianus improbat pactum, de eius, q̃ adhuc viuit, bonis hæreditariis conceptum, & donationes & hypothecas eius quoque generis improbat. l. vlt. C. de pact. Sed loquitur de speciali potius q̃ de gñali hypotheca: Nempè cùm quis eam ipsam rem, quam ex alterius hæreditate sperat, obligaret. Verũ si quis gñaliter, quæ habiturus etiam est obligat, nihil obstat, q̃n & ea comprehendantur, quæ ex hæreditate fortè posteà obuenient. quod & ipse Iustinianus fatetur l. vlt. C quæ res pig. oblig. poss. Porrò interesse quidam dicunt, vtrum quis præsentia bona cum futuris, an futura tantum obliget, q̃ priori casu futurorum obligatio retrahatur ad tempus conuentionis, posteriori non item: id ego authori qui hoc probandum suscepit, nũc relinquo. Illud certius est, quod Iustinianus statuit l. vlt. C. de remiss. pig. rem generali obligatione semel exemptam, consensu creditoris in eam posteà non temere recidere: hoc est, si quid ex bonis meis cõsensu creditoris, cui generaliter obligaueram omnia, uendidero, & posteà redemero: id rursus non obligabitur, si modo nihil dolo malo fecero. Nam si qua eius suspicio sit, purganda hæc esset. l. sicut. §. superuacuum. quib. mod. pig. uel hyp. solu. Prętereà ad restringendam hypothecam gñalẽ pertinet, q̃ Paulus rñdit, non includi ea quæ ab hærede eius qui obligauit, ex alia, q̃ hęreditatis cã, quæsita sunt. l. 29. de pig. & q̃ placuit ẽr ea non ꝓtineri, quæ uerisimile est quenquã sp̃aliter obligaturum nõ fuisse. l. 6. 7. 8. de pig. l. j. C. quæ res pig. obl. poss. Quid igitur, si quis gñaliter bona sua obligat, an merces, quas hẽt venales, comprehendit? Certè comprehẽdit, quatenus eas habet. Nam ita obligasse non vr̃, ut etiam distrahere amplius nõ posset. Legato generali non temerè continentur. l. 2 . §. vxor. de vsufr. leg. l. pediculis. §. j. de aur. & arg. leg. Sed iam dixi, facilius interpreratione produci hypothecã: quia minus detrahat. Sanè cum seruus dñi voluntate oĩa eius bona obligasset, rñsum est, eum quoq; ipsum seruum comprehendi. l. 29 § vlt. de pign. Generali hypothecæ per similis est hypotheca alicuius vniuersitatis, ueluti gregis, aut tabernæ. Si grex totus renouat⁹ fuerit, summissis nouis capitibus in locũ demortuorũ, ut idẽ grex durare intelligit̃, sic & eadẽ hypotheca. l. 13. de pign. Si taberne alicuius merces oẽs distractæ sint, sed reparatæ sint, & aliæ illarum loco substitutæ, eadem & taberna & tabernæ hypotheca esse intelligitur, sicuti ostendit Scęuola. l. pen. de pig. Idem Scæuola l. 122. §. 1. de verb. oblig. narrat, quendam Callimachum nominatim obligasse merces quas haberet, quasque ijs distractis repararet, sicuti & Demosthenes πρόσκατα παράγρ non dissimilis conuentionis meminit. Sed necesse non est, illius reparationis mentionem exprimere. Cæterũ si non aliqua rerum vniuersitas obligata

gata principio fuiſſet, ſed certæ potius quædam ſpecies, hæ demum obligatæ intelligentur, non etiam quæ earum deinde loco ſubſtitutæ videntur. Vnde cum in prædia cum mancipijs quę in ijs erunt, oppignorata fuiſſent, rñtum eſt, non obligari quæ ijs mancipiis defunctis ſummiſſa eſſent. l. fideiuſſor. §. vlti. de fideiuſſ. Vbi tacita eſt hypotheca, ſolet eſſe generalis, præſertim vbi legitima eſt, ſicuti ediuersò ſpecialis hypotheca ſępius eſt expreſſa. Itaque ſępè legimus, rem expreſſim obligari quæ ſpecialiter obligatur, & ediuersò, ſpecialiter obligari, quæ expreſſim. Papin. l. j. de pig. ſignificat ſpecialem eſſe hypothecam, cum in ſpeciem vnius alicuius certę rei confertur conuentio. Verũ & ſi ſpecies plures nominatim obligentur, ſpālis ſemp eſſe dicetur hypotheca. Ac ſolebant quidem veteres maioris cautionis ergo hypothecam ſpecialem cum gñali coniungere, vt indicat Caius. l. 15. §. qđ dr̃. de pign. Nam & vtilior modo ſpecialis, modo generalis eſt. Obſeruaui tñ, aliqñ creditori vtilius eſſe, generaliter tantum bona debitoris obligari, q̃ & gñaliter oīa, & nihilominus ſpāliter quædā. Si tm̃ gñaliter ſint creditori obligata, nihil detrahitur, ſi deindè vna aliqua ſpecies alteri obliget. l. 2. qui pot. in pig. At ſi præter generalē hypothecā, quædam res ſpecialiter nominatimq́; pignori obligentur, quandiu ex his ſatisfieri poteſt, prior creditor non poteſt impetere reliqua bona, quæ alteri fortaſſe deindè ſunt etiam obligata. l. 2. C. de pig. Sanè tñ interdum generalis hypotheca, minus q̃ ſpecialis, rē obſtringit. Non enim manumiſſioni obſtat, vt & anteà dixi, & intelligi poteſt. ex l. 2. & 3. C. de ſer. pig. dat. l. pen. in quib. cau. pig. tac. l. generaliter. qui & à quib.

De acceſſionum hypotheca. Cap. X.

POrrò nulla eſt tam ſpecialis hypotheca rei alicuius, quin & ad eius rei acceſſiones protrahatur, atq; producatur. Itaque ſi fundus obligatus ſit, erit & alluuionis acceſſio obligata. l. ſi fundus. de pig. Sed & ſi ſola proprietas ſit pignori data, vſusfru. poſteà conſolidatus, pignori quoq; eſſe intelligitur exemplo alluuionis, vt Paulus ait. l. ſi conuenerit. §. j. de pig. act. Denique obligatorum uel prædiorum fructus, vel pecorum fœtus, vel mancipiorum partus, pignori obligationi accedũt. l. grege. l. Paulus. §. ſi mancipia. de pig. Sed & ſi area aliqua fuerit oppignorata, & deinde domus in ea exędificetur, hanc quoque obligari cõſtat. l. ſi fundus. §. ſi res. de pig. Verùm an pignus ſortis noīe datũ, vſurarũ quoq; noīe tenetur? Conſtat, poſſe ita conuenire, vt in ſortē tm̃, vel in uſuras duntaxat teneatur. l. ſolutum. §. ſi in ſortē. de pig. act. Sed qd ſi debitor ſimpliciter pignus dederit? Scæuola l. 8. qui pot. in pign. rñdet, datum videri tam pro ſorte, q̃ pro vſuris, ijs ēt quæ poſteà debebuntur, adeo vt ſi prius q̃ hæ cõmiſſæ ſit, alteri deinde res eadē obligetur, tñ vſurarum quoq; poſteà cõmiſſarum noīe potior ſit prior hypotheca. l. 18. qui po. in pig. Sed nihilne hic intereſt, vtrũ vſuræ ex ſtipulatu, an verò ex mora tñ veniant? In aliis cauſis diſcrimen magnum eſt. Hic nullum eſſe videtur: qā pignus dari videatur in id omne, quod deberi poteſt. Propterea q́; & ſi pœna accedat vel ex delicto debitoris, veluti contumacia, aut inficiatione creſcat obligatio principalis, pignus ſimul eo nomine obſtringi teneriq́; exiſtimo. Fideiuſſoris tñ aliam eſſe cauſam ſcio. Sed non eſt obſcurum, cur pignoris, quàm fideiuſſoris obligatio facilius augeatur atque producatur.

De conditionali hypotheca. Cap. XI.

CVm hypotheca, quæcunq; tandem, ſit acceſſio alterius obligationis, huius ēt obligationis qualitates veluti induit. Si itaque principalis obligatio ſit pđōnalis, erit & hypotheca. Sed fieri ēt pōt, vt puræ obligationi accedat hypotheca conditionalis, ſi ita nominatim conuenerit. Vtrũq; caſum Martianus complexus eſt, ſimulq́; diſcrimen notat. l. 13. §. pen. de pign. Inquit: Si ſub pđōne debiti noīe obligata ſit hypotheca, dicendum eſt ante pđōnem non rectè agi, cum nihil interim debeatur. Sed ſi ſub pđōne debiti pđō euenerit, rurſus agere poterit. Si præſens ſit debitum, hypotheca verò ſub cõditione, & agatur ante pđōnē hypothecaria: verum qđē eſt, pecuniā ſolutam nõ eſſe, ſed auferri hypothecā iniquum eſt. Ideoq́; arbitrio iudicis cautiones interponendæ ſunt, ſi pđō extiterit, nec pecunia ſoluatur, reſtitui hypothecam, ſi in rerum natura ſit. Hæc Martianus, qui primo loco agit de debito ſub pđōne, hoc eſt, vbi principalis obligatio eſt conditionalis, & per pñs hypotheca. Cum dicit, nihil interim deberi: rationē reddit, cur dixerit, non rectè agi ante conditionē, nec tñ ſi agatur, quicquam conſumi. Itaque euenięte poſteà pđōne debiti pđōnalis, rurſus agi poſſe. Alterum deinde caſum exponit Martianus, cum principalis obligatio pura p̄ſens eſt, hypotheca verò expreſſim ſub pđōne concepta aitq́; poſſe quidem ſtatim peti, quod debetur, ſed ante conditionem non poſſe agi hypothecaria. Intereà tñ poſſe creditorem petere aliā cautionē à poſſeſſore rei ita obligatæ, nè rem hāc intereà amittat, aut deteriorem faciat, quemadmodum & Papin. ait. l. in oībus. de iudic. In oībus bonæ fidei iudiciis cum nondum dies præſtādæ pecuniæ venit, ſi agat aliqs ad interponendam cautionē, ex iuſta cā condēnationem fieri. Vlpianus ſcribit, idem dici, ſi ante conditionē cautio talis petatur. l. inter oēs. qui ſatiſdar. cog. Quid igitur, ubi euenit conditio hypothecæ, ex quo tpe p̃cta hypotheca intelligitur? Certè ſi cõditio fuit in poteſtate debitoris, non videbitur illa p̃cta, niſi ex quo primum die pđō impleta eſt: nam & tum primum apparet, debitorem uoluiſſe rem obligari. Sed ſi conditio ſit fortuita, qñcunq; euenerit, retrò trahetur ad tempus conuentionis, nè intereà ſit in poteſtate debitoris hypothecam eludere. De cõditionibus in vniuerſum dixi aliàs fuſius. Quod nunc dico, Caius ſcripſit l. 11. §. j. qui pot. in pig. Sed & Aphricanus l. 11. §. j. q pot. in pig. loquens de iure hypothecæ pđōnalis, primum ait, ſub cõditione creditorem tuendum eſſe aduerſus eum, cui poſteaquā quicquam deberi cœpiſſet, ſi modo non ea pđō eſſet, quæ inuito debitore impleri non poſſet. Deinde adijcit. Sed & ſi hæres ob ea legata, quæ ſub pđōne data erant, de pignore rei ſuæ conueniſſet, & poſteà eadem ipſa pignora ob pecuniam creditā pignori dediſſet, ac deinde pđō legatorum extitiſſet: hic quoque tuendū eum, cui pignus prius datum eſſet, exiſtimaui. Sanè conditiones contractuum, cum eueniunt, retrotrahi ad tempus cõuentionis: legatorum verò pđōnes nõ retrotrahi, ſed ex eo primum die legata deberi, quo eorum pđō extitit, ſępè traditū eſt. Sed pignoris legatorum cauſa dati ab hærede, pđō vī alicuius contractus & conuentionis. Deinde cum ipſius legati pđō euenit, q́ intereà in fraudem legatarij hæres de re legata ſtatuiſſet, veluti ſi eam alienaſſet, aut obligaſſet, reſcinditur. Itaq; & pignoris teſtamētarii pđōnem retrotrahi dicam, ut occurratur fraudi hæredis, rem legati noīe obligatam intereà alienantis, aut obligantis. Porrò cum do pignori rem alienam ſub hac conditione, Si mea fiat: an retrotrahatur hæc conditio, paulo poſt dicam, cum de alienæ rei pignore dixero, quod inde inſtituo. Multa iam dicta ſunt, quæ ad pignus conſtituendum pertinent: ſed nondum dicta ſunt omnia. Quæritur. n. adhuc, quæ res pignori dari poſſint, & qui rem poſſint pignori obligare. Hæc ſupſunt capita duo exponenda, ut quæ in conſtitutione pignoris requiruntur, teneamus.

Quæ res pignori obligari poſſint. Cap. XII.

PRincipio dicere ſolemus, rem planè alienam pignori dari nõ poſſe. Sed hæc definitio valde periculoſa eſt. Certè cum id dr̃, longa explicatio eſt neceſſaria. Imprimisq́; diſtinguendum vr̃ inter eum qui ſciens dat rem alienam pignori, & eum qui ignorans. Sciens, tenetur etiam crimine ſtellionatus, quicreditorem ignorantem fefellit. l. 26. §. j. de pigno. actio. Ignorās, ſaltem tenetur in id quod creditoris intereſt. l. 6. C. ſi alien. res pig. Pignus certè nullum eſt, quod ad ipſius rei dominum attinet, ſiue is poſſideat, ſiue petat rē ſuam. Sed alioquì non eſt omnino inanis conuentio huius pignoris. Nam & hypothecaria creditor poterit conuenire debitorem poſſidentē, & debitor perſoluta pecunia rem repetere abs creditore actione pignoratitia. l. 5. C. de ſeruo pig. da. l. ſi rem. §. pen. l. ſi pignore. §. ſi prædo. de pig. actio. Rectè itaque Vlpianus. l. 21. §. j. de pig. Si (inquit) debitor ſeruum, quem à non dño emerat, pignorauit, & teneat, Seruianæ locus eſt: & ſi aduerſus eum agat creditor, doli replicatione exceptionem elidet. Sed & ſi debitor rem alienam, quam pignori dedit, ſurripuerit creditori, & uendiderit, emptor vſucapere poterit. l. 4. §. ſi rem. de vſurpat. l. ſi rem. pro empt. Ipſe tñ debitor furti tenebitur creditori, ſed res quaſi redierit in dñi poteſtatem, deſinit eſſe furtiua. Interdum, qui rem pignori dedit, eius rei ita dñs eſſe deſinit, quaſi nunq́ fuiſſet. Interdum cum dominus non eſſet, fit deinde dñs. Videamus in vtraq; cauſa, ecquid de pignore ſtatuendum ſit. Primum cõſtat, ſi dñs in rei ſuæ vindicatione victus ſit, licèt per iniuriam: tñ ſi deinde rem pignori det, rei iudicatæ exceptionē obſtare quoq; pignori, ut Papinianus Vlpianusq́; ſcribunt. l. 3. §. vlt. de pigno. l. ſi mater. §. vlti. de excep. rei iudi. Sed iiſdem locis adijciunt, ſi ante ſententiam ille pignori rem dediſſet, nondum ſcilicet litigioſam exceptionem illam pignori non obſtare. Id verò longiori explicatione & diſtinctione opus habet. Nam & Papinianus alio loco ait, tunc non nocere creditori, ſi eo non admonito, debitor de dominio rei cauſam egerit, & contrariam ſnīam acceperit. l. iudicatæ. §. vlt. de excep. rei iud. Et rurſus reſcriptum eſt, tunc quoque id non obeſſe, ſi debitor in creditoris fraudem per colluſionem vinci ſe paſſus ſit: aut non cauſa cognita, ſed præſcriptione temporis ſuperatus ſit. l. Præſes. C. de pig. Nam & in vſucapione ſeparata eſſe dicitur quæſtio pignoris ab intentione dominii, ſaluoq́; iure pignoris res vſucapitur. l. j. §. cũ prædium. de pigno. l. iuſto. §. non mutat. de vſurpat. l. miſſo. p empt. l. 2. pro hæred. l. vſucapio. C. de pig. Itaq; & ſi debitori vſucapio adimat dominium, creditori non detrahit propterea hypothecam. Sed quando dicemus, amiſſo per ſententiam iudicis dominio, & condemnato debitore, rei iudicatæ exceptione perimi

creditori

Source : BIU Cujas

creditori hypothecam. Certè si de proprietate rei pignori datæ, ꝙ debitorem, qui eam rem pignori dederat, sententia lata sit, cã cogita, sine collusione, fueritque pronunciatum, debitorem nõ esse dominum, sic vt ne tum quidem cum pignori daret, fuisse intelligatur: & creditor admonitus, sciensque passus sit, debitorem pignoris sui authorem ita condemnari, neque procurauerit: tunc certè dicemus, hypothecam, quasi non à domino datam, euanescere, & exceptione rei iudicatæ perimi. Sic eĩ Martellus docet. l. sæpè de re iud. modo is locus emendate legatur: nam corruptus & mendosus vulgo circunfertur, vt alias satis ostendi. Deniq; si res ita nostra esse desinat, vt iam tum cum pignori daret, in ea causa esset, vt desineret, frustra in alterius fraudem obligatur. Veluti rem sub conditione legatam hæres, etsi dominus interea sit, non ita potest pignori obstringere, quin legatarius euenientе conditione liberam & solutam consequat, desinente pignore cum hæredis dominio. Quod & veteres Iurisconsulti senserunt, & Iustinianus magis atque magis exposuit. l. vlt. C. commu. de leg. & Nou. constit. 39. Sanè cum rem ita donassem, ut nondum tamen tradidissem, hoc est, cum donare promisissem: Scæuola iudicasse videtur, me, quia sum adhuc dominus, rectè & utiliter pignori eam dare posse. l. vlt. §. pen. de donat. Sed Iustinianus non idem sensisse videtur· magis autem donatario cauisse. Nou. consti. 170. Lex Iulia etsi fundum dotalẽ à marito permitteret alienari consentiente muliere, obligari tñ non permittebat: sicuti neq; permittit Iustinianus obligari res immobiles donationis propter nuptias, quantumuis mulier cõsentiat: Nou. constit. 61. Denique & res litigiosas Martianus refert inter eas, quæ pignori dari nõ possunt. l. j. §. vlt. quæ res pig. Nam & res non omnino nostræ esse videntur, quæ ita pendẽt, vt uel restitutioni obnoxiæ sint: uel in ea sint causa, ut earum amittendarum præsens periculum immineat. Nunc ediuersò videamus, an pignus conualescat, si quis rem pignori dederit, cum dominus non esset, sed dominus posteà eius rei factus sit. Papinianus l. j. §. j. de pignorib. In speciem (inquit) alienæ rei collata quentione, si non fuerit ei qui pignus dabat, debita: posteà debitori dominio quæsito, difficilius creditori, qui non ignorauit alienum, utilis actio dabitur: sed facilior erit creditori possidenti retentio. Difficilius ait dari actionem, dari tamen non negat, quanq̃ ignoranti facilius detur. Certè Paulus simpliciter ita respondit: Rem alienam pignori dedisti: deinde dominus eius rei esse cepisti, dat utilis actio pignoratitia creditori. Additq; : Cum conueneris de pignore, vt ex tuo mendacio arguaris, improbè resistere te, quo minus vtilis actio moueatur. l. 41. de pig. action. Scio Paulum ibi magis agere videri de contraria pignoratitia, quæ in personam datur. At saltem significat pignus aliqđ subesse, & conualuisse, dominio posteà quæsito. Deinde exẽplo huius pignoratitiæ dari hoc casu utilem hypothecariã, apertè rescripsit Diocletianus. l. cum res. C. si res alien. pig. Si res (inqt) quæ necdum debitoris est, pignori data ab eo, posteà in bonis eius esse incipiat, ordinariam quidem actionem super pignore non competere, manifestum est, sed tamen equitas facit, ut facile utilis persecutio exemplo pignoratitiæ detur. Sed & Papin. l. 56. ad Trebel. Cum filia fratribus restituere hæreditatem iussa esset, & interea fratres distraxissent res alienas, uel pignori dedissent, hæreditate posteà restituta: constitit, inquit, ex eo facto, vẽditiones & pignora confirmari: Ac nè quis in eo hæreat, ꝙ res illæ hæreditariæ iam saltem fratribus erant debitæ: adijciã, qđ Vlpianus ait l. 7. §. sed si filiusf. Si filiusfam. rem patris pignori dedit, eam quidem non teneri. Sed si patri hæres extiterit filius, & pignus ꝓsequatur, exceptione doli summoueri. Hic rursus fortasse excipiet aliquis, creditori quidem dari retentionem, non etiam actionem. Replicare possem, quo iure petentem filium summouet exceptione doli, suam actionem tueri aduersus cũ posse replicatione doli. Sed nunc adiungam quod Aphricanus l. 9. §. vlt. qui pot. in pig. significat, si res aliena pignori data sit, & dominus deinde, qui dedit, fiat, pignus conualescere, saltẽ priori datum: & eo dimisso, sequentis, si res adhuc in dominio debitoris sit. Titia, inquit, prędium alienum Titio pignori dedit, post Mæuio: deinde domina eius pignoris facta, marito suo in dotẽ ęstimatum dedit. Si Titio soluta sit pecunia, nõ ideo magis Męuij pignus conualescere placebat. Tunc. n. priore dimisso, sequẽtis confirmatur pignus, cum res in bonis debitoris inueniatur. In proposito autem maritus emptoris loco est. Atq; ideo, quia neque cum Mæuio obligaretur, neque cum Titio solueretur, in bonis mulieris fuerit, nullum tempus inueniri, quo pignus Mæuij conualescere possit. Hæc Aphricanus. Hic non dubitat, Titii pignus conualescere: neque de eo quærendum esse putat: atque ita quidem conualescere, vt à tempore conuentionis ualuisse uideatur: neque in eius fraudem alienatio interea facta, rata sit, significat. Dixi anteà, conditiones pignorum retrotrahi. Res aliena rectè datur pignori sub hac conditione, Si debitoris fiat. Sed & si hæc conditio non exprimatur, tacitè tamen inesse intelligitur. Hic (inquam) non hæret Aphricanus. Sed & si alteri quoque creditori secundo rursus eadem res pignori data sit, non dubitat, secundum hoc quoque pignus conualescere posse, si & debitor dominus fiat: & cum priori creditori soluit, dominus manet, quasi secundi huius pignoris triplex sit conditio. Si res debitoris fiat, & à priori pignore libereẽ, & deniq; adhuc in bonis debitoris sit, cum primum pignus dissoluitur. Quòd si duobus simul rem alienam pignori dem, & dominus deinde fiam, vtriusque pignus ęquè conualescet: & concurret in hypotheca uterque creditor, etiam si uni generaliter tantum, alteri specialiter obligassem, & illic conditionem, Si mea res fiat, nõ expressissem, hic expressissem. l. 7. §. vlt. qui pot. in pig. Diximus pignus conualescere & confirmari, si qui rem alienã pignori dederat, eius rei dominus deinde fiat. Sed quid ediuersò, si dominus fiat hæres debitoris? Paulus d. l. 41. de pig. actio. hunc casum à superiori planè separat, & non idem obseruari respõdet. Non idem, inquit, dicendum est, si ego Titio, qui rem meã obligauerat sine mea uoluntate hæres extitero. Hoc enim modo pignoris persecutio concedenda non est creditori, neque vtique sufficit ad competendam utilem pignoratitiam, eundẽ esse dominum, qui etiam pecuniam debet. Hæc Paulus. Potestq; sanè aliqua esse ratio huiusce discriminis, cum iam non agatur de facto huius domini, qui rem pignori ipse non dedit: & licèt debitoris hæres factus obligetur, rem tamen suam propterea etiam obligare non uideatur. At Paulo Modestinus apertè reclamare uidetur. Si, inquit, Titio, qui rem meam ignorante me creditori suo pignori obligauerit, hæres extitero, ex postfacto pignus directo quidem non conualescit, sed utilis pignoratitia dabiẽ creditori. l. 22. de pig. Vt ingenuè loquar, fateor, difficile esse tã cõtraria responsa pugnantiaq; conciliare. Sed probabiliter tñ dicitur, non dari statim utilem pignoratitiam persecutionem pignoris, hoc est, hypothecariam in rem: sed dari posse in personam, hoc est, in hæredem, utilem pignoratitiam: ut pignus confirmet & iam rem suam pignori esse patiatur. Si res neq; planè aliena, neque in solidum mea sit, sed sit mihi cum alio communis pro indiuiso, rectè possum partem meam indiuisam dare pignori, neq; ius creditoris immutat diuisio, quæ posteà fiet. l. vnica. C. si commu. res pig. l. 2. C. commu. diuid. l. 7. §. vlt. quib. mod. pig. uel hyp. sol. l. 3. §. vlt. qui pot. in pig. Nam & si socio meo res tota adiudicetur, creditoris hypotheca manet. l. 6. §. si fundus. commu. diuid. Ac si mihi res tota adiudicaretur, in solidũ obligaretur. & cũ meo dominio crescеret pignus creditoris. Quòd si socius meus non me, sed creditorem prouocet ad diuisionẽ, sicuti potest: & res tota adiudicetur creditori soluenti ęstimationem alterius partis, res tota erit in eadem causa, hoc est, tota erit obligata, ut totam luam & consequar soluto debito, & reddito partis pretio, quod creditor dedit. l. 7. §. si debitor. commu. diuid. Sanè si quis rei quidem dñs propriè non sit, sed sit tñ in ea causa, ut iam Publiciana vti possit: quia dñi loco habeat, pignori etiam dare rem poterit, ut qua conditione habet Publicianã, creditor habeat hypothecariam. l. 18. de publiciana in rem act. Cùm ex ista cã, bonaq; fide rem alienam aliquãdiu possedi, etsi nondum vsucaperim: tñ si quis alius non dñs eam intercipiat, qui minus hẽt in eam iuris: ego eam possum tanq̃ meam, & absme iam vsucaptam, petere actione Publiciana. Eodem casu poterit & creditor meus iure pignoris eam persequi. Sed si dñs uerus eam possideat, neque mihi Publiciana, neq; creditori hypothecaria competit. Sed & si alius non dñs bona fide & iusta cã, vt ego possedi possideat: in pari causa potior est conditio possidentis. Cum. itaq; hoc quoq; casu Publiciana mihi non competat, neq; cõpetet creditori hypothecaria. Iulianus l. 9. §. duobus. de public. in rem actio ait, si ab eodem non dño duo seꝑatim emerint, potiorem esse, cui prior res tradita est. Si à diuersis non dñis, meliorem esse causam possidentis. Hic autem ius hypothecæ ęstimare oportet, ex iure illius qui pignori dedit. Porrò rem non nostram quidem, sed nobis tñ debitam, ita pignori rectè damus, ut qñcunq; nostra fiet, pignus ꝙctum intelligatur ex die conuentionis. Qua in re nihil difficultatis, esse Papin. notat. l. j. §. j. de pig. Sed & interea nomen ipsum & obligatio rei debitę pignori esse intelligitur. De pignore nominis mox dicam. Illud nunc dico, rem meam alicui iam in solidum obligatam pignori, etsi duobus nõ sufficiat, posse me tñ alteri deinde rursus obligare. Sed inest huic secundo pignori duplex conditio, Si priori satisfactum sit, & eo soluto res adhuc mea sit: vt anteà quoque dixi ex l. 9. §. vlt. qui pot. in pig. Est ergo secunda hæc hypotheca valde infirma & incerta, ut iam taceam (quod posteà suo loco dicam) priorem semper esse potiorẽ. Vt autẽ crimine stellionatus tenetur, qui rem alienam sciens ignoranti dat pignori: sic & is qui rem suam, sed iam alteri prius obligatam, præsertim si res sit, quæ utrique creditori non sufficiat. l. 36. §. j. de pig. action. Sed & si debitor in dolo non sit, tñ tenetur contrario iudicio pignoratitio, inquantum hoc nomine interest secundi creditori. l. 16. §. j. de pigno. actio. Greci olim, cum pignus accipiebant, nominatim stipulabanẽ, solutũ alioquì, & ueluti intactũ dari. Demosthenes κατὰ λαμπρὰ παρέξουσι τοῖς δανείσασι τὴν ὑποθήκην ἔπαφον. Sępè etiam pœnæ nomine propterea stipulabatur duplum. Demosth. κατὰ δίωνος ἐὰν δὲ μὴ παραχωσὶν ἐμφανῆ τὰ ὑποκείμενα καὶ ἀνέπαφα ἀποδιδότωσαν διπλάσια τὰ χρήματα. Paulò ante dixi, si species aliqua

Source : BIU Cujas

aliqua mihi debeatur, quomodo eam pignori dare possim. Sed & si sit quantitas mihi debita, nomen hoc siue obligationem possum dare pignori. Nomen vocari, cùm quid debetur, notū est. Debitor ergo meus, nomen sui debitoris rectè mihi pignori dare dicitur, cum pignoris titulo mihi dat ius sui crediti. Sic nomen debitoris pignori datum sæpè legimus. l. 13. § cum pignori. de pignorib. l. 18. §. vt nomen. de pigno. actio. l. nomen. C. quæres pig. Interdum obligationem & actionem, & interdū etiam cautionem pignori dari, eadem significatione legimus. l. 20. de pignor. l. postquàm. C de hæred. vel actio. vend. Neque solum specialiter nomen dari pignori potest, sed & generali hypotheca bonorum comprehenditur. Neque ex conuentione tātum obligatur, sed & in legitimum aut prætorium pignus cadit. Iustinianus l. 1. C. de præt. pig. ait, Prætorium pignus dari posse nō solum in res mobiles, & immobiles, sed & in actiones quæ debitori competunt. In causam iudicati posse nomen pignori capi, præsertim si res mobiles vel immobiles non sufficiāt, respondit est. l. 15. §. sic quoque de re iudic. Denique & cum ciuitates condemnatæ sunt, nec quicquam corporale est Reip. quod possideatur, per actiones debitorum ciuitatis oportere agentib. satisfieri, traditum est. l. 8. quod cuiusque vniuer. nom. Sed hypotheca nominis ecquid habet iuris? Certè vt nominis emptor, sic & pignorator habet vtiles actiones ad exigendum. l. cū conuenit. de pig. l. 18. de pig. actio. d. l. nomen, & d. l. postquam. Sed illud interest, q̄ emptor semper exigat totum, quod debetur: pignorator verò non, nisi quatenus sibi deberi probat, etiamsi is, cuius nomen obligatum est, plus debeat: vel si minus debeat, non potest plus exigi, etiamsi nominis pignorator plus sibi deberi probet. d. l. nomen. Porrò oportet illi debitori, cuius nomē est pignoratum, denunciare, nè suo priori creditori soluat, & certiorem eum facere de pignore nominis. Nam si ignorās, & bona fide illi alteri solueret, rectè solueret: neque abs pignoratore amplius conueniri posset. d. l. nomen. Sic & cum simpliciter nomen ceditur, aut actiones mandantur. hæc denunciatio facit, vt cedens amplius exigere, aut debitor ei soluere non possit. l. 3. C. de nouat. Vndè intelligimus, quo modo accipiendum sit, quod Paulus ait. l. 18. de pig. actio. Si (inquit) cōuenerit, vt nomen debitoris mei pignori tibi sit, tuenda est a Prętore hęc cōuentio, vt & te in exigēda pecunia, & debitorem aduersus me, si cum eo experiar, tueatur, ergo si id nomen pecuniarium fuerit, exactam pecuniam tecum compēsabis: si verò corporis alicuius, id quod acceperis, erit tibi pignoris loco. Quod hic Paulus ait, Martianus dicere videtur & in pignore pignoris. l. 13. §. cum pignori. de pign. Sed de eo mox viderimus. Illud nūc adiicio, vt bona futura, sic & futura nomina posse obligari. Nam & cum conuenisset, vt is qui ad refectionem ædificii credebat, de pensionib. iure pignoris creditum reciperet: respondit Vlpian. etiam actiones vtiles aduersus inquilinos eum accipere exēplo cautionis, quam debitor creditori pignori dedit. l. 20. de pign. Porrò ius pignoris creditor meus etiam pignori dare pōt suo creditori: & quatenus vtraque pecunia debetur. pignus secūdo creditori teneri. sed si dominus soluerit pecuniam, pignus perimi ait Martianus. l. 13. §. cum pignori. de pig. Sic & Papinianus: Si, inquit, pignus pignori dederit creditor, domino soluente pecuniam, secundi pignoris neque persecutio dabitur, neq; retentio. l. debitor. §. vlt. de pig act. Idem dicendum est, si cētum quę tibi debeo, ppeaque rem tibi meam obligaui, tu Titio debeas, eiq; pignus tuum pignori dederis. Nam & si ego soluero, vt & te & me liberarem, pignus vtrunque soluitur. Si tñ non quantitas, sed species diuersa debeatur: quia non ita facilè compensat, sic secundum pignus extinguetur, vt tamen eius loco nascatur & succedat aliud pignus secundum. Quod Martianus exemplo nominis pignori dati probat. l. 13. §. cum pignori. de pigno. Itaque species soluta dissoluit quidem vtrunque pignus, sed interea ipsa pignori esse incipit secundo creditori, loco alterius pignoris dissoluti: & cum is tantum haberet pignori pignus, nūc eam speciem pignori habebit. Iam verò etiam obseruandum est, interesse inter eum cui pignus pignori datum est, & eum cui nomen est datum pignori. Nam ille sua denunciatione nō potest impedire, quin debitor suo creditori soluat: hoc est, si tibi debeam centum sub pignore, & tu hoc pignus Titio tuo creditori obliges: Titius non potest facere, quin ego tibi rectè nihilominus soluam. Sed si illi nomen esset pignori datum, & mihi denunciaret, nè tibi soluam: non rectè soluerem, vt paulò antè dixi. Nempè cum pignus tantum datur pignori, propterea vtiles actiones non dantur ad exigendum, sed persecutio pignoris tantum competit. Cæterum vt nomen pignori datū, non solum exigi, sed etiam vendi potest: sic & pignus pignori datum: ex hac venditione iuris hypothecarii creditor secundus consequetur suum. Postremò obseruandum hic est, quod Scæuola respondit, vbi confirmatur pignus, confirmari quoque pignoris pignus. l. 14. de diuer. tempo. præscrip. Sed & vsum fru. pignori mihi datum posse me alteri pignori dare, rescriptū est. l. j. C. si pig. pig. dat. Ipsum itaque vsumfru. posse pignori dari, dubium non est: neque est obscurum, quale sit illud pignus. Martia. in l. 11. de pig. primum agit de pignore vsusfructus. deinde de seruitutum pignore. Nos de vtroque breuiter uideamus. Primum ait, non solum pignoris causa constitui vsumfr. posse abs domino fundi: sed & iam prius constitutum posse pignori dari abs fructuario. l. 11. §. vsusfru. de pign. Discrimen est tamen notandum. Cùm dominos constituit mihi usumfru. certè verum ususf. dat, & ego uerus fio fructuarius. Sed si abs fructuario accipiam, non possum ipse esse fructuarius. l. necessario §. vl. de peric. & commod. rei uend. Si ergo primo modo detur ususfru. pignoris causa, quandiu hæc durabit, ego fruar: Si alio modo, morte fructuarii finiretur. Cum ἀντίχρησις datur, videtur etiam vsusfr. constitui pignoris nomine. Sed de antichresi dicam suo posteà loco. Nunc de pignore seruitutum videamus, de quo valdè etiam quæritur. Martianus l. 11. §. vlt. de pig. ait: Iura prædiorum vrbanorum pignori dari non possunt. Igitur nec conueniri potest: vt hypothecæ sint. Subiicit Paulus l. 12. eo. tit. Sed an viæ, itineris, actus, aquæductus, pignoris conuentio locū habeat: videndum esse Pomponius ait, vt talis pactio fiat, quādiu pecunia soluta non sit, his seruitutibus creditor vtatur: scilicet si vicinum fundum habeat, & si intra certum diem pecunia soluta non sit, vendere eas vicino liceat. Quæ sententia pp vtilitatem contrahentium admittenda est. Ex hoc Martiani Paulique loco colligere vulgò solent, seruitutes urbanas pignori dari non posse, rusticas posse. Sed discrimen nō temerè admitto, vbi discriminis causam nullam video. Video equidem facilius rusticas posse pignori dari, quàm vrbanas, q̄ illæ facilius, quàm hæ, videantur alteri vtiles esse: & rusticis alterius seruitutibus vti magis possumus, quàm vrbanis. Sed id perpetuum non est: neq; enim aut rusticæ, aut vrbanæ omnes sunt vnius generis. Sed & quam rationem Paulus adfert, vt probet rusticas pignori dari posse, eādem trahere & ad vrbanas possum: sicuti quod ediuersò de vrbanis dicit Martianus, de rusticis quoque dici posse videtur. Itaque non distinguo, vtrum vrbanę, an rusticę sint. Nam & audio in quibusdam codicibus Martiani locum simpliciter legi, Iura prędiorum: nec addi, Vrbanorum. Quid igitur? Quærendum est generaliter, vtrum seruitutes pignori dari possint? Si fundus, cui seruitus debetur, pignori detur: nō est dubiū, simul obligari seruitutem, eiusq; seruitutis vtilem petitionē creditori dari. l. 16. de seruitu. Sed vt sine fundo consistere seruitus non pōt, sic sine eo dari pignori non pōt. Sic itaq; iura p̄diorum siue vrbanorum, siue rusticorum iam prædiis impositā, pignori dari non possunt sine prædiis. Hoc Martianus tradit. Sed nōne constitui & imponi prędio seruitutis potest pignoris causa, hoc est, ut sit, donec debitor soluat pecuniam? Summo certè iure ne sic quidem posset: non. n. seruitus constituitur ad tēpus. Sed benignè tñ id admittitur pp vtilitatem contrahentium, propter quam & pleraq; alia aduersus subtiliorem Iuris disputationem admitti, Iulianus ait. l. ita vulneratus. ad leg. Aqui. Sic discrimen hic erit, vtrum de constituta, an de constituenda seruitute q̄ratur. Dixi paulò antè, posse pignoris cā cōstitui vsumfru. abs domino: vel ēt prius constitutum pignori dari abs fructuario. Sed vsusfr. psonæ debetur, non rei. Seruitus verò semel constituta abs prædio seperari non potest. Vt igitur Vlpianus ait, neminem posse locare seruitutem l. 44. loc. sic neque pignori dare posse dicit Martianus. Sed vt vsusfr. rectè constituitur pignoris causa, sic Paulus admittit, seruitutem constitui posse. Et cur hoc tandem non admitteret, cum etiam possit precario seruitus concedi? l. 1. de precar. & Prætor superficiario permittat, vt seruitutem imponat. l. 1. de superfic. Scio equidem rarius fieri, vt aliquis sit vsus urbanæ seruitutis temporarię. Esse tamē aliquis pōt. Itaq; eam, exemplo rusticæ, pignoris cā constitui posse credo. Postremò & superficiem in alieno solo sitā, dicemus pignori dari posse. Superficiarius est, qui in nostro fundo aliqd inædificatum habet nostro consensu, & id tanquam dominus possidet. Superficiem itaque hanc suam qua conditione possidet, eadem & vendere & obligare potest. l. 13. §. & in superficiariis. de pig. l. etiam superficies. qui pot. in pig. l. tutor. §. vl. de pig. act. Idem dici potest & de fundis uectigalibus & emphyteuticis l. 30. de pigno. l. tutor. §. vlt. de pign. act. Verum meminisse semp hic debemus, finito iure vel superficiarii, uel emphyteutę, uel uectigalis, veluti pp non solutum salarium, aut aliam similem causam, simul finiri pignus, ut res libera & soluta committi intelligatur, l. 30. de pig. l. 17. de pig act. Dixi de multis rebus quę pignori dari possunt, cum dubitaretur, an possent. Nūc videamus de rebus, quæ non possunt. Satis constat, res quæ nō sunt in cōmercio, non posse pignori dari: vt res sacras, aut religiosas. Sunt tñ quędā res veluti sacræ, quæ in dominorum patrimonio priuatim manent, & sunt ppeà in commercio. Tertullia. in Apolog. c. 13. Domesticos (inquit) deos, quos Lares dicitis, domestica potestate tractatis, pignorando, vendendo, demutando. Monumenta religiosa non posse à quoquam obligari dubiū non esse, ait Antoninus Imp. l. 3. C. quæ res pig. oblig Narrant Aegyptios, cum mutuum acciperent, olim solitos esse pignori dare cadauera suorum parētum: quæ & condire, ut diutius cōseruarent, solebāt. Sed Romanę leges cadauera uoluerunt religiosè

Source : BIU Cujas

fepeliri: neque ea modò, ſed & eorum ſepulchra eſſe libera, & ſoluta. Aliquando permiſerunt, vt parens ſuum filium & vēdere & pignori obligare poſſet. Sed poſteà id prohibuerunt. l. qui filios. C. quæ res pign. Atque etiam creditorem graniter punierunt, qui tale pignus accipit. l. vlt. quæ res pig. Certè Iuſtin. Nou. conſt. 134. talem filiorum oppignorationē vocat ἀσέβειαν, & ſtatuit, vt creditor ꝓpeà amittat ius ſuum totum, atque etiam ipſi filio tantundem perſoluat. Antiquum tamen & apud alias gentes olim receptum fuiſſe morem filiorum oppignorādorum, ipſa quoque hiſtoria ſacra oſtendit, quę quoſdam Prophetarū filios ꝓpter æs alienum patris, creditori nexos fuiſſe, quos Elias liberarit, narrat. Sed & apud Terentium in Heautontim. legimus, filiam adoleſcentulam relictam eſſe arraboni pro argēto. Notum eſt, qua ratione ſenatus Rom. ſuſtulerit morem filiorū creditorib. nectandorum. Sed poſteà in vniuerſum etiam ſublatum eſt totum ius nexus, & omnis addictio ciuium: & libera corpora pignore non obſtringi placuit. Qui olim nexi, qui addicti dicerentur, dixi ad 12. Tabu. & in Catecheſi. Sed vt Diodorus narrat, Aegyptios olim cauiſſe, nè debitorum corpora, ſed patrimonia tantum pignori caperentur, & Solon eandē Athenis legem tulit, ſic etiam tandem hoc placuit Romanis legumlatoribus. Poteſt ſanè aliquis, ſi velit, in ſeruitutem ſe dare, & cū pro ſeruo patitur ſe venundari, vt pretii partem habeat, ſeruus fieri: ſed vix eſt, vt pignoris titulo ad tempus ſua conuentione poſſit ſeruus fieri. Sanè qui ab hoſtib. redemptus eſt, ſic liberat, vt tamen donec redemptori ſuo ſatisfecerit, pignoris quodam vinculo ei obſtringatur, etſi planè alioqui ſeruus eius non ſit. l. ſenatus. §. vlt. de leg. j. l. qui teſtamento hęres. §. j. de teſtam. l. ſi patre. de capti. l. 2. C. de poſtl. reu. Leges Grecorum iubebant ſeruū redemptoris eſſe, donec pretium redemptionis ei reſtituiſſet: vt teſtis eſt Demoſthenes, πρὸς ἸΝΙΚΟΣΤΡΑΤ. Eſt & alia quędam oppignoratio liberorum hominum, quam Athenienſes appellabāt ἀνδροληψίαν, & de qua extat lex Draconis apud Demoſthenem κατ' ἀριστοκρ. Nec diſſimilis illa fuit exulum Tarquiniorum poſtulatio, detentium ab Ariſtodemo Cumano regulo, vt frumentatorib. Romanis, qui Cumis erant, manus iniiceretur, & pignoris loco habere poſſent, donec Romani bona exulibus reſtituiſſent: Poſtulabant (vt ſcribit Dionyſius li. 7.) ῥύσια κατασχεῖν ἀνταπόδομα. Sed Iuſtinianus videtur haſce oppignorationes, quas appellat ἐνεχυριασμούς, improbaſſe Nou. conſt. 52. Diodorus Siculus lib. 2. ſcribit, Grecorum leges ante Solonem, etſi permitterent militum etiam & agricolarum corpora pignorari, arma tamē & aratra pignore obſtringi noluiſſe. In iure Ciuili legimus, milites puniri, qui arma ſua alienant. l. 14. §. arma. de re mili. Sed alienationem alioqui aut oppignorationem eorum inutilem eſſe, non legimus. Certè & ſtudioſi libros ſuos pignori dare poſſunt. Vnde & Cicero pro Seſtio: Libelli, inquit, etiam pro vino ſæpè oppignorabantur. Stipendia militum poſſe pignori capi ex cauſa rei iudicatæ, ſi ei aliter non poſſit ſatisfieri, placuit. l. 4. C. de executio. rei iudica. ſed nonne vt nomina poſſunt ex conuentione etiam obſtringi? Certè Alexā. Imp. l. ſpem. C. quæ res pig. reſcripſit, ſpem eorum præmiorum, quæ pro coronis penſitanda ſunt athletis, non poſſe priuata pactione obligari. Commodis tamen præmiorum, quæ propter ſacras coronas p̄ſtantur, poſſe interdici condemnato, & eam pecuniam iure pignoris in cauſam iudicati capi, reſpondit Papinianus. l. 40. de re iud. Victruuius lib. 9. de architect. ſcribit, Athletas conſtitutis publicè vectigalibus, quandiu viuerent, frui ſolitos eſſe. Hæc videtur fuiſſe coronarum prędia, quorum meminit Papinianus. Sed quid de militiis illis dicemus, quarum tam frequens eſt mentio in iure ciuili, quæcunque tandem illa ſiue officia, ſiue miniſteria, ſiue munera fuerint? Extat Iuſtiniani de earum pignore nobilis conſtitutio. l. vlti. C. de pig. Sed quadam diſtinctione opus eſt. Erant quædam militiæ priuatim res, quæ & vendi, & legari, & ad hæredes tranſmitti poterant. Has potuiſſe pignori dari, dubium non eſt. Aliæ erant militię planè publicæ, quæ in priuatorum hominum commercio non ita erant, ſed abs principe conferebantur, & perſonis, quibus erant datę, cohærebant, earumq; morte finiebantur, & ad ius principis reuertebantur. Earū certè oppignoratio non videtur permiſſa fuiſſe. Addunt quaſdam tertii & veluti medii generis militias fuiſſe, quas Iuſtinianus appellat: Ex caſu, quas iam caducas factas, & ad poteſtatem principis reuerſas, non ſequebatur, ſi quod impoſitum prius fuiſſet ius pignoris, niſi princeps ex cauſa id creditoribus tribueret: veluti, ꝙ ad eas emendas pecuniam credidiſſent. Iuſtiniani de iis extat No. conſti. 52. Quòd ad aratra agricolarum attinet, Quintil. lib. 8. cap. 9. etiam commemorat quandam legem Romanā, non licere aratrum pignori accipere. Sed quod ait, quæſitum fuiſſe, an liceret vomerem, inanis cauillatio potius fuit, q̄ ſeria quæſtio. Ac ne ea quidem alioqui lex Romana extat, quā Quintilianus commemorat. Sed extant poſteriorum Cæſarum, Cōſtantini nempè, Honorij & Theodoſij ſecundi conſtitutiones, quæ vel aratrum, vel aliud, quod ad agriculturam pertineat, pignori capi vetant, neque ſolum executores rerum iudicatarū, ſed & comites ſacrarum largitionum id eo nomine capere pro hibent: vt etiam ſi de pecunia fiſcali, vel tributis agatur, hanc pignoris capionem prohibitam eſſe intelligamus. l. executores. l. pignorum. C. quæ res pig. Non diſſimiliter inſtrumentorum ruſticorum libertati cauiſſe veteres Græcos legumlatores, etſi ipſorum agricolarum corporibus manuum iniici paterent, narrat Diodo. Sicu. lib. 2. Ius noſtrum ciuile, & hæc & illa a pignoris capione liberat, ſed non prohibet tñ alioqui agricolas, ſi vltrò velint, res ſuas pignori dare. Pupillus etſi dominus ſit, tamē vt alienare ꝓhibetur, ſic & oppignorare. Sed & pupillo pignus capienti neceſſaria eſt tutoris authoritas, ꝓp metum pignoratitiæ actionis. l. 38. de pig. act. multò igitur magis, ſi pignori rem dare velit. Nam & ſi prędium ita emerit, vt quoad pretium ſolueret, eſſet id pignori obligatum venditori, pignus non valet. l. j. §. vlt. de reb. eo. qui ſub tu. Quid igitur, an authoritas tutoris ſufficiet? Certè ſi mobilis ſit res pupillaris, poteſt eam tutor ex cauſa, ſine prætoris decreto, dare pignori: veluti ſi pecuniam in rē pupilli mutuò accipiat. l. 1. quæ res pig. oblig. l. 3. & pen. C. ſi alie. res pig. Sed in prædiorum pupillarium vt alienatione, ſic & obligatione, tutor opus habet non ſolum iuſta cauſa, ſed & prætoris decreto. l. 1. de reb. eo. l. lex quæ. C. de admi. tu. Quòd ſi non agatur de pignore voluntario, veluti conuentionali, ſed neceſſario: veluti prætorio, conſtat, rem pupillarem ſiue mobilem, ſi e immobilem, pignori capi poſſe. l. 3. § ſi pignori. de reb. eor. Sed & tutor cùm ſatisdat iudicio ſiſti, rem pupilli etiā immobilem obligat: quia ſit hoc quoque pignus veluti neceſſarium. l. vlti. §. defenſionem. C. de admi. tut. Martianus poſteaquam dixit, pupillum ſine tutore non poſſe hypothecam dare, adiicit, ſi filiusfa. pro alio rem peculiarem obligauerit: vel ſeruus, eam nō teneri, licèt liberam peculii ſui adminiſtrationem habeant. l. 1. §. 1. quæ res pig. In rem tñ ipſius peculii ſi res pignori deť, pignus valet, nam & ſi res ita alienari poſſet. l. ſi conuenerit. §. vlt. de pi. act. Sanè vt filiusfa prohibetur accipere mutuum, ſic & pro eo pignus dare, quāq̄ pro alio non prohibeatur, ſicuti nec fideiubere. l. item ſi filiusfam. ad Maced. Sed & ſi pro mutuo prius accepto det pignus, cum iam eſt paterfa. valet. l. ſed Iulianus. ad ſi. ad Maced. Mulier pro alio intercedere prohibetur. Ergo & pro alio fideiubere, & pignus dare prohibetur. Pro ſe dare põt. Pro curatorem, cui mādatum eſt, vt pignus daret, poſſe dare, dubiū non eſt. Sed & ſi ſine meo mandato res mea ſit ab alio pignori data, & ratum habeam, pignus confirmatur: vt etiam valere intelligatur ex quo datum fuit. l. aliena. de pig. act. l. 16. §. 1. de pig. Si tamen hoc alteri captioſum eſſet, veluti ſi dominus intereà eam rem alteri pignori ipſe dediſſet, non retrotrahētur talis rathabitio. Si ſit procurator, cui vniuerſorum bonorum adminiſtratio permiſſa ſit ab eo, qui ſub pignoribus ſolebat mutuas pecunias accipere, poterit pignori dare, perindè atq; ſi hoc ei mādatum eſſet. l. ſolutum. § vlt. de pig. act. Sed quid dicemus de adminiſtratore ciuitatis? Certè rem ciuitatis, ſi in commercio ſit, rectè pignori dat. l. ſi iis qui. de pig. Sed oportet pecuniam, quam mutuò accipit, in rem ciuitatis verti. Nā nec alioqui ciuitas ex mutuo tenetur. l. ciuitas. ſi cer. pet. Nunc ꝓ coronide rectè adijciam, qd' Iuſtinianus ſtatuit, ſiue lex, ſiue teſtator prohibeat, rei alicuius alienationem, ſiue conuenerit, vt non alienaretur, non ſolum prohibitam intelligi dominii tranſlationem, ſed & hypothecam. l. vlt. C. de reb. non alien. Sæpè olim abs teſtatoribus ꝓhibetur res extra familiam alienari, ac plerunque adiiciebať expreſſim, vt ne pignori quidem daretur extra familiam. l. 38. §. fundum. & §. ſeq. de leg. 3. Nunc Iuſtin. ſtatuit, etſi alienatio ſimpliciter ꝓhibita ſit, intelligi & pignorationem eſſe prohibitam. Sed & ſi iuſta cā ſit huius prohibitionis, tñ neque creditoribus neque fiſco fraudi eſſe, vt ait Martia. l. 114. §. Diui. de le. 1. Quid igitur? non impedietur propterea pignus neceſſarium legitimū aut prætorium? Non videtur. Sed voluntaria demum alienatio aut pignoratitia prohibita intelligitur. Propriè ſanè pignoratio non eſt alienatio, cum nulla ſit dominii tranſlatio. l. 67. de ver. ſignifi. Manet enim pignus in debitoris dominio, neq; creditor dicere ſuum põt, quod pignoratum habet, neque ſi bona ſua legaret, pignus legare videretur. l. 101. de leg. 3. l. legata. §. vl. de ſuppel. leg. Itaque pœnalem conditionem: Si res alienetur, non ſtatim committi putarem, ſi pignoretur. Verùm quia creditor hypothecarius hēt ius diſtrahēdi, proxima eſt alienationi pignoratio, & cum illa fauorabiliter ꝓhibetur, hæc quoq; prohiberi videtur. Ac interdum ſanè hæc prohibetur, cū illa ꝓmittitur. Vt Senatuſconſultum Velleianum prohibet mulierē pro alio res ſuas obligare, donare alteri res ſuas nō prohibet, & lex Iulia fundum dotalem non prohibuit alienari muliere conſentiente, obligari tamen prohibuit, quanquàm Iuſtinianus poſteà voluerit, & alienationem, & obligationem fundi dotalis planè prohiberi. Sed veteris iuris ratio fuit, ꝙ cum mulier natura ſatis abhorreat a alienationē, non videretur neceſſaria prohibitio. Ab hypotheca cum non ita abhorreat, quia rem putat eſſe leuem, illi magis occurrendum fuerit. Alioqui tamē tenendum eſt, quod Caius. l. 9 §. 1. de pig. ait, id quod emptionem venditionemque recipit, etiam pignorationē poſſe recipere. Porrò huius quoque loci eſt, quod Martianus l. 1. §. eam rem, quæ

res

res pig. ob. pof. ſcribit, eum qui rẽ aliã emere non põt, qa commercium eius rei non ſit, iure pignoris accipere eam nõ poſſe. Sed quid eſt, quod Modeſtinus. l. 24. de pig. reſpondit: In quorũ finibus emere quis prohibetur, non prohiberi accipere pignus? Certè difficile eſt, ex rep. Ro. repetere exemplum talis prohibitionis. Sed illud dico, ſi quis aliquo loco ſimpliciter prohibeat emere, ꝙ prohibeat ius dominii acquirere, non prohiberi propterea ius ẽt pignoris habere. Si verò prohibeatur emere, qa eo loco commerciis & negociatione ſit veluti illi interdictũ, prohibetur ẽt pignus accipere. Prẽſes in ſuæ ꝓuinciæ finibus prohibetur emere, ſicuti & negociari, aut cum ſuis prouincialib. aliquid habere commercii. Sed & pecuniã iis mutuã dare. l. principalibus. ſi cert. peta. Ergo & pignus ab iis accipere in prouincia non poterit. Sed vt non prohibetur fœnebrem pecuniam mutuò accipere, ſi pro ea pignus dare non prohibebitur. l. prẽſidis. ſi cer. pet. Quid multis? Si prohibetur, vel permittitur principalis obligatio, prohiberi, vel permitti videtur eius acceſſio, nempè hypotheca, ſi eadem cauſa ſit. Multa dixi hactenus, quę ad pignoris conſtitutionem pertinent. Sed illud poſtremò dicendũ iterum eſt: quia pignus ſit alterius obligationis acceſſio, nõ poſſe conſiſtere, ſi nulla alia ſit obligatio. Accedit quidem pignus, vt fideiuſſor, omnibus obligationibus. Nam & ſi naturales tantum ſint, quæ valdè ſunt infirmæ, rectè ijs accedit, vt ẽt ciuiliter teneatur. Sed aliquam ſaltem principalem obligationẽ ſubeſſe eſt neceſsè. Et verò vt fideiuſſor ei demum obligari põt, cui is, pro quo interuenit, obligatur. l. 17. de fideiuſſ. ſic & eidẽ pignus dari tantum debet. Martianus. l. 5. de pig. ait, rem hypothecæ dari poſſe pro quacunque obligatione, & enumerat multas ſpecies. Addo, ꝙ Vlpianus. l. 9. §. j. de pig. act. addit, non tantum ob pecuniam, ſed & ob aliam cauſam pignus dari poſſe: veluti ſi quis alicui pignus dederit, vt pro ſe fideiubeat. Sanè & ꝓ pignore pignus dari, vt pro fideiuſſore fideiuſſor eſſe poteſt, ſicuti & anteà dixi. Verùm memorabile eſt, quod Caius. l. 2. quæ res pig. ait, ſi quis pro muliere, quæ interceſſit, dederit hypothecã, aut pro filiofa. cui contra S. C. creditum eſt, idem dicẽdum eſſe, qđ in eorum fideiuſſoribus. Quid igitur? Fideiuſſor mulieris intercedentis non tenetur. l. ſi mulier contra S. C. §. 1. ad Velle. l. mulierem. C. ad Velleia. Fideiuſſor filiifamil. mutuum accipientis, tunc tenetur, cùm donandi animo fideiubet, nec habet actionem mandati. l. ſed ſi pater. §. non ſolum. ad Macedo. Exceptio itaque Velleiani datur & fideiuſſori, non etiam Macedoniani. Nam illud hoc agit, nè quis in damno ſit, & licet creditor fideiuſſores conuenire non poſſit, ſuum tamen principalẽ debitorem hẽt obligatum. Macedonianum uerò filiofa. ſolum conſulit, eoq; exempto, patitur fideiuſſorem obligari, cùm & alioqui nullus futurus ſit debitor. Iam verò cum pignoris eadẽ hic cauſa ſit, quæ eſt fideiuſſoris, ſequitur, pignus rectè dari pro filiofa. mutuum accipiente, non ẽt pro muliere interueniẽte. Illud poſtremò hic obſeruandum eſt, quod Vlpia. l 11. §. 2. de pig. act. ſcribit, ſiue vſuræ in ſtipulatum ſint deductæ, ſiue non, ſi tamen pignus & in eas obligatum fuerit, quandiu hic ex his debetur, pignoratitiam ceſſare: Certum eſt, non poſſe peti vſuras pecuniæ mutuæ ex conuentione cui ſtipulatio non acceſſit. l. j. & 3. C. de vſur. Sed hypothecaria tamen competit actio, & creditor, cum pignus tenebit, retinere id poterit, donec vſuræ conuentæ, ſi alioqui licitę ſunt, ſoluantur: vt pacto comprehẽſum eſt. Saltem enim naturaliter debẽtur. Sic itaq; per retentionẽ pignoris ſeruari poterunt. l. per retentionem. C. de vſur. Et nos ſimiliter dicemus, qđ naturaliter debetur, ſeruari eodem modo poſſe. Nã etſi illud petere non poſſim, tñ pignus perſequi potero. Idq́ue conſecutus retinebo, donec ſolutum ſit quod debetur.

De iure retentionis. Cap. XIII.

PRiuſquàm de vi pignoris rectè conſtituti dicam, occurrit Modeſtinus, qui ait, cum vitiosè, vel inutiliter contractus pignoris intercedit, retentioni locum nõ eſſe, nec ſi bona creditoris ad fiſcum pertineãt. l. 25. de pig. Sed tam vitioſum, vt etiam inutile planè & nihili ſit, nullaq́ue non ſolum perſecutio, ſed ne retentio quidem cõpetat, pignus eſſe tum demum dicitur, cum aut res eſt quę nullo modo põt pignori dari, aut is qui dedit, nullam planè habuit ptãtem. Cæterum poteſt eſſe vitioſum quidem pignus, quod tamen nõ ſit omninò inutile, hoc eſt, poteſt ita eſſe contractum, ut licèt pignus non ſit, quaſi pignus tamen eſſe videatur, & licèt eius perſecutio non ſit, ſit tamen retentio. Nam & interdum licèt inutile ſit pactum, quo efficere uolumus plusq̃ pignus, tamẽ pignus ſaltem commune manet, vt cum lege commiſſoria accipitur. l. vlt. C. de pac. pig. Sanè conſtat plus eſſe perſequutionem rei, q̃ retentionem, & hãc, quàm illam, facilius competere, dubium non eſt. Sic Papinian. l. j. §. j. de pig. cum res aliena data eſſet creditori, quæ poſtea debitoris facta erat, dixit difficilius actionem dari, ſed faciliorem eſſe creditori poſſidenti retentionẽ. Quanquàm eo caſu & actionem dari poſſe, ſuprà oſtẽdi. Sanè ſi procurator meus ſine vllo mandato rem meam pignori dederit, cum mutuum meo nomine acciperet, nõ omninò pignus contrahi conſtat: eius tamen retentionem dari creditori, ſi pecunia, quam credidit, in rem meam verſa ſit, reſcriptum eſt. l. j. C. ſi al. res pig. Sed & ſi pecunia mea liberauero pignus, quod tu tuo creditori dederat, pignus planè diſſoluitur: neq; mihi ꝓpteà rurſus obligatur. Verum etſi hypotheca mihi non competat, retinere tamen rem poſſum, donec mihi ſolueris. l. j. quib. mo. pig. vel hyp. ſol. Interdum & diſſoluto pignore manet ius retẽtionis. Si mihi centum debeas ex mutuo, & eorum cauſa pignus dederis: itemq; ex empto mihi debeas quinquaginta: etiamſi illa cẽtum ſolueris, tñ pignus retinere poſſum, donec & reliqua quinquaginta ſint perſoluta. Vnde in Codice, tit. Etiã ob chyrographariam pecuniam pignus retineri poſſe: Chyrogtaphariã vocant, quæ nullam habebat alioqui hypothecam. Sic & chyrographarius debitor appellat̃, qui pignus nõ dedit. l. 5 §. idem deniq;. commod. Denique ſi creditor vnum aliquod ex plurib. pignoribus ſic vendiderit, vt etiam promiſerit præſtare euictiõnem, quamuis ex eo pretio conſecutus ſit qđ debebatur, ꝓpcaq; totum ius pignoris diſſolutum ſit, tamen reliquas illas res quõdam obligatas retinere adhuc poteſt, donec ei aliter caueatur, ꝙ euictionem promiſit, indemnẽ eum futurum. l. 8. §. ſi pignori. de pig. act. Sed & rem venditam, nondumq́ue traditam, venditori ꝓ pretio ſic teneri, ut retineri poſſit, ſi emptor eam nec petat, nec pretium ſoluat, reſponſum eſt. l. Iulianus. §. offerri. de act. empt. l. hæreditatis, de hęre. uel act. vend. Hoc modo pignus modò quaſi pignus appellatur. Pignus tamen propriè non eſt. Nam ea res adhuc eſt venditoris. Sed pignus appellatur propter ius illud retentionis, quod cum pignore cõmune aliquid habere videtur. Interdum cum rem venditor vltrò tradebat, expreſſim paciſcebatur, vt ſibi obligata eſſet, donec pretium ſolueretur. Atque hoc verum pignus fuit, & voluntarium, deſcendens ex conuentione: propterea q́ue & pupillus nõ poteſt, cum rem emit, eam ità obligare venditori. l. 1. §. vlt. de reb. eor. Sanè ſi rem ſine tutore emit, ipſe propriè non obligat̃ eo contractu, ſi eo uti nolit. Sed ſi rem petat, nec pretium offerat venditori, ſaltem competit rei retentio. l. ſi id quod purè. ad fin. de reſcind. vendi. Iam ſex caſus enumeraui, in quibus eſt ius retentionis, neceſſarium etiam & legitimum, hoc eſt, non ex cõuentione deſcendens, ſed ex lege. Alios addam, qui & nunc mihi occurrunt. Si cum mihi centum deberes, ducenta te debere putares, eoq́ue errore fundum, qui ducentis æſtimabatur, mihi in ſolutum dederis: tu quidem condicere eum potes, ſed ego contra poſſum eum retinere, donec illa centum mihi ſoluas. l. 28. §. ſi centum. de condi. ind. Si in tempeſtate facta ſit iactura quarundam mercium, detrimentum pro portione cuiuſque vectoris communicatur, ut à ſingulis ſarciatur pro rata. Magiſter verò nauis poteſt hoc nomine merces aliorum retinere. l. 2. ad le. Rhod. Fuit & ſoluto matrimonio olim marito ſæpè conceſſa retentio rei dotalis, aut certæ partis: & pignoris nomine retineri dicebatur, donec mulier, quæ inuicem præſtare debebat, ſoluiſſet. l. 5. de dote prẽleg. retentio autem hæc erat aut propter liberos, aut propter mores, aut propter impenſas, aut propter res donatas, aut propter res amotas, vt ſcribit Vlpianus in titu. de dotib. Sed hanc retentionem dotis Iuſtinianus ſuſtulit: quanquàm in Pandectis, compenſationum ex talibus cauſis exempla reliquerit. Porrò Paulus l. 15. §. vltimo, de furt. ait, ob impenſas, quas in rem commodatam feciſti, retentionem eius habere te, adeò vt cum ipſo etiam domino, ſi eam rem tibi ſurripuit, habeas furti actionem: quia eo caſu, quaſi pignoris loco, res cõmodatario ſit. Equidem ob aliam cauſam nõ temerè exiſtimo concedi retentionem rei commodatę: præſertim cum & Diocletianus reſcripſerit, ꝓtextu debiti, nõ probabiliter recuſari reſtitutionem commodati. l. vlt. C. de commo. Nam neq; ꝓtextũ debitarum penſionum poteſt locator impedire reſtitutionem rerum conductoris, q̃ cum illatæ non erant in domum conductam, obligatæ non fuerunt. l. 5. C. in quib. cau. pig. tac. Et ediuersò, licèt conductor dicat ſe dñm rei conductæ, tamen prius eã reſtituere debet, & poſteà de proprietate litigare. l. 25. C. locat. Cæterum cum Iuſtinianus ſtatuerit, ſi quis ſine uitio rem poſſideat, poſſe etiam in iudiciis in rem, excepta depoſiti cauſa, vti compenſatione. l. vlt. C. de compenſa. non temerè dixerim, creditori, qui rem ſui debitoris ſine vitio habet, concedi retentionem, ꝑſertim vbi quod ſibi deberi ait, liquidum eſt, nec contro uerſum. Eſt. n. hęc retentio, minus quippiam, q̃ ſit compẽſatio: & compenſationem veluti antecedit, cum nondum res ęſtimata eſt, vt compenſetur. Fateor hic excipi iudicia dotis & depoſiti. Sed quod ſingulari fauore his tribuitur, vt retentionis aut cõpenſationis exceptione non impediatur, nõ temerè aliis actionib. communicandum eſt. Sanè reſponſum eſt, vbi aliqua iuſta & rationabilis cauſa eſt non reddendæ rei commodatæ, eum qui eam recuſat reddere, nõ videri poſſeſſionem interuertere, dominoq; eripere. l. ſi quis rem. de acq. poſſ. Ius retentionis de quo hactenus dixi, non niſi aduerſus debitorem valuiſſe videt. Olim ſanè cum pignora non dicebantur, niſi quæ manu & veluti pugno tenerẽtur, etſi perſecutio hypothecaria fortaſsè nõ

Source : BIU Cujas

daretur,tamen retentio pignoratitia ea erat, quæ alios etiã creditores ſummoueret,atq; repelleret. Nunc cùm perſecutio detur,quæ pluſquàm rerẽtio eſt,de retentione minus laborãt creditores hypothecarii. Interdum tamen qui in perſequendo potiores non eſſent,ſunt in retinendo, vt magnũ eſſe dicitur commodum poſſeſſionis. Sed id poſteà ſuo loco viderimus,cũ exponemus,qui potiores in pignore habeantur. Nunc de vi & iure & natura & vtilitate,& deniquè poteſtate pignoris rectè cõſtituti,vel hypothecæ vtiliter contractæ videamus. Hoc enim huiuſce totius commentationis præcipuum caput eſt,quod eſt hoc loco tandem explicandum.

De pignoris perſecutione, & actione hypothecaria, ſiue Seruiana,Saluianoq; interdicto. Cap. XIIII.

CVm veteres Iuriſconſulti ſcribebant de pignoribus, & hypothecis,ſcribere ſe profitebantur de formula hypothecaria: vt ipſę adhuc in Pandectis inſcriptiones indicant. Erat autem hæc formula non tam contrahendæ hypothecæ, quàm perſequendi pignoris. Fuit enim actio in rem, quę dabatur concepta formula a Prætore, poſteaquàm receptum fuit, vt pignus eſſet iuris vinculum, quo res, vbi eſſent,obligarentur. Et certè valdè infirma, & propè inanis fuiſſet cautio creditorum,& magna eorum captio, ſi cum poſſeſſione ius pignoris amiſiſſent,nec niſi rem tenentes. Illud tenuiſſent,nulla alioqui,vel adipiſcendæ,vel recuperandæ poſſeſſionis,nulla rei perſequendæ poteſtate hypothecaria communiti. Caius itaque dixit,pignus nullum eſſe,ſi nulla eius ſit perſecutio. l.27.de noxal. Ac ſæpè quidem fit, vt in pignore contrahendo nominatim etiam conueniat,vt creditor ſua authoritate poſſit manum rei iniicere, neque eſt omninò vtile hoc pactum. Saltem enim creditorem,q hoc fecerit,excuſat, nè vim feciſſe videatur: ſed multo tamen eſt conſultius,vt per iudicem ius ſuum exequatur. l.3 C.de pig.l.pignoris.C.de pign.act. Paulus narrat,quendam,qui ratiario crediderat, cum ad diem pecunia non ſolueretur, ratem in flumine ſua authoritate detinuiſſe. Quæſitum autem fuiſſe,cum flumẽ creuiſſet,& ratem abſtuliſſet,cuius eſſet periculum? Reſpondet,ſi creditor inuito ratiario retinuiſſet,creditoris eſſe periculum. Sed ſi debitor ſua voluntate conceſſiſſet, vt retineret, culpam duntaxat ei præſtandam eſſe,non vim maiorem. l.30.de pignor.act. Vt creditor iudicio ordinario poſſit rem pignori obligatam perſequi, eiuſq; conſequi poſſeſſionem, & interdictum & actionem Prætores dant. Interdictum hoc appellatur Saluianum, actio verò Seruiana. Qui ſint authores,certò affirmare non poſſum. Sed quidam nominant Seruium Sulpitium & Saluium Iulianum, duo profectò maxima columina iuriſprudentiæ Romanæ. Nos de re ipſa potius videamus. Vtrumque poſſeſſorium iudicium dici poſſet. Nam & actio hypothecaria ſolam nudam q; poſſeſſionem auocat, vt paulò poſt dicam. Verum quia in ea eſt neceſsè probare,eum qui pignori dedit,fuiſſe dominum, & de eius dominio hac ratione quæritur: magis petitorium, quàm poſſeſſorium iudicium eſſe dicitur. Ideoq; acceſſit Saluianum interdictum, quod merè poſſeſſorium eſt. Eſſe autem vtilius, interdicto prius experiri, ſępe proditum eſt. Sed quorſum actio Seruiana, ſi Saluiano interdicto poteſt facilius creditor cõſequi, quod perſequitur? Certè interdum eſt difficilius probare poſſeſſionẽ, quàm dominium. Quid enim, ſi is qui pignori dedit, non poſſidebat? Quid ſi iam poſſeſſionem ſuam ita amiſerat, vt nè interdicto quidem vllo recuperare eam poſſet? etſi is pignori obligaſſet bona omnia ſua,nomina,iura,& actiones, creditor tamẽ Saluiano interdicto non vteretur. Deindè nõ tam facilè datur Saluianum interdictum aduerſus omnes poſſeſſores, quàm actio Seruiana. Propriè enim non niſi creditori aduerſus cõductorem vel colonum, qui res inuectas obligauit, directò dari dicitur. l.1.C. de precar. ſicuti & interdicta ſolent eſſe perſonalia. Dari tamen vtiliter aliquãdò aduerſus alios poſſeſſores rei obligatę, non nego. l.1.de Sal.interd. Sed frequentior paratiorq; eſt actio Seruiana. Prima in rem actio, ciuilis & directa, propriè eſt illa vindicatio, quæ datur ei qui ex iure Quiritum dominus eſt. l.1.§.1.de rei vindicat. Vindicantur & ſeruitutes & iura prædiorum. Sed propter ſimplex ius pignoris in rem agi aduerſus ipſum ẽt dominum poſſidentem, nouum magis & inſolens fuit. Placuit tñ hoc prætoribus, nè inanis eſſet cautio hypothecaria. Paulus. l.17.§. de pignore.de pac. ait, ex pacto de pignore actionẽ naſci iure Honorario. Ac primum quidem Seruiana dicta ẽ, quæ dabatur in rem ab inquilino illatam,& ꝓpeà obligatã. Sed ad eius exemplum introductæ ſunt & alię actiones hypothecariæ, vt Gordianus Imp. fatetur. l.j.C.de precar. Iuriſcõſulti in Pãdectis plerunq; Seruianam vocant omnem hypothecariã, quã & non ſolum actionem in rem vocãt, ſed etiam vindicationẽ. l.16.& 28.de pig. l.12.quib.mo.pign.vel hyp.ſol. Nam & ſi creditor non dicat ſe ipſius rei dñm eſſe, eum tñ, à quo ius pignoris hẽt, dominum eſſe contendit,& eius dñio hypothecariam ſuã actionem confirmat,adeò vt ſi rem euincat, poſſit qui pignori dedit,eius rei iudicatæ exceptione vti: & illum q victus abs creditore eſt,ſi ſe dñm nihilominus eſſe dicat,& uindicet, repellere. l.ex ſextante.§.j.de re iudi. Quod certè nõ poſſet,ſi in iudicio hypothecario de ſola poſſeſſione pronunciatum fuiſſet, neque eſſet de dominio quæſitum. l.exitus.de acqui.poſ. Interea tñ creditor vindicãs & euincẽs, ſolam nudamq; poſſeſſionẽ auocat, vt Papinianus ait. l.66 de euic. & ego mox dicam. Illud nunc vrgeo, vt intelligamus hypothecariam actionem in rem eẽ, & ſequi atque impetere poſſeſſorem, cum alioqui obligationes ex ꝓpria non niſi perſonam, quæ ſe obligauit, eiusve hæredẽ ſequãtur. Elegans eſt hac de re locus Vlpiani. l.j.§.ſi hæres. ad Trebel. Cum hæres præcepto fundo rogatus eſſet hęreditatem reſtituere,& is illi fundus in quartam imputaretur: hæres verò obiiceret,pignori oppoſitum abs defuncto eſſe: primum Vlpianus viſus eſt contemnere hanc hæredis obiectionem. Nec multũ (inquit) facit,ſi fundus pignori datus eſt. Neq; n.æris alieni actio perſonalis fundum ſequitur, ſed eum cui hæreditas ex S.C. Trebel. reſtituta eſt. Atqui,quod Vlpianus diſſimulat, ſubiicere, iterũq; excipere hæres rectè ità poterat: ſaltem actio hypothecaria fundum ſequitur,& creditor eum hac rõne euincere poterit. Quid hic Vlpianus? Cedit,& hæredi cõſulendum eẽ tandem fatetur: Cur ita? Quia ſentit,licet taceat,in propoſito actionem aliquã ſubeſſe, quæ fundum ꝓſequetur, nõ eum cui reſtituta erit hæreditas. Vt actionis hypothecariæ partes ſingulas diligẽtius explicemus,primum videamus,cuinam illa det. Conſtat dari creditori,cui obligata pignori res fuit,eiusve hæredi. Sed quid, ſi ſint plures hęredes? Singulis dat in ſolidum. Eſt.n.indiuiſa, & apertè reſcriptum eſt. l.j.C. ſi unus ex plurib.hæred.defuncto creditore multis relictis hæredib. actionem q dem perſonalem inter eos ex l.12.tab.diuidi: pignus verò vnicuiq; in ſolidum teneri. Legẽ illam de diuiſione obligationis hęreditariæ copioſè expoſui in Commen. ad 12.tab. Sed nonne ẽt diuidit dñium inter hæredes ipſius dñi, vt ſinguli non niſi pro ſua parte rem vindicent? Diuidit. Cur igitẽ ſimiliter non dicemus, diuidi ius pignoris inter creditoris hypothecarii hæredes, pſertim cum & principalis ipſa obligatio diuidatur? Cauſa hęc mihi eẽ vr, q ius pignoris indiuiduum ſit, vt ius ſeruitutis. Dominium hẽt ſuas partes indiuiſas: Seruitus non hẽt: quia meri facti ſit. Ius pignoris, vt nõ diuidatur, prętereà hoc hẽt, q non principaliter aliquid & purè ꝓſequatur, quod perpetuum propriumq; teneat creditor: ſed ſub alternatione quadam,& veluti ſub condõne, atque ẽt ad diem: hoc eſt,ſi non ſoluatur,& donec non ſoluatur, quod debeẽ. Indiuiſam pignoris cãm eẽ, ait Vlpi. l.65.de euict. Quæres in hoc tractatu ſæpè nobis eſt repetenda: nam latiſſimè patet. In propoſita certè qõne non temerè id dici nunc intelligimus, eſtq; ſingulariter obſeruandum, indiuiſam illam eẽ ram ex parte creditoris agentis, q poſſeſſoris conuenti hoc eſt, ſi ex parte ſim hæres creditoris: etſi principaliter non agam in ſolidum, tñ in ſolidum perſequor pignus. Peto.n. vt poſſeſſor mihi cedat toto pignore, quod tenet: ſi qđ mihi debetur, non ſoluat. Vel ſi qs poſſideat tantum partem rei obligatæ, nihilominus creditor agit in ſolidum; vt niſi ille poſſeſſione partis cedat, ſoluat creditori in ſolidum. Porrò actio hypothecaria datur etiam ei, cui creditor nomen, ſuive pignoris ius, pignori dederit. Et quidem qui nomen habet pignori, cum habeat vtilem ad exigendum principalem actionem, habet & per conſequens hypothecariam, ſi qua acceſſit. Qui verò habet pignori pignus, ſolam hypothecariam. Denique qui in ius hypothecarii creditoris ſuccedit, non ſolum ſi hæres ſit, ſed & ſi alia ratione hoc conſequatur, ſicuti & multis modis id acquiri poſſe poſteà oſtendam: non eſt dubium, ei quoque dari hypothecariam. Vbi nullum pignus habet creditor, in res ſui debitoris nihil habet iuris, quo eas perſequatur. Itaque chyrographarium hypothecario cedere debere dicimus. Chyrographarium, vt debitorem, ſic & creditorem vocant Iuriſconſulti, vbi perſonalis tantum eſt obligatio. Sed obſeruaui beneficio ſeparationis tamen fieri poſſe, vt chyrograqharius aliquando potior ſit hypothecario. Veluti ſi defuncto aliquid crediderim ſine pignore, hęres deindè alteri ſuo creditori rem hæreditariam pignori det. Ego ſi impetrauero ſeparationem bonorum defuncti, potior nihilominus ero, vtpotè euerſo alterius pignore. l. prima.§.ſciendum.de ſeparat. Sed videamus contra quem detur hypothecaria. Ac vno quidem verbo reſpondere poſſem, contra poſſeſſorem dari. Sed res longiorem explicationem requirit. Quid enim, ſi plures poſſideant, veluti plures hæredes debitoris? Certè, non quia hæredes ſunt, ſed quia rem obligatam poſſident, conuenientur. Si non poſſident, aduersùs eos non intendetur hypothecaria. Si poſſident, ita tenentur, vt etiam ſinguli in ſolidum conueniantur: Non enim inter eos diuiditur hæc obligatio quæ rei eſt, non perſonæ. Lex duodecim tabularum inter hæredes debitoris diuidit hæreditarias obligationes perſonales, vt non teneantur niſi pro qua parte hæredes ſunt. Sed non diuidit hanc in rem actionem inter hæredes creditoris, ſic neque inter hęredes debitoris. Nam & ſi de dominio ageretur, ſolus teneretur vindicatione, qui poſſideret,

Ius

Source : BIU Cujas

ſus pignoris indiuiduum eſſe paulò antè dixi. Sed tam hic etiã indiuiſum eſt, vt & qui ſolam rei obligatę particulam poſſidet, non minus conueniatur hypothecaria, quàm ſi totam poſſideret. Hic itaque non quæritur, quãtum quis poſſideat, ſed an poſſideat. Vnde reſcriptum eſt, l. 2. C. de hæred. act. ſi intercedit pignus uel hypotheca, non teneri hæredes pro portionibus hæreditariis, ſed poſſeſſorem obligatæ rei conueniri. Diocletianus Imp. id etiam magis explicat l. 2. C. ſi unus ex plurib. hæred. Ait, actionem quidem perſonalem inter hęredes pro portionibus ſcindi: pignoris autem iure multis obligatis rebus, quas diuerſi poſſident, cum eius uindicatio nõ perſonam obliget, ſed rem ſequatur: eos qui poſſident, non pro modo ſingularũ rerum quas poſſident, conueniri, ſed in ſolidum, ut uel totum debitum reddat: vel eo, quod detinent, cedant. Sed hic obſeruandi ſunt duo ſingulares caſus, ubi actionis hypothecarię vis nõnihil infringitur, quorum & anteà mentionem feciſſe memini. Legatario tacitè obligantur res hæreditariæ. Sed hæc hypotheca diuidua eſt, diuidunturque inter hæredes rerum illarum poſſeſſores, ut non niſi pro qua parte hæredes ſunt, hypothecaria, ſicuti & principali actione conueniantur. l. j. C. commu. de leg. Si ciuitas mutuam pecuniam dederit, debitoris bona ſaltẽ in ſubſidium obligantur. Sed hęc ſubſidiaria hypotheca diuiditur, ut eorum bonorum poſſeſſores nõ teneantur, niſi pro qua parte poſſident. l. 2. C. de debi. ciui. Porrò eſt, & ubi poſſeſſor rei obligatæ nullo modo conuenitur. Nam ſi eam emerit ab hęrede, qui & inuentarii iure vtitur, & rem hæreditariam uendidit, ſecurus eſt. l. vlti. §. ſine autem. C. de iure deliber. Non adiiciam, eum qui rem emit, creditore venditioni conſentiente, etiã nõ teneri. Tum enim potius dicendum eſt, nullum eſſe pignus, qa remiſſum intelligatur. l. ſi eo tempore. C. de remiſſ. pign. Sed dicam, eum qui abs creditore hypothecario priori emit, ab ſecũdo non conueniri, a quo neque prior ille conueniretur. l. j. C. ſi antiq. cred. pig. vend. l. 12. §. ſciendum, qui pot. in pig. Poſtremò addam, quod reſponſum eſt l. 15. §. ſi qua, de damno infe. ſi quis iuſſus ſit poſſidere: quia damni infecti non caueretur, hoc eſt, neque debitor repromitteret, neque creditor ſatisdaret, pignoris perſecutionem denegari, qui potiores in pignore habeant, ſuo poſteà loco dicam. Proximum eſt vt videamus, an creditor poſſit relicto reo principali, agere hypothecaria, & impetere ſtatim poſſeſſorem. Certè Iuriſconſulti olim hoc illi liberum eſſe uoluerunt. Nam & Scæuola meminit creditoris hypothecarii, qui cum poſſet debitoris hæredes idoneos conuenire, ad fundum tamen venit. l. 19. qui pot. in pig. Paulus ſingularẽ quẽdam caſum excipere videtur. Quedam (inquit) Moſchis fiſci debitrix ea conductione vectigalis, hæredes habuerat: a quib. poſt aditam hæreditatem Faria Semilla, & alii prędia emerant. Cũ conuenirentur pp Moſchidis reliqua, dicebant & hęredes Moſchidis idoneos eſſe, & multos alios ex ijſdẽ bonis emiſſe. Aequum putauit Imp noſter, prius hęredes cõueniri debere: deinde in reliquum poſſeſſorem oẽm: atque ita pronunciauit. Hæc Paulus. Vndè intelligimus, hypothecam fiſci veluti ſubſidiariã eſſe. Quòd emptor cauſabatur multos alios emiſſe, ut ſaltẽ diuideret hypothecariam actionem, non videtur admiſſum fuiſſe. Nam indiuiſam eſſe pignoris cauſam, conſtat. Sed quòd addifferendam hypothecariam actionem obiiciebat, prius conueniendos eſſe reos principales, ęquis auribus exceptum eſt. Hoc verò exemplo Iuſtinian. videtur & de omnibus hypothecis, ſicuti & de fideiuſſoribus, idem ſtatuiſſe, Nou. conſti. 4. An poſſit fideiuſſor ante reum conueniri, dubitatũ olim fuiſſe, ipſe quoque Cice. ſignificat, li. 16. ad Atticum. vbi de Dolabella, & eius ſponſoribus loquitur. Poſſe tamen, Iuriſconſulti poſtea conſtãter reſponderunt, & Cæſares reſcripſerunt. l. Iure. l. alienã. C. de fideiuſ. Iuſtinianus ita demum id admiſit, ſi reus abſens eſſet: Si adeſſet, volüit hunc prius excuti, vt ſi non ſoluendo eſſet, tunc fideiuſſor conueniretur. Quandiu autem duret actio hypothecaria, poſtea dicemus, cum quæretur, cuius tẽporis præſcriptione tolli poſſit. Certè durat diutius, quàm vindicationes dominorum: interdum etiam diutius, quàm actiones in perſonam. Vbi actioni hypothecariæ nihil obiicitur, & ea rectè intenditur, ecquæ tandem eius vis & victoria eſt? Vlpianus. l. 36. De noxali act. ait, poſſe Seruiana rem auocari à poſſeſſore etiam domino. Ius ſeruitutis etſi dominum interturbet in rei ſuę vſu, tñ poſſeſſorem eum eſſe patitur. Sed ius pignoris poſſeſſionem illi totã veluti eripit: & propterea plus quippiam quàm ſeruitus detrahere domino videtur. Quod & ſupra notauit: & inde conſequi dixi, quod reſponſum eſt l. 66. §. fundo. de lega. 2. Certè dicitur res euinci nõ ſolum ſi dominus eam vindicet, ſed & ſi hypothecarius creditor auferat. l. j. §. ſi hæres. ad Trebellia. l. 65. de euict. tunc cq; etiam committitur actio de euictione, & ſtipulatio duplæ. l. 34. §. vlti. de euict. Sed meminerimus interea, quòd Papinianus ait, hac actione hypothecaria nudam tantùm poſſeſſionem auocari, l. 66. de euict. Nudam vocat, quæ & æuicta manet nuda atq; ſola. Cùm dominus rem ſuam vindicat, poſſeſſionẽ etiam auocat: verum ea tunc coniungitur cum dominio. Sed & fructuarius cùm rem vindicat, poſſeſſionem petit: verum eam conſecutus, nudam non habet. Vtitur. n. & fruitur. Creditoris verò hypothecarii nulla eſt talis poſſeſſio. Intereà tamen, vt fundum obligatum, ſic & ſeruitutem ei debitam ſuo iure uindicat: & nè ei vicinus noceat, rectè nunciat nouum opus. Nam & creditoris intereſt, conſeruari & augeri potius, quàm imminui rem pignoratam. Quod tamen dixi de vindicatione ſeruitutis, & nũciatione noui operis, opus habet maiori explicatione. Ei, cui fundus pignori obligatus ſit, dari vtilem ſeruitutis vindicationem, vel petitionem, Iulianus ſcripſit. l. 16. de ſeruitu. l. vnica. ad fi. de remiſſ. Exiſtimauerat idem Iulianus, eandem & fructuario dari. Sed magis placuit ſententia aliter exiſtimantiũ, l. 1. ſi vſufr. peta. Hic itaque hypothecario creditori plus tribuitur, quàm fructuario: quaſi ad dominii cauſam ꝓpius accedat, & eius magis interſit. Qui ſeruitutem uindicare poteſt, poteſt & nouum opus nunciare. Iulianus itaque & creditori pignoratitia & fructuario hanc nũciationem dedit. l. 8. de oper. no nunciat. l. unica. de remiſſ. Sed vt ſuperior in creditore fuit recepta hæc illius ſententia, in fructuario repudiata. l. 1. ad fi. de oper. nouncia. Quæ & qualis ſit poſſeſſio creditoris pignus tenentis, & quę eius poſſeſſionis vtilitas ſit, dicam paulò poſt. Nũc illud dicendum eſt, qualiſcunque tandem ea ſit, tñ creditorem iure pignoris non tam præfractè eam petere, q̃ ſub quadam veluti cõditione, aut alternatione. Diocletianus Impe. quaſi conciperet formulam hypothecariam, ait hoc peti, ut poſſeſſor vel totum debitũ reddat, vel eo quod detinet, cedat. l. 2. C. ſi vnus ex plur. hære. Ergo creditor rem ita petere, ſi poſſeſſor nolit ſoluere, vr & poſſeſſori liberum eſſe, ſi ſoluere malit, non cedere creditori. Nam etſi non poſſideret, tñ offerendo quod debetur, infringit totum ius pignoris. Sed magna quæſtio eſt, quid ſtatuẽdum ſit, ſi hic poſſeſſor, offerẽs creditori quod debetur, petat etiam ius pignoris ſibi cedi? Scæuola. l. 19. qui pot. in pig. reſpondit, iuſtum poſſeſſorem creditori, quod debetur, offerentem, non iuſtè poſtulare ius etiam nominis ipſius ſibi cedi. Si hoc nomẽ habeat adiunctum ius pignoris, & illud ſimul trãsferri dubium nõ eſt. Verùm adhuc quæritur, quiſnam ille iuſtus poſſeſſor ſit? An bonę fidei emptor, an alius etiã chirographarius creditor? Illud certum eſt, non omnibus rei obligatæ poſſeſſorib. creditori debitum offerentibus cedendum eſſe aut ius nominis, aut ius pignoris. Omnibus tamẽ licet tali oblatione repellere agentem creditorem, eiuſque etiam hypothecam diſſoluere. Itaque Paulus ait, creditores a vindicatione rei, quam pignoris iure ꝓſequuntur, remoueri ſolere, ſi qualiſcunq; poſſeſſor offerre debitum velit. Neque enim debere quęri de iure poſſeſſoris, cum ius petitionis remoueatur ſoluto pignore. l. 12. §. vlt. quib. mod. pig. vel hypo. ſol. Verum etſi ſoluenti, pignusque liberanti, propterea nõ detur in eandem rem ius pignoris, aliquod tñ ius retentionis datur. l. j. quib. mod. pig. vel hyp. ſol. quod & ſuprà notaui. Sed vt exitum & executionem actionis hypothecariæ ſemel finiamus, repetendum eſt, quod Martianus docet. l. 16. de pig. Ait, in vindicatione pignoris quæri, an is cum quo actum eſt, poſſideat rem, de qua eſt actum. Si non poſſideat, nec dolo fecerit, quò minus poſſideat, abſolui debere: Si poſſideat, & aut pecuniam ſoluat, aut rem reſtituat, æquè abſoluendum eſſe: Si neutrum horum faciat, condemnationem ſequi. Sed & ſi dolo deſijt poſſidere, propterea que rem reſtituere non poſſit: condemnari, quanti actor in litem iurauerit, ſicut in cęteris in rem actionib. Sed & ſi reſtituere poſſit, nec velit, in litem iurari ꝓp talem contumaciam exiſtimo, exemplo aliarum in rẽ actionũ. Martianus tñ ait, ſi pluris condemnatus ſit debitor nõ reſtituẽdo pignus, q̃ computatio ſortis & vſurarum faciebat, & poſteà ſoluere velit, quantum debebat, audiri, vt id ſoluendo hypothecam liberet. Hic itaque non valdè vrgetur re iudicata: ſed ex ęquo & bono habetur eo loco, in quo ante condemnationem erat, quanquam ſummo iure res iudicata nouam actionem daret. Verum etſi ſimplex fuerit condemnatio rei reſtituendę, creditoris hypothecaria actio non nouatur. Inquit idem Martianus: Creditor hypothecam ſibi per ſententiam adiudicatã, quẽ admodum habiturus ſit, quæritur: namdominium eius vindicare non poteſt. Sed hypothecaria agere poteſt; & ſi exceptio obiicietur a poſſeſſore rei iudicatę, replicet: Si ſecundum me iudicatum non eſt.

Qualis ſit poſſeſſio creditoris pignus tenentis. Cap. XV.

AGè verò, conſecutus eſt rem creditor iure pignoris, eamque tenet & poſſidet: quid tum? Dixi anteà ex Papiniano, nudam eſſe hanc poſſeſſionem. Non eſt tamẽ inutilis. Dicere poſſem, naturalẽ magis quàm ciuilem eſſe, vel potius eſſe corporis magis quàm animi. Sed Iuriſconſulti variè appellãt poſſeſſionem corporalem, naturalẽ, ciuilem, & propterea confusè & obſcurè loqui videntur. Fructuarium poſſidere, & nõ poſſidere dicunt. l. 6. & 12. de acquir. poſſeſ. Non poſſidet animo domini, ſed corporaliter tñ poſſidet: & ità rem tenet, vt ẽt commoda & fructus poſſeſſionis cõſequatur tanquàm dominus. Dicitq; & naturalis & ciuilis eius

Source : BIU Cujas

poſſeſſio poteſt,quæ & corporalis & iuſta & ipſi vtilis eſt. Creditor corporaliter primum pignus tenet, & naturaliter, & denique ciuiliter poſſidet: quia iure id habet,non tamē tanquàm dominus,neque animo aut nomine domini: ſed nō inutiliter tamen,non q̄ vtatur fruatur vt fructuarius, ſed q̄ tamen huius ſuæ poſſeſſionis quædam commoda conſequatur. Agamus apertius & explicatius. Satis conſtat, non eſſe inanem pignoris perſecutionem. Quæ vtilitas ſit,videamus. Principio communis regula dictat,tutius ſemper eſſe rei incumbere, q̄ actionem habere. Et qui pignus poſſidet;nō metuit illam intereà prę ſcriptionem temporis, quæ hypothecariæ actionis obiici dicitur, & opponi. Deindè ſæpè in pari cauſa creditorum, melior ē poſſidentis conditio.l.10.de pig.l.14.qui pot.in pig. Certè poſſidenti facilius dari retentionem, vbi actio etiam non daretur, ſuperius oſtendi:Denique ſi rem pignoratam vendere velit,& venditam (vt fieri ſolet) tradere,qūo poterit, ſi eam ipſe nō habet? Sed & ea eſt creditoris pignus tenentis poſſeſſio, vt actione in rem veluti vindicatione,aut ad exhibendum rectè cōueniatur, ſi alius agat,quàm qui pignori dedit. Si tamen in tali vindicatione condemnetur creditor poſſidens,debitoris dominio nō nocebit res iudicata.l.ſæpè.de re iud. Deniquè talis eſt hæc poſſeſſio,vt etiam aduerſus dominum debitorem creditor furti agere poſſit,ſi rem ille ſuam ſurripiat. Saltem enim furtum facit naturalis & alienæ poſſeſſionis. Sed res tamen propterea non tam fit furtiua,quin vſucapi poſſit. Immò verò & ſi debitor dñs nō eſſet,ſed fortaſsè fuiſſet rei poſſeſſor bonæ fidei, & rem pignori datam ſubtraxiſſet,atque vendidiſſet,furtum quidē facit: ſed res ità furtiua nō eſt,quin ab emptore vſucapiatur: nam & hic debitor pro domino eſt: & cum res in eius poteſtatem puenit, vt deſinat furtiua eſſe,& deindè vſucapi poſſit, videtur in poteſtatem domini reuerſa: quaſi hic qui furtum facit, alia ratione furti vitium tollat. Certè non eſt neceſsè, vt in creditoris poteſtatem res reuertatur.l.4.§ ſi rem pignori.de vſurpat.l.ſi rem. p empt. Quanquam ea de re olim dubitatum ſit, cum alioqui dubium nunquàm fuerit, quin ſi in creditoris poteſtatem reuerſa ſit,multò magis deſinat eſſe furtiua,& poſſit vſucapi.l.vltim.de vſurpa. Sed quid eſt,quod Philip.Imp. reſcripſit.l.6. C.de vſuca. pro empt. rem pignori obligatam,& poſtea a debitore diſtractam,non poſſe quaſi furtiuam vſucapi? Id,qui ſubtiliores ſunt, dictum accipiunt,vbi rem creditor non tenebat. Quid igitur? an tunc multò magis furtum facit debitor? & quale tandē hoc furtum eſt? Certè hic quoque furtum poſſeſſionis eſſe potuit. Quid enim ſi creditor rem illam debitori locauerat, aut precario dederat? Certè etſi non teneat, poſſidere tamen tunc per debitorem,vt per conductorem aut colonum,intelligitur.l.37.de acqui.poſſ.l.33.§.vlt.de vſurp. Sed cur ſaltem, non cenſetur hic purgatum furti vitium,vt in caſu ſuperiori? Quia poſtquam eſt contractum,non eſt reuerſa in domini poteſtatem. Immò verò cùm res transferretur in alium,primum eſt contractum furti vitium. Iam illud obſeruandum eſt,vt hic creditor per debitorem tanquam per conductorem intelligitur poſſidere,ſic ediuersò debitorem per creditorem pignus tenentem, multo magis poſſidere vt vſucapiat. Iulianus l.36.de acqui.poſſ.ait,eum q̄ pignoris cauſa fundum tradidit,intelligi poſſidere, neque creditoris poſſeſſione impediri vſucapionem. Immò verò ad vſucapionis cauſam videtur debitor adhuc poſſidere rem alioqui corporaliter datam pignori,vt Paulus ait.l.i. §. per ſeruum corporaliter.de acqui.poſſ. Certè creditor cùm animo domini nō poſſideat,ſed alieno potius nomine,ſi poſſidet, ſibi nō propriè, neq; omnimodò poſſidet. Itaq; & Paulus: Rem,inquit,pignori acceptam,quia pro alieno prorſus poſſidemus,nō vſucapimus, l.13.de vſurpa. Vſucapiunt autem,qui eam nobis pignori dederunt: quia per nos,vt per conductores aut commodatarios,adhuc poſſidere videntur. Paulus d.§.per ſeruum.ait, ad hanc vnā vſucapionis cauſam debitorem poſſidere,hic intelligi,ſicuti & Iauolenus.l.16.de vſurp.ait,eum qui pignori dedit,ad vſucapionem tantum poſſidere: quantum verò ad reliquas omnes cauſas pertinet,eum q̄ accepit,poſſidere. Nè quis hic fallatur,quę nam hę cauſæ ſint,anteà notaui. Certè,quòd ad cauſam dominii pertinet,nullo modo poſſidere intelligitur,qui rem pignori tenet. Et vt non poteſt vſucapere,ſic neque vti Publiciana. Caius ait,iuſtas quidē eſſe pignoratitias, & precarias poſſeſſiones, ſed ex iis tamen non competere Publicianam actionem: quia neque creditor,neque is qui precario rogauit, eo animo nanciſcatur poſſeſſionem,ut credat ſe dominum eſſe.l.13.§. 1. de publi.in rem actio. Non diſſimili ratione Paulus probat,noxali actione non teneri eum qui pignori ſeruum accepit, uel precario rogauit,ſed dominum,in cuius adhuc poteſtate ſeruus eſſe intelligitur,ſicuti & ſi depoſitus,aut commodatus eſſet. Licèt enim (inquit) iuſtè poſſideant, non tamen opinione domini poſſident.l.22.§.1.de nox.act. Denique cùm receptum eſſet,poſſeſſores rerum immobilium non compelli ſatisdare iudicio ſiſti,adiectum eſt,creditorem qui pignus accepit, poſſeſſorē non eſſe,tametſi poſſeſſionem habeat.l.15.§.creditor.qui ſatisd.cog. Quid igitur? Ipſe dominus, qui pignori dedit, in eo adhuc caſu pro poſſeſſore habetur,vt nō ſatisdet. Porrò adeò nuda eſt poſſeſſio creditoris pignus poſſidentis,vt nullo modò poſſit vti pignore,& ſi vtatur,furti teneatur.l.56.de furt. Et tamen in re adſeruanda non ſolum præſtat dolum,ſed & culpam. Poteſt rem ſibi obligatā locare.l.23.de pign. Sed merces erit domini, ſicuti & fructus omnes pignoris,non creditoris ſunt,ſed eius q̄ pignori dedit,ſiue dominus rei ſit,ſiue poſſeſſor bonæ fidei.

De antichreſi. Cap. XVI.

FIT tamen aliquādo,vt maior vtilitas pignoris ſit, & creditor rem obligatam non ſolum teneat, ſed & propriè vt fructuarius poſſideat,hoc eſt,ea vtatur fruatur. Non fit hoc quidem ex natura pignoris,ſed fieri poteſt ex cōuentione & pacto, neque propter huius vtilitatis acceſſionem pignus eſſe deſinit. Iuriſconſulti appellant ἀντίχρησιν, nempe cū conuenit,vt pecunia debitor vtaī fruatur, & creditor loco vſurarum percipiat fructus pignoris, eoq; intereà ſimiliter vtatur fruatur. Papinianus l.1.§ pacto.de pign. meminit cuiuſdam pacti,quo placuit,vt creditor fructus hypothecarum vſuris compenſaret ſini legitimę uſuræ, talemque conuentionem utilem eſſe ait. Modeſtinus quoque mentionem facit ſimilis conuentionis,vt creditor pignus in pecuniæ ſuæ compenſationē certo tempore poſſideat,& fructum capiat.l.39.de pigno.act. Deniq; Paulus meminit pignoris,quod in vſu creditoris eſt, voluntate debitoris.l.9.§.vlt.de ſuppel. leg. Sed & in reſcriptis principum legimus, interdum poſſeſſionem ea lege creditori obligari, vt fructus inuicem vſurarum conſequatur. Item, pecuniam ea pactione mutuò dari, vt uice uſurarum creditor domum debitoris inhabitaret.l.ſi ea lege.l.ſi ea pactione.C.de vſur. Martianus, ſcribens de formula hypothecaria,duobus locis hanc pignoris conuentionem appellat ἀντίχρησιν.l.11.§.1.de pig.l.ſi pecuniam. de pig.act.& pignus nihilominus dici poſſe ait,& hypothecariā actionem: videturque ἀντίχρησις etiam deſcribere,cum ait ità dici, vbi creditor retinet poſſeſſionem,donec illi pecunia ſoluatur, & in vſuras intereà fructus percipit. Non eſt abſurdum, vt vſura alterius ſit & generis, quàm ſors ipſa. Sed multò erit iuſtior ratio ἀντιχρήσεως, ſi ad modum & (vt Papinianus loquitur) finem legitimæ vſuræ reuocetur. Quid enim alioqui,ſi cum cētum aureos mihi mutuò dederis,fundum pignori acceperis, qui quotannis ſolebat fructum uiginti aureorum reddere? Certè iniuſta eſſe ἀντίχρησις, & in fraudem legitimæ uſurę cōtracta uideri poſſet. Quanquàm propter incertum fructum leges patiātur, ut ſi fortè fructus excedant modum vſurarum, nihilominus creditor eos habeat, tāquàm periculi precium,cum etſi minus fructuū naſceretur,eo tamen contentus eſſe deberet. l.ſi ea lege. C. de uſur. Sanè Cicero ſecūda ſua in Catilinam oratione quoſdam Catilinarios reprehendit, qui cùm in magno ære alieno eſſent, ſed maiores tamen poſſeſſiones haberent, nihil ex his vendere uolebant,quo ſe liberarent,ſed certarent cum uſuris (ut ait) fructibus prędiorum. Hoc ſtultiſſimum fuiſſe ait. Si fructus prædiorum multo maiores eſſe ſoleant fœnore debito, ſtulta eſt ἀντίχρησις. Sed alioqui non eſt iniqua. Cęterū certas vſuras promittere,& in ſolutum fructus ita dare,vt quod ſupereſt fęnoris, etiam ſoluatur,vel ſequentium annorum fructus ſemper oneret,hoc verò ſtultiſſimum eſt. Illud poſtremò eſt memorabile, quod obſeruaui in Iuſtiniani Nou.cōſti.120.pàrtim eſſe pignus merum & ſimplex,partim ἀντίχρησιν. Iubet Iuſtinianus, ut domus eccleſiaſtica debitis obnoxia, cum alioqui ex mobilib. rebus Eccleſiæ diſſolui æs alienum non poteſt, ita creditori detur pignori,vt fructus partim imputet in ſortem,quæ debetur, partim in vſuras,ſed quadrantes tantum.

De pignorum lege commiſſoria. Cap. XVII.

IVs & utilitas pignoris augetur,ut dixi,pacto,& conuentione ἀντιχρήσεως. Sed ut etiam dominium occupet captioſa aliqua conditione, ferendum temerè non eſt. Dixi anteà, pignus ſæpè appellari fiduciam, cum ea lege detur, ut debito ſoluto reſtituatur. Nihil eſt captionis in ea fiduciaria pignoratione. Sed ſi creditor paciſcatur, ut ſi ad diem pecunia non ſoluatur, fiducia illa deſinat, & pignoratio p̄ mancipatione ſit, hoc eſt,res ſit creditoris pro eo quod debetur,nō eſt obſcura in tali pactione captio. Legem aut conuētionem commiſſoriam ſæpè Iuriſconſulti uocant,cū rē ea cōditione tibi uēdo atq; trado,ut ſi intra certum diem precium non ſoluas,res ſit inempta, eamq; mihi reſtituas. Hæc dici etiam poſſet quædam fiduciaria mancipatio,ut ueteres loquebantur. Noſtri,ut dixi,uocant pactionem commiſſoriam. Impe. Alexan. uocat commiſſoriā uēditionem.l.4.C.de pact.int.emp.& ven. Nam committendi uerbo

Source : BIU Cujas

bo vtuntur,quoties quid alicui adimitur, & alteri datur: quia quippiam vel factum non sit,quod debuit: vel factū, quod non debuit.Sed & committi conditionem dicunt,cū euenit. Hanc autem siue legem,siue conditionem venditionis: Si ad diē pretium non solueris,rem vt inemptam restitues,tolerant. Fatentur aliquando esse odiosam.l.Aemilius.de minor. Sed iniquam non esse putant,neq; certè captiosa est. Nam & ediuersò emptor ita pacisci potest: Si ad diem non tradideris fundum venditum, tua domus eius loco mihi empta esto.l.2.C.de pac. pig. Est enim hæc principalis quędam conuentio legitimæ cuiusdā ueluti permutationis,sub conditione contracta: vt fundus purè,domus sub conditione vendi intelligatur. Sed si creditor pignus ea lege accipiat,ut si ad diem pecunia non soluatur,suum id faciat,propriumq; habeat, iniquam, & captiosam pactionē esse dicimus,qua pro pignore dominium quæratur: vocamusque commissoriam, neque patimur tali commisso tolli fiduciam,hoc est,pignus fieri creditoris.Paul.lib.2.senten cum titulum proposuisset de lege commissoria,non nisi de fiducia & pignore tractat. Fortassis fiduciam appellat, cum pignus ea lege datur,ut si ad diem pecunia soluatur,lui possit,postea non possit.Possetq; ēt dici talis conuentio lex commissoria. Certè aliq̄ legem commissoriam in pignoribus receptam fuisse,Paulus eo loco significat,& ex Isidor.colligi potest.Et verò Cicer. lib. 13. Epistol.ad Att.& in Orat.pro Flac.commissam fiduciam dicit. Sed vt ingenuè loquar, quid his veteres senserint, obscurum est.Constantini hæc constitutio non est: Quoniam inter aliàs captiones commissoriæ pignorū legis crescit asperitas, placet infirmari eā.l.vlt.C.de pact.pig.Nos hoc ꝓstitui interpretamur, vbi conuentio ità concepta est, ut si ad diem pecunia non soluatur,pignus sit creditoris. Certè talis lex commissoria est captiosa,cum & debitor rem suam amittat præter spem, nec eam iusto pretio uendat, sed pro debito cogatur veluti in solutum dare.Quid igitur? Iurisconsulti ante Constantinum tale pactū non improbauerant?Non existimo probasse.Sed obscurè,quid hic sentirent,significarant, & intereà creditores abutebantur eorum veluti patientia.Sanè cum stipulanti vxori vir spopondisset,direpto matrimonio,prædia, quæ doti erant obligata, in solutum dare, respondit Vlpianus, viro nihilominus integrum esse,dotis quantitatem offerre,& prędia sua liberare,atq; retinere.l.45.de solu.Rectè sanè potest maritus ea prædia vxori vendere iusto pretio,sicuti idem Vlp.fatetur.l.7.§. si vxor. de dot.int.vir.& vxo.Sed iniquum esset, eum cogi in solutum pro dote ea dare,cùm & pignus soleat esse maius debito, & iniquū etiam multò magis fuerit, talem obligationem descendere ex hac conuentione: Si ad diem pecunia debita non soluatur.Rectè sanè pignus in solutum dari purè potest. cum ita placet debitori,atque creditori,l.si prædium.C.de euict.l.j.C.de pig.Nam & rem pignoratam,si velit, potest debitor donare creditori.Potest & purè vendere,neque integrum posteà erit, venditionem rescindere,& si offerat,quod anteà debebat.l. 34. de pignor.act. Sed & sub hac conditione:Si ad diem non soluat debitum,pōt vendere,modò iusti tunc pretii ratio habeatur. Captiosa verò ea conditio est,cum sub ea pignus in solutum daretur. Martianus.l.16.§.ult.de pig.Potest (inquit) ita fieri pignoris datio,ut si intra certum tempus nō sit soluta pecunia,iure emptionis possideat rem iusto pretio tunc æstimandam.Hoc enim casu videtur quodammodo conditionalis esse venditio.Hanc venditionem obseruemus iustam etiā esse,neque temerè in ea fieri mētionem iusti pretii.Scæuola.l.vlt de contrah.emp.meminit debitoris cum suo fideiussore, qui pignus alioqui non rectè sibi emeret a creditore,pacisc̄entis sub tali cōditione,vt pignus emptum habeat.Sed intelligamus emptum iusto pretio, non ēt ea pecunia,quam creditori soluerit debitoris pignoris q̄; liberandi causa.Illud ergo dicimus,creditorem posse fieri dominum pignoris,si iustè,& sine captione id emat. Eum posse abs debitore pignus emere,simpliciter rescriptum est.l. rescriptum. de distrac.pig.Sed & si executor pignus in causam iudicati captū vendat,creditor vt alius quiuis,ad licitationem admittetur. l. 2. C. si in caus.iud. pig.quanquàm si ipse vendat,sibi vēdere non possit,ac ne quidem per suppositam personam emere. l. ei qui. C. de distrac.pign.

De distractione pignorum. Cap. XVIII.

LOcus nunc postulat,vt de distract.pign videamus. Nam & hoc præcipuum ius est hypothecarii creditoris, & cum rem pignori obligatam vendit, dicitur ius suum exequi.l.7.§. . de rebus eor. Et iure creditoris, legeque pignoris vendere,cum ita uendit.l. 10.de distract. pigno. l.59 §. creditor. mand. Primum ergo hic agemus de creditore, deinde de debitore pignus vendēte. Ac creditor quidem interdum non tam rem ipsam uendit,quàm ius suum, sicuti & ius pignoris potest pignori dare,& ipsum principale nomen etiam uendere.Quod vbi fit,emptor rē non consequetur,vt dñs eius fiat, neque tanq̄ suam uindicabit,sed tantum hypothecaria actione persequetur vt obligatam. Verùm potest etiam creditor ipsam rem alienam quidem,sed sibi obligatam,vendere. Quid quantumq; intersit inter hanc & superiorem vēditionē, paulò post latius dicam.Certè tantum,quantum inter rem ipsam & ius pignoris interest.Nunc illud tantum dico, facultatem rei quoq; distrahendæ creditori dari: depēderq; etiam hęc potestas,& descendit ex iure pignoris, ut huius quoque accessio quædam uideri possit.Certè cum Papinianus negare vellet rē pignori obligatam fuisse alicui,dixit hunc frustra rem distrahere. l.1.§. 1.de pigno.Et ediuersò,ex pacto rei distrahendę colligit,tanquā antecedens,rem pignori obligatam esse.l.3.§.vlt. qui pot. in pign. Adeò ius hoc distrahendi,cum iure pignoris coniunctum est. Itaq; & cum Prætor ex causa permittit rē pupillarē obligari, simul intelligitur creditori ius deindè vendendæ eius rei dare: neq; in eius alienatione nouo Prætoris decreto est opus.l. 7. §. 1.de reb.eor. qui sub tut. Sanè ꝙ attinet ad pignus illud Prætorium,quod in causam iudicati capitur iussu magistratus, nō potest ipse creditor priuatim id uendere: sed ab ipso executore, eiusdem Prætoris mandato,publicè distrahitur.l. 2. C. si in cau. iudi. Verum alia pignorum genera creditor iure suo vēdit. Ac moris quidē fuit,ut in contrahendo pignore nominatim quoque paciscereturde eius vendēdi potestate, si ad diem pecunia non solueretur.Itaque & Imp.Alexander, pactum hoc vulgare fuisse ait.l.4.C.de pign.act. Nec dissimilis conuentio extat apud Demosthe.προδοσιαν. Verum & si nominatim hoc nō cōuenerit,tamen pro cōuento habetur, & pignoris iure includitur. Immò verò & si expressim conueniisset,nè creditor pignus venderet,tamen subest tacita ueluti conditio, si debitor interpellatus soluat: sicuti & cū pactus est locator, non expellere conductorē.Et profectò nulla propè vtilitas pignoris esset, si creditor semper id seruare debitori teneretur: nec vnquàm distrahere, ut debitum cōsequeretur,posset. Quid igitur? Etsi tale pactum interuenerit, tamen Vlpianus pignus uendi posse significat, si ter interpellatus debitor in mora sit.l.4.§.vlt.de pig.act. Quo ēt loco,cum dixisset creditorem furti obligari, si uendat, cū conuenit,nè uenderet.addit hanc conditionem atque exceptionē, nisi debitori ter fuerit denūciatum. Vnde intelligi potest,quomodo sit accipiendum, quod alio loco simpliciter dixit, furti eum teneri,si uendat.l.75.de furt.Cæterum Iustinianus etiā adiecit,post triplicem illam denunciationem expectandum esse biennium.l.ult.§.sancimus.C.de iure dom.impet. Sanè & cum soluendæ pecuniæ dies pacto cōfertur(inquit Papinianus) conueniisse uidetur, nè prius uendendi pignoris potestas exerceatur.l.4.de distrac.pign.Conferri dixit,pro Diferri. Sic & ubi dies soluendæ sortis,nouo pacto ꝓfertur atque diffunditur, dictum in Papiniani auditorio fuit,dilatam quoq; videri diem vsurarū committendarum.l.lecta.si cer.pe.Sed ubi debitor in mora est, creditor, qui pignus persequi potest, potest id etiam uendere: quanquam rursus iubeatur cum venditurus est, illud ipsum de venditione,debitori denunciare, & omnia bona fide agere. l. 4.C.de distract.pig.Impediri uerò quo minus uendat,nulla uel appellatione, uel denunciatione, uel pœnæ comminatione, uel testamentaria denique intercessione aut debitoris, aut alterius creditoris,potest.l.j.& 2.C.debit.uendit.pig.imp. non pos. l.ulti.§.ult.de appellat.recip.Vna est ratio impediēdæ huius uēditionis,si quod creditori debetur,in solidum offeratur. Sed alioqui si summo iure agere is uelit, potest pro minima etiam debiti parte reliqua,rem pignori obligatam totam distrahere: & ex multis etiam deligere,quam uendere potissimum uelit.l. 8.de distrac.pig.Id uerò,quia durum uideri posset, paulo diligētiùs excutiamus.Dixi anteà,indiuiduam esse pignoris causam ex utraque parte,hoc est,etsi mihi pars tantum debeatur, veluti si pro parte sim hæres creditoris ex multis vnus, uel tu partē solùm aliquam rei obligatę possideas: tamē sic in solidum agi, vt & qui rem integram possidet, eā mihi cedere totam debeat, nisi quod mihi debetur persoluat:& tu, qui partem tātùm possides,ab eo cui debetur,insolidum conueniaris, perinde atque si etiam possideres totum pignus.Iam verò qualis est persecutio pignoris,talis & distractio esse solet,& hanc cum illa coniūgere solemus.Vbi igitur possum persequi totum pignus, possū & uendere totum. Nam etsi plus ex pretio consequar, q̄ mihi debeatur,quod superfluum est,debitori reddā: sicuti si minus consequutus essem,reliquum nihilominus ab eo peterem.l.2. C.de distract.pi.Sed si plures sint res pignori obligatæ, an æquè potero vniuersas & persequi & distrahere? Certè si mea interest,nō est dubiū me posse.Si vna pōt mihi satisfacere, iniquum esset omnes distrahi.Quid igitur, an saltem deligere possum, quam puto commodius mihi esse vt uendam? Dixi, me posse. & Modestinus hoc dixit l.8.de distrac. pig. Sed & interdum ne persequi omnes quidem possem. Nam si vnam aliquam rē tuā specialiter mihi obliges,& deinde generaliter omnia bona tua,si ex illa vna possum cōsequi vniuersum debitū, reliqua auferre non possum.l.2 C.de pig.Porrò non solùm priores,sed & posteriores creditores possunt pignus uendere. Nā ut illis cessantibus,hi rem persequi non prohibentur:ita,quam consecuti

sunt,vendere poterunt,sine illorum tamen fraude, quibus integrum erit emptorem possidentem persequi. Itaque fateor longè tutius esse,emere à priori creditore,vt mox dicam. Sunt & quędam in vēditione pignoris obseruanda, quę tamen ad venditorem magis pertinent,quàm emptorē. Iubetur creditor bona fide vēdere pignus.l.4.C.de distra. pig. Si tamen dolo malo aliquid tunc faciat,ipse tenebitur, non autem emptor bonæ fidei.l.si cessante. C.de distrac.pig. Sed si emptor fraudis conscius colludat cum venditore,saltem in subsidium tenebitur domino debitori.l.1.& 3.& vlt.C.si vend.pig.aga.Et quidem vt creditor vendens de dolo tenetur debitori,sic & executor distrahēs rem captam in causam iudicati l.si pignora.de euict.l.3.§. si executor.de negoc.gest.Sed quid bona fides hic postulat? An vt pignus publica auctione,& licitatione,tanquàm sub hasta distrahatur?Certè si ab executore rei iudicatę vēdatur, ità vēdi solet. Sed si sit pignus priuatim contractum, satis est creditorē vēdere,vt bonus paterfa.venderet. Sanè in conuētione distrahendi pignoris olim apud Athenienses illud nominatim cauebatur, vt creditor iusto pretio venderet.Nā formula pacti,quæ apud Demosthenem extat, meminit ὑπαρχούσης τιμῆς. Sed id satis intelligi potest,contineri bona fide.Quanquàm & sæpè apud Romanos quoque hic mentio fieret pretij iusti.l.si fundus.§.ult.de pig Porrò quæritur,an quemadmodum uendere pignus creditor potest,ita etiam possit debitor rem suam, licèt alteri obligatam,vendere? Dixi anteà,si vendat,& alteri tradat, cum tradere potius creditori deberet,furtum committere videri. Sed & crimine stellionatus tenetur, si emptorem fefellerit: hoc est, dissimulans rem obligatam esse, vendiderit. Verum quęstionem & furti, & stellionatus nunc mitto: non enim ea perpetua est.Quid igitur,an saltem sine alterius fraude rectè vendet? Certè poterit. Nam & si creditor rem possideat, nec vendere ipse velit (non enim cogi potest) cogitur eam saltem exhibere debitori vendere uolenti: præsertim, cùm hoc agatur, vt ex pretio satisfiat creditori.l.6.de vignoratitia actione.Sed quid si nominatim conuenerit, nè debitor pignus venderet? Martianum respondentem audiamus.l.7.§.vltim.de distraction. pign. Quæritur (inquit) si pactum sit a creditore, nè liceat debitori hypothecam vendere,vel pignus quid iuris sit,& an pactio nulla sit talis, quasi contra ius sit posita; ideoque venire possit; & certum est, nullam esse venditionem, vt pactioni stetur. Hic Martianus iudicat non quidem talem pactionem, sed ipsam potius venditionem, nullam esse. Fuit tamen olim inter nostros Interpretes dubitatum de huius loci lectione: diciturque Bartolum Pisas misisse,qui consulerent archetypū, quod tunc illic erat,nunc Florentię adseruatur. Sed dubium iam non est, in eo ità legi,& legi etiam ita debere.Dubitationem fortasse faciebat,quòd Pomponius scribat, neminem paciscendo efficere posse,nè vicino inuito prędium alienet.l.penul.de pact. Sed Iustinianus interpretatus est,id accipiendum esse, vbi sine causa tale pactum fieret,& ubi uicini pacisentis non interesset. l. vltim.C.de pact.inter emp.& vendi.Interesse autem creditoris, nè ad alium debitor rem obligatam transferat, quis dubitat? Nam etsi semper rem sequatur hypothecaria, tamē facilior est aduersus debitorem ipsum victoria. Deindè, cùm hic dicimus valere pactionem,nè debitor pignus alii uendat, ciuiliter id interpretamur,cùm creditor ipse vendere,aut abs debitore emere suo tempore non recusat.Nam si neutrum velit, & interpellatus recuset vtrunque: æquius est, concedere debitori venditionem,ut aliquando se liberet.Non dissimilis interpretatio pactionis non vendendi est in l.122.§.cohæredes.de verbor. obli. & anteà dixi,cùm debitor paciscitur, nè creditor uendat: hoc intelligi,si debitor interpellatus sępiusque admonitus soluat. Dictum est hactenus de venditoribus pignorum.De emptoribus nunc videamus. Ac principio quidem distinguendum est, vtrum debitore,an verò creditore,vendente emant: Et vtrum debitor vendat, creditore expressim consentiente, an verò sine hoc eius cōsensu.Et rursus,si sit creditor hypothecarius, qui vendit: uidendum est,an prior,an verò posterior sit. Denique, vtrum suum ius pignoris,an verò rem ipsam vēdat. Sed & qualis emptor sit,considerandum est:quia si esset alius creditor hypothecarius,vel debitoris fideiussor, aliquod ius singulare est. Ac superius quidem dixi,multum interesse,utrum creditor ius sui pignoris,an rem ipsam distrahat. Id nunc diligentius repetendum est,& primo loco expediendum: dabimusq; operam, vt & reliquas distinctiones suo ordine exponamus, atque complectamur.Creditor suum ius pignoris,sicuti & nomen ipsum, liberè, cui & quando vult,uendere potest.Rem ipsam non ità semper potest: Illud sæpe cogitur cedere offerenti debitum, hanc nulli uendere cogitur.Illius emptor,non domini,sed creditoris vendentis locum occupat: Huius verò emptor,debitoris dominium consequitur. Ex hisce differentiis multa prætereà dependent, quæ mox occurrent. Cùm debitor ipse vendit,certum est,rem ipsam vendi. Sed vtilius est, plerunq; eam emere ab ipso creditore hypothecario,præsertim primo. Cùm debitor uendit, uendit obligatam, nisi si creditor nominatim consenserit. Tum enim tali eius consensu potest intelligi pignus remissum,vt postea dicam. At cùm creditor vendit,non solum vendit liberam à suo pignore, sed a posterioribus hypothecis.Nam tunc emptor cum debitoris dominio consequitur ius ipsius creditoris,ad summouendas posteriores hypothecas. Si tamen ipse debitor pignus ita vēdat, vt ex pretio soluat priori creditori, emptor ab hoc creditore quidem emisse videbitur: sed ius pignoris potius quàm rem ipsam, hoc est, simpliciter in eius creditoris locum successisse, sic ut posteriorem alterius hypothecam summouere possit: sed recusare non possit cedere posteriori debitum offerenti.sicuti neque creditor ipse prior id recusare potuisset. Porrò debitor rectè potest rem ipsam vendere suo fideiussori.l.vltim.de contrahē. emptio. Creditor non item posset: neq; fideiussor rectè ab eo sibi emeret. Liberare enim magis debet, vt debitori reddat: & huius potius negocium gerere in hoc genere,quàm suum, sicuti etiam spopondisse uidetur.l.indebitam. de condi.indeb.Nam & debitor intelligitur ei mandasse,ut soluat. Et ideò ultrò citròque mandati iudicium hic competet.l.2.de pigno.l.59.§.j.mand.hoc est, debitor mandati iudicio rem abs fideiussore,qui redemit, repetet cum ipsis etiam fructibus: & fideiussor contrario iudicio repetet pretium, quod dedit, cum usuris, quales alioqui debebantur creditori uendenti.l.Paulus.de fideiuss.Nam & in eius locū hic fideiussor simpliciter successisse intelligitur: & ius pignoris quidem ipsum habebit, ius uerò dominii nullum. Paulus ait, non esse habendum similem extraneo emptori,d.l.,9.§.1. Sed neque per omnia similis est ipsi creditori. Non enim ius dominii tandem impetrat,sicuti creditor.l.20.de pignor. Satis superque est, si fideiussori consulatur atque caueatur, vt nihil amittat.Rem ipsam præripere debitori,pro quo intercessit, nullo modo debet.Immò verò eam debitori custodire diligenter debet,non minùs quàm creditor ipse, & eandem culpam præstare.l.2.de pignor.Quid multis? Non potest non improbè, rei quam habet, restitutionem, cum ipsis etiam fructibus, recusare. Si recusat, fidem datam se fefelliisse ostendit, & propterea etiam de dolo teneri potest.l.1.C.de dolo. Sanè si coheres vnus fundus aliquem hæreditarium adhuc communem abs testatore obligatum emat a creditore rectè sibi emit, ut propriū habeat; neq; ipsi societati aut communioni redimere intelligitur,aut liberare.l.cohæredes.commu.diuid.l.26.§. quod pro empt.fami.erciscun. Emere autem cum tota re etiam nostram partem possumus,licèt rē planè nostram non rectè emamus. l. 40. de pignor actio.l.13. de in diem addict. Sic plus iuris habet hic cohæres, ut rem communem sibi comparet, quàm fideiussor, ut rem debitoris emat. Sed minus tamen iuris habet hic cohæres,quàm alius emptor extraneus. Cohærede ità, vt dixi, emēte,non extinguitur ius fideicommissi. Nihilominus enim potest fideicommissarius,si pretium datum illi offerat, rē consequi: quam tamen alio emēte petere non posset.l. vlti. §. quatuor.de leg.2.Quanquam tunc possit hęredes ipsos conuenire, neq; planè perēptum sit ius totum illius fideicommissi.Nā & si ij non tenerētur rem illam abs testatore obligatam luere. l. 58. §.ult.ad Treb.tenētur tamē præstare quanti res pluris fuit,q̄ ad creditorem puenire oportuit.l.78.§.Titia.ad Treb. Sed ad fideiussorē redeo: eumq; in hac causa rectè comparari posse,puto cum administratore rei alienæ,uel procuratore: qui & si sua pecunia rē abs creditore emat,liberare intelligitur, ut domino p̄cium restituēdi reddat.Hoc.n.bona fides postulat. Quid autē si non debitor dominus,sed secundus hypothecarius creditor fideiussori,qui emit abs priori creditore,offerat p̄tium? Certè si appareat fideiussorē emisse rē ipsā retinere poterit,& huius creditoris oblationē repudiare.Non.n.tenetur eius negotium gerere.Sed si ius pignoris aut nomē tantum emerit, nō minus ei q̄ illi qui vēdidit,rectè offert secūdus, vt in eius locū ſsuccedat. Et quidē si obscurum sit,quid vēditum sit,& fideiussor simpliciter emerit, facilius interpretamur, non tam rē ipsam, quàm ius creditoris vēdētis,vēditum emptumq; esse, quasi ultrò hic fecerit creditor,quod ut faceret, cogi abs fideiussore etiam poterat.Si fideiussor offerat creditori debitum totum, pro quo pignus tenetur,tenetur creditor ius suum totum in eum trāsferre,ius dico pignoris,& actiones omnes p̄sonales, quas hēt contra debitorem,uel alios fideiussores.l.2.C.de fideiuss.l. Stichum. §.vltim.de solu.l.fideiussores.§.idem respondit.de fideiussorib. Sed ut Paulus respondit, fideiussorē, in quem pignora a confideiussoribus data translata sunt, non emptoris loco substitutū uideri, sed eius qui pignora accepit.l. Paulus respondit fideiussorē de fideiuss.sic etiam dicemus, si ab eo emerit, non tam rei ipsius,quàm iuris quod is habebat,emptorē esse uideri,quod & Papinianus respondit,cum fideiussor conuētus officio iudicis adsecutus esset,ut emptionis titulo prędium pignori datum susciperet. Nihilominus enim alteri creditori facultatem esse offerēdæ pecuniæ,quia huiusmodi venditio transferēdi pignoris causa necessario fieret.l.2.de distrac.pigno.Non cogitur creditor rē ipsam uēdere.Si quid itaque uēdere cogatur,nomen ipsum,& pignoris ius uēdere intelligit. Porro in hac causa creditorem

torem ementem cum fideiussore Iurisconsulti comparāt. Martianus l. 5. §. vlt. de distra. pign. Si (inquit) secundus creditor, vel fideiussor soluta pecunia pignora susceperint, rectè eis offerē, quanuis emptionis titulo ea tenuerint. Sed & Modestinus respondit, cum posterior creditor à priore pignus emit, non tam acquirendi dominii, quàm seruandi sui pignoris causa, intelligi pecuniam dedisse, & ideo offerri ei à debitore posse. l. 6. de distrac. pign. Hinc intelligimus, creditorem ementem, non tam rem ipsam emere videri, quàm ius alterius creditoris uendētis. Sed si expressim hoc actum esse appareat, vt rem ipsam emeret: non video cur emere non possit, & dominium consequi, aliter quàm in fideiussore, qui nullo planè modo potest rē sibi emere; quia teneatur potius gerere negotiū debitoris, pro quo intercessit. Vbi creditor rectè rem vendidit ei qui emere potuit, constat emptorem cum iure vendentis consequi dominium eius qui pignori dedit: neq; aliis integrum esse illi offerre pretium, vt res euincatur. l. 2. de distra. pig. l. 1. 2. & 3. C. si antiq. cred. l. si à creditore. C. de distract. pig. Nam etsi res non tam debitoris fuisset, quàm ipsius creditoris, euinci abs creditore tāquàm domino non posset, quę ab eo tanquàm creditore distracta est. l. 10. de distract. pig. quanquàm re ab alio euicta, cùm non fuisset eius qui pignori dedit, creditor qui uēdidit, de euictione nō teneatur. l. 1. & 2. Cod. cred. euict. non deb. Cum enim iure pignoris bona fide rem vendat, vendit qualem pignori accepit. Cum quis rem vendit tanquàm suam, teneri de euictione non est, dubium. Sed cum vendit iure creditoris, & vt sibi obligatā, aliena quodammodo fide vendit. Sic idem erit, vendere lege pignoris, & iure creditoris. l. 10. de distract. pigno. l. 59. §. creditor. manda. & utrouis modo creditor vendiderit, euictionem non præstat. Si euictionem præstare nominatim promiserit, certè p̄stabit, sed debitor indemnem eum præstare debet. eiq; etiā hoc nomine nisi caueat, creditor ius habet retētionis. l. 8. §. si pignori. de pig. act. Sed & si duplam euictionis nomine creditor promisisset, cum alioqui rem commodè vendere non posset, debitor creditori tantundem præstabit. l. 22. §. ulti. de pign. actio. Neq; sanè interea liberabitur, & si pretium creditor receperit, quandiu incertum est, an id retinebit. l. 12 §. vlt. de distract. pig. Sed & si fideiussorum obligatio suspendetur, quāquàm Paulus de ea re consultus, vix audeat id affirmare, l. 59. §. si creditor. mand. Quærebatur, cum creditor pignus vendidisset, & euicta esset possessio emptori, an regressum creditor ad mādatorem habere posset: & an interfit, creditoris iure vendiderit, an communi iure promiserit. Qui uitiosam eius loci interpunctionem nuper emendauit, notat interesse, vtrum creditoris iure vendat an lege pignoris: quasi lege pignoris vendere sit, quod hic dr̄, communi iure promittere. Ego verò existimo, lege pignor. vēdere nihil aliud esse, quàm iure creditoris vendere. Nam neq; teneri de euictione creditorem lege pignoris uendentem, responsum est. l. 10. de distrac. pign. Sed communi iure promittere dicitur creditor, qui euictionem præstare promittit, sicuti venditores promittere solent, vel qui tanquam rem suam uendit. Certè tunc commune ius est, vt euictio præstetur. Quid autem Paulus ad quæst. propositam? Si (inquit) ex pretio pignorū debitum consecutus non sit, mandatorem liberum non videri. Audio, si euictione secuta pretium restituere coactus sit, regressum habere ad mandatorem. Sed quæstio erat, quando euictione sequuta non retineat pretium: & quid ante euictionem statuendum sit? Certè respondendum apertius fuisse videtur, si iure creditoris vendiderit, de euictione nō teneri, & propterea mandatorem statim liberari. Si verò communi (vt dixi) iure promiserit, euictionem præstare: neq; solum ea secuta regressum habere aduersus mandatorem, sed neque hunc interea liberari cum immineat euictionis periculum. Nam & propterea respōsum est, in suspenso esse ipsius debitoris liberationem. l. 12. ad fi. de distract. pign. Verùm superiori Pauli responso illud tantum colligi potuit, quod ipsis quoque Pandectis adscriptū est, si euictionis nomine creditor non teneatur, proficere eam rem ad liberationem. Sanè interdum creditor expressim cōueniebat, ne de euictione teneretur. l. 12. §. 1. de distra. pig. l. 68. de euic. Sed etsi ità non conuenerit nominatim, si tamen iure suo uendat, hoc est, tanquam creditor distrahat pignus, non tenetur de euictione, ut dixi, ac ne pretium quidem restituit. l. 11. §. deniq;. de actio. emp. Præstat tamen pignoratitiam saltem actionem contrariam, quam p̄ debitorem, qui rem non suam pignori dedit, habet. l. 38. de euic. Quod de euictione non præstanda hic dicimus, locum habet, & cùm Prætorium pignus publicè distrahit. Nō enim de euictione tenetur executor, qui pignus in causam rei iudicatæ captum vēdit. Sed de pretio aget emptor aduersus eum, cuius nomine res est distracta. l. 50. & 74. de euictio. l. si ob causam. C. de euict. Deniq; si fiscus creditor iure pignoris p̄diū obligatum uendat, euictionem nō debere, quia & priuatus creditor eodem iure utatur, rescripsit Alex. Imp. l. j. C. cred. euic. nō deb. Sed & si fiscus suo nomine vendat, vix est ut nunc euictio nulla esse possit. l. bene. Cod. de quadr. præscrip. atq; ubi euictio erat: ad summum tamen ille non præstabat nisi simplū, etsi eius procurator vendens promisisset duplam. l. 5. de iur. fisc. Si pupillo res obligata sit, non dubium est rectè abs tutore vendi: quia debitoris sit, non pupilli. l. 5. §. si pupillo. de rebus eorum. Sed etsi res pupillaris rectè fuerit obligata, vēdi abs creditore potest. Si verò res pupilli erat cum pignori daretur, talis distractio rescindi poterit per in integrum resti. Si abs patre pupilli data fuisset, non rescindetur: quia tunc cum pupillo nihil gestum esse videatur. Vtrunq; expressum est duobus Diocletiani rescriptis l. 1. & 2. Cod. si adu. vend. pig. Verum & antea hoc dixerat Paulus in auditorio Caracallæ, licèt quod uolebat, non potuerit alio id trahere. l. 38. de min. Immo verò oratio Seueri Imp. in senatu recitata, de prædiis pupillaribus sine decreto non distrahē dis, hanc habet exceptionem: Si creditor, qui pignori agrum à parente pupilli accepit, ius exequatur, nihil nouandum censeo l. 1. §. 1. de reb. eor. Sed neq; ea oratio impedit, rem pupillarem pignori captam ex causa iudicati distrahi. l. 3. de reb. eo. l. 1. C. de præd. min. Et licet minor 25. ann. facilè restituatur aduersus priuatam uenditionem eius pignoris, quod ipse dederat abs creditore distracti, non restituitur tamen aduersus publicam distractionem pignoris prætorii, quod rei iudicatæ executor distraxit, nisi aliquando ex magna & singulari causa. l. si ex causa. de min. Ac utile est sanè, diligenter cōferre distractionem pignoris, quam priuatim creditor, & quā publicè executor facit. Multa enim & similia & dissimilia sunt. Præcipuè autem describit ratio distrahendi pignoris in causam rei iudicatæ capti, in l. 15. de re iud. Iubetur executor primum bona mobilia, deinde immobilia, postremò iura & nomina capere & distrahere: neque immobilibus manum iniicit, si mobilia sufficiant. Nam & sæpe aliàs, cum de distrahendis alicuius bonis agitur, humaniter & benignè hic ordo seruatur, ut primum distrahantur mobilia: vt quàm minimo domini incommodo fieri potest, alteri fiat satis. l. si quis sepulchrum. §. ult. de relig. l. 1. §. diminutio autem. de uent. in poss. mitt. l. vlt. §. sin autem. C. de bonor. quæ lib. Sed nō legimus creditorem qui pignori habet mobilia aut immobilia, teneri illa prius, quàm hæc, distrahere. Immo verò eius arbitrio relinquitur, vtrum hoc genere faciat, quod sibi cōmodius esse putabit. l. 8. de distrac pign. Sed & antea dixi, priuatim posse uendere. Executorem uerò magis solenniter uēdere, & pub. auctione ueluti sub hasta & creditorem quoq; ipsum, cuius res alioqui agitur, licitatorem tunc esse posse, & emptorem. l. 2. C. in cau. iud. licet alioqui ipse sibi uendere non posset. Præterea executor priusquam uendat, iubetur audire intercedētes, tum eos qui se rei ipsius dominos esse contendunt, negantq; eum esse dominum, qui condemnatus est: tum creditores alios, qui eā rem sibi prius obligatam esse aiunt. Sed illorū interceſſio (quā vulgò vocant oppositionem) remoratur & impedit interea distractionem, horum non item: quia hi hoc tātum agere uideātur, vt ex pretio ei prius satisfiat, cui res prius obstricta est. Vendere aūt executor iubetur pecunia præsenti. Nam & cum post addictionem desinat tota eius potestas & officium, non potest fidem habere de pretio. Vnde & apud Plautum in Menæch. in formula preconii auctionarii est: Omnia vęnibunt, quiqui licebunt, præsenti pecunia. Sed neque procuratori, cui simpliciter mandatum est, vt rem uendat, liberum est, fidem de pretio habere l. si procurator. de iure fisci. Sed cum creditor pignus vendit, satis est eū facere, quod bonus pater fa. faceret: etsi nulla eius culpa fiat, vt pretium rei venditæ & traditæ recuperari nō possit, periculum debitoris, cuius res erat, erit l. 9. de distrac. pig. Executor rem adiicit pluris licitanti. Sed si aut iustum pretium nemo offerat, aut nullus occurrat emptor idoneus, tandem rem dat in solutum ipsi creditori, cuius res agitur. Hæc etiam addictio appellatur: sed non tam uenditionem ueram, quàm dationem in solutum continet. Cæterum existimo rem ipsam ex uero æstimandam esse, ut si pluris sit, quàm id quod debetur, reliquum reddatur domino: sin minoris, in reliquum creditori integra sit aduersus debitorem actio: quod etiā dicitur, cùm creditor pignus uendidit. l. 3. Cod. de distrac. pign. l. 9. de distrac. pi. l. 24. §. si uendiderit. de pig. act. Scio equidem Iurisconsultos nō omnino id exprimere, cum loquuntur de hac, de qua loquor, addictione. l. 15. §. si pignoratitia. de re iud. Sed nemo negare potest, iustissimum illud esse, vt & debitori & creditori consulat̄. Certè Iustinianus Nouel. constit. quarta, ita ēt statuit rem æstimandam esse, cùm pecuniæ creditæ loco res datur in solutum creditori. Iam verò ut illa adeictio fit, si pignus in causam iudicati captum commodè uendi non potest: sic & cum creditor pignoris, quod distrahere uult, nullum idoneum emptorē inuenit, tandem sibi ius dominii impetrare ipse potest. Scæuola l. 101. de leg. 3. meminit pignoris in proprium creditoris patrimonium redacti, cessante debitore. Et Vlpianus mentionem facit creditoris impetrantis, ut fundum pignoratum possideat iure dominii. leg. 5. §. 1. de reb. eor. Quo loco etiam docet, quāuis à tutore uendi possit quod pupillus pignori habet: nō posse tñ, si pupillus, vel eius p̄ impetrauerit, ut iure dominii possideat: quia iam non debitoris, sed ipsius pupilli prædium sit. Idemque esse, etsi fuerit ex causa damni infecti iussus possidere. Sanè cum quis

quis ex aliqua causa mittitur abs prætore in bonorum possessionem,contrahi pignus prætorium,supra dixi. Si aduersarii cõtumacia perseueret,tandem etiam qui missus est,impetrat ius dominii ex secundo decreto.l.15.§.postea.de dam.infe.l.2.§.ulti.si ex nox.cau.l.5.comm.diuid.l.1.de fund.dot. Porrò creditorem qui dominii iure pignora possidere desiderat, debere exprimere nomen debitoris,qui in solutione cessauit, & solennia peragere,rescripsit Alex.Imper.l.1.C.de iure dom.imp. Qualia sint ea,Iustinianus diligentius exponit,qui & totam hanc impetrationem & eius conditiones copiosè describit,l.ultim.C.de iure dom.impe.

Qui potiores in pignore habeantur. Cap. 19.

HActenus pignoris rectè constituti vim & utilitatem descripsi: qualis eius persecutio sit, qualis creditoris possessio,qualis uenditio pignoris,& denique dominii tandem impetratio. Sed cum plerũq; res eadem multis obligetur(ut obligari posse supra diximus) & inter eos magna sæpe sit contentio,& veluti conflictus,videndum nunc est,ad quem ordinem reuocentur,& quis quem præcedat. Vbi sunt creditores chirographarii,quæritur inter eos qui priuilegiarius sit,hoc est,quis habeat priuilegium exigendi, quod Pli. ad Traianum uocat πρωτοπραξίαν. Ac si sunt plures priuilegiarii quis potior sit,ex causa magis quàm ex tempore ęstimatur.l.priuilegiar.de reb.author.iudic.poss.Sed priuilegiariis omnib. cõstat præferri hypothecarios in re obligata.l.eos qui.C.qui poti. in pign:Ac sanè cum disceptarent creditores, an debitoris cessionem bonorum acceptarent,an verò quinquennales illi potius inducias darent:& Iustinianus statuisset maioris partis creditorum sententiam præualere:adiecit, nihil tunc interesse inter hypothecarios aliosq; creditores.l.vlti.C.qui bon. ced. poss. Sed vbi de re maiori quæreretur,non eadem esset confusio.Cõstat,si hæres debitoris nolit adire hæreditatem, nisi pars aliqua debiti remittatur,quam partem maior pars creditorum cẽsuerit remittendam,alios probare debere.excipiuntur tamen hypothecarii,non etiam priuilegiarii:quia etsi non adeatur hæreditas,illis satis prospectum sit, non etiam his.l.7. vlti. & l.10. de pact. Ac Paulus quidem in hac causa videtur aliquando idem tribuere voluisse priuilegiariis,.quod hypothecariis tribuitur: sed ab ea tandem sniã recedit,ut Vlp.tacitè cedit.l.58 §.ult. mã. Porrò multa hic reperi possent de actione tributoria.Sed quod instat,agamus:& ubi inter plures hypothecarios quæstio est de ordine & prælatione,quid statuendum sit, breuiter uideamus. In primis autem occurrit vulgaris illa reg. Priorem esse potiorem.Eam in libris iuris ciuilis sæpe uarieq; repetitam lego:Potiorem esse in pignore,qui prius credidit pecuniam,& accepit hypothecam.l.11.qui pot.in pig.Fortiorem esse priuilegiis temporis.l.10.qui pot.in pig.Tempore esse potiorem l.2. C.qui po. in pig.Præualere qui præuenit,& potiorem esse qui prior est.l. licet.C.eod.Priorem tempore,potiorem esse in iure.l.3.C.eod. Deniq; potiorem ratione temporis.l.4.C. ad Mace. Sed eadem semper regu.est:pertinetq; etiam ad prætoria pignora, vel quæ in causam iudicati capiuntur.d.l.10.Nam & in causa rei iudicatæ occupantis est melior conditio: ut licèt ante pignora capta consideremus,cui quis prius condemnatus sit,tamẽ ubi illa capta sunt,eum in iis potiorem esse,cuius causa prius capta sunt, dicimus l.19.& 61.de re iud.Sed & si vnus,quia in possessionem à prætore missus sit,ius pignoris habeat: & alter, quia ex causa iudicati pignora capta sint,eadem reg.locum habebit l. 2. C.q pot.in pig.quemadmodum & ubi pignus vnum prætorium esset,& alterum ex conuentione l.3.C.ut in poss.lega.Deniq; idẽ dicemus,etsi prior hypotheca generalis sit, & posterior specialis.l.2.qui pot.in pig l.si generaliter.C.eo. tit. Ac quidem si tam illa generalis sit,vt & bona futura complectatur, horum obligatio sæpius retrotrahitur ad diem conuẽtionis,sicuti & de hypotheca conditionali supra dictum est.Sed est singulare, quod Papin.respondit,l.si qui mihi.de iure fisc.Si qui mihi obligauerat quæ haberet,habiturusve esset, & cum fisco contraxerit, in re postea quæsita fiscum potiorem esse debere. Nam fiscum pẽuenire causam pignoris. Cæterum si aut præsens aut specialis sit hypotheca,non autem bonorum futurorum:certè tũ quoque locus erit superiori regulæ.Nam & priuatum,qui prior est, potiorem esse fisco dicemus.l.8.l.ult.§.vlt.qui pot.in pig. Quid si sit tacita hypotheca dotalis? Certè Iusti.plus ei quippiam tribuere videtur.Nam ait, mulierem potiora iura contra omnes habere mariti creditores,licet anterioris sint temporis (vt loqtur) priuilegio vallati.l.ult.C.qui pot.in pig. Si tamen fiscus creditor prior sit,prior eius tacita hypotheca præferretẽ dotali posteriori.l.2.C.de priuil.fisc.Sed fieri potest,ut alia ratione interdum uincatur.Obligata est res mea primum Titio,deinde fisco postremò vxori.Titius fisco præferetur iure communi, mulier verò Titio iure singulari.Sed & Iustinianus apertè fatetur, tacitam hypothecã quæ pro dote materna filiis datur in bona patris,alteram uxorem ducentis,præferri secũdæ huius uxoris hypothecæ.l.ult.C.qui pot.in pig.Sic videmus fiscum,sæpius mulierem perfringere superiorem regulam:non tamẽ semper. Vlpianus porrò l.5.qui pot. cum diceret, interdum posteriorem potiorem esse priori:exemplum singulare proponit: Si posterior credidit ad rem obligatam conseruandam.Quale sit huius creditoris pignus,supra ostendi, & modo plusquam pignus esse,modo etiam minus quippiam dixi. Itaq; si in eo locum non habeat superior regula,mirari non debemus. Sed singularis est altera species apud Tryphonium,in quo etiam regula superior cessat.l.12.§.7.de capt.& pot.reu. Dictum est supra, eum qui ab hostibus redimitur,quodam pignoris uinculo teneri redẽptori,donec pretium redemptionis persolutum sit. Hoc pignus tale est,vt ẽt priores aliorum hypothecas infirmet.Nam si seruus mihi datus esset pignori,& deinde abs hostibus captus abstere dimatur,tu in eo potior eris.Si tamen ego tibi pretium redemptionis soluero,recidet in veterẽ obligationẽ,atq; ẽt in eã summam mihi tenebitur,quam tibi solui: ut & cum posterior creditor priori soluit.d.§.7.Sanè & illa huius loci est regula, eum qui in ius prioris hypothecæ,vel locum prioris creditoris hypothecarii succedit,eodem antiquitatis iure vti. Sed ut magis intelligatur quis ita succedat,distinguẽda & obseruãda sunt quatuor capita. Primum,si quis mihi pecuniam credat, ut creditori meo hypothecario soluam:non propterea in eius locum & ius succedit,sed ita demum,si expressim hoc pactus sit cum pecuniam daret,& pecunia ad illum creditorẽ verè puenerit. l.1. quæ res pig.l.12.§.a Titio.qui pot.in pig l.1.C.de his qui in prio. credi.loc.succ.Præterea si quis non mihi pecuniam credat,sed veluti meo nomine soluat meo creditori, rectè quidem ei soluit,& me liberat,sed in eius propterea locum non succedit:neque ius pignoris,quale ille habuit,habebit: nisi nominatim sibi id cedi,& in se transferri curarit. Cæterum tali cessione fieri potest,ut in illius locum succedere intelligatur.l.3. & vlt.C. de priuil.fisc.l.2.C de iure Reipub. Quòd si cum iam aliũ de meus creditor esses, solueris alteri priori meo creditori hypothecario:distinguendum est,an tu quoq; hypothecarius tunc creditor eras,an verò chirographarius tantum.Si hypothecarius,soluendo priori,omnimodò in eius locum & ius vniuersum succedis.l.3.§.1.quæ res pign.l.11.§.vlt.qui pot.in pig l.j.C.qui pot. in pig.l.vlt.C.de his qui in prior.cre.loc.succ. Si verò tãtum chirographarius,soluendo non statim fies hypothecarius. Quanquam si rẽ possideas, possis agẽti hypothecario debitum offerre,& id offerẽdo impetrare,ius agentis in te transferri.l.mulier. qui po.in pig.Sanè si tertius creditor pignora,quæ habet,distrahi permittat,vt primo soluatur,& eius aliud pignus ipse consequatur:consequetur,in eiusq; locum succedet, vt iam secundo præferatur.Sed secundus ei offerẽdo,quod priori solutũ est,succedere in primum illum locum potest.l.12.§. si tertius.qui pot. in pig.Hucq; pertinet illa Pauli elegans disputatio l.16.qui pot. in pign. Accidit,ut quo iure,qua iniuria tertius creditor in iudicio hypothecario vicerit primum: Quærebatur, an propterea ẽt superior esset secundo? Quidam putabant esse perinde atq; si primo soluisset,& in eius locum successisset. Paulus verò cõtra sensit.Vidit enim, victoriam illam successionem non esse, sed simplicẽ alterius depulsionẽ: & quod contra ius primi iudicatum esset,non obesse secundo. Hunc itaq; nihilominus esse adhuc potiorẽ tertio.Potuisset hic fortasse rursus opponi Paulo vulgatum illud Scæuolæ:Qui me prior est,cum ego te superaturus sim,multò magis aduersus te obtinere debet.l.14.de diuer.temp.præscri.Sed illud dixit Scæuola, cum probare vellet, eum qui pignus pignori accepit, quia iã sit Caio potior, à quo accepit,potiorem esse Titio, qui Caio rem pignori primo dederat. Nam eo iure Caium uincit,quo Caius Titium uinceret. Verum in quæstione proposita vidit Paulus aliud esse. Nã tertius vincit primum propter rem iudicatam. Primus verò vincit ẽm alio iure,nempe prioris hypothecæ.Et verò si primus vltro passus est se vinci a tertio,idq; fortasse nõ noluit, cur id noceret secundo? Sed neq; si qua temporis præscriptione tertius summouit primum,propterea & secundum repellet. Vt superiorem regulam,quæ docet,priorem hypothecam esse potiorẽ persequar illud adiiciendum est,etsi prior obligatio,quæ hypothecam habebat,nouata sit,sed in obligatione nouante repetitum expressim pignus fuerit,pignus nõ nouatum videri: & qa suam antiquitatem retineat,nihil de suo iure amittere,si quidẽ de ea pecunia,quæ prius debebatur,quæstio sit.Nam si sit ea aucta,& maior sit obligatio secunda,quæ priorem nouat, eius cã pignus non ita videbitur antiquum l.3.l.12.§. Papinianus.l.ult. qui potior.in pignor.Sic fieri potest, ut hypotheca eadem modo prior modo posterior sit:& propterea etiam modo potior, modo infirmior. Credidi tibi hodie centum sub pignore. Tu deinde abs Titio quinquaginta mutuò accipis,& ei rem eandẽ pignori das. Postremò ego nouata mea priori obligatione, repetẽdo idem pignus,fio creditor ducẽtorũ.Certè quòd ad prior centum attinet,potior ero Titio:non etiam, quòd ad altera centum.Vt enim nouatio non est mihi fraudi, sic neque alteri esse debet. Postremò, cum antea dictum sit, hypothecam sola

conuen-

Source : BIU Cujas

conuentione contrahi: sequitur, nihil posteriori prodesse, si ei res prius tradita sit. Fit tamen interdum, vt possessionis potior hic causa sit. Si non dominus (inquit Paulus) duobus eandem rem diuersis temporibus pignorauit, prior potior est, quamuis si à diuersis nō dominis pignus accipiatur, possessor melior sit. l.14.qui pot.in pign. Dixi antea suo loco, eum qui pro domino habetur, posse rem pignori dare: vt quemadmodum ipse habet Publicianam, creditor habet hypothecariam. Cæterum si duo tales non domini, qui Publicianam tamen habent, duobus separatim rem pignori dederint: non erit potior qui prius accepit, sed qui rem possidet, sicuti & si eam emissent. l. siue autem. §. si duobus. de publ. in rem act. Sed si ab eodem uterque creditor rem pignori acceperit, regulæ superiori locus erit, vt is potior sit, cui res prius obligata est: sicuti ubi ab eo emissent, potior esset, nō qui iam possidet, sed cui prius res tradita est. Sanè vbi duobus simul & in solidum res aliqua ita obligata sit, vt alter altero prior posteriorve non sit, non potest superiori regulæ locus esse. Quid igitur? In pari causa potior erit conditio possidentis. l.10.de pign. Si tamen quod vni debetur, prius sit, erit & eius prior hypotheca. veluti si tibi debeam, quod proximo anno nascetur in fundo meo, & Titio, quod anno secundo, & vtriq; propterea simul obligem domum: tua potior erit, quia prior esse videat hypotheca, sicuti & obligatio principalis tua prior est. l.13.qui poti.in pign. Si non res eadem duobus in solidum obligetur, sed diuisim & pro diuersis partibus: tunc nō q̃ritur, quis prior posteriorve sit, neq; ij concurrunt: sed singuli in sua parte soli sunt, & res diuersæ diuersis obligatæ esse intelliguntur. Hucq; pertinet elegans & subtile Papiniani respōsum l.3.§. vlt.qui pot.in pig. Post diuisionem (inquit) regionibus factam inter fratres conuenit, vt si frater agri portionem pro indiuiso pignori datam, à creditore suo non liberasset: ex diuisione quęsitę partis, partem dimidiam alter distraheret. Pignus intelligi contractum existimaui, sed priorem secundo nō esse potiorem: quoniam secundum pignus ad eam partem directum videbatur, quam ultra partem suam frater nō potuit obligare. Hæc Papiniani uerba recito, quia interpretem requirūt. Primū q̃ ex conuentione rei distrahendæ colligit conuentionem pignoris, suo antea loco exposui. De illo nō dubitat quòd Caius dixit: Si quis communis rei partem pro indiuiso dederit hypothecæ, diuisione facta cum socio, non vtique eam partem creditori obligatam esse, quæ ei obtingit, qui pignori dedit, sed vtriusque partem pro indiuiso pro parte dimidia manere obligatam. l.7.§. ult.quibus mod.pign.uel hypot.solu. Quæ ergo est Papiniani sententia? quæ quæstio? Cum frater cohæres meus partem suam fundi alicuius hæreditarii nondum inter nos diuisi Titio obligasset: egoq; facta deinde diuisione intelligerem meæ quoque portionis partem esse pro indiuiso obligatā: conueni, nisi eam lueret ac liberaret, dimidia eius portionis, quam ex diuisione habet, pars vicissim mihi esset obligata. Hic frater na portio Titio & mihi obligatur, sed diuisim: hoc est, pro partibus indiuisis. Non ergo concurrimus: sed quisque partem diuersam solus habet obligatam. Itaq; quod Papinianus ait, prio rem non esse secundo potiorem: potuisset etiam, quod alibi dixit l.2.qui pot.in pign. hic dicere, secundum creditorem in pignore postea dato non tam potiorem quàm solū inueniri. Deligat sanè pro indiuiso quam partem volet Titius. Altera semper supererit, quæ mihi pignori erit. Quorsum? ut quod mea interest, consequar, l.66.§. diuisione. de euic. l. si fratres. C. comm. utr. iud. Si unus creditor chirographarius, alter hypothecarius sit, non quæritur, quis in re debitoris potior sit: nam eam alteri tantum obligari constat. Diocletianus Imp. ait, eos qui acceperunt pignora, cum in rem habeant actionem, priuilegiis omnibus, quæ personalibus actionibus competunt, præferri. l. eos qui. C. qui pot.in pig Obseruari tamen, beneficio separationis fieri posse, vt chirographarius præferatur. Vlpianus enim l.1.§. sciendum. de separ. Sciendum est (inquit) etiam si res obligata esse proponetur ab hærede pignoris iure vel hypothecæ, attamen si hæreditaria fuit, iure separationis hypothecario creditore potiorem esse eum, qui separationem impetrauit. Si res hæreditaria iam fuisset uendita, separationem frustrà desiderari, ait Papinianus l.2.de separ. Sed Vlpianus tanti non fecit ius pignoris, quin putaret infringi posse per separationē, cū chirographarius defuncti creditor impetrat separationem defuncti abs bonis hæredis: ut & licet iā hæres bona defuncti obligarit suis creditoribus, talem tamen obligationem separatio dissoluat. Itaque & ad locum sequentem id pertinet.

Quibus modis pignus, vel hypotheca dissoluitur. Cap. 20.

SVpereſt vt de dissolutione pignoris videamus. Non enim pignus est perpetuum. Cumque quæri soleat, quibus modis seruitus amittatur: multo magis de pignore id quærendum est. Finitur autem interdum cum principali obligatione, cui accessit: vt accessioni finiri per consequens (ut ita loquar) solet: interdum etiam solum separatimque finitur, durā- te adhuc obligatione principali. Et rursus utroque modo finitur, modo creditore inuito, modò etiam ex eius uoluntate: eaque etiam vel expressa vel tacita. Martianus ait, Suas conditiones habet hypothecaria actio, ideſt, si soluta est pecunia; aut satisfactum est. Quibus cessantibus durat l.13.§. etiam. de pigno. Iis ergò existentibus deficit. Et Pomponius l.9.§. omnis. de pig. actio. Omnis (inquit) pecunia exoluta esse debet, aut eo nomine satisfactum esse. Sed & Prætor in edicto suo de migrandō; Si (inquit) merces tibi soluta, eo ve nomine satisfactum est, aut per te stat quo minus soluatur &c. l. . de migrand. Denique & Vlpianus l.6. quibus modis pigno. solu. Liberatur, ait, pignus, siue solutum est debitum, siue eo nomine satisfactū est. Martianus alio loco, & item Iulianus, pro satisfactum, supponunt, satisfactum, l.49.de solut. l. 2. pro hæred. Sed id paulò post viderimus. Nunc de prima illa conditione, si soluta sit pecunia, videamus. Martianus scribens ad hypothecariam formulam d l.49. Solutam, inquit, pecuniam intelligimus naturaliter, si numerata sit creditori, vel si iussu eius alii soluitur, vel tutori &c. Pomponius exprimit, omnem pecuniam exolutam esse debere. l.9.§. oīs. de pigno. actio. Oportet itaque in solidum esse persolutam. Nam & si principalis obligatio p parte quam recepisset creditor, tolleretur: tamen perduraret integra hypotheca pro altera parte. Tam enim est indiuisa, vt quandiu reliquum aliquid debetur, insolidum pro ea teneatur. l. quandiu. C. de distractio. pigno. Dixi antea, quàm sit indiuisa actio hypothecaria, cum rem obligatam, vel eius partem persequitur. Nūc dicimus indiuisam quoque esse, cum de dissolutione illius agitur. Diuidua est obligatio quantitatis & certæ speciei: vt si partem recipiat creditor, pro parte eam dissoluere intelligatur. At hypotheca quæ accessit, indiuidua est. Potest quidem pro parte etiā indiuisa pignus liberari, si ità omnino conuenerit. l.7.§. penult. l 8.§. si conuenerit. quibus modis pigno. uel hypoth. solu. Sed tacite hoc nō fit, neque in re dubia creditor censetur id velle. Itaque nō prodesse ad pignus liberandum, partem creditori soluere: sicuti neq; prodest, ut pœna non committatur. Papinianus ait, l 85 §. item si. de verborum obligationibus. Quid ergo est, quòd idem Papinianus alio loco ait, pro parte pignus liberari? l 65. de euict. Hoc dixit, cum intelligeret pro parte soluta pignus amplius nō teneri. Sed pro reliquo debito nihilominus in solidum tenet. Ac eo quidem etiam loco Papinianus satis significat, nihilominus manere rem pignori obligatam, etsi vnus hæres persoluerit, quod debet, si alter adhuc pro sua parte debeat. Nā & spectamus quantum creditori debeatur, qui pignori rem hēt: non autem quantum debeat, qui soluit. l.1. C. de luit. pig. In Commētario ad duodecim Tabu. id latius exposui, sicuti & in Commētar. de conditio nib. fusius explicui, quod huc quoque pertinet, non impleri conditionem pro parte, sed eius explendæ rationem planè esse indiuisam. Ineptus essem & molestus, si nunc pluribus verbis rursus eadem inculcarem. Hoc satis est, si teneamus, quod Vlpianus ait, omnem pecuniam exolutam esse debere, priusquam de aliqua pignoris liberatione quæratur. l.9.§. omnis. de pignor. action. Nam etsi plures fuerint res obligatæ, tamen tam tenentur omnes & in solidum singulæ pro aliqua parte non soluta, quàm pro toto. l.29. de pignor. Ac si quidem non solum pro sorte principali, sed & pro vsuris, vel etiam pro pœna commissa pignus obstrictum intelligatur, nō est dubiū, debere vniuersum esse persolutum, priusquam pignus liberari ullo modo possit. l.13.§. vltimo. de pignor. quanquàm si in sortem duntaxat, vel in solas vsuras teneatur, dissoluatur eo, pro quo obligatum fuit, soluto. l. solutum §. in sortem. de pignor. action. Quid igitur, si debitum in solidum offeratur creditori, & is sine causa recusет? Certè optimum erit, consignatum deponere: neque tunc dubium est, pignus liberari. Vlpianus l.6.§.1. quibus modis pignor. uel hypothec. solu. ait, eum qui paratus est soluere, merito pignus videri liberasse. Sed paratum interp̃tamur, qui etiam re ipsa offert quod debetur. l.5. C. de distract. pign. & obligatum consignat, deponitque, si non accipiat creditor. Nam oblationis obsignationisque coniunctim mentio fit l. si prius. C. de distract. pignor. l. vltim. C. de pignor. action. l. vltima. C. de luit pigno. l. acceptam. C. de vsur. Si ageretur de sistēdo cursu vsurarum, uel pœna uitāda, facilius interpretaremur solam oblationem sufficere: neque illam depositionē obsignatam etiam requireremus. l.2. C. de pact. inter emp. & vend. l. qui Romæ §. Seia. de verborum obligat. l. penult. de naut. fœn. l. Celsus. de arb. l. traiectitiæ. de actio. & obligat. Sed tam fauorabilis non est pignoris dissolutio, & propterea non est tam facilis. Nā cum Caius l. potior. §. ultimo. qui potio. in pigno. simpliciter dixisset, si paratus sit posterior creditor priori soluere, ius prioris finiri: adiectum est alio loco, ita paratum esse debere, ut & offerat, & obsignatum deponat. l.j. C. qui potio. in pign. Sanè in edicto perpetuò scriptum fuisse, Pignus dissolui, uel si pecunia soluta creditori sit, vel si per eum factum sit, quo minus solueretur, indicat Dioclet. l.3. C. de luit. pign. & ita etiam scriptum est in edicto de migrando. Quomodò illud accipiendum sit, iam dixi. Nunc videamus de altera hypothecæ dissoluendæ conditione.

Source : BIU Cujas

tione.Martianus l.13.de pignor.ait,Si soluta est pecunia,aut satisfactum est.Sic & in l.9.§.omnis.de pig.acti.& l.6.quib. mod. pigno.solu.& l.1.de migrand. Sed vtsupra quoque monui,pro satisfactum,supposuit satisdatum Marcellus l.49.de solu.& Iulianus l.2.Pro hæred. Latius certè patet verbum Satisfaciendi, quàm Satisdandi: & illud hoc continere solet. Sed cum soleat propriè is dici satisdare,qui fideiussores dat, l.j. qui satisda. cog. & ita etiam sæpe vtantur Iurisconsulti verbo satisfaciendi: tamen in hac quæstione dici id non potest, nisi si satisdatum ita accipiamus,vt sit etiam ultra satis acceptum, quo a pignore recedatur.Pomponius dicto §.omnis. satisfactum hic accipi ait, quemadmodum voluit creditor,licet non sit solutum: siue aliis pignoribus sibi caueri voluit,ut ab hoc recedat, siue fideiussoribus.Sed adiicit Caius,debitorem, qui non soluere, sed alia ratione satisfacere paratus est,veluti si expromissorē dare vult, nihil agere.Non enim cogitur creditor,si nolit. Sed & Vlpian. l.6.§.1.quibus modis pigno.vel hypothe.sol.Qui (inquit) paratus est soluere,meritò videtur pignus liberasse.Qui verò nō soluere,sed satisfacere paratus est,in diuersa causa est. Ergo satisfeciſſe prodest,quia sibi imputare debet creditor, qui satisfactionem admisit vice solutionis.Atqui non admittit satisfactionē sed solutionem desiderat,culpandus non est. Quid est ergo,qđ adiicit,non esse receptam Attilicini sententiam,qui putabat,si satisdetur alicui,recedere eum à pignoribus debere?Certè hoc non rectè dicitur,cum offertur satisdatio, quam creditor non admittit.Sed & si ita acceptus esset fideiussor,vt non appareret acceptum esse animo relinquendi pignoris, potius existimaremus utranque cautionem coniungi, vt sæpe olim prædiis & p̄dib. cauebatur quemadmodum antea dixi. Sanè cum colonus nominatim inuecta tibi obligasset,donec merces soluta,aut satisfactum esset:deinde mercedis nomine a colono fideiussorē acceperis:satisfactum tibi uideri,& pignus desinere, Labeo scripsit l.penult.quibus modis pigno.solu. Tum enim satis apparebat satisdatum esse,& satis acceptum,vt a pignore recederetur. Illud negari non potest,si quis tantum teneretur satisdare,non posse oblatum fideiussorem non admitti, sicuti qui debet soluere,non liberatur,si offert talem satisfactionem, ut ait Paulus l.21.§.ulti.de condi.pecun.Sed obseruemus multum interesse inter oblatam & inter admissam satisdationem. Nam propriè satisfactum est,vbi creditoris desiderio factum est satis:ut mirari non debeamus,si satisfactio,quæ nō solum oblata, sed etiam admissa est,vice solutionis habeatur.Si verò non admittat, dicimus non prodesse,ac ne satisfactionis quidem nomine dignā esse.Sed & si admissa sit,tamen non pertinet nisi ad pignus dissoluendum,manēte nihilominus principali obligatione, & alia cautione accedente,& ueluti substituta.Si creditor acceptū ferat quod debetur,rectè etiam ei dicetur satisfactum. Martianus ad formulam hypothecariam, acceptilationem hanc non solutionis,sed satisdationis verbo contineri ait,l.49.de sol.Sed est tñ plusquam satisdatio iam admissa: & talis est satisfactio, q̄ etiam dissoluat principalem obligationem.Quid si principalis obligatio non erat ex stipulatu? Certè tunc summo iure non est vtilis acceptilatio,quæ propriè inuenta est ad dissoluendas verborum obligationes.Sed quia tamen,si aliis obligationibus adhibeatur,saltem valet, vt simplex pactum de non petendo,l. 8.& 19.de accep.l.27.ad fi.de pact.l.5.de rescin. ven. pertinebit etiam ad pignus dissoluendum, quasi & tunc creditori satisfactum esse videatur.Quod & Martianus obscurè indicat,d.l.49. Idem autem apertè tradit solui hypothecā, si creditor paciscatur non petere pecuniam.l.5.quibus modis pigno.vel hypoth. solu.Saltem enim exceptio quæ principali obiicitur,obiicietur & hypothecæ.l.17.§.de pignor. de pact. Nam & tale pactum fideiussoribus prodest.l. & hæredi. §.vlti. de pact. Sed & nouata obligatione,pignus,quod ei accesserat,simul intercidit: nec cū noua obligatione restituitur, nisi expressim fuerit in ea repetitum.l.solutum.de pignor.actio.l.18.de noua.l.vna. C. etiam ob chirogr.pec.Quod & de fideiussione dicitur,l.nouatione.C.de fideiuss.Cæterum si inutilis sit nouatio,constat priorem obligationem cum sua hypotheca durare. Vnde cum mulier suscepisset alienam obligationem,quia efficax nō sit hæc nouatio, nō solum priorem obligationem restitui,sed & eius hypothecam manere,responsum est l.13.§ de pign.ad sen.Vell. Verum illud singulariter obseruandum est,quod ex Gordiani rescripto colligi potest.l.si paternam.C.ad Velleian.Si talis nouatio sit, quæ pro parte ualeat,pro parte non ualeat: prioris obligationis pignora durare, pro qua parte nouatio est inutilis, & nihilominus obligari alia pignora,quæ inutili etiam nouationi adiiciūtur, perinde atque si priori obligationi accessissent. Cæterum cum dicimus,vtili nouatione perimi priorem obligationem, & eius pignus,propriè loquimur de voluntaria nouatione.Nō eadem verò causa est nouationis necessariæ, quæ ex re iudicata nasci dicitur.l.aliam.de nouat.l.1.C.de iud.l.13.§.etiam. de pig. Nam neque tunc fideiussor liberatur.Fit sanè interdum, vt cōfundatur obligatio fideiussoria, eius tamen pignus duret. Inqt enim Aphricanus:Qui pro te apud Titium fideiusserat,pignus in suam obligationem dedit. Post idem te hæredem instituit, quamuis ex fideiussoria causa non tenearis, nihilominus tamē pignus obligatum manebit.l.38.§.vlt.de sol.Si ille creditorem fecisset hæredem,certè pignoris obligatio nulla esse posset, cū dominus pignoris factus est creditor:sicuti & cum debitoris pignus est,& creditor fit hæres debitoris. Nemo enim rem suam habet pignori.Si tamen interfit adhuc creditoris, pignus non confundi,vel quia non est perpetuum certumque quod habet dominium,vel ut iure prioris hypothecæ depellat alterius hypothecam,seruari poterit l.debitor. ad Trebell.l.ex sextante.§. vlt.de excep.rei iud.Tum itaque licet principalis obligatio cōfusa extinguatur,singulari tamē ratione supereſt, duratque ius quoddam hypothecę,quod alioqui solet cum illa intercidere. Immo verò interdum fit, vt quod ad perimendam principalē obligationem non valuit, ad quam tamen tollendam referebatur,valeat nihilominus ad tollendum pignus. Papinianus l.j.§.1.quibus modis pign.vel hypo.sol.narrat, cum quidam residuum debitum donasset,coq; defuncto, donationem quibusdam modis inutilem esse cōstitisset, nihilominus solutum esse ius pignoris prima voluntate donatoris: quoniam inutilem pecuniæ donationem lex tantum faceret,cui non erat locus in pignore liberando Lex vetat,ne coniunx coniugi aliquid donet.Pignus remitti nō vetat.l.etiam.C.ad sena.Vellei.l.Lucius. quib.mod.pign.vel hypothe.solu.Nec pignoris remissio est aliqua alienatio, de qua in fraudem suam facta queri creditores ex edicto possint.l.si pignus.de iis quæ in fraudem credi. Nec aliqua donatio est,propter quā possit abs legatario relinqui aliquid.l.3.§.vlt.de legat.3.Quanquàm non sit inutile legatum, q̄ ad dissoluendi pignoris causam pertinet.l.j.de liber.leg. Sed illud nūc dicimus,si vxor remittat viro quod is debet sub pignore,principale debitum non tolli,tale tamen pignus: quia illud remittere non possit mulier, hoc verò possit. Cæterùm si iure communi inutilis est remissio debiti,& ex ea causa quæ pignoris quoque remissionem impediat,certè etiam pignus durabit. l.debitum.C.de remiss.pignor.Dixi,quomodo hypotheca finiatur cum principali obligatione,cuius accessio est. Nunc dicendum est,quomodo sola tollitur, manente obligatione principali.Ac quidem etiam ratione accessionis interdum fit,vt finito iure illius qui pignori rem dedit,ius quoque pignoris finiatur:veluti si is ita dominus esse desinat,vt nunquàm antea fuisse videatur:veluti si fundum vectigalem pignori dedero, cuius fundi lex est,vt propter nō solutum vectigal committatur: eo commisso,pignus etiam extinguetur.l.30.de pign.Si statuliberum obligauero:existente eius conditione,pignus euanescet.l. 13.§.j.de pign.Si res in diem mihi addicta erat,quam pignori dedi,& alius deinde emptor meliorem conditionem adferens,rē illam auferat,pignus quoque intercidet.l.3.quibus modis pign. vel hypothe.solui.l.4 §.sed & Marcellus. de in diem add. Dubitari magis posset,an idem dicendum sit, si emissem lege commissoria,cui deinde non paruero.Et magis est, vt idem dicatur. Quanquàm si res sic distracta esset.Nisi emptori displicuisset:& emptor postquàm pignori dedit,sibi emptionem displicere dicat:pignus non finiri,respondit. Vlpianus l.3.§.vlti.l.4. quibus mod.pig.vel hypoth.solu.Sed & pignus manere obligatum, ēt si redhibitus fuerit seruus,ait Paulus l.bouem.§.pignus.de ædil. edict.Nempe voluntaria est redhibitio, neque inuito emptori res tunc aufertur.Immo verò ex eius voluntate noua quædam veluti venditio est.Sanè si noxale instituatur iudicium de seruo pignori dato,& creditor præsens defensionem suscipere noluerit:sic seruus noxæ deditur, vt pignoris persecutio denegetur, & propterea ipso iure de pignus liberatum intelligatur, vt ait Caius l.27.de noxal.acti.Sed maior quæstio est, an sententria lata contra debitorem de dominio rei litigantem,perimat ipsius quoque creditoris hypothecam.Id superius exposui.Sed respōdendum iterum est.Papinianus quodam loco significat, nō nocere creditori,si eo non admonito,iudicium peractum sit.l.iudicatæ.§.vlti.de excep.rei iud.Scienti verò & admonito nocere.Marcellus respondit l.sæpe.de re iud.Sed Papinianus alio loco sine vlla distinctione ait:Si superatus sit debitor, qui rem suā vindicabat,q̄ suam non probaret: æquè seruanda erit creditori actio Seruiana,probanti rem eo tempore,quo pignus contrahebatur,in bonis illius fuisse. Sed etsi victus sit debitor vindicans hereditatem,iudex actionis Seruianæ,neglecta de hæreditate dicta sententia,pignoris causam inspicere debebit. Enimuerò fieri potest,vt & pignus rectè sit acceptum, nec tamen ab eo lis bene instituta.l.3.de pi. Possumus sanè huic loco superiorem distinctionem non adhibere, si intelligamus tantùm hic agi de eo,qui a vindicatione instituta simpliciter repulsus est, quia rem suam esse non probat:sicuti actore non probante, solet absolui reus. Si tunc debitor non omnino dominium propterea suum amittit,vt non amittit,nec iterùm vindicare prohibetur:certè multo minus creditori repelletur. Sed & potest debitoris dominium ab alio vsucaptum esse, manente nihilominus hypotheca creditoris. Papinianus l.44. §.non mutat.de vsurpat.ait, vsucapionem superuenientem non mutare, quò

minus

Source : BIU Cujas

minus pignoris perſecutio ſalua ſit. Nam perſecutionē pignoris,quæ nulla ſocietate dominii,ſed ſola conuentione conſtitui tur,vſucapione rei non perimi.Idem inculcat in l.1.§.cum prædium.de pignor.Equidem fateor,quod & mox latius dicam,hypothecariam quoque perſecutionem præſcriptione temporis ſummoueri poſſe.Sed eam non ſtatim is ſummouet, qui rem vſucœpit. Neque eadem vtrobique eſt præfinitio temporis. Et poſt inchoatam iamdudum rei vſucapionē, potuit inſtitui pignus.Sanè ſi res ipſa pignori data plenè perierit,manifeſtū eſt, eius non minus hypothecam, quàm dominium perire,& nihilominus ſupereſſe principalem, & perſonalem obligationem debitoris.l.ſicut.quibus modis pign ſol.l.quæ fortuitis.C. de pignor.act Sed ſubtilis eſt in hoc genere diſputatio Papiniani in d.§.cum prædium.Ait:Cùm prædium pignori daretur, nominatim ut fructus quoq; pignori eſſent,ꝙuenit: eos conſumptos bona fide emptor vtili Seruiana reſtituere non cogitur.Pignoris enim cauſam nec vſucapione perimi placuit:quoniam quæſtio pignoris ab intentione dominii ſeparatur. Quod in fructibus diſſimile eſt,qui nunquam debitoris fuerunt.Quod hic Papinianus interſerit de diuerſa cauſa dominii & pignoris, agnoſco eſſe quandam veluti anthypophoram:nè miremur, quæſito rei dominio & vſucapto,nihilominus durare hypothecam. Sed quid eſt quod ait,non idem dici de emptore prædii,qui fructuum,quos percepit,bonaque fide cōſumpſit, ſic dominus factus intelligitur,vt eorum etiam hypothecam extinguat? Videtur enim Papinianus notare,quoddam hic eſſe diſcrimē inter fundum & eius fructus,interque illius & horum hypothecam: An qui fructuum dominium quæſiuit, ſtatim perimit eorum pignus,neque huius quæſtio ab illius intentione tunc ſeparat? Cur igitur Papinianus conſumptionem eorum requirit, ſola perceptione contentus? Si conſumptio interuenit, certè & ea fundi pignus perimet.Nam ſi fundus chaſmate pereat, non poteſt eius hypotheca ſubſiſtere,vel ſi hic emptor bona fide eum poſſidere deſiit,deſinit quoque teneri pignore.Quid igitur diſſimile hic eſt inter fundi & fructuum hypothecam? Equidem non inuitus fateor,nou videre me multa,quæ Papinianus ſubtiliter præmit.Sed illud dico,fructuum perceptionem cum cō ſumptione coniunctam eſſe ſolere,& propterea eorum pignus facilè intercidere:quamuis qui percepit,ex ijs locupletior fiat. Verum fundus non ita ꝙſumi facilè poteſt. Si res obligata non omnino perierit, ſed ita tamen mutata ſit, vt non eadem amplius,quæ fuit,eſſe videatur:(nam & formæ mutatio interdum dicitur ſubſtantiam rei interimere,l.Iulianus.§. ſi quis rem. ad exhib.) certè fatebor, hac ratione dominium & hypothecam amitti.Vt ſi ſylua aut lignum rude detur pignori,& nauis ex ea materia fiat,dicemus pignus conſumi,neque nauem teneri: qa aliud ſit materia,aliud nauis.l.ſi conuenerit.§.ſi quis ſic cauerit de pigno.act.Sanè Martianus.l.16.§.ſi res.de pignorib. ait ſi res hypothecæ data,poſtea mutata fuerit,ęquè actionem hypothecariam competere,veluti ſi de domo data hypothecæ fiat hortus:uel ſi de loco cōuenit,& domus in ea facta ſit, vel vineæ poſitæ.Verum hæc ipſa exempla ſignificant,Martianum de ea tantum rei mutatione loqui,quæ nō niſi ſummam faciem immutat,ſicuti & cum color mutatur,res eadē nihilominus manet. l.ſed ſi ex meis.de acquir.rerum dom.Sanè etſi domus mihi pignorata comburatur,area manebit obligata.l.domo. de pigno. acti.ac ſi deinde domus fuerit reſtituta,ea quoque,vt prior,obligabitur,l.29.§.domus.l.vlt.de pignor. Porrò & tempore finiri pignus,ait Vlp.l.6.quibus modis pigno. ſol. Vt ſub conditione vel in diem poteſt contrahi hypotheca.vt prius non naſcatur: ſic etiam poteſt ad diem vel conditionem, vt ſcilicet de veniēte,vel eueniente conditione,finiatur.Sed & ſi principalis obligatio ita contracta ſit,eadem exceptio temporis obſtabit hypothecæ,quæ principali obligationi obiicitur. Nam & ſi obligatio ipſo iure non finiatur tempore,per exceptionem tamē infirmatur l.obligationum ferè.§. placet.de obliga.& acti. Sed & ſi de tempore nihil conuenerit,tamen creditorem preſcriptione longæ poſſeſſionis poſſe à poſſeſſore pignoris ſummoueri, ait Paul.l.12.de diuer.& temp.præſcrip Pauloante dixi,eum qui dominium rei vſucepit,nō poſſe propterea ſummouere hypothecam. Non enim eadem vtriuſque cauſa eſt. Sed illud nunc dico,etſi veteres Iuriſconſulti nullam agnoſcerent temporis p̄ſcriptionem aduerſus actiones in perſonam,aduerſus tamen actiones in rem,quę ex obligatione deſcenderent, aliquā agnouiſſe.De vindicatione domini iam nō loquor. Vſucapio planè eam tollebat.Sed de actione hypothecaria, quā dixerunt ſummoueri poſſe longi temporis præſcriptione, ſi quis tandiu rem obligatam poſſederit,nec abs creditore conuentus ſit. Lōgum tempus intelligi,decem annorum inter præſentes:viginti inter abſentes,ſatis notum eſt. Hanc Iuriſconſultorum ſententiam de hypothecaria actione ſummouenda ꝙfirmarunt Imp.Gordianus & Diocletianus l.1.& 2.C.ſi aduerſ.cred.præſcrip. oppo. l.ult.C.de actio.& obligat. Sed exceptionem hanc addiderunt, extra quam ſi debitores aut eorum hæredes rem poſſideant. Viſum eſt enim,eos patientia creditoris abuti non debere:neque ſi hic benignè paſſus ſit pignus abs domino poſſideri, ius ꝓpterea ſuum remiſiſſe videri. Poſtea edita eſt conſtitutio Theodoſij & filiorum eius,l.3.C.de præſcri. triginta vel quadraginta annorum.Vt perſonales quidem actiones, ſaltem triginta annorum præſcriptione ſummouerentur:ſed tantum etiam temporis requireretur,vt extraneus aliquis poſſeſſor rei obligatæ ſummoueret hypothecariam. Sic præſcriptio,quæ ad ſummū erat viginti annorum,facta eſt triginta. Quid autem ſi debitor ipſe poſſideret? Non idem tunc dicit,innuit Theodoſius. Sed nihil præterea definit.Certè ſi principalis obligatio extinguatur annis triginta,non poteſt non ſimul intercidere hypotheca. Sed ſi creditor in perſonam egerit,non in rem:tunc meritò quæritur,an interrupta præſcriptione obligationis principalis conſeruetur etiam hypothecaria. Theodoſius ſignificat, non propterea magis conſeruari aduerſus extraneum poſſeſſorem. Sed debitore poſſidente,ſimul eam durare indicat. Tandem verò Iuſtinianus l.7.C.de præſcrip. triginta vel quadraginta annor. ſtatuit,vt tunc ad ſummum non niſi annis quadraginta duraret.& adiecit,idē dici,ſi poſterior creditor hypothecarius poſſideat,quandiu quidem debitor,qui pignori dedit,viuit. Nam & tunc debitorem ipſum poſſidere videri.Sed ſi eo mortuo,creditor poſterior annis triginta rem poſſederit, eum iure communi vti:hoc eſt,præſcriptione triginta annorum repellere priorē alterius hypothecam.Si tamen partim viuo debitore poſſederit,partim eo mortuo, & coniungere tempora velit, opus eſſe poſſeſſione annorum quadraginta.Idemque ediuerſo obſeruari.& cum quæritur de iure offerēdi, cum ſcilicet poſterior vult priori poſſidenti offerre debitum,vt in eius locū ſuccedat Nūc ergo intelligimus,quo tempore tollatur actio hypothecaria,& quando ſit annorum triginta,quādo quadraginta. Iuſtinianus in alia poſtea conſtitutione ſimpliciter dixit, hypothecariam actionem annis 40.durare.l.1.§.1.C.de annal.excc. Sed adhibēda eſt,quam iam dixi,& prius ille tradiderat,diſtinctio. In Græcis Collectaneis Suidæ,vbi deſcribitur Priſcus ille Emeſenus, q tempore Iuſtiniani ſallarius inſignis fuit,ſcriptum etiam eſt, legem tunc fuiſſe,quæ annis quadraginta hypothecarias omnes actiones excluderet, alias vero annis triginta. Sed ab Iuſtiniano impetraſſe quoſdam Eccleſiæ Emeſenæ procuratores,ut ad annos centum in eius cauſa producerentur.Cuius conſtitutionis memoria pertinet ad l.vlti.C.de ſacroſanct.eccleſ. Porrò ut inuito creditore ſuperioribus modis hypotheca tollitur,manēte etiam obligatione principali, ſic & plerunque ex mera eius voluntate finitur.Dixi antea,ſola conuentione ꝓtrahi pignus. Inde quoque intelligi poteſt,ſolo conſenſu remitti & tolli.Atque,ut dixi,tacito etiam conſenſu conſtitui,& ſic & euerti poſſe dicendum eſt.Si creditor chirographum reddit debitori,uel legat:cenſetur obligationem,quæ eo cōtinetur, remittere.l.2. de pact.l.3.de liber.lega.& ex cōſequenti colligemus,hypothecam ſimul eſſe remiſſam. Si pignus debitori reddat creditor, ius quoque pignoris remittere intelligitur, nō etiam principalem obligationem.l.3.de pact.l.7.C.de remiſſ.pig. quanquam ſi pignus ei legat,interdum & debitum principale legare intelligatur,vt & liberatio luitio legata videatur l.1.de libe.legat. Sed vtroque caſu pendet ex coniectura voluntatis, an cum pignore intelligatur remitti debitum. Si creditore conſentiente debitor rem pignoratam vendat, vel alienet, pignus quoque remiſſum creditur.l.4.7.8.& 10.quibus modis pigno.ſol.l.2.C.de remiſſ.pign.Nam quorſum alioqui interueniet eius conſenſus? Conſenſiſſe autem tacitè intelligitur, taciteque propterea pignus remittere, ſi illius venditionis tabulis ſciens prudensque ſubſcribat.l.8.§.non videtur.quibus modis pigno.ſol. Nam & ſi pater rem filii obligaret,filiusque conuentioni ſubſcriberet,cō ſentire,& tali ſuo conſenſu pignus cōfirmare intelligitur.l.26. §.1.de pign.Si quis tamen ſubſcriberet vt alius quiuis, veluti ut teſtis quilibet,alia eſſet interpretatio.l.39.de pigno.acti.l.Titia. §.Lucia.de legat.2.Sed quid ſi creditor tantum præſens fuerit, cum res abalienatur, vel eam abalienari ſciuerit, & tacuerit? Certè ſi manumittatur ſeruus pignori datus,creditor,q id ſciēs patitur,pignus remittere videtur.l.1.C.remiſ.pign.Sed ſi uendatur,ſola creditoris præſentia pro conſenſu non habebitur, qui quidem ad remiſſionem pignoris valeat.dicta l.8.§. non videtur:niſi res publicè tanquam ſub haſta væniret, & creditor publico programmate admonitus tacuerit.l.ſi eo tempore.l.ſi hypothecas.C.de remiſſ.pign.Denique ſi debitor duobus, quibus rem obligauerat, eam ſimul vendiderit, pignus planè diſſolui reſponſum eſt l.9.quibus modis pign.ſol.Quid ita? Pro qua parte emit,pignus ſuum confundit.Pro qua parte alter emit, ſocius conſentiendo id amittit. Sic partim alter alteri intelligetur hic remiſiſſe pignus, partim acquiſitione dominii cōfudiſſe:vt intelligamus in ea ſpecie duos concurrere finiendi pignoris modos.Quod profectò dignum eſt obſeruatione. Porro ut ſuo uel tacito conſenſu,ſic & ex delicto interdum pignoris ius amittit creditor, vt ſi ancilla pignorata turpiter abuteretur.l. 24.§.ulti.de pigno.act.l.fœdiſſimæ.C.de poſtli. Atque hęc olim cauſa etiam fuit,cur ſenatus Roma.vetuerit filiofa.credito.ne-

Source : BIU Cujas

xos oppignorari. Non potest omnino cogere creditor debitorem, vt pignus luat, nisi quatenus eum cogere ad soluendum, quod debetur, potest, sed cogi aliquis ad pignus luendum aliūde potest. Si enim pro alio rem meam obligauero, tādem agere potero, vt eam luat, sicuti & si pro eo fideiussero, vt me liberet. l. 38. mād. Vel si tibi rem commodaui, vt pignori dares tuo creditori, omnino teneris re pignorare, hoc est, luere. l. 5. §. nūc videndum. commo. Sed & hæres plerunque tenetur rem legatam, si pignori obligata sit, liberare. l. si res. de le. 1. l. 66. §. fundo. de lega. 2. l. prædia. C. de fideicom. l. qui post. C. de testa. Sed potestne semper, si velit, rem liberare, qui eam obligauit? An hæc facultas luitionis, si creditor dominium non impetrarit, nullo tempore circunscribitur? Fuit hac de re vetus inter nostros interpretes iuris controuersia. Sed nihil est causæ, cur tempore adimi finirique hanc facultatem existimemus. Nam neque pecuniam semper habet debitor, quam soluat, nihil ut illi imputandum sit, si diutius cesset, præsertim cum creditor non vrget. Neque possidente creditore, rem propterea suam amittere dēt, cum etiam alienam vsucapere eo possidente posset. Deniq; vt creditor rem sibi non vsucapit, sic multa temporis præscriptione eius liberationem impedire potest. Ius offerēdi, quod posteriori creditori datur: vt in prioris locum succedat, non nisi ad summum annis quadraginta durare voluit Iustinianus, vt paulo ante dixi. Sed ius luendi pignoris, quod ipsi debitori, qui rem pignori dedit, aut eius hæredi competit, iisdem cancellis nō includit. Cæterum vbi dissolutum est pignus, & actio pignoratitia ad id repetendum nata est, fatemur hanc actionem longissimo deinde tempore tolli posse. Non excludi præscriptione longi temporis, indicat Diocletianus l. neque. C. de pign. acti. Sed postea introducta (vt dixi) est longissimi temporis præscriptio. Verùm antequam actio aliqua nata sit, finiri tempore non pōt.

De pignoratitia actione. Cap. XXI.

DIssoluto pignore, tenetur creditor debitori pignus restituere. Ob chirographariam pecuniam adhuc retineri illud posse, supra dixi: vbi & alias retētionis causas exposui. Sed alioqui restitutio necessaria est. Obligatio autem, qua creditor tenetur rem reddere, re contrahi dicitur, quòd nulla esse possit, nisi si rem creditor receperit. Personalis tamen est, ex eaq; descendit actio, quæ pignoratitia appellatur, & in creditorem eiusve hæredem datur, non etiam aduersus alium rei possessorem. l. vlt. C. de distract. pigno. Ac si quidem abs creditore accepissem pignori pignus: quia eius creditoris loco esse uidear, non minus quàm is, tenerer pignoratitia. Sed si alio titulo rem possiderem, non idem esset dicendum. Sanè interdum, antequàm etiam, quod debetur, persolutum sit, tamen pignoratitia competit: veluti si creditor pignore abutatur, & debitor, quod sua interest, persequatur. l. ult. de pign. acti. Vt autem hæc actio, quia personalis est, non datur contra possessorem, alioqui non obligatum, sic & ei datur, quicunq; rem pignori dedit, etsi dominus non sit, sed potius prædo. l. pignoris. §. si prædo. de pign. actio. Sed & si pignus fuerit prætorium, non est dubium competere. l. inquilino. & l. seq. de dam. infec. l. is cui. §. quæri poterit. vt in poss. leg. l. si pecuniam. de pig. actio. Sicuti & ἀντίχρησις fuisset, hæc actio æquè daretur. Verum cum quæritur, quid in eam veniat, & an creditor non de dolo tantū sed & de culpa condemnetur, discrimen obseruandum est. Solemus dicere, creditorem condemnari doli & culpæ nomine, & vt cum re fructus restituat, vel in debitum imputet, non solum quos percepit, sed & quos percipere potuit. Culpam autē, quam præstat, æstimamus ex consuetudine bonorum frugiq; patrumfa. quorum exemplum in pignore tractando creditor sequi debet. l. 5. §. 1. commodat. l. 14. de pign. act. Cæterum si creditor in bonorum possessionem missus sit, in hoc pignore non nisi dolum malum præstat. l. prætor ait. §. est præterea, de rebus autho. iudi. poss. Nam cum hoc pignus veluti inuitus accipiat, non est obligandus, vt culpam etiam aut negligentiam simpli cem præstet. Neque certè hoc meretur debitoris contumacia, Quod de fructibus imputandis dictum est, nullo modo potest habere locum, vbi est antichresis. Tum enim vsurarū loco fructus sunt creditoris, vt superius dictum est. Porrò cum creditor pignus reddit, de dolo etiam debet repromittere debitori. l. 15. de pig. actio. sicuti & cum emptor rem redhibet uenditori. l. redhibere. §. 1. de ædili. edi. Sanè interdum olim fiebat, vt debitor cum pignus daret, nominatim cōueniret, ut sibi redderetur soluta pecunia. Sed hæc conuentio necessaria non est. Eius tamen meminit Vlp. l. 4. §. 8. de dol. ma. exc. ubi etiam ait, si cum creditor sua culpa pignus perdidit, pecuniam petat, obiici illi posse exceptionem doli. Vt autem diximus, debitori pignoratitiam actionem directam competere, sic & creditori contrariam dari dicimus: ut consequatur impensas, in pignoris causam factas vel persequatur quod sua interest: quia vel alienam rem, uel uitiosam debitor pignori dederit. l. 8. 16. 22. 25. 31. de pigno. actio. Sed & si creditor, tanquàm prædii tributarii, quod erat pignori datum, possessor aliquid fisco soluerit, repetet a debitore. Ac solebant quidem creditores eo etiam nomine cum suis debitoribus pacisci, cum talia prædia pignori acciperent, ut debitores onus tributi agnoscerent & dependerent. Tale pactum nō imminuit ius fiscale, neque creditorem, si rē possideat, liberat, sed saltem valet, vt ex eo debitor quoq; teneatur creditorem exonerare. l. 42. & 52. §. j. de pact. Vt finem aliquando faciam, illud vnum postremò adiicio, quemadmodū locatori datur interdictum Saluianum, ut inquilinus cum sua supellectile emigrare non possit, antequam pēsiones habitationis causa debitas (quarum nomine supellectilem obligari diximus) persoluerit, sic inquilino, posteaquàm locatori satisfecit, non solum actio pignoratitia, sed & interdictum de migrando competit. l. 1. de migrando.

COMPENDIOSVS TRACTATVS

De Contractibus Mercatorum

Reuerendi patris fratris
Ioannis Nider.

CVM mercatorum officium tot suspectis ꝓtractibus circumuolutum agnoscatur moderno tempore, vt experti animarum medici iustum ab iniusto vix valeant discernere. Idcirco famosorum doctorum innixus sententiis principaliter nunc propono tractare materias quinque in totidem capitulis.

¶ Primum erit, qđ exigantur ad emēdū & vendendū iustè.

¶ Secundum erit de conditionibus secundum quas valor rei vendendæ possit cognosci.

¶ Tertium erit de regulis ſm quas videri potest aliqualiter, quomodo mercatores magis vel minus securi sunt.

¶ Quartum erit de multis speciebus contractuum sub compendio, quando sint iusti & quando iniusti.

¶ Quintum erit de causa & origine translationum taliū omnium in rebus temporalibus.

SVMMARIVM.

1 *Regula aut doctrina dari non potest in emptione & uenditione, quid licitū aut illicitum sit, iustum aut iniustum.*
2 *Translationis dominij tres sunt species, & quæ.*
3 *Ignorantia causat inuoluntarium.*
4 *Emptio & uenditio dupliciter fieri potest.*
Locatio quid sit propriè, & quid conductio.
5 *Mutuatio actiua quid sit & quid passiua.*
6 *Conditiones undecim seu modi requiruntur ad mercationem, seu uēditionem & emptionem.*
7 *Pacta bona fide sunt seruanda cum conditionis licitis, quæ eis apponuntur.*
8 *Datio & receptio iusti pretii interuenire debet in omni uenditione, seu alia permutatione.*
9 *Aequalitas est æstimatio mutua voluntaria.*
10 *Venditio auri alchimistici est fraudulenta & iniusta.*
11 *Fraus qualiter in qualitate committi possit.*
Fraus quod & quib. mod. in uendendo committi possit.
12 *Venditor rei uendendæ defectum an teneatur exponere emptori.*
13 *Venditor potest rem uendere secundum pretium, quod inuenit.*
14 *Iudicium erroneum nemo sequi debet.*
15 *Contractus reipublicæ præiudicans est illicitus.*
16 *Mercator lucrum rationabile recipere debet cum Dei timore.*
17 *Institor domi residens pretium minus recipere debet, quàm is qui de longinquis partibus merces aduehit.*
18 *Clerici & religiosi non debent negotiari.*

¶ Quot exigantur ad iuste emendum & vendendum. Cap. I.

1 QVANTVM ad primum notandū, ꝙ certas & omniquaque sufficientes regulas & doctrinas cognoscendi in emendo & uēdendo quid sit præcisè & in omni casu licitum vel illicitum, iustum vel iniustum, vix aliquis aut prudentium nullus dare ꝑsumit propter prudētiam filiorum huius seculi qui prudentiores sunt filiis lucis. s. in generatione sua, intelligenda ergo sunt sequentia cum moderamine. Secundò notandum, ꝙ sequentia in toto vel in magna

Source : BIU Cujas

gna parte ſumpta ſunt de dictis. S. Tho. Scoti & etiam Matthæi de canonia ſacræ Theologiæ doctoris, qui poſt multas quas habuit cum magnis mercatoribus collationes luculentiſſimæ de hac ſcripſit materia, multumq; ſe fundans in præfatorum duo-
2 rum doctorum ſententiis.† Tertiò notandum, ꝙ tranſlationū rerum vnius domini ad alium ſunt quantum ad propoſitū ſufficit tres ſpecies, quibus transfertur dominium. Prima eſt liberalis ſeu gratuita diſpoſitio, ſiue datio, quæ actiuè eſt conſenſus gratuitus, ſeu liberalis potentis trāsferre rem in alium, ut ſit, vel fiat ſemper vel illimitate realiter iſtius eo modo quo ſua non fuit ante conſenſum huiuſmodi. Dicitur conſenſus: quia ex actibus voluntatis interioribus primò & maxime omnis dependet tranſlatio. Dicitur potentis transferre, quia ſi ſuperior vel dominus rei prohibet, non eſt iuſta donatio ſeu datio. Dicitur vt ſit vel fiat, aliquando non ſtatim eſt alterius, ſed poſtea trāſfertur. Exempli gratia, denarium quem dedi tibi ad ſeruandum hodie, dare poſſum, vt tertia die ſit tuus poſtquam pluuia ceciderit. Dicitur gratuitus conſenſus ad differentiam non gratuiti, qui intendit æquiualens, vel aliud temporale: gratuita enim donatio eſt, quæ fit ſic liberè, ꝙ dans intēdit, nec ſperat obligationem, vel retributionem a recipiente pro re data; licet enim dans eleemoſinam intendat, ſperet & deſideret retributionem a Deo, nequaquam tamen poteſt aliquis aut debet intendere obligationem ciuiliter, vel retributionem tanquam debitum ciuiliter pro re vel eius datione. Dicitur, ſemper vel illimitate, ad differentiam mutuationis, quę fit cum pacto reddendi capitale. Sed gratuita donatio ſine omni pacto de reddendo nec limitate fit ad tempus. Dicitur, eo modo quo ſua non fuit ante cōſenſum, q̄a poſſibile eſt, ꝙ res quæ prius fuit mea aliquo modo, videlicet ad tempus, vel ſub aliqua cōditione, vel ſolum ad certum vſum, deī mihi alio modo, videlicet perpetuò ſine cōditione vel pro omni beneplacito conuertendo. Propter defectum primi, videlicet conſenſus, & ſecundi, videlicet poteſtatis non poſſunt dare ſine licentia pueri, meri ſerui, amentes, religioſi, clerici, vbi prohibentur & ſimiles vt decepti & violenti,
3 †quia diſſenſus & inuoluntarium cauſāt in quibuſdam ab ignorantia, in quibuſdam a violentia, & ſecundum ꝙ ignorātia, vel violentia plus eſt in cauſa tranſlationis ſm hoc recipiens, illud ſciens minus iuſtè recipit, immo iniuſtè rem recepit; quia tranſferens, aut non eſt merè voluntarius, aut ſimpliciter inuoluntarius. Ad hoc verò ꝙ aliquis recipiat dationem, id eſt ad dationem paſſiuam exigitur etiam cōſenſus eius, & poteſtas recipiēdi paſſiua, propter cuius carentiam frater minor non poteſt recipere pecuniam quia iſte non vult eſſe dominus. Nec religioſi ſine auctoritate prælati. Huic autem dationi correſpōdet alia ſpecies tranſlationis, videlicet liberalis vſus accommodatio; q̄ ſimiles conditiones exigit, tam in dante quàm in accipiente, vt ſit iuxta, licet dominium non transferatur rei, ſed vſus libere.
Secunda ſpecies tranſlationis eſt permutatio, quæ fit merè gratuitè, ſed conditionaliter & ex pacto dandi vnam rem pro alia.
4 Et communi vocabulo vocatur emptio & venditio.† Et fit dupliciter, vno modo non reſeruato dominio in re: & tunc non habet nomen ſpeciale, ſed vocatur emptio & vēditio, & deſcribitur ſic. emptio eſt datio rei, vt pretii pro alia re. Venditio verò eſt datio rei pro re vt pretium. Alio modo, ꝙ reſeruatur dñiū in re, ſed vſus transfertur: vt in locatione & conductione ſeu ꝓuentione. Eſt autem locatio datio rei vel datio vſus quidē rei, dñium per illam dationem non transfertur pro re, vt pretio. Conductio verò eſt datio pretii pro re vel vſu eius, cuius dñiū non transfertur. Sub permutatione prædicta comprehenditur cambium, ſeu camplio quæ eſt quædam venditio & emptio vnius monetæ pro alia, & eaſdem habet difficultates, ſicut emptio & venditio. Similiter hoc inducitur negociatio per quam quis non ſolum intendit emere, ſed emptum vlterius vendere.
5 †Tertia ſpecies eſt mutuatio actiua, quæ eſt gratuita datio pecuniæ vel rei alterius, quam vel æquiualentem tenetur reddere recipiens iuxta pactū. Mutuatio verò paſſiua eſt talis rei receptio, dī datio, quia dñium transfertur. Ideo ſcriptura vocat eam frequenter dationem, & Exod. 21. & Lucæ 13. Mutuum date nihil inde ſperantes. Dicitur gratuita; quia donatio gratuita purè & ſimpliciter & gratis fit ſine limitatione, ſic iſta debet gratis fieri ſalua iſta limitatione de reddēdo. Ideo vbi ſ. Chriſtus ait. Mutuum date nihil inde ſeparantes, ſupple vltra redditionem rei.
Dicitur n. mutuo quaſi meum tuum facio. Hoc tamen quod tibi mutuo non ſimpliciter deſinit eſſe meum, ſed ſolum ad tempus, per quod debet eſſe tuum. Vnde etiam poſſum dicere mē apud te tantum habere in debitis. Dicitur, quam vel æquialēt̄em reddere tenetur &c. Quia niſi ſic, tūc eſſēt libera donatio. Dicitur iuxta pactum, quia mutuum recipiens non tenetur rē mutuatam ſimpliciter reddere niſi pactum ita fuerit: poteſt. n. tale pactum fieri, ꝙ reſtituat, ſi petitum fuerit, vel ſi aut dum venerit ad pinguiorem fortunam: & tunc ſi non venerit cōditio, reddere nō tenetur. His ſuppoſitis, patet ex deſcriptione donationis quæ, & quot requirantur ad ipſam, ut tactum eſt.† Sed ad
6 2. tranſlationis ſpecies & modos ſpecialiter ad venditionem & emptionem & mercationem 11. conditiones requiruntur. Primò vt in dante ſit voluntas dandi ſeu cōſenſus, & ſimiliter poteſtas, & in recipiente voluntas recipiendi, vt poteſtas, vt declaratum eſt in deſcriptione donationis. Secundò requiritur, vt nihil in pacto committatur, quod ſit p̄ ſubſtantiam dationis, uel in ſe malum, vel repugnans dationi: quia tales permutationes, & tranſlationes non fiunt gratuitò, ſed ex pacto & conditionaliter, vt do ſi des mihi tantum, requiritur ꝙ talis conditio, ſeu limitatio, vel pactum tale non ſit p̄ ſubſtātiam dationis, vel in ſe mala, vel repugnans conditioni vel additioni limitanti. Exēplum de additione, quæ eſt contra ſubſtantiam dationis, vt ſi aliquis diceret, ego do tibi hoc ſic, ꝙ ego habeam dñium eius. Exemplum de additione, quæ eſt in ſe mala, ſi dicerem ego do tibi hoc, dummodo neges Chriſtum, ibi tam dans quàm accipiens peccat. Exemplum de additione, quæ repugnat conditioni, vel additioni limitāti, vt ſi dicerem, ego do tibi hoc cum poteſtate reemendi a te pro tanta pecunia quantum voluero, & diceres placet ſic, tamen nunq̄ iſta poteſtate utaris, hic vna conditio repugnat alteri, vbi tñ aduertēdum, ꝙ in primo & tertio exemplo non redditur per talia dacia iniuſta, ſed omnino nulla, & ſimpliciter eſſet iudicandum in venditione vel emptione
7 cōditionali vel limitata †Tertio requiritur, vt quicquid in pactum venit liciti bona fide ſeruetur: quia permutationes præfatæ vim locationis, conductionis &c. ſunt conditionales &c. Iō ex pacto requiritur ad hoc, ꝙ iuſta ſit, ꝙ totum, quod in̄ pactū venit & licitum eſt, bona fide ſeruet̄, ſiue ſit expreſſum, ſiue tacitum, dummodo ex iure, vel conſuetudine intelligendum, vel ſubintelligendum ſit ſm intelligentiam verborum communem. Et de quanto quis huiuſmodi pacta non ſeruat bona fide de tanto iniuſtè recipit ac receptis vtitur, aut ea ſeruat minus iuſtè. Si hoc operarii manuales artifices, & quicunq; laboratores ſe diſcuterent, ſępe iniuſtos ſe receptores, aut poſſeſſores agnoſcerent. Magis autem clerici quibus in iure & ſacris doctrinis ſufficienter expreſſum eſt, quo pacto beneficia recipere, & tenere & fructus eorum percipere & diſpenſare, quomodo etiā ipſi viuere & ea quæ percipiunt deſeruire debeant. Quandocunq; igitur illa pacta non fideliter ſeruant, ſe iniuſtos ſciāt occupatores, immo fures vel raptores, fures inquantum malitiam ſuā occultando bona eccleſiæ quaſi ſubtrahunt: raptores verò inquantum per potentiam iuſtitiæ & correctioni reſiſtunt, ne ꝑ
8 violatione pactorum ab eis quorum intereſt puniātur.† Quartò ad iuſtam venditionem & quamcunq; aliam traſlationem, permutationem &c. exigitur datio vel receptio pretii non iniuſti ſcienter ſeu bona fide, ſemota fraude, ut. ſ. nec credat, nec cauſam ſeu rationem credendi habeat ſe aliquid recipere ratione vēditionis vltra iuſtum pretium, ſeu rei valorem, dī nec credat; quia ſm credulitatem conſcientiæ ſuæ debet agere & conari, vt non ſuperuendat rem de quanto poteſt aliū de cognoſcere, vel per ſe intelligere. Dī, nec cauſam credēdi ſeu rationem, q̄a qui committit venditionem rei bona fide uni, ſm famam bono viro & poſtea nunquam cogitat de iuſto pretio, talis committens non habet cauſam ſeu rationem credēdi, niſi bonum, & ſic nō tenetur videre, an iſte qui commiſit receperit iuſtum pretium. Si verò ſcienter committetur vni, qui conſueuit ſemper iniuſtè vendere, certè tunc haberet rationem, ſeu cauſam credendi, vel ſaltem præſumendi de iniuſto, & non eſſet excuſatus, nec bona fide reciperet aliquid iuſtum pretium: & ſic patet, qūo exigitur, vt vendens rem ſuam non ſcienter ſuperuendat vel carius q̄ debeat: & oēs ſcienter non nimis modicum ꝑ re det, ſed res vendibilis detur pro tanto quanti valoris eſt, aliàs iniuſtitia committeretur & inæqualitas. Cum tam ſm theologos q̄ philoſophos in oī p̄ctu æqualitas debeat ſeruari. †Eſt
9 autem æqualitas nihil aliud, q̄ æſtimatio mutua voluntaria bona fide facta; quia nec intelligit̄ inæqualitas, nec in eſſe cognoſcitur. Quod autem ſit illud, de illo erit in 2. cap. Quintò principaliter volens rem vendere tenetur dare emēti bona fide rem veraciter a ſe vendibilem talem per omnia, qualem bona fide iuxta p̄ctum de curſu & intelligentia communi verborum vel ſignorum credit ipſum velle habere. Illud ultimum additur, q̄a ſi quis vellet alterius generis, vel qualitatis rem habere, quam exprimit, & vendens daret ſibi bona fide talem qualem ꝑ verba p̄ctus exprimit, non faceret iniuſtum; quia talis debet̄ ei iuxta p̄ctum. Dicitur rem veraciter a ſe vendibilem bona fide, cui fidei fraus opponitur, quæ committitur vel in re vēdenda, vel in verbis. Fraus. n. in rei ſubſtantia, ſeu in ſpecie, in quantitate & qualitate p̄t committi ſm Thom. 2. 2. q. 77. & Sco. in 4. diſt. li. & tunc non ſolum iniuſtitiam committit vendens, ſed ēt ad reſtitutionem tenetur, pro quanto defraudauit. In ſubſtantia quidē vel ſpecie committit fraudem, vt ſi dat auricalcum loco auri, vel aquam pro vino: ſicut p̄ quoſdam Eſaiæ j. dicitur. Argentū tuum verſum eſt in ſcoriam, vinum tuum permixtū eſt aqua. Quod. n. permixtum eſt, patitur defectum quātum ad ſpeciem.
10 †Ex quo patet ſm Tho. vt ibidem dicit, ſi aurum vel argētum ab alchimiſtis factum veram ſpeciem non habeat auri vel argēti, fraudulenta & iniuſta eſt eius venditio, ſi tam pretioſe vendi

tur

Source : BIU Cujas

tur ſicut verum aurum,vel argentum; quia aliquæ ſunt vtilitates auri,vel argenti veri ſm naturalē operationem ipſorum, q̄ non conueniunt auro per alchimiam ſophiſticato, ſicut ꝙ habet proprietatem lætificandi & ꝯ quaſdam infirmitates medicinaliter iuuat. Frequentius etiam poteſt poni in operatione,& diutius in ſui puritate permanet aurum verum, q̄ ſophiſticatū. Si autem per alchimiam fieret aurum verum, non eſſet illicitū pro vero vendere,quia nihil prohibet arte vti, ſicut nec aliquibus naturalibus cauſis ad producendum naturales & veros effectus,ſicut Augu.dicit in 3.de Trinitate.de his quæ arte dęmonum fiunt.hæc Tho. In quantitate ēt fraus cōmittitur quæ p̄ menſuram cognoſci poteſt,ideo ſi quis ſcienter vtatur deficiēti menſura in vendendo per modium,virgam,pondus, & ſimilibus deficienter menſurando,ibi fraus committitur & iniuſtitia,ꝯ qđ Deut.25. Non habebis in ſacculo diuerſa pondera maius & minus,nec erit in domo tua modius maior & minor, abhominabitur.n. Deus eum, qui facit hoc & aduerſatur oēm in-
11 iuſtitiam. † In qualitate ēt fraus committitur: puta ſi animal infirmum ſcienter vendat cōiter ſanum, vel vinum corruptum dat,vbi alter vult vinum ſanum ſeu purum,talis iniuſtitiam, & fraudem committit: ſic ēt qui falſam mone. ſcienter pro bona moneta dant,quia non dant verum pretium,ergo ad reſtitutionem tenentur bonæ monetæ,vel æquiualentis. Poteſt ēt fraus tribus aliis modis committi in vendendo. Primò,ſi homini inexperto circa rem ſeu ſimplici ſuperuendi rem ſcienter. Secundò,ſi vidit emptorem arctatum neceſſitate vel inordinata affectione impulſum p̄ hoc ſuperuendit. Tertiò,q̄ venditor ſciēter verbis rem quæ vix valet vnum denarium exhibet pro quatuor,& emptor ex verecundia, vel quia credidit non ſuperexhiberi rem pluſquam vnum denarium dat tres dena. pro ea, in quo caſu tenetur ēt ad reſtitutionem de quanto ſuperuēdit, & multo plus qui ſic ſcienter rem per mendacia, vel falſitates p̄curat,de iſtis tribus poſtea latius etiam dicetur. Oīa talia prohibet Apoſtolus dicens j. ad Theſal.3. Hæc eſt voluntas Dei, ne quis circumueniat,neq; ſupergrediatur in negotio fratrē ſuū. In hoc ꝙ dicit,ne ſupergrediatur,excludit inęqualitatem, & p̄
12 hoc ꝙ dicit,circumueniat,excludit fraudē & falſitatem. † Sed nunquid venditor tenetur defectum rei vendendæ dicere emptori. Rn̄detur ſm Thom. Aut manifeſtus eſt,& tunc nō oportet: ſi exempli gratia. Equus eſt monoculus,aut occultus,& tūc non tenetur quantum eſt de cōi iure emptionis, dūmodo det emptori rem talem,qualem iuxta formam ꝯctus bona fide intelligit eum habere velle,& dummodo res valeat pretium. Primum videlicet,dummodo det &c.additur, quia ſi cibum daret corruptum vel intoxicatum,quem alius nullo modo intenderet habere,vel mihi daret equum claudum,q̄ me ſciet velle rectum,teneretur vitium illi dicere. Aut illi non vendendo, niſi remiſſius. Secundum videlicet, dummodo res valeat pretium &c.additur,quia ſi p̄ occultationem defectus daret tam care, ſicut ſi non haberet defectum,illicitum eſſet,& teneretur venditor ad reſtitutionem damni pro quāto pretium fuit iniuſtū. Vnde ſi tu mihi uēdis equum oīo malum, & qui nihil valet ad æquitandum,& das mihi eum pro tam paruo pretio,q̄tum ſola cutis valet,nihil iniuſtū mihi facis, nō dicendo mihi, ꝙ equus nihil valet ad equitandum:quia p̄ huiuſmodi pretii manifeſtationem fortè emptor vellet plus ſubtrahere de pretio, q̄ eſſet ſubtrahendum. lō uenditor poteſt licitè indemnitati ſuę cō ſulere,vitium retinendo niſi ego in ꝯctu interrogarē,an equus valeret ad equitandū,& tu diceres ꝙ ſic:tunc.n. ꝯctus iniuſtus eſſet & fraudulentus. Si autem ego ex ſimplicitate vel inaduertentia non conſiderarem illum defectum, nec inquirerem, tu tñ ſcires,ꝙ ego principaliter ad equitandum eum emerem,& ex ſimplicitate vel inaduertentia illud non dicerem,tu quidem peccas ꝯ me iniuſtè ad extra vendendum,ſed minus fideliter, & charitatiuè circa me agendo, quia non debes mihi ſcienter dare pro pecunia mea,ꝙ ſcires me ad illum vſum p̄ quē emo eſſe inutile mihi. Per hoc.n.quaſi pro nihilo quò ad me recipe
13 res pecuniam meam,ex quo nihil & inutile æquipollent. † Sed diceres,nunquid ſine fraude & licitè poteſt fieri, ꝙ aliquis portans merces,vel annonam ad locum vnum, qui ſcit multos ſequi,cum ſimil.mercibus, quod ſi diceret non poſſet adeo care vendere ea,quæ portauit,vel pro adeo modico emere ea, quæ præſcit cara futura p̄ talium alibi deperditionem. Rn̄dit Tho. ꝙ ſic; quia venditor qui vendit rem ſm pretium quod inuenit, non vī ꝯ iuſtitiā agere,ſi quod futurum eſt non exponat. Si tñ exponeret,vel de pretio ſubtraheret abundantioris eſſet virtutis,q̄uis ad hoc videatur teneri ex iuſtitiæ debito, hic Thomas, & quidem in tali caſu licitè fieri poteſt ꝯctus:tñ quia auari fraudem & iniuſtitiam ēt ibi cōmittere poſſunt. Idcirco alii diſtinguūt, quia aliqui de quibus eſt caſus ad nihil aliud vacare vellent,niſi ad inquirēdum,qūo Venetiis vel alibi merces vel monetæ ſe diſponerent,& ſm hæc emerent alia, vel venderent ſua illi nullam vtilitatem cōicata afferrent,ſed ſolum damnū. Exēpli gratia ſi aliquis pecunioſus hēret notos ſuos Venetiis q̄ continuè nunciarent ſibi valorem piperis,& ipſe audiens piper carius fieri,emeret hic oē piper,vt poſtea vēderet ſicut vellet,huius officium nociuum eſſet:non tñ p̄ hic oīs induſtria,diligētia vel prouidentia mercatorum vituperanda eſt, quib. inueſtigant qūo diſponant vina in vitibus,grana in agris,ſpecies apud paganos,vel Venetiis,& ſm hoc ſe regere in vendendo ſua,vel emendo aliena,aut talis qui audit alias cōſimiles merces in copia adducere credit,& non dubitat ita eſſe, & credit ꝙ p̄ hoc res iam minus valeant,tunc nullo iure poteſt ita pretioſè vendere,ſicut cōiter vendunt: vt quidam doctor dicit, quia credit
14 cōitatem errare in pretio æquo, † & erroneum iudicium non dēt ſequi,aut dubitat probabiliter,an ita ſit, ſicut dictū eſt in caſu poſito a prin.dubii,vel ꝙ illi qui venire putabātur, habebūt impedimenta in veniendo,vel dato ꝙ veniant,dubitatur vtrū p̄ hoc res ſint minus valituræ, vel ſi dubitatur, utrum emens emat res ex ignorantia iſtius,quod ipſe credit. aut fortè ex alio profectu ſuo,quem ipſe emens ſciet,& venditor neſcit, vel aliquid tale, ꝙ dubietatem probabilem inducit. In hoc caſu ſm iſtos bene poſſit quis vendere res ſicut cōiter ſoluunt. Sed neceſſe eſt,ut ſibi videat,ne ſibi fingat dubium, vbi habet credulitatem,vel eꝯ,quia affectus multum latenter & aliq̄ſ ſatis vehementer inclinat intellectum ad ſequendū vtilitatem vel delectationē,ēt in illis,vbi habet in ꝯrium probabilem rōnem. Sextò requiritur ad mercatorem, venditorē & venditionē iuſtā, ꝙ ad minus habitualiter quis intendat ſi veraciter agnouerit rē non fuiſſe talem,qualis ſm ꝯctum eſſe debuit, & ſic minus dediſſe,vel plus accepiſſe,intendat rōnabiliter refundere & emē-
15 dare; quia hic ſimpliciter ēt requiritur ad bonam fidē. † Septimò requiritur,ꝙ ꝯhens & vendens vel emens,nec credat, nec cām credendi habeat ꝯctum quem facit eſſe cōitati,vel Reipubli.præiudicialem. Cuius rō eſt; quia tunc noceret multis non paucis. Quilibet ēt qui in aliqua cōitate viuit tenetur tam rōnē charitatis diuinitus mandatæ,q̄ ratione emolumētorum,vtpotè ſolatii,defenſionis & ſimilium, q̄ hēt ab ea eidem cōitati eſſe vtilis,iuxta ſtatum ſuum,& maximè non eſſe damnoſus, & fideliter ſeruire,& p̄ deſſe his a quibus vult victum acquirere, dicente Auguſt. Turpis eſt pars quæ ſe non conformat ſuo toto,& turpior quæ nocet toti. Si ēt præfato membro nō ſeruaretur iuſtitia legalis. Ex præmiſſis patet, q̄ illicitum ſit quoſdam oēs merces frumēti vel piperis emere, vt poſtea ipſi ſoli de vna ſocietate ad placitum vēdere poſſint carius. Similiter ſm quoſdam illicitum eſt alicui meliores denarios de moneta eligere, & eoſdē conflare,vel ad cōflandum vēdere; quia ſic minus bonis denariis manentibus tandē moneta vilificatur,& aliam fieri monetam oportet nouam, per quam multitudo interdum
16 plus quam p̄ nouā exactionē grauatur. † Octauò, mercator dēt cum timore lucrum recipere rōnabiliter ſm nobilitatē,& grauitatem & vtilitatē curæ,laborum,induſtriæ & ſumptuū, quos & quas contingit habere,necnon ſm magnitudinem, multitudinem,aut pretioſitatem rerum,in quibus ſeruit, aut miniſtrat hominibus. Dico cum timore; quia ſibi ſæpe dēt eſſe ſuſpectus iudex in propria cā,q̄ valorem oportet eum taxare. Dico rōnabiliter,vt lucrum recipere poſſit,prout patet per Sco.in 3.arti.3.9.& 12.regulis. Dico ſm nobiliorē; quia dato ꝙ negotiatoris merces adducentis tantus ſit labor ſicut militis cæteris paribus q̄ alterius,quia ad nobiliorem finem tendit:ſic ēt ſtaret, ꝙ labores curare &c.eſſent æquè nobiles & graues, & tñ unus eſſet magis neceſſarius alio,pro iſto certè ſibi magis debetur cęteris paribus immo inſpiciēdum eſt,an res quæ venditur plus vel minus deſeruiat utilitati hominum:plus.n. deſeruit cōitati hominum cæteris parib. neceſſarii victus & amictus procuratio, quam ea quæ ſunt minus utilia. Dico ēt ſm magnitudinē,multitudinē & pretioſitatē rerum: quia peneſtica uendens piſum uel olera:& de uno facili cōitati ſeruiens non tñ lucri recipere poteſt,ſicut inſtitor uēdēs nobiles & multum utiles mercātias.
17 † Nec inſtitor in quiete quodammodo reſidens cęteris paribus pōt tñ lucri recipere,ēt de æquè magna pecunia: ſicut adducēs res æquè bonas de partibus lōginquis: & ſi quilibet ſm ſtatum ſuum uellet uiuere, & ſm meritum ſuum ſic lucrum recipere, omnia ſtarent eo melius, ſed quia peneſtica de modico pretio & labore tñ uult lucrari, ꝙ quotidie bonis cibis & potibus repleta ſit,& ultra hoc cōtinuè plus ſine ratione ditari, quæ ſi debitè perpenderet uix nudū panem mereī. Et inſtitor de modico labore & pretio reſpectiuè uult ſe & ſuos tam delicate nutrire & p̄tioſè ueſtire,ſicut unus de multo maiori ſumma grauiori & utiliori labore cōitati ſeruiens, & ita diſcurrendo de aliis.
18 Hinc eſt,ꝙ quaſi oēs auaritiæ,ſuperbiæ,& uoluptatis morbo laborant,per quæ ſic excęcātur,ꝙ putant iſta ita eſſe debere. † Non nò uideat ſibi,ut non ſit clericus,uel religioſus,quib. prohibeī, ne ſit talis negociatio,quæ l.ſuperioris iuſſe ſit prohibita, ut ſit illi pœna peccati,quod addo,quia quidam princeps uidenī aliqua prohibere non ſimpliciter,ſed fortè ne multū fiant,& ſub pœna temporali ſi in tranſgreſſione mandati reperiatur actū, poſtmodū nerò ſi ſciunt,non ponunt,immo interdū excuſant. Decimò non dēt tñ negociationi intendere, ne per hoc aliqđ eorum negligat,quę ſuæ ſaluti ſunt neceſſaria. Audiat miſſam

die

Source : BIU Cujas

die festiuo notabili ad minus verbum dei auscultet, non vendat,vel emat,sabbati diem, in est, festum violando, locis sacris non negocietur, in ecclesijs,capellis, monasterijs &c. Ieiunet secundùm prẽcepta eccleſiæ & similia faciat.

¶ Vndecimo videat, ne contractus quem facit sit scandalosus, vel res mali exempli; quia esto quòd omnia promissa adesſent contractui, tamen minus cautum videtur esſe talia facere.

SVMMARIVM.

1 *Venditor secundùm communem æstimationem & cursum rem suam vendere debet.*
2 *Medium,quod iustitia commutatiua requirit,latum esse debet.*
3 *Venditio rei non fit secundùm quòd ipsa est melior in natura, sed secundùm quòd vsui humano est aptior.*
4 *Res vendibilis in quantitate,qualitate, & substantia peiorari potest.*
5 *Vendere rem secundùm hominum cõmunem ẽstimationem tutum est & necessarium.*
6 *Aestimatio rebus pretium imponit.*
7 *Damnum, qd̃ venditor per venditionem rei incurrit,quando debeat attendi.*
8 *Venditor propter dilationem non potest pretium augere, ob accelerationem autem solutionis ipsum minuere potest.*
9 *Res carius vendi potest ratione seruitij,quod circa eam fecit venditor.*
10 *Viuere potest vnusquisque de labore suo honesto reipublicæ vtili.*
11 *Negociatores vituperabiles exterminari debent.*
Pretium iustum rei quo iure agnoscitur.
12 *Additio vel diminutio modica pretij rerum non tollit æqualitatẽ iustitiæ.*
13 *Probabilitas sufficit ad æstimandum rei valorem, si dubium sit an plus vel minus valeat.*
14 *Vendi potest carius homini experto,quàm simplici.*
15 *Emptor & venditor qualiter circa valorem rei se habere debeant.*

¶ De conditionibus secundùm quas valor rei vendendæ potest cognosci. Cap. ij.

SEcundus articulus erit de valore rei: est enim inter docto res magnum dubium, penes quem venditor mensurare debeat,vel licite possit merces suas,vt non superuendat.

1 †Ad hoc respondet quidam secundùm communem ẽstimationem,vel cursum debet vendere rem suam. Sed illud minus generaliter est dictũ, nec aliquis per hoc faciliter scire posset rei valorem: tamen quia in vna communitate sunt interdum de eadem re contrariæ ẽstimationes, quarum vtraque est erronea,vel mala,vel altera,tum quia interdum multi æstimãt merces aliter,quando parata pecunia ei datur,& aliter,quando terminus soluendi prorogatur: tum quia interdum aliquid habet merces raras, adeo vt de eis nulla communitas iudicet vel ẽstimet,tunc quia in eadem specie vna res vẽdibiles est alia melior,vt vnus pannus alio,piper pipere,crocus croco. Tum quia dato quòd in specie & indiuiduo sciatur valor, tamen varie interdũ & valde cito mutatur æstimatio: & tunc iterum dubium est penes quid æstimandus sit valor,tum etiam quia dato quòd aliquis sciat æquum valorem in communitate,vel aliqui,tamẽ vnus ignorat forte talẽ, nec tenetur circuire & per omnes quærere. Nec putandum est, quòd punctuale pretium rei ab aliquo semper reperiri oporteat,quia,vt dicit. Sco. hoc quasi impossibile est,

2 † vnde medium quod iustitia commutatiua requirit & respicit est latum & intra eãdem latitudinem non oportet indiuisibilem punctum attingere equiualentiæ rei & rei. Et ideo in quocunque gradu citra extrema fiat, iuste fit, & Tho. dicit vbi supra. Iustum pretium non est quandoque punctualiter determinatum,sed magis in quadam æstimatione consistit,ita quòd modica additio vel minutio non videtur æqualitatem iustitiæ tollere: sed quando notabi. damnnm scienter vel ignoranter ex venditoine vel emptione rei peruenit,quod debeat scire cõtrahens,tunc isto notabili damno reperto vel experto recompensatio fieri debeat,vt dictum est in vj.conditione.j.articuli. Respondetur ergo aliter secundùm Alber. in iiij. di.xvj. Quòd iustum pretium est, quod secundùm æstimationem forte istius temporis potest valere res vendita. Ad illud intelligendũ scire oportet,quòd pretiũ rei vendendę vel emendæ valor & æqualitas debent vel pñt mensurari, vt carius vel minus care vendatur. Plura enim & prẽsertim quinque sunt inspicienda.

3 †Non autem debet res vendi secundùm quòd melior est in natura, sed secundùm quòd melior est vsui humano. Mus enim naturaliter melior est quàm aurum vel panis, & tamen panis carius venditur; quia vtilior est vsui humano,vt tactum est primo articu.dist. xix. Videatur ergo prmò per mercatorẽ vel aliũ qui vendere vult rem,an res,quam vult vendẽ a tpe, quo eam emit sit meliorata quò ad vsum eius, quem capiunt homines, aut peiorata: melioratur autem res aliquando naturaliter, aliquando artificialiter, aliqñ mixtim ab vtroq;. Exemplũ primi. vinum qd̃ pro potu quæritur,melius valet clarũ vel defecatũ,q̃ turbidum aut fecibus mixtũ,& ligna q̃ desideranẽ ad structurã, vt cõiter plus valent plus spissa & fortia q̃ gracilia & fragilia. Similiter ad equitandũ meliores sunt equi.viij.anno.q̃ trium. Exemplum secundi; quia ad bene tegendũ se & espeditius agẽdum melior est pannus formatus in tunicam q̃ non formatus. Exemplũ tertij ad faciendum ignẽ melius valent ligna sicca q̃ humida,q̃ & naturaliter & artificialiter qñq; siccantur. Peiorat aũt res vendibilis ſm Thomam.ij.ij.q.lxxvij.& ſm Sco.in iiij.sup distı.xv.†In substantia,vt qñ de auricalco fieret ferrum. In q̃ti

4 tate,vt de maiori pondere fieret leuius in qualitate, vt de puro vino corruptum. Secundò debet videri,an res vendenda sit meliorara in ẽstimatione hominum,& iste est alius modus meliorationis quàm prẽcedens; quia interdum cõtingit rem, quæ in se simpliciter quò ad naturam nec substantialiter, nec accidentaliter est mutata in aliquo,& ad minus non meliorata: immo etiam qñque peiorata plus æstimari & desiderari ab hominibus quàm prius,& tunc dr̃ æstimatione meliorata: & hoc contingit ex varijs causis,vtpote quando ante nesciebatur,quòd bona esſet,& iam scitur. Aut quia est iam eius indigentia, & prius nõ fuit, vt si res valens contra infectionem aeris carius emeretur tempore pestilentiæ quàm extra illud. Quanto autẽ plures indigent re & eam habere desiderant,& minor est eius copia,tan

5 to carius æstimatur,& venditur. † Vendere autem rem secundùm æstimationem hominum est necessarium & securum. Necessarium est quidem, & oportet sic fieri, etiam si sciũtur ex naturali arte,plus valere,q̃tomagis in alijs, vbi hoc non scitur. Vbi æstimatio principaliter imponit rebus pretium. Idẽ patet per experiẽtiam. Certum est.n.q̃ aurum,vel argentũ melioratum est per artem,quando bonum vas factum est ex eo,& tamẽ cõiter oportet vendi secundùm pondus. Patet idem ex alio;qa quantumcunque sit res venalis,si nullus vult pro tanto emere, sicut valet,oportet vendi remissius, si debet vendi. Ideo dicunt leges,rem tantũ valere q̃tũ vendi potest,id est ſm q̃ haberi poſſunt emptiones, q videlicet ex liberalitate & electione emant nõ quia fatui arctati vel decepti. Est ẽt securum: quia cum quilibet in ꝓpria cã sit suspectus iudex omnis vẽdẽs: quia ad proprium lucrũ affectus est,merito aliquo modo est sibi suspectus.

6 ¶ † Ergo securius multo credit & maxima cõitati nisi bonam, & communem præsuppositionem habeat de eius errore. Quòd ẽt æstimatio rebus pretium imponat patet.quia.n.quemlibet habentẽ rem venalẽ oportet dare eo remissius,quominus desideraẽ ab hominibus,si vult eam vendere,cur non posſet vẽdere eo prætiosius quo magis desideratur. Itaque quis habẽs rẽ quã multi desiderant,& ꝓ qua vnus præ alio plus alio exhibet', cur nõ venderet eam cæteris paribus magis danti dimissis aliis qui minus darent. ergo desiderium hominum videtur rebus pretium imponere. Tertio sciat quòd licitum est in vtrisque contractibus istis permutantem vel vendentem pensare damnum suum non autem commodum ipsius ementis sine cum quo permutat hoc dico in carius vendendo vel permutando, & intelligendo illud sicut dicit Sco. Si quis multum indiget re sua,& per magnam instantiam inducatur ab alio,vt vendat,vel permutet pro alia re:cum possit se præseruare indennem, & ex venditione,vel permutatione ista multum damnificatur, potest carius vendere, quàm si alias sine tali damnatione vẽderet & permutaret. Sed si emens commodum magnum consequatur ex ista re sibi vendita vel permutata, non potest carius vendi, vel permutari: quia magis commodum consequitur; quia propter maius commodum eius,quod consequitr, nec res mea est prætiosior in se,nec mihi melior,& ideo nõ debet mihi magis pretium apportare. Secus autem est,quando damnificor: qa

7 tunc mihi est prætiosior, licet non in se:†& vt Thomas dicit, quando aliquis multum indiget re aliqua,& alius leditur, si careat ea, in tali casu iustum pretium erit, vt non solum respiciatur ad rem, quę venditur, sed ad damnum, quod venditor per venditionem incurrit: & sic licite poterit aliquid vendi plus, q̃ valeat secundùm se,quamuis non vendaẽ plusquàm valeat habenti. Si quis verò multũ iuuetur ex re alterius quam accepit, ille verò qui vendidit, non damnificatur,carendo re illa, non debet eam superuendere,ut ibidem probat. Addunt alij, quòd si iam rem vendere est mihi damnosum; tunc intantum superuendere eam, quantum damni ex hoc habeo bene licet: sicut prædictum est supra similiter ut Sco.dicit,si iã nõ sum uenditurus rẽ,sed seruaturus eã; qa de cõi cursu creditur plus ualitura q̃ iã ualet,& alius uult mihi eam uenalẽ facere. ego possum eã carius uendere ex eadẽ radice; qa reputo probabiliter,ꝙ iã uendere sit dãnũ meũ. Non possum tñ simpliciter tanti uendere, q̃tũ postea ualitura creditur,aut ẽt scit. Sed oportet deducere æstimationẽ piculi & curæ circa rẽ seruandã:rẽ aũt,quã iã sum uenditurus, nullo mõ licet carius uẽdere ꝓ determinato uero q̃ iã ualet. Pro indeterminato uero pretio bene possum,si de cõi cursu nulla est certitudo,an postea minus uel plus sit ualitura,ut si centenarius piperis, q iã ualet centũ,deb̃ ꝓ tanto pretio q̃tũ ualebit ultra annũ, p̃ctus est licitus, ẽt si tunc multo plus soluturus sit,ut probat Sco. ꝓ.c.nauiganti. ꝓꝓ dubium licitum est.

Dicit ẽt Astensis in sum.li.3.ti.xj. ꝙ secũdum aliquos quos non

8 probat † licet uendẽtes nõ possint ꝓꝓ dilationẽ pretiũ augere:

Source : BIU Cujas

possunt tamen propter accelerationem solutionis pretium minuere, Vnde esto, ꝙ mercator statuat in corde suo, ꝙ pannum quem habet pro sex velit date pro nouem solid. Ita quòd omni volenti sibi dare tantum, siue statim incontinẽti, sine ad terminum certum dare velit, & longe libentius statim soluenti quàm altri ad terminum aliquem. Si talis mercator hoc apud se deriberans simulque cum hoc de lucro paratæ solutionis cogitans apud se dicat: licet in corde illud lucrum taxauerim, quicumque tamen pretium haberet cum quo de lucro meo aliquid ordinare possem de pretio taxato diminuerem, talis non esset vsurarius quidam etiam dicunt, quòd licet contractus quo quis vendit maiori pretio propter dilationem solutionis sit de se vitiosus: tamen excusati potest ex parte venden tis puta si non intendat vendere carius propter tempus, sed ꝓp damnum & laborem quem imminere sibi videt in procuratione solutionis habendæ, & rectitudo intentionis huiusmodi apparet, si mallet non veudere talibus, quàm vendere eis ad credentiam, & quando libentius venderet aiijs pro pretio minori, quàm istis pro pretio maiori. Vnde licet casus dubius sit, nõ põt tñ excusari, si ꝓp credentiam rẽ plus vendit q̃ valet simpliciter, vl̃ quàm verisimiliter sit valitura tpe solu. vel si nõ vẽderet aliter, nisi propter credentiam plus reciperet. Hæc Alex.

9 Lombardus, nec improbare eum vr̃ Alex. Hales. † Quartò principaliter põt res vendicarius q̃ empta est ex parte vendẽtis, vc3 rõne seruitij, quod circa eam fecit, vel per industriam, prudẽtiã, sollicitudinem ac periculum, vel ratione officij quod circa eã habuit, & hac ratione collectores hospitum, cãpsores, institores, caupones, penestici, & quicumq; stationarij possunt rẽ nullo modo etiam mutuatam nec in se nec in æstimatione vẽdere carius quàm emerunt, & hoc propter sumptus, labores, curas, industrias, pericula & alias occupationes rationabiles vel grauamina, quas vel quæ habent in comportando res hominibus vtiles, vl̃ necessarias conseruando, vel exponendo ad cõe forũ, & ibi stando, vt quilibet indigens prompte possit habere, & ex consequẽti multo fortius hi, qui res aliunde adducunt propter maiora grauamina, quæ comuniter circa res tales habere vidẽtur. Et illud sic probatur; quia nulla est ratio, quare alius artifex pro suo labore possit aliquid recipe, & nõ talis pro suorum qñque tamen grauiter laboret vnus sicut alius, & tamen gratus ac desideratus est hominib⁹ labor huius vt illius. Vnde Apostolus dicit, vnusquisque ſm suum laborem mercedẽ recipiet. Vnde etiam S. Tho. vbi prius sic dicit. potest quis rem carius vendere quàm eam emit, vel quia in aliquo rẽ meliorauit, vel quia pretium rei est mutatum secundùm diuersitatem loci, vel tempo ris, vel propter periculum, cui se exponit transferendo rem de loco ad locum, vel etiam fieri faciendo, & ſm hoc nec vendi tio, nec emptio est iniusta. Hæc iste, probat etiã ista Scotus vbi prius sic dicens. † Vnumquenque in opere honesto reipu. ser-

10 uientem oportet de labore viuere. honesto, dixit propter mere trices & hystriones o inhoste viuentes. Sed afferens ista vel con seruans honeste seruit & vtiliter rei publicæ, ergo opere eũ de suo labore vinere. Nec hoc solum, sed vniusquisq; potest industriam & sollicitudinem iuste vendere. Industria. n. istius transferentis res & de patria ad patriam requiritur magna, vt consideret quo quæq; patria abundet & indigeat, ergo potest iste vl tra sustentationem neeessariam pro se & familia sua ad istã necessitatem deputatam recipere pretiũ corrñdens industriæ suæ, & vltra hoc aliquid correspondens periculis suis: ex quo enim in periculo suo transfert, si est transiator, vel custodit, si est custos, propter huiusmodi periculum potest secure aliquid accipere correspondens, & maxime si quandoque sine culpa sua in tali seruitio communitatis damnificatus est: vtpote mercator rransferens quandoque amisit nauem onustam maximis bonis, & alius quandoque incendio causali amittit pretiosissima quę custodit pro republica. Hæc omnia confirmantur sic; qa quàmtum deberet alicui ministro reipublice legislator iustus & bonus distribuer̃, tantum potest ipse, si non assit legislator de republica non extorquendo accipere, sed si esset bonus legisla tor in patria indigente deberet locare pro pretio magno huiusmodi mercatores, qui res necessarias afferent, & qui eas allatas seruarent, & non tamen eis & familię suæ sustentationem necessariam inuenire, sed etiam industriam & peritiam omnino

11 locare, ergo hoc etiam possunt ipsi sibi in vendendo. † Ex quo patet, quòd vituperabiles negotiatores de repubiica extermina biles sunt, qui nec transferunt, nec conseruant, nec eorum industria meliorantur res venales, nec certificatur aliquis alius simplex de valore rei emendæ, sed mõ emit, vt statim sine omnibus istis condõnibus vendat exulandus esset iste: quia prohibet immediatam eommutationem volentium emere vel com mutare œconomice, & per concequens faciunt quodlibet ve nale vel vsuale carius ementi quàm deberent, & vtilius vendẽti, & sic damnificant vtranque partem, hoc Sco. Quintò voleus rei pretium scire, vel rem vendere consideret, vtrũ iustum pretium talis rei pretium sit taxatum per legẽ ciuilem, vel aliã consuetudinem seu cõmunem cursum. Vel an committatur taxatio pretij ipsis contrahentibus. Vnde Sco. dicit, Quale sit pretium alicuius rei iustum ad quantum se extendat quandoque lege positiua quandoque ex consuetudine innotescit; lex enim rescindi contractum, vbi contrahens decipitur vltra meditatem iusti pretij: & tamen infra illud, si ex aliquo appareat iniustitia, debet restitutio fieri correspondens. Quandoque autem relinquitur ipsis contrahentibus seu commutantibus: vt pensata mutua necessitate reputant sibi mutuo dare æquiualẽs hincinde & accipere. Durum est enim inter homines esse contractus, in quibus contrahentes non intendat aliquid de indiuisibili iustitia remittere sibi mutuo, vt pro tanto omnem con tractum comitetur aliqua donatio, & si iste est modus commutantium quasi fundatus super illud. l. naturę, hoc facias alijs quod tibi vis fieri, satis probabile est, quando sunt mutuo contenti, volunt sibi remittere, si deficiunt ab ista iustitia requisita. hoc Scotus Quando autem. S. Tho. dicit, supra tactum est, & hic

12 per Scotum † quòd pretium rerum quandoque non est punctualiter determinatum, sed magis consistit in quadam æstima tione, quòd modica additio vel diminutio non videtur tollere iustitiæ æqualitatem, hoc verum est secundum iudicium fori contentiosi, & etiam in foro conscĩæ, quando ignoranter & si ne dolo fit. Sed certe quãtũcumque modicum minus datur vel magis accipitur scienter pure ratione emptionis vel venditionis res rationabiliter æstimatur bona fide iniustũ est corã Deo. Attentis igitur pręmissis quinque considerationibus & bona fide & intentione præhabita si tũc habetur vel haberi potest cõmodo de pretio rei venditæ vel emendę certitudo, quæ in hac materia est possibilis, secùndum hanc agendum est vendendo vel emendo. Si verò non, tunc sufficit quæcunque probabilis euidentia, quando non est aliqua in contrarium. Exempli gratia, si vnus homo, qui creditur intelligens & verax diceret rem tantum valere, vel quòd sic vendidisset similem aut emisset: si autem habentur motiua contraria, cõsentiatur tunc magis motiuo probabili.

13 ¶ † Vbi notandum primò, quòd quando in tali materia dubitatur, an plus valeat, vel minus, modica probabilitas sufficit ad æstimandum valorem rei. Cuius ratio est; quia etiam comunitas ex paruo motiuo mouetur ad æstimãdum rem aliter, quàm prius, Sicut si piper soluisset: xij. & expertus emeret pro xiiij. statim homines mouerentur, & cogitantes quòd ille aliquod sci ret propter quod tam remisse venderet, vel tam pretiose emeret, & secundùm hoc homines regerent se emendo & vendendo.

¶ Secundo notandum, quòd stans in dubio quid sit verum pre tium rei, & committens ementẽ suæ industriæ, quem nescit arctatum, vel simplicianum in tali materia, quando bona fide eidem vendit, talis non videtur conuinci iniustus esse: nam si talis vellet dare decem pro re, quam eram daturus pro octo; quia dubitabam, an plus valeret, ego habeo motiuum probabilem in ista materia ad credendum rem decem valere: si non obst.

14 aliud motium in contrarium. † & ideo potest res aliquando ca rius vendi homini experto quàm simplici: licet valde sępe con trarium fiat, & male, nisi bona fide credatur res valere pretium, pro quo datur.

¶ Tertio notandum, quando dubiũ est, quantum res valeat, tunc magis periculosum est homines per cautelam inducere ad tantùm dandum, quàm simpliciter sine tali cautela date pro tanto. Cuius ratio est; quia si ibi est excessus, ille est maior causa istius excessiuę emptionis, qui emptorẽ ad hoc inducit, quàm qui eum suo arbitrio dereliquit.

¶ Quartò notandum, qnòd quando quis nec scit, nec credit, cõmunitatem errare, etiam si probabiliter dubitat, an erret cõitas in pretio rei, rem licite potest rem suam secundùm æstimationem cõmunem vendere, imo si vult vendere, debet in tali dubio ſm istam vendere, & non ſm sensum suum. Si verò scit, vel credit cõitatem, errare in ęstimatione pretij rei: tunc nullo modo debet eam sequi: quia ẽt si reciperet verũ & iustum pretium, tamen facere contra conscientiam. Sed necesse est sibi, vt videat, ne fingat sibi dubium, vbi habet credulitatem & econuerso, ex præmissis patet aliqualiter, quis sit rei valor, & qũo, ac quot modis emptor, vel venditor se habere potest respectu pre

15 tij; † quia aut scit, vel credit. A. pretium es ſm erroneam æstima tionem pro re, istam non debet sequi. Aut scit vel credit. A. pre tium esse verum non ſm æstimationem erroneam, istam æstimationem debet sequi. Aut dubitat A. an pretium sit iustum puta, quia nulla est æstimatio, vel erronea de re vendibili: & tũc debet recurrere ad rationem pensando sumptus, & labores, ẽt bona fide prout melius potest fieri nec non meliorationem siue realem siue æstimatam, & iuxta ista rem vendere.

SVMMARIVM.

1 *Commutatio negotiatiua quæ sit qualiter exerceri possit.*
2 *Negotiatio mediante qua quis lucrum intendit inhonesti de se nihil habet.*
3 *Venditor bonæfidei non debet aliquid vltra iustum pretium expectare.*
4 *Vendere carius rem quàm valeat, nunquam licet scienter.*

5 *Venditor*

Source : BIU Cujas

5 *Venditor potest rem suam secundum communem estimationem uendere, quãuis dubitet communitatem in taxa pretij errare.*

6 *Venditor de mala fide est suspectus, qui vendit tribus hominum generibus.*

7 *Venditor expertus si det experto ad emendum & econuerso, alleuiantur cõtractus mercatorum.*

8 *Venditor nulla verborum cautela emptorem inducere debet ad emendum.*

9 *Emptor expertus pro seruitio inutili circa rem facto nil velle dare præsumitur.*

10 *Mercator seu negociator res inutiles & defectuosas faciens & defectus ex industria obtegens tenetur ad satisfactionem.*

11 *Præceptum illud legis naturæ, quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris, qualiter intelligatur.*

12 *Mercator emens vnam rem decem nummis, illico potest eam alij vendere dnodecim.*

13 *Mercator pro quacunque re, causa, vel operatione ratione mercium potest recipere lucrum.*

14 *Mutuans de iure nil potest vltra rem mutuatam vel eius valorem recipere.*

15 *Mutuans pecuniam pro eius vsu principali nil vltra sortem recipere potest, pro secundario autem vsu sic.*
Pecunia vsum duplicem habere potest.

16 *Usura & si nunquam licita sit, in quibusdam tamen casibus licet mutuanti de pecunia mutuabili plus reciperc quàm mutuauerit.*

17 *Incertitudo quando excuset a dolo seu fraude vsuraria.*

¶De regulis secundum quas videri potest qualiter & quomodo mercatores magis vel minus securi sint. Capitulo. III.

TErtius articulus erit primò de regulis secundum quas videri potest, quomodo mertatores securi esse possunt, vel minus securi vel insecuri, & sunt regulæ xxiiij. Et primæ quinque sunt Scoti.

1 ¶†Prima est, commutatio negotiatiua vbi commutans intendit mercari de re quam acquirit; quia emit non vt vtatur, sed vt vendat: & hoc carius, quæ commutatio negotiatiua dicitur pecuniaria, vel lucratiua, talis inquam mercator est vtilis reipublicæ, probat Sco. Quia reipubl. est vtile habere conseruatores rerum venalium: vt prompte possint inueniri ab indigentibus volentibus istas emere. In vlteriori etiam gradu vtile est reipu. habere afferentes res necessarias, quibus ista patria non abundat: & tamen vsus earum ibi est vtilis & necessarius. Ex quo sequit, ꝙ mercator, qui affert rem de patria, vbi abundat, ad patriam, vbi deficit, vel qui istam emptam conseruat, vt prompte inueniatur venalis a volente eam emere habet actum vtilem reipu.

2 ¶Secunda regu. †negociatio, qua mediante quis debito modo lucrum intendit, nihil de se inhonestum importat, sed licitũ, honestum & vtile bonum sibi & aliis, & quando aliquis lucrũ moderatum negotiando quærit, quod ordinatur ad domus suæ sustentationem, vel etiam ad subueniendum indigentibus, vel ẽt cum negociationi intendit propter publicam vtilitatem, ne sci licet res necessariæ ad vitam patrię desint, & lucrum expetit nõ quasi finem, sed quasi in stipendiũ laborũ, sententia est S. Tho.

¶Tertia regu. mercator talis potest iuxta diligentiam suam, prudentiam & pericula licite accipere in commutatione pretium correspondens. Probat idem: quia vnumquemque in opere honesto reipublicę seruientem, oportet de suo labore viuere honeste. Honeste dico propter meretrices, hystriones & inhoneste viuentes. Sed afferens ista vel conseruans, honeste seruit & vtiliter reipu. ergo &c.

3 ¶†Quarta regu. quamuis ad vendentem exigatur, vt bona fide nihil se credat ratione venditionis vltra istum pretium recipere; tamen alia occasione posset aliquando aliquid recipi vltra illud ratione donationis, sicut aliquando ille expedite & liberaliter daret. Primum patet, quia aliàs non seruaretur æqualitas iustitiæ inter datum & acceptum. Secundum patet de se.

¶Quinta reg. satis probabile, videtur, ꝙ quando contrahentes sine dolo mutuo de se sunt contenti, ꝙ talem etiam contractum concomitetur aliqua donatio præsertim cum pretii taxatio relinquitur ipsis contrahentibus vel commutantibus. Patet quia pręcisa taxatio pretii interdum ignota est, vel dubia. Sed durum esset inter homines esse contractus, in quibus non intẽderent aliquid sibi mutuo remittere de rigore præscisi pretii, vt pro tanto omnem contractum concomitetur aliqua donatio.

¶Sexta regula, quamuis † nunquam liceat scienter rem carius vendere, quàm valeat: licet tamen eam vendere carius, ꝙ empta sit si est meliorata in se vel in hominum ęstimatione. primum patet: quia aliàs iniustitiam committeret propter inæqualitatem dati & accepti scienter. secundum patet ex melioratione, de qua vide in 2. arti. in 2. conditione.

¶Septima regu. quàmuis nunquam liceat rem carius vendere scienter, quàm rationabili æstimatione credit vel credere debet eam valere: tamen quando vendens plus læditur ex carentia rei, quàm res etiam in se valeat: tunc potest eam superuendere super valorem eius tantum, quantum rationabiliter æstimat, vel æstimare debet damnum suum. Primum patet ex precedenti, secundum patet: quia res quam alius primò facit venalem, licet non sit in se melior, est tamen primò melior.

¶Octaua reg. sicut non est iniustum, quando quis sperat res plus soluturas quod iam soluunt, velle eas seruare & non vendere. Sed etiam iniustum non est festinare in vendendo, quando quis habet res quas timet minus soluturas, dummodo nec credat, nec causam credendi habeat eas pro tunc minus valere quàm recipit. Patet ex no. secundi articu. circa 5. venditio. Dico notanter, quas timet: quia multa facit homo in spe vel timore sine conscientia vel credulitate.

5 ¶†Nona reg. quando quis nec scit, nec credit communitatem errare in taxa pretii. Etiam si probabiliter dubitat, erret ne communitas: tunc licite potest rem suam secundum æstimationem communem vendere, immo si vult, vendere debet in tali dubio secundum istam vendere & non secundum suum sensum. Si verò scit vel credit communitatem errare in æstimatione, nullo mõ dẽt eã sequi, patet ex 2. artic. in 5. conditione, in 4. no.

¶Decima reg. Quando dubitatur in quanto res plus vel minus valeat: tunc modica probabilitas sufficit ad æstimandũ valorem rei: patet ibidem.

¶Vndecima regu. Stans in dubio, quid sit verum pretiũ rei, inueniens ementem, quem nescit arctatum vel simplicianum, sed expertum suæ industriæ & bona fide vendens sic non videtur conuinci iniustus, patet ibidem.

¶Duodecima regu. Sicut cum magis secura conscientia, & fide potest vendi res etiam cuius vera æstimatio ignoratur: ꝙ venditur homini experto circa rem non arctato aliqua necessitate, nec habenti ad eam inordinatum desiderium, nec aliqua cautela verborum, operum, vel signorum circunuento vel inducto ad emendum eam pretiosius, quàm sine ista cautela emeret. † Sic sine dubio minus est securus de bona fide, immo suspectus de mala in tribus casibus. primò quando venditur simplici siue inexperto, secundò quando emens est necessitatus. 3. quando ementem aliqua arte signorum factorum vel verborum etiam si vera sint inducit ad emendum carius quàm aliàs. Prima pars patet per 5. Secunda patet quò ad primum; quia tũc totum onus æstimationis venditori incumbit. Quò ad secundum patet: quia arctatus carius emit, faciliter non voluntarie simpliciter, sed voluntarie mixte, & tamen propter arctationẽ emptoris venditor non potest plus recipere, sed potius misericorditer deberet cum eo agere. Quò ad tertium patet; quia venditor aut verecundia ductus, aut ignorantia, partim voluntarie habitualiter emit, maxime quando mendaciis circunuenitur emptor. Ex quo etiam patet.

6

¶Decimatertia reg. Quando dubiũ est, quantum res valeat: tunc magis periculosum est, homines per cautelas inducere ad tantum dandum, ꝙ simpliciter sine tali cautela dare pro tanto. patet: qa si est excessus ille maior causa istius excessiuæ emptionis, quo emptorẽ ad hoc induxit, quàm qui eum suo arbitrio dereliquit. ¶Decimaquarta regu. † Multum alleuiat contractus mercatorum inter se, ꝙ expertus experto dat ad emendum & econuerso, & hoc intellige, quando emptor non est arctatus aliqua necessitate, vel inordinata affectione impulsus. Primũ patet: quia quilibet mercator rationabiliter præsumitur quærere lucrum suum, & pronus esse ad ea emenda, in quibus lucrum habere intelligit, & aliàs non emeret, nisi crederet se posse lucrari. Secundum patet: quia venditor talis habet tunc timere, ꝙ ex illa arctatione carius emat, quàm aliàs faceret emptor, vel ꝙ venditor vendat res remissius.

7

¶Decimaquinta reg. quando homo inexpertus vadit ad institores & mercatores publicos, non est sibi periculum, si modicum exhibet, vel remisse emit, nisi probabile motiuum habeat vẽditorem ex ignorantia, inexperientia, arctatione, vel aliquo tali vẽdere tam remisse: & ipse probabiliter possit agnoscere rẽ plus valere. Ratio est, quia communiter tales institores & mercatores experti sunt in sua materia, & consueuerunt pretiosius exhibere, q̃ valeat, & etiam q̃ ipsimet pro tali velint dare illud multũ alleuiant facta mercatorũ. Decimasexta reg. † Sicut ad se

8 curitatem conscīæ facit, qñ venditor nulla arte vel cautela verborũ inducit emptorẽ non arctatum vel simplicianũ ad emẽdum carius, q̃ aliàs emeret. Sic ad insecuritatem facit oppositũ facere: patet ex. 5. & 12. Decimaseptima reg. sicut in minori periculo stant, qui vendunt res apud multos inuendibiles & venales, sic debet sibi multomagis esse suspectus, qui habet rem venalem, vel exercet officium vel laborem non possibilẽ apud aliũ haberi. Primum patet: quia facilius & propinquius potest hẽri æstimatio, qñ homines non sunt arctati ad vnũ. Secus aũt est in 2. casu, in quo sibi multomagis hõ debet esse suspectus, & valde cauere, ne necessitate hominum exigat aut recipiat vltra rei aut laboris sui valorem. Decimaoctaua reg. nullus artifex siue negotiator potest aliud recipere pro labore vel pro quocunque grxuamine suo circa rem vendendam vel personam ementem habito, nisi bona fide credat, quòd seruitium huiusmodi vtile fuerit, sit, vel erit, hoc solo excepto, quando emens scit, vel

Source : BIU Cujas

scire probabiliter; & sine dolo præsumitur, ꝙ inutilis & nociuus sit labor aut seruitiū, & nihilominus vult hr̃e & acceptat.

9 ¶† Primum patet; quia nullus rationabilis emens vellet dare aliquid pro seruitio inutili, vel nociuo. Secundum patet: quia præsumere possum, ꝙ voluntariè emat, forte ad aliquem finem sibi magis vtilem, quàm venditor videat. Ex istis multæ regu. speciales possunt inferri. vnde.

¶ Decimanona reg. Sicut qui frumenta vel alias res vtiles cõmunitati vel necessarias & bonas ad hoc principaliter emunt, vt non desint ciuitati, patriæ, vel aliqua alia bona intentione non intendentes caristiam inducere, sed quandocunque necessitatem vel notabile grauamen pauperum viderint, vendere volunt, iuxta communem, & rationabilem æstimationem, tales non solum licite, sed etiam meritorie possunt hoc facere, & aliquando caristiam impedire, & si non omnino saltem vt nõ ingrauetur. Sic illi qui in congregando talia nec communitati prosunt, nec vtilitatem eius intendunt, sed solum lucrum suum, nihil nisi caristiam expectando, grauissime peccãt, & suo labore quando vel re vel intentione nociuus est, nihil omnino merentur, sed potius demerentur, sicut aliquando contingit, ꝙ in princi. pauperibus volentibus facere prouisionẽ multum nocet faciendo res cariores & postea homines nimis exactionant. Possunt autem vtrisque istorum se ex hoc considerare, qui cnsm intendit caristiam dolet de frumentorum copioso prouentu. Alius verò vel lętus est, vel contentus, & non tristis.

10 ¶† Vigesima reg. quę sequitur etiam ex. xviij. qui faciunt res inutiles & defectuosas, defectusq; earum ex industria & studiose obtegunt & occultant, malefaciũt, & tenentur ad restitutionem istius, quod occasione talis occultationis eis datur pro rebus, nisi res non obstan. defectu tantum valeant, quantum datur. Et similiter est de habentibus res venales iudicandum.

¶ Vigesimaprima regu. quãuis scienter dare alicui occasionẽ periculi vel damni semper sit illicitũ: sicut dicere alteri falsum, semper est illicitum, tamen non est necessarium, quòd homo alteri det semper auxilium vel consilium pertinẽs ad qualemcunq; eius promotionem: sicut etiam non tenetur dicere veritatem semper quam scio, sed hoc solum est necessarium in aliquo casu determinato, puta cum aliquis eius curæ subditur, vel cum non potest ei per alium subuenire, verba sunt S. Thomæ arti. 3. Ex quo elicit ea quæ de venditione defectuosæ rei. d. sunt arti. j. F. xiiij. Vnde subdit ibidem ad iij. argum. Quamuis homo non teneatur simpliciter omni homini veritatẽ dicere de his quæ pertinent ad virtutes: tenetur tamen in casu illo de his dicere veritatem, quãdo ex eius facto alteri periculum imminet & detrimentum, nisi diceret veritatem: sicut patet in rebus occulte defectuosis per venditionem alienandis.

11 ¶† Vigesima secunda regu. non semper facit contra charitatem proximi, qui non vult proximo suo bonum quod sibi vellet fieri, sed qui non vult proximo suo bonum sibi debere velle fieri cęteris paribus, & secundum ꝙ recta ratio dictat; quia sic & non aliter intelligendum est illud præceptum legis naturæ quod tibi vis fieri alteri feceris. Vnde qui vult probare, quòd proximo ad aliquid teneat, quod mihi vellem fieri, prius debet probare, quòd ego tenear, seu ex debito obliger ei facere tale bonum. Exempli gratia. Ego emo librum mihi vtilem a librario, quem alter etiam libenter emisset, quem præueni emendo. Si ergo alterum permisissem librum emere, bene quidem feci sem, sed non tenebar: immo ego desiderarem, si alter prius veniisset ad librarium, vt mihi librum dimisisset, sed non erat mihi debitum: ex isto etiam patet veritas casus super primo arti. F. xv. de sciente merces multas futuras, de quo mihi soli constat, quomodo possum silere & emere secundum forum communem illud quod ignoratur.

12 ¶ Vigesimatertia regula quamuis sępe licite fieri possit † ꝙ mercator emat ab vno pro x. & statim det alteri pro xij. esto ꝙ sciuerit prius de secundo emptore, siue etiam prius contraxerit cum eo, quòd emeret rem a primo: tamen timendum est, ꝙ multum cautelose & dolose tales contractus fiant. Et ideo non possunt generaliter & simpliciter semper iustificari, propter quod etiam homines magis videntur esse retrahendi a talibus contractibus quàm assecurandi de eis. primum patet, Primò si qui casualiter emisset pro x. & statim occurreret sibi qui cum gaudio & gratiarum actione, xv. dare vellet. Secundò quando etiam non casualiter talis occurrit, sed etiam scienter; potest. n. esse, ꝙ quis sciat, vel verisimiliter præsumat primum venditorem satis esse lucratum, vtpote quia emit pro sex, & secundum emptorem etiam satis lucratum esse quia dabit pro 12. Possit ergo valde charitatiue fieri sic, quòd vnus solus non haberet totum lucrum, sed multi lucrarentur. Aut si primus dixisset medio procura mihi emptorem talis rei, ego dabo eam pro sex. Et secundus diceret. procura mihi talem rem, & ego dabo pro ea x. Similiter si primus vendens habeat rei pretium imponere, vt si princeps vel officialis eius ligna de siluis, plumbum de montanis vellet dare remissius quàm prius, quid ego debeo iudicare quòd tam nimis remisse vendat, cum bene possit stare quòd antea nimis care vendiderit. Et quia dubiũ est, an plus, vel quãdiu velit tam remisse vendere, non obstan. mea remissa emptione possum vendere, sicut communiter soluit. Stat etiam, ꝙ primus vendens habeat mandatum de non vendendo carius, vel cõscientia de hoc quod plus recipiat, & secundus mandatum tantùm vel conscientiam de emẽdo remissius, vel primus defectum sciat in re propter quem æstimatione sua non plus valet, vel credat multas similes res venturas, propter quas forte postea rem suam vendere non posset. Secundus autem sciat locum, vbi multo plus soluet. Inter tot ergo motiua & circunstãtias quæ & quas primus vendens potest habere tam remisse vẽdendo & secundus tam care emẽdo medius non habet causam iudicandi primum nimis remisse vendere, aut secundum nimis præciose emere: maxime presumptis tribus supra to. 11. 12. & aliis regulis tactis, quòd quilibet eorum bonam fidem & causam bene credendi habeat & expertus sit materia, & nullus sit arctatus, nec aliqua cautela, aut circunuentio fiat.

¶ Vigesimaquarta regula est specialiter de campsione seu cãbio pecuniarum vel aliarum rerum, quæ est quasi quædam venditio vel emptio vnius monetę pro alia, & habet quasi easdem difficultates sicut negotiatio, & quia circa istam campsionem multa mala fieri possunt, fit illa regula. † Pro quacunque re, cã, 13 vel operatione potest mercator lucrum recipere ratione mercium, pro tãto enim potest campsor recipere lucrum pecuniarum de quanto ista res, causa, vel operatio circa pecunias locũ habet & exercetur, sicut circa merces. Patet: quia sicut merces variantur æstimatione hominum, sic & monetæ licet forte nõ tam communiter & in magna quantitate. Item sicut potest haberi cura, labor, pericula, & alia huiusmodi circa merces aducẽdas, sic circa pecunias suo modo. Si ergo propter tales causas recipit mercator, quare non propter easdem campsor, sic tamen quòd hoc faciat sicut supra dictum est de negotiationibus pensando, bona fide rationabili vel communi æstimatione pretiositatem, grauitatem, vtilitatem operis, curæ, laborum, officij & aliorum huiusmodi, & secundum hoc potest recipere plus vel minus, vel de quãto communi æstimatione moneta in melius vel peius mutata est. Aut si aliqua illarum causarum excusat, quæ de mutuo exprimitur, vt propter interesse, id est vitationem damni. Porrò de iij. specie per quam etiam dominium transfertur, vt dictum est primo articulo, primo capitulo. F. 4. ẽt speciales sunt difficultates. Idcirco de eadem iij. sunt regulæ.

14 ¶† Prima, licèt mutuans possit de iure recipere vel repetere rem mutuatam, vel valorem rei: nihil tamen potest vltra hoc, si quod fit pecunia mensurabili recipere, repetere, vel separare ratione rei mutuatæ, vel ratione mutuationis. Sed bene potest recipere aliquid a mutuum recipiente non pro mutuo, si sponte, vel ex alia iusta causa datur aut pia. Primum patet ex descriptione mutui. Secundum probatur ex intentione Sancti Thomæ & Scoti: quia in mutui datione transfertur dominium: hoc enim sonat vocabulum mutuo, do tibi meum, ergo qui concedit mutuò, non manet dominus pecuniæ mutuatæ. Et per consequens si pro illa pecunia recipiat aliquid vltra sortem, pro nõ suo recipit, siue vendit non suum. Alia ratio est, esto ꝙ pecunia maneret sua, non habet tamen ex natura sua aliquem vsum, sicut habent aliqua alia ex se germinantia, sed tantum prouenit fructus ex industria alterius, scilicet vtentis. Industria autem huius nõ est eius qui concedit pecuniam, ergo iste volens recipere fructum de pecunia, vult habere fructũ de industria non sua, quam tamen non dedit sibi iste alius, & hoc quod accipit mutuum ab alio. Et hæc etiam est ratio, quare per oppositum fructus pignorum germinantium computantur in sortem. Tertium patet per Thomam: quia non efficitur quis peioris conditionis ex eo, quòd alteri mutuauit, sed ante mutuationem potuit talia recipere, ergo post.

15 ¶† Secunda regula, quamuis pro principali vsu pecunię nullus aliquid vltra sortem ratione mutui possit recipere, tamen pro secundario vsu pecunię quis potest aliquid pretio dignum recipere. Primum patet ex præcedenti. secundum patet: quia tunc pecunia non mutuatur, sed locatur, vel conducitur. Pro cuius intellectu notandum primò, quòd duplices sunt res. quędam, quarum vsus principalis est earum consumptio: sicut vsus vini principalis est, vt bibatur, panis vt comedatur. Et talia eorum vsu consumuntur. Aliæ sunt res, quarum vsus principalis non est earum consumptio, vt domus vsus est inhabitatio, securis secatio. Secundò notandum, quòd pecunia duplicem potest habere vsum, vnum principalem, videlicet consumptionẽ, seu distractionem secundum ꝙ in commutatione expeditur propter quod principaliter est inuenta. Alius vsus eius est secũdarius, videlicet vt cõcedatur solum ad ostensionem diuitiarũ, vel ostentationem, vel ad ponendum eam loco pignoris, vel ad discendum numerare ipsa mediante. Ad istos enim fines potest pecunia ipsa locari, sicut equus, vel aliud locabile, & pro vsu isto retento pecunia licite recipitur, & tunc ex toto est contractus locationis, vel conductionis: non autem mutuatio, seu

mutui

mutui datio. Et debet idem pondus reſtitui, niſi forte ſufficiat locanti æquale in pondere, vel valore. Ex prædictis etiam patet, quare licite pro vſu vaſorum argenteorũ aliquid põt recipi. quia ibi dominium retinetur apud concedentem. Et eorum vſus principalis non eſt ipſorum conſumptio; tamen quia ſecundarius vſus vaſorum argenteorum poſſet eſſet commutatio, talem vſum eorum vendere non liceret.

6 ¶†Tertia regula, quamquam in nullo caſu vſura ſit licita; tamen in quibuſdam caſibus licet mutuauti plus de pecunia æſtimabili recipere, quàm mutuauit: ſed illud non fit propter mutuationem ſed propter intereſſe, vel alia de cauſa. Primum patet. ſecundum patet in multis caſibus.

¶Primò ratione pœnæ conuentionalis, dum tamen non fiat in fraudem vſurarum exempli gratia dicit Sco. Ego indigeo pecunia mea ad mercandum: concedo tamen tibi ad certum diẽ, adiiciẽs pœnam conditionalem, quòd niſi tali die ſolueris: quia multum damnificor, aliàs ſolues poſtea tantum vlterius. Pœna huic adiecta licita eſt: quia licet me ſeruare indemnem ſic præmendo illum cum quo contraho. Signum autem quando non eſt in fraudem vſurarum manifeſtũ eſt iſtud, quando mercator magis vellet ſibi ſolui die præfixo, quàm in caſtrino cum pœna adiecta. Et per oppoſitum eſt in fraudem, quando vltra diem tranſiri potius quàm pecuniam ipſo die ſolui vellet.

¶Secundus caſus eſt ratione intereſſe, ideſt ratione damni vitandi: debitor enim ex cuius non ſolutione creditor notabiliter damnificatur, tenetur de iuſtitia ſatisfacere creditori de intereſſe. Et licet iſte creditor non poſſit habere actionem cõtra eum in foro exteriori, vt pote quia non ſunt pacta vel munimẽta: tamen in foro conſcientiæ debitor tenetur vel vltra ſortem ad intereſſe.

¶Tertius caſus eſt, quando vtrunque, ſcilicet capitale & illud ſuperfluum ponitur ſub incerto. Quod probatur extra de vſuris. nauiganti. §. nonne. arguendo per locum a ſimili: quia ſicut ibi incertitudo excuſat, ita & hic ſine pacto etiam licet: quia ſolus animus ſine omni pacto verbali vel alio ſigno æquiualenti oſtendens debitori quòd mutuans non mutuaret, niſi ſpe lucri, non facit illum recipientem vltra ſortem habere alienum ſine pacto, & ideo nec teneri ad reſtitutionem.

SVMMARIVM.

1 *Dominium rei temporalis quinq; modis transferri poteſt.*
2 *Dominium rei non transfertur in commodatione, locatione & conductione.*
3 *Donatio qualiter fieri debeat, vt iuſta eſſe dicatur.*
4 *Commodatio liberalis vſus alicuius rei qualis eſſe debeat, vt iuſta ſit.*
Permutatio contractus dicitur, in quo rerum dominia transferuntur.
5 *Aequalitas valoris ſeruari debet in rebus commutatis.*
6 *Venditionis & emptionis contractus quibus concurrentibus dicatur iuſtus.*
7 *Dominium rei non transfertur in mutuata accommodatione, conductione & locatione, ſed vſus tantùm, vel ius vtendi.*
Mutuum, ſeu mutui datio qualiter contrahatur.
8 *Commutante id pro quo commutat non ſtatim recipiente, quid cenſendum.*
9 *Pretij determinatio pendens ex futuro quando licita ſit, & quando non.*
10 *Commutatio negociatiua quando ſit licita.*
Rectum eſt iudex obliqui.
11 *Ignorantia & qualiſqualis coactio voluntarium ſemper excludunt.*
12 *Commutatio ex quibus cauſis iniuſta eſſe poſſit.*
13 *Iniuſtitia quædam generalis dicitur, ſi res aliena domino inuito vſurpetur.*

¶De ſpeciebus contractuum ſub compendio quando ſint iuſti, & quando iniuſti &c. Capitu. IIII.

AD videndum autem ſub compendio ſecundùm Sco. de differentiis tranſlationum rerum temporalium.

1 † Notandum, quòd in tranſlatione rei temporalis, quæ per priuatam perſonam fieri poteſt, ſunt quinto modi, in quibus transfertur dominium rei, videlicet donatio mere libera, permutatio, emptio, venditio, mutatio actiua ideſt mutui datio, ſeu pecuniæ conceſſio. Iſtis quinque correſpondent quinque aliæ tranſlationes ſeu differentiæ. Nam donationi correſpondet vſus liberalis accommodatio, permutationi correſpondet permutata vel mutata accommodatio Emptioni conductio, venditioni locatio. Mutui dationi mutui acceptio, Mutuationi tamen actiue non correſpondet aliquid proprie in tranſlatione vſus rei. In primis quinque tranſlationibus

2 transfertur dominium. †In correſpondentibus verò mediis videlicet in mutuata accommodatione, conductione & in locatione non transfertur dominium, ſed eius vel vſus vtendi retento dominio, fit etiam aliquando tranſlatio rei vnius in alterum auctoritate non priuatę perſonæ, ſed legis, principis, vel cõmunitatis auctoritate, vt in præſcriptione, & vſucapione. In donatione eſt actus mere liberalis. In aliis verò ſecundum ꝙ liberalis. Actus iure liberalis eſt, quando transferens non expectat aliquam redditionem debito iuſtitiæ. Actus ſecundùm ꝙ liberalis eſt, quando pro eo quod transfertur expectat aliud ſibi reddi. Ad hoc igitur vt omnia præmiſſa iuſte fiant.

3 †De donatione vt ſit iuſta exigitur, vt ſicut liberalis trãſlatio ex parte donationis, & voluntas recipiendi ex parte illius cui donatur. Et libertas ex parte amborum huius donandi, & illius recipiendi, & ꝙ nulla lege ſuperiore prohibeatur iſte, vel ille, nec per actum alterius, a quo dependeant in iſta tranſlatione. Propter defectum primi non poteſt quis dare pecuniam fratri minori; quia ille non vult eſſe dominus. Propter defectum ſecũdi non poteſt monachus ſine licentia Abbatis, nec filius famil. ſine voluntate parentis: nec etiam clericus in aliquo caſu ſine

4 voluntate, vel ſaltem ꝫ voluntatem Papæ.† Vſus liberalis accõmodatio, quæ correſpondet donationi habet ſimiles leges, ut ſit iuſta: quia requirit in accommodante liberam uoluntatem, & in recipiẽte, ꝙ velit recipere rem accommodatam ad vſum, & quòd non ſit voluntas aliqua legis, vel principis obſiſtens illi accommodationi. Permutatio eſt cõtractus in qua dominia rerum transferuntur, vt rei vtilis pro re vtili immediatè, ſicut vini pro blado & huiuſmodi. Et dicitur rerum permutatio: ut do vt des. Talis vt ſit iuſta, exigit primo: vt tranferens ſit dominus rei, & vt aſſint omnia, quæ dicta ſunt in iuſta donatione p̃ter primum. videlicet liberalem tranſlationem. Nam in permutatione, emptione, & venditione ac in eis correſpondentib. nõ eſt merè liberalis tranſlatio ſeu gratuita. Sed ibi transferens expectat aliquid æquiualens ei quod transfertur, propter quod ibi propriè eſt contractus: quia ibi ſimul trahuntur volũtates partium. Trahitur enim iſte ad trasferendum in illum a commodo, quod expectat ab illo transferendum in ſe. Secundò exigit̃ in permutatione. vt dominus rei ſine fraude ſeruet æqualitatẽ valoris in commutatis ſecundum rectam rationem. Dicitur ſine fraude ad excludendum fraudem in ſubſtantia, quantitate,

5 qualitate &c. De quibus habes ſupra in materia prima F. 9. † Dicitur ſeruet æqualitatem valoris in commutatis ſecundum rectam rationem attendentem, ſcilicet naturam rei non ſimpliciter; quia ſic melior ſeu nobilior eſt mus, quàm panis. Sed attendatur natura rei in comparatione ad vſum humanum propter quam fit iſta commutatio. Iſta autem æqualitas non conſiſtit in indiuiſibili, ſcilicet eſt ibi dicit Scotus iniuſtitia commutatiua medium, & magna latitudo, quæ autem ſit iſta latitudo, & ad quantum extendatur, ex tribus innoteſcit. Quãdoque ex lege poſitiua. Quandoque ex conſuetudine. Quãdoque autem relinquitur ipſis commutantibus, vt penſata mutua neceſſitate reputent ſibi hincinde æquiualens dare & accipere. Durum eſt enim contractus eſſe inter homines, in quibus cõtrahentes nõ intendant aliquid de illa indiuiſibili iuſtitia remittere ſibi aliquid muto, vt pro tanto omnem ꝫctum concomitetur aliqua donatio. Et ſi iſte modus commutantium eſt quaſi fundatus ſuper illud legis naturæ. Quod tibi vis fieri, facias aliis. Satis probabile eſt, ꝙ quando ſunt mutuo contenti, mutuo volunt ſibi remittere, ſi deficiunt ab illa iuſtitia requiſita.

6 †Venditio & emptio vt ſint iuſtę ſimilia exigũtur. Ibi enim transfertur dominium rei vtilis pro nummiſmate, vel ecõuerſo; quia enim difficile erat res vſuales immediatè commutare. Ideo inuentum eſt medium, per quod talis commutatio fit faciliter, quod vocatur nummiſma. Et dicitur commutatio nummiſmatis pro re vtili emptio, econuerſo verò venditio. Ad tales igitur, vt ſint iuſtæ exiguntur ſimilia, ſicut in permutatione dictum eſt; quia oportet ibi conſiderare nũmiſma ex vna parte, ſicut hic rem permutatam. Addo ꝙ in his vtriſque contractibus licet permutantem vel vendentem penſare damnũ ſuũ, non autem commodum ipſius ementis, ſiue cum quo permutat, hoc dico in carius vendendo, vel permutando, & intelligo ſic. Si quis multum indigens re ſua per magnam inſtantiam alterius inducatur ad vendendum, vel ad permutandum pro re alia cum poſſit ſe præſeruare indemnem. Et ex iſta venditione, vel permutatione multum damnificatur, poteſt carius vẽdere, q̃ ſi aliàs ſine tali damnificatione vẽderet, vel permutaret. Sed ſi emens magnum commodum conſequetur ex re vẽdita, vel permutata non poteſt carius vendi, vel permutari, quia maius commodum cõſequitur. Nam ꝓꝓ maius commodum eius, qñ conſequitur, nec res mea eſt in ſe prętioſior, nec mihi melius, & ideo non debet mihi maius pretium apportare. Secus qñ dã-

7 nificor, quia tunc mihi eſt præcioſior, licet non in ſe. † Mutuata accommodatio, conductio & locatio in quibus dominium nõ transfertur. Sed vſus, vel ius vtendi, quia correſpondent permutationi, emptioni, & venditioni, ideo cum eis cõueniunt, vt dictum eſt. Et ſiſr quantum ad cõditiones iam poſitas ſeruãda eſt iuſtitia conſiderando, vbi vſum ſicut vbi dñium. De mutui datione ibi ad iuſtè ꝫhendum mutuum oportet ſeruare æqualitatem ſimpliciter in numero & pondere exceptis q̃buſdam. Excipiunt̃. n. in iſta mutuatione duo caſus in genere. Qñque. n. licet accipere vltra capitale ex pacto, qñq; ex non pacto. Primũ tripliciter, ſ. vel ratione pœnæ conuentionalis, vel ratione intereſſe. Et qñq; vtrũq;. ſ. capitale, & illud ſuperfluum ponit̃ ſub incerto, vt declaratum eſt. ſ. Ex nõ pacto etiã aliqñ licet: ut qñ pecunia locaret̃ alicui ad oſtentandũ, vel ad cenandũ, vel ad oñdẽdũ. Talẽ. n. vſum hẽt pecunia ex propria natura, & tũc iterũ de

Source : BIU Cujas

vsu eius vltra sortem recipi potest; quia tunc non esset mutuatio, sed locatio vel conductio: vt etiam supra dictum est in materia 4. scilicet 25. 26. 27. Porrò regulæ prędictę ostendunt quid iustum, & quid iniustum in commutationibus statim factis.

Hoc est, quando vterque commutans statim dat illud quod
8 recipit pro quo commutat. † Sed quid iuris sit, quando commutans non statim recipit pro quo commutat, sed differtur illa receptio. Attendendæ sunt prædictæ regulæ datæ ad intelligendum quid iustum, vel iniustum in singulis contractibus. Et insuper duæ aliæ. Primam, quòd commutans non commutet, vel vendat tempus, quia tempus non est suum. Secunda, quòd non ponat se in tuto semper, vel in pluribus. Et ex istis regulis duabus apparent multi casus speciales, verbi gratia, dicatur festum natiuitatis domini a, & festum Sanct. Ioann. Baptist. b. Iste commutans tradat rem suam alteri in a, Aut igitur tunc vendi turus erat eam aut non, sed in b. Si sic, vel determinat tunc pretium secundum quòd currit tempus pro a, & tunc facit misericordiam: quia supplet indigentiam proximi, antequam eam supplere teneatur, quando scilicet expectat solutionem vsque in b. Aut determinat pretium maius, quàm sit iustum pro a, tunc est vsurarius; quia tunc vendit tempus contra primam regulam: & istud probatur extra de vsuris consuluit. Si autem nō esset modo venditurus, sed aliàs, quando videretur quod secūdum cursum temporis plus posset lucrari. Aut igitur nunc ponit certum pretium, aut non, sed dimittit certificationem pretij pendere ex aliquo futuro. Si primō ponat pretium secundū quòd nunc valet res, non est dubium, quin facit misericordiam magnam. Si maius quàm nunc valet, tamen non est ita immoderatum pretium, quin tempore solutionis verisimiliter quandoque plus, quandoque minus valeat res vendita, excusatur ratione dubij: quia contra neutram regulam facit, & probatur p ca. nauiganti. §. ratione. Et si obiiciatur casum ibidem in tua. Rē sponderur quòd ibi cōtinetur monitio vtilis, non præceptum
9 necessarium † Si autem determinationem pretii relinquat pēdere ex valore illius rei futuræ. aut ergo pro tempore determinato ipsius solutionis vel aliquo in quo non consueuit regulariter res plus valere, quàm tempore solutionis, dico quòd misericordiam facit, vtpote concedo tibi istud pro tāto pretio, pro quanto valebit in b. vel aliquo tempore circa b. Dum tamen res illa consueuit communiter esse carior in b. quàm aliquo tēpore præcedenti. Si autem pretium velit determinare pro tempore determinato hoc modo, vt ponat se in tuto lucri, vt in pluribus & alium in damno, vtpote volo quòd tantum soluas pro isto quantum valebit in quocunque tempore vsque ad b. quando carius vendetur, vsura est: quia ponit se, vel partem suā quo ad lucrum, vt in pluribus, & illum quo contrahet ad damnum vt in pluribus, & tunc habet pro se illud quod euenit in pluribus, & contra se illud quod euenit in paucioribus. Est etiā ibi alia iniustitia; quia aliquo die determinato oporteret exponere rem suam venditioni & non tempore particulari vago, & in isto contingeret, quòd minus care venderetur, quàm in die crastino inter a. & b. & per consequens in tali pacto facit se certum de lucro vltra quàm pro humana industria posset pertingere. Hæ ergo regulæ dictæ sunt de iusto & iniusto in venditione, vel commutatione quacunque pro nunc vel futuro, & hoc loquendo de commutatione ęconomica, quę est, quando commutans intendit recipere rem pro qua commutat, non vt
10 mercetur, ea sed vt ea vtatur. ¶† Ideo sequitur de commutatione negotiatiua, vbi commutans intendit mercari de re quam acquirit. Emit enim non vt vtatur, sed vt vendat, & hoc vt carius, & hæc negotiatiua vocatur pecuniaria vel lucratiua. De hac vltra regulas prædictas adduntur duo. Primum, quòd talis commutatio sit vtilis reipublicæ. Secundum, quòd talis iuxta diligentiam suam & prudentiam, & pericula accipiat in commutatione pretium correspondens, vt habes declaratū supra man. ij §. viij. Quæ autem sit iniusta occupatio rei alienæ, patet in trās lationibus dominij vel vsus rerum, siue sit permutatio, emptio, venditio donatio &c. Patet faciliter ex præcedentibus, cum rectum sit iudex sui obliqui. In donatione non est iustitia, si donans non mere liberaliter donat, vel si contra voluntatem alicuius, a quo dependet in donando donat: sicut patet in illo casu, extra de cēlibus exigit, quòd scilicet visitantes a visitatis nulla recipiant munuscula, & si reciperent, tenetur duplum restituere, vel non saluantur a maledictione, quam ipso facto incur
11 runt, vt dicitur lib. 6. † Non autem mere liberaliter donat, vel si deceptus vel quasi necessitate tractus donat: quia ignorantia & aliqualis coactio excludunt simpliciter voluntarium ex secundo, & hic, & ex hoc sequitur, ꝙ deceptus de eo cui donat quantum ad illam rationem propter quam donat non simpliciter donat, & ideo si alicui tanquam propinquo donet, qui est propinquus, nō simpliciter donat egeno. Cōsimiliter si alicui tanquam egeno qui non est egenus. Et ideo videant trufatores quandoque diuites existentes: qui tamen tanquam egentes recipiunt elcemosinas illas ne iniuste omnia illa recipiant, quia non est ibi in dante voluntarium propter conditionis ignorātiam quam respicit in dando. Consimiliter si attractus, vt in vsu ris donandis non est mere donatio liberalis. Consimiliter dicē dum est de accommodatione: licet ibi non sit æqualis defectus propter æquale vitium; quia translatio vsus ad tempus non requirit tantam liberalitatem quantam translatio dominii.

12 ¶† De commutatione rerum dico, ꝙ est iniustitia ex eisdem causis, scilicet deceptione, & inuoluntario, & prohibitione superioris, cui commutans subest in commutando, & ex hoc potest dici iniusta commutatio, quæ fit in ludo alearum & huiusmodi. Iuxta illud. ff. de aleatoribus. l. vlti. Et extra de vit. & hon. cleri. super illud officia, in gl. tamen ista lex nō ligat illos, qui viuendo politice subsunt legi imperiali, qui forte nullibi sunt hodie; quia ibi præcipue illa lex consueuit habere locum, vbi municipalia præiudicant imperialibus, vt patet in Italia in emptione & venditione iniustitiæ tactæ sunt prius tangendo de iustitia in eis. Et iuxta hoc de locatione, & conductione ibidem patet. ¶ De mutui datione & solutione est iustitia præcipua vsura, Cuius vituperio habetur in nouo testamento. Lucę. xvi. Mutuum date, nihil inde sperantes. In veteri testamento Ezechie. xxiiii. Ad vsuram non accommodabitis, & per ecclesiam prohibitio. extra de vsur. super eo. Pręter dictas iniustitias partiales in istis cōtractibus vel quibuscunq; commutationibus
13 † est vna iniustitia generalis, quando aliquis vsurpat rem alienam domino simpliciter inuito, & hoc tam domino proximo, quàm domino remoto, scilicet legislatore, qui nō vult, immo prohibet rem illam occupari inuito domino, nisi in casibus prescriptionis & vsucapionis. In istis autem non est translatio dñii vtpote in furto & rapina, & huiusmodi est, licèt sit violenta occupatio rei, cuius est dominium. Et ista iniustitia est manifestior quacūque alia, vbi propter solam conditionem defectuosam est iniustitia commutatione, vel translatione, sicut casibus supradictis.

SVMMARIVM.

1 *Dominiorum rerum distinctio vnde originem traxit.*
Dominia rerum lege naturæ vel diuina pro statu innocentiæ non sunt distincta.
2 *Vsus rerum eatenus debet competere hominibus, quatenus ad conuersationem pacificam & sustentationem necessariam congruit.*
Præceptum legis naturæ de omnibus in communi habendis quare post elapsum fuerit reuocatum.
3 *Dominia rerum non sunt distincta per legem naturæ aut diuinam.*
Prudentia & auctoritas in legislatore per legem positiuam requiruntur.
4 *Auctoritas duplex est, paterna, & politica.*
5 *Auctoritas politica duplex est, & iusta.*
Distinctio prima dominiorum iusta esse potuit a lege positiua.
6 *Translatio rerum fieri potest aut quò ad dominium, aut quò ad vsum.*
Translatio dominii facta auctoritate legis iustæ, censetur iusta.

¶ De cautela & origine omnium translationum in rebus temporalibus. Capitu. V.

1 VLtimò nunc videndum est breuiter, vnde originaliter proueniat, quòd rerum dominia † sunt distincta sic, quòd hoc dicatur meum, & illud tuum; quia illud est fundamentum omnis iniustitię in contractādo rem alienam, & post omnis iniustitiæ reddendo eam. De quo secundum Thomam prima. ij. q. xciiij. arti. 5. & in solutione tertii argumenti, Et secundum Sco. vbi supra.

¶ Prima conclusio est. A lege naturæ vel diuina non sunt rerum dominia pro statu innocentiæ distincta, immo omnia erant tunc communia. Patet per Augustinum super Ioan. cap. ij. de quo iure defendis villas ecclesiæ diuino an humano, diuinum ius in scripturis diuinis habemus, humanum autem in legibus regum. Vnde quilibet possidet nonne humana voluntate. Nam iure diuino, domini est terra & plenitudo eius. Iure humano dicitur, hæc domus mea, hæc est villa mea, hic seruus meus. Tolle iura imperatorum, quis audet dicere, hæc villa mea est. Ideo dicit. 8. cap. iure naturæ. 12. q. ita dilectissimus,
2 ratio patet etiam ad hoc duplex: † quia vsus rerum secundùm rectam rationem ita debet competere hominibus, sicut congruit ad pacificam conuersationem & necessariam sustentationem. Pro statu autem innocentiæ communis vsus sine distinctione dominiorum ad vtranque istorum plus valuit quàm distinctio dominiorum; quia nullus tūc occupasset, quod fuisset tunc alteri necessarium, nec oporteret illud per violentiā ab ipso extorqueri, sed quilibet hoc quod occurrisset necessarium occupasset ad vsum, sic etiam magis fuisset sufficientia ad sustentationem quàm si præcluderetur alicui vsus alicuius per appropriationem illius facta alteri.

¶ Secunda conclusio. Istud præceptum legis naturæ in habendo omnia communia reuocatum est post lapsum rationabiliter propter duo. Primò: quia communitas omnium rerum esset contra pacificam conuersationem, cum malus & cupidus occuparet vltra necessaria. Etiam cum hoc in ferendo violentiam esset etiam contra necessariam sustentationem: quia fortiores bellatores priuarent alios necessariis.

Vnde

Source : BIU Cujas

Vnde ſecundo politi.politia Ariſtotelis quæ præfatam concluſionem tenet,rationabilior eſt politia Socratis qui primam tenuit concluſionem.

3 ¶†Tertia concluſio,reuocato illo præcepto legis naturæ de habendo omnia communia, & per conſequens conceſſa ſententia appropriandi & diſtinguendi cõmunia non fiebat actualis diſtinctio per legem naturæ nec per diuinam, non per diuinam vt patuit per auctoritatem Auguſtini vbi.s. Nec per legem naturę:quia non apparet quid determinent ad oppoſita,ipſa autem humana induſtria determinauit,non omnia eſſe communia,ergo aliqua lege poſitiua fiebat prima diſtinctio dominiorum:vt igitur illa diſtinctio ſit iuſta, oportet quòd lex poſitiua talis ſit iuſta.Quarta concluſio, lex poſitiua iuſta requirit in legiſlatore prudentiam & auctoritatem,prudentiam,vt ſecundũ rectam rationem practica dictat,quid ſit ſtatuendum pro communitate.auctoritate:quia lex dicitur a ligando,non autẽ quęcunq; prudentis ſententia ligat communitatem nec aliquem, ſi nulli præſidear:quomodo autem prudentia poterit haberi ad excogitandum leges iuſtas,ſatis patet.Quomodo autem auctoritas iuſta cum hoc requiritur ad legem iuſtam ſequitur.

4 ¶Quinta concluſio †Quòd principatus eſt duplex vel auctoritas,ſcilicet paterna & politica. Politica eſt duplex. In vna perſona,ſcilicet vel in communitate. Prima ſcilicet paterna iuſta eſt,ſcilicet ex lege naturæ,qua omnes filii tenentur obedire parentibus,nec iſta per legem aliquam poſitiuam,moſaicam, vel euangelicam reuocata eſt,ſed magis confirmata. Illa etiam auctoritas politica,quę eſt ſuper extraneos,ſiue illa reſideat in vna perſona,ſiue in communitate,poteſt eſſe iuſta ex communi cõſenſu & electione ipſius communitatis. Et prima auctoritas reſpicit conſenſum naturalem quanquam non cohabitantes ciuiliter. Secunda reſpicit cohabitantes qualitercunque nulla conſanguinitate,vel propinquitate ſibi iunctos, vtpote ſi ad ciuitatem aliquam ædificandam vel inhabitandam concurrant aliqui extranei videntes ſe non bene poſſe regi ſine aliqua auctoritate,poterant concorditer conſentire, vt vel vni perſonæ, vel communitati committerent iſtam auctoritatem.Et vni vel pro ſe tantum,vel quòd ſucceſſor eligeretur : ſicut ipſe vel pro
5 ſe & tota poſteritate eius. † Et iſta auctoritas politica vtraq; iuſta eſt;quia iuſte poteſt aliquis ſe ſubmittere perſonæ,vel communitati in his, quæ non ſunt contra legem diuinam. In quibus melius poteſt dirigi per illum,cui ſubmittitur quàm per ipſum. Ergo habemus complete,quomodo poterit concedi lex poſitiua iuſta:quia ab habente prudentiam,vel in ſe,vel in conſiliarijs ſuis,& cum hoc habente auctoritatem iuſtam aliquo dictorum modorum in iſta concluſione.

¶Sexta concluſio ſequitur ex his, quòd prima diſtinctio dominiorum poterat eſſe iuſta a lege poſitiua iuſta, ſiue lata a patre,ſiue principe iuſte principante, ſiue communitate iuſte regente. Et iſto modo probabile eſt factum fuiſſe.Nam vel Noe poſt diluuium diſtinxit filiis ſuis terras,quas ſinguli occuparẽt pro ſe & filiis ſuis & poſteris,& ipſi de communi concordia inter ſe diuiſerunt,ſicut legitur Gen. de Abraham & Loth. Abraham dedit electionem Lot.quam partem mallet eligere, & ipſe reliquam vellet accipere. Vel lex aliqua promulgata eſt a patre,vel ab aliquo electo ab eis in principem, vel a communitate,cui ipſamet communitas commiſit iſtam auctoritatem.Hęc inquam lex erat ꝙ res tunc non occupata eſſet primò occupãtis,& tunc diſperſerunt ſe ſuper faciem orbis terræ.Et tũc vnus occupauit primò vnam plagam terræ & alius aliam.

¶Ad intelligendum autem quomodo poſt diſtinctionem rerum & diuiſionem tranſlatio rerum poſſit fieri in alium hominem,vel communitatem aliam.

6 ¶†Notandum,quòd tranſlatio rerum poteſt fieri vel quantum ad dominium,vt ſcilicet res a dominio vnius tranſeat ad dominium alterius,vel quantum ad vſum ſiue ius vtendi, manente tamen dominio apud eundem. Et iuſtitia vel iniuſtitia in tranſlationem vſus difformes habet regulas iuſtę tranſlationis dominii. Hæc ergo tranſlatio dominij poteſt fieri, vel auctoritate publica ſiue principis,vel legis auctoritate, vel auctoritate priuata ipſius domini immediate poſſidentis.

¶Prima concluſio ſit de prima translatione, translatio dominii auctoritate legis iuæ eſt iuſta. Probatur:quia ſi lex iuſta potuit iuſte determinare prima dominia,& non minor eſt auctoritas legis,vel principis quòd habeo hoc pro eodem poſt diminutionem dominiorum quam ante.Igitur poſt propter eandem cauſam & eundem finem potuit iuſte transferre dominium,poſtquam fuerat alicui appropriatum.Et hoc dico,quòd præſcriptio in immobilibus & vſucaptio in mobilibus eſt iuſta translatio:vt patet extra de præſcrip. vigilanti.in gl.ſuper illud, aliena. De ſecunda verò translatione ſcilicet quæ fit auctoritate priuata ipſius domini immediate poſſidentis, dictum eſt in præcedenti materia per totum.Et iſtud ſufficiat pro præſenti de contractibus. Amen.

BENEVENVTI STRACCHÆ Anconitani.

De mercatura, ſeu mercatore.

PRAEFATIO.

DEl optimi maximi,etiam atque etiam implorato auxilio.Facturus verba de mercatura & mercatore, more veterum & recentiorum Iuriſconſultorum,quo diluci dius intelligi poſſit hęc materia, tractatũ hunc partiendum exiſtimaui. Partitio. n. (vt bene cẽſuit Accurſius noſter in proę. inſtit §.igitur) legentis animum incitat, mentem intelligentis præparat,& memoriam artificiosè reformat. Et belliſſimè inquit Cicero rectè habitam in cauſa partitionem,illuſtrem & perſpicuam totam efficere orationem, & magnopere ad aperiendam materiam & controuerſias conſtituendas pertinere.

1 Prius igitur quid ſit Mercator, quidve Mercatura, differendo videamus.
2 Deinde de ſtatu mercatorum, & his, quæ ad eorum ſtatum pertinent.
3 Poſt ea, de his, qui Mercaturam exercere non poſſunt, per quem intelligemus,qui poſſint.
4 Tum de rebus in quibus mercatura poteſt exerceri,vbi ſimiliter conſtabit in quibus ſit prohibitio.
5 Quibus explicatis,de quibuſdam contractibus qui inter mercatores frequẽtari ſolent,differemus,titulos nominatim inſcribendo.Et vbi de ſponſionibus ſpecialiter tractabimus.
6 Poſt hæc tractatus de Nautis, Nauibus, & Nauigatione ad Mercaturam valde pertinentes ſubijciemus.
7 Deinde quando Mercator eſſe deſinat, breuiter diſputabimus,& cum illo venerimus tractatum (ni fallor) vtilem de conturbatoribus ſeu decoctoribus inſeremus.
8 Nouiſſimè inſpiciemus, quomodo in cauſis Mercatorum procedendum ſit.

¶ Pars prima.

ARGVMENTVM.

Mercator quid: quidve Mercatura.

SVMMARIVM.

1 *Diſputatio vbi de aliqua re futura eſt,neceſſarium eſt ante definire, vt intelligatur quid ſit id, de quo diſputatur.*
2 *Definitio à deſcriptione quomodo differat.*
3 *Definitio expreſſæ picturæ comparatur:Deſcriptio verò adumbrationi ſeu deſignationi.*
4 *Mercatoris definitio ſeu deſcriptio.*
5 *Mercari & negotiari,an idẽ ſint.Mercatorq́, & negotiator an ſint ſynonima.*
6 *Mercator an proprie dicatur is,qui ſemel merces emit vt venderet.*
7 *Nomina verbalia alicuius officij ſignificatiua quod quis ſua auctoritate ſeu optione ſumit, vnico actu non verificantur.*
8 *Verbum Solere,& Solitus,quomodo intelligantur,& interpretatio ad l.Mela in §.ſed & ſi alimenta ff.de alimentis, & cib.leg.*
9 *Mercator ex vnico actu non dicitur,niſi præcedat profeſſio vel deſcriptio in matricula,& peclaratur in ſeq.num.*
10 *Nomine à profeſſione dicta,profitendo acquiruntur, nomina verò dicta, à conſuetudine,ſeu ab actuum generalitate,vſu & exercitio acquirũtur, non autem ex vnico actu.*
11 *Matriculãdus mercator iuramentũ præſtare debet,& de virtute iuramẽti.*
12 *Mercator etiam is dicitur,qui vulgi opinione pro mercatore habetur.*
13 *Statutum ſi de mercatore meminit,intelligitur de eo mercatore, qui ſecundùm vſum communem loquendi pro mercatore habetur.*
14 *Omnis diſpoſitio à communi vſu loquendi interpretationem recipit.*
15 *Communis vſus loquendi probari debet tempore diſpoſitionis, & legis fuiſſe,alias probatio non concludit.*
16 *Mercatorum appellatione ementes & vendentes ſeruos non continentur,ſed hi mangones,ſeu venalitiarii dicuntur.*
17 *Mercatura hominum & quæſtus ex ea prohibetur.*
18 *Venalitium,vita venalitiaria, & venalitiæ merces declarantur.*
19 *Venalitiarii an contineantur appellatione mercatorum, & qui dicantur,& quæ ſint res venalitiæ.*

Source : BIU Cujas

Beneuenuti Stracchæ. De Mercatura.

20 *Episcopi præsunt venalibus rebus, ut iusto pretio vendantur.*
21 *Venalitarij tabernam, seu pergulam publicè habentes non possunt expellere accedens emendi causa.*
22 *Merces venales per ciuitatem afferentes, negotiatores dicuntur.*
23 *Merces ementes, vt eas in aliam formam redigant, & vendant, non mercatores, sed artifices dicuntur.*
24 *Mercator dicitur officium gerere.*
25 *Exercitium, commune verbum est officij, & artificij.*
26 *Mercatores merces ementes, & easdem non sua opera, sed aliena elaborari curantes, transmittendi aliquo quæstus causa, non ideo minus mercatores dicuntur.*
27 *Mercatoris appellatione an contineatur vsurarius.*
28 *Mercatura alia licita, & alia illicita.*
29 *Interpretatio ad c. eiiciens. 88. dist.*
30 *Fœneratores quòd contineantur sub vocabulo negotiator.*
31 *Mercatores minus legitimè mercaturam exercẽtes, sed turpis quæstus gratia vsurarii etiam dici possunt.*
32 *Mercator illicitè & iniustè mercaturam exercens, & sic malus mercator, non est mercator propriè, sed abusiuè.*
33 *Mercator similis est fœneratori.*
34 *Mercatores qui merces præsenti pecunia emunt, vt easdem non mutata forma cariori pretio ad diem vendant, quàm præsenti pecunia vendi soleant, vsurarij censendi sunt, & an in his locum habeat, c. quanquam, de vsu. lib. 6.*
35 *Reiiciendi procul à patria, relegandique sunt hi, qui præsenti pecunia vilius emunt res, vt dilata solutione carius vendant, & an possint excusari à pœna propter consuetudinem, & seq. num.*
36 *Mercator abominandus, qui vsuras exercet, & contra vsurarios multa.*
37 *Vsurarius an puniendus sit ex crimine vsurarum pœna extraord.*
38 *Mercatorum appellatione an contineantur equorum locatores.*
39 *Interpretatio ad l. legatis. ff. de leg. 3. & nu. seq. & 46.*
40 *Mutuum dantes num mercatores appellari possint.*
41 *Mercari aut negotiari dici non possunt mutuas pecunias recipientes.*
42 *Mercatores aut negotiatores dici non possunt simpliciter mutuum dantes.*
43 *Mutuas dantes fœnebres pecunias dici possunt negotiatores, non autem mercatores.*
44 *Interpretatio ad l. principalibus. ff. si cer. pet.*
45 *Superflua non debent esse in legib. quod declaratur multis modis.*
46 *Mercator proprie dicitur, cùm obligationis actus vltro citroq; interuenit.*
47 *Obsonatores, & obsonium, quid.*
48 *Mercator seu negotiator, an dicatur, qui tantum prædia propriè locat, & aliorum conducit.*
49 *Mercatores an dicantur, qui trans mare negotiantur, emuntq; & vendunt merces, & etiam domi pharmaca conficiunt, & seq.*
50 *Actus mistus & compositus ex duobus simplicibus, ab altero ex illis simplicibus denominandus est, quem facere intendit ille, qui mistum actū agit.*
51 *Officium artificio mutatur, non autem contra.*
52 *Potentius attrahit ad se naturam minus potentis, vbi duo permiscentur.*
53 *Clerici licet emere rudem aliquam materiam, vt inde aliquod artificium faciant si eis sua non sufficiunt, & tunc lucrum non acquiritur ex negotiatione, sed ex artificio.*
54 *Compromissum si est factum in duos arbitros, quorum alter est clericus, alter laicus, reductie ad arbitrium boni viri petenda est coram iudice ecclesiastico.*
55 *Si aliquis tanquam mercator vocatur ad aliquod munus tabellionum, & peritus est in utraq; arte, cui magis debet obedire, & antec.*
56 *Exercentes se in varijs & diuersis mercium generibus, à qua merce magis denominandi sunt.*
57 *Permutatio quomodo discernatur à contractu venditionis.*
58 *Interpretatio ad l. quæritur, ff. de statu homi. & l. legatis. §. si vnus. ff. de leg. 3.*
59 *Matriculatus in duobus exercitijs oneribus vtriusque artis astringitur.*
60 *Mercator vt quis dicatur, an sit necesse, quod maiorem partem facultatum in mercibus contulerit, vt potiatur priuilegijs à iure communi seu statuto concessis, vsque ad nu. 64.*
61 *Interpretatio ad l. semper. §. negotiatores, & §. negotiatio. ff. de iure immu.*
62 *Nauicularij & negotiatores publici qui fuerint.*
63 *Interpretatio ad l. cessante, C. de com. & mer.*
64 *Negotiatores quando a muneribus propter negotiationem, quam gerunt, excusentur.*
65 *Mercator, qui mercaturæ officium exercuit, & in albo mercatorum descriptus, si destitit, num mercator dicendus sit, vt priuilegijs mercatoribus concessis vti possit. Et quando seu quomodo cognoscatur destitisse.*
66 *Mercator an sit dicique possit ille, qui mercaturæ officium per se non exercet, sed institorum opera ac seruorum vtitur.*
67 *Campsores an contineantur mercatoris appellatione.*
68 *Collybus quid significet.*
69 *Mercatorum appellatione an contineantur iuuenes, qui cum ipsis morantur ad ministerium & mercaturæ exercitium.*
70 *Artificium omne incrementum recipit, & omnes natura scire desideramus.*
71 *Interpretatio ad l. legatis. §. ornatricibus, ff. de leg. 3.*
72 *Lex municipalis, quæ de mercatore meminit, seu artifice, intelligitur in eo, qui proprio nomine mercaturam exerceat, non alieno.*
73 *Mercator unde dicatur.*
74 *Mercatura quid sit.*
75 *Mercis appellatione an pecunia contineatur.*
76 *Mobilium appellatione quod ueniant pecuniæ, & in legato mobilium considerantur tres facti species.*
77 *Mercis appellatione num gemmæ, margaritæ, & anuli contineantur.*
78 *Mercatores si in mercantij; florẽos certa summa recipere sunt obstricti, num in dote procedat: & an dos mercantia dicatur.*
79 *Mercaturæ seu negotiationis appellatione, an legatum contineatur.*
80 *Lex municipalis si mandat ex qualibet negotiatione seu mercantia uectigal solui, num in legatis locum habeat.*
81 *Dictio, quilibet, declaratur.*
82 *Partis nomen declaratur, & nu. seq.*
83 *Verbum, quouis modo, omnes modos, qui excogitari possunt, significat.*
84 *Statutum si dicit, ex quolibet contractu uectigal solui, an ex recognitione solui debeat.*
85 *Statutum si dicit, maleficia quælibet syndicum communis denuntiare oportere, quod teneatur denuntiare, etiam maleficia, quę impunè admitti possunt, & quæ non sunt propriè maleficia.*
86 *Dictio, aliquis, declaratur.*
87 *Mercis appellatione an contineantur uestimenta & cætera, quæ habemus ad usum & penus quotidianum pertinentia.*
88 *Grassiæ, frugum, uænaliumq; appellatione, quid contineatur, relatiue.*
89 *Merx, & mercatura differunt.*
90 *Mercatus nomine quid contineatur, & unde deducatur, an a merce, uel mercor.*
91 *Lex municipalis si mandat mercatum a socio initum ratum habendum, num intelligatur de re mobili uel immobili.*
92 *Promercal, quid significet, declaratur.*
93 *Mercimonium, mercium contractionem significat, & de nomine mercatio.*
94 *Commercium, quid significet.*
95 *Mercis seu mercantiæ nomine an plura corpora subijciantur, id est, uniuersale corpus sit.*
96 *Mercator, mercaturam suam legans, & debita & credita legato cedunt.*
97 *Frater pecunia fratris proprio nomine negotia gerens, sibi acquirit & non fratri: si uerò negotiationem seu mercaturam communem incepisset nomine proprio administrare, mensa, & negotiatio non potest ex parte vnius augeri, quinetiam ex parte alterius augeatur.*
98 *Corporum tria sunt genera.*
99 *Mercatura duplex, secundùm Platonem.*

1 NON est nouum † Ciceronis præceptum, quoniam disputatio de mercatore futura est, necessarium esse ante definire quid sit mercator, vt intelligatur, quid sit id, de quo disputatur. Fuitq; sententia Platonis in Phœdro in hæc verba. In omnibus rebus, ò puer, vnicum principium his, qui bene consulere volunt, est intelligere, quid illud sit, de quo consultatur. Vel omnino aberrare necesse est. Pleroſq; verò latet, qđ nesciant rei substantiam: ergo, inquit, ne nobis accidat quod in aliis damnamus. Quid amor ipse sit, & quam vim habeat, definitione ex consensu partium posita cognoscamus, quorum sententiæ Iurisconſ. Vlp. facturus verba de dolo malo, subscripsisse patet in l. 1. ff. de dolo. & idem Iurisconſ. in l. j. ff. de iusti. & iu. in hæc verba inquit: Iuri operam daturum prius nosce oportet, vnde nomen iuris descendat, & de Ciceronis sententia Bal. noster meminit in prælu. feu. colu. 3. Sed quoniam omnis definitio in iure periculosa est, parum est enim vt non subuerti possit. l. omnis definitio. ff. de reg. iur. & ex infrà dicendis uix congruam definitionem aptari posse constabit, si non vera definitione. saltem plena descriptione, quid sit mercator,
2 euidentissimè demonstrabimus. † Differt autem definitio à descriptione, vt eleganter ait Hierony. Cagn. in repet. l. si emancipati. num. 48. C. de colla. quod & Bald. noster Boer. referendo, prius notauerat in l. maximum uitium. nu. 6. C. de libe. præter. Altera enim constat ex genere & differentijs, vt appareat, ꝙ res definita ab aliis formis seu speciebus sub illo genere contentis differat, & conuerti debet cum suo definito: quidditatemq; & essentiam rei (vt ita dixerim) explicare debet. Quod aperte Iurisconſ. demonstrat in citata l. j. ff. de dolo. & latissimè Iuris interpretes scribunt in l. 1. ff. de acqui. pos. & in rub. extra de probat. Dec. num. . seq. & idem Dec. in regula omnis definitio supra relata. Altera verò ex accidentibus, & ex his, quæ aduenium, quid sit id de quo quæritur, ostendit: nec semper substantialia insunt, nec ex toto concludit, aut corruit, si non conuertatur
3 cum definito. Dicique quodammodo † potest, definitionem expressæ picturæ comparandam. Descriptionem verò adumbratili, seu designationi. Pictura enim quid imago repræsentet, perfectè demonstrat: Designatio uerò non ita, & legimus plerunque in demonstranda re ueteres Iurisconſul. descriptione usos fuisse: vt patet ex l. j. ff. de leg. vbi Accur. animaduertit, & ex relatis locis satis liquet.
4 † Describitur autem mercator in c. eiiciẽs. 88. dist. vt is dicatur, qui rem comparat, vt integram & immutatam vendendo lucretur. & huic descriptioni & Archid. & Philip. Fran. in c. quanquàm

Source : BIU Cujas

quàm in fin. de censi. lib. 6. assensere, & referendo Archid. non improbat Albe. in l. vniuersi. C de vectig. & commis. Signor. verò in cons. 95. num. 2. describendo mercatorem, inquit, illū propriè esse, qui emit & vendit. At Andr. Alc. vetustarum legū non leuis interpres in l. mercis. ff. de verb. signi. definiendo, seu describendo, ait.

MERCATOR IS EST, QVI NEGOTIATIONIS EXERCENDAE QVAESTVSQVAE FACIENDI CAVSA, MERCES EMIT, VT VENDAT.

Quibus ꝑmissis placet ita plenius describere, seu definire.

MERCATOR EST, QVI NEGOTIATIONIS, SEV NEGOTIATIONVM EXERCENDARVM, QVAESTVSQVE LICITI FACIENDI CAVSA, FREQVENTER MERCES PERMVTAT, SEV EMIT VT EASDEM NON MINVTATIM, NEC MVTATA PER SE FORMA DISTRAHAT.

Et minima quæq; in definitione posita, quo ad eius fieri poterit, quæstionibus explicabimus.

Dixi enim negotiationis, seu negotiationum: quoniam nihil prohibet aliquem mercatorem se in diuersis negotiationibus exercere l. procuratoris. §. si plures. ff. de tribus. l. cuicunque. §. Labeo. ff. de instit. & argu. est tex. in l. moris. §. interdici ff. de pœnis. & ad rem scribit. Anch. in cōsi. 332. col. pen. pro clariori.

5 † Quæro igitur primò, an negotiari & mercari idem sit: & mercator & negotiator sint synonyma. Bar. in l. legatis. ff. de lega. 3. tanquàm synonyma ponit, & in l. cætera. §. sed & si quis. ff. de lega. j. vbi etiam alii iuris interpretes etiam promiscuè vtūtur. Idque probari videbatur in l. j. & in l. nobiliores. iuncta rub. C. de conuer. & merca. & his adde Ang. in l. in eum. ff. de inst. ubi Pau. Cast. etiam sensit, & Fede. de Senis consi. 207. nos Grifolus. Verùm Signor. singularis memoriæ vir, sic enim Bald. eum appellat in c. clerici. extra de iud. ut refert Ias. in consi. 130. prima consideratione. col. 2. vol. 1. in cons. 115. supra citato sub nu. 25 plenius hoc attingens, verbum negotiari, & negotiatoris generalius esse verbo mercari; seu mercatoris, sensit: & ꝙ nomen mercatoris sit angustius, non insubtiliter probat, atque deducit, cuius sententia meo iudicio clarius probatur in c. forus. in §. negotium. exrra de verb. signifi & in c. quoniam. 88. distin. Suntque plures tex. qui innuunt. l. fin. C. de enunc. l. fin. C. de pign. l. j §. licet. ff. de tribus actio. & eo. tit. l. procuratoris. §. mercis nomine. in princip. & fi. §. quibus adde l. athletas §. ait prætor. ff. de his, qui no. infa. & quod Accur. notat in §. introduxit. instit. quod cum eo. vbi Ange. Aret. sub num. 2. ait, Nota tex. cum glos. habes. n. ꝙ plenior appellatio est negotiationis, quàm mercis. Concludē dum igitur puto, verbum negotiationis, & negotiari, generalius esse, & ꝙ in consuetudine (vt diximus) mercatores, negotiatores, & contrà appellantur, illud non propriè; sed p abusionē potius accidat, merito ergo generale verbum elegimus, vt definitio suum genus habeat.

6 † Item quæro, an qui semel merces emit vt venderet mercator propriè dicendus sit? In quo iuris articulo, licèt Pau. Cast. in consi. 161. non est dubium, par. 2. in fi. subdubitauerit & mouerit, quod scr. Bar. in l. Mela. in §. sed & si alimenta. ff. de ali. & cib. leg. & in l. j. num. 7. C. quomodo, & quando iud. in quibus locis solitum quempiam quid agere respōdit, si vnicum actum gesserit ex verbi significatione, receptum tamen est, cum qui semel emit, & vendit, mercatorem non esse, & ex vnico contractu in merce factum mercatorem non censeri. Idque Accurt. & alii in l. j. in §. mercis. ff. de tribus. responderunt, & placet Bar. in proœ. Digest. num. 10. & assentiuntur ibidem alii. Idem Bar. respondit in l. legatis. ff. de leg. 3. & in l. mariti. in §. qui quæstum.

7 ff. de adult. vbi inquit, nomina † verbalia alicuius officij significatiua, quod quis sua auctoritate, seu optione sumit, veluti mercator, & hospes vnico actu non conuinci, & vt recentiores nostri dicunt, non verificari: deficit enim assiduitas. Idem probauit Bald. in rub. C. de consti. pec. ver. vltimò quæro. & in trac. de const. num. 8. & in consi. 495. ex nullo capite. num. 2. volu. j. ait, ex vnico actu mercaturam non dici, & in hanc sententiam fere oēs iuris interpretes fuerunt, quorū loca referemus. Signo. de Homod. in quæstione satis eleganti. 51. eius respon. cōsi 246. Pau. cons 285. visis & ponderatis. col. fi. in j. par. & in notabili facti specie Pet. Co. in cons. 33. quoniam per famosissimum. vol. 3. cui proximè accedit, quod scripsit Ang. de Aret. in §. introduxit. num. 2. insti. quod cum eo. si municipalis lex in modo agēdi mercatoribus fauet, hunc non comprehendere. Quibus adde Alex. in l. Imperator. num. 10. ff. ad Treb. Areti. consi. 29. nu. 14. diligenter & mature. Fel. in c. clerici num. 5. de iudi. & latius in proœ. Greg. col. pen. Dec. in c. j. num. 29. extra de iudi. Alc. in l. mercis. in prin. ff. de verbo. signi. Bar. in tract. de test. in ver cerdonem. Pet. de Vbal. in trac. de duobus fratribus. in 5. par num. 34. to. 8. Bonus de Curt. in tract. de nobilitate in 3. par. nume. 86. & seq. Nec videtur huic sententiæ aduersari. quod Paul. Cast. in

8 relato loco inquit, † nihil enim habet commune verbum solere, & verbum mercator, sed fac esse, placet mihi quod de hoc verbo, solitus non insubtiliter scribit Deci. in rubr. de consue num. 1. & probandam puto interpretationem Hier. Cagno. a[d] § sed si alimenta. scribit enim in repet. l. diē functo. sub nu. 135. sensum esse, si testator alimenta, quæ viuus præstabat, alicui reliquerit, ea demum præstanda, quæ mortis tempore nouissimè præstare solebat: & si quarè præstiterit, nouissimam præstationē sequendam, quia vltimus actus sequendus est, vt a Fely scribitur in c. eam te. col. fin. de rescrip. Vnde si testator in d. §. sed & si alimenta. reliquisset alimenta, quæ solitus erat præstare, nō esset vltima sequenda præstatio, vt Bar. & plerisq; aliis placet, sed quod frequentiùs facere solitus fuisset testator, spectandum esset, & id Dec. etiam sensit, licèt hanc interpretationem non attigerit, quam ex mente Iurisconsulti esse puto. Proponitur. n. in illo §. testatorem alimenta reliquisse, quæ viuus præstabat, non quæ viuus præstare solitus erat. Sed vt redeam, vnde diuerteram, quod diximus illum esse mercatorē, qui assiduitate quadam & frequenti negotiatione ad huiusmodi mercatoris artē, seu veriùs officium se dederit, & propterea ex vnico actu mercatorem non censeri, temperandum est, † nisi vnicum actum

9 præcederet professio seu descriptio in albo, &, vt vulgò dicimus, in matricula mercatorum. † Nam nomina a professione

10 dicta profitendo acquiruntur: Nomina verò dicta a consuetudine, seu ab actuum generalitate non ex vnico actu, sed vsu & exercitio acquiruntur. Idq; ex sententia Bal. in dicta rub. de cōstit. pecu. ver. vltimò quæro. & assentitur Bald. Aret. in l. cætera. in §. sed & si quis. ff. de leg j. & Feli in relato proœ sub num. 44. & Bertachi in tract. de gab. seu vestiga. in vlt. par. nume. 48. to. 6. Sed & hæc Bald sententia intelligenda est, vt is, qui in albo mercatorum descriptus est nudum mercatoris nomen consequatur, eo enim solo immunitatibus & priuilegiis mercatorib. cōcessis non fruitur, necesse est enim mercaturæ officiū exerceat, vt immunitatib gaudeat, idq; sensit Barto in l. qui sub prætextu. C. de sacrosanc. eccles. & l. j. C. de colle. lib. 11. l. semper §. quibusdam. ff. de iure immu. l. medicos in fin. C. de profes & med. libr. 10. & probat Bon. de Cur. in dict trac. de nobi. in 3. par. num. 87. & Feli. in dicto c. clerici. num. 5. & confirmatur ex his, quæ Bart. Bald & cæteri iuris interpretes scribunt in l. scriniarios. C. de testa. Artem non exercentes priuilegiis arti concessa non frui.

11 † Sed quoniam in sermones incidimus de albo, seu mercatorū matricula, cùm in mercatorum numerum quis recipitur, & in matricula describendus est, iuramentum præstare debet, secundum Bald. in l. quædam. in § numularios ff. de eden. citat de prescrip. c. ad audientiam & in eod. loco notauit Ias. in fin. §. sub nume. 9. Quod iuramentum, quanti momenti sit, indicant Ias. eiusdem commētarii in l. admonendi. nu. 108. de iure & Abb. in c. 2. num. 11. de fide instrum & Alciat. in trac. de præsump. in regu. 3. versi. decimosexto. in fin.

12 † Item & illud faciendum est, ꝙ ad declarationem prædictorum valde pertinet, cum etiam mercatorem dici, qui vulgi opinione pro mercatore habetur, ex sententia eiusdem Barto. & add. in proœ. Digestorum. sub num. 10. & ipsius Bart. in rub. C. de nauic. lib. 11. citat l. sciendū. ff. de ædi. edic. in illis verbis. quales vulgo artifices dicuntur, & probat Abb. in c. j nu. 38. & seq. extra de iudi. In quo euidentioris intellectus gratia, animaduertendum etiam puto, ꝙ aut communis vsus loquendi, & vulgi opinio est secundum propriam significationem vocabuli, hoc est, ille habetur pro mercatore vulgi opinione, qui secundùm iura mercator est, & nihil adderet, quod proximè diximus: Aut vulgi opinio & loquendi communi vsus: alienus est a proprietate vocabuli a iure tradita: & quoniam communis vsus loquēdi non est propria significatio vocabuli, sed figuratiua, ex quo propriæ significationi vocabuli repugnat, vt eleganter inquit Bar. in l. Labeo. ff. de supel leg. pro qua sententia meo iudicio est optimus tex. in l. item prætor. ff. de suis & legiti. vbi Iurisf. in hæc verba. Item prætor edicto suo proximitatis nomine bonorum possessionem pollicetur his, qui defuncto mortis tempore cognati fuerunt. Nam quod in consuetudine cognati appellan-

13 tur etiam eorum, post quorum mortem concepti sunt, non ꝓpriè sed per abusionem potius accidit. † Si lex municipalis de mercatore mentionem faceret, communi vsui loquendi standum esset, & statutum secundum illum interpretandum, post posita verbi propria significatione. l. librorum. §. quod tñ Cassius. ff. de leg. 3. sumpto arg. a verbis testatoris ad verba legis, & scribit Barto. in d. l. Labeo. & idem Bart. & plerique alii probāt, & præcipuè Io. Cro. in rub. de noui ope. num. 57. Doc. in proœ. Decretalium. Dec. qui inter mercatores loquitur, cons. 7. nu. 3. & pro tenui. & in consi. 472. testator legauit. num. 10. & seq. & Bal. volu. 2. consi. 139 factum tale. aiunt enim vulgi appellationem pro iure haberi. & consi. 314. quædam sunt locutiones. ante fi. lib. 3. Raph & Paul. Cast. expressim de statutis loquentes in

14 l. cùm quidem. §. quod dicitur. ff. de acquiren. hæred. † & generaliter omnes dispositiones ab hoc communi vsu loquendi interpretationem recipiunt, sapissime Alexander noster respondit, vt latè & Alexand. & sexcenta aliorum scribentium loca referendo scribit Andr. Tiraq. in com. de vtroque ret. §. 2. glo. j. num. 5.

Source : BIU Cujas

num.5.& seq.pa.387.ad quem seruãdi laboris gratia in hac ma-
15 teria confugito. † Ponendum tamen, & probandum esset in quæstionibus forensibus,& iu iudiciis pertractandis huiusmodi loquendi vsum tempore dispositionis & legis municipalis conditæ fuisse,aliàs probatio non concluderet:& si ab eo tempore probaretur,cuius initii memoria non existit,fortè sufficeret,vt eleganter ex facto consultus respõdit Raph. in cons.165. in quęstione proposita.col.pen.quem ad cœlum ferens ad verbum refert Soci.in l.Gallus.in §.eius.ff.de lib. & posth. & probat Dec in c.in præsentia num.25.extra de proba. quę quoniã quotidiana sunt, placuit attigisse non negligenda, & in materia proposita,& ad ea,quæ scripsit Bart.in d.l. Labeo. ex quibus facilè perspicies quarem in definitione adiecerim verbum exer-
16 cendarum,& verbum frequenter. † Illud etiam quæri potest, an appellatione mercatorum, seruos, frequenter ementes & vendentes contineantur,mouet l.2.C.de commer.& mer. in il lis verbis.Sed vlterius aurum pro mancipiis, vel quibuscunque speciebus ad barbaricum fuerit translatum a mercatoribus, & reliqua.Verius tamen est non contineri l.mercis.ff. de verborũ signi.vbi Iurisc.ait,Mercis appellatione homines non contineri,Melam respondisse,& not.in alia l.mercis.eod.titu.& in l.j.in prin.ff.de trib.Pro qua sententia est,quod ait Bal.in l.j.C.de epi.
17 aud. † hominum mercaturam & quæstum ex ea prohiberi. Hi enim mangones seu uenalitiarii,non mercatores appellantur, vt subiicit Iurisc̃. in ea.l.mercis.& legitur & not.in l.mandatum distrahendorum.ff.man.& de his elegantem legem vide in l.præcipiunt ædiles.ff.de ædi.edic.& adde quod Iurisc.inquit de mangonib. & venalitiariis in l.iustissimè.co. titu. Id scilicet genus hominum ad lucrum potius vel turpiter faciendum pro
18 nius esse. † Vnde venalitium,de quo in l.fin. ff.de ædil. edic. locus in quo mancipia uendebantur,vel ipsum corpus, & uitam venalitiariam appellat Iurisconsultus in l.seruos.§.cum qui venalitiariam.ff.de leg.3.& venalitiæ merces dicunt in l.si seruus seruum.in §.si mulier.ff.ad leg.Aquil.Nec videtur huic sententiæ aduersari l.2.C.de com.& merca.quoniã necessariò hominum emptores esse mercatores ex illa lege non infertur. Illud etiam dici potest ex interpretatione lato sumpto vocabulo,id posse euenire,non autem ex propria significatione, vt est text. iuncta glo.in l.seruos autem suos.in §.eum.qui.ff.de leg.3.in illis verbis:Nam quos quis ideo cõparauit: vt illico distraheret, magis mercis loco & rel.& Accur. in verbo, mercis,inquit, ex interpretatione non seruata significatione vocabuli,citat l.j.in §.j.ff.de trib. & l.mercis supra relata,vbi idem Accurt.ait,aliud esse aliquid loco mercis haberi, aliud verò mercem esse. Non temerè igitur additum est in definitione verbum mercis, sed
19 constituendę differentiæ gratia.† Tractare non est etiam ab re, num.venalitiarii mercatorum appellatione contineantur.Venalitiarii enim non solùm hi sunt (vt diximus) quos mangones appellamus,verum & qui quæstus gratia venalitiarum rerum,negotiationem exercent Sunt autem venalitiæ res, quæ in vsum indigentium venales propositę sunt, vt Alc. placet in d.l.mercis.& denique hi sunt,qui vtensilia emunt,vt rursus minutatim vendant,& vulgò reuẽditores appellantur,& puto venalitiarios neque iuris dispositione,neq; vulgi opinione mercatores appellari,& sensit Alc.vbi supra. Pro qua sententia est l.j.ff.de trib.De quibus venalitiariis Iurisc.in l.2.ff.de nund.bellissimè inquit.in hæc verba.Denique summæ prudentiæ, & auctoritatis apud Græcos Plato,cum instituere quemadmodum ciuitas bene atque beatè habitari posset,in primis istos negotiatores necessarios dixit,& qui Plato eo in loco idem sensisse videtur,vt legitur in dial.2.de rep.vel,de iusto,& Cic.off.lib.j.sub rubr.de quæstib.artibusq;,ait,Sordidi etiam putant̃,q mercãtur a mercatoribus,quod statim vendunt, nihil enim proficiunt, nisi admodum mentiantur.Nec verò quicquam est turpius vanitate,qui Ciceronis locus satis innuit hoc genus hominũ sub mercatoris vocabulo non contineri. Incidi etiam inter legen-
20 dum in cons.Per.de Anch.cons.157.summę, qui ait. † Venalibus rebus vt iusto pretio vendantur episcopos præesse.l.munerum.§.item episcopi.ff.de mune. & hon.l.j.C.de episcop.aud.c.
21 j.& 2.de empt.& vend.& refert verba d.l.2.& subiicit † huiusmodi negotiatoribus tabernam seu pergulam habentibus publicè non licere expellere accedentes emendi causa, quemadmodum in caupone statutum est. Succurrit etiam quod Bald. noster de huiusmodi venalitiariis scribit in cons.495. ex nullo capite.vbi etiam quid minutatim significet,declarat,quod ego, vt vides,non temere in definitione addẽdum putaui. Sed & his adde Ang.in l.cum interdum.quam interpretatur cum præce-
22 denti l.cuius initium est,institor,qui inquit, † merces venales p ciuitatem afferentes negotiatores esse,quod & verum est.

Rursus quæritur,sunt qui merces emant, vt easdem sua opera in aliam formam redactas vendant, an mercatores dicantur?
23 † Et hos non mercatores, sed artifices nominandos puto.cap. ciiciens.88.distin.in illis verbis.Quicunque rem comparat,non vt integram ita & immutatam vendat,sed vt materia sibi sit aliquid operandi,ille non est negotiator.Qui verò comparat rem vt integram & immutatam vendendo lucretur, ille est mercator,qui de templo Dei eiicitur,& reliqua.& probãt Alex. & Iaso.in l.cætera,in §.sed & si quis.ff.de leg.j.& idem Alex.in l.legatis.ff.de leg.3.in addi.ad Bart.& proximè relatam differentiam constitutam esse inter mercatorem, seu negotiatorem, & artificem eleganter explicat Fed.de Se.in cons.207.nos Grifolus, & Abb.in cons.6.casus,super quo.in fin.par.j.quibus adde Car. in cle.fi.in 3.no.de vita & hon.cle.Alc.in citata l.mercis. Feli.in proœ. Greg.in fi.& add.ibidem,& hæc sententia illam habet ra-
24 tionem. † Nam mercator dicitur officium gerere,vt tradit Bar. in trac.de test.in verbo,mercatorem, & nõ insubtiliter probat Signo.in citato cons.95.num.25.quibus adde Alc.in l. mercis
25 appellatio.ff.de verborum signi.qui subdit exercitium, cõmune verbum esse officii,& artificii,officium autẽ artificio extinguitur.l.legatis.§.si ex officio.ff.de leg.3.in illis verbis, quia offi-
26 cium artificio mutatur, non idem contrario. † Euenit tamen plerunque vt mercatores merces emant, easdemque non sua opera,sed aliena elaborandas curent, animo forsan quæstus & causa transmittendi ad extraneas ciuitates,idque non semel vidi in patria mea,& hos mercatores censeri puto: quoniam huiusmodi mercatoris officium in artificium non transit. Ex quibus intelliges,qua de causa in definitione dixerim, non mutata per se forma.

Suboritur alia quæstio fortassis neque friuola adeò nec om-
27 nino indigna,quæ hoc loco ꝓponatur: † An appellatione mercatoris contineatur vsurarius,in qua prima fronte,vt inquit Iurisc.in l.hæredes mei in §.cum ita.ff.ad Treb.& in l.quinquagin ta.ff.de prob respondendum videbatur contineri,idq; propter tex.in c.eiiciens.88.dist.in illis verbis. Vnde super omnes mercatores maledictus plus est vsurarius,& notarunt Domi.& Archid.ibidem,scribunt enim. Nota vsurarium appellari mercatorem, sicut qui prostituendam ancillam tentauerit.C.de lat. liber.tol.§.similique modo. & hanc sententiam caput illud ꝓbare videbatur:quoniam comparatiuum supponit positiuum, & ꝙ cui comparatur eiusdem accidentis particeps sit.l.vbi autẽ non apparet.ff.de verbo.oblig.licet verè illud plus sit aduerbiũ comparandi,vt Grammatici norunt,& scribit Alb.in tract. de præp.nu.83. & in hac opinione fuit Aug.in l.in eum.ff. de insti. inquiens ex mente glo.not.secundum gl. ꝙ mutuam pecuniã accipere non est mercari,nec negotiari,sed fœnori dare sic:sed & Pau.Cast. clarissi.viri scio hanc sententiam fuisse, qui ibidem scripsit ex illo tex.cum glo. probari fœneratores mercatores dici;quia negotiari & mercari idem sunt,subdens diuersum verius secundum communem loquendi vsum, in quo legendos inquit Barto.commentarios in l.legatis.ff.de leg.3.

Contra verò,ꝙ vsurarius non sit mercator, sed fœneratori similis.Rom.scripsit in cons.92.in dubitatissimam, nu.4. citat tex. (vt ait) singularem in l.quæsitum.§.idem respõdit domo, versi.sed ipse Papinianus.ff.de fun. inst.de quo non meminisse inquit Barto.in l.legatis.§.si ex officio.ff.de leg.3. & sensit Ro. Iurisc.innuisse in illis verbis,mercatorem, ac fœneratorem, cũ ponat tanquam diuersa. Verum meo iudicio est lex clarior l. quicunque.in §.Labeo.ff.de institu. vbi Iurisconsultus in hæc verba:Si quis pecuniis fœnerandis,agris colẽdis, mercaturis redempturisq; faciẽdis proposuerit.vbi Ang.notauit differre fœnerari & mercari,& statutum de fœneratore loquens in mercatore locum non habere. Ego uerò in proposita quæstione Romani sententiam veriorem puto, quàm Ang. sibi in hoc partũ constans probauit in proximè citato loco. Et inter legendum, vt fit,incidi in commentarios Iaso.in l.principalibus.ff.si certũ peta.qui in fin.ait ex illo tex.probari, appellatione mercatorũ fœneratores non venire,cùm Iurisconsultus tanquam diuersa adiecerit,& citat l.quæsitum.§.idem respondit, suprà relatam, subditq;.licèt Acc.in l.in eum.ff.de inst.contra.Et ex hac sententia infertur,legem municipalem de mercatore loquentem in vsurario,seu fœneratore,locum non habere, in quo vide Alb. de Ros.super statutis,q.213.in 2.par.Bald.in cons.382.in q.militari,nu.17.in 5.uolu.Nec moueat.c.eiiciens.primo loco citatũ.
28 † Illud enim sciendum est,mercaturam aliam licitam,& aliam illicitam,seu iniustam esse,ut plenius attigit Abb. Sic. extra, ne cler.uel mon.Dum ergo diuus Chrysostomus ait, † inter om-
29 nes mercatores plus est maledictus usurarius, sensit de mercatura prohibita,& illicita.Cuius rei fortissimum illud occurrit argumentum:eueniret enim mercaturam licitè exerceri non posse,quod est contra text.in c.fornicari.88.distin.& c.quoniã, eadem distin.& c.qualitas, de pœn.distin.5.& quæ latè scripsit Abb.relatus,& Sali.in auct.ad hæc,q.21.num.18.C. de usu. Ad quos in hac materia confugito,repugnaret etiam his:quæ scripsit Alex.de Ale.in 3.par.summæ tract.de iud.& Scot.in 4.dist. 15.q.2.artic.2.Arch.Flor.in 2.parte summæ titu.j.c.16. Confirmari hæc possunt ex his,quæ scripsit diuus Thom.2.2.q.7.art.4. in solutione ad primum argumentũ:inquit enim verba Chrysostomi,de quibus in dicto capite,intelligenda esse in illo negotiatore,qui sibi finem vltimum in lucro cõstituit. Secus autem ait,ubi quis ad lucrum intendit in mercando, non quidem vt

finem

Source : BIU Cujas

finem vltimum sui laboris, sed tanquàm finem necessarium ad sui, & suæ familiæ sustentationem, aut saltem tanquàm honestum, & si non semper simpliciter necessarium. hactenus diuus Thomas, ex cuius verbis acquiescendum videtur, & distinctioni, ac declarationi traditæ. Quæ rursus confirmatur ex his, quæ scripsit Ioan. Cal. in cap. fin. de vsu. quem refert & probat Abb. in relato loco sub nu. 10. & ex capite, quid est aliud. 88. dist. Verba autem capitis sunt hęc. Negotiatores verò illi abominabiles existimãtur, qui iustitiam Dei minimè considerantes, per immoderatum pecuniæ ambitum, pollunt merces suas plus periuriis onerãdo, quàm pretiis. Tales eiecit Dominus de templo dicens, & reliqua, & his adde Sal. in d. auct. ad hæc. q. 21. num. 8. C. de vsu. qui eandem interpretationem sensit, & subiicit consuli in dicto capite, ne quis mercaturam exerceat propter mẽdacia, ac quæstus cupiditates, neve consequenter anima de tẽplo Dei eiiciatur, & consiliũ diui Chrysostomi esse sensit Laur. de Rod. in tract. de vsu. in 2. parte q. 43. num. 10. Thom. 9. & repe. in cap salubriter, num. 152. de vsu. Nec etiam moueat glos. in l. in eum. Quoniam eius sententiam non esse veram ex præmissis liquet, & merito a Iason. in citato loco Accur. notatus est.

30 † Vel verius dici potest Accur. in negotiatore loqui & concedendum est fœneratorem contineri posse sub vocabulo negotiatoris, est enim generale verbum, vt diximus. Sed huic respondere aduersari ualde videtur tex. in l. principalibus. ff. si certum petatur. Assumens igitur, quę dicemus infra uer. item mutuas, quę ad hunc locum attinent, diximus etiam suprà improbandum, & recte Pau. & Ang. in citata l. in eum. qui sensere negotiari, & mercari idem esse, cum alterum altero sit verbum generalius. Ad euidentiorem omnium, quæ diximus, intellectum quatdã facti species proponendas duxi.

Prima aliud esse vsuras exercere, aliud mercaturam aliusque fœnerator, seu vsurarius, alius mercator: idque iuribus & auctoritatib. demonstrauimus, & vulgi opinione adiuuatur, vt scripsit Pau. in citata l. in eum. † Secũda species est, mercatores minus legitimè mercaturam exercentes, sed turpis quæstus causa,

31 32 vsurarios etiam dici posse, & ita procedat cap. eiciens. † Tertia species facti est, illicitè & iniustè mercaturam exercens. i. malus mercator, non est propriè mercator, sed abusiuè, & æquiuocè, sicut mala consequentia, non est consequentia apud Dialecticos. Nam non seruatis regulis traditis a docto. relatis mercatura redditur iniusta, & iniustitia præcipua est vsura, vt inquit Scot. in 4. sentent. dec. 15. q. 2. & Bal noster inquit in consi. 382. num. 17. volu. 5. mercatorem vsuras exercentem, priuilegium perdere, citat tex. de priui. cred. l. si vẽtri. §. in bonis, & Alc. in l. mercis. scripsit, vsurarios mercatores nõ esse, quinimmo si quis sit mercator, & fœnus exerceat, mercatorum priuilegiis non fruetur, quoniam non est verisimile Legislatorem tam improbo homini quicquam voluisse indulgere. Et quoniam mercatorem legitimum definire volumus, in definitione diximus, quæsitus liciti. † Quarta species est, secundùm Ro. in citato cõsi. 92. mer-

33 34 catorem similem esse fœneratori. De quo Ro. respõso in trac. de coctoribus in ea parte, in qua de statutis differemus, plenius verba faciemus. † Ex prædictis singulariter infero ad complures, qui in patria mea se mercatores profitentur, & solum in huiusmodi negotiatione versantur, vt merces præsenti, ac numerata pecunia emant, & easdem, vt plurimum non mutata forma cariori pretio ad diem vendant, quàm præsenti pecunia vẽdi soleant. Hos enim contractus illicitos esse & vsurariam prauitatem redolere nemo est, qui nesciat. cap. in ciuitate cap. consuluit. extra de vsu. & scribit Pau. Par. consi. 54. nu. 54. & seq. vol. j. in præsenti. & horum turpe lucrum etiam probatur in ca. quicunque. 14. q. 4 quod caput ad verbum referre nõ ab re esse putaui. Quicunque tempore messium, vel vindemiarum, non necessitate, sed propter cupiditatem comparat annonam, vel vinum, verbi gratia de duobus nũmis comparat modium vnum, & seruat vsque dum vendatur denariis quatuor, aut amplius hoc turpe lucrum dicimus. Quem text. singularem inquit Ro. sin. 217. fuit heri. Ad cuius capitis interpretationem vide Ioan. Cal. in cap fin. de vsu. Abb. in cap j. num. 10. & seq. ne cleri. vel mona. Et ex quo cariori pretio vendunt dilata solutione ad diẽ, quàm si pretium venditionum tẽpore reciperent, vsurarii censendi sunt. & ita ex facto consultus respondit Abb. in consi. 22. quanquàm. lib. j. & refert, ac probat Ioan. Dilec. in tract. de arte testa. cau. 7. vsurarius. & est sub rubr. de his, qui non habent test. fact. inquiens ex sententia Abb. vbi supra, multos re vsurarios esse, licet nomine non vocentur, vt sunt qui carius vendunt dilata solutione ad diem, in quibus locum habet, ca. quanquàm, de vsu. libro 6. Non tamen me latet Pau. Cast. in consi. 160. ad primum quæsitum, versicu. ad tertium, in prima parte non insubtiliter defendere, in his pœnas dicti capitis locum non habere. cuius sententiam probauit Iaso. in consi. 78. visis depositionibus testium, colum. 3. volum. 3. Sed in proposito iuris articulo ad Dec. confugiendum est, qui ex facto interrogatus, quando liceat cariori pretio ad diem vendere, in consi. 111. & pro tenui. bellissimè differendo quinque facti species considerauit.

Nos etiam cum & admonere, & obiurgare complures mercatores, vt ab huiusmodi illicitis contractibus se abstineant, non defuerimus, reprimẽdæ improbitatis hoc genus hominum his

35 addemus, quæ Scot. inquit in 4. distin. 15. quæst. 2. arti. 2. † huiusmodi homines reiiciendo, &, vt ipse dicit, exterminãdos a Republica, & procul. a patria relegandos: quoniam prohibent (vt utar ipsius verbis) immediatam commutationem volentium emere, & commutare, & per consequens faciunt quodlibet venale uel usuale carius ementi, quàm deberet esse, & uilius vendenti, & sic vtrique parti damnum inferunt. Quem refert Ioann. Nider in tract. de contract. mer. in 2. parte nume. 11. & inquit Bald. in citato consi. 38. uolum. 5. nume. 17. in fin.

36 † Porrò abominabilis est mercator, qui vsuras exercet; quia vsurarum pranitas non cadit in bonum virum, cum sit turpis quæstus vt ait Aristo. & tota schola Theologorum & contra vsurarios vide multa relata per Alexan. in consi. 49. paucis utar, vol. 4 & in eos inuehitur Bald. consi. 449. ius naturale, volum. 3. qui verniculo Termeti. Scorpioni, ac Leoni vsurarium comparat. Asten. in tract. de const. & Dec. in verbo, alienare Accedat Marci Catonis elegans illud verbum relatum apud Ioan. Bap. de S. Seue. in repe. l. cunctos populos, numero 61. de sum. trinita. C. maiores nostri ita in legibus posuere furem dupli condemnari, fœneratorem quadrupli, quanto peiorem ciuem existimauerint fœneratorem, quàm furem, hinc licet existimare, & idem Cato interrogatus aliquando a quodam, quid maximè in re familiari expediret. Respondit. Bene pascere. Quid secundum, satis bene pascere. Quid tertium, bene vestire. Quid quartum. arare. Et cum ille, quærierat, dixisset. Quid fœnerari? Tum Cato: Quid hominem, inquit, occidere? De quo meminit Cicero libro de officiis. 2. nec me latet Ciceronis locum quosdam probos, & doctos viros emendandum esse sensisse in ea parte. Be-

37 ne vestire, vt legendum sit. Bene vitire. † Sed vt eo vnde diuerteram redeã, si huiusmodi mercatores, immo verius vsurarios de industria ad diem merces carius vendentes optares defendere (quod non suadeo) à pœna extraordinaria ex vsurarum crimine irroganda, recepta illorum sententia, quòd in vsurarios criminali pœna animaduerti possit, de qua Iacob But. Bald. & Sali. in l. improbum fœnus. C. ex quibus cau. infa. irrog. cõsi. 19. & consi. 150. 8. colum. 2. libro 3. Iaso in consi. 53. circa. in vltimo dubio, volum 4. Ioann. Bab. de Sancto Seue. in l. cunctos populos. colum. 36. num. 61. C. de sum. trinita. Deci. in consil. 170. ex quo huiusmodi contractus passim fiunt, & ex consuetudine ipsa licet contra iura in promptu esset defensio, vt scribit idem Deci. in proximè relato loco, qui citat Barto. in l. quis sit fugitiuus. §. apud Labeonem. ff. de ædil. edict. & latissimè plures referendo scribit Aimon Crau. consi. 6. plura uidenda. nume. 03. & seq. & ad rem Iaf. in citato consi. 78. colum. 3. volum. 3. Roc. Cur. in repe. capitu. fin. de consue. nume. 128. & seq. & his adde Mar. consi. 90. nume. 8. & seq. vbi de iniusta consuetudine excusationem præbente multa cumulat, & Deci. cõsi. 115. & pro tenui. numero 2. † Comperimus aliquando a peritioribus dubi-

38 tatum an appellatione mercatoris equorum locatores contineantur? Barto. in l. legatis. ff. de lega. 3. ex sententia Iacob. de Aret. ibidem inquit, huiusmodi equorum locatores mercatores seu negotiatores dici posse, argum. esse illam legem. Quod subdit ad statuta illa pertinere, quibus cauetur, libris mercatorum in certa summa fidem habendam esse, quæ sententia ex eo confirmari videbatur, quoniam hi quæstuariam negotiationem exercere videntur: ex qua aliquid quæratur, secundùm ea, quæ ibidem notauit Barto. & in opin. Barto. fuit Alexan. in addi. ad eum. Fuit & Alber. Bru. in tract. de const. & decre. in versi. mercator. & probat Berta. in tract. de gab. in 7. parte num. 48. Thom. 6. uerum Abb. Sicul. in capitu j. de iud. in fin. vtrunque reprobat: & hos, scilicet, mercatores esse, & ad eos statutum referri. Tum etiam, quia talis locator equorum mercatus dici nõ potest. l. mercis appellatione iuncta glos. ff. de verborum signi. & immunitas mercatoribus concessa in illo seruanda est, qui maiorem partem fortunarum in mercibus habet. l. semper. §. negotiatores. ff. de iure immuni. de quo tamen quid nos sentia-

39 mus vide, si liber. infra versicu. Sed in † proposito iuris articulo, licet auctoritas Barto. & aliorum me valde mouerit: non tamen ab Abb. dissentio. Nam l. legatis. quæ Bar. & cæteros mouit, & cui idem Abb. non respondit, loquitur in negotiatorib. Labeo enim inquit, legatis seruis exceptis negotiatoribus eos legato exceptos uideri, qui præpositi erant negotii exercendi causa: veluti qui ad emendum locandum, conducendum præpositi essent. Nec admittendum esse, supra probauimus, mercator. & negotiator, synonima esse, quinimmo negotiator nomẽ est generalius, licet vt synonimis plerunque recentiores vtantur. Qua forsan de causa Albe. noster in citata l. g legatis. in hæc verba scripsit: Nota, ꝙ locatores equorum dicuntur negotiari, & sunt negotiatores, nõ dixit mercatores. † Occurrit hic

40 alia quæstio, quæ a plerisque tractari solet, num mutuum dantes, & (vt recentiores dicunt) mutuatores mercatores appellari possint? Barto. in l. legatis. sub num. 2. negauit, citat l. in eum. ff. de

ff.de insti.& ad l.legatis.respondit intelligẽdã, cum vltro citroque obligatio ineſt,tunc enim ſecundùm eum propriè negotiatio,ſeu mercatura dicitur,quæ Barto.ſententia cõprobari poſſe videbatur ex leg.principalis.ff.ſi certum petatur vbi Iuriſcõſ. aperte indicant,aliud eſſe negotiari, & aliud pecuniam mutuã dare. In illis verbis Principalibus conſtitutionibus cautum eſt, ne hi qui prouincias regunt,quive circa eos ſunt,negotientur, mutuamve pecuniam dent,fœnusve exerceant. Cum enim in iure nihil ſuperuacuum eſſe debeat.§.quibus.in j. conſtitu.C.ſi mutuam pecuniam dantes ſub verbo negotiari comprehenderentur. Iuriſconſultus quippe amplius non addidiſſet. Mutuamve pecuniam dent. Arquilex in eum, vbi Barto. dicit eſſe caſum,contra probare videbatur,iuncta gloſſ. Eſt enim ibi caſus vtilem actionem ad exemplum inſtitoriæ dari in eum, qui mutuis accipiẽdis pecuniis procuratorem propoſuit, vt Accur. inquit,& huius rei rationem eſſe: quia verè non eſt negotiatio, ſed fœnori dare,eſt negotiatio. Vnde tunc datur directa,citat l.quicunque.in §.Labeo.& vbi eſt caſus,quod Ange.& Paul. in eadem l.in eum,probarunt. Dicet aliquis. Barto.defendi poſſe, vt loquatur in mutuante pecunias ſimpliciter non fœnebres, ſicut enim mutuam pecuniam accipiens, negotiationem exercere non dicitur,vt in l.in eum.ita pari ratione, qui mutuã pecuniam dat. Verum puto Barto. ſenſiſſe pecunias ſub fœnore mutuantes,non poſſe negotiatores dici,mouet me, quod retulimus ſupra proximè,dum inquit idem Barto. negotiationem, & mercaturam propriè dici,cum vltro, citroque in contractu eſt obligatio.Vnde propoſitæ quæſtionis euidentioris intellectus gratia ſpecialiter quaſdam facti ſpecies conſiderandas putaui. † Primum,illud notandum duxi, pecuniam mutuam accipientes negotiari dici non poſſe ſeu mercari negotiatoresq; ſeu mercatores:probatur in l.in eum.vbi glo.Ange.& Pau.Caſtren.probãt,cuius rei illa ratio præcipuè a Baldo noſtro redditur in l.j.C.de inſtitu.& exerci.quoniam mutuum accipere ſpõte ſua,& ex ſe,non eſt negotiari:ad quæſtum enim ſeu ad acquirendum non eſt,coniunctum autem cum alio actu poteſt appellari negotiatio:& tunc merito inducit inſtitoriam, vt illud quod non facit ſimplex natura mutui, faciat materia coniuncta cum alia. Si igitur mutuum ſtat in ſuis finibus, non pertinet ad inſtitoriam:quia non eſt negotiatio,vbi quis nõ eſt expreſsè præpoſitus recipiendis mutuis pecuniis.Sed ſæpe illud quod nõ venit ex forma,venit ex conſequentibus formam, ſi mutuum conſtitutum eſt ad rem mandatam naturaliter,& vere tunc parit inſtitoriam. Si verò ad id non conſtituitur propter aliqua, quæ a tueniunt ſeu accidentia (vt ipſe dicit) quæ non conſonant ordini tunc ſecus.l.vltim.ff.de exer.hactenus Bal.in verb. ſuprascrip.quæ notãda arbitror ad interpretationem l. in eum. † Deinde putabam mutuum dantes ſimpliciter mercatores dici non poſſe,& hoc ſenſit Barto.vbi ſupra, quod & verum eſt. Hoc amplius puto,& hos negotiatores appellari non poſſe,& quantum ad inſtitoriam attinet,propter l.in eum. ſupra inductam:datur enim vtilis,cum expreſsè ad id quis præponitur: & propter rationem Bald.quia alii actui non coniungitur, & ad quæſtum ſeu ad acquirendum non pertinet.† Item mutuas dãtes fœnebres pecunias,negotiatores poſſe dici reor, & rectè nõ autem mercatores,& ſic negotiari,non autem mercaturam exercere. Vtrunque probat l.quicunque.in §.Labeo.ff.de inſt.& plenius ſupra attigimus.verſicu.ſuboritur alia quæſt. quodque negotiatores nuncupari poſſint.Accur.Ange.& Paul. (vt diximus) in eadem l.in eum.ſenſere, & hæc ſententia rationabilis eſt:quoniam quæſtum reſpicit, mutuum non ſtat in ſuis finib. & coniunctum eſt,vt eleganter relatus Bald.dicebat in l.j.C.de inſtitu.ex quibus. lumen habes ad l.eum.& l.quicunque.& prædictorum illa eſt ratio (vt ſæpe diximus) quoniam negotiatio eſt verbum generalius mercatura. † Nec huic noſtræ ſententiç meo quidem iudicio obſtat l.principalibus,dum cõſiderabam ſi verbum negotiari,fœnebris pecuniæ dationem comprehenderet,ad quid iuriſconſultum ſpecialiter ſubiecit:in legib.enim nil ſuperuacuum eſt,hæc enim argumentatio elidi multis modis poteſt. † Primùm,verbum negotiari, mercaturam tantum eo loci ſignificare,quod plerunque fieri aſſolet, vt diximus. & probatur in l.nobiliores.C.de com.& mercatoribus & aliis interpretum locis relatis. Deinde reſponderi poteſt in iure tolerandum & admittendum poſt generalem locutionem ſingulariter & nominatim exprimi id,quod ſub genere continebatur: ea enim quæ notabiliter prohibentur, niſi ſpecialiter notẽtur, videntur quaſi neglecta.l.apud Labeonem,in §.ait prætor.ff.de iniuſt.vbi Accur.alia iura citat,videmus etiã poſt genus & ſpeciem adiici,vt in rubri C.de ſerui.& aqua. Rurſus eiuſdem rei repetitio,tollendæ dubitationis cauſa,non eſt improbata: idq; eleganter Vlpia. inquit in l.prima.in §.ſed ſciendum.ff.de ædil. edic. In hæc verba,ego puto ædiles tollendæ dubitationis gratia bis, κατα τῳ αὐτῳ idẽ dixiſſe,ne qua ſcilicet dubitatio ſupereſſet,& ſcribit Accur.in l.certi condictio.in glo.ſecunda.ff. ſi certum petatur.ſuperuacuum enim dici non poteſt,cum id, quod ante dictum eſt,clarius,apertius,& dilucidius enarratur:ex ſententia gloſſ.in capitu.j.in verſicu.& filio, vbi Domi.& Philipp, Franciſc.de ſumma trinitate libro 6.& ſcribit Deci.in regula, quæ dubitationis.ff.de regulis iuris. Denique alios modos euitandæ propoſitæ argumentationis cauſa ac tolerandæ eiuſdẽ rei repetitionis ſeu ſuperfluitatis collige ex commentariis Abba.& Feli.in capitu.ſolitæ.de maio.& obedien.Franciſc. Aretin. in l.Gallus.in §.nunc de lege.ff.de libe.& poſthu.Anton. Butr. in capit.cum cauſa.de empt.& vendi. Franciſ.Cur.ſen.conſilio 77.Domina Franciſchina,columna penulti. verſic. & ſi diceretur,quibus addes Franciſc.Aretin.in l. liber homo. in §. decem, columna prima.ff.de verborum obligat. inquit enim tolerandum,cũ id,quod tacitè inerat,exprimitur,& repetit Caro. Rui. conſilio 168.Ieſu Chriſti,columna vltim.numero 15.libro primo.& And.Tiraquel.in com.de vtroque ret. §.21. gloſſ. vnica, pag.571.& ſeq. † Nouiſſimè ex ſententia Bart.& iam dictis notandum putaui,illam propriè mercaturam dici: cum obligationis actus vltro citroque interuenit. Quæ ſententia Barto. in l. legatis. placuit Iaſo.in l cætera.in §.ſed & ſi quis. nume.11.ff.de lega.prima.& ſubdit probari in l.ſi quis ex argẽtariis.in §. rationem.ff.de eden.& in eadem opinione eſt Berta.in tract. de gab. in 7.parte numero 48.Thom.6.& Dec.in conſilio 493.viſo tenore.numero 12.Et ex his,quæ propoſuimus ad legem legatis. nouam,& forſan veram ĩterpretationem habes. Legatis enim ſeruis,exceptis negotiatoribus,ſi ſerui aliqui pecuniis fœnerandis præpoſiti eſſent,& illi excepti intelligerentur, quoniã ſunt negotiatores,vt latè ſupra oſtendimus:licèt Barto. contra ſenſerit,dum inquit,legem illa intelligi, quando contractus vltro citroque obligationis interuenit,nec te Iuriſ.exẽpla moueant, quæ obligationes huiuſmodi reſpiciunt: Eſt enim iuris nõ ambigui exempla,neque regulam,neque vim vocabuli reſtringere,ſed & illud obiter notandum eſt Accurſium toto (vt aiunt) cœlo errare in exponendo verbum obſonatores,de quo in dicta l.legatis:ſunt enim obſonatores, ſeu opſonatores† (vtrunque enim dicimus) qui emunt obſonia, & coquo ad coquendum tradunt.Sene.ad Luci. Adiice obſonatores, quibus dominici palatii notitia ſubtilis eſt,qui ſciunt, cuius illum ſapor excitet.Græcè ὀψώνιον. Dicitur autem obſonium quicquid in comedendo additur pani & vino,erant enim ſerui a dominis præpoſiti ad emendum obſonia,vnde obſono, verbũ, de quo Teren.in Adelph.obſonat,potat,olet vnguenta de meo. † Quæritur apud Barto.in eadem l.legatis. an qui tãtum prædia propria locat,& aliorũ conducit,mercator ſeu negotiator ſit? Et quoniam inquit, vt quis ſit mercator, vel negotiator quæſtuariam negotiationem faciat,opus eſt,negat hunc mercatorem eſſe,citat l.ſi cũ villico. vbi caſum eius,de quo quæritur,eſſe dicit.ff.de inſti. & in ſupra d.verba ſcripſit Barto.& alii plerique conſentiunt. Probat enim Alexand.in l. diuortio.numero 26. ff.ſoluto matrimonio.& Aymo Crau. in conſilio 6. nume.111. & numero 115.citat complures alios,& Bert.in tract.de gab. in 7.parte numero 48.Thom.6.& pro hac ſententia citari poteſt tex.in capitu.ciiciens,ver.Dicet aliquis.88. diſtin. & quod ſcripſit Abb.in conſilio 6.caſus 2.in prima parte.Ait enim negotiatorem appellandum non eſſe illum, qui vinum ſeu frumentum in fundis propriis recollectum vendidit. Quem refert ac probat Deci.in conſilio 472.teſtator legauit.in fin. Sed & his illud ego addendum puto,eum qui agris colendis quæſtus cauſa operam dat,negotiatorem,non autem mercatorem,dici poſſe, vt rectè.l.quicunque.in §.Labeo.ff.de inſtito. vnde negotiatores,non autem mercatores dici poſſe reor, qui agros conducunt,ipſoſque colunt,& eorum opera quæſtus cauſa huic negotio ſe dedunt, & in hoc ſe exercent: vt plerosque facere videmus. Mouet etiam,quia generale verbum eſt, quod non ſemel oſtendimus. † Scio & illud in dubium veniſſe, ſunt qui transmare negotiantur, emuntque ac vendunt merces, & etiam domi pharmaca conficiunt,officinisque aſſident,num hi mercatores cenſendi ſint? & relatum eſt apud Alciatum in l. mercis.pag.3.hos mercatores dicendos eſſe,ſi id principaliter agant. ideſt principaliter ſe vendendis emendisque mercibus exerceant. Citat elegantem text.in l.legaris.in §.ſi vnus.ff.de legat. 3.vbi Iuriſcõſultus inquit,ſeruum cedere legato eius artificii,in quo magis verſatur. Quæ ſententia confirmari poſſe videbatur ex his,quæ Gemi.inquit in capitu.cùm expediat. de elect. libro 6. in † hæc verba,ſi actus eſt miſtus,& compoſitus ex duobus ſimplicibus ab altero ex illis ſimplicibus denominandus eſt,quem facere intendit ille,qui miſtum actum agit,idque notauit ex gloſſ.eſtque vulgaris regula in his, quæ miſturam habent,quod prævalet,inſpiciendum eſt.l.quæritur.ff.de ſtatu homi.l.ſed & quæſitum.ff.de libe. & poſthum. Accedat vulgaris l.ſi quis nec cauſam.ff.ſi certum petatur, cum his, quæ ibidem doctor. ſcripſere,& vt proprius ad rem accedamus. Alciati ſententia auctoritate Barto. confirmari videbatur: qui in citata l. quæritur. inquit in verba infraſcripta. Si aliquis tanquam mercator vocatur ad aliquod munus,tabellionum finge,& peritus eſt in viraque arte, cui magis debet obedire? Et putat arti, ſeu officio cui magis adhæret,& citat dicta l.legatis.§. ſi vnus. Verùm

Source : BIU Cujas

rũm licet prædictorũ auctoritas,& rationes adductæ me valde mouerint:contrarium tamen puto verius, hos ſcilicet mercatores non eſſe. Mouet me eadem l.legatis.in §.ſi ex officio.cõſiderando hoc modo,mercator dicitur gerere officium,vt probat Signo.in conſilio 95.numero 25.& probauimus ſupra verſicu.rurſus quæritur. At qui pharmaca conficit, & officinis aſſidet,dicitur artifex,& in artificio eſſe. † officium autem artificio mutatur,nõ idem econtrariò, vt probat Iuriſconſultus vbi ſupra,& in l.ſeruis.in §.ſeruis.eodem titu. Et prædictorum differentiam reddit gloſſ.in §.ſi ex officio quã approbat ibi Bart. officium artificio ideo mutari,non autem econtrario,artificiũ officio:quoniam artificia potentiora ſunt,& quadam animi aſſiduitate dicuntur,eò quòd inde vberior, & honeſtior quæſtus percipitur,officia verò ad tempus, & propter vrgentes neceſſitates ſumuntur,& officium eſt,quod habetur a natura ſine doctrina.Artificium verò ſine doctrina haberi nequit, vt notauit ibi Barto & in lege ſi non ſortem.alias incipit, indebitum. in §. ſi libertus.numero 8.ff.de condi.indebit. & Luc. de Penn.in l.j. in princip.& in l.fin.numero 7.de excu.art.C.vbi inquit, artificium mutare hominis conditionem, & potentius eſſe officio, refertque verba Accur. proximè relata. Sequitur ergo id genus hominum denominandum potius eſſe ab artificio, tanquàm potentiori,cum artificium extinguat nomen officii, ex conſequenti non eſſe mercatores. Et hæc ſententia comprobari poteſt ex his,quæ ſcribit Archidiaconus in capitulo ſi duo de offi. delegat.Ait enim,ſi duo permiſcẽtur, quorum alterum ſit pro-
52 tentius altero, † potentius quod eſt,attrahit ad ſe naturam minus potẽtis:& ſi debilius in numero excedat illud quod eſt potentius,citat capitu.aqua.de conſec.eccleſi.vel alta. Rurſus cõfirmatur ex his,quæ ſcripſit gloſſ.14.quæſtio.3.in ſumma, in fin.
53 † licitum eſſe clericis emere rudem aliquam materiam, & inde aliquod artificium facere,ſi eis ſua non ſufficiunt.91. diſtin.capitu.clericus victum. & tunc ſubdit,non acquiri lucrum ex negotiatione.ſed ex artificio,quod & Apoſtolis licebat.21. quæ-
54 ſtio prima.capitu.primo. † Accedat,quòd doct. noſtri dicunt, ſi compromiſſum factum eſt in duos arbitros, quorum alter eſt clericus,alter laicus,reductio ad arbitrium boni viri petenda eſt coram iudice eccleſiaſtico,epiſcopo, ſeu vicario: ſecundùm Bald.in l.præcipimus.C.de appella.Iaſ. Imperium. colum. ſecunda.numero 3.ff.de iuriſdictio.omnium iudic.Roma. conſilio 265.addit.ad Abba.in capitu.quintauallis. numero 38. de iure. Matth.de Afflict.deci.50.item fuit. Staph.in tract.de literis gratiæ.& iuſti.pagi. mihi 158. hoc tamen vltimum non ex omni parte concludit. Sed ex iam dictis reſpondendum puto, in propoſita quæſtione,vt ſupra. Nec obſtat text.in §.ſi vnus. quoniam ſeruus ille plura artificia habebat,nimirum ſi cedit legato eius artificii,in quo plerunque verſabitur. At in caſu noſtro proponitur quempiam ex officio ad artificium ſe dediſſe, vnde præualet artificium,vt probatur in §.ſi ex officio.& ad interpretationem ſi libet,quæ ſtatim dicemus, legito. Minus & moueat,quod ex ſententia Gemi.retulimus,quoniam dico nõ admittendum,vbi alterum altero mutatur, prout in propoſita facti ſpecie,officium artificio mutatur,& lex nominat ab artificio,tanquam potentiori. Poſtremò ſententia Barto. quæ noſtram interturbare videbatur, non moueat: † diuerſa enim eſt
55 quæſtio a noſtra,& commune nihil habeat. Apud eum enim quæritur, cui magis debeat obedire? Noſtra autem diſputatio eſt,an dicatur mercator, vel artifex, vel verius (quod nihil licear dicere pace tanti viri) errauit Barto. in eo iudicio, vbi miſtura eſt officii & artificii. Nam tabellio dicitur artem exercere,vt ſcripſit Ange.in conſilio 33.ſupradicta reformatio,citat l. prima.& l.medicos.C.de prof. & me. libro 11. vnde ſententia Bart.infirmari videbatur excitato per nos.§.ſi ex officio, & his, quæ dixit Barto.in l.quæritur.Adde Bald.in l.penult.C.de conſtit.pecu.circa fin.& Aſte.in 3.volum.de conſti.& Deci.in verbo mercator.hi enim & additi ad ea,quæ ſcripſit Barto.non nihil ſcripſere,non tamen quæ nos diſſeruimus,attigere. † Proxi-
56 mè accedit his,quæ nuper diximus, quæ nunc ſe offert hæſitatio. Videmus quotidie in variis & diuerſis mercium generib. complures ſe exercere. Nihilque prohibet id fieri.l.procuratoris.§.ſi plures.ff.de tribus.l.cuicunque.in §. Labeo.ff. de inſt. & vnuſquiſque mercator a merce,in qua verſatur nominari ſolet.l.cum duobus.§.quidam ſãgariam.ff.pro ſocio. Verbi gratia,mercator lanæ, mercator coriorum: A qua ergo negotiatione ſeu merce id genus hominum appellari debeat,quæri poteſt:& reſpondendum de iure videtur mercatorem huiuſmodi nominandum ab illa negotiatione, in qua plerunque verſatur dicta l.legatis,in §.ſi vnus.l.eius,qui.§. primo.ff.de muni. & probari hæc ſententia poteſt ex pluribus ſimilibus locis, quæ copioſè & eleganter retulit Iaſ. conſilio 74. in caſu,volumine 3.& ex his,quæ ad rem noſtram non inſubtiliter ſcripſit Signo. in conſi.ſemel atque,iterum relato.numero 95. & hoc ſpectaret,quæ ſcripſit relatus Barto.in l.cum quæritur. ff. de ſtatu homi. Rurſus ad rem facit,quod idem Barto.ait in l.Ariſt.ff.de donat.numero 2.dum docet ad diſcernendum contractum per-
57 mutationis, † a contractu venditionis in re dubia inſpiciendũ eſſe,ſi maioris valoris ſit res, quæ datur pro re, quàm pecunia, permutatio iudicetur potius,quàm emptio & venditio,& ſcribunt iuris interpretes,& præcipuè Iaſon in l.2.in fin.princip.ff. ſi certum petatur.& in capitu.ſi quæſtiones.extra de rerum permuta.& ſexcenta doctorum loca refert Andr.Tiraquell. in cõ. de vtroque ret.§.30.glo.j.numero 9.& numeris ante pag. 542. ad quem in hac materia ſemper confugito. Ego tamen ſemper putaui prædicta in re dubia admittenda, vel vbi mercatura minus potens ſtare nequit cum principali. Secus, ſi alia mercatura,in qua minus vertatur,nil prohibet, quin cum alia concurrat,in qua plerunque verſatur, & quæ principalis eſt, quoniam ea mercatura,quæ non æquè principalis eſt, tunc etiam conſideranda eſt,quemadmodum dicimus de miſto ſeparabili. Nam tunc prout de quolibet ſimplici iudicatur, vt ſcribit Ange.in l.ſecunda.in princip.ff.de verborum obliga. & hanc interpretationem veram eſſe puto,& probari ex commenta-
58 riis Deci.in l.rogaſti.ff.ſi certum petatur.nume. 7. † qui putat.l. quæritur.ff.de ſtatu homi.& §.ſi vnus. hanc interpretationem recipere ac etiam ſimilia,quando quod principaliter agitur ſe (vt eius vtar verbo) non compatitur cum eo, quod in conſequentiam venit,tunc quòd principale eſt inſpiciamus. Secus verò,ſi id quod in conſequentiam venit ſe compatiatur: hoc enim caſu illa qualitas etiam minus potens ſpectari ac conſiderari debet,hanc noſtram interpretationem ſenſit Signor. in relato loco,dum contraria ſoluit,& ſubdit Deci.vbi ſupra poſſe aliquem in albo deſcribi in diuerſis ſeu duobus exercitiis, &
59 † vt ipſe dicit,matriculari,& oneribus vtriuſque artis aſtringetur;vt not.Roma.conſi.422.iſte Franciſcus. Hæc enim delatio ſeu in album aut matriculam deſcriptio aliquem ad onera ſubeundum arctat,quanuis parum in illo exercitio ſe exerceat, citat Bald.in rubr.de conſtitu.pecu.in fin.& eundem Bal.in l.penulti.C.eodem titu.quibus proximè ſcriptis addes ipſe,quę nos in vltima parte dicemus,cum de conſtitutionibus mercatorũ differemus.verſicu.ſubiungit idem Bald. & ſuperioribus, quæ ſtatim dicemus. † Agitata eſt illa quæſtio, nec ab re proponenda,num vt quis mercator dicatur,neceſſarium ſit, vt ampliorẽ
60 ſubſtantiæ partem in mercibus contulerit? In quo iuris articulo Deci.in capitu.primo.numero 29.extra de iudiciis inquit,neceſſariò id requiri: Abb.ibidem ſenſiſſe,qui citat l.ſemper. in §. negotiatores.ff.de iure immu.& addit Bart.in eadem l.in §. negotiatio.in eadem opinione fuiſſe,& in rubri.de naui.libro 11. & Alexan.ex facto conſultum idem reſpondiſſe, vt patet conſilio 108.viſo themate,libro 4.Subiicit idem Deci. hanc ſentẽtiam ſimpliciter intellectam abſurdum continere, eueniret.n. vt qui ſæpius,& longo tempore ſe in mercatura exercuiſſet,priuilegiis mercatoribus conceſſis non frueretur,ſi bona immobilia,quæ mercator habet, merces ipſas in valore ſuperarent. Vnde hanc ſententiam intelligendam putat in eo, in quo plures qualitates concurrerent, in quibus inter ſe eſſet repugnantia. Tunc inſpicienda illa eſt qualitas,in qua magis verſatur, & quæ præualet.l.legatis.§.ſi vnus.ff.de leg.3.& l.quæritur.ff.de ſtatu homi. Vel hæc ſententia accipienda eſt,quando fraudis eſſet ſuſpitio,vt quia ſe quis mercatorem fingeret, cùm non eſſet, citat Barto.in relata rubri.de naui. Pro qua vltima declaratione addo ego tex.in l.3.in §.diuus quoque Pius.ff.de iure immu. Hactenus Deci.in ſupraſcripta,ſeu verba ſimilia,qui addit, qđ primo loco dixit maximè procedere,ſi is in mercatorum albo deſcriptus eſſet,& adde eundem Deci.in l.rogaſti.in princi.nume.7.& ſeq.ff.ſi certum petatur.

Ego autem in hoc iuris articulo admodum neceſſario, fremant,qui velint,dicam audacius quid ſentiatque puto enim: de duobus ſeparatim quærendum eſſe. Alterum eſt,an vt mercator quis cenſeri poſſit,neceſſe ſit maiorem facultatem ſuarũ partem in mercibus,ſeu mercatura habere? Alterum, nũ mercator ampliorem ſubſtantiæ partem in negotiationem non habens,potiatur immunitatibus mercatorib.conceſſis, ſiue a iure communi,ſiue municipali lege? In prima igitur quæſtione illum ego puto mercatorem rectè dici poſſe,quem ſupra primo loco deſcripſimus,ſeu definimus,& nõ puto oportere ampliorem ſubſtantiæ partem in mercibus habere, quod etiam comprobare poteris ex pluribus,quæ ſcripſimus ſupra verſicu. item quæro,an qui ſemel,& quæ ad hunc locum pertinent illinc aſſumens,nec legi text.dicentem id eſſe neceſſarium,nec Bartol. expreſsè dicit in citata rubric. de naui. vt refert Deci. & minus Alexand.in citato conſilio,& Abb. ſimiliter id non exprimit, licet id innuat cum relatis,dum citat text. in lege ſemper, in §.
61 negotiatores.ff.de iure imm. Verùm † quia huic ſententiæ noſtræ valde aduerſari videtur citata l.ſemper. in §. negotiatores. verſic.diui Adr. & §. negotiatio.eadem l.videmus hos text. loqui in quibuſdam negotiatorib.& quidem publicis, ſeu ad publicam vtilitatem deſtinatis,& cauſa immunitatis principalib. conſtitutionibus certa forma conceſſæ. Et quoniam præfationes,& libẽtius nos ad lectionem propoſitæ materiæ perducũt, & cum ibi venerimus, euidentiorem præſtant intellectum, vt

inquit

Source : BIU Cujas

inquit Iuriſconſ.in l.j.ff.de ori.iu.præfari libet,fuiſſe negotiatores,qui annonam vrbis adiuuabāt: Item nauicularios,quidem publicos, qui annonæ vrbis ſeruiebant, vt in rubric. C.de naui. ſeu nau. public. † & hi immunitatem a muneribus publicis conſequebantur:vt dicit Iuriſconſultus ad verbum in lege 62 3.in §.negotiatores,& forſan alii erant nauicularii,& alii negotiatores. vt probari videtur apertè,meo quidem iudicio, ex uerbis Iuriſconſulti,vbi ſupra,& in aliis locis.d.l.& in l.nauicularii. ff.de mune.& ho.eſt enim copula inter hos, quæ inter diuerſa plerunque adiici ſolet,licet Barto.in d.rubr.ex ſententia Accur. ſcripſerit,nauicularios dici tribus modis.Primo,illos,qui nauē faciunt,deinde,qui in mercaturam nauium ampliorem ſubſtāſtantiæ partem contulerint,& illos tertiò,& poſtremò, qui naues ducunt,& idem Accur. ſenſit in citato.§. negotiatores, in verſic.annonæ vrbis,in uer.ſunt & alii qui maiorem partem facultatum habent in negotiatione,& in iſtis omnia ſunt neceſſaria,quæ in nauiculis,vno excepto,ꝙ non ſeruiebant annonæ vrbis.hactenus Accur. Sciendum eſt etiam nauicularii quadā forma,& lege immunitatem fuiſſe conceſſam, ut dicit Iuriſcōſultus in eadem l. .in §.immunitati.in illis verbis immunitati, quæ nauicularii præſtatur certa forma data eſt. Et ſi non omnia,quæ principalibus conſtitutionibus cauta erāt eis congruebant,non poterant vti priuilegio ſibi indulto,ut Iuriſconſultus ſubſequitur. Idem arbitror negotiatoribus huiuſmodi immunitatem fuiſſe conceſſam principalibus conſtitutionibus certa lege,quēadmodum nauicularii,vt tales negotiatores, qui annonam vrbis adiuuabant frui priuilegio immunitatis poſſent. Cautum enim erat,vt maiorem partem facultatum in negotiationibus contuliſſent. Idque probatur etiam in l.nauicularii,& in d.§.diuus Adrianus. Adeo ꝙ ſi aliquis negotiator talis locuples factus eſſet,propter legem,& formam datam immunitati, erat exercenda negotiatio per incrementa facultatum, vt dicitur in §.negotiatio.ea.l.& prædicta lex,& forma immunitati da tę erant,ne quis negotiator,ſeu nauiculator, negotiatoris, ſeu nauicularii antedicti imaginem ſe indueret, vt ſubſequitur Iuriſconſul.vbi ſupra.Ex quibus præfationibus euidenter patet.§. diuus.& §.negotiatio mouere non poſſe. Et non eſſe neceſſarium,vt quis dicatur mercator,maiorem partem ſubſtantiæ in mercibus contulerit.Loquuntur enim in publicis negotiatoribus,& quibus certa lege & forma immunitas conceſſa erat, & ſpecialiter,vt maiorem partem ſubſtantiæ in mercibus habeāt. Quod & fortius procedit,ſi ſecundùm Barto.& Accur.nauicularios,& negotiatores eoſdem fuiſſe admittamus: hi enim publici negotiatores erant,vt conſtat ex rubri.citata de nauicu. & naui.pub. Nil mirum ergo,ſi immunitatibus,ſeu priuilegiis vti non poterant:quoniam (vt oſtendimus) certa forma immunitatis data erat dicto §.immunitati. Et illud etiā tento dicere,negotiatores, qui annonam vrbis adiuuabant, quive immunitatem habebant,vt ſupra illos fuiſſe,de quibus meminit Impera-
63 tor in l.ceſſante.C.de commer. & merc. † qui erant nume. 563. Idque comprobatur:quoniam lex illa inſcripta eſt Præfecto prætorio,& ītelligo vrbis Romę Kat exchèn,oper antonomaſia.§. ſed ius quidem ciuile.inſti.de iu.na.Non autem Præfecti Orientis ſeu prefec.pręt.Aphr.& quia in titulis ſitis in C.additur,licet gloſ.& doc.in l.ceſſante,intelligāt de illis mercatoribus, qui ad domum principis pertinebant quibus obſtant duo. Alterū eſt, quia num.563.uidetur nimis magnus ad domum principis,argum.etiam l.j.C.eo.de cō.& mer.conſiderando illa verba negotiatores (ſi qui ad domum noſtram pertinent,) & reliqua. Alterum eſt inſcriptio facta præfecto prætorio,de qua diximus & his addes.§.negotiatores,in publicis negotiatoribus locum habere.Pet.Anti.ſenſiſſe in tract de mu.ſtatim referendus,& legitur in l.j.in §.itē collegium.ff. quod cuiuſque vni. Nauiculariorum corpus ſeu collegium,qui & in prouinciis ſunt, ſenatuſc. & principalibus conſtitutionibus fuiſſe confirmatum,& de negotiatoribus,qui imperiali deuotioni deſeruiebāt, vide l.negotiantes.C.de exc.mu. libro 10.

Conſequenter & mouent nos,quæ adduximus,& conſideraſſe uimus immunitatibus & priuilegiis lege municipali conceſſis, mercatores,qui non ampliorem ſubſtantiæ partem in mercib. habent,frui atque potiri poſſe,& a Decio nō diſſentimus, licet difficile a tot legum prudentum verticibus diſceſſerimus, præcipuè quia Alc in citato conſ. ſecundùm illam ſententiam, & Papienſe & Mediolanenſe conſilium pronuntiaſſe referat, & quibus addendum Iaſ.in l.ſcriniarios num.8.C.de teſt.mili.Sed poteſt forſan vnius & deterioris ſentētia, & multos & maiores in aliqua parte ſuperare,vt inquit Imperator in l.2.in §.ſed neq; ex multitudine.C de vet.iu.enu.& hanc noſtram ſentētiam intelligimus,dummodo quæ in definitione diximus concurrāt, & ſecundùm ea,quæ ex ſententia Decii ſupra retulimus, & nō ab re eſſe hic putauimus,quę Pet.Anti.in trac.de mune. ſub nu. 50.in 3.parte princip. plenè quidem circa immunitatem a iure communi negotiatoribus conceſſam ſcripſit, ad verbum refer-
64 re. Ait enim, interdum † excuſatur quis a muneribus propter negotiationem,qua gerit,in quo ſic diſtingue, ſecundùm Vg.Ro.& Bert.de deut. Aut enim gerit priuatam negotiationem,& ad priuatum commodum.& non excuſatur.ff.ad muni.l.filii.§.fin.ff.de mune & hono.l.fin §.ab huius.Aut gerit publicam,& ad publicum commodum,& tunc excuſatur a perſonalibus & a miſtis,& hoc quandiu negotium gerit,concurrentibus tamen,quę debent concurrere.Quę omnia dic,vt ff.de iure immu.l.ſemper.§.negotiatores,in gloſ.ſed an a patrimonialibus excuſatur.gloſ.mouet.C.de naui.l.nauic.forſan voluit citare gloſ.in l.negotiantes.C.de excu.mun.lib.10.& videtur negare.Pro qua facit,quia licet ſint abſentes cauſa Reip. vt in d.§. negotiatores,tamen ob id a patrimoniali non excuſantur, vt in milite diximus.l.ſunt munera ff.de vaca. mu. iuncta.l.pen.ff. ex quibus cauſ.maio. Et ad id facit,qđ notatur.ff.de mu.& ho. l.& qui originem.§.fin.contrarium notatur in d.§. negotiatores,& hoc videtur verius,vt in §.licet.in l. ſemper. in gl. ſumendo a contrario ſenſu,& poteſt eſſe ratio,vt gaudeant in bonis, qui de bonis ſeruiunt,& ita non obſtat,quod de milite eſt argumentum,quia tales perſonæ ſeruiunt,argum.l.milites, qui a repu.C.de re mili.Aut gerit negotiationem priuatam, ſed ad publicum commodum,& idem priuilegium habet iiſdem iurib. ſed vſque ad quinquennium tantum d.l.nauiculare. iuncto §. negotiatores,ſupra citatis.& dic vt ibi,aut gerit publicā, ſed ad priuatum commodum.& tunc nullum habet priuilegium. vt
65 ff.de iu.immu.l.j.hactenus Pet.Ant. Offert ſe † nunc alia controuerſia,quę ad hanc partem attinet,mercator mercaturæ officium exercuit,& in albo mercatorum deſcriptus eſt, ſed nūc mercaturam exercere deſtitit:num is mercator dicendus ſit,adeo vt priuilegiis mercatoribus conceſſis vti poſſit? Barto. tractat in l.3.in §.quibuſdam.ff.de iu.immu. & ſe non exercentes priuilegiis frui poſſe negat,motus Iuriſconſulti verbis ea l. in §.negotiatores.qui ait,negotiatores a muneribus publicis immunitatem conſequuntur,quandiu in huiuſmodi actu ſunt.Citat etiam elegantem text.in l.qui ſub prætextu.C.de ſacroſanc. eccleſi.& hanc ſententiam probauit Abb.in c.j.in fin.de iu.& Iaſ.in citata l.ſcriniarios.& cōfirmari videbaī ea l.3.in §.diuus. in illis verbis,licet in corpore nauiculariorum ſit,& reliqua.

Nec huic ſententiæ aduerſari videtur,quod ſcripſit Ang.in conſi.33.ſupra dicta prima,vbi in ſimili quædam iura referendo ait,ſufficere quempiam deſcriptum in matricula, licet tempore,quo immunitate & priuilegiis vult vti,non exerceat.Quoniam conſtitutio,de qua meminit,ſolum reſpiciebat exercitiū tempore deſcriptionis,in matricula ſeu albo, ac quo in numero aliorum referebatur,& in ſacculo ſeu pixide immittebatur. Sed illa incurrit inſpectio in ambiguo,quid conſtituendum ſit. vnde Alex.in addit.ad Barto.in d.l.ſemper. in §. negotiatio, ex ſententia Iacob.Butr.in prooe.ff.inquit,aut ſumus in claris,ꝙ is mercaturæ officium deſeruerit,& non exerceat,& nō eſt mercator modò,& ideò diſpoſitio,q̄ de mercatore loquitur, hunc non comprehendit,quod confirmat prædicta, & comprobare poteris ex his,quæ Signor.ſcribit in conſi.95.ſæpius relato, ſub num. 1.& in conſi.245.num. .in quæſt.qui inquit,non ſufficere deſcribi quempiam in matricula,ſeu albo mercatorum, niſi re exerceat,& ſubdit dixiſſe poſt Iacob.Butr. vbi ſupra. Aut ſumus in dubio,& tunc ſi ſolitus eſt mercari,præſumitur durare, & animum non habuiſſe nec habere deſerendi exercitiū.§.panonum.inſtitu.de re.diui.Proximamque conſuetudinem reſpiciendam inquit,non remotam.ff.de alimen.& ciba.lega.l Mela.§.j.Addes etiam prædictis,quæ ſcripſit Barto.in tracta.teſt.numero 63.verſic.aliquam ex prædictis,quem videas: pertinet.n. ad prædicta is locus & in præcedenti nu.ad inſtituendum, atq; articulum ſuper mercatore cōcipiendum. Item addes addi. ad Fel.in prooe.Greg.& deniq;,& hæc his,quę diximus ſupra verſi. item quæro,& illa iſtis adiicies.

66 † Scio & illud apud Alc.tractatum eſſe in l.mercis.ff.de verb. ſigni.pag.3.qđ ad hunc tract.admodum ſpectat,an mercator ſit dicique poſſit ille qui mercaturæ officium per ſe non exercet, ſe inſtitorum opera,ac ſeruorum vtitur:& putat,ſi nullo modo ipſe negotium tractet,verius eſſe mercatorem non eſſe,ſed ſi & ipſe aliquando rationes excutiat,emitque,& vendit, mercatorem eſſe non negat,quæ ſententia vera eſt,& placuit Ludo.Ro. Franc.de Aret.& Iaſ.in l.ſcriniarios.nu.8.C.de teſta.mil. & ſubdit ſenſiſſe Barto.in l.fin.ff.de excu.tut.motus illa lege,quicquid Alex.ſcripſerit in l.die functo.num.23.ff.de off.aſſeſ.& quotidianum eſſe,ad noſtræ ætatis mercatores,& hanc ſentētiam ex definitione ſeu deſcriptione primo loco per nos tradita cōfirmabis,his etiam addes,quæ infra ſubiiciemus.in verſi. & illud elegāter,in fin.num.72. † Belliſſimè etiam dubitare poſſet aliquis, 67 num mercatoris appellatione campſores contineantur. Paul. Caſt.in l.eum.ff.de inſti.contineri putat,citat l. vni.C. nego. ne milit.lib.11.Ego autem mecum ipſe cogitabam vulgare hoc verbum eſſe,& non tam barbarum,quàm quibuſdam videtur. Nam & Priſcianus libro 10. capitu.2.eoque vltimo ait: Cambio,ameibomai;ponit Chariſius,qđ eſt permuto,& eius præteritū cāpſi,quod apo tou Kampto, ecampſa, græco eſſe vī, vnde campſo quoq; apud Ennium lib.10.leucaten camplant, i. permutant,

Source : BIU Cujas

permutant,vnde item cãpsores collybistas, atque trapezitas,siue mensarios aut etiam numularios vocamus, de quibus apud Alcia.lib.j.Pareg.capitu. 46. & apud Andr. Tiraq.in comm. de vtroque ret.§.30.glo.j.pagi.640.& Luc.de Pen. in l.si cohortalis.in fin.C.de cohorta.libro 12. Quibus addes apud Ciceronẽ,
68 Act.in Verrem.4.† & alibi collybum appellari pecuniæ permutationem,& detrimentum pecuniæ, quod in permutandis nũmis assolet fieri,vulgo cambio,& perdita de laggi nuncupatur,de quo Alciatus etiam meminit,vbi supra. Igitur his præfatis,quum campsoribus ea,quæ in nostra definitione seu descriptione diximus non conueniunt, mercatores dici non posse puto,idque ex diuerso nomine etiam defendi potest l. si idem. C.de iure codicil. Nec moueat l.vni.C. nego. ne mil. loquitur enim in argenti distractoribus,& hos negotiatores esse innuit. Quod & nos concedimus,& supra ostendimus lõgam esse differentiam inter mercatorem & negotiatorem, sed hoc vltimũ verbum generalius esse,& illud non negauerim vulgi opinionem spectandum esse,de qua diximus supra versi. item & illud
69 eleganter quæritur.† An appellatione mercatoris contineantur iuuenes,qui cum ipsis mercatoribus immorantur ad ministerium,& mercaturæ exercitium discendi gratia? In qua quæstione distinguendum videbatur,secundùm ea,quæ Barto.noster scripsit in l.legatis.in §.ornatricibus.ff.de leg.3. Putat enim dispositionem seu rem,de qua agitur,considerandam. Num.l. contineat beneficium vel priuilegium,si beneficium ad discẽtes contineri:si verò priuilegium,secus. In illo enim §. ornatricibus.eas cedere probatur,quæ per duos menses apud magistrũ fuere,quæ sententia comprobari potest ex his, quæ idem Bart. Alexan.& Iaf.scripsere in l.j.circa fin.ff.solu.matrimo. & subiicit idem Barto.superiori loco,fauore legati ornatices æddiscẽtes cedere legato ornatricum,& fauore legati esse. Imo.in dic. l.prima,etiam sensit,& vt supra distinguendum in hęsitatione proposita sensit Alexand.in addi.ad Bart.in ea.l.legatis.in prin. sub litera G.Scripsit enim in hæc verba. An autem appellatione mercatoris, vel artificis veniat discipulus,vide Barto.in §.ornatricibus.infra eo.Cogitanti autem mihi, propositam distinctionem in quæstione,de qua agitur, placuit admittendam nõ esse:quoniam mercator dicitur officium exercere, & officium habetur a natura sine doctrina,vt scripsit idem Bartolus in §.si ex officio.iure enim gentium vnusquisque nouit emere, & vẽdere,licet vnus alio cautius emat,secundùm eundem Barto. in rub.de nauig.libro vndecimo, verum §. ornatricibus. loquitur in artificibus,vt sensit ibidem Barto. artificium autem sine doctrina haberi nequit,vt latè hęc ostendimus supra,versi.& cum
70 omnes in aliquo artificio adhuc discere possint.† nimirum si addiscentes legato illius artificii cedunt,alioquin nullum cedere legato necesse sit,cum omnes adhuc discere possint, & omne artificium incrementum recipiat,idque humanæ naturę cõgruum est:omnes enim natura scire desideramus auctore Aristo.in principio primi lib.Metaph. Vnde Iurisconsultissimi Iuliani sententia. Et si alterum pedem in sepulchro haberem, adhuc addiscere quidem vellem. & hanc discendi cupiditatem, solam viuendi rationem optimam, in extremum vitæ diẽ ducere debemus.l.apud Iulianum.ff.de fide liber. Cùm igitur simus in diuersis,& ratio prædicta Iurisconsulti in mercatura (q̃ est officium) cesset: consequenter relata distinctio quæstioni nostræ non congruit. Puto itaque illud spectãdum esse,in huiusmodi iuuenibus,num ea,quę in definitione diximus conueniant:solent enim & ibi plerunque mercaturam exercere,& si conueniant,mercatores esse,si verò non conueniant, nõ esse.
71 † Et his addes,quod inquit Barto.in §. ornatricibus, in legatis fieri latiorem interpretationem,& illam legem procedere in casu suo fauore legati. quod etiam probauit Imo. in dicta l.j.ff. soluto matrimo.expeditum non esse, lex enim in testamentis. ff.de regu.iur.in legatis non procedit, quoniam in his districtè procedimus.l.nũmis.ff.de lega.3.l.apud Iulianum. §.Seio. ff.de lega.j.& declarat Dec.in dicta regu.in testamen. & in consilio 289.non est parui. Vnde consequenter tento dicere,in §.prædicto,in legato ornatricum,& cedere illas, quæ per duos menses apud magistrum fuere non fauore legati, vt dicebat Barto. aduersatur enim l.nũmis. sed illa ratione,& quidem eleganti ipsius Iurisconsulti,quam supra retulimus,qua ratione Iurisconsulti distinstio Barto.etiam peruerti videbatur,& licet prædicta ex mente legum esse putem. Tanta tamen est Barto. auctoritas,vt ab eius responsis nefas quodammodo sit recedere,semel igitur,atque iterunt cogitabis. Addes etiam prædictis, quod eleganter inquit Ange.in lege quamuis.ff. de acquirenda pos-
72 sessione.† si lex municipalis de mercatore, seu artifice simpliciter meminit,intelligendam esse in eo, qui proprio nomine mercaturam exercet, non autem alieno. Cuius sententiam probat Deci.in consi.268.conclusio.in principio.citat text.in l.quæsitum.ff.de in ius vocan.l.tutorem.ff.de his, quibus vt indi.gloss.in l.lis nulla.ff.de iudi. & placet Aym. Craue. vt paret eius responsorum libro primo.consilio 100. in principio. sed hæc magis forsan congruerent his,quæ proxime diximus vers.

73 scio & illud.† Denique illud quæsitum est, vnde dicatur mercator,& Signor.in citato consilio 95.numero 25.inquit, mercator a merce dicitur, seu mercando. Ego autem puto non a mercando: sed a merce dici. Nec idem sunt, quandoquidem verbum mercor,simpliciter emere plerunque significat, vt dicam infra versicu. Mercatus.sub numero 91. & a merce mercatorem dici, sensit Alexand. in lege legatis. ff. de legat.3.citat lege mercis appellatione.ff.de verborum signifi. quæ.l.hoc innuit. Et generaliter vnà cum Alexand. dixerim, vbi supra, ementes & vendentes res,quæ mercium appellatione non cõtinentur,mercatores non esse.

74 † His igitur cognitis,quę ad propositam definitionẽ & mercatoris nomen pertinent,incurrit hic alia inspectio,vt quid ipsa mercatura sit videamus: & est relatum apud Signor. in eius responsis,respon.95.numero 26.mercaturam officium esse,qđ ratione quæstus exercetur in rebus mobilibus comparandis,illis quoque distrahendis,& omnes definitionis propositæ partes defendere conatur. Quæ definitio, meo quidem iudicio, corruit, cum non conuertatur cum suo definito:iuxta.l.j.§.j. ff.de dolo. & ea, quæ in initio diximus. Eueniret enim,quòd venalitiarii,de quibus diximus supra versicu. tractare non est etiam ab re,mercaturam exercere dici possent, quod & verum non esse eodem loco ostendimus. Item verbum, quæstus accipimus in iure pro lucro honesto,& inhonesto. Pro honesto: vt in lege coiri.iuncta lege sequenti. Cuius initium est quæstus. ff.pro socio. Pro inhonesto,& in lege palam. ff.de ritu nup. Vnde & illos,qui dilata solutione cariori pretio merces vendunt,& de quibus meminimus supra versicu. ex prædictis singulariter infero,& quos vsurarios potius nominandos probauimus,mercaturam exercere diceremus. Rursus verbum, rebus,nimis generale est.lege prima.§.rei autem verbum.ff.si certum petatur.seruos enim,& mancipia rei verbum continet.l. omnia.§ cum ita.ff.de lega.secunda. & scribit Deci. in citata.l. prima, sub nume.7.citat lege.Paulus.ff.de pignor.in §.fina.quibus adde Gulg.Baldus.& Ange.in lege prima.ff.de statu homi. qui rerum appellatione personas quoque contineri scripserunt,& licet mercis appellatio ad res mobiles pertineat, non tamen ad seruos:vt in lege mercis appellatio.iuncta gloss. & in alia lege mercis.ff.de verborum significatio. Hi enim qui seruos emunt,& vendunt venalitiarii,seu mangones,non mercatores nuncupantur,quod latius explicauimus supra versicu. illud etiã quæri potest. sub nu.16. Vnde ita plenius, & verius definiri,seu saltem describi esse nobis videtur: Mercatura est officium,quod ratione quæstus liciti exercetur in permutandis emendisque mercibus, illis quoque non mutata per se forma, nec minutatim distrahendis, & quoniam quæ supra diximus in definitione mercatoris huc quoque spectãt, singula repetere superuacuum esse duximus. Bene est etiam, priusquam ad secundam propositæ materiæ partem perueniamus, de significatione quorundam verborum ad hanc rem attinenti breuiter
75 differere.† Et illud primum quæritˉ, an mercis appellatione pecunia contineatur. & Bal.noster in l.cum proponas.C.de nau. fœne. sub numero 3. scribit in infrascripta seu similia verba. Nota,quòd hic ex quo nauis proscribitur ratione illicitarum mercium,proscribitur etiã pecunia,quæ erat in naui: hic enim erat mutata pecunia,& illa fuit cum mercibus proscripta. Item merces comparantur ex ea,& quæcunque alia. Non tamen dicas,si lex municipalis de mercibus loquatur,ad pecuniam referatur,vt ff.de rer.permut.l.prima.& ff.de lega.tertia.l. chorus.§. j.hæc Bald.quem refert Aften.in 3.volumi.de consti.& decret. in versicu.merces inquiens statutum de mercibus loquens ad pecunias non trahi secus verò de iure communi. Ego verò hanc distinctionem sine ratione esse puto. Cur enim diuersum in iure municipali,quam in iure communi sit statuendum non video,& generaliter crediderim mercis appellatione pecuniam contineri,idque fortissimo (ni fallor) argumento deducitur:Nam Iurisconsultus inquit, mercis appellationem ad res mobiles pertinere,vt in lege mercis.ff.de verborum signifi-
76 catio.† Sed mobiliũ appellatione venit pecunia, ergo & mercis appellatione. Quòd autem mobilium appellatione, pecunia contineatur, probat lege mouentium.ff.de verborum significatio.& quia mobile omne id dicitur, quod sui natura ad motum,seu mouendum est habile. Contra verò immobile dicitur,quod è loco ad locum moueri nequit, vt scripsit Oldrad. consilio 219.factum tale est,dominus rex.idque verum esse puto ex impropria significatione vocabuli,vnde aurum,argentũ, pecuniæ,pecudes,libri,mobilium appellatione continentur,vt probat Deci.consilio 472.& sequenti.citat tex.in auct. de nup. §.& quia parum.& ibidem Ange. hoc dicentem, & respondet omnibus,quæ Cor.qui in diuersa fuit sententia, adduxit in cõsilio 49.in præsenti consultatione. colum. penulti. versicu. circa pecuniam.libro 3.Addo quòd idem Deci. plenius attingens in consilio 381.visis his, quæ accurate.ex verbis Iurisconsul. in l.si chorus. in §.primo.ff.de legat.3.tres facti species non in eleganter considerauit.

Prima

Source : BIU Cujas

Prima eſt in legato mobilium nũmos repoſitos,ſeu deſtinatos,vt mutuo dentur,non venire:& cum Iuriſconſul. excipiat nũmos repoſitos,& qui mutuo dandi erant, omnes alios nũmos,qualeſcunque eſſent,includi ſenſit. Exceptio enim facta in vno caſu,in aliis non exceptis regulam confirmat l.quæſitũ. in §.denique.ff.de fund.inſtru.& ſcribit latè idem Deci. in reg.j. ff.de regulis iuris.

Secunda eſt, in legato mobilium includi nũmos repoſitos cauſa præſidii,& conſequenter in ſpecie mummos repoſitos.

Et illa tertia in legato mobilium pecunias venire citat, pleroſque in hac ſententia fuiſſe, & probat, ſuperuacuumque eſt referre,cum Decii volumina præ manibus habeantur,& ex his ſequitur.l.ſi chorus.noſtram ſententiam potius probare. Nec moueat etiam l.j.ff.de rerum permu. quoniam illud verbum, merx,ibidem pro re vendita accipitur,vt Iuriſconſul.innuit, & interpretatur Accur. Nec ex ea.l.inferri poteſt, appellatione mercis,pecuniam non contineri, ex natura enim contractus emptionis,& venditionis euenit,vt aliud ſit merx,aliud pretiũ: ſicut enim aliud eſt emere,aliud vendere,alius emptor,alius vẽditor:ita & aliud pretium, aliud res vendita. Verùm & huic noſtrę ſententiæ aduerſari videtur, quod Accur. ſcripſit in l.2. verſicu.quid enim,in verb.ſi ſint.ff.ad leg. Rho. de iac. putauit
77 enim † gemmas,margaritas,& anulos, merces dici non poſſe, quod tamen te non moueat. Accur. meritò hoc loco reprehendendus eſt auctoritate Iuriſconſult. ea l.§. cum eadem. vbi Iuriſ.in hæc verba. Et ſiquidem tales merces impoſuiſſet, quibus nauis non oneraretur,veluti gemmas,margaritas. Et cum hæc ſcripſiſſem,legi commentarios Paul.Caſtr.qui hoc ibidem notauit,& Accur.citauit in ſuperiori,& relato loco,ſubditque ex facto agitatam quæſtionem,cum quidam mercator in quadam lanæ ſarcinula gemmas,& margaritas immiſiſſet,& id publicano non denuntiaſſet,legeque municipali caueretur, mercium aduectarum cauſa quiddam ſolui, alias ĩ commiſſum incidat ſarcinula:queſitum fuit,num mercium nomine margaritæ,& gemmæ continerentur.& ait, ſe iudicem factum , & contra mercatorem,qui ſe certis conſuetudinib. mercatorum defendebat pronuntiaſſe,& rectiſſimè quidem putauit Paul.cum conſuetudines mercatorum præcipuè inter ipſos mercatores ſpectandæ ſint. Planè & illud non negauerim vocabula ſecũdùm communem loquendi vſum intelligenda eſſe, qui præcipuus eſt,& propriæ ſignificationi vocabuli prevalet. Vnde & in hoc, & aliis vocabulis acquieſcendum eſſet communi loquendi vſui.l.librorum.§.quod tamen Caſſius.ff. de legat.3.de
78 quo ſupra diximus verſicu.item & illud. † Relatum eſt apud Barto.in l.legatis.ff.de leg.3.ex facto propoſitam quæſtionem. Huiuſcemodi lege municipali cautũ erat, mercatores in mercantiis (vt Barto.vtar verbo) florenos certa ſumma recipere obſtrictos eſſe:num & id in dote procedere, & dos mercantia diceretur, hęſitatum eſſe. & reſpondit idem Barto. licet dotis contractus vltrò,citroque obligationem contineat, non tamẽ quæſtuarium actum eſſe,nec actum frequentiam,ſeu aſſiduitatem recipere,ſeu admittere, quæ in huiuſmodi requiritur.l.j ff. de tribu.& nos ſupra plenius probauimus, dotem igitur diuerſam a merce,ſeu mercantia cenſeri, quæ ſententia Barto. vera eſt,& ſolicitam tantum dubitationem recipit.

† Vulgari eſt etiam illa quæſtio, num (vt recentiores Iuriſc.
79 dicunt) mercantiæ, ſeu negotiationis appellatione legatum contineatur? & verius eſt non contineri:ſecundùm Barto.in l. cætera.in §.ſed & ſi quis.ff.de legat.j.citat l.legatis.vbi ſe ſcripſiſſe inquit.ff.de lega.3.& licet nuncupatim non dixerit:id tamen ſenſiſſe colligitur:quoniam in legato non eſt vltro, citroque obligatio, quemadmodum neceſſaria eſt in negotiatione: vt ex verbis,& mente Bart.in ſuperiori quæſtione diximus.

† Vnde idem Barto.ait,ſi lege municipali cauetur, ex quali-
80 bet negotiatione,ſeu mercantia vectigal ſolui,in legatis locum non habere,quæ Barto.ſententia recepta eſt, & omnes iuris interpretes conueniunt:vt Alex.& Iaſo. in eodem loco retulere, ſolus Iaſo.de iſto non recte dubitat. Tentat enim dicere admittendam hanc ſentẽtiam,vbi ſimpliciter municipali lege ex negotiatione,ſeu mercatura vectigal ſolui caueretur.

At vbi (prout in propoſita quæſtione) † adderetur verbum,
81 qualibet,ſubdubitat. Mouet cum gloſ.ibidem,quæ ſenſit, legatum lata ſumpta vocabuli ſignificatione negotiationem dici poſſe,& in l.Marcellus.ff.de donatio.inter virum & vxorem.

† Vnde propter dictionem,qualibet,ſtatuentes etiam de le-
82 gato ſenſiſſe videntur,& probat. Nam partis nomen licet ſimpliciter prolatum dimidiam ſignificet.l.nomẽ filiarum.§.portionis nomen.ff. de verborum ſignificat. vbi tamen adiicitur dictio aliqua,vt puta aliqua parte, propter adiunctam dictionẽ aliqua,in minima interpretantur,citat gl.in cle.j.in verſ.aut earum parte.iuncto text.de foro compet.quæ Iaſ.ſententia ex generali verborum conceptione defendi poſſe videbatur in mercantia qualibet:iuxta ea,quæ iuris interpretes ſcripſere, & præcipuè Bar.in l.j.ff.de eo quod cer.loco.Rurſus occurrit, quod ex facto conſulto placuit Veronẽſi in conſi.14. pro declarati one.
83 nu.11.refert enim Ang.Pet.in cõſi.283.viſo themate. † Reſpõdiſſe,verba,quouis modo,omnes modos, qui excogitari poſſunt,ſignificare,& probat Mar.in conſi.53.num.37.& proprius ad rem accedens.defendi videbat opi.Iaſo. ex his, quæ Gemi. ſcribit in c.2.§.j.in prin.arg.illius tex.de rebus eccle.non alie.in
84 6.Inquit enim: † ſi municipali lege cauetur, ex quolibet cõtractu vectigal ſolui propter generalia verba, recognitiones (vt eius vtar verbo) de quibus in dicto capite includentur, quæ tamen contractus nomine propriè non continentur,& probat ibidem Philip.Franc.& refert, ac valde laudat Mart. in l.vnius: in §.cogniturum.ff.de q.nu.28.& ſeq.Pari ergo ratione cum legatum a ſumpta vocabuli ſignificatione negotiatio,ſeu mercãtia dici poſſit propter illud vniuerſale verbum, credendum eſt, ſtatuentes in legato quoque locum habere ſenſiſſe. Accedant & quæ ſcripſit Bald.in l.ita nobis.C.de ad ul.& multa ſimilia re-
85 lata per Mar.ubi ſupra.† Et illud præcipuè,lege municipali ſancitum erat,maleficia quælibet a ſyndico communis denuntiari oportere,reſpondit propter verbum,quælibet, ad maleficia, quæ impunè admitti poſſunt,& propriè maleficia dici nõ poſſunt,trahendum eſſe. Item & Alc.in l.mouentium.ff.de verbo. ſigni.generalem locutionem factam verbo, quibuſcunque, ad improprium caſum trahi, quem Alci.ac ſexcenta aliorum loca,quæ ad hanc rem pertinent,citauit And.Tiraq.in comm. de vtroque ret.§.j.gloſſ.7.nu.20.pagi.78.& ſequen.

Verum hæc,& ſimilia mouere quenquam non deberent, vt a Bar.& pleriſque aliis diſſentiant. In promptu enim ſunt reſpõſa.& primum,quòd Iaſ.dicebat ea ratione remouetur: quoniã verbum,qualibet,non ita propriam verbi ſignificationem extendit:quemadmodum dictio aliquis,adiecta, & adiuncta verbo partis,propriam ſignificationem verbi partis reſtringit. In verbo enim,aliqua,ineſt quodammodo limitatio verbi partis,
86 ſi ipſi adiiciatur. † Præterea,& illud verbum aliquis, ſecundùm ſubiectam materiam intelligimus,idque notat Aret. in l. Gallus.in §.in omnibus.ff.de libe.& poſthum. quod belliſſimè demonſtratur ex l.ſi vnquam.C de reuo. dona. Non enim donatio modicæ partis facultatum reuertitur in arbitrium patroni: qui poſtea liberos ſuſceperit:vt ſcribit latè Dec.in l.j.nume.10. C.de pact.& præceptor meus Goz.in conſi.80.nume.18.in hac cauſa.& recentiores iuris interpretes in eadem l.ſi vnquàm, retulere. Quibus adde,quæ leguntur in tract.Alci. de præſumpt. in 2.parte.Reg j.verſi.13.Illud eſt etiam hic adnotãdum, ſi ſtatutum diceret,in qualibet mercantia vectigal ſolui, quod ſupra ex mente Doctorum retulimus, proculdubio eſſe, & ſi verbo negotiationis ſtatuentes vſi eſſent,adiecto verbo,qualibet, idẽ vt ſupra reſpondendum, licet id verbum mercatura (vt diximus) generalius ſit.Nam quatenus in legato negotiatio quodãmodo conſiderari poſſit,non eſt porrigendum ſtatutum vigore verbi,qualibet,ad minimè propriam (vt ita dixerim) negotiationem,argu.eorum,quæ ſcripſit Barto.in l.talis ſcriptura.ff. de lega.j.circa pecuniæ verbum.

Nec etiam moueat,quod inquit relatus Barto.in l.j.ff.de eo, quod cer.lo.quoniam vti poſſem auctoritate gl.ibid. vt loci generalitas ad idoneum reſtringatur. In quo tamẽ articulo quãdo verba generalia temperanda ſunt,vide verboſos commentarios doctorum in l.j.in §.nũtiatio.ff.de nou.ope.nunt. & præcipuè Ioan.Crot.nec etiam aduerſatur cõſilium Angeli ſupra relatum:in l.enim commune habet cum quæſtione noſtra.Nõ moueat etiam,quod Gemi.ſenſit in citato capit.2.de rebus eccle.non alie.quoniam licet propriè contractus vltrò citroque obligationem requirat:illa tamen confeſſio, & recognitio (ſic enim appellat) proprius accedit ad veram ſignificationẽ verbi contractus,quàm legatum ad negotiationem. Præterea(vt puto) Geminiani ſententia admittenda non eſt. Nam & Bart. & alii ſupra relati fortioribus rationibus contrarium ſenſere, & confirmari hæc poſſunt ex ſcriptis a doctoribus in citata.l.j. in §.nuntiatio. Andr. Tiraquell.vbi ſupra.Salycet.in l.2.C.de noxa. & Goz.in conſi.88.ſtante ſtatuto. & illud omittendum non eſt,verbum illud,qualibet,diſtributiuum eſſe,& adiectum dici poſſe a ſtatuentibus demonſtrandi gratia, ex vnoquoque contractu vectigal ſolui oportere:vim enim cuilibet tribuit inſolidum,ſecundùm Bar.in l.hoc articulo.ff.de hær.inſt.& And. Tiraquel.in comm.de vtroque ret.§.31.glo.j. & vnica, num.11. par.559.& ſeq.qui de hac dictione ſexcenta doctorum loca refert. Denique communi ſententiæ non aduerſatur illud argumentum a ſimili Marſili in citato.§.cognitum.alia enim ratio reformat pactum: Syndicus enim ſtante dicto ſtatuto maleficium,quod impunè admittitur,denuntiare debet: quia qualecunque ſit maleficium,in cognitione iudicis eſt, an puniẽdum ſit necne,nõ autem ſyndici:vt eleganter ſcripſit Bart. in l.j.in §. accuſatoris.ff.ad Turpil.& in aliis locis ab eo relatis, & probat An.in practica ſua,in uerſi. nec non ad denuntiationem.nu.7. addit idem Mar.ſimilia quædam defendendi gratia,qđ ex facto conſulto cidẽ placuit:quæ referre & ſuperuacuũ duxi,& conſequẽter reſpondere:cùm ad hanc noſtrã controuerſiã non attineant,& q̃dã diſſimilia pro ſimilib.adduxerit,vt plerunq; aſſo-

let,

Source : BIU Cujas

let,ex quibus euidenter patet à Bar.& communi ſententia recedendum non eſſe,& his addes (quod non ſemel diximus,) negociationis, & mercantiæ verbum non vnico actu conuinci, ſed frequentationem & aſſiduitatem actuum requirere, vt ex facto cõſultus reſpondit Are.conſ.29.diligenter,num.14.qui iuribus probat.

87 † Illud in dubium reuocari etiam poteſt, an mercis appellatione veſtimenta contineantᷣ,& cætera, quæ habemus ad vſum quotidianum pertinentia,ſeu quotidianum penus.Reſpondendum tamen eſt,vt in l.j §.ait prætor.& in glo.in verbo,accedũt. & in l.ſed & ipſi.ff.nau.cau.ſtab.& vide etiam Pau.Caſt.in l.2. §. cum in eadem.ff.ad l.Rhod.de iac.& vide etiam quid idem Paulus Caſt.de eadem dictione mercis ſcripſerit, in conſi.40.Iſtud

88 nomen graſſia,in 1.par.†vbi etiam quid appellatione huius verbi vulgaris graſſia,quid frugum,quid annonæ, & quid venaliũ contineatur,non in ſubtiliter diſputat.& denique ſciendum eſt

89 mercaturam, & mercem inter,ſe differre.† Merx. n. eo ſpecies ipſa quæ emitur,venditurve:Mercatura verò, actus mercandi: & Bud.refert relatum à Iac.Spieg.auctoritate Cic. defendente, mercem pro penſione,& annuo reditu etiam accipi.Sed & ipſe à ſignificatione,à lege data,quam retulimus, nec tranſuerſum

90 (vt aiunt) vnguem recedas.† Fuit etiam quæſtionis,quod mercatus nomine contineretur.& Alex.noſter.in conſ.36.viſo the

91 mate.volum.2.† Subdubitans tentat dicere legem municipalẽ, quæ à ſocio initum mercatum,ratum haberi mandat,de re mobili tantum intelligi quandoquidem mercatus a merce deducitur,per locum ergo,qui à coniugatis dicit, vbi merx non eſt, ibi nec mercatus,citat l.mercis.ff.de ver.ſign.& Accur. in l. vni. C.de nund.in verbo,mercatoribus. Alc. vero in ea.l.mercis. & Alex.refert,& id nomẽ potius trahi credit a verbo mercari, qđ verbum ſimpliciter emere plerunque ſignificat,ſubdit,atq; ita vulgaris loquendi vſus ſeruat. Quę ſnĩa Alc.cõprobari poſſe videbatur ex rub.C.quę res vendi non poſſunt,& qui vendere vel mercari vetantur,& eo.ti.l.fi.& l.conſilio.§ quæſitum.ff.de cur. fu.In illis verbis,eum quoque, qui ab altero ex curatoribus fundum furioſi legitimè mercaretur,& Ter.Agrum in proximum hinc mercatus eſt.& idem in Eunu.Eunucum,quem mercatus fuerat frater Thaidi,rurſus Alex.ſententia hæſitationem hic vidĕbatur,quando doctores noſtri vtuntur hoc verbo, & in bonis immobilibus,vt patet ex ſcriptis Paul.Caſtr.in l.conractus. nu.5.C.de fi.inſt. Inquit enim in hæc verba, Partes concluſerũt mercatum de vna poſſeſſione,& reliqua.Nec mouet,ꝙ relatus ait Accur.In dicta l.vni. C. de nuncijs enim in codice meo verbum mercibus,non mercatibus expoſuit:quinimmo retorqueri poſſe videbatur,ea.lex,ſi quis initium legis conſideraret in illis verbis,qui exercendorum mercatuum,aut nundinarum licẽ tiam obtinuerit.Dicitur enim ex his quæ antea geſta ſunt accedentes ad locum,conueniri non poſſe.Quæ ſecuritas etiam intelligitur conceſſa in venalitijs quod eſt ex vi verbi mercatus, vt colligitur ex initio dict.l.& relatis verbis, vnde cum nomen mercis non referatur ad ſeruos (vt non ſemel dicimus) ſubtiliter cogitãti innuit lex,verbum,mercatus, potius a verbo mercor,quum a merce deduci:& confirmari poteſt;quia ipſe locus in quo huiuſmodi fiunt,etiam ſeruorum dicitur. Indicat Terẽ. locus in Adel.emptæ mulieres complures, niſi eò ad mercatũ venio, damnum eſt maximum, de quo etiam nomine ſcribitur in cap.1.de emp & ven.in hæc verba. Presbyteri plebes ſuas admoneant,vt non carius vendant tranſeuntibus quam mercato vendere poſſunt.& inquit Imp.in aut.vt non fiant pignorationes.Nullam in mercatis prævalere pignorationem. hoc quod maximè ibi præſumptum inuenimus, & ſecuritatem non præſtare,& ſine permiſſu,ſeu principis priuilegio fieri poſſe, Bal.& Sal.referendo in ea.l j.C.de nund.ſcripſit Bert.in trac.de gabel. in 2.part.octauæ partis princ.nu. 19. Sed vt vnde diuerteram ad propoſitam quæſtionem redeam,an ad immobilia hoc verbũ porrigendum ſit, ſubſiſto,vt inquit Iuriſcon in l.ſi me & Titiũ. ff.ſi cer.peta. & in l. ſeruum quoque.ff.de procur. & verba legis municipalis diligenter inſpicienda, rationemque eius conſiderandam,& ex his diſcerni facilè poſſe,an de mobilibus tantùm vel etiam immobilibus ſtatuentes ſenſerint, & in dubio puto debere dici,& mobilia,& immobilia comprehendere.

92 † Et poſtquam in ſermones nominum incidimus, nec quidem tacebimus promercalis nominis expoſitionem. Promercalia enim (vt Budæus ait) dicuntur quæ paterfamilias venalia habet,præter ſeu extra ea,quæ vſui ſuo ſeruiant,quidam etiã dicunt promercalia proprie dici merces, quæ primo minoris emuntur,vt poſtea carius diſtrahantur,quarum rerum negotiatores græco vocabulo προπῶλαι nuncupantur, de hoc nomine meminit Iuriſconſultus in l.ꝙ ſi hæres.ff.de impen. in reb. dot. 99 fa.In hæc verba:ꝙ ſi hæres,in quib.impeniæ factæ ſunt promercales fuerint,tales impenſæ non voluptariæ, ſed vtiles ſunt, & de ſignificatione uerbi vide Ioã. Bap pium anno.poſte.c.94.& Alcia.in li.1.prętermiſſorum,in verbo promercalis,& And Tiraq.in com.de vtro.ret.§.1.gl.7.n.110.pag.107.vbi de auro pro-

93 mercali.† Sed his addes mercimonium; quod nomen mercium contractionem ſignificat,indicat l.nobiliores.C.de commer.& mer.& ſicut à patre patrimonium, ita à merce mercimonium dicimus,de qno verbo meminit Imper.in l.2.C.de epiſc. & cle. & ſummus Pontifex in c.ſi.extra de iude.& in l.1.C. de natu.li. In illis verbis,vt quæ mercimonijs publicis præfuerit,quemadmodum de mercatione Imp.inquit in l.vni.in §.ſimiliqúe modo.C.de latin.li.tollen.impiam ſ.mercationem eſſe,ſi dominus ancillam tentauerit proſtituere.De quo meminit Gemi.in c.ejiciens.88.diſtin. & nos ſupra retulimus, ſed & ipſum mercimonium pro mercibus aliquando accipimus:indicant Plau. locus in amphi. vt vos in voſtris voltis mercimonijs emundis vendũ

94 diſque me lętũ lucris afficere,& alibi:† commercium,etiam cõ mutationẽ mercium dici.Albe.inquit in dictionario ſuo, & ad omnes contractus referri,& Alex.in l.cætera.in §.ſed & ſiquis. ff.de leg.1.Commercium propriè eſſe ſcripſit,vbi aliquid ſimul cum alio geritur,& certè generalius hoc verbũ eſſe receptũ eſt Vnde legimus Iuriſcõſultos ipſos dicere conſueuiſſe,ẽt in reb. immobilibus rem aliq̃ eſſe in commercio, vel non eſſe, patet ex l.apud Iulianum.in §.conſtat.ff.de le.1.& in l.multum intereſt.ff.de verb.obli.& notauit Bal. in l. & ſi dotis.col.pen. & fi.C. de iu.dot.& generale verbum eſſe ad oẽm cõtractum probatur in c.Lotharius,de proh.feu.alie.per Lot.& auctoritate Acc. in §.1.inſtit.de inuti. ſtipu.& in l.ex hoc iure.ff.de iuſt.& iu.& commerciorum duo eſſe genera,notauit Bud.in an.ad Pan. pag. 19. alterum voluntariũ,vt emptio,venditio,mutuum,ob id voluntarium dictũ, ꝙ eorũ principium in arbitrio noſtro ſitum eſt, alterum non voluntarium, & huius generis partim clãdeſtina eſſe,vt furtum,adulterium.Partim violenta,vt verbera, vincula,raptus,vt ſcribit etiam Io.Cor.in l.multum intereſt,ſupra citata,commercium propriè tractatum frequentem mercaturæ ſignificare,& facultatem mercium emẽdi,& vẽdendi, & in iure noſtro deſignare liberam cuiuſuis poteſtatem res dominio, & vſibus proprijs aliquo modo ſubijciẽdi,vnde iura dicunt, res quaſdam eſſe,quarum commercium habere non poſſumus,id eſt eas res tales eſſe,vt comparari,& in dominiũ,vſusve noſtros redigi non poſſint. Et deniq; de hoc nomine crebra eſt mẽtio in iure noſtro,ut d l.ſed & Celſus,in prin.& l.qui officij. §. 1. de emp.& uend.l.uſucapionẽ.ff.de uſu.l.ſi emptionem § omnium ff.de contrah.empt.l.inter ſtipulantẽ.in §.ſacram.ff de uer.obl. l.5.C.quæ res uẽd.non poſ.& in l.j.C.quæ res exp.& pleriſq; aliis

95 locis.Sed nominibus † relictis illud in ambiguo eſt,num nomini merx,ſeu mercantia plura corpora ſubijciantur,ideſt,uniuerſale corpus ſit,in quo una res loco alterius ſubrogetur,adeò ꝙ, ſi corpora renouẽtur,ſeu res mutẽtur renouata priorum loco ſuccedant,ſicut de grege,& peculio dicimus l grege.ff. de pig l. proponebatur.ff.de iud.& uerius eſt eſſe.Id.n.ſenſit Bal.in l.ubi adhuc ſub nu.18.C.de iu.dot.unam.n.rẽ loco alterius ſubijci,ex preſſim notauit.Et idẽ opinatur Bar.in l.cũ pater.in §.menſæ.ff.

96 de leg.2.inquiẽs uniuerſale verbũ eſſe.† Vnde ſi mercator mercantiã ſuã legauerit,& debita,& credita huic legato cedere reſpondit,& hæc ſnĩa probatur in l.Procuratoris. in §. mercis. & in §.ſi propter.& §.ſi plures.ff.de tribu.& comprobat aliis auctoritatib.Neg in tract de pig.in 2.mem.2.partis prin.nu.17. & ſeq. qui So.in l.qui Romæ. in §.Callimachus.in 2.notabili ꝫ ſentiẽtẽ eleganter non immerito notauit: & ne inutiliter hanc quæſtione à nobis tractatũ putes,ipſum legito, & quæ nos cum de ꝫctib. mercatorum diſſeremus,uer.ſciendũ eſt ẽt dicemus.

Verũ non me latet eundẽ Bar.Soc ex facto ꝫſultũ rñdiſſe,ut putet 2 reſp.li. conſi.254. uiſa & ꝫliderata ꝫtingentia facti,col.

97 fi.inquit. n. Licet † frater proprio noĩe pecunia fratris negocia geres ſibi acquirat,& non fratri,ut notat Bar.in l.Titiũ aut Mæuiũ § altero.ff.de admi.tut.& in l.ſi patruus.C.com.ut.iud. illud tñ admittẽdum eſt,qñ frater pecuniam fratris ſimpliciter acceperet,ꝫ uero ibi cõem negociationem ſeu mercaturam, unus ex fratrib.incepiſſet noĩe proprio adminiſtrare,tunc.n. menſa & negociatio non põt ex parte unius augeri: quinetiã ex alterius parte augeatur:agitur.n.de iure uniuerſali:ſicut diceremus in peculio,grege,uel hæreditate,& refert & plurib. modis probat Dec.in conſi.255.caſus,de quo quæritur,& his auctoritatibus,quas Neg.non retulit,eius ſnĩam confirmabis,& Socini auctoritatẽ ſuamet infirmabis,& addes ẽt Pet de Anch.in conſil.

98 332.Pro clariori deciſione,col.2.† Sed & illud huic rei adiicien dum eſt,quod beliſſimè Iuriſconſult.ait in l. rerum miſtura.ff. de uſucap. Tria eſſe corporum genera, Vnum quod continẽt uno ſpiritu,ut homo,ſignũ,lapis,& ſimilia. Alterũ,quod ex cõtinentibus, hoc eſt ex pluribus inter ſe cohærentibus conſtat, ut ædificium,nauis,armarium. Tertium,quod ex diſtantibus cõſtat,ut corpora plura non ſoluta,ſed uni nomini ſubiecta,ueluti populus,legio,grex.† Nouiſſimè illud adnotãdum eſt, quod ſummæ prudentiæ & auctoritatis inqt Plato in dialogo, q̃ inſcribit ſophiſta,ſeu đ ente,Mercaturã duplicẽ eſſe:ſcripſit.n.in hęc uerba:Mercatura prætereà duplex eſt. Altera ad uictũ corporis ſpectat,altera ad animi diſciplinã, cõmutatq; numis eruditione. Theæ.quę admodũ dicit?Hoſp.Qđ ad animũ attinet,forſitan ignoramus.Nã quod ad corpus,agnoſcimus.The.Nẽpe. Hoſp.

Source : BIU Cujas

Beneuenuti Stracchæ. De Mercatura.

Tum profectò, qui musicam alibi quidem discendo emit, alibi docendo vendit, literaturamq; similiter & præstigia cæterasq; animi disciplinas tã serias, quàm iocosas, mercatorem nihilominus, quàm corporis alimenta uendentẽ dicimus, & reliqua.

Pars Secunda.

ARGVMENTVM.

De statu mercatorum: & his, quæ ad eorum statum pertinent.

SVMMARIVM.

1 *Mercatorum vsus antiquitus in Insula Rhodo fuit, & ab eadem. Insula naualium commerciorum leges dictæ sunt.*
2 *Solon iuuenis ad mercaturam se contulit.*
3 *Sapientissimi viri mercaturam exercuere, & de mercaturæ commodis.*
4 *Mercatorum & campsorum massa, summum bonum & quintum elementum, secundùm Bald. licèt tempestate nostra atrocia admittant.*
5 *Mercatorum status est in magno discrimine salutis æternæ.*
6 *Deceptio an permittatur in emendis, vendendisq; mercimonijs.*
7 *Religio non læditur ab eo, qui scienti valorem rei pluris vendiderit, si tamẽ is necessitate ductus non emit, & an bono viro congruat decipere.*
8 *Mercatores, an quæ dixerint in vendendis mercibus, præstare teneantur.*
9 *Mendacium omne in rebus contrahendis tollendum est; quia mendacium sine peccato esse non potest, & in mendaces mercatores quædam.*
10 *Fides recta, ac bona in mercatoribus præcipuè esse debet, & seruare debent, quæ eis placuerunt semel.*
11 *Mercator callidus laudatur, qui sine dolo malo deseruiat per dissimulationẽ, & sua, vel aliena tueatur.*
12 *Mercator experiẽtia laudatur, & plurimũ in mercatura valet experiẽtia.*
13 *Mercator literarũ nõ ignarus esse debet, & qui sua prudẽtia instructus sit.*
14 *Mercatores Florentini sunt diligentes, & pecunias dormire non sinunt.*
15 *Mercatores probè se agant circa omne officium suum, & temperent se ab his, quæ sint prohibita: rationes diligenter cõficiãt, & calamo nõ pareãt.*
16 *Mercatores, an sint vtiles, & necessarij vrbibus, & commoda, atque incõmoda, quæ a mercatoribus proueniunt, enumerantur.*
17 *Mercatores, an sint habendi inter honoratas personas.*
18 *Officium, seu ars dicitur nobile ex loci consuetudine, atque opinione.*
19 *Mercatura refert, an tenuis, vel magna, vel copiosa sit.*
20 *Magnus, & diues mercator pecuniam in promptu habere præsumitur, cõtra verò si tenuis sit.*
21 *Melior conditio dicitur oblata, vbi boni campsores ad emptionem accedunt.*
22 *Mercatori vili, seu pauperi asserenti gemmas, seu pretiosas margaritas habuisse non creditur.*
23 *Præsumptio exclusiua doli mali ex conditione mercatoris accipitur.*
24 *Mercator diues si visus est exire è domo Sempronij, cui magna pecuniarũ summa subtracta fuit furto, solus quæstioni subijci potest.*
25 *Mercator, qui multa merces habet, quæ difficile amoueri possunt si conueniatur, non tenetur satisdare de iudicio sisti.*
26 *Mercator qui in periculoso loco merces habet iuxta flumen, vel mare, vbi numerus piratarum esset, vel in montibus, verisimile est nõ soluẽdo effici.*
27 *Mercator fœnebres pecunias recipiens, præsumitur citò pauper, & nõ soluendo effici. Quod declara, vt in seq.*
28 *Mercator, qui ad diem merces emit, & easdemmet viliori pretio, quàm emerit, præsenti pecuniæ vendit, breui ad inopiam redigi præsumitur.*
29 *Argumentum à solitis in iure fortissimum.*
30 *Certare cum vsuris cum fructibus prædiorum stultissimum est, & declaratur Ciceronis locus, & admonentur ciues Aiconitani ne faciant.*
31 *De statu illius mercatoris maximè dubitandum, qui ære alieno grauatus iam cœperit sarcinulas componere.*
32 *Lex in omnibus ff. de iudic. locum habet tam in cõtractibus bonæfidei, quàm stricti iuris, & exempla subijciuntur.*
33 *Mercatores extranei an sine causa a dominis locorum expelli possint.*
34 *Mundus est omnibus communi patria.*
35 *Popularũ appellatione, an aduenæ incolatũ habẽtes, cõtineantur, & nu. seq.*
36 *Mercatores inclytas nominatim vetustis legibus prohibitas ciuitates transgredi prohibentur sub pœnis.*
37 *Marani pessimum genus hominum, & multa aduersus eos, relatiuè.*
38 *Mercatores dum vagantur, inter miserabiles personas communerantur.*
39 *Mercator absens mercaturæ causa, an ex voluntaria seu probabili causa abesse censeatur.*
40 *Mercatorib. christianis prohibitũ est esse cõmerciũ cũ Saracenis & hostib. populi Romani tpe belli, & in mercib. non prohibitis, & etiã prohibitis.*
41 *Merces prohibitas etiam redimendorum captiuorum gratia ad hostes belli tempore deferri non licet.*
42 *Saraceni dicuntur, qui nec vetus, nec nouum testamẽtum recipiunt, seu deos plures colunt.*
43 *Mercatores Christiani cum hostibus & Saracenis inita pace vel pacis indicys possunt habere commercium.*
44 *Persæ semper graues populo Romano fuerunt.*
45 *Argumentum a contrario sensu non sumitur, vbi legum correctio sequitur.*
46 *Saracenorum secta minus mala, quàm secta Hebræorum.*
47 *Iudæi amiserunt regnum, & subijciuntur Christianis.*
48 *Mercatoribus christianis exceptis Saracenis & hostibus cum alijs, cum quibus nec pax, nec bellum existit, possunt omnes merces ad eos exportare.*
49 *Rex Francorum si Regi Angliæ bellum indixerit, merces, siue licitæ, siue illicitæ exportari è loco ad locum non possunt.*
50 *Commercium est regulariter inter Christianos, & Iudæos, fallit in quibusdã casibus enumeratis.*
51 *Aduersaria quæ sint, & quid codex, & quare appellatur codex.*
52 *Codex rationum mercatorum, vt more proborum mercatorũ institutus, & conscriptus dicatur, quæ requirantur.*
53 *Codex rationum debet habere inscriptionem, & ex ea sumitur argumentum mercaturam communi nomine factam.*
54 *Societas prosecuta, seu renouata ex præfatione codicis ostenditur.*
55 *Inscriptio codicis rationum si reperiatur deleta in casu notabili defenditur.*
56 *Liber rationũ, vt legitime confectus dicatur, necessarium est, vt ex eo explorari possit, computationes probè, an improbè sint relatæ.*
57 *Officiales quem modum in conficiendis rationibus seruare debeant.*
58 *Liber rationum omnia singulariter, & explicitè continere debet, & non continere summas in genere, vel in concreto.*
59 *Librum rationis de more factũ oportet, in quo loci consuetudo spectanda est.*
60 *Rationes in codice descriptæ causam continere debent, & incerta, vel obscura causa non sufficit, coniecturalis vero sufficit.*
61 *Rationes in codice mercatorũ, & diem, & Consulem an debeant continere.*
62 *Liber rationum, & rationes ipsæ bonam fidem continere debent non repugnantia aut non verisimilia.*
63 *Liber rationis mercatorum carere debet inductionibus, superinductionibus, cancellationibus, & omni suspitione.*
64 *Scripturæ mercatorum stabiles, & firmæ esse debent, ad quarum fidẽ frequentissimè decurritur.*
65 *Liber mercatorum non refert, an ab ipso mercatore, vel alio scriptum sit, & non est necesse tex. in eo adnotari.*
66 *Mercator, qui tenetur reddere rationẽ, quatuor implere debet, edere librũ legitime confectum, calculum ponere, reliqua reddere, & mo ram solutione eius, quod debetur purgare.*
67 *Calculatores, quũ inter partes dantur, notionem habent, & ex simplici datione videndi rationes, & calculandi potestas iudicandi data censetur.*
68 *Mercatori credendũ non est, qui in reddenda ratione se librum non confeciſſe asserit, vade si non edit, occultari præsumitur, & pro iuretur in litẽ, & quid, si dicit se perdidisse, vel in longinquo habere.*
69 *Mercatorum libris an sit habenda fides. Et quid, si testator mandat in re quapiam credi, ac multa alia relatiue.*
70 *Mercatores an teneantur edere codicem rationum.*
71 *Merces seu sarcinulæ præsumuntur illorũ esse, quorum signis sunt signatæ.*
72 *Nauis præsumitur illorum esse, quorum vexillis nauigat.*
73 *Equus illius esse præsumitur, cuius signo est signatus.*
74 *Stigmata militem, habitus clericum, stola sacerdotem, & cucula monachum ostendimus.*
75 *Nomina inuenta sunt, vt homines agnoscantur, & signa, vt res indicentur.*
76 *Pileati serui qui essent, & quæ mancipia, quæ coronis induta vænibant.*
77 *Pileus signum sacerdotalis dignitatis.*
78 *Mercator si egit aduersus alium consequendi gratiam sarcinulas quasdã, & probauit tantum sarcinulas, de quibus agitur, suo signo signatas, non potest obtinere.*
79 *Equum, vel bouem quærens vendicare, vel possessionem obtinere, an sufficiat probare mercatum merco sui gregis.*
80 *Signum alienũ an liceat imprimere rebus proprijs, & sequent. numeris.*
81 *Ratio naturalis, ac rationabile dictũ instar legis mouere debet, et rationem, vel legẽ quærere, vbi naturaliter sentimus, est infirmitas intellectus, & multa notabilia de ratione.*
82 *Iuramentum in supplementũ cessat, vbi præsumptio est contra iurantem.*
83 *Merces, de quibus est controuersia, si reperiantur signatæ signo actoris, & rei, quid iuris.*
84 *Actio Publiciana contra eũ, qui titulo possidet, non datur, & quare.*
85 *Actor si probat merces suo proprio signo signatas, itẽ & se signasse, Reus verò titulum, quòd sit locus absolutioni.*
86 *Actor si probat merces suo signo signatas, & se subsignasse, quòd plene nõ dicatur probasse, & an iuramentum in supplementum deferri possit, necne.*
87 *Res publice ex signo publico euidentissime demonstrantur.*
88 *Consuetudini, quòd res ex signis demonstretur, an probetur. an stari debeat.*
89 *Mercatores numero tres si emerunt singuli duas sarcinulas, & vnus Venetias nauigauit cũ eis, & direpta fuerint à piratis duæ aduenientis, num ex cõmuni signo sarcinulis adiecto cõmunicatio, & inuicem possessionis traditio facta censeatur, & seq. nu.*
90 *Interpretatio ad l. 1. in §. si dolium, & l. quòd si neque. ff. de peri. & com. rei vend.*
91 *Mercatores ne diuersarũ negociationum fiat confusio, & ne oriatur incertitudo, vbi forsan societatẽ coiuerunt signo ex cõmuni consensu facto vtiuntur, et in libris notant.*
92 *Mercator an signo alterius mercatoris vti possit.*
93 *Signa publica auctoritate constituta significandæ, atque demonstrandæ alicuius singularitatis gratia propria auctoritate sumere non licet, vel eis uti sub pœna.*
94 *Priuatis priuatorum signis vti regulariter est permissum, cessante fraude.*

95 Mercator

Source : BIU Cujas

95 *Mercator non potest vti signo alterius, qui primo vsus est, vbi fieret ingiuria vel ignominiose vteretur. Et exemplum additur in decoctore.*

96 *Mercator non potest vti signo alterius mercatoris, qui primum vsus est, vbi primus lædi posset, & interesse sua, vel publice: non licet tamen quæri, nisi ex magna causa.*

97 *Signum finita societate, seu diuisa apud quem remaneat, & nu sequent.*

98 *Societate inita, si vnius ex socijs signum acceptum est propter suam forsan fidem, seu famam, ea finita apud eum remanet, cuius erat.*

99 *Societate inita si nouum signum est electum, ea finita, vel diuisa apud quem remanere debeat.*

100 *Mercatores si de signo contendunt, ille qui agit, lite pendente, signo vti nõ potest.*

101 *Mercatores si præbuerint testimonium contra signum proprium et quidem falsum, penam falsi non euitant.*

POstquam (ni fallor) & definitionibus, & quæstionibus quid sit mercator, quidve mercatura, copiose ostendimus, necessarium esse itaque videtur nobis statum ipsorum mercatorum demonstrare, ac post de cæteris ad mercatores, ac mercaturam ipsam spectãtibus proximos atque coniunctos applicantes titulos (vt res patietur) dicimus.

1 † In insula Rhodo antiquitus mercatorum vsus fuit, & ab eadem insula hodie naualium commerciorum leges dictæ sunt, capitulo Rhodiæ, secunda distinctione, quam insulam claram fuisse, nemo est, qui nesciat, vnde Oratores opinor, laudabunt alij claram Rhodum, aut Mytilenem. Et sapientes viros, & quidem primarios mercaturam aliquando fecisse legimus. Refert
2 enim Plutarchus in vita Solonis, † eundem Solonem adhuc ad modum iuuenem ad mercaturam se contulisse, vt profusior, & sumptuosior, & molior esset in victu, vtque libentius, ac licentius in suis Poematis de voluptatibus loqueretur, quàm Philosophum deceret, & illa mercatoriæ vitæ rationem accepisse dicitur, & eodem loco scripsit in verba infrascripta. † Mercatura
3 autem ad barbarorum necessitudines, regumque amicitias cõparandas plurimum valere putabatur, ex eadem quoque hominum multarum, & maximarum rerum vsum experientiamque percipere, ex quibus nonnullos conditores maximarum vrbiũ extitisse: vt Massalias primus, qui à Celtis iuxta Eridanum maximè obseruatur, Thaletem quoque & mathematicum Hippocratem exercuisse mercaturam ferunt, Platoni etiam olei in Aegypto exportationem peregrinationis viaticum suppetijsse. Hæc ille. Bald etiam noster in consi. 348. factæ fuerunt. numero
4 4. volum. 1. † Mercatorum, & campsorum massam summum bonum esse, inquit, & quintum elemẽtum, licèt tempestate nostra atrocia admittant. Idem etiam Bald. in capit. cum causam. de testi. exclamans ait, O quò vadit anima mercatoris, quem refert Ioan. cor. Miscel. iuris lib. 3. ca. 24. num. 9. & in titu. de seruine offic. Ium. num. 16. qua Baldi sentẽtia motus, & egomet mecum cogitans animam, & corpori, & cunctis rebus præponendam. l. sancimus. C. de sacrosanc. eccl. c. sedulò. 38. dist. Accur. in l. j. ff. de pac. & in Spec. de in integ. rest. ver. sed quid de mercatore. † & statum mercatorum in magno discrimine salutis æter-
5 næ versari. Difficile enim est inter ementis, vendentisque commercium non interuenire peccatum. c. qualitas. de pœn. dist. 5. glo. in summa. 14. q. 3. & Psal. inqt Pſ. 70 Qm̃ non cognoui negociationes, introibo in potentias Domini. c. consequens. & c. quoniam. 88. distin. volui mercatores admonuisse, vt saluti eorum consulant. Et in quibus casibus mercatura licitè contrahatur diligenter perquirãt. De quo nos non nihil in prima parte scripsimus.

6 † Nouerint & illud vulgare, mercatores in emendis, vendendisque mercimonijs naturaliter concessum esse, quod pluris sit minoris emere, quod minoris sit pluris vendere, & licere contrahentibus se circunuenire. l. in causæ. §. idem Pomponius. ff. de mino. l. item si pretio. §. fi. ff. loc. Idque iure etiam. pontificio intra dimidiam concedi. c. cùm dilecti c. pe. extrà de empt. & vẽdi. id intelligẽdum esse in deceptione re ipsa. Secus verò si hoc ipso, vt venderet circunscriptus quis esset, & (vt nostri dicunt) si dolus cõtractui causam daret, vel ex proposito interueniret, vt eleganter notauit Abb. in c. in ciuitate. de vsu. nu. 6. post Ioã. Cal. in c. nauiganti. eo. ti. & sensit Bart. in d. §. idem Pomponius. Licet enim quæstus causa mercatura exerceatur, & naturalis sit deceptio, non tamen dolo malo pluris res vendendæ sunt. Deceptio enim ad pretium non ad animi fallaciam referenda est, confugient ergo mercatores, qui religionem colunt ad loca, quæ nos aliquando citauimus, legantque Sal. qui bellissimè ar-
7 ticulum disseruit in auth. ad hæc. C. de vsu. q. 21. num. 17. † Scribit enim inter alia se putare religionem non lædi ab eo, qui scienti valorem rei, pluris vendiderit, si tamen is necessitate ductus non emerit, quod & Imo. notauit in capitulo 1. de emptio. & vendi. contra verò secus. Et certè inhonestum est, & bono viro decipere non congruit, vt notauit Accur. in l. semper in contractibus. ff. de reg. iur. quem non improbat Bal. in auth. ad hæc. in pe. col. C. de vsu. & in c. quanto de iure. ex quo sumpsit cautelam Io. de Ana. in c. in ciuitate. colum. 8. de vsu. quam tamen improbat Deci. in citata regu. semper in contractibus. & latius in l. penulti. num. 7. & sequen. C. de pact. & ad relatam regulam addes Ludo. Goz. in consi. 14. nume. 14. † Illud etiam,
8 quod ad rem valde pertinet prætereundum non est, mercatores quædam si dixerint in vendendis mercibus, præstare eos nõ debere, sed ea, quæ ad nudam laudem mercium pertinent. Nã (vt Vlpianus ait) referendo Pedium in l. sciendum. ff. de ædil. edic. Multum interest commendandarum mercium quid dixerint, an verò præstaturos se promiserint, & vide elegãtem text. in l. quod ven. ff. de dolo malo, & quæ scri. Andr. Tiraquel. in com. & vtr. ret. pag. 771. nume. 49. Planè commendatio mercium fit, cum aliquo temperamento, non enim mẽdaciis vtãtur, sed honesta commendatione. Tollendum enim est (vt ait Cice. off. lib. 3.) in rebus contrahendis omne mendacium.

9 † Idque maximum Christianum decet, quoniam mendaciũ sine peccato esse non potest. capitu. super eo, de vsu. capitu. beatus. 22. quæstio. 2. capit. primum. eadem caus. & quæst. vbi diuus August. in hæc verba. Quisquis autem esse aliquod genus mẽdacii, quod peccatum non sit, putauerit, decipiet semetipsum turpiter, cum honestum se deceptorem arbitretur aliorum. ca. mihi autem, & c. omne. ea. caus. & quæstio 88. distin. capit. quoniam non cognoui. Verùm licet vnà cum Saly. in d. auct. ad hæc exclamare. O magnam notam temporum nostrorum, & quis est hodie mercator, qui in vendendis mercibus non dicat mendacia? & plerunque, vt emẽtes alliciat, etiam deieret? Forsan inquit Saly. hodie nullus, sed antiquus horum peculiare vitium fuisse satyricus ostendit, dum ait?

Cum plenius equo.
Laudat venales, qui vult extrudere merces.
Et alius Poeta cecinit.
Periurata suo postponit numine lucro.
Mercator stygiis non nisi dignus aquis.
Caueant igitur mercatores a mendaciis.

Inquit enim text. in capitulo, quid est aliud. 88. distinctio. Negotiatores, qui per immoderatum pecuniæ ambitum polluunt merces suas, plus periurus onerando, quàm pretiis, tales eiecit Dominus de templo. Vnde Bertr. dicere consueuerat, mercatoris domum, & veritatis, & æquitatis plenam esse oportere, vt patet consi. 253. vol. 2. col. fi. non põt. Accedat & illud in plurib. iuris articulis statutũ esse mẽdacẽ mendacii pœnas luere, quorũ aliquos attingemus, cũ de decoctorib. disputabimus.

10 † Sane & illud in ore omni populo est, nil esse, quod lumine clariore in mercatore præfulgeat, quàm recta fides, & obseruãtia: & licet grauissimum sit fidem fallere. l. j. ff. de constitu. pecu. Cum nil tam congruum sit fidei humanæ, quàm ea, quæ placuerunt, seruari. l. j ff. de pact. & copiosè scribunt recẽtiores Bononienses in sing. 148. graue. Multo tamen grauius id esse in mercatore propter bonam fidem, quæ inter eos seruanda est, nemo est, qui nesciat. Inquit enim Bald. in capitulo, si pro debilitate, de offi. deleg. bonam fidem in his valde requiri, qui plurimum negotiantur, & bene censuisse scripsit Iaso. in l. iurisgẽtium. §. sed cum nulla. numero 11. ff. de pac. & his addes glos. in l. a procuratore. C. manda. quæ inquit, nil melius bona fide, & notandam Bald. ait, pro bonis mercatoribus, & contra falsos mercatores, qui arripiunt fugam cum pecuniis alienis, & vide Nicol. Boe. decisione 215. & antequam veniam.

Quæ igitur placuerunt, seruent mercatores, & a cauillationibus sint alieni, neve Thraces imitentur, qui pactis cum hostibus aliquot dierum induciis, nihilose eius noctu populabantur agros hostium. Et cum quærerentur aduersarii tanquam inducias illi violassent. Responderunt, nihil præter pacta feciſſe. Dies autem pepegisse, noctu tantum incursasse dixerunt. Vnde vetus illud Adagium. Thracium commentum aduersus eos, qui pacta eludunt callido commento. Hæc enim pactio inducíarum per aliquot dies, & ad noctes proculdubio referebatur, de quo meminit Cicero offic. libro primo. Andt. Tiraquell. in comment. de vtroque ret. §. primo, glos. 11. nume. 9 pag. 262. & scribit Bertrand. consi. 298. volumine secundo, num. 8. de decori magno tribuendum mercatori, qui pactionem seruare recusat, cui addes Ange. consi. 77. super primo puncto, colum. 11.

11 † Planè callidum mercatorem laudamus, & qui sine dolo malo per dissimulationem deseruiat, & sua, vel aliena tueatur, vt inquit Iurisconsul. in lege prima. in §. dolum. ff. de dolo. Vbi Accur. in verbo, deseruiunt, finge, inquit, in mercatoribus, qui mercium dominium in alium transferunt, ne depredentur, in qua glos. sententia. vide Ange. ibidem, & quæ late Nicol. Boer. scripsit decisio. 300. numero 4. finge aliud exemplum in l. secunda. C. de comm. & mer. aurum subtili ingenio barbaris auferre, vbi Accur. ait, hunc bonũ esse dolum. † Experientẽ etiam
12 maluerim mercatorẽ: plurimũ. n. in mercatura valet experientia. Vnde plerunq; vidi mercatores ualet superlucratos esse, q aliorũ prius institores fuerunt: ex alienis. n. negotiis (vt Comicus ait) sibi exemplum sumpsere cõtra verò nouitios quosdã, qui cum se mercaturæ vix dederunt, in magnis mercimoniis se implicantes, rem suam malè gessisse.

Source : BIU Cujas

13 † Placet etiam mercatorem literarum non ignarum, & qui sua prudentia instructus sit. Natu (vt Comicus ait) dii immortales homini quid præstat, stulto intelligens quid interest? & sectò imperitos mercatores multis captionib. suppositos, multorumque insidijs expositos experientia videmus. Non enim laudo, non inquam, ò mercatores vos imperitos laudo, in quibus finxit exemplum Barto. in auctent. sed nouo iure. C. si certũ peratur. & Saly. ibidem quomodo enim illam æquitatis formulam custodietis? de qua in vltima parte differemus. Ait enim idem Comicus, homine imperito nihil quicquam iniustius, qui nihil nisi quod ipse facit, rectum esse iudicat.

4 † Socinus etiam noster mercatores florentinos pecunias & merces dormire ait non sinere, in consi. 87. colum. pen. volum. j. in præsenti consultatione. scribit etiam diligentes esse, & mercatorem nostrum huiusmodi esse desideramus, & fidelem & diligentem amamus. §. fin. institu. de susp. tut.

15 † In summa mercatores probe se agant circa omne officium suum, & temperent ab his, quæ sunt prohibita, vt eleganter Iurisconsait in l. j. in §. prætereà. ff. de offic. Præ. vrb. & actus sui rationem diligenter conficiant. l. argentarius. in princip. ff. de edẽ. calamo non parcant, omnium enim habere memoriam, mortalitatis nõ est, sed diuinitatis potius §. omnium. in l. 2. C. de vet. iu. enu. infirmitas enim memoriæ (quæ labilis est) damnũ plerunque mercatoribus solet afferre. Seruent igitur, quæ de rationibus statim dicemus.

16 † Quæritur, an mercatores sint vrbibus vtiles & necessarii, nec puto deesse qui negarent. Ipsi enim alieni regni (qđ non conuenit) scrutantur arcana, ac detegunt ideſt mercatores C. de comm. & merca. vnde legimus Carthaginienses distincta diuersoria mercatoribus statuisse, nec ea illis cum ciuibus communia esse voluerunt. cæterum mercatoribus in forum via patebat, ad naualia autem & secretiora vrbis loca ne aspectus quidem concedebatur, & Græci intra vrbes minimè recipiebant, sed quo ciues a suspitione periculorum essent alieni, a Pomeriis non longè forum venalium statuebant, legimusque varias gentes mercatores ad se accedere prohibuisse, ꝙ mores deprauarent, ab ipsis enim monopolia legibus prohibita: vt C. de Mono. l. vni. ab ipsis noua quæstus causa commenta, qbus locorum ciues pecuniis & facultatibus exinaniunt, ab ipsis denique (vt experientia docet) diuersa incommoda atq; mala proficiscuntur, & hæc sententia lege ipsa probari videbatur. Innuit enim Imperator in l. nobiliores. C. de comme. & merc. in illis verbis, pernicioſum vrbibus mercimonium. Contra autem, vrbibus necessarios & vtiles esse videbatur, idque probari ex his, quæ scripsit Barto. in l. ambitiosa. num. 23. ff. de decret. ab or. fa. Item ex his, q̃ notauit Accur. in l. vni. C. de nund. in verb. locorum. dum ait, habẽt magnum commodum, eo ꝙ propter forum terra eorum impinguatur. Et cũ mercatores necessaria ad victũ quotidianũ transferant, atq; asportari curent, remunerand a eorũ pericula, quin ẽt coortãda meritò placuit, vt q̃ munerib publicis cũ periculo & labore fungerent̃, a domesticis vexationib. & sumptib. liberarentur, vt inquit Iurisc. in l. sp. in §. negotiatores. ff. de iure immu. ex qua Iurisconsulti auctoritate hæc sententia satis probari videbatur. Et populum Romanum id sensisse. locus Ciceronis indicat in oratione ꝙ lege Manilia. Ait enim populum Romanum sæpe mercatoribus ac nauicularioribus iniurioſius tractatis bella gessisse. Rursus nulla regio, non prouincia, nedum ciuitas sibi sola ad omnia sufficit, sed altera alterius ope & auxilio indiget. Hæc enim frugibus, illa auro & argento, cæterisque metallis aliisque rebus abundat, contra alia prædictis vel horum aliquibus vacat, idque bellissimè poeta innuit Geor. lib. 6.

India mittit ebur, molles sua thura Sabei.
Aut Calybes nudi ferrum, virosaque pontus.
Castorea. Eliadum palmas epiros equarum.

Vnde & Plinius victus causa mercaturam inuentam dictitabat, & summæ prudentiæ atque auctoritatis apud græcos Plato in dialogo 2. qui inscribitur de Repub. vel de iusto, inquit. constituere ciuitatem in eo loco in quo aduectionibus non indigeat, fermè impossibile est. & certe mercatoribus non indigere probat Item expedit Reipub. subditos habere locupletes. §. fina. institu. de his qui sunt sui vel alij. iu. & in auct. sine quoquo suffrag. §. cogitatio, & mercatores quæstus causa laborant, & omnis eorum vita est ad quæstum. Legimus etiam in ambiguis, iura mercatoribus in ipsis mercimoniis seu mercatura fauere, vt sensit Alexand. in consilio 130. in fin. volum. 7. nec desunt iuris interpretes, qui in hac sententia fuerint. Nam Albe. in rubri. C. de comm. & mer. vrbibus necessarios & vtiles mercatores esse putauit; citat l. 2. ff. de nundi. Quæ tamen lex in casu suo locum habet, videlicet, vel in triconibus, vel in officialibus publicè ad id speciatim destinatis. vt Accur. in Gloss. fina. eius l. scripsit. & Bal. in l. Macedoniani. in fin. C. ad Maced. inquit mercatores esse, publicè est vtile. Prętereo multa, & quidẽ cõsulto, ac de industria, q̃ hincinde dici possunt. Verũ breui quid ipse sentiã habeto, in hac quæstione vt nostri loquunt̃ bro ccardiri posse pro & contrà, brocardica vocantes, quæ rectius proplexa dici possunt, & his addes, quæ **Cornel. Agri.** scripsit in lib. quem de incer. & naui. scientiarum inscripsit, in rubric. de mercatore. capitul. 72. & sequent.

17 † Item quæritur, an mercatores inter inhonoratas personas habendi sint, & mercatura sit sordida, nec ne? Ioã. Stap. in tract. de grat. & expect. in 5. part. versic. circa tertiam partem. num. 6. & seq. Tho. 4. notans quendam, qui inter ignobiles censeri putauit, nobiles & honoratas personas ait, vbi mercatura magna & copiosa est, & maiorem partem facultatem in ea cõtulerint. l. semper. §. negociatio. ff. de iure immu. vbi hoc immunes esse probatur: defendit etiam, quoniam his definitio nobilitatis conuenit: de qua apud Barto. in lege prima, C. de digni. lib. 12. Quæ sententia defendi potest ex Ciceronis loco à plerisque relato, off. lib. 1. in titulo de quæs. attribusque, scripsit enim in hæc verba: Mercatura autem si tenuis est, sordida putanda est, sin magna, & copiosa, multa vndique apportans, multisque sine vanitate impartiens, non est admodum vituperanda, atque etiam satiata quæstu, & contenta potius vt sæpe ex alto in portu ex ipso portu se in agros, possessionesque contulerit, videtur, iure optimo posse laudari, at Bon. in tracta. de nobilitate in 7. parte sub num. 7. Thom. 5. refert Ioan. Bard. 10. Ethi. q. 1. interque personas inhonoratas connumerat, citat glo. in aut. de test. in §. fan cimus. in verbo, artifices. & idem sensit Alc. in l. mercis. ff. de verbor. significat. citat l. si cohartalis. C. de coharta. lib. 12. vbi Luc. de Pen. & idem Alc. respondit in tract. de Præsump. in cer. par. reg. 1. versi. 88. citat legem primam C. de Præfec. dig. & plenius iuris hunc articulum attigit Vero. in tract. de impe. mil. deli. in verbo, nobilitatis, num. 12. & ante. & seq. Tho. 5. vbi temperandum putat, nisi loci qualitas id quodammodo cogeret, in quo fructus & reditus haberi aliunde non possent, nisi ex mercatura, & ipsa mercatura magna & copiosa esset. Ego verò puto incoloratè in proposita quæstione dubitari: cum lex ipsa inter ignobiles expressim connumeret. l. nobiliores. C. de cõ. & mer. quam ad verbum placet referre. Nobiliores natalibus & honorum luce conspicuos & patrimonio ditiores pernicioſum vrbibus mercimonium exercere prohibemus, vt inter plebeios, & negociatores facilius sit emendi vendendique commercium, vbi Bald. inquit, qui facit artes mechanicas non potest esse nobilis: quinimmo credo in iure nostro verum esse, quod Bal. ibidem scripsit, ex quo nobiles mercaturam exercere prohibẽtur, si exercerunt, inter nobiles censeri, atque connumerari nõ posse: licèt in hoc Ant. sibi parum constiterit, relatus à Veronense: vbi supra: si tamen per alios mercaturam exercerent, & ipsi nõ assisterent, defendi potest nobilitatem non perdere, secundùm Alber. in l. humilem. C. de sec. nup. & probat Alc. in tract. de prę sump. in loco dudum citato, quod & ipse non improbo, quandoquidem in superiori parte versi. eos, qui per se mercaturam non exercent, nec quouis modo negotium tractant, mercatores dici non posse plenius probauimus.

18 † Plane ex loci consuetudine, & hominum opinione nobile officium seu artem esse non negamus, & locum ipsum inspici oportere, num scilicet in ciuitate inter honoris habeatur, qđ & Io. Stap. & Alc. in relatis locis placuit, qui citat Io. de Plat. in l. maximarum. C. de exc. mu. & Bar. noster in l. 1. C. de digni. sub nu. 97. lib. 12. eleganter inquit. Regulariter illud officium seu illum actum annexam dignitatem seu nobilitatem habere, qđ in vniuersitate illa vbi de hoc agitur homines opinantur, citat l. si. ff. de mune. & honori in illis verbis, & quæstura in aliqua ciuitate inter honores nõ habetur, ꝙbat etiam auctoritate Inno. in c. de multa. de præb. & profectò vbi tenuis non est mercatura: sed magna, & copiosa, vt Venetijs, & Florentiæ, & Anconæ, in pretio est, & nobiliores in ijsdem locis exercere & vidi & audiui, nec quicquam nobilitati detrahi, quinimmo hoc genus hominũ ad supremos admitti magistratus, & propter diuitias inter primarios ciuitatum haberi.

19 † Refert igitur ex sentẽtia Ciceronis, num mercatura tenuis sit vel magna, & copiosa, & mercatoris status ex ipsa mercatura iudicatur: & sanè ad hunc tractatum nõ pertinet, quæ commoda, quæve incommoda tenuiores vel maiores facultates afferant, differere, & in quibus iuris articulis deteriores, vel meliores diuites, q̃ pauperes inueniantur. Consulto igitur prætereo, & pauca de mercatore nostro referemus, & illud primum.

20 † Et magnus & diues mercator in promptu pecuniã habere præsumitur, contra verò, si tenuis sit & magna sit summa, quod notauit Bart. in l. singularia. in fi. ff. si cer. pet. vbi Iason & pleriq; alij probant, & scribit Nicol. Boe. q. 209. & illam. col. 3. licet regulariter aliquem pecuniam repositam habere non præsumat̃, vt non insubtiliter probauit Bal. in consilio 318. Practica ciuitatis, columna secunda, volu. primo, & secũdum ea quæ gl. Bar. & alij notarunt in l. cũ oportet. C. de bon. quæ li. & Aymõ Cra. in consil. 191. num. 8. volum. 1. & his adijcies tex. in l. si seruus. ff. de nox. quem videbis, huic rei & illud adnotandum est, quod elegãter inquit Iurisc. in l. eum, qui emit. in §. melior. ff. de in diẽ adiec. Meliorem conditionem afferri videri, si pretio sit auctũ.

† Sed

Source : BIU Cujas

21 † Sed ſi nihil pretio addatur, ſolutio tamen offeratur facilior pretii, vel maturior, melior conditio videtur. Idem ait, & ſi perſona idoneior accedat ad emptionem. Accur. enim in verbo, facilior, ait: vt per bonos campſores, quid ſingulariter notandum puto, & his addes, quod eleganter notauit Abb. Sic. in cap. fin. in fin. de his quæ vi met. ve. cau.

22 † Inquit enim non eſſe habendam fidē vili ſeu pauperi mercatori affirmanti gemmas ſeu pretioſas margaritas habuiſſe, cō tra ergo in diuite mercatore. Vides ergo conditionem mercatoris explorandam eſſe, eapropter Franciſ. Curt. conſi. 44. num. 23 83. † complures referendo ex conditione mercatori præſumptionem excluſiuam doli mali accipiēdam eſſe reſpondit. Vnde Angelus Peruſi in l. milites. C. de quæſtio. eleganter quærit, ſi pecuniarum magnam ſummam Sempronio furto ſubtractam 24 conſtat, † & Titium diuitem quidem, & magnum mercatorē, è domo Sempronii exijſſe, ſint qui affirment, & quidem admiſſi furti tempore, num mercatorem Titium quæſtioni ſubiicere iudex debeat? & negat quæſtioni locum eſſe. Non enim eſt veriſimile tantum facinus virum talem admiſiſſe. Sed ſi aliæ coniecturæ concurrerent verbi gratia; quia ſtatim quòd mercator exiit eiuſdem formæ, & ſigni, cuius erat ſubtracta pecunia bonam & magnam partem ab eo erogatam probaretur, putauit Ange. quia iudici liquet furtum factum, & ſolum mercatorem exiiſſe, quæſtioni ſubiiciendum, & refert: non tamē modo quo nos fecimus, & ſcripſit Franciſ. Brun. in tract de indic. & tor. in 3. quæſtio. num. 4. Thom. 15. deniq; regulam illam reum conuentum, ſi immobilia non poſſidet, ſatiſdare de iudicio ſiſti oportere. l. ſciendum. ff. qui ſatiſd cog. temperauerunt Barto. 25 Ange. & plerique alii ibidem, vt refert Laſ. ſub num. 3. † in mercatore, qui multas merces haberet, quæ difficilè amoueri, ſeu exportari poſſent, argumen. l. 3. in §. j. ff. de vino leg. vel intricata debitorum nomina in magnis pecuniarum ſummis, adeò quòd ceſſet ſuſpicio fugæ, cum non facilis ſit eorum exactio, & refert Alexand. in l. facere. ff. ſoluto matrimo. & Ioann. Bap. Seue. in tract. de debitore ſuſp. num. 10. tho. 6.

Nec illud prætereundum, mercatorum ſtatum quibuſdam legitim, s coniecturis iudicari: finge enim mercatorem mari 26 vel terra in periculoſo loco habere merces, † vel iuxta flumen forſan, quod ſic abundaſſet, ut impleſſet omnem vicinum locum, vel mare, vbi numerus piratarum eſſet magnus, vel in mō tibus habere, vbi aquarum eſſent impetus, & madefieri, poſſent, hunc enim non ſoluendo effici ueriſimile eſt, ex ſententia glo. in l. 2. in uerbo ſuſpectum. ff. ſoluto matrimo. quam probant ibi dem iuris interpretes & præſertim Barto. ſub num. 9. Alexā. ſub nume. 20. qui refert Barto idem ſenſiſſe in pleriſque locis, & præſertim in l. 3. in §. fin. ff. de libe. lega. & Laſo. ſub nume. 26. adde eundem Alexand. in l. ſciendum. in princip. ff. qui ſatiſd cog. & Laſo. eodem loco, colum. 2. Et licet caſum, aduerſamque fortunam ſpectari, ciuile non ſit, vt inquit Iuriſ. in l. inter ſtipulantem. in §. ſacram. ff. de verborum oblig. Vbi tamen præſens ſtatus futurum id indicant inſpici debet, vt ſcripſit Barto. eod. §. & in l. ſi idem cum eodem. §. fin ff. de iuriſdict. omn. iudic. Quod tamen ſingulariter temperarem, niſi mercatores, vt plerunque aſſolēt ſibi fideiuſſoribus præcauiſſent, & vt vulgo dicimus, aſſecutoribus. Tunc enim ratione ceſſante etiam præſumptio ceſſat. l. adigere. §. quanuis. ff. de iurepatr. l. eum, qui. ff. de iure. l. j. de condi. ob cau. c. cum ceſſante. de appel.

27 † Simili modo ſtatus, & conditio mercatoris dignoſcitur. Si enim ponamus mercatorem fœnebres pecunias recipere, & 33 vſuris ſubiacere, præſumimus pauperem, & non ſoluendo effici auctoritate eiuſdem gl. ſuperiori loco relatæ, quā probāt ibidem iuris interpretes & Alexan. citat text. in capitu. quanto. & eo loco Anch. de uſu. quibus addes glo. in l. qui habebat. in verbo, redacta. ff. de leg. 3. & Iaſon in l. ſi conſtante. ſub nume. 138. ff. ſolu. mat. Vſuræ enim facultates hominum exhauriunt.

28 † Nec diſſimili modo mercatoris ſtatus iudicari, atque cenſeri poteſt. Vbi enim videris mercatorem verſuram facere, ſeu dilatata ſolutione ad diem merces emere, & eaſdē viliori pretio, quàm emerit, præſenti pecunia vendere, hunc quodammodo vſuris ſubiacere, malè ſubſtantia ſua vti, & breui ad inopiā reductum iri, rectè quidem præſumes: idq; ſenſit Laſo. in l. ſi cōſtante. ſub num. 138 ff ſolu. mat. dicitur enim is (vt eius vtar vulgari verbo) ſtocchos facere, quod ex his, quæ priori loco dixi- 35 mus in uerſicu. ex prædictis ſingulariter. num. 34. confirmabis,
29 & illinc aſſumes, quæ ad hunc locum pertinent † probari etiā poteſt, & ſi lege deficeremus, argumēto a ſolitis, & ab eo, quod plerunque contingit, quod eſt in iure fortiſſimum. l. certi condictio. §. ſi nummos ff. ſi certum peta. l. fideicommiſſi. poſt princip. ff. de vſu. gloſſ. in l. neque natales. C. de proba. & latè ſcribit Deci. in conſi. 596. ad dubia. in fin. inquiens ex mente Bald. vtiliſſimum eſſe ad materiam probationum. & ſcribit Mar. ſingul. 495. videmus enim quotidie ditiſſimos quoſque mercatores huiuſmodi emptionibus & uenditionibus (vulgò in patria mea ciuanze nuncupatis) ad paupertatem, immo verius inopiam deduci, & facultates maximas quaſque exinaniri.

Et hic, quæ ſuperiori loco diximus, addes Bud. in adnot. ad Pan
30 de. in l. ſi. § ſi. ff. de pig. act. ſtultiſſimum † eſt & illud, certare cum vſuris cum fructibus prædiorum, vt eleganter inquit Cicero in oratione ſecunda Catilinaria, pag. 5. hoc eſt, ſi mercatores cum fœneratoribus conueniunt, vt eorum prædiorum, quæ pignori pro ſorte, & vſuris acceperant fructus pro vſuris colligant, quia fructus vſuris pares eſſe non poſſunt, ſtultiſſimum ideò eſt ad extremum enim omnes ſequentium annorum fructus prioribus annis debentur: itaque proprietas ipſa ære alieno onuſta,
31 creditoribus. adiicit. Potes † igitur hoc caſu cōiectura proprius accedere, mercatores q huiuſcemodi faciūt, citius rationes turbaturos. Vendere prætereà ſatius eſt, quàm modo prædicto obligare. Quòd ſi Anconitani ciues, quinimium amore poſſeſſionum tenentur, & id facere conſueuerunt, me non ſemel clamā tem audiuiſſent, locupletioribus, & meliorib. ciuib. vteremur. Nec illud tacebimus relatum Cic. locum, vt ſuprà explicandū ſenſiſſe Franciſcum Nott. de vſuris lib. primo. c. 2. in fi.

Et maximè de ſtatu illius mercatoris dubitandum arbitror, qui ære alieno grauatus, iam inceperit ſarcinulas componere, vt in ſimili Iuriſconſultus inquit in l. ab hoſtibus. § fin. ff. ex quibus cau. ma. vel alia receſſus indicia apparuerint, ad quæ l. quæſitum. cum glo. ff. de pigno. & quę notaùit Bald. in rubr. de reuo. his, quæ in frau. cre. & Bart. in l. ait prætor. in §. ſi debitorem. ff. de his, quæ in frau cred. quibus addes Ioan. Bapt. Seue. in Trac. de debitore ſuſp. & doc. & præſertim Laſ. in l. ab arbitro. ff. qui ſatiſd. cog. qui indicia, & fugæ coniecturas differendi notant, & notabit l. ſi ab arbitro in illis verbis, ſi calamitas inſignis interuenerit, vt idem ſtatueodum ſit in eo, qui mari vel terra magnā iacturam fecerit.

Bonus tamen vir variè in prædictis omnibus conſtituet, vt in ſimili Iuriſconſultus inquit in l. in fundo. ff. de rei vend. & in l. fin ff. de actio. & oblig. & habenda enim in prædictis omnibus & ſingulis eſt ratio temporum, locorum, periculorum, ſuſpicionum; ſummarum, debitorum, cauſarum, mercium, pretiorum, & qualitatum perſonarum, iuxta glo. in l. in omnibus. ff. de iudic. & Seue. vbi ſuprà, & quæ diximus in cognitione eſſe iudicandi gratia mercatorum ſtatum referre poteris prædictis omnibus, & ſingulis, prout congruunt. Quæ omnia multis iuris articulis aptari poſſunt. Verùm ad duo tantùm referre contentus ero. Alterum eſt, vt mercatores diſcant cautius negotiari, vt dicit Imperator in l. inciuilem. C. de fur. Alterum eſt, val-
32 de quidem quotidiauum † ex quo enim l. in omnibus. ff. de iud. frequenti doctorum ſententia receptum eſt locum habere, tā in contractibus bonæ fidei, quam ſtricti iuris, quod probatur in l. creditores. ff. de priui. credit. & ſcribit Alex. in citata l. 2. num. 14. ff. ſolu. matr. & latè Mat de Affl. deci. 108. procur. ſi poſt debitum ad diem, vel ſub conditione contractum in prædictis implicitum mercatorem conſtiterit, quoniam ſtatum immutaturum breui præſumitur, ſeu verius immutaſſe, & non ſoluendo ſtatim effici, pendente die, vel conditione ad idoneè cauendū cogi poſſet. Quod ſemper inrellige ſecundum ea, quæ in cognitione cauſæ verſari nuper diximus, quæ præcipuè is, apud quem notio eſt in mercatoribus exiſtimauit.

Contra autem de ſtatu illius mercatoris bene opinari poteris, quem in prædictis implicitum non eſſe & frequenter, ac ſine vanitate in magnis negotiis pertractandis, iiſdemque pergendis videris, & his addes, quæ in tractatu de decoctoribus dicemus.

† Commodiſſime hic tractari poteſt, nnm mercatores extranei, quos forenſes vocant, a dominis locorum ſine cauſa expelli poſſint, interdicique, ne intra muros territoriumque moren tur, & his recedere recuſantibus, bona auferri. Bal. noſter in c.
34 1. in §. fi. de forma fideli. ſcripſit in hæc, ſeu ſimilia verba. † Mundus eſt omnib. communis patria, & ideo expelli non poſſunt, niſi ex cauſa, qua poſſent relegari. Nam expellere, interdicere eſt, qua pœna abſque cauſa imponi nequit. ff. de interd. & releg. l. relegatorum. Vēturis autem ad patriam alienam ingreſſus denegari poteſt, & territorium interdici. ff. de ſer. ru. præd. l. diuus. ff. de vſu. l. hæres. ff. ſi ſer. vend. l. Ariſt. Poſtquam autem ingreſſi ſunt, inter populares habentur, & tam contra naturalem æquitatem, quam bonum publicum eſt eos expellere. facit in auth. de quæſt. col. 6. poſt prin. in illis verbis, ciuitas noſtra populoſa
35 eſt, ubi eſt tex. ſingularis, † appellatione popularium aduenas, ſeu alienigenas incolatum habentes contineri, idque nec vnq alibi lectum, nec relatum & compluribus legibus municipalib. aptari poſſe. Hæc Bal. Cui quædam adiicienda ſunt, dum enim
36 inquit, Mundus eſt omnibus cōis patria, † ſciant mercatores inclytas nominatim vetuſtis legibus prohibitas ciuitates tranſgredi, non niſi periculo proſcriptionis bonorum, & perennis exilii poſſe. l. mercatores. l. fi. C. de com. & merc. Item quod ait Bal. popularium appellatione alienigenas incolatum habentes cō tineri. Idem Bal. probauit in l. . in §. hæc verba. in fi ff. de neg. ge. Verùm idem Bal. parum ſibi (vt plerunq; ſolet) in hoc conſtās in rub. C. qui accuſ. non poſ. in noua urbe tex. loqui putauit, & non gñaliter locū habere, quod ſine diſtinctione prius dixerat.

Source : BIU Cujas

Sed & ipſe legito Alexand. in additio. ad Bartol. in l. in prouinciali,in § fin.ff.de noui oper.nunc. Denique & illud adnotabimus, † etſi Marani,quos vocant,permiſſu principis per aliquot annos ſint immorati in ciuitate Anconæ, cum tamen religionem nunquàm coluerit iſta natio,& deprauari mores ciuitatis horum conſuetudine videamus,chriſtianā pietatē lædi, religionem contēni,ritus alienos a fide inter plebeios ignaros induci poſſe,nōne expellendi cā eſt iuſtiſſima? ſed hæc ad curā ſanctiſſimi epiſcopi pertinent,ciuiumque Anconitanorum, q- bus cum optimus maximusque Pontifex Iulius III. reditus reſtituerit ciuitatis,& ſingulari gratia ciues præfecturæ Anconæ præeſſe iuſſerit,non dubito huic tantæ rei non eſſe aliquando conſultum,& contra huiuſmodi peſſimum genus hominum multa retulit Bund.in tract.de hæret.q.5.Thom.15. † ſciendum eſt etiam mercatores dum mercium cauſa vagantur,inter miſerabiles perſonas connumerari? placuit enim eorum labores,& pericula remunerari, vnde ſi pedagiis iniuſtè grauarentur, ſeu vexarentur,coram iudice eccleſiaſtico poſſunt conqueri, idq; ex ſententia Innocen.in capitu.ſignificantibus de offic.delega. cuius ſententiam ibidem probauit Feli.ſub nume.6. addens Ioan. de An.& Pet.de Anch.ſenſiſſe in capitu. fin. de iu. Mercatores in nundinis exiſtentes poſſe coram eccleſiaſtico iudice experiri.Sed & ipſe addes Fel.in c.cum ſit.num.41.de foro competē. qui citat Abb.in c.excommunicationi.in fi.de rap.& legito Spec.in rit.de comp.iud.adi.§.j.veſic.28.Et his addes etiam Alex. in conſi.130.in fin.volum.7.& in ſylua nup.lib.6.num.29.& in pleriſque iura mercatoribus plurimum fauent:vt in capi.fin. de treuga,& pace.& in cap.fin.vbi glo.& Ioan.And.extra de Iudę. & ſcripſit Cor.in conſi.329.circa primum &c. colum. penulti. volum.3. † Refert etiam Bertach.in ſuo reperto.in verſic. mercator.Specu.in titu.de reſtitu.in integr.§ j. verſicu.ſed quid de mercatore.differentem,num mercator abſens mercaturæ cauſa,ex voluntaria,ſeu probabili cauſa abeſſe cenſeatur? quem locum in libro meo non inueni.

Oportet etiam mercatorem noſtrum,num cum omnib.gentibus commercium eſſe impunè poſſit, non ignorare, in quo euidētioris & facilioris intellectus gratia quaſdam facti ſpecies conſiderauimus. † Et illud primū mercatorib. chriſtianis prohibitum eſſe commercium cum ſaracenis & hoſtibus populi & imperii Romani tempore belli & non ſolum in mercibus prohibitis,quas in 4.parte ſpeciatim enumerabimus, verum in omnibus mercimoniis.Non enim licet deferre, & exportare, ſeu exportari facere adhuiuſmodi gentes belli tempore merces aliquas,idque frequenti doctorum ſentētia receptum eſſe, copioſè Alexan.ſcripſit & probauit in conſi.130.omnipotentis,volu.7.& doc.præcipuè Abb.& Fely. in cap. quod olim.extra de Iudæ.& in capitu.ſignificauit. eo.titu. † quinimmo belli tempore merces prohibitas etiam redimendorum captiuorū gratia deferre non licet.d.c.ſignificauit.vbi Abb. Hoc amplius, cum gentibus huiuſmodi belli tempore commercium habere,& ſibi ſubſidium ſeu conſilium impendere prohibemus, & pœna cōtrafacientibus imminet, prætereà excommunicationis,idque probatur eodem ca.quod olim, † ſaraceni autem dicuntur,qui nec nouum teſtamentum nec vetus recipiunt ſeu deos plures colunt,vt notat Hoſtien.in ſumma in titu. de iudi. & ſara.§.qui ſunt ſaraceni.& §.ſeq.& Spec.in titu.de iud.inquit, quoſdam ſaracenos recepiſſe libros quinq; Moſaycos, Prophetarum verò adieciſſe,& refert Alexand in eo. conſi. ſub nu.11. Hoſtes verò,qui ſint,declarauit Iuriſconſin l.hoſtes.ff.de verb. ſigni.& Barto.in l.hoſtes.ff.de cap.& his addes Nico Boe.quæſt. 178.num.10.& primò præſuppono, qui ſententiam noſtram & Alexan.receptam cōmuniter teſtatur. † Deinde & illud adnotandum,ceſſante bello,ſeu inita pace,vel pactis induciis, pmiſſum eſſe & quidem indiſtinctè chriſtianis mercatoribus,cū dictis hoſtibus & ſaracenis habere commercium, ſecum habitare,ad eos quaſcunque merces exportare ſeu exportari facere, quibus ſaracenis & hoſtibus commodum etiam & ſubſidium afferatur:dummodo non ſint merces prohibitæ: de quibus ſuo loco dicemus,& ita inter omnes conueniſſe idem Alexan.ſcripſit in relato conſi.130.volum.7.qui ait probari in capit. ſignificauit.& in capitu.quod olim.de Iudæ. & in eadem opinione eſt Nicol.Boe.quæſt.178.& primo. numero 18. qui in iure noſtro receptum id eſſe confirmat:licet autem relata capita hanc interpretationem habuerint,& minime ſint mutāda, quæ certam interpretationem ſemper habuerunt.l. minimè.ff.de leg. & me auctoritates tot interpretum iuris valde mouerint; id tamen quod diximus apud me non eſt expeditum. Aduerſatur enim huic ſententiæ l.ſecunda.C.de comm.& mer.ubi Saly. ſic ait in ſumma. Cum hoſtibus populi Romani vel ſacri Imperij non licet mercari dicet forſan aliquis Salyce. nimis generaliter cum gloſſ.locutum eſſe, vel legem illam ſpeciatim in auro loqui,quod inter res prohibitas cōnumeratur; vt ait Alexand. in princip.dicti conſilii:nam & Ang.in eadem lege.11.idem in argento probat,quod & verum eſt. Obſtat etiam valde relatæ ſententiæ.l.mercatores. C.de com.& mer. vbi Imperator prohibet,ne nullus Imperio Romano ſubiectus vltra Nizibin,Calinicum,& Artaxatem emendi ſeu vendendi ſpecies cauſa audeat proficiſci,Nec pręter memoratas ciuitates cum Perſa merces exiſtimet commutandas,ſciente vtroque qui contrahit, & ſpecies,quæ præter hæc loca fuerint venundatæ vel comparatę ſacro ærario Imperij, vendicandas, & præter earum rerum ac pretij amiſſionem,quod fuerit numeratum vel commutatum, exilij,ſeu pœnæ ſempiternæ ſubdendum, & idem dicitur in lege finali,eodem titulo,& (ni fallor) hic eſt textus contra communem ſententiam.Loquitur enim in Perſis, qui erant hoſtes Populi Romani, patet ex verbis eiuſdem l.† Fœderis tempore, & qui Perſæ ſemper fuerunt Populo Romano infeſti: vt Horatius in pleriſque locis teſtatur,& præcipuè eo in loco.Quò graues Perſæ melius perirent, & alibi. Adiectis Imperio Britannis grauibusque Perſis.& licèt loquatur in Perſis tantùm,& limitata loca adijciantur, generaliter tamen intelligendum puto in omnibus Romani Imperij hoſtibus: eſt enim hæc generalis ratio in l.expreſſa.ne alieni regni (quod uon conuenit) ſcrutentur arcana,quæ ratio cum generalis ſit & expreſſa, facit, vt alij hoſtes comprehendant:nec legem ad alios extendendam dicimus:ſed illos ratione comprehendi ſecundùm ea, quæ copioſè recentiores iuris interpretes ſcripſere in auct. quas actiones. C.de ſacro. eccl. Vnde meritò Bal. noſter hoc innuens in ſumma legis,inquit, non eſt licitum mercationis cauſa conuerſari cum gentibus non gratis populo Romano,nec credantur Romani exploratores arcanorum regni alieni.Putabam etiam tādem ſententiam infirmari & alio text.clarò in c.multa mentis amaritudine,in titu.de Iudæ.extra.commu.idque tum ex proœmio tum ex illis verbis generalibus. Nos igitur qui ad liberandam terram ſanctam ſtatuimus.vt nullus arma,equos, ferrum, lignamina,uictualia, & alia quæcunque mercimonia in Alexandriam, vel alia loca ſaracenorum tetræ Aegypti deferre, mittere,uel portare, ſeu de portibus eorum & eiſdem deferantur extrahere,vel extrahi permittere,aut eis aliàs auxilium, vel fauorem præſtare quoquomodo præſumat. Planè illud nō negamus,aliam eſſe pœnam in mercib prohibitis,& aliam in nō prohibitis:in prohibitis.n. pęna publicationis omnium bonorum,& capitis ſtatuta eſt in l.2.C.quæ res expor.ſecundùm ea,q̄ latius in 4. parte differendo dicemus: at in non prohibitis ſpeciatim dicimus pœnam perpetui exilij eſſe, amiſſionisque rerū & pretij,iuxta l.mercatores, Præterea aliæ adduntur pœnę relato c.multa mentis,quas pęnas,& in ſingulariter prohibitis,& q- buſcunque mercimonijs locum habere putamus, mouent nos verba tex.relata.Et ſi,lector candide,vnius Beneuenuti ſententiam in hac controuerſia multorum,& maiorum ſuperaſſe credideris,accipe reſponſa,quæ occurrunt his, quæ Alex. & cæteros aliter ſentientes mouerunt,text.enim in c.ꝙ olim,& in ca. ſignificauit,non obſtant.quoniam vbi prauus intellectus,ſeu iuris antiqui correctio ſequitur argumentum † a ſenſu contrario ſumi non poteſt.l.2.C.de condi.inſer.l.cōuenticulam.C.de epi. & cleri.leg,nemo.C.de iuriſ.om.iud.& copioſè ſcripſerunt doctor.in lege prima.ff.de off.eius. Vel verius ex lectione dictorū capitum liquet neceſſariò a ſenſu contrario non diſponi in dictis capitibus,quod doctores inquiunt, ſed a ſenſu ꝙtrario prohibitionem ceſſare:at prohibitio aliis iuribus probatur,& facta eſt,ſ.l.mercatores,& l.fi.C.de com.& mer.ſupra citatis,& in ca. multa mentis, vt belliſſimè circa huiuſmodi argumentum ſcripſit Dec.in d.l.1.in not.& nu.53.ff.de off.eius. Dicebat etiā Ale. ſi inter Chriſtianos,& Iudæos,inter quos ceſſat bellum,eſt permiſſum mercari,& negotiari.l.nemo exterus.C.de Iudæ.ca.poſtulaſti,& c.cum ſit,& c.pe.de Iudæ. † Et ſecta Saracenorum eſt minus mala,quam ſecta Hebræorū, quod probat, ergo fortius dicendum eſt ceſſante bello, vel inito fœdere cum Saracenis, commercium debere concedi, in rebus tantum non prohibitis.Sed non improbe dici poſſe videtur,hanc rationem non cōcludere,diuerſa enim eſt ratio, nec par in Iudæis, & Saracenis, idque ex eo;quoniam Hebræi amiſerunt regnum.† Et id colliges verum eſſe ex relatis per eundem Alex.& tex.in l.mercatores ſubiicit rationem.Ne alieni regni ſcrutentur arcana. Item Iudæi ſubiiciuntur Chriſtianis,& Imperio Romano,tanquam ſerui ſubiecti eſſe debent.c.Iudæi.de teſt.vbi Abb. & debent re, & factis illorum ſe ſeruos eſſe aſſeuerare: quos Chriſti mors liberos,& illos ſeruos effecit.Cum ergo & dicta ratio,& rationes qnæ colliguntur ex c.multa mentis,non conueniant Iudæis, ut Saracenis,argumentatio Alex.corruit,conſiderandæ ſunt n. perſonarum qualitates,deteriori,ſeu melioti loco habeantur in caſu,de quo quęritur,deteriores ſunt Saraceni hoc in loco,tum propter potentiam,quam habent,tum etiam ex cauſis in pluribus relatis capitib.expreſſis,& præcipuè in capitulo multa mentis,& in l.2.ver.pernitioſum.C.quæ res expor. & hæc in iure vera eſſe videbantur:licèt ſententiam Alex.& communem vſu receptam videamus,& conſuetudine ipſa approbatam.

† Rurſus ex eodem eleganti Alex.reſponſo aliam facti ſpeciem elicimus,num Chriſtianis mercatoribus,exceptis Saracenis,& hoſtib. cum aliis gentibus ſit commerciū?& unà cū Ale.

dicimus,

Source : BIU Cujas

dicimus,cum huiuſmodi gentibus,cum quib. nec bellum, nec pax,nec fœdus exiſtit,eſſe commercium, & ad eas quaſcunque merces etiam prohibitas exportari,atque deferri licere, exempli loco ad Indianos,cum quibus nihil nobis negotiis eſt, probat Alexand.quoniam & leges & canones ad Saracenos,& hoſtes exportari tantùm vetant. Nec huic ſententiæ aduerſatur l.mercatores,ſupra relata,loquitur enim in hoſtibus: idque indicant verba legis,fœderis tempore. Minus etiam moueat ratio eiuſdem legis. Ne alieni regni ſcrutentur arcana. Ceſſat enim exploratorum ratio in gentibus cum quibus nihil nobis negotii eſt. Verùm non me latet Nic.Boe. quæſt.178.id notare:puta enim Alexand.male ſenſiſſe,& ſentit merces, ſiue licitas,ſiue illicitas,vbi bellum indictum eſt inter Chriſtianos prin
49 cipes,prohibitũ eſſe deferri. † Vnde indicto bello a Rege Frãcorum Regi Angliæ propter rationem l.mercatores. Ne alieni regni ſcrutentur arcana,& ea,quæ ſcripſit Bald.in l.2.C.quæ res expor.& quædam alia,omnes merces deferri legibus vetari. Verum enim eſt bellum, quod indicitur,non enim & Galliæ, & Angliæ reges imperatoriæ ditioni ſubiiciũtur,& propterea hoſtes regni,vel regis,vbi bellum indictum eſt, dicuntur,& ita inter eoſdem Reges ſeruari ſubdit.Ego autem & Nico.Boerio aſſentior,& Alexan.ſententiam probo,iuxta exemplum ex mente Alexan.propoſitum,& licet nimis generaliter Alexan.locutus ſit,ſi tamen de facto Nico.Boerii conſultus Alexand.fuiſſet, idem forte reſpondiſſet,propter ea,quæ paulò ſuperius ſub nu-
60 mero 40.ex mente eiuſdem retulimus.† Denique ex mente,& verbis eiuſdem Alexand.in loco non ſemel citato in hac materia notandum eſt,inter Chriſtianos, & Iudæos mercatores licitũ eſſe commerciũ,c.poſtulaſti.c.cum ſit.de Iudæ.l.nemo.C.de iud.Ioann.Calde.in conſi.3.ſub titu. de loca. Quinque enim ſingulares ſunt caſus,in quibus communicatio prohibetur.capitu.nullus.28.quæſt.j.Et quoniam mercatorem noſtrum Chriſti fidelem deſideramus,& eiuſdem fidei,& æqui obſeruantiſſimum,& propter aſſiduam cõuerſationem facilè in excommunicationem poſſet incidere,placuit citatum caput ad uerbum referre: Nullus eorum,qui in ſacro ſunt ordine, aut laicus azima eorum manducet,aut cum eis habitet, aut aliquem eorum in infirmitatibus ſuis vocet,aut medicinam ab eis percipiat,aut cum eis in balneo lauet. Si verò quiſquam hoc fecerit ſi clericus eſt,deponatur,ſi laicus, excommunicetur. Adde caſum alium in capitu.ſi quis Iudaicæ prauitatis.ea.cau.& queſt & adde capitu.poſtulaſti.& c.cum olim.ſupra citata, quæ capita legito, & cap.poſt miſerabilem,& capitu.quando.de vſu.& Bertach.in
51 tract.de gab.in 3.parte numero 12.vſque in fin. † Solent, & debent mercatores rationum libros conficere, id enim ad ſtatum eorum præcipuè pertinet: ſolent inquam (vt Ciceronis vocabulo vtar) aduerſaria habere,itẽ & Codicem: ſunt enim aduerſaria libelli in quibus mercatores primum rationes acceptι, & expenſi negligenter ſine ordine conſcribunt, & memoriæ gratia.Codex verò liber eſt, in quem rationes diligẽtiſſimè perſcriptæ referuntur. Idque liquet ex fragmento Orationis pro Roſ.Comœ.ubi quòd aduerſariis fides non habeatur, quia breuiter,& ſine ordine, ac negligenter in eis ſcribimus. At in Codice contra:& de duobuſmet libris meminit Bald.in rubri. de conſtitu.pecu.numero 4.libet iiſdem vocabulis non vtatur, quos libros in patria mea,vulgo Giornale,& Libro maeſtro appellant. Vnde ego credo Codicem ab Imperatore appellatũ, & propter auctoritatem,& quia omnes fere.ff.tituli,& materiæ
52 in librum illum referuntur. † Illud igitur non inelegãter quæritur,quæ requirantur,vt Codex rationum more experientiũ, & proborum mercatorum inſtitutus, & conſcriptus dicatur? Et meo quidem iudicio ſunt hæc,quæ breuiter enumerabimus neceſſaria.† Et illud primum ex conſuetudine non vulgarium
53 mercatorum Codex inſcriptionem ſeu præfationem continere debet,verbi gratia:Hic eſt liber Bartholomæi Thomaſij.quæ inſcriptio quã ſit neceſſaria,& quanti momenti ſit in ipſa mercatura indicant ſcriptaa Barto.& Bald.in l.ſi patruus.C.comm. vtr.iudi.ſub numero 6.argumen.l.Neſennius.ff.de negot.geſt. ſumunt enim argumentum ex ea, mercaturam communi nomine factam,ſi in initio codicis inſcriptum ſit. Hic eſt liber G. & B.fratris:vt ſcribit Deci.in conſi.21.viſo puncto.numero 1.& numero 6.Acutiſſimi etiam ingenii vir Socin.in conſil.87.colum.3.& verſicu.4.circa ſecundam quæſtio.ex ipſa inſcriptione
54 argumentum ſumit. † Cum enim proponeretur mortuum ſocium,& conſequẽter vnius ſocii morte extinctam ſocietatem. §.ſoluitur. inſtitu.pro ſocio.& ff.eodem .l.adeò.l.nemo.l.actione.§.nemo.ex quo ſocietas non ſolum expreſsè, ſed tacitè etiã contrahitur:inſtitu.pro ſocio.in princip.l.conſenſu.ff.de actio. & obligatio· Societatem proſecutam,ſeu renouatam ex titulo, ſeu præfatione Codicis probauit.Addit Barto. in l. Titium, & Meuium.in §.altero.ff.de adminiſtra.tuto.& aliàs conjecturas. Et his adiicies,quod eleganter ex facto conſulto placuit Paul. Caſtr.in conſi.414.omiſſo primo.in ſecunda parte.cum quidã mercator in Codice inſcripſiſſet.Hic eſt liber Titii,& ſociorũ. & deletũ,cãcellatumq; illud verbum,& ſociorum,reperiretur, dubitareturq; , num fides libro habenda eſſet, ſeu diminueretur, liberq; vitiaretur,quia ex rationibus ipſis id colligebatur›
55 † & mercator idem verbum eſſe,& addi non recuſabat, & alijs rationibus Codicem non vitiari, & eiuſdem fidẽ imminutam non eſſe defendit.Denique initium Codicis,ad ea, quæ ſequuntur referri placuit. Communis enim omnis rationis eſt propoſitio dici,& Conſulis: iuxta ſingularem tex. in l.ſi quis ex argentarijs.§.ſi initium.ff.de eden.& quæ elegãter, & copioſe ſcripſit Bal.in conſi.382.nu.14.vol.5.in quæſtione Milani.

56 † Deinde illud eſt neceſſarium,vt liber rationis legitimè confectus dicatur,ex eo computationes probæ, an improbæ ſint relatæ,explorare poſſit,acceptaq; & relata rectè,an non rectè,tũc enim computationes rectè explorantur,cum acceptũ bene latum eſt,& expẽſum ſimiliter probè latũ, & (vt vulgò dicimus) accepta,& data rectè poſita eſſe debent,vt rõnes confici atque conſolidari facilè,ac probè poſſint, vt colligitur ex elegãti tex. in l.cum ſeruus.ff.de condi.& demonſt.circa mediũ.Facit quod ſcripſit Ang.conſi.287.tutor,& quæ eleganter ſcripſit Bal.referẽdo Nico.mat. in l.rationes, nu.1.C.de pb. & Iaſ.in repet.l.admonendi,nu.96.ff.de iure. & his addes, quæ belliſsime ſcripſit Bar.in l.2.C.de naui.lib.11. & quoniam confirmat prædicta, & infraſcripta placet referre. Inquit enim in hæc, ſeu ſimilia verba: Nota ex hac lege conficiẽdarum rationum modum ab officialibus ſeruandum,qui multa recipiunt, & multa ad alios trãſferunt.† Debent enim quæ receperunt ſcribere, & quidem no
57 minatim a quo receperint,& ex qua cauſa:ſupra de exact.trib.l. apparitores. Item,cui dederint nominatim debent ſcribere ſupra de ſuſc.& arc. lege neminem. Item & diem receptarum rerum ſpeciatim inſerere. Si enim prædicta ſpeciatim & ſingulatim non ſcripſerint, non videtur reddita ratio. Non poteſt ille, cui ratio reddenda eſt, intelligere, nec dignoſcere ſi quid machinationis in ipſis rationibus ſit admiſſum, vt dicit tex. in dicta l.neminem. Ratio enim, quæ non poteſt intelligi, non videtur reddi.l.argẽtarius.§.edi.ff.de eden. & hæc vera exceptis minimis expenſis, in quibus adminiſtratoris iuramento ſtandum eſt.l.ſcimus.§.in computatione.C.de iure delib. de donat. l.ſi quid pro redemptione.& ff.ſi cui plus quàm per leg Falci.l. diuus.Hæc Bart.

58 † Et illud tertiò requiritur propter rationem proxime relatam,in codice omnia ſingulariter,& explicitè ſcribi, & exprimi,implicitæ enim rationes eſſe non debent,& ſummas in genere,vel in concreto continere,vt ſcribit Bart.in conſi.150. in fi.cum prædicta examinarem.

59 † Rurſus & quartò Codicem ipſum de more factũ oportet,nec enim perfunctorijs ſcripturis, folijs, ſeu chartabulis eſt habenda fides,ſed ipſis Codicibus ſolemniter,& proborũ mercatorum more confectis, in quo loci conſuetudinem ſpectandã puto,quod & verum eſſe indicant ſcripta à Bal.in conſ.152.ad euidẽtiã præmittẽdum, vol.3.qui eleganter,& copioſè ſcripſit, & probat Iaſ.in conſ.4.vol.3.do.Io.Bap.vbi doctorum cõplura loca ad cõfirmationem omnium prædictorum, quibus addes Pet.de Vbal.in tract.de duob.fra.par.12.nu.7.Tho.8.& tex.in l. ſi ita fuerit.in §.quæſtio.ff.de manu.teſt.& l.ſi ſtatuliber.à cæteris.in §.fi.de ſtatu.In quibus iuribus de volumine rõnũ fit mẽtio,& de Codice fit mentio in l.quædam.in §.fi.ff.de eden.

60 † Item & quintò requiritur,vt rationes in Codice deſcriptę cauſam contineant, ex qua ſcilicet cauſa acceptum latum ſit, & ex qua expenſum latum.Non enim nudæ à cauſa rõnes eſſe debent l.nuda ratio.ff.de dona.Barto.in d.l.2.C.de naui.lib.11. Abb.in c.2.nu.12.de fide inſtru.vbi refert Io.An.in addi.in Spe. in tit.de inſtr.edi.§.nunc dicendum,in additione magna, quia argentarii ſcribit in add.ab Abb.vbi ſupra,qui aliorum loca refert & Iaſ.in rep.l.admonendi.ſub nu.96.ff.de iure. Sic n. actus ſui,fides & diligentia demonſtratur.l.1.§.officio.ff.de tut.& rat. diſtra. Idque vſque adeo placuit,rationes ſ.cauſam continere oportere,vt incerta,vel obſcura cauſa non ſufficiat. Cõparantur.n.hæc,vel cauſam non adiicere, vel talem adiicere,quæ intelligi rectè nequit.Ita ex facto conſultus reſpondit Alex.in cõſi. 172.lectis.vol.2.num.6.citat Bar.l.quicquid aſtringendæ.col.1. ff.de verbo.oblig.gl.in l.2.in §.circa.ff.de doli excep. & Bal.in l. generaliter.in 4.q.C.de non nu.pec.dicentem, cauſam aptam, potentem,& cohęrentem eſſe oportere.quibus addes,quæ ſcripſit Ioan.de Ana.conſil.129.oritur.plenè Bald. noſter in rubr. C.de fide inſtrumen.ſub num.33.argutè inquit coniecturalem cauſam probare, ad confirmationemque ſcripturæ ſufficere, vt contra probet.Vbi aliàs veram cauſam probare oporteret, ſi ſcriptura non eſſet,refert,& probat additioni. ad Abbat. vbi ſuprà,in ca.2.de fide inſtrumentorum.& Iaſo. in repetitio.l.admonendi ſub num.96.non ſemel relatus,& Fely. quem videas
61 in c.2.num.29.de fide inſtrument. † Item & ſextò neceſſarium eſt in Codice merc. rationes ſub certo die eſſe conſcriptas, & plerique conſulem adijciunt, & hodie Pontificis,ſeu imperatoris nomen,vt ſcribit Bald.in rub.de fid.inſtrum.nume. 30. & ſeq.numeris. & ratio huius rei illa redditur: quia ſine certo die rationes implicitę redduntur,& explorari non poſſunt ex mẽ-

Source : BIU Cujas

te Iuriſconſulti in citata.l.cum ſeruus. Et quòd continere debe ret diem, & conſulem expreſſim notauit Ioan in loco vbi ſupra.Idque exemplo rationum argentarii, cum ſit eadem ratio, licet parem effectum non habeant.l.1.in § rationes.ff.de eden. vbi Ang idem probat.& latè ſcribit Mar.ſing.416.ſubdens ex mente Ioan.And.& aliorum,ut pro mercatore probet. Nam ſine die,& conſule contra ſcribentem probat,quod ad cœlum id ultimum ferens alios referendo,notauit prius Iaſ.in d.repeti tione.l.admonendi.ſub relato,nume.96.& vide Alex. in conſi. 182.lectis.lib.2.& conſidera.

Deinde Codex,ipſæq; rationes bonam fidem ꝺtineant,non repugnantia,aut non veriſimilia:ſolertiam ac diligentiam indicent,quam natura actus requirit,vt eleganter citatus Iaſ. ſcri pſit in conſi.4.volum.3.Quòd autem diximus veriſimilia con tinere debere,magni refert,tunc enim accedente iuramento, & difficultate probationis pro ipſo mercatore ꝓbaret: vt Gui. Bald.Alex.ſenſere in l.j.in fin.C.de eden. & probat Iaſ.in repe. l.admonendi.ſub nu.102.propè ſequent.numerum.& Dec. qui aliorum loca refert in conſi.596.ſub nu 9 & adde,quæ elegan ter ſcripſit Gui.Pa.de deci.delf.q.441 docet enim practicã,quo que modo,& qui articuli ſint inſtituendi. Quæ cõprobari poſ ſunt ex his,quæ paſſim de re veriſimili uel non veriſimili legũ tur,de quibus ſcripſit Iaſon.in conſi.160.uolu.quarto,& Mart. latè in pleriſque locis repetiit (vt aſſolet) & præcipuè in conſi. 83.num.9.& ſeq.& conſi.109.nu.20.& ſeq & ſing.343.& in a-
63 liis pleriſque locis ab eo ibidem relatis. † careat & codex noſtri mercatoris cancellationibus,inductionibus ac ſuperinductio nibus & omnibus denique ſuſpitiones ſecundùm ea,quæ elegã ter ſcripſit Bald.in conſi.382.in q.Milani,nu.14.& ſeq.uol.5.& facit l.j de his,quæ in teſt.delen.l.ſi vnus.C.de teſt.l.fin.de edic. diui Adr toll.l.j.in § qui rationibus.ff.de fal.& quæ leguntur, & notantur in c.inter dilectos,de fide inſtru.quod caput legito ad detegendas malorum mercatorum falſitates,& his addes Pau. Caſt.conſi.314.omiſſo primo in 2.parte,ubi defendit inductio nem & inſcriptionem factam,& de retractatione quarundam rationum meminit,de quo nos ſupra mentionẽ fecimus. Scri-
64 pſit etiam Bald.noſter in conſilio 348.factæ fuerunt, numero 4.uolumine j. † in uerba infraſcripta. ſtabiles, & firmæ debent eſſe ſcripturæ mercatorum, ad quorum fidem frequentiſſimè decurritur, ut ff.de eden.l. quædam. §. numelarios iuxta illud vulgare dictum. Quod ſcripſi,ſcripſi. Quia ſcriptura mercato-rum,& campſorum habetur pro ſententia,& (vt ita dixerim) ſua fide tranſit in rem iudicatam,ideſt,in ſoliditatem firmitatis & irreuocabilitatis,vt in auth.de fideiuſſ.§.argentariorum. Li-cet modernis temporibus aliqui mercatores,& aliqui campſo-res committant enormia,ſed maſſa eorum eſt ſummum bonũ & quintum elementum.Hactenus Bal. quem libuit admonen-di mercatoris noſtri gratia ad verbum referre.

65 †Nihil autem refert,Codicem mercatoris ab ipſo mercato-re,vel alio ſcriptum eſſe,ſm Abb.in c.2.nu.12.de fi.inſtr. qui re-fert Io And.in citata additione idem ſenſiſſe,& moribus intro ductum eſſe,ut ab aliis Codices ſcribantur,idem Abb.teſtatur. Ille enim videtur ſcribere,cuius nomine ſcribitur.ff.de reg.iur. l.qui per alium.& inquit Bal.in rub. de fi.inſt.ſub nu.33.ver. ſed hic quæro.Quicquid in libro mercatoris penes ſe exiſtentẽ ſcri ptum legitur,id oẽ eius conſenſu,& uoluntate conſcriptum p̃ ſumi,niſi contrarium probetur,citat l.cenſus ff de proba.& in arg.auth.ad hæc.C.de fi.inſt.l.fi.C.arb.tut.de arb.l.ne in arbitris cuius ſnĩam probat Dec.in c.tertio loco.nu.2. extra de prob.& idem ſentit Alex.in conſi.245.ponderatis his.vol.6.num.2.qui eleganter tractat & idem probat Pau.Par.in conſi.47.nu.4.vo-lu.1.adde Bert.in trac.de gabel.in verſi.4.principaliter, nu.6 teſtes etiam notari in Codice,& rationibus ſimiliter non eſt ne-ceſſarium,ut Io.And.Abb.ac alii relati ſcripſere.

Et quoniam plerunque mercatores rationem reddere tenẽ tur,placet adnotare,quod eleganter ait Bal.in l. cum teſtamen to.C.de teſta.manu.

66 †Eum,qui rationes reddere tenetur, quatuor implere opor-tere,libros rationum,ſeu Codicem legitimè,& de more confe ctum edere,calculum ponere,reliqua reddere, & purgare mo-ram ſolutione eius,quod debetur,& probat Iaſ.in conſ.4.& in conſi.14.col.3.vol.3.& conſi.100.nu.4.volu.4.ff.de cond.& de-mon l.cum ſeruus.ff.de fide.lib.l.ſi purè.§.fi.& l.ſi pater §. ſi Sti-cho,quæ iura citauit Bal.ubi ſupra:& his addes,quod belliſſimè ſcripſit Cor.Per.in conſi.319.circa primum conſultationis q̃ſi tum.vol.3.qui & Bal.refert,& nõ improbat,& ad ipſum defen-dendi gratia mercatorem, qui rationes reddere tenetur ſemp confugito & vide Bal.elegans conſilium 152.volu.3.

Soſent etiam iudices,ſeu mercatorum cõſules curare,ut par tes ipſe catculatores eligant ad diſpungendas, atq; excutiendas 70 rationes,qui iurare debent,& partes intereſſe debent, vel cita-ri,vt ſcripſit Bal.in l.hac ædictali.nu 4.C.de ſecun.nupt. in §.his illud.citatq; Bar.in l.Theopompus.ff.de dote prælega.unde nõ eſt prætereundum,quod ſingulariter inquit Pau.Caſt. in l.ſi cui libertas.ff.de condi.& demõ. Putauit enim (motus dicta l. ge)

67 huiuſmodi calculatores † qui inter partes dantur,notionem ha bere,& ex ſimplici datione videndi rationes,& calculandi,po-teſtatem datam cenſeri dicendi ſententiam, & alterum alteri condemnandi,idque notandum & memoria tenendum ſub-dit:Prima enim fronte contra reſpondendum videbatur, ſolũ videndi,& referendi facultatem datam.Ita enim obſeruari vi-demus,calculatores relationes in ſcriptis iudici dare, & iudicẽ pronuntiare,& cautius eſſet communem ſeruare ſtylum:ſed ſi calculatores ſententiam dicerent,defendi poſſet dicta lege.hæc Pau.in verba ſupra dicta ſeu ſimilia.Et his addes,quæ Alex ſcri-pſit in conſi.21.conſideratis his nu.8.vſque in fi.vol 7.ait.n.cal culatores ad conficiendas,& diſpungendas rationes conſenſu partium electos arbitratores dici,ſeu cenſeri, quemadmodum in mẽſore,& ſimilibus dicimus.l.fi.vbi Bar.ff.ſi menſor fal.mo. dix.& citat Bar in l.inſtar.C.de iure fiſ.li. 10.& quædam alia,nõ tamen nec l.ſi cui libertas.nec relatum ibidem Pau.

Denique, in reddenda ratione illud adnotandum eſt, cùm ex conſuetudine mercatores Codicem rationum ſoleant con ficere,vt ſcribunt iuris interpretes tam antiqui,q̃ recentiores in
68 l.1.C.de eden.† Si in reddenda ratione negarent librum confe ciſſe, credendum non eſſet. Id enim propter conſuetudinem mandatum cenſetur,ar.l.vel vniuerſorum.ff de pigno.actio.le-ge fin.in fine,iuncta glo.C.de fideiuſ.Vnde ſi non edunt Codi-ces,rationes occultare præſumuntur,quapropter in actionibus bonẽdei iuratur in litem,arg.de admini.tut.l.qui repertorium. ſecundum Iaco.de Aret.in l.1.in §.officio.in verbo,edere.ff.de tut. & rat. diſt. Inquit enim à quolibet adminiſtratore librum edendum.ff.de manu.teſt.l.ſi ita fuerit,alias tenebitur ad id, qđ intereſt:& declarandũ eſſe iuramento in litem refert & probat Pet.de Vbal in tract.de duob.frat.par. 2 nu.7 & probatur ex eo quia dolus eſt omittere id quod ex officio facere aſtringuntur. l.dolus ff.man.c.cùm æterni.de reiud.& adde Bal.in conſi.non ſemel relato 152.volu 3.& Dec in conſi.110.nu.7.& ſeq.& vide quod ſcripſit Iaſ.in conſi.111.circa.vol.1.Planè ſi mercator nõ negaret ſe librum confeciſſe,ſed naufragio,vel ruina,vel incẽ-dio,vel alia ſimili cauſa perdidiſſe,aut in longinquo habere al-legaret,dicendum eſt ſecundùm ea,quæ leguntur,& notantur à doctoribus in l.quoties.C.de nauf.& in l.ſi quis ex argẽtarijs. §.prætor.ait.ff.de eden.

69 † Tractare hic ab re non eſſet,num mercatorum Codicibus ſit habenda fides. verum quia vulgaris eſt materia (vt Alexan. inquit in l.j.in fi.C.de eden.) & à veteribus & recentioribus in ſexcentis locis tractata,conſultò prætereo. Decreui enim, in hoc tractatu non vulgaria, ſed abdita atque in paucis locis tra-dita differere. tantum igitur loca ipſa referre contentus ero. Bald.in rub.de fi.inſtrum.Barto.in l.nuda.ff.de do.Abb.Fely. & Dec. copiosè. in c.fi. extra de fid.inſtrum. & omnium lariſſime Iaſ.in rep.l.admonendi qui meo iudicio,& clarius, & meliori diſpoſitione tractauit,quam alius,quem legerim,& ibidem vi-de Franciſ.Cur.& Ioan.Bap. Seue. qui non nullas quæſtiones à Iaſone prætermiſſas tractauit. Lanf in c.quoniã contrà. in ver. inſtrumentorum productiones Alex in conſi.185.vol.2 vbi in ter ipſos ſocios diſputat,an credatur Ioan.Fer.in eius prac.in ti. forma opponendi contra inſtrumenta. in glo. quod negatur. Bert.in tract.de gabel.in verſic quartò principaliter videndum eſt,quomodo agant.num.5.& ſeq.Alb Bru.in 3.volum.de conſtit.& Deciſio.in verbo, probatio. in verſicu. liber.& in verbo, ſcriptura.doc.in l.quædam.in §. numularios. ff. de eden.& in l. prætor ait.in § cogentur.eod.titu Iaſ.in conſi.102.volum.1.& conſi.4.volum.3.& Mar.ſing.429.& ſing. 458. & ſi teſtator de re quapiam libris rationum fidem haberi diſpoſuerit, vide An. Tiraq.in com.de vtroque ret.§. 4.glo.j.num. 9.& ſeq. numeris, & in materia videbis Deciſ.in conſi.40.num.3.vbi de lege mu-nicipali, quæ iubet libris mercatorum fidem haberi, & conſil. 546.num.9.vbi de Codice veriſimilia continente Gram.in con ſil.35. num. 27. vbi limitat legem municipalem, de qua proxi-me,& Alc.pauca in trac.de præſcrip.in reg.3.præſumptio.9.nu. 29.& leg præd.municipalem temperat idem Deciſ.in cap.j.nu. 34.& ſeq.de proba.& in c.ſicut.eod.tit.num.10.Roc. Cur.in re. cap.fin.de conſu.num.106.& de lib.rationum veriſimilia con-tinente Ay.Crau.conſi. 73. num. 41. & idem Ay. quando ſunt veriſimilia, & probantur aliquæ ex rationibus veræ, eleganter ſcribit conſi.158.num.7.8.& ſeq.& conſi. 98.num. 6. & ſcribit Pau.Par.conſi.40.nu.6.& ſeq.vol.j.& conſi.47.eo.vol.ubi de cõ nexis & ſeparatis rationibus,& num in parte probari, & in par-te reprobari poſſint de conſuetudine, vt lib. mercat. credatur: adde Cor.in conſi.319.numero. 11. & ſequen. uolum.3.& uide etiam Gui.Pap.dec.par.quæſtio.441.pro declaratione.& Nico. Boe.dec.105.

† An autem mercatores Codicem rationum edere teneantur?Magis frequenti Doctorem ſententia teneri, receptum eſt ſecundum tamen ea,quæ latiſſime doctores ſcribunt in l.1.C. de eden.ubi etiam uide Purpu.ſub nume.14. ſequ.& Felyn.in capitu.1.de proba.ubi latiſſimè omnium Dec.Adde docto. in l.ſi quis ex argentariis.in §. rationes.ff. de eden. ubi Bald. elegantem

Source : BIU Cujas

gantem quæstionem scribit,& ex relatis locis liquet,num argẽtariorum, vel nũmulariorum loco mercatores nostri habeantur,ad quorum fidem frequentissime decurrebatur, & speciatim tractat Bald in rub.de fide instit.nu.31.& seq.numeris,& in rub.de const.pec.num.14.

Consueuerunt mercatores habere signa,quibus in subsignãdis mercibus,sarcinulis,& literis vtuntur,idque ad eorem statũ valde pertinet vnde complures quæstiones quotidianas,& vti
71 les nec quidem vulgares hic inseremus. † Sciendum est igitur primùm, merces seu sarcinulas illorum mercatorum esse præsumi,quorum signis sunt subsignatæ vt inquit Bal. in auct. dos data.C.de dona.an.nup.quem refert,& probat Deci. in capitul. causam matrimonij.num.3.extra de prob dicens sarcinulas ex signis iudicari,quibus addes Petr.de Vbal. in tracta. de duobus frat.par.11.nu.72.Tho.8.Matth.de Afflict.dec.23.capellani.nu.3.qui pluribus id comprobat Nic.Boe.decis.105.& videtur.nu.9.& Iaſ.in consi.170.col.4.vol.2.Nomine Magnifici. eleganter inquit, ex vexillis seu insignibus illustris domus Medicorũ seu
72 Reip. † Florentinæ in quadam naui appositis seu erectis nauim illorum esse præsumi,argumento eius,quod de subsignatis sarcinulis diximus, & est in ore omni populo ex signis sarcinulas, cognosci:vt ait Phil.Franc in c.si iudex. §. idem.extra de sentẽ. excomm.lib.6.Signum enim ostendit signatum. l. stigmata.de Fabr.vbi Bart.scripsit vsu introductum esse, vt equi & quædam
73 alia animalia certis signis signentur, quibus agnoscantur. † Et equus illius esse præsumitur cuius est signum,& his addes Res. Cast.in tract.de Imperatore.q.89.Tho.5.& quod Aug. ait in li. 2.de doctrina christiana,scribit enim in hæc verba.Signum est res præter speciem,quam ingerit sensibus, aliud aliquid faciens ex se in cognitionem venire:& est relatum in c signum.de cõse.dist. 2.& ex signis & vestimentis personæ qualitas dignoscitur.l.speciosas.ff.de verb.signifi.l.apud Labeonem. §.si quis virginem.ff.de iniu C.de aquæduc.l.pe.§.penu.lib.11.& c.si iudex. supra relato.& scribit Dec.consi.125.nu.6.& Mar consi.97.nu. 9.unde Bal.in l.scriniarios. C. de testamen.mili. & in plerisque locis dicere consueuerat,stigmata militem,habitum clericum,
74 stolam sacerdotem,† & cuculam monachum ostendere,& re-
75 fert Cec.in cir.c.cum causam.† Quemadmodum enim nomina ut homines ac res demonstrentur,& agnoscantur, inuenta sunt.l.ad recognoscendos. C. de inge. & manu.Et eleganter iurisconsultus inquit in l.Labeo.ff.de supe.leg.in illis verbis,quorsum sunt nomina,inquit,nisi vt demonstrentur? ita & signa ad indicandum res sunt inuenta: vt in dictis legibus. & facit c.in
76 nonnullis.extra de Iud.& l.Sanctum.de rerũ diui.† Vnde Gell. Noc.att.li.7.c.4.de pileatis seruis scripsit in hæc verba: Pileatos seruos vænum solitos ire, quorum nomine venditor nihil præstaret. Cælius Sabinus iurisperitus scriptum reliquit, cuius rei causam esse ait, q̃ eiusmodi conditionis mancipia insignia esse in vendendo deberent, vt emptores errare & capi non possent,neque lex uendundi operienda esset,sed oculis iam perciperent, quòdnam esset mancipiorum genus,sicut (inquit) antiquitus mancipia iure belli capta coronis indita vænibant,& id 81
circo dicebantur sub coronis vænire Nam vt ea corona signũ erat captiuorum vænalium, ita pileus impositus demõstrabat eiusmodi sernos vænundari,quorum nomine emptori venditor nihil præstaret, hactenus Gell. quem refert & probat.Bud. in annotationibus in pandectas,pagi.35.verum & Gellii & Budæi sententiæ valde aduersatur.l.vni.§.sed & qui domi.C.de lat lib.tol.vbi expressim colligitur,pileum indultæ libertatis signũ fuisse.Et est relatum apud Quintilianum in gladiatore de Terẽtio in hæc verba. Terentium quem inter cæteros captiuos secundo bello punico Scipio Africanus vinculis exoluerat, memoriæ tradidere maiores,insigne receptæ libertatis pileo tectã tem in triumpho ducis esse conspectum. & apud Orosium 4. ad Augustinum scriptum est:Scipio triumphans ingressus: quẽ Terentius, qui postea comicus ex nobilium Carthaginensium captiuis pileatus,quod signum indultæ libertatis fuit, triũphantem post currum secutus est. & his addes Luc. de Pen. in lege murileguli,numero quinto,de murileg.libr. vndecimo,& Par. Put.in tractat.de sindy.in verbo,nuntius. Thom. decimoquarto,quibus auctoritatib.& Gellij,& Budæi sententia peruerti videbatur.

† Non me latet etiam pileum sacerdotalis dignitatis signũ
77 fuisse,capitulo cleros,versiculo Sacerdotes 21.distinctio. capitis verba sunt hæc. Sacerdotes autem gentilium flamines dicebantur,hi in capite habebant pileum, in quo erat breuis virga desuper habens lanæ aliquid,quod cũ propter æstum ferre non possent,filium tantum in capite religare cæperunt, nam nudis eos penitus capitibus incedere nefas erat,vnde & à filio quo vtebantur,flamines dicti sunt,quasi filamines, verum in festis diebus filo deposito pileum imponebant pro sacerdotij eminẽtia.
78 † Incurrit hic illa inspectio finge mercatorem aduersus aliũ consequendi gratia sarcinulas quasdam egisse, & tantum probasse sarcinulas,de quibus erat cõtrouersia,suo signo signatas, num secundùm actorem dicenda sit sententia. dicet aliquis cõtrouersiam hanc ex relatis auctoritatibus,& locis solutam, q̃d verum non est.Nam Bald.& alij supra citati vtuntur isto dicendi genere,præsumi merces illius esse,cuius est signum, mercẽq; ex signis indicari, seu agnosci. Non tamen inquiunt ex his signis plenam probationem induci. Verùm relata est à Luca Pen.similis quæstio in lege stigmata.C.de fabricen.sub numero octauo.Scribit enim in hæc verba.

79 † Nota hic argumentum,si quis agit pro boue,vel equo mercato merco gregis sui,seu armenti, licèt nõ probet dominium eiusdem bouis,vel equi suum esse:sufficit tamẽ probare, quòd illo suo merco mercatus sic reperitur:argumen. C.de aquæduc. lege penult.§.penult.ff.de ser.fugi.lege prima.in fin.& arg.ff.de peric.& commo rei vend.lege quod si neque,& videtur expressum secundùm Luc.de Pen.de sententia excommunic.capitulo si iudex.libro sexto,& omissis alijs iuribus,subdit prædicta vera,si probetur impositio merchi.C.de bonis vac.lib.10.& dicta lege, quòd si neque.& C.de rebus alie.non alie.lege distrahẽte. Item vera subijcit, q̃ ad possessionem & dominium.

80 † Comprobat,quia dicta de causa prohibetur quis rebus propriis alienum signum imprimere,& si quis impresserit,rem ipsam perdit, citat nonnulla iura ad confirmationem prædictorum,& addes Par.Put in tract.de sind.in verbo nuntius,Th.14. Ego verò in hac q. fateor me Iurisconsultissimi Celsi verbo vsum,subsisto.de quo in l si me & Titium ff.si cert.pe. & in l. seruum quoque,de procu.Me enim Lucæ Pen. auctoritas mouit, puto tamẽ diuersam ac contrariam sententiam probabiliorẽ. Primum,quia relatæ auctoritates paulo ante eius sentẽtiæ meo quidem iudicio aduersantur:tãtum enim ex signo præsumptionem induci probant.Et text.itidem in c.si iudex,de sen.excom. in 6.vbi dixit esse casum,patet ex illis verbis.Iustum est enim,vt ipse talis quem gestat ex habitu (quousque appareat aliud) præsumatur,qualis is esse,cuius fert habitum comprobatur.Rursus quia si vera esset sententia Lucæ Pen.alienas res vendicãdi magna daretur occasio. Multi enim sunt mercatores, qui sarcinulas mercium,& ipsas merces suo signo distrahunt,quæ merces, & sarcinulæ ad manus diuersorum perueniunt eodem signo signatæ, vnde in longinquo forsan loco posset aliquis probare merces illas suo signo signatas,& se signasse,& his probationibus vendicare,& fortius in equo mercato (vt aiunt) considerari potest. Fraudibus autem est obuiandum & malitijs hominũ minimè indulgẽdum l.in fundo.ff.de rei vend.c.sedes apostolica,de rel.Mar.latè sing. 77 & 388.scripsit Dec.in cõs.301.nu. 7.constitutionem seu dispositionem fraudib. occurrentem extendendam.Postremo vidi ego in patria mea,& audiui nonnũquam mercatores diuersis de causis merces proprias alienis signis signari procurare,& rogare nũc hos, nunc illos mercatores,vt ex gratia signari suis non suas merces signent,ex qua cõsuetudine dubia reddet̃ ꝓbatio, quã legitimã, & plenã scripsit Luc.Pen.& iuris est explorati dubiã probationẽ nõ esse ꝓbationẽ legitimã.l non hoc.C.unde cog Bar.& alij in l.nõ solũ. in §. sed ut probari, ff. de noui ope.nun. & latissimè scribunt doc.in c.in præsentia. extra de prob † Quæ rationes naturales unumquemq; valde mouere debent,& si lex deficeret,iuxta l.in summa §.item Varus,ff.de aqua plu.arc.& scripsit Bal.in l.scire oportet.in § sufficit. ff. de excu. tu.& rationabile dictum instar legis mouere debere inquit And.Iser.in proœ.feu.col.ult. refert Iaſ. in consilio 90.uolum.j.Non minus,col. j. & latius consilio 93. colum.9. eo. uolum. circa primum, Lex enim est omne quod ratione constitit c.consuetudo.j.di. Vnde inquit philosophus. rationem,uel legẽ quærere,ubi naturaliter sentimus, nil aliud quàm intellectus infirmitatem esse, quæ philosophi sententia à plerisque refertur,sed & Cicero de ratione bellissimè inquit: Quid est autem non dicam in homine, sed in omni cælo atque terra ratione diuinius:quæ cum adoleuit atque perfecta est,nominatur ritè sapientia.Est igitur (quoniam nihil est ratione melius) ea, quæ & in Deo,& in homine prima homini cum Deo rationis societas.Inter quos autem ratio inter eosdem etiam recta ratio communis est,quæ cum sit lex,lege quoque conciliati homines cum dijs putandi sumus.Inter quos porrò est communio legis, inter eos communio iuris est, & idem Cicero de igniculis loquens,ait:Quibus enim ratio à natura data est: iisdẽ etiam recta ratio data est,ergo & lex,quæ est recta ratio in iubẽdo,& uetando,si lex ius quoque, at omnibus ratio data est, ius igitur datum est omnibus. Accedit quòd Lucæ Pen. sententia non probatur lege.Non enim obstat.l. stigmata. de fabri. & lex pe.C.de aquæduc. quia loquuntur in signis publicis; ex quibus magis res,de qua dubitatur,dignoscitur & demonstratur. Nec publica signa priuatis sunt comparanda,ut infra dicemus. Nec mouet etiam l.quod si neque.Congruam enim ex uerbis legis & doctorum mente dabimus interpretationem,in uers. Quæritur &c.qui sequitur.Accedit, q̃ contractus emptionis præcedebat,& disputabatur, num ex signo translata possessio intelligeretur. Non aduersatur etiam l.1.cum ll.seq. ff.de ser. fu. Quinimmo contra sententiam Lucæ Pen.induci possunt; quoniã Iurisconsul.ut facilius agnosci,& percipi fugitiui possint, non

solum

ſolùm notas requirit, verùm & alia, vt ijſdē legibus probatur: & cùm notę verbo, etiam cicatrices contineantur, ex cicatrice in homine maius indicium veritatis habere quam ex ſigno in rebus ſani capitis negabat nemo. Nec infirmare nr̃am ſentētiã videbitur, quod adiecit Luc. Pen. ſuam ſententiam admittēdã, ſi merchi immiſſio probaretur: arg. l. 3. C. de bon. vacan. nam illa l. ex pluribus. non probat: & præcipuè, quia in ſignis ſeu publicis titulis loquitur ſolennitatib. impoſitis. Similiter l. diſtrahente. C. de rebus alie. non alie. nō ptobat, vt patet ex lectione legis, & commētarijs doctorum ibidem. Deniq; non moueat, quod ait, propterea ſancitum eſſe, ſignum vel merchum alienum imponentes, à re cadere. Id n. non eſſe perpetuo verum demōſtrabimus, quinimmo alieno ſigno vti fraude ceſſante, & prout in verſ. eſt & illud. ſtatim dicemus, non eſt prohibitum, ex quibus infirmari & refelli etiam poſſunt, quæ Paris de Puteo in relato loco ſcripta reliquit. Vnde ego euidentioris intellectus gratia & quæſtionis & propoſitæ materiæ complures facti ſpecies mecum ipſe conſideraui, & ſunt hæ.

Si proponatur, ſarcinulas, ſeu merces penes aliquem mercatorem eiuſdem ſigno ſignatas eſſe, verum eſt ſecundùm Bal. & cęteros eiuſdē mercatoris eſſe præſumi: & ita inter omnes conuenit. Et ne incaſſum id conſtitutum putes, finge alium mercatorem merces quas diximus vendicare, & ſe earundem dominum vnico teſte probare, num ſi cętera, quæ à iure requirūtur, concurrant, iuramento quod vocant in ſupplementum, locus
82 erit? & verius eſt hoc caſu deferri non poſſe: † quoniam vbi prę ſumptio eſt contra probantem, ceſſat iuramētum prædictum: ſecundum Bal. in l. fi. ff. quod met. cau. in prima lec & ſcribit Iaſon copioſe alios referendo in repet. l. admonendi. nu. 252. ff. de iure. vbi huius præſumptionis alia percipies cōmoda, & adde Mar. ſing. 451. decreui. cuius rei illa ratio redditur, quoniam præſumptio ſemiplenam probationem elidit: Probationes igitur contra mercatorem poſſeſſorem mercium ſuo ſigno ſignatarum euidentiores, & validiores requiruntur propter præſumptionem prædictam, & idem ſenſit Abb. motus illo capite in cap. quia veriſimile. de præſump. & addit. ad Alciat. in tract. de præſump. in 3. par. nu. 3. & hæc, quæ diximus, vera eſſe puto, vbi mercator poſſeſſor ex compoſita fraude non ſignaſſet. Et quid ſi decoctor eſſet? merito de fide huiuſmodi hominis dubitare iudex poſſet, argu. text. notabilis in leg. ſi quis ex argentarijs. in §. cogentur ff. de eden. & ſuo loco de fraudib decoctorum diſſe
83 remus. † Item in materia propoſita aliam facti ſpeciem conſiderabam, Pone, merces penes aliquem mercatorem conuentū extare, & eum qui agit, probare ſignatas ſigno proprio, & reum itidem, idq; poteſt eſſe, vel quia actor, & reus eodem ſigno vterentur: vel ꝙ ſarcinulæ ſeu merces duobus ſignis ſignatæ eſſent (vt plerunque videmus) actoris ſcilicet & rei, in quo caſu proculdubio reſpondeudum eſt, poſſeſſoris meliorem eſſe conditionem. §. commodum. inſtit. de interd. Altera. n. præſumptio alteram elidit. l. diuus. ff. de reſt. in integ. l. non ſolùm. ff. de ritu nupt. c. tranſmiſſa. qui filij ſint leg. & ſcribit Aymon Cra conſi. 8. num. 9. in prima par. confirmat ex regula, nihil tam natura de regu. iur. Et omnis res per quaſcunque cauſas naſcitur, per eaſdem diſſoluitur. l. prout quiſque. C. de ſōlu. & facit quod ſcripſit
84 Iaſon in §. ſed iſtæ, num. 19. inſti. de act. † Publicianam actionē contra eum, qui titulo poſſidet, non competere, ſecundùm ea, quæ leguntur in l. cum & ſi duobus. ff. de publi. & notarunt ibidem Accur. Bar. & alij, cuius rei illam reddit rationem: nā quando aliquis poſſidet titulo, duo habet, titulum & poſſeſſionem. Non ergo mirum eſt, ſi excludit agentem Publiciana actione, qui ſolum titulum habet: vel ſi titulū & poſſeſſionem habeat, vtriuſque cauſa par eſt, quam rationem ſe collegiſſe ſubdit ex verbis Barto. in l. hæreditatis. C. de peti. hære. & in l. pro hærede. in princ. ff. de peti. hæredi. planè in elidēda penitus ab altera parte præſumptione tali, rationem perſonarum habendam eſſe non negamus, prout exempli loco de decoctore proximè diximus.

85 † Rurſus & aliam, finge actorē probare merces proprio ſeu ſuo ſigno ſignatas: item & ſe ſignaſſe, nec quid aliud docuiſſe, reum verò titulum probaſſe, vel emptione vel permutatione, aut alio modo ſimili ad ſe perueniſſe, & hoc caſu abſoluēdum reum exiſtimo. Bona enim fides ex titulo præſumitur. l. intra. §. vendentibus. ff. de minor. vbi Bal. notauit, & notatur in §. aliæ. inſti. de actio. & à Baldo in l. fi. C. de edic. diui. Adr. toll. nu. 34. & Bar. in l. Celſus. nu. 17. ff. de vſucap. & his addes Nico. Boer. dec. 42. dico ꝙ gloſſ. nu. 36.

Finge & quartum caſum, actoris merces, de quib. eſt controuerſia, ſigno ſignatas, & actorē ipſum ſubſignaſſe, & nil aliud.
86 † Reum verò nihil probaſſe, adhuc merces ex his vendicari nō poſſe à poſſeſſore puto: nō. n. plene actorem probaſſe puto. Licèt Luc. Pen. contra ſenſerit, mouent me rationes primo loco relatę. Cum autem cauſæ mercatorum ex bono, & ęquo tractādæ ſint (vt ſuo loco dicemus) & iudex vbi ęqtas mouerit interrogare poſſit. l. vbicunque. ff. de inter. acti. c. cum Io. de fid. inſtr. vbi late Abb. Sicu. ſub nu. 8. gl. in cle. ſępe. in verb. interrogabit. vbi Lanf. de ver. ſi. & ſcripſit Mar. ſing. 155. doctrina. & nos in vltima parte tractabimus, poterit diligēs iudex, & rei, & actoris cōſiderato ſtatu, & qualitate, & mercium valore, diligenter interrogando veritatem rimari. Ex ſubtili enim iudicis inueſtigatione plerunque veritas inuenitur. l. 1. ff. de quæſtio. Iuramentū autem deferri in ſupplemētum ex his poſſe, vel non poſſe, an cauſa patiatur, ſcilicet, vel alia obſtent, vel non obſtent, percipies ex his, quæ latè ſcripſit Iaſon in l. admonendi. ff. de iure. & in cōſil. 42. circa pri. volu. j. & conſ. 129. in caſu præſenti. eo. vol. Mar. ſingu. 273. notiſſimum. & Goz in conſi. 11. Aymon conſi. 198. & conſi. 73. vbi diſputat, num Iudæo contra Chriſtianum deferri poſſit? Illud credo, probatione hanc ſemiplenam potius excedere, vel ſaltem ex his ſemiplenam probationem fieri. Sed quoniam quæ argumenta ad quem modum probandæ cuiuſq; rei ſufficiant, nullo certo modo ſatis diffiniri poteſt, vt inquit Iuriſconſ. in l. 3. in §. eiuſdem quoque. ff. de teſti. iudex ipſe ex negotij, teſtium, & perſonarum qualitate deſpiciet. Et in eadem
87 materia † quintam facti ſpeciem ſubijcio, vbi res nota publica reperiuntur, illas ex ipſa publica nota, ſeu ſigno agnoſci, & euidentiſſimè demonſtrari. l. pe. C. de aquæduc. lib. 10. & l. ſtigmata de fabric. & probant alia iura relata ab eodem Lu. Pen. & cōfirmare poteris ex his, quæ ſcripſit Bal. in l. 1. C. quæ res vend. non poſſ ſigna publica propria auctoritate ſumere, & eis vti, prohibitum eſſe, quod & latiùs infra demonſtrabimus.

88 † Nouiſſimè conſiderabam, ſi ex conſuetudine locis ſignis res demonſtraretur, & plena induceretur probatio, cōſuetudini ſtandum eſſe, idque probatur eo non de ſimili, ſoli ſigillo fidem haberi ex conſuetudine poſſe. Inquit enim Dominicus in c. quamuis. colum. 3. nu. de procu. in 6. Senis homines ruſticos caſtrorum ſeu vniuerſitatum ſigilla afferre, & ex ſigillis credi vniuerſitatum ſeu communitatum procuratores eſſe. Et probat Dec. in c. poſt ceſſionem ſub nu. 14. de probat. Item alio ſimili demonſtratur, libris rationum ad fauorem ſcribentis non creditur. l. exemplo. C. de proba. niſi in loco conſuetudine introductum eſſet, vt fides haberetur. Hæc enim conſuetudo pro lege ſeruanda eſt: vt Inquit Iaſ. in rep. l. admonendi. ſub nu. 100. conſuetudinem tamen temperandam pluribus modis putarē, iuxta ea, quæ ſcripſerunt & Iaſ. & Dec. in relatis locis, & alij complures per nos citati ſuperiori loco dum diſſeruimus, num mercatorum codicibus eſſet habenda fides, & illud tantùm referā, conſuetudinem prædictam intelligi accedente iudicis conſenſu, hoc eſt, ſi iudici videbitur, qui ex perſonis cauſisque variè cōſtituet, & in cognitione cauſæ multa ex his, quæ proximè diximus, venient, idque referendo. Abb. in c. bonæ col. vlt. de poſt. præla. probauit Iaſ. vbi ſupra ſub nu. 102. Mar. ſin. 458. liber mercatoris. Quæritur eleganter quidem apud Bal. in con. 416. proponitur. vol. 3. tres mercatores conuenere, vt quilibet quā poſſet croci quantitatem emeret, exportandi gratia Venetias verſus,
89 ſinguli duas ſarcinulam emere, † vnus ex eis lege ab initio inita, ꝙ lucrum damnumve, vt par eſt, commune eſſet, ſarcinulis ſex nauim onerauit, & cum Venetias nauigaret, a Piratis direptus eſt, reſtitutæ deinde fuerūt quatuor ſociorum ſarcinulæ, reliquæ duæ aduehentis amiſſæ ſunt: num amiſſarum ſarcinularum periculum ſeu damnum commune ſit? Et ait ceſſante culpa aſportantis, eiuſdemque amiſſarum ſarcinularum domini, referre an ſarcinulæ communicatæ ſint, an ſcilicet ſocietas in ipſis croci ſarcinulis coita ſit, vel in commodo, ſeu vtilitate ex eis redigendo: & ad rem noſtram ſubdit, in ambiguo ex ſigno communi omnibus ſarcinulis oppoſito, crocum communicatum videri: ex adiectione enim ſigni omnibus communis mutua poſſeſſio tradita cenſetur, argu. ff. de peri. & com. rei ven. l. j. §. ſi dolium. Hæc Bal. qui melius citaſſet. l. quod ſi neque. in fi. c.
90 titu. de peri. & com. rei ven. nam. §. ſi dolium. contra † probare videtur. Verba Iuriſconſulti ſunt hæc. Si dolium ſignatum ſit ab emptore, Trebarius ait traditum id videri, Labeo contra, qđ & uerū eſt: magis enim ne ſummitteretur, ſignati ſolere, quàm vt traditum videatur. & in dic. l. quod ſi neque. in fi. ait: Videri autem trabes traditas, quas auctor ſignaſſet. vbi Accurſi. inquit ſecus eſſe in vino & alijs ſimilibus vino, l. 1. §. ſi dolium, quæ eſt contra & animaduertit Bald. ibidem, Verùm euidentioris interpretationis gratia iurium prædictorum placet referre, quod Saly. ſcripſit in l. fin. in fin. C. de peri. & com. rei uend. ſcripſit n. poſt Bal. in rub. eiuſdem tituli, ſub numero 11. in hæc ſeu ſimilia uerb. Aut ſignum eſt appoſitum ante perfectam emptionē, & res clara eſt, ex ſigno non transferri poſſeſſionem: emptione uerò perfecta, ſi emptor ſignauit, diſtinguit. Aut poteſt præſumi alia cauſa ſigni appoſiti, quam animus tradendi, & pro tradita res ex ſigno non habetur, lege prima. §. ſi dolium. ſupra citata. Conſideratur enim alia ratio in illo §. ut Iuriſconſultus innuit, ne in uegete aliquid immittatur, quod notauit etiā Iaſon in l. quoties. in uerſi. 6. principaliter limita. nu. 18. C. de rei uen. & probat Nico. Boer. dec. 105. nu. 10. Aut alia præſumptio, quā animus tradendi, ſumi non poteſt: & hoc caſu ex ſigno inducitur traditio, & in primo caſu exemplum habes ab ipſo Iuriſconſulto in uegete uini cum ratione, & idem iuris in ſimilibus ui-

no, ut

Source : BIU Cujas

no,vt Accur.& plerique alij probarunt.In ſecundo verò finge in arboribus, trabibus, & ſuibus.In quibus ratio Iuriſconſulti, quòd ſignati fuerint,ne ſummitteretur, non æquè conſiderari poteſt ex ſententia Bal.& aliorum. Vnde ſi tibi decem arbores in nemore meo vendidi, & tu ſecuri ſignaſti eas, ſignum huiuſ
95 modi vim traditionis habet.Et idem,ſi vendidi ſues,ſeu porcos de grege meo,& ſignaſti,vt uidear tradidiſſe,ſubdit Sal. id intel ligẽdum,ſi coram me, vel procuratore meo feceris,non aliter l.hæc ſi res.ff.de rei vend.cuius rei illam rationem reddit, quoniam traditio ſignificationem recipit ab eo, qui debet tradere, non autem ab eo,qui recipit.Et quando venditor non eſt præſens,potius emptor videtur ſignare,vt res agnoſcatur,& ne circunueniatur,quàm alia cauſa. Ex quibus verbis addes elegantẽ declarationem ad dicta iura:& infero.meritò ad q.Bal.propoſitam,vt mutua traditio ex communi ſigno facta videatur omnibus ſarcinulis adiecto,ſi coram ipſis appoſitum eſſet,ſeu procuratoribus eorundem. Addes etiam prædictis text. in l.1.§.ſed ſi non ſint.ff.de peric.& com.rei ven.vbi Accur. in verbo. ſignata,ait,vt aliud vinum non ſummittatur ad modum ſcilicet, ſigilli,vt infra eo.§.ſi dolium. Confirmare etiam prædicta poſſes ex his,quæ ſcripſit Soc.in conſi.55.viſo inſtrumento lib.6. Probat enim nauis venditæ poſſeſſionem traditam cenſeri ex eo, 96
ꝙ ſciente,& patiente uenditore emptor inſignia ſua in naui appoſuerit,ſeu appendi fecerit. Citat tantum l.ꝙ ſi neque, nec aliter de prædictis meminit. Denique,& illud placet adnotare in facto propoſito à Baldo,Pactum illud in conuentione adiectũ ꝙ omne lucrum,& damnum,quod in croco contingeret,commune eſſet, propoſitas à Baldo hæſitationes forſan remouere.

91 † Conſuerunt etiam mercatores, ne diuerſarum negociationum fiat confuſio,& miſtura,& ut ex diuerſis adminiſtrationibus non oriatur incertitudo, ubi forte ſocietatem conſuerunt formam contrahendi inſcribere,ſeu titulum ſocietatis adijcere,uerbi gratia,Societas Bartholomæi Thomaſij, Ioannis Francisci & ſociorum, certoque ſigno ex conſenſu omnium facto uti,& in libris notare,quod ſignum ad diſcernendum,ac indicandum,incertitudinem remouendum & inſpiciendum, an nomine ſocietatis ſit contractum,ualde prodeſt, ut ſcripſit Pe. de Ancha.in conſi.332.pro clariore deciſ.col.3.

Eſt & illud in materia ſigni inquiſitione dignum, uariè quidem homines ſignant,& uarijs utuntur ſignis,l.ad teſtium.§.ſigna.ff.de teſt.

92 † An autem mercator alterius mercatoris ſigno vti poſſit? Bald.in l. 1. C. quæ res ven. non poſ. in propoſito iuris articulo ſcripſit in verba ferè infraſcripta.quidã mercatores, qui ſunt integræ famę,inculpatę vitæ,& ſummæ auctoritatis,ſeu magni nominis,habent ſigna ſua,quibus in negotiationibus vtuntur, vt fabri in ſuis operibus vel notarij in ſuis inſtrumẽtis,ſeu principes,& comites in ſuis mõetis,vel vexillis,ſunt & alij qui ſimilibus ſignis vti incipiunt,quæritur num licite & iure permittẽ-
93 te poſſint † & ait,quædam eſſe ſigna publica auctoritate conſtituta,ſignificandæ ſeu demonſtrandæ alicuius ſingularitatis gratia,veluti inſignia proconſularia,vt in l.1.ff.de offic.proc. Item ſigna militum,de quibus in l.milites.C.loca.& habitus religioſorum,& epiſcoporum, & hæc propria auctoritate ſumere, & his vti non licere, idque probatur in d.l.1. ſecundùm eundem Bal.Et varia exempla ipſe colliges ex legibus à nobis paulò antè relatis.Hoc amplius cautum eſt, non licere priuatis ſub titulis,& nomine diuerſorum,res à publica neceſſitate ſubtrahere. 97
l.1.C.de naui. non excuſ. pœnaque amiſſionis rei in admittentes talia imminet,quam legem, licèt loquatur in his, qui excuſant naues,ſub titulis diuerſorum nauigantes.Bar. tamen ibidẽ generaliter interpretatur.Subdit Bal.ſi verò ſunt ſigna,quæ aliquis ſibi ex ſui animi ſententia ſumit,& putat ea eſſe ſimilia no-
94 minibus, & prænominibus nominum, & rerum: † ſicut enim 98
in initio nominis,cognominis,prænominis, recognoſcẽdi ſingulos impoſitio libera eſt priuatis, ita eorum mutatio fraude ceſſante: & ſi quis in fraudem fecerit, incidit in falſum,& pari modo ſigna huiuſmodi accipere, & mutare vnuſquiſque ſine fraude poteſt,& vbi fraus admiſſa eſt, falſum committitur. C. de mutat.no.l.vni.& C de fal.l.falſi.in pri.hactenus Bal.ex cuius verbis,Priuatis priuatorum vti ſignis regulariter permiſſum eſſe colligimus.& addes eundem Bal.in q.ſua, accuſatus de vi turbatiua.& Bart. qui eleganter diſputauit in trac.de inſig. & arm. 99
num. 5. & ſeq. & regulam à nobis propoſitam legato Abb.qui poſt Ant.copioſè ſcripſit in c. dilecta.nu.3.& ſeq. de exceſ. prælat.Alex.in l.ſi vnus.C.de teſt.nu.4.& ſeq.& in l.1. vt nemo pri. vbi licet,inqt,nemini liceat ſine iudicis auctoritate ſigna rebus imponere,quas alius tenet,vt in titu. vt nemini liceat:poteſt tamen quis reb.ſuis,vel à ſe poſſeſſis ſigna imprimere: non tamẽ vexillum,vel vela,ſecundùm Accurſium,in l.2.C.vt nemini licere.cuius ſententia recepta eſt.

Temperanda tamen eſt regula à nobis tradita multis modis vbi fraude, ſeu dolo malo alienum quis ſignum imprimeret, ſeu eo vteretur. Idque ex eiuſdem Bal.ſententia.l.vni.C.de mu. no.l.eos.in fi. ff. de fal. Is enim fal ſum committeret,ſecundum Bald.lex tamen eos.loquitur in eo,qui cum in dignitate conſtitutus non ſit,dignitatis inſignibus vtitur, & legito Fel.& Deci in c.tertio loco.ſub num.5.extra,de probat.vbi probatur ſignũ in fraudem appoſitum non nocere.l.2.C.de reb.alie.non alie.

95 † Item moderanda eſt, vbi primo mercatori fieret iniuria, qui forte is,qui vti eodem ſigno cepit,ignominiosè vtitur,arg. C.de epiſ.aud.l.minimè.de exceſ.præla.c.dilecta.& C.de Iudæ.l. Iudæos quoſdam.& ſcribit Pau.Par conſi.29.bonum ius.nu.8. Finge enim mercatorem,qui amiſſa fide decoxerit,magni & inculpatæ vitæ alterius ſigno vti velle,hunc credo iudicis officio poſſe prohiberi, ex ſigno namque fiducia & perſonæ qualitas demõſtratur.Vnde facilè quis poſſet in hoc decipi, vt animaduertit Pet.Vbal.in tract.de duob.fratr.q.11.num.7.Poſſet etiam lædi maximè ex hoc auctoritatis,& fidei mercator, & ſua intereſt:idque tum diſtrahendarum mercium gratia,tum fraudum quæ à decoctoribus excogitari ſolent,contra quos omnis coniectura creſcit:vnde decoctor,ergo fraudator,edictumque fraudatorium contra eos factum eſt:vt inquit Bald.in cõſ.382.vol. 5.& conſil.400.ead.part.& refert Seue.in tract.de deb.ſuſpen.& ſuo loco nos latius dicemus, & prædictis adijcies,quæ ſtatim dicemus.

96 † Rurſus reſtringenda eſt dicta regula, vbi mercatoris, qui prius ſigno vſus eſſet,intereſſet,& lædi poſſet, vt proximè diximus,& hoc ex mente Bar.in eo.tract.C. de his,qui poten. l. vni. & §.penultimo,in authen.de man.prin.& probat Abb. in d.ca. dilecta.ſub num.4.inquiens,Si experiẽs artifex,vel probus mercator vtitur quibuſdam ſignis,& alius vult illiſmet vti,vt homines emendi cauſa concurrant: cum & populus hic decipiatur, per iudicem prohiberi poterit. & additionarius ad Abb. refert aliorum loca, & præcipuè Ant. But.in capi. ad noſtram circa fi. de appel.dicens aliquem non poſſe vti ſigno in alterius præiudicium.Addes etiam Pet.Vbal.in d.trac. & loco proximè relato. & Alb.in l.quæro.ff.de iu.patr.qui quæſtionem diſputatam ait: & relatis hinc inde argumentationibus, & iuribus idem ſenſiſſe videtur,cum ultimo loco,ſecundùm ea,quæ ſcripſimus,retulerit,arg.l.ſi idem cum eodem.in §.fi.iuncta glo. ff. de iuriſ.om. iudic.& in l.qui filium.in §.Sabinus. ff. ad Senatuſconſ.Trebel. Adiecit etiam Barto.in eod trac.ſi publicè intereſſet,prohibendum a iudice eſſe,& idem exemplum de fabro ſubiũgit,ac chartarum fabricatoribus:nec enim permittendum eſt populum lędi,ac decipi.Nam cũ inter artifices longa ſit differentia,an operis vnius,vel alterius opus confectum ſit, experiẽtis uiri,ac magiſtri opus ſe emiſſe credens deterioris emeret.l.inter artifices. ff.de ſolu.& Bart.citat l.1.C de lat.lib.tol.& ca. in nonnullis. de iud. Et ad rem noſtram finge. in pannis, quos uulgo appellant Cariſee de Vincecone ſeu Maffette.Sunt enim quidam mercatores.qui ſub quodam ſigno pannos prædictos confici curant, qui panni in pretio ſunt,unde ſolent mercatores in permutationibus adijcere,ut contrahentes præſtent ex dicto genere pãnos permutatos eſſe.

Denique huic rei illud adijciendum eſt, quod Bart. etiam in relato loco animaduertit,non licere queri,niſi ex magna cauſa. l.uni.§.ſunt autem,qui putant.ff.ne quid in flu. pub.& iudicem remouendi gratia populares diſſenſiones,ac ſcandalum ex officio poſſe prohibere,& in materia uide etiam Pau.Par. in citalo conſi.29.

97 † Incurrit hic illa ſuſpectio, finita ſocierate, ſeu diuiſa apud quem ſocietatis ſignum remaneat:ùt ſcio Bar.tractaſſe.in trac. de inſign.& arm.ſub num.12.& multa de huiuſmodi re ſcripſiſſe Pet.Vbald.in relato trac.p.11.nu.68. Verùm ſine diſpoſitione,& confuſè loquitur unde ego,ut propoſitæ materiæ,ſeu quęſtionis euidentior habeatur intellectus,complures facti ſpecies proponendas duxi,& ſunt tales.

98 † Si in coeunda ſocietate uni ex ſocijs ſignum acceptum eſt propter ſuam forſan fidem,dignitatem,ſeu famã, ea finita, ſeu diuiſa apud illum ſignum remanet,cuius erat, antequam ſocietas coita eſſet.l.ſi fratres.§.item ſi in communem riuum.& §. ſi quis ex ſociis.ff.pro ſoc.æquitas enim ſuadet,quod in ſocietatẽ ſocius poſuit,deducat,demum emolumenta diuidantur.l.ſi unus.§.ſiquid.ff.pro ſoc.& ſenſit Pet.Vbald.in loco non ſemel relato ſub nu.73.facit.l.ſocietatem mecum,cum ll.ſeq. uſque ad l.quidam enim.eod.tit.

99 † Item ſi in coeunda ſocietate communi ſociorum conſenſu nouum ſignum electum eſt,ea finita,uel diuiſa,ſi unus ex ſociis in ſocietate primarius erat, & quaſi magiſter,maiorisque fidei,adeò ꝙ per eum quodammodo demonſtraretur ſocietas, ut in ſimili dicitur in l.peculium.§.1.ff.de leg.2.& apud eum tãquam amplioris honoris uirum remanebit.ff.de fide inſtr.l.fin. Si uerò amplioris honoris,& fidei non ſit ſocius,apud eum remanebit,qui maiorĩ ex parte ſocius ſit. l. ſi quæ ſunt cautiones. ff.famil.erciſ.Cæteris uerò paribus,hoc eſt, ſi omnes iiſdem ex partibus ſocii ſint,ſortiri eos oportere,& ſorte dirimere. Idque ex ſententia Bart.in dicto tractat.ſub nu.12.quæ Bart.ſententia confirmari poſſet ex his,quæ idem Bar.ſcripſit in lege,ſi ſeruus communis ita,nu.4.uerſi.& iſta faciunt ad qõnem,ff.de ſtip.ſer.

Inquit

Inquit enim, mercatores consueuerunt passim in literis & libris scribere. Titius & socij, societatis &c. Ille certè Titius nominatus non censetur in scriptura, ex qua obligatio quæritur vt sibi magis, quàm alij acquiratur, sed vt ostendatur ac demonstretur primarium, & quodammodo caput societatis esse, omnib. igitur pro portionibus societatis acquireretur. Hæc Barto. Cuius sententiam ibidem probauit Imo. & assentitur Dec. in consilio 122. colum. secunda, & pro tenui. Et ex his magna affertur cognitio intelligendi primarium, & amplioris honoris sociũ, & valde notandum arbitror. Sed vt ad propositam quæstionẽ redeam, Pet. Vbal. Barto. sententiam improbat, & subdubitans primo loco tentat dicere signum dissolui finita, seu diuisa societate, tanquam accessorium, & deinde fortè inquit, ex quo signum commodum cõtinet, æquis portionibus diuidendum, & quoniam est indiuisibile, æstimationem fieri valoris dicti signi habita ratione commodi, lucri, fidei, cæterarumque vtilitatum, quæ ex dicto signo percipi nõ possunt: idque in totum arbitrio boni viri, & vni signum tribui, aliis verò ipsius æstimationem.

Hæc Pet. latius satis, satisque vagando, qui & iuribus à Barto. citatis respondet. Mihi autem cogitanti, nec Bart. nec Petr. sententiæ assentiendum videbatur, & Bal. opinionem probabiliorem, qui in l prima, numero tertio, C. pro socio. finita societate, seu diuisa signum dissolui sensit, vbi captio esse alterius possit, dum, quod & fortius est, inquit. Societate non integra, vt puta, quia quidam ex socijs a societate recesserint, dissolui signũ, nisi omnium sit consensus.

Mouet eum ne falsò antiqua societas agatur, seu repræsentetur. lege eos. § final. ff. de fal. is. Cumque renouatio, seu immutatio facta sit in pactis, & substantia, fiet etiam in accidentibus, & sequentibus substantiam argumen. ff. locati. lege cum in plures. §. lege dicta. Mouet etiam me, quoniam signum societati accedit, ergo ea finita signum etiam disoluitur tanquam accessorium, reg. accessorium. de reg iur. in 6. & ff. de reg. iu. l cũ principalis. quæ enim accessionum locum obtinent, extinguuntur, cum principales res peremptæ fuerint. lege secunda. ff. de pecu. leg. & ad regulam vide Marsling. 17. accessorium. Deinde quia (vt idem Pet. animaduertit) commoda ex signo varia proficiscuntur: ex eo nanque & personarum, & mercium qualitates aguntur: vnde & rerum, & personarum bonitate emptoris freti libentius emunt, & frequentius, & ad emendum plures alliciuntur, & inuitantur, nec conuenit, vt populus decipiatur, secundùm ea, quæ diximus suprà, ver. est & aliud. Quare concludendum arbitror, vbi captio alterius esse possit, & commodũ ex signo quæritur, & Barto. & Petr. sententiam improbandam, & signum diuisa, seu finita societate extingui. Barto. enim opinio relatis rationibus subuertitur, & propter naturam societatis, in qua æquitas præcipuè spectatur, similiter & Pet. aliis rationibus, & ne, vt Bald. dicebat, falsa fiat repræsentatio, vbi verò nulla esset captio, nullumque magnum prẹiudicium considerari posset, & cessarent ea, quæ diximus in versiculo est & aliud, puto de iure laborandum non esse, apud quem remaneat, cum vbi non interest, vbi non est læsio, vbi non fit iniuria, ubi populus non decipitur, vbi denique cessat scandalum, eodem versi. vnumquemque alieno signo vti posse probauerimus. Si tamen societas firma remaneret, quia forsan vnus renuntiauerit secũdum ea q uæ Iurisconsultus ait in lege. actione, in §. diximus, ff. pro socio & signum in societate, quoad durat, tanquam accessorium remansurum puto, idque idem Petr. eodem loco etiã attigit.

Tertiam & illam facti speciem habeto, si ponamus in coeunda societate signum à socijs electum esse, idque ex pluribus partibus compositum, verbi gratia, Titius literam, Mẹuius circulum posuit, Sempronius Crucem, & in hoc signo, vt præmittitur, ab ipsis socijs composito, Petrus non semel relatus, idem quod in simplici electo à socijs respondit, & hanc Petri sententiam fuisse opinor, cum vltimo loco dixerit, Nos autem idem iuris esse & in hac facti specie, quod in præcedenti iisdem rationibus opinamur.

100 † Nouissimè in materia proposita hæc adiicienda sunt. Si inter duos mercatores de signo contendatur, illum, qui agit, lite pendente signo vti non posse, ex sententia Bald. in l. 1. C. vt nemi. liceat sine iudi. aucto. vbi etiam Alexand. scripsit, & placet Petro Vbal. in relato loco part. 11. sub num. 77. quod & ipse nõ
101 improbo: & admoneo mercatores, † ne contra signum suum falsum præbeant testimonium, tales enim pena falsi teneri pronuntiatum est. l. eos ff. de falsis. Et in expressis casibus mercatorum consuetudinem spectari oportere non improbamus, & iudicio ipsorum propositas cõtrouersias dirimi laudamus, quæ non semel in variis iuris articulis in tractatu nostro admisimus.

Sciendum est etiam, quosdam mercatores esse (vt plerique iuris interpretes sentire) ad domum principis pertinentes, de quibus meminit Imperator in l. 1. & in l. pen. C. de cõm. & mer. quas leges. si liber, legito: ex illis enim eorum statum facilè percipies, & quid circa interpretationem earũdem legum nos sentiamus, cognosces, si ea, quæ in prima parte sub num. 63. notauimus, legeris. Et hæc de statu mercatorum, & his, quæ ad eorũ statum attinent, attigisse sufficiant.

¶Pars tertia.

ARGVMENTVM.

De his, qui Mercaturam exercere non possunt.

SVMMARIVM.

1 *Cognitis his, qui mercaturam facere non possunt, cognoscũtur qui possunt.*
2 *Omnes qui merces emere, & vendere seu permutare non possunt, & cõtrahere prohibentur, mercaturam facere non possunt.*
3 *Sermones circa vniuersalia faciliores, circa verò particularia & clariores, & veriores existunt.*
4 *Clerici mercaturã facere non possunt, et declara, ut in sequentibus numeris.*
5 *Clericis ex iusta causa licet rem emere, vt inde aliquid operentur, & rẽ mutata forma distrahant.*
6 *Clericus emens tigna, seu cẹmenta, vt in domo sacerdotij ædificet, si mutato consilio carius venderet, non improbatur.*
7 *Clerici quod ex mercatura superlucrati sunt, pauperibus erogare tenentur, & si non fecerint, an in statu damnationis esse censeantur.*
8 *Clerici in his quæ negotiationis causa deferunt, immunitate non potiuntur.*
9 *Clerici negociatores fori priuilegium perdunt. Quod quomodo procedat declaratur.*
10 *Leges & canones in vnam consonantiam legitima interpretatione redigendi sunt.*
11 *Milites armatæ militiæ ab exercitio mercaturæ remouentur.*
12 *Milites negociatores fori priuilegium perdunt, & quomodo.*
13 *Milites inermis militiæ & qui honoris causa militant, non prohibentur facere mercaturam.*
14 *Nobiles mercaturam facere non possunt.*
15 *Nobiles mercaturam exercentes, amittunt nobilitatem.*
16 *Palatini proceres palatij & consiliarij mercaturam facere non possunt.*
17 *Officiales temporales cum subditis mercaturam facere prohibentur, idque declaratur.*
18 *Furiosi mercaturam facere non possunt.*
19 *Dementes, & minores curatorem habentes, itidem.*
20 *Prodigi qui sententia sunt declarati tantumdem.*
21 *Mentecapti similiter.*
22 *Fatui pari modo, & quomodo inter se differant prædicti, & probẽtur tales.*
23 *Lunatici prædictis comparantur, quandiu mẽs propter Lunam suum officiũ non facit.*
24 *Frenetici mercaturam facere non possunt.*
25 *Minores 5. & 20. an. curatorem non habentes in rebus mobilibus, quæ seruãdo seruari possunt, sine iudice administrationem liberam non habent. Secus verò in his, quæ seruando seruari non possunt.*
26 *Minores 5. & 20. an. in albo mercatorum descripti, & approbati restitutionem non habent, secus si industrii sint, non tamen ex publico approbati, idque disputatur.*
27 *Legum doctor minor 5. & 20. anno. exceptionem, seu aliquid in causa propria probare omittens non restituitur.*
28 *Restitutio, vt concedatur tam in ciuilibus, quàm criminalibus, quid ponendum, quidve probandum sit, remissiuè.*
29 *Minor 5. & 20. anno. approbatus mercator, si in ipsa mercatura cõtraxit, immobiliaq́, sine decreto obligauit, an hypotheca teneat, disputatur.*
30 *Venia ætatis quomodo concedatur.*
31 *Veniam ætatis impetrans, & ex publico mercator approbatus, an sint per omnia similes.*
32 *Contractus minoris cum curatore, vel sine iuramanto confirmatur.*
33 *Mercator iudicis decreto mercaturam facere prohiberi ex causa potest.*
34 *Negotiationi, seu negotiationibus pœnæ causa interdici potest.*
35 *Decoctores, qui in ipsa mercatura fraudis aliquid admiserunt, mercaturam facere non possunt.*
36 *Mercatores postquam decoxere, num ius mercaturæ exercendæ perdant.*
37 *Iurans mercaturam vlterius non facere, quòd iuramentum seruare non teneatur, si aliter viuere non possit.*
38 *Fœminæ mercaturam facere non prohibentur argentariam, verò vetantur.*
39 *Seruus an possit mercaturam facere.*
40 *Filiusfamilias, quòd possit esse mercator, & de eo multa ad mercaturam pertinentia.*

1 NVNC de his, qui mercaturam † exercere non possunt videamus: facilè enim qui possint mercaturam facere, intelligemus, si sciuerimus qui non possunt, admonet nos Iurisconsultus in l. qui accusare. ff. de acc. & in l. 1. ff. de his, qui sunt sui vel ali. iu. & insti. eod. §. videamus, & inst. de tu. in prin. & genera aliter dicimus secundum definitio-
2 nes à nobis in .par. traditas. † Omnes qui merces emere, & vendere seu permutare non possunt, & contrahere prohibentur, mercaturam exercere, seu facere non posse. Hac igitur generali

reg.

Source : BIU Cujas

reg.tradita ad particularium cognitionẽ facilius deueniemus: vt inquit Phil.1.Physi.& quidem expedit ad singularia descendere.† Quoniam sermones circa vniuersalia faciliores circa verò particularia,& clariores & veriores esse,idem probauit Philo.2.Ethi.& Iaſ.noſter in conſi.18.vol.3.

†Prohibentur itaque clerici mercaturam facere,ait enim diuus Hiero.Negociatorem clericum quasi quandam pestem fuge.c.negociatorem.c.fornicari. 88.dist.canonum.enim statutis firmatum est, vt quicunque in clero esse voluerit, emendi vilius,& vendendi carius studio non vtatur,quod si exercere voluerit,cohibeatur à clero.ca.canonum.14.q.4.addes.c.2.ea.cau. & q.& c.1.ne cler.vel mo.vbi Abb.sub nu.6.& nume.10.cle.1. de vi.& ho.cler.Ber.in tract.de gabel.in pri.3.par.Phili.Fran. in c.quanquam.in fi.de cen.lib.6.Car.in cle.1.de vi.& ho.cler. Nã clericis res emere,vt eas in sua forma integras vendant, prohibitum est, quando difficile est in huiusmodi negociationibus non interuenire peccatum.c.qualitas.de pœni.distinct.5.quod non semel probauimus: † ex iusta tamen causa,verbi gratia victus necessitate,licet clericis rem emere, vt inde aliquid operẽtur,& rem mutata forma distrahant,secundum Glo.in sum.43.q.3.probat tex.in c.clericus,91.distin.in hæc verba: clericus victum,& vestitum sibi artificiolo', vel agricultura absque officij sui duntaxat detrimento paret: hoc enim casu mercaturam facere clericus non dicitur,nec lucrum ex negociatione acquiri, sed ex artificio,cum in mercatura lucrũ ex solertia vilius emendi,& carius distrahendi,proficiscatur,quæ glo. Abb.Franc.in citatis locis,& plerique alij probarunt,& vera est eorum sentẽtia, quod & nos latius ostẽdimus in prima par.Quibus & illud adijciendum,quod non ineleganter notauit Sal.in authen.ad hæc. q.20.num.18.C. de vsu. temperat enim prædicta quando clericus mercatus rem est, vt venderet, sed si vt domum reficeret, † uel in domo sacerdotij seu beneficij ædificaret,deinde ex causa mutato consilio tigna,vel cæmenta,quæ emit,carius venderet.Id Saly.ait clerico interdictum non esse. Quam sententiam probare posses ex l.siquis nec causam.ff.si cer.pe.Facit l.1.§.non autem.versic.vnde quærit Offilius. ff.de exercit.& l.1.§.illud.ff. de aqua quot.& æsti.& hæc adeò recepta sunt,vt clerici animabus consulere (vt par est) cupientes, † quod ex mercatura superlucrati sunt,pauperibus erogare teneantur.14.q.5.capit.qui habetis,& scribit Car.in cle.1.in fi.de vita & hone.cler.qui referendo Fra.Alu.subdit,si totum non reddiderint,ex hoc in statu damnationis esse non censeri:ea.cau. & q.c.non sanè. & si pauperibus non dederint,Zenz.& Inn.non tamen clericos damnari sensisse refert,vbi Add.ad eũ citat Arch.Flo.in 3.par.sue summæ tit.13.c.2.in §.fi.quem legito Receptum est etiam, clericos in his,quæ negociationis causa deferunt, immunitate non potiri:cle.fin.de cens.† ubi Car.& scripsit Alb.in l.vniuersi.C.de vecti.& com.Spe.in ti.de immuni.eccle.in fi.Geminia.in c.quanq̃. de cen.lib.6.& ibidem Phil.Franc.& his addes Pet Antib.in tracta.de mune.6.4.nu.21.& nu.41.& seq.to.6.& Card.in cle.1.nu. 16.de vita & hone.cler.& Ber.etiam vbi supra,qui hoc amplius inquit,clericos negociatores etiam fori priuilegium perdere,& † posse conueniri coram iudicibus laicis, & consulibus mercatorum:citat Bald.in add.ad Spec.in tit.de reo.versic.scholaris clericus,qui inquit,clericos negociatores,quantum ad eam negociationem pertinet, communi iure laicorum vti debere,citat l.2.C.de epis.& cler.C.de sacros.eccl.l.qui sub prętextu.& de vita & hone.cle.c.fi.& l.fi.C.de iurisd.om.iud.& idem Ber. probauit in tract.de episco.in 4.lib.par 1.nu.26.& seq.to.2. qui adijcit eundem Bal.in tit.de cle.coniuga.dicentem,clericum huiusmodi immunitatib.alijs clericis concessis frui non posse, cuius rei illa ratio redditur à Paulo Cast.Cy.& aliis in citata l.fi. C.de iurisd.om.iud. quoniam non conuenitur vt clericus, sed vt laicus mercator.ideo se ad episcopum remitti non rectè petit:qđ tamen diximus,temperandum putarem,vbi trina monitio prę cederet,iuxta tex.in c.fin.de vita & honest.cle.& quæ scripsit Fely.in c.cęterùm.nu.3.de iud.& ibidem Deci. sub nu. 6.prope 7. & idem Fely.in c.eccleſia sanctæ Mariæ.sub nu.7 .& seq.de constitu.& Pet.Anti.in relato loco,& idem Bald. innuisse videtur, dum citauit dictum caput. Dicet tamen aliquis, quod diximus, clericos mercaturam facere non posse,expeditum non esse.Cõtra enim est tex.in l.2.C. de episco. & cleri.in illis verbis:siquid enim vel parsimonia, vel prouisione, vel mercatura honestati tamen conscia congesserint, id in vsum pauperum atque agentium ministrari oporteat,& reliqua.Spe.in tit. de cler.coniuga. numero. 9.inter honestam, & inhonestam negociationem distinguit,vt honesta possint.d.c.clericus. 91.distin.inhonestam nõ possint exercere.Huic distinctioni acquiescere videtur Antib.vbi supra sub nu.20.vsque ad nu.25.& hæc distinctio ex verbis legis comprobatur, vel mercatura honestari tamẽ conscia. & sensisse videtur glo.in c. negociatorem. 80.distin.in vltimo loco dixit.Albe.verò in d.l.2.ait,aliud iure ciuili, aliud pontificio cautum,quod & gl.in proximè relatò capite attigit, inquit enim primo loco,licèt lex concedat,canon tamen non permit tit.† Sed quamuis in vnam consonantiam,& leges,& canones, cũ legitima interpretatione possumus,redigere soleamus,si tamen verum amamus,quod vltimo loco diximus, admittẽdum est:quoniam Imperator non negociationis verbo (quod latissimum esse in prima parte diximus) sed mercaturæ, quod verbum,vt eo.loco retulimus,nec quidem vix vi ad artificiũ porrigendum est,vtitur.Denique & illud prędictis adnotandum est, licèt clericis negociari interdictum sit lucri causa: Dec. tamen noster in consi.115.& pro tenui.Sponsionem inter clericum,& mercatorem factam non ineleganter defendi, de qua in tractatu nostro de sponsionibus non nihil dicemus. † Remouent ẽt leges ab exercitio mercaturæ armatæ militiæ milites.l.vni.C.nego.ne mil.lib.12.l.milites,qui à republica.C.de re mil.eo. li.ubi ait Imp.milites,qui à rep.armantur & aluntur, solis debent publicis vtilitatibus occupari. Nec agrorum cultui, & custodiæ animalium,vel mercimoniorum quæstui &c.& inquit tex.in l. milites.C.loca.Armis non priuatis negotijs milites occupẽtur, & hoc Accur.sensisse videtur in l.nobiliores.C.de com.& mer. dum citauit d.l.milites.& facit l.vni.C.in quibus cau.mil.& l.officium.§.patruus.ff.de re mili.quæ recepta sunt,in tantũ, vt Bal. & Saly.in citata l.vni.C.in quibus cau.mil. dixerint † milites negociatores,qui negociationem fecerint,& ex illa negociatione conuentos fori priuilegium non haberent,poterunt ergo corã ordinario conueniri,cum aliàs coram magistro militum conueniendi sint.l.magisteriæ.C.de iurisd.om.iud.& placet hæc sententia Pau.Cast.eod.loco,& idem Pau.in l.fi.C.de iurisd. om.iu. l.fi.sub nu.4.scripsit,militem intèr mercatores annumeratum iurisdictionem consulum mercaturæ declinare nõ posse:quoniam (vt iam diximus) non vt miles,sed vt mercator conuenitur,quæ latius in vltima parte explicabimus. Nec ad rem pertinet,ꝙ ead.l.fi.innuere videtur Imperator, milites mercaturam facere posse.Nam Accur.Bar.& plerique alij in quadam inermi militia legem illam intelligendam putant: quorum sententia vera est. Non enim (ut inquit Bart.) † iurabant se pro repub. mortem non euitaturos, sed aliam militiam consequebantur, ut Florentini milites solent,qui honoris causa militant,mercaturamque non ideò minus exercent,& dicũtur populares.Hęc Barto.quibus addes,quæ prudentissimus uir Lælius Fanẽsis scripsit in libello,quem edidit de militijs ex casu, præsertim pag.5.

† Vetantur nobiliores, & patrimonio ditiores mercimoniũ exercere,ut inter plebeios,& negociatores facilius sit emendi, uendendique commercium.l.nobiliores.C. de com. & mer. & scripsit Mar.Laud.in tract.de digni.q.66.& ait Bald.in ea.l nobiliores.ex quo † nobiles mercaturam facere prohibẽtur:si exercerent,inter nobiles haberi non possent, nec deberent, quibus. addes,quæ supra in secunda parte diximus, uersi. item quæritur an mercatores,& quæ ad hunc locum attinent,illinc assumes,

† Et Palatini,proceres Palatij, seu ꝑsiliarij mercaturã facere non possunt.l.fi.cũ gl.1.C.de rescin.uen.Facit tex. in l. nullũ.C. de off.rec.prouin.cuius rei citatus Accur.illã rationẽ reddidit, qa minacẽ feruorẽ pñt ostẽdere,addidit ẽt Sal.ubi .s. Imperatorẽ id statuisse,ne prouinciales se gratificari cupientes, uiliùs uẽ dãt,& ꝓbat prædicta Iaſon in l.principalib.ff.si cer. pet. in prin. & citat Bal.in ea.l.fi.qui declarãdo,seu tẽperando in hęc, seu similia uerba, inquit,posse & hos ex certa principis scientia emere:tunc enim uerisimile non est, compulsum fuisse, uel gratiæ datum.l.fin. in princip. ff. quod met.cau. & hanc legem in magnis consiliarijs magnorum dominorum intelligo, qui principis locum tenent.Exempli loco. Regis,Legati,Cardinalis,& domini magnarum ciuitatum. Nec enim referenda est ad consiliarios episcoporum, uel magistratuum minorum ecclesiasticorum perpetuorum.Hactenus Bald. † Principalibus constitutionibus cauetur etiam,ne hi,qui prouincias regunt,quive circa eos sunt,negocientur,& vt nostratium vtar verbis,officiales temporales cum subditis mercaturam facere, regulariter prohibentur.l.principalibus.ff.si cer.petat.l.vni.C.de cond.indeb.l. non licet.l.qui officij.ff.de contr.empt.l. quisquis. vbi doct. tractant.C.si cert.petat.& Bart.in l.aufertur.§.quod à præside.ff.de iur.fis & latiùs Par.Put.in tract.de sindi.in uer.cont.& latissimè explicant iuris interpretes,præsertim Iaſon,& Deci. in citata l. principalibus.qui differendo (quod diximus) extendunt,& tẽperant multis modis,& nos, aliis omissis duo tantùm referre contenti erimus. Alterum est, vt prohibitio locum habeat in his etiam,qui circa iudices sunt,idque probatur etiam in l.uni. seu rubr.C de contract.iudi & eorum,qui circa eos sunt.Alterum est,ut ad eos officiales qui in patria sunt, prohibitio nõ referatur:hi enim contrahere possunt,unde priores,& anciani ciuitatum contrahere non prohibentur,idque a frequentioribus receptum est.Sunt enim,qui dissentiant,ut scribit Decis. in d.l. principalibus alios referendo,& disputando sub nu.7.

Sunt & personæ,quæ cùm rerum suarum administrationem non habeant,mercaturam facere non posse,iuris est explorati, † Furiosum enim non posse natura manifestum est.l.1.§. furiosum.ff.de actio & oblig.l.qui ad certum.ff.loca.† Proximi sunt furioso,quin immò in hoc absimiles dementes,& minores curatorem habentes, † ac hi, quibus bonis est interdictum.l.Fulcinius.

cinius.§.adeò.in fi.ff.quibus.ex cau.in poſ.ea. inſtit.quibus alie. licet,vel non §.nuuc admonendi.& tractant doct.in l.ſi curatorem.C.de reſtit.in integr.& in l.is cui bonis ff.de verbo obliga. Az.in ſumma in tit.C.de pact.numero 6. & Decius in reg.furio
21 ſi.ff.de regulis iuris.† & quæ diximus de furioſo, & in mentecaptis procedunt,inſtit.qui teſtam.fac.poſ§.furioſi.vbi glo.l.2.C. de cura.fur.l.conſilio.in §.cum dementis. & l.obſeruare. ff.eo. facit l.ſi furioſi.C.de nup.l.tam dementis.C.de epi.aud. & quid ſit mentecaptus,explicat Bal.in l.humanitatis.numero 15.C.de
22 impu.& in d.l.ſi furioſi.numero 2.† & idem de fatuo reſpondē dum videtur:is enim eſt,qui per vicos inſanorum more deridē da loquitur.l.ob quæ vitia.ff.de ædil.edic. quibus addes Deci.in conſi.86.num.7 & in conſi.448.Gram.conſil. 16.incomprehē ſibilis.num.8.Iaſ.in conſi.2.num.7.vol.1.& in conſil.141.vol.4. nu.6.Nicol.Boe.dec.23.motus fuit.Alcia.in tract. de præſump. in 3.part.reg.1.ver.38.& lib.2.Pater.iuris.c.16.ex quibus locis in telliges,qui ſint hi,de quibus verba fecimus, probandiq́ue mo-
23 dum percipies,quæ loca non ab re adiecimus. † Item & lunaticos his comparandos crediderim,quandiu mens propter lunā ſuum officium non facit.l.bouem §.aliquando.ff.de ædil.edic. & omnes,quos enumerauimus in materia,de qua agitur, diſſimiles non eſſe.Probari videtur in l.fatuo.ff.de poſtu.& ff.de prius.credi.l.Sabinus.§ fi.cum l.ſeq.& in l.prædia.ff.de reb.eo.In illis verbis.Idem ſeruari oportet & ſi furioſi,vel prodigi, vel cuiuſque alterius prædia curatores vellent diſtrahere.& Nic. Boe. vbi ſuprà, qui de prodigo ēt meminit, ſi tamen iudicis ſententia prodigus declaratus ſit,quam ſententiam neceſſariam frequentioribus placuiſſe probat. Et inter prædictos annumera-
24 bis etiam,vt Bald.vtar verbis,† phreneticum, dum in phreneſi eſt,ſic enim Bald.loquitur in l.2. ver.decimò quæro.num.13.C.
25 de reſcin. vendi. † Et quoniam de minore curatorem habente meminimus,Sciendum eſt minorem 5.& 20.an.curatorem nō habentem in rebus mobilibus,q̣ue ſeruando tamen ſeruari poſſunt,ſine iudice adminiſtrationem liberam non habere,res verò,quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, & tempore perituras, & ſine decreto alienare,& adminiſtrare poſſe.Quod notauit Acc. in d.§.admonendi.l.lex,quæ tutores.C.de admini. tut.& tractat Bart.in l.ſi ex legati.ff.de verbo. obliga. & Saly.& Alex.copioſe ſcripſere in d l.ſi curatorem & his addes Iaſ.in conſi.48.vt veri-
26 tas.volu.1.† Et huic rei illud adijciendum erit,nec quidem ab re minores 5.& 20.ann.mercatores approbator,& in albo mercatorum deſcriptos in illo actu, & mercaturæ negocio reſtitutionem in integrum non habere,vt eleganter & Cyn. & Bart. in l. 1.C.qui,& aduer.quos tradidere,arg.l.1.C.de his,qui ven.æta.impe.id enim ſenſit Cy.etſi non expreſſerit. Vbi verò ex ſolis actibus ſunt industrij,non tamen ex publico ſunt approbati, in integrum reſtitutionem petere non prohibentur: grauiori tamē onere probandi aſtringuntur: quia propter induſtriæ præſumptionem plenè leſionem probare coguntur,adeò, vt ſacramentum in ſupplementum (quod vocant) probationis,non defertur.Vnde Ioan.de Ana.ex mente,& verbis prædictorum in rub. extra de delict.pue.in fi.putauit,& rectè,iuuenes,qui ſe Florentiam mercaturam,ſeu negotiationem aliquam exercendi cauſa conferunt,& publici ſunt mercatores,& in eorum matricula deſcripti,ſi in ipſa mercatura,ſeu mercaturæ officio, vel actu lædantur,reſtitutionem petere non poſſe:ſunt enim tanquam idonei approbati,& malitia ſupplet ętatem.l.ſi alterius.C. ſi minor ſe maio.dixerit.& in induſtria,prudentia ac ſapientia,idem ait,& refert,ac probat Mar.in l.infans, ff. de ſicca. numero 1.& ſequent. Ex quibus colliges maiores 5. & 20. annis approbatos mercatores,& in matricula mercatorum deſcriptos mercaturam exercere poſſe, & læſos in ipſa mercatura nō reſtitui.Scio etiam Iaco.But.relatum à Bald.in prædicta l. 1. dixiſſe præſumptionem induſtriæ ſiue ex publico,ſiue ex minoris conſuetudine proficiſcatur in integrum reſtitutionem nunquam excludere,ſi plenè probetur leſio:ex hoc enim probatur facilitas & cōceditur reſtitutio.Si verò plenè non probatur,facilitas nō præſumitur, & ideo reſtitutio denegatur. Præſumptio enim induſtriæ ex clara probatione excluditur, & huic ſententiæ eſſentitur Raph.& Pau.Caſtr.& Bal.in præſcripta.l.1.non improbant. Pro qua ſententia induci poteſt tex.in l.1.in fi.ff.de min. in illis verbis, nec ante rei ſuæ adminiſtrationem quamuis bene rem ſuam gerentibus.Licèt autem Iac.But. Bal. & Paul.auctoritas, & ſupra relata me non parum mouerint,non tamen à Cy.Bar. Pet.& alijs relatis diſſentiendum puto, vt minor mercator approbatus,& in matricula deſcriptus læſus reſtitutionem in illo
27 approbationis actu non habeant, † eoque non diſſimili caſu probari poteſt ſi legum doctor minor etiam 5.& 20.an. exceptionem ſeu aliquid in cauſa propria probare omiſerit: quia publicè approbatus fuit, & examine præcedente reſtitutio nō eſt ei concedenda. Obijci enim poteſt, profeſſio & deſiderium tuum inter ſe diſcrepant. Cum enim te doctorem eſſe proponas,turpe eſt ius,in quo verſaris ignorare, lege profeſſio. C. de muner.pat.libro decimo,facit,l.2. verſiculo Seruius autem Sulpitius.ff.de origi.iur.huc pertinet,quod beliſſimè inquit, Cicero Tuſcu.queſt.lib.2.vt enim ſi grammaticum ſe profeſſus quiſpiam barbare loquatur,aut ſi abſurdè canat is,qui ſe haberi velit muſicum, hoc turpi ſit, q̣ in eo ipſo peccet, cuius profitetur ſcientiam.Sic Philoſophus in ratione vitæ peccās hoc turpius eſt,quòd in officio, cuius magiſter eſſe vult, labitur, artemq́ue vitæ profeſſus,delinquit in vita:& in hac opi. fuit Accur. in d.l. profeſſio.& Bar.in l.ſed & reprobari.num.3.ff.de excu.tut.& eādem ſententiam diſtinguendo probauit Saly. in citata l. 1. qui & aduer.quos.& eandem ſententiam defendit,& probat Maur. de reſtitu.in integ.c.223.pag.177.& apertiſſimè probari ait in d. l.1.C.qui & adu.quos.& hanc ſententiam puto veram, eueniret enim,vt hi, qui cum ipſis mercatoribus minoribus contraherent,ex publica approbatione circunſcripti viderentur: arg. tex.citati per Bart.in l.1.C.de his,qui ue.æta.impe. Si tamen Iac. Butr. & aliorum ſententiam rationabilem putares, ſecundùm
28 quam,meo quidem iudicio,† iudices ſententiam non dicerent vt in forenſi diſceptatione,quæ ponenda q̣ueve probanda ſint, ex mente iuris faciliùs intelligas, ad hæc doctorum loca confugito.Ang.in l.certum.in §.pupillo.de con.Iaſo.in conſi.103.prima conſideratione. volumine primo,colum.2.Goz.conſil.44. numer.8.Alci.in tract.de præſumpt.in 3.par.reg.1 ver.quadrageſimoſecundo. & apud eum notauit pleniùs Io. Nico. Gram. in voto 13 & conſi.16.incomprehenſibilis.& conſi. 60. nu. 10. redempt.Mar.ſing.445.minor.& his addes Mauri.de reſti.in integ.c.154.vſque ad c.174.& c.178. in quibus locis colliges circa reſtitutionem etiam in delictis,& illud hoc caſu clarum eſt,ſecundum Iacob.Butrig. & alios læſionem plenè docendam eſſe propter induſtriæ præſumptionem,quæ ex publica approbatione proficiſcitur.

Et ex prædictis quæſtionem ſubijcio fortè nuſquam tractatam,nec vſquàm relatam.† Minor 5.& 20.an.mercator approbatus extitit, & in mercatorum albo deſcriptus, & (vt moris eſt) in ipſa mercatura ſeu mercaturæ actu contraxit, bonaq́ue ſua immobilia inſtrumento obligauit, abſque tamen prætoris decreto:quæri poteſt,num teneat hypotheca?Dicet aliquis,hypothecam nullam, idq́ue ex paulo antè relatis probari. Nam Barto.& alij citantes l.1.C. de his qui ue. æta. impet. minores ex publico approbatos & in albo mercatorum deſcriptos,his,qui veniam ętatis impetrauerunt,comparare videntur. At hi qui veniam ætatis impetrauerunt, neque alienationem rerum immobilium hypothecam facere ſine decreto poſſunt .l. omnes. & l.eos.C.de his qui ve.ęta.impet.Ergo eodem modo minores
30 mercatores in mercatura approbati. † Quod & eo confirmari poteſt.Nam venia ætatis cauſa cognita conceditur, tunc enim quis veniam ętatis conſequitur, & vires habet conceſſio, cum morum inſtituta, probitatem animi, & teſtimonium vitæ honeſtioris edocet.l.2.C.de his,qui ve.æta.impetr. Rurſus mouet. Nam Bar.& plerique alij in citata l.1.C.qui & aduer.quos.vt retulimus, ſcripſere minores approbatos mercatores & in albo deſcriptos in ipſo mercaturæ actu ſine ſpe reſtitutionis in integrum contrahere, & negociari. Verum mercatura non eſt in immobilibus, vt in prima parte oſtendimus, & probatur in l. mercis.ff.de verbo.ſignifica.ergo ceſſante approbatione in immobilibus remanēt minores,& conſequenter hypotheca nulla. Et contrario occurrit, mercatores hodie ex conſuetudine plerunque inſtrumentis negociantur, in quibus de more hypothecam, & omnium bonorum obligationem adijci nemo eſt qui neſciat.Vnde ſecundum mercaturę conſuetudinem approbati cenſentur:actus enim agentium ex conſuetudine interpretationem accipiunt.l.Mela.§.1.ff.de alimen.& ciba. legat. & actuum denique omnium eſt conſuetudo interpres optima,ſecundùm Innoc.in c.olim.de uerbo.ſignifica. & id quod uſi tātum eſt inſpicere,debemus,l.ſiquis donaturus,ff.de uſufr. accedat text.in l.certi condictio.in §.ſi nummos.ff.ſi cert. petat. & l. quòd ſi nolit.in §. quia aſſidua. ff. de ædil.edic.& plura ſimilia, quæ ad id pertinent, tanquam vulgaria conſultò prætereo, & huic ſententiæ tanquam tationabili aſſentiendum puto. Nec moueant quæ contra dicta ſunt. Non enim uidetur per omnia ſimilis is,qui ueniam ætatis impetrauerit † ei,qui à publico mer
31 cator eſt approbatus, quinimmo in ptopoſita quæſtione diſſimilis.Nam,is qui contrahit,cum eo qui ueniam ætatis impetrauit,ſcit ſeu ſcire debet,ueniam ætatis illo modo concedi,ut immobilia nec alienare,nec hypothecis ſubijcere poſſit. l. regula. ff.de iuriſ.& fact.igno.iuncta l.qui cum alio.ff.de reg.iur.

At qui cum mercatore minore 5.& 20. anno. contrahit approbato,& ī mercatorum albo deſcripto & in ipſa mercatura, inſtrumentis & hypothecis in eo adiectis ex conſuetudine negociatur,& contrahit,ſi hypotheca nulla eſſet,quodam modo ex publica approbatione circunſcriptis uideretur. Vnde cum hic ratio interueniat. l. 1. C. de his,qui ue.æta.impe.ſequitur ut ſecundùm relatam ſententiam reſpondendum uideatur. Vnde ad propoſitas forſan hæſitationes remouendum paſſim lege municipali caueri ſolet,minores 5.& 20.anno.publicè mercaturam exercentes,tanquam maiores,ſe ſuaque obligare:q̣ue lex in patria mea uiget,& de qua non ſemel in hoc tractatu me

minimus,

Source : BIU Cujas

minimus, & præsertim in vltima parte, cùm de constitutionibus, seu statutis disseruimus, versi. declarat etiam Iaso. Sed quoniam de contractib. minorum, & præsertim venditionibus verba fecimus, adnotandum prædictis, & illud duximus, suprascripta procedere, & admittenda esse, vbi sine iuramento minor contraxerit.

32 Si verò iureiurando in contractu fidem astrinxerit cum curatore,† vel sine (nihil enim hoc casu interest) contractum virtute iuramenti tenere, plerique sensere, secundùm Ias. post glo. in vers. contractibus, in authenti. sacramenta puberum, sub nu. 33. C. si aduer. vendi. & eodem loco plene scripsit Curt. sub nu. 30. & sequent. quem videbis, & hanc sentētiam crebriorem ait Aym. Crau. cons. 7. Enimondus, in fin.

33 † Euenit etiam, vt iudicis decreto mercaturam facere aliquā do mercator prohibeatur, quod ex causa contingit. Verbi gratia, propter fugæ suspitionem, idque optimo tex. probari videtur in l. de pollicitationibus, ff. de pollic. & eleganter Rom. declarat in l. is, cui bonis. ff. de verb. oblig.

Et pœnæ causa interdici negociatione, vel negociationibus
34 per iudices solet † vt bellissime Iurisconsult. ait in l. moris, in versi. interdici. ff. de pœ. Finge enim aliquem mercatorem in negociationibus ad ipsam mercaturam spectantibus, malè versatum & delinquere, iusta causa est, vt pro admissi modo vel negociatione, vel negociationibus abstinere iubeatur, quibus addes elegantem legem annonam. ff. de extra. crim. & legem primam, in fine. ff. de off. præf. vrb. quod notandum arbitror, ad compescendas in fraudādo mercatorum excogitatas artes, & vt malis hominibus ciuitates expurgentur. l. congruit. ff. de off. præf.

Illud etiam non omitto dicere, si mercator amissa fide deco
35 queret,† & aliquid fraudis in ipsa decoctione admitteret (vt decoctores plerunque assolent) mercaturam vlterius facere non posse, mouet me singularia text. in lege si aliquid, C. de susc. præpo. & ar. nec referre puto legem illam in susceptore, & tabulario loqui: Barto. enim in summa eiusdem l. ait, non potest quis exercere officium, in quo deliquit, mercatorem autem officiū gerere scribit, & probat idem Barto. in tract. de test. in ver. mercatorem, & plenius Sig. consi. 95. num. 25. & Alc. in l. mercis. ff. de verb. signific. & nos latissimè probauimus in 1. par. Accedat, quod ead. parte ostendimus, eum, qui semel decoxerit, semper decoctorem dici posse: quoniam nomina delicti significatiua vno actu conuinci plerique probarunt, & scribit Ro. consi. 43. in casu propositæ. Et his illud adiiciendum est, quod ex facto consulto placuit Bald. in cons. 74. cuius initium est, quandoque agitur. vol. 5. Cum quidam Stephanus mercator Florētinus in ciuitate Perusij mensam cum quibusdam socijs, qui Florentiæ commorabantur, haberet, à quodam Perusino mille & tercentos florenos recepisset, & proprio, & sociorum Florentinorum nomine promisisset, quòd ijdem socij mercatores in eorum libris creditorem in dicta summa constituerent, quodque literis manu sociorum scriptis id factum esse constaret, quibus peracti
36 s chirographum factum eidem Stephano restitueret. † Respondit Bald. si mercatores Florentini, ijdemque socii decoxissent, literas à mercatoribus non emanatas cēseri; quoniam statum immutassent, ac conditionem suam deteriorem fecissent. Et cum ante decoctionem literæ traditæ non fuissent, moram purgari non posse à moratore. Idemque respondit, quia adiectio personarum fauore creditoris facta censetur, & alijs rationibus nouationem factam non esse, suprascripta tamen intelligenda puto, iuxta verba l. si aliquid quando quis suo vitio decoxit, rationesque conturbauit, & in ipsa decoctione fraudem admisit. Nam si fortunæ vitio propter insignem calamitatem cōturbaret, nihil prohibet, quin mercaturam exercere possit, arg. tex. in §. soluitur. ver. item si quis. inst. pro socio. ff. de cessio. bono. l. 5.

Nec illud tacebimus, quod eleganter Archi. scripsit in c. ani-
37 maduertendum. 22. q. 2. scripsit enim in verba infrascripta.† Si quis iurauerit, ꝙ nunquam erit negociator, vel miles, ꝙ non tenebit feudum ab ipso domino, aut quòd non seruiet illi, vel locabit operas suas, aut accipiet domum aut molendinum, nō tenebitur illud seruare, si aliter viuere non possit, nisi contra id faciat: quia iam res redit seu venit ad eum casum, de quo si cogitasset ab initio, & iurasset super illo, illicitum esset iuramentum. Hactenus Arc. quem probat, & commendat Panor. in c. si vero, nu. 3. de iure. refert etiam & plenius ac confirmat Ioan. à Selua in tract. de iure, in 3. par. nu. 18. tom. 9.

38 † Illud quæri potest, num fœminæ mercaturam facere veten tur. Dicet aliquis vetari, nam & fœminæ remotæ videntur ab officio argentarii, l. fœminæ. ff. de eden. puto tamen non prohiberi, mouet me l. 1. C. de eden. secundùm interpretationem Pe. & Cy. & iuxta exemplum Ia. But. de quo meminit ibidem Bar. sub num. 16. & Dec. sub num. 17. & hæc sententia probari videtur in l. pediculis. in §. item cum quæreretur. ff. de aur. & arg. le. in illis verbis, cum testatrix negociatrix fuerit. Item ex l. sed & si quis. ff. de inst. in illis verbis: parui refert quis sit institor masculus, vel fœmina, & paulò infra. Item quis, quæve proposuit, & reliqua. Pro qua sententia est, quod aiunt, in his, quæ sunt de genere permissorum, omne censeri permissum, quod expresse non reperitur prohibitum, l. 1. ff. de proc. l. necnon. §. quod eis. ff. ex quib. cau. maior c. 2. ver. præsertim, de transla. epi. c. 1. de proc. in 6. Nec moueat d. l. fœminæ, tum quia Iurisconsultus subijcit: quia virile officium est. Tum etiam, quia argentariorum officium, atque ministerium publicam habebat causam. l. argentarius. ff. de eden. nec propterea per omnia mercatores his similes censentur, quod non semel diximus.

39 † Item quęritur, num seruus mercaturam facere possit. Et posse videbatur; quoniam argentariam potest. l. prætor. §. sed & si seruus. ff. de eden. & glo. in l. argentarius in ver. publicam. eo. ti. Verùm id secundùm iuris nostri regulam intelligendum puto si dominus serui possit: aiunt enim seruum capacem eius esse, cuius dominus est capax. l. si mihi & tibi. §. reg. ff. de leg. 1. & in hacmet specie respondit Dec. in l. 1. nu. 11. C. de eden. & videbis text. in l. si seruus. ff. de vsu & habit.

40 Filium autem familiàs ex omnibus causis tanquam patremfamiliàs obligari: †& ob id agi cum eo, tanquam cum patrefamiliàs posse, certi iuris est. l. filiusfamilias, ff. de ac. & obliga. l. filiusfamilias, ff. quod cum eo. l. nulla res, C. eod. ti. vsque adeò, vt mutui facti gratia mercatori rōne mercaturæ S. C. Macedoniani exceptio non cōpetat, secundùm Nic. & Cy. in l. Macedoniani, C. ad S. C. Macedon. sub num. 3. hoc amplius referendo Bart. ibidem Sal. inquit, Mercatorem mutuam pecuniam recipiens, in ambiguo in ipsam mercaturam vertisse præsumitur, quę placuerunt Ang. Aret. inst. de excep. §. item si. num. 18. vers. quærit Bald. quod & nos in vltima par. cùm de legibus municipalibus disseremus, aliorum auctoritatibus probabimus. & circa id qđ superiori loco diximus de filiofamilias mercatore, legito. l. prætor. §. sed & filiusfamilias, ff. de eden. & videbis, quæ ex facto cōsulto Paulo Par. præceptori meo placuerit: is enim in consi. 94. spectabiles, volumine primo latè in filiofamilias complura ad mercaturam pertinentia copiosè disseruit, præsertim, an capi possit, an insolidum conueniatur: & quid si decoxerit, & pleraque similia. & idem præceptor meus in cōsilio antecedenti 93. cuius initium est. Dicēdum videtur, an pater pro filio teneatur, ad propositum pertinentia disputat. quod & nos non semel in hoc Tractatu attigimus. & de filiofamilias mercatore, quive in ipsa mercatura lucratus est, num lucrum aliis fratribus communicari oporteat, eleganter tractat Ang. in consi. 85. ex themate. Dec. in l. illud. C. de colla. & plene quidem Aym. Cra. consilio 165. super puncto. Andr. Tiraqu. in com. de vtroque ret. §. 1. gl. 9. num. 60. & sequent.

Pars Quarta.

ARGVMENTVM.

Mercatura in quibus rebus possit exerceri.

SVMMARIVM.

1 *Mercatura regulariter super rebus omnibus mobilibus tantū potest fieri.*
2 *Mercatura in hominibus non est, & multo magis in liberis hominibus.*
3 *Eunuchi Romanæ gentis homines facti non sunt in commercio: secus verò barbaræ gentis extra Romanum solum facti.*
4 *Mercatuta non est in rebus sacris.*
5 *Ementes scienter res effectas religionis, incidunt in crimen læsę religionis.*
6 *Purpuræ, quibus princeps vtitur, dum in maiestate sedet, distrahi & vendi prohibentur.*
7 *Encaustum Imperatoris nulli permittitur habere, aut quærere, consequenter mercatura vetatur, & eodem in loco dicitur de priuilegio scripto sacro encausto.*
8 *Sericum à Barbaris emere prohibemur.*
9 *Mercatura in frumento publici canonis non est, & idem iuris est in frumento exercitui missо.*
10 *Arma an liceat facere vel vendere priuatis.*
11 *Mercator transiens per prouinciam negociandi causa, gladium ꝙ possit ferre, & quomodo.*
12 *Vinum & oleum, & alia liquamina ad barbaros deferre vetamur.*
13 *Loricas, arcus, sagittas, spatas & quædam alia ad barbaros exportare non licet.*
14 *Puluis, quo vtimur in bombardis, deferri ad hostes non potest: quemadmodum cotes ad acuendum ferrum: & idem in sulphure.*
15 *Aurum pro manicipijs aus quibuscunque speciebus ad barbaros transferre non possumus. Idem in argento.*
16 *Animalia ad barbaricum solum transferre vetamur. Et ibidem, de prohibitione equorum militarium in regno Siciliæ, & Asturconum in Regnis Hispaniæ.*
17 *Pœna aduersus exportantes res prohibitas ad hostes, quæ sit de iure pontificio, & quæ de iure ciuili.*
18 *Capitalis pœnæ, quæ imponitur deferentibus prohibita ab hostes, quæ sit*

19 *Capitalis.*

Source : BIU Cujas

19 *Capitalis pœna vbi declaratur à lege ſtandum eſt declarationi: & quomodo conſtare dicatur de mente legis.*
20 *Capitalis pœna in ſeruo intelligitur de morte, vt perſonæ conueniat.*
21 *Capitali pœnę vbi à l. adycitur bonorum proſcriptio, intelligitur de morte.*
22 *Capitalis pœna in dubio intelligitur de exilio.*
23 *Epiſcopalis conſtitutio, quæ clericum capitali pœna puniendum decernit intelligitur de excommunicatione.*
24 *Interpretatio ad l. mercatores. C. de com. & mer.*
25 *Vinum & alia liquamina ad barbaros exportari non poſſunt: nec quidē guſtus cā, & quid in lorica vna, vel enſe vno ſpeciminis cauſa aſportatis.*
26 *Statutum prohibens vinum exportari extra territorium, an habeat locum in exportante metretam guſtus cauſa.*
27 *Durante bello inter reges Chriſtianos merces quaſcunq; exportare vetamur.*
28 *Merces licite an publicentur propter illicitas.*
29 *Aedificia demoliri, & marmora diſtrahit negotiandi cauſa, non licet.*
30 *Salinarum reditus, eſt de regalibus: & ſal vendere ac emere, fiſco excepto nō licet, & conſequenter in ſale paſſim non eſt mercatura.*
31 *In ſale prohibitiones quædam, & de materia relatiue.*
32 *Quæſtio, an intromittens in ciuitatem uegetem muriæ ſeparatam à ſalſamentis incidat in prohibitiones de ſale factas.*
33 *Simplicis appellatione in pœnalibus non continetur miſtum,*
34 *Potentia actui proxima in actu habetur.*
35 *Lex municipalis vetans quemcunque frumentum in foro emere, niſi victus cauſa, non includit ſcholarem: qui victus cauſa pro toto anno emerit, deinde mutato propoſito volens recedere frumentummet vendiderit.*
36 *Primum propoſitum honeſtum, & licitum inſpiciendum.*
37 *Pecunia publica mercatura fieri non poteſt. Et in materia tres facti ſpecies ſecundùm Decium proponuntur.*
38 *Depoſitarij communis Anconæ pecuniam publicam ad vſus certos deſtinatam, in alios transferre non poſſunt.*
39 *Magiſtratus, qui publicas pecunias in vſus ſuos conuertit, maximas vſuras præſtare vice cuiuſdam pœnæ debet.*
40 *Mercatura publicis ſpeciebus fieri nequit.*
41 *Recipientes pecunias publicas tempore penuriæ, emendi gratia frumentum in aliquibus regionibus, & dictis pecunijs negotiantes, acriter puniuntur.*
42 *Arbores ex luco Daphnes, ſicommorum, vel cupreſſos ex luco perſeidos emere vetamur.*
43 *Veneni mali emptio non contrahitur, conſequenter in eo non eſt negotiatio ſine permiſſu principis.*
44 *Mercatura quandoque cōſtitutionibus locorum iuſta de cauſa arctatur. Et exempla ſubijcit.*
45 *Decretum tempore penuriæ nequis frumentum vendendi negotiandive cauſa emat, valet.*
46 *Ex mala adminiſtratione frumenti penuria creſcit.*
47 *Præfecti annonæ ordinem dare poſſunt, qualiter, quo ordine, quantumve frumenti vendi poſſit qulibet die, vel menſe.*
48 *Statutum Anconitanum, quo prohibetur vinum afferri poſt feſtum omniū ſanctorum, quòd valeat. & quam interpretationem habeat.*
49 *Statutum, quòd extraneorum panni non intromittantur in locum valet, & quòd non referatur ad illos qui per tranſitum intromittuntur.*
50 *Statuta varia ac multa ſunt in diuerſis locis, quibus mercatura arctatur, & de his relatiuè.*
51 *Mercatoribus, qui res vænales: ad quotidianum hominum victum neceſſarias expoſuere, pretium moderari poteſt. Et exempla in pannis, & vide quid de penſionibus domorum ſubijciatur.*
52 *Negotiatione licita nemo eſt prohibendus, & nemo in prohibita exerceat ſe.*

1 SVperiori † loco de perſonis, quæ mercaturam facere non poſſunt, expoſuimus: modo videamus de rebus, in quib mercatura poteſt exerceri, & ex Iuriſconſulti Pauli mente ſuper rebus omnibus mobilibus tantum mercaturam regulariter poſſe fieri permiſſumque eſſe, putamus. Is enim in l. ſi in emptione. §. omnem. ff. de contrahada emptione, inquit in hæc uerba: Omnium rerum, quas quis habere, vel poſſidere, uel perſequi poteſt, uenditio rectè fit. Quas uerò natura, uel gētium ius, uel mores ciuitatis commercio exuerunt, rerum nulla uenditio eſt. Verbis igitur Pauli relatis & ex his, & aliorum auctoritatibus, & locis referendis, res quaſdam prohibitas, declarando, & excipiendo enumerabimus.

Diximus in prima parte. verſicu. illud etiam quæri poteſt.
2 † In hominibus non eſſe mercaturam, mercis enim appellatione non continentur, addes ergo his, quæ diximus declarationis cauſa, in libero homine multo magis procedere: natura enim in commercio non eſt, ut ſcripſit Accur. in eodem. §. omnium. Facit, quod iur. ibidem ſubiicit. l. liberi hominis. eodem titu. & quia in libero homine nulla corporis æſtimatio fieri poteſt, ut inquit Iuriſconſultus in l. j. in §. ſed cum liber homo. ff. de his, qui deie. uel effud. & in l. fin. eo. tit. glo. in l. liber homo. ff. ad legem Aquiliam. l. ex hac. ff. ſi quadr. pau. fe. di.

3 † Item Eunuchos Romanæ gentis, homines, ſiue in barbaro, ſiue in Romano ſolo factos, ad dominium alicuius ſub pœnis grauiſſimis transferri eſt prohibitum. Barbaræ autem gentis. Eunuchos extra loca Romano Imperio ſubiecta factos cunctis negotiatoribus, & aliis emendi in commerciis, & vendendi facultas conceditur: vt dicitur in l. 1. C. de Eunuc.

4 † Sacræ quoque res, vt Accur. inquit in d. §. omniū, nō ſunt in commercio, & ideò in his mercaturam exerceri non poſſe, nemo eſt qui neſciat. l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ff. de verbo. oblig. §. nullius. inſtit. de rerum diui. l. vſucapione. ff. de vſucap. Bald. in l. 3. nu. 6. C. de iure dot. vbi regulas cognoſcendi, quando res in commercio ſint, vel non ſint, eleganter ſcripſit. Hoc
5 amplius receptum eſt, † eos, qui ſcienter res religionis effectas emerunt, & diſtraxerunt, in crimen læſæ religionis incidere. l. j. C. de ſepul. viol.

Moribus etiam & iure ciuili complures res in mercaturam, & negocjationem deducere vetamur, vt relatus non ſemel inquit Accur. †
6 & purpuræ, quibus princeps vtitur, dum in maieſtate ſedet, vel in ſerico, vel in lana, ſiue vellus muricis, ſub diſcrimen fortunarum, & capitis vendi, & diſtrahi prohibentur. l. 1. C. quæ res ven. non poſſ. & ſcripſit Bald. in rubric. eiuſdem tituli, & conſequenter ſine permiſſu principis mercatura prohibetur. facit l. ſi quis nauiculam. cum gl. C. de muri. lib. 11. & l. tēperet. C. de veſtibus olo. eod. titu. gloſſ. in l. cum proponas. C. de nau. fęno. l. cotem ferro. §. dominus. & §. illicitarum. ff. de pub.
7 † Idem iuris eſt de ſacro encauſto imperatoris: nulli enim pmittitur habere, aut quærere, aut à quoquam ſperare, & qui tyrannico ſpiritu aggreſſus fuerit cōtra, poſt præſcriptionem bonorum omnium, capitali non immerito pœna plectitur. l. ſacri affatus, C. de diuer. reſt. & licet & Iaſo. ibidem poſt gloſſ. & Saly. & Ang. in citata. l. j. C. quæ res vend. non poſſ. encauſtum in vſu non eſſe ſcripſerint: nemini tamen me legiſſe apud Bal. in rub. proximè relata, qui inquit ſe vidiſſe priuilegium imperiale dicto encauſto ſcriptum, quod quandoque ſecundum aeris aſpectum nigrum, aliquando rubrum, & nonnunquam aureum apparebat, & adde glo. in l. ſi quis nauiculam, ſupra relatam, & elegantiorem gl. in l. pe. in §. nauem, in verbo, tolleretur. ff. loca. & in l. cum proponat, C. de nau. fœno.
8 † Ablata eſt omnibus etiam facultas comparādi ſerici à barbaris, excepto comite commerciorum l. comparandi. C. quæ res vend. non poſſ. quam legem nec Piſanos, nec Venetos, nec Genuenſes ſeruare, & Saly. & Bald. ibidem ſcripſere, & quam legem ſi intelligeres, prout ſecundo loco interpratatus eſt Accur. non erit prohibitio diuerſa a prima, ſeu illa, de qua in l. 1. C. quæ res vend. non poſſ.
9 † Frumentum etiam publici canonis in littoribus diſtrahi, & emi capitali pœna prohibitum eſt. Idem iuris eſt in frumento exercitui tranſmiſſo l. pe. & fi. C. quæ res ven. non poſ. & inquit Ang. in ea l. pe. publicarum mercium contracta commercia in littoribns damnari, & illos in littoribus mercari, qui cōtempta recta nauigatione littora deuia fectati, ſpecies publicas auerten do diſtraxerunt. l. penultima, C. de naui. lib. 11.
10 † Arma quoque priuatis nō licet facere, vendere, vel emere, vel transferre, ſolum enim fieri & vendi a priuatis cultellos minores permiſſum eſt, quibus nullus in præliis vtitur: vt in auth. de ar. & in gl. rubr. de fabri. lib. 11. inquit tamen Bart in l. 1. ff. ad l. Iuliam de vi pub. conſtitutionem prædictam à conſuetudine receptam non fuiſſe, & ff. iure arma vendi licuiſſe, latè probat, cuius ſcripta legito, & vera eſt eius ſententia. Non enim hodie fabricenſes, ſeu fabricentios, aut armificatores eligi videmus, & illud obiter nota, quod inquit Imperator in §. mercator. de pace tene. & eius vio. mercator negociandi cauſa per prouiuciam per tranſiens gladium ſuæ ſellæ alliget, vel ſuper vehiculum ſuum apponat, † non vt quem lędat innocentem, ſed vt a prædone ſe defendat. & quod ſcripſit Mar. conſi. 103. nu. 32. & Par. de Put. in tract. de ſindi. in verſiculo tortura, in verſiculo an in cauſa pecuniaria, tomo 14.
11

Admonendi etiam ſumus ad barbaros, Saracenos, hoſtesq; Romani Imperij quaſdam res, nec quidem mercaturæ cauſa
12 trāsferre prohibitum eſſe: † vt ecce vinum, oleum, & alia liquamina ad huiuſmodi gentes negociationis, ſeu commercii etiā cauſa deferre, vetamur. l. 1. C. quæ res exp. ldē iuris eſſe in aridis, ibidem ſenſit Accu. facit l. cotem ferro. ff. de pub. vbi expreſſum eſt in frumento, & uide glo. in l. vni. C. de lit. & iti. cuſt. Alex. in conſi. 130. omnipotentis, uolum. 7. & probat Nico. Boe. q. 178. num. 11. & 1.
13 † Item Romani Imperii hoſtibus ſuo quouis colore loricas, arcus, ſagittas, ſpatas, gladios, tela, ferrum factum uel infectum, uel alterius generis arma uenundari, & diſtrahi prohibitum eſt Pernicioſum namque Romano Imperio, & proditioni proximum eſt, barbaros quos indigere conuenit telis, eos ut ualidiores reddantur inſtruere l. 2. C. quæ res expor.

Cotem ſimiliter ferro ſubigendam neceſſariam hoſtibus uenundari, & ferrum, & frumentum, & ſalem non ſine capitis periculo licet l. cotem ferro. ff. de publi. Cuius legis argumento in
14 ea parte, qua de cote cauetur † prohibitionem ad puluerem; trahendam puto, quo ad tormenta bellica, uulgò bombardas nūcupatas, utimur, & idem in ſulphure reſpondendū ſine quo pului fieri nequit, & hoc ſententia confirmatur ex ratione legum ſimilia exportari prohibentium, & præſertim ratio Imperatoris in

Source : BIU Cujas

ris in l.ſecunda.C.quæ res expor. hoc ſuadet in uerſi.perniciosum proximè relato.Nec moueat,ꝙ nec Imperatores, nec Iuriſconſulti cogitauerint, dum citatas leges condidere. Id enim ex prædictis remouetur,ac ex his,quæ ſcripſit Deci.in l.j. nu.12. C.de eden.Accedat,quod Iuriſconſultus inquit in l.hoc modo. ff.de condi.& demonſt. legem Reipub. vtilem lata adiuuãdam eſſe interpretatione.Ad quam legem uidebis,ſi libet.Mar.cõſil. 85.num.16.Dec.conſi.55.Alc.lib.5.parad.cap.9.in fi.& his,quæ primo loco diximus, addes Nic. Boe. deciſ. 179. ſupra relata.

15 †Inquit & Imperator in l.2.C.de com.& mer.ſi ulterius aurum pro mancipiis, uel quibuſcunque ſpeciebus,ad barbaricum fuerit translatum à mercatoribus, non iam damnis, ſed ſuppliciis ſubiungentur, ubi Ang. idem iuris eſſe in argento reſpondit.

16 † Animalia quoque in barbaricum ſolum transferre prohibemur, ut notatur in l.vſurpatione. C. de vecti. & com.& videbis Luc.Pen.in l.vni.C.de lit.& iti.cuſt.libr.12. qui de prohibitione in Regno Siciliæ equorũ militarium meminit, & uidebis ſing. tex.in l.officium.§.paternus.ff.de re militari, extra prouinciam ſuam duci non permittere,& his addes, quæ ſcripſit Nico.Boe. deciſione 188 non ſemel relata.Is enim de prohibitione Aſturconum in Regno Hiſpaniæ meminit, & refert And.de Iſer.in rubri.quę ſint reg.col.vlt.dixiſſe,ſi quis equos,& arma alio loco habita per Siciliæ regnum transfert, poterit abſque uenia.& ſine ꝑmiſſu principis ad domicilii locum impunè deducere.Nec enim prohibitio regulis, ꝙ arma,& equi non extrahantur ad propoſitum factis ſpeciem refertur citat l. ſiquis poſt hanc. C. de ędifi.priua. & denique in materia videbis text. in l. vni.C.de

17 grege domi.lib 11.† Et eiuſmodi impios chriſtianos,qui Saracenis,& hoſtibus Romani Imperij illicitas res exportant, ſeu per nuntios deſtinant,excommunicatos eſſe,capientium ſeruos effici,bonisque priuari lege pontificia ſancitum eſt,c.ita quorundam,c.ſignificauit,c.quod olim.& cap.ad liberandam.extra de iud.In quibus capitibus lignamina triremium,& ipſas triremes vel naues Saracenis uendi etiam prohibentur.Adduntur & alię pęnæ in c.multa mentis amaritudine,in tit.de iud.extrauag.cõmu.ubi in omnibus mercibus ad Saracenos deferendis eſt generalis prohibitio: iure autem ciuili aduerſus huiuſmodi ſceleratos homines prohibitas res exportantes ad hoſtes pœna eſt bonorum omnium præſcriptio, & capitis periculum,ut legitur in citata l.2.C.quæ res expor.& in l.cotem ferro.ff.de pub.

18 † Sed & illud eleganter quæri poteſt,quæ ſit hæc capitalis pęna.Dicet aliquis expeditum id eſſe, dicitur enim in l.rei capitalis.ff.de pęnis.tei capitalis damnatum: ſic accipere debemus, ex qua cauſa damnatos uel mors,uel etiam ciuitatis amiſſio,ut ſeruitus contingit. l.2.ff.de pub. iud. l.qui cum maior.§.is demum. ff.de bon.lib.ff.de verb.ſig.l.licet capitalis.& interpretationes legum pęnæ molliendæ ſunt potius,q̃ exaſperandæ.l.ſi preſes.l.interpretatione. ff.de pę.& regula in pęnis, de reg.iur.in 6.Vnde plerique prudentiſſimi iuris interpretes reſponderunt, ubi de capitali pęna in l.municipali fit mentio, in exilio interpretandam eſſe.Idq; ſcripſit Acc.in l.vni.in verbo,capitali. C ne Chriſtia.man. quod notauit Imol.in l.2. ff.de pub. iu. & ſcripſit poſt alios Abb.Sic.in c.quãto, ver.tertiò quæro,nu.7.de iure. ſubdẽs id à frequẽtiorib.receptum.Laſ.in l.diuortio nu.15.ff. ſolu. mat. Dec.in l.magiſtratibus,nu.2.ff.de iuriſ.omn.iud.& in l.imperiũ. 23
nu.14.& ſeq.ff.eod.vbi quædam contra hanc ſententiam adducit,Alc.in d.l.licet capitalis,de verb.ſig. Alex.conſil.104.ſtatutũ loquens,lib.j.Ang.Are.in prac.in ver.& ibi caput. nume. 32.& Auguſt.apud eundem notat Abb.in c.ſi clerici.num.38.de iud. Affl.deciſ.vltima.verſi.quarta difficultas.nume.14.& latiſſimè 24
omnium ſcripſit Nic. Boe.dec.254.& præſuppono. Et pro hac ſententia facit tex.in l.mercatores.C.de col. & mer. in illis verbis,& præter earum rerum, ac pretii amiſſionẽ quod fuerit numeratum,uel commutatum exilii ſe pœnæ ſempiternæ ſubdẽdum.Item hæc eadem ſententia cõfirmatur ex his, quæ ſcripſit Bald.poſt glo.in l.fin.C.quæ res vend.non poſ. Contra verò in huiuſmodi ſceleratos homines pœna vltimi ſupplicii animaduertendum eſſe,ſenſiſſe uidetur.glo.in c.ita quorundam.in verbo,ferrum.extrà de iud.& apertius ibidem Fely.referendo Bal. in citata l.2.C.quæ res expor. tanquàm proditores vita priuandos ſcripſit.Et hæc ſententia,meo quidem iudicio, & uera & ex mente legum eſt.Cõgruit enim illa ratio,quod pro tam magno ſcelere,quod proditioni proximum eſt,& ciuilia, & pontificia 25
iura armantur,& uniuerſa Chriſtiana reſp.lędit, ut ex lectione citatorum capitum, & legum euidenter patet. Quæ ſentẽtia confirmari poteſt ex tex.& ſingulari cum glo.in auth.de armis. in §.oportet.in uerbo,pecuniis. Sentit enim Accur.eo.in loco. vbi lex pęnæ capitali proſcriptionem bonorum adiicit,eo caſu de morte naturali interpretandam, & hoc innuit dum inquit, in ære, & perſona. Relegatio enim, quæ perſonam non tangit, non dicitur perſonalis pœna.& tex.prædictum cum gl. ad id citauit Alb.Bru.in lib.de conſtitu.& dec.in verbo,pęna. verſi.pęna capitalis.& notauit addi.apud Abba.in ca.at ſi clerici. nu.38. de iudi.ſed in l.ſecunda.C.quæ res expor.protinus omnia bona fiſco adiici mandatur,conſequenter dicemus, talia admittẽtes ultimi ſupplicii pœna damnandos,ex quibus remouetur,quod contra hanc ſententiam dicebatur, legem de capitali pęna ĩ mitiorem partem interpretandam.Verùm,ut euidentior propoſitæ materiæ habeatur intellectus, huic rei quaſdam facti ſpecies adiiciendas putaui.

Et illud primum, ubi lex ciuilis, uel municipalis pęna ipſam capitalem declarat,uel alia lege exprimitur,ſeu aliter de mente 19
legislatoris conſtat,eo,† ſeu his caſibus declarationi legis ſtãdũ eſſe nemo dubitat.Finge in l.ſaccularii. in §.ſunt quædam. ff. de extra.crimin. ubi Iuriſconſ. in hæc uerba. Hanc rem præſides exequi ſolent grauiter,uſque ad pęnam capitis, quia & ipſa res mortem comminatur.item in l.Iulia in §.fi. ff.ad legem Iuliam rep.quem tex.citat Dec.in d.l.imperium.non caret etiam quod diximus,auctoritate,nam Angel.& Alber.Brun.in relatis locis ſcripſere,& omnes auctores de hoc conſenſerunt,& uidebis Felyn.in c.qualiter.§.ad corrigendos,in fine de accuſ. Nec ꝓfectò dubitandum de his videtur:quoniam cum manifeſtus legis eſt ſenſus,nuſquàm interpretatio tantum ualet, ut inquit imperator in l.tertia.C.de lib.præt.Iaſ.in conſilio 98. colum. pen.vol.1. accedo.& in conſil. tertio,uolum.tertio,in cauſa ſocietatis, & conſi.quinto,colum.pen.eo.uol.& latius in conſi.43.colum.5. cod.uolum.& conſi.143.volum.quarto.Conſtare autem de mẽte legis,ſeu ſtatuti dicimus,uel ſi in ijſdem, uel aliis legib. exprimatur,uel ſi lege municipali aliquem capitali pęna plectẽdum ſimpliciter caueretur,in articulo,in quo ius commune capitalem pęnam expreſſe declaraſſet. c. cum dilectus. de conſuetud. idque Angel.Imo.& pleriſque aliis relatis placuit,& præſertim 20
Alcia.in l.licet capitalis.ff.de verbo.ſignific. † Deinde conſiderabam aliquando capitalem pęnam, ut perſonæ conueniat, in morte naturali intelligendam,uerbi gratia,in ſeruo,ut notauit Aug.apud Ang.in relato loco,& inſpice text. cum gloſ.in l.hos
21 accuſare.in §. omnibus. de accuſ. † Tum & illam facti ſpeciem cogitabam, ubi in l.pęnæ capitali bonorum præſcriptio adijcit in ultimi ſupplicii, ut diximus, pęnam interpretandam eſſe.§. oportet.cum glo.in auth.de armis, & aliorum auctoritatibus comprobauimus, quæ auctoritates interpretationi dictæ legis 2.C.quæ res expo.valde congruat.

22 † Item & illam facti ſpeciem ſubijcio, ubi lege communi, vel municipali de capitali pęna fit mentio, in exilio intelligendum eſſe,& hanc ſententiam,& ueram & ſanè crebriorem eſſe oſtendimus. Quæ ſententia non incoloratè temperari forſan poſſet in delicto atrociſſimo.

Finge enim legem ciuilem, vel municipalem in delicto atrociſſimo pęnam capitalem irrogare, non puto veriſimile eſſe legis conditorem de exilio ſenſiſſe, quinimò de naturali morte: & cum hoc temperamento communem ſententiam intelligẽdam eſſe innuit Felyn.in d.§.corrigendos. in extrema parte, & conſequenter tento dicere, ſi in l.2. C.quæ res expor.non eſſet adiecta bonorum proſcriptio,propter ſceleris immanitatem in naturali morte intelligi debuiſſe.

Quia tamen temperamẽtum eiuſmodi periculoſum eſt, iterum atque iterum cogitabis: nam nulla unquam de morte hominis cunctatio longa eſt, & relata loca inſpicies, & præſertim Aug. & Alc.

23 †Poſtremò,ſi epiſcopalis conſtitutio clericum capitali pęna puniendum decerneret, excommunicationis intelligendam plerique ſenſere,ut inquit Alcia.ubi ſupra,plus admittit in relato loco Aug.& ſi epiſcopalis cõſtitutio contra clericos eſſet in hæc verba, morte moriatur, idem iuris tamen eſſe.

24 Sed, vt aliquando unde diuerteram, redeam,† non obſtat lex mercatores.C.de com.& mer.loquitur enim in mercibus non prohibitis,alioquin abſurdum eſſet pari pęna exportantes,phibitas merces, & non prohibitas puniri. Pro admiſſi enim ſceleris qualitate pęnas imponi,non eſt iuris ambigui. l. reſcriptũ. ff.de his,quib.vt indig. ca.quæſiuit. de his, quæ fiunt a maio.par. cap. c.non afferamus ſtateras. in fin. decimoquarto, quæſt. prima.Dec.in c.at ſi clerici,nume.11.extra de iud. & ad prædictam interpretationem l.2.videbis, quæ ſcripſimus ſ. in ea parte, quã inſcripſimus de ſtatu mercat. verſ.deinde & illud.Et quædã,quę ad hũc locũ valde ꝓtinẽt,illinc aſſumes. Lex ẽt fi.ad hunc locũ, & propoſitam quæſtionem non valde pertinent,& id,quod de capitali pęna ibidem ſcripſit Bald. ex prædictis remouetur.

25 Animaduertendum eſt † etiam ad Barbaricũ ſolum vinum. vel oleum ſeu aliud liquamen exportari, nec quidẽ guſtus cã licere.l.j.C.quæ res expor.quã prohibitionẽ in aliis rebus in d.l.2. eiuſdem tituli enumeratis cenſeri arbitror, & ſi non guſtus ſenſus,ſed alius ſenſus interueniat, finge eñ aliquem ad Romani imperii hoſtes enſem vnũ, vel loricam unam,exempli ſeu ſpeciminis cã,& (vt vulgo dicere ſolemus) per monſtra exportaſſe, pactumque eſſe de exportando plures ſi placuerit eiuſdem generis ſeu ſpeciminis,hunc in prohibitionem incidere,& ꝯ legẽ venire putarem. Cum enim & eadem ratio ſimiliter interueniat, ſequitur, ut idem debeat exiſtimari, quod forſan eadem lege prima Accur.ſentit, dum legem illam in liquaminibus loquentem, & in aridis locum habere ait.

Source : BIU Cujas

Nec mouere quenquam debet legem ſecundam. C. quæ res expor. in illis verbis, Barbaros, quos indigere conuenit telis, & reliqua: validiores enim Barbari fieri nō poſſunt ex lorica vna vel enſe vno: quoniam ex ſpecimine ſeu exemplo inſtituuntur Barbari: idque argumento eiuſdem legis, in verbo, inſtruere, & l. fina. C. de pœn.

26 Diuerſum tamen reſpondendum ſentio, † ſi municipali lege vinum extra territorium ſub pœna exportari prohibetur, vt ſci licet in pœnam non incidat is, qui metretam vini guſtus cauſa exportauerit: licèt Bald. in citata lege prima, contra ſenſerit, & probetur eius ſententia à Iaſon. in l. non dubium. C. de leg. nu. 46. & Alexand. apud Bar. in l. quæſitum. in §. illud. ff. de leg. 3. & defendatur ab Alciato, diſpun. lib. 4. cap. 11. & placuerit Nicol. Boer. dec 277. & videtur. nu. 9. qui citat Ioan. de Anan. in cap. ita quorundam. de iud. & Andr. Bar. conſi. 57. num. 9. vol. 1. huic ſententiæ aſſenſiſſe: ſententia enim Bald. notatur à Saly. in d. l. 1. notatur à Iaſ. qui in articulo ſibi parum conſtitit, in l. 2. ff. de iuriſd. om. iud. & l. quidam rationibus. & videbis ſub nume. 25. reprobatur etiam à Felyn. in cap. ita quorundam. ſub nu. 2. de iud. & quidem optima ratione. Sancitum eſt enim, ad hoſtes exportari non licere, nec quidem guſtus cauſa, ne hoſtibus cauſa præbeatur in Chriſtianorum terras irruendi. Quæ ſententia cōfirmari eo poteſt; quia parem rationem in rebus prohibitis exportari municipali lege, & prohibitis exportari ad hoſtes nemo dixerit. Altero enim caſu vniuerſa Chriſtiana religio, atq; Reſpublica defenditur, atque conſeruatur: vt patet ex citatis iuribus, & capitibus. Altero verò, ut annona in loco vberior ſit, neve locus egeat re prohibita, extrahi prohibetur, atque conſulitur, & hanc rationem legis municipalis fuiſſe ſcripſit Bald. in l. cætera. in §. ſed & ſiquis. ff. de leg. primo, & probat alios referēdo Alb. Bru. in lib. de conſ. & decre. in verbo, deuetum. verſi. ſtatuta, quę prohibent transferri.

Illud etiam mercatores non ignorare expedit, plures Chriſtianos eſſe Principes, & Reges, qui imperatoriæ ditioni non ſubi-
27 iciuntur, † & bellum vtique poſſe indicere, & illi quibus bellum indictum eſt, hoſtes Regis, & regni illius dicūtur. Ponamus in regibus Galliæ, & Anglorum: inter quos durante bello merces tam prohibitas, quàm alias quaſcunq;, tanquā hoſtes exportare non licet, ne alieni regni, (quod non conuenit) ſcrutentur arcana, ut dixit imperator in l. mercatores. C. de com. & merca. & ſenſit Bald. in l. 2. C. quæ res expor. & diffuſè tractauit Nico. Boc. q. 188. cuius ſcripta, cum inter manus verſentur, iura & auctoritates, quæ citat, conſulto prætereo, & his addes, quæ in ſecunda parte attigi, verſi. rurſus.

Reliquum eſt, vt de illicitis mercibus vtiliſſimū illud & quotidianum referam Pauli iuriſconſulti in l. cotem ferro. in §. dñs. ff. de pub. cuius verba ſunt hæc. Dominus nauis, ſi illicitè aliquid
28 † in naue vel ipſe, uel rectores, vel cōductores impoſuerint, nauis quoque fiſco vendicatur, cp ſi abſente dño id à Magiſtro, vel Gubernatore, uel conductore, aut prorheta, nauta ve aliquid factum ſit, ipſi quidem capite puniuntur, commiſſis mercibus, nauis autem domino reſtituitur, illicitarum mercium perſecutio hæredem quoque afficit. Vt. n. dñs nauis naui priuetur, eius ſciētia requiritur, quod notauit ibidem glo. Et ad materiam videbis Cyn. Barto. & cæteros iuris interpretes in l. cum proponas. C. de naut. fœno. & plenius ad interpretationem dicti §. videbis Nic. Boer. q. 178. nuper relata, vbi an propter illicitas merces licitæ quoque amiſſæ cenſeantur, diſputat. & tractat quid ſi non aſportantis, ſed alterius ſint, & ait receptum eſſe, ſi quidem is ſciuerit amiſſas etiam non prohibitas ratione prohibitarum eſſe, contra verò, ſi ignorauerit.

29 † Negotiandi quoque cauſa ędificia demoliri, & marmora diſtrahi edicto diui Veſpaſiani, & Senat. Conſ. vetitum eſt. l. negotiandi. C. de ædific. priua. & pœna in eum, qui aduerſus S. C. faceret, conſtituta eſt l. Senatus. ff. de contrahenda empt. l. cætera. ff. de legat. primo. l. fin. ff. de damno infecto. l. Marcellus. ff. de donat. inter virum & vxorem.

30 † Nec eſt ſilentio prætereundum, ſalinarum reditus & ſalinaria, ſeu ſalinarum vectigal inter regalia connumerari, vt in tit. quæ ſint rega. in vſibus feudo. l. inter publicas. ff. de uerb. ſignif. & c. ſuper quibuſdam. verſic. præterea. extra eo. Vnde mulieres in opus ſalinarum ob maleficium damnari ſolebant. l. mulier in opus. ff. de cap. l. aut damnum. §. in miniſterium. ff. de pœnis. Adeò, ut ſal uendere his tantum permiſſum intelligatur, qui à fiſco hoc ius emerunt, ut ſcripſit Alci. in citata l. inter publicas. Et ſi quis ſine uenia, ſeu licentia eorum, qui à fiſco emerunt, ſeu ſalinarum conductorum ſal emere, vendereve tentauerit, & ſi munitus eſſet Cæſareo, ſeu Apoſtolico oraculo: ſales tamē ipſi cum pretio in commiſſum cadunt, & emptoribus, ſeu ſalinarum conductoribus debetur. l. ſi quis. C. de vect. & com. vbi iuris interpretes, & ſcripſit Bertach. in tract. de gab. in 7. q. princ. nume. 33. tomo 7. Conſequenter igitur intelligis mercatorib. in ſale paſſim mercaturam exercere ius non eſſe, poſſunt enim emere à fiſco, ut his, qui largitate Imperatoris, ſeu Pōtificis ius regale huiuſmodi habent: Vt municipibus, hoc eſt his, qui à fiſco ius eiuſmodi habēt, vendant, & quotidie videmus ſale onerātas naues portui Anconitano applicare, & reip. Anconitanæ, q̄ ius tale regale ex pōtificia largitate hēt, à mercatorib. vendi.

31 † Sunt & aliæ pœnales prohibitiones, & quidem pontificiæ circa ſal. Vnde in materia videbis, quæ Alex. ſcripſit in conſ. 76. viſa inquiſitione. vol. 4. tractat etiam ad id pertinentia complura Aymon Craue. conſil. 6. plura videnda. ver. quintum ſcelus. nu. 110. quæ ipſe diſpicies, & adeò in delinquentes circa ſal diſtrictè procedi, atque ſeueriſſimè animaduerti ſolet, ut vix mercatorem, ni fallor, prorſus innocentem in patria mea defende-
32 rim † Is enim cum ſalſamentorum, ſeu ſalgamorum, & (vt vulgari uerbo in poſterum vtar) ſaluminum copiam magnā mari in vegetibus Anconā exportaſſet, cum magna uegete Muriæ, vulgo ſalomoræ nūcupatæ, expoſuit, intromiſitq; nullo verbo publicanis facto de vegete Muriæ, crediderunt enim dolia oīa ſaluminibus plena. Re igitur comperta contra mercatorem inſtituta fuit inquiſitio, cp clanculum contra conſtitutiones tam pontificias, quàm loci, ſal intromiſiſſet, & ſale à municipibus, ſeu officialibus non vendito vſus eſſet. Quem ego ex pluribus defendi. Primùm; quia conſtitutionibus ſal, & ſaluca prohibebantur. Muria autem, ſeu ſalamora erat res diuerſa, idque ex nomine demonſtratur. l. ſi idem. C. de codi. Deinde, quia propter additionē aquę mutabatur forma ſalis, quæ forma in aliud corpus res transfert, & prope rei ſubſtantia interit. l. Iulianus. §. ſiqs
33 rem. ff. ad exhi. † Item dicebam, negari non poſſe, muriam rem miſtam eſſe, ſcilicet, aqua, & ſale: & ſimplicis appellatione in pęnalibus miſtum non contineri. l. vim paſſam. §. præſcriptione. ff. de adult. & ſcribunt diffuſè iuris interpretes in l. 2. ff. de verbo. obliga. & proprius ad rem accedens, ſi muria ad ſul redigeretur initia, ſimplicis ſcilicet, id eſt, ſalis, maxime fieret propter materiæ debilitatem, uires eiuſdem effugerent. l. quæſitū. §. illud fortaſſe. ff. de leg. 3. quæ ratio fraudis ſuſpitionem remouet, adeò, vt ſani capitis dicere nemo poſſet, legi fraudem factam eſſe: cum non expediret mercatori cōficere muriam gratia habendi ſal. Rurſus defendebā arg. ab abſurdo. Omnes enim, qui ſalgama, ſeu ſalumina exportarent, ſi muria includeretur, in prohibitionibus inciderent, cum eiuſmodi ſalumina abſque muria eſſe nō poſſint, corrumperentur. n. Et idem cenſeri in vegete murię ſeparata à ſaluminibus, quod in muria adiecta ſaluminibus & ipſis immiſta.

34 † Potentia enim actui proxima in actu habetur. leg. penult. vbi glo. & Barto. ff. de milit. teſta. Iaſon in l. cætera. §. fina. nu. 17. & in fin. ff. de leg. 1. & tractat Mar. ſing. 325. dixi tibi. ubi ſe latius tractaſſe refert in l. pen. ff. de quæſt. Tum & illud mouebat me mercatoris primum propoſitum bonum, & referebam Bart. in
35 d. l. cætera. §. fi. ſub nume. 3. poſt Guil. dixiſſe, † ſi lex municipalis vetat quenquam frumentum in foro emere, niſi victus cā, non includi in prohibitione ſcolarem, qui victus cauſa pro toto anno frumentum emerit, deinde mutato propoſito volens recedere frumentum met vendiderit. † honeſtum enim, & licitum
36 primum propoſitum inſpiciendum ait, cuius ſentētiam pleriq; probarunt, facit l. j. §. vnde quærit Offilius. ff. de exerci. Pari ergo ratione bonum conſilium mercatoris a principio damnādum non eſſe, qui timens ne ſalumina penuria muriæ corrumperentur, ſi forſan iter longius eſſet, muria ſibi præuidit loco. Addebā & illud, conſtitutionem de ſale in illis locum habere, qui cōtra cōſtitutionem quid dolo facerent. In mercatore autem noſtro dolum abfuiſſe ex prædictis conſtare, & prætermiſſis his, quę habētur in l. in lege Cornelia. ff. de ſicar. & ſexcentis aliis locis vulgaribus referebam, quæ ſcripſit Aym. in cōſi. 6. num. 111. & ſeq. Poſtremò, quod veges muriæ ſalgamorum cauſa eſſet acceden tibus præcipue tot, tantisque conjecturis, mercatoris iuramēto ſtandum eſſe dicebam: iuxta glōſ. in cle. fi. in verbo, non negotiandi, de cenſi. quam citat Bal. in l. cum proponas, col. pen. C. de naut. fęno. & plene ſcripſit Alex. in l. cætera. in §. ſed & ſi quis. ff. de leg. j. & ibidem Iaſ. ſub nu. 8. qui etiam refert Bald. in l. ſi quis non dicam rapere, in 3. oppoſitione. C. de epiſ. & cleri. citantem legem vni. C. de lito. & inne. cuſt. lib. duodecimo.

37 † Eſt & illud notandum, publica pecunia mercaturam fieri prohibitum eſſe. Idque notauit Bar. in lege diu minimè. C. de ſu ſcep. præ. & arc. lib. 10. motus ead. l. & citauit l. j. & 2. C. de his, qui ex pub. rat. & l. j. C. de his, quæ ex pub. col. libr. 10. & facit l. vni. C. de au. pu. perſecutorum enim (ſi Budæo credimus) munus erat judicio experiri contra eos, qui aurum vel pecuniam, uel argentum Reip. debebant. In qua l. Bar. ſcripſit in hæc verba, Exactores publici, ſi exigunt pecuniā, nō poſſunt eā redigere in florenos, vel florenos in pecuniam abſque venia, ſeu licētia, & omne lucrum, qđ hi perciperent, ad rempub. pertinet, meritò repeti pōt, & qui eiuſmodi lucrum retinent, non ſine peccato retinent. hactenus Bart. in prædicta, ſeu ſimilia verba. Quem refert Dec. in conſil. 6. & non inſubtiliter differendo, in materia tres facti ſpecies conſtituit.

Prima eſt in eo, qui pecuniam publicam pro domino, vel rep. recipit, quam ſtatim debet reſtituere, ut is negotiari publica pecunia & lucrari non poſſit. Cùm enim ſtatim non reſtituat,

in mora

Source : BIU Cujas

in mora esse censetur, ut in citatis iuribus.

Secundam facti speciem in eo constituit, qui pecuniam pro repub. recipit, quam licet incontinenti, illam tamen in opportunis, & necessariis rebus reipub. erogare tenetur, & hoc similiter posse dicta pecunia negotiari, aut ea vti vetat: hæc enim pecunia ad reipub. vsum parata, & in promptu semper esse debet, idque probatur ex his, quæ scripsit Barto. in l. 2. C. de his, quæ ex pub. col. Inquit enim. Nota hanc legem contra conseruatores monetæ, & qui pecuniam publicam ad solutionem salariorum doctorum destinatam, in alios usus transferunt. & pone secundùm Deci. in camerlingis Florentiæ.

38 † Et ego aliquãdo retuli contra quosdam depositarios communis Anconæ, & nota, sunt enim qui in id crimen nonnunq; incidant. Et hanc sententiam confirmabam ex l. 2. ff. ad l. Iul. pecu. & l. 4. §. lege Iulia. eod. titu. vbi Mar. & Pau. Iureconsulti in hæc verba inquiunt: Lege Iulia de residuis tenetur, qui publicã pecuniam delegatam in usum aliquem retinuit, neque in eum vsum consumpsit. Item is, apud quem ex locatione, emptione, alimentaria ratione ex pecunia, quam accepit, aliave qua ex causa pecunia publica resedit, sed & qui pecuniam publicam in vsu aliquo acceptam retinuerit, nec erogauerit, hac lege tenetur, qua lege damnatus amplius tertia parte, quàm debet, punitur. Hæc illi.

Tertiam speciem relatus Deci. in eo constituit, qui paulatim exigit pecunias pro domino, uel repub. quas omnes tenetur postea infra certum tempus restituere, in qua specie respondit hũc propria pecunia lucratum censeri, & sibi lucrum ex negotiatione quærere: is enim in genere ad restitutionem receptarum pecuniarum obligatus censetur, idque magis Reipub. expedit. Citat Cy. & Bal. in l. incendium. C. si cer. pet. Ang. & alios in l. cũ quid. ff. si cer. pet. & l. in naui Saupheli. uer. nam si. ff. loc.

Quibus & illud adijciendum est, quod Iurisconsultus ait in l.
39 qui sine vsuris. ff. de neg. gest. † magistratus qui publicam pecuniam in usus suos conuertit, maximas vsuras præstare vice cuiusdam pœnæ debere, à diuis principibus constitutum est.

40 † Publicis etiam rebus mercaturam facere vetamur: species enim publicæ in negotiationis emolumenta conuerti non de-
41 bent. l. secunda. C. de naui. lib. 11 ubi Luc. Pe. inquit † tempore horrendæ famis quoldam publicis pecuniis emendi frumenti gratia missos fuisse, diuque moram traxisse, & exquisitis excusationibus moram uelare quæsiuisset. Cum tamen publicis pecunijs negotiati essent horum inquit fraudem, negligentiam, & immunitatem uendendam, & in eos seueriſſimè animaduertẽdum, non enim hoc homo solus, sed totus populus trucidatur: sm Gre. in reg. c. 2. Hactenus ille in uerba suprascripta, quæ adijcies his, quæ de publicis pecuniis proximè diximus.

42 † Item arbores ex luco Daphnes, uel cupressos ex luco Persei dos ementes, & uendentes nouerint se quinque libris auri esse mulctandos. l. prima, & secunda. C. de cupres. quemadmodum in Aegypto Sycomorum arbores excidentes extra ordinem nõ leui pœna coercentur, idirco, ꝙ hæ arbores colligant aggeres Niloticos, per quos incrementa Nili dispensantur, & curantur. l. saccularii. §. siquis arborem. ff. de extraord. crimini. quib. adde
43 l. in fraudem. in §. conductore. ff. de iure fis. † Item ueneni mali emptio non contrahitur, secundùm ea, quæ scripsit Iurisconsultus in l. quod sæpè. §. ueneni mali. ff. de contrahen. emp. & in l. 3. ff. de sica. Consequenter intelligis in his sine permissu principis negotiationem fieri non posse.

44 † Notandum est & illud, locorum constitutionib. negotiãdi facultatem iusta de causa plerunque arctari, ut ecce in patria mea nonnunquam decreta fiunt, ne frumentum uendendi, ne
45 gotiandique causa quis emere præsumat. † Quod decretum (vt penuriæ occurratur) de iure valet, idque probari uidetur ex his, quæ scripsit Barto. in l. cætera. in §. fin. & ibidem plenius Iaſ. sub nu. 13. ff. de leg. j. Accedat, quod scripsit Barto. in l. j. C. de fru. vir.
46 const. † inquit enim, ex mala administratione frumenti penu-
47 riam crescere. † Vnde præfecti annonæ ordinem dare, seu ponere possunt, qualiter, quo ordine, quantum ve frumenti uẽdi possit quolibet die, uel mense. Quem refert, & probat Corse. in singul suis, in uerbo, frumentum. & adde Abb. in c. j. de emp. & ven. nu. 6. & quæ notauit Ant. Fran. apud eum.

48 † Similiter in patria mea viget aliud decretum, & quidem penale, quo omnib. prohibetur mari, uel terra ad ciuitatem post festum omnium sanctorum uinum importare, quod statutum & in ciuitate Tergesti esse, & obseruari debere, scripsit Bal. respon sorum libro secundo, respon. 192. statutum ciuitatis Tergesti. & obseruãdum esse dictum statutum colliges ex his, quæ scripsit. Nic. Boer. dec. 277. & uidetur numero nono. Accedat qđ Pal. &
49 Iaſ. tractant in l. cætera. in §. sed & siqs. ff. de leg. primo. † Innuũt enim legem municipalem ualere, quòd extraneorum pãni nõ intromittantur, & temperando, seu declarando subdunt legem prædictam intelligendam in his, qui pannos intromittunt, ut in loco usus hominum eiusdem loci remaneant, ad illos autem non referatur: qui itineris causa aduehunt, & (ut ipsi dicunt) per transitum. Quam sententiam probat Alexand. in consil. 86. uisa. volum. quarto, numero quarto. Pro qua sententia ex tex. iuncta glo. in l. siquis post hanc. C. de ædifi. priua. & confirmabis ex his, quæ sint reg. & Nicol. Boe. decis. 178. nume. 12. & quę eadem parte nos diximus, ver. animalia quoque. Vnde si nauis onusta vino, itineris causa portui Anconæ post festum omnium Sanctorum applicaret, in prohibitionem magister nauis non incideret, cum vinum alio sit importaturus. Idem iuris esset, si viuẽtorum, & aduersa tempestate in portum deferatur, uel quia nauis vitium faciebat, uinum fuit expositum, non ut in usus habitantium conuerteretur, arg. l. Cæsar. l. interdum §. si propter necessitatem. ff. de publ. & l. fin. §. idem iuris. ff. ad leg. Rho. de Iac. Et denique dictum consilium Bald. ad declarationem eiusdem decreti Anconitani valde notabis, & uidebis Ber. in trac. de gab. in 8. par. prin. in prin. tomo 6.

50 † Sunt & sexcentæ leges municipales in diuersis mundi partibus, quibus mercatura in quibusdam rebus arctatur: quas referre non expedit, nec ad rem ualde pertinet. Sufficit ergo prædicta attigisse, & hæc loca ad materiam subijcere. Gui. Pap q. 373. utrum vetitum. & q. 572. si fuerit. Gand. in trac. malefi. in rub. de rebus non por. con. de. Aſten. in vol. de cõst. & decret. in verbo, deuetum. ubi diffusè Nicol. Boe. q. 178. Sciendum est etiam, licèt grauior, videatur iniuria, quę inani honestatis colore uelatur, vt homines de rebus suis aliquid facere cogantur inuiti ut inquit Imperator l. dudum. C. de contrahen. empt. Vnusquisque enim rei suæ moderator est, & arbiter. l. in re mandata. C. mand. & per iniquum est, non esse ingenuis hominibus rerum suarum liberam alienationem. l. 2. si à parente quis fuerit manu. & scribit
51 alios referendo Aym. Crau. consi. 6. nu. 121. † Mercatoribus tamen, qui res venales, & necessarias ad quotidianum hominum victum exposuere, pretium moderari posse, & moderationem in vendendis mercibus adhiberi, secũdum Bart. in l. nemo. C. de iud. & in l. Imperatores. ff. ad l. Iul. de anno. & in l. j. in §. cura carnis. ff. de offi. præf. vrb. & Iaſ. in l. j. col. 2. ff. de leg. & propius ad rem tractant Bar. Bal. & Salyc. in l. j. C. de epis. audi. & Abb. in c. j. nu. 6. de empt. & vend. Vnde relati iuris interpretes inquiunt. Cum verbo victus, uestitus contineatur: nam sine eo duci vita non potest. l. verbo victus. ff. de verbo. sig. Mercatoribus pannos vendentibus certam adijci taxationem in pretio posse. Itẽ cum similiter habitatio verbo victus contineatur, ut ead. l. probatur, pensiones domorum moderari posse, & moderatas pensiones domorũ dominos recipere cogendos esse, quod in patria mea valde notandum est, propter assiduam, & frequentem aduenarum conuersationem, & his addes Aſten. in vol. de const. & dec. in verbo vendere. versi. stante statuto. Cap. Thol. dec. 446. item fuit quæsitum. & apud eam Stephanus plenius notauit.

52 † Denique huic tractatui illud est adijciendum, quod elegan ter Vlpianus ait in l. , in §. ne potentiores. ff. de offic. præsid. ut licita negotiatione nemo prohibendus est, ita & prohibita exercere quisquam non debet.

De contractibus Mercatorum.

SVMMARIVM.

1 *Nuda pactio obligationem non parit, exceptionem parit.*
2 *Mercator si paciscatur in nundinis Recinensium centum solui, & si debitor præstituto die non soluerit pro interesse decem dari, an valeat pactio.*
3 *Mercator vt lucrum cessans consequi possit, quæ debeat probare.*
4 *Lucrum cessans in infinitum non est producendum, sed primum lucrum tantùm peti potest.*
5 *Piscator, venator, & anceps lucrum cessans petere non possunt. & quare.*
6 *Pactum, quòd de damnis stetur simplici verbo seu iuramento, quòd valeat, & declarationes ad conuentionem eo. in loco.*
7 *Pactum in pecunia mutato, quòd salua sorte, ita quòd de ea in dubium non eatur, lucrum diuidatur, an valeat.*
8 *Mercatori tradens pecuniam vt lucrum & damnum sentiat, num possit petere vbi voluerit. vt sibi à mercatore rationes reddantur, distinguitur, & distinctionis fœdere dissentientes doctores ad concordiam redegit.*
9 *Mercator si ad lucrum & damnum pecunias mutuas recipit: & se damnum deinde passum affirmat: vt puta naufragij, num sit statutũ tempus à iure eidem ad faciendum fidem de prædictis, & quòd testes super naufragio in loco, in quo casus euenit, minus legitimè recepti, probent.*
10 *Pater, & filius si in eodem instrumento se pretium aut aliud quippiam recepisse fateãtur, an alter tantũ, vel potius vterq; recepisse præsumatur.*
11 *Mercatores, qui merces per transennam seu foramina in vendendo seu permutando ostendunt, reprehenduntur.*
12 *Adagia seu prouerbia illa, in folle offerre, & in folle merces non emendas, declarantur.*
13 *Socius in casibus in quibus consociũ obligat, intelligitur durante societate.*
14 *Interpretatio ad l. sed & si pupillus, in §. de quo palam. ff. de institutionib.*
15 *Socius consocium obligat pro ea summa tantùm, quam in societate habere compertum est. Item quando societatis nomine contrahit.*
16 *Societas si est coita inter plures ad certum tempus, quemadmodum sors ipsa, nisi finita societate inuitis socijs diminui non potest, ita & lucrum.*
17 *Mercatores scribunt, Titius & socij, de qua formula multa.*

Source : BIU Cujas

18 *Lex ſiquis maior. C. de tranſ. an habeat locum in curia mercatorum, vt. ſ. poſſint purgare moram, vel liceat prout de æquitate canonica.*

19 *Lex ſiquis maior. C. de tranſact. an ſit reſtringenda, vel extendenda.*

20 *Similitudo an bona ſit de foro canonico ad curiam mercatorum.*

21 *Actio ad pœnam competit, etiam ſi nihil ſtipulatoris interſit, ſi contrauentum fuerit, quid in curia Mercatorum diſputatur.*

22 *Pœna, quæ ex partium conuentione proficiſcitur, an cenſeatur contra æquitatẽ. & quòd titulus de conſtituta pecunia, ſit factus propter mercatores.*

23 *Pœnæ legales non debentur in foro conſcientiæ: conuentionales debentur, etiã ſi nihil interſit.*

24 *Interpretatio ad c. ſuam. de pœnis. relatiuè.*

BEne eſt priuſquam ad alias partes huius tractatus tranſeamus, quædam ad mercatores, ipſamq; mercaturam pertinentia ſub ſingularibus titulis hic inſerere, & modò pauca de contractibus mercatorum referemus, prætermiſſis his, quæ Franc. Ni. in tract. ſuo de contractib. mercatorum ſcripſit, ea enim magis ad animam, & poli forum, quàm iudiciales diſceptationes pertinent, & cum materia à nobis tractãda nihil commune habent: & miſſa etiam faciemus ea, quæ Bal. ſcripſit in trac. de conſt. poſito ſub rub. C. de conſt. pecu.

Illud in primis vulgare eſt, nudam pactionem obligationẽ
1 non parere, † ſed exceptionem parere. l. iuriſgentium. §. ſed cũ nulla, vertic. igitur, nuda. ff. de pactis. At in curia mercatorum, in qua quæſtiones ſunt de bono, & æquo, huiuſmodi exceptio, quod ex pacto nudo actio non oriatur, reijcitur. Quinimmo, ex ea agi poſſe receptum eſt: idq́ue eleganter ſcripſit Bar. in l. Quintus Mutius. ff. mand. & probat Bald in l. ſi pro ea. C. mand. & in l. ſecunda. C. de conſt. pec. Sal. in l. placuit. C. de iud. Iaſo. etiam non improbat in citato §. ſed cum nulla, numero 11. & Felyn. in c. primo. nume. quarto, extra de pact. & in pulchra facti ſpecie ſcripſit Alex. in conſil. 52. nume. 3. & 4. uolum. 6. Dec. etiam huic ſententiæ aſſentitur in pleriſque locis, & præſertim in conſilio 7. nume. 3. & pro tenui, & conſil. 107. in cauſa, colum. 2. & conſi. 421, nume. 17. plenè & ſubtiliter, quibus addes Ioan. Bap. Seue. in tract. de pact. q. 13. nume. ſecundo. Pau. Par. conſi. 82. aduertendum, nume. 18. volum. 1. Blanch. in tract. de compro. in 1 q. nume. 43. to. 2. Matth. Affl. deciſ. 399. nume. 3. fuit latum, & videbis, quæ ſcripſit Soc. in rubric. de verbo. obligat. colum. 2. & ſeq. quam ſententiam tot legum prudentium auctoritate cõfirmatam, ego etiam probo, licèt Roma. in l. filius familias. ff. de dona. eam notauerit: me enim & auctoritas prudentiſſimorum virorum, & rationes mouent, ut longè a bona fide abſit in curia mercatorum obiicere, nudo pacto promiſi, æſtimatio enim valde lædit (vt belliſſimè in pulchra q. Quintus Mutius Iuriſconſultus conſiderauit) & æquitati naturali conuenit inter eos, qui plurimum negotiantur, pacta ſeruari, ut ſcripſit Bald. in c. ſi pro debilitate, extra de offi. deleg. & confirmabis ex his quæ diximus in princ. 2. par. & in vlt. par. dicemus, & addes etiam his, quæ ſcripſit Mar. Man. in conſi. 12. intellecta. nu. 14.

2 † Solent mercatores quotidie paciſci ſtipulatione interueniente in nundinis finge Recinenſium, centum ſolui, & addere ſi centum debitor præſtituto die non ſoluerit, pro intereſſe decem etiam dinumeret, in qua facti ſpecie videndum eſt, num conuentioni ſtandum ſit. Et ſtare videbatur, quoniam in his, q̃ merces comparare ſolent, non ſolius damni, ſed & ceſſantis lucri eſt habenda ratio. l. 3. §. fi. ff. de eo, quod cer. lo. ubi Bar. & idẽ ait Bar. in l. vni. C. de ſen. quæ pro eo, quod int. nume. 25. & probat Alex. in conſi. 190. uiſa ſcriptura, nume. 4. vol. 2. & in conſil. 141. uiſo themate, in prin. volum. 5, idq́ue receptum eſſe ſcripſit Dec. poſt Fely. in capitulo cum venerabilis, colum. 6. de excep. licèt eo in loco ſubdubitauerit, & idem Dec. in conſil. 341. in fi. præſens conſultatio, & cõplures refert Andr. Tiraquel. in cõm. de vtroque ret. §. j. glo. 18. nume. 71. pag. 363. Contra verò conuentioni ſtandum non eſſe probatur auctoritate Bal. in l. rogaſti. § ſi tibi, col. 2. ff. ſi cert. petat. Inquit enim in fraudem vſurarũ pactum ſeu confeſſionem adiectam cenſeri. l. qui teſtamẽtum, & tanti ſua intereſt in præſtituto tempore pecuniam ſolutam non fuiſſe probari oportere. ff. de act. & oblig. l. traiectitiæ, & cõ ſequenter certa ſumma conuentionem initam non ualere. Idẽ probauit Alb. in l. j. C. de ſum. tri. & Dec. in conſi. 39. iuridicam, nu. 5. qui alios idem ſentientes citat, & in cõſi. 119. & pro tenui, col. antepen. & in conſi. 183. in controuerſia, nu. 3. & in cõſ. 322. nume. 4. & ſeq. quod & verum puto.

3 Vt † enim mercator lucrum ceſſans poſſit conſequi quædã probare aſtringitur. Et illud primum debitorem in mora reſtituendi pecuniam fuiſſe, ut ſcripſit Deci in conſil. 116. in fi. & in conſi. 441. in fin. & Alex. noſter probat in conſi. 191. nume. 4. viſa ſcriptura, uolum. 2. Deinde probare debet qualitatem illam, ſe ſcilicet mercatorem eſſe, & merces ſolitum comparare, ut eleganter inſtruit idem Alexan. in conſi. 141. uiſo themate, in prin. volum. 5. quem refert, & probat Dec. in citato conſilio 39. iuridicam, propè numerum quintum, & cõſilio 322. numero quinto. Poſtremò, lucrũ ceſſans probare debet eo modo quo à Pau. Caſtr. deſcribitur, is enim in l. 3. §. nunc de officio, nume. tertio, ff. de eo, quod cer. loco. ſcripſit in uerbo infraſcripta. Probare debes quòd mercator habuit præ manibus merces quaſdam q̃bus fuiſſet lucratus decem, & quia caruit pecunia non potuit emere, vel alio modo potuit conſtare, q̃ ſi habuiſſet illam pecuniam, certe lucratus fuiſſet decem, Nã non ſequitur, eſt mercator, & conſuetus eſt lucrari aliquando, ergo ſi habuiſſet, fuiſſet lucratus: quoniam poſſibile eſt, q̃nõ eſſet lucratus: cum multa potuiſſent euenire in contrarium. l. quemadmodum. §. ſi nauis, in fin. ff. ad legem Aquiliam, & ff. de acq. rerum domi. l. naturalem. §. 3. fi. hactenus Pau. quem refert ac probat Dec. in relato conſi. 322. ſub nume. 5. & hæc ſententia placuit Matt. Affl. deciſ. 20. quidam nobilis, & conſiderat Barto. idem ſentire in l. j. C. de ſent. quæ pro eo, quod int. in illis uerbis, appareat quaſi certè, q̃ ex ea lucratus fuiſſet, & reliqua. addo eundem Paul. in l. j. C. de ſum. tri. & ibidem Ioan. Baptiſt. Seue. nume. 83. & ſeq. cõſiderantem dicta uerba, & qui ſubdit id pleriſque placuiſſe, & hæc ſententia mihi quoque non inarguta videtur, ſed & illud adijciendum eſt, quod belliſſimè relatus Dec notauit in c. cum uenerabilis, temperat enim, ut lucrum ceſſans in infinitum non produ
4 catur, † ſed primum lucrum tantum peti poſſit, uerbi gratia, ſi mercator probat, ſi debitam pecuniam perſoluiſſet dicto die, certe lucratus eſſet decem, audiatur. Rurſus ſi dicat, ex illis pecuniis merces comparaſſet, lucratusq́ue eſſet, non audiatur, nec etenim mercatorem ferendum ait, qui pro eo quod intereſt rẽ traditam non eſſe decem petit, item q̃ ſi rem habuiſſet, uendidiſſet & pecuniis lucratus eſſet, citata lege vni. C. de ſen. quę pro eo, quod inte. l. Neratius. in §. ſi ſeruo. ff. de ſer. cor. & l. ſi ſterilis. §. cum per uenditorem. ff. de actio. empt. & hæc ſententia ſanè rationabilis eſt, nec Paulum, & pleroſque alios taliter ſenſiſſe puto, eſt & aliud huic rei adnotandum, quod Lud. Rom. ſcripſit in ſing. 351. tu habuiſti, citant enim dictam legem, quemadmodum. in verſiculo, idemq́ue Labeo, & ad cęlum ferens inquit.
5 licèt ſolitus negotiari lucrum ceſſans poſſit petere, † fallit tamen in piſcatore, uenatore, & aucupe, ratione enim harum artium lucrum ceſſans peti nequit, cuius rei meo quidem iudicio illa ratio reddi poteſt, quoniam incertum fuerit, an caperent, & multa accidere poſſent, vt non caperent, probariq́ue certe, non poſſe conſtat, quæ ratio ex mente Iuriſconſulti, & Pauli videtur, at in mercatore probari vtique poteſt dicto modo, & videbis quid ſenſerit Pet. relatus ab Alber. in d. §. idem Labeo. Denique & illud adijciendum eſt in materia, quod in uerba infraſcripta ait Iuriſconſultus in lege fina. ff. de peri. & commo. rei venditæ. uenditori ſi emptor in pretio ſoluendo moram fecerit, uſuras duntaxat præſtabit non omnino, quod venditor mora non facta conſequi potuit, u eluti ſi negotiator fuerit, & pretio ſoluto & mercibus pluſquam ex uſuris quærere potuit, & quod nimium ſibi tribuens Franc. Otto. ſcripſit libro primo de vſur. cap. 7.

6 † Aliud pactum in contractib. mercatorum quotidianũ eſt, vt de damnis, & eo, quod intereſt, ſtetur ſimplici verbo ſeu iuramento partis, quam conuentionem valere receptum eſt, & de qua tractat Bar. in l. j. ff. de præt. ſtip. & in l. iuſiurandum, quod ex conuentione. ff. de iure. & ſanè crebriorem ſententiam eſſe, & Alb. & Iaſ. ibidem teſtantur, & idem Iaſ. in l. ſi arbitro. ff. qui ſat. cog & plenè quidem & eleg. probat Soc. in conſi. 90. uiſis quibuſdam, vol. 4. ad quem in propoſita facti ſpecie tanq̃ aiunt, ad ſacram anchoram confugies, & idem placuit Mat. Affl. dec. 22. & deci. 91. iterum, & ubi plenius rem attigit. Ex quibus locis colliges declarationes ad propoſitam conuentionem, & illam declarationem prætereundam non eſſe cenſui, q̃ licet Bar. in d. l. fin. de præt. ſtip. ſenſerit huiuſmodi conuentionem, antequam creditor iuret, poſſe a debitore reuocari, eius tamen ſentẽtiam notari, atque a frequentioribus damnari, ut ſcripſit Alex. in q̃ſi. 130. difficultas huius negotij, propè finem, vol. j. & Afflic. deciſ. 91. ſupra relata nume. 11. verum Bart. ſententia admittenda eſt cum illo temperamento, ubi ſcilicet creditor mercator deteriorem ſuam conditionem feciſſet, culpaq́ue atque infamatæ vitæ effectus eſſet. Tunc enim reuocandi iuſta ſubeſt cauſa, vt ſcripſit Ang. in citata l. fi. citando l. cum quis. & l. ſi cum Cornelius. ff. de ſolu. cuius ſententiam, & Raphael, & Imol. ibidem probarunt, & placet Soc. in relato loco, & Iaſ. in citata l. ſi ab arbitro, nu. 4. & in l. iuſiurandum, quibus in locis ſe ex facto conſultum ſemel atque iterum ſecundùm hanc ſententiam reſpõdiſſe: ac nos hoc iure vti ſcripſit, & ſanè id honeſtius eſt, & meritò obtinuit, vt ex cauſa prædicta ius reuocandi concedatur, ſi ſine cauſa denegetur, nec forſan aliter intellexit Barto.

Huic rei eſt & illud adnotãdũ, inter omnes iuris interpretes conueniſſe declarationem a creditore factam ad arbitriũ boni viri reduci poſſe. Facta igitur damnorũ declaratione, reductionem ad arbitrium boni viri concedũt. & hoc modo fortiſſimũ illud argumentũ, ex huiuſmodi cõuentione ad deierandũ homines inuitari, & periuriis viã nõ eſſe aperiendam, ijdem iuris interpretes remouent. Vnde ne contingat periuriũ detegi, ſibi bene conſuleret, atque caueret creditor, ſi præcedente iudicis moderatione, ac taxatione ſuper damnis iuraret, iuxta ea, quæ

tractantur

tractantur in auth.hodie.aliàs nouo iure.C.de iudic. & in c.pia, de excep.in 6.& in c.frequens.de reſt.ſpol.& ſcribit Alexand.in conſi.37.uiſo & opportunè diſcuſſo. prope fi.uol.2.ubi id mirificè commendat.& his addes proprius ad rem Io. Dile.in tract. de arte teſta.cau.48.in tit.de leg.

7 † Eſt & aliud vſitatum pactum inter mercatores, ſolēt enim mercatores,uel alii mercatoribus pecuniam mutuare ſeu trade re ea lege,vt ſalua ſorte,& ita, ut de ea in dubium non eatur, & lucrum diuidatur,quod quidem pactum illicitum, & uſurariā prauitatem ſapere eleganter ſcripſit Bald.in l.j.C.pro ſoc.nu.11. ex eo enim etiam reprobatur, q̄ periculum ad recipientem pecuniam tantum pertineat, ut uoluit gloſ.in c.pleriſque.14.q.3. & uidebis Ro.belliſſ.differentem in conſi.520.circa propoſitā, & plene quidem tractauit Dec.in conſi.116.in cauſa Alouiſij,q & aliorum loca refert, & ad materiam noſtram, & mercatorū is locus eſt uberrimus,addes etiam laſ.in conſil.33.uiſo themate,vol.3. qui & prædicta comprobat, & multis coniecturis euitandi turpis quæſtus cauſa, ut contractus licitus præſumatur ex facto conſultus rñdit, eum qui pecuniam negotiationis cauſa dedit quibuſdam, qui ſocietatem coiuerant,ſocietatem ſubintraſſe cenſerit,& Bal.etiam noſtrū legito, qui in materia interrogatus ex facto rñdit in conſi.453.committere pecuniam.li.3.

8 † Sed finge,Titium licito modo pecuniam mercatori dediſſe,ut ſcilicet & lucrum,& damnum ſentiret.iuxta.l.j.C. pro ſoc. num poteſt Titius quādocunque & vbi uoluerit petere,ubi ſibi a mercatore ratio reddatur.Bar.in l.neminē. C. de ſuſcep.prēp. & arch.libr.10.argumen.illius l.in fine anni,& non ante Titiū audiendum reſpondit,cuius ſententiam probat laſ.inſti.de act. §.ſequens.numero 43.ubi Roman.in ſingula. ſuis, idem ſenſiſſe refert,& placuit hæc ſententia Corſet. ut in ſingul. ſuis in uerſiculo mercator, & Cape. Tholo.non improbat. q.447. quibus addo Pet.Vbald.in tract.de duob.fratr.in fine 12.partis, qui ait in propoſita facti ſpecie mercatorem ad exhibendum rationes ante annum compelli non poſſe,& ſingularem eſſe tex.in l.neminem.& Pontanum idem reſpondiſſe. Ego tamē didici à Bal. in rubr.C.pro ſoc.numero quinto, ceſſante calumnia q̄ſcunq; calculum peti poſſe:monent eum,quæ notantur in l.tandiu.C. pro ſocio. & hæc ſententiæ placuit laſ. in l.vlt. C. de erro.calc. ſub nume.2.qui citat Bar.in l.Lucius.ff.pro ſocio. Vnde ego nō incolorata forſan diſtinctione tentabam dicere.& Bartol.bene dixiſſe,& Bald.non malè ſenſiſſe:ſi enim quærimus, an ante annum calculus cum pecunia, & lucro (ſi quod eſt) peti poſſit & id denegandum eſt, & hoc meo iudicio forſan ſenſit Bartol.in l.neminem.is enim argumento illius tex.ut ſupra reſpondit,vñ verba Bar.ſecundùm illam legem accipiēda ſunt:ut idem Bart. teſtatur in l.non ſolum.in §.liberationis uerba.ff.de lib. leg ſub nume.7.at lex illa loquitur in ſuſceptore, qui integro, & completo anno rationes reddit,& dicto tempore eius officium terminatur,& huic reſponſo Bar.lumen ueritatis aſſiſtat: & ſi iure ſtricto deficeremus,naturali ratione ſuadetur, ut Iuriſconſ.at in l.in ſumma.in §.Varus.ff.de aq plu.arcen. Perinīquum enim videtur,vt poſtq̄ mercator pecunias recepit, & in merces erogauit,ſeu deſtinauit,ante annū,& rationes ſimul. & pecunias reddere,& reſtituere cogendus ſit,mercatoris nanque conſilia frāguntur,& non ſine magno damno & incommodo forſan faceret:cum merces coactus alieniori tempore diſtraheret. Si verò quæramus,an calculus,& ratio ſine pecunia, & reliquis poſtularī poſſit,& abſque calumnia,quandocunque,& ſic ante annum peti poſſe exiſtimo.Nec hoc forſan Bart. denegaſſet:ceſſant em̄ in hoc caſu rationes relatæ,& ferendus eſt, qui rationes uelit ad id pertinentes inſpicere,cum ſua interſit. Exigitur tamen iuſiurandum non calumniæ cauſa poſtulare edi ſibi. Quid enim ſi vexandi mercatorem cauſa ſuperuacuas aut quas haberet, aut non ad ſe pertinentes rationes peteret. iuxta l. ſi quis ex argentariis.in §.exigitur.& in §.rationes.ff.de eden.

9 † Rurſus hic illa incurrit inſpectio, mercator modo proximè relato pecuniam à Titio recepit,ſe damnum deinde paſſum affirmat,ut puta incendij,ruinæ,naufragij, furti, uel ſimilium, nū mercatori à iure ſtatutum tempus ſit ad docēdum, & fidem de prædictis faciendum? Barto.in l.ſecunda. C.de nauf. ait annum ſtatutum,& poſt annum mercatorem audiendum non eſſe.cuius ſententiæ aſſentitur laſ.in citato §.ſequens.numero quadrageſimoquarto, & probat Cap. Tho. quæſt.447. Angelus tamen Vbald.in additio.ad dictam legem ſecundam. Bart. ſententiam notauit optima quidem ratione: eueniret enim ſecundùm cū actionem de naufragio perpetuam eſſe.& exceptionem temporalem. Quod uerum non eſt & contra omnes regulas, omnes enim exceptiones ſunt perpetuæ, etiam ſi actiones ſint annales,l.purè.in §.fin.ff.de doli except. quam rationem conſiderando Barto.in relato loco, quod primo dixerat, in dubium reuocauit,ſubdens in dicta lege ſecūda.ius ſingulare eſſe fauore fiſci, & de more mercatorum in contractum pactum adijci ſolere, quòd mercator caſum infra certum tempus probet,quod præcipuè in fideiuſſoribus vulgo aſſecurantis nuncupatis in patria mea ſeruatur. Et his addes in d.l.ſecunda, fauore fiſci ſingulariter id eſſe ſtatutum eadem l.Iac.de Plat.& Iacob.Reb.ſenſiſſe,quos refert Step.apud d.q. Thol. & comprobabis auctoritate Corſ.in relato ſingulari,in uerbo mercator, nec eſt ſilentio prætereundum,quod idem Bar.cad.l.ſecunda,ſcripſit,teſtes poſſe recipi in loco, ubi caſum aduerſamque fortunam ſe mercator paſſum eſſe affirmat:& huiuſmodi teſtimonia nō ritè recepta parte ſcilicet non citata fidem facerent. quod confirmabis q.Tholo.relata, & id ad cœlum tulit Mar. ſingu. 24. clarum eſt in iure,& id etiam ipſe tanquàm quotidianum memoria tenēdum puto,pro quo lex ſcire oportet.in §.ſufficit. ff.de excu. tut. in illis uerbis, cuius fidē ſufficit firmare ex ipſa naturali iuſtitia.

10 † Solent perſæpe pater,& filius in eodem inſtrumento ſe pretium,aut aliud quippiam recepiſſe fateri, unde quæſtio fuit, an alter tantum, uel potius uterque recepiſſe præſumatur, & in viriles partes diuiſum, ita, ut pro dimidia quilibet teneatur: receptum eſt propter l.reos. §.cum in tabulis. ff.de duobus reis. Idque liquet ex his,quæ & ueteres, & recentiores iuris interpretes ſcripſere in l.ſi cum dotem.in §.tranſgrediamur.ff.ſol. matr. & Alex.notauit apud Bart. in l.in duobus. in §.1.in addi.quæ eſt ſub numero decimoquinto.ff.de duob.reis.& plura docto.loca refert Andr.Tiraq.in commen.de ut.ret.§.31.gloſ.vni.nume.7. pag.558.& Nico.Boer.dec.23.& quò ad primum.nume.10.ubi pleriſque placuiſſe refert & uidebis Rapha.Cum.conſi.40.quidam filio.in ſecundo dubio.& Franc.Cur.conſil.54. ſæpè & frequenter articulus iſte.Dicebat tamen Cyn. in additioni.ad d.§. tranſgrediamur.Id totum præſumi ad manus patris peruenīſſe, ſi pater filium gubernabat,eratque mercator, & ecōtra ſi pater à filio gubernatus:quia forſan ſenex,& filius mercator & induſtrius totum ad filium gubernatorem peruenīſſe præſumatur. Quam ſententiam Cyn.ibidem Ang.probauit,& ſecundùm eā Ang.Aret.ex facto conſultus reſpondit,ut ipſe teſtatur, inſti.de don.§.eſt & aliud.& uidebis Cor.conſi.303.in hac conſultatione.nu.10.lib.4.Et hæc Cyn. ſententia non eſt ſine æquitate, quæ tamen in iure non reperitur expreſſa. Vnde puto Cyn. ſententiam admittendam, ſi probaretur communiter contingere ad patrem gubernantem filium,& mercatorem, uel contra peruenire, idque ex ſententia Alexand. in citato §. tranſgrediamur. colum.ſecunda Franc.Cur.Nico Boer.in relatis locis,quod probatur ex loco à ſolitis:iuxta glo.in l.neque natales.C.de probat. & confirmabis ex relatis auctoritatibus, & locis à Marſi. ī ſing. ſuis in ſing.336. Argumentum à ſolitis. quod ultimum memoria tenebis,vt ſcias qui in forenſi diſceptatione defendendi gratia Cyn.ſententiam quæ ſummam habet æquitatem probandū ſit.& illud adnotabimus plurimum in his iudicem poſſe, religioniq̄ eius committi,qui in cauſis mercatorum,& generaliter ubi æquitas ſuggerit, interrogare partes poteſt (ut nō ſemel dicemus) & ſubtili iudicis inquiſitione ueritas plerunque inuenitur.

11 † Solent mercatores Anconę in uendendis,emendis,permutandisq̄ mercimoniis,merces ipſas per foramina, & quaſi trā ſennam oſtendere. Libet igitur exclamare, o uiri Anconitani, non laudo profectò,nō laudo. Vt enim Andabatæ clauſis oculis digladiabantur,ſic Anconæ merces permutari uendiq̄ uidemus,& ſunt excogitatæ mercatorum artes ad decipiendū fallendumq; contrahentes:hinc ſæpè iurgia, hinc lites immortales ortas uidi. Vnde Io.Cor.Miſce.lib.3. c.24. numero nono, & in rub.de ſeruitu.in ſeruitute officiendi luminibus. nume.15. & ſeq.numero propter ea,quæ habentur in l.luminum. ff.de ſerui. vrba.prædi.& in l.quoties.ff.de ſerui.in mercatores inuehit,qui in opacis,tenebroſisq̄ locis merces appetunt uendere: & declarat leges prædictas,ſed & ipſe legito Veron.in tract. de ſerui. vrb.præd.in ut u.de ſerui.lumi. & glo. in d.l.luminum.in uerbo. excipiat.quæ ait,ideſt,recipiat, ſic, ut ad nos poſſit uenire etiam per foramina, uel quocunque modo.

12 † Vnde & illud adagium.in folle offerre,de quo in l.cum ſeruus.ff.de cond.& demonſt.ubi intellexiſſe Calliſtratus Iuriſcōſultus uidetur,eum,qui ad liquidum rationes non reddit,metaphora ab his ducta qui pecunia intra marſupium oſtendant,ita ut nec qualis,quantave ſit cognoſcatur. Vnde vulgari ſermone circunferunt,in folle merces non emendas. de quo Alciat meminit in commen.de uerb.ſignif. pag.189. Bene igitur facient, & præſides,& Anconitani uiri,ſi foramina prohibebunt, ædificioq̄ ab ullis compacta amoueri,è mercatorum domibus iubebunt. Sunt enim ut diximus,excogitatæ artes ad fallendum, circumueniendumq̄ue,& Iuriſconſultus admonet,malitiis indulgendum non eſſe.l.in fundo.ff.de rei vendi.

De ſocietatibus ſcribere ſuperuacuum eſſe duxi: ea enim materia vulgaris eſt,& in ſexcentis locis tractata, & præcipuè tractauit Petr.Vbald. Duo tamen adnotabimus, in quibus mercatores tota (vt aiunt) via errare.plerunque vidi. 13 † Alterum eſt, quod dicitur, in quibuſdam iuris articulis ocium conſocium obligata,& pro ſocio teneri,de quibus meminerūt gl.& Bar.in l.nemo ex ſociis.ff.pro ſocio.& apud Bar.& Alex.& And.notarunt,Bal.in rub.C.pro ſoc.in fi.Pet.Vbal.in trac. de duob.fratri.in 19.par.& doct.in l.ſi ſocius. ff.ſi cer. peta.& Alex.in conſil.139.

Source : BIU Cujas

perſpectis.in prin.volu.5.moderationes,& temperamenta recipit infraſcripta. Primum eſt, vt intelligatur durante ſocietate. Vnde eleganter,inquit.Paul. Caſt.in l.j.in §.non autem.nu.3.ff. de exer. cum duo mercatores ad quinquennium ſocietatem coiuiſſent, elapſo quinquennio alterum ex contractibus cum alio initis non teneri,quoniam finita eſſet ſocietas, nec referre contrahentes ſocietatem finitam eſſe ignoraſſe. qui enim cum alio ℈hit, vel eſt, vel eſſe debet conditionis eius non ignarus. Contra verò ait ſi ſimpliciter,& abſque tpis præfinitione coita
14 ſocietas fuiſſet † & ſoluta fuiſſet,& ſubdit ſecundum hanc ſententiam ſe ex facto conſultum, rñdiſſe, & valentiſſimos viros eius reſponſum probaſſe. Et idem probauit Pau.in l.ſed & ſi pupillus.10 §. conditio. ff. de inſti.& conſi.104. viſis,& ponderatis parte.j. In quibus locis reſpondit non obſtare l.ſed & ſi pupillus. in §.de quo palam,vt procedat,qñ ſimpliciter,& abſque tempo ris præfinitione mandatum in initio datum fuerit:quod notandum puto ad interpretationem d.§. ad cuius etiam interpretationem videbis Signo.conſi.59.ſi quæritur.Pau. Par.in cõſi.93. dicendum videtur.num.60.& ſeq.vol.j.& ſententiam Pau.probauit Deci.in citata reg.qui eum alio.& in l.ſi ſocius.num.4 ff.ſi cert.pet.quemadmodum æs alienum, manente ſocietate ℈ctũ de communi ſoluẽdum eſt,non id æs alienum,quod vnus ante ſocietatem cõtraxerit.is enim ſoluet, qui contraxerit.l.ſed nec æs alienum.l.omne æs alienum.l.pro ſocio arbiter.ff.pro ſocio. & ſcribit Par.in conſi.94.nu.15.ſpectabiles.

15 † Secundum temperamentum eſt,vt ſocius obligari poſſit à conſocio pro ea ſumma tantum, quam in ſocietate habere cõpertum fuerit,vnde cauti ſint contrahentes:vt id ſedulo perquirant, atque conuentiones initas in ſocietate contrahenda diligenter inſpiciant,vt admonet,& eleganter Anchar.probat in conſi.332.pro clariori deciſione & commendat Deci.in relatis locis,nec Pau. Par.vtpote probabile notat in conſi.93.nu.31.& ſeq.& videbis eundem in ſeq.conſi.

Et illud tertium eſt temperamentum in ijſdem articulis, in quibus ſocius ſocium obligat requiritur, ſeu intelligitur quando nomine ſocietatis contrahit, diuerſum ius eſt ſi proprio, ſeipſum enim tunc non ſocium obligat, niſi in communẽ arcã pecuniæ verſæ ſunt leg.iure ſocietatis.vbi Bald.notauit.ff.pro ſocio.& refert ac probat Alex.in conſi.138. perſpectis ſcriptis. in princip.vol.5.& Deci.in relata l.ſi ſocius. & conſi.98.iuridicam. Aym.Cra.in conſi.126.proponitur.in fin.

16 † Alterum eſt,quod in materia ſocietatis adnotãdum puto, Si coita ſit inter plures ſocietas ad certum tempus,quemadmodum ſors ipſa niſi finita ſocietate,inuitis ſociis diminui non poteſt,ita pecunia,quæ ſorti accreuit,hoc eſt lucrum ipſum. Idem enim iuris in eo quod accreuit,quod & in ſorte eſſe, Bar.noſter ſubdubitans tentauit dicere in l.auri ſtatuta.C.de fru. vrb. con. lib.10.& retulit Corn.in ſingul.ſuis,in verbo,lucrum.

17 † Et illud,quod nunc nuper ſuccurrit, prætermittendum nõ eſt,ſcribunt mercatores,uel in literis, vel in libris ſub illo vulgari modo. Titius,& ſocij ſocietatis,&c. ſcribit igitur Barto. in l.ſi ſeruus communis ita.nu.4.ver.& iſta faciunt ad quæſtionem ff. de ſtip.ſeruo.in verba infraſcripta circa relatam formulam: Vr q; ex virtute talium verborum Titius nominatus teneatur, & ſibi acquiratur pro dimidia aliis omnibus pro portionibus ſocietatis: ñ puto ſic dicendum,q; & virtute dictorum verborũ, quatenus continent ℈ctum,ex quo dicti mercato.debeant obligari, ſiquidem ageretur inſtitoria, quilibet tenetur inſolidum, quaſi per illum omnes negotiationem exerceant, ut ſupra de exer.l.3 in prin.ibi,ſed plures rem.ſi verò in dicta ſcriptura continetur totum,ex quo eis mercatoribus debet obligatio quæri, tunc verborum rigor facit ſeu indicet illud quod ſuprà dixi in ſeruis ſtipulatoribus:ęquitas tñ & vſus cõis ſuggerit contrariũ. Nam Titius,qui nominatur,non ad hoc nominatur,vt ſibi magis quæratur,ſed vt oſtẽdatur,q; ille ſocietatem obtinet,& ideo forſan dicendum eſt,q; omnibus quæratur pro portionibus ſocietatis.Hucuſque Bar in relata uerba,cuius ſententiam probauit Dec.in ℈ſi.122.& pro tenui.col.2.vbi refert Imo. idẽ ſentiẽtẽ,& ſub relato vulgari modo ait, Titium nominatũ nõ cẽſeri, vt plus ſibi,q; aliis quæratur:ſed vt oſtẽdatur, Titiũ ſocietatis eſſe caput.In qua verborũ conceptione videndum eſt elegans Bald. reſponſum.190.Sempronius.&c.lib.2.vbi in Bar.ſententiã vide quid ſenſerit Raph.Cu.in conſi.172. Titius &c.

Apud Iaſonem lib.primo reſponſorum Reſpon.82. elegans quidem, & nuſquam (vt ait) relata quæſtio in materia de qua
18 agitur fuit propoſita.& eſt talis.† ex ęquitate canonica licet purgare moram euitandi cauſa pœnas legis ſiquis maior. C.de trãſ. vt inquit Bal. in l.qui crimen.in 10.q.C.qui acc.non poſ.& probant Alex.Iaſ.Franc.Cu.alios referendo in ea l. ſi quis maior. & facit cap.ſuam.extra de pœn.num idem iuris ſit in curia mercatorum,vt permittatur purgatio moræ, ne incidat mercator in pœnas eiuſdem legis. In qua quæſtione Iaſon ex facto conſultus,elegan:er reſpondit, prima fronte admittenda videbatur, quoniam in curia mercatorum ex bono & ęquo procedendũ eſt, reiectis iuris apicibus, ut in vltimæ partis principalis initio
19 plenius differendo oſtendemus,† ſed l.ſiquis.maior rigorẽ iuris reſpicit,& propterea de æquitate canonica non procedit.Non eſt ergo diuerſum in dicta curia ſtatuendum: inquit tñ ℈riam ſniam probabiliorem,idq; plurib.probat,& ſubijcit compara
20 tionem hanc de foro canonico † ad curiam mercatorũ nuſquã relatam,& nuſquàm receptam. Nõ eſt ergo noſtrum, cùm lex deficiat,extendere.l.ſi verò.§.de viro.ff.ſol.mat. & l.ſiqs maior. propter virtutem iuramenti fauorem continere, & fauorabilẽ eſſe, meritoq; extendendam,potiuſquàm reſtringẽdam eſſe, quod & ipſemet Iaſon in eadem l.ſub nume.8.adnotauit. Et qđ dicitur,in curia mercatorum ex bono & ęquo iudicandum,intelligendum eſt, vt iuris apices, qui veritatem rei atque negotij non reſpiciunt, reiecti cenſeantur, non autem ut ius ciuile in mercatorum foro locum non habeat: quoniam aduerſaretur legi bona fides.ff.dep.Hæc ille,qui pluribus vtitur. Incurrit, & hic alia inſpectio non abſimilis.Receptum eſt actionem ad pę
21 nam † competere,ſi contrauentum fuerit,etiam ſi nihil ſtipulatoris interſit,quod fuerit contrauentum l.cum pœna.vbi gloſſ. & Bar.ff.de arbi.& notarunt Bar. & plerique alii in l.2.in §.item ſi in facto.ff.de verbo.oblig.num & id in curia mercatorum ſit admittendum.Ang in conſil.219.arbitror dictam pœnam &c. tentauit dicere nil.præter id quod mercatoris interſit, peti poſſe,cuius ſentẽtiam probauit Fran.Are.in l.4.in §. Cato. in prima colum.ff.de verbo.obligat.quoniam eſſet præter æquum & bonum,& ęquitas pręcipuè inter mercatores ſpectanda eſt.l.Quintus.ubi Barto.ff.mand.uerum laſ.in l.2.in §.item ſi in facto.ff.de verb.oblig.contra,& ait,licet non legerit aliquem qui quæſtio-
22 nem diſſeruerit,credit tamen minimè admittendum, † quòd pœna,quæ ex partium conuentione proficiſcitur,iuxta l.fina.ff. de præt.ſtipul.cenſeatur contra æquitatem.Quinimo,nil eſt,qđ magis humanæ fidei congruat, quàm pacta, & conuentiones obſeruare: præcipuè inter mercatores, ut dicit lex prima. ff.de conſtitut.pecu.& illud conſtitutum propriè eſt factum propter mercatores. Confirmat etiam ſuam ſententiam ex lege bona fides.ff.depo.ac his,quæ proximè diximus,non eſſe ſcilicet à ciuilibus præceptis recedendum,& addit contra Angel. & Are.ſi ex facto interrogaretur reſponderet,hactenus Iaſ. ſcripſit etiam in eodem articulo Lãcel.Gal.in eodem §.item ſi in facto. & ſub nume.7.referendo Iaſo.ait comprobari Iaſo. ſententiam poſſe ex eo,quod dicitur,pœnas legales non deberi in foro conſcientiæ,iuxta gl.in c.fraternitatis.12.q.2. conuentionales tamen de-
23 beri, † citat Anch.in reg.poſſeſſor.de reg.iur.in vi. verſi.tertio quæro.Fel.in c.j.nume.62.ver.limita tertio extra de conſt.idq; uerum eſſe,etiam ſi nihil interſit,ſecundum Inno. in c.ſuam.de pœn.Pan.in c.dilecti.in tertia colum.verſi.ſexta & vltima pęna. de arb.ſubiicitur deinde animaduertendum eſſe. Nam pœnam conſequi,ubi non intereſt,eſt contra æquitatem. Caſus videtur hic,dum ubi nõ intereſt,uult,q; doli mali excep.competat,quæ nititur æquitate: vt dicit gloſ. & quia prætor habet æquitatem ante oculos.ſ.quod ſi Epheſi.ff.de eo, quod cer.lo.in ſtipulatione prætoria non exigitur pœna, ſi non intereſt. l.& ſi poſt tres. ff.ſi quis cau.l.ſecunda,in fi.ff.ſi quis in ius voc.non ie.ubi Barto. & Iaſ.Alexand.& Soc.in eodem §.notant.hæc ille, qui nil certi ſcriptum reliquit,contra tamen Iaſ.inclinare videtur. Non me latet etiam Io.Cro.in d.§.Cato.ſub nume.8.& ſeq.in primis cõmentariis ſcripſiſſe in propoſitis articulis in verba infraſcripta, Notanda ſunt aliqua in iſta materia promiſſionis factę nominę pœnæ.Primò, quod in curia mercatorum pœna promiſſa peti non poteſt vltra intereſſe, & ſi nihil interſit, nil peti poteſt: qa eſt contra æquitatem, quæ ſeruatur in illo foro. l. Quintus.ff. man.& ita ſenſerunt Ang.in relato cõſil.& Are.ſubijcit deinde inferri ex hoc exceptionem,& temperamentum ad l.ſiquis maior.C.de tranſa.quia lex illa imponens pœnam contrauenienti contractui iurato,non habebit locum in foro mercatorũ. Hæc illę in ſupraſcripta uerba,qui de Iaſon.non meminit. His igitur relatis,quæ ĩ propoſitis iuris articulis inuenimus ſcripta, dicam quid & ipſe ſenſerim. Et profectò magnopere me Ang. Franc. Are.& Ioan.Cro. auctoritas mouit, pro qua ſententia eſt quod in ultima particula vltimę part.princ.tractatus diximus nu.6.nõ tamen à Iaſ.diſſentio:cuius ſententia in vtroque caſu ſemp probabilis atque rationabilis eſt viſa,& in ſuperiori caſu qđ Iaſ. ait, æquitatem cum præceptis ciuilib.in foro mercatorum conſiderandam, confirmauit ex multis,ac varijs, quæ in pri.vlt par.pri. tractatus diximus,ac in pleriſque locis eiuſdem partis, & quòd moræ purgatio nõ admittatur,probari poteſt ex his, quæ Fran. Cur.ſcripſit in ea l.ſi quis maior.ſub nume.44.Dec.in conſ.138, & diligenter,col.pen.& in fi.& in conſilio 452. uiſa inſtructione.Lud.Goz.in conſilio 57.multa fuerunt,nume.decimooctauo, & ſeq. ex quibus locis colliges reſponſa ad id, quod diximus ex æquitate canonica moræ purgationem admitti. Et ad interpretationem d.cap.ſuam, extra de pœnis, uide quæ plenè And.Alexand.ſcripſit in citato §.Cato.numero 146.& ſequen.

24 † In poſteriori verò caſu, quod Lanc. Gal. ait non mouet, & circa text.in dic.§.item ſi in facto, uidebis eo in loco Bartol. in tertia,& quarta opp.& Iaſ.ſub num.decimoquarto, verſi.circa quar-

ca quartam. Item, nec moueat, ꝙ non incolorate quidē dicebatur in præto. ſtip. an interſit, ſpectandum eſſe propter ęquitatē, quam ante oculos prętores habuerunt. Nam ius ciuile ex prętorum decretis etiam conſtat. §. conſtat. inſt. de iur. natu. & in illis cum non mere conuentionales exiſtant, uiſum eſt prætori iuris rigorem temperare, & ſe in illis intromittere. At in ſtipulationibus, quæ ſimpliciter conuentionales dicuntur, iuris regula non reperitur immutata. Non eſt ergo ab ea recedendum: arg. l. bonæfides. ff. depo. & a regula recedēdum non eſſe admonet Bart. in l. quoties. ff. ſi quis cau. Dec. in reg. 1. de reg. iu. Iaſ. in conſi. 16. colum. 2. volum. 3. uideretur prima, & meritò hæc ſentētia obtinere deberet: cum hæ ſtipulationes a mera uoluntate cōtrahentium proficiſcantur, & ęquitati ac fidei humanæ conueniat, ini tam conuentionem ſeruari.

TITVLVS, MANDATI.

SVMMARIVM.

1 *Mandata ex officio atque amicitia originem trahunt, & in vſu frequenti ſunt.*
2 *Fines mandati diligenter cuſtodiendi ſunt, & refertur memorabile exemplum Publij Graſſi Mutiani.*
3 *Mandans Benedicto debitori ſuo, vt centum quæ ſibi debet, perſoluat Pandulpho, cui tantundem debet, ſi Benedictus non ſoluit, ſed promiſit, an mandatum impleuiſſe ſeu exceſſiſſe dicatur, & an cenſeatur facta delegatio, & an mandatum huiuſmodi poſſit reuocari.*
4 *Procurator ad recipiendum mutuas pecunias, ſeu ſolutionem, & quietandum num fines mandati exceſſiſſe dicatur, ſi in inſtrumento ſola confeſſio contineatur.*
5 *In re non dubia, ſed aperta ſingulorum argumentationum enumeratio minimè neceſſaria.*
6 *Mandans in mandato poteſt dare formam.*
7 *Dictio, non aliter, nec alio modo, inducit formam.*
8 *Dictionis, Dummodo, ea eſt natura, ut niſi id, quod ea dictione adijcitur, interueniat, actus ruat.*
9 *Formæ omiſſio in parte qualibet, cum ſit indiuidua, actum vitiat.*
10 *Nil eſt inter homines ſic indubitatum, quin ſolicitam dubitationem recipiat, licèt illud ſit uſtiſſimum.*
11 *Vna determinatio reſpiciens plura determinabilia, æqualiter terminare debet, quæ regula declaratur.*
12 *Verbum vnum, & idem non eſt abſurdum, ſi diuerſis rationibus, & diuerſis modis interpretemur.*
13 *Relatum cenſetur eſſe in referente, in tantum, vt diſpoſitio a relato limitationem accipiat, & alia.*
14 *Repugnantia euitanda eſt.*
15 *Clauſula, omni meliori modo, facit, vt, & in his, quæ tradita ſunt pro forma, actus ſuſtineatur eo modo, quo poteſt.*
16 *Teſtamentum ſuſtinetur, in quo non eſt relictum filio iure inſtitutionis, ſi adeſt clauſula, omni meliori modo.*
17 *Verba ad validum, non autem inualidum intellectum aptanda ſunt: & ille prævalet, quo res de qua agitur in tuto ſit.*
18 *Dominus ſciens procuratorem ſuum fines mandati excedere, & non contradicens, aſſentire videtur.*
19 *In generali mandato an cenſeatur traditur facultas recipiendi pecunias ad cambium.*
20 *Facultas data a debitore creditori accipiendi pecunias ſub cambijs, ne damnum creditor patiatur, an ad prima tantum cambia referatur, ſeu magis ad cambia, & recambia.*
21 *Interpretatio ad l. boues. §. hoc ſermone. ff. de verb. ſig. relatiuè.*
22 *Collybus dicitur pecuniæ permutatio, ac detrimentum, quod in permutatis pecunijs aſſolet fieri.*
23 *Mandatum habens ad uendendum, ſeu locandum, num & ad pretium, ſeu mercedem recipiendum, mandatum habere cenſeatur.*
24 *Interpretatio ad l. quod ſeruus. ff. de ſol.*
25 *Interpretatio ad l. 1. in §. igitur præpoſitio. ff. de exer.*
26 *Mandatum habens ad vendendum, an poſſit vendere habita fide de pretio.*
27 *Mandatum habens ad recipiendum pecuniam ad certam cauſam ſufficit, ſi aſſeratur ex illa cauſa, de qua in mandato pecunia recepta, licèt qui recipit, mentiatur.*
28 *Mercator ſi vendidit abbati pannos induendi gratia eius monachos, ꝙ obliget monaſterium, licèt mutata voluntate in alios vſus verterit, & quomodo intelligatur.*
29 *Mandatum habens ad recipiendum ſolutiones, terminum ad ſoluendum prorogare non poteſt.*
30 *Perſona in literis, ſeu inſtrumentis nominata præſumitur eſſe, ſi literas, ſeu inſtrumenta penes ſe habeat, nec requiritur, ut iura etiam habeat.*
31 *Mandatarius an uſuras, quas ſoluit ex mandato ſibi iniuncto de recipiendis pecunijs mutuis ſub vſuris poſſit repetere. Et an teneatur nominare, ſeu probare perſonas, quibus vſuras ſoluit.*
32 *Clauſula illa in mandatis ſolita adijci. Prout viderit expedire, vel ſimilis ad arbitrium boni viri refertur, & an excludat probationem, & quæſtionem inferri, & num. ſeq.*
33 *Probatione remota, an cenſeatur remota nominatio, & an probationis appellatione, veniat nominatio, & num. ſeq.*
34 *Interpretatio ad l. Thais, in §. ſorore. ff. de fi. lib.*
35 *Vſurarij argumentis, & indicijs conuinci poſſunt, & ex perſpicuis indicijs probatur vſura.*
36 *Mercatores, qui ex mandato iniuncto merces vendūt ad diem, ſi interim emptores mercium decoquunt, num mandati actione ex eo, quòd minus legitimè mandatum curauerint, teneantur.*
37 *Mercatores, qui alienas merces vendunt ad diem, & ſuſcipiunt nominum periculum in ſe certa mercede conſtituta, ut puta trium aureorum ſolariū ꝙ quolibet cētenario, ſi emptores merciū nō ſoluēdo fiant, an teneātur.*
38 *Mandatum niſi gratuitum nullum eſt, & interueniente pecunia ad locationem potius reſpicit.*
39 *Mercatores Anconitani mandarunt mercatoribus Neapolitanis, ut merces emerent, & mari eaſdem Anconam tranſmitterent cum fideiu ſione, ſeu aſſecuratione, & clauſula de non transferendo merces ex onerata naui in aliam, quod credebatur fieri poſſe ſolutis ſeptem pro centenario quolibet. Nam ſi Neapolitani tranſmiſerint cum aſſecuratione, ſine tamen dicta clauſula, quoniam aſſeruerunt, cum clauſula inueniri non potuiſſe, niſi ſolutis quindecim pro centenario, & merces in aliam nauim translatæ perierint, Neapolitani mercatores teneantur.*
40 *Culpam nominatim obijci, & probari oportere, & plura exempla ſubijcit.*
41 *Mandatum iuxta ſolitum interpretatur, & ad ordinaria, non extraordinaria refertur.*
42 *Mandata ſi duo ſint, alterum adimplere non ſufficit.*
43 *Clauſula in aſſecurationibus adijci conſueta de non transferendo merces ex vna naui in aliam declaratur.*
44 *Clauſula ſolita adijci in mandatis in negotio quod nobis expediri videbitur, ſeu vtile viſum fuerit, peragetis, quod uerba reduci debeant ad arbitrium boni viri, & conſequenter cenſeatur remiſſa culpa.*
45 *Mandatarius, quod teneatur de dolo & leui culpa, & natura mandati negotij inſpicienda ſit.*
46 *Mandatum ad merces emendum datum declaratur, & his emptis ad quem periculum pertineat, relatiuè.*
47 *Conſuetudo mercatorum, quòd aliena gerentes negotia nomine proprio expediant, declaratur relatiuè.*
48 *Mandatum re integra domini morte finitur, declaratur relatiuè.*
49 *Mandatum poteſt fieri poſt mortem duraturum, & de procuratore ſolito cōſtitui in teſtamentis mercatorum, quædam notabilia.*
50 *Mādatū plenum illā interpretationē recipit, quatenus ex fide res agatur.*
51 *Mercatores ſuſcipientes mandatum aliquid gerendi, ſi facere omittunt ad omne damnū, quod paſsi ſunt, mandantes tenentur.*
52 *Mercatores, qui mercatorū abſentium ſine mandato negotia gerunt, & culpam, & dolum præſtare debent, & quandoque caſum.*

MAndata, quæ ex officio atque amicitia originem trahūt, † ut Iuriſ. Vlp. inquit in l. j. ff. mand. non minus, ꝙ ſponſiones inter mercatores frequentantur, in uſu enim quotidiano ualde ſunt, idcirco prætermiſſis vulgaribus nonnulla quotidiana ac vtiliſſima, & ad mercatores ipſamque mercaturam attinentia breuiter diſſeremus. 1

† Fines mandati diligenter cuſtodiendos eſſe, nemo eſt qui neſciat. Id enim mercatores dictitant. l. diligenter. ff. man. c. pertuas, de arb. in quo non ab re uiſum eſt referre memorabile exēplum P. Craſſi Mutiani, de quo Gel. meminit noctium Atticarū lib. j. c. 13. Is enim Craſſus qui a ſcriptoribus traditur quinque habuiſſe rerum bonarum maxima, & præcipua, ꝙ eſſet ditiſſimus, ꝙ nobiliſſ. ꝙ eloquentiſſ. ꝙ Iuriſc. ꝙ Pontifex Max. cum in cōſulatu obtinere Aſiam prouinciam, & circunſedere, oppugnareq; Leucas oppidum pararet opuſq; eſſet firma, ac procera trabe, qua arietē faceret, quo muros eius oppidi quateret, ſcripſit ad Magiſtrum architecton molis Athenienſiū ſociorū, amicorumq; populi Romani, ut ex malis duobus, quos apud eos uidiſſet, uter maior eſſet, eū mittendū curaret, cū Magiſter architecton ꝙperto quā ob rē malū deſideraret, nō vti iuſſus erat maiorē, ſed quē eſſe magis idoneū aptioremque faciēdo arieti, facilioremq; portatu exiſtimabat, minorem miſit: Craſſus eū uocari iuſſit: & cū interrogaſſet, cur non quē iuſſerat miſiſſet, cauſis rōnibusq; quas dictitabat ſpretis, veſtimēta detrahi imperauit, virgiſque multum cæcidit, corrūpi atq; diſſolui officiū oē imperantis ratus, ſiquis ad id, qđ facere iuſſus eſt, non obſequio debito, ſed ꝙſilio nō deſiderato rñdeat, hæc ille. Verū in iure noſtro ꝓpoſita regula cōplures exceptiones ac declarationes recipit, quas ſcire mercatoribus maximè omniū expedire puto, vñ ad Iaſonē cōfugiendū eſt, ꝙ copioſè ſcripſit in l. ſi procurator. C. de procurat. Alb. Brun. in trac. de forma. Pau. Par. in ꝙſi. 47. nu. 41. & ſeq. vol. j. intentio dñorū &c. ſed p̄ter ea, quæ relati iuris interpretes ſcripſere, illud quæriт. † Mandaui B̄ñdicto debitori meo cētū quæ mihi dēt, Pandulpho cui tantundē debeo, ꝓſoluat, Benedictus nō ſoluit, ſed ꝓmiſit Pādulpho cētū ſoluere, & qdem ſtipulatione, num Bened. mandatū impleuiſſe ſeu exceſſiſſe dicat: & magis eſt mādatū nō ſeruaſſe: nō. n. mādaui, ut ꝓmitteret ſed vt ſolueret. l. ſi debitorē. ff. de no. & ſcr. Pau. Caſt. ī l. delegare. eo. tit. vnde ſequitur me poſſe Bened. inhibere, ne ſoluat, mandatum n. re integra reuocari poteſt, & res eſt integra, & ſi ſtipulatio promiſſiove interuenerit, cum id non mandauerim, ſed ut ſoluat. l. ſi cum Cornelius. ff. de ſolu. & propterea ſi Benedictus 2 3

Source : BIU Cujas

conturbaret, & foro cederet; quoniam non est facta delegatio, Pādulphus creditor meus aduersus me recte ageret, idem Pau. probat in citata l. si debitorem. & Alex. in l. qui usumfructuum. ff. de verbo. oblig. Mar. singul. 265. fines. & Dec. in consi. 107. in causa. Quòd autem diximus, delegationem factam non esse, intelligendum est in præiudicium mei mandantis, ut Benedictus qui mandatum non impleuit, se à me liberatum allegare non possit: at in mei commodum, & fauorem nouatio facta censet, vbi Pandulphus promissionem solutionis loco accepisset, & probasset: sibi enim ascribat Pandulphus, qui Benedictum mei loco, & vice solutionis promissione contentus fuerit, idq; probauerit: comparatur enim hoc casu promissio solutioni. l. fi. C. ad l. Falc. Accedit, q̄ creditori solutum videtur quocunque modo satisfiat. l. si rem. in §. omnis. & l. solutum. §. solutam. ff. de pig. act. Sum ergo hoc casu liberatus, s̄m Pau. in l. qui vsumfructuū. in fin. & Dec. in consi. 107. proxime relatum, & uidebis eundem in consi. 421. in fin. & in l. singularia. nu. 26. ff. si cer. pet. quæ declaratio (vt opinor) non est sine ratione, quod etiam superiori loco diximus mandatum, quod Benedicto dedi, vt solueret, re uocare me posse, si promiserit, d. l. si cum Cornelius, temperandum est, nisi Benedictus, cui mandaui, vt solueret Pandulpho, eidem Pandulpho creditori meo significauerit, qui eum in debitorem receperit, & ratum habuerit, mandatum enim tunc re uocare non possum, ut eleganter inquit Ioan. And. apud Spec. in titu. depo. mouet eum. l. si ego. ff. de neg. gest. & probat Paul. Cast. in l. si cum Cornelius. subdens obliuioni tradendum non esse: quoniam Mercatores in eorum libris scribere consueuerunt, & sufficit si ex libris appareat ad notitiam Pandulphi peruenisse, & approbasse. Idem placuit Ang. & Alex. in citata. l. qui vsumfructum. vbi ad cælum hanc sententiam tulit Mar. & probat in sing. 58. si dedi tibi mandatum, & Decis. in consi. 107. sed, & his addes quæ latè Soc. scripsit in consi. 267. præsens, par. 2. & Alex. in consi. 10. visis. vol. 2. & quæ dicemus in Tract. de Decoctorib. in ea parte in qua quæstiones inseruimus, ver. incurrit & hinc. nu. 5. & ad interpretationem. l. si debitorem, videbis Paul. Par. in consi. 107. Quæritur primò, vtrū præsertim sub num. 43. vol. 3. quod responsum legito: respōdit. n. in mandato sub vulgari formula mercatorum in mercib. quibusdam tradendis.

Incurrit, & hic alia inspectio, num procurator ad recipiendū
4 mutuas pecuni as, † seu solutionem & quietandum, fines mandati excesserit, si in instrumento sola confessio contineat? verbi gratia, si fateatur se centum mutuò à Titio recepisse, uel centum, quæ Titius constituenti debet, recepisse similiter fateatur? & verius est, q̄ plerisque placuit, fines mandati non seruasse. l. j. §. si mutuam. ff. si quid in frau. pat. aliud enim est confessio, aliud numeratio. l. j. & l. fi. C. de dote ca. non nu. l. si ex cautione. ubi notatur. C. de non nu. pec. s̄m hanc sententiam non semel respondit Bar. & præcipuè in l. 2. in §. fi. nu. 6. ff. si cert. pet. & in l. si debitorem. ff. de noua. & differēdo probat Alex. in l. à diuo Pio. §. sed si emptor ff. de re iud. & frequentius in hanc s̄niam iuisse scripsit Ias. in citato. §. fi. quibus addes Mar. in sing. 265. fines mādati, & Dec. in consi. 493. viso tenore, qui idem sensit, & in casu in quo ex facto consultus respondit, proponebantur clausulæ, quæ rem dubiam reddebant, & consequenter intelligimus superiori casu, vbi procurator ad mutuas pecunias recipiendum constitutus, confessus fuerit ꝫ constituentem, & confessa receptione agi non posse, & posteriori casu non obstante confessa pecuniæ consignatione seu numeratione à procuratore facta, debitorem a constituente conueniri posse. Sic ergo mercator cautus, ut in instrumento dicatur, dedit, & numerauit coram testibus, me notario, & reliqua. Hoc amplius idem Barto. in relato loco tentauit dicere, si in instrumento mandati in hæc uerba scriptum esset, Constituit Titium procuratorem ad accipiēdum pecunias mutuas, & confitendum pecunias recepisse: idē tamen iuris esse, quoniam illa verba, ad confitendum recepisse, intelligenda sunt, scilicet pecuniam receptam: verum, ut in superiori iuris articulo Barto. sententia recepta est, tanquàm rationabilis, ita & posteriori tanquàm sine ratione à plerisque damnata, ne in cassum verba adiecta videantur, idque relati iuris interpretes probarunt.

Ex facto etiam proponebatur, Bartholomæum Nicolaū procuratorem constituisse p̄sentem &c. speciatim, & nominatim ad emendum merces cuiuscunque generis vsque ad quinq; millium ducatorum summam, & pro pretio constituentem obligandum, & plenum quidem in his mandatum dedisse, adiecisse tamen in eo uerba infrascripta. Et dictum mandatum cōstituēs fecit, & dedit robur ac ualidum esse uoluit, & vult, dummodo spectabiles viri Hieronymus, Ioannes & Ang. eundem procuratorem ad causam prædictam, & effectum eundem constituerint, dum quibus Bartholomeus constituens voluit pro portione, & rata posse conueniri obligationis causa, quam dictus procurator fecisset, atque contraxisset cum quibuscunque p̄sonis, & non aliter nec alio modo. Proponebatur etiam, dictos Hieronymum, Ioannem, & Angelum ad causam, & effectum p̄dictum eundem Nicolaum procuratorem constituisse, & hoc amplius adiectum in mandato fuisse ad obligandum eos insolidum, & pro tota summa scutorum quinq; millium. denique proponebatur eundem Nicolaum procuratorem omnes, & singulos nominatos in hæc verba obligasse. Nicolaus procurator Ioannis Hieronymi, & Angeli, prout de mandato &c. Item procurator Bartholomæi, ut constat instrumento cum declaratione in dicto instrumento mandati contenta, prædictos cōstituentes insolidum obligauit Titio, & Meuio causa, & occasione mercium emptarum, & traditarum ad summā quinque milliū scutorum, quæsitum est de obligatione ex persona Bartholomæi, & nullam obligationem esse iudex quidam pronuntiauit ex facto, deinde consultus Benuenutus Iurisconsultus respōdit ut infra, & quidā periti iuris, & præsertim Ang. Androtius pru-
5 dentissimus vir responsum eius probarunt. † Licèt eloquentię pater Cicero in oratione pro Cluentio admoneat in re non dubia, sed aperta singulorum argumentorum enumerationē minimè necessariam, rei enim demonstratæ demōstrationem addere frustra est, ut inquit Iurisconsultus in l. j. ff. de dote præleg. propter t̄ñ cuiusdam s̄niæ auctoritatem, quædam, quæ iudicantem forsan mouerunt, breuiter enumerabo. Et illud primū ex
6 sectione mandati, & obligationis forma occurrit. † In mandato formam adiectam esse circa obligationem, & mādantem adijcere potuisse, nemo est, qui nesciat. l. diligenter. ff. mand. c. cum dilecta. de resc. & bonus tex. in c. cui de non sacerdotali. de p̄b. in vi. In contractibus enim formam contrahentes dant l. in cōuentionalibus. ff. de verb. obl. & recentiores plene scribunt in trac. de for. in quæstione illa. Quis possit dare, uel tollere for. Illa autem uerba in mandato adiecta formam indicant. Et uoluit Bartholomęus pro portione, & ratā posse conueniri pro obli-
7 gatione, & reliqua, & non aliter, nec alio modo. † Ex quib. uerbis, non aliter, formam induci iuris interpretes scripsere, ut notauit Bart. in l. de his. ff. de transac. & in l. fi. motus illa lege. C. de vend. reb. ciui. lib. 11. facit l. muto. in §. j. ff. de tute. Felin. in c. cum dilecta. num. 32. de rescrip. & scribit Deci. in consi. 527. prope fi.
8 † Considerabam etiam forsan iudicem motum propter dictionem illam, dummodo, ex vi cuius dictionis adiunctę uerbo, nō aliter, ab fuisse consensum Bartholomæi uidebatur in obligatione aliter facta, quàm in mādato sit expressum: ea enim huius dictionis est natura, ut si id, quod ea dictione adiicitur, nō interueniat, actus ruat: secundùm Io. Andr. in c. ex tuarum. in verbo dummodo. de aut. & vs. pal. & in reg. nullus ex consi. de reg. iur. Pro qua sententia facit l. impuberibus. in princip. ff. de susp. tut. & scribit Alex. idem probans in l. j. nu. 7. ff. ad leg. Fal. & plenius Asten. in trac. de forma. in q. illa, quando aliquid censeatur traditum pro forma. uer. quarta conclu. & And. Tira. in comm. de vtro. ret. §. 8. pag. 456. Et quòd illa dictio, dummodo, Bartholomæi constituentis uoluntatem declarauerit, & si aliter factum fuerit, eius uoluntas cessauerit. probat Deci. in consi. 326. col. 2. & fi. Cùm ergo proponatur in instrumento obligationis, Nicolaum procuratorem Bartholomæum cum aliis insolidum obligasse adiectis renuntiationibus, consequenter eius respectu nulla existere uidebatur obligatio. Est enim illud iuris exploratum, quæ contra formam gesta sunt, nulla esse. l. cum hi. §. si prętor. ff. de transac. & bonus tex. in c. cum dilecta. ubi Fel. sub num. 36. & seq. de res. & scribit Alex. in consi. j. in 4. uol. & plenè Asten. in relato trac. de forma. in q. de potentia & effectu, conclu. ulti.
9 † omissio etenim formæ in parte qualibet, cum sit indiuidua, actum uitiat, ut probat Deci. in consi. 532. nu. 5. & de forma copiose Fra. Nic. etiam scripsit in rubr. de no. ope. nū. Rursus & id iudicem mouere potuit, quod not. Bar. in l. item eorum. in §. sed si ita. ff. quod cuiusque vni. no. Inquit enim ex illo text. probari, quod fit prærer formam commissionis, ipso iure non ualere, quem probat idem Paul. Castr. & Iason in l. si procurator. nu. 5. C. de procu. Postremò, licèt in mandatis utile per inutile nō vitietur. l. præterea. cum seq. ff. man. §. is, qui. instit. man. Vnde pro rata, & usque ad summam de qua in mandato obligatio cōseruetur. Nihilominus, cum (ut probauimus) forma tradita sit, nec quidem in ea parte obligationem contractam uidebatur. d. ca. cum dilecta. & c. cui de non sacerdotali. de præb. c. Pisanis. de resti. spol. Verum Benuenuto Stracchæ iniqua sententia, & deridenda uidebatur, & uerum est Imperatoris uerbum, in auth. de
10 tabel. ver. & non fingant. † Nil esse inter homines sic indubitatum, ut solicitam quandam dubitationem non suscipiat: licèt illud sit iustissimum de quo meminit Deci. in consi. 227. nu. 9. in causa. & in consi. 315. in fi. superioribus. & est pulcher text. in proę. clem. utque euidentius appareat, præfari libet. Et illud primum ex his, quæ proponuntur, colligi, Hieronymum, Ioannē, & Angelum Nicolaum procuratorem constituisse ad obligandum eos pro tota summa, & illud plus, insolidum. Item illud ꝑponi, eundem Nicolaum procuratorem in contractu obligationis omnes mandantes nominasse cum mandatis in eius personam factis, & quod caput est, in instrumento obligationis se procuratorem Bartholomęi etiam dixisse, & adiecisse nominatim, & speciatim, cum declaratione in instrumento mandati contenta. Vnde licèt nomine omnium constituentium

Source : BIU Cujas

contraxerit, & eos insolidum ad dictã summam quinq; milliũ simpliciter obligauerit, ex eo tamen q̃ se procuratorẽ Bartholomæi cum illa declaratione in mandato asseruit, ex verbis pro facto, & mente ad illam ratam, de qua in mandato dũ taxat, Bartholomæum obligatum patet, quidem insolidum in ipsa rata, iuxta eiusdem mandati tenorẽ, cæteros verò constituentes iuxta similiter mandati formam ad totam summam insolidũ obli-
11 gatos. Dicet aliquis, cur tã variè? est enim iuris regula, vna † determinatio respiciens plura determinabilia, æqualiter terminare debet. l. quamuis. C. de imp. l. iam hoc iure. ff. de vulga. Verbũ ergo, insolidum, diuersis modis intelligendum non est, sed dicta regula in ambiguo admittenda est. at vbi voluntas disponẽ-
12 tis ex actu colligitur, non procedit: † voluntas autem in casu p̃posito demonstratur ex illis verbis cum declaratione, & dictam regulam, vt supra, & aliis modis eleganter declarauit Dec. 456. consului aliàs. num. 12. Nec video, quod absurdum consecutũ sit, si diuersis rationibus vnum, & idem verbum diuersis modis interpretemur, vt in l. 2. vbi Accur. & Bart. notarunt. ff. de offic. proc. & scripsit Dec. in consi. 69. col. antepen. visis. Et hæc interpretatio, quæ (ni fallor) nemini incongrua videri debet, confirmatur: quia Nicolaus mandatarius ad mandatum, vt supra se re-
13 tulit, † & regula iuris est, relatũ in referente inesse censeri. l. asse tot. ff. de hæred. insti. l. si ita scriptum. ff. de condi. & demonst. in tantum, vt dispositio à relato limitationem, & temperamentũ recipiat, & consequenter ab eo, quod in mandato continetur. l. in testõ ita quidam. ff. de condi. & demon. l. 2. ff. de hære. instit. & copiosè plura referendo scripsit Deci. in consi. 63. num. 6. & pro tenui. Et hoc amplius ait, relatum inspici oportere, & si aliter referens disponat. Errore enim factum vĩ, cum is, qui refert sic in relata contineri crediderit, refertq; Alex. in consi. 9. ponderatis his. num. 12. vol. 5. qui in pulchra facti specie ex facto consultus
14 sensit, quod vltimum facto proposito superabundat. † Mouet me etiam, q̃ obligatio solidi contra Bartholomæum constituẽtem ad ratam, & portionem tm̃ referatur, vt scilicet, repugnantia euitentur: eueniret enim vnum, scilicet, procuratorem enũciasse, & aliud disposuisse. Est ergo nostra interpretatio accipiẽda, arg. l. non ad ea. ff. de condi. & demon. & arg. eius, quod bellis simè scripsit Pau. Cast. in l. peto. in prin. ff. de leg. 3. quem refert, & probat Ias. in consi. 132. prima. vol. j. in fi & in consi. 28. in præ sentia. col. 2. vsq; in fi. vol. 3. & verba instr̃i sunt interpretãda, ne contradicant. c. inter dilectos. in §. cæterùm, de fide instru. Accedit, quod Imperator inquit in l. fi. C. quæ res pig. In contractibus potius volũtas contrahentiũ, q̃ verborum conceptio inspicienda est. facit l. in promittendo. in prin. ff. de iure do. & l. in cõuentionibus. ff. de verb. sign. & plene scripsit Deci. in consi. 374. vbi complura ad id pertinentia refert. Cum ergo voluntas procuratoris demonstretur ex illis verbis non semel relatis, cũ declaratione illa inspicienda est. Præterea hæc nostra interpretatio ex eo confirmari potest; quia euitatur delictum procuratoris, si fines mandati excessisse diceremus ſm ea, quæ Ast. ser. in tract. de forma. in q. de pot. & effect. vers. septimus effectus, id tm̃ me non valde mouet. Sed & illud maximè considerãdum est, q̃ idem Nicolaus procurator obligationem contraxit cũ clau-
15 sula, oĩ meliori modo. † Quæ clausula facit, & in his, quæ sunt tradita pro forma, vt actus sustineatur eo modo, quo põt, cuius
16 rei illud occurrit argm̃, † Filio non sufficit relinquere quoquo relicti titulo, sed forma inducta est: vt iure institutionis relinquatur. §. aliud. in auth. vt cum de app. cogno. Si tm̃ in testamẽto adiecta sit clausula, omni meliori modo, defenditur testm̃, tanquam sit facta institutio. ſm Bal. in l. quoties. num. 3. C. de hære. insti. Ias. in auth. nouissima. C. de inoff. testa. & scribit Ast. vbi supra sub ver. cæterùm est animaduertendum, & scripsit Feli. in c. cum super. nu. 11. de offic. deleg. & Mart. sing. 36. clausula oĩ meliori modo. facit enim dicta clausula, vt actus valeat eo modo, quo valere potest, ſm loca supra relata, & disponens disposuerit, vt potuit, & probat Deci. in consi. 14. num. 4. & pro tenui. & in consi. 77. num. 4. viso puncto. & Mar. in consi. 18. nu. 9. & Io. Dilec. in trac. de arte testa. in tit. de lib. inst. cau. j. ex quibus auctoritatib. complura ad cõfirmationem colligi possunt. †
17 Præterea, vt inquit Bal. in citata l. quoties. verba ad validum, non aũt inualidum intellectum aptanda, trahendaq; sunt, & ille præualet intellectus, quo res, de qua agitur, in tuto sit. l. quoties in stipulationibus. ff. de verb. oblig. & scripsit Dec. in reg. quoties idem sermo. ff. de reg. iuris, in fi. & confirmabis, quæ diximus, ex his, quæ scripsit in materia idem Dec. in consil. 77. viso puncto deniq; illud, licèt forsan superuacaneum, non omitto, quod bellissimè
18 inquit gl. in c. cum olim. in verbo, protinus. de off. deleg. † Si dominus sciuerit procuratorem suum fines mandati excedere, & non contradixerit, assentire vĩ, quam gl. & Abb. & Feli. ibidem pròbarunt, & idem Domi. & Io. And. notarũt in c. cum quis. de senten. excom. lib. 6. & placet Ias. qui alios refert in l. si procurator. num. 4. C. de procu. & declarat Dec. non improbans in consi. 437. quæritur &c. Sed (vt accepi) Bartholomæus literas creditoribus misit, quibus non solum perspicitur scientiam cõtractæ obligationis habuisse; verum se debitorem confessum, dilationem ad dissoluendum petiisse, & in immobilibus se satisfacere obtulisse. Ex quibus plura responsa his, quæ cõtra proposita primo loco fuerunt, occurrunt. & illud primum pluribus modis probauimus, Procuratorem fines mandati non excessisse, quod remouet omnia. Item, clausula, omni meliori modo. Itẽ, quod proximè diximus, & consequenter obligationem factam virtute dicti mandati in personam Bartholomæi pro rata de qua in mandato, & vt supra validam esse, & ita Benuenutus Iurisconsultus respondit, saluo rectius sentiẽtis iudicio. † Vsitatum & il-
19 lud est inter mercatores, vt generaliter procuratores cõstituãt, & scio non semel dubitatum, an in generali mandato facultas pecunia (vt aiunt) ad cambium recipiendi tradita censeatur. & placet in proposito iuris articulo, quod eleganter Romanus ex facto consultus respondit in consi. 114. visis. in generali mandato venire ea, quæ constientes facere solebant. l. vel vniuersum. ff. de pig. act. Idem ait venire ea, quæ ex consuetudine loci sunt, vt scripsit Bar. in lege. si fraudator. ff. quæ in fraud. credit. & in l. j. C. de pas. public. vel priuat. lib. 11. quæ sententia Romani rationabilis est, & eam probauit Dec. in consi 441. num. 9. & seq. vn-
20 de siue solitus fuerit constituens id facere, † siue ex consuetudine loci id existat constituẽs vi taciti mandati ad cambia obligatus censetur. Sed & illud in dubium venit, num facultas data à debitore creditori accipiendi pecunias sub cambiis: ne damnũ creditor patiatur, ad prima tm̃ cambia referatur, sed magis ad cambia & recambia, vt aiunt, quoad satisfiat, in qua facti specie interrogatus Deci. de iure respondit, verius esse ex cõceptione dictorum verborum. & ex relata vulgari formula mercatorum potestatem tributam censeri ad geminata cambia, & quoad satisfiat, vt patet ex eleganti responso sub num. 162. viso puncto. Verum præceptor meus Pau. Par. in consi. 91. viso copioso. vol. j. contra sensisse vĩ. ego verò mandati verba diligenter inspiciẽda esse puto, & loci ac consuetudinem mercatorum spectandã, & in ambiguo ſm sententiam Decii respondendum de iure putarem, vbi mandati formula in suprascripta verba concepta esset, & ad interpretationem l. boues. §. hoc sermone. ff. de verb. si-
21 gnif. † addes Dec. in consi. 3. num. 4. in consi. 77. in 4. col. circa princ. & in consi. 512. col. pen. & fi. & Ias. in l. duobus reis. in §. si ei qui. ff. de iure. qui complura refert similia, & illud adiiciemus me non latè re, collybum apud Ciceronem appellari pecuniæ
22 permutationem, & detrimentum pecuniæ † quod in permutãdis pecuniis assolet fieri, de quo verbo meminim⁹ in prima parte vers. bellissimè etiam dubitare. verum euidẽtioris intellectus gratia, hoc vulgari verbo vti placuit.

Vulgaris est illa quæstio, & quotidiana valde, an hm̃s mandatum ad vendendum, seu locandum, & ad precium, † seu mercedem recipiendum, mandatum ẽt habere dicatur? in quo iuris ar-
23 ticulo Gui. relatus à Romano in sing. 23. quod hm̃s mandatum, in l. j. in §. igitur præpositio. ff. de exer. negauit, & idẽ Romanus plenius attingens in cons. 461. in eo, quod quæritur. probauit, & eandem sn̄iam Gui. probat Ang. in citata l. j. in §. non autem, & Gui. ac Romanum Celsus refert, & non improbat apud Lanfr. in c. qm̃ contra. in versi. confessiones, sub num. 38. Bar. verò in l. filiæ. ff. de sol. contra. mouet eum l. quod seruus. eo. titu. in qua l. idem ait Bar. mandantem alicui rem vẽdere, & pretium recipere mandasse censeri, legi etiam Dec. in consi. 330. num. 3. cõclusio. qui simpliciter Bart. refert in l. filiæ. inquiens dubitationem Bar. sententiam non hr̃e, cæterùm relatę auctoritates, & mouẽt, & rem dubiam reddunt. Vnde Bald. in citato §. igitur ait: est argumentum in hoc textu, q̃ procuratori contractus non possit solui, quod est verum ex alio contractu, sed ex eodem contractu rectè soluitur. Ego verò Bar. sententiæ assentior, qm̃ (ni fallor) eius sentẽtia probatur in l. quod seruus, vbi Iurisco. in hęc
24 verba, † Sed & si quis pecuniã dn̄icam fœneratus esset à seruo, si permissu dn̄i seruus negocinm dn̄icũ gessisset, idem iuris est. Vr̃ enim eos, qui cum seruo negocium contraherent, & ab eo accipere, & ei soluere. Nec moueat responsum à Romano tradi tum illi legi in citato cõs. 461. legem illam scilicet loqui in præpositio negociationi, seu administrationi alicuius corporis, seu vniuersalis rei, veluti peculii, quo casu mandatum intelligitur, vt super eo contrahat, & ex contractu solutionem recipiat, at se cundùm eum proposita quæstio vertitur in mãdato ad rem certam, & singulare, qm̃ meo quidem iudicio Roma. longè errat. Duæ enim species facti. in dicta lege quod seruus. proponnatur. Altera in prin. legis. & illi congrueret Romani responsum. Altera in §. sed & si quis, ſm relata verba, ex quibus in singulari negocio Iurisc. loqui euidẽter apparet, & in ea parte Bar. legem ad q. induxit indicant id verba in l. quod seruus, solutio eĩ in mandato tali includitur, & ſm voluntatẽ constituentis soluere mãdatario vĩ, vt ex verbis Iurisco. colligitur. & his addes Bar. in l. eum qui ita §. qui sibi. ff. de verb. oblig. dicet aliquis. Gulielmi, & aliorum sn̄iam probari in §. igitur, quod non est verum, qm̃ in
25 l. mandati. hæc verba erant, † vt præpositus nauis, solùm vecturas exigeret, non locaret, vel vt locaret tm̃ non exigeret. Vnde præpositio contrahentibus certam legem dabat: cæterum proposita quæstio est in habente simpliciter mandatum, vel ad locandum,

candum,vel vendendum,& ſi quis ſubtilius d.§.intueatur retor cutione in Gulielmum,& cæteros nō abſurdè vteretur,vt ſi nō eſſet dictum in præpoſitione ad locandū tantùm,& non ad exigendum innuat Iuriſ.præpoſitum ad locandum vecturas exige re poſſe.quod & verum eſſe puto.

26 † Nec abſimilis eſt illa quæſtio,num mandatum hñs ad vendendum habita fide de pretio, poſſit vendere. In quo iuris artidulo eleganter ſcripſit Bar.in l.à diuo Pio.in §. ſed ſi emptor. ff. de re iudi.vbi etiam Alex.& Iaſ.copisè tractarunt, quibus addes Fabia.in tract.de emp.& vendi.in 3.q.prin.num.30.tom.8.Ang. Aret.inſti.de re.diui.in §.venditæ,& videbis Pau. Caſt. in conſi. 305.viſis, in j. parte. vbi culpæ imputari mandatario non poſſe ait,qui habita fide de pretio,vendidit,ſi conſuetum erat.

Nec illud tacebimus,quod eleganter inquit Bar.in auth. hoc ius porrectum,num.17.C.de ſac.ſan.eccl.† habentem mandatū
27 ad recipiendum pecuniam ad certā cām ſufficere,ſi aſſerat ex illa cauſa, de qua in mandato,pecuniam recepiſſe: licèt mentiat, vnde dñs tenet, qui mādauit alicui, vt pecunias mutuas ad certam cauſam recipiant,ſi ea lege accipit mandatarius,quaſi in eā cauſam impenſurus,licèt mox mutauerit voluntatem, imputaturus ſibi cur tali mādauerit, quæ ſnīa probatur ex notabili tex. in l.j.in § non autem.ver.vnde quærit Offilius.ff.de exer.Nec.n. laborare debet,qui pecuniam credidit in cām in mandato exp̄ſſam mandatarius pecuniam creditam eroget, ſed illud ſtudere, vt ex illa cauſa mutuum fiat,& exprimatur. & hanc ſnīam probauit Dec.in conſi.330.nu.3.concluſ.& referendo Bald. in au-
28 then.hoc ius porrectum. ſubdit, † ſi mercator vendidit Abbati pannum,induendi gratia eius monachos, obligat monaſteriū, licèt Abbas mutata voluntate in alios vſus verterit.Citat Inno. in c.j.depo.& Roma.in conſi.446.Verum Pau.Caſt.in citato.§. non autē verum intelligit; ſi veſtimentis monachi egerent & ſi ea concurrant,quæ leguntur in l. fi. ff. de exer. Ad cuius legis interpretationem videbis Alex.in conſi. 44. vol.2.& ego Pau.declarationem probo,cum Abbas ad veſtimenta emendam monachis expreſſum mandatum non habeat,ſed tacitum: taciti.n. & expreſſi mandati in materia hr̄ diſtinctio, vt colligitur ex relatis locis,& ſcripſit Bar.in d.§.non autem.& illud addam reci-
29 piendis pecuniis præpoſitum,ſeu mandatum † habentem ad recipiendum ſolutiones terminum ad ſoluendum prorogare nō poſſe.l.q Romæ.in §.Callimachus ff. de ver. obl.Vbi iuris interpretes,& præſertim Iaſ. ſub nu. 13. temperat quibuſdam modis.

Item quærit,cum quidam mercatores,Antuerpiæ finge, vel in aliis longinquis mundi partibus cōmorantes,literas ſcripſiſſent mercatoribus Anconæ degentibus,& eas per Titium tabellarium deſtinaſſent, qui literas his quibus aſcriptæ erāt reddidit, & qñ dari, aut fieri quid Titio tabellario in literis cōtinebatur, Anconitani mercatores illum eſſe Titium, de quo in literis fit mentio,denegarunt,potuit enim euenire, vt in itinere alii literas Titio ſubtraxerint, hæſitatur, cui incumbat onus probandi. Nec abſimilis eſt illa quæſtio. Conſtituerunt quidam procuratorem Titium ad agendum, negatur illum eſſe de quo in mandato,cum potuerit cōtingere,vt is qui inſtr̄m attulit,facto ſub traxerit.In quibus iuris articulis Cyn.Bal.Pau.& Sali.in l. fi. qua
30 per calumniam.opinātur † preſumi illum eſſe,de quo in literis, & mandato,ex quo penès eum ſunt, & onus probandi contrarium negantibus incumbere.Hæc enim preſumptio onus innegantes transfert,vſq; adeo,vt idem præſumatur, donec contrarium oſtendatur.Sed illum non eſſe,qui cum mandato,ſeu literis ex lōginquis partibus venit,& idem ſenſit Gui. in l. poſtquā. C.de pact.& Abb.in c.coram,nu.11.de offi.delega.& not. apud Spec.in tit.de procu.§.vt autem.ſub nu.8.& apud Lanfr.in c.qñ contra.in verſi.inſtr̄orum.ſub nu.13. de probati. & ſcripſit Mar. in l.ſiquis nec quæſtio.num.171.ff.de quæſt.& videbis tex.& gl. in l.fi.C.de pact.con. & illud huic rei adiiciendum eſt, me in ea eſſe ſnīa,vt ſufficiat vel literas,vel inſtr̄m mandati penès afferētem eſſe,ad præſumptionē,de qua diximus. Nec enim puto neceſſarium eſſe,vt etiam iura habeat,vt ſenſit Feli.in citato c.coram.ſub num.12.Sed ſi iura etiam haberet,adiumento præſumptioni prædictæ eſſent:vt Bal.poſt Cy.ſcripſit in citata.l.ſi quis p calumniam.C.de epiſ.& cler.quæ lex me valde mouet. Et his ēt addes Alc.& Io.Nic.apud eum in tract.de præſum.in reg.j. verſ. 33. Ex facto non minus frequens, q̄ vtilis proponitur quæſtio, cum quidam mercator apud Galatas degens Laurentio mercatori Anconitano 400. deberet, ſcripſit ad Paulum mercatorē literas, iiſdemq; mandauit, vt quadringenta mutuò ſub vſuris acciperet,& cùm damno prout melius videretur,& placeret, ea
31 demq; Laurentio creditori ſolueret. Paulus † relatam ſummā ſub vſuris recepiſſe affirmat,& ſe Laurentio creditori ſatisfeciſſe oſtendit,& quadringēta,& vſuras ſoluta petit.Quæſitum fuit, num Paulus mandatarius vſuras, quas ſoluit cauſa mutui quadringentorum poſſit repetere? Item & illud,an Paulus teneatur nominare, vel probare perſonas quibus vſuras ſoluit. Nam qui mandauit quærit repetere,Mar.ab Afflic.dec.91.iterum in ſacro conſi.Neap.quæſtiones propoſitas agitatas refert & ait, mandatarium, qui ex mandato dñi debitoris, & pro eo vſuras ſoluit æquum,& iuſtum eſſe indemnem conſeruari,idq; & ſi iuſm nō interuenerit:eo enim accedente ceſſat dubitatio,citat Io. And. in regula,dānum,in mercurialibus affirmantem ſe Theologos interrogaſſe,& probaſſe,addit Lau.Rod.in repe.c. conſuluit. q. 47.& eſſe tex.in l.ſi verò non remunerandi.in §.ſi mihi,ff.man. vbi Bal.ſe ex facto conſultum,& pontificio iure id admittendū ait,& ſm hanc ſententiam Alex.reſpondit in conſ.57.num.10. quoniam in quæſtio.vol.j.

In ſecunda quæſtione idē Aff. inquit prima fronte videri nō ſolum mandatarium teneri ad nominandum perſonas,quibus vſuras ſoluit: Verum teneri ad probandum vſuratum ſolutionē cogendum eſſe,idq; ex ea regula, Qui dicit ſoluiſſe, probare debet l.j.C.de prob.cum aliis ſexcentis ſimilibus.Deinde ſubdēs putauit ex verbis mandati colligi mandatarium ad aliquam p̄bationem aſtringi non poſſe, nec quæſtionem aliquam inferri poſſe, & ſi concedamus verba illa mandati, prout melius videbitur & placebit,ad arbitrium boni viri reducenda eſſe, citat Io.And.in c.2.de iura.calum.in 6.& eum ad verbum refert,qui ait ſuper verbo,viderit expedire,idem verbum:de maio.& obe. c.cum in eccleſiis.in fi.de præb.c. pro illorum,in prin. de teſtib.
32 c.2.Intantum † autem hæc relinquuntur iuſſioni,& arbitrio iudicis,vt vbi hæc vel ſimilis clauſula apponitur, nulla probatio-nis neceſſitas imponatur,nec q̄æſtio de hoc pōt inferri.ſimile, quod notatur in c.ſtatutum.§.aſſeſſorem, de reſcr. hactenus Io. And.& adiicit Affli.& Pet.Anch.& Dom.in d.c. 2. ſcripſerunt, qñ verbum videbitur, refertur ad partem licèt intelligatur arbitrio boni viri: tñ nulla probatio in hmōi arbitrio eſt exigenda.
33 Vnde ait, ſi mandatarius non tenetur probare † nec q̄ñr nominare,vt innuit Io.And.in illis verbis proximè relatis, nec quæſtio de hoc pōt inferri. Item qūia appellatione probationis venit etiam nominatio. Vnde qui nō tenetur probare,nec etiam nominare.l.j.iuncta gl.in verbo nomina ediderit.ff.de offic.cō. Rurſus hanc ſnīam probat, ſi mādatarius teneretur nominare, & non probare,id nihil eſſet:qñ ſi diceret ſolui Lucio, & Meuio vſuras,& illi hoc negarent & probare non poſſet, vſuræ repeti à mandante non poſſent, quas tñ cogitur ſoluere mandatario, vt dictum eſt,vnde vana hęc eſſet nominatio.deniq; idem Affl.ait,ſi in mandato adiectum eſſet, prout in facti ſpecie in ſacro cōſilio propoſita, q̄ tam pro eo, quod intereſt,q̄ pro alia re mandans contentus eſſet,quicquid mandatarius feciſſet, perinde eſſe,ac ſi conuentum eſſet de damnis, & vſuris dicto mandatarii ſtari debere. Quo caſu valet conuentio. & non aſtringitur aliquid probare, vt plenius diximus hac eadem parte in princi. verſi.aliud pactum. Quod ipſe temperat, niſi mandatarius eſſet perſona ſolita fęnerari:tunc enim de ſuo mutuaſſe præſumendum eſt,vt lucretur vſuras,adeo q̄ mandans vſuras ſoluere, nō tenebitur ſm Io.And.apud Spe.in tit.de prob.§.videndum. Cōcludit igitur ſat eſſe, ſi Paulus mandatarius quantitatem vſurarum ſolutarum exprimat,quę deinde per iudicem ad boni viri arbitrium reducetur.idq; inter partes tacitè actum cenſeri,nec Afflictus,quem ego q̄ breuiſſimè potui retuli,ipſum legito, qui pluribus vtitur, ſed & ego in propoſito iuris articulo cū nōnullis mercatoribus in ſermones incidi, qui Paulum mādatarium ad nominandum perſonas teneri opinabantur:licet Afflicti referat in ciuitate Parthenopeia mercatores in diuerſas ſnīas iuiſſe, & mecum ipſe cogitaui hanc quæſtionem eſſe de bono, & æquo,in quo genere,vt belliſſimè Iuriſcōſultus inquit in l.ſi ſertuum,in §.ſequitur.ff.de verb.oblig.ſub auctoritate iuris ſcientię plerunq; erratur, & hāc quæſtionem huiuſcemodi eſſe negaturum neminem,idq; probatur in l.ſi verò non remunerandi, in §.ſi mihi.ff.mand.in illis verbis, & vt eſt cōſtitutum totum hoc ex æquo & bono iudex arbitrabitur;qua de re noſtratium mercatorum ſnīam & rationabilem.& æquiſſimam putaui. Occurrit eñ prauitati vſurariæ, & ipſis vſuris, quibus nil deteſtabilius, & ſanè fraudibus obuiandum eſt, & delinquendi occaſio dāda non eſt,l.in fundo ff.de rei vend.l.conuenire.ff. de pac. dota. & profectò cum frequētari ſoleat inter mercatores hoc mandatū, ſi mandatarius,eum à quo ſub vſuris accepiſſet, nominare non teneretur,ad vſuras vtiq; mercatores ſubinuitarentur,ad quas q̄ procliues hodie ſint mercatores,nemo eſt qui neſciat. Vnde Io. And.dicere conſueuerat in c.ex literis,de iure.& in c. 2. eod. tit. lib. 6. ad probandum contractum vſurarium admitti & recipi probationes,quæ in alia cauſa non admitterentur pp excogitatas artes, quæ in cōtractibus fęneratitiis ſolent adhiberi. Quem referet & probat Alex.in conſi.54. num.3.vol.6.circa primum. Accedit,q̄ verba hæc, Videbitur, & placebit, ad arbitrium boni viri reducunt, vt de verbo videbit,ſcripſit Bar.in l.ſi ſic.in princ. ff.de leg.j.& citat l. fideicommiſſaria libertas. ff. de fide liber. & idem Bar.ad reprimen.in verbo,videbitur,& eodem in loco de verbo,placebit,idem ſenſit,citat tex.in l.Titius,in §.ſorore.ff.de fideic.lib.& probat Dec.in conſi.493.nu.19. & plene & eleg.laſo.in conſ.4.in 4.col.uol.3.D.Bap.& licèt Mar. Man.in conſi.7.
34 in fi.† ſubdubius tentet dicere in d.§.ſorore,ius ſingulare eſſe fauore libertatis,& quedam alia ad d.§.pertinentia addat,errat tñ longè mea quidem ſnīa,& eſt receptum vt ſupra,& pro cōi ſententia

Source : BIU Cujas

tentia faciunt verba illa Iuriſconſulti. Non ſpectandum,quod hæredibus diſplicuiſſet, ſed id, quod bono viro poſſet placere, quæ verba nō eſſe ius ſingulare in libertate innuūt.Si igitur verba huiuſmodi ad arbitrium boni viri reducenda ſunt, quod & Aff.non negauit,æquitas expoſtulat,quæ præcipue in mercatorum cauſis ſpectanda eſt,vt ſcripſit Bar.in l.Quintus.ff. mand. & nos in vltima parte plenius attingemus, ad nominandum illū, à quo fœnebres pecunias receperit,mandatarium aſtringi. Deniq; hanc ſententiam veram eſſe putabam; quoniā non eſt auferenda poteſtas ſuo iure vtendi.Si enim mandatarius nominare non teneretur,mandans ius ſuum perſequi non poſſet. Eſt ergo pro hac ſententia & æquitas & ratio Quinti Mutii Scęuolæ, de qua in l.Quintus,ff.mand.in illis verbis,parum enim facit fideliter fideiuſſor in ſuperiori caſu, qui poteſtatem eximere reo videt ſuo iure vti.Nec mouent, quę non inſubtiliter Affli.conſiderabat,& illud primum Io.And.in c. 2. non poſſe mādatario quæſtionem referri : quoniam ex nominatione huiuſmodi illa mandatario infertur quæſtio, quæ eius reſpiciat perſonam, & damnum legitimū, nec puto verum appellatione probationis ſaltem proprie, nominationem venire, vt patet ex complurib. definitionib.ipſius probationis.De quib.apud doct.& præcipuè Dec.in rub.extra de proba.& in rub.C.eo.& illud clariſſ.iuris eſt ex definitione propriam vocabuli ſignificationem ſumi,vt ſcripſit Bar.in l.omnes populi.nu.59.ff.de iuſti. & iur. nec legi inter genera probationum iuris interpretes nominationem adiicere,de quibus generibus tractauit copiosè Mar. complures referendo in rub.de proba.nu.2. & ſeq. Nec video etiam in d. l. vni. ff.de offi. conſi.probari,quod dictum eſt,qui non tenetur probare,nō tenetur nominare.Sed fac eſſe,illud poſſet recipi,vbi nominatio tenderet contra ſe.At in q.propoſita conſtat nominationem fieri,vt mādans ab eo,qui ſub vſuris credidit,poſſit vſuras repetere,nec poteſtas eximenda eſt mandanti ſuo iure vtendi.Nec vana hæc videtur nominatio(vt Affl.deducebat) ſi mādatarius nominarēt vſurarios, & nominati hoc negarent,& nō poſſet probari:mandans tamen mādatario ſoluere tenetur, nec ei propterea ius repetendi competeret. Qm̄ nominatio poteſt eſſe vtilis mandanti.Iudex enim,qui totum hoc ex æquo,& bono arbitrabitur(vt dictum eſt) libros,& mandatarii, & mandantis edi iubebit,item & nominatorum:non tm̄ vt mādatario quęſtio referatur,rationesq; diligenter inſpiciet,perſonarum qualitates ſpectabit, & cum æquitas ſuggerit ex officio interrogabit. l.vbicunq;.ff.de interrog.act.c.ex literis de iureiur.Vſuras etiam an grauiores,leuioresq; ſint intuebitur,iuxta fori & loci conſue
35 tudinem,& habita ratione tēporis,facti mutui, & diei. † Et quoniam vſurarii argumentis,& indiciis cōuinci poſſunt. c.in diœceſi. de vſu. & ex perſpicuis indiciis ꝓbatur vſurarius, vt ſcripſit Io.And.in c.ex literis.de iureiur. quem ſupra retulimus, & plene Iaſ.in conſi.141.circa primum.col.3.vol.4. & Mar.in rub. de proba.C.num.310.& Pau.Par.conſi.54.num.64.vol.j. vbi quædam loca refert,ſubtili iudicis inquiſitione veritas inueniri pōt, & per conſequentiam vtilis eſſe poteſt nominatio.Et quoniam ferendus nō eſſet mandatarius,qui ſub vberrimis, & grauiſſimis vſuris mutuas pecunias accepiſſe diceret, ſi inutilis eſſet nominatio & vana,vſurę ad arbitrium boni viri reducerentur per iudicē regionis conſuetudine, & perſonarum qualitate inſpectis, vt idem Affl.ſcripſit.

Solent perſæpe mercatores,qui vel Venetiis,vel Antuerpię, ſeu in aliis mundi partibus negociantur, merces mari,vel terra 41
tranſmittere alicui tradendas cum mandato, vt ad diem vendā
36 tur.† finge modo mandatarios vendidiſſe, & mercium emptores aliquos amiſſa fide decoxiſſe,num mandanti aduerſus mandatarios actio competat: ex eo ꝙ minus diligenter mandatum curauerint? In quo iuris articulo ſuccurrit, quod elegāter Iuriſconſultus ait in hæc verba in l.qui ſub conditione. ff. de condi. & demonſtr.Cæterum debitores,cum quibus ipſe cōtraxit, nō vtiq; in diem mortis domini ſui idoneos fuiſſe præſtare cogendus eſt,ſed eo tempore,quo his creditū eſt,eius conditionis fuiſſe,vt diligens paterfamilias his crediturus fuiſſet. Et facit tex. in l.litis.in §.ſi pecuniæ.ff.de neg.geſt.vbi Iuriſconſ.ait: Si pecunię quis negocium gerat,vſuras quoq; præſtare cogitur, & periculum eorum nominum, quæ ipſe contraxit, vbi culpa imputari poteſt.At ſi culpa vacat, & fortuitis caſibus debitores non ſoluendo effecti ſint,præſtare non cogitur, niſi ſpeciali pacto conuenerit.l.negocium.C. de neg. geſt. & his addes tex. in l.ſi quid poſſeſſor.§ pe.& l. item videndum.ff.de pe.hęre.& Dec.in conſi.7.& pro tenui,qui ad rem tātum.l.negocium. & §. ſi pecuniæ. citauit.Item & Pau.Caſtr.in conſi.305.viſis.& ponderatis.in prima parte.qui ait inter alia, vbi culpa vacat, ſufficere nomen cedere qualecunq; eſt.ff.de pig.act.l eleganter. §. ſi vendiderit. ff. de diſtr. pign.l.quod debetur.ff.de pecu.quibus adiicies l.item vi dendam.ff.de peti.hære.ſubiicit Pau.mandatario officium ſuum damnoſum eſſe non debere.l.videlicet.ff.ex quib. cau. maio. l. 42
ſed ſi quis. ff.quem.teſta.aper.hæc Pau. ſed & Bal. noſter in conſi.72. ſi quæritur.vol.3.ſcripſit in hæc verba:Ille,qui tenetur aſſignare nomina debitorū,tenetur aſſignare veros debitores:non autem loquitur aſſignare tales,qui ſint ſoluendo,niſi hoc poſſit facere, vel niſi poſt moram debentis aſſignare ſint effecti non ſoluendo.l.periculum.ff.ſi cer.pet.l.ex perſona.C.de proba.ff.de hære.ven.l.ſi nomen. vbi apparet, ꝙ non tenetur accipere illos, qui poſt moram facti ſunt non idonei,hactenus Bald. in ſuprascripta verba. Sed & iterum in materia fingę Florentinum mer
37 catorum merces † Anconitano mercatori tranſmiſiſſe, vt ad diem vendat:conueniſſe tamen certa mercede,vt puta triū ſcutatorum pro centenario quolibet,vt nominum ſeu debitorum periculum ſit Anconitani mercatoris, & ipſum periculum prę ſtet, & mercium emptores non ſoluendo deinde factos, hanc quæſtionem plenè quidem tractauit Dec. in conſi. 7. & pro tenui,qui quoniam non inſubtiliter ſcripſit, & eius reſponſa talia extant, vt ea omnes appetāt, & verſantur inter manus hominū ſuperuacaneum eſt referre. Pauca tamē addere contentus ero, & illud primum certi iuris eſſe in propoſita quæſtione extra notiſſimos terminos mandati nos verſari:mādatum enim niſi gra
38 tuitum nullum eſt: † & interueniēte pecunia, res ad locationē, & conductionem potius reſpicit.l.j.ff.mand.& inſt.eodem §. ſi. item in propoſita quæſtione verba conuentionis præcipuè ſpectanda eſſe duxi,iuxta l.j.§.ſi conuenerit.ff.depoſi. l. in conuentionibus primum locum.ff.de verb.obl.& quoniam hęc conuētio ſolet aliquando fieri ſub illa formula & verborū conceptione,de qua in l.decem.ff.de verb.obl.in l.ſi decem.ff.de ſol.& in l. ſi ego.ff.ſi cer. pet.idcirco illa iura notabis,& videbis quid ſcripſerit Cor.in conſi.106.in hac conſultatione. vol.4.

Proponebatur apud Benuenutum Straccam Iuriſconſ. quæ-
39 ſtio huiuſcemodi. † mercatores quidam Anconæ commorantes quibuſdam, mercatorib.Neapolitanis mandarunt, vt quaſdam merces emerent,& eaſdem Anconam verſus mari trāſmitterent,ea adiecta lege,vt mercium periculum ſuſcipientes inuenirent, quos vulgò aſſecuratores appellamus, & ea clauſula de non transferendo merces ex onerata naui in aliam nauim, idq; fieri poſſe putabāt ſolutis ſcutis ſeptem ratione periculi pro cētenario quodlibet. Neapolitani mercatores emptis mercib. nauim quādam iiſdem onerarūt, receptis fideiuſſoribus periculi mercium abſq; clauſula ſupradicta:quoniam dicebāt expromiſſores non inueniſſe,cum ea clauſula, niſi quindecim pro centenario quolibet ſoluiſſent,merces deinde in ipſa nauigatione in aliam nauim tranſlatæ fuere,& vna cum ea periere, dicebat Bēuenutus,hanc quæſtionem tractatam apud Dec.in cōſi. 430. qđ eſt errore geminatum,vt patet conſi.632. qui ait, culpam certā & limitatam obiici oportere ſiue agendo,ſiue excipiendo. Vnde ſi Anconitani mercatores aduerſus Neapolitanos egiſſent, & non probaſſent in ciuitate Neapolis fuiſſe, qui mercium periculum ſuſcepiſſent cum dicta clauſula,& lucro ſeptem pro cētenario,abſolutioni locum eſſe mouet eum, quod vulgo traditum eſt,obicientem culpam nominatim obiicere, & probare
40 debere.vnde Bar.in l.idem erit.ff.pro ſoc.† ait,Si quis culpā eius probare voluerit qui debuit procuratorem mittere,probare debet faciſe procuratorem haberi potuiſſe, & idem in marito cui culpa obiicitur, ꝙ medicum in curando vxorem non adhibuerit,vt idem ſcripſit in l.ſi ab hoſtib.ff.ſolu.matri.addit aliud ſimile,de quo apud eundem Bar. in l.tutor qui repertorium. in §. ſi poſt depoſitionem.in fi.ff.de adminiſt.tu.vbi ait,tutoris culpā, qui pecunias pupillares in emptiones prædiorum non conuerterit,tunc probari,cum prædia vęnalia fuiſſe oſtenditur.Mouet etiam Dec.quia mandatum generale procuratori datum iuxta quod ſolitum,† & conſuetum exiſtit interpretamur,& ad ordinaria non extraordinaria refertur.Citat Bar.in l.Seio.in §.medico.ff.de annuis lega.& in l.ſed & ſi quis.in §.quæſitum. ff. ſi quis cau.Quod enim in vſu frequenti in loco eſt ac obſeruatum, ſpectandum eſt l.an in totum.C.de ædif.priua. in fine. ex quibus ſimilibusq; argumentis deducit, cùm in nauigatione prædicta ſolitum & cōſuetum extiterit, fideiuſſores periculi mercium ſub uſuris ſeptem pro centenario reperiri,non eſſe putandum mandantes cogitaſſe ſub tam grauibus fieri, ſcilicet 15.pro centenario,cum dicta clauſula, conſideratis mandati uerbis. Hæc Dec. & pleraq; alia. Conſiderabat autem Benuenutus in propoſito articulo Decium effuſo ſermone vſum,nec forſan rectè locutū. Vnde quæ ad articulum pertinēt,& plenius,& forſan verius tractabit,quotidianus eſt enim.Reſpōdit igitur ex his,quæ proponuntur, Neapolitanos mercatores mandati fines exceſſiſſe, & aliud feciſſe uideri meritoq; teneri.l.diligenter.ff. man. Anconitani.n.mercatores plura mādarunt, merces emi & emptas trāſmitti mari, fideiuſſores recipi, & cū clauſula, ne merces ea una naui in aliam transferantur; unde cum non receperint expromiſſores cum dicta clauſula, mandatum nō impleſſe uidentur, idq; probatur ex his,quæ Luc.Pen.poſt Ang.ſcripſit l.4.num.7. C.de naui.quem locum citat Dec.ad confirmationem ſententiæ ſuæ,ſed eſt contra: is enim ſcripſit in hæc uerba, Collige hic argumentum ſecundùm Ang. ſi† Rex mandat alicui ſub pęna in uerba infraſcripta:Mandamus tibi ut ad nos mittas in naui Gellii ſalmas frumenti mille,& is cùm ea naui mittere non potuit ſi cum alia potuit,& trāſmiſit, non ideo excuſationem habet à

pęna:

Source : BIU Cujas

pęna:duo enim ſunt præcepta, citat l.Celſus.ff.de arb. & ſemet ipſum.C.de comme.l.fi.in quæſt. 2. ex hoc igitur ſolo probatur culpa,ex hoc ſolo mercatores Neapolitani tenentur. Nec propterea onus probandi mercatoribus Anconitanis incumbit, Neapolitanos in ciuitate Neapolis fideiuſſores cum d. clauſula facilè inuenire potuiſſe.Probabat etiam Benuenutus ſententiā ſuam ex his, quæ Pau. Par. ſcripſit in conſi. 46. in pluribus locis eiuſdem reſponſi,& præſertim ſub num.38.& ſequen.vol.j.intē tio,idemq; Benuenutus ſententiam ſuam veram eſſe,& proba-
43 ri addebat duobus iurib. † & quidem ſingularibus,& ad id nuſquam citatis,in l.item quæritur.in §. ſi nauicularius. ff. loca. vbi Iuriſconſ.ait in hæc verba: Si nauicularius in aliam nauim merces tranſtulerit, eaq; nauis perierit, prior nauicularius tenetur, Labeo ait,ſi culpa caret, non teneri. Cæterum, ſi vel inuito domino fecit,aut minus idoneæ dedit naui, tunc ex locato agendum erit,& Accurſius ibidem in verbo, domino inuito, ſubdit etiam ſi in idoneam nauim impoſuerit.l.fi. ſupra de vſu & hab. Alius tex.eſt in l.fi §.ſi ea conditione ff.ad l.Ro. de iac. quę iura ad dictam clauſulam,vt merces ex vna naui onerata in aliā non immittantur,valde notanda ſunt. hæc enim clauſula in caſu frequenti eſt, & magni faciunt mercatores in contractibus fideiuſſionum huiuſmodi adiici, ex quibus argumentationes Decii refutabat, & retortione vtebatur.Nam ex mandati verbis in culpa Neapolitanos fuiſſe liquet.Item, quod de mandato generali dicebatur,ad ordinaria referatur,& ſpectandum ſit,quod in loco obſeruatum eſt,fac eſſe.Non enim improbabat,tamen quę-
44 ſtioni non congruere dicebat:licet enim fateamur in illa nauigatione ſolitum fuiſſe ſeptem ſolui ratione mercium, periculi, illud tamen abſq; dicta clauſula,ſed ea adiecta graniores,ac vberiores ſolui opus fuiſſe non negat Dec. Vel ergo Neapolitani mercatores per literas Anconitanis mercatoribus ſignificare debebant, vberiores vſuras cum dicta clauſula præſtari oportere,q̄ ſcripſiſſent,quod optimum factu erat,ſe vel etiam ſub vſu-
45 ris ſcutorum 15.tranſmittere,ſi aliter inuenire nequiſſent,vt mādati fines diligenter cuſtodirent. Nec quod in mādato adiectū erat,ſe credere expromiſſores inueniri poſſe ſub vſuris ſeptem, quicquam immutabat. Planè ſi in calce mandati,vt plerunque aſſolēt,illa verba adiecta eſſent,& in negocio † quod magis nobis expedire videbitur,ſeu vtile viſum fuerit, peragetis:aſſentiebatur Benuenutus Decio, qui ait ad arbitrium boni viri verba hæc reducenda. l. fideicōmiſſa.in §.quanquàm.ff.de legat. 3. & conſequenter ex arbitrio huiuſmodi culpam remiſſam cenſeri,ſecundùm Bar.in l.in venditione.in § ſi quis fructus.in fin.ff. de bo.auth.iudi.poſſ.& Alex.in l.ſi conſtante.§.ſi maritus.ff. ſol.
45 matr.quæ tamen loca an rectè aptari poſſint conſiderabis. † Itē quod ait Dec mandatarium de dolo & leui culpa teneri, natura mandati negocii inſpecta, diligenter notabis: addes tamen, quæ plenius Pau.Par.præceptor meus ſcripſit in conſi.123.in præſenti vol.j & Alex.in conſ.52.nu.8.viſo.j.puncto.vol.6 & quia Dec.magna eſt auctoritas cogitabis.

Proximè accedit his, quæ diximus agitata olim quæſtio inter mercatores,in qua ex facto conſultus reſpōdit præceptor meus
46 Pau.Par.in conſi. 47. vol. j. ſupra relato. † Differuit enim ſuper mandato ad emendum merces dato,& his emptis,ad quem periculum pertineat, & ſi nauis his onerata ſit, q̄ mandati forma obſeruanda ſit, & præſertim, cùm mandatur nomine alicuius merces tranſmitti: tractat etiam illam mercatorum conſuetudinem, vt aliena gerentes negocia nomine proprio poſſint ex-
47 pedire † Ipſum igitur legito,qui mandati materiam plenius explicat,quibus addes,quod ſcripſit Cor.in conſi.319.vbi inter cętera ſub num.12 ait,mandatum à mercatore mercatori datum ſecundum conſuetudinem mercatorum intelligendum atque interpretandum eſſe,quod reſponſum legito,& eſt in 3.vol. re-
48 ſponſorum eius.† Vulgaris regula eſt mandatum re integra domini morte finiri.l.mandatum. C. man. quæ regula complures habet exceptiones,& illas non ignorare mercatoribus expedit. Vnde videbis ele fi.de procu.Feli.& Deci.in c.relatum. de offic. deleg.Iaſ.& eundem Dec.in l.eius.ff.ſi cer.pet.Ro.in conſi.202. non eſt dubium.Marſ.ſing 44.mandatum re integra. Nos autē illud,quod ad rem valde pertinet ſpeciatim adnotabimus.

49 † Mandatum poſſe fieri poſt mortem duraturum.l.ſi vero nō remunerandi.§.fi.ff.manda.l.mortis cauſa.in §.Titio.ff.de don. cau.mor.& mandatum poſt mortem conferri poſſe, ſcripſerūt Bart.Pau.& alii in l.fi.ff.de ſol.Soc.in conſi.60.in præſenti cōſultatione.col.4.& in conſi.87.& conſi.172.in 2.parte.multū abūde.col.5.& ſeq.Nico Boer.deci.348.num.6.quod valde notandum eſt.Solent enim mercatores præſertim Florentini procuratorem in teſtamentis poſt mortem duraturum conſtituere, & mandatum poſt mortem in menſa conferre.In qua facti ſpecie conſuluit Dec.in conſi.441.præſens conſultatio, quod vltimum admittendum eſt, ſi is qui mandauit cum hærede deceſſerit,vt ſcripſit Ang. in quæſt. Aſtenſis miles. ſi enim ſine hærede decederet,non eſſet,qui dominum referret, & idem probarunt Deci.& Soci.in relatis conſiliis.& videbis eundem Deci.in citato cap.relatum.ſcribit etiam Soc. non inſubtiliter in relato cōſi.162.col.5.6.& recipiendum eſſe,quod diximus, mādatū poſt mortem conferri poſſe,& morte non finiri, vbi hæredis ſtatus immutatio nō contingeret:ſicut enim ex mutatione ſtatus mādantis mandatum reuocatum cenſetur.l.ſi quis alieni.ff. de acq. hære.ita & ipſius hæredis. Vnde ſi hęres,vel furioſus,vel pupillus eſſet,mandatum ſecundum eum non duraret,& reſpondet l.ſi quis mancipiis.§.ſi impubes.ff.de inſt.& l.ſed & ſi pupillus.eod. tit.ad quorum iurium interpretationem videbis iuris interpretes in l.eius.ff.ſi certum pet. & notandum valde puto nouam & ſingularē Soc.declarationem,& his addes de reuocatione mandati, quæ diximus in tractatu de Decoctoribus, in tertia parte,
50 nume.51.& ſequentibus numeris. † Bene eſt illud mercatorem noſtrum non ignorare,licèt generaliter, plene quidem aliquid mandetur, mandatum tamen illum interpretationem ſemper recipere,quatenus ea fide res agatur,vt eleganter Iuriſconſul.inquit in l.creditor.in §. Lucius.ff. mādat.Omne enim arbitrium quibuſcunq; verbis alicui conceſſum iuſtitia accedente datum intelligitur.Aequiſſimum nanq; viſum eſt,mādatarium ita agere rem mandantis debere, vt ſuam ageret:vt ait Bald.in l.j. ff.de ſolutio.& plenè ſcripſit Laſ.in cōſ.4.de tractat.copiosè Pau. Par. in conſi.61.viſo copioſo.vol.j.vbi referendo Alexan.in conſi.3. viſo primo puncto.vol.6.belliſſimè ad rem noſtram ait,ſub nu-
51 me.12.† Mercatores ſuſcipientes mandatum aliquid gerendi,ſi illud facere omittunt ad omnes damnum,quod paſſi ſunt,mādantes teneri peragere enim & perficere mādatum, quod ſuſceperunt,debent,vel ſaltem re integra mandantes certiores facere non poſſe illud exequi. Nam cum alterum ex his non faciūt, dicuntur eſſe in dolo,& dicūtur diſſipare,quæ ipſis penitus ſunt prohibita,& denegata. Vnde meritò ad id,quod intereſt,tenentur,& ratione lucri ceſſantis conueniri poſſunt.Hæc ille in verba ſupraſcripta,& placuit mercatores admoniſſe,vt verbis mādati haud freti, ac poteſtate magna eis tributa negocia ex fide
52 agendi eſſe ſciant.† Admonēdi ſunt etiam mercatores,qui plerunq; aliorum mercatorum abſentium ſine mandato negocia gerunt.Si igitur abſentis & ignorantis negocia gerunt, & interdum etiam calum, veluti ſi nouum negocium, quod non ſint ſoliti abſentes facere nomine abſentium geratur, vt puta vęnales nouitios emendo,vel aliquam negociationem,quam dominus non conſueuit,vt vaſa vitrea. Nam quod damnum ex ea re ſecutum fuerit,gerentes ſequitur, lucrum verò abſentes,q̄ ſi in quibuſdam lucrum factum fuerit,in quibuſdam damnū,abſens compenſare lucrum cum damno debet,vt eleganter Iuriſc. ait in l.ſi neg.ff.de neg.geſt.

SVMMARIVM.

1 *Merces vænales in generali bonorum obligatione continentur.*
2 *Merces vænales an in legato generali comprehendantur relatiuè.*
3 *Merces vænales in obligatione bonorū non continentur,vbi ad certum locū obligatio eſt relata,quod declaratur.*
4 *Merces vænales an in tacita hypotheca contineantur,relatiuè.*
5 *Pecunia aliunde habita, quàm à creditore,quod veniat in generali bonorum obligatione,& quare pecunia, quæ mutuò recipitur,non veniat.*
6 *Merces futuræ an veniant in generali mercium obligatione.*
7 *Merces ſi obligentur, quòd non propterea alienatio earundem prohibeatur.*
8 *Merces vænales illæ dicuntur obligatæ,quæ reperiuntur apud obligantem tē pore,quo agitur ſeu tempore, quo actio oritur, etſi mora poſſit imputari creditori,quod imputetur ſibi.*

1 RElíquum eſt, vt in materia contractuum quædam de hypothecis breuiter referamus.† Solent enim mercatores plerunq; bona obligare.Fuit igitur quæſtionis, an in generali obligatione bonorum merces vęnales contineantur? Et pleriſque placuit contineri. Id enim Bal. ſenſit in l.cum tabernam.ff.de pigno.mouit eum non inſubtilis ratio.Cum enim merces ſpecialiter eſſet obligaturus, dicendum eſt venire,arg.l.obligatione.ff.de pigno.& conſiderat Bar. idem ſenſiſſe in l.generali.in §.vxori.ff.de vſu leg.dum citat l. pediculis,in l.Labeo.ff.de aur.& arg.& l.Iulianus,in prin ff.de leg 3.& late probat Alex.in l.ſi conſtante,num.27.ff ſol.matri.vbi alios refert,& vide eūdem Alex.apud Bar.in citata l. cum tabernam, & plenius ſcripſit,ac idem probauit Neguſ.in tract.de pigno.& hypo.in 2.mem.2.par.num.14. & notauit apud Bar. And. Pom. in l.ſi conſtante,ſub num.73.inquiens hanc ſententiam crebriorem,& idem ait Io.Crot.in repe.d.l.ſub num.82.& ſecundis cōmen.ſub num.103 & frequentioribus placuiſſe ſcripſit Iaſ.in l. qui Romæ. in §. Callimachus, ſub nu.8. idque verius eſſe puto, quicquid Roma. Socin. ac Bald. ſibi parum conſtans dixerint.
2 † Ex quibus locis quid in legato generali reſpondendum ſit,colliges,in quo adde Io.Dilec.in tract.de arte teſtan. in tit.de lega. cau.19 & Mat.ab Aff.deci.106.quidam Petrus.Pau.Par.in conſi.86.circa &c.num.8.vol.3.
3 † Quod autem diximus, in generali bonorum obligatione merces vænales contineri,temperandum eſt, niſi quis ad certum locum obligationem retuliſſet. Verbi gratia,obligaſſet bona,quæ in his domib.ſunt, tūc enim

merces

Source : BIU Cujas

merces vęnales,quæ non perpetuò,ſed temporis cauſa accommodantur,non veniunt.l.debitor.ff. de pignor. qui tex. certam hanc habuit interpretationem,vt patet ex commen.Bar. in d.§. vxori.Bald.in l.eum tabernam, & Alex. ac Neg. in relatis locis. Planè ſi adiectum eſſet,quæ domi quoquo modo ſunt,& vęnales merces includerentur ex mente Bar.in relato loco. Alex. in conſi.118.in caſu &c.lib.5.num. 5.& Matth.ab Afflict. & Ioan. Dilect.in citatis locis.† & quid iuris ſit in tacita hypotheca, ſcripſit plenè quidem Anto.Neg.in d.tract.in 4.mem.2. partis. nume.216.& ſeq.

† Sciendum eſt etiam, in generali bonorum obligatione pecuniam venire, l.cum tabernam,in §.fi.ff.de pig.quod tamē intelligendum eſt in pecunia aliunde habita, q̃ à creditore,idque inducat Iuriſc.in ver.ab alio.Cuius rei illa ratio redditur;quia illa pecunia,quæ mutuò recipitur ab eo,cui bonorum fit obligatio à debitore, accipitur, vt poſſit ſua negocia expedire. Abeſt igitur à veriſimili,q̃ debitor velit in generali obligatione includi,non enim poſſet ea vti ſuorum negociorum cauſa,ſi per creditorem poſſet impediri,ſecūdùm Bald. vbi ſupra, poſt Richar. Malum.eo.tit.l.obligatione.& probat Ro.in ſing.605. accipio à te pecuniam.& plenius Neg.in tract.non ſemel relato in 2. mē. 2.par.nu.12.& ſeq.& prędceptor meus Pau.Par.in conſil.50.nu. 24.& ſeq.vol.j.ex lect.proceſſus &c.

† Scio & illud quæſitum eſſe,an in generali mercium obligatione etiam futuræ merces veniant,& Soci.in l.qui Romæ.in §. Callimachus,in 2.no.reſpondiſſe non venire.Placet autem mihi Neg.ſententia in relato tract.2.mem.par.2.nu.17.qui inquit, venire,& ſententiam ſuam non inſubtiliter defendit, & profecto Soc.ex facti narratione in eo.§.Callimachus,haud rectè ad q̃ poſitæ quæſtionis ſolutionem argūm ſumpſit,vt inquit Accur.in l.vni.in 3.interpretatione. C. qñ nō peten.par.& gl.in c.auditis, in verb.ex poſt facto.ad fi.de elec.quod & Iaſ. in eo. §. animaduertit.ſubiungit Neg.in relato loco ſub num.22. quod diximus admittendum eſſe in illis mercibus, quæ durante vita illius qui obligauit,acquiſitæ ſunt.Contra verò in illis,quæ poſt mortem obligantis ab eius hæredibus ſunt acquiſitæ:illæ enim non comprehenduntur.Citat l.cum tabernam,in fi pri. & Acc. eo.in loco in ver. obligata,ac etiam Bar.qui temperat,niſi hæres illas acquiſiuerit,explicando negocia cępta per defunctum,citat l.furti,in §.illud planè. & Acc.in ver.ſuccedit.ff.de his,qui no. infa.

† Deniq;,& illud, quod ad declarationem prædictorum valde pertinet,notandum eſt, q̃ qñ merces obligantur, non ppea earundem alienatio impeditur, tacite enim actum videtur, vt poſſint vendi,& alienari,ſm Bal.in l.cum tabernam. ff. de pign. Vbi citat Iac.de Aret.in l.vbi adhuc.C.de iure do.& videbis Bar. in d.l.ſi conſtante,ſub nu.73.& Neg.vbi ſupra,nu.23.Sed vt euidentior habeatur intellectus,placet Bal.ad verbum referre in d. l.vbi adhuc,ſub nu. 18. qui doctè quidem, licèt forſan abſq; ſermonis elegātia,& diſpoſitione,in verba infraſcripta inqt. Pone maritus erat mercator pannorum,vel artifex artis lanæ,& poſt dotem receptam vendidit lanam, vel pannos. Mulier quia vir ſuus male fecit mercantiam, & pro hoc incipit eſſe in eo ſuſpitio,vult agere hypothecaria contra emptores pannorum,& lanæ,nūquid poterit?Videtur,q̃ ſic per hypothecariam, vt hic in tex.In contrarium videtur,nam res vęnales, quæ quotidie permutantur,non videntur venire in generali obligatione ſcilicet adeò,q̃ vēdi,& permutari non poſſint,vt ff de pig.l.cum tabernam.Sicut ego video,q̃ qui legat bona ſua,non legat res, quas habebat cauſa vendendi, ff. de vſu. leg.l.generali. §.ſecuti. Dicit Iacob. de Aret. † q̃ illæ merces ſunt obligatæ, quæ reperiuntur apud virum tempore,quo agitur, ſed illæ quæ non reperiuntur in ſtatione viri,quia ſunt venditæ,illæ non ſunt obligatæ,per d. l.cum tabernam,ſecūdum Iac. de Are. magis videtur dicendū, q̃ non inſpiciatur tempus iudicii,ſed tempus, quo actio oritur, vt poſtquam vir,qui incipit vti malè ſubſtantia ſua,alienat, poſſunt illæ merces per hypothecariam auocari poſt emptionem ab emptore.Secus, ſi alienat autem, & ita videtur dicendum in quolibet contractu,in quo reperitur obligatio bonorum, & tenementi. Si hoc eſt verum, ergo mercator, qui obligauit alicui bona ſua pura obligatione,non poterit forum rerum vęnalium tenere, nec artem ſuam exercere. Quod videtur abſurdū, & ideò videtur dicendū,q̃ ſi mora poteſt imputari creditori,q̃ imputetur ſibi tacitè, & hoc videtur actum ex qualitate perſonarum,per d.l.cum tabernā:quod eſt valde notandū. Tunc ego formo tibi quæſtionem, Nunquid in illo momento temporis, quo iſtæ res ſunt apud mercatorem, ſint obligatæ? Certum eſt, q̃ ſic.Quomodo ergo eximuntur ab obligatione? Reſpondeo, quia aliæ res de nouo acquiſitæ loco illarum rerum ſubrogantur: eſt enim mercatura quoddā corpus vniuerſale, vbi vna res ſubrogatur loco alterius.ff.de leg.2.l.Imperator.§.fi. cum l. ſeq. Hactenus Bal.in relata verba,cuius ſententiam confirmabis ex his,quæ Neg.in non ſemel relato loco ſcripſit ſub nu.23.& ſeq. & circa id qđ inquit Bal. poſtq̃ vir incipit male vti ſubſtātia ſua actionē vxori cōpetere.Hic addes,q̃ dicemus ī trac.de decoctorib.in 5.par.nu.12.illinc ergo aſſumes,q̃ ad hunc locum ptinēt.

BENEVENVTI STRACCHÆ

Patritij Anconitani.

Sponſionum Tractatus.

SVMMARIVM.

1 *Sponſio Anconæ vernacula lingua dicitur Scōmeſſa, & quid ſit Sponſio varijs auctoritatibus probat.*
2 *Sponſio pulchra, & memorabilis inter Cleopatram, & Antonium, ex loco Plinij.*
3 *Sponſio, vulgò dicitur Guida, ſecundum Azonem.*
4 *Sponſio quid ſit, ſecundùm Alciatum.*
5 *Sponſiones recentiores Iuriſconſ. ſub generali vocabulo Cōuētionis appellāt.*
6 *Sponſio appellatur alio vocabulo Conditio, per Alexandrum.*
7 *Iudices ſponſionum recuperatores appellabantur.*
8 *Sponſionis cauſa ſi res depoſita eſt apud arbitrum, vt detur ei, qui vinceret, vel ſi non pareatur ſententiæ, arbitrer cogitur dicere ſententiam.*
9 *Sponſione contendere, & ſacramento vincere, quid eſſet, remiſſiuè.*
10 *Sponſio appellatur, etiam quæ per ſponſi interrogationem fit, & omnis ſtipulatio, & promiſſio.*
11 *Sponſor eſt, qui non rogatus pro alio intercedit.*

DEI OPT. MAX. INVOCATO AVXILIO.

TRACTATVS de Sponſionibus q̃ quotidianus, frequensq; ſit, nemo eſt profectò, qui neſciat. Verum pauci ſunt, qui vim, ac ptātē verbi nouerint, quive ex noſtratib. ſcripſerit. Cùm ergo in ſingulos dies circa has ſponſiones mercatores verſari viderim, plenius quę ad has ſpōſiones ſpectāt, attingemus, vt admonet Iuriſ. in l. legaui. ff. de lib. leg. Primum enim de ſignificatione vocabuli aliquid referemus. Deinde quot ſponſionum ſint genera, declarabimus, & vbi euidentiſſimè conſtabit, qūo fiant. Tum an in oī cauſa ſponſiones fieri liceat, oſtendemus. Poſtea quæſtiones complures ſubiicemus. Ad extremum qūo agendū ſit, & de actionib. ex ſponſionibus orientibus q̃ breuiſſimè diſſe
1 remus. † Circa primam ſpeciem de ſignificatione vocabuli, ſpō ſionis verbūm, quod quibuſdam forſan noſtræ tempeſtatis Iuriſcōſultis incogitatum eſt. Id propriè eſt, qđ vernacula lingua Anconæ, vnde mihi origo eſt, ſcommeſſa nuncupatur, indicāt varia, & diuerſa Ciceronis loca, ſed pauca referre cōtentus ſum. Locus Ciceronis in oīone pro Cecinna pulcher eſt, Cecinna enim de fundo vi armata deiectus fuit ab Eubutio, P. Dolobella Prætor interdixit, vt eſt conſuetudo, de vi hoſtibus armatis ſine exceptione tm̃, vt vnde deiecisſet, reſtitueret, Cecinna autē ſe plane reſtitutum eſſe negabat, facta eſt ſponſio, ni Cecinna reſtitutus edicto prætoris eſſet. Hinc Cicero negās deiici, niſi qui poſſideat, oſtendo, ex hoc interdicto de armatis hominibus, q̃ poſſit oſtendere non poſſediſſe eum, qui deiectus ſit, cōdemnari tñ ſponſionis neceſſe eſſe, ſi fateatur ſe deiectum eſſe. Extat ēt locus apud Ciceronem, in oratione pro Quintio, & eiuſdē in 3. offi. & in Verrem actione. 4. complura loca doctiſ. vir Bud. & q̃ in iure noſtro multa nobis reſtituit in anno. ſuis in pādectas, ci-
2 tat pag. mihi. 32. & ſeq. & pag. 37. † & ſi alia Ciceronis loca malueris, vide in obſeruationibus in eum, in verſ. ſponſio, & ſeq. & illam non ignores, quam ad Trebatium Iuriſcōſultum ſcripſit Cicero epiſtolarum familiarium lib. 6. Pulchram tñ, & memorabilem illam ſponſionem inter Cleopatram, & Antonium, de qua Plin. llb. 9. c. 35. referre nō ab re erit, vt verbi ſignificatio clarius eluceſcat. Duo maximi Vniones fuerunt per omne æuum. vtrūq; poſſedit Cleopatra Aegypti Reginarum nouiſſima, per manus Oriētis Regum ſibi traditos. hæc cū exquiſitis Antoniū quotidie ſaginaret epulis, ſuperbo ſimul, ac procaci faſtu, vt Regina meretrix lautitiam eius oēm apparatumq; detrectās, quærenti ei quid aſtrui magnificè poſſet, Rñdit, vna ſe cęna centies ſextertiū abſumpturā, cupiebat diſcere Antonius, ſed fieri poſſe nō arbitrabat. ergo ſpōſionibus factis poſtero die, quo iudicium agebatur, magnificam aliàs cęnam, ne dies periret, ſed quotidiana Antonio appoſuit irridenti, cōputationemq; expoſtulanti. At illa corollarium id eſſe, cōſumpturam ſe ea in cęna, taxatio nē ꝓfirmās, ſolumq; ſe cēties ſextertium cęnaturam, inferri mē ſam ſcđam iuſſit, ex præcepto miniſtri vnum tñ vas ante eā poſuere aceti cuius aſperitas visq; in tabē Margaritas reſoluit, gerebatq; auribus tum maximè ſingulare illud, & verè vnicum naturæ opus, itaq; ſpectāte Antonio quidnā eſſet actura, detractū alterum merſit, ac liquefactū abſorbuit: iniecit alteri manū. Lucius Plancus iudex ſponſionis eius, eū quoq; paranti ſimili modo abſumere, victumq; Antoniū pronūciat: hactenus Plinius,

ſed ne

sed ne nobis Iurisconsultorum & nostratium auctoritates deesse videantur,sciendum est,& l.Titia, & Publicia,& Cornelia, Sponsiones facere licuisse.refero ergo Pau.Iurisc. verba in l. solent.in §.Senatusc̃ōsultum.cum ll.seq.ff.de aleato. Senatusc̃ō sultum venit in pecunia ludere,prætereq̃ si quis certet Hasta,vel Rela,iaciendo,vel currēdo, saliendo, luctando, vel pugnando, quæ virtutis cā fiūt,sequitur Mar.Iurisc.quibus rebus l.Titia, Publicia,& Cornelia,etiam sponsiones facere licet,sed ex aliis, vbi pro virtute certamen non fit,non licet. Est & pulcherrimus locus in l.si rem in §.si quis sponsionis.ff.de prescr.verb.Meminit & huius vocabuli maximus legum interpres Azo in rubri. C.
3 de re.& sump.fun & aleæ lu.& c nu.4.ait enim.† Item & approbatur spō̃sio,quæ vulgò dr̃ Guadia facta in casibus permissis virtutis causa,vt ff.de ale.l.ante.§.vlt.& l.pe.& l.vlt.in prin.aliàs autem si laudatur in ludo prohibito, non tenet sponsio. Hæc ille. Quem refert Par.de Put.in tract.de ludo,nu.34.tom.9.& cōplures sponsiones licet hoc vocabulo nō vtantur,enumerāt Doct. nostri in l.à Titio.ff.de verb.obl & in l.cum ad præsens. ff. si cer. pet.nec etiā huius verbi significatio præterit Alcia.qui in l.spon
4 sio.ff.de verb.signi.ait,† sanè & alio significatu sponsio accipit̃, nimirum cum quis interposita stipulatione pecuniam promittebat,ni ita esset, sicut affirmabat: quo sensu apud Ciceronem. Quintilianum.Valerium Maximum,cęterosq; veteres vtiq; capitur,citat.tñ l.si rem.ff.de præscr.verb.nec omittendum est, q̃
5 recentiores Iurisc.nostrates huiusmodi † sponsiones sub generali vocabulo conuentionis appellant,seu promissionis: vt patet ex commentariis Dec.in l.cum ad præsens.ff.si cer.pet.& Iason in l.à Titio supra citata,& ex decis.Matth.de Affl.389.super
6 dubio, & veritatis amicus † ac maximi iudicii vir Alex. ibidem conditionem appellat,dum inquit,frequentant etiam Florentini aliam similem conditionem, & forsan nouo, & non ineleganti vocabulo est usus, pro quo illud Terent. in Andria: Accedit conditionem,dehinc quęstum.de quo verbo videbis etiā Andr.Tiraquel.in comm.de vt.re. pag. 86. & seq.nu 76.sed & addes,q̃ si quis sponsionem diuinationem appellaret, fortè nō erraret:erant autem & iudices spōsorum qui & recuperatores
7 appellabantur,† vt ex citatis locis per Bud.apparet, & maximè Quintiliani, quia & coram illis depositum recuperabatur, sed
8 & si res apud arbitrum depositæ essent,† eo pacto,vt ei darentur,qui vinceret vel ita,res daret si non pareatur sententiæ,sententiam dicere arbitrer cogebatur l. litigatores. §. quid ergo. ff.
9 de arbit.gl.in d.§.si quis sponsionis † Et quid esset sponsione cō tendere & sacramento vincere, habes ex Budæo in citatis locis
10 ex Alc.in l.pecuniæ §.actionis verbum ff.de verb sig.† Sponsio etiam appellatur,& quæ per sponsi interrogationem fit, & omnis stipulatio promissioq̃: vt inquit Iurisconsultus in l. sponsio. ff.de verb.sig.est & sponsor,fm Accursium in authentico. de fideiussoribus,in verb.fideiussorem. qui non rogatus pro alio in-
11 tercedit. De quo vide Alciatum in citata lege,† & Marsilium in repetitione rub.de fideiussorib.& de sponsoribus vide Alciatū, in parer. li.j. c.2.& hæc de significōne vocabuli dixisse sufficiat.

Secunda pars.

Quot sint genera sponsionum & quomodo fiant.

SVMMARIVM.

1 *Sponsionum tria sunt genera.*
2 *Sponsio fit depositis pignoribus penes tertium.*
3 *Sponsio fit interposita stipulatione & restipulatione.& ibidē exēpla plura.*
4 *Sponsio fit,cum alter ex cōtrahentibus alteri decem tradit interposita stipulatione,ni ita erit,duo tanta,aut tria tanta restituat.*

1 SPonsionum autem ex his quæ frequentantur, tria sunt ge-
2 nera.† Alterū, quod depositis pignoribus fit penès tertiū: de qua in l.si rem.in §.si quis spōsionis.ff.de præs.ver & notat gl.in l.si oleum.in ver.præscriptis verbis, ff. de dolo. & habes ex citatis auctoritatib.de qua etiam Poeta in Bucol.sensit
3 Depono:tu dic mecum,quo pignore certes.† Alterum spōsionis genus interposita stipulatione, cum quis certam pecuniam promittebat,ni ita esset,vt puta, Titius stipulatus est à Seio, si qua mihi nupserit,decem dotis nomine dare spondes.Restipulatur Seius à Titio,si non nupseris,decē dare spondes Item aliud exēplum,si quis à me decem petierit,tot dare spondes, restipulatur vt supra:habes plus exempla in d.l.à Titio.ltē aliud, si Rex Parthorum viuit,de quo in l.cùm ad præsens.Ex quęstionibus etiā, quas infra subiiciam, de hoc genere sexcenta habebis exempla, & apud Valer. lib. 2. legitur pertinacius progressa contentione Valetium sponsione Luctatium prouocasse,nō se petiturū triūphum,ni suo ductu pecunia classi esset oppressa, nec dubitauit restipulari Luctatius, itaq; iudex conuenit inter eos Attilius Ca
4 latinus.† Tertium verò genus sponsionum est, cùm alter ex contrahentibus alteri finge decē tradit,interposita stipulatione,vel pacto inito,ni ita erit,duo tanta restituat, vel si inęquali conditione fiat,sponsio tria tanta, aut quatuor tanta, aut sexcenta tāta,& ne res exemplis egeat,finge,contentio erat sede vacāte inter me,& Titium super electione Summi Pontificis(vt plerunque assolet) Dicebant enim Io.Ma.Car.à Monte Pontificē creatum iri,negabat Titius,dedit mihi ducenta, & stipulatione conuenimus,vel pacti sumus,vt mea ducenta essent,si crearetur Io. Ma.Si verò alium Cardinalem eligi contingat, ducenta restituere, & alterum tm̃ dare promisi.Finge etiam in proximè relatis exemplis,& in quæstionibus proponendis.Sed bellissimè quæri pōt,si pacto nudo fieret sponsio,præmittendum duxi,vt euidētior propositæ quæstionis,& sponsionum habeatur intellectus, si quis sine cā ab aliquo fuerit stipulatus,deinde ex ea stipulatione experiatur,atiq; doli mali ei nocebit exceptio.l. 2. in §. circa. ff.de do.excep.Quod ēt de iure Pontificio in pacto sine cā procedit,vt effectum non consequatur,fm Bal.in l.petēs.C.de pac. Io.Bap.de sancto Seuerino in tract.de pac.q.53.nu.pen. Ias.in l. iuris gentium.in §.sed cū nulla.ff.eo quæ regula variis,& diuersis modis declaratur.Quod si scire malueris loca infra descripta leuandi laboris gratia,cumulate videre poteris Alex.consi. 195. in 5.parte,& consi.113.vol.j.Soci.latè cons.69.col.5.viso proces su.vol.j.Ias.in consi.84.vol.3 consideratis &c.col.penul. vbi Io. And.notabile dictum refert.Dec.cons.682.nu.4.Mar.sing.482. Io.de Ami.consi.129.oritur.Cuius sententiam considera,& gl. in fi.l.j.de interrog.actio.addo Bald.in l. nec apud. de hæred.instit.Dec.consi.351.lib.5.& inter mercatores ipsos sine causa promissionem factam non sortiri effectum,consulit Mar.Man.consi.12.intellecta. &c. Declaratur etiam dicta regula ad rē nostrā, vt conditio ipsa in sponsione adiecta pro cā habeatur,& de alia cā curādum non sit:succedit enim,cùm extiterit loco causæ,vt probatur in l.à Titio.& in multis iuribus ibid.per doc.citatis,& inter alia Ias.citat tex.in l.si quis cum debitore. ff. de iure.quem habuit ab Ang.in l.cùm ad præsens.In illis verbis, est enim iusta conuentio,si qualibet cā in conditione iurisiurādi deducta fuerit & legitur Pau.in ea.l.si quis cum debitore. Et notandū est p̃dicta vera esse,etiam si conditio propriè dici non possit:vt in illa,quæ præsens,vel præteritum tempus respicit:licèt enim propriè non sit conditio:pro cā tñ habetur, vt in exemplo Iurisc. si Rex Parthorum viuit, de quo in citata l. cum ad pñs. Idq; à doctoribus in iisdem locis est receptum, subdens prædicta procedere,non solum qñ ex conditione completa aliquid adest promissori,vel stipulatori: vt in l. Labeo scribit, si mihi bibliothecam.ff.de contrahen da emptione,& l.hoc iure. §.j. ff. de donat. Sed etiam.qñ existente conditione nihil adest stipulāti, & nihil promittenti, & sic conditionis euentus nullum affert commodum,cōprobat Ang. tum in dictis ll. tum etiam in l.si intra.circa fi.ff.de pact.assentitur Ias.vtrobiq;,& maximè in l.à Titio,sub nu.4.quod etiam acutissimi ingenii vir Fran. Aret. ibidē nō improbauit, stipulantium enim interesse accipimus, q̃ voluntati ipsorum satisfiat fm cōditiones in sponsionibus deductas. His igitur sic pręmissis in proposita q.scribit Ang.in citata l.cum ad præsens.conditionem in sponsione adiectam, non solum pro cā,verum etiam (vt ipse dicit) pro implemento haberi, vt existē te conditione,seu manifestata vestiatur,& idē,& Bal.& Ang.in citata l.si intra.sensere,& vide eundem Bal.in l.qm̃.C.de rerum permu. Ias.verò in l.cum ad prēsens.in l.Titio.ac in l.iurisgētiū. in §.sed cum nulla.nu.26.contra sensit,citat Bal.in l.cum inter. in pen.col.de ele. declarando dicētem, q̃ licèt vbi stipulatio fit sub conditione,conditio pro causa habeatur (vt diximus) secus tñ est in pacto nudo. Si enim pactum nudum sub cōditione fit, illa conditio nec hr̃ pro causa,nec pro implemento. Citat eundem Bal.in c.cum Ioānes de fide instr.comprobat ipse, qa duo singularia circa idem concurrere iura prohibēt.l. j. in fi. cum gl. C de dot.promiss.gl.in l.cum post.in §.gener.de iure dot.Sed in pacto nudo duo singularia concurrerent.Primum q̃ implemē tum conditionis habeatur pro causa.Secūdum, q̃ vestiat pactū nudum, quæ ratio cessat in stipulatione sine causa facta tm̃ sub conditione,qm̃ alterum tm̃ inest, q̃ scilicet euentus conditionis habeatur pro causa.Hactenus Ias.quem videas,oro.Mihi autem in hoc iuris articulo admodum nouo cogitanti, de iure dicendum videbatur.l. à Titio. & l.cum ad præsens. in reciproca promissione,& sic in sponsione,de qua agitur, propriè non loqui,& citatos doc.itidem:Vnde ego in hanc.q.omnium spons. tract.inspicere bene esse putaui, & plures facti species constituere,in quib.omnib.quæritur,quæ obligatio, queve actio nascat.

Aut enim ad sponsionē venimus,pignoribus daris,vt in primo genere supra explicato, & responsum in hoc genere habes Iurisc.in l.si rem.in §.siquis sponsionis.ff.de præs.verb.

Aut in tertio sponsionū genere versamur,de quo diximus supra,cum alter ex contrahentibus decem Meuio dat, ni ita erit, recepturus in facto contrario fortè duo tenta, & interuenit stipulatio, & hoc casu stipulatio in contractu innominato, meo quidem iudicio est interposita, vnde recipit reg.ab innominato cōtractu.Ex stipulatu igitur incertum deductum est,vel certi condictione,si certum ad id,quod interest,agendum est. l. cum mota.C.de transi.quæ lex hanc interpretationem certam, & re-

ceptam

ceptam habeat, vt patet ex commen.doct. ibidem, maximè Iaſ. ſub nu.5.& Dec.ſub nu.4.iuncta l.naturalis.in §.j.ff.de preſ.verb. Sed ſi ſtipulatio in eodem genere ſubdita conuentioni nō eſt, qm̃ dixi contractum innominatum iudicandum eſſe, Præſcriptis verbis ſimiliter in id,quod intereſt,datur vt in l. cum mota. & l.naturalis.§.j.vbi Bar.Pau.& Iaſ.commentarios legito, libellum præcipuè inſtituendi cauſa.

In ſecundò verò ſpōſionis genere vbi finge ſtipulatus eſt Seius à Meuio decem ſibi dari,ſi nauis intra Calendas Sextilis portui Anconæ ſe applicuerit, & reſtipulatus eſt Meuius ſub cōtraria conditione tantundem ſibi à Titio dari,agi quidem certi ꝙdictione, vel ex ſtipulatu iuxta traditam à nobis diſtinctionem nemo dubitat, & ſi nudo pacto ſubiecta ſit ſtipulatio placiti ſeruandi cā.l.petens.C.de pac.l.ex placito.C.de rerum permutatio.

In propoſita verò facti ſpecie,vbi nil datum,receptumve eſt, ſtipulatioq; ſubdita non eſt,ſed nudo pacto inita eſt ſponſio,dicebam in curia mercatorum huiuſmodi exceptionem, ꝙ non interuenerit ſtipulatio,obiici non poſſe.

Quæſtiones enim ex bono,& æquo tractandę ſunt, & ex nuda pactione agitur,idq; ſenſit Bar.in l.Quintus Mutius. ff. man. Dec.conſi.8.nu.3.& conſi.107.in cauſa. & conſi.421. nu. 17.Et generaliter in locis eccleſiæ ſubditis idem eſſe crederē;cum ex pacto nudo de iure Pontificio agi poſſit, vt in c. j.de pac.vbi latiſſimè doc.bonus tex.in c.j.de proba.& vide ad prædicta Iaſ. in l.iuris gētiū.in §. ſed cùm nulla. ff.de pac.Seue.in tracta. de pac. verſi.13.quæro. Aut ſumus in locis Imperatoris ditioni ſubictis, & inter laicos,& nō mercatores, & ꝙ agi poſſit ex pacto hmōdi ex quo conditio eſt loco cauſæ mouet;quia reciprocum eſt pactū.Reciproca autem promiſſio eſt in cā,vt multa, quæ ſimpliciter non tenerent, de iure valeant. idq; ex ſexcentis doct. locis tibi conſtiterit,quos vide relatos per Iaſo.in l.ſi pater puellæ.C. de inoff.teſt.Mar.cōſi.106.nu.10.& ſeq.& ſing.335.pactum.idq; ex eo comprobatur,ꝙ in huiuſmodi reciproca cōuentione deliberata voluntas deprehēditur. Ego tñ Iaſ.ſententiæ aſſentior, vt ex hmōi ſpōſione in propoſita ſpecie agi non poſſit, quod & ſacrum conſilium Neapolitanum ſenſiſſe crediderim,vt in deciſio.Matt.Affl.deciſ.389.ſuper dubio, &c.refert enim ſponſionem quādam factam,cui obiiciebatur inter alia,ꝙ erat facta nudo pacto quod non obſtare dicebat,ex eo,ꝙ fidem ſibi contrahentes aſtrinxerant,& dederant,quæ fides vim iuramenti obtinet,vt notatur.in c.pen.de iure. & ex pacto nudo cum iuꝛo oritꝫ actio,vt dicunt doct.in l.iuriſgentium.in §.quinimmò.ff.de pac. & Sali.in l.legē.C.de pac.Hæc ille.Ex quibus verbis innuit Affli. qui articulū primoribus(vt aiunt) labris attigit, ſi contrahentes ſibi fidem non aſtrinxiſſent,ex ſponſione nudo pacto facta agi non poſſe.non tñ prætereundum duxi,ne te Afflic.decipiat, magis frequenter Doc.inīa,receptum eſſe,vt ex pacto nudo etiam accedente iuramento agi non poſſit.Non enim(vt ipſi dicunt) pactum nudum iuramento veſtitur, vt actionem pariat. Id em̃ in liberto tm̃ ex cauſa conceditur,vt in l.vt iuſiur ff.de ope. lib. & ꝙ errauerit Mat.Affl.liquet tibi ex his,quæ hñr per gl.Bar. & alios in l.ſi quis pro eo.ff.de fideiuſ.& varia ac diuerſa Doc.loca citat Iaſ.in l.ſi quis maior ſub nu.23.C.de tranſa.& ibidem Frāc. Cur.ſub nu.33.& ſeq.& hi tandem crebriorem ſnīam contra Afflic.teſtantur,& ad id etiam,quod comparat Affli. iurare,& fidē præſtare, vide eundem Cur. ſupra ſub nu. 27. Sed vt redeamus, vnde digreſſa eſt oratio.Me enim nō ſolum citatæ auctoritates, & adductæ rationes mouent : verum antiquorum loca veteres enim ſtipulatum Valerium,& Luctatium reſtipulatū,dicebant, Nec legi regulam,quæ eſt, pactum nudum, obligationem non parere in hmōi facto limitatā, ergo ab ea non eſt recedendum, vt per Bar.in l.quoties.ff.ſi quis cau.& Dec.in reg j.ff.de reg.iur. & Iaſ.in conſ.16.col.2.vol.2.videretut,quod remouet etiam id, quod de reciproca conuentione diximus, & tolli videbatur ēt ex l.ex placito.C.de rerum perm.& qm̃ de laicis diximus,in clericis dic,vt per Seue.in loco ſupra citato,iunctis his,quę ſcripſit Dec.conſi.215.& diſtinctionem prædictam notandam, & probandam puto.Ex quibus habes,quomodo fiant ſponſiones: & euidentius liquebit ex quæſtionibus proponendis. Et ſi placet antiquitatis nihil etiam ignorare,quomodo.ſ.veteres facere cō ſueuerint,legito Budęi relata loca.Illudq; ſolum placet referre, quod ait in verba infraſcripta: Fiebat autem ſponſio interpoſita ſtipulatione certæ pecuniæ quam perderet is,qui ſponſione vinceretur, & corā recuperatoribus aut iudice diſceptabatur, erat autem decima pars rei controuerſæ in cauſis priuatis, in publicis autem quinta,apud Græcos,auctore Polluce.& aliis ſcribentibus,pęna ſcilicet temere litigantium.

Tertia Pars.

An in omni cauſa ſponſiones fieri liceat.

SUMMARIUM.

3 *Sponſiones ſecundùm Azo.& Roſ.fiunt,vbi certamen eſt. pro virtute, vel veſcendi gratia,non aliter.*

2 *Sponſiones ſecundùm Iurec.generaliter fieri poſſunt in cauſa honeſta,in inhoneſta verò fieri non licet,idque probat multis modis.*

3 *Interpretatio ad l.quibus rebus,ff.de aleæ lu.& alea.*

4 *Ludus aleæ declaratur quid ſit.*

5 *Martinus Silimanus maximus Iuriſconſultus dicere conſueuerat,illas ſententias tenendas eſſe,quas prudentes commendant.*

6 *Conſuetudo eſt optima legum interpres.*

7 *Inhoneſta cauſa ſeu conditio,quæ in ſponſione adijcitur, quæ ſit,generaliter declaratur.*

CIrca tertiam ſpeciem,an ſponſiones in omni cauſa fieri liceat,videbatur prima fronte tradita reg. per Iuriſconſultum in l.ſolent.in §.ſenatuſc.iuncta l.ſeq. ff. de alea. vbi pro virtute certamen non fit, ſponſiones fieri non
1 licere. † Si quis igitur haſta certet,vel pyla,iaciendo, vel currendo,vel ſaliendo,luctando,vel pugnādo, virtutis cauſa iure facit permittendo, & pecuniam ludere his rebus poteſt & ſponſiones etiam facere, ſed ex aliis vbi pro virtute certamen non fit, de iure non licet,quod & Azo in titu.de religio.C.ſub nu.4.ſenſit,dum inquit,approbatur ſponſio, quæ vulgò dicitur Guadia, facta in caſibus permiſſis virtutis cauſa:vt ff.de alea.l.ante.§.vlt. & l.pen.& l.vlt.in prin.Roſ.etiā in lib.de libellis.in quarta parte,ſub rub.de Senatuſ.cuius vim non habemus, quod prohibet ludos ſeu pignora ludi.Azo. præceptoris ſui ſententiam defendendo clarius idem probat. Ait enim inueniri & aliud Senatuſconſultum,cuius vim nō habemus. eſtq; vtile, & habet locum frequenter:multi enim ſunt ita faciles, vt aliquando aliquid affirment,& ſit quis neget,deinde progreſſa cōtentione deponūt pignora,& ſe ad ſponſionem prouocant;vnde fit: vt plerunque depoſitum pignus amittant, qua de re S. C. prohibuit pecunia ludere,& ſponſiones facere,ideſt pignora deponere, ſiue pecuniam.quod verbum latè ſumitur.l.j.C.de conſti.pecu.Vetuit ergo S.C.actionem dari,niſi in dictis caſibus,virtutis ſcilicet oſtendendæ gratia,& veſcendi.hæc in ſumma Roſ.quem ad verbum refert Paris de Put.in tract.de ludo.nu.34.& ſeq.tom.9. pro quorum ſententia videas Pau.in l.ſi cum debitore ff.de iur.

2 † Ego tamen puto cum Iuriſconſulto in l.ſi rem in §. fi. ff de præſcrip.verb.concludendum eſſe,in honeſta cauſa ſponſiones fieri licere:at in inhoneſta non licere.Nō obſtat l. quibus rebus. ſupra citata,quæ omnes ſponſiones hodie vſitatas interturbare videtur:nam iudicio meo.l.illa interpretanda eſt ſecundum ti-
3 tulum,iuxta l.Imperator.ff.de in diem addict. † vt in ludis ſponſiones tantum liceat facere,vbi certamen virtutis cauſa fit,vt in l.quod in conuiuio,in aliis autem ludis vbi certamen non fit ꝙ virtute, non liceat.indicat verbum, in pecunia ludere poſitum in §.Senatuſconſultum, & Iuriſconſul. declarādo ſubſequitur, quibus rebus &c.Vnde illud verbum,ſed ex aliis, non generaliter eſt accipiēdum,ſed relatiuè ex aliis, ſcilicet ludis, vel ex aliis rebus ſupra,expreſſis videlicet currendo,luctando, ſaliēdo &c. quod idem eſt.Dicet fortè aliquis,interpretatio data l.quib.reb.
4 ex eo peruertitur,quoniam ludus aleæ, † dicitur omnis ludus q viribus fortunæ innititur,vt inquit Azo, vbi ſupra, & refert, ac probat Paris de Put.in prædicto trac.de ludo,nu.4. Vnde inferri videtur,ſponſiones,quę viribus fortunę innituntur,fieri non poſſe.Ad quod argumentum ex eo reſponderi poſſe reor,ꝙ ludus in factis dicitur:idq; patet ex diffinitione poſita per Seue.in d.tract.in prin.poſt Maria.in c.inter dilectos.de exceſ.prælat.inquit enim,Ludus eſt per actum facti delectabilis, quandoq; virtutis gratia parati,quandoq; lucri,quandoq; voluptatis tantum ceſſatio à negociis.Sed in huiuſmodi ſpōſionibus non eſt factū, ergo &c.Nec mouere quemquam debet in ſponſionibus, quæ fiunt pignoribus,factum interuenire:quoniam illud eſt momētaneum,& non iterabile,prout in ludis.Et cùm non fiant ſecūdùm ludorum ſtaturam,admittendæ videntur,& prædictum reſponſum ſenſiſſe videtur Par.de Put.licèt non explicet,& declaret,vt ſupra,ait enim in citato loco. l. quibus.de Alea. non probat,ꝙ inquit Roſ.ſed Iuriſcon.voluit in caſibus,ꝙ in quibus ludere non licet, facere ſponſiones etiam non liceat, non autem ꝙ voluerit prohibere pacta ſub conditione caſuali,vel miſta,licèt dictæ conuentiones videantur aliquid ſuperſtitioſum ſapere,Addo,quod Seue.in trac.ſæpe dicto ſcripſit in hæc verba,ſub nu.25.Pau.de Caſt.in l.ſi quis cum debitore ſpiritū,& Roſ.mentem habuiſſe videtur,ſponſiones in his, quæ fortunæ committūtur,facere nō licere.Ego verò ſyncerè dico,& credo l.quib.noluiſſe vetare ſponſiones,vt Roſ. ait,ſed opinor, ꝙ iuriſc.velit in caſibus in quibus licet ludere virtutis cauſa, liceat etiam ſpōſiones facere,non autem voluerit pacta,& ſtipulationes ſub conditione caſuali vel miſta prohibere:& fatetur, quid ſuperſtitionis continere. Subdit pro comperto non habere propter auctoritates Azo.Roſ.& Pau.& forſan à ſapientibus ſponſiones non laudare,& gratum ſibi fuiſſet ſapientes laicos conſulere: qm̃, vt di-
5 cit Io.And.in addi.Spec.in tit.de tut.§.generaliter. in addi.incipiente,placuit.verſ. memor.Marſil. Sillima.† qui fuit maximus Iuriſc.dicere conſueuerat,illas opiniones,vel ſententias eſſe tenendas,quas prudentes commendarent.hęc ille.Concludo igitꝫ

iterum

iterum vt ſupra,& ſit regula,ſponſiones & in ludis non prohibitis.& in l.quod in cõuiuio,& in omnibus caſibus, in quibus qđ in ſponſione pro cõditione,& cauſa,id quod ponitur,eſt honeſtum,fieri licere,& hanc regulam, & ſnĩam quã ex verbis Iuriſconſulti collegi,in citata l.ſi rem.§.fi.ff.de pręſcr.verb.verã eſſe, non ſolum ex citatis auctoritatibus patet, verum ẽt ex his, quæ hñt in citatis ll.cum ad præſens.à Titio.ac per Dec.in conſ.115. Mar.in c.inter dilectos.quæſtio.6.de exceſ.præla.& ex quęſtionibus,quas infra ſubiiciam,aliorum auctoritates colliges, adeò vt facilè poſſit dicere ſnĩam hanc & creuiſſe,& in diem inualuiſſe. Et cum videamus huiuſmodi ſponſiones in vſu quotidiano eſſe etiam in factis,quæ & Azo & Roff.prohibent,nihil eſt, quin dicas l. de quibus. à conſuetudine interpretationem per me data accepiſſe, † quam conſuetudinem optimam legum interpretem eſſe Iuriſc.inquit in l. ſi de interpretatione.ff.de leg.& p fectò ſi quis ſtipulationes huiuſmodi denegaret ac ſponſiones, conſideret ſexcentas ſtipulationes peruerti,de quibus in titu.de verb.obl.& quarum aliquas in quęſtionibus inferemus.

6

Tractari tamen poſſet,quæ ſit inhoneſta conditio, ſeu cauſa, quæ in ſponſione deducitur.† Et generaliter dicendum eſt,omnes turpes ſtipulationes nullius eſſe momenti. l. generaliter.& l.ſeq.l.ſi plagii.ff.de verb.obl.in quibus locis late Doct.ſcripſere. Adde l.iuriſgentium.in §.ſi pacis.verſ. & generaliter.ff.de pac.§. quod ex turpi.vbi Are.inſtit.de inu.ſti.vide Bald.in l.is penes.C. depo.& latè omnino Salic.in l.ex eo.C.de inuti.ſtip.Bal.in l.j.C. de cond.ob tur.cau.Bar.in l.fi.in §. ſi in alea. ff. quarũ rerũ actio non detur.& conſidera ſemper verba Iuriſcõſulti in d. §. ſi quis ſponſionis.& hæc citaſſe ſufficiat,ne Doc.loca videar deſcribere:ex his enim locis lumen habes,& ex quæſtionibus,quas infra ſubiiciam,non minorem vtique lucem dabimus.

7

Quarta pars.

SVMMARIVM.

1 *Sponſio facta,quòd Imperator,vel Pontifex hoc anno morietur, latè diſputat,& valere ait.*
2 *Conditionis euentus habetur pro cauſa.*
3 *Caſum aduerſamq́, fortunam liberi hominis expectare, neque ciuile,neque naturale eſt.*
4 *Sponſio facta ſuper matrimonio contrahendo vel non contrahẽdo inter Titiũ & Beroam valet,declaratur tamen duobus modis.*
5 *Matrimonium debet eſſe liberum:ideo promiſſio adiectæ pęnæ principali non tenet.*
6 *Contractus à conſuetudine approbati pro legitimis habendi ſunt,& à conſuetudine fomentum recipiunt.*
7 *Vita hominis propoſita eſt omnibus fortunæ telis, nec eſt dolendum quamuis ea qua natus eſt conditione,viuat,ſecundum Platonem. & ibidem, quòd mors accidat vniuerſis.*
8 *Sponſio ſuper morte priuati hominis non valet.fallit, ſi is ſuper cuius mortẽ fit,voluntatem ſuam accommodet.*
9 *Interpretatio ad l.fi. C.de pact.*

NVnc proponendæ ſunt aliquæ quæſtiones, ex quibus ſponſionum tractatus & lucidior, & quidem vberiot reddetur.

Quæritur igitur apud Pau.de Caſt.in l.à Titio. ff.de verb. obl. Sempronius ſtipulatus eſt à Seio decem ſibi dari.† ſi hoc anno morietur Imperator,vel Pontifex, promiſit Seius,& reſtipulatus eſt à Sempronio centum ſibi dari, ſi non moriatur vel Pontifex,vel Imperator,ſpopõdit Sempronius, moritur Imperator ſeu Põtifex, an Sempronius aduerſus Seium ad decem rectè agatr̃ndit idem Pau.pp frequẽtem vſum mercatorũ Florentiæ,fm Sempronium,& contra Seium,& conſultum à valẽtiſſimis doctoribus & iudicatum fuiſſe; † qm̃ conditionis euentus hr̃ pro cauſa, vt probatur ea l.à Titio. ipſe tñ Paulus requiſitus noluit conſulere: turpitudinem quandam hmõi cõditionẽ continere ratus,ſicut in ludo taxillorum.Idem Pau.vr̃ in l.ſi cũ debitore.ff.de iureiur.probabiliter hæſitaſſe pp auctoritatẽ Azo. & Rof.ſupra relatus patet,& pp l. quib.de alea. ad quã ſupra rñdi,ex eo ẽt quia inhoneſta conditio videbatur,& ex conſequẽti improbata cã in ſtipulatione deducta, vnde obſtare videbatur §.ſi quis ſponſionis.ſæpe citatus.† Accedit,q́ ſpõſiones huiuſcemodi plenæ triſtiſſimi euentus videbantur.l.fi. ff. de pac. caſum aduerſamq; fortunã liberi hominis expectare neq; ciuile neq; naturale eſt, vt Iuriſconſultus ait in l.inter ſtipulantem. in §. ſacram.ff.de verb. obl. & hanc q. tanquam dubiam penitus Ioan. Bap.Seue.in d.tract. de ludo ſub num. 22. ſoluere non eſt auſus. Cęterum Alex.optimi iudicii vir,Pau.referendo in ea.l.à Titio. & bene conſultum & iudicatum ait,citat Hoſt.in c.Gemma,de ſpon.qui † de iure reſpondit,ſi duo ſint,quorum alter alteri promiſit decẽ,ſi fiat matrimonium inter Titium, & Bertam, & alter contra promittat,ſi non ſequatur matrimonium, valere ſtipulationem, perinde ac ſi concepta eſſet ſub quauis alia conditione.Hoc tamen intelligit,ſi ꝙtrahentes, aut promittentes ſint extranei dictis Titio,& Bertę,& ſecus,ſi promittãt nomine mulieris,vel viri ſponſalia fieri,& ſi non contrahantur ſponſalia,pę nę nomine aliquid dare promittant:non enim valet promiſſio pęnę adiectę principali,† quod debet eſſe liberum d.c.Gemma. & l.Titia,in prin.ff.de verb.obl.vbi Imo.col.2.idẽ probat & ſentẽtiæ Alex.aſſentiuntur,& Iaſ.& Are.in ea.l.à Titio,idem Iaſ. & Dec.in l.cùm ad præſens. ſi cer. pet. & latius approbãdo ſcripſit Dec.in conſi.215.& † pro tenui,ſubdens, cum huiuſmodi contractus inter mercatores frequentari ſoleant,pro legitimis habẽdi ſunt,à cõſuetudine enim fomentum recipiũt, propterea obſeruandi,ex eo quod no.Bar.in l.quis ſit fugitiuus. in §.apud Labeonem.ff.de ædi.edic. ad quam rationem adde, quæ ſcripſi in 1.parte principalis tractatus,verſi.ex prædictis ſingulariter infero &c.Quam ſententiam Alex. ego etiam probo. Pro qua vide l.cum ad præſens.ff.ſi cer.pet.& Par.de Put.in tract.de lud.num. 36.& Matth.de Affli.deciſ.389.ſuper dũbio.Nec me mouet, q́ Paulus ſubdubitauerit propter.l.quibus.ad illam enim l.reſpondi, vide quæ ſcripſi ſupra proximè, verſi. circa tertiam ſpeciem. Minus etiam mouere quẽquam debet, q́ dicebatur inhoneſtã conditionem in ſponſione deductam,tum quia nõ legitur improbata l.tum etiam,quia hoĩes omnes nati ſumus, † & expoſita eſt omnibus fortunę telis vita noſtra,nec eſt dolendum quominus ea,qua nati ſumus conditione,viuamus,vt diuinus Plato dicere conſueuerat,& mors accidit vniuerſis,vt ait Hor.Pallida mors æquo pulſat pede.pauperum tabernas regumq́; turres, & ſunt qui Ariolos eſſe profitẽtur,nec ratio l. fi.C.de pactis, vrget in propoſito facto,cum ratione perſonarum, qui ad ſponſionẽ venere,& Pontificis,vel Imperatoris,ſuper quorũ morte, & vita eſt facta ſponſio,facilè diſcerni poſſit periculum,vt inſidietur vitæ illorum ceſſare, idq; etiam conſiderata ſumma in ſponſione deducta.† Cæterũ,ſi ſuper morte priuati hominis fieret ſponſio,maximè animaduertendum arbitror,finge enim inimiciſſimum alterius cõtrahentis, rectius igitur fecerint mercatores, ſi ſe à ſponſione proximè relata abſtinuerint, ſed ſi is ſuper cuius morte facta eſt ſponſio voluntatem ſuam accõmodauerit,ratã ſponſionem exiſtimo,propter l.fi.C. de pac. quam in illa parte, in hac etiam conuentione,& ſtipulatione puto locum habere, & cur diuerſum ſtatuendum ſit,non video,† ad quã l.fi.in parte citata vide quid ſcripſerit non inſubtiliter præceptor meus Lu. Goz.in conſi.98.in hac cauſa,in j.dubio.& conſidera ſcripta per eum,& ad ſupradicta ac ad rem facit l.ſcrupuloſam,& l.fi. C. de con.& com.ſtip.& inſt.de inuti.ſtip.§.poſt mortem.

1 2 3 4 5 6 7 8 9

SVMMARIVM.

1 *Sponſio,quòd Dux Saxoniæ hoc anno principatu excidet, ſeu Argentina capietur,& ſi quæ ſunt ſimiles prædictis,de iure valet.*

SImilis † eſt illa ſpõſio, q́ dux Saxoniæ hoc anno principatu excidet,& in deditionem Regis Francorum, vel Imperii veniet,& eius propugnacula quatientur, vel non quatientur, Imperator cęperit,vel non cęperit Argentinam, vel Vlmum,quas iiſdem rationibus ratas eſſe cenſeo, & arg. l.à Titio.& l.ſtipulationes non diuiduntur,in §.ſi quis ita.ff.de ver. obl.& propter ea,quæ ſcripſit Dec.in citato conſi.115.

1

SVMMARIVM.

1 *Sponſio illa,quòd cras erit pluuia, Imperator veniet in Italiam ante Calen. Maias & aliæ ſimiles enumeratæ,non ſunt improbatæ.*
2 *Pantheron,de quo in l.emptorem,in § fi.ff. de actio.emp.quid ſignificet, declaratur ſecundum Budæum.*

EX † prædictis etiam infero,validam multo magis dicendam illam ſponſionem,q́ cras erit pluuia,vel non erit, de qua per Pau.in l.ſi cum debitore.ff.de iure. licèt ipſe conſulere recuſauerit,& hanc ſponſionem probat valere Affli.dec.589.Item & illã,q́ Imp.ante Cal. Maias in Italiã. veniet,vel non veniet,de qua in l.hoc iure.ff.de ver.obl.Item q́ Imperator erit Rex Angliæ,coronabitur,vel non,Titius erit Senator Ro necne l.ſi quis ſi Titius.l.ſi ita quis.ff.de verb. obl. Habes alia exempla in d.tit.cũ enim huiuſmodi ſtipulationes non ſint turpes,& conditionem inhoneſtam non contineant, nihil cauſæ eſt,quare non admittantur,idq; arg. l. emptorem. in fi. & l.ſeq.ff.de act.emp.Vbi recipitur,cum futurum factum retis à piſcatore emeris, aut indaginem plagis impoſitis à venatore, vel Panthera ab Aucupe, nam & ſi nihil cęperit, nihilominus emptor pretium præſtare neceſſe habet,& ad interpretationem illorum verborum indaginem,iactus,& Panthera, legito Bud.in ſuis annotationibus,qui de Panthera inquit, Pãthera hic pluraliter intelligo.Pantheron enim retis genus eſt,ex eo nomen habens,q́ omnes aues concludat eadẽ ferè ratione, qua Panagrõ quod rete piſcatorium eſt,thera venatum ſignificat,& aucupiũ, vnde Panthero dictum,& ornithotheras,auceps, † eſt autẽ huiuſmodi rete quod ſaltabulum appellant,quod cũ humi exporrectum eſt,& in oblongam tenuitatem contractum,regitur q́ſquilis,ne àb auibus prænideri poſſit. Deinde cùm opus eſt,adducto magna vi funę repente expanditur, ineſcatasq́; aliquot diebus auiculas vno ictu vniuerſus cõtegit. Hocrei noſtri ad paſſe-

2

res,&

Source : BIU Cujas

res,& ſturnos vtuntur,& ad grues,& otidas,quas ſtardas vocãt, quaſi tardos anſeres.hic aut in plurali per metonymiam accipi tur pro captura,eo modo,quo indago,ab eadem tamen etymo logia panthera dici poſſunt, quidquid auceps cœperit. Quid ſi non Panthera,ſed Pantherana legam, ideſt quicquid aucupio cęperit,hæc ille,quem ſi libet,legito.

SVMMARIVM.

1 *Sponſio facta inter Sempronium,& Mæuium,qui taxillis ludebant, quòd alter altero plura puncta faciet,vel quòd denarium numerum egredietur eſt improbata.*
2 *Caſus fortunæ reddit licitum id,quod aliàs reprobatur.*
3 *Sponſio in ludis tantum,qui virtutis cauſa fiant,permittitur.*

QVæritur,an ex ſponſione hmõi inter luſores frequen tata agi poſſit? ludũt Sempronius,& Męuius taxillis, deponunt pignora, † ꝙ alter altero plura puncta fa- 3 ciet,vel ꝙ denarium numerum egredietur, vel non egredietur.ſtipulatus Sempronius in ſumma,finge decem ſcu tatorum in eadem ſumma reſtipulatur Męuius, rñdendum videbatur agi poſſe,ex his,quæ ſcripſit Dec.in citata l.cum ad prę ſens & latius conſi.115.ait enim,ludus fortunæ,vt puta taxillo rum non reprobatur ſimpliciter,ſponte ſua & (ut ipſe dicit) ex ſe,quia ſicut poſſum promittere decem ſub conditione, q̃ pen det à fortuna,vtputa ſi nauis venerit ex Aſia.l.ſi quis ita ſtipula tus fuerit.ff.de verb.obl.ita vr̃,ꝙ poſſim tibi promittere decem ſi plura puncta habueris,q̃ ego,vt tradit S.Tho.2.2.q.32.artic.7. quem referunt Imo.doct.in c.pen.de vita & honeſt.cler.& latè 2 Andr.Sicu.in conſi.65.lib.3. † dubius enim fortunæ caſus red dit licitum id,quod aliàs reprobatur capitulo in ciuitate, capi tulo nauiganti,de vſu.lege ſi pater.C.de inoff.teſtam. hactenus Dec.Ego verò ꝫ ſentio in ludis,qui virtutis cauſa fiunt, ſpõſio- 3 nes fieri licere,at vbi pro virtute ludus † non fit,non licere, ut probatur in lege ſolent,in §.ſenatuſc.iuncta lege ſeq. ff. de alie. quod,& Azo in ſumma.ff.de relig.probat, & Roffre. in citato loco idem ſenſit,& vide Seuer.in d.tract.ſub nu.20.& probatur hæc ſnĩa auctoritate gl.in d.§.ſi quis ſponſionis,in verſi. victo ri,in illis verbis,non ad aleam,vel magides,ut Iuriſcon.ſubiicit planè ſi inhoneſta &c.quod notauit ibid. Pau.Nec obſt.l.ſi quis, ita ſtipulatus,quoniam licet conditio illa,ſi nauis ex Aſia vene rit, a fortuna pendeat,non tamen eſt improbata, eſt enim ho neſta,non inhoneſta,prout in ſponſione propoſita.

SVMMARIVM.

1 *Sponſio facta inter eos,qui ludentes inſpiciebant,quòd alter ex luſoribus uin cet vel non,eſt improbata.&,quod ſolutum eſt ex ſponſione prædicta,re petitur.*
2 *Inſpicientes ludum tanquam ludentes,puniuntur.*

FInge modo,ꝙ nõ ludentes Sempronius,& Męuius,ſed 1 Anton.& Io.qui ludum inſpiciebant,ad † ſponſionem uenerint depoſitis pignoribus, vel ſtipulationib. Alter enim ꝙ Sempronius,alter ꝙ Mæuius vinceret, idẽ cre do rñdendum:ut ſponſio nulla ſit:quia inhoneſta eſt cauſa,ſpõ ſionis,vt in d.§.ſi quis ſpõſionis,idq; probari videtur ex d.l.qui bus.quæ generaliter loquitur. Vnde generaliter eſt intelligẽda l.de pretio.ff.de pub.l.1.in §.generaliter.ff.de leg. præſt. Suadet etiam ex eo,ꝙ inſpicientes † ludum,tanquam ludentes puniũ 2 tur,auth.interdicimus.C.de epiſ.& cler.& vide Seuer.in d. trac. ſub num.32.ſeptimò quæro.vnde etiam & illud credo reperiri poſſe,quod ſolutum fuit ex cauſa dictæ ſpõſionis, tum propter comparationem proximè relatam: tum etiam propter l.fin.ff. de alea.& dictum §.ſi quis ſponſionis, idq; etiã probatur in con ſtitutione prædicta alearum dum prohibens imperator, & lu dere,& inſpicere ſubdit,ſi contra factum fuerit, nulla ſequatur condemnatio,ſed ſolutum reddatur,& actionibus competen tibus repetatur.

SVMMARIVM.

1 *Luſor ſi viginti ab aliquo receperit,& promiſerit quinquaginta,ſi in poſte rum luſerit,valet conuentio.*
2 *Et quid,ſi aliuſs ſuo nomine luſerit.idem reſpondit.*

HIc etiam tibi ſubiicio quotidianum illud,& frequens, nonnulli luſores poſteaquam ferè totam ſubſtantiã ludis prohibitis amiſere:& cum ab amicis forſan ob iurgentur † recipiunt viginti ab aliquo,& promittũt 1 quinquaginta:ſi in poſterum luſerint, an huiuſmodi conuẽtio valeat? Et arbitror valere ex his,quæ habentur per Bar. & alios in l.ex ea parte.§.mulier.ff.de verb.obl. Scribunt enim,Siqs ſti puletur ab amico,qui fortè maximus erat luſor, pęnæ nomine centum ſibi dari,ſi vlterius luſerit ſtipulationem valere,ex hac enim boni mores non læduntur,ſed conſeruantur, & refertur iuriſconſul.ad uerbum.ad rem quidem putaui, qui in citato §. mulier,in hæc verba inquit:Mulier ab eo,in cuius matrimoniũ conueniebat,ſtipulata fuerat ducenta matrimonii ſi tempore concubinæ conſuetudinem recepiſſet, nihil cauſæ eſſe reſpon di,cur ex poſtulatione,quæ ex bonis moribus concepta fuerat, mulier impleta cõditione pecuniam aſſequi poſſit,quam l. no ta.Quinimmo Par.de Put.in trac.prædicto hæc comprobando 2 ſubdit,& ſi alium ſuo nomine faceret ludere,†in pœnam inci deret,citat tex.& gl.in l.iuriſgentium,in §.prætor ait.ff. de pact. in verſ.ſenatuſcon.

SVMMARIVM.

1 *Sponſio facta,quod alter alterum in bibendo,vel edendo ſuperabit,improba tur tanquam inhoneſtam cauſam continens.*
2 *Interpretatio l.quod in conuiuio.ff.de aleæ luſu,& alea.*

1 ITem † quæro,ſunt qui crapula,vel ebrietate delectentur,ve niunt propterea ad ſponſionem,ꝙ alter alterum in biben do,vel edendo ſuperabit,an rata ſit ſponſio? Prima fronte non improbandam ſpõſionem videbatur, propter l. ꝙ in conuiuio.ff.de ale quod tñ verum eſſe nego, qñ in ſponſionibus illud præcipuum eſt,ut cauſa in ſponſione deducta inſpicia tur,an ſit honeſta,necne d.§.ſi quis ſponſionis.Quod autem cõ ditio,de qua agitur,ſit inhoneſta,nemo eſt qui neget,& proba 2 tur in c.crapula,de vita & hon.cle.†& l.ꝙ in conuiuio.loquitur ſm Roſ.quem citaui ſup.vbi altercatio eſt inter aliquos.Ego.n. aliquid affirmo,finge,ꝙ nauis,q̃ ex Monte diui Cyriaci inſpici tur,eſt Gerinorum.Tu negas, deponimus aliquid conuiuandi gratia,& delectationis,& veſcendi,quod etiam ſenſit gl.in ver. permittitur,quæ veſcendi gratia & delectationis in ludis veti tis ſponſiones admittit:ait enim,ſi plura puncta habueris, amit tas portionem tuam,& vt vides,licèt lex illa in familia loquat̃, doct.veſcendi cauſa,& ut ſuprà generaliter intelligunt, & uide Abb.idem,& glo.in ca.inter dilectos,in verſi.conuiuii,extra de exceſſ.præla.

SVMMARIVM.

1 *Conuentio illa frequens inter mercatores ſuper mercium aſſecuratione, ali quo dato,vel promiſſo tenet,& ibidem de actione.*

1 ITem † quærit Paul.de Caſt.in l.in nau.Saupheli. ff. loca.pro mitto tibi decem,ſi nauis mea mercibus onerata ad Petrũ Anconitanum ſalua peruenerit:ſinaũt mearum merciu m valorem promittis mihi reddere,an conuentio valeat? Et rñdit valere,idq; probari ex ea.l.& de iure Pontificio non repe riť improbata,ut per Lau.de Rod.in tract.de uſu 3. q.3. par. quẽ poſuit in c.ꝓſuluit,de vſu.refert,& cõmendando probat Alex. in d.l.à Titio.citatq; Io.de Ana.in c.nauiganti,de vſu.idẽ ſentiẽ tem.Si.n.merces,uel naufragio impetu ventorũ, vel tempeſta te,ſeu alio caſu perierint,ex quo tuo periculo merces ſuſcepiſti non interueniente ſtipulatione aduerſus te,qui ꝓmiſiſti, actio ne oneris aduerſi rectè ago.Addo,ꝙ ſnĩam Pauli approbat Pa. de Pu.in d.trac.nu.35.& citat Roſ.in tit.de act.one.adu. & idem Alex.ubi ſ.nu.21.& Pau.ſnĩæ aſſentiť Mat.ab Af.dec.389. Quã conuentionem non improbandã ego ẽt puto ꝓp periculum, quod promittentes(vulgo Aſſecuratores nuncupati) ſuſcipiũt, ad præd.quæ habentur in l.eos.C.de vſu.& in tit.de nau.fęn. C. & ff.& maximè in l.cum proponas,& in c.fi.de vſ. Et quoniam frequẽs,ac quotidianus eſt ꝫctus hmõi inter mercatores,ſi plus otii aliquãdo nacti erimus,latius ſcribemus,ſolum his addam, quæ de actione oneris aduerſi ſcripſit Laſ.in §.actionum,nu.20. & in poſteriori,ac ſuperiori nu.inſti.de actio.

SMMMARIVM.

1 *Sponſione facta,ſi nauis in portum Anconæ peruenerit,an dicatur peruenif ſe nauis,quæ ſigna quædam ingreſſa fuerit.*
2 *Portus quid dicatur.*

1 VIdi etiã in patria mea ſponſionem hmõi perſæpe fieri ſi nauis (finge Gerinorum) in portum Anconitanũ Cal.Martii peruenerit,in ꝑſtituta die nauis præd. in- greſſa eſt domũ Veneris, quam nunc diui Clemẽtis ſcopulos appellamus,dicebaţ,ex quo intra ſigna Portus peru- enerat,in portũ veniſſe:ſtatim.n.ꝙ ſigna ingrediť nauis in por- 2 tu eſſe vr̃,quia onerib.datiorum ſubiicitur.Ego ãt ꝫ rñdi.† Por- tus.n.dr̃ concluſus locus,quo importantur merces, & inde ex portantur.ut inquit Iuriſc.in l.portus.ff.de verb. ſig. & Vero.in tract.de ſer.ruſt.præd.in tit.de por.rub.28 & ab hmõi propria ſi gnificatione vocabuli non eſt recedendũ.l. non aliter.ff. de le. 3.In re.n.dubia melius eſt uerbis ꝙuentionis ſeruire.l.j. in §.is, q̃ nauẽ,ver.in re dubia.ff.de exerc.Nec.n.illa ſigna,q̃ quo ad datiũ Portũ deſignare vñr. Portũ conficiunt, & ꝙ in datiis tñ ex cã, ne fraus aliqua fiat,receptum eſt,ad alia ꝫ ſignificationem uo cabuli non eſt trahendum,arg. l.quamuis.ff.de in ius uoc.

SVMMARIVM.

1 *Sponſione facta inter duos, quod nauis veniet in portum Anconæ, vel non veniet,ſi roſtrata nauis uenerit,quàm vulgo galeonem appellamus, vter vicerit.*
2 *Nauis,verbum eſt generale.*
3 *Nauis nomen,unde deſcendat.*
4 *Qualitates,& accidentia,quæ rebus adduntur differentiam ſpecificam non conſtituunt.ſubſtantialia verò conſtituunt.*
5 *Roſtrum,quod naui apponitur,magis eſt additamentum,quàm pars nauis.*

Source : BIU Cujas

Beneuenuti Stracchæ. De Sponsionib.

6 *Rostrata naues cur dicebantur.*
7 *Communi vsui loquendi standum est.*
8 *Nauis describitur secundum vsum loquendi.*
9 *Argumentatio ex diuersitate nominum, quod sit fallax, & non semper procedat, idq; exemplis declarat.*

1 ITem † quæriť, Alexander mercator dicebat, triduo nauim in Portum Anconæ exē Asia vturam, negabat Antonius, venerunt ad spōsionem, hmōi pecuniarum summa hinc inde promissa, præstituto tēpore venit rostrata nauis, vulgò in patria mea appellatur Galeone, Alexander dicit se vicisse sponsionem, & ad promissos scutos agit, negat extitisse conditionem Antonius, quinimmo defeciſſe, mutuis itaq; factis petitionibus Antonius ex diuerso noīe se defendebat. l. si idem. C. de codicil. & addebat, si nauigium paruulum, finge cimba, seu quam vulgò marcilianam appellamus, in portum Anconæ venisset, nemo dixerit cōditionem extitisse. s. nauim venisse, idq;
2 saltem ex cōi vsu loquendi. † Dicebam verbum nauis, generale esse, idq; probari ex tit. C. de naui. non exc. li. ii. & ex l. fi. ff. de fu. inst. In illis verbis, scapha nauis nō est instr̄m nauis, etenim mediocritate, non genere ab ea differt. De quo meminit Ias. in l. 1. nu. 67 ff. de acq. poss. & ad rem facit l. quemadmodū. §. si nauis. & seq. §. ff. ad leg. Aquil. & l. 1. in §. nauim. & §. igitur. vers. quædā autem naues. ff. de exercit. & quod Accur. scripsit in l. 1. in §. qui sunt igitur. in ver. de exercitoribus. ff. nau. cau. stab. & demōstrari euidenter potest ex allusione, seu vocabuli deriuatione, ex qua propria vocabuli significatio sumitur. l. pupillus. in §. territorium. ff. de verb. sign. & no. in l. tugurii. cod. tit. & Bar. copiose scripsit in l. oēs popu. nu. 59. ff. de iustit. & iur. & legitur in l. 2. in
3 §. appellata. ff. si cer. petat. † siue assentiamus his, qui nauim à no. verbo, quod est nato, deductum aiunt, siue frequentioribus, qui Græcum vocabulū esse tradidere, ab illis. n. naùs, naòs, vel neòs, quod est nauis: & nao, siue nauo, quod est fluo, quæ cum de nauibus tractabimus, latius attingemus. † Dicebam ēt qualitates,
4 & accidentia, quæ rebus adduntur, dr̄iam specificam non constituere: substantialia verò constituere. Quod verò diuersitates & dr̄iæ in qualitatibus & accidentibus rem differre specie non faciant, substantialia verò faciant, sensit Iurisc. in d. l. fi. de fun. instru. gl. in l. fi. in §. quoties. in ver. anno. ff. de publi. notat Bart. in l. 1. nu. 19. ff. de act. & obl. & notatur per eundem, & alios in l. ius ciuile. ff. de iusti. & iure. facit. c. cum marte. & quod hr̄i bi de celebra. missa. vbi accidentia mirum, & non aliter subiectum im
5 mutant. † Ad rem igitur nostram, Rostrum, quod nauib. apponitur, magis additamentum, quam partem dicti nauigii esse, id-
6 que iudicio meo probatur euidentes in l. malum. ff. de ver. sig. † Et propterea dicebam nauim non immutatam ex rostro, vn-
7 de & rostratæ naues dicebantur, & conditionem extitisse. † Et ex cōi vsu loquendi, cui standum est. l. librorum. in §. quod tñ Cassius. ff. de leg. 3. & per Bart. in l. Labeo. ff. de sup. leg. & doc. in proœ. decr. & latè diximus s̄. in par. j. princ. tract. ver. 2. proponitur quæstio & probat Dec. qui inter mercatores loquitur, cōsi
8 7. nu. 2. & pro tenui. Idem utiq; conceden. † Aiunt. n. mercatores, & nautæ, vbi nauigium habet hæc, quæ tibi vernacula lingua obiicio, nauim appellari castelli, balladori, gaggie, & vele alla quadra. Ex quib. apparet, siue de iure, siue ex cōi vsu loquēdi, extitisse conditionem, cum nauigium, de quo agebatur, præ dicta oīa haberet, & rostri additamētum nihil immutasse. Nec refert, q̄ diuersis appelletur nominib. nam actio vtilis, & actio directa nomine differunt, & tamen idem & substantia, & effectu censentur. l. actio negotiorum gest. ff. de neg gest. & no. Bal. in l. ex leg. in pri. C. de leg.

9 † Item notarius. diuersis nominibus nuncupatur, s. notarius, tabellio, seruus publicus, a seruiendo non à seruando dictus, vt in l. generaliter. C. de tab. lib. 10. & in §. cū autem. insti. de adopt. & in l. 2. ff. rem pup. sal. fore. & tñ idem sunt, vt no. Abb. in c. qm̄ ꝯ. in 3. col. nu. 3. de prob. similiter Primas, & Patriarcha nemo negauerit esse diuersa nomina, idem tñ sunt, & eadē dignitas. gl. in c. coram. de in integ. restitu. & in c. 1. 99. dist. Eodem ergo modo nauigium prædictum, & nauis. & his adde de hmōi vocabulo Galeone, Soc. meminisse. in consi. 55. viso instr̄o. vol. 4.

SVMMARIVM.

1 *Sponsio facta inter duos super quodam instrumento ostendendo, vel nō ostendendo, valet.*

1 HAbes & spōsionem Mat. ab Affl. dec. 389. quam supra sæpius citauimus. † conuenerāt. n. Marinus medicus, & Bactinus quidam, si Marinus ostēderet quoddam instr̄m factum inter eundem Bactinum, & sororem eiusdē, ac nepotes, eidem Marino certum vini, seu frumēti numerū tradere, & eꝯ, si Marinus nō ostēderet, quādā pecuniarū summā Bactino soluere. & r̄ndit sacrum consilium spōsionem probasse: quia cōditio habetur pro causa, & quoniam ꝯhētes sibi fidem astrinxerant, & dederāt, non obstare, q̄ pasto nudo esset facta. De quo vide, quod supra diximus in 2. part. huius tracta. ver. quid autem si pacto nudo.

SVMMARIVM.

1 *Sponsio fact a super masculo, vel fœmina nascituro non est improbata.*
2 *Quid si pareret hermaphroditum?*

1 EX oīb. aūt spōsionib. maximè oīum illa est in vsu. super masculo, vel fœmina nascituro, v. g. si minerua masculū peperit, Scius ꝓmittit decē Caio, & eꝯ stipulatur Caius, quā quidē spōsionem valere, cū inhonestam cām non
2 cōtineat, iuxta §. si qs spōsionis. s̄. satis latè probauimus. † Vñ q̄ri posset, si hermaphroditū pareret, cui comparādus? Iurisc. in l. q̄riť. ff. de stat ho. r̄ndit, eius sexū æstimandū, qui in eo prēualet. Possem, & sup hac spōsione q. subiicere, & alias ꝓponere, quas ꝯsulto p̄tereo cū hēri possit ex variis. ff. titulis, & maximè ex ti. d̄ ver. ob. & d̄ reb. du. tat sit & reg. & lumē n̄ modicū tradidisse.

SVMMARIVM.

1 *Sponsio inæquali conditione facta, an possit infringi.*
2 *Remedium l. 2. C. de rescin. vend. non competit ei, qui sciens, prudensq; rem dimidio minus iusti pretij vendiderit.*
3 *A sententia fortunæ an possit appellari. vide & infra.*
4 *In contractu transactionis, an habeat locum remedium l. 2. C. de rescin. ven.*
5 *Ambiguæ cāæ benigno atque naturali iuris moderamine temperandæ sunt.*
6 *Doctoribus aliquid obiter seu cursim dicentibus, & iuris articulos non disputando, non est admodum habenda fides.*
7 *Consuetudo mala uim consuetudinis perdit, & dicitur vsurpatio, & non est admittenda, vbi est contra naturalem æquitatem.*
8 *Fratres si diuidunt ad breuia, & sortis infœlicitatem emergit intolerabilis deceptio, diuisio in melius est reformanda, & ibidem declaratur.*
9 *Læsio quomodo probanda sit in sponsione ratione dubii euentus.*
10 *Si id, quod in sponsione deductum est, communi opinione erat indubitabile, data læsione quærelanti succurratur.*

QVæro igiť, facta est spōsio inęquali q̄dōne, Alter. n ex ꝯhentib. si nauis gerina intra Cal. Maias in portū Anconæ venerit, ꝓmittit cētū, alter verò, si nō venerit, ꝓmittit decē, vel si Argentina capieť ab Imperat. ꝓ-
1 mittit mille: alter verò † si nō capieť à Cæsare, ꝓmittit cētum, & finge alia similia, an ꝓp inæqualitatē, doli mali exceptio q̄petat; q̄ ipsas res in se dolū hēat, cū. n. petatur ex ea stipulatione, q̄ in se dolū q̄tinet, hoc ipso dolo facere vr̄, quod petit, vt dicit Iurisc. in l. si qs cū aliter. ff. de ver. obl. Itē rescindi ꝯctū posse videbatur, vt in l. 2. C. de rescin. vē. Cōtra facit, qd̄ tradiť ꝓ doc. nostros maximè in l. à Titio, & in l. cū ad p̄sens. & Deci. in q̄sil. 115. spōsiones inæqualib. q̄ditionib. ꝓponere posse, & sentire exceptione actorē remoueri nō posse, q̄ sn̄ia ex illa vulgari reg. ꝓbať, scientib. fraudē fieri non videri. Cū ergo ita ex certa sciētia ꝯhentes q̄uenerint, rata dēt esse q̄uentio, ꝯctus. n. legem ex cō uētione accipiunt. ff. dep. l. j. § si q̄uenerit. Vñ Bal. in l. 2. C. de re-
23 Annumerari culpæ nautæ puto non eſſe dubitandum, ſi illicitis inſignibus nauta in naui ſit vſus, & propterea merces ablatæ,ſeu amiſſæ fuerint.Pro quo aſſumes quæ ſcribam infra,cum de nauibus verba faciam,in ver.ſciendum eſt priuatos &c.quę ad hunc locum attinẽt,& probari,ac ſuaderi poteſt, ex l.eos.ff. de fal.in illis verbis, & illicitis inſignibus eſt vſus, quæ aliàs in maximi ponderis cauſa contra quendam magiſtrum nauis inducebam,qui cum inſignibus Anconitanis nauigare ſolitus eſſet,& iiſdem inſignibus naui onuſta mercibus è portu Anconitano anchoram ſoluiſſet,profecturus per loca imperii,tempore quo vigebat bellum inter Cæſaream Maieſtatem, & Gallorum regem, Regis Gallorum inſignibus inter nauigandum eſt vſus,captus à Nauarcho,ſeu præfecto claſſis imperii,propterea non ſine magno damno,& detrimento,mercatores iidemque domini mercium eaſdem recuperarunt,quod damnum inciuili audacia immò verius temeritate magiſtri nauis eueniſſe aſſerebam,& propterea,& ſarcire, ac præſtare mercatoribus debere.facit l.cum proponas.non ſemel citata. Idque etiam probat ex his,q̃ p̃ceptor meus Pau.Pariſ. ſcripſit in cõſ.43.nu.69.& ſeq.
24 vol.j.intẽtio &c. Vñ prouide Anconitani viri decreto† ſanxere ne magiſtri nauiũ inſignib. aliarũ ciuitatũ in nauigiis vtantur.

Dicebam ẽt,cum quidã magiſter nauis inſulam quandã,nau-
25 i mercibus onuſta,pleno velo nauigaret † piraticamq; nauim vidiſſet in vada incidiſſe,& (vt vernacula lingua dicimus) nelle ſecche,quibus ſe extricare pirata non poterat, & videns nauim prædictam tranſeuntẽ,ſcapha nauis complures nautas oratum tranſmiſit,vellet ſibi adiumẽto eſſe,vt nauis ſua à vadis liberaretur:at Magiſter nauis ſciens & agnoſcens piraticam nauim,miſeratione ductus,dimiſſa nauigatione,ſcaphã nauis ſuę cũ hoĩbus tranſmiſit,itaq; exoneratis armamẽtis piraticę nauis leuandæ eius cã,nauis tandẽ auxilio magiſtri nauis,& nautarum eius fuit a uadis liberata.quod vt primũ factũ fuit,pirata piratæ functus eſt officio,retentis.n.hoĩb.nauis,qui adiumento fuerãt,ſub colore cõueſcendi,retẽta nauis ſcapha,naui hoĩb. exarmata facilè capta,merces ferè omnes eſt deprædatus. Dicebam.n. ma-

Source : BIU Cujas

gistri nauis inciuilem audaciam mercatoribus obesse non debere, sed sibi ipsi ut damnum mercatoribus præstare teneretur. Idque suadebam, ex l. cum proponas. pluries citata, & quia iuris vulgaris regula est, cum, qui causam, seu occasionem damni p̄buit, censeri damnum dedisse l. ante. § si cum seruum. ff. ui bon. rap. l. videamus. § fi. l. q domum. in fin. ff. loc. l. qui occidit. in §. in hac. ff. ad l. Aquil. & ex eo etiam in culpa censeri debet magister
26 nauis, quod non † præuiderit id, quod a diligente fuisset præuisum, vt Iurisconsul. inquit in l. si putabor. ff. ad l. Aquil. accedit,
27 quia personæ † qualitas spectanda est l. plenum. §. equitii. ff. de vsu & hab. cum his, quæ latissimè scripsit Marsi. in rub. de prob.
28 nu. 13. & seq. spectandumq; est † quod quis solitus, & cōsuetus facere existit. l. 3. in § fi. ff. de eo quod cert. lo. l. item Mela. ff. ad l. Aqu. & facit. l. si pecuniam. in § si seruum. maxime in ver. enim uero. ff. de cōd. ob cau. & l. cum duob. §. damnum. ff. pro so. Accedat, quod inquit Bal. in l. 1. C. qui bo. ced. poss. in fi. vbi ait, pira
29 tas militare instar catulorum in syluis, nauigantiumq; † securitatem impedire, hostesq; publicos, & infames esse, & militiam exercere non posse. & idem Bal. inquit in l. nauigia. C. de fur. piratas hostibus fidei, & principis comparandos esse, & ideo posse impunè diuoliari. † Sūt enim ipso iure diffidati, quem refert,
30 & probat Iason. consi. 170. volu. 2. nomine Mag. col. 2. & piratas latrones maritimos appellat Alua. in ca. 1. §. nauigia. de statu. &
31 consue. contr. lib. eccl. & huiusmodi † piratas ter in anno solēniter ore Pontificis excommunicari scribunt Io. Andr. & Abb. in c. excommunicationi. de rap. & piratarum pessimum, & iniquissimum genus hominum esse, & his nauigandi licentiā nō solum interdictam, verum diripi impune posse propria quidē auctoritate scribit Ang. in consi. 290. thema est tale. citat auth. nauigia. C. de furt. & l. postliminium. §. à piratis. ff. de capt. & his adde, quæ de piratis scripsit Veron. in authen. sed nouo iure. C. de fer. fugi.

32 † Nō esse etiam ambigui iuris puto vitio ac culpæ nautæ vertendum esse, qui non impetu ventorū, aut tempestate coactus, sed imperitia in vada, seu scopulos inciderit; nauimque fregerit, & propterea merces, vel amissæ vel deteriores redditæ fuerint. Imperitia enim culpæ annumeratur: regula, culpa. ff. de regulis iur. reg. non est, eo. ti. in 6. l. illicitas. in §. licuti. ff. de offi. præ
41 si. §. imperitia. insti. ad leg. Aqu. & l. imperitia. ff. de regu. iur. Suadetur ex l. 1. in §. quod si propter loci iniquitatē. ff. si quadr. pau. fecis. dica. Item ex §. Celsus. in l. si quis fundum. l. item quæritur. §. si nauicularius. & §. si gemma. ff. locat. addo l. si merces. in §. q columnam. eo. tit. Et generaliter si aliter, quàm dictū est eximperitia, cum merces perierint, vel deteriores redditæ fuerint, iisdem iuribus idem respondeo.

33 † Vetus est enim illud, Quam quisque norit artem, in illa se exerceat: nec enim quis nauclerū, aut nautam profiteri debet, si nauigandi artem ignorer, cum & horum dicatur professio. l. cum nauarchorum. C. de nauicula. libr 11. vbi Luc. Pen. Accedat & illud, quod legitur in c. ante omnia. in fi. 40. dist. periculū imminere prælato, qui nauem ecclesiæ regit, & remum tenere non noluit. & his adiicies, quæ in 3. parte principali tractatus diximus nu. 27. & intellige prædicta, & si vigilantib. nautis in vada nauis inciderit: nam si nautis obdormientibus, magis, magisq; culpa arguitur, arg. l. si seruus seruum. §. si fornacarius. ff. ad leg. Aquil. illud tñ declarationis causa in proposita materia sin
34 gulariter notandum puto. † culpæ nautis verti non debere, si piscatores nocte lumine ostēso, ipsos fefellerint, qui cum in portu se recipere crederent, quasi portus sit, vbi lumen cernitur, in vada inciderent, & naufragium facerent, idq; ex eleganti l. ne piscatores ff. de incen. rui. & nau. Præsides enim ne in periculū naues, & quæ in eis sunt, deducantur, propter dicta lumina, diligenter curare debent, vt dicit Iurisconsul. ea. l. quod notent Anconitani ciues, qui polyporum, seu octipedum tempore, piscatores luminibus piscari sinunt extra domum Veneris, quē locum diui Clementis scopulos appellamus.

35 † Facile. n. nautæ dici possunt, vt credentes solitum lumen esse, quo portus demonstratur, naufragium faciant.

Item, quemadmodum nauta in vitio est, & culpæ annumeratur, si malis ministris est vsus l. vtiq;. ff. de rei vend. & diximus
36 supra. ver. culpæ ne vitio nautæ vertitur. † Ita & si non oēs ministros in naui necessarios adhibuerit, idque semper nauigii genere inspecto. Si. n. ex hoc naufragium factum sit, & merces perierint, vel deteriores sint redditæ, damnum mercatoribus est sarciendum, habes exemplum in l. item quæritur. in §. si magister nauis. ff. locat. De magistro nauis, qui sine gubernatore nauim in flumen immiserit, & orta tempestate temperare nauim non potuerit, & nauim perdiderit, vt vectores habeant aduersus eū ex locato actionem, & vide l. 1. §. non autem, versi. quid enim si ad armandam. ff. de exer.

37 † Ex facto ēt magistrum nauis dicebam culpæ damnandum, qui cum naui magno numero frumenti onusta Anconam nauigaret. Aūt domum Veneris constitit, & portus signa ingredi per aliquos dies distulit. Curabat. n. cum publicanis paciscī, ne ordinarium vectigal solueret, tū rōne minimi numeri frumenti, quod ad se spectabat, tum ēt nauis. Suborta itaq; aduersa tempestate, ruptis, atq; scissis ancorarum funibus, & fluctuum, & vē torum impetu, in opt. Imperatoris Traiani arcum memorabilem impacta nauis, & ipsam & frumētum perdidit. Hoc. n. naufragium, non iuris sui conseruandi causa euenisse respondi, iuxta l. 1. §. quod ait prætor. ff. de incen. rui & nau. & vt dicebat Bal. in d. l. cum proponas, & latè diximus supra, ver. culpæ eriā nautæ ascribitur &c. quia in facto proposito per Bal. vectigal erat illicitum, sed ex præcipiti auaritia, & culpa magistri nauis, ut in d. l. cum proponas, & vide eundem Bal. consi. 395. nume. 4. pro domino. volu. 2.

38 † Est enim Anconæ vectigal minimum, ita ut difficile maritimum portum inuenias, in quo leuiora vectigalia sint constituta, idq; non augeri quinimmo nūdinarum tempore imminui Anconitani ciues semper studuerunt, quę ciuitas ob egregiam in S. S. E. summosq; Pontifices insignem fidem, maximis priui legiis fuit decorata, iisdemq; de causis ac (quod caput est) nunquam satis laudati portus causa innumerabiles gentes mercatu ræ causa ciuitatem frequentant, quæ ciuitas (ni patriæ me amor fallit) longè maiorib. laudib. extollenda est, quàm Iurisconsul. Vlpiani patria, quam ad cœlum ipse tulit. in l. 1. ff. de cen. Sed, vt vnde diuerteram, redeā, vt magistrum nauis in culpa fuisse crediderim, mouet me quæ scripsit Iaso. l. 1. ff. si quis cau. & multa ex prędictis, ac q̄ de periculo nauigationis diximus, & dicemus.

Habent naues, vt suo loco dicemus, instrumenta, atq; armamenta sua necessaria. l. Marcellus §. armamenta, ff. de rei ven. l. naue. ff. de euict. l. interdum. ff. qui potio. in pig. habe. l. 2. §. j. ff. ad l. Rho. de iac. in illis verbis, aut si quid exarmauerit.

39 † Est enim exarmare nauim armamentis suis spoliare, vt malo, clauo, anchora, & reliquis. De quo vide notabilem l. expugnantur. ff. de incen. rui. & nauf. & habes ex eleganti l. nauis aduersa. ff. ad leg. Rho. de iac. vbi Iurisc. ait, tumultuariis armamētis comparatis &c. † in quo obiter nota verbū illud tumultuariis, inscitè exponi ab Accur. significat. n. sine præmeditatione, raptim, & festinanter emptis, & facit tex. in l. 1. in §. non autem. ff. de exer. versi. quid n. si ad armandam instruendamve nauim. & l. fi. ff. de fun. instr.

41 † Vnde puto, non solū nautæ sarciendum non esse, si nauem eius culpa exarmari contigerit, vt inquit Accursi. in citata l. 2. §. 1. in verbo conseruatis. verum ēt si in conductione nauis, bene instructam nauim esse conuentū fuerit, de quo vide Signo. consi. 195. nu. 3. in q. &c. & pp mala armamenta nauis perierit, nautam amissarum mercium damnum præstare dēre. Finge. n. ortam tempestatem, cui mediocribus quidem funibus resisti potuisset & ruptis debilib. funib. ac rudētib. naufragium factū vitio malorum funiū, quis neget amissarum mercium dānum nautam dñis præstitum iri? Cum naufragiū non ex marinæ tēpestatis discrimine, sed ex præcipiti auaritia nautę euenerit, qui armamentis necessariis nauim non muniuerit, arg. l. cū proponas iam sæpius citatæ. & in facto proposito legi Alexā. in l. hoc amplius. §. 1. ver. Nerat. ff. de dam. infe. Ex cuius verbis ac Accur. ibidē in ver. damni. quantum ad rem attinet, ex trib. notari posse culpam nautæ collegi. hic non ligauerit nauim, debuit. n. p̄uidere vel vim fluminis, vel fluctus maris. Item † ligauerit, sed malis funib. & vlti. si ligauerit bonis funib. minus tñ diligenter, iut quia bono ligno ligata forsan non fuerit, seu firmis locis. Quæ singulariter notanda sunt. Dicet aliquis, ad verbum obstare. l.
42 quemadmodū. in §. si nauis tua. ff. ad l. Aqui. in illis verbis, sed si fune rupto, aut cū a nullo regeretur, nauis incurrisset, cum dño agendū non esse. Rñdeo verba Iurisc. intelligenda esse, vbi tempestate aduersa, & impetu fluctuū funis rumpit, qđ Accurs. sensisse vr̄, dum citat. l. fin. in §. si pp. ff. de pub. & probat ex eodē §. nā in p̄cedētib. Iurisc. notauit casum culpa nautarū, deinde subdit, sed † si fune rupto. Quæ dictio, sed si, aduersat in iure, & in facto, vt notat in l. hoc amplius. §. de his āt. ff. de dā. inf. Consequēter ergo in d. ver. interpretatio accipienda est, ut oīs culpa nautarum cesset, q̄ culpa non cessaret, si vitio debiliū funiū naufragiū sequeret, vt p̄bauimus, & hanc interpretationē maximę experientiæ vir Alb. de Rosa. ibidē innuit. Et qñ in ea l. quēadmodum. multa notabilia p̄tinent, & q̄ valde ad rē (de qua est disputatio) p̄tinent, idcirco q̄dā ad verbum referre decreui: nec mihi vitio vertat aliquis: nā si nr̄æ tempestatis Iurisc. parū Latinè dicta verba referre solemus, qs dubitauit antiquorū Iurisconsul. (q legū vertices fuere) elegātia, & succi plena verba referre, absurdū non esse? Verba igit Iurisc. Domitii Vlp. hęc sunt: Si nauis tua impacta in meā scaphā dānū mihi dederit, q̄situ est, q̄ actio mihi cōpeteret, & ait Proculus, si in ptāte nautarū, ne id accideret & culpa eorū factū sit, lege Aquilia cū nautis agendū: qa parui refert an nauim immittendo, aut ferraculū ad nauim ducēdo. aut tua manu damnum dederis: quia omnib. his modis per te damno afficior. Sed si fune rupto aut cū à nullo regeretur, nauis incurrisset, cum domino agendum non esse.

Itē Labeo scribit. Si cū vi uētorū nauis impulsa esset in funes anchorarū alterius, & nautę funes p̄cidissent, si nullo alio mō, nisi p̄cisis funib. explicare se potuerit, nullam actionē dandam.

Si

Si nauis alteram contra ſe venientem obruiſſet, aut in Gubernatorem, aut in ductorem actionem competere damni iniuriæ Alphænus ait. Sed ſi tanta vis nauis facta ſit, quæ temperari non potuit, nullam in dominum dandam actionem. Si autẽ culpa nautarum id factum fuerit, puto Aquiliam ſufficere. Hactenus Vlpi. omiſſo & quidem cõſultò. §. item Labeo. diximus enim ſupra in titulo de contrac. nume. 4. & ſeq. nonnulla ad interpretationem d. §. ex quibus verbis Iuriſcon. multa ex te colliges, nos pauca notabimus. Primũ vides lapſum fuiſſe Accur. q̃ in prima interpretatione ſuper verbo, impacta dixit. Nouit enim humanioribus literis, vel mediocriter eruditus, à verbo impingo, deſcendere impegi, impactum, ex in, & pango, & ſignificare, impulſa, eliſa &c. Deinde nota, in quibuſdam codicibus non ferraculum, ſed gubernaculum legi, non tamẽ congruit literæ, ſi Iuriſcon. verba conſideraueris. Habẽt etiã complures codices verticulum, quę etiam electio videtur extranea, antiqua lectio eſt ferraculum, de quo vocabulo nõ legi aliquẽ,
44 qui meminerit, & puto verum eſſe, quod † Accur inquit, inſtrumentum nauis eſſe, non q̃ eò nauis rectè ducatur, vt ipſe inqt, & Alberi. in dictionario ſuo teſtatur, nam inſtrumentum, quo gubernatur nauis & recta ducitur, non eſt ferreum, & appellat̃ gubernaculum, clauus, ſeu temo, & forſan ſenſit Iuriſconſul. de quodam inſtrumẽto nautico, quod Delphin aliter appellatur: erat enim ſecundùm quoſdam ferreum contra ventorum im-
45 petum ad Delphinis imaginem. † Rurſus notandum eſt, Floria. in ver. & nautæ funes præcidiſſent. expoſuiſſe in hæc verba. Nautæ, ſcilicet alterius nauis, in quam impulſio facta eſt, & propter id periit ipſa nauis, ita addit Rayn. quæ interpretatio eſt contra Iuriſconſ. verba. Nam nautæ impulſę nauis, non nautæ nauis, in cuius funes impulſa eſt, funes præciderunt, quæ nauis, in cuius funes impulſio eſt facta, præciſis funibus fracta eſt, dubitabatur, an eſſet danda actio in nautas nauis, qui præciderunt, quod negat Iuriſcon. ſi vi ventorum impulſa nauis nullo alio modo niſi præciſis funibus explicare ſe potuerit. Et ex verbo, explicare, demonſtratur Iuriſconſ. intelligendum, vt dixi, ac etiam ex verſic. ſeq. idemque Labeo, vbi de naui piſcatorum, quę in retia inciderit, idem iuris eſſe dicitur, ſi piſcatores ſe aliter explicare non poſſent, inciderint, præciderunt. n. retia piſcatores, qui in retia inciderunt, conſequẽter intelligimus funes præciſos a nautis impulſę nauis, nota tamen vtrumque caſum.

Item nota, ex præcedentibus, & ſequentibus, vbi damnum datur a naui culpa nautarum, nõ ſolum agi poſſe aduerſus nautas, verum & contra dominum nauis, vt indicant Iuriſconſul. verba, & Accu. & Flor. ibidem notant; & nos latius infrà probabimus.

46 † Poſtremò, ad interpretationem verſic. ſed ſi funerupto, aut cum a nullo regeretur, nauis incurriſſet. Puto enim intelligendum, non q̃ nauis ſine gubernatore, ſeu ductore nauigatũ miſſa eſſet; quoniam ſi nauis ſine gubernatore in flumen ſeu in mare immiſſa eſſet, & propterea incurrẽdo aliam obruiſſet, in dominum daretur actio, argumento. l. item quæritur. in §. ſi magiſter. ff. loca. & hoc ſaltem vbi locus eſſet in quo aliæ naues eſsẽt, ſeu à nauibus frequentaretur. Debuit enim præuidere, argum. l. qui occidit §. in hac. ad legem Aqui. Vnde neceſſarium credo (vt proximè dixi) interpretandum verſiculum, & factum in eo ponendum, in quo & nautarum, & domini ceſſet culpa, & pp illam aduerſatiuam, ſed ſi, de qua ſupra diximus. Et ſi quis Palinuri caſum in verſic. prædicto fingeret, ſatis quidẽ iudicio meo congrueret, de quo præſtantiſſimus Poetarum ait:

Nanque gubernaculum multa ui forte reuulſum.
Cui datus hęrebam cuſtos, curſuſque regebam.
Præcipitans traxi mecum, &c.

Orta, ſcilicet, aduerſa tempeſtate, qua ductore, ſeu gubernatore amiſſo, ſi nauis incurrendo, cum temperari non potuerit, dederit, cum culpa abſit, neque in nautas, neque in dominum actio danda ſit. † Et, vt euidentior prædictorum habeatur intel-
47 lectus, & ſenſus datus magis eluceſcat, ſciendum eſt, res ipſas, vt puta naues non delinquere, ſeu culpam admittere, ſed qui res poſſident, vt inquit Imperator in §. oportet autem. in authen. de mand. princip. & Gand. in titul. de reb. non por. contra de. numero 7. Nec enim propriè dici poteſt deliquiſſe, aut damnũ dediſſe, aut feciſſe, quod ſenſu caret. l. 1. ff. ſi quadr. paup. feciſ. dicatur. Si igitur culpa abeſt in domino, & nautis nihil proponitur, vt damnum datum a naui ſarcire teneantur. Quod Accur. ſenſiſſe ibidem videtur, dum citat elegant. l. prætor ait. in §. hoc edictum. ff. de dam. infect. At vbi dominus nauis contra ſolitũ nauim dimiſiſſet, ſeu in mare, vel flumen immiſiſſet ſine ductore, uel gubernatore, præſtandum damnum eſſe, quod in currendo nauis dederit. Vt enim ex imperitia propter malos miniſtros culpę reus eſt nauta, ita & ſi miniſtros in naui neceſſarios non adhibuit, atque impoſuit, vt ſuprà probauimus, & hęc quoad. §§. prædictos attigiſſe ſufficiat. Hoc ſolum addito, quod Bald. conſil. 443. volum. 4. coram vobis &c. inquit in hæc verba: Velociter nauigare, non eſt peccatum: ſed ſi proinde altera nauis obruitur, nauta tenetur, niſi tanta vis ex improuiſo facta ſit, vt temperari non potuerit. ff. ad leg Aqui. l. quemadmodum. §. ſi nauis alteram.

48 † Euenit etiam plerunque, vt in magnis nauibus mures merces oneratas rodant, & non leue damnum dominis earundem afferatur. Vnde puto, cùm nautæ ab hac re prævalere poſſint, tanquàm culpę reos, damnum dominis præſtare debere, idque ex l. item quæritur. in §. ſi fullo. ff. loca. vbi Iuriſconſ. in hæc uerba. Si fullo pollienda veſtimenta accepit, eaque mures roſerint, ex locato tenetur; quia debuit ab hac re cauere, & propterea cauti nautę domeſticas felles in nauibus tenent, ex quo ſatis à culpa excuſandos puto.

49 † Illud etiam nautę culpę annumerandum puto, ſi propter inimicitias eius mercatores iidemque conductores damnum aliquod patiantur. Finge enim magiſtrum nauis alias piratam fuiſſe, publiceque ob id retentum, vel cum aliquos deprędatus eſſet, inter nauigandum in illoſmet incidiſſet, quos iam deprædatus fuerat: qui cum in naui magis inſtructa, melioribuſq; armamentis munita eſſent, ſibimet ius dixerint, maxima conductorum iactum iactura, omne damnum præſtandum, atq; ſarciendum eſſe puto. l. ſi merces. in §. culpę. ff. loca. l. pen. ff. ſol. matrimo. quod intelligendum eſt, ſiue nauta culpa ſua, ſiue abſq; eius culpa in inimicitias inciderit, ut in eodem §. culpæ. & Bar. Salyc. & Pau. poſt glo. probant. Satis enim dici poteſt ſua culpa damnum datum, quod propter eius inimicitias euenit, & vide Areti. in conſi. 138. quia conſultatio &c. qui idem probando, & remiſſionem vecturę fieri debere, vbi ad deſtinatum locũ merces aduectæ non eſſent: & ad id, quod intereſt, nautam teneri ſcripſit. Adde quæ latiſſimè Goz. præceptor meus ſcripſit conſi. 47. in cauſa conductorum. num. 14. cum ſeq. & nume. 20. & ſeq. & in pen. colum. & quid ſcripſerit Alexan. conſi. 20. requiſitus. in ſi. volum. 5. ſi libet legito. Addo etiam. l. videamus. in §. qui vina. ff. loca. recipiuntque ſupradictam declarationem Bartol. in eodem § culpæ. vt de propriis inimicis nautæ intelligamus. Dicit enim Bartol. cum quidam mercator merces vendidiſſet, & poſteà aduenientę exercitu merces captæ ſunt, ſi quidem merces captæ ſunt ab inimicis propriis venditoris, tunc periculum ſuum eſt, vt in eo. §. probatur. Si verò alias fuiſſet mercium facta direptio: tunc venditor de caſu fortuito non ſua culpa contingente non tenetur. l. ſi res. de act. empt.

50 † Tractari & illud poteſt, quod frequens eſt, ſi magiſter nauis inter nauigandum in piraticam nauim inciderit, & rata naui capta, merces, & cætera conductorum ſubſtulerit, an mercatoribus iiſdemque conductoribus damnum pręſtare teneatur? Et reſpondendum puto, ſi reſiſtere nauta potuerit, & non reſtitit, teneri. Si verò propter vim maiorem, aut potentiam piratæ reſiſtere non poterat excuſari. l. item quæritur. §. exercitu. ff. loca. l. ſi fundus. ff. eod. reſiſtere enim & ſe defendere debet: cùm poteſt, & dolo facere videtur nauta, qui cum poſſet, non reſtitit. l. dolo. ff. ſi ven. nomi. mu. vbi Accurſius. & facit l. j. in §. occiſorũ. ff. ad Sylle. Hæc autem intelligenda ſunt, vbi mercium domini in naui non ſunt, at vbi in naui ſunt, denuntiare debet nauta. Sed ſi denuntiare non potuit, excuſatur, ſecundum diſtinctionem prædictam, vt in d. §. exercitum. uerſi. Labeo. & ideò ſolẽt magiſtri nauium, cum piraticam nauim vident, vt notari non poſſint, & ex uoluntate dominorum mercium factũ appareat, & dominos mercium & conſiliarios, ſelectoſque quoſdam nauis homines conuocare, & his conuocatis quid agendũ ſit conſulere, atque decernere, pugnandum, reſiſtendumve ſit, & probè quidem faciunt.

51 † Hic ſubiungi poteſt, num culpæ nautę tribuendum ſit, ſi pluuiali aqua inundatæ merces hoc ipſo deteriores ſint redditæ? In quo animaduertendum puto, quædam nauigia emphracta eſſe, quędam rephracta. l. 1. in §. quædam naues. ff. de exercitatoria, hoc eſt quędam eſſe nauigia contracta, ſeu tecta, quædã aperta, & ita legendum puto in d. §. ut latiùs infrà dicemus, cũ de nauibus tractabimus. Aut igitur tectum nauigium conduxit mercator, & ex tabulato uitiato, & non bene ſarto, ſeu conſtrato, pluuialis aqua penetrando damnum dederit, & nautam tanquàm culpæ reum teneri puto: integram enim nauim pręſtare debet, ut ſupra diximus, & uitiatum tabulatum reficere debet, argum. l. ſed & addes. in §. illud nobis. ff. loca. Si uerò apertũ nauigium conduxit, & ubi nautà (ut plerique ſolent) uelis, ſeu aliis inſtrumentis tegerit, ſi aqua penetrauerit, nihil eſt, qđ nautæ imputetur: hoc enim euenire poſſe proſpicere debuit mercator, idemq; conductor. l. ſi quis domum. §. hic ſubiungi põt. ff. loc. & arg. gl. in l. habitatores. in fi. ff. eod. & eorum, quæ Aret. ſcribit conſi. 39. quia conſultatio &c.

52 † Notauit ẽt magiſtrum nauis Bal. in conſi. 54. uol. 4. qui contra uoluntatem dominorum mercium portui Anconæ ſe applicuerit: & cum de culpa nauta teneatur l. colonus. in §. nauẽ. & notari ait in l. ſi uno. §. item, cum quidam. ff. loc. damnũ præſtare debere reſpondit, quod reſponſum legito: conſuluit enim in quæſtione Anconæ agitata.

In ſumma, ex prędictis liquet, uerum eſſe, quod eleganter inquit Accur. in l. uidemus. in princip. in uer. ſuo nomine. ff. loc.

Ait

Ait enim ex illa,& l.ſeq.probari trib.modis ex culpa aliquē notari poſſe.Primum,ſi non facit,quod diligens faceret. Deinde, ſi contra pactionem.Poſtremò,ſi fuit in mora. Quam gloſ.nota,& ex enumeratis locis facile,ni fallor,omnibus,quæ ex facto proponentur reſponſa occurrent, ſupplereq; poteris ex duab. regulis,quas cum de nauigatione tractabimus.ſubiungemus,& ex his,quæ habentur in l.pignus.C.de pigno. actio.

Quarta Pars.

SVMMARIVM.

1 *Culpa agendo,vel excipiendo obijcitur,uagandum non eſt,ſed certa deſignari debet.*
2 *Culpa quomodo deducenda,& probanda ſit.*
3 *Culpa tunc afficit,cum caſus propter illam euenit,qui aliàs non euenisſet.*

BEne eſt,vt in propoſita materia cliētulis in diſceptationibus forenſibus recta conſilia demus, quomodo deducenda, atque probanda ſit culpa, hic ſubiungere. Sciendum eſt igitur, vbi vel agendo, vel excipiendo
1 †alicui culpa obijcitur, vagandum non eſſe, ſed certam culpā deſignari debere,& ſpeciatim dici.l.prætor ait.in princ.ff.de iniu.c.vt circa,de elec.in 6.Bar. conſil. 197. commune Lucignani &c.in 3.dubio.Alex.conſ.3.viſo proceſſu.col.2.vol.3.& in conſi.136.uiſo proceſſu &c.vol.7.Dec.in conſ.430.in prin. quod ſupra,& in conſ.562.nu.2.viſo puncto,& in conſ.622.nu.2.& Aymon conſ.8.Aymon Levrardi &c.maximè nu.26.

Item illud ſciendum eſt(diximus enim,ſi culpa nautarum caſus euenerit,eos teneri) neceſſarium eſſe deducere culpam illā ad caſum,qui euenit,diſpoſitam,ſeu (vt noſtri dicunt) ordinatam fuiſſe:& ni fuiſſet illius culpa,caſus ille non euenisſet. l. nō
2 omne.ff.de ſtatulibe.l is,qui.ff.de act.& oblig.c.† quia diuerſita tem.de conceſſ.præb.Bar.in l.2.in §.fin.ff.ſi quis cau. & in l. ſi ut certo.§.ſed interdum.ff.commo.quem omnino videas.Admonet enim aduocatum in forenſibus diſceptationib. Alexand.in conſ,74.col.fi.ver.4.confirmatur.libr.6. nam ſi in culpa aliquo ex prædictis modis nautam fingerimus,& tamen caſus euenisſet,etiam culpa exiſtente,quæ caſui cauſam non dediſſet, nauta non teneretur,vt eleganter notauit Paul.de Caſtr.ex l. fi. in §.ſi ea conditione.ff.ad l.Rho inquiens,limitat iſte.§ omnes leges, dicentes quem teneri de caſu,quando culpa præceſſit,vt ff. cō.l. in rebus.& l.ſi vt certo.§.ſed interdum,quia intelliguntur, quan
3 do caſus euenit propter culpam, qui aliàs non euenisſet, † ſubdit verum eſſe,etiam ſi culpa in faciendo admitteretur, dūmodo in delictum non cadat.hęc ille,qui citat l.ſi alius. in §. eſt & alia.ff.quod vi aut clam.l.is,qui.ff.de act.& obli.addo, quod idē inquit Paul.conſi.136.col.2.viſis, & conſideratis omnibus ſuperius enarratis,vol.1.& idem Paul.in materia de qua agitur ex facto conſultus idē reſpondit,vt patet in conſ.471.viſo &c.Alex. in l.2.§ quod diximus,nu.6.ff.ſi quis cau.& videbis Dec. in c.ex ratione.nu.19.extra de appel.& Lau.ſylua.in trac.de feu. recog. q.81.nu.3.to.7.& ſecundùm prædictas auctoritates primo loco relatas concludendum puto,quibus addes Dec. in reg. contractus,in fi.ff.de reg.iu.& Aym.conſ.paulò ſupra relato.

Quinta Pars.

SVMMARIVM.

1 *Nauta ſi cum ad nauigandum proſperior flatus inuitaret,vocatis loci publicanis obtulerit vectigal ſolitum ſecundum pondus mercium alibi æſtimatum,& publicani recuſauerint recipere,an ſi è portu diſceſſerit naui onuſta mercibus,merces cecidiſſe in commiſſum dicantur.*

POſtquam quomodo deducenda, probandaq; ſit culpa breuiter diſſeruimus, complures quæſtiones prout in initio polliciti ſumus,proponemus: & primò occurrit quotidiana illa quæſtio, in qua eleganter quidem ex facto conſultus reſpondit Raph.Cu.in conſ.5. non reuocando in dubium,&c.

1 Cùm quidam†nauta naui mercibus onuſta Venetias nauigaret, & in ipſa nauigatione portui alicui ſe applicuiſſet, vocatis loci publicanis,obtulit eiſdem vectigal ſolitum,ſecundùm pōdus mercium alibi æſtimatum,publicani viſis mercibus recuſarunt accipere iuxta pondera alibi æſtimata, & affirmātes merces maioris eſſe ponderis,è naui receſſerunt. Nauta cum ad nauigandum proſperior flatus inuitaſſet, è portu anchoram ſoluit: cumq; a portu parum abeſſet,vocatis publicanis acceſſit, q in commiſſum merces incidiſſe aſſerebant.Defendit idem Raphael,& ſubtiliter,& elegāter nautam ex pluribus & maximè: quia profeſſus,& obtulerat ſoluere(vt ſupra) & ex ſolitis publicanorum factionibus. Pro quo l.quantæ.ff. de publi.& quia parum proceſſerat,& a loco parum diſtabat, & vocatus iuit, ſubditq; vbi ex facto nautę res in commiſſum cadunt, verum eſſe, quoad res ipſius,domini enim rerum abſentes, & conſequēter iuris præſumptione ignorantes,dominio rerum ſuarum minimè intelliguntur priuati.l.cotem ferro.in §.dominus. ff. de publi.Et ſi ſtatuto,vel conſuetudine ciuitatis caueretur, q cuiuſcunque res ſint,in commiſſum incidant, non noceret forenſibus,& ignorantibus,niſi huiuſmodi ſtatutum, vel conſuetudo communiter in alijs locis vigeret, adeò vt ignorantia prętendi non poſſit,& cùm nauta ſoluendo non eſſet,domini mercium ſoluto vectigali reſtituendi ſunt ad merces. ff. de eo, per quem fac.erit.l.fi.in princ.& ibi notatur,probaturque optimè. ff. quā. appel.ſit.l.1 in fi.& gl.& Bar.facit etiam,quod notatur.ff.ſol. matrim.l.2. §.quòd ſi in patris.in glo.ſuper verſic.ſui iuris, & de le. 1.l.planè.2.§.1.hactenus ille. Ad quæ vide Bertach.in tracta. de gab.in 7.q.prin.nu.5.& in vlt.par.num.7.& ſeq. num.13.& ſeq. & ad id,quod de reſtitu.in integ. ait, vide quæ apud Bar. notanter in citat.l.cotem ferro. in §. dominus. ſuper verſicu. ſtatuto cauetur.

SVMMARIVM.

1 *Nauta an poſſit eſſe teſtis in cauſis domini.*

1 ITem † quæritur, an nauta poſſit eſſe teſtis in cauſa domini? Nic.Boe.dec.56.in fi.& ſimiliter &c. refert Ant. Baue. in §. pater,num.52.inſti.de teſta.ſenſiſſe, teſtimoniū dicere non poſſe,& motum auctoritate Bald.in conſ. 336. punctus infraſcripti conſilii,vol.2.cuius ſententiam improbat, per l. quoties.C.de nauf.li.11.& l.conſenſu.C.de rep.ſubdens Bal. non loqui in nauta,ſed in alio ſubdito.Ego verò conſ.Bal.ſub cita. nu. non reperi, & reſpondendum puto ad probandū naufragium nautas admitti, & idoneum eorum teſtimonium eſſe dubitari non poſſe,cum id clarè ea.l.quoties,caueatur,& ex ea.l.habes in magiſtris nauium pleniorem eſſe ſcientiam,in qua l.& Dynus, & Bar.reſpondere generaliter, nautas idoneos teſtes eſſe ad probandum ea quæ in naui geſta ſunt,& vera eſt eorum ſententia, cùm non facilè eorum,quæ in naui geruntur, per alios ſcientia haberi poſſit.l.conſenſu.C.de rep.quas leges eleganter declarauit Soci.in conſ.17.ſupra dicta cauſa &c.intelligendas, vbi exercitori,& domino nulla poteſt culpa aſcribi,quare alios nō adhibuerit,fueritque caſus, in quo non potuerit alios adhibere,vel communis conſuetudo ſit virorum prudentum, q ſuper eo, quo deponitur,alii non adhibeantur. Cùm enim verſamur in his,quæ non poſſunt probari, niſi per nautas contra extraneos, teſtimonium eorum eſt legitimum. Adde quæ ſcribit Fely.in c.in literis.nu.8.extra de teſti.& vide Alex.conſ.148.in cauſa appellationis.in fi.col.2.verſic.nec obſtat,ſi diceretur.volu.5.Addo etiam ad l.quoties. aliquas ex limitationibus cumulatas per Gram.in conſi.45.aptari poſſe in illa regula,teſtes inhabiles admitti, vbi aliter veritas haberi non poteſt. de qua in ſexcentis locis doct.noſtri ſcripſere.ſufficiat Grammatici citatum conſilium auctoritatibus ſatis refertum.

SVMMARIVM.

1 *Mercatores ſi nautæ ſarcinulas ligatas ſeu ſignatas tradidero,& uel apertæ,vel reſignatæ reſtituuntur,quibus remedijs mercatoribus eisdem dominis conſulatur,relatiuè.*

1 VVlgaris ſte illa quęſtio, ſi mercatores nautę † ſarcinulas ligatas,ſeu ſignatas tradidere,& uel apertæ,vel reſignatę reſtituuntur, quomodo, quibuſve remediis mercatorib.iiſdemque dominis conſulatur. De qua vide Bar.in l.in actionibus.circa fi.ff.de in litem iu. & eundem, qui tamen aliter loquitur in l.vni.ff.furt.aduer.nau. & in l. 1. in §.ſi ciſta.vbi etiam Bal.ff.depo.& in l.certi iuris,nu.2. C. loc. Iaſ. in l.ſi quando,nu. 48. & ſeq. C. vnde vi.& eun. in l.in actionib. nu.39.& ſeq.vbi,& plenius,& melius ſcripſit, & latiſſimè oīum præceptor meus Pau.Par.tractat reſponſorum.lib.1. ſub nu.74. in ficiari,qui reſpondit in facto mercatoris,& quidem quotidiano,& videbis eum in conſi. ſeq. ex quibus locis, quid plerique probauerint quidq; receptum ſit facile colliges, quibus addes, quod proximè ad materiam de mercatore,ſeù numulario Par. de Pu.ſcripſit in trac.de ſind.in vlt.q.to.14.& quæ Anch.ſcripſit conſi.286.ex prædicta facti narratione.

SVMMARIVM.

1 *Nauta an cogi poſſit nauigare,veluti hoſpes hoſpitari.*

QVæri poſſet, an quemadmodum caupones, & ſtabularii, poſtquàm hoſpitium aperuere, & hoſpitandi munus ſubiere,hoſpites recipere regulariter cogi poſſunt,vt not. Bart. in l.1.§.1.ff.nau.caupo.ſtab.& in l.licitatio.ff.de pub.& Bald.in auth.

Source : BIU Cujas

auth omnes peregrini.num.4.C.comm.de ſucceſſ. & Cy. in l.1. C.de epiſ.aud.& de quo videbis Anch.in conſ.157.ſummę, & tex.in l.vni.in §.1 ff.fur.aduer.nau.cau.in illis verbis, caupo.vel ſtab.repellere non poteſt iter agentes, vbi Bar. idem probat: a cuius ſententia recedendum non eſt, propter relata Iuriſcon. verba,quæ immutanda non ſunt, eodem modo nauta nauigare compelli poſſit,in qua facti ſpecie Par.de Put.reſpondit poſſe,in tract.de find.in verſ.aduocati,num.23.motus.l. cum nauar gorum.C.de na.lib.11.ſed iudicio meo propter publicum frumentum publicasve ſpecies in ea.l.commendatur, & quod ratione publicæ vtilitatis receptum eſt, ad priuatos trahendū nō eſt.l.vni.in fi.de cad.toll.& quia ad ſummam reip. nauium exercitium pertinet.l.1.§.ſi is,qui nauem.ff. de exer. vnde ſi quis naues ſuas aliquot tit.à pub. neceſſitatib. quæſierit excuſare, ſcire debet naues ipſas fiſco ſociandas.l.1.C. de naui. non excu.à publicarum enim ſpecierum tranſuectione,priuilegio,aut religionis intuitu naues vltra 2. millium modiorum capaces excuſare nemo poteſt.l.iubemus.C.eod.tit.quæ eſt ad verbum in ti.C.de ſac.ſan.eccle.Puto tamen ſententiam Par. de Put.defendi poſſe propter comparationem factam per Iuriſcō.nautarum, caupo nū,& ſtabulariorum in titu.ff.nau.cau.ſtab.& ff. fur. aduer. nau. & in caupone clarè probatur in ea.l.vni.vt ſuprà diximus. Nec quiſquam putet grauius aduerſus eos hoc conſtitutum. Nam in nautarum erat arbitrio ab initio huiuſmodi exercitio ſe dedere,& hanc ſententiam puto etiam ex mente doc.Nec tamen quiſquam ſit,qui inuitis nautis laboret nauigare:cū vix quidem ipſis volentibus nauigantes improbitatem factionesve eorum ferre queant. Peſſimū enim eſt genus hominum.l.3.§. ex hoc edicto.ff.nau.cau.ſtab.

SVMMARIVM.

1 *Nauta ſi merces vnius Marani archigubernio Cæſaris indicauerit, vt ceterorum Maranorum occultaret,an contributioni ſit locus.*
2 *Incendium ſi ſit in vicinia,& arcendi incendij cauſa ne vagetur ignis, vnius vicini ædes interciſæ ſint, quòd damnum ab omnibus vicinis ſit ſarciendum.*

SEd nec eſt quotidiana illa quæſtio ſilentio prætereunda. Imperatoria maieſtas Caroli V.Maranos, quos vocāt peſſimum genus hominum, cum religionem, & fidem nunq̄ coluit iſta natio ab omnib.imperii locis iam diu expulit,& oblatis pluries inæſtimabilib.munerib.& cōditionibus nō ſolū reuocare recuſauit,verum merces & res ipſorum omni diligentia per loca imperii perquiri, & inuentas proſcribi edicto publ.
1 mandauit, finge igitur magiſtrum nauis onuſta naui † merciū Maranorum impetu ventorum, & fluctuum ad portum imperio ſubiectum aduectum,vel inter nauigandum in archigubernium Cæſaris incidiſſe,quod vel præſes prouinciæ vel Archigubernius preſentiens omnes merces auferre quæſierit. At callidum magiſtrum nauis, vt perquirendi diligentius omnes merces remoueretur cura, cuiuſdam tantum Marani merces indicaſſe,cæterorum verò merces quodam colore occultaſſe,num Maranus qui merces perdidit iure petat contributione oīum damnum ſibi ſarciri: quia merces ſuæ pro omnib.datę ſunt, & quia ſuæ manifeſtatæ ſunt, cæterorum ſaluę factæ ſunt: In propoſita quæſtione reſpondi Paul. Caſt. in l.1.ff.ad l.Rhod.de iac. quęſtionem non abſimilem tractaſſe, in qua ſe ex facto conſultum ait,& eſt talis, cum quidam plurium mercatorum merces certa mercede conſtituta in Galliam exportaſſet, præſenſit certis de cauſis regem merces auferre decreuiſſe: qua de re requiſitus,vt mercium dominos indicaret, vnius tantum domini res manifeſtauit,cæterorum verò occultauit,idq; cautè fecit,ne diligentius perquirendi cauſa pręberetur, quo commento res ex ſententia ſucceſſit: vnius enim ſolum merces amiſſę fuere, aliorum autem ſaluæ factæ,qui merces perdiderat contribui petebat,obiicitur verò amiſſarum mercium periculum ſe tātum ſpectare,arg.l.pignus.C.de pig.ac.& l.2.in §.ſi nauis.in ver.quod verò prædones.ff.ad l.Rhod.de iac.reſpondit Pau. contributioni locum eſſe propter d.l.1. & idem plenius probat in conſilio 220.proponitur in facto. in 1.par. æquiſſimum nāque eſt commune detrimentum fieri eorum,qui propter amiſſas res aliorū conſecuti ſunt, vt merces ſuas ſaluas haberent.l.2.§. æquiſſimū. ff.ad l.Rhod.de iac.& vtrobique idem Paul. citat Gui. qui dictis
2 iuribus reſpondit,ſi incendium ſit in vicinia,†& incendii arcendi cauſa, ne vagetur ignis, vicinorumq; ędes comburat, vnius ędes interciſæ,& diruptæ ſunt, damnum domino ædium diruptarum ab omnibus vicinis ſarciendum eſſe,cum ſi interciſæ ędes non fuiſſent,omnibus vicinis ignis nocere potuiſſet, arg.ff. quemad.ſer.amitt.l. ſi locus.§.fi. vbi Flo. vide & C. de om. agro deſer.l.quicū que.in fi.ff.ne quid in lo.pu.l.2.§.viarum,& vide l. ſi alius.§.eſt & alia.vbi optima lex,& ibidem Bar. ff. quod vi aut clam. Subdit idem eſſe in oratore alicuius ciuitatis capto, & redempto,vt vniuerſi ciues ad contributionem vocētur.De quo eleganter Bar.in l.ſi ſeruus.in §.quod verò mandati. ff.de fur. & apud eum Alex.tractauit,& ſecundum Pau.ſententiam in prōpoſita q.reſpondendum putaui,quib. adiicies Bald. conſil.442. quidam nominis.in 3.li.

SVMMARIVM.

1 *Exercitor quando ex his, quæ geſta ſunt cum magiſtro nauis, & recepta, quando nauta reſtituere teneatur, & quando in exercitorem detur iudicium ex delictis eorum,qui in naui ſunt,relatiuè.*
2 *Interpretatio ad l.primam.in §.magiſtrum.& l.ſi.ff.de exer. relatiuè.*

1 SCio alienum non eſſe a propoſita materia, diſputare,†qñ exercitor ex his,quæ geſta ſunt cum magiſtro, aut præpoſito naui(quem patronum nauis vulgò appellamus)& recepta,qñ nauta reſtituere teneatur, & ex delictis eorum, qui nauigandi cauſa in naui ſunt, in exercitorem qñ iudicium detur:& his ſimilia. Sed qñ veteres Iuriſc. hæc adeò eleganter, copioſè,ac appoſitè tract.vt vix quicquam addi poſſe videatur, vt patet ex ti.ff.& C.de exer.ff.nau.cau.ſtab.ff.fur.aduer.nau.cau. ſtab.iuris interpretum loca quædam tantum addere contentus ero.Bal.in rub.C.de exer.& inſt qui qñ, & quomodo exercitores per magiſtros nauis obligentur, plenè diſputat materiam hanc & vtilem,& opulentam,inquiens.Et ad inſtitorię,ac exercitoriæ materiam videbis Alex.in conſi.44.viſo, & diſcuſſo,vo
2 lum.2.†qui l.fi de exer ff.nō ineleganter interpretatur. Pau.Ca. conſi.20.in 2.par.& in conſi.345.ea.par.Dec.in conſil.510.in ca ſu Paul.Par.in conſi.93.col.fi.vol.1. Etan ex delicto magiſtri nauis,ſeù nautarum exercitor teneatur, & præcipuè ad interpretationem.§.magiſtrum poſitorum, in l.1. ff. de exer. Vide quæ copioſè Matth.ab Affli.notauit dec.82.dubitatur, an dominus nauis. Rom. conſil. 74.& in materia proximè dicta confugito ad Specul. in tit. de fur. verſic. alia quoque actio. Innoc. extrà quod met.cau.c.ſuper eo.Ias.in l.in actionibus,num. 40. & ſeq. de in lit.iur.Nico.Boer.dec.56.& ſimiliter Alc.in tract. de præſ. reg.3.verſ.40.

SMMMARIVM.

1 *Nautæ, qui operas ſuas in nauis miniſterio præſtitit, an in ipſa non tacita pro ſeruitio competat hypotheca.*
2 *Interpretatio ad l.interdum,& l.ſeq.ff.qui pot.in pig.ha.*

1 ET † illud in dubium aliquando venit,num nautæ,q operas ſuas in nauis miniſterio præſtitit, in naui ipſa tacitè pro ſeruitio competat hypotheca, & competere videbatur: Mouet l.interdum,ff.qui potio in pig. hab.in illis verbis: Si in rem iſtam conſeruandam impenſum eſt, & reliqua.Rurſus mouent Iuriſcō.verba in l.ſeq.huius enim pecunia ſaluam fecit totius pignoris cauſam,& paulò infra. Et ſi in cibaria nautarum fuit creditum, ſine quibus ſalua nauis peruenire non poterat.Si igitur mutuātibus in cibaria nautarum competit hypotheca,fortius ergo & nautis, cum ab ipſis nautis nauis conſeruetur,auth.multò magis.C.de ſac.ſan. eccle. Contrà verò,quia certi ſunt caſus, in quibus tacita inducitur hypotheca, & qui exprimuntur in tit.ff.& C.in quib.cau.pig taci.contra.Inter quos caſus. de quo quæritur, non eſt enumeratus, nec legi aliquem id dicentem,& præſertim Neg.in trac.de pig.in 4.mēbro.2.par.non enumerat. Dicendum eſt ergo tacitam eis non competere hypothecam,& hoc arg.videtur vti Iuriſcō.in l. patre furioſo.ff.de his,qui ſunt ſui, vel alie.iur. & in l.obligationū ferè.in §.placet.ff.de actio.& obligatio.facit tex. in §. actionum. inſt.de act.& hoc met arg.vtitur Aymon in conſi.6.num.97.& in materia propoſita idem Neg.vbi ſuprà,ſub num. 211.& cum leges non dixerint,nec nos dicemus.l.ſi ſeruum,§.nō dixit prętor.ff.de acq.hæred.Si enim voluiſſet,expreſſiſſet.l.vni.§. ſinautem ad deficientis.C.de cadu.tollēd.& ſcribit Dec. in cōſi. 442. numero 8.& hęc ſententia ex his,quæ ſcripſit Bald. confirmari poteſt in l.certi iuris,num.7.C.loca.

2 †Eſt & pro hac ſententia conſiderādum.l. interdum, & ſeq. legem procedere in mutuante ad refectionem nauis, ædificiive,ſeu rerum,vt ſaluæ fiāt,& probatur in l.1.ff. quib. cauſis pig. taci.contr.& ſcribit Alex.in conſil.217.nume. 2.vol.7.quod eſt vltimum,& Neg.vbi ſuprà, ſub nume. 202. & leges illas locum habere in mutuātibus ad reficiendum, non autem ad faciendum,vt ſcribit Accur.ibidem in glo.fi.& Dec.in l.creditor. ff. ſi cert.pet.Nec obſtat,quòd contra hāc ſentētiam diximus à nautis naues conſeruari, & ſi nautæ ſaluam nauim faciunt, & mutuātibus in cibaria ipſorum hypotheca conceditur. Ergo multò magis nautis, quoniam non ipſorum cauſa eſt conceſſa hypotheca, ſed cauſa inſpecta, inquam itur in creditum, quòd ſi quis abſurde à nobis ita conſtitui putet, cogitet lōge abſurdius eſſe,vt fabris,qui domos faciunt, ſeu reficiūt, denegetur tacita hypotheca, cùm ipſorum operis ædificia conſeruentur: arg. l. 3.in ver.niſi fortè.ff. nau. cau. ſtab. & hanc ſententiam puto veram, licèt ſecundum priorem ſentētiam obſeruatum viderim.

Res

Source : BIU Cujas

Beneuenuti Stracchæ. De Nauibus.

Res autem inuectas pro vectura nauis tacitè obligatas esse, certi iuris est, vt dicemus in tract. de nauibus, versi. illud etiam notũ est, & nautis alias actiones non denegamus iuxta l. primam, in §. non autem. ff. de exerc.

Vltima Pars.

SVMMARIVM.

1 *Nauta quibus actionibus conueniendus sit, relatiuè.*
2 *Electio datur dominis mercium agendi, vel contra magistrum nauis, vel dominum, iuxta propositionis legem.*
3 *Merces vbi sunt amissæ, vel deteriores redditæ culpa nautæ, actio conductoribus datur, vel contra magistrum nauis, vel dominium nauis.*
4 *Dominus nauis, si culpa nautarum condemnatus soluerit, ab eis potest repetere.*

1 NOuissimè, quibus actionibus agendum sit, breuiter videamus, † & ex variis, & diuersis figuris factorum, & causarum, variè ac diuersis modis agendum est, secũdùm ea, quę retulimus in 3. parte huius tract. & paulò superiùs in ver. scio alienum. vbi complura iuris interpretũ loca citauimus, & præsertim Spec. in tit. de fur. ver. alia quoque actio. in quo loco libellum concepit in actione, quæ ratione furti datur in nautam, si à nauta, vel aliquo homine libero, cuius opera vetatus, seu eius familia, furtum factum fuerit, & in actione in factum ex illo edicto. nau. cau. stab. assumes etiam, quæ dicemus in vlti. par. tract. de nauib. ad hunc enim locum valde pertinent. In exercitoria autem illud dispice, an is, qui nauem exercet, in potestate sit, iuxta l. 1. §. si is qui nauem. ff. de exerc. & videbis Paul. Par. in consi. 93. volum. j. dicendum videbatur. Et dic, vt eleganter Iurisconsultus prosequitur in l. 1. & seq. ll. ff. de exer. qui additione non eget. & solum addam loca quædam, quæ in citato verb. retulimus.

2 †Et illud, dominis mercium electionem dari, vel contra magistrum nauis vel dominum, iuxta præpositionis legem agẽdi, & hoc amplius, licèt prępositiõ certam legem de contrahentibus non habeat. l. 1. §. igitur præpositio. ff. de exer.

3 †Nihilominus vbi merces sunt amissæ, vel deteriores redditæ culpa nautæ, actionem dandam puto, & aduersus magistrum nauis, & dominum nauis, & in potestate, ac manu conductoris esse, aduersus quem velit experiri. Vt enim ex quasi maleficio tenetur exercitor propter dolum, vel furtum, vt in titulo. ff. nau. caup. stabul. & titulo. ff. fur. aduer. nau. & in §. item exercitor. instit. de oblig. quę ex quasi delic. & secundùm plenè notata per Matth. ab Afflic. & Nico. Boe. in citatis decisioni. Ita & pari modo ex culpa, quoniam, vt illud statutum est, quia culpę reus est exercitor, qui opera malorum hominum vtitur. d. §. item exercitor. & ff. fur. aduer. nau. l. 1. §. penultim. & l. 1. §. familiæ. ff. de publ. & l. si seruus seruum. in §. Proculus. ff. ad leg. Aqui. item simili, & eadem ratione dominus nauis teneri debet, si minus idoneos ministros in naui posuerit. l. vtique. §. culpę. ff. de rei vendi. Pro qua sententia facit tex. in l. 1. in §. magistrum nauis. ff. de exer. in illis verbis, exercitor curare debet nautas culpa, & dolo carere: & qui nautas minus peritos in naui ponit, sibi imputare debet, vt co. loco dicitur. & ea. l. §. non autem: idq; admittendum est propter necessitatem, atque nauigandi vtilitatem, & ne conductores decipiantur, argum. eiusdem. l. §. magistrum autem, & hęc sententia comprobatur ex l. quemadmodum. §. si nauis. iuncta glo. in verbo Gubernatorem, & his, quæ Flor. ibidem scripsit. ff. ad leg. Aquil. & ex. l. 1. §. Est autem nobis electio. ff. de exer. facit l. licèt. in §. possumus. ff. de naup. caup. stabul. Nec quemquam moueant. l. prima. ff. de præscrip. verb. & l. item quæritur. in §. si magister. ff. loc. vbi Iurisconsultus inquit, in magistrum dari actionem, quoniam non negat Iurisconsul. etiam aduersus dominum actionem dari, & minus etiam moueat. §. igitur præpositio. in initio citatus, quoniam hoc est culpa domini, qui imperitos adhibuit, & minus idoneis est vsus nautis, ex qua præponendo consequenter tenetur. Planè si ex nauta-
4 rum culpa dominus † condemnatus soluerit, ab eis posset repetere. Et ita Aret. post Ioan. Fab. respondit in §. item exercitor, numero tertio, instit. de oblig. quæ ex quasi delict. idque argum. l. si colonus ff. de aq. plu. arcen. & l. si verò. §. cum autem. ff. de his, qui deiece. quæ sententia & vera, & probabilis est, & pro qua l. licet. in §. possumus. supra relata. Exercenti autem nauem aduersus eos, qui cum magistro contraxerunt, actionem non dari, clari iuris est, sed aut ex locato cum magistro, si mercede operam ei exhibeat, aut si gratuitam mandati agere potest. l. 1. §. est autem nobis, ff. de exercit.

BENEVENVTI STRACCHÆ Patritij Anconitani.

De Nauibus.

SVMMARIVM.

1 *Nauis exercitium vtile, & necessarium est, & ad summam Reipublicæ pertinet.*
2 *Nauis appellatione omnia nauigiorum genera continentur.*
3 *Sinedria, genus nauis spatiandi causa facta.*
4 *Naues emphractæ ebipatæ seu embatæ quæ sint, & declaratur. l. 1. in §. quædam. ff. de exer.*
5 *Statutum in naui, & in nauicula locum habet.*
6 *Nauis maritima est rates fluuiatilis, secundum Accur. quod reprobatur.*
7 *Nauigium, generale verbum est, quod & pro nauigatione ponitur.*

DEi Opt. Max. implorato auxilio. Postquã de nautis vidimus, bene est, vt nostra disputatio iam ad naues referatur (vt in initio polliciti sumus.) Non enim existimes velim me de inuentoribus nauium, ipsarumque generibus, partibus, armamentis, materia conficiendarum nauium, eorum, qui in naui sunt vocabulis, & aliis huiuscemodi, verba plenè facturum, sed quędam, quæ in iure nostro sparsim habentur, breuiter tractaturum, & pręcipuè quæ ad vtilitatem pertinebunt. Sunt enim, qui iam dicta diligenter, ac eleganter tractarunt: quos si malueris, legito. † Admonet nos, quia nauis exercitium vtile, &
1 necessarium est, & ad summam reip. pertinet. l. j. in princ. & §. si is, qui nauem. ff. de exerci. ac naues ipsas ad mercaturam exercendam necessaria instrumenta esse, nemo est qui nesciat, & hac dispositione, seu hoc ordine procedendum duximus.

Primum enim de significatione vocabuli, variisq; nauium generibus breuiter disputabimus.

Deinde multa, & varia ad naues pertinentia permistè referemus, quæ quoniam breuia, in separatis sedibus non putauimus esse collocanda.

Tum de locationibus, nauiumque conductionibus separatim disseremus.

Nouissimè de libellis, actionibusq; nauium causa competentibus, quàm breuissimè verba faciemus.

Inscripsimus de nauibus, sub quo vocabulo omnia nauigio-
2 rum genera contineri diximus, & probauimus sup. in tract. de sponsionib. in illa parte, in qua quæstiones subiecimus. versic. item quæritur, Alexander. Licèt non me lateat nonnullos ex Græcis auctoribus inter naues, & nauigia differentiam auctoritate Aristotelis constituisse, vt nauigia quidem rotunda, illæ autem remigabiles, & militares. Sed in iure nostro non est receptum, idque liquet tum ex auctoritatibus citatis in loco proximè adducto, & l. j. in §. ait prætor. ff. de flumi. tum ex l. 2. ff. de capti. & postli. reuer. vbi Iurisconsultus in hæc verba: Nauibus longis, atque onerariis propter vsum belli postliminium est, non piscatoriis, aut si quas actuariis voluptatis causa parauerunt. Item in tit. de exerci. l. j. §. magister, versi. nauem (ait) accipere debemus, siue maritimam, siue fluuiatilem, siue in aliquo stagno nauiget,
3 siue synedria sit. † Est enim genus nauis synedria, quæ spatiandi causa facta sit, & in qua sint sedilia, & licèt ibidem Bud. loco synedria schedia legat, & ait, schediam esse nauigium temere factum, & inconditum, vt trabes connexæ, & in fabricam compactæ, quæ vicem nauigii prębent. Ego vero Alciato assentior, qui verbum legis non immutat. Item in ea. l. in §. quædam. Iurisconsultus ait, quædam naues onerariæ, quædam (vt ipsi dicunt) emphatæ sunt.

4 †Quem locum etiam obiter scias à Budæo restitutum, ut loco emphatæ, embipatæ, seu embatæ legat, quasi uectoria nauigia, & naues, quæ vectoribus traiiciendis aptę sunt, sed melius legẽdum puto emphractæ: sunt enim naues tectæ, à verbo græco, emphratto, obturo. Vide in dictionario nuper restituto in ver. emphractæ, & Nico. Boer. deci. 177. num. 16. & videtur. Et adde Alc. in parerg. lib. 1. c. 34. vbi quid significet verbum epibates declarat. Ex quibus habes verbum nauis, vt generale, meritò electum esse. Vnde Bal. in l. j. in §. de exercitorib. ff. nau. caup.
5 stabu. † statutum in naui, & in nauicula locum habere respondit. Quod & Aften. probat in tract. de con. decre. stat, in ver. nauis, & vide l. scapham. ff. de euictio. & l. vulgaris, in §. sed & si quis, ff. de fur. vbi Iurisconsultus de naui vinaria meminit. Et prædicta ad complures iuris articulos aptare poteris, & vide, quæ scripsimus in cit. loco de spons. & quæ ad hunc locum attinẽt, illinc assumes.

6 † Nec

Source : BIU Cujas

†Nec me latet Accur. in l. solent. ff. de feriis sensisse, nauem maritimam esse, ratem verò fluuiatilem. Cuius sententiam nō probo, quoniam verbum, nauis, generale est, tum quia est contra dictas leges, & maximè l. 1. in §. magistrum. ff. de exer. in ver. nauem. Tum maximè, quia rates propriè dicuntur connexæ, & rectè compactę inuicem trabes, quæ per aquam trahuntur. De quo verbo crebra est mentio in ti. de inc. rui. & nau. Ex quibus legib. in tit. prædicto satis id verum esse liquet, & ratib. in fluminib. nos vti solere, qnod & verum est, vnde ratiarius, de quo in l. qui ratiario. ff. de pig. actio.

7 †Nauigium etiam generale verbum esse nemo ambigit, qđ & pro nauigatione aliquando accipitur, vt in l. qui Romæ. in §. Callimachus. ff. de verb. oblig. & in l. cùm proponas. C. de nauti. fœno. & in l. j. in §. ait prętor. & in princip. ff. de flumi. in illis verbis. Nauigium pro nauigatione positum est, immò nauigiū solemus dicere, etiam ipsam nauem & nauigii appellatione etiam rates continentur.

Secunda Pars.

SVMMARIVM.

1 *Nauis partes quæ sint.*
2 *Priuati naues habere non prohibentur, exceptis senatoribus: & qui prouinciam administrant, in ea nauim fabricare non possunt.*
3 *Naues sub titulis alienis seu insignibus, vt necessitates publicas euitent, excusare non licet, sub pœna proscriptionis earum.*
4 *Anconitani ciues, qui imaginarias emptiones pecudum forensium faciunt, vt a publicis oneribus subtrahant, damnantur. & quòd pecudes sint publicandæ.*
5 *Lex, plerique. ff. de in ius voc. quod in naui etiam locum habeat.*
6 *Nauis paratur, vt nauiget, et naui siue alia re socius socio inuito vti potest, si vtiliter agit.*
7 *Nauis si sit plurium, & non conueniant in eligendo magistrum, præfertur is, qui magis idoneum elegit.*
8 *Nauis seu alterius rei si duo sint domini, & refectione res egeat, alter negligens est in reficiendo, si alius communi nomine refecit, & cessant intra quatuor menses sumptus erogatos pro portione non restituit cum vsuris centesimis, qui reficit, ius dominij obtinet.*
9 *Nauis si dissoluta & refixa, & ijsdem tabulis compacta vel refecta sit, an eadem vel alia nauis dicatur.*
10 *Nauis si ex alienis tabulis refecta vel facta sit, ac maneat facientis, seu reficientis. Et quid si ex aliena materia.*
11 *Nauis si tempore, quo recedit ex aliquo loco, eget refectione, & cum ad destinatum locum peruenit, tantundem & medio tempore, quo nauigauit refectione indiguisse præsumitur.*
12 *Naui empta cum instrumentis, scapha non debetur, & publicata naui, scapha non censetur publicata.*
13 *Naue tradita, consequenter nauis dominium quibus modis translatum dicatur.*
14 *Naui quadam exercuit Titius artem piraticam, vendidit deinde eandem nauim, non his qui deprædati fuerunt a Titio cum dicta naui, aliquo iuris remedio consuli possit aduersus nauis emptorem.*
15 *Nauis seu res alia inanimata non delinquit.*
16 *Piratæ res licet vnicuiq; occupare, quia hostibus comparantur, & sunt ipso iure diffidati, & quomodo intelligatur.*
17 *Bona delinquentis sunt tacitè obligata ad satisfactionem de iure pontificio, & quomodo procedat.*
18 *Emens, seu redimens nauim a piratis & latrunculis exteræ gentis, pretium quod soluit, a domino recuperare potest.*
19 *Scapha, quæ exonerandæ nauis causa fuit onusta mercibus, si submergatur, non est locus contributioni. Contra verò, si nauis pereat, & scapha salua sit.*
20 *Naui seruitus imponi nequit, vt semper merces alicuius deferat, conuentio tamen iure pacti, & personalis obligationis circa id defenditur.*
21 *Nauim venalitiarum mercium perforans Aquilia actione tenetur.*
22 *Nauis tua vi fluminis in agrum meum delata tolli non potest, nisi de præterito quoque damno caueatur.*
23 *Naues omnes sua habent vocabula, & quare.*
24 *Instruentes, & docentes hostes in fabricandis nauibus capite plectuntur.*
25 *Nauium, & plaustrorum præstationes, inter regalia annumerantur.*
26 *Nauis si tempestate ad portum relata sit, seu hostium, vel piratarum timore portui se applicuerit, quòd vectigal non debeatur, & circa l. Cæsar. ff. de pub. quædam alia.*
27 *Nauis diuisionem non patitur, & locus Cassellij refertur ad quintū Fabium Læbeonem damnatum, qui naues secuit diuidendo cum rege Antiocho.*
28 *Promittens per se nauim fabricare per alium faciens non liberatur.*
29 *Sylua si pignori data sit, nauis ex ea constructa non intelligitur pignori subiecta.*
30 *Prohibitum si sit vendi, & exportari lignum, an sit prohibitum vendi, & exportari nauim.*
31 *Laudemium si debetur regi ex venditione rerum immobilium, quod non debeatur naui vendita, quoniam inter mobilia, non autem immobilia annumeranda est.*
32 *Extranei si lege municipali acquirere immobilia prohibentur, non censentur prohibiti naues acquirere.*
33 *Naues ex portu dimittendæ non sunt, nisi naucleri deponant in quam prouinciam sunt profecturi.*

HAbent & naues quasi membra sua, veluti gubernaculum, malum, antennas: de quibus in l. scapham, ff. de euict. & in l. malum. ff. de verb. sig. & de armamentis
1 †nauis vide l. Marcellus, in §. armamenta. ff. de rei vē di. & adde ad prædicta. l. naue. ff. de euict. & Bud. in l. 2. in §. 1. ff. ad l. Rho. de iac. & l. expugnatur. ff. de incen. rui. & nau. quæ scire expedit, tum propter ea, quæ in citatis ll. habentur, tum etiam vt intelligamus quæ sint partes nauis, & in notabili qōne ex his argumentum sumit Soc. vt possessio nauis tradita censeat, consi. 55. nu. 5. & 8. vol. 4. viso instrumento.

Et sciendum est, priuato naues habere non esse prohibitum, vt in l. 1. C. de naui. non excu. lib. 11. senatoribus enim tantum ex l. Iulia repetundarum naues habere non licebat, vt dicit Iu-
2 risco. in l. his, qui naues. ff. de vaca. & excusa. † & in eadem prouincia, in qua quis administrabat, nauem ędificare prohibebat. l. aufertur. in §. quod à præside. ff. de iure fis.

3 Verùm illud mercatores †non ignorent, ꝙ licèt imperator priuatos naues habere non prohibuerit, si tamen nominibus, titulis alienis, seu insignib. naues proprias excusare voluerint, vt publicas necessitates euitent, naues ipsas fisco proscriptas intelligi, vt probatur ea. l. 1. C. de naui. non excu. quam l. valde nota, & vide Mar. Lau. in tract. de fisco. q. 170. & Franc. Luc. in eo. tract. de fisco, par. 2. num. 9. tom. 6. Vidi enim plerunque naues mercatorum, sub potentiorum titulis, & insignibus falso nauigare, idque præcipuè ex eo mercatores faciunt, vt publicis non subsit oneribus. & quam l. primam, in nauib. loquentem ibidē Bart. generaliter intelligit in qualibet re, quæ subtrahitur a publica necessitate, & inducit contra comitatenses, qui sub titulo ciuium rem aliquam eius procurant: vt oneribus res empta nō
4 subiiciatur, †& tu posses inducere contra ciues Anconitanos, qui pecudum forensium imaginarias emptiones contra decreta Anconitana faciunt, vt pecudes ipsas à publicis onerib. subtrahant, sunt. n. pecudes publicādæ, quę adeò vera sunt, vt nec religionis intuitu, & sic naues ecclesię à publicis vtilitatibus excusentur. l. iubemus. C. eo. ti. quæ l. est ad verbū sub tit. C. de sacros. ecc. adde, quæ infra dicemus vers.

5 †Item sciendum est, quod legitur in l. plerique. ff. de in ius voc. & in regula, nemo de domo sua. ff. de reg. iuris, inuitum è domo sua extrahi neminem posse: cum sit tutissimum refugiū, & receptaculum, & in naui locum habere receptum esse, vt scripsit Alberi. de Ros. in l. pe in §. fi ff. de his, qui deie. idq; ex eo ꝓbatur, quod Bald. inquit in l. certi iuris, colum. 2. num. 7. C. loca. nauim vrbano prædio, & non rustico comparatam esse de quo vide latè per Vero. in tract. de seruit. vrba. prædio. c. 11. colum. 1. versi. quid de naui. Neg. in tract. de pig. in 4. memb. 2. par. pri. num. 169. & vide Ias. in citata l. plerique. & in l. quominus. nu. 115. ff. de flumi in quo loco codex Iaso mēdosus habetur, cum contra Bald. referat. Adde eundem Ias. & Alex. in l. inter stipulantem. in §. sacram, ff. de verbor. oblig. & licèt aliter senserit Rom. in l. 1. in §. domini appellatio. ff. ad Sylle. motus. l. 1. in §. si quis de naui ff. de vi & vi arm. ego tamen Albe. & cæteris assentior, & in eadem opinione est Deci. in citata regula: Nemo de domo sua, & respondet ad §. si quis de naui. illud esse, quoniam interdum illud ad res soli pertinebat, & inscriptum erat. Cuius responsum probabile esse demonstratur ex ea. l. 1. in §. hoc interdictum. considerando principium versicu. & generaliter, & vers. planè & alias leges. ff. de ui, & vi arma. non tamen omitto, quod Nico. Boe. q. 177. sub nu. 7. inquit, interdictum illud cōtra deiicientem de naui non competere: nam quidam dicunt maritima castra esse classem, dicūtq; alii nauibus se vti, quasi aquatico elephanto, quem suis frænis moderantur, & vide quę latè circa prædicta scripsit Andr. Tiraq. in co. de vtroque retr. pagi. 100. num. 89. & seq. & quæ nos in hac ipsa parte dicemus in pē. quæstio.

Illud clarissimi iuris est, nauigatum nauim mittendam, licèt naufragii periculum sit.

6 †Nauis etenim ad hoc paratur, vt nauiget, glo. in l. si nauis. ff. de rei vend. & Iurisco. inquit in l. vtique. in §. culpa. ff. de rei vendi. in l. arboribus. in §. nauis. ff. de vsufruc. ex quibus verbis sumpsit argumentum Accur. socium inuito socio rem communē ad vsum, in quem parata est, vti posse, & ego fingo tibi quæstionem, duos esse dominos nauis: alterum velle congruo tempore ad nauigandum ipsam nauim nauigatum mittere, alterum verò malle in portu permanere, & præferendum illum existimo, qui rem ad vsum patatam vti velit, & vtiliter agere recusante socio, vt tradūt Bar. & Pau. in l. hæc distinctio. §. cum fundum, ff. loc. & idem Bar. in l. serui electione. §. Labeo. ff. de leg. j. vbi latissimè Ias. & Doc. scribunt in l. duo fratres. ff. de acq. here, & vide, quę habentur in l. Sabinus. ff. commu. diui. Adde Ias. qui

Bart.

Source : BIU Cujas

Bart.vbi ſupra,commendat,in l.quominus,nu. 159. ff. de flum. & latè & eleganter idem Laſ.ſcribit in conſi.98. colum. 2. accedo,volum.1 & copiosè Soci.in conſi. 58.in cauſa,per totum,volum.4.ex quibus auctoritatibus habes, vbi negotium eſt tale,vt ex parte expediri nō poſſit,ſocium inuito ſocio, ſi vtiliter agit, re communi vti poſſe ad rem paratam, facit tex.in l.hæredes. in §.ſi vnus ff.fam.ercis.

Poſſem modo conuenire ſocios,vt nauis nauiget: diſſentire tamen in magiſtro nauis,& vnum tantum velle (nihil enim ꝓ-
7 hibet † plures magiſtros nauis præponi poſſe) ſed ſibi domini, & exercitores præcaueant,vt admonet Iuriſ.in l.j. in §. ſi plures ſunt magiſtri, ff. de exer. alter enim imperito, & nauigationis prorſus ignaro,& culpatæ forſan vitę nauim vult committere. Alter verò valentiſſimo nautæ, & honeſtæ famæ, puto, hunc præferendum,qui peritiſſimum nautam elegit,tum ex his, quæ habentur in l.non aliter.ff.de vſu,& habi.& Ange.in l.1. C. qui teſt face.poſſ.& ibidem Laſ ſub nu. 14.& Soc. vbi ſupra, cōſi.58. quem videas ꝓp naulum,ſeu vecturam nauis diſcordia durante:tum maximè, quia æquum eſt eum, qui magiſtrū nauis præpoſuit teneri,vt dicitur in l.j.in prin. ff de exer. & ſibi imputare debet,qui minus idoneum prępoſuerit.

Naues plerunque refectione egere,nemo eſt, qui neſciat: & innuit Iuriſcō.in l fi.ff.de exer. Nec etiam longo tempore durant,licèt nouis tabulis reficiantur,vt ſcribit Ange.in l.foramē. ff.de ſerui.vrb.præd. Vnde proximè accedit ad propoſitas quæſtiones illa dubitatio, † duos fingito exercitores, ſeù eiuſdem
8 nauis dominos: Alterum ceſſantem,& negligentem reficere: Alterum verò nauim,quæ vitium fecerat, communi nomine refeciſſe. Puto,ſi intra quatuor menſes ſocius ceſſans nummos pro portione erogatos cum centeſimis vſuris non reſtituerit conſocio,qui refecerit ex oratione Diui Marci reficiēti ius dominii pro ſolido vendicare.vel obtinere decretum eſſe.l. ſi fratres.§.idem reſpondit,ver.idem reſpondit ſocius, qui ceſſantis. ff. pro ſoc.l.ſi vt proponis.C.de ędifi. priu. quæ iura ſingulariter notanda inquit Are.inſti.de actionib.§.ſequens.nume.13.contra ſocium ceſſantem reficere rem communem. Si enim alter reficit,& ceſſans intra quatuor menſes non reſtituit partem impenſarum cum vſuris,perdit dominium ſuę partis,& reficienti acquiritur. Probat,& commendat ibidem Laſ. ſub nu. 48. & idē Laſ.in repeti.l.quominus.ff de flumi.nu.112.& in l. creditor. nu. 7.ff.ſi cer.pet.Hoc idem placuit Vero.in trac.de ſer.urb.præd.in tit.de refect.rub.59.uer.quartò quæritur,ſubdens id ualde notādum eſſe,& uide Mar.ſing.369.mille.

9 †Sed dubitari poſſet,ſi nauis diſſoluta, & refixa, & iiſdem tabulis compacta,uel refecta ſit, an alia nauis dicenda ſit, uel eadem? Eleganter reſpondit Iuriſcon.in l.inter ſtipulantem. in §. ſacram.ff.de verbor.oblig.& in l.quod in rerum.in §.fi. ff. de le. j.in l.qui res.in §.à ream.ff.de ſolu.& in l.quid tamen.in §.in nauis.ff.quibus mod.vſufru.amitt. Ex quibus iuribus habes,ſi nauis ea mente reſoluta eſt, vt in alium vſum tabulæ deſtinarentur,ſi mutato conſilio nauis reficiatur,non prior nauis,ſed alia dicenda ſit.Quod verum,ſi carina nauis diſſoluta,& mutata ſit, item verum,ſi nauis penitus, ſeù in totum vno contextu diſſoluta fuerit:ſecus,ſi per partes diſſoluta,& per partes refecta: tūc enim eadem nauis dicitur,& adde Alex.in d.§. ſacram. ſub nu. 11.quæ nota ad quæſtiones,quæ in legibus habētur, & aliis aptare poteris,& adde ad prędicta philoſophicam.l.proponebatur, ff.de iud.& quæ plenè Fel.ſcripſit in c.cum acceſſiſſent.n. 56.de conſt.& l.Mutius,& ibid.Bal.ff.de rei vend.

10 †Item quæſitum eſt,ſi quis nauem ſuam ex alienis tabulis refeciſſet, an nihilominus nauis reficientis maneret? Et manere Iuriſcon.reſpondit in l.Mutius, ff.de rei vendi. Contrà verò ſe habet,ſi ex alienis tabulis ad vſum nauis paratis nauem quis ædificaſſet, fit enim nauis domini materiæ: nam ꝓprietas totius nauis carinæ cauſam ſequitur, vbi verò quis ex aliena materia, finge cupreſſo fecit tabulas,& ex tabulis ædificauit nauem, nauis eſt facientis.l.ſed ſi ex meis,ff. de acquirendo rerum domi.l. ſi conuenerit.§.ſi quis ſic cauerit,ff. de pignor. actio. quæ iura à glo.& doctor.hāc interpretationem receperūt: cuius rei ratio redditur,quia altero caſu ad priorem, & rudem materiā res reduci poteſt,altero verò nō poteſt.§.cum ex aliena.inſtitu.de rerum diuiſio.& nota obiter in l.Mutius.iun.gloſſ.verbum, nauis aliquādo accipi pro tabulis in naui poſitis,quib. etiam adiicies. l.tigni.ff.de exhiben.

Et in materia refectionis non eſſe ſilentio prętereundum duxi,quod belliſſimè Sig.ſcripſit in conſil.195. in quæſtione,ait enim,ſi nauis tempore,quo aliquo loco recedit,refectione eget, & cum ad deſtinatum locum peruenit,ſimiliter refectione ege
11 re, paret, & medio tempore, † quo nauigauit refectione indiguiſſe præſumi,citat.l.penul.C.de apo.pub.& l.ſicut, in §. ſuperuacuum,ff.quib.mod.pig.vel hyp.ſolu. Quod nota, quia naues plerūq; vitium facere ſolent,& merces oneratæ madefactæ deteriores redduntur, & magiſtri nauium integras in locationib. promittunt.

Illud etiam clarum eſt, ſi nauim emiſti cum inſtrumentis,
12 ſcaphas nauis tibi præſtandam non eſſe. Etenim † inſtrumentū nauis non eſt.In mediocritate enim,non genere, ab ea differt, & non videri nauis eſſe,nec quicquam coniunctum habere luriſcō.reſpondere: eſt enim per ſe parua nauicula.l. fi.ff.de fund. inſtru.l.ſcapham.ff.de euic.l.Marcellus. in §.armamenta, ff. de rei vend.& ſcripſit Bald.in rub.quæ ſint rega. Vnde idem Bal.in l.cùm proponas.C.de naut.fœno.ſub num.6. ſenſit, publicata, ſeu proſcripta naui ſcapham,tanquàm ſeparatam proſcriptam non intelligi.Cùm etiam in pœnis mitiùs, & anguſtiùs procedamus,quod Bertach.etiam probat in tract.de gab.vlti. par.nume.17.his addes,quod inquit Cicero de inuen.li. 11.ver. definitio,lex eſt,inquit,qui in aduerſa tempeſtate nauim reliquerint, omnia amittunto eorum nauis,& onera ſunto, qui in naui remāſerint, & reliqua.naſcitur controuerſia ex vi nominis: nam relinquere nauim, & remanere in naui. & denique nauis ipſa, quid ſit, quæritur, & illud in dubium venit de eo, qui in ſcapham confugiſſet,& funiculo regeret, an nauim reliquiſſe cenſeretur.

13 †Hic ſubiungi poteſt illa quęſtio, quam de naui vendita eleganter Soc.tractat conſi. 55.lib.4.viſo inſtrumento.de eo enim quæritur apud eum, cùm ſolo emptionis titulo dominium nō trāsferatur,ſed traditione.l.traditionibus.C.de pact. quibus modis nauis traditio, & conſequenter dominium trāſlatum dicatur? Et ait,ex propoſitione cuſtodum facta ab emptore, venditore conſentiente, & animum ad trāsferendum poſſeſſionem habente.l.quemadmodum,ſi.de acquir.poſſeſſ.& notāt glo. & Doct.in l.3.in princi.ff.de acquir.poſſeſſ. item ait, ex appoſitione ſigni emptoris,rei ſignatæ dominium trāsferri.l.quòd ſi neque.in fi.ff.de peti.& com.rei vendi.quam l.in 2. parte latius declarauimus.Subdit deinde ex traditione partis rei totam rē traditam cenſeri.l.3.ubi notatur,ff.de acquir.poſſeſſ.ſed uela, & alia gubernacula, ſine quibus nauis inutilis redditur, dicuntur pars.l.malum,ff.de uerborum ſig.l. ſcapham. ff. de euict.Ex traditione ergo huiuſmodi rerum,tanquàm partis nauis poſſeſſio dicitur tradita.Probatur etiam argum. ſi trado inſtrumentum, in quo continentur res mihi donatæ,illarum rerum poſſeſſ. uideor tradere.l.j. C.de don.& not.in l.3.ff.de acquir.poſſeſſ.eodē ergo modo,ſi trado inſtrumenta nauis,ſine quibus eſt inutilis, & ſine his nauis duci non poteſt,rurſus probat, eò quòd Acc. ait in §.interdum.inſti.de rerum diui.ex traditione frēni & ſellę,quibus ducitur,& gubernatur equus, dominium equi trāſlatum cenſeri.Subiicit deinde ſatis elegāter, ſi nauis uēdita ſit in portu emptoris,& ſic in loco domini ſine traditione dominiū trāsferri:quia res dicitur eſſe penes emptorem.§. uenditę, inſti. de rer.di.comprobat denique in eod.conſi.ex aliis nauim traditam cenſeri,ſufficit tamen nobis,quæ ad rem pertinēt, breuiter retuliſſe,& his addes Laſ.in conſi.170.colum.4.vol.2. de quo ſtatim dicemus.

Commodiſſimè etiam hic frequens, & quotidiana quęſtio tractari poteſt,cùm quidam per aliquot annos quadam naui piraticam artem exercuiſſet, complurium † mercatorum mer-
14 ces,& naues deprædatus extitit,uēdidit deinde nauimmet, quas deprędationes, & direptiones fecerat Amerygo, quęſitū fuit, num mercatoribus,qui direptiones,& damna paſſi ſunt, conſulí aliquo iuris remedio poſſit aduerſus Amerygum piraticę nauis emptorem,ac detentorem? Dicet aliquis q.propoſitam hæ-
15 ſitatione probabili carere,cum nauim † delinquere nemo ſani capitis diceret. Is.n.delictum,& culpam admittit,qui rem poſſidet, vt inquit Imper. in auth.de mā.prin.§.oportet,& Gā.in tit. de reb.non por.contra de. nume. 7. Nec enim propriè dici poteſt deliquiſſe,aut damnum dediſſe, ſeu feciſſe, quod ſenſu caret.l.j.ff.ſi quad.pau.fe.di.Contrà verò mouet,quod Bal. Pau.& Saly.notarunt in auth.nauigia.C.de fur.inquiunt enim,res pira-
16 tæ † vnicuique occupare,& deprædari licere:nam hoſtibus piratæ comparantur,& ſunt ipſo iure diffidati.facit auth. caſſa & irrita.C.de ſacroſ.eccle.

Et quod notatur in c.j. de mili. vaſ. qui con. & in tit.hic finitur lex Cor.c.domino guerram.in uſib.feud.Et propius ad rem,
17 quod idem Bald.ait in l.furti.C.de fur.† Iure Pontificio omnia bona delinquentis ad ſatisfactionem tacitè obligata cenſeri, argumē. extrà de ſepul. c. parrochiano. Vnde mercatores ad nauim, tanquàm tacitè obligatam agere poſſe videbatur, idque uidetur Negu.in tract.de pigno.in 4.memb.2.par.princ. nume. 143.& ſeq.Sed nobis uerior ſententia Laſ. uiſa eſt, qui in conſil. 170.nomine magnifici &c.uolum. 2. negat cōtra Amerygum nauis emptorem agi poſſe. Quod enim dicitur,bona piratarū, unicuique impunè apprehendere,& occupare licere,intelligēdum eſt,donec,& quouſque ipſorum ſunt piratarum. Qualitas enim adiuncta uerbo intelligi debet ſecundum tempus uerbi, cui adiicitur.l.in delictis.§.ſi extraneus ff.de noxa.l.Titius, ubi Bar.ff.de teſtam.mili.Vnde Ange.in l.ſiue manifeſtus.in § tamdiu.ff.de con.fur.ait,ſi lege municipali cauetur, bannitum impunè offendi,intelligendum eſſe, ſi offenſionis tempore bānitus eſſet,& ſubiicit,quod diximus,argum.c. parrochiano. concedendum eſſe in hærede piratæ, nō autem in ſingulari ſucceſ-

ſore,

Source : BIU Cujas

sore,ut innuit.c.parrochiano,& scribunt Doct.in c. tua nos. de vsu.& maximè Abb.num.3.& 7 & seq.Et videbis Bald.in l.vni.
18 C.ex delic.defun. num.13. † Sed & his addes si quis nauem, seu rem aliam à piratis, & latrunculis exteræ gentis captam emisset,seu redemisset, pretium, quod soluit à domino recuperare potest.l mulier.ff.de cap. & notauit Ver. in tract. caut.cau.10.si quis emit.

In maritimis locis, vbi portus natura non sunt, sed arte hominum facti, existentibus forsan fluminibus exonerandæ onustę nauis causa,quę intrare cum onere flumen nō potest, merces in scapha exponi plerunque contingit.

19 †Vnde quæritur,quid si scapha submergatur, an cōtributioni locus sit perindè,ac si iactus factus esset? Iurisc on. in l. nauis. ff.ad leg.Rho.de iac. contributioni locum non esse respondit, contrà verò si nauis pereat,& scapha salua sit, quam legē mercatores non ignorent.

20 †Notandum est etiam, seruitutem naui imponi non posse, vt cum portui se applicuerit,merces meas semper deferat,& illis oneretur. Quoniam seruitutes perpetuas causas habere debent: & ideo neque ex stagno concedi aquæductus potest, cū aliquando,maximè ęstiuo tempore exarescant, vt inquit Iurisc on.in l.foramen.ff.de serui. vrba. prædio. qua.l. motus ibidem sensit Ang.Nauis enim breui tempore durat, licèt nouis tabulis reficiatur,cuius sententiam probauit Vero.in tract.de seruitu.rusti.prædio.in titu.de naui.rubri.29. subdens Ange. sententiam intelligendam,vt seruitus naui iure proprię seruitutis imponi non possit,iure tamen pacti, & obligationis personalis valere conuentionem defendi posse iuxta nota. in l. vt pomum. in princip.ff.de serui.Et vide,quæ scribit Accur.in l.pecoris. in fi.2.glo.ff.de serui.rusti.prę.d.& in l.Mela.in §.fi.ff. de ali. & ciba. leg.& refert,& probat Andr.Tiraquell.in tract. de vtro.re.§. 1. nume 91.

21 †Si venalitiarum mercium nauim perforasset quis, iure cauetur,Aquiliæ actionem esse, quasi ruperit.l. si seruus seruum. §.si mulier,ver.si nauem,ff.ad l.Aqui.

22 †Si nauis in agrum meum vi fluminis delata sit,non aliter tibi tollendi facultatem faciendam, quàm si de præterito quoq; damno mihi caueris.l.hoc amplius.§.j.vers.Neratius ff.de dam. infect.ff.de incen.rui.& naufr.l.ratis.l.Celsus.§.item Celsus, ver sicu.sed si ratis.ff.ad exhib.& vide l.si quis nec causam. in fi.ff.si certum pet.

23 †Vsitatissimum est,naues omnes sua habere vocabula, idq; scripsit etiam Bart. in l.quod in rerum.in §.si nauem.ff.de le.j.Et id ex eo inductum est,vt certa nauis demonstretur, & ne erretur in corpore, arg.l. Labeo.ff.de sup.leg.& l. si quis in fundi vocabulo ff.de leg j.

24 †Nec tacendū est,capite plectendos esse, qui hostes instruūt in fabricādis nauibus,illosq; docent.l.fi. C. de pœ. & probat Io. de Ana.in c.ita quorundam.de iud.in 2.col.& refert Boe. decis. 178.num.17.

25 Et illud non est iuris ambigui,plaustrorum, & nauium p̄stationes inter regalia annumerari,vt in tit.quæ sint rega.

26 †Et pulchram quæstionem de naui, quæ cotibus onusta ex portu Cretæ profecta erat, & vento ac tempestate in portum eundem relata fuit. Vide in l.Cęsar.ff.de pub.quam l. nota. ex illa enim complures quæstiones, quæ in singulos dies occurrūt, solui possunt,ex qua habes quæstionem per Bar.in l.j.C. de naufra.lib. 11.Mar. Laud.in tract.de fisco.q.171.& Marsil.in l.j.in §. prętерea.ff. de q. num.32. & seq. inquiunt enim, si tempestate, seu vi vētorum nauis ad portum relata fuerit,vectigal, seu portorium non deberi,& idem iuris esse,si hostium, vel piratarum timore portui alicui nauis se applicuerit. facit. l. fi. §. si propter necessitatem.ff.eodem, & aliam quæstionem habes ex consil. Bal.198.statutum ciuitatis Tergesti.libr. 2.de quo dixi in 4. par. vers.similiter.nu.48.& aliā.q.ex ea.l.Cæsar.soluit Alex.in cons.. 7.viso themate,volu.3. quam etiam vti quotidianam no. Huc pertinet quod Cicero lib.2.de inuētione ait, lex est apud Rhodios,vt si qua rostrata in portu nauis deprehēsa sit, publicetur: cum magna in alio tempestas esset,vis ventorum inuitis nautis Rhodiorum in portum nauim coegit, quæstor nauim populi vocat, nauis dominus negat publicari oportere, & reliqua, & his adde,quæ diximus in tract. de nautis, in 3. par. numero 6.& sequen.

27 †Nec illud silentio prætereūdum est.Flor.in l.si familię, quæ est l.antepen.ff.famil.erci.improbat,quod fecisse dicitur. Q.Fabium Labeonem,qui cum à rege Antiocho,quem bello superauerat ex fœdere inito dimidiam partem nauium accipere deberet, medias omnes secuit, vt eum tota classe priuaret, vt est auctor Vale.libro sexto,capitu. tertio,mouit Flor.res ipsa, quæ diuisionem non patitur,& citat.l.nam & si fur.§.vlt.ff.si cer.pet. Vnde illud Cassell.Iurisc̄.locus, qui mercatori cuipiam interroganti quonam modo nauē cum socio diuideret, respondit, nauem si diuidis,nec tu,nec socius habebit.Auctor Macrobius Saturnalium,lib.2.c.6.& refert And.Tiraq.in trac.de vtro. re.§. j.pag.382.num.15.

28 †Item quæro, si nauim à se fabricandam quis promiserit, & hoc specialiter actum sit,vt suis expēsis id perficiat, an per aliū faciens liberetur,non consentiente stipulatore?& non liberari inquit Iurisc.in l.inter artifices.ff.de sol.& vide Dy.in reg q̄ per alium,de reg.iur.in 6.

29 †Fuit quæstionis,si quis cauerit,vt sylua sibi pignori esset, nū nauis ex ea materia facta pignori esse intelligatur?In qua specie Iurisc.in l.si conuenerit.§.si quis sic cauerit. ff. de pig. actio. non esse respondit:quia aliud sit materia,aliud nauis, & ideo nominatim in dando pignore adiiciendum esse ait, quęque ex sylua facta,natave sint.

Nico.Boe.q.177.& videtur,duas tractat quæstiones, quæ ad hunc locum spectant.Altera est,num ligni appellatione contineatur nauis,ita quòd prohibiti vendere, & extrahere lignum extra territorium,naues vendere non possint? Altera est,si ex venditione rerum immobilium laudemium debetur regi, an naui vendita debeatur?

30 † Et in q. primo loco proposita putat prohibitum vendere & exportare lignum,censeri etiam prohibitum vendere, & exportare naues,atque triremes. Mouet eum,c.ita quorundam, de Iudæ.& quod ait receptum, si materia vendi non potest extra territorium:nec quidem materiatum licebit,vt scribit Bar. in l.quæsitum.§.illud.ff.de le.3.& Gui.Pap.q.373.& Alex.consil. 130.super eo.col.1.vol.7.Ego verò non esse, sine maxima dubitatione Nic.Boe.sententiam puto.

Vide igitur quæ scripsi in 4.parte huius tract.ver.sunt & aliæ, num.22.& seq.& considera l.ligni.& l.pali.ac l.seruus, quæ subsequitur,ff.de leg.3.Et cum hostibus tam naues vendi, quàm ligna ad eas construēdas exportari expresse prohibeatur, propte rea.c.ita quorundam,& c.ad liberandum, præpositæ quæstioni non conueniunt.

31 †In secunda quæstione, Laudemium proculdubio non deberi puto,licèt ipse contra senserit. Nauim enim non inter res immobiles,vt ait,sed inter mobiles connumerandam puto, & hoc verum esse scribit Andre.Tiraquell.in tract.de vrr. ret. §. 1. nu.88.& seq.& inter mobilia numerari ait sensisse Bar. & Ale. in l.inter stipulantem.§.sacram ff.de verborum oblig.& lasibi. colum.pen.citat etiam And de Pis.Pet. Ray.& Albe. in l.sciendum.ff.qui satisd.cog.tractare, an naues, & cæteræ res mobiles quæ multum molis, ac ponderis habent, excusationem prębeant à satisdatione,veluti res immobiles,& Andr.sensisse excusationem præstare,cęteros verò negasse, quia nō sint immobiles.Citat etiam & Iason.in consil.c70.colum.2. volum. 2. qui id apertè sensit in 6.colum.sub nume.4. Mouit etiam me,quoniam nauis mouetur, & ad mouendum est apta, ergo mouentium,seu mobilium appellatione continetur.l.mouentium.ff. de verborum significa. de quo verbo plenè alibi diximus, nec immutat, quod domus appellatione venit etiam nauis. l.1.§. hoc interdictum,versi.planè.ff.de vi & vi ar. quoniam cohæret solo, & mobile immobili cohærens censetur immobile, vt in authent.de non alie.§.hæc ergo, vbi Accur. & Angel. & probatur in eo.§.hoc interdictum, versic.hoc generaliter, vbi Iurisconsul. ait generaliter illud interdictum ad omnes res cohærentes solo pertinere. Et hæc sententia,quòd nauis mobilium non autem immobilium appellatione contineatur, expresè probatur in d.l.prima.§.hoc interdictum,versicu. illud vtique. iuncto versicu.si quis de naui. Legitur enim in versicu.illud in dubium non venire, interdictum illud ad res mobiles nō pertinere,deinde subsequitur,ver.quis de naui, vbi Iurisc on. probat.ci,qui de naui deiectus est,illud interdictum non competere, argum.eius qui de vehiculo deiectus est. Et si(prout & nos probauimus supra) fateamur nauim magis vrbano prædio, quàm rustico comparandam: non enim sequitur, vrbani prædii appellatione contineri.Nec etiam moueat.l.penultim. in §. fi.ff.de his,qui deiece. vel effu.nam, vt Barb. ait,in rep.ru.de rebus eccle.non alie.colum.6. versicu. quinimmò appellatione. Ius est singulare in casu illius legis, sed & illud animaduertendum est,si de naui deiectum sit, vtilem actionem dari, quoniā propriè verba edicti aptari non poterant, ex æquitate visum est.Iurisconsult.verba prætoris extendere, licèt re ipsa vtraque actio,scilicet vtilis, & directa utranque vim habeat. l. actio. ff. de nego.gest.

32 †Vnde sequitur,si lege municipali,extranei immobilia acquirere prohibentur, quòd naues acquirere non prohibeantur, quod & Barb.And.Tiraq.in relatis locis sensere,& recte. Illud tamen ueriſſimum nō nego,si assentiamus Boe. ut inter immobilia nauis annumeretur (quòd nusquam concedendum est) ex contractu cum rege,seu fisco inito Laudemium soluendum non esse.At si cum aliis soluendum, idque tum propter auctoritates per eum relatas,tum propter l.fi.C. de fide instru. ubi est expressum.

33 †Et quòd naues ex portu non dimittantur, nisi naucleri deponant,in qua prouincia ituri sint, lege sancitum est. Videbis ergo. l.uni.C.de lit.& iti.custo.libr.12. & quæ ibidem adnotauit Luc.Pen.

Tertia

Source : BIU Cujas

Beneuenuti Stracchæ. De Nauibus.

Tertia Pars.

SVMMARIVM.

1 *Locare, verbum promiscuè accipitur.*
2 *Magistri nauium, & Nautæ, qui merces vehendas accipiunt, & ex hoc mercedum locatores dicuntur. Mercatores verò, qui pecunias vehendarum mercium causa dant, conductores appellantur.*
3 *Verbum locare, promiscuè veteres vtebantur Valla defenditur, & damnatur Budæus.*
4 *Locationes nauium per quos fieri soleant.*
5 *Interpretatio ad l. fi. in §. fi. ad l. Rho. de iac.*
6 *Venditio prædij si facta sit, & dictum est esse tot iugerum, non propterea dicitur facta iuxta mensuram, sed tunc cum pretium pro numero mensuræ seu iugerum imponitur, & declaratur Old. sententiam locum non habere in locationibus nauium, & vasorum.*
7 *Vecturæ nauium debentur iuxta conuentiones.*
8 *Nauis aduersione conducta, non adiecta certa vectura, debetur vectura, tamen secundùm consuetudinem, & ita conuenisse censentur.*
9 *Contractus a consuetudine contrahentium, & loci interpretationē recipiūt, & an substantialia suppleantur à consuetudine.*
10 *Conduceus fundum aut domum pensione certa non constituta, quòd debeatur pensio secundùm præteritam consuetudinem.*
11 *Vectura nauis si pro numero impositarum amphorarum constituta sit, pro tot amphoris merces debetur, quot portauerit.*
12 *Nauis si fuit conducta pro vectura mille, & dictum fuit in lege locationis esse duo millium amphorarum, locator præstare tenetur, si minus capiat.*
13 *Locans nauim si dixerit esse duo millium amphorarum in circa, quomodo illud verbum intelligatur.*
14 *Nauis si fuit conducta certa, & expressa vectura relata ad nauim, & non adiecto numero amphorarum, integra uectura debetur, nauis capacitate non inspecta.*
15 *Nauis si fuit conducta, & uectura relata non ad corpus nauis, sed ad amphoras, & sarcinulas, uectura debetur pro sarcinulis & amphoris impositis.*
16 *Interpretatio ad l. fi. in prin. ff. ad l. Rho. de iac.*
17 *Vectura nauis si constituta fuit pro impositis mancipijs in naui, si aliqui decesserint, antequam ad destinatum locum exponantur, etiam pro mortuis uectura debetur.*
18 *Locans operas si prohibetur ea præstare sine sui culpa, & ex casu contingente ex parte conductoris uel rei consequitur mercedem, ac si præstitisset, idq; declaratur nu. 20.*
19 *Vectura si deportatis mancipijs ad certum locum est constituta, & aliqua decesserint, antequam ad locum sint deportata, pro mortuis non debetur.*
20 *Casus, ex qua parte euenerit in promissione pura, distinguitur non in conditionali.*
21 *Vectura, si ignoratur, an pro impositis mancipijs uel deportatis sit constituta, debetur pro impositis, licèt animalia, uel mancipia sint demortua, antequam ad locum destinatum sint deportata.*
22 *Conducens mulierem uehendam naui, quòd uectura non debeatur pro infante in naui nato.*
23 *Nauta certa uectura conuenta promisit Titium in naui sua ponere, & in loco aliquo exponere, num sit necessarium nautam probare Titium in naui posuisse, uel sufficiat in naui fuisse, & expositum in loco conuento consequendæ uecturæ gratia, & quid in rebus inanimatis, quatuor facti species considerantur.*
24 *Locator nauis si propter amissam nauim, uel casum, qui in ea contigit, munere uehendi non sit functus, non solum uecturam petere non potest, uerum soluta repetetur, pro parte tamen itineris debetur.*
25 *Nauis onerata si conductoris culpa detenta sit; quia forsan illicitas merces imposuerit, locator nauis vecturam potest exigere.*
26 *Interpretatio ad l. in naue Saupheli. ff. locati. relatiuè.*
27 *In mandato non solum id, quod expressum est, venit: verùm & id, quod negotij sequela est. & ideò requirens aliquem num contentus sit, ut ijsdem conditionibus, quibus proprias pecunias in naui aliqua transmisisset, & suæ censeantur transmissæ eo assentiente, & ad conducendū nauim mandatum datum censeri.*
28 *Nauim conducens à prædone, ei rectè soluit: contrà uerò si à domino, prædoni enim non rectè soluit, & ibidem declaratur.*
29 *Res inuectæ, & illatæ in naui conducta pro uectura nauis tacitè sunt obligatæ, etiam cum priuilegio prælationis aliorum creditorum etiam anteriorum.*
30 *Mutuans in cibaria nautarum, vel ad armandum, uel reficiendum nauim, uel in merces, ut saluæ fiant, uel instruendam, an priuilegium habeat, & quod.*
31 *Vecturæ nauium inter accessiones, seu fructus ciuiles annumerantur.*
32 *Merces, si diuidetur, an sint magistri nauis, vel alterius, ad conuecturas confugiendum est.*

POstquam de nauibus quedam, vt res patiebatur, permistè tractauimus. benè est de locationibus nauium, quæ in vsu frequenti sunt, & quotidiana, & vtilia, nec omnibus iuris interpretibus cognita, pauca referre. Et ut præpositæ materiæ euidentior habeatur intellectus, sciendum est, verbum, locare, promiscuè accipi.

1 †Verùm quò ad ea, quæ dicturi sumus, magistri nauium, & nautæ qui merces vehendas accipiunt, & ex hoc mercedem, lo-
2 catores dici, † vel quia operas ad exportandas merces locant, vel quia nautum vsum præstant. Mercatores verò, qui pecunias vehendarum mercium causa dant, conductores appellari, l. 1. in §. si quis. ff. dep. Barto. in l. si vno. in §. item cum quidam. in princip. & nume. 2. ff. loc. & in l. opus, quod in aduersione. ff. eodem, & scribunt Barto. & Iaso. in l. prima. ff. de præscrip. verb. & vide Bald. in l. certi iuris. C. loc. addo Accurs. in l. 42. in princi. in vers. ex locato. ff. ad leg. Rhod. de iac. & ibidem Barto. in illis verbis: Domini si merces vehendas locauerint, vbi Bud. inquit apud Iurisconsul. & alios scriptores vsitatam significationem esse, vt versa vice locator sit, qui pretium det, & cōductor, qui accipit.

Dum tamen idem Bud. quærit textum emendare in l. final.
3 in §. idem iuris. ff. eodem, † vt pro locasset, legatur locasses, secunda persona, ait se non recipere, quod a Laurentio Valla scriptum est eleg. libr. 1. cap. 29. huius verbi loco promiscuam significationem esse, verbi gratia, locare sepulturam faciendam, tam significare dare alicui faciendam, quàm se ad faciendum eam locare, subdens se nec exemplum, nec rationem huius dicti inuenisse. Pro sententia Laurē. Vallæ refero tibi verba Iurisconsultissimi Caii in l. veteres, ff. de act. emptio. & sunt hęc. veteres emptionum venditionumq; appellationibus promiscuè vtebantur, subdit in l. sequen. idem est in locatione, & conductione.

4 †Et primum illud not. est, soluere dominos nauim aliquando præponere magistros nauibus locandis. l. 1. §. magistrum nauis, ff. de exerc. aliquando eosdem dominos aduersione, vel ad tempus, vel in perpetuum naues locare consuetus, & hi, qui per aduersionem conduxere, exercitores etiam appellari, vt in ea. l. §. exercitorem: Quod tum primo loco dicimus in regionibus nostris magis frequentatur, absentibus enim dominis magistri locant, his verò præsentibus in locando tota annorum cura est. Item illud mercatores, atque magistros nauium scire valde expedit, quod Iurisconsultus inquit in l. fi. in §. fi. ff. ad leg. Rhod. de iact. si vectura nauis pro numero impositarum amphorarum cōstituta sit pro tot amphoris naulum deberi, quot portauerit.

Si verò nouis ipsa conducta sit duorum millium amphorarum aduersione, ita quòd periculum sit in conducentem nauim translatum, id est siue minoris, siue maioris sit capacitatis, pro duobus millibus amphoris mercedem deberi, etiam si tot amphoræ in naui impositæ non fuerint, & notat ibidem Paul.
5 Castr. factum proponendo esse in §. prædicto † quòd naues locabantur secundùm numerum amphorarum, quarum erant capaces, quòdque naulum constituebatur secundùm magnitudinem nauis, aliquis conduxit nauim certa quantitate non expressa, & non omnes amphoras, quarum capax erat nauis, imposuit, pro omnibus vectura petebatur, quarum erat capax: quia per conductorem stetit, quo minus eam oneraret, distinguitur ergo, vt supra dixi.

Si enim fuisset expressa tota quantitas, nō haberet dubium: quia illa tantum debetur. Hæc Paul. Quid autem si simpliciter naui conducta sit, & dubium est, quid contrahentes senserint, putat Accur. in citata l. fi. in §. fi. in glo. fi. pensionem pro imposito tantum onere deberi, idque argum. eiusdem l. fi. in princip. Gui. verò distinguendo inquit.

Si nauis adiecta quantitate, vel simpliciter sit conducta, vecturam pro numero amphorarum, seu sarcinularum, quarum est capax, deberi. Si verò in locatione dictum est, ad rationem tantę quantitatis pro qualibet sarcinula, seu amphora, censeri vecturam promissam pro his tantum sarcinulis, & amphoris, quæ imponentur, argument. l. qui in sulam. in §. qui ædem. ff. de contrah. emptio. l. si debitor. §. j. quæ sententia Gui. à Paul. Castr. & Ange. in eodem §. fi. probatur. Bald. verò ibidem Accur. sententiæ assentitur. Ego verò in huiusmodi iuris articulo non insubtili, in quo, vt vides, iuris interpretes inter se dissentiunt, & minus clarè loquuntur, premitto nos in locatione, atque conductione versari, quæ proxima est venditioni, & emptioni, ijsdemque regulis consistit: Vt enim emptio, & venditio contrahitur si de pretio conuenerit, sic & locatio, & conductio ita cōtrahi intelligitur, si merces, & quidem certa constituta sit. l. 2. ff. loc. insti. eo. in prin.

Item præmitto, quòd legum pater Oldr. ad. non minus verè quàm eleganter scripsit, consil. 197. in concessione, ait enim: Multum interest, an quod mente quis agitauerit, explicare inci piat à nominibus significantibus, seu demonstrantibus numerum, & mensuram, an à nominibus significantibus certam speciem,

Source : BIU Cujas

ciem, vel corpus determinatũ. Altero enim & primo loco nõ plus in actum deductum censetur, q̃ demonstretur ex præcedẽ
6 ti numero, † vel mensura. ff. de leg j. si quis testõ. in princ. Altero, & secundo loco adiectio mensuræ est loco demonstrationis falsæ, quæ nec vitiat nec minuit id, cui adiicitur. ff. de lega. j. l. si seruus legatus. § qui quinque, de lega. 2. l. his verbis. §. pater. ff. de condi. & demon. l. demõstratio. eo. tit. subditq; id videri expressum. ff. de actio. & emptio. & vendi. l. si venditor. in princip. quod etiam notauit Barto. in l. Iulianus. in §. si Titius. ff. de actio. emptio inquit enim, si venditum fuerit prædium milibus, & dictum est, esse tot iugerum, venditionem iuxta mensuram factam esse dici non posse, tunc autem esse factam iuxta mensuram, cum pretium pro numero mensuræ seu iugerum imponi tur, seu decernitur, quam Oldr. sententiam cunctis docto. suffragiis esse receptam testatur Alexand. consi. 8. videtur fortasse. in
13 princip. lib. 4. & Iason in consi. 73. aggredior. volu. 1. & quæ Oldra. opinio declaratur per eundem Ias. consi. 79. motiua, eod. volu. & Deci. in consi. 367. prima fronte, quorum declarationes considera. Ex qua sententia Oldr. primum caput distinctionis Gulielmi peruerti videbatur: vt si conducta sit nauis duo. millium amphorarum millibus scutis pro vectura, siue fuerit
14 nauis maioris capacitatis, siue minoris, ex quo vectura est relata ad nauim, & non ad amphoras, & contrahentes quod mente agitarunt, verbis corpus, & speciem certam designantibus exprimere cœperunt: mille nihilominus peti possint, cum illa falsa demonstratio non minuat, nec vitiet. Ego tamen puto, licèt me prædicta valde mouerint, sententiæ Gulielmi, Pauli, & Angeli inhęrendum. Pro qua occurrit notabilis textus in l. tenetur. in § si vas. ff. de actioni. empt. inquit enim Iurisconsultus in hęc verba. Si vas aliquod mihi vendideris, & dixeris mihi certã mẽsuram capere, vel certum pondus habere, ex empto tecum agã,
15 si minus præstas. Vnde sentio, Oldrad. sententiam declarãdam in naui, & vase locato locum non habere, secundùm q̃ infra dicam: & cur tam varie, rationem quære. Et declarationis, ac veritatis inuestigandæ causa referendæ sunt à nobis complures species, quas in proposito arti considerauimus.

7 † Prima est, si nauis duo. millium amphorarum aduersione mille scutis conducta sit, clarũ esse mille deberi, etiam si nauis capax non fuerit tot amphorarum: legem enim conuentionibus contrahentes dant l. prima. in §. si conuenerit. ff. depositi. ve
16 ctura enim nauis iuxta conuentiones, quib. cõductio facta fuit, soluenda est. Vnde Paulus Parmensis in consil. quadragesimo, volumine primo, vidi processum in fine, ex facto respondit pro voto & stalia (vt vtar verbis ipsius) vecturam deberi, quoniam ita conuenerant.

8 † Secunda facti species est, si nauis duarum millium amphorarum aduersione similiter conducta sit, & non est adiecta cer-
17 ta vectura, tamen consuetudo erat in loco notoria. vt vectura præstaretur secundum magnitudinem nauis, & iuxta eius capacitatem, & forsan (vt est Anconę) ex aduectis, seu vehendis sarcinulis ad ciuitatem Constantinopolitanam ad rationem duo
18 rum ducatorum pro qualibet sarcinula, tunc secundùm Paul. in citato §. fin. ex quo nauis aduersione locata fuit pro duobus millibus merces debetur ex qua facti specie notabilis sequitur declaratio ad l. 2. ff. loca. & l. 1. in §. si quis seruum. ff. depos. vt valeat locatio non adiecta certa mercede, si tamen ille à consuetudine notoria subintelligitur.

9 † Contractus enim à consuetudine contrahentium & loci interpretationem recipiunt. l. quòd si nolit. §. quia assidua. ff. de ædil. edic. l. si fundus. ff. de euic. ca. cæterum. extra de dona. l. semper in stipulationib. vbi late Deci. ff. de regu. iur. Et omnis dispositio à consuetudine interpretationem recipit, & secundùm illam partes contraxisse dicendum est, vt eleganter inquit Innocen. in capit. olim. de verbo. significa. Felin. latè in cap. cum M. nume. 8. & sequen. extra de constitu. Socin. consi 111. abunde, & subtiliter. versi. nec in tali. lib. j. Obstat tamen prædictis vnum, quemadmodum enim pretium est de substantia emptionis, ac
21 venditionis. §. pretium. institut. de emptio. & vendit. Ita & merces in locatione, & cõductione, vt in citatis iuribus, substantialia autem à consuetudine non supplentur, vt notat Ioan. And. in titul. de instrum. edit. §. instrumentum. colum. 3. versic. quòd si à contractibus. & plenè Deci. & Felin. scribunt vbi supra. Vnde vides, si hoc sensit Pau. quod ait, expeditum nõ esse. Verum sententia Pau. defendi potest ex l. excepto. C. Io. quæ lex singu-
10 laris est secundum Angel. & Salic. probans, † si quis fundum, aut domum conduxerit mercede seu pensione certa non constituta, illam præstare debere, quæ pro domo, seu fundo præsta-
22 ri consueuit. Pensio enim debetur secundùm præteritam consuetudinem, & si certa dicta non sit conductionis tempore. Quam sententiam & Felin. probauit in d. cap. cum M. num. 10. & in eodem loco Deci. sub nume. 6. non improbat. Et si Paul. in illis verbis, conduxit nauim, non expressa certa quantite, volueris referre ad amphoras, scilicet, non expressa quãtitate amphorarum, factum propositum per se in citato §. fi. est contra verba legis; quia expressus fuit numerus amphorarum in facto proposito per Iurisconsul. & super facto respondit.

11 † Tertia species est, si nauis duorum millium amphorarum conducta sit, & vectura pro numero impositarum amphorarum constituta sit, pro tot amphoris merces debetur, quot portauit, vt probatur in §. fi. supra citato, quòd pro duobus millib. amphoris, quarum est capax nauis, non debeatur vectura, sed pro impositis tantum.

12 † Quarta facti species est, vbi conducta fuit nauis pro uectura mille, & dictum fuit in lege locationis, nauim esse duo. millium amphorarum, ex quo certam mensuram dixit, locator nauis ipsam capere, ꝓpterea prestare debere, si minus capiat. l. tenetur. §. si vas. ff. de actio. emp Et in hoc recidit Gui. sententia. Nec ad locationem vasis, seu nauis Oldradi sententiam paulò superius relatam referendam puto.

13 † Quinta species est, si nauis conducta fuit, vt supra proximè & in l. locationis numerus amphorarum adiectus est, quarũ est capax nauis addita dictione in circa. Quid significet illa dictio, vide Alex. in cõs. 29. nu. 5. vol. 5. & in cons. 82. eo. vol. & in cons. vlt. nu. 8. eo. vol. & de hac dictione vide c. fi. de despõs. impub. & Pau. Par. in consi. 104. in præsenti. & c. nu. 35. & seq. vol. j.

14 † Sexta species, vbi conducta fuit nauis certa, & expressa vectura relata ad ipsam nauim, & non adiecto numero amphorarum, quas capit nauis, puto vecturam integram deberi, neq; nauis capacitatem inspiciendam, idq; ex relatis in sententia Oldr. puto probari; & quia contrahentes se ad corpus retulere, & de capacitate nauis non meminere, & si aliter innuerit Gui. arbitror malè sensisse. Quibus adde, quod Pau. Castr. ait l. j. ff. de præscrip. verbis, & quæ in calce huius tractatus dicemus.

Vltima species est, vbi vectura non ad ipsum corpus nauis, sed ad ipsas amphoras, vel sarcinulas, quia conducta fuit nauis,
15 † & promissa vectura ad rationem duorũ finge scutorũ pro qua libet sarcinula, nec est dictum impositarum in naui, tunc ẽt credo pro his tm̃ amphoris, uel sarcinulis, quæ imponentur uectu ram deberi, & me non solùm mouent auctoritates, & iura Gui. Pau. & Ang. uerùm ẽt Bar. & aliorũ de quibus supra, & ut nides refert, an uectura sit relata ad ipsam nauim non adiecta capacitate ipsius, uel ad amphoras, & ſm distinctiones prædictas Acc. & Bal. sententia põt esse uera, & probari. Et qm̃ Accur. citat l. fi. in prin. ff. eo. ad l. Rhod. de iac. in qua l. eius sniam probari existi-
16 mat, † illa lex est singularis ſm Rom. sing. 555. conduxi mulionem &c. & ibidem colligit tres casus ex uerbis Iurisc. quos elegantius Sig. de Hom. de quo non meminit, prius notauerat cõs. 195. in qõne. nu. 7. Si igitur quæritur, cum nauim conduxi uehẽdi gratia familiam, seu mancipia, aut animalia, & mancipia aliqua, uel aĩalia in naui ꝓducta mortua sint, an uectura pro mortuis debeat? Ex ea. l. considera tres casus, & conuentionẽ initam.

17 † Primus est, qñ uectura nauis ꝓstituta fuit pro impositis mãcipiis in naui, si aliqui decesserint, etiam pro mortuis in naui, & non ad destinatum locum debetur. Cuius rei ratio reddi potest: quia lex contractus impleta est l. si quis. C. de insti. & substi. & qa
18 qui locat operas, si prohibetur eas præstare, sine sui culpa, † & ex casu contingente ex parte conductoris, uel rei, earundem mercedem consequitur, ac si operas præstitisset. l. qui operas. ff. loc. Secundus casus est, ubi uectura pro deportatis mancipiis ad certum locum est constituta, si aliqua decesserint, antequàm ad de
19 stinatum locum † sint deportata, uectura pro mortuis nõ debetur, qa nõ impleta est conuentio, & ex quo uectura ꝑ deportatis fuit imposita, pactũ uꝫ adiectũ in fauorem dñi mãcipiorum, pro mortuis ergo, & non deportatis naulum non debetur, arg. l. Scio. ff. de ann. leg. l. illis libertis. in fi. ff. de de cond. & dem. & qa censetur promissio uecturæ conditionalis, si deportata fuerint mancipia. Cùm ergo deportata non sint, licèt per nautam non steterit, non per casum contingentem in eius persona, nõ debe
20 tur merces, & in promissione † puta distinguitur, ex qua parte casus euenias, ut scripsit Pau. in prin. d. l. fi. non in conditionali, quæ adde ad infra dicenda.

21 † Tertius casus est qñ nõ constat quid sit actum, utrum scilicet uectura sit ꝓstituta pro impositis, uel pro deportatis, tũc uectura pro impositis in naui debetur, licèt animalia, uel mãcipia mortua in naui fuerint, anteq̃ ad locum destinatum sint deportata. Ratio aũt est, quia cum non constet, quid sit actum, & appareat per nautam non stetisse, inhærendum est regulæ, ut integra, & tota uectura præstetur. l. qui operas. l. si ædes. §. cùm quidã. & §. fi. ff. loca. sentitq; idem Signorolus, si constaret, uter obscuram legem dixisset, contra illum interpretandam l. ueterib. ff. de pact. Hic subiungi potest, quod Iurisc̃onsultus ait in l. sed & addes. in §. si quis mulierẽ. ff. loca. ubi in hæc uerba † Si quis mulierẽ uehẽdã naui ꝓduxisset, deinde in naui infans natus fuisset, ꝑbandũ est pro infante nihil debere, cũ neq; uectura eius magna sit, neq; his oĩbus utat, quæ ad nauigantium usum parãtur.

Vetus fuit dubitatio, in qua eadem l. fi. in principio citari solet, & est talis, Nauta certa uectura conuenta promisit Titiũ in
23 naui sua ponere, & in loco aliquo exponere, † Repertus extitit Titius in naui, & expositus fuit in loco conuento. Petit nauta uecturam, nõ tamen probat Titiũ in naui posuisse. Aiunt Bar-

Source : BIU Cujas

tol.reſpondiſſe in l. 2. ff. de conditio. & demonſtr. nautam non poſſe petere: quoniam potuit eſſe Titius fato poſitus, & conſequendæ actionis gratia non ſufficit fato aliquid fieri, ſed ex proposito fieri oportet, vt per Dy. & alios in l. cùm ſeruus. ff. de cõdi. & demonſt. Pau. autem ca. in citata l. 2. miratur Bar. ita ſenſiſſe, in propoſita q. cauillatum eſſe ait. Et verè ſi hoc ſenſit Barto. ab euidenter veris ſubdola argumentatione receſſit. Nam putat ſufficere Titium in naui fuiſſe ſciente, & patiente nauta: quoniam contra eius voluntatem ſtare non potuiſſet. Vnde ex hoc ipſo cenſetur ab eo poſitus. Nec enim verba captanda ſunt, vt nautam Titium in humeris portare debuit, cum per ſe ire potuiſſet. l. pen. ad exhib. vbi Iuriſcon. in hæc verba, non oportere ius ciuile calumniari, neque verba eius captari, ſed quâ mente id diceretur, animaduertere conuenit. Subdit idem Pau. etſi in rebus inanimatis conuentio facta eſſet, vt ſupra, diſtinguendũ eſſe. Aut nauta ſciuit res in naui eſſe, & idẽ iuris eſſe. Aut ignorauit, & præter propoſitum exportauit nauta, & Bart. ſententia poſſit eſſe vera. Non enim nauta ex parte ſua contractus legem impleuit, vt poſſit promiſſam vecturam petere. Alia tamen via nautæ conſulendum eſt, ne rerum dominus lucrum ſentiat, & nauta mercede careat. Vel enim conſuetudini, vel arbitrio boni viri ſtabitur. Hæc Paul. qui in ead. l. ſi vehenda. ibidem ſenſit. Soci. autem in ea. l. 2. quatuor facti ſpecies in propoſita q. conſiderauit. Prima eſt, ſi nauta promiſit aliquem in naui ponere, ad vecturam cõſequendam ſufficit vt in deſtinato loco exponat, & cùm in naui fuerit, ſciente nauta fuiſſe, & ab eo poſitum præſumendum eſt, argu. l. neque natales. C. de proba. & argum. eius quod habetur l. 2. C. de acquiren. poſſ. Secunda eſt, ſi nauta promiſit portare res inanimatas in naui, quę tamen ab alio ſciente, & patiente nauta delatæ fuerunt. & idem hoc caſu iuris eſt, vt vectura debeatur propter rationem. l. 2. C. de acquir. poſſ. & ſat eſt promiſſionem impleri à promittente, vel eius voluntate ab alio. l. cum ſeruus. ff. de verbo. obliga. vbi Accur. quod & Dyn. Nico. de Neap. & Pau. probant. Tertia facti ſpecies eſt, vbi merces in naui poſitæ fuerunt ingnorante nauta: tunc enim virtute contractus, ſeu promiſſionis nulla debeatur vectura, quia nõ dicitur impleta promiſſio à nauta, vt in d. l. 2. & ſcripſit eod. in loco Nico. de Neapo. vbi addit Pau. quem retulimus, ex æquitate hoc caſu vecturam deberi. l. ſi vehẽda. §. j. ad leg. Rhod. de iac. & probatur ex his, quę tractat Bart. in l. ſi in area. in fi. ff. de condi. indeb. Quarta facti ſpecies eſt, vbi non conſtat, an res fuerint in naui poſitæ à nauicularío, vel eo ſciente, vel ignorãte, & hoc caſu ex promiſſione ad vecturam agi poteſt, quia ex factum reperitur, præſumitur ex præcedenti cauſa factum, arg. l. quædam mulier. ff. de rei vendi. & eorum, quæ Bar. ſcripſit in l. cùm ſolus. de vſu. & in l. triticum. ff. de verbo. obliga. Et cum nauta portare teneretur ſuis expenſis, illud in dubio factum cenſetur ab eo, cuius expenſis fieri debebat, iuxta doctrinam Bart. in d. l. cum ſeruus. ff. de verb. oblig. Hæc ille, qui pluribus vtitur, quibus addes Caro. Ruy. in conſi. 122. num. 7. vol. 4. qui Soci. ſententiam probat, & tex. in l. j. in §. magiſtrum autem. ff. de exer. in illis verbis. Cæterùm ſi ſcit, & paſſus eſt eum in naui magiſterio fungi, ipſe eum impoſuiſſe videtur.

24 † Agitata eſt & illa quęſtio de locatore nauis, qui ꝓpter amiſſam nauim, vel caſum, qui in ea contigit munere vehendi nõ ſit functus, vt non ſolùm vecturam petere non poſſit, verùm ſi ſoluta ſit ab eodem repetatur, vt in l. ſi vno. in §. cũ quidam. ff. loc. & belliſſimè ſcribit Signo. de Homod. conſi. 195. nume. 6. quod intellige, vbi munere vehendi in parte non ſit functus: pro parte enim itineris, qua merces adportatę ſint, vecturam deberi, æquitas ſuggerit, & conſequenter pro rata mercedis exonerationem fieri, vt ſcribit Pau. vbi ſupra, qui citat eandem l. §. vbicunq;. Et videbis in materia relatum Signor. reſponſum, quod breuitatis cauſa non refero.

25 † Si cõductoris culpa onerata nauis detenta ſit, & impedita; quia forſan illicitas merces impoſuerit, locatorem nauis vecturam nauis poſſe exigere, certi iuris eſt. Aequitas enim ſuadet, vt conductori, qui culpam admiſit, ſua culpa noceat. l. pen. §. nauẽ. ff. loc & l. prædictam hanc interpretationem recepiſſe, ex commen. doct. in eandem ſatis liquet.

26 † Non eſt etiam ſilentio prætereunda ſubtilis illa quæſtio, quæ tractatur per Iuriſconſul. in l. in naue Saupheli. ff. locati. de pluribus mercatoribus, qui nauim exercitori Saupheli frumento onerarunt, ſi immiſtum fuerit, vel in naui tabulis, ſeu erronibus, aut baronibus ſeparatim poſitum, an in exercitorem dominium tranſlatum intelligatur, & facta traditione vni ex mercatoribus in parte, ſi reliquum frumenti perierit, ſeu amiſſum ſit, & vide ibidem Pau. qui ſubtilius, clarius, & elegantius, & quàm alius legem illam eſt interpretatus.

Quæritur etiam apud Pau. Par. præceptorem meum conſ. 11. vol. j. cum quidam Tirifonius tritici comparandi gratia, vt Biſantium finge nauigaret, nauim conduxiſſet, pactusq; eſſet (prout moris eſt) vt per 10. dies magiſtro nauis cũ naui in portu Biſantii moraretur, quibus elapſis ex morâ in ſingulos dies decẽ præſtaret, ac etiam pro non impoſito frumento, & (vt vulgari verbo vtar) pro voito vectura deberetur, à Męuio ducenta recepit nauigationis eiuſdem, & emptionis ſimiliter frumenti gratia, cũq; dubitaret forſan, ne Męuius pactionibus, conditionibusq; quibus nauim conduxerat, pecuniasq; proprias trãſmiſerat, ſtare recuſaret, requiſiuit eum, num contentus eſſet, vt iiſdem conditionibus, & qualitatibus, quibus proprias pecunias tranſmiſiſſet, etiam ſuę tranſmiſſæ intelligerentur, quo aſſentiẽte Par. reſpondit mandatum cenſeri datum à Męuio Trifonio: vt nauim conducat: quoniam in mandato non ſolum id quod
27 expreſſum eſt venit, † ſed & id quod negocii ſequela eſt. l. quicunq; §. ſi ei. ff. de inſti. & hac ratione, & aliis, & præſertim ex requiſitione facta ſi emendi frumenti cauſa vltra cõuentionis dies mora in onerando facta ſit, & minus iuſto nauis oneratę fuerit; quoniam pecuniæ non ſufficerent: cum carius venderetur frumentum in ea ciuitate, quàm opinio eſſet, pro rata cõtribuere Męuium debere, ſubditq; culpæ annumerari non poſſe Trifonio, ſi nauim dictis conditionibus conduxiſſet, cum de more, & conſuetudine naues ita cõduci ſolcant. l. pignus. & l. ſi creditor, vbi Pau. & Bal. C. de pig. actio. idq; aliis auctoritatibus probat, & placet præceptoris ſententia, quæ magnam habet æquitatem.

28 † Illud certi iuris eſt, ſi plædo nauim locauit, vecturam nauis eidem prædoni rectè ſolui, nec dominus nauis ſi ab eo, qui ſoluit, petet, audiendus eſt; quoniam ex locatio prædonis domino actio non competit, eſt tamen domino obligatus prædo. Contra verò, ſi vecturas nauis quam dominus locaſſet prædoni cõductor ſoluerit, non liberabitur, condicet tamen à prædone, vt indebitum, tex. eſt ſingu. in l. ſi vrbana. ff. de condict. indeb. vbi Pau. Caſt. quod primo loco diximus, vecturam prædoni, qui locauit, rectè ſolui admittecdam ait, ſi conductor bona fide ſoluit, ignorans ipſum eſſe prædonem, & putans verum dominũ, vel hæredem. Si verò prædonem ſciuiſſet, non liberari, citat l. filiæ. in fi. ff. de ſolu. quibus addes Dec. in conſ. 407. viſis, & diligenter. in prin. & Bal. in conſi. 476. factum tale eſt. nu. 4. vol. j.

29 † Item illud non eſt iuris ambigui, res inuectas, & illatas in nauí conducta pro vectura nauis tacite obligatas eſſe, etiam cum priuilegio prælationis aliorum creditorum etiam anteriorum, quaſi merces debita ſit pro neceſſaria conſeruatione dictarum rerum. De quo vide Bal. in lege certi iuris, in quarta quæſtione, in verſiculo quid ergo. C. locati. & latè deducit, ac probat Negu ſant. in tractat. de pignor. in quarto memb. ſecundæ partis principalis, nu. 169. & ſequen. & ſubdit notandum eſſe, & quoniam in locis maritimis frequenter contingit, ad quæ vide legem, interdum, cum lege ſequen. quę incipit, huius. ff. qui pot. in pigno-
30 hab. & ex eadẽ lege nota, quàm ſit fauorabile † in cibaria nautarum cedere, vel ad armandam vel reficiendam nauim, vel in merces, vt ſaluæ fiant. Adde l. qui in nauẽ, & legem, quòd quis. ff. de priuil. cred. vbi qui in nauim extruendam, vel armandam, vel inſtruendam crediderit, priuilegium habere cauetur, & vide quæ vtrobique notantur, & Negut. in tracta. de pignor. in quarto memb. ſecunda parte princip. nume. 202. & Alexand. in conſi. 217. viſo quodam, numero ſecundo, volum ſeptimo, & eundem Neg. in citato tractat. in ſecundo memb. quinta parte, numero 24.

31 † Notandum eſt etiam, vecturas nauis inter acceſſiones, ſeu fructus ciuiles annumerari; quia veluti vſurę non natura prouenium, ſed iure propter rem percipiuntur, vt notat Barto. in lege ex diuerſo, in princip. ff. de rei vendicat. & eſt optimus tex. in l. ſi nauis. ff. co. qua lege cauetur, ſi nauis à malæ fidei poſſeſſore petatur, fructus etiam percipiendos eſſe; quoniam periculum nauis poſſeſſor petitori præſtare nõ debet. Et vide ſubtilem, & elegantem l. & adde gl. & Bar. in l. vrbana. ff. de cond. indeb.

32 † Plerunque etiam euenit, vt dubitetur, an merces ſint magiſtri nauis, vel alterius: Vnde Bal. in l. cum proponas. nu. 10. C. de nau. fœ. & Sali, ibi. ſub nu. 5. ad coniecturas confugiendum ſcripſere, inſpiciq; debere ad uectarũ rerũ & ad vehentiũ qualitates. arg. ff. loca. l. cũ in plures. §. vehiculũ. & l. colonus. in §. nauẽ. ff. loca. Inſpiciẽdas etiã literas, quas afferunt magiſtri nauium, ſeu afferre conſueuerunt, item & ſcribæ, quem vocant, librum.

Vltima pars.

SVMMARIVM.

1 *Libellus in vendicandis armamentis, & ſcapha nauis, quomodo concipiendus ſit.*
2 *Vecturæ nauium in rei vendicatione.*
3 *Interdictum poſſeſſorium pro naui non competit, & quæ remedia poſſeſſoria cõpetant, relatiuè.*
4 *Actio vtilis in eum, qui naui præpoſitus ſit, competit, ſi de naui deiectum quid ſit.*
5 *Lege Iulia de vi publica tenetur, qui hominibus armatis de naui ſua quem deiecerit, concuſſerit, expugnauerit ve.*
6 *Dominio mercium ex conducto actio competit, qui nauim conduxit ex locato magiſtro nauis.*
7 *Interpretatio noua ad l. 1. ff. de præſ. verb.*

8 *Libellus*

Source : BIU Cujas

8 *Libellus defendi potest, in quo diceretur, Peto ex conducto, cum dici debuisset, ex locato, vel contra: quia veteres his verbis promiscue vtebantur, & in 3. parte num. 1.*

NOuissimè de bellis, actionibusque nauium causa competentibus breuiter tractandum est, in rei vendicatione libellum cõcipere nos oportet vt admonet Iurisconsul. in l. Marcellus. in §. armamenta. ff. de rei vendi.

1 † vbi in hæc verba scriptum est. Armamenta nauis singula erũt vendicanda, scapha quoque seperatim vendicabitur. Non ergo sufficeret vendicare armamenta nauis, non enim est vniuersitas quædam sicut grex, & libellus non procedit, Peto nauim cũ armamentis, sed speciatim armamenta sunt exprimenda, vt ibidem scripsit Barto. quod in armamentis à naui seperatis, non autem in affixis, seu iniunctis admittendum est, vt eod. in loco adnotauit Ang & sensit Accur. quem videbis, ac Dec. in c. cum venerabilis. col. 2. extra de exce. & relata per eum loca. Huic rei est & illud adnotandum, vecturas nauium in rei vendicatione

2 venire, † & ideo, si nauis à malæ fidei possessore petatur, etiam fructus æstimandi sunt, vt elegãter Iurisconsul. inquit in l. si nauis, ff. de rei ven. quæ lex notanda est, de qua paulò superius meminimus sub num. 31.

Assumes etiam, quod paulò superius diximus sub nu. 29. & ad hunc enim locum attinet, res inuectas & illatas in naui conducta pro vectura naus tacitè obligatas esse.

3 † Et illud notandum, possessorium pro naui non competere. l. j §. si quis de naui. ff de vi & vi arma. de quo textu meminimus in secunda parte huius tractatus, in pen. q nu. 31. & in principio eiusdem partis, sub num. 5. & hanc sententiam probat Iaſ. in consi. 70. nomine mag. &c col. 2. & sub nu. 4. vol. 2. refertq; alia remedia ad possessionem nauis recuperandam competere, quæ latius habes ex locis ab eo relatis, & quæ plenius Soc. retulit in l. rem quæ nobis. ff. de acq. poss.

4 † Item, si de naui deiectum sit, dabitur actio vtilis in eum, qui naui præpositus sit. l. pe. §. fi. ff. de his, qui deie. vel effuder. de quo textu mentionem fecimus in principio secundæ partis, versic. item sciendum est, num. 5.

5 † Item sciendum est, lege Iulia de vi publica teneri eum qui hominibus armatis de naui sua quem deiecerit, concusserit, expugnaueritve. l. 3. ff. ad legem Iuliam de vi publ.

Denique prætermissa exercitoria actione, de qua plenè quidem in titulo de exercitoria Iurisconsulti tractarunt, † & nos nõnihil diximus in calce tractatus nostri de nautis, illud explorati iuris est, ex conducto actionem competere domino mercium, qui nauim conduxit, ex locato autem magistro nauis. l. fi. §. fin. ff. ad leg. Rhodi de iac. l. & ita in princ. & §. j ff. nau. cau sta. quæ iura ad id citauit Neg. in tractat. de pignor. in 4. membro secundæ par. nume. 169. & scripsit Accursius in l. j. ff. de præscriptis verbis. Sed huic rei illud adiiciendum est, quod Iurisconsultus ait in dicta l. prima, ff. de præscriptis verbis, in verba iuncta, Domino mercium in magistrum nauis, si sit incertum, nauim conduxerit, an merces vehendas locauerit, ciuilem actio-

7 nem † in factum esse dandam, Labeo scripsit. quo in loco obiiciens Bartolus contra textum inquit, de iure conductor est ille, qui dat pecuniam, & alius dicitur locator, l. j §. si quis seruũ. ff. depositi. Est ergo certum, quòd dominus nauis est locator, & dominus mercium est conductor. Soluendo ait, fac esse, tamen incertitudo est circa contractum, scilicet an nauim locauerit, an locauerit operas suas, seu rem, & operam, & propter hanc incertitudinem circa factum euenit, vt descẽdatur ad actionem, quæ in factum appellatur, seu præscriptis verbis. hæc ille, Baldus verò eodemmet vtitur argumento contra text. & respondit incertitudinẽ fuisse in facto, vt puta quia seruus meus ponit merces in naui, & ignoratur, an ipse nauim cõduxerit, an mercator conduxerit merces portandas, constat tamen merces in naui esse, meritò ad dictam actionem confugiendum est. hucusque Bald. quod exemplum nota. Pau autem Castr. in comm. suis ita scriptum reliquit, in textu, ibi, vtrum nauim conduxerit, an merces vehẽdas locauerit. Dic, tunc dicitur conduxisse nauim, quãdo nauis ad eius instantiam proficiscitur. sed tunc dicitur locasse merces, quando ad eius instantiam non proficiscitur, sed ipse merces tradit nautæ, vt vnà cum aliis in naui portet, & si esset certum, quid horum esset gestum, non recurreretur ad hanc actionem præscriptis verbis, sed daretur actio ex conducto in primo casu ex locato in secundo. Cùm verò est incertum, non debet actor se restringere ad aliquod istorum, si non credit se posse probare. Sed sufficit, quòd dicat se tradidisse merces tali, vt cum naui sua portaret ad talem locum: nam hoc poterat cõtingere altero de dictis duobus modis, nec poterit aduersarius excipere, declara per quem modum, vt sciam, an debeam cedere, vel contendere: qa poterit actor respondere, non teneor declarare; quia per quemcunque modum processerit, habeo contra te actionem, & in hoc dubio actionem præscriptis verbis. Sed si ista actio non esset prodita, hoc casu teneretur actor specificare, & si specificaret verum modum, & non probaret, succumberet, ideo fuit vtilis hæc prouisio, non dico, quòd in libello sit exprimendum nomen actionis, licèt iste text. prima facie innuat contrarium, secundùm communẽ opinionem in l. edita. C. de edi. sufficit enim, q̃ narret factum taliter, q̃ ex eo resultet actio, & ex narratione potest intelligi, quæ actio. Isto igitur casu, quia factum narratur in confuso, intelligitur, q̃ intentaue rit præscriptis verbis. Sed si dixisset, se conduxisse nauium, colligeretur per actionem ex conducto. Si verò q̃ locauit merces, colligitur per actionem ex locato: ideo se astringeret ad probandum in illa, & si probaret in altera, non in illa, succumberet, vt lege habebat. in princ. ff. de institu. ff. si pars hæred. per. l. non possum. & quod notat Inncen. in cap. j. de consuetu. hactenus ille in verba suprascripta, quem ad verbum non ab re visum est referre. Addit Iaſ. eodem in loco, Bart. textum non considerasse, & solutionem ad argumentum defendi non posse. Non enim secundum eum, lex dicit, incertum esse, an magister nauis nauim locasset, an operam, an vtrunque, sed dicit incertum erat, vtrum nauim conduxerit, an merces vehendas locauerit, incertitudo ergo erat, an esset conductio, vel locatio, vnde sensum ac Pauli sententiam literæ congruere existimat. Subdit deinde, se non videre, quomodo in casu Pauli ex locato actio domino mercium possit competere: quoniam obstat text. relatus à Bar. in d. §. si quis seruum. vtroq; enim casu domino mercium, qui pecuniam dat ex cõducto, acti competit. Et licèt valde cogitauerit quid dici, quidve rectè responderi possit, nõ vidit, mihi autem in casu isto indifficili cogitanti, in quo (vt vides) iuris interpretes in diuersas sententias distrahuntur prima frõte Pauli Castrensis sententia defendi posse videbatur ex textu claro in lege secunda. ff. ad legem Rhodiam de iactu. vbi Iurisconsultus iisdẽ ferè verbis vtitur: ait enim. Si laborante naue iactus est, domini, si merces vehendas locauerint, ex locato cum magistro nauis agere debent: Competit ergo ex locato actio domino merciũ, si merces vehendas locauerit. Item, eadem lege in § fi. dicitur, q̃ si iam contributio facta sit: tunc hi qui soluerint, agent ex locato cum magistro nauis: vt is ex cõducto experiatur: Veriorem tamen, ac probabiliorem illam sententiam puto, vt in casu, l. j. ff de præscript. ver. incertum non esset, an ex conducto, vel ex locato actio competeret, sed in facto ipso esset incertitudo, vt sensit Bar. non tamen in facto ea esset incertitudo, quam Bart. proposuit sed illa quam Paulus considerauit, adeò q̃ ex verbis Pauli & Bartoli verus sensus elicietur. Et declarandæ materiæ gratia præfari libet, quod in principio tertiæ partis huius tractatus diximus. Veteres locationum, & conductionem appellatio nibus promiscuè vsos fuisse. l. veteres. cum sequenti. ff. de actio. emp. quod & Accursius animaduertit in l. 2. ff. ad legẽ Rhodiã de iactu. & in pleriſq; locis statim referendis. Vnde verũ est, qd̃ dicebat Bart. ei, qui pecuniam dat ex conducto actionem competere. & vbi Iurisconsultus inquit, dominum mercium ex locato agere debere, exponendum est, ex conducto, vt optimus iuris interpretes animaduertit Accursius, vbi supra, quia veteres his verbis promiscuè verbantur: & in pluribus locis idem Accursius ita exposuit, præsertim in d. l. 2. & in l. si eum. ff. de exercitor. Et hæc sententia probatur in l. 2. in §. cum in eadem ff. ad legem Rhodiam de iactu. iuncto principio legis, dum Iurisconsultus ait, ex conducto dominos rerum amissarum cum nauta, id-est cum Magistro acturos, & in principio legis dixit, dominum ex locato, quod non alia ratione euenit, nisi quia veteres promiscuè his verbis vtebantur, & clarè etiam probatur in l. fi. in § idem iuris. ff. ad legem Rhodiam de iactu. Sed vt ad legem primam, de præscriptis verbis, redeamus, verus sensus illius legis est (ni fallor) q̃ incertum erat in facto secundùm Paulum, vtrum dominus mercium totam nauim conduxisset, quæ profectura erat secundum voluntatem conductoris, vel merces vehendas locasset, vt ad certum locum, cum aliis mercibus exportaret, ita q̃ conductio ad nauim relata non esset, secundùm ea, quæ in tertia parte huius tractatus diximus: & hanc incertitudinem innuunt Iurisconsulti verba, & in hoc Paulus rectè. Hæc enim incertitudo magis scribis Iurisconsulti congruit, quàm illæ, quas Barto. & Baldus finxere. Dum verò Paulus dixit altero casu ex conducto, altero ex locato agendum esse, in hoc minus rectè, sed quod Bartolus, & Bald. aiunt, ex conducto dicto domino mercium, qui pecunias dat, semper competere, verius ex d. §. si quis seruum. Propter ergo illam facti incertitudinem competit actio præscriptis verbis. Nec moueant, quæ considerabantur à Iasone: quoniam si Iurisconsultus hic expressisset domino mercium actionem ex locato competere, prout in d. l. 2. ff. ad l. Rhodiam de iactu expressit, exponendum esset ex locato, id-est, ex conducto, secundùm ea, quę diximus, ex quibus illud etiam sequitur contra Paulum Castrẽsem: & (vt puto) veriſſimum, si in

8 libello actor † etiam exprimeret, Peto ex conducto, dum dicere debuisset, ex locato, & contra, defendi posset libellus auctoritatibus supra relatis, & pra cipuè ex dicta l. veteres, & l. secunda, ff. ad legem Rhodiam de iactu.

Source : BIU Cujas

BENEVENVTI STRACCHÆ Patritij Anconitani.

De Nauigatione.

SVMMARIVM.

1 Nauigatio necessaria, periculosa ac incerta, & seq. nu.
2 Nauigantes nec inter viuum nec inter vita functos censentur. secundum Biantem Philosophum.
3 Cato pro tribus rebus per omnem vitam pœnitentiam egisse dicitur, si quod arcanum mulieri credidisset. Si per aquam traiecisset, quò poterat terra proficisci. Si aliquis dies per incuriam sine studio transisset.
4 Socius in culpa est, si merces mari aduehere voluerit, cùm potuit terra, nisi aliter sit consuetum.
5 Naufragis leges consulunt, & fauent.
6 Nauigare in mari ac in flumine publico vnicuiq; licet: prohiberi tamen potest ab eo, qui iura regalia habet in illo territorio.
7 Ciuitas Perusina potest statuere, quòd aliquibus liceat nauigare per lacum Perusinum, & aliquibus non liceat.
8 Veneti, quòd habeant ius prohibendi, ne quis in Adriatico sinu nauiget.
9 Districtus, seu territorium in mari quomodo cognoscatur.
10 Aggeres, seu aliæ munitiones in fluminibus an liceat facere, quando cursus aquæ immutatur.
11 Præpositus recipiendis mercibus, qui vulgò supracharico appellatur, nõ potest diem conuentum ad nauigandum inter magistrum nauis, & dominũ proferre, nisi in mandatis habeat.
12 Mandatum præpositi ad recipiendum merces est diligenter inspiciendum.
13 Promittens nauigare Ragusium à portu Anconæ intra duos menses, quod satisfecerit promissioni, si inceperit nauigare licèt Ragusium non peruenerit. Et idẽ in conuentione de nauigando, & meo, qui ꝓmisit Romã ꝓficisci.
14 Interpretatio ad statutum Anconitarum sub rubri. de fide danda lib. & scrip. scriba.
15 Nauigatio vna, vel plures quando dicantur.
16 Commeatum, & remeatum pro vnica nauigatione accipi debere.
17 Interpretatio ad quædam statuta Anconitana circa formam eligendi scribã nauis, vt contractibus ab eo factis, & testamentis habeatur fides.
18 Condemnatus ad conficiendum quasdam literas statim & incontinenti, ita ꝙ pro primo passagio transmitti possint, aliàs ad centum, an in mora per requisitionem censeatur constitutus, vel sit necesse, vt sit passagium.
19 Mandans Cornelio, ut cum naui Bisantium proficiscatur, & conueniens, quòd in loco dabuntur à Titio pecuniæ onerandi causa nauim, si Titius pecunias non numerauit, et naui vacua Cornelius reuertatur, ad damna, & id, quod interest, tenetur.
20 Venditor frumenti promittens illud exportare ad certum locum omni exceptione remota sub pena, & iuramento, an excusetur à periurio, & pœna conuentionali, si iussu Regis frumentum alibi exportauerit, etiam si omnes casus fortuitos duobus tantum exceptis in se susceperit.
21 Scholaris promittens cum iuramento non recedere de Bononiensi territorio sine venia creditoris si recesserit iussu patris, vel superioris, quò in periurium non inciderit.
22 Auctoritas superioris liberat à periurio, & à pena, & quomodo.
23 Magister seu dominus nautis non præsumitur à nauis, quib. imperare potest inuitus ad aliquid dicendum, vel gerendum compulsus.
24 Consuetudo nautica spectanda est, dummodo à lege non reprobetur.
25 Nautis peritis in negocijs nauticis standum est, & quomodo.
26 Testamentum factum à mercatore Anconitano in Portu alicuius ciuitatis Barbarorum, seu Saracenorum vel apud barbaros, an valeat, relatiuè.

1 DEI Opt. Max. Implorato auxilio, Reliquũ est de nauigatione pauca referre, † quæ q̃ sit necessaria, nemo est ꝓfectò, q̃ nesciat, & meritò Iurisc. in l. j. ff. de exer. nauigãdi necessitatem appellat, quamq; etiam periculosa sit, norũt, qui nauigarunt. Vnde Nacarsis Scytes, nauigantes tantum abesse à morte dicere consuerat, quantum digitorum nauis esset crassitudo. Cuius sententiæ Satyricus, assentit, dum ait,

Digitis à morte remotis.
Quatuor aut septem si sit latissima tæda.

2 † Et Bias ille Prienensis Philosophus. Nauigantes nec inter viuos, nec inter vita functos censebat. Et his addo Iaſ. in l. j. nume. 9. ff. si quis cau.

3 † Plutarchum in vita Catonis referentem, eundẽ Catonẽ dicere consueuisse, pro tribus rebus per oẽm vitam pœnitentiam egisse, si quod arcanũ mulieri credidisset, si per aquã traiecisset, quo poterat terra proficisci, si aliquis dies p̃ incuriã sine studio transisset. Et iurisc. maris periculũ indicans in l. cũ duob. in §. dãnũ. in fi. ff. pro soc. in culpa socium esse ait, † si mari merces aduehere voluerit, cũ terra potuisset, ni tñ aliter sit solutũ. Verba luriſc. sunt hæc: Proinde si naufragio quid perierit, cum nõ aliter merces q̃ mari solerent aduehi, damnum ambo sentiant, & ꝓpius ad rem legitur in l. 3. ff. de don. cau. mor. ei qui nauigat propinquę mortis imminere periculum, & periculosam, & incertã nauigationem appellat Imperator in l. ciuitas. C. de off. rec. pro uin. & Bal. in conſ. 345. pro dño Arnaldo &c. col. fi. vol. 2. dicitq; gl. in c. nouimus, 17. q. 2. in illis verbis tex. Nauigasti. i. vxorẽ duxisti, vt. n. nauigans, se variis periculis subiicit, nec ꝓprio motu regit, sed ventis, sic vxorẽ hñs. Aduersæ nanq; maris procellæ sunt inexorabiles, & nemini parcunt, vt Bal. & Sal. scripserũt in l. 2. C. de naut. fęno. qui hoĩ potenti, & crudeli cõparabãt mare.

5 † Cùm igitur nauigantibus naufragium immineat, sitque nauigatio necessaria, meritò prudẽtissimi viri, legumq; latores, agre ſtem eorum vitam miserati, quo ad eius fieri potuit, naufragiis consulere studerunt, vt in tit. ff. de incen. rui. & nauf. in auth. nauigia. C. de fur. extra de rap. c. excõicationi. c. Rhodiæ. 2. dist. vbi gl. & doc. Quod & Phocylides in admonitorio poemate admonet: Naufragos miserare: qm̃ nauigatio est incerta. Spe. ẽt noster nauigãtes tanq̃ miserabiles p̃sonas de foro ecclesiæ esse scribit, in tit. de cõpe. iud. adi. § j. ver. 28. de quo in 2. par. principali trac. meminimus. versi. sciendum est etiam mercatores &c. nu. 38.

6 † Sciendũ illud in primis est, in mari nauigare prohiberi posse neminem. l. 2. §. si quis in mari ff. ne qd in loco pub. §. & quidẽ in ſt. de rer. diu. & in flumine publico nauigare licere. ff. vt in flu. pub. nauigare liceat l. vni. vbi Bar. in rub. eleganter inquit, Intelligo istud interdictũ, vt quis à priuato nauigare impedirinõ possit, sed ab eo, qui hẽt iura regalia in illo territorio, põt prohiberi.

7 † Vnde ciuitas Perusina p̃t ſtatuere, q̃ aliquibus liceat nauigare per lacũ Perusinũ, & aliquibus non liceat. Ratio, q̃a cursus aquarum, & fiumina, & lacus pertinẽt ad eã, quę sint rega. c. j. coll 10. & facit, qd̃ no. in l. 2. in princ. ff. ne quid in loco pub. in gl. in ver. lege. Hactenus Bar. cuius sñiam probat Asten. in 3. vol. de decre. & cõsli. in verbo nauigare. Quibus addes, quæ plenè & elegãter

8 scripsit Ang. in cõsi. 290. thema tale est. † Apud quã & illud q̃ritur, nũ Veneti ius ꝓhibẽdi hẽant, ne quis in Adriatico sinu nauiget? Rñdit hr̃e, idq; ex tꝑe, cuius origo hoĩum memoriam excesserit, acquisitum fuisse, excipit tñ nauicularios delegatas species annonarias ad principẽ seu rempubl. Romanorum transferentes, de quibus in tit. de nauic. lib. 1. & probat sñiam suam ex lege sanè. & seq. ff. de in iur. vbi Raynerii, & aliorum scripta videbis, & Veron. in trac. de seruit. rust. prædiorum, in rub. de mari. c. 26. versi. sed an possit, & Franc. Bal. in trac. de præscri. in 4. parte, quintæ par. princip. versi. 6. quæro, nu. 6. & seq. to. 16. Bertach. in trac. de gab. in j. parte, nu. 19. & seq. to. 6. & qm̃ Ang. in citato cõsi. super conuentione inita inter Venetos, & Ianuenses bellissimè disputat, notent Anconitani Angeli responsum, qui & ipsi cum Illustri Senatu Veneto ad pactiones de venere.

Tractare hic non ab re esset multa, & varia de Mari & ad ipsum mare pertinentia, verum quia Veronẽsis nõ leuis Iuris interpretes, & plene & eleganter differuit, consulto prætereo, ne aliorum labores videar describere, locus Veronensis est in rela to tractatu de serui. rusti. præd. in tit. de mari, & seq. & in ea parte

9 in qua differuit, quo territorium seu (vt ipsi dicũt) districtus † in mari cognoscatur, iuxta gl. in c. vbi periculũ. in §. porrò. de elec. in 6. adde Bal. in consi. 54. quæritur, vol. 4. & Pau. Cast. in l. deprecatio. ff. ad legem Rhodiam de iactu & nota. respõsum Bal. fuit enim ex facto cõsultus, in quo quid iuris esse in ciuitate nostra dubitabatur, de industria ẽt prætermittimus, quæ ad flumina, & nauigationem ipsorum pertinent, qm̃ Iurisc̃onsulti in titu. de flu

10 minibus, † & sequentibus titulis copiosè, & eleganter tractarũt, solum quò ad aggeres, aut quam aliam munitionẽ, quibus cursus fluminis ad aliquid sit immutatus, addã p̃ceptoris mei Paul. Parmen. responsum num. 105. in j. vol. circa &c. & quædam ad nauigationem pertinentia nec passim tractata persequemur.

Notauimus supra in tractatu de nautis, in tertia parte ver. itẽ in culpa &c. nume. tertio, nautam post tempus conuentũ nauigantem in culpa esset l. qui Romæ. §. Callimachus. ff. de verbo. oblig. nunc ex eod. §. vnum inter mercatores vsitatum nota. solent mercatores cum nauim aliquam mercib. onerãt, Ragusiũ aut Bisantium fortè perferendis mercib. recipiẽdis iisdẽ in locis aliquẽ p̃ponere, quẽ vernacula lingua supra charicũ appellant,

11 † finge modò mercatorẽ cũ magistro nauis conuenisse, ꝙ à portu Anconæ Ragusium intra die quinq; viginti nauiget, & oneratas merces in dicto die, & eodem in loco exponat, & Titio recipiendis mercibus præposito tradat, eundemq; Titium præstitutum diem ad nauigandum protulisse, si magister post diem in conuentione dictũ enauigauerit, submersa naui & amissis mercibus mercatori eidemq; domino tenetur, nec ex eo ꝙ Titius recipiendis mercibus tãtum præpositus, diem protulit, actio domino adimitur, vt patet ex prorogatione facta per Herotẽ seruum Stichi, cui nihil amplius, quàm vt pecuniam receptã Romam perferret, mandatum erat. Quod temperãdum est ex verbis Iurisconsulti in eodem §. nisi Titio præposito arbitrium datum esset recipiendi merces in quocunq; tempore, & in quocũq; loco, sed & si Titio oneri præposito plena, & libera ptãs in

admi-

Source : BIU Cujas

administrandis mercib. tributa esset, idem iuris esset. Vt ibidem iuris interpretes, & p̄cipuè Ias. scripsere. Tenetur igitur memoria
12 dictum §. ad materiam eius, vt dixi, qui oneri præponitur, † & vulgò soprachargo appellatur. Quid enim is in mandatis hēat, diligenter spectandum est, & notabilis idem §. in materia nauticī fœnoris, & traiectitiæ pecunię, & p̄ñr ad conuentiones inter mercatores consuetas, quas assecurationes vulgus appellat.

13 † Est & alia quæstio agitata, quæ ex eod. §. soluitur: Magister nauis promisit nauigare intra duos mēses à Portu Anconæ Cō stantinopolim, vel hæc verba conuentionem initam, finge de nauigando à Portu Anconæ Constantinopolim intra dictum diem, an cōuentioni satisfecerit magister nauis, si intra dictum diem nauigare inceperit, licèt Constantinopolim non peruenerit, & Angel. Alexan. & Ias. in eo. §. satisfeciſſe probant. Pau. verò eodem in loco scribit id verum esse, vbi ad nauigandū statutus dies adeò breuis esset, vt pp loci distantiam nauigatio rōne tēporis perfici non posset. Vbi verò dies in cōuentione adiectus ad complendam nauigationem sufficeret, conuentionem interpretandā, vt nauta in statuto die nauigationē perficiat. Verùm & Alex. & Areti. ac Ias. idem ius esse putant, etsi conuentū tempus ad perficiendam nauigationem sufficeret; qñ conuentio in suprascripta verba facta ad nauigandum, vel per infinitū nauigare actum perfectæ nauigationis non significat, sed ipsam nauigationem. Probant etiam Pau. errasse et ex Iurisc. verbis, in ea parte proficiscatur &c. & in verbo, nauigasset. Et idem responderunt in eo, qui à ciuitate Anconæ intra Cal. Maias Romā p̄ficisci promisit, vt sat sit, si pręstituto die iter arripiat, quæ & ipse probo, & cautos velim mercatores reddere, vt si voluerint magistrum nauis obligari ad perficiendam nauigationem in præstituendo die, verbis claris vtantur, quibus perfecta nauigatio si
14 gnificetur. † Comperimus à peritioribus aliquando dubitatum circa interpretationem statuti Anconitani sub rub. de fide danda libris, & scripturis scribanorum nauigiorum, in ea parte, Scribanus alicuius nauigii anteq̄ incipiat suum officium, teneatur, & debeat in principio cuiuslibet viagii, & reliqua. Fuit eiñ quæstionis, qñ vna, vel plures nauigationes dicātur, & scio ex facto consultum Maria. Soci. & lib. j. respō. respon. 33. assumo primā,
15 respondisse, † vnicam nauigationem dici, vbi finge à Portu Anconæ Constatinopolim magister nauis nauigat, & inter nanigādum, seu in ipso itinere portui Ragusino, aut alii se applicuerit. Vna enim est nauigatio, licèt aliquo tēporis interuallo fiat, dū modo ad extraneos actus non deueniatur, & cōtinuus sit actus non interuenientibus extraneis interuallis. Probat ex eo, quod dr̄ vnicum furtum esse factum ab eo, qui continuato tempore plures res furto subtraxerit, vt iuris interpretes testātur, in auth. sed nouo iure. C. de ser. fugi. citat ēt Bar. & alios in l. nunquā plura. ff. pe priu. delic. l. continuus. ff. de ver. obl. & pleraq; alia, Vnde fm eum, si nauigatio est, finge insulam Rhodos vsq;, & in ipsa nauigatione (vt vernacula lingua dicimus) si faci scala, in aliquibus locis, vnica dicetur nauigatio, consuetudini tamen Anconitanorum in hoc standum esse subiicit, & rectè. Pro qua sententia succurrit mihi tex in l. fi. C. de nauic. lib. 11.

16 † Hoc amplius Benuenutus tentat dicere, Commeatum, & remeatum pro vnica nauigatione in lege municipali proposita accipi debere. Vnde sequitur, si iuxta legis prædictæ municipalis formam scriba nauis iurasset in ciuitate Anconæ in nauigatione peragenda Ragusium vsq;, & in reditu scriba nauis inter nauigantes contractum scripsisset, aut testamentum, fm formam dicti statuti huiusmodi scripturis plena haberetur fides. Tunc enim, quantum intelligo, perfectum nauigium, seu nauigationem, & mercatores, & nauigantes appellant: cū magister nauis iuit, & rediit. Pro qua sententiam facit tex. in l. relegati. ff. de pę. & l. vtimur. ff. de sepul. viol. Huic rei est & illud adiciendum, cùm quæritur, an vna, vel plures nauigationes dicantur, præterea, quæ de lege municipali prædicta retulimus, conuentionum verba diligenter inspici debere, & consuetudinem spectari. Et in re dubia, vbi ex conuentione magister nauis littora deuia sectari debet, putarem ex hoc debere dici plures nauigationes censeri, arg. eorum, quæ Maria. in relato loco scripsit, & l. q fiscales. C. de nauic. lib. 11. & l. cum proponas. C. de nau. fœno. & in materia notabis tex. in l. qui Romæ. in §. Callimachus. ff. de verborum obliga.

17 † Idem Maria. in citato loco tractat. lege nautica Anconitanorum cautum est, si scriba nauis extra ciuitatem Anconæ eligatur, eundem scribam officium, & fide gesturum iurare debere coram Consule. Item lege municipali postea lata eiusdē ciuitatis cauetur, de qua pauiò superius meminimus, scribam nauis in principio cuiuslibet nauigationis coram prætore, vel iudice ciuitatis Anconæ officium ex fide gesturum iuramento affirmare debere, præsente, & volente maiori parte mercatorum, q nauigaturi sunt cum mercibus, & his non existentibus præsentibus nauclero, & tribus nautis Anconitanis nauigii prædicti. Num iuramentum præstitum à scriba extra ciuitatem Anconę coram consule, non interuenientibus mercatoribus, vel nautis sufficiat: vt eius scripturis fides habeatur? & putat sufficere; quoniam statutum secūdo loco factum loquitur, cum eligitur scriba nauis in ipsa ciuitate Anconæ, & lex nautica prius facta, de mercatorib. & nautis, vt pñtes sint, dū iurm pręstat à scriba nauis coram Consule extra ciuitatē nō dixit, sed iuxta, simplr cauet scribā iurare debere corā ꝯsule. Subiicit tamen interpretationi à consuetudine factæ stari debere. Et quid per longum tēpus obseruatum sit spectandum, quæ sententia probabilis est, licèt quædam occurrant, quæ huic sententiæ aduersari videātur. Sed & ipsam confirmabis ex his, quæ scripsit Dec. in consi. 3. & in consi. 222. viso. & Ludou. Goz. in consi. 72. nume. 10. in causa ex ciuitate Anconæ.

18 † Item quæritur apud eundem in cons. 99. lib. 4. cum quidam arbitri sententia, ad conficiendum quasdam literas statim, & incontinenti condemnatus esset, ita q̄ pro primo (vt ipse ait) passagio transmitti possent aliàs summam centum, non semel requisitus, literas tamen non conscripsisset, num is verè morator dici possit, & ad centum conueniri, mouet: quoniam adiectum est, ita q̄ pro primo passagio &c. putat tamen in facto proposito, & rite, & rectè conuentum, & captum in moraq̄ legitimè constitutum. Tum propter illa verba geminata, statim & incōtinenti, tum etiam quia relata verba, ita q̄ pro primo &c. fauore illius adiecta sunt, cui literæ fieri debent. Quod ergo fauore alicuius est constitutum, ad læsionem eius dictum videri non debet. l. quod fauore. C. de lega. & secundùm Angel. post Gui. in l. nulla. ff. de legi. quæ sententia Soci. (ni fallor) rationabilis est, & videbis duo sequentia responsa, quibus hæc sententia confirmantur.

19 † Apud Alex. in consi. 52. vol 6. viso &c. species talis proponitur, Callimachus, Cornelius, & Lucas societatem coiuerunt, cō ueneruntq̄ue, vt tribus triremibus in Britanniam Lucas, & Cornelius p̄ficiscerent, q̄bus Callimachus (cui triremiū tota cura, & administratio cōmissa erat) mādauit, vt cum in Britanniam peruenissent, si integrum onus à mercatoribus dicto loco non inuenirent, emerent lanas, mercesq̄ue alias, quibus iusto onere triremes onerarent, eaque de re cuidam Leonardo mercatori se scribere, & mandare ait, vt pecunias ad id necessarias persoluat, & ita scriptura quadam cautum, ac conuentum erat. Idem Cornelius & Lucas in Britanniam profecti, cum merces perferendas non inuenissent, requisiuerunt prædictum Leonardū, vt pecunias iuxta Callimachi literas, & mādatum solueret, quo Leonardo recusante, nilq̄ue sibi mandatum adfeuerante, respōdit Alexāder Callimachum cum dāna omnia, & id, quod interest, Cornelio, & Lucæ præstare debere, nec de iure Cornelium, & Lucam obstrictos esse probare Callimachum literas scripsisse, tum ex his, quę proponuntur, tum etiam ex scriptis Bart. in l. in illa stipulatione, si Calend. ff. de ver oblig. Hoc amplius subiicit, astringendos non esse probare in Britannia non inuenisse mercatores, qui mercibus vehendis integre triremes onerarēt. Sed id deducere, & allegare sat esse, scilicet sarcinulas, vt puta cē tum tantum inuenisse. l. cum de lege, cum gl. ff. de prob. l. fi. §. licentiam. vbi Bar. C. de iure delibe. quæ sententia Alexan. sanè rationabilis est, & quam sentētiam comprobabis ex his, quę Pau. Par. scripsit in consi. 91. viso copioso. vol. j. & nos diximus. in tit. mandati circa finem.

20 † Consultus ex facto Bald. cum quidam Arnaldus Barchinonensis mercatori Florentino quendam frumenti Siculi numerum vendidisset, & illum mari ad certum locū omni exceptione remota, sub pœna exportare iuramento promisisset, cuiuscū que generis fortuitos casus in se suscipiens, duobus tātum exceptis, scilicet, si diuino casu marisq; tempestate nauigiū periret, vel à classe (vt ipse ait) sforzata caperetur.

21 † Num Arnaldus à conuentionali pœna excusandus sit, si Archionis Regis nomine mandatum eidem fuerit sub pœna ęris, & personæ, vt cum onusto nauigio frumento prædicto Archionem proficiscatur. & in cōsi. 395 pro domino Arnaldo. vol. 2. insubtiliter (vt solet) argumentationibus hincinde propositis putat non posse absolutè responderi. Sed si culpa aliqua Arnaldo ascribi non possit, à pœna eum excusandum innuit. Hanc tamen rem, his, quæ proponerentur, diligenter inspectis, boni viri arbitrio dirimendam putauit. l. continuus. in §. cum ita. ff. de verbo. obliga. l. Męuia. in § fin. ff. de annu. lega. Quò verò ad id, quòd mercatoris Florentini interest propter frumentum non loco traditum, num pretium frumenti inspiciendum sit eius loci, quo tradere Arnaldus promiserit? Respondit si in obligatione genus erat, Arnaldum teneri: quia casus non liberat cum. l. incendium. l. vinum. C. & ff. si certum petatur, l. fina. ff. de triti. Si verò species, contra se habet, refert, an mercator Florentinus frumentum in genere, vt puta tot corbes frumenti Siculi emerit, an demonstratum corpus & speciem, sed & si species in obligatione fuerit, & mora vel culpa casum præcessisset, idem iuris esset, quod in obligatione genere: vt Arnaldus liberatus non censeatur. Verum idem Bald. parum sibi constans, in consilio 458. eodem volum. 2. ex eodem facto consultus à pœna conuentionali Arnaldum excusandum non esse probat. Quod, vt vidi, mecum stomachatus fum. ego

Source : BIU Cujas

autem in casu hoc indifficili meliorem illam sententiam priori loco relatam puto, vbi Arnaldus omni prorsus vacasset culpa. Nam, & si plene sibi cauit mercator Florentinus, defendi tũ à pęna Arnaldus potest: mouet, quod Guil. Pau. Rom. Alex. & Ias. scripsere in l. fi. ff. qui satisd. cogan. si scholaris absq; venia, & permissu creditoris à Bononiensi territorio non recedere iureiurando promiserit, donec satisfecerit, & iussu ab episcopo, vel alio suo iudice, vel patre recesserit, in periurium non incidit, dummodo iussum nõ procurauerit, quod, & Feder. Senen. probat in consi. 19. quæstio talis est, & in hac sententia Ioan. Andr. Imo. But. Gemin. & Abb. fuere, quos Iason in citato loco retulit, quicquid Cardi. scripserit in c. cum quidam. de iureiur. & pro hac sentẽtia induci potest. l. mercatores. C. de comm. & Merca. rex enim sibi subiecto præcipere potest, ne ad certum locum proficiscatur, vtque pareat, quod præceptum in omni promissione exceptum intelligitur, dicendum est ergo Arnaldum in periuriũ non incidisse, in pecuniariã verò pęnam de iure stricto incidisse, succurrendum † tamen est ei per exceptionem, vel in integrum restitutionem. 22 Cuius rei ratio illa redditur; quoniam periurium non est sine dolo. qui iurasse. ff. de iur. Si ergo Arnaldus omni culpa vacauit, in periurium nõ incidit. At in pęnam pecuniariam incidere quis potest mero iure sine dolo, & culpa; vt patet in l. ad diem. ff. de verb. oblig. succurritur tamen hic per exceptionem. l. 2. §. si quis in iudicio. ff. si quis caut. Est & alia ratio non insubtilis; quia licèt pœna pecuniaria committatur, nõ tamen executionem secum trahit, ideò ei, qui in culpa non est, non nocet. Sed si incideret in periurium, executionem secum traheret, animamq; ligaret, vt in c. pastoralis. de appella. secundùm Pau. Cast. in citata l. fi. ff. qui satisd. cog. Nec moueant, quæ Bal. ait posteriori loco, scilicet in consi. 458. Bald. enim (vt aiũt) erit hasta pelias. Ex his enim, quæ idem Bal. scripsit in cons. 395. responsa colliges. Item ex relato consilio Feder. ac his, quæ nos 23 addidimus. Et ex eo. consi. Bald. 458. illud notandum est. † magistrum, & nauis dominum à nautis, quibus imperare potest, ad aliquid gerendum, dicendumve inuitum compulsum non præsumi, arg. l. moueor. C. si seruus expor. veni. postquàm hæc scripseram, incidi in respons. Angeli. 219. arbitror &c. qui de eodẽ facto consultus respondit, lector perlege: ego autem nihil immutandum putaui, sed solum placet admonere, vt videas, quæ in rub. de contract. diximus.

Denique, duas hic subiungo regulas ad tractatum de nautis, nauibus, & nauigatione, vtiles & necessarias. Altera est, nauti- 24 cam † consuetudinem præcipuè spectandam esse, dummodo legi nõ aduersetur, hoc est à lege non reprobetur. l. deprecatio. ff. ad legem Rhodiam de iactu. § fi. in auth de vsur. naut. vbi Accursius, & maris consuetudinem seruandam scribit Bald. in l. obseruare. in § antequam. ff. de off. procon. & probat Veronen. in tracta. de ser. rust. præd. in rub. de mari, col. pen & Albe. Bru. in tract. de constitu. in verbo, mare. si enim lex ipsam consuetudinem reprobaret, non valeret, vt in authen. nauigia. C. de fur. Sic enim l. deprecatio. interpretandam esse plerisq; placuit, & vide bis Bart. in l. omnes populi. num. 26. ff. de iustit. & iur. Altera est regula, vt in his, quæ legibus cauta non sunt, & consuetudo nautica non viget, & sic ius scriptum, & non scriptum cesset, bene 25 † sit in nauticis negociis ad peritos, & valentes nautas confugere, est enim generalis regula, peritis in arte standum esse. l. j. ff. de vent. inspi. gl. in §. præterea. in verbo. longiori, institu. de rerum diui. quam regulam plenè quidem Abb. Feli. & Dec. declararũt in c. proposuisti. de proba. extra.

Reliqua ad nautas, naues, nauigationem ac naufragia pertinentia supple ex titulis. C. de nauic. lib. 11. ff. nau. cau. sta. ff. fur. aduer. naut. ff. de incen. rui. & nauf. & ex his, quæ habẽtur apud Specu. in titu. de rap. in §. cæterum. ex commentariis doc. in auth. nauigia. C. de fur. & in c. Rhodiæ. 2. dist. & Veron. complura adnotauit in tracta. de ser. rust. præd. in rub. de mari, & multis titu. seq. Videbis etiam Bertachi. in reperto. suo, in verbo, nauis. in verbo, nauclerus. in verbo, naufragium. & in verbo, nautæ. Ex quibus locis alijsque immẽsis legum voluminibus diligens lector considerabit me nouam quidem materiam aggressum, vtilemque ac necessariam, & à scriptoribus quodammodo neglectã, à nobis autem illustratam non dicam, sed peritioribus ornandi addendique causam datam etiam ab inuidis, & æmulis (ni fallor) concedetur. Nec hoc quidem tacebo, à proposito me his declinare, ab initio enim animo meo conceptam multa ac varia hic subiicere ad mercaturam pertinentia, mutato itaque cõsilio, consulto prætereo de na. fœn. & traiectitia pecunia, in qua materia in forensibus disceptationibus me non semel elaborasse fateor, & aliàs vidi tractatũ de fideiussoribus seu assecurationibus, Petro Santerna Lusitano Iurisconsulto clarissimo autore. Prætereo etiam hic de collybo multa ac varia, pecuniisque permutatis: prætereo de institoribus quædam ac proxenetis, & permutationibus, & ad vltimas voluntates nonnulla pertinentia, veluti id quod de mercatore Anconitano traditur, qui 26 in portu ciuitatis † cuiusdam Barbarorum seu Saracenorum testamentum sine solennitatibus condidit, de quo scripsit Bal. in rubric. de rer. diui. nume. 9. & in consi. 275. volum. 4. in Damasco non seruatur ius Romanorum &c. Veronen. in tracta. de seru. rustic. prædi. in titu. de portu. rubr. 28. Are. in §. littorum. instit. de rer. diui. Iason. in l. ius autem ciuile. nume. 33. & sequen. ff. de iusti. & iur. & de testamento facto apud Barbaros à mercatore, scripsit Paul. Castr. in l. qui à latronibus. ff. de testa. & videbis Soci. in consi. 33. volu. j. prosequendo. His igitur de industria prętermissis, propter assiduas occupationes disceptationum forensium, in quibus quotidie versor, quibus si me aliquando exoluero, omni cura, & diligentia quæ ad mercaturam attinent, perficere est animus. Videamus, vt in initio polliciti sumus, quando mercator esse desinat.

Septima pars.

PRINCIPALIS TRACTATVS.

ARGVMENTVM.

Quando mercator esse desinat.

SVMMARIVM.

1 *Mercator esse desinit, vbi officium mercaturæ deseruerit, item & morte.*
2 *Mercator esse desinit, vbi pœnæ causa negociatione illi iudex interdixit.*
3 *Mercator quòd esse desinat aliis modis, relatiuè.*
4 *Mercatores qui labefactata fide decoxerunt, & in decoctione aliquid fraudis admiserunt, in tantum mercatores esse desinunt, vt vlterius mercaturam exercere non possint.*

1 IT quidem mercator esse desinit, vbi mercaturæ officium deseruerit, † quandiu enim in hoc actu est, mercator dicitur, si tantum, vt si descriptus etiam in matricula mercatorum quis sit, mercaturam tamen vlterius non exerceat, mercator dici non possit, idque sensit Bart. in l. 3. in §. quibusdam. ff. de iure immu. citat § negociatores. ea. l. de quo plenius diximus in j parte principalis tracta. ver. offert se nunc alia controuersia. Morte etiam desinit quis mercator esse: hæreditatem enim nemo dixerit negociatricem seu mercatricem, cum sit res incorporalis: res autem incorporales huiusmodi officia, seu factorum exercitia non recipiunt, argumen ff. de acquiren. rer. domi. l. seruus, §. incorporales. & scripsit Fulgo. in consi. 05. proposita &c.

2 † Pœnæ etiam causa interdici negociatione, seu negociationibus per iudices solet, consequenter tunc desinit mercator esse. Quod qualiter, quoue modo contingat in 3. parte principali demonstrauimus, versic. & pœnę causa, nume. 34. † vbi & aliis 3 modis desinere facilè colliges, & breuitatis causa, ne idem repetam, non refero, illud igitur assumes, quæ ad hunc locum attinent. Sed & illud quod ibidem scripsimus, & plenius demonstrauimus, non est hic prætereundum, mercatorem qui fortunas † rationesque suas conturbauerit & labefactata fide decoxerit, & aliquid fraudis in ipsa mercatura seu decoctione (vt plerunque decoctores solent) admiserit, non solum mercatorem esse desinere, verum mercaturam vlterius exercere non posse. l. si aliquid. C. de suscep. præs. & arch. & videbis Bald. in consi. 74. quandoque agitur & c. lib. 5. & hinc occasionem nactus, quid de conturbatoribus atque Decoctoribus sentirem ex variisq; iuris interpretibus collegerim, subiungo.

DE CONTVRBATORIB. SIVE DECOCTORIBVS.

Præfatio.

DEI Opt. Max. Implorato auxilio, Benuenutus Straccha Anconitanus, vidẽs mercatores non quidem fortunæ, sed suo vitio quotidie rationes atq; fortunas conturbare, maxima quidẽ creditorum iactura, tractatũ hunc de quã Cõturbatoribus, seu Decoctoribus inscripsi hic subiungere ad rem putaui. Materiam vtilissimam atq; quotidianam, & nouam, quãtum in me erit, certa doctrina enarrans, captionibus, circũuentionibus atq; insidiis eorundem consulere curam agens, atq; reprimẽdæ improbitatis hoc genus hominum.

Et primum de significatione vocabuli aliquid referam,
Deinde, decoctorem quàm breuissimè potero, describam.
Postea quædam cõtra decoctores, & illorũ fraudes subiiciã.

Tum

Source : BIU Cujas

Tum municipalia quædam iura contra eos ſtatuta referẽdo, cõ plures queſtiones ſubiũgam. Quibus explicatis, de pactionibus inter creditores,& decoctores diſputabo.

Nouiſſimè oſtẽdam, quomodo contra Decoctores procedẽdum, in eos animaduertendumve ſit,& in illos qui Decoctorib. conſilium, auxilium, opemve dederint, ſeu quouis modo fauerint, qui ve potiores in bonis eorum habeantur.

Prima Pars.

SVMMARIVM.

1 *Decoctor, deſcendit à verbo decoquo.*
2 *Decoquere quid ſignificet, quid decoctores, et quid decoctio, plenè declaratur.*
3 *Conturbare ſimpliciter, vel pleniori locutione conturbare rationes vel fortunas, idem eſt, quod decoquere.*

1 DEcoctor † à decoquo verbo deſcẽdit, quod paulatim diminuere ſignificat,& coquendo abſumere.
2 † Itẽ ſubſtantiam conſumere, tranſlatione ſumpta ab his rebus, quæ ad ignem diutius commoratę, ad nihilum redigi ſolent. Vnde decoctores, conturbatores,& bonorum conſumptores dñr, quos recẽtiores luriſc. fallitos,& ceſſantes vocant. Ex quo vides tota (vt aiunt) via erraſſe Accur. in expoſitione huius vocabuli in l. quilibet. C. de dec. lib.& in l. ſi aliquid. C. de ſuſcep. præp.& ar. Sunt & non leues Auctores, qui dicunt decoquere idem eſſe apud antiquos q̃ bonis cedere & delinquendo creditoribus imponere, quod nõ eſt ſine dubitatione,& à me non recipitur. Nam & in eo, qui fortunæ vitio decoxiſſet non ſuo,& ſic abſq; delicto fortunas cõturbaſſet, hoc verbo veteres vtebãtur, indicat Ciceronis locus de lege Roſcia ſtatim referendus. Meminit ẽt de hoc verbo Bud. in l. moris. ff. de pęn.& ait decoquere eſt creditum nõ reddere, ære credito fraudare. Hinc ẽt decoctio ipſum, quod materna lingua fallimentũ vocãt, ſignificat, de quo nomine habes in l. iure prouiſum. C. de fabr. lib. 11.& in l. 2. C. de fund. rei pri. eo. li. vbi Accu. in gl. fi. proximè ad vocabuli ſignificationem accedit.

Adieci de conturbatoribus, dixerit aliquis ſuperuacuum eſſe, non nego, ſunt enim ſynonyma & declarandi vocabuli gratia volui ſubiungere.

3 † Conturbare enim ſimpliciter, vel pleniori locutione cõturbare rationes, vel fortunas interiori ſenſu, idem eſt, quod decoquere. De quo verbo habes in l. quidam fundum. ff. de in rẽ ver. & in l. quicunq;. §. idem Labeo ait, ff. de inſt. vbi Bud. inquit, verbum hoc non eſſe ab Acc. intellectum, mirandum non eſſe, cũ à nullo rectè interpretatum viderit. Non tamen huius vocabuli ſignificatio Luc. Pen. latuit, qui in citata l. ſi aliquid. C. de ſuſc. ait, Decoquere ideſt, valde coquere, cõturbare, & reliqua. Hinc conturbator, de quo apud Mar.& Iuuen. fit mentio.

Secunda pars.

SVMMARIVM.

1 *Decoctor quid ſit, multis modis deſcribitur.*
2 *Decoctorum tria ſunt genera.*
3 *Fugientes cum pecunijs creditis, & ſe decoctos fingentes, non ſunt decoctores, & de his plene.*
4 *Non ſoluendo quis dicatur.*
5 *Decoctores dicebantur cedere foro, item & vertere ſolum.*

DEcoctorem autem deſcribere poſſem ex mente Aug. in conſt. 6 .qui ait, Detractans ſolucre, inopia,& mole debitorem oppreſſus, ceſſans & fugiens, aut latitãs eſt.
1 † Dicet etiam aliquis decoctoris deſcriptionem ſumi poſſe ex verbis Imperatoris,& Ang. Aret. ibidem in §. ſoluitur. inſti. pro ſoc. vt decoctor is ſit, qui mole debitorum, ſiue priuatorum, ſiue publicorum prægrauatus, bonis ſuis ceſſerit. Placet aũt mihi ita plenius definire, ſeu deſcribere: DECOCTOR EST, QVI FORTVNAE VITIO, VEL SVO, VEL PARTIM FORTVNAE, PARTIM SVO VITIO, NON SOLVENDO FACTVS FORO CESSIT. Dixit eĩ fortunæ, vel ſuo vitio, ex eo, quod belliſſimè inquit Cicero phil. 2. in hæc verba,
2 † Teneſne memoriæ Prætextatũ te docuiſſe? patris, inquies, iſta culpa eſt concedo: etenim pietatis eſt plena defenſio. Illud tĩ audaciæ tuæ, q̃ ſediſti in duodecim ordinibus, cum eſſet lege Roſcia decoctoribus certus locus conſtitutus, quamuis quis fortunæ vitio, non ſuo decoxiſſet. Hactenus Cicero. Ex noſtratib. etiam vterq; modus decoquendi demonſtratur, vt patet ex cõmen. Abb. in c. ex parte. in fi. extra de cõſti.& ex his, quæ ſcripſit Mar. ſing. 224. filius. quibus addes tex. in l. Titio centum. §. Titio genero. ver. Sabinus autem. ff. de condi.& demonſt. Is nanq; fortunæ vitio decoxiſſe dicitur, qui (finge) maris tempeſtate ſubortam merces & bona perdiderit, vel à piratis direptus fuerit. facit l. ſi ab arbitro. ff. qui ſatiſd. cog. in illis verbis, ſi medio tẽpore calamitas fideiuſſoribus inſignis &c. l. cum proponas. C. de nau. fęno.& in l. in rebus. ff. commod. cum ſexcentis ſimilibus. Vitio autem ſuo decoquit, qui bona ſua diſſipando, atq; dilacerando profundit, vel quia ludo merces perdat, à quo hæc & alia proficiſcuntur mala, vt in auth. alearum vſus ſit. in titu. C. de relig. vel meretricum delinimentis. immò verius venenis corruptus, quibus animi perditorum inficiuntur,& ad inopiam rediguntur. l. 2. C. de natu. libe. vt dicebat Bal. in l. j. C. qui bonis ced. poſ. Sunt & alii, qui verè ſua culpa conturbaſſe dici poſſunt, quum ſumptuoſis epulis bona conſumunt, & fortunas obliguriunt, & inglauiæ miſeri, ſimul conſilium cum re amittunt. Et ex his colligo tria eſſe decoctorum genera. Primum illorum, qui fortunæ vitio decoquunt,& hoc inter viles homines ſemper eſt habitũ, idq; ex lege Roſcia tibi conſtitit,& vides quotidie, facit enim in felix paupertas homines ridiculos, quod duriſſimum eſt, vt Satyricus ait: Eſt tamen genus hominum miſerabile. Secundum genus illorum eſt, qui ſuo vitio, peſſimum quidem genus hominum,& nulla miſeratione dignum. Tertium genus decoctorũ, eſt illorũ, qui partim fortunæ, partim ſuo vitio decoxere, quos admiſta culpa humiles,& deploratos, ac miſeratione indignos reddi. Vidi etiam & audiui quoſdam mercatores, qui maximis
3 pecuniarum † ſummis à compluribus mutuò receptis, cõſultò, atq; de induſtria aufugiunt,& ſe decoxiſſe fingunt, vt tandẽ creditores moleſtiis defatigatos, & litibus atque expenſis vexatos ad pactiones, & iniquiſſimas conditiones trahant, quos inter decoctores non connumero, & ideo in deſcriptione illud adieci verbum, non ſoluendo factus. ſignificatio etiam verbi decoctor, ei qui ſoluendo eſt,& ſe non ſoluendo eſſe dolo malo fingit, repugnat. Sed audi quid ex facto elapſis annis cuidam Genuenſi, qui ſe falsò non ſoluendo eſſe aſſeuerat,& foro ceſſerat, euenerit. Is enim cùm in bona atq; magna pecuniarum ſumma debitor Chryſogani eſſet,& ſatisfacere ſemel atq; iterũ requiſitus recuſaſſet, in ſeceſſu blandis verbis eum deduxit Chryſoganus diſpoſitis prius ibidem clãculum armatis hominibus, tum in collum inuaſit Chryſoganus, collareq; ex nucleo ferri ſeu calybe quibuſdam aculeis mira germanorum arte elaboratum, atque confectum immiſit, commonefactumq; nulla vi ſeu arte aperiri per alium infringiq; poſſe,& ei exitium imminere, ſi in dicto loco pecuniam debitam non tranſmitteret, eum deliquit, oſtenſa prius claue miro artificio confecta, at miſer Ligur ſentiens ſe aculeis pungi,& ſtare, cum ſemper cogeretur, nec re medium vitæ vllum haberet, debitam pecuniam Chryſogano creditori tranſmiſit, petens clauem, & orans aperiendi collare arcanum detegi, quod creditor accepta pecunia effecit, in qua facti ſpecie,& ſi Ligur ſua fallacia dignus, vt in eum animaduerteretur, in exemplum nequis alius poſtea talia facere moliatur: iure tamen cautum eſſe reſpondi, eum, qui vim adhibet debitori ſuo, vt ei ſoluat, edicto quod met. cau. non teneri propter naturam, quod met. cau. actionis, quæ damnum exigit. in l. tamen Iuliam de vi incidiſſe,& ius crediti amiſiſſe, vt eleganter luriſc. ait in l. ſed & partus. §. quæri poterit. verſic. Iulianus ait, ff. quod me. cau. per iudicem enim Chryſoganus petere debebat,& act. experiri. l. extat. eo. titu.& l. pen. ff. ad l. Iul. de vi priu. & his addes circa eos, qui cum pecuniis, vel rebus alienis aufugiunt, quæ plenè referẽdo Bal. dicemus in 2. par. vltimę par. verſ. hunc iterum &c.& verſi. ſeq. nu. 6.& in ſeq par. num. 6.& vide gloſ. quam notauit Bal. in l. à procuratore. C. man. ait enim notãdam pro bonis,& contra falſos mercatores, qui arripiunt fugam cutu pecuniis alienis, addes etiam Nic. Boe. dec. 225. & anteq̃ veniã. Adieci in deſcriptione verbum illud, non ſoluendo factus, qm̃ ſoluẽ
4 do eſſe nemo intelligitur, † niſi qui ſolidum poteſt ſoluere. l. ſoluendo. ff de verb. ſignific. inſtit. de obliga quę ex delic. §. fulloni. in fin. aliquem autem non ſoluendo eſſe, in notorium tranſire non poteſt, in manifeſtum poteſt: vt eleganter probat Roma. in conſil. 163. conſtituitio. & addidi prædictum verbum, & quod ſubſequitur, foro ceſſit, quoniam nemo dubitat ſoluendo videri eum, qui defenditur. l. nemo dubitat. ff. de reg. iur. vbi non leuis iuris interpres Dec. poſt Accur. in d. l. ſoluẽdo, inquit, ſoluendo quem videri per ſe vel alium, & illum eſſe ſoluendo, qui fideiuſſores habet, citat Bar. in l. j. ff. de cuſt. reo.& in l. item liberatur. §. qui paratus. ff. quib. mod. pig. vel hyp. ſol.& l. ſi plures. §. pręterea ſi quæratur. ff. de fideiuſſ. ſubiici idem Dec. ſoluendo. etiam videri, qui nomina habet,& ait ſenſiſſe Bald. in l. facere. ff. ſol. ma. Sed id admittendum eſt, ſi facile poſſint exigi, non aliter, quod & Alex. & alii quos refert in ea l. probarunt, & vide. bis omnino Alex. in conſi. 37. viſo & opportune diſcuſſo. num. 13. verſi. tertio. pro hoc adduco. vol. 2. ſubiungit poſtea non prę ſumi illum ſoluendo eſſe, cuius bona poſtulantibus creditorib. venduntur,& ſnĩa Bar. in l. tres tutores. in fi. ff. de admi. tut.& modum probandi aliquem ſoluendo non eſſe, Bal. notaſſe in auth. ſed hodie. ver. ſecundo quæro. C. de act.& obl. addidi etiam in deſcriptione foro ceſſit, ꝓpter ea, quæ inquit Bar. in l. ſingularia. nu. 19. ff. ſi cer. pet.& ibidem Pur nu. 93. vt refert Boe. dec. 215. proximè relata. Dec. in conſi. 106. in cauſa. col. j. Pro quo ſcito duo ſingularia iura l. ſi hominem in §. quoties. ff. depo. in illis ver-

Source : BIU Cujas

bis,quoticns foro cedunt numularii,& reliqua,& l.ſi debitor foro ceſſerit.ff.de cur.bon.dan.vnde Iuu.opinor:

Cedere nanque foro iam non eſt deterius,quàm
Exquilias à feruenti migrare ſuburra.

Dicebantur etiam decoctores vertere ſolum: vt apud eundem.

Qui vertere ſolum Baias,& ad oſtia currunt.

Quod & Bud.notauit in annot.in l.aut facta. ff. de pęnis.

Tertia pars.

SVMMARIVM.

1 *Baldi laudes,& nu.21.*
2 *Decoctores an notentur infamia,diſputatur.*
3 *Dococtores quibus plectantur pœnis,diſting.*
4 *Plumbatæ quid ſignificet,& declaratur.l.quilibet.C.de dec.*
5 *Plumbatura quid ſit,quid ferruminatio.relatiuè.*
6 *Fugientes cum pecuniis ſeu rebus alienis,an ſint fures.*
7 *Decoctione vnius ex fabricenſibus omnes tenentur.*
8 *Decoctores ſeueriſſimè punire,ſalus eſſet mercaturæ.*
9 *Decoctores an habeant beneficium ceſſionis,diſputatur.*
10 *Decoctores an gaudeant dilatione quinquennali ſeu annali, vide etiam in fi. & infra de pactis inter creditores,& debitores.*
11 *Filiusfamilias ex omnibus contractibus obligatur.*
12 *Cautela pro filiofamilias,qui vult carcerem euitare.*
13 *Filiusfamilias qui decoxit,et fraudē admiſſit,indignus eſt beneficio ceſſionis.*
14 *Decoctor,qui bonis ceſſit,nec agere nec conueniri poteſt.*
15 *Decoctores mentiri facilè ſolent.*
16 *Vir bonus præſtare debet,ne mentiatur prudens,neve mendacum dicat.*
17 *Pœnæ aduerſus mendaces.relatiuè.*
18 *Decoctores ſunt faciles ad colludendum.*
19 *Decoctores,vt plurimum ſunt fraudatores.*
20 *Argumentum à ſolitis eſt optimum,& naturali rationi conſonum.*
21 *Decoctores an excuſentur ob aduerſam fortunam.*
22 *Decoctor,ergo fraudator,an valeat conſequentia.*
23 *De edicto fraudatorio,remiſſiue.*
24 *Decoctores ſolēt rationes intricare in necem creditorum, ex quo dolus malus præſumitur,item intercedere,adulterare,& turbare.*
25 *Decoctoris dolus demonſtratur ex rationibus librorum,& quomodo.*
26 *Decoctores ſolent merces ipſas,& bona intricare, item merces auertere, & poſſeſſionem in alios transferre,vnde dolo non carent.*
27 *Decoctores ſolent merces data opera vilioris diſtrahere, & quomodo conſulatur creditoribus.*
28 *Mercatores qui conſilium conturbandi iniuerunt, ſi ſe in ſoluendo gratioſos reddunt aliquibus,quomodo conſulatur creditoribus.*
29 *Decoctores ſolent omnia bona vel maiorem partem alienare,vnde dolus præſumitur.*
30 *Decoctores ſi per biduum triduumve ante decoctionem vel gerant quid, vel contrahant,an teneat.*
31 *Mercator ſi cum conſilium fugiendi iniuiſſet, merces ab alio emit:mercatore,quòd ſecuta traditione dominium non intelligatur translatum.*
32 *Breuitate temporis fraudandi animus dignoſcitur.*
33 *Mercatores cum ſe iam decocturos ſciunt, ſolent eſſe fallaces, & cum dolo malo faciunt,niſi ſit,alia,de dolo datur actio.*
34 *Debitor hoc ipſo probatur in fraudem facere,quòd ſcit ſe habere creditores, & ſcientia,quòd habeat creditores probatur eo,quòd ipſe contraxit.*
35 *Quomodo probetur, quòd quis ſciat bona ſua creditoribus non ſufficere, relatiuè.*
36 *Fraudes decoctorum vix dici aut enumerari poſſunt, & fraudum præſumptiones relatiuè.*
37 *Marius ſi lucrum dotis,quod à ſtatuto refertur,remiſerit vxori,quòd à creditoris tanquam in fraudem reuocari non poſſit.*
38 *Teſtator ſi fundum vxori legauit,& filium inſtituit,qui matri & hæres extitit,an repudiatio facta à filio hæreditatis maternæ, tanquam damnoſæ, vt legatum ratineat,tanquàm hæres patris teneatur.vbi,quòd teneat.*
39 *Contra decoctores omnis coniectura creſcit, & coniecturę ac præſumptiones habentur pro legitimis probationibus.*
40 *Liber homo pro debito capi non poteſt, & creditori ſeruire non dicitur. Vnde ad eccleſias confugiens,inde extrahendus non eſt.*
41 *Liber homo ſi lege municipali capi poteſt propter æs alienum,poteſt extrahi ex eccleſia,quia vbi poteſt capi,extrahitur ex eccleſia.*
42 *Decoctores qui beneficium ceſſionis non habent,beneficio immunitatis eccleſię non gaudent.*
43 *Creditores in pecunia decoctorum aliud pro alio accipere an ſint regulariter compellendi.*
44 *Interpretatio ad auth.hoc niſi, relatiuè.*
45 *Creditores ſi omnium bonorum decoctoris poſſeſſionis apprehendunt, non tamen ex hoc decoctores ſunt liberati,niſi ſequatur datio in ſolutum.*
46 *Creditor qui elegit viam realem,ad perſonalem poteſt redire,& econtra.*
47 *Vnus ex ſocijs ſi efficitur non ſoluendo,et bonis cedat,quòd finiatur ſocietas, & plenè declaratur.*
48 *Interpretatio ad l.ſocietatem,in §. diſſociamur,ff. pro ſocio.*
49 *Vnus ex ſociis ſi decoxerit,non ideo alii ſocii fraudatores dicuntur.*
50 *Mandatum reuocatur ipſo iure, vbi deterioris conditionis mandatarius effectus eſt,& limitatur,& declaratur in ſequentibus.*
51 *Inſtitores qui alicui negociationi præponūtur,ſeu ſocii,qui ab aliis ſociis ꝓcuratores cōſtituuntur,eo ipſo, ꝙ fugerint ſeu decoxerint,cēſentur reuocati.*
52 *Contrahens vel aliquid gerens per ignorantiam cum procuratore decocto ſeu inſtitore,quòd teneat,quod geſtum eſt,& dominus obligetur.*
53 *Mandans ſi ſtatum immutauerit,an mandatū cenſeatur, reuocatū,relatiuè*
54 *Creditor habet pignoris perſecutionem in bonis decoctoris ante diem.*
55 *Debitor ſuſpectus poteſt capi ante diem,vt caueat.*

1 CIrca † tertiam ſpeciem Bal. qui (vt Iaſ.dicere conſueuerat) nihil ignorauit, & noſtratium omnium copioſiſſimus ſimul,& ſubtiliſſimus habetur,quiq; in omni iuris articulo nominatur,vt Aym.Crau.alios referendo ſcripſit in conſi.166.num.4.in conſi.382.in q.Milan. in fi. conſi. & in conſi.400.in libris theſaurariæ,nu.3. lib.5.in decoctores inuehitur in verba infraſcripta: Falliti ſunt infames, & infamiſſimi, & more antiquiſſimæ legis deberent tradi creditoribus laniandi,Adeo ꝙ propter dolum ſuum non videntur beneficium ceſſionis habere,quod eſt ſubſidium miſerorum,ſed non prælidiū doloſorum,facilesq; ſunt ad mentiendum,& colludendum,& à communiter accidentibus falliti ſunt deceptores,& fraudatores,præſumitur omnibus ineſſe, quod omnibus eſt commune, nec excuſantur ob aduerſam fortunam,& decoctor, ergo fraudator,ſic enim lex vocat eos:vnde edictuꝫ fraudatoriū. Hactenus Bal.quē refert,& probat Io.Bab.Seue.in tract.de ſuſp.& fug. q.j.n.13.& Nic.Boe.recitando Bal. eius ſententiæ acquieſcit, vt patet ex relata deci.215.quib.addes Pau.Par.in conſi.94.ſpectabiles,nu.10.& ſeq.vol.j.

Verbis igitur Baldi relatis,qui vſus eſt grauiorib. q̃ natura forſan tulerit & leuioribus,q̃ cauſa poſtulerit,vt inquit Cicero contra Sex.Neuium in oratione pro Quintio, oprimum eſſe duxi, non ſolum ipſorum interpretationem facere more Iuriſ.Vlpiani in l.item veniūt in §.præter hæc multa.ff.de pet. hær. Verum & ſuper his diſſerere,& complura ad propoſitam materiam neceſſaria addere.

2 † Ait Bal.decoctores infamia notatos eſſe. Bal.ſnīa ex capite Val.Max.comprobatur.Ait enim in tit.de varietate cauſarum, in hæc verba capitis inſcriptio: De Craſſo dicto diuite. Quid? Craſſo pecuniæ magnitudo locupletis nomē dedit? Sed eidem poſtea inopia turpem decoctoris ſuperlationem immiſit,ſiquidem bona eius à creditoribus,quia ſolidum præſtare non poterat,venierunt.Itaq; amara ſigillatione non caruit, cū egens ambularet,diues ab occurrentibus ſalutabantur.Hæc ille, quæ etiā ſententia ex loco Ciceronis in 2.Phi.proximè relato,robur accipit.Inquit enim Cicero certum locū lege (quā nō habemus) decoctoribus conſtitutum fuiſſe,& de inferiori loco credendū eſt,& vt quodammodo digito monſtrarentur. Accedit; quia ſi decoctores,vt inquit Bal.fraudatores ſunt,in numero ergo infamiū vñr.l.j.ff.de his,qui nota.infa.vbi no.qui dolo malo, & fraude ſuo nomine damnatus,pactusve eſt,Contra aūt ex decoctione infamiam non irrogari,probari videbatur in l.debitore.C.ex quib.cau.infa irro.Vbi Imperator ait,Debitores,qui bonis ceſſerunt,licèt ea cā bona eorum venierint,infames non ſunt,& ibi. Accur.citat §.j.inſti.quib.ex cau.manu.non li.& l.fi. C. qui bon. ced.poſ.Sed licèt Bal.Seue.& Boe.ac Paris non leues iuris auctores inter infames decoctores ſimpliciter cōnumerauerint.Ego in vtili.atq; quotidiano iuris articulo plenius rñdendum duco: vt admonet Iuriſc.in l.legaui.ff.de lib.leg.Si igitur queramus de decoctore,qui fortunæ vitio decoxerit, & hunc nō eſſe infamē reſpondeo,idq; probatur in l.debitores, ſupra citata. Si verò de eo,qui ſuo vitio,vel eo,qui partim ſuo vitio,partim fortunæ decoxerit:ſi quidem de dolo malo,vel fraude, quā in decoctione admiſerit damnatus ſuo nomine,pactusve erit,hunc inter infames connumero,idq; auctoritate Iuriſcon. in d.l.j.ff.de his, qui no.infa.Vbi verò neq; damnatus, neq; pactus fuerit propter inhoneſtam, & inculpatam vitam prauosq; mores facti infamiā irrogari puto, quoniam turpitudo vitæ decoctoris apud graues,& bonos viros eius opinionem onerat.l.ea, quæ. C. ex quibus cau.infa.irrog.& no.gl.3.q.7.§.porrò. & Dec. in conſi. 530. viſo puucto,nu.3.Vnde ſi decoctores (vt aſſolent) rem duobus obligaſſent,facti infamiam non euitant, idq; ſenſit Accur.in lege ſecunda,C.de dig.lib.12.citat leg. ſi quis in dignore. ff. de pignor.actio.in §.ſed & ſi quis. Idem iuris eſſe puto, ſi admitterēt ea,quæ in l.tertia.ff.de crimin.ſtellio.habentur, quæ nota; quoniam præcipuè decoctorum ſunt, & ſcire valde expedit, an decoctoribus infamia ſaltem facti irrogetur, qui à dignitatibus repelluntur, vt in d.l.2. C. de dignit. & propter ea, quæ habentur in l.fratres.C.de inoffic.teſta.& apud Azo.in ſumma,& glo. & Doct.in l.nullam. C. ex quib.cau. infa. irrog.& ibi. videbis ad prædicta Sal.

Ait ēt Bal.more antiquiſſimę legis,dilaniādi creditoribus tradēdi ſunt,citat gl.in l.j.C.qui bonis ced.poſ.vbi Acc.Aul.Gel.citat,locus Gellii eſt noctiū Act.li.20.c.1.vbi habes verba legis 12. tabul.de qua ſenſit Bal.refert ēt verba legis 12.tab. Lud. Cel. lectionum antiquarum li.6.c.20. vbi eleganter quidem plura refert, & qui obærati, quive nexi dicebantur, declarat. Adde Liuium libro octauo, primæ Decad. & lib.6. eiuſdem Decad. &

videbis

videbis(si libet) verba legis 12.tab.sub rub.de re iud. Circumferuntur enim cum scholis Iaco.Spieg. Sed quoniam seueritas legis 12.tab.antiquata est,ut scribunt docto.in l.j.C.qui bon.ced.pos.& in consil.94.nu.58.volum.j. idem inquit Paul.Par.tractemus nos plenius, quod alii neglexere, quibus pœnis decoctores plectantur. † Dic igitur distinguendo,aut quis decoxit fortunæ vitio,& hunc fortunæ telis uexatum puniri, & iniquum, & iniustum est,arg.l.diuus.ff.de offi. præsi. quod & supra probauimus, & cum de statutis verba faciemus, latius ostendemus. Aut quæris de decoctore,qui suo vitio,vel partim suo, partim fortunæ decoxerit,& siquidem decoctor est publicæ pecuniæ, fraudemque in decoctione admisit,ictibus plumbatarū subijci debet.l.quilibet.C.de decu.lib. 10. in qua l.obiter nota, † quòd Accursi.exponit illud verbum,ictibus plumbatarum: ut dānet plumbo,id est,in metallum,citat l.j.C.de his, qui potent.nomi. & de eodem uerbo, plumbatarum, meminit Imperator in l.2. de exac.trib.vbi Luc. Pen. remittit se ad expositionem Accur. in l.quilibet,proximè relata.Ego autem huiusmodi interpretationem non probo:nam plumbatæ sunt pilæ plumbeæ,de quibus meminit Vegeti.de re milit.lib.j.Vnde Imperator sensit de alia pœna,quæ plumbatis inferebatur. Verberandi enim,atque percutiēdi sunt decoctores fraudulenti pecuniæ publicę plumbatis prædictis,quod innuunt illa verba ictibus plumbatarum, & similiter verba l.2.paulò supra, ius relatæ plumbatarum verba &c.& clarius probatur in citata l.j.C.de his,qui poten.in illis verbis, affecti plumbo perpetuis metallorum suppliciis deputētur,idest, percussi,& exulcerati plumbo, plumbatarū ictibus, metallorum suppliciis deputentur. † Plumbatura verò qd sit, quidve ferruminatio significet, Iurisconſ. declarat in l.in rem actio.in §.item quæcunque.ff.de rei vendi. In eo verò, qui non publicæ pecuniæ decoctor est, sed priuatorum debitor, & qui fraudem in decoctione admiserit,pęna est,meo iudicio,vt mercaturæ officium vlterius exercere non possit. l.si aliquid. C. de suscept.præpos.it.& ar.lib. 10.quam l.in prin. huius par.& in fi.3. par.prin.tract. nostri de mercatore plenius interpretati sumus. Item puto,vbicunq; titulus delicti deficit,huiusmodi decoctores,qui fraudem admittunt,in crimen stellionatus incidere, qđ obiicitur his, qui dolo quid fecerint, & his,qui impostūram faciunt.l.3.ff.de crimi.stell.quæ l.memoria tenenda est,& in decoctionibus notanda.Sed & his addes,quid de fugiētibus cum pecuniis alienis,notauit Nic.Boe.decisio.215.in prin. Scripsit eīn in hæc verba. † An fugere sit maleficium quæritur, & Bal.in cō sil.220.in q.D.Milani.vol.3.quod est repetitum in 5. vol. in nouiter impressis consi.382.ait. Aut fugiens est seruus,uel serui macula aspersus, & est malum.l.2.C.de ser.fug.l.fina. C.de ope.lib. Aut est ingenuus,& tunc aut aufugit cum re,& est malum rōne rei,quia contrectando, facit furtum, & id est si cum re, quæ aliquādo fuit aliena,ut quia cum pecunia ad numerum depositā, ut faciunt numularii, secundùm Vita. de Caba. in trac. clau. 25.colum.4.ante fi.quod dictum fuit Bal. in l.à procuratore. in fi.C.mand.dicens,nota vltimam gl.quæ dicit, ꝙ nil est melius, q̄ bona fides.& tene memoria, & nota ꝓ mercatoribus bonis, & etiam contra falsos mercatores,qui arripiunt fugam cum pecuniis alienis:licèt propriè non sit furtum,argu. l.ait prætor.§.si debitorem.ff.quæ in frau.cred.& isti dicuntur in Tuscia & tota Italia mercatores falliti,quos Bart.vocat cedentes foro, in l.singularia.in 2.conclus.& ibi Franc.Purp.nu.93.ff.si cert.pet.& nos Bancha ruptos,seu Bancham ruptam facientes.Aut fugit absq; rerum alienarum,uel quasi exportatione,& ista fuga non mala est,sed quædam latitatio.l.Fulcinius.§.quid sit latitare.ff.ex quibus cau.in poss.eat.hactenus ille. † Postremò illud addemus in fabricensibus singulare,vt ex decoctione vnius omnes teneantur:quia vnum corpus esse censentur, ut in l.iure prouisum.C. de fab.lib.11.in qua l.obiter nota,ꝙ Budę. in annotationibus in Pandectas in l.moris.ff.de pęnis.ait,vbi legitur. Vniuersi itaque veluti in corpore vnius formę vnius decoctionis (si ita res tulerit)respondere cogētur.legendum censuit,unius decoctiones, si ita res tulerit,respondere coercentur &vide.l.2.C.de fund.rei priua.lib.11.& ne hoc quidem tacebo, cum quotidie decoctorum nūmerus increbrescat,seueriſſimè in fraudulentos decoctores animaduertere,salus esset † mercaturæ: acerbitas enim plerunque vlciscendi maleficii, bene atque cautè viuendi disciplina est,& nonnunquam conuenit, vt aliquorum maleficiorum supplicia exacerbentur, quoties multis hominibus crassantibus exēplo opus est.l.aut facta.in fin.ff.de pœnis.de quo apud Abb.in c.at si clerici.nu.8.extra de iud.Gram.in consil.17.num. 15.conditoris &c. solent propterea iura municipalia aduersus decoctores constitui,de quibus suo loco dicemus. tractat enim Iaſ.in §.fin.institut.de actio.& uidebis Alciat.in parer. lib.secundo,capit.47.

Deinde ait Bal.decoctores propter dolum cessionis beneficium non habere,quod est miserorum subsidium, non autem præsidium doloroſum,& probat eius sententiam ex l.fi.in §.fin. ff.quæ in frau. credi. & argu. l.pen. ff. de iure dot.† vera quidem Baldi est sententia in eo decoctore,qui bona ita disperdidit, ut recuperari non possint, & propterea addidit, propter dolum: Cum enim dolo malo bona alienauerit, adeo ut reperiri non possint,indignus est legis beneficio: quia in legem commisit.l. sed & si ex parte.§.interdum.ff.quod cum eo. & in eadem opinione fuit idem Bal.in l.j.nume.8.C.qui bo.ced.pos.in ꝓsil.400. ꝙ Iacobus.in fi.vol.j.& fuit sententia Barto.in l.alia.in §.elegan ter.in fi.ff.sol.matr.& huic sententiæ assentitur Iaſ. in §.fin. inst. de actio.numer.8.& seq.& nu.18.& Pau.Par.in consi.94.nu.11. vol.j.& latè scribit Nic.Boe.decis.349. quæritur, an ciuiliter.colum.7.& seq.subdens non gaudere quinquennali,aut annali dilatione. † Exemplum est in eo mercatore,qui cum non soluendo se esse sciat, pecunias mutuas recipit. l. pen.ff.de iur.do.legi etiam Pau.Cast.in consi.179.uiso puncto,in 2.par. Baldi sententiam probantem,& citat l.si quis dolo.in princip.ff.de re iud.& videbis responsum Pau.elegans enim est & quotidianum,loqt̄ enim in eo decoctore,qui ad pactiones creditores traxerit,& secundum pactiones non soluendo esse repertus fuerit. Placuit etiam relata sententia Dyn.in §. item si quis in fraudem. instit. de actio.vbi Iaſ.nume.92.inquit, cessio bonorum liberat à carcere. Sed quid vtilitatis afferat intrusio debitoris in carcerem. subdit se non videre,quando nudus debitor creditorum expensis alendus est,cum de suo non habet,iuxta glo.in l.fi.in versic. agnoscere.C.de erro.mil.anno.lib.12.ad quod videbis Matth.ab Aff.decisio.71.fuit dubitatum, ego verò rationi Iasonis ex verbis Iurisconsul.in citato §.fi.l.fin.ff.quæ in fraud. credi.puto responsum patere in illis uerbis, prætor non tantum emolumentum actionis intueri videtur in eo, qui exutus est bonis, quàm pœnam, & hic illud ad confirmationem prędictorum subiūgi potest, clarissimi iuris esse, filiumfamilias † etiam in potestate parentis constitutum ex omnibus causis tanquam patremfamilias obligari,& ob id cum eo tanquam cum patrefamilias insolidum agi posse. l. filiusfamilias. ff. de action. & obligatio.l.tam ex contractibus. ff. de iudiciis. & si non habet vnde soluat, capi potest.l.tertia.§.sed vtrum.ff.de minoribus.l.j C.qui bonis cedere possunt.eius tñ rei nomine,quæ contracta cum eo erit,cum is in potestate esset,si posteà emancipatione, uel aliter sui iuris factus erit, in id tantum, quod facere potest, datur actio.l.2.ff. quod cum eo.nisi tñ sit hæres patris; quia insolidum conuenit. l.2.l.si ex alio.C.eod.eaque propter cautela est, ut filiusfamilias mercator,qui vult carcerem † euitare,se emancipari procuret, vt doctores in citatis ll.scripsere,vel mortuo patre paternis bonis renuntiet,quod notauit Bal.in d.l.si ex alio. & Pau. Castr.in d.l.2.C.& ff.quod cum eo.& Vero.in cau.suis, cau.13.scis, quòd filiusfam.& scripsit plenè Paulus Parisius in consi.94.vol.j.& secundùm relata loca quod dicimus, intelliges. Si tñ filiusfamilias decoxisset,& fraudem in decoctione admisisset, indignus est, † & cessionis beneficio,ac l.2.ff.quod cum eo, cessant enim huiusmodi beneficia in his, qui sua culpa non soluendo facti sunt,propter fraudem,ut scripsit Paris. in d.consil.qui citat l.sed interdum.in fi.& l.eum qui. ff.quod cum eo. & ad materiam dilationis,& cessionis bonorum addes Matth.Aff.decis.277.& in duabus sequen. decis. & Staph. in tract. de lit.gra.& lust.pagina 170.& illud quod ad rem pertinet, non ignoro decoctorem, q bonis cesserit,nec agere,† nec conueniri posse. l.item si vnus.ff. de arbi.& secundùm ea,quæ leguntur,& notantur in l.is,qui bonis.& in l.qui bonis.ff.de cess.bono.sed qđ diximus, decoctores dilatione quinquennali gaudere non posse, an verum sit disseremus in ea parte,qua de pactionibus inter debitores, & creditores tractabimus.& vide Par.in consi.c.volum.3.Sequunt̄ verba Baldi facilesq; sunt ad mētiendum,uero verius,quod inquit Bald.idque,& Scuerinus,& Boe.in citatis locis probant, & ipsa experientia decoctores mētiri facile solere quotidie audimus, † ex qua argumentum licet sumere.c.q̄ sit.de elec.in 6. clemen. dispendiosam.de iudiciis.quod Bald. ideo adiecit, ut extra gregem bonorum uirorū hoc genus hominum esse penitus oſtenderet.Nigidius enim apud Gellium † ait.vir bonus præstare debet,ne mentiatur prudens, ne mendacium dicat. Pœnæ verò aduersus mendaces,& illos,qui mentiuntur,variæ † sunt constitutæ,& illas percensere non est nostrum, de quibus in l.sed si ex parte.in §.interdum.ff.quod cum eo.& in l.fin.& ibidem Bal.C. de fidei.& in l.si quis dicat.ff.de manu.& in l.fi. ff.de rei vendica. & in auth.contra qui propriam. C.de non nume.pecu. & facit tex.in l.si quis ex argentariis.in §.cogentur.ff.de edendo.in illis verbis,quid enim si humilis,& deploratus vnus edidit, ut dubitare quis meritò de fide editionis possit. Item l.si vnus.in fi.ff.ꝓ socio.& videbis Fel.cap.cæterum.nu.28.de iudi.& Iaſ. in l.quod te.numero 30.ff.si certum petatur, qui nonnulla beneficia propter mendacium amitti refert. Vnde præceptor meus Pau. Paris. respon.lib.j.resp.57.nume.41. meritò inquit contra mendaces iura insurgere.

† Subiungit Baldus, & ad colludendum faciles, quod & uerum esse nemo ambigit,si quidem excogitatas artes studeant,vt creditores fraudent, de quibus in titulo. ff.de his, quæ in fraud credi.& in titu.ff.& C.de collu.dete.ubi Azo,& scribit Cardin in clemen.constitutionem. in §.sanè.in principio,& apud eundem

Source : BIU Cujas

dem notatur de electio.& nos tractabimus,& colluſiones complures detegemus.

19 †Subijcit poſt hæc Bald.noſter à communiter accidentibus, falliti ſunt fraudatores,& præſumitur omnibus ineſſe, qđ omnibus eſt commune. Optimum & naturali rationi conſonum Bal.eſt argumentum,ex eo,†quod ſolitum eſt, & ut plurimum
20 eiuſdem generis homines facere conſueuerunt, ex perſonis.n. facta dictaq; penſamus.l.fi.ff.de acc. & obli.Bald.in l.2.nu.34.C. de ſer.& aqua.& de argumẽto quo vſus eſt Bal.habetur in l.certi condictio.in §.ſi nũmos.ff.ſi cer peta.& notat Glo. in l.neque natales.C.de probat.ubi Bald. & in l.cum dotem.C.de iure dot. Alexand.in l.non hoc.vnde legi.& Dec.in conſi.506.ad dubia, circa fi.conſilii.vbi ex mente Baldi ait in materia probationum eſſe vtiliſſimum. De quo videbis, quæ ſcripſit Mar.in ſing.j.& ſingu.336.& 495.Imitatus eſt etiam Baldus noſter veteres Iuriſ conſultos,qui inculpatæ vitæ homines aliquando inuehebant,
21 vt in l.quantę.ff.de Pub.& in l.3.§.mirat.ff.naut.cau.ſtab.†Quod autem inquit Bal.ob aduerſam fortunam non excuſari.l.epiſtolam.in prin.ff.ad Treb.l.continuus actus. §. illud. & §.cum quis. ff.Treb.non eſt perpetuò verum:nam aduerſam fortunam,ubi decoctor eam probauerit,excuſationem præſtare,ſuprà probauimus.& etiam dicemus.Nec citata iura Baldi ſententiam probant,defendi tamen poſſet Bal. ſecundùm noſtram diſtinctionem non ſemel relatam in eo decoctore,qui partim ſuo vitio, partim aduerſæ fortunæ, decoxiſſet: nec puto Bald. noſtrum aliter ſenſiſſe.

Denique Bald.noſter,qui in iure noſtro propter ingenij acumen,& frequẽtes diſceptationes forenſes primum locum obti-
22 net,aut certè poſt Bart.† ſubijcit.fallitus,ergo fraudator, ſic eũ
23 lex eum uocat. vnde † edictum fraudatorium. Conſequentia Bald.quò ad præſumptionem ex verbis, & mente legum eſt, ut ex præmiſſis liquet,& liquidius ex infra dicendis patebit,& meo quidem iudicio Iuriſconſultus innuit in l.ſi hominem.in §.quoties.iuncta l.ſeq. ff. depo. Ait enim Iuriſconſultus,quoties foro cedunt numularii, primo loco depoſitariorum ratio habenda eſt,deinde in l.ſeq.ſubdit,quomodo priuilegium exerceatur,& inquit exerceri non tantum in ea quantitate,quę in bonis argẽtarii ex pecunia depoſita reperta eſt, ſed in omni fraudatoris facultatibus.Illum ergo qui foro ceſſit lex fraudatorem appellat, & de fraudatore crebra fit mentio in compluribus ll. in titu. ff. quæ in frau.cred.& de hoc uerbo plenè ſcripſit Acc. in l. Imperat.in verbo,fraudatori.ff.de cura.bo.da.Denique de edicto fraudatorio,de quo Bald. meminit, habes in l.j.ff.quæ in fra.cre.ubi Acc. ait, appellari quandoque interdictum. ff.de ſol.l.pupilli.in prin.meminit etiam de hoc interdicto Spec.in tit.de rebus eccl. nnn alie.in fi.Tu verò dic ut per Bart.in d.l.pupilli.in princip & eundem in l.poſtulante.in prin.ff.ad Trebel.& Iaſ.in §.item ſiqs in fraudem numero 5.& ſeq.inſtit.de action.Verbis igitur Baldi relatis,& interpretationibus factis,quoniam decoctorum ſingularia fraudum genera nouæ inſidiarum rationes, ad fraudãdũq; creditores excogitatæ artes ſumma cum ratione ſtomachum Baldo noſtro fecerunt:ut in eos inueheretur, & nos qui quotidie vidimus,ualde mouent,ideo quædam ſubiungemus.

24 † Solent decoctores rationes tam in codicibus quã in aduerſariis intricare in necem creditorum, ex quo dolus malus preſumitur. l. ſumma cum ratione, ubi text. notabilis.ff.de pecu.l. quidam.ff.de in rem verſiuncta expoſitione Accur.& uide Iaſ. in §.item ſiquis in fraudem.nu.37.inſt.de actio. Solent inquam rationes interdicere,adulterare,& turbare,iuxta.l.j.in §.fin.ff.de
25 ſer.cor. Vnde de fide † librorum, & rationum meritò quis dubitare poteſt.l.ſi quis ex argẽtariis.§.cogentur.ff.de eden. De quo diximus in ſecunda par.principalis tractatus, ubi ſpeciatim de eo mercatore meminimus, qui ſe librum non conſcripſiſſe dicit.Quod audiui quoſdam decoctores affirmaſſe,ne fraudes detegerentur, Bene igitur fecerint creditores,ſi decoctione debitoris ſecuta,ſtatim libros exhiberi petierint & rationes diligenter rimati fuerint.Ex his enim fraudes,ex his dolum,& decoctoris,& aliorum ſubtili inquiſitione perſpicient:earum enim,quæ præcedunt, uel quæſequuntur ſummarum, ſcripta ſpectanda ſunt,ex præcedentibus nanque ſequentia declarantur,l.ſi ſeruus plurium.§.fi.ff.de leg.j.& C.de inſtitut.& ſubſtitu.l.pen.Quidve etiam & quantum in bonis decoctoris ſint.etiam per domeſticos inueſtigari poteſt.l.2.C. quando, & quibus quarta pars deb. lib.10.& ſcribit Bal.conſi.400.nume 10.lib.5.

26 † Solent etiam decoctores merces ipſas, & bona intricare, obligando,conſumendo,donando, aliisq; paulo ſuperius relatis modis.Vnde (ut in initio diximus) & conturbare fortunas, & rationes dicebantur,& cum ſuſpicãtur aliquem ſecum acturum, alio merces auertere, & poſſeſſionem ipſarum in alium transferre, ex quo dolo non carent: d. l. ſumma cum ratione, quam legem Bartolus,& Bald.& plerique alii contra debitores notant, quæ confirmabis ex his, quæ Andr.Tiraquellus ſcripſit in com.de utroque ret.§.3.glo.j.pag.908.& ſeq.nu.16.& ſequentibus nu.& aliud genus fraudis uidebis in l.nam & poſteà. §.ſed & ſi quis.ff.de iure.

27 † Item, & illud,quod decoctorum eſt, non tacebimus: plerunque enim merces data opera uilioris diſtrahunt.Vnde uide bis And.Tiraq.in relato loco, & Iaſ. in §.item ſi quis in fraudẽ. nume.46.& addes elegantem tex. in l.illud. in §.ſi cui dolo.ff.de trib.quod ſingulariter Iuriſconſultus inquit in l.ſi debitor,& lege ſequen.ff.quæ in frau.cre.Si in fraudẽ creditorum res aliquas minori pretio alicui vendiderint, qui fraudem non ignorauerint,alienata per creditores reuocari poſſe, etiam ſi pretium nõ reſtituatur:ſi tñ nũmi ſoluti in bonis decoctorum extent, iudex eos reddere iubebit:quia ea ratione nemo frandatur.

28 Conſueuerunt † etiam mercatores,cũ iam conturbandi cõſilium inierunt, ſe aliquibus creditoribus gratioſos reddere, uel enim cum in diem debent præſenti ſoluunt, quæ ſolutio reuocari poteſt; quoniam prætor etiam in tempore fraudem fieri intellexit.l.ait prætor.§.ſi cum in diem.l.omnes.§.fi.ff.quæ in frau. cre.ijſdemq; locis de pignore dato uel remiſſo notatur.Vel etiã aliquibus creditoribus ad ſuum conſequendum uigilantibus ſoluunt,cum alios magis priuilegiarios habeant, & meritò ſolutiones retractari poſſunt,ut ſcripſit Paul.in l.ſumma cum ratione.nume.6.ff.de pecu.citat l.ex facto.in §. fi.eod.titu.& l.3.ff. quod cum eo.unde Bal.in l.j.nume.19.C.qui bon.ced.poſſ.inqt, poſteriores creditores prioribus anteponendos nõ eſſe,ſed creditoribus ſolui debere,uel pro rata,uel ſecundùm prius, & poſterius, ſi habent hypothecas,niſi debitores lege,uel ſtatuto permittente facerent.C.de iur.delib.l.fi.§.& ſi præfatam. & legis Iuliæ.C.qui bon.ced.poſſ. ſed de his ſuo loco dicemus.

29 Vulgare etiã † ac uſitatum eſt,decoctores omnia bona ſua, vel maiorem partem alienare,ex quo Bald. in loco paulo ſuperius relato,dolũ & fraudem præſumi ait.l.omnes.in §. Lucius. ff.quæ in frau.cre.idque ſiue ſimul,& ſemel,ſiue interpoſitis vicibus fecerit.ff.de leg.2.l.nomen.§.filio. Ad quorum interpretationem & declarationem uide Are.inſti. quib.ex cauſis ma.nõ lic.§.in fraudem.& Iaſ.in d.§. item ſi quis in fraudem. nume 34. & ſeq.Deci.in conſi.587.nume.9.& Pau.Par.in conſi.70.nu.31. vol.4.ubi de donatione omnium bonorũ ſeu partis meminit, quibus adijcies,quod doctè quidem ſcripſit Ang. de mercatore, qui omnia bona in fraudem futurorum creditorum donauerat,ubi elegãter fraudatoris coniecturas enumerat, qđ Ang. reſponſum eſt ſub nume.48.quidam Franciſcus,& quæſtionem de mercatore,ſeu eo,qui mercaturam exercere deſtinauerat,filioq; naturali omnia bona donauerat,tractat Bal.ĩ rub.de reuo. his,quæ in frau.cred.nume.8.& Angel.Aret. in §.item ſi quis in fraudem. nume.11.& prope nu.12. Pet.Vbal.in trac.de duobus fratribus.in 7.par.num.31.& quid in materia ex facto conſulto eidem Baldo noſtro placuerit, uidebis in conſil.466.volum.5. ad intelligentiam.nume.9.verſicu.ſed certè,qui ait,ex inſolita, & repentina bonorum omnium alienatione fraudem præſumi,& ſubdit,in fraudulentis mercatoribus fraus eſt præſumenda,ut in regula, ſemel malus.

30 † Illud decoctorum vſitatiſſimum, & pulcherrimum genus fraudis eſt,ut per biduum triduumve ante decoctionem,uel gerant quid fraudationis cauſa,uel contrahant,in quo Bal.elegãtem quæſtionem proponit in conſi.400.uolum.j.non ſemel relato,de hoc enim quæritur apud eum, Antonius in rationibus librorũ cuiuſdam quæſtoris creditorĩ mille factus erat, eadem ratio in quingentis dũtaxat in Bernardũ translata fuit. Deinde idem Bernardus decoxit amiſſa fide, de duob.dieb. antequam decoxiſſet,eandem rationem quingentorum in eundem Antonium tranſtulit,& nomine Antonii deſcribendam curauit: dicebant creditores translationem in fraudem factam: negabat Antonius,rñdit Bal.ex coniecturis,vt in conſi.quod legito.

31 Hic ſubiungi poteſt illa hæſitatio de mercatore, qui cũ † iam conſilium fugiendi iniuiſſet, merces ab alio emit mercatore, & merces habita fide de pretio tradiderit. Præſumitur enim præcedentem dolum cauſam dediſſe fidei habendæ de pretio, & perinde habetur, ac ſi fides non eſſet habita, & conſequenter mercium dominiũ non intelligitur translatum;vt ſcribit Ang. in l.ſi cum dotem.in §.ſi mulier.ff.ſol.mat.ubi idem Ang.ſubdit huiuſmodi quęſtionem ex facto propoſitam fuiſſe tempore de coctionis Guardorum,& in ciuitate Bononiæ,& deinde ſcripſit in hæc verba:Intelligam autem mercatorem conſilium iniuiſſe fugiendi, ſi hoc dixit coram aliquibus. l. Fulcinius.§. quid ſit autem latitare.in gl.in verbo,animus.ff.quibus ex cauſis in poſſ. ea.vel etiam ex vicinitate contractus,& fugæ,vt puta:quia mercator fugitiuus hodie fugit, & heri merces emit. l.ſi ventri.§.in bonis.ff.de priui.credi.Nota hoc & tene memoria.hæc ille, cuius ſentẽtiam ibidem Alex.probat.Vnde ſequitur, cum dñium non ſit translatum in mercibus venditis cæteris creditoribus, ipſum venditorem præferendum, & in eadem ſententia fuit Neg.in tract.de pigno.in 2.mem.5.par. nume. 8. aliàs nume.13. vbi citat,ita etiam cenſuiſſe Vero.in cau.ſuis, pag.16. vulgaris, col.prima,& videbis circa fidem habitam de pretio, & ad materiam Paul.Caſtr. in l. procuratoris. in §.ſi plures.ff.de tribut.l.ſi quaſi.ff.de pigno.actio.Aret.in §.venditæ. inſt. de rerũ diui. Sed & addes prædictis, quod eleganter ſcribit Iaſ.in conſil. 111. adu-

uerten-

Source : BIU Cujas

uertendum eſt. volu. 4. Ait enim, vbi traditio mercium non interueniſſet, uel actus legitimus, quo poſſeſſio transfertur, puta conſtitutum ſeu inſtrumentorum, & librorum rationum traditio præſenti facta. l. prima. C. de dona. Ex quo merces in domi nio venditoris remanſere, & propterea hypothecatas ſibi eſſe creditores non iure dicunt. l. rem alienam. l. aliena. ff. de pigno. actio. certo certius eſſe aduerſus venditorem & merces venditas decoctoris creditores experiri non poſſe. Et quod diximus ex breuitate temporis fugiendi, & † fraudandi animum dignoſci, & conſilium initum à decoctore præſumi, comproba ex his, quæ ſcribit Deci. in conſilio 182. in fine conſilii, & ex multis ſimilibus à Mar. congeſtis in conſilio 48. nume. 31. & ſeq. & in l. ſtatuliber. nume. quinto, vſque in finem. ff. de quæſtio. & in eius Prac. crimi. in §. nunc videndum. nume. 33. vſque ad numerum 44. & Alc. in tract. de præſumpt. in 3. reg. verſic. 9. præſumitur. nume. 23. & in verſi. decimo præſumitur. nu. 8. & vtrobique apud eum notatur. Probabis etiam ex multis interpretum locis relatis ab And. Tiraq. in com. de vtr. ret. §. j. glo. 7. nume. 76. & ſeq. nume. pag. 96. & ſequen.

33 † Nec illud tacebimus, ſolere mercatores, cum iam ſe decocturos ſciunt, fallaces eſſe. Et illud plautinum verbum in ore habent: Pol pudere, quàm pigere conſtat totidem literis. Et vt promptius ſibi pecunia credatur, mentiendo dicunt ſe locupletes, pecuniam in rem aliquam collocaturos, fideiuſſores idoneos ſtatim daturos, vel confeſtim ſolututos. Vnde quia dolo malo faciunt, niſi ſi ſit alia, aduerſus eos actio de dolo dãda eſt. l. falſus. §. ſi quis. ff. de dolo. ſolent & uti fallacia, de qua in eleganti. l. 3. ff. de pignor. actio. Item ſolent mercatores eorum fi-
43 dei tuendæ ac cõſeruandæ gratia, quò ad fieri poteſt, poſtquàm ſciunt ſe ſoluendo non eſſe, & eorum fidem labefactatam iri, merces, & res diſtrahere. Vnde vt ſcias horum fraudes detegere, & clientulis tuis bene conſulere, confugito ad Bartol. in l. ſi quis cùm haberet. ff. de his, quæ in frau. cred. Ait enim, debitorẽ
34 in fraudem feciſſe, hoc ipſo probari, † quòd debitor ſcit ſe habere creditores, & ſcit ſua bona non ſufficere. Probatur autem creditores aliquem habuiſſe, ſi ipſemet contraxit; quoniam fa-
35 cti proprii non poteſt ignorantiam prætendere. l. quanquam. ff. ad S. C. Vell. Modus etiam probandi † quòd quis ſciret bona ſua creditoribus non ſufficere, habetur ex commentariis eiuſdem Bart. in authen. ſed cùm teſtator. num. quinto. C. ad l. Fal. & ſcri-
44 bit Iaſo. in relato. §. item ſi quis in fraudem. nume. 46. in quo loco alias fraudes notare poteris: ſed quoniã tot ſunt decoctorũ fraudes, quot vix dici, aut enumerari poſſunt, quædam loca bre-
36 uitatis † cauſa referemus, ex quibus aſſumes, quæ ad materiam pertinent. Scribit igitur Bald. in materia certa, & eleganti doctrina in cita. conſi. 400. in quinto vol. & in conſi. 49 proponitur, quòd ex cauſa depoſiti. volum. primo, vbi plenè, & eleganter ſcribit, & idem Bald. in decoctore ſcripſit in conſi. 431. caſus
46 talis eſt. eo. volum. primo, & ad præſump. doli mali, & fraudes confugito ad Luc. Pen. in l. quemadmodum. C. de agri. & cen. vbi & plene, & copioſe tractat. Are. in §. in fraudem. inſt. quib. ex cau. manu. non li. And. Tiraq. in com. de vt ret. § j. glo. 8. nu. 74. & ſeq. pag. 96. & ſeq. & videbis quæ habentur. ff. quæ in fraud. cred. per totum, & quæ ſcripſit Bald. in rub. C. de reuo. his, quæ in frau. cred. Bert. in ver. fraus. quibus addes, quod ex facto conſulto placuit Decio in conſi. 260. Quæritur breuiter. Reſpondit enim remiſſionem factam à marito de lucro dotis, quod lege munici-
37 pali † defertur vxore præmortua eidem vxori, reuocari à creditoribus mariti, tanquàm in fraudem factam non poſſe. In qua
47 quæſtione adiicies, quæ ſcripſit Anc. in conſi. 101. & Soc. in conſil. 76. quia per dominum, nume. 6. volum. 4. & videbis, quę ſcripſit Andr. Tiraq. in com. de vt. ret. §. 26. gloſ. j. nu. 10. & ſeq. pag. 595. idem & illam quæſt. non abſimilem adnotabimus, quam Alex. Iaſ. & alii tractarunt in l. ſi mihi & tibi. in fi. principij. ff. de leg. j.
38 quidam teſtator † fundum legauerat uxori ſuæ, & filium inſtituerat, qui filius deinde etiam matri hæres extitit, cumque mater mole debitorum prægrauata eſſet, filius matri ſuæ legatum fundi factum repudiauit, ut ab eo creditores matris excluderet, idque legatum filius vt patris hæres retinuit, in qua quæſtione plerique ſenſere repudiationem tenere, & videbis Alex. in conſil. 113. pro deciſione. uol. 3. nouiſſimè in materia fraudũ illud addendum eſt præſumptiones, & coniecturas in huiuſmodi pro legitimis probationibus haberi, & uidebis Iaſon in conſil. 141.
39 circa primum. volum. quarto, qui eleganter † loquitur, & contra decoctores omnem coniecturam creſcere, quod non ſemel diximus referendo Nic. Boer. deciſ. 215. & Seue. in tract. de ſuſp. & fugit. quæſt. j. nume. 13. & de confeſſione facta à marito de dote cum ſoluendo non eſſet, uel futurus non ſoluendo, an noceat poſterioribus creditoribus mercatoribus, ſcripſit plenè Goza. in conſi. 28.

Poſtquam de fraudibus decoctorum cum Bal. diſſeruimus,
40 bene eſt contra eos aliqua etiam tractare, & primum † ſciendum eſt, liberum hominem pro debito regulariter capi nõ poſſe, & creditori ſeruire ob æs alienum, iura non pati. l. ob æs. C. de actio. & obligatio. capit. lator. extra de pigno. & plenè ſcribit Bar. in l. fina. ff. ad l. Iuliam pecu. vnde cum non poſſit capi, ſi ad eccleſias confugerit, inde extrahendus non eſt. l. præſenti. §. 1. C. de his qui ad eccle. confu. ſi enim eſſet extra eccleſiam, ceden
41 do bonis carcerem euitaret. l. prima. C. qui bo. ce. poſ. Sed ſi † lege municipali caueretur, liberum hominem propter æs alienũ capi poſſe, ex Eccleſia extrahi poſſet, ut eleganter legum pater Oldr. probat in conſi. 54. An fugiens pro debito. vbi adijcit in illis iuris articulis, ĩ quibus debitor in carcerem detrudi poteſt, extrahitur ex eccleſia. Citat, quæ notantur in l. nemo. C. de exact. trib. & conſuetudinem loci ſpectandam eſſe. Qua de re belliſſimè tentat dicere Nico. Boe. deciſ. ducenteſimadecimaquinta, paulo ſuperius citata ſub numero ſeptimo. † Cum de-
42 coctores beneficium ceſſionis non habeant, & in carcerem detrudi poſſint, ſecundum ea, quæ ſupra diximus, beneficio immunitatis eccleſiæ non debent gaudere, argum. §. ſed neq; verò publicorum tributorum. in authen. de mandat. princ. Idque in Gallia obſeruatum refert, quod ſingulariter notãdum eſt: cum decoctores ſoleant ad eccleſias, tãquam refugium tutiſſimum confugere, & his adiicies quæ ſcripſit Bald. in conſi. 400. quòd Iacobus. vol. j. in quo loco quædam ad rem colliges, & reſponditin ſecuritate decoctori à principe conceſſa.

Item animaduertendum eſt, ſolere mercatores, qui pecunias mutuas ſumpſere, cum ipſis pecuniis, vel bona earum parte aufugere, ſeque non ſoluendo eſſe aſſerere, & deinde immobilia bona creditorib. offerre freti, ut æſtimatores rerum, qui finge ex lege municipali adhibendi ſunt, vel amicitia, vel miſeratione ducti plus æquo referant. Sciendum eſt igitur, regulariter
43 † creditores in pecunia ad id compelli nõ poſſe, cum aliud pro alio inuito creditore ſolui non poſſit. l. ſecunda. §. primo. ff. ſi cer. pet. vbi iuris interpretes plenè ſcribunt. Sed & in materia videbis l. eum, à quo. iuncta auth. hoc niſi. quæ l. prædictam ſubſequitur. C. de ſolutio. & quòd ex facto conſulto Romano placuit in conſil. 163. conſtitutio curiæ, qui belliſſimè in quæſtione
44 propoſita diſſeruit. † Sed & addes ad interpretationem d. auth. Alexand. in conſilio 37. nume. 6. & nume. 14. volu. 2. Lud. Goz. in conſil. 27. nu. 27. & conſi. 32. per totum. Iaſ. in conſil. 9. nu. 12. & ſeq volum j.

Illud etiam non eſt prætereundum, quod ſcripſit Pau. Caſtr. in l. hæres à debitore. in §. ꝙ ſi ſtipulatur ff. de fideiuſſo.

45 † Ait enim, nota in perpetuum iſtum verſiculum in cauſis mercatorum ceſſantium: cum enim aufugiunt, ſi creditores (vt ſolent) omnium bonorum decoctoris poſſeſſionem apprehẽdunt: non tamen ex hoc decoctores ſunt liberati, & minus fideiuſſores, tunc enim liberantur, cum bona in ſolutum dantur. Quæ Pau. ſententia vera eſt: & probatur in citato §. in illis verbis ꝙ ſi poſſeſſio rerum debitoris data ſit creditori ęquè dicendum eſt, fideiuſſorem manere obligatum.

† Suadetur etiam ex eo, quod ſępiſſime eſt conſtitutum, &
46 certo certius eſt, non prohiberi creditorem, qui realem viã ſibi elegerit, ad perſonalem redire, & contra, de quo Bar. in l. cõſentaneum. C. quomodo, & quan. iud. colum. fin. Bald. in l. ignorare in fin. C. de reſti. mil. Alex. apud Barto. in l. hæres. in §. quod ſi hic ſeruus. ff. de fideiuſ. & belliſſimè ſcripſit Deci. in conſi. 12. & pro tenui. colum. ſecunda, & fin. & in conſil. 73. præſtantiſſime doctor. in fi. & conſil. 562. viſo puncto. numero octauo, & ſeq. Mar. ſingu. 398. & plenè, ac eleganter ſcripſit Iaſon in conſil. 9. reuerende domine. vol. j. & in conſi. 28. reuerende domine vicarie. nume. 3. eo. vol.

47 † Expedit & illud mercatores non latere, qui ſocietates inire ſolent, ſi vnus ex ſociis mole debiti prægrauatus bonis ceſſerit, & ſubſtantiam eius vęneat, ſocietatem ſolui. l. actione. § primo. ff. pro ſocio. inſt. de ſocie. §. ſoluitur. verſi. item ſi quis. vbi Aret. ait: Nota, ꝙ eo ipſo, ꝙ vnus ex ſociis efficitur non ſoluendo, & bonis ceſſerit, vel propter debita publica, vel priuata ſtatim finitur ſocietas. & ideo ſi ſocietatem coiui cum Titio in arte lanæ, & Titius in aliis ſuis artificiis ruperit, ſeu decoxerit, & bonis ceſſerit, ſtatim in arte lanæ ſocietas eſt ſoluta: & ſi ego & Titius adhuc in ſocietate conſenſum accommodamus, noua videtur inchoari ſocietas, & antiqua ſoluta eſt, nouaque pacta fieri poſſunt, & antiquis non eſt ſtandum. Quibus addes, quod p̃ceptor meus Pau. Par. ſcripſit in conſilio 82. aduertendum. volum. primo, nume. 40. & ſeq. nume. Ait enim, ex decoctione ſola ſocietatem non ſolui, ſed ceſſionem ſubſequi neceſſarium eſſe, vt dicitur in §. ſoluitur. † & longam eſſe differentiam inter cedere,
48 & decoquere. Subditque quod dicitur in l. ſocietatem. in §. diſſociamur. ff. pro ſoc. egeſtate ſocietatem ſolui, tribus modis poſſe ĩtelligi, egeſtate, id eſt, publicatione bonorum, vt innuit tex. in l. actione. §. publicatione. eod. titu. vel egeſtate, hoc eſt, bonis omnibus à creditoribus venditis. Quod ſenſiſſe videtur Iuriſ. in d. l. actione. in princ. Vel & tertiò egeſtate, id eſt, ceſſione bonorum. & hoc verbum ita expoſuiſſe videtur Imper. in §. ſoluitur. ver. item ſi quis ex ſociis. & Accur. & Bal. ibidem notarunt, idq; ex eo probat; quoniam ſocietas inter eos, qui non ſunt ęquis facultatibus, coiri poteſt, & ualet l. ſocietas. eo. tit. quam interpretationem præceptoris mei tanquam congruam & ex mente legum,

Source : BIU Cujas

legum,non improbo,decoctorem autem illum verè esse credimus,quem in secunda parte descripsimus. Idem etiam p̃ceptor meus in cons.94.spectabiles.nume.62. in primo volum.inquit,
49 † si vnus ex sociis decoxerit,non propterea alios socios fraudatores dici posse,si culpa carent,citat Petr. de Vbal.Pet.Anca. in consi.400.& Cu.in consi.172.

50 † Et illud notandum est,in iure nostro receptum esse, mandatum ipsum iure reuocatum intelligi,vbi deterioris conditionis mandatarius effectus extitit,Cum enim causa noua superuenit,quam si mandans sciuisset,verisimiliter reuocasset, legis dispositione pro reuocato habetur:elegans tex. est in l. si cũ Cornelius.ff.de solu.vbi Dyn.Bart.& Pau.notãt:tacitè enim in mandato hoc inest, si in eodem statu mandatarius maneat. l. cum quis.in prin.ff.eo.vbi Paul.idem probat,& Alex. idem ait in l.eũ, qui ita §.qui sibi aut filio.ff.de verb.oblig.& Angel. in l.Stichũ. in §.vsumfructum.ff.de sol.comprobando declarat,& vide Bar. in l.in confirmando. ff. de conf.tut. & in l.liberto.in §.Largius. ff.de annu.leg.& notat Fely.in c.ex parte decani. colum.13.ver. fallit decimò.nume.42.extra de rescrip.& breuiter, & doctè in materia idem respondit Rap.Cu.in consi.166.Simon,Helias, & Petrus,nume.quinto,& eleganter Bald.& Ange. ad rem nostrã
51 scribunt in l.rogasti.in §.si fugitiuus.ff.si cer. petat. † Institores, qui alicui negociationi a mercatoribus prẽponũtur,vel socios, qui ab alijs procuratores constituuntur eo ipso quòd fugerint, seu decoxerint,reuocatos intelligi, mandatum enim a lege reuocatur,domino ignorãte, & ideo non est necessarium cõtrahentes certiores facere; quia non ex facto reuocãtis reuocatio originem trahit,sed reuocati,cuius facti dominus probabilem potest ignorantiam prætendere,& videbis ibidem Ias.sub nu.3. qui declarat alios referendo.Sed eodem in loco Deci.ait,hanc sententiam verum esse, vt mandatum censeatur reuocatum, si quæramus,an ex mandato,vel præpositione dominus,vel præponens obligetur,verum est enim non obligari. Si verò quęramus,an hi,qui soluerint procuratori,uel institorij, sint liberati, & putat,liberationis fauore,propter ignorantiam,qui soluerũt, liberari.l.si non sortem.§.qui filiofamilias. ff. de condi.indeb.citat Bal.post Cy.in l.pater hæredi.in §.fi.ff.de testa.tut. Ego verò in huiusmodi differentia,quam constituit Deci.subsisto. Licèt enim Bal.in citata.l.pater hæredi.& Iurisc.in §.qui filio.dicant liberari,eum qui per ignorantiam soluerit, & loquãtur in liberatione,& fauorabilior sit liberationis causa, quam obligationis l.Arrianus. ff.de actio.& oblig. l. fauorabiliores. ff.de regul.iur.
52 † Idem tamen iuris esse puto in eo,qui institore, seu procuratore decocto per ignorantiam tamen contraxerit,aliquid vt gesserit, vt,quod gestum est,teneat,& dominus obligetur. Mouet me; quia Accur.in d.§.qui filiofamilias,loquitur etiam in obligatione,& Felin.in citato cap.ex parte decani.num.42. referendo verba Bal.in l.pater hæredi.subdit.Propter quod videtur generaliter dicendum,idem in alijs personis aliquid gerẽtibus cũ huiusmodi procuratore fugitiuo, & ignorantibus eius conditionem. Hæc ille.Et hoc admittendum videtur vtilitatis causa, & ne ignorantia damnum afferat,argu.l.inter causas.ff.man.& eius quod ibidem notatur.l.actione.§.morte. ver.item si alicuius.ff.pro socio.facit §.rectè.inst.mand. Et magis imputandum videtur ei,qui proposuerit,seu mandauerit,quàm ei, qui p ignorantiam contraxerit. Dicet aliquis. Ad quid ergo lex mandatũ reuocat,vbi mandatarius decoquit? Respondi,si sciens quis soluerit procuratori decocto non liberatur, idem iuris est, si contraxerit, sciens conditionem procuratoris immutatam cũ eo, vt dominus non obligetur, vbi verò per ignorantiam soluerit, vel contraxerit,& ignorãtia est probabilis, & liberetur debitor soluens,& dominus constituens obligetur. Idq; rationibus adductis,& arg.l.si quis patrem & l.pe.ad Maced.& l.si Titius.ff.de
53 fideiuss. † Contra uerò ubi status immutatio ex parte mandantis contingit, quid iuris sit? videbis l. si quis alicui. ff. de acquir. hæred.doc. & præcipue Alex.in l.eius.ff.si cer.peta.Soci.in cons. 172.colum.6.2.par.

54 † Denique creditoribus pignoris persecutionem ante diem dari contra decoctores, notarunt Bartol. & alii in l.quæsitum. ff.de pigno.post Accur.Bald.in l.ubi numero decimo. C.de iur. dot.Et contra suspectos, & fugitiuos complura scripsit Seue.in trac. suo de susp. quæ consulto prætereo,ne aliorum labores videar describere, illud solum notabis, quod in nona quæst.ait.
55 † Debitorem suspectum capi posse ante diem, vt caueat, quod & uerum est, & scriptis ab eo addes Ias. in l. si ab arbitro. ff. qui satisd. cog. numero quarto, & sequent. & Matth. ab Aff. decis. centesimaoctaua,procurator. Et in materia uidebis, quæ plenè præceptor meus Pau.Par. scripsit in cõsilio nonagesimonono, iste Ioannes. & sequent. consilio volumine tertio. Sunt & alia contra decoctores, quæ in uariis locis huius tractatus colliges: & quæ magis ad alias partes pertinere nobis visa sunt.

Quarta Pars.

SVMMARIVM.

1 *Statutũ si contra decoctores pro delicto pœna imponit,num pœna,quæ de iure ciuili in eodem delicto est constituta, sublata censeatur.*
2 *Statutum in proœmio de fraudatoribus loquitur. dum verò disponitur indesinitè:num intelligatur in eo, qui propter fortunam inopiam decoxerit: plenè disputatur.*
3 *Proœmium legis uel statuti mentem ostendit,& finalem causam demõstrat, vbi ex eo infertur.*
4 *Statutum, quòd decoctores dentur creditoribus lacerandi, non valet in his, qui fortunæ non suo vitio decoxerint,in his autem qui dolo, & cum pecunijs, & rebus alienis fugiunt,valet.*
5 *Spoliatus bonis suis belli causa insolidum à creditoribus conueniri nequit.*
6 *Statutum generale ad æquitatem restringitur,& non trahitur ad ea, in quibus est euidens iniquitas.*
7 *Præsumptio quæ est contra decoctores, eos ad euidentiorem rerum demonstrationem arctat,non autem est iuris, & de iure.*
8 *Statutum Florentinum, quo cauetur,si debitor infra certum diem creditoribus non soluerit,pronuntiatur cessans, quem sensum habeat.*
9 *Statutum Perusinum, quod iubet debitores ad pinguiorem fortunam si deueniunt, solidum soluere quacunque conuentione non obstante, num referatur ad illum decoctorem, qui pactus est tempore,quo peruenerat ad pinguiorem fortunam, vt certa parte creditores contenti essent. & in 6. par nume.1.*
10 *Statutum Florentinum, quod mandat creditores omnes in tributum vocari, & æquam omnibus esse conditionem, quòd valeat, & de interpretatione ipsius.*
11 *Statutum si amplissimam potestatem cuilibet concedit fugitiuum, & decoctorem accusandi, quomodo intelligatur.*
12 *Statutum,quod syndicis iurisdictionem tribuit declarandi bona & iura,creditores, & debitores, & nomina debitorum cessantium, non trahitur, vt syndici ius habeant declarandi domum cessantis esse cessanti hypothecatam.*
13 *Statutum, quod iubet,transactionem initam à syndicis cum decoctore, adhibito consensu duarum partium creditorum,ratam esse, etiam alijs creditoribus irrequisitis,& ignorantibus,quam declarationem habeat.*
14 *Statutum,quod officialibus,& syndicis potestatem dat vendendi quæcunq; bona cessantium,seu quæ declarata fuerit per syndicos ad cessantes pertinere, quem sensum habeat.*
15 *Statutum,quod filios,qui se ab hæreditate patris cessantis abstinent, ad debita persoluendum astringit, locum habet in filijs vere cessantium, non in filijs eorum, qui pro cessantibus habentur.*
16 *Item,quod non comprehendat filios clericos, etiam in minoribus constitutos.*
17 *Item,quòd filij vigore dicti statuti non teneantur ex contractibus à parentibus extra territorium factis.*
18 *Statutum Florentinum,quod patrem,qui permiserit filium negotiari, & non contradixerit,pro filio obligatũ iubet, non trahitur ad negotia,quæ extra territorium filius gesserit, & circa dicta statuta an valeant.*
19 *Statutum,quòd certis conditionibus fratrem decoctoris pro decoctore obligatum iubet, quomodo intelligatur.relatiue.*
20 *Statutum,quod fratres omnes, ad vnum panem, & vinum stantes pro decoctore obligat, intelligitur de his, qui in eodem loco & domo morentur.*
21 *Statutum,quod mercatoribus creditoribus contra fugitiuos debitores priuilegium tribuit, intelligitur in his, qui tempore contracti debiti, & fuga sunt mercatores.*
22 *Statutum seu decretum Florentinum, quod officialibus super bonis cessantium inquirendis,& ipsos plenam potestatem dedit,quam interpretationem habeat.*
23 *Statutum Florentinum circa modum pronuntiandi cessantem,& fugitiuum, quomodo intelligatur.*
24 *Statutum Florentinum,quod facultatem concedit prætori exequendi sententias consulum, prout ipsi consules in omnibus,& per omnia,an locum habeat in banno cessantis,propter quod & filij, & vxores obligantur: licèt id consules facere non possint alio statuto id disponente.*
25 *Statutum de pœnis cessantium, vt locum habeat, qualitates à statuto dictæ debent concurrere, & eodem in loco: quia statutum prædictum excipit neminem pro debito,in quo fuerit fideiussor fugitiuum pronuntiari posse, ait,patrem ad pœnas cessantium pro filio non teneri.*
26 *Statutum,quod mandat filios pro patribus teneri, etiam si hæredes non sint, non habet locum in filijs à patre exhæredatis.*
27 *Statutum,si fugitiuo seu decoctori ius reddivetat,si vulneratus sit decoctor, quia accusari non potest, qui vulnerauit, inquisitio contra vulnerantem instituti an possit, disputatur.*

PEssimum quidem genus hominum decoctores esse, id nobis est etiam argumento maximo, q̃ in uariis mundi partibus municipalia iura ad improbitatem eorum compescendam sunt constituta. Et ideo,quædam,quæ in iure nostro relata sunt utilitatis, ac leuandi laboris gratia breuiter referre decreui. Et ne longè abeamus, quæritur apud Bald. nostrum in citato consi.372.vol.5. circa interpretationem municipalis

cipalis qua cauebatur, ne quis ciuis, velcõmitatẽsis, aut aliunde audeat fugitiuos patres, fratres, filios maſculos, inſtitores, aſcendentes, deſcendentesve eius, nec hoſpitari, nec receptare in perſona, vel rebus conſilium dare, auxilium, fauoremve, nec allegare, aduocareque pro eis ſub certa pœna, & eo addito, ut receptatores, & fautores ad reſtitutionem pretii rerum receptarum in duplum teneantur, quodque iudices ſub certa pœna poſſint, & debeant inquirere, de qua lege municipali nos aptiori loco,
1 in ultima, ſcilicet, parte diſſeremus, ſubiungit eo loco Bald. † ſi contra decoctores municipali lege pro delicto pœna imponeretur, num pœna, quæ de iure ciuili in eodem delicto eſt conſtituta ſublata cenſeatur; & quoniam Bald. diſtinct. & argumentis reſpondit, breuitatis cauſa non refero, ipſum legito ſub nu. 16. dicti cõſi. Vtque veritatem in propoſita q. facilè inuenias, addo loca infraſcripta Bald. in l. fi C. commu. vtri. iudi. col. 4. Barto. in l. ſanctio legum. ff. de pœ. Gram. in conſi. 31. in prin. & fi. Alber. Brun. in tract. de aug. in quarta conclu. ver. ſit ergo & tertia concluſio &c.

2 † Item apud eundem Bal in eo. loco eleganter quæritur. Lex municipalis in proœmio de fraudatoribus loquitur, dum verò diſponit indefinitè, ſi mercator decoxerit ꝓpter fortuitam inopiam, non autem captatam, an legis municipalis rigor paupertatis ratione ſubleuandus, temperandusve ſit, idem Bal. generaliter ſtatutum intelligendum probat: quia neceſſarium eſſet probare fraudes, quod eſt difficile. Item, quia non eſſet plene cõſultum creditoribus. Item quia ratio legis plerunque eſt vera ī pluribus, ſed non ut in omnibus, & tamen ſtatutum præciſum nõ recipit interpretationem. ff. qui & à quib. l. proſpexit. Item ſi fallitus, ergo fraudator, & præſumitur omnibus ineſſe, quod oĩbus eſt commune, nec excuſantur ob aduerſam fortunam. Nec eſt nouum, quòd aliquando plus ſit in præſumptione, quàm in veritate. Dicit lex, ꝙ hæres, qui non fecerit inuentarium, tenetur inſolidum; quia præſumitur ſubtraxiſſe. Et contra iſtam præſumptionem, quæ tranſit in ſtatutum legis, non poteſt contrarium probari, & probatum non releuat, ut in authen. de hæred. & fal. §. ſancimus. Hactenus Bal. in uerba ſupraſcripta, qui ſubijcit hanc ſententiam tutiorem: cum & ratio legis in ſola ꝓſumptione firmetur. Ego verò in propoſito iuris articulo à Bal. diſſentio, licèt eius auctoritas, & rationes me valde mouerint. Puto tamen legis municipalis ſeueritatem ad eum, qui fortunæ vitio, non ſuo decoxiſſet, trahendam non eſſe, nec de eo, qui fortuito caſu in paupertatem inciderit, ſtatuentes ſenſiſſe. Mouent me, quæ idem Bald. primo loco defendendo hanc ſententiam
3 ſcripſit. † Item, quia proœmium legis mentem oſtendit, & finalem cauſam demonſtrat, ubi ex eo infertur, quod & Bal. non negauit. l. fi. ff. de hæred. inſti. & l. j. ff. ad ſena. conſul Maced & vtrobique notauit Barto. Bal. in l. vt liberis C. de colla. Imo in l. ſi ita quis. in §. ea lege. ff. de verbo. oblig. col. pen. Io Cro. in repe. l. oẽs populi. nu. 156. ff. de iuſt. & iur. Socin. in conſi. 94. in prin. col. 7. vol. j. Deci. in conſi. 101. & conſi. 353. nu. 2. & conſi. 502. num. 5. Iaſ. in conſi j. col. 5. in 3. dubio. & in fi. vol. j ubi declarat, & plenè Goz. ſcripſit in conſi. j. nu. 14. & ſeq. Mouet me etiam, qd ſcribit Bal. in l. i. num. 6. C. qui bonis cede. poſ. ait enim in hæc verba, di-
4 cit glo. olim ſtatutum fuiſſe, † quòd poſt quadraginta dies debitor creditoribus cruciandus dabatur, idque tanquàm durũ cor rectum fuiſſe. Sed quid ſi hodie tale ſtatutum fieret, nonne valeret? Reſpondeo non: quia bene valet ſtatutum, ꝙ in carcere publico detineatur, ſed non detineatur in carcere priuato. Illud enim fit pro crimine capitali, ut infra de priua. car. idem Bald. in l. fi. C. eo. titulo, qui bon. ceder. poſ. ſub nume. 4. ait, Quid de falſis mercatoribus, qui fugiunt non ex fortuna, ſed dolo cum pecunia, & rebus alienis? Rñdeo bene valet ſtatutum, ꝙ dẽtur creditoribus lacerandi. ff. depo. l. bona fides. Et in his animaduertendum puto; quoniam in Bald. nulla eſt repugnantia. Nam in his, qui fortunæ vitio bona perdidere, ſtatutum ſentit non valere, & ita intelliges, quod ſcripſit in d. l. j. in his verò, qui dolo malo, contra ſentit, quam diſtinctionem in ea l. fi. probat Sal. ex qua diſtinctione habes argumentum non leue pro noſtra ſententia. Et profectò æqua, & probabilis eſt hæc ſententia: cum impium, & inhumanum videatur fortunæ telis vexatum puniri, & hominum infortunium etiam pœnis prægrauari, arg. l. diuus. ff. de offi. præſi. & l. tam dementis. C. de epiſ. audi. & nocentium odio innocentes prægrauari eſt contra naturalem æquitatem. l. ſanci mus. C. de pœn. c. j. de iniu. lib 6. & reg. non debet. de reg. iur. eod. lib. & facit, qd ſcripſit Pet. Anc. conſi. 104. de viribus, & efficacia.
5 Vñ Io. Fab. & Io. de Plat. in §. eum quoq;. inſtit. de actio. † ſcripſere, ſpoliatum bonis ſuis belli cauſa inſolidum à creditoribus conueniri non poſſe, idq; pium, & æquum putant. Et licet ibidẽ Iaſ. mirabile, & notandum exclamans cogitandum eſſe ſubiungat. Mar. tamen ſing. 241. cõmendat, & probat. Accedit ad prædicta, quod ſcripſi Abb. in c. ex parte. in fi. de conſue. Vbi differẽtiam in lege municipali conſtituit inter decoctores doloſos, & ex propoſito, & illos, qui fortunæ vitio, quem refert, & probat Marſi. in ſing. 224. filius. Et ex his habes fortuitam paupertatem excuſandam: & in pluribus iuris articulis excuſationem ꝓſtare, non eſt nouum, & non parem rationem eſſe in vtroque decoctore, quod & in ſecunda parte huius tract. explicauimus. † De-
6 nique illud receptum eſt, vniuerſalia verba legis municipalis ad æquitatem reducenda, reſtringẽdaque, ne quis indebitè damnũ patiatur. l. 2. C. de nox. Acc. & cæteri in l. fi. in §. computatione. C. de iure del. Barto. in l. omnes populi. in 6. q. prin. C. de iuſt. & iur. Iaſ. in l. ſi ſeruũ ſtichum. §. ſequitur. in 2. no. ff. de verb. oblig. Soc. in conſi. 44. col. 4. ad fi. lib. j. Hoc amplius inquit Are. in conſi. 57. col. 3. verſi. præterea poſito. & ſi lex municipalis diceret, vnũ pro alio obligari interpretationem tamen illam accipit, quãdo culpa, uel negligentia ei poteſt imputari, qui pro alio obligatur. Idem Are. ex facto conſultus reſpondit in conſi. 106. col. pen. in 3. dubio, generalia uerba legis ad ea non trahenda, in quibus euidens eſt iniquitas, & quæ nam maior iniquitas eſſet, quàm ſi innocens damnaretur, qui vexatus fortunæ telis fuiſſet, idque demonſtrare poſſet? Poteſt & id quod diximus ſimilibus ſexcẽtis argumentis confirmari, quò conſulto prætereo. Sed poterit lector elegans Aym. reſpõſum videre in j. eius reſpon. lib. ſub nu. 3. iudex habens. Nec te moueat Bal. ratio, ſi hic, qui ac inopiam vitio fortunæ peruenit, intelligeretur exceptus, ſeu in lege non comprehenſus, non eſſet plenè creditoribus conſultum; quia fraudem probare, eſt ꝓdifficile. Quoniam decoctores tenentur bona creditoribus indicare: iuxta ea, quæ notan. in l. j. C. qui bo. ced. poſ. & C. de iure delib. l. fi. §. licentiam. & in l. fi. C. quando & quib. quarta pars debe. & omnes, & ſingulas cauſas exprimere debent, quibus ſtrangulati ſunt, arg. l. j. C. de præd decu. & dolus, & fraus præſumitur, & demonſtratur ex pluribus, quæ ſuprà retulimus. Accedit, ꝙ decoctores poſſunt torqueri, ut indicent pecunias, & merces receptas, quas nunc denegant habere: vt ple-
7 nius vltimo loco dicemus. † Et præſumptio, quæ eſt contra decoctores, de qua Bal. meminit, & diximus ſuprà in præced. parte, uerſi. ſubiicit poſt hæc. & verſi. denique Bal. ad euidentiorem, ac duriorem probationem, ſeu rerum demonſtrationem decoctores aſtringit: iuxta not. à Bald. in l. fi. ff. quod met. cau. cũ his, quæ addidit Mar. in ſing 451. decreui. & adde Alci. tract. de præſump. in prin. 2. par. num. 3. Nec enim hanc præſumptionem illius generis eſſe puto, quam vocant iuris, & de iure, quæ probationem in contrarium tollat, ut ſenſiſſe uidetur Bald. adeò, ut ex ea damnari decoctor poſſit. Ex quibus in q. generaliter à Bal. propoſita, eum, qui fortuito caſu non ſuo vitio decoxerit, puto in lege municipali non includi, ubi id conſtiterit, prout ipſemet Bal propoſuit.

8 † Conſtitutione curiæ mercatorum Florentiæ cauetur, ſi debitor infra certum diem creditoribus non ſoluerit, uel non ſatisfecerit, pronuntietur ceſſans, interrogatus Romanus, cum Thomaſius quidam a Spinellis bona immobilia Thomaſio Iacomini creditori obtuliſſet, & quidem in tempore, num conſtitutio iuris communis interpretationem patiatur, hoc eſt, intelligatur, iuxta auth. hoc niſi. C. de ſolu. & in conſi. 163. conſtitutio curiæ. iuxta d. auth. interpretandam probat. Idem interrogatus, an oblatio bonorum immobilium per Thomaſium ſimpliciter facta, eidem profuerit? & reſpondit non profuiſſe, docetq; ſatis eleganter cauſam, quare non profuerit. Tenebatur enim docere cauſas, quare beneficium illud, ut aliud pro alio creditor recipere tenetur, eꝑſequi poſſet. Item palam facere debebat bona immobilia in dominium creditoris irreuocabiliter translatum iri, & fideiuſſorem offerre: iuxta d. auth. adeò ut oblationis tempore fideiuſſor adeſſet, ſecundùm Ang. in l. de pupillo. §. is, cui. & l. prætor ait. §. ſi quis paratus. ff. de noui oper. nun. motus ſingulari l. ſeruus ſi hære. in fi. ff. de ſta. lib.

Idem Rom. in conſi. 92. in dubitatiſſimam. in caſu ſtatuti: de ceſſantibus, & fugitiuis. & de quo nuper meminimus reſpõdit, de quo nos meminimus in principali tractatu, in prima parte, verſic. ſuboritur alia quæſtio.

9 † Conſultus idem Rom. cum debitores, qui ad pinguiorem fortunam deueniſſent, conſtitutione Peruſina ſolidum ſoluere compellantur, atque integre ſatisfacere, quacunque conuentione facta non obſtante, & Petrus quidam decoctor cum ad pinguiorem fortunam deueniſſet, cum creditoribus conueniſſet: vt certa parte debiti contenti eſſent, num rata ſit conuentio? & ratam defendit in conſi. 403. in caſu. Quoniam ratio conſtitutionis illa videtur, nimia, ſcilicet, debitorũ inopia, propter quã mouentur creditores ad paciſcendum cum decoctoribus, & partem debiti remittendum, vt potius aliquid habeant, quam totum perdant. Quæ ratio ceſſat in eo decoctore, qui locupletior factus conuentionem fecit, idque tribus probat etiam argumentationibus: & citat. ff. de mu. & ho. l. cura. §. deficientium. c. ſuggeſtum. extra de deci. c. cum tu. iuncta glo. l. in ver. donec, de vſu. Quæ ſententia Ro. hæſitationem habet, quod cum de pact. inter creditores, & decoctores dicemus, oſtendemus, & ad rationem Peruſinæ conſtitutionis, quam Rom. reddidit, uide l. & ſuum hæredem. in §. hodie. ff. de pact. ubi Odo. relatus à Bal. ibidem inquit, illam eſſe rationem illius §. quare creditores ſi in vnum conuenerint, & plures dicant ſe certa parte debiti cõtentos eſſe, præferantur diſſentientibus: in minori tamen numero

ratione

ratione habita ad cumulum debiti, qm̃ ni ita ſtatutum eſſet, minor pars obeſſet maiori, & impediretur per minorem partem commodum, & vtilitas maioris partis, melius eſt. n. pauca diuidere, quàm totum perdere: de quo etiam ſuo loco dicemus.

Meminit etiam Pau. Caſt. in cõſil. 179. viſo puncto, par. 11. de alia florentina conſtitutione, qua in materia decoctorum cauetur, creditores omnes in tributũ vocari, ſeu, vt ipſe ait, † creditoribus ſatisfieri debere per ſolidum & libram, non habita ratione priorum vel potiorum creditorum priuilegijsq; actionum perſonalium, uel realium poſtpoſitis, & ęquam omnibus creditoribus conditionem eſſe. Dubitabaturque num decoctor, qui & Romæ & Florentiæ creditores habebat promiſeratque ad rationem decem ſolidorum pro libra & ſoluerat creditorib. Florentinis, & eos conſeruare promiſerat cautione, conditionem Florentinorum creditorum meliorem facere potuerit. In damnum creditorum Romanorum, & reſpondit non potuiſſe: & ſi Romani creditores aſſenſiſſent concordiæ factæ, vt eis ſatisfieret ad rationem decem ſolidorum pro libra qualibet, poſſent tamen petere ęqualitatem ſeruari, & ſolutiones factas pro dimidia reuocare, ſi non ſuperfuerit vnde eis ſatisfiat, citat l. ſi non expedierit. §. j. ver. quod ſi vtroque. ff. de bo. aut. iud. poſſ. l. qui autem. §. ſciendum verò. poſſ l. pupillus. cum his, quæ ead. lege notantur. ff. quæ in frau cred. & l. verum. §. ſi cum tres. ff. pro ſocio. Item & regulam, non debet alteri per alterum iniqua conditio inferri. ff. de reg. iur. Idemque Pau. reſpondit. in damnum & præiudicium decoctoris conuentionem de conſeruando creditores Florentinos indemnes legitimam fuiſſe & præſtandam propterea fuiſſe tam per decoctorem, quàm fideiuſſorem eiuſdem. Quibus addes, qđ in materia ꝓpoſitæ legis municipalis ſcripſit. Sign. in conſi. 276. in quæſtione. Item & illud, legem huiuſmodi municipalem, quæ ęqualem conditionem eſſe iubet oĩbus creditoribus, accepere ex l. procuratoris. §. fina. cum l. ſeq. ff. de tribu. ubi Ang. etiam notauit.

Socinus etiam in conſi. 276. præmiſſa conſultatio. par. ſecunda, † circa interpretationẽ ſtatuti diſſeruit, quo ampliſſima potestas cuilibet concedebatur fugitiuum & decoctorem accuſandi, ipſum legito; ſcripta enim Socini talia ſunt, ut inter manus omnium uerſentur. Idem Soci. in conſil. 274. in cauſa dominæ Liſæ. eadem par. 2. col. pen. & fina. † legem municipalem, quæ ſyndicis iuriſdictionem tribuit cognoſcendi & declarandi bona & iura, creditores, & debitores, & nomina debitorum ceſſantium, interpretatur, ut ſyndici ius non habeant declarandi domum, finge Titii debitoris ceſſantis, eſſe ceſſanti ſeu decoctori hypothecatam. Quoniam hoc eſt declarare huiuſmodi domũ fuiſſe in bonis debitoris ceſſantis tempore contracti debiti, cũ aliàs non poſſet eſſe hypothecata, iuxta notata à Bartho. in l. rẽ alienam. ff. de pigno. & quia licèt ſtatutum tribuat iuriſdictionẽ declarandi bona, & iura ceſſantium: non tamen concedat, ſi tertius haberet potiora iura in bonis debitoris ceſſantis, ꝙ ſyndici in eorum vtilitatem poſſint pronũtiare ſe habere potiora iura ex perſona ceſſantis, & in materia, ut ipſe ait, ex orbitanti extenſio fieri nõ debet, hæc ille, qui citat l. ſi verò. §. de viro. ff. ſol. mat. c. cùm dilectus. extra de conſuet. & ſubdit reſtringenda ſunt verba ſtatuti, ne iudices ſint in cauſa propria l. vnic. C. ne quis in ſua cau. gl. in c. cæterum, extra de iudi. & in c imperialem. §. præterea. qui feu. da. poſ. & ipſum legito, qui pluribus vtitur.

Item Socin. in conſi. 273. in præſenti conſultatione. ea. par. 2. † reſpondit, Florentinam conſtitutionem, quæ iubet, tranſactionem initam a ſyndicis cum decoctore, adhibito conſenſu duarum partium creditorum, ratam eſſe, etiam aliis creditoribus irrequiſitis & ignorantib. intelligendam eſſe, ubi dicti creditores in unum conueniſſent. & conſenſum præſtitiſſent: non autem vbi ſeparatim & ſeorſum l. & ſuum hæredem. §. fin. & l. ſeq. ff. de pact. vbi ait Alb. Bar. & pleroſque alios notaſſe. Diſputat etiam non inſubtiliter, num fideiuſſores, qui in tranſactione interuenere, & qui ex actis decoctorum nominibus à ſyndicis, quod deficeret, ſoluere promiſerunt, teneantur, & ex pluribus fideiuſſores defendit. Diſſeruit etiam ſuper poteſtate ſyndicis attributa, & quidem maiori, quàm in ſtatutis contineretur: & quoniã pluribus vtitur, ſat ſit locum ipſum retuliſſe, & ad dictum ſtatutum videbis conſilium collegii Peruſini inter conſilia Angel. 213. Simon & Iacobus &c.

Conſultus idem Soci. ſuper Florentina conſtitutione, qua officialibus † & ſyndicis poteſtas datur uendendi quæcunque bona ceſſantium, ſeu quæ declarata fuerint per ſyndicos ad ceſſantes pertinere, in conſil. 57. in cauſa filiorum Caroli. part. 3. nu. 9. reſpondit, quia conſtitutio odioſa eſt, & ob id reſtringenda, officialibus & ſyndicis poteſtatem tributam non cenſeri vendẽdi bona debitorum ceſſantium, etiam uenditione ſecuta, quia nulla retractari poſſe, etiam poſt quadrimeſtre tempus à ſtatuto præfixum, cuius ſententiam Dec. in eodem facto conſultus probauit, ut patet in conſi. 38. nume. 6. ver. in tertio dubio. & videbis Anch. in conſi. 91. Pro ſpecifica. in conſil. 170. in primo dubio, quæ conſilia refert Dec. ubi ſupra, & in quibus conſiliis ſup facultate ſyndicis à dicta cõſtitutione cõceſſa diſſeruit, & præſertim num qui emerint ab officialibus bona decoctorum, poſt quadrimeſtre tempus à conſtitutione præfixum, ſint tuti: quæ conſilia, ſi libet, legito.

Subiungit idem Soc. in eod. conſilio 57. de ſtatuto, † quod filios, qui ſe ab hæreditate partis ceſſantis abſtinẽt, ad debita perſoluendum aſtringit, & eodem modo filios creditoribus paternis teneri iubet, quo pater tenebatur, & relatis uerbis legis municipalis, ipſam legem interpretatur in filiis uere ceſſantiũ, non in filiis eorum, qui pro ceſſantibus habentur. Et addit ſtatutum huiuſmodi, filios clericos, etiam in minoribus conſtitutos, non comprehendere, citat Alex. in conſi. 210. ponderatis his oĩbus, & cõſi. 211. viſa facti. vol. 2. addes & Deci. in relato conſi. & eundem Deci. in conſi. 359. in cauſa domini Marci. qui ait, † hmõi ſtatutum odioſum, reſtringendumque eſſe.

† Et eleganter ſubdit, filios, qui à ſtatuto pro parẽtib. obligantur, non teneri ex contractib. & obligationib. extra territorium factis, & conſiderat extra ordinarias probationes, quę uigore ſtatuti contra parentes admittuntur, cõtra filios non admitti, idq; ex eo, quod not. Bart. in l. j. quando ex fac. tut. & in l. ne quid. col. pen. ff de incend. ru. & nau. Probat etiam ex eo, quod Soc. ſcribit in l. Modeſtinus. ff. de excep. qui ait, † eius genitorem, & Aret. cõ ſuluiſſe, ſtatutum Florentinum, quod patrem, qui permiſerit filium negotiari, & non contradixerit, pro filio obligatum, iubet non trahi ad negotia, quæ extra territorium filius geſſerit: quoniam ſtatutum eſt contra ius diuinum: iuxta illud. Filius nõ portabit iniquitatem patris. Et odioſum, ut nõ ſemel diximus: ergo ad geſta intra territorium reſtringendum eſt, & videbis Dec. in capitulo cognoſcentes. de conſtit. in 2. lec. qui parum ſibi ꝓſtit. ſub nume. 8. dictamq; ſententiam inargutè damnat, uidebis ẽt in materia Aret. in conſi. 29. diligenter. nume. 14. & ſeq. num. & circa dicta ſtatura an ualeant, & pleraque alia uidebis Abb. in c. ex parte. in fi. de conſti. Mar. ſing. 224 filius &c. & ſin. 362. & in l. infans. nu. 28. uſque in fi. ff. de ſica. Alex. in conſil. 42. ſuper præmiſſo themate. nu. 22. & ſeq. vol. j. Sali. in i. 2. nume. 12. C. de conſtit. pecu. Seue. in l. omnes populi. nu. 13. ff. de iuſti. & iur.

A pud Anch in conſi. 400. de iure communi quæritur de ſtatuto † quod certis conditionibus fratrem decoctoris pro decoctore obligatum iubet: & quoniam plene attigit, legiq; poteſt, ſuperfluum eſt referre.

Proximè accedit, quod Raphael Cum. ſcripſit in conſil. 146. ſtatutum enim † quòd fratres omnesque ad unum panem & vinum (vt ait) ſtantes pro decoctore obligat, non inſubtiliter interpretatur. At enim uerbum, ſtare, proprie accipiendum, ut in eodem loco & domo morentur. ff. de acquir. poſſ. l. 3. § ex contrario. ff. de verbo. oblig. l. ſtipulatio. §. hæc quoq;. ff de condi. & demonſt. l. ſi quis ita legauerit. Item ſubiicit illos ad vnum panẽ & vnum vinum ſtare, dicendum eſſe, qui in vna domo ſimul aluntur. C. diuor. fac. apud quem lib. al. l. j. nec poſſe intelligi de viuentibus expenſis communibus, licèt ſeparatim, ut puta, ſi Titius Anconæ & Seius Florentiæ communibus expenſis viuant, idque pluribus probat: illamque ſtatuti rationem eſſe ait, ut tanquam conſocios culpęque participes fratres, & reliquos de familia ſtatuẽtes obligari pro decoctore uoluerint. Compluraq; etiam adijcit, illudque præcipuè, ſi lege municipali mercatorib. contra fugitiuos debitores priuilegium tribuitur, interpretandam eſſe, † ꝙ ſint mercatores tempore contracti debiti & fugę: quoniam qualitas reſpiciens uerbum, intelligitur ſecundũ tempus verbi. l. Titius. ff. de teſta. mili.

Quæſitum eſt apud Anc. in conſi. 164. de iuribus. cum à ſenatu Florentino quibuſdam officialibus ſuper bonis ceſſantium inquirendis, † & ipſos plena poteſtas data eſſet, & officiales ſententias, contractus, & arbitramenta ex præſumpta fraude generaliter decreuerint irrita, & nullius valoris, à certo tempore cũ ceſſantibus lata, & latas ac initos. Num decretũ in præiudicium eorum, qui cum eis contraxerunt teneat? Et reſpõdit decretum nullum, tanquam ſine cauſæ cognitione factum, & ab his, qui mandati fines exceſſerint: ex fraude enim contractus initos arbitramentaque & ſententias lata & latas tantum irritari poſſe, non autem legitimè facta ſeu lata, & ex fide geſta. Et prætorem Florentiæ ex generali iuriſdictione ſibi a lege municipali tributa de nullitate poſſe cognoſcere. Nec ex eo, quod ſpeciatim à Repub. Florentina quibuſdam cauſæ contra ceſſantes demandatæ eſſent, prætoris poteſtatem ordinariam q; iuriſdictionem aduocatam cenſeri, quinimo iuriſdictionem cumulatam putat. capitu. per hoc. de hæreti. libro ſexto, l. prima. C. de officio. præf. vrb.

Et in ſtatuto Florentino circa modum pronunciandi aliquẽ ceſſantem † & fugitiuum. Ang in conſil. 61. copioſè diſſeruit, & inter alia illud præcipuè attigit. Num poteſtas ſeu prætor ſine præſentia & conſenſu conſiliariorum Mercaturæ ceſſantem & fugitiuum aliquem pronuntiare poſſit, & ait non poſſe, quemadmodum & ſoli officiales ius pronũtiandi non habet, de quo Ang. conſi. meminit Dec. in conſi. 268. concluſio. nu. 2. & cõſidera vtrunque conſilium, & Ang. & Anch. próximè relatum.

Idem Ang. in conſi. 6. lata eſt ſententia. In ſtatuto Florẽtino reſpondit,

Source : BIU Cujas

24 respondit,quo cauebatur, prætorem facultatem habere † exequendi sententias consulum prout ipsi consules in omnibus, & per omnia. Vt non possit prætor exequi bannum cessantis & fugitiui,propter quod etiam filii & vxores obligantur, licet id consules facere possent,alio statuto Florentino disponẽte,quoniam id valde iniquum,crudelere, & inhumanum est,quòd filii & vxores pro debitis fugitiuorum compelli possint,sed hæc Ang.sentẽtia non est sine dubitatione.Videbis ergo, quæ Alex. & alii scripsere in l.j.ff.de legat.j. præcipuè Ias.sub nu.20. & Io. Crot.sub nu.3.& Iac.à nig.eod.in loco nu.11.

25 † Ex facto consultus Deci.vir prudentissimus circa interpretationem statuti de pœnis cessantium, eleganter respondit: vt statutum locum habeat, necessarium esse qualitates ipsas concurrere: & bene censuit Deci.& differendo subiicit propter statutum, quod excipit neminem pro debito,in quo fuerit fideiussor fugitiuum pronuntiari posse partem ad pœnas cessantium pro filio non teneri.licèt ad debita filii ex lege dicta municipiũ teneatur,& quia legi potest,& plene scripsit nobis, sufficiat locum, ubi est hæc controuersia, adnotasse.

26 † Illud non est prætereundum, vbi lex municipalis mandat filios pro patribus teneri, etiam si hæredes non sint, ne filii pro debitis à parentib.contractis teneantur consuli, atque remediũ dari patrib.ut filios exhęredent.Nam propter exhæredationem filii à paternis creditorib.conueniri non poterunt:qm̃ exhæredati pro mortuis habẽdi sunt.l.j.§.si pater.ff.de con. cum eman. lib.l.j.§.pen.& l.si post mortem.in §.liberi.ff.de bon.pos.contra tab.& ut supra sensit Bal.in l.dotis.in fi.C.de iure dot.quem probat Ias.in l.planè.in §.duobus.ff.de leg.j.& Deci.eiusdem sentẽtiæ assentitur in c.cognoscentes.in 1.lect.nu.4.de const. & Ias.in §.actiones (si is est) nu.78.insti.de actio. & in ead.opi.est Io.Di-
27 lect.in trac.de arte testa.in tit.de lib.inst.cau.7.filius.† Fuit quæstionis,si municipali lege decoctori, seu fugitiuo ius reddi non debet,& vulneratus decoctor fuerit,num quia accusari, q vulnus intulit,non potest,iudex ex inquisitione contra vulnerantem poterit procedere?Et Iac.But.q.proposita,bellissimè disseruit,ut patet ex eius commen.in l.quæ adulterium.C.de adul.vbi negat, inquisitionem posse institui: quoniam lex municipalis propter pſonæ vtilitatem, & qualitatem impunitum iubet esse maleficium,& si iudex ex officio procederet, ius contra statuti verba decoctori redderet, datiuusque casus non respicit eum, qui facit, sed cui effectus attribuitur,& seruus domino acquirit, quando contrahit,& dominus contrahere, videtur, refertque illud Virgilianum carmen.

Sic vos non vobis fertis aratra boues.

& argu.l.j. ff. de his, qui sunt sui,vel alien.iur.quam sententiam Iac.But.& Bal.& Ang.ibidem probarunt,& subijcit idem Ang. diuersum esse,si lex municipalis honoris persone gratia ius dici denegaret: duraret.n.potentia inquirendi sublata potentia accusandi.l.querelã.cũ gl.C.de fal.& ita interpretandũ esse.Quod Iurisc.ait in l.non solũ.in §.quanq̃.ff.de iniu. Sali.autẽ eo.in loco distinctionis suæ acquiescit, quam fecit in l.falsi. C. de fal.& in l.ea quidẽ.C.de accus.Et alia distinctio Richar. Mal. de qua meminit Ang.in l.si vacantia.C.de bon.vacan.Sed & his addes,quę Aret.in eius practica notauit in ver.hæc est quædam inquisitio. nu.71.vbi Aug.apud eum addidit,& Barto.in l.non solum.in §. quamquam.de iniur.& quæ apud eum notantur.

Quinta Pars.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor an liberetur ex prorogatione diei facta à creditore reo,si reus decoxerit in termino prorogato, plenius disputatur.*

2 *Fideiussores dantes num iterum satisdare teneantur, si non soluendo efficiantur.*

3 *Vsurarius manifestus facto testamento fideiussores dederat de restituendis vsuris, qui non soluendo facti sunt, num si decesserit aliis fideiussoribus non præstitis,testamentum valeat? vbi, quòd non.*

4 *Cedens debitorem,si is non soluendo sit,vel postea efficiatur,cessi nominis periculum ad quem pertineat, declaratur.*

5 *Mercatori seu campsori dicens, quòd soluat Titio illud,quod sibi debetur, num si capsor promiserit, liberetur.*

6 *Doctori asserenti aliquid à consuetudine receptum, an sit credendum.*

7 *Coniunctum facta coniuncti ignorare, non est verisimile.*

8 *In vectigalium licitatione si Titius obtulit sexcenta, Seius verò postea septingenta, si Seius, qui licitatione vicit, non soluendo sit, num Titius sit liberatus.*

9 *Habens multos creditores, si prædium,quod solum in bonis habet, Titio vendat ea lege,vt satis creditorib.faciat,quòd creditores recta via, & absq; cessione aduersus Titium agere non possint,*

10 *Habẽtes ædes communes stipulati sunt inuicem,ne extra eos alienetur, neve in extraneos quouis titulo tranferantur, etiam per dationem in solutum, adiecta bonorum obligatione, si vnus ex his mole debiti prægrauatus, partem ædium, quam habet, dare velit, an possit, sitq, iuris remedium, relatiuè.*

11 *Paupertas probatur ex cessione, & fuga.*

12 *Viro vergente ad inopiam,quòd vxor non possit creditores, qui possessionem bonorum viri ceperunt impedire, nisi prius procuret causa cognita iudicem super inopia viri interloqui.*

13 *Societatem iniuerant in lana Florentiæ Titius,Meuius,Caius, & Sempronius, deinde idem Caius, & Sempronius soli aliam societatem Anconæ coiuerãt in corijs,num si hi decoxerint, Titius & Meuius ad debita Caij, & Sempronij causa societatis coriorum teneantur? vbi, & quòd non.*

14 *Quæstiones variæ, quæ contingunt ex eo, quòd non soluendo aliquis factus sit.*

BEne est,postquam municipalia quædam iura contra decoctores retulimus,aliquas quæstiones (vt in initio pollici sumus) subiungere,& quidem quotidianas,qa quæ semel,aut bis(aut ait Theophrastus) accidunt contem-
1 nunt. Legislatores, ut legitur in l.nam ad ea.ff.de legi. † Et primum,vulgaris est illa quæstio. Num ex prorogatione diei facta à creditore reo,liberet fideiussor? In qua illa distinctio frequenti docto.sententia est recepta,ut siquidem fideiussor ad certum tempus se obligauit,finge ad annum soluẽdæ pensionis domus gratia,uel pro custode arcis ad diem dictum, uel iudice, q anno futurus est in officio,& facta prorogatione, si consensum non præstitit fideiussor,& præterito,in quo se obligauit teneri, ex prorogatione verò non teneri:liberatus est.n.fideiussor finito tpe. l.si cũ Hermes.C.loca.l.item quæritur.§.qui impleto.ff.eo.Bart. in l.Lucius.in §.Paulus.ff.de admi.tut.Alex.in ꝑsi.62.nu.5. habita.vol.6.Deci.in l.lecta.nu.13.ff.si cer.pet.& scribit Maria.in ꝑsi. 26.visis.vol.j.col.pen.Si verò fideiussor simpliciter fideiussit, & solutio dilata est ad certum diem, facta prorogatione diei à creditore reo,& in termino prorogato ignorante etiam fideiussore,fideiussor obligatus remanet:hoc enim modo intercedendo in omnem causam fideiussisse videtur. Et ratio illa redditur; qa nulla facta temporis prorogatione fideiussor veluti reus principalis post tẽpus tenetur,ut scribunt iuris interpretes in l.si vnus. in §.si cum reo. ff. de pac.& plenè Ias.in l.j.C.de iud.nu.25.& in c.constitutus.extra de fideiusso.Hoc enim casu differendæ obligationis causa dies adijcitur: at in prima facti specie finiendæ. Finge modo in facto primo loco proposito decoxisse reũ debitorem in termino prorogato,quid iuris sit ex prędictis,relatisq; locis,clarè patet.Finge & in secunda facti specie similiter reum decoctum post prorogationem factam,& fideiussorem non liberari respondeo.Vnde refero quotidianam illam Rotæ Rom. quæst.sub nume.859.penes Titium in antiquis.De eo enim quę ritur.Penes Titium numularium florenos mille deposui, non quidem in sacculo, acceptis fideiussoribus de restituendo post annum,seu biennium.Volens ego deinde depositum recipere, rogatu numularii ignaris fideiussorib.ꝑ tres, quatuorve annos certo lucro constituto eosdem florenos penes eundem numularium remanere cõtentus fui.Num ex prorogatione, & pacto inito certi lucri nouatio facta sit, fideiussoresque liberati censeant?& nouationẽ factã non esse, & ꝑñr fideiussores cõueniri posse,rñderunt facta excussione,& si non soluendo in nouo termino numularius effectus fuerit.de qua q.meminit Soc.in relato consi.Et his addes Felin.in c.de causis.nu.6.de rescrip. quem puto declarandum,& intelligendum iuxta relatam distin.

2 † Item quæro,dedi Titium in fideiussorem, effectus est non soluendo,num iterum satisdare teneat?& plerisque placuit, siquidem ex cõuentione dedi,vtputa in ꝯctu venditionis astrinxi me ad fideiussorem præstandũ,de euictione periculum subsecutæ inopiæ ad emptorem pertinere. l. pupilli. in §. soror. ff. de sol.l.si nomen.ff.de hæred.vel act.vend.Si verò iudicis officio satisdationem præstiti ex integro me satisdare debere: eadem eñ ęquitas suggerit,iterũ caueri in hac facti specie,cũ ex inopia subsecuta in fideiussore desinit esse cautũ.l.prætoriæ. ubi Bart.ff.de præt.stip.& scribit idẽ Bar.in l.4.in fi.ff.de fideiuss. & alii iuris interpretes in l.quoties.& in l.si ab arbitro.ff.qui satisd. cog. & ibidem Ias.quotidianam illam q.subiungit,& est talis.

3 † Vsurarius manifestus testiñ fecerat,præstita idonea cautione de restituendis usuris extortis,qua cautione testiñ, quod nõ ualet,ipsoq; iure irritum est,sustinetur.c.quanquã.de vsu.libr.6. Deinde fideiussores,quos manifestus vsurarius præstiterat, non soluendo facti sunt, & aliis fideiussoribus non præstitis decessit vsurarius,num testiñ valeat?Et in proposito iuris articulo ait,licèt Bal.in c.ex literis.de consti. testiñ non vitiari rñderit; quoniam sufficit legi semel satisfactum esse.l.fi.§.fi.C. de indi. vidui. tol.Contra tñ rñdit Ias.mouet eum, quod supra retuli.Vbi ex legis dispositione fideiussio præstanda est, ex integro satisdãdum esse,si calamitas in fideiussore superuenerit, & probat eius sententiam aliis argumentationibus. Ego verò, licèt auctoritate Bal.satis mouear,quæ comprobari potest ex multis rationibus, & argumentis,quæ lector colliget ex consi.Dec.24.Iaso.tamen sententiæ assentior,ex mẽte enim c. quanquàm.est,si verba diligenter cõsiderentur.Iubet enim vsuras omnino restitui,& cautio loco satisfactionis hr̃. Patet ex illis verbis, plenarie satisfactũ,uel illis,quibus &c.Quę verba satisfactionẽ necessariam demonstrant,

monſtrant, & veræ reſtitutionis gratia ſatiſdationem requiri. Et poſtq̃ incidimus in ſermones, c.quanq̃. ad eius materiam leuandi laboris cauſa loca infraſcripta adnotauimus. Abb.in ꝯſ.j. par.2.& conſi.22.par.j. Alex.in conſi.6.vol.6. Soc. in conſi.70.in præſenti &c.vol.j. Ias.in conſi.78.vol.3.viſis. Ioan.Dilec.in tract. de arte teſt.cau.7.ſub rub.de his,qui non hab. teſt.fac.

Proximè ad relatam quæſtionem accedit illa quæſtio, Ceſſi tibi Titium debitorem meum.

4 † Non eſt ſoluendo Titius,an periculum ceſſi nominis ad cedentem,vel ceſſionarium pertineat? In quo iuris articulo Bart. in l.pupilli.in §.ſoror.ff.de ſolu.reſpondit,ſi Titius poſt ceſſionē decoxit,tuum eſſe periculum. Cùm enim inopia poſt ceſſionē ſuperuenit,ad ceſſionarium damnum pertinet: vt in d.§.ſoror. Vbi verò Titius ceſſionis tempore non ſoluendo fuiſſet, ꝯ ſe habet l.ſi cum dotem.in §.ſi mulier.ff.ſol.mat.vbi Alexan. poſt Ang.& Bal.eleganter ſcribit notandum eſſe illum §.ꝯ mercatores,qui dant aliquos ex promiſſores, quos ſciunt iam collectis ſarcinulis ſtatim fugam arrepturos: ſi enim principalis debitor ex cauſa dotis tenebatur,contra eum primaria actione agi pōt. Sed ſi ex alia actione,tunc licèt delegatio non ſit nulla (facit eñ vt ab actione prima liberetur) datur tamen ꝯ eum actio de dolo ad id,quod intereſt.l.ſub prętextu.C.de tranſac.quod & Paul. & Imol.ibidem probat, qui Imol.ſubdit, dolum debitoris præſumi,quando breui tempore expromiſſor fugam arripuit,argu. l.ſi ventri § fi.ff.de pri. cre. quibus addes,quæ diximus ſupra, in tertia.par.verſi.Hic ſubiungi poteſt.num.21.& ſeq.& illinc aſſumes,quæ ad hunc locum attinent.

Subiungit idem Alex. in loco paulo ſuperius relato, quid ſi debitor delegans non fuiſſet in dolo, vt puta quia ignorauit debitorem delegatum nō fuiſſe idoneum, vel de fuga ſuſpectum, & huic diſtinctioni cum Barto.acquieſcit. Aut creditor, cui fit delegatio,ſciebat illum,qui delegatur,idoneum non eſſe,& placere eis debitorem delegantem liberari:ſciens enim recipiēdo & admittendo, bonum nomen fecit.l.inter cauſas. §. abeſſe. ff. manda.Si verò ignorabat,diuerſum ius eſſe l.promittendo.§.ſi à debitore.ver.ꝯ ſi iam tunc à ſenſu contrario. ff. de iur.dot. Et addit,in ambiguo preſumi creditorem ſciuiſſe debitorem delegatum inopem fuiſſe,& culpæ ei annumerandum, ſi conditionem eius non exploraſſet,recipiendo enim & admittendo:vt idoneum approbaſſe cenſetur.Regula,qui cum alio.ff.de regul. iur.ubi Dec.Alexandri ſententiam probat,& citat Ang.& Pau. Caſt.in l.j.ff.ſi quis in ius voca.idem ſentientes. Poſſet tñ creditor iuſtam ignorantiæ cauſam probare, vel ꝯ ſeductus ſcilicet ſuaſionibus principalis delegantis afferentis debitorem delegatum idoneum approbauerit, ad quas ſuaſiones & præfationes addo ego gl.in l.apud Celſum.ff.de doli excep. & quoniam plenius Alex.ſcripſit, ipſum,ſi liber,legito.

Incurrit & hic alia inſpectio,quæ cōionem cum proximè relatis non modicam habet:& quam Bar.& plerique alii tractarūt
5 in l.ſingularia.ff.ſi cert.peta.Dixi Mercatori ſeu numulario,†qđ cauſa mercium venditarum tibi debeo,perſoluat. In qua facti ſpecie rñdit Bart.ſiquidem mercator promiſit, & poſt promiſſionem decoxit periculum decoctionis ad te ſpectare, & me liberatum eſſe: qñ promiſſio loco ſolutionis hr̃. l.ſi pupilli §.j ff. de ſolu.ergo admiſiſti atque recepiſti mercatorem.Si verò mercator,ſeu numularius non promiſit,licèt ei ut ſolueret mandauerim,ꝯ ſe habere.ut ſaluum tibi ſit ius agendi ꝯ mè.Qđ Barto. rñſum receptum eſt,ubi delegatio facta, tribus ſcilicet conuenientib.Primū,ꝯ mercator,ſeu numularius delegatus ſit meus debitor.Deinde,ꝯ delegatus mercator per ſtipulationē ex mandato meo promittat,& illud tertium,quod tanquam debitor ꝑ mittat.Et licèt Areti.in conſi.5.In cauſa & puncto ad me tranſmiſſo ſentiat,delegationem factam cenſeri, etiā ſi mercator ſeu numularius non ſit meus debitor, & Mat.ab Aff. in hoc ſubſiſtat.Decius conſi.353.dubia ſuſpendere.Ego tñ frequētioribus, qui in relatam ſententiam iuere, aſſentior: licèt aliter Aretin. ſcripſerit: & hanc ſententiam crebriorem eſſe patet ex reſpōſo Alex.decimo,vol.2.& ex commentariis Decij in citata l.ſingularia.nu.26.& ſeq.Soci.in conſi.267.in 2. par. quibus adde Dec. in conſi.107.& quæ diximus ſupra,in titulo mandati in prin.& qñ omnis noſtra diſputatio de mercatorib. & his quæ ad mercaturam attinent,futura eſt,in propoſito iuris articulo duo ſingularia inter mercatores notanda ſunt.Alterū, inter ipſos mercatores pactum loco ſtipulationis haberi,ut ſcribit Dec.in citato conſi.107.& conſi.421.plenè & ſubtiliter.in fi. Alterum eſt, ꝯ Raph.Cuma.ait in l.delegare.ff.de noua.à conſuetudine receptum eſſe,poſtquam camſor, vel mercator promiſit creditori & creditor approbauit,ipſo iure debitorem liberatum cenſeri: quem refert Ias.in l.ſingularia.num.29.ff.ſi cer.pet,ſubdens magnum eſſe uerbum:refert etiam & probat Aſt.in 3. volumi. de cōſtit. & Dec.in verſi.debitor.& Matt.de Aff.in relata deci.353. qui ex facto quæſtionem huiuſcemodi propoſuit.Hiſpanus quidam nauim uendiderat Benigno Spanocchiæ quingentis quinquaginta ducatis. Benignus emptor,idemque dictæ ſummæ debitor,curauit literas,quas uocāt cambii, Hiſpano creditori fieri à mēſa ſeu(ut ipſe ait) Bancho de Spanocchis,quibus peractis, receptisque literis,Hiſpanus publico documento Benignum liberauit.Fuit igitur quæſtionis,ſi menſa ſeu Banchum ipſum decoxerit,antequàm ſatisfecerit Hiſpano:Num Hiſpano ius ſaluū ſit agendi contra Benignum? & reſpondit,quòd licèt doctores in contrarias ſententias diſtrahantur, an ſit facta delegatio, cū noua perſona interuenit,quæ deleganti nihil debeat,nihilominus putat liberatum Benignum auctoritate Raph.Cum. Paulo ſupra relata in l.delegare.ff.de nouat.& ex conſuetudine prædicta. Mouet etiam eum:quia in libris menſæ prædictæ ipſam mēſam debitricem in ſupradicta ſumma relatam conſtabat: ego autem prædictis ac relatæ quæſtionis quædam addenda putaui, & illud primum doctoris aſſeueranti aliquid à conſuetudine re
6 ceptum credendum eſſe pluribus, † placuiſſe non ad integram & plenam probationem,ſed ad prę ſumptionem,cui ſtandū eſt, donec contrarium probetur,ut ſcribit Dec. in l.ſecunda. §. primo,colum.fin.ff.ſi cer.pet.& in conſi.420.in fi. & conſi.556.numero ſexto,& ſeq.& conſi.691.nume.12.& ſeq. conſil.694.colum.prima. Præceptor meus in conſi.59. prima facie. nume.18. & Aym.conſil.166. licèt plurimi. nume.nono. Quod intellige verum eſſe,ut credatur doctori,quò ad præſumptionē, de qua ſupra in curia,in qua verſatus eſt doctor ille, qui ſcriptis ſuis de re aliqua conſuetudinem eſſe atteſtatur, ut ſcripſit Par. Put. in tracta.ſyndi.in uerſi.doctor.num.9. & ſeq.Alex.in conſi.5.circa primum,col.ult.nu.8.lib.3.Deci.in conſi.472.teſtator.colum.2. nu.16. Et ut ſupra cum ualentiſſimis ac prudentiſſ. Iuriſc. re diſcuſſa ſeruandum eſſe Io.Dil.ait in trac.de ar.teſt.cau.35.in titu. de ſubſtitutionibus.Item adde, non poſſe dici delegationem factam ex eo,ꝯ in libris rationum de Spannocchis ipſam mēſam deſcriptam debitricem legebatur,ut ex prædictis liquet,& legito Soci.in conſi.267.in 2.par.Ad confirmationem tamen ſniæ Mat.ab Aff.vide multa doctorum loca relata apud Bart. in citata l.ſingularia.in additione magna,in fi.& eſt in uerſic.campſori litera A.Item conſiderandum eſt in facto propoſito Benignū fuiſſe de domo Spanocchiæ,& literas cambii conſcriptas ab illis de Spannocchis, unde præſumptio fraudis oriebatur contra Benignum,neſciens breui decocturam menſam,ſe liberari procurauerit.Quæ præſumptio ex eo proficiſcitur; quia nō videtur veriſimile,coniunctum facta coniuncti ignorare.l.octaui.ff.vñ cog.l.de tutela.C.de in integ.reſt.& licèt Alex.ex mente doctorum in l.quoniam ſororem C.de iure deliber.& Ias. in ꝯſil.156. & conſi.160.volum.4. huiuſmodi præſumptionem admittat, quo ad ea quæ reſpiciunt factum naturæ, uel ius ſanguinis, uel ætatem,non autem ad aliud factum coniuncti. Nihilominus(vt in 3.par.diximus huius tractatus) tot tanręque decoctorum ſunt fraudes,ut nec dici,nec numerari poſſint: adeò uel omnis cōiectura contra decoctores creſcat,& forſan dictis de cauſis alii ꝯſiliarii ſententiæ Matthæi non aſſenſere(vt idem Matt.retulit.)& ex his declarationem habes ad quæſt.antecedentem & quā nūc retuli,Secundum illa eſt etiam reſtringenda: ut ſcribit Iaſon in l.ſingularia. nu.31.ſupra citata. & addes in articulo, quæ ſcripſit Mar.in rubr.de proba.nu.285.& ſeq.

8 † Vulgaris etiam,& ualde agitata eſt illa q.ſi in licitatione vectigalium Titius obtulit ſexcenta,Seius uerò poſtea ſeptingēta: Verum is Seius,qui licitatione vicit,non ſoluendo ſit, & ſtatim decoxerit,num Titius ſit liberatus an potius cogi poſſit uectigal ſuſcipere? Doctores iuris noſtri in uarias ſententias diſtrahunt. Bar.enim in l.licitatio.ff.de pub.ait,non licere Titio reſilire,arg. l.Sabin.ff.de in diem addi. Licet nanq; fiſco abijcere ſecundam, & ſequi primam quaſi meliorem. Idem ex facto conſulto à republ.noſtra Anconitana placuit Bal.in mercatorum vectigali. Patet in conſi.327.modus,& forma licitationis datiorum in ciuitate Anconæ talis eſt.vol.2.vbi elegāter loquitur,& præcipuè, illa ratione probat.Si enim primus licitator liberatus cenſeret ex licitatione ſecūdi eueniret,ꝯ ſi quis calore licitationis vltra modum ſolitæ cōductionis inflaſſet, ut dicit Iuriſ.in l.licitatio. ff.de pub.poſſet non idoneum ſupponere,qui meliorem conditionem afferret,& ſe ab obligatione exolueret,quod abſurdum eſt,arg ff.de trāſ.l.cum hi.§ ſi cum lis.& idem probauit Io.à Platea in l.ſi tempora.col.2.ver.intellige.C.de fide inſtr.lib.10. Verum eundem Bal.dicitur contra reſpōdiſſe, vt liceat primò reſilire,tanquam meliore conditione allata, etiam ſi nō admittat, vt inquit Pau.Caſt.in l.licitatio.ff.de pub.& tanquam vectigaliū venditio ſperfecta non fuerit.Vbi idem Paul. diuerſa iuris interpretum reſponſa ex facti diuerſa ſpecie putat poſſe procedere. Ait enim,aut vectigal,quod in licitationem ponitur tacitè, uel expreſsè adiudicatum fuit,vt puta,lapſi ſunt dies in proclamate dicti,uel extinctum lumen, eum ſubhaſtatio fit candela, ita ꝯ aliud ad licitandum ulterius nō admittitur, & primus licitator liberetur,quo & Bar.ſenſit in d.l.ſi tempora.& Ro.ſing.755. tu ſcis. Aut uectigal ſecundo offerenti adiudicatum non fuit, & primo loco relata ſententia Bar.& Bal.procedat, ut fiſco liceat abiicere ſecundam conditionem, & ſequi primam. Quæ diſtinctio dicitur fuiſſe Bald.ut patet in conſil.391.factum ſuper quo conſilium petitur.vol.primo. Cum enim ſecundus admittitur,

& non

Source : BIU Cujas

& non repellitur,prætualet,quod nouiſſime factum eſt, & vide Albe.in l.ſi venditor.ff.de in diem addi.qui ſecundùm hãc ſententiam obtinuiſſe refert,& Ang.in conſi.324. datium pannorum,& pleniſſimè omnium diſſeruit Nic.Boe. deci. 248. eccleſia.qui ſexcenta doct.loco citat,& ſpeciatim conſi.Bald.391.ſupra relatum,quod non inueni,nec etiam Ang.Benè tamẽ cenſuit Boe.licitationis verba inſpiciẽda eſſe,& diſtinctionem, ac ſolutionem propoſitę quæſtionis colligi ex l.Sabinus. in initio citata.ff.de in diem addi.& l.quod autem Sabinus.eod.tit. Nec te Bal.primo loco relata ratio moueat,quoniam hi in licitatione præſumpta non idoneum admittere non debent, vt relati Doc.à Boe.ſcripſere.Pro quo.l.licitatio.ff.de pub. Item, in modo licitandi ſibi præcauere poſſunt,vt in d.l.admonet. & Bal.in d.l.ſi tempora.ſub nu.4.Deniq; idem Boe.ſcripſit, & rectè,loci conſuetudinem,vbi extat,obſeruandam eſſe.

9 †Vſu etiam plerunq; euenit, vt is, qui multos creditores habet,prędium,quod fortè ſolum in bonis habeat,ea lege Mæuio vendat,vt ſatis creditoribus faciat. Vnde quęſtionis fuit, num creditores recta via,& abſque ceſſione aduerſus Mæuium agere poſſint? Et placuit non poſſe.l.cùm res.C.de dona.l. quoties. C.de dona.ſub modo.vbi Baldus, Ang.& Sali.& ſcribit Soci.in conſil.236.placet concluſio.in princip.libr.2.Andr. Tiraqu.in comment.de utroque retrac.§.1.in gl.14.num.116. pag.331. & in propoſita conuentione,vide etiam l. Stichus. in §.Titius. ff. de condi indeb.

30 †Quęritur apud Ang.in conſ.242.multi conſortes: cùm quidam communes ædes haberẽt,inuicem ſtipulati ſunt, ne extra eos alienentur, neve quouis titulo etiam dationis in ſolutũ in extraneos transferantur,adiecta bonorum obligatione, hypotheca,& pęna,ſi deinde vnus ex his mole debiti prægrauatus in ſolutum partem,quam in dictis ædibus habet, dare velit, an iuris ſit remedium? Et reſpondit eſſe,vt in l.qui Romæ.in §. cohæredes.ff.de verb.obli.ipſe autem verba conuentionis diſpice,& verboſos quidem comment.doct.l.in eodem §.vbi Iaſ. Angel. conſi.citat,ſub nu.4. Sed & his addes huiuſmodi pactionẽ non improbari,vt ex facto conſulto placuit Old.noſtro, vt in conſi. 139.ad habendam aliquam notitiam, & plenè ſcribit Deci. in conſi.63.& pro tenui.num.4.& in fi.conſi.vbi habes complura doct.loca.

31 †Idem Ang.ait in l.in fundo.ff.de rei vẽ. motus Iuriſ. verbis, Finge pauperem,qui ſe reddere id cogatur,laribus, ſepulchriq; auitis carẽdum habeat, paupertatem alicuius plenè probari ex ceſſatione,& fuga,quas,ſubdit,mercatores Florẽ. facere ſolere, cum decoquunt,rationesq; conturbant, cuius ſententiam Iaſ. probauit in l.ſi conſtante,ſub nu.179.ff.ſol.ma.& in ead.opi. eſt Pau.Par.in conſi.80.in hac cauſa.nu.48. vol. 1. Et in materia addes Rom.in conſ.163.conſtitutio &c.

32 †Nec eſt à materia noſtra alienum,quod Pau.Caſt. inquit in l.2.ff.ſol.matr.& his,quę proximè diximus,accommodari põt. Viro vergente ad inopiam non poſſe vxorem dotis ſuæ in tutum collocandæ gratia,creditores,qui poſſeſſionem bonorum ceperunt impedire,niſi prius procuret cauſa cognita, iudicem ſuper inopia viri interloqui. Cõſtabit autem, de inopia modo, quo diximus,& ſententiam Pau.probat Negu.in trac.de pig.in 1.mem.5.par.nu.38.citatque Bal.Nouel.in trac.dot.in 7. par. in priuil. 18.in fi.& plenius in priui.24. Addo ego Pau.Ca. in conſi. 8.in fi.in cauſa,quæ vertitur.par.2. & certè quotidianum eſt, & notandum,& ſecundùm Pau.ſnĩam non ſemel interrogatus reſpondi. Nam ſtatim,cp viri decoquunt, creditores vigore pacti, quod in inſtrumentis in forma cameræ ſolet adiici de ingrediẽdo poſſeſſionem in bonis debitoris,propria authoritate poſſeſſionem capiunt. Scies igitur ſecundùm relata loca, & vxorib. decoctorum & ipſis creditoribus conſulere.

33 †Quæſitum fuit, Titius, Męuius, Gaius, & Sempronius quandam ſocietatem iniuerunt in ciuitate Florẽtię in numero quodam frumenti,ſeu certa lana, iidem tamen Gaius, & Sempronius ſoli abſque Titio,& Męuio aliam ſocietatem Anconæ cõtraxere,in coriis finge,uel lignis,& tandem labefactata fide decoxere, num Titius, & Mæuius ad debita Caij, & Sempronii cauſa ſocietatis lignorum, & coriorum contracta teneantur? Anchar.in conſilio 400.plenè quidem, & eleganter tractat, & putat Titium,& Mæuium non teneri, idque legibus, & auctoritatibus probat, & his pręcipuè, quia vna ſocietas ad aliam non trahitur,nec ad diuerſum contractum per vnũ ex ſociis geſtum.Et nõ inſubtiliter motus,idem ſenſit Raph.Cu.in conſil. 172.Titius,colum.2.de quo reſponſo Rapha. in vlti. parte diſſeremus,& hæc ſententia placet Paul. Par. vt in conſil. 94. Spectabiles.num.27.& in fi.volum.1.vbi addit, ſi vnus ex ſociis decoctor eſt, non propterea alios ſocios fraudatores dici poſſe. Et quod dicitur, ſi plures ſunt ſocii vnius negotiationis, qui in diuerſis locis commorentur, inuicem ſe propoſuiſſe videri, adeò,vt ex vnius cõtractu quilibet inſolidum teneatur, de quo tractarunt Bar.in l.j.§.ſi plures,col.2.& in l.ſi tamen. ff. de exer. & idem Bart.& plerique alii in l.eius,qui in prouincia.ff. ſi cert. pet.& Alex.conſi.247.ponderatis his.in prin.volu.2.conſi.vlt. nu.10.volu.5.idem Par.vbi ſuprà,ex aliorum iuris interpretum mente declarat.

14 †Hic ſubiungi poſſent varię quæſtiones,quæ propterea contingunt,cp aliquis non ſoluendo factus eſt, quas omnes enumerare laborioſum eſſet magis,quàm ſubtile,vt in ſimili Acc. noſter ait in l.1.ff.ſol. matrim. Vnde pauca referre contentus ero. Eſt igitur ſciendum,'prætorem actionem de dolo ita demum polliceri,ſi alia actio non ſit: quoniam famoſa actio non temerè decreta eſt.l.1.in princ.& §.ait prætor. & in pleriſque aliis ll. ſeq.ff.de dolo.Igitur ſi pupillus à Titio tutore auct. colludente circumſcripſit,& tutor decoxerit,de dolo actio aduerſus Titiũ dabitur.Is enim nullam videtur actionem habere: cui propter inopiam aduerſarii inanis actio eſt.l.ideoque.& l. ſeq. ff. de dol. & vide ibid. Accur.& doct.commen.& ſimilem q.in l. & elegãter.in §.ſi quadrupes.ff.eod.Item Iuriſcon.elegantem q.tractat in l.cum alicui.ff.de nego.geſt.& aliam in l. ex hoc edicto. ver. planè.ff.de eo,per quem fac.erit.

Item & aliam non inelegantem q.glo.& Doc. tractant in c. tua nos.extra de vſu.& Iuriſcon.in l.2.in §. ſi qui ex vectoribus. ff.ad leg. Rhod. de iac. ait. Si qui ex vectoribus ſoluendo non ſint,hoc detrimentum magiſtri nauis non erit. & ibidem videbis Accur.eſt etiam alia elegans quęſt. à Iuriſconſ. tractata in l. fi.ff.de inſtit.& eſt talis,Lucius Titius menſæ numulariæ, quam exercebat,habuit libertum præpoſitum,qui libertus Caio Seio cauit, habere penes menſam patroni denarios mille, quos denarios ſe numerare debere pridie Calen. Maias, quæſitum fuit Lucio Titio defuncto ſine hærede,bonis eius vẽditis,an ex cautione præpoſita iure conueniri libertus poſſet? & reſpondit nõ poſſe, cum inſtitoris officio ad fidem menſæ proteſtandam cauiſſet,epiſtolamque in verba ſupraſcripta ſcripſiſſet,quam quæſtionem quotidianam quidem placuit adnotaſſe.

His annumerabis quæſtionem datam à Scæuola in l. Seia. ff. ad Velle.Tractat etiam Paul. Caſtr. notabilem quæſtionem in l.ſi fideiuſſor.ff.de fideiuſſori,& eſt talis, Titius, Mæuius, & Caius ſocietatem coiuerunt,Mæuiusq; negotiationi fuit præpoſitus,is nomina ſocietatis exigere neglexit, atque ceſſauit,cum id poſſet facere,debitores non ſoluendo facti ſunt, num ceſſans, negligensque ſocius teneatur? & ait ex negligentia teneri: imputabuntur etenim in partem ceſſantis ſocii,cui adminiſtratio demandata extitit,nomina illorum, qui poſt moram non ſoluendo facti ſunt.

Citat Paul.l.tutores,qui poſt.in §.periculo,vbi Acc. ff. de admi.tut.& l.debitores.C.eod.l.2.ff.arbi.tu.l.ſi ſeruus.in §.cũ quid. ff.de leg.1.& Pau.ſententiam probauit Marſi.ſingul.281. ſocius tenetur,quibus addes quæ diximus in tit.mandati. præſertim in ver.ſolent perſæpe.nu.36.

Sexta Pars.

ARGVMENTVM.

De pactis conuentis inter creditores, & decoctores.

SVMMARIVM.

1 *Creditores remittentes partem debiti decoctoribus, vt reſiduum conſequantur,quod remiſerunt conditione ob turpem cauſam poſſunt repetere, & plenè diſputatur.*

2 *Statutum mercantiæ diſponit,quòd decoctores poſtquam ſoluerunt id de quo in concordia,non poſſint moleſtari, niſi peruenerint ad pinguiorem fortunam,quam interpretationem habeat.*

3 *Iuramentum facit valere actum omni meliori modo, quo poteſt, & habet vim expreſſi.*

4 *Datum ſeu remiſſum ob turpem cauſam propter vinculum iuramenti,quod eſt maximum,repeti non poteſt.*

5 *Pactum à maiori parte creditorum pro modo debiti, & pro numero perſonarum de partis debiti remiſſione cum decoctore,ſeu eius hærede, num noceat minori parti diſſentienti,plene diſputatur.*

6 *Decoctorum filij viuis parentibus cum creditoribus paternis paciſci poſſunt,vt certa parte debiti ſint contenti,& reſiduum remittant.*

7 *Liberatio facta à filijs debitoribus paternis viuis parentibus, eis non obeſt parentibus mortuis.*

8 *Regula iuris in his,quæ ad plures pertinent, vt ſingulos omnium conſenſum adhibendum eſſe declaratur.*

9 *Pactum remiſſiuum partis debiti factum à maiori parte creditorum,vt minori parti diſſentienti officiat,quę requirantur.*

10 *Minor pars creditorum diſſentientium,ſeu vnus ex eis volens probare creditum vnius vel plurium creditorum aſſentientium remiſſioni partis debiti decoctori fiendæ fictitium eſſe,audiri debet.*

11 *Hæredi aliter non adituro ſuadens,vt hæreditatem adeat, aſſerens ſe omnia facturum,dummodo alij conſentiant, annumeratur inter creditores aſſentientes remiſſioni partis debiti.*

12 *Creditores numero plures concurrentibus requiſitis poſſunt partem debiti*

Source : BIU Cujas

remittere, ſolidum autem non poſſunt.

13 *Pactum factum à maiori parte creditorum, cum futuro hærede, vel decocto re, an minori parti diſſentienti noceat habenti pignus, vel hypothecam diſputatur.*

14 *Minor pars creditorum diſſentientium poteſt agere ad ſolidum debitū contra fideiuſſores pro debitore obligatum, pactione inita à maiori parte non obſtante, dq; declaratur.*

15 *Regula. Iuris exceptio, quæ reo competit, & fideiuſſori competere in caſu notabili limitatur.*

16 *Pactum factum a maiori parte creditorum cum decoctore, vel hærede debitoris an priuilegiarijs creditoribus obſtet.*

17 *Minor pars creditorum poteſt appellare, ſeu prouocare à ſententia maioris partis creditorum iniqua ſuper remiſſione debiti, & de forma ac effectu prouocationis.*

18 *Pactum factum à maiori parte creditorum cum hærede debitoris, ſeu decoctore, non obeſt minori, vbi reperiuntur bona.*

19 *In dilatione concedenda à maiori parte creditorum quæ requirantur.*

20 *Decoctores an gaudeant dilatione quinquennali, plenè diſputatur.*

21 *Minor pars creditorum an poſſit aſtringi a maiori parte creditorum, vbi eſt altercatio de bonis debitoris, præter tres enumeratos caſus ab Affli. deciſ. 288. diſputatur.*

22 *Fideiuſſores ſolent interuenire in pactionibus inter creditores, & decoctores, vnde variæ quæſtiones oriuntur: vide relatiuè.*

23 *Decoctores ſi conuentiones initas cum creditoribus non obſeruant, nec ipſi creditores conuentionibus ſtare tenentur.*

24 *Creditores ſi hæreditati Titij debitoris Seium elegerunt, & conuenerunt, quòd contra Sempronium, qui & creditor erat, & in conuentione interuenerat, nullo modo procedi poſſit ex cauſa cuiusdā arbitrij lati inter quondam Titium, & Sempronium, ſi deceſſerit Seius curator, num creditores alium curatorem conſtituere compelli poſſint, & num poſſint agere aduerſus Sempronium vigore dicti laudi plenè diſputatur.*

25 *Verba generalia reſtringenda ſunt, ſalua ratione recti ſermonis, ne quis videatur iactare ſuum.*

26 *Interpretatio ad tex. in l. ſi tibi decem millia in §. ſi pactus. ff. de pact.*

27 *Verbum, Poſſit, ex ſui natura ad ius futurum trahitur.*

28 *Dictio, nullo modo, quid ſignificet.*

SOlent etiam duri exactores (vt Alex. ait in calce cuiuſdam epiſtolæ in commentariis de ver. ſig.) æquo animo id omne ab his, qui foro ceſſerint, tametſi modicum, accipere, & quicquid datur, in lucro reputare, ſolent in quam mercatores modico præſenti debitoribus, qui decoxere reſiduum remittere, ſeu acceptum ferre, ſcribit igit in hac ſpecie Iaſ. poſt Iaco. de Are. Rom. & Alex. in l. ſi. ff. de condi. ob turp. cauſ. Si cū malum habeam debitorem, qui ſoluere recuſet, partem debiti
1 remiſſerim, †vt reſiduum ſoluat, quod remiſi condictione ob turpem cauſam me poſſe repetere, idq; verum eſſe reſponderunt, moti ea l. ſi. & addit Iaſ. quia remittere, eſt dare. l. ſi mulier. ff. de cond. cauſa dat. & in eadem opinione eſt Mar. in ſing. ſuis, ſing. 4 2. ſæpe contingit, & contra decoctores valde commendat, quibus creditores plerunque partem debiti remittunt, vt reliquum habeāt, quibus adde Nic. Boe. deci. 215. & antequàm veniam, num. 8. qui refert Pal. Ruuios, Lupum nuncupatum, in rep. rub. de dona. extrà in antiquis, pag. 13. num. 15. dixiſſe, pacta cum decoctoribus ſuper pecunia ablata nō valere, & pactionibus non obſtantibus poſſe creditores totum exigere, ſi conſtet eos ſoluendo eſſe. Quibus auctoritatibus motus, in 4. par. huius tract. verſi. conſultus idem Roma. volui dicere, quod idem Roma ſcripſit in conſ. 404 hæſitationem habere. Ait enim, cùm quidam decoxiſſet, & locupletior factus cum creditoribus conueniſſet, vt modico præſenti contenti creditores, quod reliquū erat, pacto remitterent, ratam pactionem eſſe, non obſtante Peruſina conſtitutione: qua cautum erat, debitorem ceſſantem & fugitiuum ſi ad pinguiorem fortunam deueniſſet, ad ſolidū debitum perſoluendum quacunque conuentione non obſtante compellendum, ipſamque pactionem defendit ex eo præcipuè: quoniam illa vnica fuit conſtitutionis ratio, ne nimia debitorum inopia, propter quam creditores mouentur ad pactum partis debiti remiſſiuum, vt potius aliquid habeant, quàm totū perdant, creditoribus noceat, ſi debitores ad pinguiorem fortunam deuenerint. Quæ ratio in eo ceſſat, q locupletior factus cum creditoribus paciſcitur. Sed ex his vides, quod remiſſum eſt, tanquam ob turpem cauſam datum condictione ob turpem cauſam me poſſe repetere.

Dicet aliquis Romani ſententiam veram, & probari. l. ſi intra. ff. de pact. vbi pactus erat creditor, ſi intra diem dictum debiti partem ſoluiſſet debitor, acceptum illi reſiduum ferre, & ex pacto non actionem, ſed debitori exceptionem competere Iuriſconſultus ait. Nos igitur diſtinguemus, an pactum fiat per gratificationem, an verò per extorſionem, & ſic conſtituimus differentiam inter pactum gratuitum & extortum. vt elegāter ſcribit Bal. in citata l. ſi intra. Id eſt, ſi debitor recuſat aliquid dare, vel facere, niſi ſibi aliquid detur vel remittatur: & tunc cōditioni, ac repetitioni locum eſſe reſpondemus. l. ſi. ff. de condi. ob turp. cau. & l. 2. §. 1. ff. eōd. & hoc caſu procedit, quòd ſuprà diximus, quia decoctores malum genus debitorum eſt, & à creditoribus plerunque pactum liberationis reſidui ſolēt extorquere. Si verò debitor non recuſabat gratis ſoluere, quod debebat, & creditor ſponte, & ex mera voluntate reſiduum remiſit, rata ſit pactio, vt l. ſi intra, & in hoc capite, ſeu hac ſpecie Roma. loquitur, cùm debitor locupletior factus pactus eſſet, ſecundùm prædictam diſtinctionem intelligendum etiam puto, quod ait Pau. Caſtr. in conſi. 179. in 2. par. Scribit enim in hęc verba, ſeu
2 ſimilia: Statutum mercantiæ diſponit, † quòd decoctores poſtquàm ſoluerunt id, de quo in concordia fuit actum, non poſſint moleſtari, niſi peruenerint ad pinguiorem fortunā. Quod eſt intelligendum, vt nō poſſint moleſtari, etiam in bonis, quæ remanſerunt eis poſt concordiam & ſolutionem, & quæ tempore concordiæ habebant, quaſi pro his, quæ tunc habebāt creditores remanſerint contenti de ſumma concordata, & reſiduum eis voluerint remittere, & in eo non moleſtare creditores: ergo qui moleſtare voluerint vltra ſummam cōcordatam probare debent, quòd aliqua bona peruenerint ad eos poſt cōcordiam, alias non audiuntur propter dictum ſtatutum. Hactenus ille in verba ſupraſcripta, cuius interpretationem probo, vbi decoctores ſoluere non recuſaſſent, pactumq; liberationis extortum non fuiſſet, ſed per gratificationem remiſſio facta eſſet. Non enim eſt nouum, municipalia iura à communi iure interpretationem recipere. l. 1. in §. lex Falcidia. ff. ad leg. Falcid. l. 1. §. 1. ff. de mu. & hon. Bar. in l. omnes populi. num. 6. ff. de iuſt. & iu. Cauſa igitur pactionis, & verba inſpicienda ſunt. l. ſi ita ſtipulatus. in §. Griſogonus. in fi. l. ſi ita ſtipulatus ſit Stichum. ff. de verb. obliga. l. fideiuſſores magiſtratum. ff. de fideiuſſ. quæ iura ad id poſt Pau. citat Dec. in conſi. 423. num. 2. negari non poteſt &c. & ſi approbari non poteſt, quod actum ſit, & in obſcuro erit, quod plerunque fit, de facto inſpice, à quibus & cui ſit facta liberatio, & an iudicis decreto, & ſermones, perſuaſiones, ac præfationes, quæ pactum præceſſere, diligenter rimari oportet, vt ſcias, num creditores, aliter eſſent facturi necne. ad hęc ſingularis gloſſ. iuncta l. in l. apud Celſum. in princip. ff. de do. ma. exceptio. & l. Titia. in §. . cum commentariis doctorum ibidē. ff. de verb. obligat. & ſi iudicis decreto pactio firmata ſit, facilè credimus per gratificationem, non autem extorſionem liberationis reſidui pactionem initam, iuxta ea, quæ idem Rom. ſcripſit in calce dicti conſilii, & propter præſumptiones, quæ ex iudicis decreto oriuntur. De quibus Iaſ. tractat in cōſi. 116. in præſenti. volu. 1. Mar. ſing. 438. lex multum, & declarat Alexand. in trac. de præſump. in 3. regula, verſ. 10. præſumitur & in aliis ſexcentis locis.

Denique & illud diſpice, an liberationis pactio iurata ſit, qđ & idem Rom. notauit. Puto enim, ſi creditores iurauerint in ambiguo voluntatem iuratam ad ſolidi liberationem porrigi, vt audiri contra decoctores creditores vlterius nō poſſint, mouent me tot tantæque præſumptiones, quæ ex ipſo iuramento proficiſcuntur, & illa præcipuè, quæ ſumitur ex l. cum pater. in
3 §. filiis matrem. ff. de leg. 2. vt † propter iuramentum actus omni meliori modo, quo poteſt, valeat, & declarat Pau. Par. in conſi. 12. num. 79. vol. 1.

Addo, quod Bal. in l. 1. in 2. q. C. comm. ait, iuramentum vim expreſſi habere, in tantum, vt vbi ſpecialiter conſenſus requireretur, generaliter præſtitus ſufficeret, cuius ſententiam Ro. probauit in l. 1. in §. ſi quis ita. ff. de verb. obl. & Alex. in conſ. 133. volu. 5. ſuper quæſitis, nu. 11. Dec. in conſi. 432. nu. 25. cum ſit, & in conſil. 404. nu. 9. viſo eleganti conſil. & cuius verbis facilè poſſe inferri, per gratificationē, ſi quid remiſſum eſſet decoctori, preſumendum eſſe, & eadem ſententia placuit Io. ab Ami. in conſ. 12. nu. 34. & præceptor meo Goz. in conſil. 69. videretur prima facie. nu. 19. & ſeq.

Licèt nō me lateat complures eſſe qui Bal. ſentētiam oppugnent, vt per Iaſ. in l. ſed & ſi quis. in §. quæſitum. in fin. ff. ſi quis cau. & in conſi. 173. col. pe. vol. 4. & Nico. Boe. deci. 3. & videbis etiam, quid in articulo ſcripſerit Pau. Par. referēdo Dec. in cōſi. 12. nu. 90. vol. 2. Hoc amplius tento dicere, & ſi conſtaret liberationem reſidui debiti à creditore debitori, qui ſoluere recuſabat, †iuramento tamen factam, quod remiſſum eſt, tanquàm
4 ob turpem cauſam datum, ſeu remiſſum propter iuramentum repeti non poſſe. Mouet me. c. quemadmodum. in fi. de iure. Iure enim diuino, Pontificio, & Cęſareo iuramentum vinculum eſt arctiſſimum, vt ſeruari oporteat, vbi in diſpendium ſalutis æternę non vergit. cap. quanuis. de pac. lib. 6. c. licèt mulieres, de iureiu. eo. li. & c. cum contingat. eodem titulo, vnde Cicero officio libr. 3. de iureiurando eleganter ſcripſit in verba infraſcripta: Iuſiurandum eſt affirmatio religioſa, quod ſeruandum eſt, quaſi Deo teſte promiſeris. Nec maius vinculum ad aſtringendam fidem iureiurando maiores eſſe voluerunt. Id indicant leges 12. tabul. indicant fœdera, & narrat de Regulo, quem nec charitas patriæ, nec ſuorum retinuit, quin apertè reuerteretur ad exquiſita ſupplicia, ne tranſgreſſor eſſet iuramenti etiam hoſtibus præſtiti, vt refert Ancha. in conſil. 226. legitur in ca-

in canone.de quo Marco Attilio Regulo meminit Iurisc. in l. postliminii.ff.de cap.

5 †Quæro:Benedictus decoxit,& aufugit, & cum mole debitorum grauatus esset,creditores numero plures, & pro modo debiti,& pro numero personarum considerantes.Benedictum debitorē difficilè posse cōueniri,pacti sunt,vt minus soluat, & certa parte debiti se cōtentus esse cōuenere, residuum acceptū ferentes.Reliqui creditores dissentiunt,num hi, qui dissentiūt, exemplum plurium creditorum, qui assensere sequi oporteat, & huiusmodi pactio dissentientibus obsit? Vulgaris quidem, & quotidiana est quæstio,quam doctor. copiosè tractarunt in l.iurisgentium.in §. fin. in l.& suum hæredem.in §.hodie.& tribus ll.seq.ff.de pac.Et in qua Matt.ab Affli.deci.288.sæpe & sæpius.tres facti species constituit consilium Neapolitanum ait, & in his trib.maiori parti creditorum standū esse, & sunt tales.

Prima est,qñ debitor decessit, & futurus hæres hæreditatem non vult adire,nisi pars cuiuslibet debiti à creditoribus remittatur. Tunc si maior pars creditorum consentit, statu maiori parti,contradictioni minoris partis non obstante.l. & suum hæredem,vsq; in fi. & l.maiorē.ff.de pac.& rō illa redditur ab Accur.in d.§.quoniam.li dicta remissio partis debiti non fieret,hæres non adiret hæreditatem.Vnde defunctus non haberet hęredem,& consequenter creditores non haberent,quem conuenirent,noluit ergo lex,vt ex pacto maioris partis creditorum volentium partem debiti remittere,minor pars astringatur, & pactioni stare teneatur. Idque fortius subdit procedere,vbi hæres non liberationē portionum debitorum, sed dilationem tantū peteret:quia in dilatione minus est præiudicium,leuiusq; damnum est,quod creditoribus dissentientibus infertur. In qua facti specie addes.l.primo gradu.ff.quæ in frau.cred.

Secunda species est,quando debitor (vt proposuimus) aufugit, adeò ꝙ facultas non datur creditoribus ipsum cōueniēdi, nec inueniuntur eius bona.In qua specie ait, si debitor vult reuerti,& petit sibi à creditoribus partem debiti remitti, vel dilationem ad soluendum concedi, aliter redire recusans maiori parti creditorum stari reiecta recusatione minoris partis:int. rest.n.creditorum,vt reuertatur,& pari ratione idem hac specie, quod in prima,& Pau.& Alex.& Ias.respōdere, vt.s. creditores habeant,quem conueniant, & ex his respondetur ad propositam q.& vide Alex.in d.§.hodie. qui distinctionis fœdere, aut, scilicet,in loco erat,in quo facilè posset conueniri:aut cum difficultate in debitore viuo,vt suprà respondit,æquitatis enim ratio in vtraque specie similia suadere videtur.l.fi.C. ad leg. Fal.l. j.§.hoc interdictum.ff.de fon.& insti.quib.mod. ius pa. pot. sol. §.pari ratione.

Tertia facti species,secundùm Affli.in relato loco, quando debitor propter paupertatem paratus est cedere bonis,ni creditores in dilatione non concordant ad soluendum, tunc etiam maiori parti creditorum statur,iuxta formam.l.fi. C. ꝙ bo. ced. poss.Et in dilatione concedenda hypothecę nō habetur ratio, est enim constitutum pactum maioris partis in dilatione concedenda etiam minori obesse,quę hypothecam habet. d.l. fi. §. nulla. Subdit idem Affli.in his tribus facti speciebus minorem partem creditorum pactioni initæ a maiori parte stare astringē dam esse, & his exceptis compelli non posse. Sed declarandæ propositę materię gratia ex verbis,& mente citatarum legū, & interpretum iuris nonnulla necessaria quidem addemus.

6 †In prima itaque specie illud adde, decoctorum filios, viuis parentibus, cum creditoribus paternis pacisci posse, vt certa parte debiti contenti sint,residuumque remittant: valet enim pactio,& filiis doli exceptio competit.l.iurisgentium.§.fi.ff.de pac.vbi Doct.& ibidem & Pau.Alex. & Ias. idem iuris esse probant in extraneo pacisceute, qui alicuius hæreditatem sperat, idque liberationis fauore receptum est. Nec pactum ex eo oppugnari potest,quòd super hæreditate viuentis sit factum absque eius consensu,vt idem respōdere,ac in l.fi.C.de pac. & præcipuè Ias.sub nu.7.

7 †Si verò filii paternos debitores,viuis parentibus,liberarent, receptum est, liberationem factam filiis post mortem parentum non obesse.l.& suum hęredem.ver.idem probat.ff.de pac. & probant Alexand.& alii in citato §.fi.& plenè scripsit Ias.in l. filius paciscendo. C. de pact. vbi complures idem sensisse refert,ipsum legito,& nota.Scribit etiam Paul.Cast.in consi. 281. ad id par.2.

8 †Regulam illam,quæ est in his,quæ sunt communia pluriū, vt singulorum,non sufficere maiorem partem, sed omniū consensum adhibēdum,de qua in l.per fundum.ff.de ser.rust. præd. & in l.fi.ff.commu.præd.restringi,& tēperari ex l.iurisgen. in §. fi.suprà nō semel citata,quoniam (vt & nos exposuimus, & infrà declarabimus) cōsensus maioris partis in specie proposita, aliis dissentientibus prodest,subditq; d.§.singularem rationem continere:quæ in aliis cessat.

9 †Adde etiam in prima, & secunda specie necessarium esse, vt creditores omnes in unum cōueniant, & communi consensu declarēt quota parte debiti sint contenti: nec enim consensus seorsum, & separatim pręstitus à maiori parte creditorum minori obest.

Nam cum pactum aliis nocet,oēs in vnum cōuocari debēt: & tunc pactum liberationis partis debiti à maiori parte initum aliis obest.l.suum hæredem. in §. hodie, vbi doct.notant. ff. de pact.& l.rescriptum.eod.titu.& notat Bal.in l.fi.in princ. C qui bo.ced.poss.Vbi idem iuris esse patet in 3.specie, & probat Soc. in consi.273.in præsenti cōsultatione,colum.2.par.2.Sed si omnes creditores seorsum assentirentur,nec esset, qui contradiceret,sufficeret.l.per fundum.ff.de ser.rusti.prædi. Item illud nota receptum esse explosa Ang. Fulg. & Paul.sententia, absentes creditores requirendos esse. Idque propter l.si in tres. cum seq. proximè relata,& regu.l.de vnoquoque.ff.de re iudi. vt scribūt doct.in l.rescriptum. vbi Ias. communem sententiam leuibus oppugnat, honestius enim est, & meritò obtinuit, quod diximus. Pro qua sententia facit. l. si præcedente. in §. Lucius. ff. mand. in illis uerbis, qui potuit præsens id ipsum proclamare, nec desiderare decretum prætoris: & ibidem uidebis Accur.

Item adde in prima,& secunda specie pactum à maiori parte creditorum initum,siue cum futuro hęrede, siue cum decoctore,qui difficile conueniri potest, tunc minori parti dissentienti obesse,cum prætor decretum interposuit,& maioris partis voluntatem secutus fuerit,idq; probatur in citato §. hodie. cui adde.l.si præcedente .in §. Lucius. & Ang.seu verius collegium Perusinum in dilatione quinquennali idem iuris esse respondisse,vt patet inter consilia Angel.numero 213.Simon,& Iacobus.

Et hæc res commissa est prætori quærenda,non negligenda, qui sciat maiorem partem pro modo debiti, non pro numero personarum spectandam esse,vbi ęquales creditores sunt in cumulo debiti,plurium creditorum numerum præferendum. Et in pari numero creditorum eius auctoritatem sequatur prętor, qui dignitate inter eos præcellit, & voces etiam creditorū consanguineorum præferat, vt frequentiores sentire. l. ante. ff. de pac.reiecta Guil.Ray.& Bal.sentētia,& hanc l.penultim. in hoc singularem dixit Aret.in l.pro hęrede.in §.si sepulchri, colum. 5.ff.de acquir.hær.Pro qua sententia est l. 1.ff.de priui.credi. vbi cum debitoris bona vęneunt,& creditores æquale pretium offerunt, prętertur creditor cognatus aliis extraneis, & probat And.Tiraq.complura referēs in comm.de vtro.ret.par. 20.nu. 43.versi.concinit.

Et vbi omnia vndiq; in vnam æqualitatem concurrant,prætor humaniorem sententiam eligat. Illud etiam est sciendum, si plures sint,qui eandem actionem habeant, vnius loco habēdos,& plures tutores vnius loco habēdur. Idem iuris est in vno tutore plurium pupillorum,ut eleganter Iurisc on. prædicta tractarunt in l.maiorem,& ll.seq.suprà citatis. Et ex his habes vnū singulare: Tutores posse gratis partem debiti remittere, idque summa cum ratione est constitutum: quoniam necessitate cogente faciunt,vt habeatur,qui conueniatur. Iisdemq; legibus habes summas plures vnius coadunari,& creditis vsuras applicari,vt summa,seu cumulum debiti augeant,quod valde notādum est:Hebræorum creditorum gratia, quibus ex venia, seu permissu Pontificum licet impunè fœnerari. Dicebat ēt Guil. in citato §.hodie.relatus ab Ang.& Pau.Ca.sub nu.3.

10 †Si aliquis ex creditoribus,qui pactioni assentire recusat,creditum vnius, vel plurium creditorum consentiētium fictitiū, & nō verum, sed in fraudē factum dicat, audiēdus est, quia sua interest,arg.l.si cui.C.de nō nu.pe.quod & collegium Perusinū probauit in consi.paulò superius relato.213.inter cōsilia Ang. & si docuerit debitum simulate cōceptum, seu in fraudē factū in maiori parte creditorum nō annumerabitur. Addo ego in illum,seu illos,qui in fraudē se creditores dixerint,grauiter animaduertendum esse, ut suo loco dicemus.

11 †Item in numero maioris partis creditorum annumeratā is, qui hęredi aliter nō adituro,vt hęreditatē adeat,suaserit,asserēs se omnia facturum,dummodo alii in remittēdis portionib.debitorum assentiantur: ex quo.n.semel suadendo mandauit, ut adeat, si postea agat, uel pactioni initæ se opponat, doli exceptione repellēdus est.l.apud Celsum,cum gl.ff.de do.except.& ita respōdit Guil.cuius sententiam & Bal.& Pau. probant in relato.§.hodie.& Ang.ibidem placuit, qui Ray. idem sensisse refert.& §.ad hæc.in auth.vt sponsa.largi.ldq; eo ipso etiam probo;quia mādato creditorum hæreditates suspectas adiri,& mādati iudicio locum esse proculdubio est.l.si hæreditatē. ff. mād. & facit l.tutor.& l.si mulier.ff.ad Senatusc.Vell.& quæ in secunda specie,hoc est in eo,qui cum difficultate cōueniri potest, pari ratione vera sunt.

His igitur relatis, quæ ad pactiones ineundas necessaria sunt, quasdam declarationes ad eas necessarias subiūgemus, & quę ad primas duas species communes erant, licèt doctores ad primam speciem solum referant, sed cum secunda difficilius admittatur,& in ea & mente decoctorum idem iuris esse proculdubio est.

Prima est, maiorem partem creditorum liberationem por-

Source : BIU Cujas

tionum debitorum modo prædicto posse facere, solidum autē
12 & totum remittere non posse, † quia totum remittendo, constat vtiliter non agere: vt Guil. Bald. Albe. & Ias. in eod. §. hodie. responderunt,& sensit Rom.sing.99.creditores possunt. citat l.apud Celsum. ff. de doli exceptio. secundùm vnam interpretationem.

Secunda declaratio est, pactum à maiori parte creditorum initum,vel cum futuro hærede,vel decoctore, qui difficile con
13 ueniri potest†habentibus hypothecam,vel pignus non obesse. l.rescriptum.ff.de pactis.l.si præcedente.in §.Lucius.ff. manda. cuius rei illa ratio redditur à Barto.in eadem l. rescriptum.post Guiliel.& Iaco.Butr.quia huiusmodi pactio habentibus hypothecam nihil prodest.Si enim non esset quem conuenirent, hypothecaria actione agerent contra tenentes bona. Dicebat tamen Matth.ab Affl.decis.288.supra relata, terminatum in consil.Neapolitano fuisse,ꝙ si omnes creditores hypothecam haberent,pactioni maioris partis standum esset. Secus verò,si essent creditores,qui pro maiori parte (vt ipse ait) non haberent hypothecam,& minor pars creditorum haberet hypothecam: tunc enim non pręiudicat maior pars minori, & quæ sit ratio vide per Bart.Albe.Paul.in d.l.rescriptum. Hactenus ille in suprascripta verba.

Verùm meo iudicio sententię consilii Neapolitani aduersatur.l.rescriptum.ff.de pac.in illis verbis: Hæc enim omnia in illis creditoribus,qui hypothecas non habent, cōseruanda sunt, & finge omnes creditores hypothecas habere, & in minori parte recusante stare pactioni initæ à maiori parte creditorum, esse creditores, qui hypothecas habeant, & quidem anteriores hypothecis eorum,qui assensere, vtique rem sibi vtilem gessissent maior pars,cum habentes hypothecas anteriores possent agere contra tenentes bona,& res consequi, absq; dubio seu periculo,quòd reuocarentur ab eis. Vnde cessante ratione sæpe dicta,quia.s.posset agere minor pars, & habet quos conueniat, & bona ipsa consequi creditores iure hypothecarum possunt absque reuocationis periculo.Puto & consilium Neapolitanū & ipsum Afflictum, nimis generaliter locutum, & forsan notandum.Ego autem aliàs tentabam dicere, si creditores in minori numero,qui pactioni initę à maiori parte stare recusant, haberent hypothecas posteriores tamen, adeò quòd à maiori parte creditorum habentium hypothecas anteriores excludi possent in bonis debitoris,& hos creditores hypothecarios pactioni stare cogendos esse:non enim hæc pactio,atque concordia eis affert incommodum,& inanis est actio, quæ effectum ir reuocabilem non est paritura,& à meliori, atque antiquiori excludi,& elidi potest, & his motus, cum ex facto quæstio ageretur, peritus iudex decreuit similes creditores pactioni initę à maiori parte stare debere,& hoc ideo etiam decreuit iudex, qa non semel relata ratio cessabat, & anteriores posterioribus per omnia æquales esse contenti fuere.

Tertia declaratio est, vt minor pars, quę pactioni non assensit agendo contra hęredem debitoris,seu decoctorum repella-
14 tur,non tamen impediatur agere ad solidum debitum† contra fideiussorem pro debitore obligatum.l.si præcedente.in §.j.ff. mand.cuius rei illa ratio redditur; quoniam creditores qui nō consenserunt,habent,quem conueniant, scilicet fideiussorem debitoris,quod & Alex.& Ias.probant in d.§.hodie, & licèt loquantur in prima specie: pari tamen ratione idem iuris esse puto, & in secunda (vt sæpe diximus) & ex his collige exceptio-
15 nem ad regulam, quæ est,exceptionem,quæ reo competit, †& fideiussori competere.l.exceptiones.ff.de except.l. fi. ff. de pac. quod & Matth notauit not. 105. Nota casum, & commendat Franc.Crem.singul.21.vnus textus. Planè si creditores pactioni consissent,& assensisse videntur, si hæredes iuxta portiones factas conuenerint,exceptio quę hęredi, vel decoctori datur, & fideiussori accommodanda est, vt eleganter Iurisconsultus inquit,d.§.Lucius.

Sciendū est,& quartò esse creditores priuilegiarios, de quib. in ti.ff.de priui.cred.& notat gl.in l.rescriptum.in versi. priuilegiarios.ff.de pac. & in l.eos. C. qui pot.in pig.hab.Fuit igit quæstionis,num pactio huiuscemodi à maiori parte creditorum facta priuilegiariis creditoribus obsit? Iurisc.in l.rescriptum. ait
16 cæteros priuilegiarios creditores exemplum maioris partis sequi oportere. At in l.si præcedente.in §.Lucius.ff.mand.ait, iniquum esse auferri electionem,sicut pignus,aut priuilegium:vnde Iac.But.cuius sententia recepta est,distinguendo dicebat. Si quæratur,an pactio à maiori parte facta quo ad portiones debitorum remissa priuilegiariis obsit: & respōdendum est obesse, vt in l.rescriptum. Si verò quæratur, an pactio obsit in priuilegio,& non obesse dicendum est: vt in §.Lucius.præferēdi sunt igitur priuilegiati creditores in eo, quod solui debere conuentum est,& huic distinctioni quæ iuris prœceptoribus placuit,acquiescendum est.

Nec te moueat,quod scripsit Ias.in d.l.rescriptum. in fi. dum sensit,interpretationem factam ad §. Lucius.morderi posse, ex eo;quia Iurisc.comparat habentes pignus habentib. priuilegiū. In hoc enim (ni fallor) errat Ias.ait nanq; Iurisc.iniquum esse auferri pignus vel priuilegium,& verum est,quod ait: In eo enim quod solui conuentum est,priuilegium non aufertur,sed in eo melior est cōditio pignus habentium, vt ad illos nō referatur pactio;quoniam sibi pignore præcauerunt, quemadmodū non refertur ad hypothecarios;quoniam habent quem cōueniant. Hi igitur in his comparantur, si qua tamen extat comparatio, vt horum melior sit conditio,non autem in omnibus.Et ex his habes quartam declarationem.

Item illud in materia singulariter notandum est, quod scri-
17 psit Bar.in l.fi.colum.pe.num.7.ff.de appell.recip. † Ait enim,si sententia maioris partis creditorum euidēter esset iniusta,& minor pars ostenderet,à sentētia maioris partis appellari, seu prouocari posse. Admonetq; in prouocatione manifestæ iniquitatis causas inseri debere, & subiungit pp prouocationem maiorem partem creditorum prohiberi vlterius aliquid attentare. Cuius sententiam & Paul.Castr. in d.§.hodiè. probat, subdens maioris sententiam esse debere,& si minor pars ex maleuolentia consentire recusaret,reiicienda est.Placuit etiam hęc sententia Alex.in loco relato,qui citat.cap.1.de his,quæ fiūt à ma. par. cap.& in eadem opinione ibidem est Ias.sub num.2.versic.7. limita,pro qua sententia facit tex.in l.si præcedente.in §. Lucius. ff.mand.in illis verbis,qui potuit præsens idipsum proclamare, nec desiderare decretum prętoris. Causas autem iniquitatis ex prædictis colliges,& illud addes, licèt doctores in prima specie loquantur quo ad prouocationem, idem & in secunda ius esse puto.

Denique tētabam ego, forsan non ineleganter, primas duas
18 species propositas temperando,ac declarando dicere,vbi † defunctus bona dereliquisset,vel debitor,qui aufugit similiter bona dimisisset quæ bona reperirētur,& creditorib.nota esset,pactum initum à maiori parte creditorum, cum futuro hærede, vel decoctore,q cōueniri nō potest, minori parti creditorum dissentienti nō obesse.Mouebat me illa non semel relata & recepta rō,quare pactum maioris partis obest minori. Quoniam expedit creditoribus habere quē cōueniat: Bonis aūt defuncti constitui pōt curator,vt notauit Acc.in l.1.in 2.gl.ff.de cu.bo. dan.& iuxta & secundùm elegantē distinctionem Ang.in consi.193.mortuo debitore,quē refert & probat Deci.in cōsil.509. exhibētur.Itē in debitore in re, de qua agitur illa est distinctio, vt bonis viuētis, & fraudationis causa latitantis nō decernatur curator:quoniam bona possideri,vendiq; iubet prætor.l.Fulcinius.ff.quib. ex cau.in poss.ea. Bonis verò viuentis, & non latitantis detur,dicta l. Fulcinius. §. adeò. quoniam abest sine culpa: Vnde eadem ratione datur curator,quia furioso & prodigo datur. & vt suprà respondi. Bartol. in l. secunda. ff. de cura. bo. dan. & eleganter scripsit Angel. in consilio 103. datus fuit curator,& plenius in relato consil. 193 quod consilium, si libet, legito, maximè in versic.restat. & probat Dec. in d.consil. 509.& in consil. 575. in casu. & latius hæc in sequenti parte attingemus.

Cùm ergo possit consuli creditoribus, quando sunt bona in prima,scilicet specie, bonis defuncti curatorem constituendo, & modis, & forma quibus legitur in relatis auctoritatibus, & curator datus,creditoribus satisfacere debeat per venditionem bonorum,vt scribit Bar.in l.si bona.C.de bon. aucto. iudi. poss. & Alex.in l.si cōstante.in §.si ex hęredato.in princip.ff. solu. matrim.& Dec.in consil.401.Licèt in causis, & in secunda specie. Vbi debitor fraudationis causa latitat possideri vendique bona,prætor iubeat,restringēdam,& declarandam doctorum sententiam meritò,vt suprà videbatur. Mouebat me etiam lex rescriptum.ff.de pact.Vt enim hoc ad illos creditores, qui hypothecas habēt,non refertur, quoniam hi habent, quem conueniant,seu non deest his agēdi modus, ita vbi est curator, qui satisfaciat creditorib. ex vēditione bonorum, vel sunt bona fraudatoris latitantis,quæ possideri & vēdi possunt.Postremò considerabam verba Matt.ab Affl.in citata decis.288.quæ suprà retuli.Tunc enim admittit secundam speciem, cùm bona decoctoris non inueniuntur,quod non memini legisse id alios iuris interpretes expressisse, nec hnic sententię refragari puto, quæ scripsit Ang.in l.1.ff.de priui.cred.& quæ dicemus infrà, sub nume.21.intelligenda,ubi non agitur de remittendo partem debiti,secundùm gloss.in d.l.1.Et ex his colliges causam, quare minor pars legitimè reclamaret: bonus igitur vir, an hæc pactio creditoribus expediat, inspicies, & quæ diximus in causæ cognitione versari, nec se iudex in interponendo decretum facilem præbeat.

Scio enim euenisse decoctores clanculum dedisse,vel promisisse quibusdam creditoribus, ut pactioni consentiant, & sunt tot,tantęq; decoctorum fraudes,vt nec dici,nec excogitari possint,& præsertim id occultandis rebus eorum.

19 †In tertia verò facti specie,quam supra Matth.ab Affli. referēdo proposuimus,diximus,in dilatione concedēda hypothecæ rationem nō haberi, & addimus iudicis decretum necessarium esse,& oportere creditores in vnum cōuenire.l. fi. C. qui

bo.

bo.eed.poſ.in illis verbis, vt omnibus in vnum coadunatis &c. & hoc probauit Bald.ibidem in prin.& Alex.in conſi.205.viſis his,vol.2.& collegium Peruſinum inter conſi.Ange. nu.213.Simon,& Iacobus,in quo conſilio quæ requirantur in dilatione concedenda,quisve modus ſeruādus ſit,& doctè,& copiosè declaratur,& ex his vides verum non eſſe,quod ſubdubitās prꝫceptor meus Pau.Par.ſcripſit in conſi.100.certiſſimum eſt, vol. 3. inquit enim ſub nu.3.in dilatione concedenda nō requiri creditoris in vnum conuenire.

20 †Sed & hic illud in dubium reuoco,nū decoctores gaudeāt dilatione quinquennali? in quo iuris articulo diſtinguendum puto,inter dilationem quinquennalem à principe conceſſam, & illam,quæ à maiori parte creditorum conceditur. In prima itaque ſpecie,cum à principe decoctori quinquennalis conceditur dilatio,à creditoribus vexetur, fruetur quidem ea decoctor,qui propter aduerſam fortunam, malamq; temporū conditionem ad inopiam redactus eſt,iuxta formam l. vniuerſa. C. de pre.Impe.offe.& ſcripſit Alex.in conſi.205.proximè relato. At is,qui in decoctione delictum admiſit(ſecundùm ea,quæ retulimus in 3.parte huius tract.)non fruetur. l. ſed ſi ex parte. §. interdum,ver. quanquàm,ff.quod cum eo.vbi Cy. vt ſuprà reſpondit,cuius ſententiam probauit Alex.in l.1.num.43.ff.ſi cer. pet. & ſecundùm hanc ſententiam in Gallia iudicatum fuiſſe refert Nic.Boer.deci.349. quæritur an ciuiliter, colum.8.& ſeq. vbi complures idem ſenſiſſe refert,& in diuerſa ſententia fuiſſe Dec.in ea.l.1.nume.27.& hanc ſentiam,quæ mihi non inarguta viſa eſt,& extra æquitatem non eſſe poſitam confirmabis ex pluribus,quę colligi poſſunt ex conſi.Bal.nume.400.quòd Iacobus,volu.1.

In ſecunda verò facti ſpecie tunc à maiori parte creditorū decoctori quinquennalem dilationem concedi poſſe putò,cū decoctor paratus eſt bonis cedere, ni creditores quinquennales inducias cōcedant:quia hoc expedit creditoribus, ne cedat ſecundum ea,quæ retulimus ſuprà ex mente, & verbis Matt. ab Aff.& conſilii Neapolitani deci.288.quam ſententiam confirmabis auctoritate Ang.in l.maiorem,ff. de pact. & collegii Peruſini inter conſilia Ang.num.213.& probauit Alex.in conſil. 205.volum.2.in princ.verſ.alia ratione,ſubdens allegandum eſſe per debitorem ſe velle bonis cedere,ni quinquennale ſpatiū ei concedatur,in eadem opinione fuit præceptor meus in cita to conſ.100.volum.3. vbi ſubiicit verum eſſe in quocunque debitore. Siue ergo quis decoxerit fortunæ vitio, ſiue ſua culpa, fruetur hac dilatione à maiori parte creditorum conceſſa recuſante minori. Nec excludit eos,qui dolum in decoctione admiſerunt à miſerabili beneficio ceſſionis bonorum excludi,ſecundum ea quę in 3.par.diximus verſic. Deinde ait Bald. num. 9. quoniam diuerſum eſt beneficium quinquennalium inducіarum à ceſſione bonorum, nec lege cautum reperitur decoctorem huiuſmodi tali dilatione, & beneficio frui non poſſe, vt idem præceptor meus probat, quæ ſententia præceptoris, & æqua,& rationabilis eſt. Si enim portiones debitorum poſſunt remittere cuicunque decoctori ex relatis rationibus, fortius dilationem ad ſoluendum concedere: regula,cui licet.de reg.iu. in 6.& ſecundum prædictam diſtinctionem intelliges, quæ diximus in 3.par.huius trac.nu. 10.

Hic ſubiungi poteſt non minus quotidiana, quàm neceſſa-
21 ria quæſtio.†Num minor pars creditorum à maiori parte creditorum in aliis facti ſpeciebus præter tres exceptas volūtatem eorum ſequi aſtringi poſſit? Et ſuprà retuli Matt.ab Affli. deci. 188.ſcripſiſſe,Neapolitanos conſiliarios in tribus tantùm caſibus relatis minorem partem creditorum volūtati maioris partis acquieſcere debere. In aliis autem ſtare compellendam non eſſe.

Verùm inter legendum incidi in commentarios Ange. in l. 1.ff.de priuil,cred.qui ait. Tamen inhærendo huic ſecundæ le- 25
cturæ gloſſa eſt hic caſus apertus, quòd vbicunque creditores certant inter ſe quid agendum ſit de bonis debitoris in ſolutione ceſſantis,ſemper humaniori ſententiæ creditorum ſtandum eſt.

Cæterùm,ſi nulla inuenitur humanior, & omnia ſunt paria, ſtandum eſt iudicio cognatorum, qui creditores ſint, & ſi nullus eſt cognatus,ſtandum eſt iudicio eius,cui maior debetur pecunia,& ſic l.maiorem,ſuprà de pac.& l.fi.C.de ceſſ.bo.habēt locum non ſolum in caſibus ſignanter poſitis in illis legibus, ſed etiam in omni alio caſu,in quo certant inter ſe creditores,qualiter debeant conſequi credita ſuper bonis debitoris in ſolutione ceſſantis,eo quòd debitor non eſt ſoluendo, tene memoria perpetuò,& nunc de facto apud me quæritur.l.enim vltima loquitur,quando debitor vult cedere bonis.l.maiorem loquitur, quando debitor hæredem non inuenit, ſed de aliis caſibus illæ leges non prouident,& ideò hæc lex eſt multum notanda, quæ ſupplet eas.

Hactenus Ang. ſed licèt conſilii Neapolitani authoritas me valdè mouerit:non tamen puto ab Angelo diſſentiēdum: probabilior enim & æquior hęc ſentētia viſa eſt, nec video cur diuerſum ſtatuendum ſit,& quare non æquè idem dicamus, mouit me etiam l.prædicta in ordine prima.ff.de priui.cre. cum gl. ad cuius l.interpret.videbis,quæ ſcripſit And.Tira.in comm.de vtr.re.pag.18.nu.43.ſed his addes Angeli ſentētiam intelligendam eſſe(ni fallor)cùm non tractatur de remittendo partē debiti:negauimus enim ſuprà,vbi bona decoctoris extāt, remitti à maiori parte creditorum poſſe. Videbis igitur quæ ſcripſimus ſub nu.18.hac ea.parte.

Solent & fideiuſſores in pactionibus huiuſcemodi interuenire & plerunque ſub cōditione & modo, & in cōtrouerſiā de-
22 duci ſolet,an teneant necne. Vnde cōfugies ad Soci.†qui (vt ſolet) plenè & nō inſubtiliter in hac materia ſcripſit in cōſil. 263. in præſenti conſultatione,parte ſecunda, quem breuitatis cauſa non refero, & quia eius reſponſa talia ſunt, vt inter manus omnium verſentur.

Frequentatiſſimum & illud ſciendum eſt,decoctores, poſtq̄
23 cōuentiones iniuere†cum creditoribus,illas,vel in totum, vel in parte aliqua nō obſeruare, vnde & ipſi creditores pactioni ſtare nō tenentur.l.quæro.§.inter locatorem.ff. loc. & ex facto cōſultus reſpondit Pau.Caſt.in conſi.179.viſo puncto,col. 2.in 2.par.& probat Soc.in relato conſ.263.quod & verum eſt, licèt iuramento firmata ſit pactio.l.ſi quis maior. vbi doctorum uerboſi Commentarii.C.de tranſa.

Angelus non leuis iuris interpres in conſi.77.plures creditores.In propoſita materia affert talem ſpeciem mortuo debito-
24 re Titio † conuenerunt creditores hæreditati Titii curatorem eligi,Seiumque conſtituendum, & quod cōtra Sempronium, qui & creditor erat,& in conuentione interuenerat nullo modo procedi poſſit,ex cauſa arbitrii lati inter Titium decoctorē, & dictum Sempronium. Datus eſt deinde curator idem Seius, qui cum nil geſſiſſent,deceſſit mortuo Seio curatore, creditores pactioni initę ſtare recuſant,aliumque curatorem nolūt eligere,& aduerſus Sempronium debitorem quondam Titii decoctoris virtute laudi,ſeu arbitrii querūt agere,negat Sempronius poſſe,ſeque pacti exceptione defendit. Putat Ang. ex conuentione nec creditores omnes,nec quemquam eorum poſſe compelli ad præſtandum conſenſum, ut alius curator detur,& bene cenſuit Angel. Idem reſpondit, nihil legitimè proponi poſſe, quominus creditores contra Sempronium ex arbitrio agant.

Idque probat ex loco ab enumeratis partibus. Nam ſi creditores pactionis verba ad ſe retulerunt, vanum quidem pactum eſt,cum Sempronius non creditorum,ſed hęreditarius eſſet debitor,nullumque creditores ad exigendum mandatum haberent. Eorum ergo non erat exigere.ff.de ſol.l.qui hominem.§. ſi nullo.ff.de negot.geſt. l.ſi pupilli. §.1. Nec putat referre, ſi ius poſteà creditoribus ſuperueniſſet, cum pactio quæ etiam ad liberandum tendit, non poſſit debitori,cui ab initio creditoris prodeſſe nequiuerunt.l. ſi tibi decem millia.§.ſi pactus.ff. de pact.

Sed ſi creditores non ad ſeipſos, ſed ad futurum hæredem verba retulerunt,& de eo cogitarunt,ſeu ſenſerunt, adhuc pactio deriſoria eſſet: quoniam promiſiſſent alium non proceſſurum contra Sempronium ratione laudi.l.ſtipulatio iſta.in princi.ff.de verb.obli. Item alia ratione,quia,& ſi creditores pactos eſſe diceremus ſe curaturos facturosq;,quod nō petatur à Sempronio. Attamē pactum nullum eſſet:quia nullum, fuit.n.principaliter ad obligandum paratum,paciſcentes, ſ.ad faciendum & curandum,vt non procedatur.l.iuriſgen.in §.quinimò. ff. de pac. Aut denique de curatore ſenſerunt, vt is contra Sempronium procedere non poſſit,quod ex mente creditorum magis fuiſſe putat,& conceptum pactum in perſonam Scii curatoris, non eſt referendum ad alios curatores, qui conſtituerentur.

Et probat: quoniam verba generalia cùm poſſint referri ad
25 perſonam † Scii procuratoris ſalua ratione recti ſermonis, reſtringenda ſunt ad eum tantùm, & cùm nemo præſumatur iactare ſuum,hæc interpretatio accipienda eſt.C.de tranſa.l.ſi de certa.vbi Bar.ff.de ſol.l.ſi ex pluribus.ff.de verb.oblig.l.ſi ita ſtipulatus fuero,& l.cùm de indebito.ff. de proba. Hęc ille, quem in ſumma tamen retuli.

Sed mihi in propoſita facti ſpecie pactionis verba inſpicienti,ut admonet Iuriſconſultus in l.ſi ita ſtipulatus.in §. Griſogonus.ff.de verborum oblig.ex quibus conuenientium mens habetur.l.iuriſgen.in §.pactorum.ff.de pac.& l.Labeo.ff.de ſuppe. leg Ang.ſententia non ſolum dura uiſa eſt, verum etiam non admittenda:dum enim Ang.primo loco conſiderat, ſi pactionis verba creditores ad ſe retulerunt, eluſorium pactum eſſet: cum Sempronius non creditorum, ſed hęreditarius eſſet debitor,animaduertēdus eſt: quoniam creditoribus ius fuiſſe in nomine Sempronii dici rectè poteſt. Nam in executione, vbi mobilia,uel immobilia non ſunt,ad iura perueniendum eſt.l.à diuo Pio.§.in vendi.ff.de re iud. Illud ergo ius quod habebant,remiſiſſe dicendum eſt,& hoc vbi creditores nomina Titii decoctoris etiam obligata non haberent. Vnde tex.in l.ſi tibi decem millia.in §.ſi pactus.nihil obſtat.

Source : BIU Cujas

26 †Posses etiam non ineleganter distinguendo dicere: Aut ius superuenit in persona eius, ad cuius commodum pactū factū fuit, & pactum nullum confirmari ex postfacto non possit, & in hac facti specie Iurisconsultus loquitur in d.§.si pactus. Si verò ius superueniat in persona eius, qui pactus est, & contra se habeat, vt reconualescat pactū, vt scripsit Las. ibi. & plenius post alios in l.1.num.18.ff.de pact. Accedit, q; si verba conuentionis inspiciamus, iuri etiam quod in futurum habere possent creditores, renuntiasse dicēdum est, idq; fieri posse, non est iuris ambigui. l.& hered.§.filia fa.ff.de pact.& no.gl.in l.1.C.eo.vbi doct. præsertim Las.nu.15. Mouet me verbum, possit, de quo in conuentione, quod verbum arg.est ius futurum creditores remittere voluisse, nec quicquam refert verbalis differentia, quā constituere voluit Ange.in d.consi. Nam ex natura verbi possit, est vt ad ius futurum trahatur, vt probatur in l. si ita quis, vbi Acc. & Bar.notarunt.ff.de leg.2.

27 †Item in conuentione adsunt verba illa, nullo modo, quę
28 secundum Alb.in dictio.suo, in ver.nullo modo, †duplicem habent significationē, nullo modo, ideſt, nullo tempore, vel nulla ratione, & de quo verbo vide glo.in clem.2.in versic.nullo modo.de æta.& qualit.Fely.in c.ex parte.nu.12.de constit.& in c.cum accessissent.num.10.& apud eum notatur eod.tit. vnde quamcunque interpretationem capias iuncto verbo possit creditores agentes à Sempronio exceptione pacti repelli possunt, quod & verum puto, & ad se verba retulisse, quæ generalia sunt. Sed iam de pactionibus inter decoctores, & creditores satis. Reliqua deinceps persequamur.

SEPTIMA, ET VLTIma Pars.

ARGVMENTVM.

Quomodo contra decoctores procedendum sit, in eosve animaduertendum: ac in eos, qui decoctoribus cōsilium, auxiliū, opemve dederint, seu quouis modo fauerint, quive potiores in bonis eorum habeantur.

SVMMARIVM.

1 *Decoctores tenentur bona creditoribus indicare, & exprimere causas, quibus strangulati sunt.*
2 *Mercatores falliti cessantes, & fugitiui possunt torqueri, vt indicent pecunias ipsis datas ad mercandum, quas nunc denegant habere.*
3 *Contra mercatorem, qui fortunæ vitio decoxit, procedendum est ciuiliter, omni corporali cruciatu remoto.*
4 *Creditores bona debitoris, qui foro cessit, inter se diuidere non possunt, tanquàm domini.*
5 *Libellus non procedit, in quo peto mihi in solutum dare bona debitoris mei, quoniam creditores in subsidium tantum admittantur.*
6 *Creditores, vbi decoctor est præsens, possunt in vnum conuenire, & curatorē bonorum eligere, per quem bona distrahantur, & possunt prætorem adire, qui ex consensu maioris partis eorum constituat.*
7 *Curatoris bonis decoctori constituti quid sit officium.*
8 *Persona si clara sit, veluti senatoris, & in ea causa sit, vt bona eius veneant, curator dandus est, etsi bonis non cesserit.*
9 *Decoctor ius retrahēdi creditori cedere potest, & creditores possunt in causam iudicati capere ius retrahendi competens debitori consanguineo venditoris, qui aliàs non est soluendo.*
10 *Decoctor si fraudationis causa latitat, bona possideri vendiq; iubet prætor, sed si captus est ab hostibus, curator bonis dandus est, & de potestate curatoris.*
11 *Mercatores fugitiui pro confessis habentur.*
12 *Creditores decoctores possunt ante diem pignori incumbere.*
13 *Interpretatio ad §.si debitorem. in l.ait prætor, ff.de his, quæ in fraud. cred. relatiuè.*
14 *Creditores secuta decoctione debitoris bonorum descriptionem fieri impetrare possunt, & circa libros, & scripturas admonentur creditores.*
15 *Creditores possunt impetrare à iudice proclamationem fieri, vt manifestentur res decoctori sub pœna, & de forma proclamationis, et alijs ad id pertinentibus.*
16 *Creditoribus quomodo sit consulendum mortuo decoctore.*
17 *Mercatori sine hærede decedenti succedit collegium mercatorum.*
18 *Creditores possunt impetrare separationem bonorum, si fortè decoctoris hæres soluendo non sit.*
19 *Mercatores, & decoctores solent varia crimina admittere, & quæ sint, enumerantur vsque ad nu.24.*
20 *Impostores qui sint, & quid impostura facere significet, declaratur.*
21 *Venalitarij seu tricones, qui lege municipali merces emptas eodē pretio vendere vniuerso triduo tenentur, si supprimunt, vt elapso triduo possint carius vendere, crimine stellionatus specialiter postulari possunt.*
22 *Dardanarij sunt προπῶλαι, qui omnia præemunt, ut carius vendant.*
23 *Mensuræ & pondera, quòd iustæ, & iusta esse debeant, & de pœnis in falsantes.*
24 *Mercatores solent secuta alicuius decoctione in vnum conuenire, & tres aut quatuor ex eis cum pleno mandato constituere, idq; commendatur.*
25 *Creditores aliqui decoctoris si ab omnibus creditoribus sunt constituti procuratores cum pleno mandato, & liberationem decoctori fecerint, an proprio, & procuratorio nomine liberationem feciſſe censeantur.*
26 *Securitas seu saluusconductus a creditoribus vel præside prouinciæ decoctori concessæ, quibus modis defendi oppugnarive possit: & qua forma concipiendus sit, relatiuè.*
27 *Laudandi sunt populi, qui in decoctionibus sibi ius proprium constituerunt.*

VLtima hæc pars tractatus in tres particulas semetipsā diuidit (vt tituli verba indicant) separatim igitur & summatim, quæ ad decoctores tantum pertinēt, primum quæremus, quomodo contra decoctores procedendum sit. Et quoniam prefationes libentius nos ad lectionem propositæ materiæ perducunt, & cùm eò venerimus, eius euidentiorem prestant intellectum, vt Iurisc.ait in l.1.ff.de ori.iu. Sciendum est (vt in 2.parte huius trac.diximus) tria decoctorum esse genera.

Primum illorum, qui fortunę vitio decoquunt.

Secundum illorum, qui suo vitio conturbant fortunas, & rationes, & illud tertium, qui partim suo, partim fortunæ vitio foro cedunt. Item prefati libet, alios esse decoctores publicę pecuniæ, & alios priuatorum, & de his, qui publicam pecuniam decoquunt. nos aliter hic non tractabimus, tum quia satis apertè habes in l.quilibet.C.de decuri. Tum etiam, quia in 3.par. attigimus in ver.ait etiam Bal.more antiquiss.legis, nu.3.

1 †Præfatio alia est necessaria, decoctores teneri bona creditoribus indicare, qđ Acc.& alii notarunt in l.1.C.qui bo.ced.pos. arg.l.fi in §.licentia.C.de iu.deli.& eorum, quæ habentur in l.2.C.qua.& quib.quar.pars debe. & omnes, & singulas causas exprimere debent, quibus strāgulati sunt, arg.l.1.C.de præd.decur. Vltima præfatio est Par.de Pu.in trac.sindi.ver.an in causa pecu
2 niaria & c scripsisse in hæc verba: † Mercatores fallitos, cessantes, & fugitiuos, posse torqueri, vt indicent pecunias ipsis datas ad mercandū, quas nūc denegāt habere, & dicūt illas perdidisse, cuius sniam Marsi.probat in l.eos.ff.de fal.nu.2.& in l.diuus, nu.4.de quæst. Addo Nic.Boe.dec.215.& antęq; veniam, num.5. Luc.Car.in prac.sua pag.43.& vide Pau.Gril.in trac.de quæst.& tor.q.7.num.4. Sed & ipse videbis tex.sing.in l.inde Neratius.§. idē Iulia.ff.ad leg.Aqui.vbi Iurisc.in hæc verba. Sed & si seruus, qui magnas fraudes in meis rationibus commiserat, fuerit occisus, de quo quæstionem haberet destinaueram, vt fraudum participes eruerentur.

In primo itaq; genere, si quem fortunę vitio decoxisse euidē
3 ter constiterit, ex crimine agi non pōt: † nullum. n. crimen admisit decoctor, & consequenter cessat quęstio.l.fi.C.qui bon.ce de.poss.in illis verbis, omni corporali cruciatu remoto. Ciuiliter igitur agendum est, & hunc ad bonorum cessionē admitti suprà in 2.par.plenius diſſeruimus.

4 †Et quoniam pro debito creditores adiici sibi bona sui debitoris, nō iure postulāt, hoc est creditores bona debitoris qui foro cessit inter se, tanquàm domini diuidere non debent, sed distrahenda sunt, vt Imperator ait in l.pro debito.C. de bo.auc.iu
5 di.poss.vbi Bar.& Pau.& alii notant, qui addunt, † libellum nō procedere, neq; admittēdum, in quo peto mihi in solutum dari bona debitoris mei: quoniam creditor in subsidium tantum admittitur, alio scilicet, ad emendum non accedente.l.ordo.C. de execu.rei iudi.

6 †Cum igitur ciuiliter agitur in hoc decoctorum gñe distinguemus, aut pñs, aut absens est decoctor, & siquidē præsens, creditores solent, & possunt in vnum conuenire, & curatorem bonorum eligere, per quem bona distrahantur, & quod ex venditione redigatur, ipsis persoluatur.l.fi.vbi Bar. & Ang.ff. de cura. bo.dan.quicquid Accur. scripserit in verbo, vnum & nota in materia d.tex.singu.& vide Odo.in trac.de cura.bo. dan. nume. 6.tom. 6.& curatorem bonis decoctoris dari inquit Paul.Ca. in l.si hominem.in §.fi ff.depo.qui tamen nil citat, & his addes, quæ Bald.noster Dy.referendo plenè scripsit in consil.172. Dynus, volumi.2. Possunt etiam prętorem adire, qui ex consensu maioris partis eorum curatorem constituat.l.2. ff. de cur. bon. dan. Et quòd ei, qui bonis cessit, & præsens sit, curator bonis cō stitui possit, & vt suprà interpretanda sit.l.fi. eod. scribit Specul. in titu.de curat.§.fi.nume.15.versicul.sed an bonis præsentis, & probat Angel.in consil.193.mortuo debitore, quod Ang. resp. commendat Deci.in consi.509.& in consi.575.in casu, & subdit Ange.expedire creditoribus bona decoctorum distrahi, cū cessionem admittant, & vide quid scripserit idem Ang.in con-
7 sil.77.plures creditores.† Et huius curatoris officium circa bonorum distractionem versatur, & omnia alia, sine quib. distractio, seu venditio fieri nō potest. Nec enim curator iste actiones suscipiet, quia ad hoc cōstitutus nō est.d.l.fi.nec l.2. pximè relata, meo iudicio, repugnat in illis verbis, eisq; actiones, & in

cos

Source : BIU Cujas

eos vtiles competunt. Intelligo.n.vbi decoctor præsens nō est, nec bonis cessit. Et circa remotiones curatoris hmōi, etsi alii creditores,qui dationi curatoris nō assensere,emerserint,notat̄
3 similiter in ea.l.fi.†Sciendum est ēt,si clara persona sit, veluti senatoris,& in ea causa sit:vt bona eius væneant pp dignitatem, & si bonis non cesserit, curator distrahendorum bonorū gratia constitui solet,idque,vt honestius quantum potest,ex bonis eius creditoribus soluatur.l. curator. ff. de cura. fur. & notauit Ang.in d.l.fi.& in relato cons.& Bal.vbi sup.cons.172. vol.2.& hic addes,quod scripsit Pau.Cast.in consi.j.li.2.

9 †Decoctorem ius retrahendi creditori cedere posse, & creditores posse in causam iudicati capere id ius retrahendi competens debitori consanguineo venditoris, qui aliàs nō est soluendo.Quod plenius attigit And.Tiraq.in commē.de vtro. re. §.26.glo.1.nu.10.& seq.pag.595.

20 †Si verò absens decoctor sit,& fraudationis causa latitet, & sic turpiter se occultat, de curatore aliter quęrendum, succurrendumve non est: quoniam bona possideri. vendique iubet prætor.l.Fulcinius.§.j.ff.quib.ex cau.in poss.& notauit Accur.in l.j.in verbo,conditio.ff.de cura.bon.& Bar.in l.2.ff.eod. & probat Ang.in suo eleganti consi.non semel relato. Sed si qui decoxisse dicitur,non latirat, sed aliter abest, vt puta ab hostibus captus est, tunc creditoribus postulantibus, quia sine culpa sua abest,exemplo furiosi,& prodigi,& eadem ratione curator bonis dari potest.l.Fulcinius.in §.adeò.ff.quib.ex cau. in possess. ea. & notant relati Bart.& Ange.qui Ange.addidit, si potestas curatoris in datione limitata est,illa seruanda est, & egredi curatorem non debere.l.diligenter.ff. manda.sed si per iudicem potestas speciatim coarctata non est, sed simpliciter constitutus, huic actiones omnes competere,& in eum :interest enim creditorum,quibus postulātibus datus extitit,actiones posse exercere,vt exacta per eum possint consequi, & sibi satisfacere, & acta, facta, gestaque per eum rata habentur.l.2.ff.de cura.bon. dan.& hanc sententiam Alb.& Spec.in tit. de cura. ad lites, & Io.Andr.apud eum probasse,sensisse refert, quæ sententia non est sine ratione.

In secunda verò,& tertia decoctorum specie cum dolo quid decoctores admiserint, ad bonorum cessionem non admittuntur,vt latè in 3.par.huius tract.demonstrauimus.Ex qua,quę ad hunc locum attinent, assumes. Vbi igitur præsentes decoctores sunt,& pecunias,ac merces non indicāt, & decoctionis causas palam non faciunt, iuxta suprà citatas in præfationibus huius partis auctoritates,quęstioni locus est, idque inuestigādarū, atq; explorandarum pecuniarum,& rerum gratia, cū aliter veritas haberi non possit.Et hic ad illuminandam ueritatē peritus iudex,quæ in hoc tractatu in illa parte contra decoctores diximus,quæq; dicturi statim sumus considerabit. & l. inde Nerati. §.Iulia.ff.ad leg.Aqui.Plurimum.n.in excutiēda veritate cognitoris subtilis diligentia affert. l. de minore. §. tormenta. ff. de quęst.Vbi verò absentes sunt,& fraudationis quidem causa latitant,creditores sciant (vt diximus) bona possideri,vendiq; prę torem iubere.d.l.Fulcinius.

11 †Et illud nota,fugitiuos huiusmodi mercatores pro cōfessis haberi,secundùm ea,quę plenè scripsit Nicol. Boeri. deci. 215. nume.5.

12 †Et illud notandū est (quod non semel retulimus) licere creditoribus decoctorum,& si dies obligationis nō venerit, pignori tamen incumbere.l.quæsitum.vbi Bar.ff. de pig. & notat Bal. in l.vbi.nu.10.C.de iure dot.

Circa verò capturam personæ, eiusq; detentionem videbis, quæ scripsit Seue.in trac.suo de debi.suspe.& quæ nos in 3. par. huius trac.diximus.in vers.deinde ait Bal.decoctores.num.9.& vers.i.postquam de fraudib.nu 41. & seq. Et de eo, qui fugitiuū debitorem insecutus est,& apprehendit,pecuniamq; sibi debitam,vel propriam abstulit.

13 † Et circa interpretationem §. si debitorem. siti in l.ait prætor,ff.de his,quæ in frau.cred.uidebis Bald.in rubri. C.de reuoc. his,quæ in fraud.credi.nu.6.Seue.in d.tract.q.4. recentiores. in l. si ab arbitro. ff. qui satisda.cog. Deci.in consil.75.Alexand.in consil.64.uolumi.3.Angel.in l.pignoris.ff.de pigno.actio. Marsil.singul.43.& singul. 243. Soci. in consilio 99. circa primam, uolumi.4.

Iuxta etiam legitimas conuentiones, & locorum constitutiones aduersus decoctores procedi nemo ambigit. Sed & nos quædam,quæ in usu frequentia sunt, circa modū ciuiliter procedendi,breuiter respondemus.

14 Solent igitur creditores,ut primùm decoxisse debitorem intelligunt,iudicem adire, & bonorum decoctoris descriptionē, seu inuentarium fieri impetrare,quæ descriptio semper concedenda est. l.fi.in princip.ff.de requir.reis.l.1.§.pen.ff.de uend. in poss.mitt.& scribunt Barto.& plerique alii in l.uni. C. de prohi. seq.pecu.& idem Bart. in l. facultas. aliàs defensionis facultas. C.de iure fis.& Ias.in l.si fideiussor. in §. si satisdatum. nume. 28. ff.qui satisda.cog.& iudices in hoc se faciles prębeant,quoniam huiusmodi decoctores iuxta à nobis traditam distinctionem facti saltem infamiam non euitāt, & in huiusmodi descriptione cura creditorum præcipua sit librorum,& rationum, ac scripturarum omnium decoctoris, ne in ipsis libris, & rationibus in fraudem eorum cancellationes,inductiones, superinductiones,interpositiones,additionesque fiant, unde res amoueātur. l.j.ff.de his,quæ in testa.dele.l.si unus.C.de test.l.j.§.qui rationib. ff.de fal.oportet ideò scripturas sub fida custodia esse, extra de præscript.cap.ad audientiam. Accedit (ut in 3. parte retulimus) uer.Bald.etiam adiicit. Ex his fraudes, ex his dolum, & decoctoris,& aliorum pecunias, merces, & nomina subtili inquisitione explorabunt, atque inuestigabunt. Nec permittant in manu deplorati permanere: quia posset facilè conturbare, quoniam (ut non semel diximus) conturbare fortunas, & rationes dicebantur,& admonet Bald.in consilio 282. nume. 14. in 5.uolumi.

15 †Consueuerunt etiam creditores intellecta debitoris decoctione,ne celentur,occultenturve bona, statim ius dicentem adire,& generalem proclamationem fieri impetrare, qua præcipiatur sub pœna,& quidem graui,vnicuique notitiam habēti ipsum decoctorem,merces, res, & nomina eiusdem indicet, ac palàm faciat,quòdque creditores uera eorum credita profiteantur.Quod fieri ualdè expedit creditoribus, cum ad detegēdas fraudes: tum maxime notitiæ rerum habendæ gratia, & ut sibi possint consulere.Solent etiam premium polliceri his, qui fraudes,uel scripturas,uel nomina detegerint: iuxta l. idem. & §.si tibi indicium,ff.de condi.ob turpem cau.& quę ibi not. Et uide in materia elegantem text.in l.solent. ff. de præscrip.uerb. quam quidem proclamationem iustam arbitror,cum de rebus alienis propalandis agatur, ideò faciles iudices esse debent in concedendo propter ea, quę proximè diximus, iuxta ea, quæ scribit Ias.in consi.46.pro fisco.num.4.uol.3. & meo iudicio in decoctoribus cessat Imperatoris ratio,de qua in l.2.C. quan. & quib.quar.pars deb.lib.10.Quòd sit inhumanum,& durum mobiles res,uel se mouentes, aut instrumenta proferri, diuulgarique,& paupertatis detegi vilitatem, cum ipsemet decoctor foro cedendo,fugiendo,fraudes admittendo, semel ipsum inter vilissimos homines constituerit, infamem reddiderit, & paupertatem crimine admistam ostenderit.Et quoniam uariæ quæstiones ex huiusmodi proclamatione plerunq; oriuntur.(Sunt enim uel coniuncti, uel amici, qui cum res decoctoris habere compertum sit) prætextu ignorantiæ,uel aliter à pœna in proclamatione adiecta se quærunt defendere, loca hæc leuandi laboris gratia circa proclamationes volui subiungere Spec. in ti. de senten.§.2.vers.quòd si pręconizatum.Bald.in l.2.vers.ic. posteà ne diutius,ff.de orig.iur.& ibidem Hiero.Cag.sub nu.77.& seq.Alex.apud Bart.in l.municipali, ff.de decr. ab ordi.fac.& in consi.181.num.10.volum.6.& vide auth. vt factæ nouæ consti.doc.in c.2.de consti.Grā.consi.95.Redemptoris.Dec.in consi.227.nu.7.& consi.410.& eleganter,Mat.ab Affli.deci.290.& plenè ac eleganter.Ias.in citato consi.46.

16 Verum quia euenit aliqñ decoctorē mori,bene est hic ēt tractare,qūo creditoribus sit consulendum.†In quo iuris articulo doctè quidem & certa doctrina Ang.Perusinus non semel relatus in consi.193.Mortuo debitore, qui varios creditores habebat &c.in versic.restat,ait in verba infrascripta. Quandoq; bona defuncti nullùm habent successorem,vel nullus est speratus & tunc curatori locus non est; quia non dicuntur bona defuncti,nec hęreditas iacens,sed dicuntur bona vacantia.l.1.§.an bona.ff.de iur.fisci.l.1.in princi.ff. de successio.edic.Administratio ergo dictorum bonorum ad fisci procuratorem pertinet.l.1. & seq.ff.de offic.pro.ces.& ideò de alio administratore prouidendum non est. qñque dicta bona non habent successorem de præsenti,sed speratur successor de proximo: & idem, quia non datur curator bonis,sed postulātibus his,quorum interest prætor mittit edictum,tēpusq; præfinit,intra quod hæreditas adeatur.l.si quis instituatur.ff.de ssæredi.instit.quibus addes glo. in l. quamdiu institutus.in verbo.instituto.post medium,& ibidem quoque propemodum scribentes omnes.ff.de acquirē. hæred. And.Tiraq.in commen.de vtroque ret.§.1.glo.10.num. 58.pagi.239.qui ait,post id tempus non audiri hæredem.l. diffamari. C.de inge.& manu.l.si accusatoribus.C.de accu. Cor. in consil. 302.licèt in propositione.colum.1 lib.3.subiungit Ange· quandoque dubitatur,quòd diu hæreditas iacere debeat. Tunc si dubitatio proficiscitur ex facto, & malitia eius qui futurus hæres esse potest, q protrahit & differt adire.& idem; vt non det tūc curator,sed statuitur ei tempus ad adeundum, uel repudiandū, d.l.si quis,vers.sed si bonorum,& l. 1.ff.de succe.edic.sed si causatur aliunde,vt puta,quia est institutus hæres sub cōditione casuali,vel est in potestate & manu hęredis, q cōditio impleatur postulantibus, tūc pro creditorib. pronūtiabit prætor, nisi infra certum diem hęreditas fuerit agnita, se iussurum bona hæreditaria per creditores possideri. Interim autem datur curator bonis,& perituris distrahendis, & etiam non perituris propter graue æs alienum,& hoc casu arctata, & limitata est huius curatoris potestas, & ideò licèt datus sit postulantibus creditoribus,

Source : BIU Cujas

bus, hoc casu non intentabit actiones non perituras, vt dixit Bar. qui generaliter ait, curatori bonorum defuncti vniuersas actiones competere, ergo omnia bona facere sine quibus bona conseruari nō possunt, vt dixi suprà differēdo. Et hoc probatur expresse in l. si quis instituatur hęres §. item si conditioni. & §. se quen. ff. de hęred. instituen. Quandoque hæreditas non aditur: quia nemo est qui præsens velit adire, vel quia qui primum gradum obtinet successionis, dicit se non aditurum, tunc curator generaliter dandus est. l. j. ff. de cura. bon. dan. & huius curatoris ptās satis est ampla, quoniam legitimam habet administrationem. lege secunda ff. eodem. in fi. glos. magnæ: huic enim & in eum actiones perituręe, & non perituræ competunt, & sic actiuè & passiuè: d. l. 2. & etiam distrahit peritura, si necessitas vrget, vt in glo dictæ l. 2. hactenus Angel. qui plenius quidem, quæ ad hæc spectant, attigit, cuius sententiam probant Deci. in consil. 519. exhibentur, & consil. 575. in casu, quam sententiam & ipse æquè non reprobo. Nec prętereundum duxi, quod bellissimè Bald. ait in l. 2. C. de constituta pecunia, & in tract. de constitu. num. 12. † mercatori sine hærede decedenti collegium mercatorum succedere, idque argum. l. diuus commodus. C. de iure fisci. in bonis tamen, quæ in loco habebat, non autem alibi. Quam sententiam probauit Asten. in 3. volum. statu. in verbo, mercator. in princ. Ad rem tamen nostram id non valdè pertinet, cùm is qui decoquit, mercator esse desinat (vt in initio huius partis plenius diximus.)

17

18 †Solent etiam creditores decreto prętoris aliquando separationem impetrare, si fortè, & decoctores hæres soluendo non sit, quæ separatio causa cognita conceditur. l. 1. ff. de sepa. l. 2. C. eo. quæ est in titu. de bon. autho. iudi. posi. vbi Accur. notat. l. si adulta. C. de hæred. actio. Et his addes, quæ in calce huius tracta. dicemus.

Ex crimine etiam contra decoctores procedi potest, vbi dolo quid fecerint, seu admiserint. Varia enim decoctorum sunt crimina (vt in 3. par. plenè differuimus) & fraudes complures enumerauimus, & placet hic quædam mercatorū, decoctorumque adiicere.

19 †Plerunque igitur mercatores, & decoctores assolent merces supponere, hoc est adulterinas loco bonarum merciū supponēdo tradere, vel obligatas auertere, vel corrumpere, vel res aliis obligatas dissimulata obligatione alijs distrahere, vel pmutare, vel in solutum dare. Vnde stellionatus crimen obiici pōt, quod obiicitur his, qui dolo quid fecerint, & vbicunque titulus criminis deficit. l. 1. & l. 3. ff. de crimi. stellio. Delinquunt etiam pro auro, finge æs in pignore creditori subiiciēdo, vel ęs pignori dantes, & aurum esse affirmantes, vel scientes prudentesq; rē alienam pignori dantes, vel duobus obligando non certiorato creditore, cum vtrique non sufficiat. l. 1. l. tutor. §. 1. & l. si quis in pignore. per totam. l. ff. de pig. act. ¶ Vnde in hos animaduerti solet extra ordinem, prout legitur in d. l. 3. & vide l. cùm æs. ff. de fur. & videbis tex. in l. si seruus. præsertim in §. inquit lex. & in §. item si quis frumento. ff. ad legem Aquil. vbi de frumento corrupto fit mentio, & memini me apud Luc. Pen. legisse tempore horrendę famis factum fuisse, quod & Anconę contigit. Locus autem Lucæ Pen. non succurrit, & videbis l. j. & ibidē Bar. C. de cond. in ho. pub. li. 10. Sed quo ad eum, qui duobus rē eandem obligauit, quomodo pœnam euitet, vide l. 1. C. de crim. stellio. & nota casum. l. fi. eod. titul. de eo, qui supposuit anteriorem creditorem falsò: solent etiam delinquere, iuxta singularem. l. saccularii cum glosi. ff. de extra. crim. & vide quę scripsit Ioan. Bap. Seue. in repet. l. cunctos populos, pag. 10. quem refert Mat. singu. 318. fui rogatus, loquitur enim de his, qui gemmas falsas vendunt, & in impostoribus.

20 †Sic enim appellātur, qui ea admittūt. De quibus apud relatos auctores. Vnde impostoram facere, de quo verbo vsus est Iurisconsultus in d. l. 3. ff. de crim. stellio. quo in loco Accur. ait, impostoram fecerit. hoc est bonis viris mendacia dixit, quem Bart. ibidem reprehendit, ignarus forsan & ipse propriæ significationis vocabuli: interpretatus est enim Bart. impostoram fecit, hoc est rebus vęnalibus pretium maius, & plus iusto imposuit. Vt alij ad emendum allicerentur, vel cum iactura alterius aliquo in negotio plus debito promittit. Hæc ille, quæ vera in iure esse puto, & probat Angel. Aret. in §. fi. institutio. de donat. & notat Marsi. singu. 441. & confirmabit ex his, quę scripsit Cice. offi. lib. 3. dum meminit de Pythio illo argentario, qui Caiū Caninium equitem Ro. ad hortorum emptionē mira astutia inescauit, adhibitis, scilicet ex composito cymbis piscibus onustis, & facit tex. in l. si quis affirmauerit. & l. cum venditor. ff. de do. ma. & scribit And. Tiraq. in com. de vtro. ret. in §. finis, num. 49. pa. 771. sed ad verbum, impono, redeamus, dicimus apud pbatos auctores cum datiuo, nil aliud, quàm decipere significare. Vnde impostores deceptores dicuntur, & quos propriè vernacula lingua Marioli, e Giuntatori nuncupamus. Impostura ergo & impostores, à verbo impono descendunt, nec recipio etiam interpretationem eorum, qui veram vocabulorum interpretationem profitentur, & referendo verba Iurisc. in d. l. 3. inquiunt, impostura ab eo dicta, quòd adulterinas merces pro veris supponunt, tametsi verum sit, impostoram hos facere: est nanque deceptio. Absurdum tamen est dicere, generale verbum à speciali originem trahere, & moti sunt ex Iurisconsulti verbis, qui in eadem l. paulò superius, de eo, qui merces suppposuit locutus est. Sed verius est, quod diximus, à verbo impono, descendere: Postulari etiam potest stellionatus crimine, qui merces suppressit, vt in fi. eiusdē l. 3. dicitur, quo in loco congruentius forsan, quàm Accur. ibidem fecerit: Exempli gratia posses fingere: Cum mercatores qui vęnales merces proposuerint, ad vendendum astringi possint, vt nos aliàs scripsimus, verbum illud. suppressit, hoc casu intelligendum esse contra illos scilicet, qui merces vęnales dolo malo celant, & occultant. Exē pli igitur gratia, lege municipali cautum fuit, prout in ciuitate Anconitana.

21 †Tricones, qui merces emunt, easdem vendere teneantur eodem pretio vniuerso triduo. Si enim merces emptas supprimunt, & celant, vt possint elapso triduo carius vendere, crimine stellionatus specialiter postulari possunt.' Quod nota, vidi enim non semel vęnaliciarios & tricones modo prędicto delinquere. Vsus est etiam eodem verbo Iurisconsultus in l. annonā. ff. de extr. crim. Ait enim in hæc verba: Prætereà, debebis custodire, ne Dardanarii vllius mercis sint, ne aut ab his, qui coēptas merces supprimunt, aut à locupletioribus, qui fructus suos æquis pretiis vendere nolunt, dum nimis vberes prouentus expectant, annona oneretur, & pœna in hos variè statuitur: vt subsequitur Iurisc.

22 In quo loco obiter nota † quod Dardanarii sunt πρόπωλαι, qui omnia præemunt, vt carius uendant, dicti a quodam Dardano, vt Accursius ibidem scripsit. Et denique ad interpretationem tituli de crimine stellionatus, vide quæ scripsit Bal. consil. 15. ad euidentiam. lib. 1. respon. & Alciat. in Parerg. iuris, cap. 46. lib. . Item solent decoctores, seu mercatores duobus insolidum cādem rem diuersis contractibus vendere. Vnde pœna falsi coercendi sunt. l. qui duobus. ff. de falsi. Ad cuius legis interpretationem vide Fab. in tract. de emptio. & venditio. in tertia part. nume. 50. incidūt etiam plerunque in crimen falsi in casu, de quo in l. si a debitore. ff. eod. tit. & signa adulterina faciendo, seu sculpendo, idq; vt plurimum in sarcinulis, & literis ac mercibus, vt in l. lege Cornelia, & l. Paulus. ff. de fal. & inst. de pub. iud. §. item lex Cornelia, de quibus signis in 2. par. princip. trac. copiosè diserimus. Item incidunt in falsum. In fallis ponderibus, & mensuris, iuxta ea quæ habentur & leguntur in c. ut mensuræ. de emptio. & uendi.

In l. annonam. in fi. ff. de extr. crim. l. penultim. ff. de fal. l. in Dardanarios. ff. de pœn. vbi pœnæ statutæ sunt aduersus huiusmodi fraudatores, & scribit Abba. in dicto capitulo, ut mensuræ.

23 Norma † enim ponderum & modiorum, reliquarumq; mēsurarum non est excedenda. l. modios. C. de suscep. præ. & arc. & legitur Deuteronom. cap. 25. non habebis in sacculo diuersa pondera, maius & minus, nec erit in domo tua modius maior, & minor. Pondus habebis iustum & uerum, & modius æqualis, & verus erit tibi, ut multo uiuas tempore super terrā, quam Dominus Deus tuus dederit tibi. Abhominabitur enim Deus eum, qui facit hæc, & auersatur omnem iniustitiam. Idē ferè habetur Leuiti. cap. 19. in fi. Non enim est modius, qui iniquus est. ff. de uerbor. signific. l. Paulus respondit. Pondus enim & statuta iudicia Domini sunt: Prouer. 16. & scripsit Luc. Pen. in d. l. modios: ait enim, ignorantiam excusationem non prębere. ff. loca. l. sed & addes. §. 1. & subdit: Deum hæc uitia sua iustitia uendicare. Mich. 6. Adhuc ignis in domo impii thesauri iniquitatis, & mensura minor ira plena. & ibidem: Nunquid iustificabo stateram impiam, & sacelli pōdere dolosa. In quib. diuites eius repleti sunt in ciuitate, & habitatores in ea loquebantur mendacia, & lingua fraudulenta in ore impiorum, subiicit idē Lucas, iniquas mēsuras apud quēcunq; reperiātur, frāgēdas esse. ff. loc. item quæritur. §. si quis mēsuras. & in his generalē, & singularē inquisitionē fieri posse putauit, & in eum qui sciēter falsa pōdera commodauit, an de dolo malo actio detur, elegan ter differuit Iurisc. in l. arbitrio. §. de eo. ff. de do. malo, in quo loco uide quæ copiosè & doctè scripsit Acc. ad quem in materia confugito, & circa mensuras addes tex. in l. officiū. §. paternus. ff. de re mil. & l. Impeatores. ff. de cont. emp. Reliqua uerò crimina cōsulto ptermittimus, tum quia copiosè retulimus in 3. par. huius trac. Tum etiam, quia nil præcipuū in decoctorib. inuenimus, qd' & alijs nō cōueniat. Similiter procedēdi modū in crimìnibus prędictis de industria omittimus, cum ferè omnib. delinquentib. communis sit, & quod potissimum est, in huiusmodi decoctoribus in habenda q. tat sit retulisse.

Admonendi etiam sunt creditores, magis ipsis expedire negotium eorum per tres quatuorve ex eis exerceri, quia facilius
24 negotium expedire potest, & per omnes solet negligi, † & sunt ex eis qui se nihil consecuturos: cum totum non possint, arbitrentur. l. si plures. in §. quamuis. ff. de admi. tuto. l. cuius bonis. §.

fi. ff. de

fin ff.de cura.fur.l.ij.verſi.nouiſſimè.ff. de cura.fur. & quia exactio & ſolutio particularis non minima incommoda habet: ut Iuriſconſ inquit in l.planè.ff.fami.erciſ. Ideo vbi numerus creditorum magnus eſt,quia etiam difficile poſſunt ad ſingulos actus in vnum conuenire,plerunque vidi creditores priuato cõſilio coire,& in vnum conuenire,tres quatuorve ex eis ſummũ cum pleno mandato ſuper negotio conſtituere. Idq; maximè, vbi non ſuo vitio,ſed fortunæ mercator,idemq; debitor decoxerit,& eſt relatum apud Baldum id ex facto ſeruatum: ut patet conſi.88.ex infelicitate.vol.1.quo in loco apud eum elegan
25 ter quęritur,† ſi hi,qui cõſtituti ſunt procuratores, iidemq; creditores ſint & nõ proprio,nec alieno nomine expreſſo,ſed ſimpliciter decoctori liberationem fecerint,num & proprio & procuratorio nomine liberationem feciſſe cenſeantur? & licet nõ deeſſent, qui dicerent interpretandam liberationem eius tantum factam,quod nomine proprio gerere potuiſſent.l. ſi ita ſtipulatus.§.Gryſogonus.ff.de ver.obli. Placet tamen Baldo vtro que nomine factam cenſeri. Mouet eum; quia in liberatione proponebatur verba hæc adiecta eſſe,integrè abſoluerunt. Inte grum autẽ illud eſt,cui nulla pars deeſt l.ſi quando. C.de bonis vac.lib.10.Item quod æquum quis in propria perſona ſtatuerit, & in aliena æquum fuiſſe ſenſerit,& ꝯ l.cum in eo. ff. de pactis. conſiderat etiam verba Cyn.in l.ſi vnus.in §.fi.ff.de pact.& addit l.2.ff.de ſtipul.ſer.& gl.ff.de procur.l.quacunque ratione.ſuper verſi.procurator.l.Lucius ff.de inſti.& l.1.C. de preci.impe. offe.quę ſententia Baldi non eſt ſine ratione,& habet æquitatẽ. Probarique poteſt ex eo,quod dicitur, vbi alicui commune negotium eſt mãdatum,in dubio illud communi nomine geſtũ & executum præſumi,mandantis ſcilicet,& mãdatarii.l. planè. ff.fami.erciſc.l.2.in verſiculo,tua & mea.ff.mandati.l licet. §.ca obligatio.ff.de procur.l.ſtipulatio.§.fi.& l.ædibus ff.de noui oper.nuntia.quæ iura ad hoc citarunt Romanus & Benedictus de plumb.in l.poſt dotem.ff.ſolut.matrimon. vt refert Iaſon in d.l.ſub nume.48.Confirmabis etiam ex his, quæ ſcripſit Alexã. in d.l.poſt dotem.nu.14.in illa quæſtio. An quis proprio & procuratorio nomine negotium geſſiſſe cenſeatur, & ſcribit Bart. in l.qui mihi donatum.ff.de donationibus, & latiſſimè omniũ Io.Cro.poſt alios in l.1.§.nuntiatio.nu.41.& ſequen.ff. de noui oper.nuntiati. cui adde quod ſingulariter notauimus ex relato Baldi conſilio.

Et quoniam creditores vel procuratores electi vel inueſtigãdarum rerum cauſa,vel ne totum perdant,aliiſq; de cauſis de-
26 coctori,† qui aufugit ſecuritatem concedunt, vel à præſide prouinciæ poteſtatem habente ſeu ſummo Pontifice ipſi decoctores impetrant,vt per legum tramites vel oppugnare vel defendere valeant,& ſic vel decoctoribus, vel creditoribus conſulere præter Magal. Tractatum,quem de ſecuritate ſeu ſaluoconductu inſcripſit,inſpice an iuramento ad ſoluendum decoctor ſe aſtrinxerit,propter c.conſtitutus.Iaſ.in l.quoties.C.de precib. Imperator.offeren.Decius in conſi.352.nu.7.vſq; in fine. & Gozad.conſil 32.& Iaſ.conſi.173.col.pen.volum.4.Vbi referendo Alex.in conſi.38.volum.3.ait, conuentiones iuratas ad ſecuritates a principe conceſſas non trahi. & idem probat Mattheus ab Afflict.deci.v.Dominus Rex. & quòd denuntiari officialib. curiæ debeat,ſcribit Alex in conſi.205.volum.2.nu.2. verſi. & hoc præſertim,& plenè Gozad.in conſil.61.nu.9.& ſeq. Prima facie &c.& an ad res referatur,Deci. ſcribit conſil. 51. & pro tenui,& de eo,qui ſecuritatem fregit, & abuſus eſt, quisve poſſit concedere,tractat Nicolaus Boer.deci.179.Et denique de ſecuritate decoctori conceſſa,vide quæ ſcripſit Bald.in conſil.400. quod Iacobus.volum. 1.vbi multis modis oppugnat, ex quo reſponſo formam rectè concipiendi ſecuritatem colliges, & de ſecuritate ſimiliter decoctori conceſſa idem Baldus ſcripſit in conſi.431.quæ ad tractatum Magalo. poteris addere.

Sciendum & illud eſt,plerũque arbitrium in decoctione alicuius prætorem dare debere, cuius interuentu contribuantur res.l.illud.ff.de tributo.vbi ſingularis lex,& hic arbiter poſtulãtibus creditoribus dandus eſt,qui de modo contributionis cognoſcet ſeu diſponet:hic enim inter creditores rationes,& calculum conficet, atque conſolidabit, & pro rata eius quod cuique debetur,tribuet,ſecundũ ea, quæ in vltima parte dicemus.

Denique laudandi ſunt populi,qui cum videant hodie mercaturam frequẽtari,& decoctorum copiam quotidie increbreſcere,ſibi ius proprium ciuitatis in decoctionibus cõſtituerũt,
27 † prout Mediolanenſes & Florentini inter alios conſtituerũt. Sed quantum intelligo,non ita clarè, ut negotium exigit. Et hæc quo ad primam particulam rubricæ attigiſſe ſufficiat, prætermiſſis vulgaribus,& his quę omnibus debitoribus ſunt communia.

Secunda Pars
VLTIMÆ PARTIS.
ARGVMENTVM.

Quomodo procedendum,animaduertendumq; ſit in illos, qui decoctoribus conſilium, auxilium, opemve dederint, ſeu quouis modo fauerint.

SVMMARIVM.

1 *Baldi laudes.*
2 *Conſilium ad malum an præſumatur datum ex colloquio.*
3 *Declaratio ad ea,quæ ſcripſit Bar.in l.ſi ventri.m §.eorum.ff.de priuil.cre. & ſequen.*
4 *Conſulere dicitur,qui verbo ſuadet,& opem præſtare,qui delinquentia adminiſtrat,& de conſilio,relatiuè.*
5 *Conſulens maleficium alicui, qui aliàs eſſet facturus, num in aliquo ſit puniendus.*
6 *Conſulere ad fugam,an ſit conſulere ad maleficium,& vtrum fugere,ſit maleficium.*
7 *Opem ad maleficium ignarus,& inſcius maleficij præſtitiſſe dici non põt.*
8 *Inquiſitio contra opem præſtantem maleficio quomodo concipienda ſit.*
9 *Opem præſtitiſſe non dicitur,qui mutuauit equum,vel arma alicui, qui rus dixit ſe iturum,& homicidium commiſit,ſi delictum ignorauit,& de ope ac auxilio quædam relatiuè.*
10 *Eximens debitorem è manibus curiæ creditoribus ſatisfacere tenetur.*
11 *Debitorem alicuius faciens fugere ſciens prudensq; quem creditor capiendũ præparauerat,damnum farcire,& debitum ſoluere tenetur.*
12 *Occultans debitorem alicuius, an faciat ſe eiuſdem periculi ſuccedaneum, ſeu conſortem.*
13 *Dormiens non delinquit,niſi præceſſerit culpa.*
14 *Verbum,incontinenti,quomodo intelligatur.*
15 *Regula illa,fruſtra de pœna laborat,qui rem conſecutus eſt,declaratur.*
16 *Genus vbi eſt in obligatione reſpectu ſpecici,tollitur genus ſoluta ſpecie.*
17 *Statutum prohibens receptare fugitiuos,quomodo intelligatur,et quis ſit fugitiuus.*
18 *Codex rationum an debeat appretiari ſecundùm nomina in eis contenta, an materialiter.*
19 *Animus alicuius vbi ad bonum,& malum uerti poteſt, ſecundum qualitatẽ perſonæ iudicandus eſt.*
20 *Statutum de receptante aliquem, quam interpretationem habeat. & numero 26.*
21 *Codices rationum decoctori poſſunt mercatores ijdemq; creditores penes fidam perſonam deponere,& dicuntur quò ad proprietatem ipſorum mercatorum.*
22 *Actus ubi eſt indifferens ad bonum,& malum,& neminem lædit, præſumitur potius bonus,quàm malus.*
23 *Animus occultandi tunc præſumitur,quando ſic occultatur,vt nemini pateat.Secus ſi pateat bono viro.*
24 *Officium magnum,& elegans virtutis eſt præconium.*
25 *Indicare ac prodere an quis teneatur exiſtente in procinctu fugæ.*
26 *Receptator quis dicatur,& quæ requirantur in receptatione.*
27 *Fraudem,pro pœna veteres accipiebant,et quare.*
28 *Debitorem latitantem exhibere quiſquam non cogitur.Et ſi retinuerit in domo propria ſeu receptauerit quis,qua actione conueniri poſſit.*
29 *Ratione partis totum cuſtodiri poteſt.*
30 *Rationes etiam cancellatæ communes ſunt.*
31 *Simulantes,& fingentes ſe creditores eſſe, cum non ſint decoctoris, aliqua de cauſa crimen falſi non euitant,& ſi quid acceperint,furtum faciunt.*
32 *Cedentes iura debiti ſoluti extraneo, vt contra creditores bona decoctoris defendant,falſi crimen non euitant.*
33 *Creditor ſi inito conſilio cum decoctore obligationis diẽ immutauerit in fraudem aliorum creditorum,pœna falſi coercetur.*
34 *Proxenetę vel alij ſcientes aliquem facultatibus labi lucri cauſa alicui affirmantes illum idoneum eſſe de dolo actione tenentur: contra verò, ſi non lucri cauſa.*
35 *Creditor alicuius mercatoris quem nouit iamiam decocturum, ſi alij idoneum eſſe falsò affirmauerit, ut pecunia ſibi crederetur, ex qua ſibi poſteà ſatisfieri procurauit, actione de dolo ab eo qui credidit, conueniri poteſt.*

1 
Irca propoſitam rub.partem † Bal.in iure ciuili, & pontificio ſing.memoriæ,ſummæq; ſcientię vir,& qui facilè præter dicendi elegantiam, veteribus Iuriſconſultis (ni fallor) comparandus eſt,& qui ingenii qualitate, & fiducia doctrinæ, & qui præ cæteris ſapiẽtiæ operam dederat plurima innouare inſtituit, ut de Labeone Pomponius inquit in l.2.ff.de orig.iur.in conſ.382.vol.5.in q.Milani nonnulla, quæ valde ad rem pertinent,eleganter tractauit,adeò, ꝙ vtile,& neceſſarium nobis viſum eſt. Bal.ad verbum referre,& in ſingulis quæ-

Source : BIU Cujas

quæstionib. quid sentiamus subiicere. Hauriemus enim ex eius fonte,prout in 3.parte facimus,iudicio,arbitrioq; nostro quantum quoquo modo videbitur.Scribit igitur Bald. in verba infrascripta.

IN CHRISTI NOMINE Amen.In quæstione Milani, qui dicitur dedisse consilium,V.in fuga.& fallimento d.V.mercatoris falliti,& fugitiui ciuitatis Mediolani in prejudicium nonnullorum creditorum mercatorum.In primis si quidem videdum est de iure communi,vtrum ex eo, ꝙ d. V. erat amicus d. Milani, & habito ante paucos dies cū ipso Milano colloquio, & patefacto secreto fugæ,postea aufugit,& fugam arripuit,portatis postea in domo M.codicibus rationum,& cum equis, & famulo d.M. præsumantur M. ei dedisse consilium fraudulentum ad necem creditorum,quinimmo etiā opem, & auxiliū. Et an d.M propterea obligetur, & maximè considerata forma ordinamentorum mercantiæ ciuitatis Milani,vbi præmissa ꝑpetrata dicuntur. An verò non teneatur in aliquo : & maximè cum d.V.cum fidantia postea sit reuersus, & voluerit vsque ad interulam dare,& de residuo componere,& si teneretur in aliquo,in quo,& in quantum.In Dei nomine consuletur quid iuris,cum dictus M.dicit se nullum consilium prestitisse ad fugā, nec ad aliquod malum,vel damnū creditorum, sed potius ad bonum,& bono animo,sicut per confessionem d.Milani appa ret.In Dei igitur nomine super prædictis & quolibet prædictorum reddatur consilium rationibus fulcitum,præsuppositō, ꝙ d.V.aliàs erat facturus & obstinatus ad fugam,etiam si S.Francisc us ei persuasisset contrarium, quia nolebat mori in carcere, & eligibilius sibi putabat fugere,quàm mori, licèt esset inhonestius,sicut etiam ipso facto dedit intelligere.

† Et primo videndum est, vtrum ex colloquio præsumatur consilium datum ad malum?& videtur quòd sic:quia cuius finis est malus,præordinario præsumitur dolosa. C. de adult.l.si hi,qui.Item finis demonstrat principium.C.de inst.& subst.l. reprehendenda.Item ad hoc facit Bar.ff.de priuil.credit.l. si vētri. §.eorum.cuius verba adsunt,ut infra.Quidam accusatur de cōsilio præstito ad homicidium,& de homicidio probatur. Item ꝙ ille fuit,& occidit,sed nescitur quid dixerit ei, certè ex breuitate spatii præsumitur consilium dedisse.Bar.in contrarium videtur,quia non constat de consilio. Porrò aliud est consilium, aliud colloquium.At colloquium potest esse bonum, & malū C.de inoffi.test.l.omnimodo.ff.pro socio.l.meritò.

†Item non probat hoc esse,quod ab hoc cōtingi abesse,fre-
3 quenter,& facile.C.de proba.l.neque natales.C. vnde legi.l. nō hoc.Non obstet dictum Bar.quia nō debet ita indiscretè intelligi,sed eo casu quādo præcesserunt causæ,& indicia odii,aliàs diceretur falsum.Item ex amicitia prēsumitur quis dare amico bonum consilium,quia amicus amico vult bonum:vt no.de fideic.li.l.in testamento.Sed consilium fugæ non est bonum cōsilium,sed ignominiosum,& infame, fama autem omni lucro præferenda est.ff.si quis om.eau.testa.l.Iulianus. Vnde Apostolus,Expedit mihi magis mori,quàm ut gloriam meā quis euacuet.(Nam bene pro toto fama non venditur auro.) C.de post. l.quisquis.Hactenus Bal.Cuius sententia prima fronte hæsitationem habere videbatur ex his, quæ de fuga facta cum equis, & famulo Milani,ac codicibus rationum in domum eiusdem allatis,postea subiungit,quæ ad consilium præstitum argumēto esse videbantur.Sed hæ præsumptiones,quia uir bonus Milanus existimabatur.& in nobili officio constitutus erat, quia amicus,& creditor erat V.& aliis argumentis delictum excludē tibus(vt puto) tolluntur.Vulgare enim illud est,& verum, præsumptiones præsumptionibus elidi.lege diuus. ff. de restitu. in integr.& scribit Romanus in cōsilio 60.uisis.& plena sunt omnia iuris volumine.Et his addes consi.Bal.relati à Dec.in regu. consilii.ff.de reg.iur.& in c.1.extra de offi.deleg.nu.21.vers.postrem.in quibus locis citat eundem Bal.in l.1.C.de ser.fug. in 4.
4 oppo.† Vbi ait,illum dici cōsulere,qui verbo suadet, & qui delinquenti administrat,dicitur opem præstare.Addit Dec.ad iuris articulum,quando quis dicatur consilium præstare, Bart.in l.non solum.in §.si mandato.in fi.ff.de In iur.Ange. de Aret. in pract.in ver.mandatorem.in fi.Ang.in consi. 22.pro decisione quæstionis.Veron.in consilio 27.Luc.Pen.in rubri.C. de silen.

Item ex verbis Baldi notandam ualde arbitror interpretationem ac declarationem ad id,quod Bart.scripsit in l. si vētri. in §.eorum.ff.de priui.cred.Est enim Bar. sententia recepta, vt complures referendo scribit Mar.in l.statuliber.colum. pen.ff. de q. & maxime Alex.in consi.69.viso fact.nu.5.volum.2.Naturalis enim ratio suadet,& si lege deficeremus, vt intelligatur, quando causæ,& inimicitiarum seu odii argumenta præcesserē,& hanc Baldi declarationem meritò ad cœlum tulit Seuer. in trac.de deb.susp.in x.q.princ.To.16.adde Fel.in ca.afferte.de præsump.nu.13.qui idipsum probat,& citat eundem Bal. in l.1. col.2.de ser.fug.

5 †Scribit deinde Bal.in hæc verba:Secundò videdum est,posito, ꝙ constaret de malo,& prauo consilio: cum tamen dictus V.esset aliàs facturus,num dict.M.veniat in aliquo puniendus?

Et videtur ꝙ sic,quia quando consilium datur ad malum committendum,tenetur ille,qui cōsuluit secuto maleficio, & hoc ex eo tanquam concurrens maleficio,ut no. in regu. nullus ex consilio de reg.iur.lib.6.& ibi do.Dyn.tenet, ꝙ indistinctè puniatur consilium datum ad maleficium, etiā si principalis erat alias facturus.Idem vī tenere gl.in l.non solum.in §. Proculus. & §.si mandato.Sed ꝫ tenet gl.expressissima insti.de oblig.quę ex delic.§.ope.& ff.de verborum signi.l. sæpe. quæ gl. decidunt expresse,ubi principalis erat aliàs facturus.non attento cōsilio, vel contra,consuiens non tenetur:& est ratio, quia principaliter non est secutus consilium,sed sui animi motum. Dicēdum ergo videtur,ꝙ aut principalis habebat propositum faciēdi,sed voluntatem non perduxisset in actum absque consilio, ꝙ tunc teneatur consulens. Aut perduxisset in actum quocunque modo,& tunc non teneatur:quia cum facturus esset, in pleno dolo non potest dici:ꝙ laudando consulens augmentauerit malitiam,quia quod plenum est,adiectione non indiget.& hæc opinio videtur vera de æquitate: quia delinquens istud consilium pro nihilo reputauit,& per consequens non fuit secutus consilium.Ista est ratio.in qua fundatur glo.in d.§.ope.& hoc etiam tenet Pau.de Liaz.in c.1.de pœnis.in cle.& præsertim, quando iudicamus de consilio ex præsumptionibus, quia tunc cautius est agendum,secundùm Inno.qui ita eleganter notat in capitulo quia verisimile.extra de præsump. Hucusque Bal. Cuius sententia declaranda,atque intelligenda est (& si verba forsan nō patiantur) vt qui fraudulentum consilium alicui dederit, qui & absque consilio facturus erat,eadem pœna plectendus non sit,qua delinquens punitur,mitiori autem pœna iudicantis arbitrio consulens maleficium puniendus sit.ca. sicut dignum §. qui verò.de homi l.non solum.§.si mandato.in versi. Attilicinus.ff.de iniur.& vt supra intelligēdum Bal.plenè scripsit Dec. in reg.consilii.ff.de reg.iur.& in c.1.nu.13.de offi. deleg. & a frequentioribus ita receptum esse ait,& eundem Bald.in pluribus locis idem probātem citant,& Alb.nos hoc iure vti, refert scripsisse,in l.ob hæc verba,ff.de his,qui notantur infamia. & hanc sententiam frequentem esse scripsit Alcia.in l.sæpe.in fin ff. de verborum signi.Quod verò relatus Innocent. eleganter ait in capi.quia verisimile.extra de præsump. poteris sexcentis doct. locis probare,ac declarare,vt per Fel.in c.afferte.num.9. & seq. de præsump.

Nunc rerum ad Bal.redeo,qui quærendo ait, sequitur vide-
6 re,an consulere ad fugam,sit consulere ad maleficium.†Hic videndum est,vtrum fugere sit maleficium?Et dico,ꝙ aut fugiēs est seruus,vel seruili macula aspersus,& est maleficium,vt in lege prima. C.de seruis fugitiuis,& lege fi.C.de operis lib. Aut est ingenuus,& tunc aut fugit cum re aliena, & est maleficium ratione rei:quia contrectando facit furtum.Idem si cum re, quæ aliquando fuit aliena, vt cum pecunia sibi deposita ad numerum,licèt ibi proprie non sit furtum,lege ait prætor,§.si debitorem,ff.quæ in fraud.credito. Aut fugit absque rerum alienarū, vel quasi exportatione,& ista fuga non est maleficium, sed est quædam latitatio.ff.quibus ex cau.in posses.eat.l.Fulcinius.§.qd sit autem latitare.Vnde etiam si quis captus fugit,& cōdemnetur,non dicitur condemnatus de maleficio, sed de contumacia,l.j.ff.si quis ius di.non obtemp. Vnde dicunt doctor. ꝙ fuga non imponitur alicui ad maleficium, sed suspicioni, ut notat Cy.in l.1.C.de rap.virgin.& patet in auth.de exhib. reis. §. si vero,& communiter per omnes doctor.in l.admonendi.ff.de iure.Hæc ille.Cuius sententiam probat Seuerinus in d. tracta. de debit.susp.in x.q.& vide,quæ copiosè Nico.Boeri.scripsit q.215. & antequam veniam,& docto.in l.sed eximendi verbum. §. itē si quis.ff.ne quis eum.l.j.ff.de ser.corrup.& his addes,quę statim in subsequenti q.adnotabimus.

7 Ait deinde Bald.sequitur videre de ope,& dico,ꝙ si amicus meus,me inscio,fugit cum equis meis,vel famulo meo, non dicor opem præstare,nam scientia,non ignorantia punitur.C.de inces.nup.l.cum ancillis.C.de tabul.l.generali.li.10.& notatur in l.j.ff.de recep.& C.de seru.fug.l. quicunque.& l.1. & l.2.C.de his,qui latro.& dicit Longobar.ꝙ si quis arma alterius tollere præsumpserit,& cum eis malum fecerit, non sit culpa cuius arma sunt,sed illius,qui cum eis malum fecerit : vt in Longo.de his,qui cum arma alt.dam.fec.c.fi.Sed plus dicitur eod.tit. c.1. si quis alicui arma præstiterit simpliciter,& ille, qui accepit, non imputetur ei culpa,qui præstiterit,sed ei, qui cum eis malum ꝑpetrauerit.Oportet igit ꝙ ad hoc præstet opem,ut in l.2. §. homines coactos.ff.vi bon.rapt.& si quis cultro accepto de taberna lanionis filium interfecit,ipse est parricida,non lanio,vt in l.ij.ff.de orig:iur.Ex his apparet,ꝙ d.M.neque ex consilio,neq; ex ope tenetur:quia neutrum fuit obligatorium, neq; verum, & hoc de iure communi certissimum dico,s. ea quæ proponū tur in suo themate,sic ille.

8 †Vero verius est,quod ait Bald. vnde Mar.in pract.sua crim. in §,constante.nu.64.in materia auxilii præstiti memoria tenēdum ait,ut in instituenda,atq; concipiēda inquisitione dicatur. Exempli loco,Sempronius sciens,prudensq;, nec ignarus opē,

&

Source : BIU Cujas

& auxilium maleficio, & deliquenti præstitit, idq; probari debere, aliàs frustra inquiritur, citat Ang. in §. iubemus. in auth. de ecc. tit. & Bar. in l. omnes. C. de agric. & censi. li. 11. Alex. in addit. ad Bar. in l. is, qui opem. ff. de fur. & adde Io. de Amic. consil. 53. super inquisitione formata. Item adde, quod idem Bald. scribit
9 l. quicunque. nu. 21. C. de ser. fugi. † Si commodaui alicui equũ, vel arma, vel famulum: quia rus se iturum dicebat, cum tamen iturus esset homicidii admittẽdi gratia, me non teneri, quoniã delictum ignoraui. Citat l. apud antiquos. C. de fur. & ff. de pœn. l. Metrodorum. Et postquam de ope, auxilioq; præstito meminimus, placet hic loca subiicere, in quib. materiam copiosè tractatam inuenies. Bar. in l. is, qui opem. ff. de fur. & apud eundem in l. 1. C de ser. fugi. Petr. de Anchar. in consi. 217. Fely. in c. sicut dignum. in 2. & 3. col. de homi. Deci. plenè in c. j. de offi. deleg. Vero in consi. 122. in fi. & latissimè in prac. sua in § constante. à nu. 40. vsque ad nu. 78. & in sing. suis, singu. 400. sæpius. Iason in consilio 137. formata est inquisitio. vol. j. Ioã. de Am. consil. 53. suprà relato, & de eo, qui consuluit, vt peculium intricaret, vel rationes intercideret, vel adulteraret, vel rationes sibi commissas turbaret. vide l. 1. in fi. ff. de ser. corrup.

Planè circa id, quod ait Bald. de consilio ad fugam, in præce-
10 denti q. & nunc de commodatis equis, † Notandum est, non so lum eum, qui è manibus curiæ aliquem exemerit debitorem, creditoribus satisfacere debere, vt scribunt doct. in l. sed si eximendi. & seq. ff. ne quis eum, qui in ius voc. est, vi exi. & Ias. in §.
11 pœnales. nu. 102. instit. de actio. † Verum & ille, qui sciens, prudensq; debitorem fecerit fugere, quem creditores capiendum præparauerant, creditoribus resarcire damnum, & debitum soluere tenetur, ꝙ propter fugam creditores cõsequi nequiuerũt: vt eleganter consulendo sensit Pet. de Ancha. in consil. 340. viso themate. in fi. & citat in argumentum l. fi. C. de ope. lib. C. de asses. l. 3. C. de exact. tribu. l. quoties. & subdit idem sensisse Ray. additq; ff. de eo, per quem fac. erit. l. j. §. j. & idem referendo Ancha. probat Ioan. de Ana. in consi. 55. quia dubia, in fi. citat eundem Ray. & l. si vt certo ff. commo. cum his, quæ Accursi. notauit, & l. si a bonæfidei possessore. versi. si verò custodiendum. ff. de rei vend. & eandem sententiam probat Ias. in l. j. §. quod autem. nu. 8. ff. ne quis eum. Citat Bal. in c. dilectis. in 7. col. de app. adde Mar. sing 137. in iure clarum est. & quæ scripsit Fra. Cur. in repe. l. admonendi. nu. 102. ff. de iure. & vide eleg. text. in l. & eleganter. in §. item Labeo. ff. de dolo. ex quibus ad quæst. Bal. declarationem habes, ꝙ si Milanus scientiam habens creditores V. eum capere procurasse, & præparasse, significasset id eidem V. fugæq; causam dedisset, commodando equos, vt proponit, omnibus creditoribus, qui propter fugam credita consequi nõ potuissent, satisfacere teneretur.

Ait posteà Bal. sequitur videre, an ille, qui scienter occultat
12 debitorem alienum, † faciat se succedaneum, vel consortẽ eiusdem periculi? Videtur quòd sic, vt l. fin. C. de ope. lib. sed dicendum est contrarium; quia iura, quæ hoc disponunt, loquuntur in casibus specialibus, & ibi est vnus casus specialis. Alius est in debitore tributorum: vt C. de exac. tribu. l. quoties. Alius est, qñ quis debitorem vi eximit. ff. ne quis eum. l. penult. Quintus est, quando quis impedit reum vel actorem venire ad iudicium, vnde currit præscriptio contra creditorem: vt ff. de eo per quem fac. erit. l. fin. Cum igitur in his casibus sit speciale, & specialiter prouisum, sequitur, quòd in contrarium est ius commune, vt ff. de legi. l. ius singulare. & hoc tenet Innocẽ. scilicet, quòd illa edicta non habeant locum extra suos casus, extrà de offi. dele. c. pastoralis. in fi. & aliquid tangit eo. tit. c. j. hæc Bal.

Baldi sententiam probat, & commendat Seueri. in tract. de deb. susp. quæst. x. To. 16. & refert Bal. Marsi sing. 42. debitor fugitiuus. Addo idem sensisse eundem Bald. in l. fi. C. de oper. lib. Verum non est omittendum non deesse, qui contra Bald. sen-
18 tiant: Nam Rayn. & Salycet. in eadem lege fin. sunt in diuersa opinione. Mouet Salyc. optima idem ratio, & est talis, licèt ex titulo ne quis eum, vis requiratur, hic tamẽ, qui debitorem occultauit, conueniri potest ex titulo seu interdicto. ff. de eo, per quem factum erit: vt in l. j. §. j. eodem titulo, quod etiam sine vi locum habet, nec quidem superuacuum est: ut in rubri. Accur. & Paul. notant. Adde prædictis Ias. on. in l. j. §. quod prætor, numero septimo, ff. ne quis eum, qui Rapha. Fulg. citat in rubrica proximè relata scripsisse se putare, si propter huiusmodi occultationem, creditores eorum credita perdiderint contra occultantes actiones de dolo consulendum esse, argum. l. eleganter, in §. fi. ff. de dolo.

Idem probat Ias. on, instituti. de act. § pœnales, numero 103. & hanc sententiam contra Baldum probat argumẽto eius, qđ paulo superius retulimus, si quis causam dederit fugæ debitoris adeo vt creditores credita cõsequi nequiuerint, præstare teneatur, & meo quidem iudicio eadem ratio suadet, idem iuris esse in hoc casu, quod in illo. Quam sententiam comprobabis ex his, quæ infra dicemus ver. post hæc Bald. & illinc assumes, quæ ad hunc locum attinent.

Subiungit deinde Bal. Modò veniamus ad statutum mercatorum, & præmitto, ꝙ ex receptatione valisiarum nihil potest imputari M. quia nec vidit, nec consensit.

13 † Item dormiens non delinquit, nisi præcessisset causa, quare debuisset vigilare. ff. ad l. Aquiliam, l. si seruus seruum, § si fornacarius, & si dicatur, quòd fuit in posteriori culpa, retinendo codices rationum ex certa scientia, nam illico debuit restituere, vt ff. de adulteriis, lege si adulterium cum incestu. §. incestum
14 autem. C. de incest. nup. l. cum ancillis. † Respondeo incontinẽti dicitur factum, quod est factum, intra triduum. l. 3. C. de erro. aduo. aliàs quod est ad cautelam sui factum, modico tempore interiecto, vt ff. de vsu. l. sciendum. Præterea, ex quo creditores habuerunt & acceptauerunt libros & codices rationũ, & si Magister incidisset in aliquã pœnam legis, vel statuti, quia frustra de pœna laborat, qui rem consecutus est: ut in l. 2. post prin. ff. si
15 quis cau. † Præsertim, quia ista obligatio, quę descendit ex decreto Mercatorum, est obligatio prætoria, & per consequens arbitraria, in qua prædicta regula est verissima. ff. de publi. l. hoc edicto. ff. quod met. cau. l. si cum excep. §. satis dementer. & quid sit ius prætorium apparet: quia descendit ex iurisdictio. ne consulum, qui sunt prætores, sicut ędiles curules l. j. ff. de offi. conſ. Vel saltim instar prætoriarum inuentæ, ex quibus oritur actio in fa
16 ctum. † Præterea, quãdo genus est in obligatione respectu speciei tollitur genus soluta specie. ff. de pig. l. si fundus. §. si pluris, & ff. de dol. excepr. l. fideiussor. ff. de leg 1. l. si fundum per fideicõmissum. ff. de petit. hæred. l. Item ueniunt. §. idem rectè. Sed quia fortè in hoc aliqui contradicerent, cum ista actio sit pœnalis à principio. Vel fortè dicerent, quòd hæc pœna esset applicanda fisco, ideo ad huius dubii remotionem venio ad intellectum statuti. verba autem sunt, vt infrà, Item quòd aliquis de ciuitate
17 vel comitatu † vel aliunde non audeat, vel præsumat tales fugitiuos, nec patres filios masculos fratrum sorores, nec ascendentes eorum, nec descendentes maiores: vt præcedentibus statutis continetur, albergare, nec recept ire, in persona, nec in reb. nec in domibus suis, nec aliis, nec dare eis, nec alicui eorum in perso na, nec in rebus, consilium, auxilium, nec fauorem, nec allegare, nec aduocare pro eis, & qui contrafecerit puniatur in libris ducentis tertialorum pro qualibet vice, & nihilominus talis receptator & contrafactor teneatur ad restitutionem pretii, & rerum receptarum in duplum. Et prædicti potestas, iudices & consules iustitiæ mercatorũ multare possint, & debeant sub prædicta pœna librarum tertialorum sui salarii inquirere de p̃dictis, vt supra, & processum facere, ipsis scientibus ipsos esse fugitiuos. Relatis verbis statuti subsequitur opinio Baldi, & primò videndum est, quia statutum dicit, fugitiuos receptare. Est autem fugitiuus is, qui in actu fugæ deprehenditur, ita ꝙ saltem vnum pedẽ mouerit. ff. de ędi. edi. l. quid sit fugitiuus. in gl. ita tamen. Ille autem, qui nõ peruenit aliquo modo ad principium facti, licèt ad consilium fugæ mente peruenerit, non est fugitiuus, quia statutum debet intelligi de actu saltem inchoato: vt in l. cędere. §. subsecare ff. arb. fur. cæs. & ff. de verb. signi. l. fugitiuus. Oportet igitur in primis apparere de actu vel de principio fugæ tempore receptationis personæ, vel rerum. Hæc Baldo nostro placuerunt.

Nos verò, quia aptiori loco, scilicet, in vltima parte prin. tractat. de obligationibus, quæ ex decretis mercatorum descẽdũt, disputabimus, prætermissis aliis circa interpretationem verbi, quid sit fugitiuus, Bald. sententiam probamus, quam receptam a frequentioribus putamus. de quo Seuer. in tractat. de debit. susp. q. j. & videbis, quæ copiosè scripsit Nicol. Boe. q. 215. & antequam veniam. nu. 2. qui complures alios iuris auctores citat, & maximè Soci. in consi. 99. nu. 1. & 2. circa primum &c. vol. 4. & in seq. consi. & addimus Asten. in vol. de cõsti. & deci. in ver. fuga. quibus in locis fugitiuus plenè describitur.

18 † Subiungit Bal. sed hic quæritur, cùm statutum dicat, quòd teneatur ad restitutionem pretii, nunquid codices rationũ debeant appretiari secundùm nomina contenta in codicibus, an materialiter? & videtur, ꝙ quantũ codex chartarum vendi posset, non quantum nomina, quia illud consistit in fictione iuris, vt ff. de proba. l. qui chirographum sed statuta maximè pœnalia, & exorbitantia a iure communi, vel ius nouum disponentia, non recipiunt fictionem, vt nota. in l. 3. in §. hæc verba. ff. de nego. gest. in gl. communi, & vulgari, quæ ab omnibus approbatur. In contrarium videtur, quod significatiuè, id est, secundùm nomina contenta in codicibus, vt ff. de leg j. seruum filii. §. eum, qui chirographum. Nam verba statuti referẽda sunt ad effectum, effectus autem chirographi consistit in nominibus, vt de pact. l. j. Ipsa enim Papyrus per se parum valet, & sic esset parua pœna tanto delicto, & pro hoc. ff. de furt. l. qui tabulas. & ff. ad legem Aqui. l. in lege Aquilia si deletum. Ex quò sequitur, quòd teneatur quanti nomen vendi potest, dummodo probetur, quòd dolo, & ex certa scientia sciens quantitatem chirographorum receptauerit animo intercipiendi, & non animo
19 creditoribus resignandi, & interim conseruandi, †, & cum ad vtrunque animum possit interpretatio conuerti secundum qualitatem personæ iudicandus est animus. ff. de relig. & sump. fun.

l. atti

l.atſi quis.§.interdum.& §.ſequ.& ſi quid commodi eſſet ad eũ peruenturum,præſumeretur malus animus,aliàs ſecus, vt ff.de
20 dol.l.quòd ſi cum ſcires.†Præterea,dictum ſtatutum debet intelligi de receptante,qui præſtat auxilium,conſilium,vel fauorem ipſo facto receptionis; quia illa clauſula de auxilio,& fauore,quæ ſequitur,declarat qualitatem præcedentium.ff.de vino, triti.leg.l.fi.§.cui dulcia.tamen hoc vltimum nõ pono pro certo,ſed relinquo ſub dubio.Credo tamen, quòd intelligatur de receptatione odioſa, ideſt, quæ eſſe poſſit fraudi creditorum, non de ea,quæ ſit bona gratia,nec Codices rationum creditoribus ſubtrahantur:quia iſte habet cogitationem negotii gerẽ di creditoribus,ne aliquo caſu,qui poſſet cõtingere eis, valeat ſubtractis inſtrumentis,ſiue codicibus rationum cauſa deperire,hoc autem præſumendum erit ex qualitate perſonarum, ac
21 etiam ex iuramento recipientis.†Quinimmo cum & ipſi mercatores poſſint codices deponere apud aliquã fidam perſonã, & talis depoſitarius in nullo peccet,vt de eden.l.quædam.§.his autem.& ff.famil.erciſ.l.ſi quæ.& ff.de pœ.l.ſi quis aliquid.§. inſtrumenta.vbi eſt expreſſum.Sunt enim ipſi codices quò ad ꝓprietatem ipſorum mercatorum, & licet euadant uias ſuas per dolum, tamen in deponendo apud fidam perſonam non interuenit dolus.

22 †Item,vbi actus eſt indifferens ad bonum,& malum,& aliũ non lædit,præſumitur potius bonus,quàm malus.Sed eſt actus indifferens iſta depoſitio:& inquantum depoſitio neminem lędit.immo patrocinator,argu.quod vi,aut clam.l.ſi alius.§. belliſſime.cum.§.ſeq.niſi expreſſe probaretur, quòd libri ideo celati ſunt,vt veritas occultetur, vel non de facili pateat: vt notat Bar.ff.de tab.exhib.l.locum.§.ſi quis dolo.

23 †Vbi ipſe dicit, quòd tunc præſumitur animus occultandi, quãdo ſic occultatur,quòd nemini pateat.Secus ergo, ſi pateat bono viro,qui veriſimiliter ſit creditoribus denuntiaturus, ſicut iſte fecit, quem bonum virum eſſe rerum experientia docuit,& incorrupta fides,& ſupremum officium theſaurariæ ſibi creditæ ab illuſtri domino noſtro,ſicut cuique alii,quem dominus noſter elegerit.Hæc enim,niſi per virtutem non contin
24 gunt.†Denique omne magnum, & elegãs officium virtutis eſt præconium,vt l.fi.C.de condi.in pub.hor.lib.10. Hacte. Bal.in ſupraſcripta verba,qui adeò doctè, ſubtiliter, & eleganter diſſeruit,vt neceſſaria additione nõ egeat,ſolum quò ad id, quod de codice dixit,dupliciter ſummi poſſe,addo in ſimili Pau.Ca. in conſilio 285.viſis.parte prima,qui de vulgari verbo, banco, idem ait.

25 †Poſt hæc Bal.inquit,ſubſequenter eſt videndum,vtrum M. debuerit indicare,& prodere eum,qui erat in procinctu fugæ? Et dicendum eſt, ꝙ non teneatur indicare, nec prodere ſecretum,vt legitur,& notatur in l.idem & §.ſi tibi indiciũ.ff.de condi.ob turp.cau.Nam turpiter facere, ex quo fidem dedit de ſecreto tenendo,quia fides etiam hoſtibus ſeruanda eſt. Idem ſi non dediſſet fidem:tamen non teneretur indicare,quia nõ ſpectat hoc ad officium ſuum,ut extra de teſta.cog.c. dilectorum, & patet c.nerui teſticulorum. Leuiathan.13. diſt. & plenè notatur per Innocent.extra de homi.ca.ad audientiam. Vbi etiam plenè tractat de materia conſilij. Præterea receptator ſecundum etymologiam vocabuli non eſt aliud,quàm rei acceptor.

26 †Iſte autem M.a fugitiuo nihil acceptauit;quia penitus ignorauit.Et licet familia per prius receptauerit per imprudẽtiam, quinimmò & ſi per dolum,non præiudicat M. vt extra de reſti. ſpol.c.cum ad ſedem,quia familia non erit ad hoc deputata, ut ff.de publ.l.j.§.familiæ,& ibi per Bar. Et ideo ſtatutum de receptatione rerum non habet locum; quia in receptatione tria requiruntur,ſcilicet deferens,actus delationis,& res receptata, ut not.ff.de verborum ſignific.l.Marcellus.Porrò iſte M. non recepit ab aliquo,ſed in domo reperit,argumen.ff.de fur. l. ſi quis
27 ex domo.Non enim erat præſens,nec ſciens,argumen. ff.nau. cau.ſtab.l.1.in prin.Nam ſic interuenire, potius eſt caſus fortuitus,quàm factum hominis.Quia igitur in M.nulla deprehendi tur culpa,ergo nec pœna.†Veteres denique fraudem pro pœna accipiebant: vt ff.de ædili.edic.l.cum autem.§. excipitur. Et eſt ratio; quia qualitas delicti denominatur à genere pœnæ, & econuerſo genus,vt ibi patet.Accedat ergo regula communis, quòd vbi nulla deprehenditur culpa, ibi nulla deprehenditur pœna:vt ff.de fideicomm.liber.l.ſed & ſi non data.§.fina. & facit.ff.ad legem Aquil.l.qui occidit.in fi.& ff.de ſeru. fugi.l.1.§. 1.& ſeq.nec præſumitur habere animum receptandi ille,qui in paucos dies receptauit: vt patet in dicta l.1.§.his autem. & §.fin. Hucuſque Bald.

Benuenutus autem quantum ad rem pertinet,illud primum huic rei adiiciendum putat,in illoque iuris articulo,an M. creditoribus tam iam V.fugiturum indicare teneretur, ſentẽtiam Bal.declarandam,& intelligendam,ſecundum ea, quæ eadem parte in ver.planè nu.10.retulimus.Deinde illud frequentatiſſimum,quod ad receptationem debitoris attinet, non eſt hic pẽtereundum,eſt enim ſciendum ex interdicto de liber.ho. exhi.
28 †Creditores agere nõ poſſe,vt debitor, qui forte in domũ alicuius aufugit,exhibeatur: nec enim debitorem latitantem exhibere quiſquam cogitur. Sed in bona eius ex edicto prætoris fit miſſio.l.ſi.§.fi.ff.de libe.ho.exhi.qua l.motus Io. de Pla. relatus à Iaſ.in §.præterea.nu.50.inſtitu.de actio. ait. licet mercatorem decoctum in domo propria receptare:non poſſum tamen conueniri,vt exhibeam,aliàs ad id,quod intereſt,teneat,& ſubdit Iaſ.proximè ad relatam q.accedere, quod ſcripſit Bal.in tit. ſi de feu.fue.contr.inter do.& agn.in capit.in generali.ait enim in verba infraſcripta.

Extra quæro,quidam detinet debitorem meum,ex hoc non poteſt mihi ſatisfacere; quia ex operibus ſuis poſſet acquirere, & mihi ſoluere,nunquid poſſum repetere ab eo iſtum meum debitorem? Dicit Innoc.quòd non, niſi habeam in eo ius reale,ſicut habeo in vaſallo,& aſcriptio,& in omnibus,qui tenentur ad munera.Ita no.Inn.extra de appel.ca.dilecti. vbi videas, vt C.de ope.lib.l.fin. Eſt tamen aliud remedium, ſcilicet quòd agam actione iniuriarum contra eum,vel de dolo,ſi ſciens detinet eum in præiudicium meum,ut ff.de dolo.l.cum quis.ſecũdum Innoc.illud etiam conſtat,quòd poſſum agere interdicto de li.homi.exh.in quo aliis præferor propter ſingulare intereſſe.ff.de proc.l.licet in popularibus.Hæc ille. Sed & addes,quòd ſententia Io.de Pla.& Iaſ.probat Marſ.in ſing.ſuis,ſing.366. aliqua tibi dixi.& ſubdit ex his colligi titulum de receptatoribus, in ciuilibus locum non habere. Item addes Pet. Gerar.in ſing. ſuis,ſingu.17.diligen.referendo ad verbum Ioan. de Pla.Iaſ.& Bal.in citatis locis duo eleganter notaſſe. Alterum eſt Bal.male ſenſiſſe in eo quod ait, interdictum de libero homine exhibendo competere,cum ſic caſus in contrarium,in d.l.ſi.Et verum eſt,quod ait Pet.(vt diximus) alterum ſe putare ait, ſi debitor habeat bona,quibus creditoribus ſatis fieri poſſit, actione iniuriarum,aut de dolo contra detinentem debitorem agi nõ poſſe.Idque ex eo,quoniam creditoribus ex edicto prætoris cõſultum eſt:iubet enim prętor in bona eius creditores immitti, mouetque cum citata l.fin. in fi. Verum ſi bona debitoris non ſufficerent,de dolo,vel iniuriarum actione agi poſſe nõ negat. Cuius ſententiam probat Nicol.Boe.deciſ.174. & videtur &c. num.3.& ego etiam non improbo,nec arbitror id Innocẽ. negaſſe.Quinimmo idem forſan ſenſiſſe,verba enim innuũt. Accedat,quod no.Accurſ.in eadem l.cum quis. in uerſiculo damni. Edictum de dolo malo,locum non habere, cum quis actionem aliam habet,qua conſequi poſſit,quod ſua intereſt,quatenus ergo ſoluendo non ſit debitor, & bona non habeat: quia nullam videtur actionem is habere,cui propter inopiam debitoris inanis eſt, de dolo malo actio dabitur.l.1.§.fi. cum multis legibus ſeq.ff.de dolo ma.

Sequitur Bald. vlterius ad lucidationem veritatis, & ad obſtruendum ora loquentium cõtra iuſtitiam & veritatem, licèt nemini poſſit claudi os,quia (vt ſapiens ait) Non eſt arbitrii noſtri quid quiſque loquatur. Tamen veritas omnia vincit,& obloquentibus ſilentium imponit,ſciendum eſt in facto, & deinde concludendum in iure non perſuaſiue, ſed demonſtratiuè ad oculum,quod de receptatione librorum nil poteſt impingi Milano,& hoc ſic demonſtratur,in dictis codicibus rationum erant multæ rationes,& magnarum quantitatum accepti & ſoluti calculati inter dictum Milanum, & dictum V. Vnde non poteſt negari,quin dictæ rationes eſſent communes,vt ff. de eden.l.1.§.rationes,& l.ſi quis ex argentariis,§. pertinere, & plenè notatur in §.editiones.& C.eod.l.j.& l.fi.& occaſione rationum prædictarum etiam ipſe codex erat communis, nec poterat per quinternos diſſolui,& diſſigillari, & pro parte cuſtodiri, & pro parte non. Vnde quo ad hoc corpus iſtud erat indiuiſibile,& maximè quia initium rationum,quod in codice continetur,omnibus commune extitit:vt ff. de eden.l. ſi quis ex argen-
29 tariis,§. ſi initium tabularum,& ratione † partis totum cuſtodiri poteſt.ff.commu.diuid.l.Sabinus.non dico totum contrectari.ff.pro ſoc.l.merito.& de acquiren.hæred.l.duo fratres, & cuſtodia eſt,quid indiuiſibile, vt ff.commo.l. ſi certo §. ſi duobus vehiculum.Et ſi duo ſunt,qui habent codicem communem, licitum eſt & iuſtum cuilibet cuſtodire, & apud ſe in cuſtodiam tenere.donec per ſuperiorem deputetur communis cuſtos. ff. familiæ erciſcun.l.ſi quæ cautiones.ff.de fide inſtrum.l.fin.Nec enim debet quis pati, quòd rationes perueniant ad manus deplorari,qui poſſet eas conturbare,ff.de in rem verſi. l. quidam, ne fortè de facili fierent raſuræ vel cancel.vel ſuperadd.vt ff.de his quæ in teſt.del.l.1.ff.de fal.l.j.§.qui rationibus. C. de teſta.l. ſi vnus.Et ideo oportet ſcripturam eſſe ſub fida cuſtodia:extra de præſcrip.c.ad audientiam,Cum igitur iſti codices ſint communes,& M.interſit,& cum ipſa ſit fida perſona,& magiſter intratarum Domini, indubitanter potuit recipere libros ad ſe pertinentes & ipſos diligenter cuſtodire. Nã & ſi ſunt Domini eiuſdem caſtri.& vnus recedit,alter cuſtodire poteſt,ut ff.de fun.inſtru.l.ſi ita.§.mulier villæ cuſtos. Nemo enim tenetur ius ſuum negligere,vt ff.de petit.hæredi.l.illud. & quod ſibi offertur,non debet refutare,vt ff.de legat.3.l.3.§.ſi rem. & ſi media nocte offeratur,vt ff.de feriis.l.more Romano,& C. de tranſa.l. nõ mi-

norem.

Source : BIU Cujas

norem. Dicet aliquis, Rationes istæ multiplices erant cancellatæ, ergo codex non erat communis.

30 †Respondeo, ista ratio falsa est; quia rationes etiam cancellatę, communes sunt; quia per eas probatur debitum hinc inde processisse, vnde interest vtriusque partis eas apparere: text. est notabilis in l. fullo. §. fi. ff. de fur. facit C. de cond. sine cau. l. dissolutæ. C. de fide instru. l. si plures apochis. in auth. de mand. princ. §. publicorum. C. de apo. pub. l. j. C. de discu. l. ne casu. libro 10. Et ista est veritas. Quòd autem codices rationum fuerint bene custoditi, ex ipsorum prima lectione apparet, quæ prima figura est fine omni suspicione, vt C. de edict. diui Adria. toll. l. fi. Nam facies scripturæ oculata fide ostendit legalitatem, quod patet expresse, non est probare necesse, vt C. de fide instru. l. comparationes. & ff. fin. reg. l. si per irruptionem. §. ad officium. & relinquere sensum, & ire per ratiunculas, est infirmitas intellectu, vt aiunt duo luminaria Philosophiæ, Arist. & Auer. & per hęc clarissimè, & plusquàm clarisi. innocentia Milani apparet, contra mordentes, qui applaudunt quandoque vocibus, sed mordent dentibus curuato aculeo: vt dicit Beatus Hieronymus, sed dicit Decretalis, quòd non est curādum, quod obloquatur iniquus, sed quid sentiant arbiter æquus. Hucusque Bald. qui quasdam aliàs dubitationes subiungit, quas nos hic consulto omittimus cum supra in ea parte, in qua de statutis verba fecimus, breuiter retulerimus, & in hac parte nil addendum iudicauimus. Cum docte quidem & plenè Bal. disseruit, ita vel nil nisi dicendi facũ diam defuisse putem. Solum igitur quædam alia ad hanc partẽ attinentia summatim adnotabimus.

Sciendum est igitur, frequenter euenire, vt secuta alicuius de coctione vel cõsanguinei, vel amici decoctoris in fraudem verorum creditorum se creditores fingant, cum non sint.

31 †Vel si forte aliquando creditores extiterint, & creditum cõ secuti fuerint, adhuc se in numero creditorum adiiciant. Hi. n. in crimen falsi incidunt: vt legitur & notatur in l. si creditor. C. de fals. Et hoc quotidianum in decoctoribus esse scripsit Ang. Aret. in pract. in versi. falsario. versi. quæro, aliquis dictat. Item falsus creditor, hoc est, is qui se simulat creditorem, si quid acceperit, furtum facit. l. falsus. ff. de furt. l. quoniam. ff. de condi. furt. Sunt & alii, qui ex voluntate decoctoris iura debiti soluti extraneo cedunt, vt contra creditores eius bona defendantur, qui &
32 ipsi falsi crimen non euitant, †quod Salic. in ea. l. si creditor, adnotauit. Sed & si quis cum posterior creditor esset, cum decoctore inito consilio, obligationis diem immutauerit, in fraudẽ
33 creditorum pœna falsi coercetur, † nec decoctoris voluntas excusationem præbet. lege repetita. ff. de fide instrument. & notatur in non semel relata l. si creditor. quæ profecto & singularis est, & in decoctionibus memoria tenenda, & vide l. fin. C. de crim. stelf

Illud etiam vsitatissimum, & pulcherrimum genus fraudis tempestate nostra tacendum non est. Solent plerique & præci
34 puè † Proxenetæ scientes aliquem facultatibus labi lucri causa, alicui affirmare idoneum esse. Vnde in hos de dolo malo iudicium dandum est, qui alium lucri causa falsò laudant: cessat autem de dolo actio in eo, qui non lucri causa idoneum aliquẽ affirmat, licet falso. l. eleganter. §. fi. & lib. sequen. ff. de dolo ma.
35 Hoc amplius puto (quod non semel euenit) † si creditor alicuius mercatoris se creditorem dissimulans, alii idoneum esse affirmauerit, vt pecunia mutua daretur, vel merces habita fide de pretio venderentur, cum sciret facultatibus labi, & iamiam decocturum, & ex dictis rebus & pecunia creditis sibi satisfieri procurauerit, hunc qui decipiendi causa laudauit falso, actionem de dolo non euitare. Concedenda etenim est, qui pecuniã credit contra affirmantem. Idque propter dicta iura & l. seruus tuus. ff. eo. quam legem Bal. in hæc verba in summa est interpretatus. Qui fraudulenter exhortatur, actione de dolo tenetur, ẽt mouet me; quia non sola est affirmatio, sed decipiendi animus ex eo deprehenditur, quòd creditam pecuniam receperit. Et adde Accu. in d. l. quod si cum scires. qui citãdo d. l. seruus tuus. idem sensisse videtur. Adde etiam l. ea, quæ §. 1. ff. de contrahẽ. emp. l. in causæ. §. 1. ff. de mino. & quæ scripsit And. Tiraq. in cõ. de vt. re. pag. 771. nu. 49.

ris. & si vsuras recepit, priuilegium perdat, quod fallit in casu l. qui nominib. ff. de admin. tut. & de ratione.

4 *Depositarij in bonis decoctoris simul admittuntur, nec ordo inter eos spectatur, sed satisfieri debet pro rata, temporis prioritate non considerata.*

5 *Venditores mercium an ceteris creditoribus hypothecam habentibus in ipsis mercibus venditis præferantur, vbi quòd non, nisi sibi speciali hypotheca in venditionibus præcauissent.*

6 *Pactum, quòd res vendita sit obligata sufficit, si in eodem instrumento post rei traditionem adijciatur.*

7 *Cautela pro venditore, cum de fide emptoris dubitat, ut in venditione adijciatur rei venditæ, dominiũ non intelligi translatum, quo ad pretium non soluetur.*

8 *Merces venditæ si non extant, quòd in alijs locum earum subrogatis, non censeatur inducta hypotheca.*

9 *Contrahens cum mercatore, non tamen ex eo, quòd mercator sit, tacitam habet hypothecam.*

10 *Mutuans ad merces emendas caret hypotheca, & solum in personalibus habet: priuilegium est enim speciale in pecunia pupillari ad rem emendã quòd hypotheca competat.*

11 *In hypothecarijs creditoribus regula, prior in tempore potior in iure, procedit etiam, si res hypothecata posteriori tradatur.*

12 *Quæstio notabilis in materia hypothecæ circa prioritatem.*

13 *Regula, prior in tempore potior in iure procedit, etiam ratione horæ & ratione ordinis scripturarum, & ad id notabilis declaratio.*

14 *Promittens aliquem indemnem conseruare non sub conditione, sed per modum causæ ad diem obligatus censetur, cum scilicet damnum passus fuerit.*

15 *Obligatio illa dicitur antiquior, cuius dies antecedit, licèt altera ratione horæ alteram præcedat.*

16 *Creditores chirographarii omnes pro rata vocantur in bonis decoctoris temporis diuersitate non considerata, & de ratione.*

17 *Hypothecarij creditores præferuntur, nisi in fraudem hypotheca sit adiecta, vt puta si a fugitiuo, & eo, qui non soluendo est, in debito etiam vero sit addita.*

18 *Dictio, pro rata, quid significet, relatiuè.*

19 *Priuilegia non ex tempore exist. mantur. sed ex causa. Etsi eiusdem tituli fuerint, concurrunt, licet diuersitas temporis in his fuerit.*

20 *Mercator, qui in varijs, & diuersis locis habebat traficum vnum negotiationis, si decoxerit, quòd creditores omnes non sint confundendi, sed separatim in quocunque loco vocandi, in eo tamen quod supereſt alij admittuntur.*

21 *Mercatores, qui duas negociationes exercuit, & separatim habuit creditores, si decoxerit, separatim in qualibet negociatione vocantur creditores.*

22 *Lex procuratoris, in §. si plures, quæ loquitur in tributoria, & seruo, quòd in libero homine locum habeat.*

23 *Priuilegiarij, & hypothecarij creditores in tributum non vocantur.*

24 *Instrumenta negotiationis illius contribui debent, & quomodo, quia plerunque apparatus ex merce sunt.*

25 *Quæstio notabilis ad discernendum, num vna, vel plures sint negociationes.*

26 *Interpretatio ad l. procuratoris. in §. si plures. ff. de tribu.*

27 *Banchum vulgare verbum, quam interpretationem habeat.*

28 *Solutum a decoctore vni ex creditoribus, an possit ab aliis creditoribus reuocari.*

29 *Creditor anterior generalem hypothecam habens, an possit pecuniam solutam, & bona fide consumptam reuocare à creditore posteriori.*

30 *Priuilegiarij creditores habent ius reuocandi pecuniam solutam & bona fide consumptam.*

31 *Hypotheca etiam in pecunia consistit.*

32 *Fortiora sunt iura, quæ nobis facto nostro querimus, quam ea, quæ a lege nobis conceduntur.*

33 *Vigilando quis suam conditionem meliorem non facit in tributoria actione, & idem quod in tributoria est in actionibus, quæ dantur occasione negociationis.*

34 *Creditor a mercatore, qui decoxit, si sibi vult satisfieri, debet præstare cautionem se pro rata refusurum, si alij emerserint creditores, secus in alijs actionibus quæ ratione negociationis non dãtur, satisfieri enim debet his, qui primi veniunt.*

35 *Cautio præstita a creditore in exactione facit, ut uigilando suam conditionẽ meliorem non feciſſe dicatur.*

VLTIMAE PARTIS.

ARGVMENTVM.

Qui potiores in bonis decoctorum habeantur.

SMMMARIVM.

1 *Dominorum & deponentium si extant depositata in decoctionibus primo loco ratio habenda est.*

2 *Interpretatio ad §. quoties. in l. si hominem. ff. depos. & l. si ventri. §. in bonis. ff. de priu. cred.*

3 *Depositarius si dominium transtulit, quo ordine vocetur in bonis decocto-*

POstquam duce Baldo complures iuris articulos disseruimus, & in hac vltima parte ad Iurisconsultissimum Baldum, tanquam ad sacram anchorã confugiemus. Nec enim nobis quærentibus, Dux magis expertus, magisq; valens in proposita quæstione se offert. Igitur nil disperandum duce Baldo, & auspice Baldo. Verùm quia licet docte, non tamen clare, & plenè (ut quotidiana materia expostulat) disseruit, nos vt solemus, apertius, & plenius attingemus, Bald. enim in consilio 400. in libris thesaurariæ, numero 8. lib. 5. & in consi. 432. Casus talis est, lib. 1. disputat, & in l. pro debito, C. de bon. aut. iu. poss. ait in hæc seu similia verba: Mercator labefactata fide decoxit & aufugit, insurgunt deponentes, & petunt depositum. Vendentes instant, & petunt pannos, aut pretia. Hypothecarii se offerunt, & se præferendos

Source : BIU Cujas

rendos aiunt. Vxores verò & Nurus dotium ſuarum cauſa ſe potiores inquiunt, concurrunt & alii pro exortis vſuris. Nonnulli pro furtis & inuaſionibus factis. Denique & alii ſimplices priuilegiarii eorum cauſam meliorem eſſe dicunt. Quęritur igitur, quo ordine ſatisfieri debeat, quorumve cauſa ſit prior. Idē Baldus reſpondit.

1 †Primo loco rationem habēdam dominorum rerum. Verbi gratia deponentis, ſi extat depoſitum, ff. de priui. cred. l. ſi venti. §. in bonis. Sed quia Bald. (vt vides) depoſitariorum cauſam plenius non attigit, ſed primoribus (vt aiunt) labris, placet nobis plenius tractare. Sciendum eſt igitur, duas leges prima fronte contrarias legentibus videri, ſcilicet. §. proximè relatum, †&
2 §. quoties. ſitum in l. ſi hominem. ff depo. Dicitur enim in §. in bonis poſt priuilegia, in bonis menſularii vendendis admitti, q depoſuerunt. At in §. quoties. legitur, quoties foro cedunt numularii, primo loco rationem haberi depoſitariorum, & ante priuilegia. Accurſ. vtrobique ſoluit, verum iudicio meo Paul. Caſtr. in citata l. qui hominem. clarius rem explicat, quem addendo ferè in ſingulo quoque capite referemus. Ait enim, ſi deponens dominium non tranſtulit, quia in ſacculo forſan depoſuit, & in re depoſita, quæ extet, omnibus præferendus eſt deponens, & quidem ante priuilegia realia & perſonalia. Et hoc totum facit dominium, quod eſt penes deponentem, vt aliis præferatur. l. cum fundus. §. ſeruum tuum. verſic. quò ad peculiares. ff. ſi certum peta. l. ſi filiusfami. ff. eod. l. procuratoris. §. ſi plures. verſ. ſed ſi dedi. ff. de tribu. Quibus adde legem, ſi ventri. §. in bonis. ſupra citatam in illis verbis, ſi tamen nūmi extant, vendicari eos poſſe puto à depoſitariis, & futurum eum, qui vendicat
3 ante priuilegia. Si verò dominium depoſitarius tranſtulit, † ēt ſi pecunia reperiatur in bonis decoctoris, idem de ea, quod de aliis bonis eſt iudicandum; quoniam in creditum abiit. dicto §. ſi plures. in ver. ſed ſi dedi. & hoc caſu cum de decoctione perſonali tantum tractandum ſit, ſiquidem deponēs recipiebat cōmodum. vt puta vſuras eius cauſa potior, meliorve aliis creditoribus non eſt, nec hic ſeparandus eſt à cæteris aliis creditoribus, & meritò, aliud eſt enim credere, aliud deponere. dicto §. quoties. & §. in bonis. vbi Ange inſtruit aduocatum, vt diligenter procuret libros mercatoris, eiuſdemque decoctoris inſpiciat, vt ſciat, an vſuras receperit depoſitarius, nec ne. & vide qđ eleganter idem Ange. ſcribit in conſilio 107. Reperitur, in prima dubitatione, ſed & his addes l. Lucius. & l. die ſpōſaliorum. in §. 1. ff. depoſi. & eund. Ang. in l. priui. ff. de priui. credi. verſi. vlti. conclude. qui ait, ſic dictam legem, die ſponſaliorum intelligendam. Videbis etiam Bald. noſtrum in l. ſi. C depo. & Salyce. ibidem in vlti. quæſtione, inquiunt enim, ratione dominii, vbi depoſita reperiuntur, depoſitarios præferendos, ſed ſi depoſita non extant, qnia de perſonali actione tractandū ſolum eſt, depoſitarii cæteris diuerſam actionem ex titulo habentibus præferūtur, niſi ex eis aliquis vſuras acceperit: is enim priuilegium perdit, & ſimilis eſt aliis creditoribus.

Quæ vera ſunt, niſi aliquis ex aliis creditoribus potior ſit in priuilegio, vt in caſibus notatis ab Accurſio in l. ſi hominem, & quod diximus depoſitarios accipiendo vſuras priuilegium perdere, temperandum eſt in caſu l. qui nominibus. ff. de admi. tuto. & ratio temperamenti illa redditur: quoniam in d. l. dupli ci de cauſa priuilegium conceſſum extitit: quia ſcilicet depoſitarius, & quia pupillus. Vnde ſi vna deficiat, depoſiti, ſcilicet alia remanet, quia pupillus. §. affinitatis. inſtit. de nupt. quæ ratio ex mente, & verbis doctorum eſt. Subdit deinde Pau. ſed ſi vſuras deponens non accipiebat, & alii creditores erant, qui hypothecas habebant, & hi ratione iuris realis præferendi ſunt. l. pro curatoris. §. ſi plures. verſi. planè. ff. de trib. l. pro debito. C. de bono. aut. iud. poſſ. Si verò alii creditores non habebant hypothecam, nec priuilegium in perſonalibus actionibus, & depoſitarius præfertur. l. ſi hominem. in §. quoties. in prin. citata. At vbi priuilegium in perſonalibus actionibus habebant, & ſiquidem impenſæ funeris, & hæc cauſa cum bona ſoluendo non ſunt, pcedit. ff. de religio. & ſumpt. fune. lege penultima. Idem in aliis caſibus notatis ab Accur. in dicto §. qui hominem, in verſi. depoſitariorum, vt illi creditores priuilegiarii præferantur, & ita intelligendus eſt in §. in bonis, dum dicitur, depoſitarios poſt priuilegia admitti, & extra illos caſus deponentes admittuntur, ſicque intelligendus eſt. §. quoties, in quo legitur, ante priuilegia habendam rationem eſſe depoſitariorum. Quibus addes Bal. & Salyc. in loco proximè relato, & eundem Bal. in conſilio 382. in quæſtio. Milani num. 17. volum. 5. & Paul. met Caſt. qui idem probauit in conſilio 285. viſis & ponderatis. &c. nume. 4. in prima parte. Denique quantum ad depoſitarios attinet de q-
4 bus proximè diximus, illud quæritur, † vtrum ordo ſpectetur eorum, qui depoſuerunt, an verò ſimul omnium depoſitariorum ratio habeatur? Et conſtat ſimul admittendos, ut Iuriſcō. ait in fin. dicto §. quoties, & vide l. ſequen Satisfieri ergo debet cuilibet pro rata, prioritate temporis non conſiderata, niſi (ut diximus) alter eorum vſuras receperit: is enim habetur ac ſi depoſiti titulum non haberet, ut Salyc. probat, in d. l. ſi. quibus addes Franc. Rip. in dicto §. in bonis, num. 8. Illic enim ita ſcriptū eſt. Nota, quòd concurrentibus pluribus creditorib. hi, qui gratis crediderunt, præferendi ſunt fœneratoribus, etiam anterioribus. Ita hunc tex. notauit Bal. in l. ſi. C. dep. in ſi. quinimmo gratuiti creditores poterant ceſſa ſibi actione hypothecaria contra vſurarios, quorum bona ſunt tacitè hypothecata debitori, pro vſuris extortis, vt notatur per gl. & omnes in ca. cum tu. & in c. tua, de vſu. & per Albe. in l. pro officio. C. de adminiſt. tuto. hypothecaria agere, vel habito prætorio pignore, hæc ille, qui alios citat & quędam addit. Sed quoniam forſan nimis generaliter locutus eſt, relatus enim Bal. loquitur in eo, qui depoſuit, & vſuras recepit, vt priuilegium perdat, vidi aliàs iudicem verbis prædictis motum contra Iudæum (cui permiſſu principis licebat fœnerari) ſententiam dixiſſe, vt Iudæus, qui pecunias ſub vſuris credidiſſet, licet ſibi inſtrumento, & hypotheca cauiſſet, ratio tamen hypothecę, ſeu quòd prior eſſet, non haberetur. Benevenutus autem contra mouit eum. l. Lucius. ff. qui potiores, vbi quòd is potior ſit, non tantum ſortis, ſed vſurarum nomine quæ acceſſerunt, & ſcripſit Neg. in tracta. de pignor. in ſecundo memb. quinta par. num. 14. & iuris priuilegia facilius amittuntur, quàm ea, quæ quis facto ſuo ſibi quæſiuit, vt infra dicemus, nu. 31. & ſeq. dicebamque iuris interpretes, ſecundùm relata loca intelligendos.

5 †Nunc vnde diuerteram ad Bal. redeo. Ait Bald. ſecundo loco habendam rationem eſſe venditorum mercium, ſi merces extant, ideſt, merces ipſe venditoribus reddēdę ſunt, tanquam pro pretio eis ſingulariter obligatæ. Sed ſi quæ amplioris pecuniæ eſſent. id commodo aliorum creditorum cedere. ff. de acti. emp. l. Iulianus. §. offerri. Hæc Bald. cuius ſententia exploſa eſt. Si enim fuit habita fides de pretio, & conſequēter translatum fuit dominium, hypothecarii creditores præterūtur: quoniam in ius creditorum abierunt. l. procuratoris. §. ſi plures. verſic. ſed ſi dedi. ff. de tribu. & ita receptum eſſe patet ex comm. doct. in l. ſi cum dotem. §. fi. ff. ſolu. matrimo. & ex ſcriptis Neg. in tracta. de pig. in 2. memb. 5. par. nume. 13. & Franc. Rip. in l. ſi ventri, in §. in bonis. num. 6. & ſequen. ff. de priui. cred. & vide quæ plenè ſcripſimus in hoc ipſo tract. in 3. par. ver. hic ſubiungi poteſt, nume. 31. Et his addes Bal. noſtrum in l. ſi. C. com. rectius ſenſiſſe, vbi quæſtionem hanc frequētem ait inter mercatores, & Paul. Caſt. in d. §. ſi plures. Verum Salyc. in ead. l. pro debito, ait Bald. ſententiam intelligi poſſe, vbi venditores ſibi conſuluiſſent, vt venditæ res ſibi ſpecialiter obligatæ eſſent, quod totum pretiū ſolueretur, quo caſu verum eſt, venditores creditoribus anterioribus etiam hypothecas habentibus præferri, & bene cēſuit Sal. vt in l. licet. C. qui pot. in pignor. habe. & ſcripſit Franc. Cur. apud Alexan. in l. ſi cum dotem, in §. fin. ff. ſolu. matri. Adde Iaſ. in l. qui Romæ. in §. Callimachus. num. 8. ff. de verborum oblig. & ſcripſit Neguſ. in trac. de pign. 2. memb. 5. par. num. 29. & ſeq. vbi etiam diſſeruit, num generalis hypotheca ſufficiat, & probat Iaſ. in conſilio 111. volum. 4. Matth. ab Aff. dec. 306. vir & vxor, ſed idem Neg. in eodem tractat. in 4. parte numero 55. bel-
6 liſſimè diſputat. †Num tale pactum, quòd res vendita ſit obligata, ſufficiat, ſi in eodem inſtrumento poſt rei traditionem adiiciatur? & putat pactum adiicendum, vel in initio cōtractus ante traditionem, vel ſaltem in ipſa traditione. Quod ſi non in initio contractus, nec in ipſa tradititione rei, ſed poſt traditionem adiiciatur, aliis creditoribus anterioribus emptoris, eiuſdēque decoctoris nō officeret, quinimmo eorum ratio priori loco habebitur. mouit eum, præcipuè l. i. in §. fi. ff. de reb. eor. cum l. ſequen. item l. licet. C. qui potio. in pignor. habe. Item air, poſt quàm quæſitum eſt dominium emptori ſtatim ius creditoribus anterioribus hypothecas habentibus acquiritur. Vnde idē venditor pactum in præiudicium creditorum adiicere non valuit, argum. l. id, quod noſtrum, ff. de regu. iur. & his addes, quæ plenè præceptor meus Lud. Goz. ſcripſit in conſilio 15. & conſi lio ſequen. Licet autem non inſubtiliter Neguſan. motus ſit. Carol. tamen Ruy. in conſilio 214. colum. 5. numero 10. volu. 1. & Cur. Iun. in conſilio 146. & ſequen. contra ſenſere: putant enim ſufficere, ſi in eodem inſtrumento pactum adiiciatur, antequam contractus in mundum ſit relatus, quorum ſentētiam æquiorem puto, ac probabiliorem, & ex facto peritus, & prudens iudex ſecundùm hanc ſententiam iudicauit, & rectè, & vi debis Matth ab Affl. deciſ. 306. in fi. vir & vxor.

7 †Cautius igitur erit venditor, ſi cum de fide emptoris dubitabat, rei venditæ dominium non transferat, quò ad pretium non ſoluetur: hoc enim modo poteſt, licèt pactum ſimpliciter adiectum in venditione, quòd dominium non tranſeat ad emptorem, non valeat. l. cum manu fata. §. fina. ff. de contrahend. emptio. & ſcribit Abb. in conſilio 65. viſo quodam. libro 1. Deci. in conſilio 440. ſuperioribus. & quid in hoc pacto ſcripſerit Matthæ. ab Afflic. deciſ. 238. nobilis & c. ſi liber legito. & Andr. Tiraq. in com. de vtroq; ret. §. 1. glo num. 34. vſque ad num. 37. pag. 48. & ſeq.

8 †Subiungit idem Bald. in citata l. pro debito. (vt aliquando ad eum redeamus) Si merces non extant, ſed ſunt venditæ, &

aliæ

aliæ loco earum ſubrogatæ, verius eſſe puto hypothecam à iure inductam non eſſe; quia ſolùm res vendita eſt pro pretio obligata (quod reprobauimus) non autem alia res empta ex pecunia inde redacta. ff. de in rem ver. l. quidam. vbi lex notabilis valde. & eſt ratio: quia pretium ex illa re redactum non cenſetur obligatum, ergo nec res, quæ ex eo emitur. & idem in permutatione, vbi ſpecies eſt in obligatione, vt non ſuccedat alia loco alterius. ff. de verborum ſignification. l. Labeo. & l. mater. C. de rei vend. Hæc ille. Placet ſententia Bald. vt hypotheca inducta non intelligatur, & meritò idem Bald. in l. procuratoris. in §. ſi plures. ff. de tribu. ait.

9 † Licèt quis cum mercatore contrahat, non tamen ex eo, quòd mercator ſit, tacitam habet hypothecam. Citat eam. l. ſequen. verſicu. quid tamen. & Bald. ſententiam probare poteris ex his, quæ Bart. & alii iuris interpretes ſcripſere in l. ſi cum dotem. in §. fin. ff. ſolu. matrimo. vbi etiam inquiunt, † ſi ad merces emendas pecuniam expreſsè aliquis mutuauerit, & huic præfe-
10 rendum generalem anteriorem habens hypothecam: quoniã cui modo prædicto mutuauit, caret hypotheca, ſolum enim in perſonali priuilegium habet, quo creditoribus perſonalem habentibus duntaxat præferendus eſt. glo. in l. quod quis. ff. de priuileg. credi. Barto. & Saly. in l. interdum. ff. qui pot. & ſcribit Neguſ. in tract. de pigno. in 2. memb. 5. parte numero 9. & numero 13. in quo loco alios refert, & ita receptum eſſe ait, & idem Neguſ. tractauit in 4. memb. 2. parte numero 203. ſubdensius ſingulare eſſe in pecunia pupillari ad rem emendam, ut ſit tacitè hypothecata, etiam cum priuilegio prælationis pro reſtitutione mutuatæ pecuniæ. d. idemque. vbi Bar. ff. qui potio. in pigno. hab. Et quoniam inter hypothecarios creditores, quorum cauſa ſit prior, Bal. non diſſeruit, nos etiam conſulto omittemus, & quia plenè quidem, & non inelegantèr tractauit Negu. in trac. ſuo de pign. & hypo. maximè in 2. membro 5. parte pauca tamẽ ſubiiciemus.

11 † Et illud primum, quòd durum mercatoribus videtur regula illa in hypothecis, qui prior eſt in tempore, potior eſt in iure, vt in regu. qui prior, de regu. iur. in ſexto. locum etiam habet, ſi creditori poſteriori res hypothecata tradat, adhuc enim prior eſt potior. l. ſi prior. §. fin. ff. qui potio. quod Negu. adnotauit in eodem tract. 2. memb. 5. part. nu. 7. quod no. Vidi enim aliquando mercatores poſteriorem creditorem, cui res tradita eſt, potiorem facere quodam colore, q̃ poſterior non credidiſſet pecuniam, niſi pignore ſibi præcauiſſet.

12 † Ex facto etiam quæſtionẽ in decoctione Benedicti ab Auria agitatam audi, cum Benedictus mille ſcutos Nicolao deberet, obligauit ſe Titius Calend. Martii, & quidem in forma valida, ſi Benedictus infra octo menſes non ſolueret in præſtituto die de ſuo ſoluere. Eodemq; die Calen. Martii, & incontinenti Benedictus Titium indemnem ſeruare promiſit, & quidem ſibi cauit Titius inſtrumento adiecta bonorum omnium hypotheca, dictoque die Calend. Martii, diuerſa tamen, ac poſteriori hora coram eodem tabellione idem Benedictus ex cauſa ſe obligauit Gellio ad ſummam ſcutorum quingentorum, ſimiliter inſtrumento, & hypotheca in eo adiecta, ac dilatata ſolutione ad octo menſes tractatum fuit, cum Benedictus in die dicto
17 octo, ſcilicet menſium Nicolao mille non ſoluiſſet, & idem Titius longe poſt præſtitutum diem octo menſium Nicolao de ſuo ſoluiſſet, vter potior in bonis Benedicti decoctoris habendus eſſet.

13 † Dicebat Titius ſe potiorem: quoniam prior in tempore potior in iure (vt proximè diximus) quæ regula procedit, etiam ratione horæ, vt notatur in l. ſi pluribus. in §. fin. ff. de ſol. & ſcribit plene Soc. in l. 1. numero 11. & ſequenti. ff. ſoluto matrimo. & Marſi. ſingu. 319. hora &c. Dec. in conſilio 369. & diligenter &c. columna fin. Probabat etiam eius ſententiam Titius ex ordine ſcripturarum. Conſtabat enim ex libro tabellionis ſe priorem in ordine, & citabat Ang. in authen. de hæred. & fal. §. etenim. dixiſſe, ſi in eodem inſtrumẽto bona ſunt obligata primò Seio, deinde Caio, hypothecam Caii poſteriorem eſſe propter ordinem ſcripturæ, & vt inquit Bal. in l. aduerſus. C. de fur. prior eſt in tempore, qui potior eſt in ordine ſcripturæ, citabat etiam l. quoties. ff. de vſufru. & l. ſi quis ex argentariis, §. ſi initium. ff. de eden. & quæ ſcripſit Felyn. in c. paſtoralis. numero 7. & ſequen. de reſc. & Negu. in tract. de pigno. in 4. membro 2. parte nume. 125. & Mat. ab aff. dec. 387. in vno &c. Addebat etiã Titius Benedictum, qui eum indemnem conſeruare † promiſerat, non
14 ſub conditione obligatum cenſeri, ſed per modum cauſæ ad diem, cum damnum paſſus fuiſſet: vt eleganter ſcripſit Alexan. in conſilio 32. volumi 4. & Deci. in conſilio 551. plenè, & ſubtiliter, numero 7. Vnde retrotrahitur obligatio l. qui balneum. & l. potior. ff qui potio. in pignor. habe. & ceſſat propterea illa inſpectio, an ſit obligatus ſub conditione ex cauſa, vel miſta, vel poteſtatiua potius, quæ non retrotrahitur. In quo iuris articulo ſcripſit Negu. in non ſemel relato tractat. in ſecundo mem. 5. par. num. 17.

Ex contrario dicebat Gellius ſuam cauſam meliorem, cum dies obligationis indemnitatis promiſſę a Benedicto Titio tũc venerit, cum Titius damnum paſſus extitit. Cum autem propo natur, & conſtet, Titium damnum paſſum poſt diem obligationis ſuæ, meritò ſe præferẽdum. Probabatq́ue, ac ſe defendebat, & §. fin. qui incipit, Lucius. ſito in l. ſi pluribus. ff. de ſolut. & auctoritate clariſſimi Iuriſconſulti Paul. Caſtren. eodem in loco,
15 † qui ait, illam obligationem dici antiquiorem, cuius dies antecedit, licèt altera ratione horæ alteram præcedat, & Iuriſconſ. id dixiſſe aſſeuerabat, eodem in loco, & conſequenter declarabat, quod dicitur, creditorem ratione horæ priorem eſſe, temperandum locum non habere, vbi dies poſterioris obligationis antecederet. Nec mouere quenquam debere, ſi quiſpiam diceret, in eodem creditore Iuriſconſul. in dicto §. Lucius. locutum eſſe. Nam ex verbis Iuriſconſul. & Paul. apertè colligi aſſeuerabat, illam obligationem antiquorem, cuius dies antecedit. Cum ergo dies obligationis ſuæ anteceſſiſſet, meritò ſui primo loco rationem habendam eſſe. Idemq́ue Gellius dicebat non referre in perſonali obligatione Iuriſconſul. qui, quoniam hypothecaria actio perſonali accedit. Idem ergo debet eſſe iudicium, vt in regu. acceſſorium. de regul. iur. in 6. & probatur in l. 2. & his, quæ ibidem iuris interpretes ſcripſere. C. per quas perſo. nob. acquir. Item ex his, quæ ſcripſit Bart. in l. ſolutum. § per liberam. ff. de pigno. actio. & quòd naturam principalis obligationis ſequatur, ſcripſit plenè Negu. in d. tracta. in 4. membro 2. par. nume. 62.

Pronũciauit iudex, Titium priorem, & potiorem in bonis Benedicti decoctoris. Nec iudex aut Titii aduocati, his, quæ nõ inſubtiliter, in iure propoſuit Gellius, reſpondere, Lector igitur cogita: & quædam alia, quæ ad hypothecarios creditores attinent, attigimus in ea parte, in qua de contractibus diſſeruimus.

16 † His igitur cognitis, ad Bal. redeo. Ait Bal. vltimo loco, omnes chirographarios vocari pro rata non conſiderata in his tẽporis diuerſitate; quia licitum eſt debitori, per cumulum creditorum facere deteriorem cauſam priorum creditorum neque dominium neque hypothecam, neque priuilegium habentiũ. ff. de ſepa. l. prima. § ex contrario, & hæc eſt ratio, quare in chirographariis creditoribus non conſideratur tempus, quam rationem tene memoria. Hactenus Bal. cuius rationem probare poteris ex his, quæ ſcripſit Ancharan. in conſilio 101. ex prædicto themate &c. & ex eo conſilio Fran. Pinter conſilia Soc. nume. 76. volu. 4. quos Neguſan. retulit in d. tractat. in quarta parte numero 51.

In ſumma ex verbis Bald. in l. pro debito, & quem ad verbũ etiam retulit Pet. Vbal. in tract. de duobus fratribus, octaua parte, numero 32. collige rerũ dominos cæteris præferendos poſt hos hypothecarios admitti: quia hypotheca rem ſequitur. l. reſcriptum. ff. de pact. l. diſtractis. & l. pignoris. C. de pigno. & quia creditores ſibi magis conſuluerunt, vnde fortius ſibi acquirũt. §. furti. inſtitu. de obliga quæ ex delic. naſc. & inquit Angel. in l. priuilegia. ff. de priuileg. credit. quod etiam in his bonis procedit, quæ a chirographariis creditoribus prouenere (vt diximus) & probatur in l. procuratoris. §. ſi plures. verſicu. quid tamen. ff. tribu. & probat Paul. in conſilio 315. uidetur dicendum, in prima parte. Sed † quod diximus, hypothecarios præferri, verum
17 quidem eſt, niſi in fraudem creditorum decoctor ſe debitorem cum hypotheca conſtituerit: ut ſcribit Baldus in conſilio 432. Caſus talis eſt, volumi. 1. tractat enim Baldus de eo, qui poſtquã aufugit, ſe debitorem alicuius cum bonorum obligatione conſtituerit, & ratione bonæ ſummæ, & quia à fugitiuo obligatio facta extitit: etiam ſi verus debitor fuiſſet, cum debitor non ſoluendo erat, in tributum cum aliis vocari ait. Et illud placet adnotandum, quod in fine conſilii idem Baldus ſubdubius de ꝓlatione ait, non eſſe admittendum: quod ſtatim oſtendemus.

Hypothecarios autem priuilegiarii creditores in perſonalibus ſequuntur. l. ſed an hic. ff. quod cum eo. l. ex facto. in fi. ff. de pec. ff. de iure fiſc. l. deferre. §. fin. Poſtremò, reliqui creditores habẽ-
18 tes perſonalem ſine priuilegiis in tributum vocantur. † Tributio autem fit pro rata eius, quod cuique debetur. Idq́ue & ratione Baldi, & addo ſingularem l. Procuratoris. in §. ſi plures. cum l. ſequenti. ff. de tribu. & Paul. Caſt. in conſilio 285. Viſis & ponderatis, in prin. & colum. fin. volumi. 1. & poſtquam de nomine ꝓrata meminimus. Vide quid de eo ſcripſerit Andr. Tiraquel. in comm. de vt. ret. §. 11. gloſ. 8. pagina 519. Verùm quia Baldus de priuilegiariis creditorib. non diſſeruit, nos etiam miſſam hanc quæſtionem faciemus, & illam de dotibus. Tum quia aliqua attigimus: tum etiam quia extat titulus de priuil. cred. in qua præcipue vide l. priuilegia. & quæ ibidem Accurſius & Angelus notarunt, & plenius Fran. Ripa, ad quem confugies, & ſummæ re-
19 gulam † ex illa l. priuilegia perſonalia, non ex tempore æſtimari, ſed cauſa: & ſi eiuſdem tituli fuerint, concurrunt, licèt diuerſitas temporis in his fuerit & de priuilegio mutuantium in refectionem ædificiorum, ſcribit Decius poſt alios in l. creditor. ff. ſi certum petat. De dotibus etiam ſunt, qui plenè, & eleganter ſcripſerint.

Reliquum eſt, vt quædam ſingularia in decoctionibus mercatorum

catorum referamus,quæ vna cum Pau.Ca.ex eleganti & singu
lari l.procuratoris.in §.si plures.vsque in fi. & legibus sequentibus colligemus,& illud primum quæro, mercator quidam in
20 variis & diuersis locis habebat tabernas,†seu mensam eiusdem negociationis,& (vt nostri recentiores Iurisconsulti dicunt) apothecas & traficum,vt puta Anconæ,Romæ & Florentiæ.deinde labefactata fide decoxit. Num creditores omnes, & qui Romæ,Anconæ,& Florentiæ contraxerunt confundendi, seu commiscendi erunt,& in tributum vocandi, vel separatim, & ait Paulus separatim vocandos,ideſt,creditores,qui Romæ cõtraxerunt,non sunt audiendi in bonis existentibus. Florentiæ, quò ad integrè non fuerit satisfactum creditoribus,qui Florentiæ contraxerunt.Solum enim audiendi sunt in bonis, quæ Romæ sunt.Si tamen solutis creditoribus, qui Florentiæ contraxere aliquid ex bonis,quæ Florentiæ sunt,supererit,id,quod super est,creditoribus Romæ tribuendum est.ff.de mili.test.l.si certarum,in fi.& in prin.& hoc ait Pau.probari in princ.illius §.vsq; ad versic.planè &c.in quo loco prius Ange.notauerat. Sed his adde in eodem prin.§.prædicti probari,si mercator duas nego-
21 ciationes exercuisset, † puta sagariam & lintearium, & separatos habuerit creditores in dictis mercibus,separatim eos in tributum vocari,& illa ratio in prædictis redditur: quia vnusquisque creditor magis merci,quam mercatori credidit: & ne ex alterius re,mercede alii indemnes fiant,alii damnum sentiant,& consequenter ex his nota legem illam loquentem in tributoria,& in seruo,& in libero locum habere,quod & Gul. relatus a Paulo Cast.sensit & probauit,Ang.Are.in § introduxit.in quinto notabili,& in fi.instituti.quod cum eo. & idem ex facto consulto placuit Paulo nostro,vt patet in consilio 285.Visis & põderatis,in prima parte,qui id disputando declarat. Verum non me latet Raph.Cum.acutissimi ingenii virum in consilio 172. Titius & Seius,contra sensisse.Ait enim, fuisse consultum §.si plures.loquentem in seruo,& in libero locum habere, propter rationem textus,& si creditores,qui ratione vnius negociationis contraxere, non concurrent cum contrahentibus ratione alterius.Nec obstare dicebat.ff.de administra.tuto.l.inter tutores,& quod notatur C.de compen.l.1.quia licet fiat compensatio debiti, & crediti ex diuersis negociationibus in præiudiciũ debitoris:non tamen in præiudicium creditorum eius. Putat tamen idem Rapha.§.si plures loquentem in seruo, ad liberos homines non esse trahendum.Mouet eum: quia non legitur, iure cautum priuilegium dari creditoribus,eo quòd contraxerunt ratione diuersæ negociationis: cum æs alienum vniuersas facultates imminuat,& totum patrimonium respiciat.ff. de iudic.l.fideicomm.in §.tractatum. Nec subdit reperisse,hanc esse
22 iustam causam interpretandi separationem, † si diligenter inspiciatur titulus,de priuileg.cred.& de sepa.& addit. §. si plures. loqui in tributoria,quæ propter sciẽtiam dominii datur,vt vocetur in tributum,quod ex ea merce &c.ff.de tribu.l.procu.§. p hanc.& sic solum cum agitur tributoria,ideſt, vt dominus uocetur in tributum.Nam eum ratione domini illius negociationis,cuius causa contraxit,sequitur,quòd etiam inter eos fit illa separatio; quia dominus vnicuique eorum præfertur in diuersa negociatione, & concurrit cum quolibet eorum in eadem negociatione.Vbi ergo non ageretur tributoria, sed simpliciter de peculio,vel de in rem verso, tunc non fit illa separatio: vt l.penult.eodem titu.Ex quo apparet,quòd in libero, ubi nõ agitur tributoria,sed simpliciter ratione crediti, non habet locum.Item nec ratio illius.§.si plures.habet locum in libero, vt quasi videtur scripsisse ibidem Guli. cum magis videatur credi personæ.Sed in seruo bene habet locum,propter naturam tributoriæ,quæ est ratione illius mercis,& domino sciente, subiicit etiam nonnullos citasse. l. si cum militi. in principio, ff. de compen.& ff.de testamen.milit.l.si certarum.§.1.de sepa.l.1.§.si filii,quæ nihil faciunt,si bene intelligantur. Propter ea,quæ se scripsisse ait in d.l.si certarum.& in dicto §.si filii. Hæc Raphael in verba suprascripta.Ego autem a Paulo,Angel.Gul.& Ange. Aret.inter iuris præceptores enumeratis dissentiendum nõ putaui,qui §.si plures.in seruo & tributoria loquentem,& in libero locum habere senserunt,secũdùm ea,quæ supra retulimus. Nec moueat,quod Raphael non insubtiliter dicebat.Et primũ quod ait,non esse iure cautum, priuilegium dari creditoribus ex eo,quòd ratione diuersæ negociationis contraxerint: cum æs alienum vniuersas facultates respiciat. Est enim considerandum hic nullum esse priuilegium,sed ex bono & æquo ac optima ratione inductum esse, vt creditores separatim in negocia-
28 tionibus,quarum causa crediderunt,vocentur. Vnde ad exemplum tributoriæ, æs alienum totum patrimonium non respicit,cum mercis &c.& hæc est iustissima causa, vt negociationũ non fiat confusio.Non est ergo curandum, si in titulo de separ. non legatur.Accedit,quod ex decreto prætoris separationem impetrare frustra est,cum separationes negociationũ ipse mercator prius fecerit.Nec etiam moueat,quod dicebatur,cum agitur tributoria,dominum vocari in tributum. Sed vbi agitur de peculio,vel de in rem verso, non fit separatio,ex quo subdit apparere,quòd vbi non agitur tributoria,sed ratione crediti separationem cessare.Sciendum est enim,vbi dominus conueniatur de peculio priuilegium habere,vt æstimatio peculii fiat deducto eo,quod sibi,hisque,qui in sua potestate sunt,debetur: vt inquit Iurisconsul.in lege prima.ff. de tribu. vbi etiam Accursi. notauit,quòd prætor summa æquitate moderatus est,excipiendo casum,quando seruus in peculiari merce, sciente domino, negociatur: erat enim periniquum,quòd ille,qui cum seruo in illa merce sciente domino negociaretur, domino postponeretur,ideo prætor illam actionem introduxit,per quam dominus in tributum cum cæteris creditoribus vocatur, qui cum seruo illius mercis causa contraxere,& ex quacũque causa sibi debeatur,vt scribit Are.in §.introduxit.insti.quod cum eo. Nec propterea sequitur necessario, vbi nõ agitur tributoria ratione crediti cessare separationem,separatio enim inducta est: quia separatos habuit seruos creditor in negociationibus, & æquitas ac ratio naturalis suadet, vnumquemque vocari in illa negociatione,in qua credidit,quod Iurisconsul. innuit in dicto §.si plures.in illis verbis,equissimum puto separatim tributionem faciendũ, ne ex alterius re,merceve alii indemnes fiant,alii damnum sentiant.Denique nõ refragatur,quod dicebatur, illam rationem locum habere in seruo, non autem in libero propter tributoriæ naturam.Tum,quia ratio illa generalis est, tum etiam quia & libero conuenit. Vt enim in seruo secundùm separatas negociationes,qui separatim credidere, separatim vocari statutũ est,cur diuersum in libero statuendum sit,non uideo. Quia verum est,magis merci, & illi negociationi, quam personæ mercatoris creditum: ratione enim illius negociationis præcipuè contraxere,& de qua ratione meminit Accursi.in l.fi.ff. de noui oper.nuntiatio.Et hoc quàm singulare,quàmque quotidianum sit,nemo est profectò,qui nesciat, qui in foro versatus sit.
23 Huic tamen rei quędam adnotanda sunt.†Et illud primum,priuilegiarios,& hypothecarios creditores in tributum non vocari:his enim ius pignoris saluũ est,& illis priuilegium, vt in vers.
24 planè.ea l.procuratoris,& no.Aret.in dicto §.introduxit. † Deinde & illud,instrumenta negociationis illius contribui debere, quod æquissimum est: quia plerunque apparatus ex merce sunt,vt idem Iurisconsult.ait in citata l.procuratoris. §. si propter mercem.& scripsit Ange.in loco proximè relato. Postremò adiiciendum est,quod ex facto consulto placuit Pau. Cast. in relato consilio 285.visis parte prima. De eo enim quæritur
25 apud eum † quidam nummularius seu mercator mensam nũmulariam exerceret,seu in permutandis pecuniis versaretur,& duos libros rationum conscripsisset, alterum, in quo creditores mensæ,& illius negotiationis descripsisset,alterum verò, in quo generaliter omnes creditores adnotasset. Num quia codex mensæ nummulariæ pnblicè tenebatur,alius verò clam, & libro mensæ maior fides habenda erat, quàm alteri libro mortuo mercatore,seu nummulario in bonis eius creditores descripti in libro nummulariæ mensæ aliis potiores sint? Et ex his,& quibusdam aliis, quæ proponebantur omnes confundendos, & in tributum vocandos probat, nec creditores nummulariæ negociationis audiendos esse ait,si potiores in illa mensa, & rebus eiusdem dicant,& tanquàm separatos creditores in separata negotiatione iuxta non semel relatum §.si plures.
26 † Ait enim hoc admittendum,quando creditores, qui in alio libro notati erant in negociatione aliqua diuersa à negociatione mensæ nummulariæ credidissent. Vbi enim duas negociationes quis exercet, creditores cuiuslibet negociationis magis negociationi,quàm personæ credere censentur. At vbi quis negociationem vnicam exercuit, creditores, qui extra illam negocacionem contraxerunt,concurrunt, & in tributum vocantur, cuius rei illam rationem reddit; quia hi, qui extra negociationem mensę contraxerunt,non merci, seu negociationi alicui credidisse existimandi sunt,sed personę.Vnde contraxerunt non tam ratione mensæ nummulariæ, quàm ratione totius patrimonii,& vniuersarum facultatum, declarat etiam Pau.Castren.vulgare illud uerbum Banchum, quam interpretationem habeat,& vide in simili quæst.Bald.in consilio 382.in
27 quinta parte.† Est hęc non quidem vulgaria sunt, sed singularia considerandа,& notanda ad declarationem prædictorum, & d.§.si plures.

Nouissimè prætermissis aliis quęstionibus,quas eodem in loco disseruit Paulus,ad propositæ materiæ pleniorem cognitionem,reique,de qua disputatur, finem, necessaria est illa inspe-
28 ctio,& generaliter quærere. Num quod † vni ex creditoribus est solutum à decoctore,alius creditor reuocare possit? In quo iuris articulo quoniam loca doctorum sunt, in quibus plenè hæc quæstio tractatur,sat esse duxi loca ipsa referre. Tractat igitur Barto.plena & eleganti distinctione,post Iacob. de Aret.in l.pupillus.ff. quæ in fraud. credit. vbi Angel. plenius rem explicat,& bellissimè scripsit Ioan.Andr.apud Specu.sub rub.de obli.& solu.versic.ex quo vidimus de solutione facta vni ex duobus reis.& Saly.in l.pecuniam.C.de priuil.fis.doct.in l.fi.in §.& si præfatam.vbi Alexan.sub numero 8.C.de iure delib.Quibus

addes

Source : BIU Cujas

addes Ange.in consilio 208. Andreas Segnini,Paul.Castren.in cõsilio 169.viso puncto. in secunda parte, & videbis Negusant. in tractat.de pigno.in 2.memb.quintæ partis, numero 38. & in secundo membro tertiæ par.nume.27. & plenè Matth. ab Aff. decisi.exc.pulchrum dubium &c. qui cùm quæstionem quotidianam,& in citatis locis disputatam copiosè referat,& nos breuiter referamus. De eo enim quæritur apud eum. † Num creditor anterior hypothecam ex instrumento generalem habẽs pecuniam posteriori creditori solutam & bona fide consumptam possit ab eo reuocare? Et ait, regio nomine sentẽtiam dictam,hypothecariam priori creditori non competere, & consequenter consiliarios sensisse, solutum, & bona fide consumptum reuocari non posse. Et quantũ coniicio consiliarios mouit.l.pupillus.ff.quæ in fraud.cred.l.si nõ expedit.ff.de bonis auctorita.iud.pos.Et illud præcipuè:quia absurdũ esset reuocationi locum esse. Finge enim ait Affli. plures creditores vnius decoctoris esse, & debitorem eundemque decoctorem secundis creditoribus soluisse, dum fides eius erat integra, si prioribus creditoribus agendi contra secundos, qui exegerunt, ius esset, totus mundus litibus vexaretur, & mercatores quodammodo commercio priuarentur, & in hoc versatur sacri cõsilii æquitas. Idem subiicit glos.in l.pecuniam.C.de priuile.fisc.loqui in creditore priuilegiario † & similiter Barto. & creditoribus priuilegiariis ius reuocandi esse concedit (nec enim negare poterat) vt l.sed an hic.ff.quod cum eo.l.ex facto.ff.de pecu. & ff.de iu.fisc.l.deferre.§.fin. Hæc ille.

Sed licet Neapolitani cõsilii ratio, & auctoritas me magnopere mouerit,non tamen a Ioan.And. & cæteris legum prudẽtum verticibus discentio,est enim a frequentioribus receptum in facto proposito, quod scriptum est, reuocari posse, & meo quidem iudicio.l.clara sancitum est,vt patet in l.fi.§.& si præfatam,versic.sin verò creditores,& versic.seq.C.de iu.del. Et animaduertendum est, vbi pecunia consumpta est, non de hypothecaria actione (vt Aff.ait) tractandum esse: tunc enim cum pecunia extat,quia in pecunia etiam hypotheca consistit, vt ff. qui potio.in pign.hab.l.idemque. † in fin.ff.de pign.l.si fundus. §.in vendicatione. Hypothecaria agitur,vbi dicitur idem iuris esse,si dolo desiit possidere. At vbi (vt in proposita quæstione) bona fide pecunia consumpta est, condictione ex l. agendum est,vel in factum actione,vt in d.l.fin §.& si præfatam,& l.deferre,in §.fin.ff.de iu.fis.& d.l.pecuniam,cum glos.quæ certam hãc interpretationem habuit. Et hoc sibi cautio non esset interposita,ex illa enim agendum esset,vt Saly.ait in d.l.pecuniam, & notauit Accur.in d.l.sed an hic.& de qua cautione statim dicemus. Nec mouere quenquam debet l.pupillus. & l.si non expedierit.clarum est enim non refragari huic sententię,idque ex ipsarum lectione,& interpretationem illam habent, quam ex relatis locis lector colliget. Minus etiam moueat considerata æquitas a sacro consilio,quia absurde hoc constitui videt, vt reuocationi sit locus: quoniam non esset finis litium. Nam lex in creditoribus priuilegiariis aperte statuit,ergo non esse absurdum patet.Et si quis adhuc absurde hoc cõstitui putet, cogitet longe absurdius esse constitui creditoribus qui sibi hypothecis præcauerunt,non etiam consultum, vt in simili iurisconsul inquit in l.ita vulneratus.§.quod si quis.ff.ad l. Aquil. Accedit qđ bene est creditoribus hypothecariis consuli, vt reuocare possint,quoniam his,qui habent priuilegium concessum extitit,& hypothecarii creditores (vt diximus) priuilegiariis præferuntur, & fortiora sunt iura, quæ nobis facto nostro quærimus † quàm ea,quæ a l.nobis tribuuntur.§.furti,inst. de obli. ex deli. & not.Ang.in l.priuilegia. ff.de pri.cre. & probatur in l. quod principi,& in l.Augustæ.ff.de lega.2.in l.si filius.§.erit rubriano. ff.de libe.& posthum.Vnde quæ singulari iure concessa sunt,facilius quàm ea quæ communi iure inducta sunt tollũtur.l.militis codicillis.§.militia missus.ff.de mil.test.& his,quę proximè diximus,adde Bald.Nouel.in tract.de dote,in 10.parte.nume.1. & Aym.Crau.in consi.135.nume.28. verba Decreti &c. Quod aut dicitur,extra priuilegia & hypothecas creditorem vigilando meliorem conditionem suam facere, & occupantis meliorem causam esse,† secundùm distinctionem Barto.in d.l.pupillus,& cęterorum in relatis locis, vbi debitor soluendo non est, in tributoria actione locum non habet:non enim vigilantium & occupantium melior est causa:sed omnes creditores cõcurrunt: & in tributum vocantur priuilegiarii, & hypothecariis exceptis.l.procurato.§.fin.& l.seq.ff.de tribu.& Pau.Cast.in d.§. si plures. Idem quod in tributoria dicendum ait,in actionibus, quæ dantur occasione negotiationis, vt non sit melior cõditio occupãtiũ,cuius rei illa ratio redditur;quia magis merci, quàm personæ credidisse censentur,& probat Are.in d.§.introduxit, & ex alia ratione Guliel.subiicit idem Paul.in decoctorib mercatorum,omnes creditores ad omnia bona nõ vocari,sed quẽlibet ad suam negotiationem, quod non est in aliis creditoribus,qui ratione negotiationis, seu mercis non contraxerit, hi enim in quibuscunque bonis audiendi sunt, † & propterea in decoctionibus mercatorum iure prouisum est, si creditor a mercatore,qui decoxit, sibi satisfieri petat: quoniam fieri potest,vt alius quoque vel alii existere possint creditores, vt puta conditionale debitum immineat, vel in occulto sit, creditori petenti sibi debitum non soluatur,nisi præstita cautione,se pro rata refusurum,si alii emerserint creditores: quoniam (vt diximus) non est melior conditio occupantium, seu vigilantium. Idque ratione mercaturę,& negotiationis receptum est, quando creditores magis merci, quàm pecuniæ credere censentur, cum regulariter in aliis actionibus, quæ ratione seu occasione negotiationis non dantur,creditoribus,qui primi veniunt,sine cautione satisfieri debeat.l.fin.§.& si præfatam.C.de iure delib. l.summa cũ ratione.ff.de pecu. quoniam inter hos melior est vigilantium conditio,secundùm distin. prædictorum. Quibus addes.l.ex facto.ff.de pecu.in fin.& Paul.Cast.in citato consilio 287.visis,in princip.par.j.qui ait, † si aliquibus solutum sit creditoribus,propter cautionem meliorem, conditionem effectã non esse,sed perinde haberi, ac si solutum non fuisset, quæ singularia, & memoria tenenda. Idem Pau. non semel ait, & ego verum in iure esse puto, Licet non me lateat, huic sententiæ generalia verba doctorum in citatis locis refragari, & præsertim,qnæ scripsit Bald.in consi.432.casus talis,lib.j. & in consil. 400.num.8.libro 5.qui quoniam relata per nos iura non citarunt,nec quæstionem propositam disputauerunt, non eorum sententiæ,sed Pauli inhærendum esse placuit

Primæ particulæ vltimæ partis principalis.

ARGVMENTVM.

Quomodo procedendum sit in causis mercatorum.

SVMMARIVM.

1 *Aequitas incuria mercatorum præcipue spectanda est,& ex bono, & æquo in causis eorum procedendum reiectis iuris apicibus.*
2 *Interpretationem ad l.j.ff.de iust.& iure, & seq.*
3 *Aequitas ex circunstantijs considerandа est,& quæ sint circunstantiæ.*
4 *Interpretatio ad l.placuit. C. de iudicijs.*
5 *Apices iuris qui dicantur, & seq.*
6 *Declaratio ad Barto.in l.fideiussor.in §.quædam,& in l. Quintus. ff. mandi*
7 *Sermones circa vniuersalia faciliore sunt,sed circa particularia veriores.*
8 *Collegia mercatorum,quod possint sibi ius proprium constituere, & in quib. & seq.nu.& num.15.& seq.*
9 *Statuta mercatorum,an non egeant confirmatione.*
10 *Statuta mercatorum num in alio foro seruanda sint,seu potius coram consulibus eorum tantum. & num.13.& seq.*
11 *Interpretatio ad Accursium in l.pen.C.de consti.pecu.*
12 *Munienſis, qui emit merces Bononiæ,si Mutinæ ad pretium cõueniatur seruandum est statutum Bononiense, quod luis decisionem respicit, & cur diuersum in eo,qui mercator nõ est, & a mercatore conuenitur, vt mercatorũ statutũ nõ seruetur,quãdo nõ adest populi vel principis cõfirmatio.*
12 *Constitutio qui de vno iudice loquitur,& in alio locum habet.*
14 *Interpretatio ad l.diffamari.C.de ing. & manu.*
15 *Mercatores an possint statuere,vt pater pro filijs teneatur.*
16 *Statuere mercatores possunt, quòd contra scripturas eorum non possit obijci exceptio præscriptionis.*
17 *Statuere mercatores nõ possunt aliquid,quod naturaliter,& euidenter sit in iustũ,itẽ cõtra ius publicũ totius ciuitatis,& illud,qđ monopoliũ sapiãt.*
18 *Statutum aromatariorum,quod in funeribus coram à quoquam dari vetat, nisi prius hæredes defuncti aromatario eius,quod defunctus debuit,satisfecerit,est improbatum.*
19 *Statutum,quod vetat,opus ab vno cæptum,ab alio perfici nõ posse absque consensu eius,q ui inchoauit,non valet.*
20 *Statutum,quòd certas tantum personas artem aliquam seu exercitiu m facere iubet,reliquas verò vetat,improbatur.*
21 *Mercatores,quòd possint statuere,cimatores imposterum non accedere cũ emptoribus ad eorum tabernas, licèt accedere consueuerint inspiciendi gratia qualitatem pannorum.*
22 *Statutũ,q̃ sit vnicus purgus,vel quòd non possint nisi certi hoĩes artem lanã exercere,q̃a hæc monopoliũ inducũt, nõ valet,nisi a publico approbetur.*
23 *Statutum,quòd omnes sine fraude,& secundùm certam mensuram pannos faciant,quodque rectori artis omnes subijciantur,valet.*
24 *Mercatores non possunt statuere,quòd nullus ex eis possit alium in ius vocare coram præside:sed tantùm coram consule.*
25 *Mercatores inter alias personas eis non subiectas,statuere non possunt,nisi se foro subijciant,vel agant.Si enim agant,reconueniri possunt.*
26 *Matriculans in diuersis artibus,seu negotiationibus, vbi sit conueniendus.*
27 *Starutum stante,quòd contra apochas mercatorum nihil opponi possit, sed ad solutionem compellantur,qui soluit,allegans indebitum,& non est auditus condictione indebiti poterit repetere.*
28 *Mercatores possunt decernere,quòd priuatæ scripturæ fides habeatur.*
29 *Statutũ mercatorũ q̃ contumax habeatur pro confesso,quo intelligendũ sit.*
30 *Statutũ,qđ iubet scripturas manu ppria mercatorũ scriptas,exequẽdas esse q̃ locũ habeat ẽt in subscriptis.ſ tẽ in scripta ab alio mãdato mercatoris.*
31 *Lex municipalis,quæ iubet scripturis mercatorũ plenã fidẽ habere, valet, & fides habetur inter eos,& si alibi agatur,seu in alio loco producantur.*

Source : BIU Cujas

32 *Statutum Senenſe,quod libris mercatorum credantur, habet locum in libris extraneorum mercatorum: ſi tamen in collegio Senenſium mercatorum ſint matriculati.*

33 *Stante ſtatuto Senenſi,quòd credatur libris mercatorum, ſi Seius mercator centum quæ debebat Titio mercatori numerauit,& in codice numerationem annotauit, quòd propter legem nouam poſt numerationem latam non cenſeatur adempta facultas Seio numerationem ex codice probandi.*

34 *Stante ſtatuto,quòd libris mercatorum credatur,creditur libris eius,qui deſiit mercator eſſe,quos ſcripſit dum mercator fuit.*

35 *Statutum ſi dicit,libris mercatorum ſtari ad plenariam probationem, non admittitur probatio in contrarium.*

36 *Libris Hebræorum ſi ex priuilegio principis ſtari debet ad plenariam probationem,non auditur volens contra probare.*

37 *Statutum, ſeu conſuetudo mercatorum omni ſcripturæ ad eorum fauorem credi mandans non valet.*

38 *Statutum,quòd libris mercatorum credatur ad fauorem ſcribentium,intelligitur,iudicis conſenſu accedente.*

39 *Statutum quòd libris mercatorum credatur,intelligitur, niſi mercator ſit notatus infamia.*

40 *Statutum, quòd libris mercatorum credatur,intelligitur in his, quæ ad negotiationem,ſeu mercaturam pertinent.*

41 *Statutum,quòd non poſſit contrahi cum filiofamilias, niſi ſit mercator, intelligitur, ſi in cauſam mercaturæ contrahatur, & in re dubia tanquam cum mercatore contractum præſumitur,& verſum in mercaturã.*

42 *Statutum,quòd libris mercatorum credatur,interpretatur,dummodo in territorio,in quo ſtatutum viget,liber conſcriptus ſit.*

43 *Differentia inter ſtatutum factum a collegio mercatorum, & a populo, & libris mercatorum credatur.*

44 *Statutum, quòd conſulibus in cauſis mercatorum tribuit iuriſdictionem, an ad hæredes mercatorum,qui tamen mercatores non ſint, porrigatur.*

45 *Clericus hæres mercatoris,quòd non poſſit coram conſulibus mercatorum ex negotio mercaturæ a defuncto geſto conueniri:& quare.*

46 *Conſtitutione Florentina,qua officialibus mercaturæ in quibusdam iuriſdictia tantùm tribuitur,num cenſeatur adempta iuriſdictio ordinarij.*

47 *Statutum, quòd conſulibus mercatorum cognitionem, quæ à guarentigia proficiſcitur,prohibet,quomodo intelligatur.*

48 *Interpretatio ad ſtatutum Anconitanum ſub rubrica de offi. duab. collat. off.*

49 *Statuta,quibus conſulitur mercatoribus, & artificibus, vt melius mercatura exerceatur,ad ſtatum ciuitatis,& publicam vtilitatem pertinent.*

50 *Statuta mercatorum confirmata a populo,num dicantur ſtatuta illius populi,ſeu mercatorum.*

51 *Obligatio,quæ deſcenditur ex decreto mercatorum,an ſit prætoria:& conſequenter arbitraria.*

52 *Actiones pœnales deſcendentes ex ſtatutis Ducum,Comitum,& Marchionum,annales ſunt,quando ciuiliter inſtituuntur, ſecus ſi criminaliter.*

53 *Statuta mercatorum,quòd non dicantur ius prætorium,ſed pacta, & quòd benigne interpretanda ſint.*

54 *Curta nomen,quid ſignificet,relatiuè.*

1 DEI Opt.Max.Implorato auxilio.In curia†mercatorum æquitatem præcipue ſpectandam, & ex bono,& æquo cauſas dirimendas eſſe, & de apicibus iuris diſputare minimè congruere,nemo eſt profectò,qui neſciat. Id enim in ſexcẽtis locis recẽtiores Iuriſconſul. tradidere, quorum aliqua hic referemus in ſingulis diſceptationibus, alia poſtea relaturi. Notauit enim id Bartol noſter in l. ſi fideiuſſor. in §.quædam.& in l.Quintus Mutius.vbi optimus text. ff. mandat.idem Salyce. & Alexand. ſenſere in l.placuit. C. de iudi.& probat idem Alexand.in conſilio 61.viſo puncto columna ſecunda,libro 3.& in conſilio 52.numero 4.& in fin. volum.6.& conſilio 113. numero 12.& ſequen. eodem volumi. & Roma. non improbat in conſil. 193. negari non poteſt &c. & aſſenſit Bald.in l.ſi pro eadem.C.manda in fin.colum.& in conſil.400. in 5.libro numero 10.& conſi.466.numero 4.eodem libr.Ange.etiam ait in l.argentarius.ff.de eden.in tribunalibus mercatorum veritatem,& æquitatem rigori prævalere. Et idem Ange.eleganter ſcripſit in conſilio 29.arbitror dictam litem &c. & in eadem opinio.fuit Deci.in reg. in omnibus quidem.ff.de regulis iuris,qui hanc ſententiam ab Imo.& Ange.& pleriſque aliis confirmari ſcripſit,a qua non recedit Socin. in conſi.94.in cauſa.numero 6.volum.3.& conſi 63.numero 7. eodem volu. & Fulg.conſi.7.eſt & Iaſon in eadem ſententia in conſil. 82.viſis &c.volum.1.& Bart.in conſi.149.volu.3.& eſt relatum apud Ludoui.Goz. in repet l.2.ſub nume.163.ſeu.165.C.de pact. inter empt. Paul.etiam Par. alia loca referendo, verum eſſe affirmat,in conſi.82.numero 20. volumi.1. animaduertendum &c. & in conſi.88.eodem volum.ad veritatem &c.

Verùm licet hoc verbũ in ore omnium ſit, ſunt forſan multi qui vim,ac poteſtatem relatorum verborum minime norũt, & præſertim mercatores,qui id ſe ſcire profitentur, vt in calce tractatus dicemus.Vnde neceſſarium eſſe duximus, & generalite prius verba prædicta excurrere, Iuriſconſultorum prouidentia laudata,quæ opem mercaturæ, & mercatorib.tulit, propter æſtimationem eorum, & ſpeciatim deinde forenſes diſceptationes proponere, ex quibus relatorum verborum euidentior intellectus præſtabitur.Daboq; operã (vt Ciceronis verbis vtar in oratione pro Quintio) multis iniuriis iactatam, atque agitatam æquitatem,in hoc loco,id eſt mercatorum foro conſiſtere, & confirmari. Id quo facilius contingat, generaliter prius (vt diximus) differemus, deinde ad ſingularia perueniemus.Et primùm,dicet aliquis,relatos iuris interpretes longe erraſſe,qui ius ſingulare eſſe ſcripſerunt,in curia mercatorum ex bono,& æquo procedi.

2 † Id enim generaliter decretum videtur,nam Iuriſcon.in l.j. ff.de iuſti.& iur.ait,Ius eſt ars boni,& æqui, & reliqua. & paulò inferius,Boni,& æqui notitiam profitemur.In quorum verborum interpretatione Accur. & plerique alii bonum ab æquo diſtinxere,exiſtimantes ius aliud æquum,moti.l.1.ff.de vſuca.& l.hac l.decernimus.C.de pac.con.tam ſuper dot.quæ tamen diuerſitas inter bonum,& æquum non probatur,ſed in ea.l.vtriuſque fit collatio.Sicut enim bono melius eſt, ita æquo poteſt eſſe æquius.ff.de fur.l.ſi ſeruus communis, §. quod verò.& quemadmodum non valet argumentario,ſeu conſequentia,Aurum eſt melius argento, igitur argentum non eſt bonum: ſicut minime procedit.Iſtud Ius excellit æquitatem,ergo illud,quod videtur bonum,non poteſt dici æquum.

Et hoc argumentandi genere Cicero illos reprobauit,qui utile ab honeſto ſeparabant. Nihil enim vtile eſt,quod non ſit honeſtum, & certe nil cẽſebitur bonum,quod æquitati repugnet. Placet igitur Budæi expoſitio,qui in adnotationibus ad Pandectas poſt effuſum ſermonem ait, Cùm æquum,& bonum dicimus,abſolutam bonitatem,æquitatemque ſignificamus, & iuris medullam, germanamque iuſtitiam. Cuius interpretationem Io. non improbat in diſputatione ſua forenſi iuris, & æquitatis,& ait Ro.olim perpendiſſe bonitatẽ cũ æquitate ſic eſſe connexam,vt aliàs bonũ & æquũ,aliàs bonũ æquũ ſine copula dicerent,& adducit Ciceronẽ in Bruto,ſubditque diſputatione longa ex mente,ac verbis Budæi tacito tamen auctore, æquitatem appellari bonum & æquum,ſeu conuenientiam,bonam fidem,naturalem iuſtitiam,verum ius,germanam iuſtitiam,ſimplicitatem legum,æquam lancem,humanum ius, humanitatẽ, benignitatem,gubernatiuam ſapientiam, arbitrium boni viri, religionem, remiſſionem anguſti iuris. Quibus omnibus ferre dicendi modis tanquam idem,hoc eſt, æquitatem ſignificantibus,Iuriſc. & Imperatores vſos fuiſſe, legibus probat. Et adde prædictis,quæ plenè Andr.Tiraq.ſcripſit in com.de vtro què re. §.31.glo.1.numero 25.& ſeq.& ante nu qui multa addit, & Alcia.parerg.iu. lib.2. ca. 11. Sed vt clarius ſenſus traditus ad l.1.habeatur. † ſciendum eſt,etiam ex circunſtantiis rerum æquitatem præcipuè conſiderandam,& ab apicibus iuris ex circunſtãtiis illam diſcerni,& ab illis recedi.Circunſtantias igitur,quæ in iure variant, omnia, ex quibus æquitas colligitur, quæ de iure multum remittit,Iuriſcon.in l.aut facta.ff.de pœ.7. modis conſiderari eleganter ait. Et ſunt tales, CAVSA, quare aliquid factum ſit PERSONA, quæ.& qua cum fecerit. LOCVS, vbi factum ſit. TEMPVS, quando factum ſit. QVANTITAS, magnumve, an exile ſit. QVALITAS, quomodo facta ſit. EVENTVS, metu,ui,errore,dolo,culpa,caſu fortuito factum ſit. Quæ idem Io. in citato loco notauit,& ſenſiſſe videtur Bald.in citata l.1.ſub num.5.dum æquitatem in genere & in ſpecie definit. Et ex his, ac infra dicendis colliges,quare in l.1.non ſemel citata Iuriſconſul.dixerit,ius eſſe artem æqui & boni.Euenit enim,vt ius quod in genere ſuo æquum & bonum eſt (ſunt enim iuris regulæ & poſitiones iuſtiſſimę,adeo vt ſecundùm naturam iuſtiores dari non poſſunt) ſi ad facti ſpeciem ſingularem transferas, atque deducas ex circunſtantis.æquo aliud æquius eſſe ijſdem legibus, & ſumma cum ratione probes, habes exemplum in l. ſi ſeruus communis.§.quod ve.ff.de furtis.Item in l.ſi me & Titium.ff.ſi cert.pet.Licet enim ars boni & æqui dictauerit,vbi nullum negocium tecum contraxit,te mihi non obligari, ex circunſtantiis tamen æquius eſſe iudicauit Iuriſconſultus pecuniam meã, quę ad te peruenit,eam mihi reddi.Sed vt propius ad rem accedamus, exemplum perſonę ratione belliſſima Iuriſconſultus adiecit in l.bona fides.ff.depo. Et hęc eſt æquitas ratione perſonę a Quintuo Mutio Scęuola conſiderata in l.Quintus.ff.mandat.iunctis his,quę eleganter ſcripſit Bartol.in l. ſi fideiuſſor, in fin.ff.de fideiuſ. Vnde Baldus noſter in c.ſi pro debilitate. de offic.deleg. ait, bonam fidem valde requiri in his, qui plurimum negociantur.Quem refert,ac probat Iaſon in l.iuriſgentium,in §.ſed eum nulla.numero 11.ff.de pact.& Alexan.in conſi. 113. num.13.volum.6.

Huc pertinet,qđ recẽtiores Iuris interpretes ſcripſerũt in lege
4 placuit.C.de iud.æquitatẽ in ſpẽ ſcriptã rigori in genere † ẽt ſcripto prę ferendã.Vulgaris eſt.n.iuris regula,generi per ſpeciẽ derogari,ut in regula,generi.de regu.iur.in 6.Bene igitur cenſuerunt plerique ex noſtratibus Iuriſc.qui ratione perſonarũ mercatorum,

catorum,& propter æſtimationem eorum,in eorum cauſis ex bono & æquo procedendum eſſe tradidere.

5 † Sed iam apices iuris qui ſint,videamus, & optimus legum interpretes Barto.in lege ſi fidei in § quędam.ff.ma.apices iuris eſſe putat,quæ ſubtilitatem quandam reſpiciunt magis, quàm facti veritatem. Verbi gratia,ſi eſſet inſtituta directa actio,cum vtilis competebat,vel non eſſet lis conteſtata, & ſimilia ſubiicit,prædicta non eſſe intelligenda.vt iuris ciuilis ratio non habeat:quia eſſet cōtra legem bona fides. ff. depo. hæc ille, cuius ſententiam probauit Bald.ibidem Salycetus in l. placuit. C.de iudi. Iaſon in lege alienam.columna ſecunda.C.de procur. qui citat Bald.in capitu.primo. colum ſecunda.de conſtitu. dicentem iuris apices dici,quicquid bonam fidem non tangit,ſed extrinſecus agitatum eſt. Probat etiam Socyn.in conſi. 120.cùm in præſenti,columna. 7. verſic. Nec ex eo. volumine primo, huic rei eſt & illud adnotandum, quod Bald. ait in lege ſi pro ea.numero 14.C.manda.ſcripſir enim prima fronte. Bart. ſibi, parum conſtitiſſe videri. Dixi enim (vt retulimus) in §. quædam. iura ciuilia ſeruari oportere.dicta l.bona fides,ait in lege. Quintus

6 † In curia mercatorum (vbi negotia æquitate terminanda ſunt) non poteſt opponi exceptio, ſi nō interuenit ſtipulatio, ſed fuit nudum pactum, quæ contraria eſſe videntur. Vtrunque tamen verum eſſe ſubiicit:quia aut ius commune detrahit iurigentium ex cauſa:& tunc ſeruandum eſt ius commune, vt in ſolennitate teſtamentorum,aut ius commune nō intromittit,ſe detrahendo iurigentium, ſed non adiicit ei robur, vt in pacto nudo,& tunc ſeruandum eſt ius gentium,vbi mera & ſola æquitas debet attendi. Hactenus ille.quod notandum ait,& refert ac probat Marc. Blan. in tract. de compo. numero 43. Tom. 12. ſed & clarius,& magis ſecundùm naturalem æquitatem dicendum eſt,quòd apex eſt cuiuſcunque rei ſummitas, quæ acuminata eſt,atque indiuiſa. Vnde regulæ a ſummitate iuris productæ metaphoricos apices dicuntur, quaſi nimium plerunque a caſu aliquo ſingulari remotæ, conſideratis rei, de qua agitur,circunſtantiis. Vnde loann. apices iuris variis vocabulis demonſtrari poſſe dicebat, quod & prius Budæus notauerat. Veluti ſummum ius,ius inflexibile, generalis definitio, ſubtilitas verborum,ſeueritas legum, perdurum ius, ſtrictum ius,nonnunquàm ſumma iniuria. Sed hoc vltimum impropriè.& vnde illud Terentianum. Summum ius,ſumma iniuria. de quo Terentii verbo memini (vt dictum eſt) declarando Abba.in capitu.capellanus.numero 5.de feriis.& videbis Andr. Tiraquell.in citato loco,numero 53.in §.35.in gloſſ.prima. Sed vt vnde diuerterem,redeam,generaliter ius noſtrum vitium in ſe non habet,poſitionesque iuris iuſtiſſimæ ſunt: euenit tamen (vt diximus) ſi generales iuris regulas ad caſum ſpecialē transferamus,ius ſummum,quod bonum in ſe eſt, ex circunſtantiis, ſi ſeruares,efficere ſummam iniuriam. Veluti ſeruare pactum, eſt iuris poſitio iuſtiſſima lege prima.ff.de pact. ſi tamē pactum ad aliquam facti ſpeciem transferas,veluti cùm turpis res in pacto deducitur,aut contra leges,bonosve mores pactum eſt initum, dolove malo factum eſt,iuris formulam adduceres:ſerua pactum, eſſet profecto ſumma iniuria, idque ex circunſtantiis habes in iure ſexcenta exempla.l. iuriſgentium. §. prætor ait.l. ſi vnus.§.pacta. l.contra iuris ciuilis. ff. de pact. lege finali,lege pactum quod dotali.l.pacta,quæ contra.C.de pact.lege generaliter.ff.de verborum obligatio.quod ſenſiſſe videntur, & Bud. & Ioan. in relatis locis, non tamen ad rem noſtram retulere. Hæc eſt igitur illa æquitas,hæc eſt anguſti iuris remiſſio,mercatorum ratione,& hac circunſtantia inſpecta a Iuriſconſultisq; conſiderata. Hinc Scæuola,vt ait Cicero declaris oratoribus, peracutus erat ad excogitandum,quod in iure, aut in æquo verum eſſet, aut non eſſet. Hinc etiam Donatus ille Terentianus interpres,non merus grammaticus in Adelphis ait: Inter ius & æquitatem hoc intereſt. Ius eſt,quod omnia recta, & inflexibilia exigit: æquitas eſt,quæ de iure multum remittit.Hinc denique Celſus adoleſcens relatus a Paulo Iuriſconſulto in lege ſi ſeruum.in §.ſequitur.ff.de verborum obligatio. quæſtionem de bono & æquo eſſe ait:in quo genere, plerūque ſub auctoritate iuris ſcientiæ pernitiosè erratur. Circunſtantiæ igitur ſunt,quæ variant & quæ præcipuè cōſiderandæ ſunt, & ex quibus (vt Scæuola,Celſus,& plerique alii innuūt) a regulis iuris generalib. recedimus. & ex his collige nullam in Bartolo fuiſſe repugnantiam,dum in § quædam dixit, in curia mercatorū iura ciuilia ſeruari:& in lege Quintus. agi ex pacto nuda aſſeuerat. Quoniam ſtrictum illud ius,quòd nuda pactio actionem non pariat,ex circunſtantia perſonæ, mercatorum, temperandum moderandumque ex mente ac verbis legum placuit. Seruabit ergo ius ciuile generaliter,his exceptis, quæ ex circunſtātia perſonę,ſingulariter non ſunt immutata,ex verbis ſeu mente eiuſdem iuris ciuilis.

7 † His igitur generaliter cognitis, quoniam (vt Philoſophus ait) ſermones circa vniuerſalia faciliores quidem ſunt, ſed circa particularia ſunt veriores, vt refert etiam Iaſo. in conſilio 18.in preſenti &c.columna ſecunda, volumine tertio.neceſſarium eſſe duxi,inuentas res in ordinem diſtribuere,& ad ſingularia (vt initio polliciti ſumus) deſcendere, non quòd in omnibus velim verboſos commētarios facere:ſed in ſumma,quæ ad interpretationem relatorum verborum,noſtramque materiam pertinent,referre. Et hoc ordine eundum eſt. Primum de conſtitutionibus,& ſtatutis mercatorum aliqua referemus. Deinde,de iudicibus ſeu conſulibus ipſorum tractabimus.

Poſtea,de libellis,ſeu petitionibus.

Tum,de exceptionibus.

Quibus expletis , de probationibus, ac cęteris, quæ occurrent, dicemus , quid ſingulari iure inter mercatores receptum ſit.

Ad extremum,iudices breuiter admonebimus.

Igitur iuxta propoſitum ordinem, de conſtitutionibus mercatorum quaſdam diſceptationes ſubiiciamus. Et primum vulgarem illam quæſtionem,& antiquis temporibus agitatam proponemus.

8 † Num mercatorum collegia ius proprium ſibi poſſint conſtituere. In quo iuris articulo receptum eſt,poſſe, & quidem rectè. Quæ enim licita collegia inter collegiatos ſtatuere, rata ſunt lege ſecunda.in fin.C.de conſtitu.pecu.vbi Accur. & Bald. notarunt.§.finali in auctenti. de fideiuſſoribus,columna prima.& probat Barto.in lege omnes populi. numero 6. ff.de iuſt. & iure.& placet eodem in loco Angel.& Bald. item Iaſo. ſub numero 36.Seueri.ſub numero 1 .Ioann.Crot.ſub numero 7. & notarunt Bald.& Sali in l.finali.C.de iur. omnium iudicum. Sed hæc intelligenda ſunt,vt ſtatuere poſſint in his, in quibus Iuriſdictionem habent, pertinentibusque ad mercaturam & ipſos mercatores,non autem in his,quæ remota ſunt ab eorum officiis,& profeſſione. Exempli loco,ſi ſuper hæreditatibus decerperent,argumentum l.fina.& eorum,quæ in eadem l nota. ff.de iuriſdictio.omnium iudicum,idque eſt ſententia Bartol. & præcipue Bald.in eadem lege omnes populi. ſub numero 8. & Barto.in lege fina. numero 20.ff.de colleg illici. & ex facto conſultus idem reſpondit Bal.in conſilio 44. præſuppoſito &c. libro quarto.quod nota. & videbis Rom.in conſilio 300.omnipotentis Dei. qui addit longam conſuetudinem iuriſdictionem tribuere,etiam non habenti, & conſequenter in his , quæ extra profeſſionem ſunt.

Item ſi dicta ſtatuta communi iuri,ſeu municipali,quod ciuitas ſibi conſtituiſſet,contradicerēt, dummodo diuinum ius, vel naturale non improbarent:ſeruanda tamen inter eos ſunt. Hoc enim iure,& ipſi mercatores,& eorundem hæredes vtuntur:alij verò vti non aſtringuntur. Cuius rei illa ratio redditur: quia talia ſtatuta conuentiones dicuntur.ff. de legat. lege. ſed & ea.ergo aliis non nocent.l.ſi vnus.§.ante omnia.ff.de pact.

Hoc amplius ſubiicit Bal.in lege ſecunda , numero ſeptimo.
9 C.de conſtitut.pecu. † huiuſmodi ſtatuta ſuperioris confirmatione non egere,cum a lege approbata ſint, vt in eadem lege patet.& §.finali in auctenti.de fide.& facit lege finali.C.de iuriſdictio.omnium iudicum. Quod & verius eſt, ſecundùm Ang. Seueri.& Cyn.in dicta lege omnes populi. & Saly.in dicta lege ſecunda.& lege fina.paulo ſuperius citata , quam videas , quicquid idem Bald.ſibi parum conſtans dixerit in eadem lege & in l.humanum.C.de legi.ac quidam alii ſcripſerint, vt dicemus in princip.ſequen. particulæ.

10 † Incurrit hic alia inſpectio, num mercatorum ſtatuta in alio foro,ſeu potius coram conſulib. eorumve iudicibus tātum ſeruāda ſint? & exploſa Acc.ſententia in l.ſecunda. C.de conſtitu.pecu.Plerique probarunt, quod poſt veteres Iuriſconſul. notauit Bald.in eadem lege ſub numero 7.ſcripſit enim in hæc verba:Si ſtatutum mercatorum reſpicit actus eorum , vel fidē actorum,vt puta dicit ſtatutum , quòd mercator poſſit conueniri ex nudo pacto , vel quòd ſcripturæ priuatæ mercatorum plena habeatur fides.& ſtatuta talia valere,ait,& in quolibet foro,& nedum ſeculari,ſed etiam epiſcopali ſeruanda ſunt. Idq; notatur in lege ex eadem.ff.de poſtula. Quod & verum eſt,niſi ſtatutum referret ſe ſolum ad ipſos iudices. Verbi gratia, ſi ſtatutum mercatorum diceret, quòd conſules mercatorū redderent ius ex nudo pacto,vel credant vnius mercatoris legalis dicto,vel non admittant exceptionem contra ſcripturam mercatoris. Tunc enim ſtatutum in alio foro non eſſet ſeruandū: quia in alio foro non loquitur. Si verò ſtatutum reſpicit modum procedendi , vt puta eſt ſtatutum eorum conſuetudine confirmatum,quòd procedatur de plano , ſine ſtrepitu & figura iudicii, iſtud ſtatutum non valet , niſi in eorum foro. Vnde eorum poteſtate ſeruabitur iuris ordo ſecundùm doctrinam doctorum in l.cunctos populos.C.de ſumm.trinita.in l.prima. C.de eman.libe. Et ideo ſtatutum deciſiuum concludens iudici non mutat ſuum forum. Sed ſi concludit actioni , ſiue cauſæ valet vbique in decidendo,ſed non in ordinando iudicium. Hactenus Baldus in ſupraſcripta verba,qui ſubiicit hæc memoria tenenda, & alii plerique conſentiunt , vt ſcribit Iaſo. in lege omnes populi. numero 39. ff. de iuſtitia & iure.& ibidem

Source : BIU Cujas

Ioan. Crot. numer.19.& probat Aſten.in 3.volum.de conſt.& decr.in verbo curia,quibus addes, quæ elegan. Roman.ſcripſit in conſil.242.vnum &c.& conſilio ſeq.& addes Paul. Caſt.in l. cum,qui.in §.quod exigimus.ff.de cõſtituta pecunia, vbi idem probat.

Sed & his,quæ diximus,quædam adnotanda ſunt,& illud primum,quod belliſſime Salicetus ſcripſit in l.2.C.de conſti. pec. Ait enim prædicta a frequentioribus recepta eſſe,& ſub num. 11.ſubdit in hæc fermè verba.

12 † Attendite,non enim puto a cæteris Accurſium diſſenſiſſe, ſed de alio apud eum quæſitum eſſe. Finge,qnòd qui mercator uon eſt, vel alienæ negociationis, ſeu ſcholæ emit cinamomum a mercatore,vel.ſcyphum ab aurifice, mercator ſeu artifex conuenit emptorem coram poteſtate, qui rei eſt iudex, & ad rei geſtæ probationem exhibet librum ſuum, cui ex forma ſtatuti mercatorum, ſeu illius artis & profeſſionis plena habetur fides,excipiam reus ſe non aſtringi ſtatuto;quia alienæ profeſſionis eſt, ſenſit Accurſius,ſtatuto locum non eſſe: quoniam vtriuſque ius commune non eſt, contra verò, ſi ambo mercatores,vel aurifices eſſent. Et refert hanc interpretationem ad Accu.fuiſſe ex mente Lamb.de Ramp.ſecundum Cy.qui eum in dicto loco retulit,& verum eſſe putat. Nec mouere quemquã poſſe addit.Si Mutinenſis emeret merces Bononiæ, & Mutinæ ad pretium conueniretur, Bononienſe ſtatutum ſeruari oportere,quod litis deciſionem reſpiceret, vt idem ſcripſit in l. cunctos populos. C.de ſumma trin.& tamen Mutinenſis illi ſtatuto non ſubiicitur:quoniam contrahendo Bononiæ, hic ſe ſtatuto Bononienſi ſubiecit, & ſubditum fecit per contractum in territorio contrahentium factum. At collegia,ſocietates, & ſcholæ huiuſmodi,nec locum,ſeu territorium,nec iuriſdictionem habent ratione loci,ſed tantum perſonarum eiuſdem dũtaxat artis & profeſſionis.l.fi. vbi probari inquit. C. de intriſdict. omnium iudi. Subijcit deinde prædicta vera, niſi ſtatuto ciuitatis aliud expreſſe caueretur, vel ſtatuto mercatorum, ſeu alterius profeſſionis & ſcholæ, quod a principe ſeu poteſtatem habente approbatum eſſet, propterea ſubiungit. Ex his collige ſpecialem approbationem, quo caſu ſit vtilis, vt puta ſi aliqua in illis ſtatutis ſint ſancita, quæ alios etiam præter profeſſionis homines ligaret, & ſtatuta etiam inter eos in his, quæ publicæ leges vetarunt,ſeruanda non ſunt,l.ſodales. ff. de colle.illi, niſi ab auctoritatem habente confirmentur. Hactenus Saly. quem etiam quò ad confirmationem videbis in l.fina. ſub numero 2. C.de iuriſdi. omn. iudi. quibus adde, quod Seue.in citata l.omnes populi. ad verbum retulit Saly. & probauit, & placet Saly. ſenſus ad glo. Ang. Are.in §.ius ciui.num.4 inſt.de iure. na.gen. & ciui.& ex facto conſultus Socin.Saly. referendo ſequitur, vt patet in conſilio 288.columna 5.verſiculo minusque obſtat,libro ſecundo.

Deinde ſciendum eſt, quod Iaſo in l.omnes populi.ſub nume.39.referendo Sal.parum ſibi liquere ait, ſi ſtatutum mercatorum mandat libris eorum plenam fidem haberi,& ſeruanda ſunt eorum ſtatuta cauſę deciſionem reſpicientia,etiam in alio foro,quare etiam non ſeruentur contra alios, qui nõ ſunt mercatores.Sed ex his,quæ diximus,cur contra illum,qui mercator non eſt ſtatutum ſeruandum non ſit,rõ colligitur,& bene quidem Sal. Cyn.Lamb.de Ramp.Ang.& Soc.cenſuerunt. Et cur diuerſum ſit,alia ratio ex mente Bal.reddi poteſt. Ait enim Bal. ſtatuta mercatorum conuentiones,dici.ff.de leg. l. ſed & ea. qđ comprobabis ex l.fi.ff.de colleg.illic.in illis verbis: His autẽ poteſtatem facit lex,pactionem,quam velit,ſibi ferre, dum ne qd ex publica lege corrumpant,&c. Pactiones autem, & cõuentiones inter aliquas perſonas,ne aliis noceãt,ante omnia animaduertendum eſt,l.ſi vnus,§.ante omnia.ff.de pactis.

Denique,quod diximus, ſtatuta mercatorum cauſarum deciſionem reſpicientia,vbi verba relata ſunt ſeu directa ad conſules,officialesve eorum,alios iudices,vt puta. poteſtatem etiã inter ipſos mercatores ſeruare non teneri. Seue. in eadem lege
13 omnes populi,ſub nume.12.non inſubtiliter notauit: † mouit eum,quia conſtitutio, quæ de vno iudice loquitur, vt puta in prætore, & in alio locum habet in ea re iuriſdictionem habente,ſecundum Barto.in l. 2. in §. equidem. ff. ad Ter. citat etiam Dy.in l.2.in §.ſi mater.ff.ad Ter. & Tan. de Cor. in ſua comp.c. 12.q. 11. quod comprobabis ex his,quæ Aret.ſcripſit in conſil. 107.in fi.& Anc.in conſi.340.& conſil. ſeq licèt contra innuat Sig.in conſi.319.in vltima hæſitatione,volum.3. Addit etiam differentiam conſtituram à docto. & ſuperſticioſam, & verbalem videri, dum conſiderant ad quem iudicem verba referantur,igitur reiicienda,arg.l.ſuperſtitioſam.C.de contrahẽ. & cõmit.ſtipulatione.

Et ſubdit,ſi hæc ſententia admitteretur,euenire facile poſſet quòd reus iuxta legem diffamari,C.de ing.& ma.poſſet conue-
14 nire actorem coram prætore, † & ſtatutum inter mercatores factum eloſorium redderetur, cuius prætextu quis forte contraxit,& ideo ſibi non cauit,vt cauiſſet,& ſubdit ex his illud ſequi,ꝙ ſi reus in terminis legis diffamari.conueniſſet actorẽ coram ptãte,ut terminus ad agendũ ſtatueretur,& ſtatutus fuerit, quod actor,qui prius coram officialibus mercaturæ agere potuiſſet,tanquam præuentus amplius non poſſit, argument. corum,quæ Bald. ſcripſit in lege ordinarii. C. de rei vendi. quod etiam aliis probat,& memoria tenendum ait, & cogitandum eſſe ſubiicit,cum relatum a quoquam non legerit. Mihi autem in propoſito iuris articulo cogitanti durum videbatur ab eo,in quo omnes conſentiunt, diſſentire. Et quoniam rationes Seueri. me valde mouent,ideò ex mente forſan legis, & iuris interpretum diſtinguendum videbatur, quemadmodum in pactis Iuriſconſul.eleganter ait in l. iuriſgentium in §. pactorum. ff.de pact. Nam illic ita eſt: Pactorum autem quædam in rem ſunt,quædam in perſonam. In rem ſunt, quoties generaliter paciſcor,ne rem petam,in perſonam ſunt, quoties ne a perſona petam,ideſt,ne a Lucio Titio petam. Vtrum autem in rem,an in perſonam pactum factum eſt, non minus ex verbis, quàm ex mente contrauenientium exiſtimandum eſt.Plerunque.n. (vt Pædius ait) perſona pacto inſeritur, non vt perſonale pactum fiat, ſed vt demonſtretur, cum quo pactum eſt factum. Hactenus Vlpian.Quæ diſtinctio mihi videtur probabilis.Non minus ergo ex verbis,quàm ex mente ſtatuentium exiſtimandum eſt,an conſulibus, & officialibus tantum ſtatutum ſeruari voluerunt. Plane,ſi dictio taxatiua tantùm, ſeu duntaxat in ſtatuto adiecta ſit,dicendum erit de conſulibus tantùm eorum ſtatuentes ſenſiſſe,& coram aliis iudicibus ſeruari noluiſſe.

Intelligenda eſt ergo Bald.& cæterorum ſententia, vbi conſtat,verba ad conſules mercatorum relata non demonſtrandi gratia. Sed quando conſtat ex verbis, ſeu mente ſtatuentium perſonas conſulum,ſeu officialium eorum egredi noluiſſe. At vbi demonſtrandi cauſa perſona conſulis inſeritur in ſtatuto, vel demonſtretur,ſcilicet,conſulem inter eos ius dicere. Seueri.ſententia admittenda ſit. Idem & in re dubia, quando in ambiguo pactum reale potius iudicatur,& hæc ſecundùm ea, quæ in citato §.Barto.Paul.Alexand.& Iaſo.ſcripſerunt, quæ diſtinctio ex eo probatur, quòd Bald.& ipſemet Seueri.& plerique alii huiuſmodi ſtatuta, conuentiones,& pactiones dici, rectè ſunt opinari.& nos comprobauimus ex lege finali.ff.de colleg. illicit.

15 † Tractandum nunc eſt clarius, & in ſumma, ſuper quibus poſſint ſtatuere,& quædam aliam permiſte referemus, a materia tamen non aliena,& Bald.in citata lege 3. quærit, num mercatores poſſint ſtatuere, vt pater pro filio teneatur, & ait non poſſe,niſi filius mercator parti quæſtum referat, cuius rei illam rationem reddit:quia tale ſtatutum eſt contra ius gentium,nec mouere gloſ.debere ſubdit in rubrica de decurion.quia in ſtatuto ciuitatis loquitur, non autem vnius collegii. Tu autem videbis,quæ in eodem loco Salyce.ſcripſit, & nos plenius attigimus in tract.noſtro de decoctoribus,in ea parte,in qua de ſtatutis diſſeruimus,quæ eſt quarta,ideo hic omittimus,& videbis Seueri.in l.omnes populi,num.13.ff.de iuſtitia & iure.

16 † Quæſiuit etiam Bald. in eadem lege ſecunda, numero 9. num ſtatutum valeat, quòd contra ſcripturas mercatorum nõ poſſit obiici exceptio præſcriptionis:& probat valere cum poſſint aliter,quàm ius commune decreuit ſtatuere, vt in eadem lege ſecunda probatur,& Baldus ſententiam probauit Aſtenſis, in terrio volumine de ſtatutis, & conſtitutio. in verbo, mercator.

17 † Idem Bald. in relato loco ait,non poſſe aliquid decernere, quod naturaliter, & euidenter ſit iniuſtum. lege ambitioſa. ff. de decret.ab ord.facien. & not. in lege prima. C. quæ ſit longa conſuetudo. Item contra ius publicum totius ciuitatis ſtatuere vetantur. Exempli loco,in depoſitis mercator bãni exceptionem obiici non poſſe iuxta ea,quæ leguntur, & not. in l. bona fides.ff.depoſiti. quæ Aſten.& Seuer.in citatis locis probarunt. Additque Seuer. & illud ſtatutum improbandum, quod monopolium ſapiat l.j.ff.de monop.

18 † Salicetus etiam in eadem lege ſecunda. & illud ſtatutum aromatariorum improbat,quod in funeribus certam a quoquã dari vetat,niſi prius hæredes defuncti aromatario eius quod defunctus debuit,ſatisfecerint. Eſt enim iniuſtũ & ambitioſum, & vide tex.notabilem in l.fin.cum aucten.ſeq.C.de ſep.viol.

19 † Delẽdum& illud ſtatutum putat,quod vetat, opus ab vno cæptum,ab alio perfici poſſe abſque conſenſu eius,qui inchoauerit.

20 † Et illa lex improbanda eſt,quæ certas tantum perſonas artem aliquam ſeu exercitium facere iubet, reliquas verò vetat: ſecundùm Barto.in l.fin.ff.de colle.illic.num.20. & iuxta l.j.de monop. quæ comprobabis ex his, quæ eleganter ait Anchar. in conſilio 147.ſummæ prudentiæ,& auctoritatis. col. fin.

21 † Qui ex facto conſultus,cum tonſores pãnorum vulgo cimatores dicti conſueuerint cum emptoribus ad tabernas, ſeu ſtationes mercatorum accedere inſpiciendi gratia qualitatem,valoremque pannorum,num ſtatuere poſſint,vt poſthac ad tabernas eorum non accedant,& ait poſſe,& ſtatutum ab omnibus in albo,ſeu matricula mercatorum deſcriptis obſeruandũ eſſe.

22 † Idem

Source : BIU Cujas

22† Idem Salyc.in citato loco reſpondit, non valere illud ſtatutum,quòd ſit vnicus (vt ipſe ait) purgus in ciuitate,vel quòd non poſſint, niſi certi homines artem lanæ exercere. Talia enim ſtatuta monopolium inducunt. meritò ſunt improbata, niſi a publico approbentur.

23 † Subdit idem Saly.illud ſtatutum improbandum non eſſe, omnes ſine fraude,& ſecundùm certam menſuram pannos facere debere,quodque rectori artis omnes ſubiiciantur, quæ & Seueri.& Crot.in citatis locis approbarunt, & ipſe etiam æque non reprobo.

24 † Vetantur & illud ſtatuere mercatores, quòd nullus ex eis poſſit alium in ius vocare coram præſide, ſed tantum coram eorum conſule.l.finali.C.de iuriſdict.omnium iudicum.vbi Saly.notauit ſub nu m.2.

Nunc ad Baldum noſtrum redeamus, qui in l. ſecunda non ſemel citata,& in tractatu ſuo de conſtituto materiam hanc plenius tractauit. Ait Bald.mercatores inter alias perſonas, eis
25 non ſubiectas decernere non poſſe, † niſi ſe foro ſubiicient:vel ni ſeditioni eorum ſupponerent, vel agerent. Si enim agunt, reconueniri poſſunt:mutuæ enim petitiones coram iudice expediri debent:aucten.& conſequenter.C.de ſenten.& interlo. omnium iudic.l.ſi idem cum eodem.ff.de iuriſdic.om.iudic.& idem probauit Bald.in dicto tract.num.11.

Subiungit idem Baldus,quid ſi aliquis in albo diuerſarum artium,vel negotiationum deſcriptus eſt,ſeu(vt verbis eius vtar)
26 matriculatus ſit in diuerſis artibus, † ſeu negotiationibus,& ait inſpiciendam artem eſſe,ex qua conuenitur: ad iudicē enim illius artis pertinet ff.de lega.3.l.legatis ſeruis.§.ſi vnus ff.de tribu.l. procuratoris. §.ſi plures. Sin autem eſt negotium extra vtranque artem,ad neutrum pertinet cognitio,ſed ad commune forum præſidis confugiendum eſt, lex eſt notabilis.ff. naut. cau.ſtabu.l.3.§.eodem modo.in his enim, quæ ad mercaturā pertinent,conſules mercatorum ſunt iudices,extra verò negotium mercaturæ ipſorum notio non eſt, nec poſſunt ſtatuta facere,vt idem Bald.ſcripſit in l fin.C.de iuriſdict.omnium iudic. & in relato tractatu,de conſtitu.num.12.quibus addes quæ eleganter ſcripſit Ang in conſi.6.data eſt,& quæ nos plenius diſſerendo diximus in prima parte principalis tract. verſicu. proxime accidit.num.56.

27 † Quæritur apud eundem Bald.in eadem l.3.ſub nu.3.mercatores legem tulerunt,quòd contra eorum apochas, ſeu apodiſſas nihil opponi Poſſit,ſed omnino ad ſolutionem ſeu ſatisfactionem compellantur. Gerinus mercator ad ſoluendū virtute apochæ a conſule compulſus,nec auditus eſt,cum indebitum eſſe allegaret: num quod ſoluit cōdictione indebiti repetetur? Et prima fronte propter auctoritatem rei iudicatæ repetitioni locum non eſſe videbatur.l.prima.C. de condi. indebit. contra tamen reſpondit, ſententiam non obeſſe: quoniam in primo iudicio diſputari non potuit hæc exceptio, vtrum debitum,ſeu magis indebitum eſſet, quod peteretur. Quod ergo non eſt diſcuſſum,ſententia terminatum dici non poteſt. Quibus adde Bartolum in lege prima in §.& parui ff.quod vi aut clam. qui quæſtionem plenius explicat,& in eadem eſt opinione,& videbis Saly. in l.j.in fin. C. de condi.indebi.& in dicta l.2. Huic rei eſt.

28 †Et illud adnotādū mercatores priuatæ ſcripturæ fidē habēdam eſſe,decernere potuiſſe ſcripſiſſe,& probaſſe. Ioā.ab Amicis in conſi.62.in præſenti conſultatione &c.num.5.

29 † Item quæritur apud eundem,& eodem in loco, quam interpretationem habeat ſtatutum illud mercatorum, quòd cōtumax habeatur pro confeſſo,& ait ex ttina citatione, nec vnā pro tribus ſufficere propter magnum præiudicium, quod inde ſequitur.ff.de iure fiſc.l.ſenatus.§ quod ſi tribus, & addit,vbi in contumacia ſententia dicitur,in ſententia de contumacia meminiſſe oportere.l. .§.ſenatus.verſic.quoties.ff.de iure fiſc.quæ ſimpliciter Aſten.in tertio volum.de conſtitu.& decr. in verbo mercator.retulit & probauit,& placuit Alexand.apud Barto.in l abſentem.num.4.litera E.in fin.ff.de pœnis.& conſenſit Fely. in cap.conſuluit.columna 5.verſicu.5.fallit,numero 13. de offícia delegati.

30 † Vulgaris eſt illa quæſtio,& agitata valde de lege municipali,quæ ſcripturas manu propria mercatorum ſcriptas exequēdas iubet,num ſi ſcriptura manu alterius facta ſit, ſubſcripta verò manu mercatoris locū habeat,lex municipalis, in qua illud pleriſque placuit,& verius eſſe puto,& ſubſcriptam ſcripturam exequendam. Idque ex ſententia Ange. Imol.& Alexand. ac Are.in l.ſi ita ſtipulatus.in §.Gryſogonus.ff.de verborum obligatio.& idem ex facto conſulto placuit Alexand.in conſi.147. Ponderatis his.numero 3.& ſequent. volumi.2. quod reſponſum ī materia,de qua eſt diſputatio noſtra,de mercatore ſcilicet,& mercatura,notandum puto. Nec me latet Laſo. notaſſe in l emptor.in §.Lucius.ff.de pact. numero 3.& ſequent.& in auctenti.ſi quis in aliquo C.de eden.numero 6.& in d.§.Gryſogonus.numero 9.& ſequen.& in aucten. ſi quis in aliquo.C.de eden.num.9.& ſeq.Decius enim in capitu.quoniam contra.nu. 61.de proba.idem probauit,& legi a Iaſone citatæ, ac rationib reſpondit,qui addes quod idem Aſten.ſenſit in citato volum. de conſtitu.& deci.in verbo,ſcriptura,in vltimo verſic.& ſubiicit,ſtatutum locum habere,& in ea ſcriptura,quæ ab alio ſit ſcripta,mandato tamen mercatoris,citat Gemi.in capit.ſi pro teſt. in notabilibus. de reſcript.in 6.& Alexand.in l diuus,in §.item ſenatus.ff.de falſ.de quo vide quid dubitando Fely. ſcripſerit in capit.cum inter,num.9.de ſenten.& re iudi. Geminiani tamen ſententiam defendit Mar.in ſing.471.Sæpe contingit,& ſubdit. ei,qui ex mandato ſcripturam fecit,credendum non eſſe, cum ſit vox vnius,citatque idem ſenſiſſe Imol.in conſi.91.in cā &c. colum.1.& ſemetipſum in rub.C.de prob.

31 † Meminimus in pleriſque locis de lege municipali, quæ libris ſeu ſcripturis mercatorum plenam fidē haberi iubet, quā valere Bal.ſcripſit in l.cunctos populos.numero 16.C.de ſum. trini.& probat Laſ. complures referendo,in rep.l admonendi, nu 100.ff.iure. Pro quo l.quædam,in §.numularios.ff. de eden. in illis verbis,quarum probatio ſcriptura codicibuſque eorum maximè continetur,& frequentiſſime ad fidem eorum decurritur,qui textus eſt maximo argum. vt inter ipſos mercatores valeat,& facit l.2.de conſt.pe.& c.cum dilectus.de conſue. Idq; vſque adeo receptum eſt,vt ſcripturis in loco factis fides habeatur,ſi alibi agatur,ſeu in alio loco producantur, ſecundùm Ioan.And.apud Specu.in titu.de inſtru.edi.§.nunc dicendum. in additione magna,cuius initium eſt,in priuatorum.circa fin. & placet Butr.in capi.2.in tertia colum.de fide inſtrumen.& tanquam quotidianum,& notandum in citato loco Laſon retulit, & plenius in l.cunctos populos.in prima lect.nu.33.C. de ſum. trinita.& ad rem facit, quod Bald ait in l.ſi non ſpeciali.nume. 4.C.de teſtamen.ſcripturam factam in aliquo loco in priuilegium illius loci vbique ſeruari,quod & Decio placuit in capi.j. num.36.extra de proba.& Feli.in cap.cum dilectus.num.24.de fide inſtrumen.vbi verum eſſe ait,inter eiuſdem loci homines, & probauit prædicta Seueri.in repet l.cunctos populos.ſub nu. 664.in quo loco,& in repe.l.admonendi.ſub num.63.poſt Bal. hoc amplius tentauit dicere.Senis finge lex municipalis eſt,vel conſuetudo,quòd libris mercatorū credatur,& extraneus mercator in eadem ciuitate librum rationum conſcripſit,† ſi idem 32
extraneus mercator in albo,ſeu matricula mercatorum Senis deſcriptus fuiſſet,& conſequenter in collegio mercatorū fuiſſet, eius libro fides haberet.Cōtra verò ſi deſcriptus non eſſet. Idē Seuerinus ſub ſequē.nu.affert ſpeciē tal.ēTitio creditori ſuperioribus annis centum,quæ debebat Seius mercator numerauit, † & ſe ſoluiſſe ac numeraſſe,in codice rationum aſcripſe 33
rat,nec aliter ſibi de ſolutione cauerat. Titius mercator idemque creditor centum petit,excipit de ſolutione Seius,ipſamq; ex codice rationum probat,cui legi municipali fides habebatur,replicat Titius immutatum ſtatutum decretumq; eſſe noua lege,vt amplius libris mercatorum fides non habeatur. Nū Scio noua lex municipalis præiudicet,cum ipſe ante legem nuper latam ſe ſoluiſſe,in codice adnotauerit? & ait ſe diſputaſſe in l.omnes populi.in quinta quæſtione princip.& verum eſt, quod ait nam ſub nume.83.inquit,defenſionem probandi ſolutionem ex Codice rationum ante nouum ſtatutū, Scio quæſitam eſſe,ideo ex lege noua ademptam non cenſeri.l. teſtium. C.de teſt.verſicu his, ſcilicet, qui ſine ſcriptis,&c.Si verò Seius poſt immutatam legem,& ſic poſt nouam legem ſoluiſſet, cōtra ſe habere:huiuſmodi enim defenſio probandi ex proprio codice ſublata intelligeretur ex l.noua,& de ſe queri deberet Scius,qui cautionem ſeu quietationem non deſideraſſet.

34 † Sed & illud queri poteſt,ſi mercator eſſe deſiit,num virtute legis municipalis fides habenda ſit libris,quos dum mercatorū exercuit,conſcripſit,& credendum puto. Pro qua ſentētia eſt, quod ſcripſit Accur.in § penulti.in aucten.de tabell. & eſt arg. text.in l.prætor.§.item etiam, qui deſiit.ff.de eden.& probauit Aſten.in relato.3.volum.in verſic.probatio.

35 † Vbi hoc amplius adiicit,ſi ſtatutum diceret,libris mercatorum ſtari (vt ait) ad plenariam probationem, non poſſet probari contrarium,ſecundùm Alexand.in l.2.§.ſi abſens.nume.7. ff.ſi ex noxa.cau.citatque gloſ.in clem.j in verbo, feciſſe narramus.de proba.& ſubdit. † vtile eſſe ad priuilegia, quæ Hebræis conceduntur in quibus ſolet adiici hæc clauſula,quòd libris eorum ſtetur,& plenariam faciant probationem, habent enim hæc verba vim præſumptionis. quam vocant iuris,& de iure. quæ Iaſoni in eodem §.in 6.num.placui. 36

Sed quoniam quę de ſtatuto, ſeu conſuetudine mercatorū diximus,quòd fides habeatur,temperamēta qnædam recipiūt, idcirco nonnulla in ſumma adnotabimus.

37 † Et primum,ſi ſtatutum diceret generaliter omni ſcripturæ mercatorum ad eorum fauorem credendum: quia hac conſuetudine,ſiue ſtatuto ad falſum inuitarentur,& ratione caret, nō valeret.lege conuenire.ff. de pactis dotalibus, capitulo erit autem.4.diſtinctio. idque ex ſententia Bald.in l.vni. C. de confeſ. nu.13.quem retulit,& probatur Abb.in c.bone.2.de poſtu.prælat.in fi.& Laſo.in d.repe.l.admonendi.num.102.qui ex mente

Source : BIU Cujas

83 prædictorum,ſtatutum. † quod libris mercatorum ad fauorem ſcribentium fidem haberi mandat,intelligendum eſſe ait,iudicis conſenſu accedente,& ſi iudici videbitur, mercatoris ſtatu atque conditione,qualitate,rei atque negotii, ac quãtitate cognitis,atque perſpectis,quæ ſententia vtilitati rerum eſt conſentanea,& meritò placuit Alexan. in l.quædã.in §.numularios.in j.col.ff.de edend.& Franciſ.Cur.in d.l.admonendi. nume. 214.

39 † Addit Iaſo.& tertio conſuetudinem, ſeu ſtatutum huiuſmodi intelligendum,niſi mercator notatus eſſet infamia : ſi enim infamis,& culpatæ,ſeu ſuſpectæ vitę eſſet, fides libro habenda non eſſet.Citat Bald.in l.cunctos populos.C.de ſum.trinita.vbi Seuer.notauit Bal.referendo,ſub num.164.& videbis omnino eundem Bald.in l.Caſſius.num. 10.ff.de ſenat.& in eadem ſententia fuit Barto.in l.quædam.in §.numularios.ff.de eden.& argum.eſt l.ſi quis ex argentariis.§.j.ff.de eden.in illis verbis. Quid enim ſi humilis,& deploratus vnus ediderit,vt dubitare quis meritò de fide editionis poſſit? quibus addes Gramma. in conſil.

40 35.nume.27. † Declarat etiam Iaſo. in relato loco conſuetudinem,ſeu ſtatutum prædictum interpretãdum in his, quæ ad negotiationem,ſeu mercaturam pertinent,vt puta,ſi mercator ſit pannorum,& in libris rationes pannorum deſcripſerit.Contra verò,ſi extra negotium mutuum,ſed depoſitum aduocauerit, argum.l.3.§.eodem modo.ff.nau.caup.ſtab.idque Ioann. And. ſenſit in citata addi.quem referendo probat Ludo.Roma conſil.204.pro diſcutienda. & in conſi. ſequen. & Areti.in conſi. 33.conſultatio præmiſſa.colum.j.& in conſi.63. in præſenti. & ſequen.& placet Deci.in capit.j.num.35. & in conſi.60.viſo tenore.num.3.& comprobat Iaſo.pluribus ſimilibus in l.age.C.

41 de tranſactio.& Aym.Cra.in cõſi.3.num.15. † Huc pertinet,qđ Bald.inquit in l.fin.C.ad ſenatuſconſul. Macedo. ſi lege municipali cauetur,cũ filiofamilias non poſſe contrahi, niſi ſit mercator,interpretandam,ſi in cauſa mercaturæ contrahat. Secus ſi in diuerſa. Ratione enim mercaturæ non perſonæ lex municipalis permiſit,& induxit legem illam,contraque ſubiungit facere.ff.nau.caupo.ſtab.l.3.§.eodem modo. Cæterùm,illud verum ait, ſi conſtat extra negotium mercaturæ cum filiofamilias contractum,non valere contractum:in re autem ambigua præſumi tanquam cum mercatore contractum, verſumque in ipſam mercaturam. Vnde ſi mutuò quid acceperit in merces vertiſſe cenſetur,idque ait Bart. placuiſſe in l. Macedoniani. eo. titu.vbi idem Bald.notauit,& argum.magno eſt text.in d.l.fin. & idem placuit Stepha. de Fede.in tract. de interpreta. iur. in 3. parte.num.24.qui ait,in dubio contraxiſſe videri in cauſa mercaturæ,& in eadem opin.fuerunt Paul.& Saly.in d.l.fin. & Are. inſtitu.de excep.§.item ſi in iudicio.num.18.Pau.Caſt.in l.j.§.in filiofamilias num. 4. ff. ad ſenatuſconſul. Maced. & hęc etiam probauit Seue.in d.l.admonẽdi.nume.62.quibus addes,quę relatiuè diximus in ſecunda parte princip.tracta.in uerſic. tractare hic ab re non eſſet.nume.169.& Felyn.in capitu. 2. nume.28.

42 de fide inſtrumen. † Denique conſuetudinem,ſeu ſtatutum, qp libris mercatorum credatur,interpretandum videtur, dũ modo in territorio,in quo ſtatutum uiget,liber conſcriptus ſit,vnde ſi Senenſis Antuerpiæ moram traheret,& eodem in loco in libro adnotaret,ſe ſoluiſſe centum, quæ Franciſco mercatori Senenſi debebat, virtute legis municipalis,quæ Senis eſt,vt ſcripturis mercatorum ad eorum fauorem fides habeatur, ſolutio non probaretur,ſecundùm Seue.in l.omnes populi. num. 164. qui id Bald.ſenſiſſe refert,& idem Seue.eandem quæſtio.attigit in l.admonendi.ſub num.65.& non ſoluit,& in eadem ſententia fuit Iaſon in prioribus commẽl.cunctos populos. ſub num. 23.qui eundem Bald.idem ſenſiſſe refert in cap. cum dilectus. extra de fide inſtrumen. Verùm non me latet Philipp. Corn.in conſi.319.circa primum &c.volum.3.in vlti.dubitatione.contra hanc ſententiam effuſo ſermone complura retuliſſe, prætermiſſaque Bald.auctoritate dubitando inſolutam quæſtionẽ

43 reliquiſſe,quod reſponſum videndum eſt. † Eſt & hic illud neceſſariò adnotandum,non improbè conſtituendam eſſe differentiam inter ſtatutum a mercatoribus factum, quod iubet eorum libris fidem haberi:& illud,quod a municipibus, eſt conditum,ſeu quod ciuitas aliqua conſtituit,vt mercatorum libris credatur,in ſuperiori ſiquidem caſu,ſecũdùm ea,quæ diximus a frequentioribus probari,inſpiciendum eſt, num ſtatuẽtes ad eorum cõſules verba retulerint. Si enim ad eos verba dixerũt, in alio foro tale ſtatutum ſeruandum non eſſet.

Dicendum eſt igitur,vt paulò ſuperius diximus in verſic. incurrit.& verſi.denique quod diximus.num.10.& ſeq.nu.In poſteriori verò caſu,& ſi ad prætores,ſeu poteſtates ſtatuẽtes verba retuliſſent,generaliter putarem,& in quocũque foro, ac loco inter eiuſdem loci mercatores fidem libris habendam eſſe, vt diximus in verncu.meminimus &c.

Cur tam variè colliges ex ſcriptis noſtris, nec hic diſtinguẽdum eſſe,vt in pactis diximus,ſed generaliter in quocunque foo,& loco inter ſubditos ſtatutum prædictum ſeruandum, niſi

44 expreſsè aliter in ſtatuto contineretur. † Fulgo.in conſi. 105.in propoſita quæſtione &c.affert ſpeciem talem.l municipalicõſulibus in cauſis mercatorum iuriſdictio tribuitur,num ad hæredes mercatorum,qui tamen mercatores non ſint, porrigẽda ſit,& ait referendam non eſſe,& conſequenter conſules hæredum mercatorum iudices non eſſe, hæreditatemque negociatricem,& in hoc exercitio mercaturæ eſſe dici rectè non poſſe, cùm ſit res incorporalis.ff.de rerum diuiſione.§.j. Incorporalia autem huiuſmodi officia non recipiunt,arg.ff.de acqui.rer.do. l.ſeruus.§.incorporales.Nec refert,quod dicitur, hæreditatẽ in multis partibus iuris pro defuncto haberi.ff.de acquiren.rerum domi.l.hæreditas. quoniam illud ex fictione eſt introductum, ad quam lex municipalis non refertur.ff.de nego.geſt.l.3.§.hęc verba.vbi Accur.& omnes conſentiunt.Hæc ille. Quæ ſententia vera eſt, ſi lege municipali quam ſibi ciuitas aliqua conſtituiſſet (vt proponitur) caueretur. At ſi mercatorum lege,& q̃ ipſi mercatores ſibi conſtituiſſent in ſupraſcri. verba decretum eſſet,dici fortè poſſet, & non incolorate hæredem mercatoris coram conſulib.conueniri poſſe ex negocio mercaturæ,quod defunctus dum vixit,geſſit.& adminiſtrauit,mouet, quod non ſemel diximus,& præcipuè ſub nu.8.& nu.14 hac eadem parte ſtatuta mercatorum,pacta,& conuentiones dici, & propterea & mercatores,& eorum hæredes hoc iure vti obſtrictos eſſe.

45 † Dicet aliquis,finge clericum hæredem mercatoris, eueniret ergo, qp clericus mercatoris hæres coram conſulibus ex negocio mercaturæ a defuncto geſto conueniri poſſet. quod Ful. non admittit,& meritò,vt Bar. Paul. & alij notarunt in l.hæres abſens.in prin.ff.de iudic.Sed ideò eſt,quia clericorum priuilegium eſt fori,in corpore iuris inſertum.Nec enim priuilegium fori perdit clericus,ſi laico ſuccedat, vt ex perſona laici conueniri poſſit:quia conceſſum eſt priuilegium fauore publico,& ratione totius clericalis ordinis,vt plenè ſcripſit Iaſ. in auth. quas actiones.nu.39.C.de ſacroſ.ecc.eſt tamen & hic,& in eo, quod diximus in præced.q.cogitandum,videnda, atque conſiderãda l.fi.C.de iuriſ.om.iud.quæ eos,qui in collegio ſunt,ſolum reſpicere videtur,& videbis Ro.in conſi.300.in caſu propoſito &c. & his addes,quæ dicemus, cùm de iudicibus tractabimus, ſub nu.17.ego tamen dixi quod modo ſenſerim.

46 † Decius in conſi.3.& diligenter &c. ex facto conſultus ſuper conſtitutione Florentina,quæ officialibus mercaturæ in q̃busdam iuriſdictionem tantùm tribuit, non inſubtiliter differuit, nũ in iiſdem cauſis ordinaria iuriſdictio,ideſt,prætoris adẽpta cẽſeatur,ipſum legito,& ſat ſit locum retuliſſe, & illud addere, prædicta procedere, vbi ciuitas ſibi tale ius conſtituiſſet: ꝫ vero,ſi mercatorũ collegiũ id decreuiſſet: non enim poſſunt mercatores ſtatuere,vt ordinaria iuriſdictio excludatur,ſecũdũ ea,quæ dicimus,& dicemus, & probatur in l.fi.C.de iur.om.iud.

47 † Apud Rom.in conſi.30.paulò ſuperius relato,ita ſcriptum eſt,ſi lege municipali conſulibus mercatorum cognitio litis, quæ (vt ait) a guarentigia proficiſcitur,prohibetur,tunc a guarentigia litem procedere,dicendum eſt, cum inſtrumenti tanquam guarentigiati executio petitur,contra verò,ſi coram cõſulibus ad probationem inſtrumentum produceretur.Conſtitutio enim, quæ loquitur in vim petendæ executionis, locum non habet,cum illud producitur,in vim faciendæ probationis: ſecundum Bal.in l.planè.ff.quod fal.tu.& Bar.in l.filius.ff.quod cum eo.& hanc ſententiam probauit Soc. in conſi.51.Præſtantiſſime doctor &c.lib.1.Et ego etiam æquè non reprobo, verba tamen municipalis legis diligenter inſpicienda ſunt, quod & Bar.& Bal.in relatis locis notarunt.

48 † Nec tacebimus præceptorem meum,Ludo. Goz.in conſi. 72.de officialibus ſcripturæ ſeu Duanæ Anconitanæ, quædam ex facto conſultum ſcripſiſſe,ac alia attigiſſe, & ad mercaturã, & Anconitanas conſtitutiones pertinentia,quæ quoniam legi poſſunt,conſulto prætereo. Sunt enim præceptoris mei uiri q̃dem ingenii acutiſſimi ſcripta talia,vt inter manus fere omniũ verſentur,& tu lector quę ſcripſit conſidera.

49 † Sciendum eſt & illud,quod eleganter inquit Are.in reſpõſis ſuis,in reſp.29.diligenter & mature &c.nu.19 ſtatuta quibus conſulitur mercatoribus & artificibus, vt melius mercatura & artes exerceantur,ad ſtatum ciuitatis & publicam vtilitatẽ pertinere,citat Bar.in l.ambitioſa,nume.22.ff.de decre. ab ord.fac. Dicebat etiam Barb.mercatorum ſtatuta æqua eſſe, vt patet in conſi.29.nu.5.in 2.par.

50 † Et qm̃ diximus, mercatorũ ſtatuta confirmatione nõ egere,cũ a lege ipſa ſint confirmata,illud ſciendũ eſt, ſi confirmentur a populo:non tm̃ ſtatuta populi,verbi gratia Anconitani dicentur,ſed mercatorũ,vt eleganter probat Bal. in l.ex placito, nu.7.C.de rer.per. Quod ſingulariter no. puto, propter multa ac varia,& præſertim ea,quæ diximus paulo ſuperius,in ver.de niq; & in ver.Fulgoſius.Hoc loco etiã admonendi ſumus, apud Bal.in conſi.382.nu.8.lib.5.ita ſcriptum eſſe.Fruſtra de pœna laborat,qui rem conſecutus eſt. l.2.poſt prin.ff.ſi quis cau.Præſertim,quia iſta obligatio,quæ deſcendit ex decreto mercatorũ eſt

51 obligatio prætoria,& ꝫſequenter arbitraria, † in qua prædicta reg.eſt veriſſima,ut ff.de publi.lege.hoc edicto,& ff. quod met. cauſa.l. ſi cum exceptione. §.ſatis clementer, & quòd ſit ius, ius

prætorium

Source : BIU Cujas

prætorium apparet;quia deſcendit ex iuriſdictione conſulum, qui ſunt prætores,ſicut ædiles curules,& ſimiles.l.j.ff.de offi.cõſu.& ff.de verbo.obli.l.ſtipulationum aliæ.§.prætoriæ, vt l.ſaltẽ inſtar prætoriarum inuentæ, ex quibus oritur actio in factum. Hæc ille,qui paulo inferius ſubiungit in verba infraſcripta. Sed quia forte in hoc aliqui contradicerent, cum iſta actio ſit pœnalis a principio,vel forte dicerent, ꝙ hæc pœna eſſet applicãda fiſco. Ideo & reliqua, Meritò autem adiecit Bald. ſed quia forte aliqui contradicerent.

52 † Quoniam Iaſo.poſt Alexan.in l.ſtipulationum aliẽ. in fin. princ.ait,quod dicitur,actiones pœnales,deſcendentes ex ſtatutis Ducum,Comitum,& Marchionũ annales eſſe,veluti actiones prætoriæ,procedit,quando actiones pœnales ciuiliter inſtituuntur ad pœnam applicandam parti.Contra verò,ſi criminaliter,tunc enim durant ad annos 20.l. querelam.C.de falſis. ex quibus verbis aldi Bcolligimus,obligationes ex decretis mercatorum deſcendentes prætorias eſſe. Pro qua ſententia videtur text. in l.2. in §.nouiſſime.ff.de orig.iuris,in illis verbis, aut eſt magiſtruum edictum,vnde ius honorarium naſcitur.

53 † Verùm huic ſentẽtiæ aduerſatur:quoniam talia ſtatuta ipſi conſules,ſed mercatores faciunt,& qui conſules ab ipſis mercatoribus creantur,vt dicemus in ſequen.parte, & nõ ſemel diximus,& probatur in l.fin.C.de iuriſ.om.iud.in l.2.C.de conſt.pecu.in §.fin.in aucten.de fideiuſſ. Item,cum legis permiſſu mercatores ſtatuta faciant, ius prætorium dici nõ poſſe uidebatur. Quemadmodum,quòd vnaquęque ciuitas ſibi conſtituit ius ciuile,non autem prætorium,dicitur l.omnes populi.ff.de iuſt.& iur.Barto.in d.l.ſtipulationum aliæ.in fin.ff.de verbo. oblig.ego autem vt breui dicam quidam ſenſerim, putabam huiuſmodi ſtatuta a mercatoribus facta,pactiones,atque conuentiones recte dici poſſe.l.fin.ff.de colle.illi.l.ſed & ea.ff.de leg.& ſup.non ſemel diximus ꝙ pactiones benigne interpretandæ ſunt, & cauendum,ne ſub auctoritate iuris ſcientiæ pernitioſe erretur.ff. de verborum obliga.l.ſi ſeruus ſeruum.in §.ſequitur. Et in ſumma æquitatem ante oculos habere iudex in interpretatione earundem,& prętores imitari.l.quod ſi Epheſi.ff.de eo,quod cer. lo. Quæ notanda ſunt ad multa,& varia quæ ex relatis locis colligi poſſunt.Reliqua ſtatuta ad mercaturam pertinentia in diuerſis locis (vt materia expoſtulabat) notaui.

54 † Et quia de nomine curia,in pleriſque locis meminimus,ſi libet,de ſignificatione huius vocabuli videbit,quæ ſcripſit Zaſius in l.2.ff.de orig.iur.& plenius Nicol.Boc.in tractat. de pot. mag.con.numero 167.& ſequent.

Secundæ particulæ vltimæ partis principalis.

ARGVMENTVM.

De iudicibus, ſeu conſulibus Mercatorum: Et quomodo in cauſis eorum ſit procedendum.

SVMMARIVM.

1 *Collegium mercatorum poteſt iudicem eligere, cuius iuriſdictionem declinare nequeunt,& quomodo creandus ſit.*
2 *Collegium mercatorum poteſt plures etiam iudices ſeu conſules eligere: non tamen ſeorſum quilibet adiri poteſt.*
3 *Maior pars conſulum an ſufficiat, vt,quod factum eſt, valeat, præſertim alijs abſentibus,& irrequiſitis.*
4 *Conſules tres ſi inceperunt,& vnus eorum abeſt,quartus poteſt ſupplere vices illius abſentis. Et quid in extraiudicialibus verbi gratia,ſi plures eligantur ad vendendum gabellas Florentiæ.*
5 *Conſules electi à collegio mercatorum,ordinariam habent iuriſdictionem,& ſi tanquam ſuſpecti recuſati fuerint,idem in his, quod in ordinarijs eſt dicendum.*
6 *Conſules electi à collegio mercatorum, quòd iuriſdictionem poſſint exercere abſque confirmatione.*
7 *Conſules licet habeant iuriſdictionem inter ipſos mercatores, non propterea cenſetur adempta ordinario loci iuriſdictio. Quinimmo & ipſi mercatores,& conſules ordinarijs iudicibus ſubijciuntur.*
8 *Actor habet electionem agendi contra mercatorem, vel coram conſulibus, vel coram ordinario, nec reus habet priuilegium petendi ſe remitti ad conſules.*
9 *Vbi quis coram pluribus iudicibus reſpondere tenetur, actori datur electio, coram quo velit eum conuenire.*
10 *Conſules ex longa,& antiquata conſuetudine extra negotium mercaturæ cauſas poſſunt cognoſcere.*
11 *Conſules mercatorum cognoſcunt in his, quæ ex mercatura veniunt, ideſt annexis,& connexis, vtputa pœnis.*
12 *Conſules mercatorum non cognoſcunt inter ipſos mercatores in his, quæ ſunt extra mercaturã,verbi gratia, ſuper venditione domus.*
13 *Conſules cauſas collegii mercatorum poſſunt cognoſcere,ſi à mercatura proficiſcantur.*
14 *Mercator ab eo,qui mercator non eſt,cauſa,& occaſione mercaturæ coram conſulibus conueniri poteſt.*
15 *Mercatorum conſules an poſſint de delictis cognoſcere, & multũ inditere.*
16 *Mercator qui deſiit mercaturam exercere,pro his,quæ geſſit tempore, quo mercator erat, & quæ ad mercaturam pertinebant, coram conſulibus mercatorum conueniri poteſt.*
17 *Clericus mercaturam exercens,quòd mercaturæ cauſa coram conſulibus cõueniri poſſit:quia non vt clericus, ſed vt mercator conuenitur: & idem iuris eſt in milite.*
18 *Mercator forenſis,qui Anconæ tabernam,pergulam,ſeu menſam habet ratione contractus,vel quaſi,Anconæ poteſt conueniri. Et ſi domicilium nõ habeat,coram præſide, vel conſule, in his tamen, quæ ad mercaturam attinent.*
19 *Mercatores Florentini qui menſam numulariam certo loco exercent, tenentur ibidem ſe defendere in his,quæ ad menſæ rationem pertinent, nec excuſandi ſunt ſi Florentiam codices rationum tranſmiſiſſe dicant: quia afferri lex iubet ſumptibus,& periculo eorum.*
20 *Mercator forenſis,qui nec tabernam,ſeu menſam,aut pergulam Anconæ habebat,ſi merces emit habita fide de pretio,aut vendidit præſenti pecunia,habita fide de rebus,ſi is receſſurus ſit,non Anconæ conueniri poſſit. Et quid,ſi fides non eſt habita de pretio,vel rebus.*
21 *Mercatores Florentini,qui Anconæ inſtitores habent, poſſunt ibidem ex eorum contractibus conueniri,directa, vel vtili inſtitoria.*
22 *Menſa poteſt conueniri, & ſi plures menſæ ſint in diuerſis locis principalis conuenietur,ſi aliæ eò accedant.*
23 *Mercatores,qui ad nundinas profecti ſunt, non poſſunt nundinarum tempore in ipſis nundinis,etſi pergulam habeant, ab his qui nundinas impetrarunt conueniri:ab alijs verò mercatoribus, qui cum eis contraxerunt, poſſunt.*
24 *Mercator num ex aſſidua conuerſatione in loco forum ſortiatur.*
25 *Contrahens certo loco cum mercatore,qui habet bona in diuerſis locis, num poſſit petere in alio loco ſibi ſatisfieri.*
26 *Senenſis Venetijs menſam numulariam exercens,ſi Senenſi Romæ ſimiliter menſam numulariam gerenti,per literas mandet, vt trecenta alicui ſoluat,num Romæ coram auditore cameræ poſſit conueniri ad dicta trecẽta, ſtante ſtatuto Senenſi,quod prohibet ſub pœnis Senenſem coram alia curia,quàm temporali Senenſi,conueniri poſſe.*
27 *Statutum Senenſe,quod prohibet, Senenſem ſub pœnis alium Senenſem in alia curia,quàm temporali Senenſi trahere,an valeat,& ſit contra libertatem eccleſiaſticam.*
28 *Locus vbi mandatũ factum eſt,non attenditur, ſed vbi ſit mãdati executio.*
29 *Interpretatio ad ſtatutum Anconitanum ſub rub.de non vocan.cit.*
30 *Conſules qua ætate creari poſſunt.*
31 *Conſules electi iurant. Et de forma,relatiuè. Et quod in iuramento intelligatur exceptum ius ſuperioris.*
32 *Conſules mercatorum qui iurant ſeruare ſtatuta à collegio facta, num obligentur ad periurium,ſi non ſeruant ſtatuta idem, quod ius commune diſponentia.*
33 *Conſules mercatorum,quòd poſſint per edicta citare, ſi proponantur edicta in foribus auditorij eorum; quia habent prætorium.*
34 *Conſules mercatorum à collegio creati,an reuocari ſeu reprobari ab eorum collegio poſſint ante finitum officium.*
35 *Collegium mercatorum quomodo conſtituatur,& quomodo diſſoluatur: & circa id quędam alia,relatiuè,*

POSQVAM ſtatuta complura ad mercatores, ipſamq; mercaturam pertinentia breuiter retulimus,nunc iuxta propoſitum a nobis ordinem de iudicibus eorũ diſſeremus. Cùm igitur probauerimus, mercatorum collegium iuriſdictionem habere,& ſtatuta facere poſſe in his, quæ ad eo-
2 rum officium, negotiationemque pertinent, † ſciendum eſt etiam,iudicem,ſeu conſulem ſolere,& poſſe ſibi eligere,qui inter eos,& (vt dicemus) ius dicat,cuius iuriſdictionem, & præuentionem declinare nequeunt, & periniquum, ac temerariũ eſſe,iudicum,ad quos negotiationum cura pertinet, forum declinare,vt eleganter Imperator inquit in l.fin.C.de iuriſdictio. omnium iudic. Conuenient ergo in vnum mercatores,& cõſulem creabunt. Priuatorum enim conſenſus iudicem non
2 facit.l.priuatorum.C.eodem. † Nihil etiam prohibet mercatorum collegium plures conſules eligere, dummodo illud non ignoremus,quemlibet ſeorſum adiri non poſſe. In qua re plenè quidem,ac doctè ſcripſit Bald.in l.vni.ff.de conſul.in verba infraſcripta. Quartò quæritur,pone Peruſij ſunt quatuor conſules mercatorum, qui habent cognoſcere de factis mercatorum,nunquid quilibet poſſet ſeorſum adiri? Dic,quòd non: qa iuriſdictio eſt conceſſa eis ſub vno nomine collectiuo, ſcilicet, conſulum,& ſuo forma pluralis numeri:quia dicitur,Conſules cognoſcant,non conſul cognoſcat,& ſic eſt forma data, quòd per plures cognoſcatur,non per vnum:quia pluralis numerus non verificatur in vno,infra ad Trebellia.l. Lucius Phębus. & ideo licet mandatum legis videatur aliàs datum cuilibet inſolidum. Secus in mandato hominis.C.de procura.l.pluribus.tamen hic ſecus eſt propter datam formam, a qua non eſt recedendum C.de iure fiſc.l.ſuper creandis.libro 10.

Source : BIU Cujas

3 † Sed nunquid sufficit maior pars? Dico, ꝙ sic: quia quando lex pluribus committit, semper tacitè videtur inesse, vt sufficiat maior pars, vt l. maiorem. infra de pact. & l. planè l. quod cuiusque vniuer. nomi. etiam si tanquam singulis fiat commissio. Secus verò, si per hominem aliquid committatur. Subiungit Bal. Quintò quæritur, nunquid sufficiat maior pars numeri aliis absentibus: & irrequisitis? Respondè. Aut est actus, in quo considerator facientium vtilitas, & animi affectio, aut solius numeri impletio. Primo casu requiri debent absentes: quia tractatur de eorum prꝙiudicio, vt in electionibus. Secundo casu siquidem est actus collegialis, debet conuocari collegium sono tubæ, vel campanæ more solito. Si verò est actus singularis, non requiritur conuocatio, ideo quod faciunt tres ex dictis consulibus mercatorum quarto irrequisito ualet, facit, quod notat Barto. in l. hæredes mei. in §. peto. ff. ad Trebell. vbi omnino videas. Adde, quòd vbi ex facto aliquorum generatur aliis singulis prætudicium: tunc debent simul esse congregati. Sed si nõ generatur prætudicium, nisi ipsis facientibus, & non est actus collegialis, sed singulorum: tunc non requiritur collectio. Primum probatur. ff. de pact. l. & suum hæredem. §. hodie. Secundum probatur in l. per feudum. ff. de serui. rusti. præd. Sed si est actus collegialis, semper requiritur, quòd simul sint congregati. Subiicit Bald. Ita nota, quòd vbi agitur de prætudicio vniuersitatis, ad minus duæ partes debẽt esse præsentes, vt in dicta l. planè. ff. quod cuiusque vniuer. nomi. Sed vbi tractatur de prætudicio singulorum, sufficit maior pars, quando lex hoc maiori parti committit. dicto §. hodie, quia regulariter non potest quis prætudicare alteri. ff. de magist. conue. l. j. §. j. ff. de pac. l. item magistri. in glos. cum simili. & adde quod notatur in aucten. de alie. & emphyt. §. in prædictis. in gl. & facit. ff. de pact. l. cũ in eo.

4 † Et nota, quòd si res inceperunt, & vnus eorum abest, quartus potest supplere vices illius absentis, vt hac l. quod est notãd. Et prædicta sunt vera etiam in extraiudicialibus, vt si elegantur plures ad vendendum gabellas communis Florentiæ, sufficit enim maioris partis consensus: vt l. quod maior. ff. ad muni. qa in factis publicis sufficit maioris partis, legitimè tamen cõgregatæ consensus, licet quandoque sit secus in factis priuatorum. Nam respublica per alios regitur: ideo sufficit maior pars regẽtium. C. de decur. l. obseruare. libro 10. & quod inceptum est ab vno alter propter illius absentiam potest perficere, vt in l. nostra. & idem dico, si vnus ex dictis quatuor consulib. nollet officium acceptare: quia interim tota iurisdictio residet in acceptãtibus, dum tamẽ sit maior pars, vt infra de appella. l. Imperatores. §. si magistratus. Huc vsque Bald. quem ad verbum referre, non ab re esse duxi, quibus addes. l. vbi. ff. de tuto. & curato. datis ab his. Barto. in l. si vni. alias. Pomponius. ff. de re iudi & eodem in loco Paul. Castr. versicu. interdum competit pluribus, non vt vniuersis, sed vt pluribus, vbi addit mercatorum statuta inspicienda esse in electione consulum. Alexand. etiam sub nume. 7. & Iaso. sub num. 1. se ad Baldum nostrum retulere. Videbis etiam Barto. & Alexand. & alios in l. rescriptũ. ff. de pact. & omnes iuris interpretes in capitu. prudentiam. de offic. delega. ubi inter alios Fely. Baldum in princip. & in relato loco non semel retulit, est etiam prædictis adiiciendum, quod nos in tractatu nostro de decoctorib. diximus, parte sex. in qua de pactis conuentis inter creditores & decoctores disputauimus, & Innocen. in capitu. cum ab ecclesiarum. de offic. ordin. & l. magistratus, cum glos. ff. de muni.

5 † Et notandum est, consules electos a collegio mercatorũ ordinariam iurisdictionem habere: vt Bartol. Ange. & Paul. in eadem l. fin. notarunt, ubi Salice. sub num. 3. subiicit, si tanquam suspecti recusati fuerint, idem quod in ordinario iudice dicẽdũ esse, de quo plene iuris interprẽtes disputarunt in l. apertissimi. C. de iudic. & ordinariam iurisdictionem consules habere, sen-

6 tit Innocent. in dicto capitu. cum ab ecclesiarum, † nec puto consules a collegio mercatorum electos, superioris confirmatione egere: sed electione legitime facta, iurisdictionem a lege concessam exercere posse, vt in antecedenti parte diximus, sub numero 9. & in hac sententia fuit etiam Pau. Cast. in l. priuatorum. C. de iur. omnium iudic. & sentit Innocen. in dicto capitu. cum ab ecclesiarum. Licet Cyn. & Alber. contra senserint, nostra autem sententia in l. fina. eodem titulo de iurisdictio. omn. iudic clare (ni fallor) probatur. Sed quamuis consules inter ipsos mercatores iurisdictionem habent, non propterea ordinairorum iurisdictio adempta censetur, quinimmo & ipsi mer-

7 catores & consules ordinariis iudicibus † subiiciuntur, vt scripsit Innocent. in relato loco. & probatur eadem l. fina. vbi speciatim & Bald. & Paul. notarunt, in qua l. Cyn. in secundo not: bellissime inquit: Cum mercatores coram præside loci etiam

8 respondere teneantur, † in manu ac potestate actoris esse, an velit coram consulibus vel ordinario agere, facit l. prima. C. de offic. præf. vrb. & quod scripsit Deci. in consi. 3. Subiicit Paul. generalem esse regulam.

9 † Vbi quis coram pluribus iudicibus respondere tenetur. Actori electionem dari, coram quo reum uenit conuenire. l. cum clericis. C. de episco. & cleri. l. j. C. ubi in rem actio. l. sed & si susceperit §. si ea res. ff. de iudi. Nec reus priuilegium habet petẽdi se remitti ad consules mercatorum. Id enim ius singulare est in militibus & scholaribus. l. penulti. C. de iurisdic. omnium iudicum, & aucten. habita. C. ne filius pro patre. & his adde l. 3. §. qui Stichum. ff. de eo, quod cer. lo. Philip. Franc. in c. Romana. §. contrahentes, num. 2. de foro compet. libro 6.

Consules igitur in his, quę ad officium mercatorum negotiationesque pertinent, ius inter mercatores dicent, causasque cognoscent, vt in eadem l. fin. iuris interpretes scripsere, & Bal.

10 in l. 3. §. eodem modo. ff. nau. caup. stab. † & scribit Rom. in consil. 300. omnipotentis Dei postulato suffragio, in casu &c. Vbi addit ex longa & antiquata consuetudine, extra negotiũ mercaturæ causas posse cognoscere. Longa enim consuetudo non habentibus tribuit iurisdictionem. C. de diuer. off. l. viros, lib. 12. ff. de acqu. plu. arcen. l. fin. c. cum contingat. de foro competen. de pœnis. c. Romana. lib 6.

11 † Item & in his, quæ ex mercatura ueniunt, idest, annexis & dependentibus ab ea, iurisdictionem habent l. si quis ex argentariis. §. rationem. ff. de eden. vbi Bald. Alexan & Iaso. scripsere, & idem Iaso. in l. sed si plures. num. 7. ff. de vulg. & pupill. exempli loco, in pœnis in ꝓtractibus eorũ adiectis possent cognoscere, ut inquit Pau. & probat ex l. quicunque. §. si ei, quem. ff. de institu. & ex his quæ notantur in l. j. C. ubi caus. fisca. addit plura Iason, & præcipuè glos. in ca. accusatus, in uerbo iudicati. de hæret. in 6. & l. Lucius in §. Paulus respondit. ff. de admin. tut. quod comprobabis ex pluribus a Martilio congestis in l. j. in §. diuus Adrianus. nume. 4. usque in finem. ff. de quæstio. quę breuitatis gratia non referuntur.

12 † Vnde quæsitum fuit, si inter duos mercatores extra negotium mercaturę, & ea, quæ ex mercatura ueniunt, orta sit controuersia, uerbi gratia super uenditione domus, num consules mercatorum huius controuersiæ iudices sint competentes? Et receptum est non esse. In his enim, quæ ad mercaturam attinẽt, ius dicent, & ut supra Accur. Cyn. Barto. Bald. & Ang. & Pau. in ead. l. fin. senserunt, & probat multis similibus Iason in l. age. C. de transact.

13 † Addentes, consules causas collegii mercatorum posse cognoscere, & uerba Imperatoris in eadem l. fin. His iudicibus tã in publicis, quàm in priuatis causis obedire compelli hanc interpretationem a consuetudine recepisse, videlicet publicis, scilicet, societatis, uel collegii illius, vt mercatores a procuratore, siue syndico collegii ex causis, siue negotiis collegii, quæ dicuntur publica ipsius collegii, coram consulibus cõueniri possint: si tamen causæ a mercatura proficiscantur: non enim consules in publicis criminibus iurisdictionem habent, nam maioribus iudicibus duntaxat conceditur l. j. ff. de offi. eius. & in priuatis causis, ratione tamẽ mercaturę, & negotiationis inter eos. & idem probat Innocen. in d. c. cum contingunt. cum consuetudo sit optima legum interpres, & minimè sint mutanda, quæ certam interpretationem semper habuerunt, nos etiam prædictorum sententię assentimur.

14 † Huic rei est & illud adnotandum causa, & occasione mercaturæ coram dictis consulibus, mercatorem ab eo, qui mercator non est, conueniri posse, arg. l. pen. C. de iur. om. iudi. & probant Bald. & Pau. Castr. in eadem l. fin. quod & verum est. Nec

15 tacebimus, Saly. in eadem l. fi. sub num. 4. † tentasse dicere, hos iudices de communi delicto non cognoscere, de criminibus tamen, quæ ipsorum negotiationem respicerent, cognoscere, is enim scripsit in hęc verba: Item, quod dixi de priuato delicto non cognoscere, intelligo communi non de professionali puta quia facit contra statuta artis, vel negotiationẽ in aliqua specie falsificant, quod non est expeditũ, si enim mercatores merces supponunt, hoc est, adulterinas loco bonarum merciũ, supponendo tradunt, uel corrumpunt, aut falsum admittunt, vel pœna falsi coercentur, uel stellionatus crimine postulati possunt, iuxta l. 3. ff. de crimi. stel. & quę plenius attigimus in tract. nostro de decocto. in j. parte vlt. parte uersic. ex crimine etiam. nu. 9. Solẽt autem, qui talia admittunt, aut in opus metalli dãnari, aut deportari, aut fustibus castigari, aut relegari, ut in d. l. 3. & l. saccularii. ff. de extraord. crimi. & l. j. in fin. iunctis commen. Barto. & aliorum. ff. de extraord. crimi. quæ cum meri Imperii sint, non iurisdictionis, & consules iurisdictionem tantùm habeant, sequitur de his nõ posse cognoscere, & meritò Saly. notandũ esse, & hanc sniam probabis ex his, q̃ Bar. scripsit in l. imperiũ. præsertim sub nu. 7. & seq. nũ. ff. de iurisd. om. iud. & Deci. eo. ĩ loco sub nu. 38. Dicet aliqs. Sal. snĩam defendi posse ex his, q̃ Bal. scripsit in l. cessante. nu. 4. C. qũo. & qñ iud. is. n. ait, consules posse p edicta citare: qa habent ptorem, & qa habẽt mistum imperiũ in iuratos suos p consuetudinẽ, qđ etiam satis significat iurm obedientiæ, qđ est præcisum, in his tñ, q̃ non sunt iuri cõtraria, ideſt, a iure cõi reprobata. vnde & inter se faciunt statuta pœnalia, qđ ptinet ad mistũ imperium, quia consistunt in pecuniaria multa, ut no. in l. imperium. ff. de iurisd. om. iud. hucusque Bal. in relata verba. Sed & in his animaduertendum est:

nam

Source : BIU Cujas

nam consules de iure ius indicendæ multæ non habere existimo.l.defensores,C.de defen.ciu.l.j.ff.si quis ius dic.non obtẽ.secundùm vnam interpretationẽ, in quo loco videbis Doctor. Defendi tamen posset, si ex consuetudine permitteretur, vt in ea.l.prima sensit Bald. Item cum statuta mercatorum dicãtur pacta(vt non semel diximus)consules vigore statutorum,& sic conuentionum contumaciam litigatorum punire poterunt, & sic multam indicere. Nam & arbitrer multam infligit, vbi partibus facultas est attributa,lege non ex omnibus, vbi glo.& Bar.ff.de arb.Arc.in c.legitima.de appel.in 6.Iasin d.l.j.ff.si quis ius dicen.non obtemp.num.17.in qua l.an multam indicere sit misti imperij, vt dixit Bal. vel meri imperij minimi, vt scripsit Bar.in l.imperium,facile cognoses,in quo loco Bald.etiam cõsules ius relegandi non habere sensit. Scripsit etiam Bert. in re per.suo in uerbo,mercator, consules non posse punire delinquentes in mercatores,& refert Bald.in auth.habita.col.6.C.ne
16 fi.pro pa.quod non inueni in li.meo.† Quæritur apud Pau.Cast. in ead.l.fi.Sempronius desijt mercaturam facere,& consequenter mercator esse,quod quomodo contingat in 7. parte declarauimus,quã inscripsimus,quando mercator esse desinat.Num pro his, quæ gessit tempore,quo mercator erat, & quæ ad mercaturam pertinebant, coram consulibus mercatorum conueniri possit? & respondit posse, citat legem secundam, C. vbi de ratio.agi opor.lege prætor.§.idem etiam.ff.de edend. & Iacob. de Aret. in lege demum.& in l. de opere. C. de ope.lib.& vera est Pauli sententia,quam probat Seuerinas in commen.leg.omnes populi, sub numero decimoquinto,ff.de iusti.& iur.& se ex facto consultum, vt supra respondisse, & addit Paulum idẽ sensisse in dicta lege 2.quam simul cum l.j.est interpretatus,& confirmabis ex his,quæ in præced.parte scripsimus sub nu.34.

17 † Quæsitum est etiam apud Cy.in ead.l.fin.si clericus mercaturam exerceat,num mercaturæ causa coram consulibus mercatorum conueniri possit? Et ait Pet.respondisse clericum tanquàm clericum non posse alibi,quàm coram episcopo conueniri, authent. statuimus.C.de episcop.& cleric. c.si diligenti. de foro compet. Sed clericum mercatorem posse:quia non vt clericus, sed vt mercator conuenitur. Subdit tamen Cyn. expeditum non esse, & forsan aliter de iure pontificio respondendum esse,probat tamen relatam Pet.sententiam Paul.Castr.sub nume.4.& idem iuris esse dicit in milite mercatore,quæ nos pleniùs explicauimus in 3.part.princ.tract.de his,qui mercaturam exercere non poss.in princ.versi. prohibentur itaque clerici. & versicul.seq.Remouent etiam leges etc.quæ igitur ad hunc locum attinent, illinc assumes.

Baldus in l.hęres absens.in §.si quis tutelam.ff.de iudi.scriptũ reliquit, extraneum mercatorem quem forensem vocant, qui finge Anconæ tabernam,pergulam siue mensam habeat,in ea
18 causa esse,vt ratione contractus,vel quasi Anconæ †& si domicilium non habeat,conueniri tamen possit: non solùm coram prætore,sed etiam coram consulibus mercatorum. Sed & addit, in his,quæ ad mercaturam attinent. Nec absimile est,quod eleganter inquit Paul.Cast.in l.argentarium.ff.eod.tit.Mercatores Florentinos,qui mensam numulariam certo loco exercent
19 teneri, ibidem † se defendere in his, quæ ad montis rationem pertinent. Nec recipiendam excusationem eorum,qui se rationum codices Florentiam,etiam trãsmisisse dicant: afferri enim sumptibus periculoq; eorum lex iubet,l.prætor ait.§.fi.ff.de ed. vbi Accu. notauit.

20 † Sed finge aduenam mercatorem, qui nec tabernam, sed pergulam, aut mensam Anconæ habeat, merces comparasse, habita fide de pretio. Aut ab eo emptas præsenti pecunia habita fide de rebus, quem scit inde confestim recessurum, num is Anconæ se defendere debebit,& eo loci conueniri possit.& Iurisconsultus in eadem l.hæres absens. in §. proinde.negauit.Nã vbi si venit,vt statim discedat,quasi à viatore emit,vel ab eo qa transuehebatur,emit: durissimum est, quot locis quis nauigat, vel iter faciens delatus est,tot locis se defendere. Planè si quis ab aduena Anconæ rem emit,& pretium soluit, vel Anconitanus ei quid vendiderit, fide de re, seu pretio non habita posset Anconę eum conuenire,ne occasio fugiendi detur cum re aliena ff.de iudi.l.si longius.§.j.ff.de his,quæ in frau.cre.l.ait prætor. §.si debitorem.credidit enim venditor se confestim pretium recepturum, vel emptor rem,& id tacite actum videtur.l.si quasi. ff.de pign.act.Idque placuit Bartolo.Bald.& Angel.ac Paul.eodem §.Bald.in rubr. C.de his, quæ in fraud.cred.nu.7.& gl. in c. Romana.in §.nec etiã. & in §.contrahentes.in verbo respondere,& in vers.contrahentes,& euidentioris intellectus gratia prę dictorum placet Paulum Castrensem in eodem §. ad verbum referre Perusinus Florentiam, seu Venetias se contulit, & illic merces quasdam à Titio dilata solutione pretij in certum diẽ emit Venditor, qui sciebat Perusinum statim recessurum,eo.n. quòd terminum seu tempus ad soluendum concessit,eius animum demõstrasse videtur,quòd nõ eo loci sibi solueretur,sed Perusij, & scire vel scire debebat: cum dies obligationis venisset, emptorem Perusij futurum.Si igitur post obligationis diem Venetijs,seu Florentiæ repertus fuerit,nõ ideò ijsdem locis conueniri poterit, tacitè enim actum censetur, vt Perusij pretium soluatur.Locus ergo collatę solutionis inspiciendus est,vt notatur ead.l.§.fi.& licèt gl.contrarium ibidem senserit, à plerisque tamen æquè reprobatur: & notatur in l.contraxisse.ff.de act.& obl. Non enim forum sortitur Florentiæ, aut Venetijs ratione originis,non domicilij,nec ratione initi contractus, domiciliũ igitur emptoris sequetur Titius venditor,diuersum respondendum est,si Venetijs vel Florentiæ Perusinus quid emerit, non habita fide de pretio.s.pure,si venditio facta sit, non dilata pretij solutione ad diem,& Titius venditor confestim,sibi pretium solutum iri crediderit,hic enim aduena Venetijs,seu Florentię rectè quidem conueniri poterit,vt notatur in c.Romana.de foro compe.subijcit deinde,si Perusinus pergulam, seu tabernam Venetijs, seu Florentiæ habuit,vel domum conductam ad certum diem,ijsdem locis se defendere debebit, & si se non defendat,in missionem bonorum,quę ibidem habet,ex primo decreto deuenietur,ut in versi.præcedenti, & subaudi vltra procedetur,etiam ad diffinitiuam sententiam, si fuerit deprehensus tẽpore,quo conuentus extitit,licèt postea abierit,aliàs conueniri nõ potuisset,si iam recesserat,& pergulã dimiserat,nisi vt ex primo decreto bona possideri patiatur, vt dictũ est,nec remissioni locus est,vt in d.c.Romana.in §. contrahentes.de foro compe.lib.6.vbi hic iuris articulus terminatur. Hæc Paulus, quibus addes Ang.in d.l.hæres absens,in §.fi.ac Paul.ibidem circa relatam gl.& Philip.Franc.in d.§.contrahentes. præcipue sub nu.5.

Est & his addijciendum,quod Iurisconsultus ait,in eadem l. hæres absens.in §.apud Labeonem. Si prouincialis homo seruum institorem vendendarum mercium gratia Romæ habebat,quod cum eo seruo cõtractum est ita habendum, atque si cum domino contractum sit, quare ibi se defendere debebit. Ex quo §. iuris interpretes notarunt, Florentinos mercatores,
21 qui Anconæ institores habent,† posse ibidem ex eorum cõtractibus conueniri,si reperiantur, idque directa vel vtili institoria, quæ ex facto talium competit, & probat Nicol. Boe. Dec. 114.vbi alios refert idem sentientes. Hoc amplius Baldo ex facto consulto placuit,mensam loco personæ fungi,& mensam conueniri posse.ff.de leg.2.l.cum pater.§.mensæ,& si plures mẽ
22 sæ sint † in diuersis locis,principalem posse conueniri, si aliæ ei accedant,locus Baldi est,lib.5.respon.consi.74. quandoque agitur,&c. Pro qua sentẽtia est, quod eleganter idem Pau.Cast. scripsit in d.§.si quis tutelam. numero 7.versic.vltimò quæro,& de mensa,ac calendario videbis.l.qui filium.ff.de leg.3.& Iason.ac Deci.in l.eius,in princip.ff.si cer.pet.Denique & illud placet referre, quod in eundem §.si quis tutelam, post Bart. sub num. 3. scripsit Angel.col.3.mercatores qui ad nundinas profecti sunt,
23 non posse nundinarum tempore in ipsis nundinis,† & si pergulam vel tabernam ibidem cõduxerint ab his,qui rescripto principis nundinas impetrarunt conueniri. Ab alijs verò mercatoribus, qui cum eis contraxerunt posse. Vnde si nundinæ sunt Florentiæ, mercatores,qui illuc se contulerunt,à Florentinis ex ante gestis, seu alia causa conueniri non possunt, ab alijs verò possunt cum eisdem contrahentibus,& subijcit Ang.consuetũ esse proclamationes fieri, quibus nundinæ saluæ, & securæ redduntur omnibus venientibus, his tantùm, qui malæ conditionis,ac famæ sunt,exceptis & his etiam addes Felyn.in capit.dilectus filius,numero 26.de rescriptis, vbi pleniùs disseruit, num
24 mercator, qui certo loco mercaturæ causa permanserit,† licèt domicilium non contraxerit, ex assidua tamen conuersatione forum sortitur.

Proxime accedit his,quę Paulo superius diximus,quod Pau. Cast.inquit in l.hinc quæritur.§. potest autem circa finem. ff.de pecu. in commentarijs enim Paul.ita scriptum est: Si mercator habens res in diuersis locis,& aliquis contraxit Bononiæ,vbi ta
25 bernam habebat, † an possit ire Florentiam, & facere ibi solui? Breuiter,si contractus non respicit mercaturam, vt quia possessionem vendidit, respectu totius patrimonij contraxisse censetur,& ideo potest petere ibi,solui de mercibus Bononiæ, & in subsidium ire Florentiam,argumento huius tex.& dixi in l.procuratoris.§.si plures.ff.de tributa. Hæc ille.quibus adijciendum est, quod nos diximus in tract.nostro de decoctorib.circa finẽ.

26 † Incurrit hic agitata quæstio,nec quidẽ friuola,nec oĩno ingna,quæ hoc loco proponatur: Titius Senensis cum Venetijs mensam numulariam exerceret, Mæuio Senensi mensam numulariã Romæ gerenti per literas significauit,vt tercenta Sempronio solueret.Idem Titius inde ad quosdam annos Senas reuersus Romæ à Męuio conuentus fuit ad tercenta Sempronio eius mandato soluta.Sententia dicta contra Titium secundùm Mæuium,literę censurarum vulgari modo decretæ fuerunt.Titius in ciuitate Senarum Mæuium Senensem,in vrbe commorantem in ius vocauit coram officialibus custodiæ,eo prætextu atque colore,ꝙ in pœnas statutorum Senensium incidisset,quibus cauebatur, trahentem in causa aliqua ciuem Senensem coram alia curia, quàm curia temporali Senensi,in pœnam quingentorum incidisse intelligatur,quęsitum fuit,num Męuius legi

gi municipali subiectus intelligeretur causa dicti negotij Romæ gesti ex mandato Titij tunc Venetiis degentis? Seuerin.in repet.l.cunctos populos, sub nu. 153.C. de summa tri. quæstionem tractat,& ait subiectum dictæ legi Mæuiū videbatur: quoniam licèt contractus mādati inter prædictos per literas transmissas hinc inde videretur Romę initus, quo loco mandatum erat solui.l.contraxisse.ff.de act.& obl. l. si vt proponitur. ff. de fide. & Romæ censeretur orta obligatio, & consequenter cognitioni,atque decisioni eiusdem loci,scilicet curiæ Romanæ, in qua forum sortitus erat, per contractum eiusmodi subditus videretur,id tñ locum habere posset quo ad causæ decisionem.

Sed quò ad iudicij ordinem,& processum videbatur seruandum statutum Senense inter Senenses, iuxta notata in capit. licèt canon.de electio. & per Bald.in l.leges, & constitutiones. 1.de legi.Subijcit, de inde contradicebatur, statutum Senense solum locum habere in causis tractandis in ciuitate Senarum, seu eius territorio de re temporali. Non autem in causis agitatis in curia Romana coram suo iudice. Nam ex priuilegijs,atq; consuetudine notorijs Romanæ curiæ, & quidem à tempore, cuius initij memoria in contrarium non existit, contrahentes in Romana curia poterant conueniri, & trahi coram auditore cameræ Apostolicæ iudice ordinario,& per consequens debebat obseruari ius pontificium, & commune, non autem lex prædicta Senensis, & sm hanc snīam ex facto consultus rndit.

27 † Antonius Caffarellus, qui conatus est ostendere statutum Senense nullum, & contra libertatem ecclesiasticam. Subiungit Seue. in causa potuissent adduci quæ scripsit Ancha.in reg. ratihabitio.de regul. iur. in 6.dum quærit, si negotium gestum Florentiæ ratum habeo Bononiæ,num debeam conueniri Bononiæ, vel Florentiæ ratione contractus? Et videbatur, quòd Florentiæ, vbi negotium gestum est; quia ex illo facto fuit orta actio,sicut si hic mādauero, quòd emat librum Florentiæ,nam vbi affectus dirigitur,ibi contraxisse videatur. d.l.contraxisse.& l. si vt proponitur.& notatur in clemen. 1.vt lite penden.Hactenus ille,in relata fere verba. Mihi autem (vt sententiam meam interponam) dicendum videbatur, in potestate, ac manu Męuij fuisse, Titium,vel Romæ,vel Senis conuenire. Romæ, quia ibi contraxisse videtur, Senis verò ratione originis, seu domicilij l.hæres absens.§.fi.vbi docto.ff. de iudic.& placet sententia Antoni Caffarelli, Mæuium à pœna legis municipalis defendi posse. Pro qua sententia facit tex.in d.l.hæres absens. in §.apud
28 Labeonem. vbi Alberi. ait, † Nota ex isto §.quòd vbi quis contrahit mandato meo, non attenditur locus, vbi mandatum factum est, sed locus vbi exequendum est mandatum, quod facit ad quæstionem, si existens Pergami mandaui Mediolani homicidium committi, Mediolani possum conueniri, & reli-
29 qua &c. & his addes,quæ proximè diximus num.21.† Accedit, quòd per contumaciam Titius priuilegio declinandi forum:& sic statuto Senensi renuntiasse videbatur, secundùm ea, quæ Matthæ. ab Affli.retulit dec. 135. fuerunt citati. Et quoniam simile statutum est Anconæ, rubr. de non uocan. cit. prædicta tanquàm quotidiana, & non vulgaria notanda sunt. Et illud addendum,statutum Anconitanum priuilegijs pontificijs speciatim confirmatum fuisse. Ad cuius statuti materiam videndus est Cor.in consi. 25.volum.3.statutum tamen nostrum excipit conuenire volentes sacerdotem, clericum, seu personam ecclesiasticam, & rectè.

30 † Sed, vt propriùs ad propositam materiam nostram redeat disputatio, illud quæritur, qua ætate consules creari possint à collegio mercatorum? Sal.in l.fi.C.de iurisdic.omnium iudi. in fi.responditur, non licere consulem minorem xx. annis eligere. erit ergo consul annis minimùm viginti.citat l.cum lege ff.de arbit. & ff.de re iudic. l. quidam consulebant. extra de offic. delegat. cap. cum vicesimum. Quod confirmabis ex his, quæ scripsit Bald. in authenti. habita. C. ne filius pro patre. nu. 45. versiculo, idem dico &c.& huic sententiæ acquiescendum videtur, licèt ex relatis iuribus quædam contra occurrant.

31 † Iurabunt etiam electi consules, & in iureiurando quod præstatur ab his, quædam assumi possunt. in auth. iusiu.quod præst. ab his. & ad interpretationem Deci. in c.ex parte,secundo.nu.1.de offi.deleg.& in c.venientes. de iureiur. qui text.notabilis est in materia, ex quo tex.illud pręcipuè notandum est, in iuramento ius superioris exceptum intelligi. Vnde apud Bald. in tracta. de consti.nume. 20. Tho.8.eleganter quæritur consules mercaturæ,qui iurant seruare statuta à collegio facta,
32 † num obligentur ad periurium, si non seruant statuta quæ idē quod ius commune, continent? & ex eo oritur dubitatio;quia statuta dici non posse videbatur, idem quod ius commune disponentia. cap. 1. de constit. in 6.vbi notatur. Contra tamen putauit l. magistratus. ff. ad municip. & in eadem opinione est Bal.in l. 2.C.de consti.pec.nume.8.& hanc sententiam probauit Felyn. in capit. 1. de rescript. nume. 38. versicul. limita ter.quibus addes Ludo. Roma.in sing.suis sing.304. Iudex iurat seruare, qui tamen nil concludit, & videbis Bar.& Alex. in l.1. ff.ad legem falcidiam.

33 † Fuit quęstionis,num consules mercatorum possint per edicta citare. Bald.in l.cessante.numer.4. C.quomodo & quando iud. respondit posse,si proponantur edicta in foribus auditorij eorum,quia habent prætorium &c.

34 † Apud Saly. in d.l.fin.sub num.7.C. de iurisdict.omn. iudi. eleganter quæritur. Num consules, seu mercatorum iudices à collegio mercatorum creati reuocari, seu reprobari ab eodem collegio possint? & rationibus,atque argumentationibus hinc inde propositis distinguit. Siquidem consules præsidis auctoritate confirmati sint, Præside inconsulto reuocari non posse. §. iterum: versi.non habente. in auth.de defen. ciui.l. solent. §. sicut.ff.de offi.procon.& leg. est enim naturale, prout vnaquęq; res contrahitur, eodem modo dissoluatur: l. prout quisque. ff. de sol.l.si vt proponis. C.de nupt.l.nil tam naturale.ff. de regul. iur. Si verò à præside confirmati non fuerint (non enim necessaria est confirmatio) vt non semel ostendimus,sed sola sufficit electio. Hæc distinctio secundùm eum adhibenda est, vt ex iusta causa reprobari possint, sine causa verò non possint l.sed & reprobari.ff.de excusa.tuto.l.vt gradatim §.reprobari.ff.de mu. & hon.l.2. C.de profes.& med.lib.x.quæ distinctio ex mente Iurisf.videtur.in l.quod semel.ff.de decre.ab ord.facien.Subiungit idem Sal. reprobatos, seu de facto reuocatos consules reuocationi acquiescere debere; quia de corpore collegij sunt,& eorum iurisdictio temporalis est, solent enim ad sex menses, vel annum consules creari. Et quia hoc ipso suspecti sunt,qui operas ingerunt inuitis.l. quæ omnia.§. 1.ff.de procura. & his maxime, qui coram eis litigaturi sunt. Lites enim sine suspicione procedere debeant, & coram suspecto iudice litigare durum esse non est iuris ambigui.l.apertissimi.l.fin.C.de iud.& propter suspicionem administrationiinter dicitur. l. eum, quem C. de susp. tuto. quæ suspicio cum de nouo emergit, reuocandi tunc iustam præbet causam. Additque, vbi nulla subest reuocandi causa,salua atque illęsa eorum æstimatione reprobationem fieri debere, & literis collegij id palam fieri oportere, & præterea omne damnum consulibus absque causa reuocatis sarciendū esse. Placet autem mihi,quod superiori loco Salyc. ait,vt ex cā consules mercatorum ante finitum officium reuocari possint. si ne cā non possint.Quod verò posteriori loco dixit admonere voluisse Sal.crediderim iudices reuocationi,seu reprobationi acquiescere,& consilium hoc Salyc. fuisse,& esse:solēt.n.plerunque iurisconsulti consulere.l. legis virtus, vbi Accur. ff. de leg.l.si tutor.ff.de susp. tuto.& bene facerent iudices, qui Salyceti consilium sequerentur,stare tamen reprobationi sine causa factæ cogendi non essent,quum permissu legis,legitime creati & electi, & iurisdictionem sibi à lege concessam exercere cęperunt,mouet me l.quæ omnia.in ver.nisi forte purgare magis conuicium,ff.de procura.& quæ priori loco Salyce.citauit. Item,quę plenius scripsit Bar.in l.absenti.ff.de don.& Roma.in consi.116.visis necessarijs. & his addes doct.in l.diem functo.ff. de off.ass.nec quicquam facit,quod Sal. ait,se suspectos reddere, cum operas inuitis ingerant. Nam aut priuatorum erit causa, aut publica collegij,si priuatorum,circa suspiciones idem iuris in his iudicibus,quod in alijs ordinarijs esse, ex mente eiusdem Saly.supra ostendimus, si publica collegij,tantundem. Non.n. præsidis loci iurisdictio sublata est ex electione horum consulum permissu legis facta,ut in d.l.fi.C.de iurisd.om. iud.Vnde si ad consilium quod inferiori loco Sal.ait,referas, eius sententiā probo.Si verò ad necessitatem,æque reprobo: adde, quia statuta mercatorum sunt pacta,& humanæ fidei conuenit, quæ placuerunt seruari,l.1.ff.de pac.l.1.ff.de const.pecunia.

35 † Circa autem modum constituendi collegium mercatorū, & varia,ac multa ad id pertinentia, cōfugies ad Innocentium, in c.cum ab ecclesiarum. de off.ord.& c.dilecta.de excess. præl. in quib.locis eleg.tractat,& Bar.in l.fi.ff.de colle. illi. vbi etiam differuit,quomodo collegium dissoluatur,& eo dissoluto,quid iuris sit in bonis,seu rebus collegij,& an priuilegia pereant &c. explicat ad materiam prædictam pertinentia. Quæ quoniam legi possunt,& non est hic narrandi locus,consulto præter eo.

TERTIAE PARTICVLAE VLTIMAE PARTIS PRINCIPALIS.

ARGVMENTVM.

De libellis, seu petitionibus.

SVMMARIVM.

1 *Libellus an admittendus sit inter mercatores, in quo petitur mutuum, & nō exprimitur in eo mutuum causa mercaturæ factum.*

2 *Statutum, si mandat sententias consulum, causa & occasione mercaturæ latas, præsides executioni tradere debere, num exequentur sententiam cau-*

sa

sa mutuũ inter mercatores latam, si non doceatur coram præsidibus ex causa mercaturæ mutuum factum.

3 *Iurisdictio vbi certo casu aliquibus tributa est, libellus coram eis productus non procedit, nisi in eo narretur casus ille, in quo iurisdictio est attributa, & in seq.nu. elegans declaratio additur.*

4 *Mutuum à mercatore mercatorr factum, præsumitur factum, & versum in causam mercaturę.*

5 *Libellus ineptus tolerandus est, si aliquo modo defendi possit.*

6 *Lex, qui habebat. ff. de inst. locum non habet, vbi causa cognoscenda est de æquitate, vel sola facti veritate inspecta.*

7 *Meucater vnam causam in libello proponens: & aliam probans non succumbit, & quomodo intelligatur.*

8 *Mercator si directam actionem instituit, cum vtilis sibi competit, non succumbit.*

9 *Libellus an sit offerendus in curia mercatorum, & inter ipsos mercatores.*

10 *Præceptum reproductum loco petitionis defendendum est inter mercatores, & in eorum curia loco libelli, & de præceptis multa, relatiuè.*

12 *Petitio generalis inter mercatores in eorum curia etiam parte opponente defenditur, dummodo tanta sit incertitudo, quæ reo defensionem tollat.*

12 *Libellus inter mercatores defenditur, in quo actoris intentio recte exprimitur, inepta verò actio reiicitur.*

13 *Libellus inter mercatores defenditur, in quo non cõdemnari, sed cogi dicitur.*

14 *Libellus an procedat inter mercatores, in quo petuntur centum, quæ numerauit, & exhibetur instrumentum, in quo per stipulationem promittitur reddi.*

15 *Mercator agens ex numeratione, & confessionem probans, an succumbat.*

16 *Mercator vnus quandoque scribit nomen alterius in libellis: tamen hæc abusio non procedit.*

17 *Actio acquiritur absenti, & ignoranti ex numeratione pecuniæ suo nomine facta, etiam si pecunia fuerit aliena.*

18 *Mercator faciens sequestrationem mercium alterius mercatoris, & nihil probans, quòd reuocata sequestratione per sententiam, damna, & interesse peti possint: licèt in sententia nil dictum de his fuerit.*

19 *Libellus inter mercatores, in eorum foro ab omnibus exceptionibus iuris apices respicientibus defendendus est.*

20 *Libellus, & petitio quomodo differunt.*

HIS igitur cognitis, quæ ad consules, iudicesque mercatorum pertinent, singularia quædam in petitionibus eorum attingemus. Et primùm quæstionem quotidianam, & nõ insubtilẽm proponemus, quę cõiunctionem cum his, quę proxime retulimus non modicam habet.

Consules mercatorum permissu legis, mercatorum causas, quæ tamen ad ipsam mercaturã pertinent cognoscunt, & in his ab eaque veniẽtibus duntaxat inrisdictionem habere ostendimus. † Finge igitur Amerigum mercatorem Laurentio mercatori trecenta mutuasse, petitionemque coram consulib. contra eum porrexisse, in eaque expressum nõ esse ex causa merc. mutuum factum, nec etiam constare, num libellus admittendus reijciendusve sit? † & forte secundũ Amer. consules sententiam dixerint, exequendane sit à præside loci ad quẽ executio spectat virtute statuti mandantis snias cõsulũ cã & occasione mercaturę latas, p̃sides executioni tradere debere, si in executione corã præside petita doctũ nõ fuerit, mutuũ à mercatura profectum fuisse, seu snïam causa mercaturæ latã? Prima fronte nec libellum admittendum, nec à præside latam sententiam exequendam esse videbatur. Nam licèt libellus generalis parte non obijciente procedat, lege fin. vbi notatur, C. de anna. exceptio. lege prima. in glo. magna. ff. de eden. c. abbate sanè. extra de re iud. & tractat eleganter Ang. in cõs. 25. pro decisione &c. & scribit Mar. in singu. 348. libellus &c.

† Nihilominus vbi iurisdictio certo casu aliquibus tributa est, libellus coram eis productus non procedit, nisi in eo narretur casus ille, in quo iurisdictio est attributa, vt eleganter inquit Innoc. in c. cum sit generale, de foro comp. quem ad rem nostram, & propositam quæstionem refert ac probat Ang. in consil. 6. lata est sententia &c. & idem Ang. in consi. 27. quidam victor &c. Inno. referendo probat, & Ias. in l. 1. de eden. nu. 4. Subiungit Ang. in superiori loco hanc sententiam probari ex text. claro in l. qui habebat. ff. de inst. citat etiã Acc. in l. qui id, quod ff. de don. Accedat, q̃ nunquam satis commendata glos. inquit in clem. uni. de seq. poss. & fru. q̃ & si nullitas opponi non possit, quę tamen à iurisdictione proficiscitur, quando cuuque obijci potest. Præses ergo, qui sententias consulum ad mercaturam pertinentes exequi debet, ex forma statuti hanc nõ exequetur. Ad quam gl. varia, & diuersa doctorum loca refert Mar. in sin. 10. tu scis. & videbis Dec in consi. 38. circa primum &c. nu. 7. & in consi. 107. incausa. Et hæc sententia confirmari posset ex his, quæ Raphael Cuman. scripsit in consil. 146. Simon Belias &c. col. 2. versic. sexto etiam posset. & Dec. in relato consi. 17. in fin. Sed licèt Angel. auctoritas, & prædicta me valde mouerint, in proposita tamen quæstione, & libellum defendi posse, & sentẽtiam exequendam esse videbatur. Mouet me quod bellissime differendo ad rem nostram scripsit Bal. in consi. 440. præmissis verbis &c. volum. 4.

† Inquit enim, Mutuum à mercatore mercatori factũ, licèt in diuersas causas trahi possit: legem tamen præsumere in causam mercaturæ factum, versumque fuisse. citat l. fi. in §. fi. & ibidem iuris interpretes, C. ad senatusconsul. Mace. quod complurium auctoritate confirmabis, quos in 1. par. huius vlt. par. retuli, ver. declarat etiam Iaso. num. 41. Hæc igitur iuris præsumptio pro liquida probatione habetur. l. si tutor. C. de peri. tut. vbi no. & l. licet. ff. de lega. 1. Credit igitur Bald. & recte in hoc mutuo iurisdictionem consules habuisse, & vigore statutorum potuisse procedere, cum in causa mercaturæ factum à lege præsumatur, & eodem in loco eleganter idem Bald. differuit: quando nullitas executionem impediat, & consequenter etiam ego puto à præside exequendam sententiam, si extra causam mercaturæ factum mutuum non appareat, seu doctũ fuerit. Nec obstat, meo iudicio, quod relatus Innocen. ait in c. cum sit generale. eius. n. sententia (ni fallor) restringenda est in casu in quo lex præsumptionem non suppleat. Quod singulariter notandum puto: est enim hæc declaratio minimè contemnenda.

† Pro qua sententia est, quod vulgò dici solet, libellum ineptum tolerandum, seu defendendum, si aliquo modo defendi possit, de quo Innocen. in ca. examinata. extra de iud. Bal. in plerisque locis, & præsertim in l. 2. C. de formu. & in l. per diuersas. C. mand. quæst. 11. num. 15. & plene Ias. in l. sed & si possessori. §. item si iurauero. ff. de in re. & in §. omnium. insti. de actio. & in consi. 2. in fi. vol. 3. inter clarissimos &c. & in consilio 112. in fin. volum. 4. & Deci. in consi. 28. in fi. penult. colum. perinde igitur habendum est, ac si in libello, seu petitione in causam mercaturæ mutuum factum expressum fuerit, cum lex id præsumat, & à præsumptione legis supplementum ac defensionem libellus recipiat.

† Et ex his reliqua cõtra hanc sententiam priori loco relata non obstare liquet. Solùm placet adnotasse. l. qui habebat. ff. de instito. locum non habere, vbi causa cognoscenda est, vel de æquitate, vel sola facti veritate inspecta, vt eleganter Alexand. inquit in l. si ita stipulatus. in §. Chrysogonus, ff. de ver. obli. nu. 8. quod probauit, atque ad cœlum tulit Mar. in sing. suis, sing. 272. in hac &c. Et ex his collige, q̃ cum mercatorum causæ ex æquitate cognoscendæ, terminandæque sint (vt in initio huius vlt. par. diximus) † si mercator in libello vnam causam proposuerit, & aliam probauerit non succumbet. Quod etiam notauit Celsus in tracta. suo clausularum: num. 104. tom. 1. quod tamen intelligendum puto, quando iudices mercatorum plene de causa probata cognouissent, & tam pro parte actoris, quàm rei cognitum fuisset, ita q̃ defensio reo non sit sublata, vt puta si reus defensionem tantum super petitis fecisset, & hanc declarationem inter legendum reperi apud Mar. Blan. in tract. suo de comp. num. 38. q. 1. tom. 12. quam interpretationem tãquam æquam & rationabilem probo, & confirmabis ex his quæ scripsit Bar. in tract. suo ad reprimendum, in verc. & figura, col. 2.

† Et cum ex bono & æquo mercatorum causas tractandas, iudicandumque in his esse non semel probauerimus, si directa actio instituta esset, cum vtilis competeret, nec quicquam obest curandumque etiam, non est, an litis contestatio interueniat, vt eleganter notauit Bar. in l. si fideiussor. in §. quædam. ff. mandati, & Bal. in l. si pro ea. nu. 14. C. e. quibus addes quosdam alios, quos in initio vltimæ partis retulimus.

Item & illud crediderim: cum libellus in illis iuris articulis, in quibus requiritur, porrigendus offerendusque sit, auth. offeratur, C. de litis contesta. capit. 1. delib. obl. extra.

†Pau. Paris. in consi. 113. num. 4. vol. 4. vsque adeo, q̃ si notarius postulante aliquo in actis petitionem scripserit, oblatus libellus non dicatur, nec ordinario iure actum processumve: sed extra ordinem, vt scripsit Bart. post Accur. in l. in sacris scriniis. C. de prox. sacr. scrip. lib. 12. Ias. in §. tripli. num. 33. inst. de act. vbi alios refert. Corset. in nota. suis, in verbo, libellus, & Mars. sing. 364. libellus, non esse hæc in curia mercatorum quærenda.

Similiter defendendum præceptum puto à consulibus† postulante mercatore, alii mercatori factum, & deinde loco petitionis productum, licèt coram ordinarijs iudicibus hoc modo formæ à l. datæ circa libelli oblationem satisfactum nõ dicatur, vt no. Io. Bapt. in disp. sua, col. 19. quæ inseri solet post singularia Fran. Crem. Hæc enim iuris apices magis, quam negocij veritatem respiciunt, & comprobare sententiam nostram poteris ẽt ex his, quæ Bar. scripsit in tracta. ad repri. in verbo, figura. col. 2. & quoniam de præceptis meminimus, quæ solent hodie in curiis frequentari, placet ad materiam præceptorum leuandi laboris gratia, loca infrascripta adnotasse. Bar. in l. 1. C. de exec. rei iudi. Alex. & Ias. post alios in l. de pupillo. in §. meminisse. ff. de noui ope. nuntia. Are. in §. uarc. inst. de actio. Lanfr. in c. quoniam contra. in verbo, citationes. nu. 21. extra de probatio. Pau. Par. in consi. 116. in fi. vol. 1. Ioan. ab Ami. in consi. 35. & in cons. 154. facti series, & tractat elegãter Bal. in consi. 187. Ad euidentiam

Source : BIU Cujas

tiam est præmittendum, lib. 3. & in consil. 463. nu. 7. lib. 4. quatuor sunt.

11 † Item, quia in curia mercatorum summariè proceditur, ac ex bono & æquo, petitionem generalem defendi posse existimaui, iuxta ea, quæ scripsit Bartol. in tracta. ad repri. in versic. & figura. in secunda columna. & iuris pontificij interpretes in clemen. sæpe. de verb. significa. Ias. in l. prima, numero 5. ff. de edē. vbi Alexandrum sibi parum constitisse refert. Sed hæc intelligenda sunt, dummodo tanta non sit obscuritas, & incertitudo quæ reo defensionem atque facultatem deliberādi adimat. Intelligi enim dēt, quid sibi actor voluerit, licèt generaliter protulerit, & hæc subiungere volui remouēdi gratia rationes quas Alexander contra hanc sententiam proposuit in consi. 32. lib. 4. In causa &c.

12 † Et illum libellum, absque disputatione defendendum puto, quo intentio actoris rectè exprimitur: inepta verò actio adijcitur. In quo iuris articulo legum prudentum vertices in diuersas sententias distrahuntur, in capi. examinata. de iudic. & in l. 1. ff. de eden. vbi planè Ias. sub nume. 45. & hoc propter æquitatē, quæ præcipuè spectanda est: & videbis Abba. in d. c. examinata. sub nume. 20. versi. fateor tamen, quòd de æquitate &c. Sed & si non condemnari, sed cogi in libello mercator dixerit, non de
13 eo disputandum puto. † quod ait Barto. in l. 1. C. de execu. rei iudic. & in plerisque locis alij notarunt. Commodissimè non vulgaris quæstio hic tractanda est. Plerisque placuit libellum reprobandum, in quo quis centum petit à Titio; quia numera-
14 uit, † & exhibet instrumentum, in quo Titius per stipulationē reddere promisit, non enim agendum est ex numeratione, sed ex stipulatione. Similiter à frequentioribus est receptum, quòd agens ex numeratione & confessionem probans, succumbit: vt
15 Barto inquit, † & in l. certi condictio. in § si nūmos. ff. si cer. pe. & in l. si ita stipulatus in §. Chrysogonus. ff. de verb. oblig. in quibus locis omnes iuris interpretes scripsere, & præcipuè videndus est Ias. in d. §. Chrysogonus. sub numer. 33. & sequent. num. & Lanf. in c. quoniam contra. in verbo, confessiones. numer. 34. extrà de proba. & latissimè omnium Ioan. Crot. in l. j. in §. si quis ita. ff. de verbo. oblig. Quid ergo respondendum inter mercatores, & in eorum curia? Bald. inter mercatores ipsos ex facto consultus reijciendum libellum sensit, vt patet in consil. 190. Sempronius Manfredi &c. lib. 2. quod responsum in materia tota, de qua nostra est disputatio, videndum considerandumque est, & apud eum species facti talis proponebatur. Sempronius per literas permutatarum pecuniarum (quas cambiorum vocant) confessus extitit se à Seio, & socijs quadraginta, & triginta recepisse. Idem Seius contra Sempronium agens in petitione asseruit Sempronium debitorem in dicta summa habita, & recepta ab eo, & socijs, & quam idem Sempronius se recepisse confessus extitit: & eam soluere legitimè conuenit ipsi Seio, & socijs, & dimidiam dictę summæ ad se spectare. Deinde idem Seius confessus extitit solutionem a se factam non fuisse. Sed ab eius socijs, pro se & societatis nomine. Respondit Bald. ex illis verbis, summa habita, & recepta, demonstrari Seium ipsum
16 verè numerasse. † Et licèt ex consuetudine mercatorum vnus socius quandoque scribat nomen alterius: tamen in libellis, & in agendo non procedit ista abusio: quia à verbis libelli non est recedendum. C. de fidei. l. fi. C. de lib. cau. l. cū precum. & agē tem ex mutuo naturali, & probantem mutuū ciuile succumbere, & subiungit deducentem stipulationē & confessionem, vel numerationem probantem succumbere: quoniam secundùm iuris reg. cùm nec actio, nec causa probatur, actor non obtinet. l. actor quod asseuerat. C. de proba. Hæc ille, qui pluribus vtitur. Mihi autem cogitanti iuris apicibus, respōdendum videbatur, siue confessio tantùm probetur, siue numeratio tantùm, siue in libello sit deducta sola confessio, & posteà numeratio sit probata, vel contra actorem obtinere debere, nec curandum esse, etiam de eo quod posteriori loco relatus Bald ait, hæc enim iuris subtilitas (vt non semel diximus) reiecta est. Mouet etiam quod Lanf. in relato loco ait, relatas iuris subtilitates coram arbitratore spernendas esse. Item & quę paulò superiùs diximus, item & tex. in l. si fideiussor. in §. quædam. ff. mandat. Et quoniā
17 † quod diximus à nemine animaduersum legi, lector cogita, & illud adijciendum est prædictis, ex numeratione pecuniæ facta nomine Seij absentis & ignorantis, Seio actionem quæri, etiā si pecunia fuerit aliena. l. certi condictio. in §. nummos. ff. si cer. peta. l. si ita stipulatus. in §. Chrysogonus. ff. de verb. obli. vbi plenè Ias. sub nume. 16. & sequen.

18 † Apud Bal. species facti talis fuit proposita, quidam mercator mercium alterius mercatoris sequestrationem fecit, dominus mercium, idemque mercator damnum passus est: quoniam propter sequestrationem merces vendi non potuerunt, deinde sequestratio reuocata est, & iudex, qui reuocatoriam dixit sententiam, in ea de damnis, & interesse non meminit. Quæritur, si dominus merciū posteà damna, & interesse petat, num audiendus sit? Et non audiendum videbatur: quia de calumnia agentis quæri non potest, nisi in eodem iudicio. C. de fruct. & lit. expen. l. terminato. C. de iudic. l. sancimus. Bald. verò in consil. 249. quidam mercator. vol. 3. ex facto consultus respō dit, mercatorem, qui sequestrationem facit, calumniatorem, & crimine stellionatus postulari posse; quia est in dolo, & deficit titulum criminis, ciuiliter ergo ad interesse teneri. Nam vbicunque delictum respicit rem familiarem, ex eodem delicto nascitur ciuilis, & criminalis. C. de falsis. l. qui nomine. C. quando ciui. act. l. 1. & notatur in l. j. ff. de priua. delic. citat etiam l. si duo. §. vlt. in fi. vlt. gl. ff. vti possid. & subijcit sententiæ gl. etiā sapientissimos stare debere.

Subijcit postea l. sancimus. & l. terminato. non obstare, quia hic agimus de interesse rei principalis, quod semper peti potest. Et cum nihil probauerit, qui sequestrationem fecit, præsumitur per calumniam litem mouisse. l. j. C. de aduo. diu. iud. c. 1. de elec. lib. 6. & subiungit, aliud esse impensam, aliud rei pretium. ff. de condit. & demon. l. quibus diebus. §. 1. Et facit, quod notat Inn. in c. vltim. quod met. cau. Hæc ille ferme in verba suprascripta, quem ad verbum retulit, ac probauit Pet. Vbal. in tract. de duo. fra. in 8. par. nume. 30. to. 8.

19 † Et generaliter dicendum est, libellum, seu petitionem inter mercatores, in ipsorum curia ab omnibus exceptionibus iuris apices respicientibus defendi, & tantum negotij veritatem, seu factum ipsum, de quo agitur, expressum esse sufficere: nec enim iuris solennitatibus in libellis requisitis mercatores in eorum foro obstrictos esse puto, de quibus solemnitatibus in l. 1. ff. de eden. plene tractatur, & scripsit Soc. in c. 2. de lib. obla. q. 12. & hanc regulam ex relatorum interpretum mēte existimauit. Pro qua regula videbis Bart. in extrauagan. ad reprimen. in verbo, & figura. & omnia ad bonam fidem redigenda sunt, vt in simili Iurisconsult. ait in l. ab emptione. ff. de pact. Et quoniam inscripsimus de libellis, seu petitionibus, sciat lector de industria, atque consulto à nobis factum: legi enim apud Card. in clement. sæpe. de verbo. signific. in princip. nume. 17. de verbo. significat. † constitutam esse differentiam inter libellum, &
20 petitionem: libellus enim continere debet quædam, quæ iuris formam respiciunt, quædam, quæ intentionem agentis, & in his omnibus aptè concipiendus est, petitio verò sat est, vt in intentione sit conceptus, prætermissis his quæ formam respiciunt. Quem legito, si libet, & Mar. Blan. in tract. de compromis. in 8. quæst. numero 8. tomo 12.

De Exceptionibus.

SVMMARIVM.

1 *Mulier an possit esse procuratrix in foro mercatorum.*
2 *Interpretatio ad l. si fideiussor. §. quædam. ff. mandati.*
3 *Exceptio hęc, Tu nō es procurator; quòd sit admittenda in curia mercatorū.*
4 *In quacunque iudicio, etiam summario, & executiuo, plene de personis quærendum est, & legitimationem plena probatione fieri oportet.*
5 *Mercatores, & campsores, ac numularij exceptionem excussionis an possint obijcere.*
6 *Pater qui filium suum negotiationi præposuit, an possit conueniri, non facta prius excussione.*
7 *Exceptio excussionis an possit obijci coram arbitratore.*
8 *Exceptio excussionis duobus modis considerari potest.*
9 *Exceptio non numeratæ pecuniæ an possit in curia mercatorum à mercatore opponi.*
10 *Exceptio præscriptionis, & vsucapionis, an possit obijci in curia mercatorū.*
11 *Exceptio, quod nudo pacto promisisti, reijcitur in curia mercatorum.*
12 *Exceptio non soluti vectigalis, in curia mercatorum non est reijcienda.*
13 *Solennitates testamentorum in curia mercatorum seruandæ sunt.*
14 *Exceptiones omnes ordinem processus respicientes reijciendæ sunt, quæ iuris apices respiciunt, exceptiones verò quæ merita causæ, & veritatem negotij, & partis defensionem respiciunt, admittendæ sunt.*
15 *Exceptio ex bono, & æquo accommodanda est semper.*
16 *Consules mercatorum summatim possunt, & debent procedere.*

SEquitur, vt de exceptionibus dispiciamus, & cum regulā sæpius probauerimus, inter mercatores, & in eorum foro iuris apices inspici non debere, sed bonam fidem, enumerabimus complures exceptiones, quę ex vi verborum suprascriptorum reiectæ censeantur, & de eis disputare non conueniat.

1 † Et primum illa se offert, certi iuris est, mulierem nec postulare, nec procuratricem posse existere l. fœminæ. ff. de reg. iur. vbi Dec. scribit, sub nu. 11. & seq. num potest esse procuratrix in foro mercatorum? Ias. Main. in l. alienā. C. de proc. col. 2. versi. 5. limito. differēdo inquit, exceptionē hanc, tu non potes esse procuratrix; quia mulier, vel procurator; quia miles, de apicib. iuris esse, ꝛm gl. in l. si fideiussor. in §. quędam. ff. mā. Probat ēt; qa hęc exceptio principalis facti veritatem non respicit, ergo dicendum est de apicib. iuris esse, citat Bart. in l. cum quis ad fin. C. de iur. & fac. ign. & in l. 1. in fi. ff. de condi. ind. Sed de iuris apicibus

inter

Source : BIU Cujas

inter mercatores, & in eorum curia non conueniat disputare, ergo procuratrix esse poterit. Deinde sub licet, animaduertendum esse: quoniam lex alienam honestatem considerasse videtur, & inhonestum esse, mulieres in foro versari, & conuentib. virorum, vel iudiciis interesse. l. maritus. C. eo. tit. de procu. Hæc Iason in summa, qui nil certi in proposito articulo scriptum reliquit. Ego verò puto expeditū esse, mulieres, & in curia mercatorum, & in foro pontificio, nec postulare posse, nec procuratrices existere, idque expressum est in lege prima, in §. sexum. ff. de postulan. vbi Iurisconsul. ait in hæc verba. Ratio quidem prohibendi est, ne contra pudicitiam sexui congruentem alienis causis se immisceant, ne virilibus officijs fungantur mulieres, origo verò introducta à Gaia Affrania, & reliqua, & cum hæc ratio similiter in omni foro interueniat sequitur, vt idem debeat existimari. l. illud. ff. ad legem Aquil. l. à Titio. ff. de verb. oblig. & idem Imperator ait in citata l. alienam. virile. s. officiū esse, & vltra sexum muliebrem. Confirmatur hæc sententia ex loco à singulari, in c. cum dilecta. circa fi. vbi iuris pontificij interpretes de confirmatione vtil. vel inuti. quod caput citauit Iaso. & sicut leges non dedignantur sacros canones imitari, & ita sacrorum statuta, canonum principium cōstitutionibus adiuuantur, legib. enim vtimur in ecclesiasticis causis, & foro pōtificio, nisi canones contradicant. c. 1. vbi doct. verbosi cōmentarij, extra de noui oper. nuncia. Cum ergo canones regulariter admittentes non legamus, nihil causæ est, vt in eo foro admittamus, sed solùm in singularibus casibus à doct. receptis: canones enim honestatis, atque pudicitię amatores sunt, quinimmo pontifices honestati, atque pudicitiæ consulere magis, magisq; inuigilarunt, vt patet in sexcentis locis, & præsertim ex titu. de vita, & honestate cle. & hanc sentētiam puto veram, licèt Dec. contra innuat in d. c. cum dilecta. num. 7. ver. 5. limita. Illic enim ita scriptum est. Quintò fallit, vbi esset procedendum de æquitate, remotis apicib. iuris, vt probatur in l. si fideiussor. in §. quędam. ff. man. vbi glo.

Nec moueat, quod dicebat Iaso. hanc exceptionem: tu non potes esse procurator; quia miles, vel procuratrix: quia fęmina, iuris apices respicere. concedo etenim, verū est, quod ait, ad eò, q; non imputatur fideiussori conuento, si etiam sciens hanc exceptionem omitteret.

2 † Non tamen ex hoc necessariò sequitur, procuratrices esse posse. Nam si in casū d. §. quidam fideiussor, exceptionem hanc non omisisset, sed obiecisset, mulierem procuratricem existere non posse, & ex relata ratione, & citatis iuribus reijcere potuisset. Nec de hoc disputauit Iurisc. sed an ex omissione procuratoriæ exceptionis prædictæ fraude careret fideiussor, & ait carere: quoniam ad remouendum fraudem sat est, vbi agitur ex bono, & æquo, hoc tantum disputare, an debitor fuerit, necne, & ad hanc interpretationem vide gl. ordinariam in l. ita demū. C. de procurator. in glo. 1. & Ias. in d. l. alienam. versiculo, Quartò limito.

Est & alia procuratoria exceptio, tu non es procurator, seu mandatum non habes. Vnde quæri potest, an disputandum sit in curia mercatorum super hac exceptione, necne, tanquam de apicibus iuris sit, Accursius in dicto §. quædam. ait, illum §. locū habere in exceptione proxime relata.

3 † Non autem in hac exceptione, tu non es procurator, putauit enim fideiussorem disputare debere super hac exceptione. An sit procurator, citat eod. tit. l. inter causas. §. mandato, Iacobus verò de Belui. relatus à Bald. in d. §. quædam, & hanc exceptionem de apicibus iuris esse, & propterea fideiussori imputādum non esse, si quācunque exceptionem procuratoriā omitteret, & ait non obstare l. inter causas. §. abesse. putat enim cōstituendam differentiam esse inter eum fideiussorem, qui litigando procuratoriam exceptionem omittat, & illum qui soluēdo non obiecit, vt superiori casu siue illam omiserit, q; non possit esse procurator, siue q; non sit procurator, imputari fideiussori non possit, propter dictum §. quædam. posteriori verò, vbi scilicet soluendo, an procurator esset, non inspexit, fideiussori quidem imputetur: dicto §. mandato. Pro qua sententia est; quia Iurisconsultus in dicto §. quædam. generaliter ait, si procuratoriā exceptionem fideiussor omiserit, fraude carere, & hanc exceptionem procuratoriam appellari, patet ex l. inter quos. in §. penult. cum nota. ff. de damno infec. & ex commentariis Abb. in c. in nostra. num. 7. de procurato. & vide l. 3. in §. procuratoriæ. ff. de except. & his adde Bald. in l. qui procuratorem. in §. si quis remisit. ff. de procurato. & eundem Bald. in dicto §. quædā. qui ait Accursi. in dicto §. si quis remisit. in verbo procuratoriam, sensisse. §. quædam. & in hac exceptione, tu non es procurator, locum habere. Ego verò Accursio assentior in dicto §. quædam. & hęc sententia placuit Bernardo optimo iuris pontificij interpreti, in c. in nostra. in verbo, exceptio, extrà de proc. ait enim in hac exceptione, tu nō es procurator, dictum §. quædam. intelligendum non esse, sed in illa, tu non potes esse procurator, propter legem inter causas. in §. mandato. ff. mandat. & consequenter de hac exceptione in curia mercatorum disputandum esse. Suadet enim æquitas, etiam in foro mercatorum in primis animaduertere nos debere, an procurator sit, q; alieno nomine agit, idque ne iudicium nullum, & nullius momenti controuersiæ reputentur, dicto c. in nostra. & l. licet. C. de procur. & ne absurdum sequatur, quòd mandatum non habēs, præiudiciū alicui inferat. Id enim iuri naturali & æquitati contrarium est. l. si quis in suo. §. fina. C. de inoffi. testa. Regula, non debet aliquis. de regu. iur. in 6. Et pro hac sententia facit: quia in quocunque iudicio, etiam summario & executiuo plenè de
4 personis quærendum est, † & legitimationem plena probatione fieri oportet, vt notarunt Barto. Sal. & Alexand. in l. 2. C. de edi. diui. Adria. tollen. vbi Iaso. sub num. 4. disseruit, & Deci. in l. finali, eodem titulo, sub nume. 47. à frequentioribus receptum ait, vt in legitimatione plena probatio requiratur: & his, quæ Ias. in relato loco, contra communem sententiam proposuit, respondit. & his adde Barto. in extra. ad reprimen. In verbo, & figura. columna secunda. Aret. in consil. 127. in causa. Nec moueat, quod Iacobus de Belui. differentiam constituerit inter fideiussorem, qui litigando exceptionem procuratoriam omittat, & illum, qui soluendo. Hæc enim distinctio (ni fallor) est sine ratione. Nec etiam moueat Iurisc. generaliter de exceptione procuratoria omissa locutum esse. Nam legem generalem, declarationem & interpretationē ab aliis legibus sumere, sexcentis probari potest argumentis. Et non longè abieris. Nonne Iurisconsultus in l. qui procuratorem. in §. si quis remisit. in hæc verba ait, Si quis remisit exceptionem procuratoriam, non poterit ex pœnitentia eam opponere, & tamen Accursius, Bald. & Alber. interpretantur, & rectè in illa exceptione, Tu nō es procurator. §. illum locum non habere, sed in ea solùm, Tu nō potes esse procurator.

5 † Vulgaris est illa quæstio, nec ideò prætermittēda, num mercatores seu campsores, & numularij, qui pro aliis intercedunt, possint excussionis exceptionem obiicere, in quæ nunquàm satis commendatus Accursius. in §. penul. in authenti. de fideiusso. sensit non posse. Idque propter præcipuam fidem, quæ in huiusmodi personis esse debet, publicaque vtilitate. & probāt Accursij sententiam Bald. Sali. & Pau. in l. frustra. C. de non nume. pecu. & idem Bal. in l. fi. ad fi. C. ad legem Falc. & Angel. Atet. in §. item, si quis in fraudem. num. 10. versi. quæro, statuto cauetur, institu. de actio. Ias. in l. singularia. numero 30. ff. si cert. petatur. & pleniùs in l. si constante. num. 180. soluto matrimonio. Mar. in rep. rubr. de fideiusso. numer. 8. quibus addes Roma. in consi. 392. circa primum &c. num. 9. & Bal. in consi. 466. volum. 5. nume. 9. & quæ de fide mercatorum scripsimus in ea parte, quam de statu mercatorum inscripsimus. His accedat, quod plerique dixerunt, vbi ex bono & æquo procedendum est, seu ex æquitate exceptionem excussionis obiici non posse, vt inquit Bald. in l. si mancipia. §. j. ff. de euict. in additionibus, & ex mente Accursij ibidem: quoniam vt frequentioribus placuit, hæc exceptio iuris apices respicit, de quibus videbis Iaso. & alios in relatis locis: & Deci. in c. ex parte. num. 6. extrà de offic. deleg. & in l. fi. num. 23. ff. si cert. peta. vbi quosdam improbasse refert, & Nicol. Boe. decisio. 221. Si pater. nume. 15. in secunda parte, qui Guid. Pap. & quosdam alios prædicta probasse refert, & in quo loco copiosè differuit.

Num pater, qui filium suū negociationi seu mercaturæ pro-
6 posuerat, † non facta excussione conueniri queat. De quo vide legem penultimam. in §. tabernæ præpositus. ff. de institu. & his
7 præpositionibus non est dissimilis agitata illa quæstio, † An coram arbitro & arbitratore excussionis exceptio opponi possit? Placet autem mihi in omnibus relatis quæstionibus, quòd non insubtiliter quidem quosdam referendo scripsit Negus. in tract. de pigno. in prima parte, octauæ partis principalis sub num. 35.
8 scripsit enim in hæc ferme verba. † Exceptio excussionis duobus modis considerari potest. Vno modo, respectu ordinis iudiciarii, vt scilicet de ordine iudicii sit, quod prius excutiantur bona principalis debitoris, quàm possit agi hypothecaria contra tertium possessorem, & si iste ordo peruertatur, possit excipi de nullitate processus contra creditorem agētem, vt in auth. hoc si debitor. C. de pig. Vel quòd agens non sit audiendus omissa excussione principalis debitoris. Secundo modo considerari potest dicta excussio, non habita ratione ad dictum iuris ordinem, & iudicium præposterum, sed eo solùm, quòd interest tertij possessoris considerato. Idque consistit in hoc, vt si debitor principalis soluendo sit, exigatur ab eo, antequam tertius possessor molestia afficiatur, & quidem hoc se tertius possessor tueri potest. Num excipiendo de ordine iudicii non seruato, & quòd præpostere agatur, sed solùm ratione eius, quod sua interest, modo prædicto exceptionem proponendo, quòd scilicet æquitas suggerit: vt ipse tertius non vexetur, quoniam principalis debitor est soluendo. iuxta l. persecutione. C. de pig & commentarios Barto. & aliorum ibidem. Subdit hoc sensisse Bal in l. fin. §. sed & si quis. columna 1. versiculo fuit à me quæsitum. C. commu. de leg. & Alex. in l. si constante, num. 24. ff. solut matri. dum inquit, hanc exceptionem non solum iuris ordinem respi-

cere,

Source : BIU Cujas

cere, ſed etiam partis beneficium, ſeu intereſſe, & probat auctoritate Cornei in conſil. 55. in 2. volum. num. 28. qui non inargute ait in cauſa, in qua procedendum eſt ſola facti veritate inſpecta, non poſſe obijci exceptionem excuſſionis ratione ordinis, & præpoſteri iudicij, ſed ea non obſtante poterit ſimul, & cumulate agi contra debitorem & tertium poſſeſſorem, & in eodem iudicio diſcutietur, de bonis vtriuſque ſimul, nec omiſſi ordine exceptio obſtabit, & hoc modo inquit procedere: qđ gloſ. & Bald. notarunt in l. ſi mancipia. §. 1. ſupra citata. Loquuntur enim ratione exceptionis reſpicientis ordinem, quæ eſt de apicibus iuris, ſed reſpectu eius, quod partis intereſt, videlicet, donec debitor eſt ſoluendo, non vexetur tertius poſſeſſor, non reſpicit hæc exceptio iuris apices, & ordinem: ſed æquitatem. Et ideò licèt ratione non ſeruati ordinis tertius poſſeſſor ſe tueri non poſſit, poteſt tamen creditor in eodem proceſſu ſimul vtrunque conuenire & diſcutere, & ſibi prius de bonis debitoris ſatisfacere, ſi tamen creditor omiſſo penitus debitore vellet ſolùm agere contra tertium poſſeſſorem, poſſet tertius poſſeſſor ſe tueri exceptione, non eſſe æquum, vt donec principalis debitor ſoluendo ſit, ipſe conueniri poſſit. Conſiderandus eſt ergo excipiendi modus: nam exceptio, quæ reſpicit ordinem iudicij, non eſt admittenda in propoſitis iuris articulis, ſed exceptio, quæ reſpicit, quod partis intereſt, & ipſam æquitatem, quæ eſt, vt donec debitor eſt ſoluendo, tertius poſſeſſor non vexetur, admittenda eſt. Hactenus Negu. fermè in verba infraſcripta, & huic diſtinctioni acquieſcit Mar. Blan. complura referendo, & addendo in tract. ſuo de compro. in 3. quęſtio. nume. 47. quem locum ſat ſit retuliſſe breuitatis cauſa, quam diſtinctionem tanquam (ni fallor) rationabilem æquè non reprobo. Et his addes, quod inter mercatores ex facto conſulto placuit Guid. Pap. in conſil. 103. videtur. vbi etiam de conſuetudine mercatorum ſcribit.

9 † Quotidianum, & frequens eſt illud, num exceptio non numeratæ pecuniæ in curia mercatorum a mercatore obijci poſſit. Bal in l. fruſtra C. de non nu. pec. ait, ſi campſor pro alio non obligato promittat, vel ſe ſoluturum conſtituat, exceptionem ei non competere; quoniam excuſſionis beneficium non habet, de quo (vt ſubijcit) magis mirandum videtur. Salicet. verò ibidem contra, ait enim, beneficium excuſſionis ſi non competit, non lædit, cum habeat à quo repetat. Et illud ex perſona ſua ſibi competit. Vnde fatetur, quòd ex perſona ſua ſibi competit hæc exceptio. ſed dubitationem eſſe, an ex perſona principalis poſſit hanc exceptionem obijcere. Putat igitur, ſi ex obligatione alicuius confeſſa campſor promiſerit, ita quòd contra illam obligationem opponi poſſet hæc exceptio, & campſori nõ eſſe denegandam, argum. l. tam mandatori. C. eod. de non numera. pecu.

Diuerſum ſi ſimpliciter vt debitam ab aliquo ſpopondiſſet, tunc enim & ille, & campſor fidem debiti videntur agnoſcere l. cum fidem. eod. titulo. Hactenus Sali. Iaſ. verò in l. ſingularia. nume. 30. ff. ſi cer peta. refert Bald & Sali. nec quid ſentiret, ſcriptum reliquit. Ego verò in propoſito iuris articulo relatę diſtinctioni Sali. acquieſcendum puto, & me non ſolum rationes Salicet mouent, verum & l. fruſtra. quæ ſecundùm Cyn. & Alb. intelligenda eſt in eo, qui ſucceſſit, ſeu ſubſtitui ſe loco alterius animo nouandi. Accedit: quia ius ſingulare eſſe in mercatore, lege cautum non reperitur. l. ſi ſeruus ſeruum. §. inquit lex. ff. ad leg. Aquil. l. ſi ſeruum. in §. prætor ait. ff. de acquirend. hæredita. l. vni. §. ſinautem ad deficientis. C. de caduc. tollen. Deci. in conſi. 442. nume. 8. Aym. Cra. conſil. 6. numer. 97. & regulæ inhærendum eſſe, admonet Barto. in l. quoties. ff. ſi quis cau. & Deci. in reg. 1. de regul. iur. & Iaſ. in conſil. 16. col. 2. vol. 2. videretur. &c. Nec huiuſmodi exceptio iuris apices videtur reſpicere, & magis hanc exceptionem mercatoribus, quàm alijs concedendam admonet experientia, atque conſuetudo, ſeu quòd ipſi mercatores ſolent, ex quibus iura fortiſſima ſumunt argumenta. Videmus enim quotidie mercatores fidem alterius ſequi, & ſe pecunias mutuas recepiſſe ſub ſpe futuræ numerationis fateri. Quare (ni fallor) nil proponitur, quin & mercatoris, atque in mercatorum curia exceptio non numeratæ pecuniæ competat, atque obijci poſſit.

10 † Eſt & illud animaduerſione dignum, an in curia mercatorum, & inter mercatores vſucapionis, ſeu præſcriptionis exceptio obijci poſſit? Dicet aliquis, cum ex bono, & æquo procedendum ſit, & præſciptio ſit iuris ſubſidium iniquiſſimum, vt in auth. vt eccle. Roma. §. habeat, reijciendam hanc exceptionem eſſe. & quia odioſa eſt hæc defenſio, & contra naturalem æquitatem eſt præſcriptio, vt notatur in l. 1. in verbo vel iniuria. ff. de negoc. geſt. & in lege, nam hoc natura. ff. de condictio. indebit. & ſcribit Iaſon in reper. l. ſi is, qui emptore. numer. 90. & Marſi. ſing. 370. mihi autem omiſſis argumentis, & quidem breuitatis cauſa dicendum videtur, prout in arbitro, qui ex æquitate iudicare debet, diſtinguendo Dec. & Mar. Blan. ſcripſere, ſcripſit enim Deci. in cap. 1. de proba. num. 50. & in cap. ex parte 2. num. 5. de offic. delegat. & Mar. Blanc. pleniùs in tract. de compro. q. 1. nume. 46. to. 12. illic enim ita ſcriptum eſt in hac quæſtione ex mente docto. diſtinguendum, aut obijciens præſcriptionis exceptionem præſcripſit, ſeu vſucepit mala fide, & probari poteſt, & reus audiendus non ſit in hac exceptione. Si verò opponens bona fide præſcripſit, reijcienda non ſit hæc exceptio, ſed admittenda. Cùm enim præſcriptio vbi bona fides interuenit, tàm iure Cæſareo, quàm Pontificio non ſit improbata, contra naturalem æquitatem eſſet, ius alteri legitimo modo quæſitum auferre, idque ex verbis, & mente Bartol. in extrauag. ad reprimen. in verbo, videbitur. in fin. vbi in hæc verba ſcripſit: Quæro, ad dictis caſibus iudex poſſit reijcere exceptionem præſcriptionis, vel aliam procedentem ex mero rigore iuris ciuilis? Reſpon. in his, quæ ipſe iudex habet facere, non tenetur ſequi regulas iuris ciuilis, ſed in his, quæ iam à iure facta ſunt, ita quòd ex hoc ius alteri quæſitum ſit, vel ablatum, iudex non immutat, ſed ſequi tenetur. ff. depo. l. bona fides. aliàs auferetur ius alteri quæſitum, quod eſt contra naturalem æquitatem. Hæc ille. Licèt enim æquitas ſeruanda ſit: non tamen contra leges iudicandum eſt, vt non ſemel diximus, & præſertim in princ. huius vltim. partis princ. referendo Bartol in l. quintus. & in l. fideiuſſ. in §. quædam. quibus adde Are. in l. 4. in §. Cato. de verb. obligat. & ibidem Car. Ruin. & Iaſ. in l. 2. §. item ſi in facto. eod. titul. numer. 17. Et hanc diſtinctionem & veram, & rationabilem puto, & confirmabis ex varijs iuris interpretum locis relatis à Mar. Blan. vbi ſupra, qui inter alios bona fide retulit Ang. in l. ſequitur. in §. ſi viam. ff. de vſucapi. Sed & his addes circa relatam diſtinctionem, quòd in relatis locis animaduertit Deci. de iure pontificio, quod ſeruandum eſt, malæ fidei poſſeſſorem nullo tempore præſcribere. l. fin. de præſcrip. & in reg. poſſeſſor de regul. iur. in 6.

11 † Reijcienda eſt etiam illa exceptio in curia mercatorum, q̃ pacto nudo agatur, & nuda pactio actionem non pariat, vt ſcripſit Bartol. in l. Quintus. in fine. ff. manda. & Bal. in l. ſi pro ea. C. mand. Dec in capit. ex parte. nu. 3. de offi deleg. & Mar. Blan. in trac. paulo ſuperius relato. numer. 45. & nos in pleriſque locis alios referendo, probauimus.

12 † Quæritur apud Bald. in l. ſi pro ea. C. manda. ſub numer. 14. an exceptio non ſoluti vectigalis in curia mercatorum ſit admittenda? Et non eſſe reijciendam putauit; quoniam vectigal fauore publico eſt introductum, & quia ius municipale, quod inter ciues pro iure communi habetur, detrahit iuri gentium ex cauſa, ideo ſeruandum eſt in foro naturalis æquitatis, & idem probauit Bald. in d. §. quædam. & eſt relatum apud Bartol. in eod. §. & hæc ſententia placuit Sali. in dicta lege placuit. C. de iudic.

13 † In quo loco addit ſolennitates teſtamentorum in eadem curia ſeruandas, quæ retulit, & probauit Iaſ. in conſil. 82. viſis, & diligenter &c. verſicul. præterea (vt dicit Bald.) col. pen. lib. 3. Quibus addes circa teſtamenta, quæ relatiuè diximus in calce tract. de nauig.

14 † Credimus etiam exemplo eius, quod dicitur de iudice, ſeu arbitro, qui ex bono, & æquo procedere, ſeu iudicare debet in curia mercatorum, generaliter dici poſſe, omnes exceptiones ordinem proceſſus recipient reijciendas eſſe, quæ ſunt de iuris apicibus, ſecundùm Aret. in l. ſi ſeruum. in §. ſequitur. ff. de verbor. obligat. & illas exceptiones, quæ merita cauſæ, negotijque veritatem, ac partis defenſionem reſpiciunt, admittendas eſſe. Recte ergo opponetur rei iudicatæ, vel finitæ exceptio, ad impediendum proceſſum, quia de iure naturali eſt, ne bis indicetur in idipſum. Et quæ magis differunt, & veritatem cauſæ fruſtrantur, quàm ipſam reſpiciant à iudicibus repellentur. Idque ex ſententia Bartol. in dicto tracta. ad reprimend. in verbo, & figura, colum. ſecunda, & videbis eundem Mar. Blan. in relato tract. de comprom. quæſtio. 1. numer. 43. & ſeq. numer. 6.

15 † Et illud meminerimus ex bono, & æquo exceptionem ſemper accommodandam eſſe, l. ſecunda. §. penultimo. ff. ſi quis cauſ. & ex naturali æquitate, argument. l. quòd ſi Ephdſi. §. primo vſque in fine. ff. eo, quod cert. loco. l. tertia. §. ſi quis, ff. de condictio. ob cauſ. l. ſi ſeruum, in §. ſequitur. ff. de verborum obligatio. & l. ſecunda. §. item Varus. ff. de acqua plu. arcend. in illis verbis, hæc æquitas ſuggerit, etiam ſi iure ſtricto deficiamus, quæ iura memoria tenenda ſunt, tanquam ſingularia.

16 † Sciant etiam iudices ſummatim poſſe, & debere procedere: mouet me, quòd eleganter ſcripſit Bald. in l. obſeruare, in §. proficiſci. ff. de offic. proconſ. verſicul. vigeſimoquintò quęritur, cuius verba notanda ſunt, & Bald. retulit, & probauit Dec. in capitu. ex parte, nu. 6. de offi. dele. & plenius Blan. in d. tracta. quęſtio. prima numero 50. Quibus adde Bartol. in dicta tracta ad reprimen. in verbo, & figura ex quo loco & iam dictis ac infra dicendis reliqua ad iudicium neceſſaria in materia, de qua noſtra diſputatio, facile colliges. Deſcendemus ergo ad probationes iuxta propoſitum à nobis ordinem.

De

Source : BIU Cujas

De probationibus.

SVMMARIVM.

1 *Probationes minus legitimæ an admittantur in curia mercatorum pro legitimis.*
2 *Probationes sunt arbitrariæ,& iudices mercatorum exprimere debent causam,quare fides sit habita probationibus minus legitimis, vel contra.*
3 *Publicatio testium fieri debet in curia mercatorum.*
4 *Testes produci nõ possunt in curia mercatorum,postquam partes testimonia didicerunt.*
5 *Scripturarum tria sunt genera,publica scilicet,priuata,& solennis, & declaratur.*
6 *Interpretatio ad l.scripturas,C.qui pot.in pig.hab.relatiuè.*
7 *Stante statuto Florentino, quòd scripturæ librorum mercatorum vel artificum descriptæ, seu exemplatæ ex mandato iudicis pro instrumento publico habeantur, & paeatam habeant executionem, prout instrumenta guarentigiæ, & bona intelligantur hypothecata ipsius debitoris scribentis,quòd creditur ex dictis scripturis,vt suprà,præferatur posteriori creditori habenti publicum instrumentum.*
8 *Priuatæ scripturæ tria sunt genera,& quæ sint,declaratur.*
9 *Comparatio literarum quomodo fiat, & in quo casu. Et de comparatione multa.*
10 *Mercatores admonentur, ne fidant simplicibus apochis clàm factis, & à nemine subscriptis.*
11 *Testes dopenentes apocham seu aliam scripturam esse manu alicuius scriptam,quia notam habent manum,si nõ fuerint præsentes, quando scripta fuit,non probant.*
12 *Consuetudo mercatorum,ꝙ credatur testibus,quòd aliqua scriptura sit manu alicuius,quia manum notam habeant, an valeat.*
13 *Literæ,quæ inter ipsos mercatores absentes mittuntur,an probent.*
14 *Mercatores accipientes literas,& tacentes,sibi præiudicant. & quomodo intelligatur.*
15 *Literę credentiæ,& commendatitiæ,an obligent,& probent.*
16 *Literæ,quæ inter absentes mittuntur,non probant,vbi decessisset is,qui scripsisset,antequam ei,cui scriptæ erant literæ,traditæ fuissent.*

FRequens & necessaria probationum est materia, in qua prudentissimi iutis interpretes iu sexcentis locis multa ac varia scripsere.Nos igitur pauca tractabimus ad rem, de qua agitur,pertinentia.

1 † Et primùm,illud necessariò tractandum est,Nũ inter mercatores,& in eorum curia probationes, quæ regulariter pro nõ legitimis habentur,admittendæ sint,tanquam legitimæ? Dicet aliquis,còm ex æquitate procedendum sit, verisimilem probationem à iudicibus mercatorum,qui boni viri sunt,quiq; ęquitatis amatores esse debent,admittendam esse & hanc sententiã probari posse videbatur ex his, quæ scripsit Franc. Aret.in consilio 127.in causa dominæ Antoniæ,num. 2. vbi referendo Bal. in l.solam.C.de testi.in fi.ait,probationem verisimilem, & non concludentem de iure apud bonum virum concludere debere,qui de facto veritate & æquitate procedit, & idem probauit Aret.in consi.84.diligenter ponderatis &c.num.3.quibus adde Iason.in lege singularia.num.32.ff.si cert.pet.& Decium in capitulo dilecti in tertio notabili,extra de iudi.Mar.Blan in tract.de compen.quæstio.1.num.39.to.12.Mar. sing.486. communiter. & sing.494.probationes &c.Mihi autem in proposita quæstione respondẽdum videtur, ius singulare in probationibus in curia mercatorum constituendum non esse, & propterea legitimæ probationes requirantur,nec verisimiles sufficiant. Idque eleganter probauit Socin. in consilio 120. cùm in præsenti &c. col.7.versicu.nec ex eo.lib.1. Ait enim in curia mercatorum & inter mercatores probationes legitimas esse debere,tantùm.n. reiectæ videntur cauillationes, & illegitimæ defensiones, citat Abb.in c.dilecti.extrà de iudic.Bald.in cri.circa fin. de mil. vas. qui con.est.& Bar.ànobis non semel relatus in d.§. quædam. l. fideiussor.ff.manda. qui inquit: Licèt ex æquitate iudicandum sit iuris ciuilis:tamen dispositionem sublatam non censeri.l.bona fides.ff. depo. sed tantùm iuris apices reiecti censentur, qui veritatem negocij non tangunt. Cum autem probationes veritatem respiciant, & merita causæ: non autem rigorem iuris in procedendo,vt scripsit Ioan. Cald. in sua disputatione, quæ incipit,clericus conuentus,& refert ac probat Bald.in l. 2. C. quæ sit long. consuet. concludendum meritò videtur probationes legitimas esse oportere,& consequenter ex æquitate procedendum esse,quæ iuri conformis sit. Addit l.primam. ff.de iustit.& iur.in illis verbis, Ius est ars boni & ęqui,& ibidem Bal. & Pau. qui illa notarunt contrà illos, qui dicere consueuerunt, aliud de æquitate.Hæc ille,pro qua sententia est,quod scripsit Bar. in auth.ad reprimendum.in versi.& figura, refert enim verba cle. sæpe.de ver.signi.non tamẽ sic litem iudex acceleret,quin probationes verę & defensiones &c.& subdit, quòd iuris naturalis rationi congruit. Et paulò inferius scripsit in hæc verba: An in casibus,in quibus proceditur sine figura iudicij,testes debeãt iurare:hoc enim nõ reperitur de iure Digestorum,nisi in l.Theopompus. ff. de dote prælega. sed videtur mera constitutio Imperatoris:vt C.de testi.l.iurisiurandi. Puto tamen, quòd iurare debeant,propter ea,quę dicta sunt de iuramento calumniæ Sed an præsente parte:& puto ꝙ sic,aliàs aufertur ei defensionis copia, quod repugnat naturali æquitati. Circa verò dicta testium puto,quòd debeant esse talia,quæ concludant sicut in causis ordinariis,argumento eius, quod dicitur in Daniele de Susanna, & quod notatur,C.de testi.l.testium.Hactenus Bar.in suprà scripta verba. Nec moueat, quòd contra hanc sententiam primo loco retulimus: locum enim habent,vbi sola facti veritate inspecta procedendum, iudicandumque est, cuius clausulæ vim maximam esse ex relatis locis liquet, & extra propositam quæstionem esse,ipsamet loca indicant nostra, etenim disceptatio est. Vbi ex bono & ęquo seu ex æquitate procedendum est, in quo genere,cum probationes merita causæ respiciant, & negocii veritatem:& iuri naturali conueniat legitimas & veras probationes esse oportere.Bene (ni fallor) Soc. consuluit,quẽ legi relatum apud Bar.in dicto §.quædam.& non improbatum.

2 † Huic rei est & illud adnotandum arbitrarias probationes omnes esse dicere solemus,& in manu iudicis esse quid, aut cui credat,& quanta fides sit habenda testibus.l. 3. §. ideoque diuus Adrianus.ff de testib.Cum igitur inter mercatores,& in eorum curia legitimas probationes esse,oportere probauerimus, consules, idemque mercatorum iudices non ignorabunt, causam exprimendam esse,cur testimoniis & aliis probationibus habita vel non habita sit fides,vt eleganter admonuit Bar. noster in l.Lucius.ff.de infa.& plenè circa prædicta scripsit Decius in cõsilio 275.nu.2.viso.& in consi.448. num. 29. & Grammaticus, in voto. 14.tremendi &c.num.20.

3 † Sed postquam de testibus referẽdo Bartolum, quædam attigimus, placet eodem in loco eundem Bart.referre.qui ait,publicationem fieri debere aliàs parti defensio tolleretur. Si. n. testes non publicarentur, & eorum dicta oppugnari non possent,quod iuri naturali contrarium est,† & postquam partes testimonia didicerunt, regulariter testes posse produci negauit, quod ex quadam naturali æquitate prohibitum ait, ne scilicet alter alteri insidietur.ff.de iustitia & iure. l. vt vim. & introductum,& positum esse inter alia ciuilia præcepta. authen. at qui semel.C.de probationibus.

4 De scripturis circa probationes tractare, non ab re est: sed quoniam plena sunt omnia iuris volumina, & solemus abdita, & non vulgaria referre,generalem disceptationem missam faciemus,& pauca ad mercaturam pertinẽtia referemus: & illud præcipue sciendum est, ꝙ ex facto consultus in causa mercatorum inquit Bald.in consil.149. proponitur &c. in fin.volum.1.

5 † Scripturarum tria esse genera,ignorare debere neminem,publicam,scilicet,priuatam,& solemnem. Publica fit manu publica,quę contrahentium factum inter omnes probat l.desideriũ. C.depos.quam legem singulariter notandam puto,secundùm interpretationem Bald.& adde eundem Bal.ibidem,ac Pau.Ca. & cæteros iuris interpretes,ac Mar.sing.464.ex pacto.Solennis, quæ est trino teste notata.C qui poti. in pign. hab. l. scripturas.

6 † dumtamen constet de manu scribentis,& scribentium,ad cuius l.interpretationem vide quæ copiosè Negu.scripsit in tract. de pign.in 2.mem,5.par.num.72.& seq.qui inter alia refert cõsil.Soc.sub num.274.in causa dominæ Lysæ.colum.7.ver.circa tertium.volum.2.refert etiam eundem Soci.in consi.240. circa præsentem.eod.volum. ex facto consultum † super statuto Florentino,quo cauetur,scripturas librorum mercatorum,vel artificum descriptas, seu sumptas ex mandato iudicis pro instrumento publico haberi,& paratam executionem, prout instrumenta guarentigiæ habere,& bona intelligi obligata, ac hypothecata ipsius debitoris scribentis & respõdisse creditorem ex rationibus in libro,descriptisque iudicis mãdato,vt suprà,priorem in tempore præferendum posteriori creditori, qui publicum habeat instrumentum, & subiicit valentissimis viris ex facto consultis placuisse, dictas rationes (vt ipse ait) exemplatas iuxta formam dicti statuti,non solum vim contra principalem debitorem habere,sed etiam contra tertium,nonnullaque alia ad interpretationem d.l.addit,quæ quoniam,& Soci.& Negus. inter manus scripta versantur, breuitatis causa non refero, sed solum circa interpretationem d.l.consil.Bald.videndum addo. 466.ad euidentiam,lib.5.vbi late differuit in causa mercatoris,

8 sed ad Bald.redeo,qui ait, † Priuatæ autem scripturæ triplicem esse speciem,vna extrauagans,quæ vocatur apocha,vulgò apodissa. C. de fide instrum.l.plures apochis. & authen. si quis vult caute deponere.C.qui pot.in pign.hab.Alia, quæ in corpore codicis rationum clauditur,quæ in duas species diuiditur,quarum altera medium tenet inter publicam,& priuatam, vt scriptura numulariorum,& argentariorum,Altera extrema,idest,omnino priuata,quæ nõ est facta ratione alicuius officii,vt C. de proba.l.rationes.& C.de conue.fis.debi.l.inter Chartulas.lib.10.Hactenus Bald.bellissimè quidem, & in verba fermè suprascripta. Verum Iaf.in repe.l.admonendi.sub nu.75.ex mente doct.non

relata

relata Bal. noſtri diſtinctione, ait, Priuatæ ſcripturæ tres eſſe ſpecies, quędam dicitur apocha, ſeu apodiſſa, quędam eſt liberationum, quem vnuſquiſque ſibi conficit, quædam & tertiò eſt epiſtola. Nos prætermiſſa diſputatione circa codices, & rationes (attigimus enim in pleriſque locis) de apocha, & literis pauca dicemus, & audi quid de apocha docte quidem ſcripſerit Ang. in auth. ſi quis vult caute deponere. C. qui po. illic enim ita ſcriptũ eſt, in gl. in l comparationes.

9 †Hic articulus ſcholaribus eſt difficilis, & ideo ſcias, ꝙ ſcriptura, ad quam fit comparatio, eſt illa ſcriptura principalis, quæ in iudicio producitur debiti conſequendi gratia, & negatur ſcriptura manu eius cuius aſſeritur. Et ſi illa ſcriptura eſt priuata, nõ poteſt peti, vt per illam fiat comparatio literarum, niſi habeat ſubſcriptionem trium teſtium, vel probetur per tres teſtes, qui viderint illam ſcribi, vt hic.

10 †Sint ergo cauti mercatores, vt non fidant ſimplicibus apochis clam factis, & à nullo ſubſcriptis: quia ſi producantur in iudicio, & debitores negent eorum manu ſcriptas, vel forſan debitores mortui ſint, non poterit peti, vt per talem ſimplicem apodiſſam fiat comparatio literarum, vt hic in fi. poterit tamẽ rogari conuentus, vt reſpondeat, an manu ſua ſcripta ſit ex ęqtate. l. vbicunque. ff. de interroga. actio. & C. de inge. & manu. l. ad recognoſcendas. Poterit etiam compelli ad ſcribendum: tamen hæc non erit ſufficiens comparatio, cum quotidie forma ſcribendi mutetur multis accidentibus, vt in authentic. de inſtrument. cau. & fid. circa princip. Scriptura autem, ex qua eſt illa, quæ producitur in iudicio ad hoc, vt fiat comparatio, & illa ſcriptura oportet ꝙ ſit indubitata, & ideo requiritur, ꝙ ſit publica, aut de archiuo publico ſumpta, aut trino teſte notata, quorum ſaltim duo eorum ſubſcriptionem atteſtentur, aut dictas ſubſcriptiones eorum manu factas eſſe, per comparationẽ probetur, vt l. comparationes. C. de fide inſtrumen. vel quòd illa ſcriptura, ex qua petitur comparatio, per aduerſarium producatur, velut ſcriptura ſcripta manu eiuſdem, vt in authen. ad hæc. C. de fide inſtrum. Hucuſque Ange. in uerba ſupraſcripta, quem ad verbum retulit Matthę. ab Afflict. deciſio. 181. in quodam proceſſu. vbi ſubdit, quando petitur fieri comparatio de apocha ſimplici ſine teſtibus, cum alia ſcriptura eiuſdem, qui dicitur feciſſe illam apocham, quæ eſt ſimplex, & ſine teſtibus, talis comparatio fieri non poteſt: quia facilius immutari poteſt ſcriptura vnius, quàm ſcriptura, vbi plurium ſunt ſubſcriptiones, vt dicit Sali. in dicta lege comparationes. in quarta colum. in princip. & deinde ſubiungit Franc. Are. prudentiſſ. virum, in
11 conſilio lxiiii. diligenter, & mature &c. ſenſiſſe, † teſtes deponẽtes non fuiſſe præſentes, quando fuit ſcripta apocha, ſed affirmantes ſcriptam manu alicuius: quoniam manum notam habent, non probare, tunc cum teſtes probant, cum deponunt ſe fuiſſe pręſentes, quando debitor apocham ſcripſit, & propterea ſacrum conſilium iudicaſſe, ſcripturam priuatam ſine ſubſcriptione teſtium, & abſque depoſitione teſtium, qui viderint illã ſcribere, ſed ſunt teſtes, qui dicunt ſe notam manum habere, & tamen non viderunt eum ſcribere, nullam fidem facere. Quæ omnia placuit ad uerbum fermè refertre. Sunt etenim, etſi in culto ſermone ſcripta, doctè tamen, & ex legum mente. Et his addes, quæ de comparatione copioſè iuris interpretes ſcripſere in l. comparationes. & in l. admonendi. ff. de iure. Bald. in conſi. 218. nu. 3. lib j. & in materia, ac circa prædicta Dec. in conſi. 615. viſa inquiſitione. nu. 3. & plenè Pau. Par. in conſ. 19. num. 32. vſque ad nu. 46. volu. 3. & in conſi. 55. attingam &c. volu. 4. & ſin conſil. 27. numer. 44. & ſeq. vol. 2. Mar. in repe. rubr. de prob. nume. 297. quibus addes Iaſ. ad probationem adiuuandam, quę fit per comparationem, in conſi. 126. in caſu præſenti &c. uol. j. cuius tamen reſponſum conſidera.

Sed licet prædicta veriſſima ſint in iure: ſolent tamen mercatores teſtibus deponentibus apocham vel ſcripturam aliam eſſe manu alicuius mercatoris ſcriptam, quia manum ſcribentis notam habẽt, & adtractus, characteres, & ſic figuram literarum fidem habere, tam teſtes ſcripturam in iudicio productam negent, ſe vidiſſe eum ſcribere, cuius manu ſcripta aſſeritur. Vnde incurrit hic non minus elegans, quàm neceſſaria quæſtio,
12 †num hæc conſuetudo, qđ teſtibus vt ſuprà deponentibus credatur valeat? Dicit aliquis teſtimoniis huiuſcemodi fidem habendam non eſſe. §. ſi quis igitur. in authen. de inſtru. cau. & fid. ꝙ probant relati doctores Areti. Deci. Aff. Pariſius, & Cor. in conſi. 58. in tertio vol. in hac conſultatione &c. & conſuetudinem huiuſmodi repro bandam: quoniam hac cõſuetudine homines ad falſum inuitantur, vt ſcilicet ad imitationem literarum ſemetipſos maximè exerceant, vt in authen. de inſtru. cau. & fin. in princip. vbi optimus text. & hæc ſententia probari poſſe, videbatur ex eo, quod dicitur, conſuetudinem non valere, quòd omni ſcripturæ mercatorum ad eorum fauorem credatur: quoniam ad falſum inuitarentur, ex ſententia Bald. in lege vni. numero decimotertio, C. de confeſ. Abb. in capitulo bonæ 2. de poſtulatio. in fi. Iaſon in repet. l. admonendi ſub nume. 102. Ego autem ut vno verbo concludã, quid in propoſita quęſtione ſentiam: quoniam periculoſa eſt hæc conſuetudo, intelligendam putarẽ iuxta ea, quæ in prima parte huius vltimæ partis principalis diximus, verſic. ſed quoniam. nu. 37. & iudicis cõ ſenſu accedente, & ſi iudici videbitur, ſtatu atq; conditione petentis, & conuenti, rei qualitate, ac quãtitate ipſiſq; teſtimoniis, & teſtium conditione diligenter cognitis atq; perſpectis, argu. eorum, quæ Bal. & Abb. in relatis locis ſcripſere, & aſſumes hic, quæ diximus in relato loco. Reliqua ad materiam apochæ circa probatiouem ſuppłe ex his, quæ omnes ſcripſere in l. admonendi ff. de iureiur. & præſertim Io. Cro. ſub nume. 44. & mul-
13 tis numeris ſequen. †Sed nunc de literis pauca referamus, quæ inter abſentes mittuntur, & quibus literis ſolent mercatores ſe certiorẽs reddere de his, quæ ad mercaturam pertinent, & breuiter dicendum eſt: Aut literæ ſunt confeſſæ, & agnitæ & probant. lege Publia. in fine. ff. depo. cum aliis ſexcentis ſimilibus: & hoc procedit, ſi literæ tantùm ſint ſubſcriptæ. Perinde enim eſt, ac ſi à ſubſcribente ſcriptæ eſſent, ſi ſubſcriptio ſit agnita. l. emptor. in §. Lucius. ff. de pac. vbi Bar. l. Caius. ff. de pig. actio. Si uerò literæ confeſſæ non ſint, ſed negentur, & tunc ſi publico ſigillo ſint ſubſignatæ, probant. l. ſi qua per calumniam. C. de epi. & cler. vbi not. idem iuris, ſi ſint ſubſignatæ priuato, & ſolito ipſius ſcribentis ſigillo, quinimò magis probant ex ſententia Spe. in tit. de prob. §. vlt. ver. x. citat. l. diſtrahere. C. de rebus alie. nõ alie. & ꝓbat Cato Sac. in rep. l. admonẽdi. nu. 74. & Iac. Pet. de Tho. in ea. l. nu. 193. quibus adde, ꝙ negatis literis, ſigillo carentibus, & quæ abſentibus mittuntur per comparationem literarum plenam probationem fieri, receptum eſt, & idem iuris eſt, quod in libris, & cùr diuerſum in apocha & literis, illa ratio redditur: quoniam in apocha imputandum eſt parti, quæ ſolennem ſcripturam fieri non procurauit, nimirum ſi comparatio locum non habet, quæ ratio in epiſtolis quæ abſentibus mittũtur, ceſſat, quæ oĩa vera eſſe patet, ex cõmentariis Bar. in l. nuda ratio. in fi. ff. de donat. & omnium in d. l. admonendi. ac ex his, quæ Feli. ſcripſit in c. 2. nu. 16. & ſeq. extra de fide inſtru. In quibus locis alia adduntur, & ſcribit Pariſius prædicta comprobãdo in conſ. 19. ad reſolutionem nu. 105. & multis nu. ſeq. vol. 2. & conſi. 47. nu. 1. & ſeq. vol. 1. vbi de rationibus quædam adiicit,
14 & in conſ. 112. nu. 44. & ſeq. eod. vol. †vbi admonet etiam accipientes literas, ne taceant: quoniam videntur conſentire, & idẽ Pariſius plenius idem probauit inter mercatores, in conſi. 91. viſo copioſo. eo. uol. & vide eundem in ante citato conſi. quod tamen declarabis ſm Iaſ. in rep. l. admonẽdi. ſub nu. 114. ff. de iure.

15 †Solent mercatores literas, quæ vulgò credentiæ nuncupantur, per ſæpe ſcribere. Item & commendatitię, vnde quæſtionis fuit, an probent & obligent ſcribentes. In qua quæſtione plene quidem, & inter mercatores ſcripſit Bar. in l. Lucius. ff. de fideiu. & apud eum Ale. notauit Spe. in tit. de obl. & ſol. §. prenotandũ. nu. 8. verſ. pone mercator. & plenè Bal. in rub. C. de conſt. pecu. inter ipſos mercatores diſputans, & Iaſ. in repe. l. admonendi. ff. de iureiu. ſub nu. 116. quibus addes reſpõſum Pau. Par. in cauſa mercaturæ, reſp. xlvii. nu. 27. & ſeq. & nu. 80. & ſeq. ac antece. numeris, & Mar. in repe. rub. de proba. nu. 289. quæ loca retuliſſe ſufficiat, ne aliorum labores deſcribere videamur.

16 †Non eſt hic illud ſilentio prætereundum, ꝙ diximus, literas, quæ inter abſentes mittuntur, probare, non procedere, vbi antequã ei, cui aſcriptæ erant, literæ traditæ fuiſſent, deceſſiſſet is, qui ſcripſiſſet. Cuius rei illa ratio redditur, quia per literas abſens abſentem dicitur alloqui. Non ergo dici poteſt alloqui, q miſit, ſi antequam traderentur, deceſſit, idq́ue probat Iaſ. in relato loco ſub nu. 114. & ad cœlũ tulit Mar. alios refert. in ſing. 373. vt noſti. & in rub. de ꝓb. nu. 248. & ſeq. & in l. fi. ff. de q. nu. 46. & vide Inn. in c. cum dilectus. ext. de ſuc. ab inte. Et hæc breuiter attigiſſe circa probationes ſufficiat: tum quia in pleriſque locis nonnulla ad hanc materiam pertinentia attigimus. Tum maxime, quia q. circa probationes ſunt agitatæ valde & in 60. locis tractatæ.

¶ Vltima Particula.

ARGVMENTVM.

Iudices, ijdemque conſules admonentur, quo pacto Conſulatus officium ſummo cum honore gerant.

SVMMARIVM.

1 *Mercatores, qui ſe æquitatis magiſtros credunt, quòd longe errent, & æquitas melius cognoſcatur a Iuriſconſultis.*

2 *Quæſtiones mercatorum ex bono, & æquo cognoſcendæ ſunt, in quo genere plerunque ſub auctoritate iuris ſcientiæ pernitioſe erratur.*

3 *Mercatores in dicendis ſententijs conſulere debent Iuriſconſultos bonosq; viros, vbi cauſæ expoſtulant.*

4 *Mercatores non putent ſe clementiores, aut æquiorts lege, & de legibus ſeruandis pulchra, & ſeq.*

5 *Mercatores*

Source : BIU Cujas

5 *Mercatores oportet seruare æquitatem ex circunstantijs à lege consideratam, & pulchra dicta referuntur.*

6 *Consules mercatorum ex arbitrio dato, quòd cognoscant de æquo & bono, si æquitas in iure scripta reperiatur, licèt nõ in specie, sed vel in genere, vel in simili possunt de similibus ad similia procedere.*

7 *Æquitas si reperiatur scripta in iure, licèt non in specie, in simili tamen iudex ad cauendum potest compellere ex arbitrio sibi à lege quòd si Ephesi. attributo. Contrà verò, si iudex moueretur æquitate, nec in casu nec in simili scripta.*

8 *Consules Christi fideles esse debent: quoniam sine diuino auxilio dubia explicari non possunt.*

9 *Salomon ita sapientiam à Deo poposcit, vt daretur sibi cor prudens audire, & iudicare cum iustitia.*

10 *Præcepta multa, & varia consulibus mercatorum traduntur.*

11 *Consules non debent se intromittere temporibus aliorum consulum, & dum res in controuersia est, immissiones in possessionem accelerare non debent.*

12 *Consules oportet obseruare consuetudinem mercatorum, & enumerantur quidam casus, relatiuè.*

13 *Consules curant plerunque, ut mercatores eligant calculatores, unde quædam relatiuè.*

14 *Consules debent interrogare partes, ubi æquitas mouerint in quacunque parte iudicij, etiam parte postulante, & interrogationum forma religioni eorum committitur.*

15 *Consules exprimere debent, quare probationibus minus legitimis fidem habuerint, vel contra.*

16 *Consules tanquam speculum habere debent præ oculis l. si me, & Titium, & quasdam alias leges, & interpretationem bonæ fidei semper sequi.*

17 *Consules habere debent præ oculis c. 1. de sent. & re iud. in 6. & nõ subitas, sed deliberatione habita in scriptis sententias proferre debent.*

RElíquum est, consules mercatorum (vt polliciti sumus) admoneamus, qui si admonitis, ĩstitutionibusq; nostris adhęserint, & ęquitatẽ multis iniuriis hucusq; agitatam, in eorum foro consistere, & confirmari perspiciunt, & (ni fallor) summo cum honore cõsulatus officium gerent. Scribit igitur Paul. Cast. in l. j. nume. 9. ff. de iusti. & iure.

1 † Nota tex. contra ignaros, imperitosque mercatores, qui se ęqtatis magistros esse credunt, & inquiunt Iurisconsultum cauillationes concupiscere, & sequi, mercatores verò ęquitatẽ. Longe enim melius quid ęquitas sit Iurisconsul. norunt, quàm ipsi, quid sit rigor, qui ęquitati opponitur: nam contrariorum est eadem disciplina. Vno enim cognito, cognoscitur & reliquum. l. prima. ff. de his qui sunt sui, vel alie. iur. & mercatoribus natura tantum ęquitatis cognitionem facit: Iurisconsul. uerò ars, & natura tribuit. Nimium igitur sibi assumentes, & eorum iudiciis freti, iniquas sententias plerunque dicere consueuerunt. Hæc ille in alia uerba, quem refert, ac probat Nico. Boc. dec. 23. motus

2 fuit. nume. 60. † Sed illud nos non negabimus, quæstiones mercatorum ex bono, & ęquo cognoscẽdas esse, in quo genere plerunque sub auctoritate iuris scientiæ pernitiosè erratur, vt eleganter Iurisconsult. inquit in l. si seruum in §. sequitur. ff. de verbor. obligat. & scribit Ang. in consi. 25. pro decisione &c. in fin. & in consil. 75. plures creditores &c. col. j. & in consil. 219. arbitror dictam litem &c. Vnde eleganter Iurisconsul. ait in l. ita

12 vulneratus. in fi. ff. ad l. Aquil. multa in iure ciuili ꝓ strictam rationem disputãdi pro vtilitate communi recepta esse innumerabilibus exemplis comprobari posse.

3 † Consulant itaque mercatores in dicendis sententiis (vbi causæ expostulant) Iurisconsultos bonosque viros. Vetus est enim illud, Ne sutor ultra crepidam, & fœlices essent artes, si

4 de illis soli artifices iudicarent, † & se lege ipsa clementiores aut ęquiores ne putent. §. oportet. in authen. de iudi. l. respiciendum. ff. de pœnis. l. fin. C. de eman. Nam ut Demosthenes dicere consueuerat, lex est, cui omnes homines debent obedire ꝓpter multa & uaria, & maxime, quia omnis lex est inuentio quædã, & donum Dei. Dogma autem omnium sapientum, & reliqua relata à Iurisconsulto in l. 2. ff. de leg.

Vnde illud melius est ciuitatem ab optima lege, quã ab optimo uiro gubernari. His accedat, ꝙ qui legem præesse iubent, videntur iubere Deum præesse. & leges: qui autem hominem iubet præesse, adiungit & bestiam sæuam. ita Phil. ad fin. 3. libri Polí. ubi rationem reddit, obseruent igitur præceptum, immo uerius consilium nostrum, ut petitiores cõsulant, & leges pręesse malint, ꝙ si fecerint & honori & animabus consulent. Et quoniam (vt diximus in secunda parte, quam inscripsimus de statu mercatorum) placet nobis mercatorẽ literarũ non ignarũ esse. Discant mercatores ipsi, quid sit ęqtas, ex uariis diuersisq; circũ

15 stãtiis, ut differẽdo in prin. huius vltimæ partis demõstrauimus.

5 † Obseruare ergo oportet consules mercatorum æquitatem ex circunstantiis a lege consideratam, ex quibus (vt eodẽ in loco diximus) plerunque euenit ut æquo aliquid æquius esse ijsdẽ legibus summa cũ rõne probemus, & a legibus ne transuersum (vt aiunt) vnguẽ recedant. Quorsum enim attinebat leges scribi, si iudicibus liceret discedere a scripto, & suo arbitrio ęquitatem fingere, ut inquit Phi. in epitome moralis philosophiæ, qđ

16 & multis probat And. Tiraq. in rep. l. si unquam. in ver. libertis, nu. 14. C. de reu. don. Vnde Bal. noster eleg. scripsit in rubr. C. de const. pec. col. 2. ver. quæro circa, nu. 11. debere nos sequi ęqtatẽ rõni coniunctã, non imaginariam, & nostri capitis, & idẽ Bald. in c. j. §. & qa vidimus, col. ante. ver. quæro qũo. in titu. de his, qui feu. da. pos. ęquitates hominum, ait, non hre in se pondus: nisi legibus, uel consuetudine præscripta sint roboratæ, & ꝓbat And. Tiraq. in comm. de vtr. ret. §. 35. gl. j. nu. 31. pag. 706. Nec absimile est, quod idem Bal. ait in c. clerici. de vita & ho. cle. conscientiã legis vincere ꝙ scientiã hominis, quæ dr abusiua, qũ non hẽt pro se leges, refert Mat. ab Aff. decis. 321. in regia &c. pòst princ. ubi ex fonte legũ hauriendã subiicit. Credimus tñ ex arbitrio à

6 lege dato consulibus mercatorum, † ꝙ ex bono & ęquo procedant. Si ęquitas in iure scripta reperiatur, licèt non in specie, sed vel in genere, vel ẽt in simili, posse consules de similibus ad similia procedere, ubi casus, qui, in controuersiam venit l. cõprehensus speciatim non esset, arg. eorum, quæ scripsimus, in princ. huius ult. par. princ. & l. non possunt. ff. de leg. & argu. eius, quod Alex. & Pau. Cast. & Io. Fab. referendo ait in l. stipulationum. in pri. ff. de uerb. obl. iudicem ex arbitrio sibi a l. dato, per l. quod si

7 Ephesi. ff. de eo quod cer. loco, † si ęquitas reperitur scripta in iure, licèt non in specie, in simili tñ ad cauendum posse compellere, de similib. ad similia procedendo. At si iudex mouerẽt ęquitate, nec in eo casu scripta, nec in simili, ad cauendũ neminem esse cogendũ, ꝓ l. placuit. C. de iud. & c. vlt. de trãs. Quod vltimũ probat And. Tiraq. in com. de ut. ret. §. j. glos. 18. nu. 46. pag. 355. Est tñ in eo, qđ diximus cogitandum, tanq̃ (ni fallor) & nouo & singulari, & vide qd ad rẽ plures referendo scripserit Mar. Blã. in trac. de comp. q. 9. ver. 8. nu. 28. to. 12. quo in loco differuit, num

8 in dicenda snĩa arbiter ęquitatẽ sequi debeat & qũo. † Admonẽdi sunt ẽt consules Christi fideles religiosique sint, & religionis amatores: nam sine diuino auxilio dubia explicari nõ possunt. Inquit. n. Bal. in c. quapp. col. 6. de elec. pp peccata iudex causarum dubia nescit soluere, quem refert Aff. dec. ult. in fi. & Aym.

9 Crau. in consi. 15. in prin. † & sapientissimũ Sal. imitentur, qui teste diuo Ambr. 2. off. lib. ita sapientiam a Deo poposcit, vt daret sibi cor prudens audire, & iudicare cum iustitia, quẽ refert las.

10 in consi. 132. Salomon. vol. j. † Audiant & consules litigantes, & se in adeundo faciles præbeant, in cognoscendo non excandescere oportet, animi motum uerbo, & vultu tegant, se cõtemni non patiant̃, opprimi aliquẽ per aduersarii potentiã non sinant, patientes sint, ne tñ contẽptibiles videantur, cõcinnatores, uel causarum redẽptores, si deprehenderint, pati eos non oportet. l. obseruandũ. ff. de offi. præs. l. ne quicquã. §. j. & §. fi. ff. de off. procons. & summatim ita ius reddant, vt auctoritatẽ dignitatis ingenio augeant. d. l. obseruandũ. Nec ignorẽt, quod in veteri est adagio. Magistratus ostendit virum, & uir ostendit magistratũ.

11 † Et qm̃ tpalis consulum est iurisdictio, gerant consules, quæ ad sui tpis administrationem pertinent, nec se intromittãt temporibus aliorum. ff. de iure fisc. l. fiscus. §. delatoris, & scribit admonendo Bal. in l. 2. in fi. C. de const. pec. vbi addit, dũ res in cognitione, atq; controuersia est, immissionẽ in possessionẽ accelerare non debere. ff. de iur. fis. l. res. §. j. ff. de re iud. l. a diuo Pio. §.

12 si super rebus. † Obseruare etiam oportet consules nostros mores, & consuetudines mercatorum, ut inter mercatores in quotidiano casu ex facto consultus inquit Philip. Corn. in ꝓsil. 319. nu. 12. vol. 3. Et consuetudinẽ inter mercatorẽ obseruandã esse in casu notabili probat plenius Guid. Pap. in consi. 103. col. 2. vr ꝙ dñi iudices &c. & idem probat Pau. Par. in ꝓs. 93. dicendũ &c. nu. 8. vol. j. citat Bald. & alios in l. 2. C. de const. pec. ꝙ nos in plerisque locis probauimus, & præsertim in hac vlt. par. cũ de constitutionibus mercatorũ disputabimus, & hac eadẽ part. in titu. de prob. versi. sed licet &c. & in tract. de nauig. nu. 24. ac in aliis

13 plerisque locis. † Solent etiam consules mercatorum curare, ut partes ipsę calculatores eligant, idque in negotiis ad mercaturã attinentibus persępe euenit. In qua re videnda sunt scripta a nobis in 2. par. trac. prin. ver. solent ẽt iudices, seu mercatorũ con-

14 sules. nu. 66. & seq. † Et vbicunq; cõsules ęquitas mouerit, ęque oportere fieri interrogationẽ, dubiũ non est. l. vbicunq;. ff. de inter. act. c. cũ Io. extra de fi. instr. & qm̃ summatim procedere debent ex arbitrio a lege dato interrogabunt in quacunque parte iudicij, ẽt parte postulante, & interrogationũ formã religioni consulũ cõmissam puto, ut scripsit Lan. in cle. sępe. in fi. de verb. sig. vbi Bal. elegans respõsum ad uerbũ retulit, & vide quę Abb. scripsit in d. c. cum Io. nu. 8. & quæ notãtur apud eundem Mar. sing. 155. & in l. j. §. fi. nu. 45. & seq. ff. de q. & Io. Arn. sing. 36.

15 † Itẽ, quia plerunq; cõsules, ijdemq; mercatorũ iudices solẽt probationibus minus legitimis snĩas proferre, admonẽdi sunt, vt uel causam in sententia exprimant, uel in actis appareat, quare probationibus fides sit habita, aut forte non habita secũdum ea, quæ diximus in antecedenti partic. in fi. j. q. nu. 2. Sunt & alia, quæ ad admonitiones consulumque institutiones pertinent, q̃ lector colliget ex diuersis locis ĩ toto opere: & pcertim ex his quæ hac ea. vlt. par. diximus, & eo in loco, quo de cõsulibus tra-

16 ctauimus pcipuè sub nu. 34. Cõsules † etiam & mercatores sem-

Source : BIU Cujas

per tanquam ſpeculum habeant.l.ſi me,& Titium.ff. ſi cert.pet. vt inquit Bal.in conſi.348.factæ fuerunt &c.col.ſecunda, verſic. conſidera interdum &c.vol.primo,cuius legis diuinam & nobilem æquitatem appellat. addo ego aliam non minus elegãtem legem,quam perpetuo fixam eſſe in animo noſtris conſulib.& mercatorib.vellem,in tit.dep.l.bona fides. Nec omittimus non ſemel relatum.§.ſequitur.in l.ſi ſeruum.ff.de verb. oblig.vbi uidendus eſt Iaſ.in l.ſi fideiuſ.in §.quædam.& l.Quintus. ff.mand. Item & conſules bonæfidei interpretationem ſemper ſequant. Ad quam omnia redigenda ſunt l.ab emptione. ff. de pa.Et denique cap.primo,de ſent.& re iu.lib.ſexto, ſemper præ oculis ha
17 bentes,non ſubitas† ſed deliberatione habita ſententias in ſcriptis proferant. Reliqua ad id pertinentia, lector ſupple ex commentariis Bar.ſuper conſtitutione,quæ vulgo ad reprimẽdum, nuncupatur, in pleriſque locis,& præſertim in verbo & figura, ac ex his,quæ cõplures in materia arbitrorum ſcripſere,& præcipuè Marc. Blan.in trac.de compro.præcipuè in 9.quæſt.

Hæc habui, candide lector, quæ de mercatura & mercatoribus ſcriberem. Plura deſiderari non ignoro quæ diligens Lector ex immenſis legum voluminib. addet. Hæc autem qualiacunque ſunt, ſummis certe cum vigiliis conſcripta,& amiciſſimorum mercatorum precibus maturius edita,boni quæſo conſules & animum,non rem æſtimabis, & errata (quoniam materia noua eſt) benigne corriges,ardeo cupiditate incredibili poſteritatis iuuandæ, ſed ad id præſtandum vires forſan non ſufficiunt. Et non rectè ſcribentibus (vt aiunt) gratia habenda eſt. Mihi autem alios ad veritatem eruendam, & materiam quotidianam, quodammodo neglectam, ornandam ſat ſit excitaſſe. Vale.

BENEVENVTI STRACCHÆ.

De Proxenetis & Proxeneticis.

PRAEFATIO.

ADMONET Apoſtolus 1.Cor.10. ad Col.3.c. non obſeruetis vigeſimaſexta.q.7.ac.ap.cap.17. ſiue manducemus ſiue bibamus ſiue quid aliud geramus,in nomine Domini Ieſu Chriſti faciamus,in quo viuimus,ſperamus & ſumus. Nam bene (vt Imperator noſter inquit. In auct. qũo opor.epiſco.in prin.) vniuerſa geruntur, & competenter ſi rei principium fiat decens,& amabile Deo: Ieſu Chriſti igitur Redẽptoris noſtri implorato auxilio diuinoq; fretus præſidio Tractatum hunc Mediatorum,quem de Proxenetis,& Proxeneticis inſcripſi,vt euidentior propoſitæ materiæ habeatur intellectus,in partes infraſcriptas diuidendum cenſui, id enim veteres Iuriſcõſulti factitarũt & faciunt noui. Pau in l.j ff. de doli excep. & in l.4.ff.de vſuc. Vlp.ĩ l.j.de ſuſp tu. Iabol.in l.j.ff.de preſ. verb.

Primum enim quid ſit proxeneta oſtendam, & de ſignificatione tituli ac aliis ad id pertinentibus pauca referam.

Deinde de officio Proxenetæ,& in quibus interueniat breuiter diſputabo.

Poſtea quando in negocio aliquo interuenit, an teneatur,& de quo.

Tum quæſtiones complures, & quidẽ quotidianas ſubiiciã.

Nouiſſime de proxeneticis & eorum modo ac quo iure petantur.

ARGVMENTVM.

Proxeneta quid,& alia ad titulum pertinentia.

SVMMARIVM.

1 *Accurſius in iure ciuili vir ſingularis memoriæ ſummæq; ſcientiæ.*
2 *Proxeneta deſcribitur ſeu definitur ſecundùm Accurſium.*
Item ſecundùm Azonem.
Item ſecundùm Iac.Egid.
Item ex ſententia Iacobi Spieg.
Item ſecundùm Budeum.
Vltimo loco ſecundum auctorem.
3 *Proxeneta à προξενέω verbo græco deſcendit, quod eſt concilio, & error Nicolai Perot. qui aliter deduxit.*
4 *Negocium nomen late patet,item & miniſterium, relatiuè.*
5 *Nomina verbalia alicuius officij ſignificatiua,quod quis ſua auctoritate ſumit,vnico actu non conuincuntur, relatiuè.*
6 *Proxenetæ officium eſt in tractando non in concludendo, niſi à partibus mandetur.*
7 *Proxeneta dicitur duobus modis,vno modo qui accipit præmium,alio modo qui gratis per eum tamen fit conuentio.*
8 *Proxeneta magis monſtrat negocium quàm mandet tametſi laudet.*
9 *Proxeneta proprie eſt,qui intrinſecum & ſubſtantiale miniſterium in negotijs adhibet,non extrinſecum in congregando partes.*
10 *Defungor,verbum quid proprie ſignificet ſecundùm Budæum.*
11 *Proxeneta diuerſis modis,& vocabulis demonſtratur.*
12 *Mediator vocabulum barbarum.*
13 *Proxeneta an poſſit appellari licitator, quòd non, & quod proprie ſit licitator.*
14 *Proxeneticum quid ſit, & error Accurſij.*
15 *Philanthropum & Philanthropia quid ſignificet.*
16 *Lex vltima,de proxenetis declaratur,& nouus ſenſus datur, & ἐμπορικὸν verbum græcum quid ſignificet, & vnde deſcendat.*
17 *Relatio fit de iure magis ad proxima, quàm remota.*
18 *Rubrica. C.de ſponſa.& proxene.quòd non ſit immutanda cõtra Alciatum.*
19 *Proxenetria conciliatricem nuptiarum ſignificat.*
20 *Rubrica aliquando ipſo tractatu eſt generalior,& contra.*
21 *Proxenetæ officium exercere tam maſculi quàm fœmine poſſunt,& in matrimonijs etiam ſolent interuenire.*
22 *Arræ ſponſalitiæ ſecundùm Alciatum deponebantur penes proxenetrias, quod reprobatur,cum & ſponſis dari & ab ipſis accipi ſoleant.*
23 *Simonia non committitur in matrimonio,ſi pecunia,vel res interueniat.*
24 *Sponſalitiæ arræ quòd & proxeneticæ poſſint appellari.*
25 *Rubrica de proxeneticis quare ſit ita inſcripta.*
26 *Proxeneta & arbitrator quòd non ſint idem,ſed ſimiles.*

1 ACcurſius† in iure ciuili ſingularis memoriæ ſummęq; ſcientiæ vir(vt de Trebatio Iuriſconſulto ad Cęſarem ſcribens inquit Cicero) in Rubr. ff. de proxen. inquit.
2 Proxeneta† eſt qui inquirit voluntates aliquorum vel ad munera,vel ad contractus, vel ad amicitias faciendas vel ſimilia: Azo verò in Rubrica.C.de ſpon.& ar.ſponſa. & Proxen. nu.10.ait.Proxeneta dicitur, qui explorat voluntates hominũ, qui & cum quibus & qualiter velint cõtrahere matrimonium, & quæ ſint facultates volentium contrahere,de his autem logẽ conſtitutio Græca,& conſiſtit eorum officium circa matrimonium & circa amicitias copulandas & reliqua, quem refert ac probat Stef.Bertran.in conſil.225.nume.ſecundo,dixeram,volum.tertio At Iacob.Egid.in tract.ad reproba.teſt. num.56. qui inſertus eſt in quæſtio. & tract.Bart. in hæc verba ſcriptum reliquit,Proxeneta eſt, qui intereſt nominibus laudandis, & tanq; mediator interuenit inter contrahentes, & ipſos ad concordiã reducit,ut ff.de proxen. l.2.& vlt. Item Iacob. Spieg.in ſuo iuris lexi.ſcripſit.Proxeneta proprie ſignificat eum qui inter emẽtes & vendentes eſt conciliator & medius,ſed & verius eſt,non ſolùm in venditionibus,& emptionibus proxenetas interuenire, ſed generaliter in omnibus negotijs licitis, vt bene cenſuit Accurſius noſter,& probatur in l.fi.ff.eo.& in ſequen.part. plenius
3 diſputando demonſtrabo, & probatur † quia à προξενέω verbo Græco deſcendit,quod eſt concilio,uel induco ad aliquid faciẽdum,memini me legiſſe Budeum etiam in hæc verba deſcripſiſſe: Proxeneta eſt conciliator & interuentor quaſiq́ue congluti nator hominum inter ſe ſtipulantium & ſpondentium, aut quemuis contractum conuentumq́ue ineuntium. Mihi verò non imprudenter ita forſan definiri aut ſaltem plenius deſcribi videbatur. Proxeneta eſt,qui in negotiis licitis partium voluntates inquirendo earundem conſenſu cum ſalario vel ſine miniſterium accõmodat & operula iſta defungitur. Dixi in negotijs,nomen nanque negotium late patet, ut probaui in tracta. meo de mercatura in prima parte,numero quinto,ut ergo definitio genus habeat, generale uerbum elegi vna cum nomine miniſterium. Vſusq́ue ſum plurali numero negotiis, quoniam
5 † nomina verbalia alicuius officii ſignificatiua, quod quis ſua auctoritate ſeu optione ſumit,ueluti mercator & hoſpes vnico actu non conuinci,inquit Bar.in l.mariti.in §.qui quæſtum.ff.de adulter.& plenius probaui in eodem meo tractatu ſub numero ſexto,& ſequen. part. prima, illinc ergo aſſumes quæ ad hunc locum attinent. Addidi licitis, quia legitimum & non malum Proxenetam deſcripſi: vt aliàs definiendo mercatorem dixi, & motus Iuriſconſulti verbis in l.fina. ff. eod. in illis uerbis contractibus licitis,& in ſecunda parte latius explicabo.

Item adieci partium voluntates inquirendo & earundem cõ ſenſu, propter ea quæ in relata Rubrica ſcripſit Accurſius, & in §.quoniam verò prohibitionem.in auctẽ. de teſtib. & Azo in citata Rubrica,& Bald. in cap. primo, colum. fina.verſic. ſed hic ab extra.de inueſtitu.in mar.fact.& idem Bald.in l.multum. numero tertio,& prope quartum C. ſi quis alt. vel ſibi inquit
6 † officium Proxenetæ eſt in tractando non concludendo, niſi à partibus mandetur, quæ ex vi verbi comprobantur; eſt enim medius & conciliator, & his addenda ſunt quæ infra in quarta par.dicam verſicu.legitur in ſingulari lege &c.

Deinde ſubiunxi cum ſalario, uel ſine,mouit me quod ex facto conſulto placuit Bald. in conſilio 459. Tria dubia etcæt.

Source : BIU Cujas

volum.ſecũdo,quod eſt errore geminatum in quar. volum.ſub
7 numero 370.illic enim ita ſcriptum eſt. Proxeneta † dicit duobus modis,vno modo qui accipit pretium.Alio modo qui gratis per eum tamen fit conuentio & forum & reliqua, citat. §. quoniam verò. de teſtib.& cap.primo, de teſtib.libro ſexto, & quod notatur in l.eleganter. in princip. ff.de dolo.Sed & addes quę in ſuperioribus locis notantur,& quæ in penult.part.dicam verſic.ſeptimo,declarandum eſt &c. Item cõſulto adiecta ſunt 13
dicta uerba & alia propter cauſam mandati,non tam quia mandatum eſt gratuitum & originem ex officio atque amicitia trahit, & contrarium porrò eſt officio merces.l.prima.ff.manda.
8 quam quia † proxeneta magis monſtrat negotium quam mandat.l.ſecunda.ff.eodem. Excludunt etiam relata verba locationem & conductionem, & facit l ſecunda.ff.eod. in illis uerbis, & ſi aliquid Philanthropi nomine acceperit,nec ex locato quidem & conducto erit actio. Excluditur etiam arbitrator ex ver 14
bis definitionis iuxta ea quæ Ioan.Baptiſt.Peruſ.ſcripſit in tract. de arbi.libro primo,cap.tertio. Tomo.12.& vide quæ in calce huius partis dicam Poſthęc ſubieci miniſterium accommodat, quæ verba ſunt Iuriſconſulti in eadem.l.fin.& inquit Bal.in conſilio 366.viſis &c.volum.quinto.Proxeneta præbet actum nudi miniſterij.

Nec ab re in definitione poſui miniſteriũ accommodat negotijs, & quæ ſequuntur & antecedunt: ait enim idem Bald.in 15
relato conſilio 370.volum.quarto,qui partes coadunauit ut cõ traherent, uel teſtes uocauit, non eſt proxeneta, ſi principales ipſi ſine eo contraxerunt:quia miniſterium hic contractus non præbuit & proxeneticum non debetur,proprie ergo non eſt p-
9 xeneta † qui extrinſecum miniſterium accommodat, veluti in congregando partes,ſed qui intrinſecum & ſubſtantiale, is eñ qui talia facit,magis amicus dicitur quàm proxeneta.l.ſciendũ. ff.de vſuris.Hæc ille quibus adde tex.in l.idemque in §.ſi quis.ea. ff.mand.l.prima,in §. Aduocatos. ff.de extraord. cognit. in illis verbis,non tamen qui pro tractatu non affuturis cauſis accipe re quid ſolent:ſcripſit etiam Bald.in conſi. l.videndum &c. vo 16
lum.ſecundo, in verba infraſcripta Qui non ſunt huiuſcemodi profeſſionis,licèt ſint prolocutores inter partes, non dicuntur propriè proxenetæ,ſed prolocutores,& amicabiles tractatores, citat optimum text.in l.ſi de meis.aliàs idem Pomponius.in §. recepiſſe.ff.de arbit.Denique dixi operula iſta defungitur, quæ verba ſimiliter ſunt Iuriſconſulti in eadem l. fina.ff. de proxen. in quorum verborum expoſitione(quod mihi liceat dicere pace tanti viri) errauit Accurſius noſter, dum in uerbo operula, expoſuit ideſt ſalarium, unde duobus modis relata uerba rectè intelligi poſſe puto. Nam ſecundum Budeum in l.emptore. ff.
10 de actio.emptio. defungi † dicimus non toto conatu non magnopere aliquid curare,ſed tepidè & inſtrenuè, & eo tantũ animo:vt officio functi videamur, & quatenus ſat ſit ad euitãdam reprehenſionem,aut ad emerendam veniam, quod ex loco Liuij probat,elegãter igitur Iuriſconſultus inquit,operula iſta defuncti ſunt,quaſi uelit dicere, ſufficere proxenetam ita ſe gerere:ut reprehendi non poſſit & reprehenſione dignus non appareat:Altero modo quia ſecundùm Budeum in relato loco defungi eſt explicari negotio aliquo finemq; ei imponere, quod complurium auctoritate probat,& præcipue illud Demoſtenis refert.Quicunque conſulebat Antiphontem, is præclare in iudicio defungebatur.ideſt optimum exitum litis habebat. Quibus illud Terentianũ addẽdum eſt in Prologo Eunuc.Dehinc ne fruſtretur ipſe ſeſe,aut ſic cogitet,defunctus iam ſum. relata verba exponenda cenſui operula iſta defunctus eſt, ideſt negotiis finem impoſuit, & eiſdem bonum exitum dedit ex quibus colliges, quare in definitione adiecerim ſingula quęq; uerba, & conſequenter quid ſecundùm noſtram ſententiam ſit proxeneta intelliges.

11 Demonſtratur † autem proxeneta diuerſis vocabulis, nam eccleſiaſtici ſcriptores perſępe mediatores appellant cap. ſi quis epiſcopus.prima quæſt.prima, cap.primo, de teſtib. libro ſexto, & Imperator in §.Quoniam verò.in aut.de teſtib.eodem utitur vocabulo,& glo.in diuerſis locis in tractatu referendis,& Apu-
12 leius libro nono.Aſini Aurei,quod † verbum barbarum eſſe,& eo interpretes & cauſidicos uti,ſcripſit Iacob.Spieg.in ſuo iuris lexico in uerbo mediare,de relatis locis mentionem nõ faciẽs. Sen.verò libro tertio,de Benefic.Pararios nominat, ſunt & qui conciliatores, ſiue interuentores nũcupent· ut prudentiſſimus vir ſcripſit And.Tiraquel.in commen.de vtroq; ret.§. 29. Gloſ. quarta,numero octauo. Item interemptores appellantur.91.diſtinctio.cap.clericus.ſecundùm expoſitionem Glo. & ſecundũ Ioannem Andr.in cap.primo,de teſtib.libr.ſexto, in additione. Et interceſſores appellat Pau. Caſt.in conſilio 250. in ſecunda part.uiſo puncto.in fi. Item medii & miniſtri uocantur,ut in §. ſi uerò quando.in aucten.ut nulli iudi. & exponit Accur.in l.ordine.in §.in fraudem.in uerbo miniſter.ff.ad municipa.& Imperator noſter adnumeratoris uerbum uſurpauit: ut in §. in his verò.verſicu.quòd ſi etiam adnumeratorem,in aucten. de inſt. cau.& fid.ubi Accurſius notauit ī verbo adnumeratorẽ. Addo, quòd Accur.in dicto § quoniam uerò. in verbo prohibitione, de teſtib ſenſit appellari etiam confirmatorem ab imperatore in auc.de fideiuſſ.in §.ſed neque.verſicu & nõ ſolum, ſed uerior videtur expoſitio eiuſdem Accurſij in dicto uerſiculo,& non ſolum.in uerbo confirmatorem. Nec deficere, qui licitatores dixerint:ut Philip.in epiſto.de quo meminit.Alciatus diſpu.libro primo,cap.12.legi etiam Ciceronis locum offic. libro tertio,in
13 illis verbis † tollendum eſt igitur in rebus contrahendis omne mendacium,non licitatorem venditor,nec qui contra ſe liceat emptor opponet in proxeneta interpretari, placet autem eo in loco in propria ſignificatione intelligi,ī eo ſcilicet qui pretium offert maius pro re vęnali. vnde in epiſt.famil. idem inquit Cicero. in licitatorem potius ponam,quàm illud minoris vęneat, reliqua (ſi qua ſunt ad id pertinentia) ex toto tractatu ex locis referendis colliges.

14 Proxeneticum † autem ſalarium eſſe, quod Proxenetis daī, inquit Accur.in l.prima.ff.eodem,& in Rubrica C. de ſponſa.& Alber.in l fina.ff.eodem, & Philotrophum etiam appellat Iuriſconſultus in l.ſecunda ff.eod. ſecundùm expoſitionem Accurſij, & Alberici, & eiuſdem Accurſij in l.prima, in fin.ff.de extraord.cognit.& in l.actio.ff.de actio. & obligatio. Sed & uerius eſt,non Philotrophi eo in loco legendum eſſe,ſed Philantrophi:ſic enim in pandectis legitur, & Budęus in annotationi-
15 bus legis Philãthropiæ † Philanthropia enim ſecundùm eundẽ non modo humanitatem,ideſt morum clemẽtiam ac benignitatem ſignificat,ſed etiam liberalitatem, ſi ergo Philanthropiæ aliquid acceperit,ideſt munuſculum, uel mercedulam, nec ex locato quidem, & conducto erit actio.Et quia in vulgatis codicibus uox græca deſideratur in eadem lege ibi.facilius quod græci uocant. Idem Budęus legit προξενητικον Alciatus uerò libro j. diſpu.c.22. ερμηνευτικὸν legit,& ſic in pandectis ſcriptum apparet, & ſubdit, quòd Accurſius tradit proxeneticum dici ſalarium Proxenetæ, Iuriſconſultum ερμηνευτικὸν appellare.quod uerbum (ni fallor) ab ερμηνεω verbo græco deſcendit, quod eſt interpre-
16 tor,quaſi interpretatiuus. Vnde cogitabam † relatum verbum græcum non pro ſalario Proxenetæ à Iuriſconſulto poſitum, ſed mens Iuriſconſulti fuerit miniſterium illud quod accommodat Proxeneta in negotiis perficiẽdis, & operulam illam facilius,& melius verbo græco demonſtrari ερμηνευτικὸν quod ſignificat interpretatiuus,eſt enim Proxeneta medius & interpres voluntatum contrahentium & illas perquirit, erit ergo ſenſus, de Proxenetico Præſides ſolent cognoſcere, & in his modus eſſe debet quantitatis & negotii,in quo negotio operula iſta defuncti ſunt,& miniſterium quale accommodarunt,quod miniſterium & quam operulam facilius, clarius & melius Græci appellant ερμηνευτικον, ideſt (vt diximus) interpretatiuus, & hæc interpretatio ſuadetur: quia Iuriſconſultus ſalarium Proxenetæ proxeneticum appellauit,& in l.ſecunda.Philanthropum:item quia illud uerbum facilius indicat, ut referatur potius ad mini-
17 ſterium quàm ad proxeneticum. Relatio † etiam fit de iure magis ad proxima quàm remota.l.ſi idem cum eodem in §. fin.ff. de iuriſdict.omn.iudicum. Denique & quod Accurſius inquit in principio relatus, in rubrica ſcilicet.ff. de proxene. & nos in definitione, ac ſignificatio uerbi græci non ſemel relati interpretationem a me datam magis comprobant, congruunt eñ (ni fallor) magis ſenſui noſtro, quàm Alciati & Budæi expoſitioni.

18 His illud adiiciendum eſt † quod ſcripſit Alciatus in citato capit.22.inquit enim Rubricam codicis de ſponſalibus & arris ſpõſalitiis & proxeneticis male expoſitam. Nam Accurſius ibi exiſtimauit, Rubricam eſſe ipſo tractatu generaliorem, cum nihil in legibus ſub relata Rubrica ſitis de proxeneticis agatur, arbitratur igitur loco proxeneticis legi debere Proxenetrij, ut intelligamus tractari de arris ſponſalitiis, quæ videlicet dantur ſponſis & Proxenetriis,quæ ſcilicet deponuntur apud Proxene
trias: & hoc modo Rubrica ita generalis non erit, quin poſſit
19 comprehendi ex his quæ in tractatu dicuntur,ſignificat † autem Proxenetria conciliatricem nuptiarum,& ſenſu ſequiore ideo dici:quoniam id munus ſolere per fœminas fieri, uocatur etiã & proinneſtria.hæc ille,quem refert & probat Iacob. Spieg. in relato loco,& de quo verbo meminit Celſ.lib.C.lectionum antiquarum. Sed in his quæ Alciatus ſcripſit quædam occurrunt,
20 & illud primum non eſſe nouum † aliquando Rubricam ipſo tractatu generaliorem eſſe: vt patet C. de relig. & ſumpt.funer. vbi Accurſius notauit,& inſtit.de obliga.quæ ex malef. in princip.ubi ſolum tractatur de furto & non de aliis maleficiis,& in Rubric.ff.de iuſti.& iur.& plenius iuris interpretes ſcripſere in l.prima.ff.ſi certum petat.ubi præcipue Iaſ.& Dec.citant Rubricam. C. de ſponſal.& proxeneticis, de quibus in legibus ſub dicta Rubrica poſitis non tractatur, deinde quod ait, id munus
21 ſolere per fęminas fieri † non nego & mulieres huiuſmodi officium poſſe exercere. Pro qua ſententia eſt quod dixi in tract. meo de mercatura,in tertia parte numero 38. fœminas mercaturam facere non vetari,& innuit Decius in cõſi.133. pręcipuè colum.tertia.& patet ex aliis locis infra in quarta parte referen-

Source : BIU Cujas

dis in illa quęstione, an proxeneta possit esse testis, sed & Mascu li id munus etiam fuisse constat, ex l. fina. ff. eo. in illis verbis, si- uilis forte conditionis proxeneta fuerit, in quo loco Accursius in verbo conditionis exponit ad matrimonium, de quo est C. eod. Pro qua expositione facit lex prima. C. eodem in qua legi- tur, alii desponsare renunciare conditioni & nubere, alii non prohibentur, & de quo in sequenti parte verba faciam sub nu- mero decimoquinto, versicu. & consequenter. denique quod
22 Alciatus ait † arras deponi apud Proxenetrias, patet ex l. fin. C. eodem, arras dari sponsis consuetum fuisse; & ab eisdem spōsis accipi, non autem deponi, ut Alciatus ait, idq; colligitur ex plu ribus locis eiusdē legis, & præsertim ex verbo accipit, in ea par- te in id quod accipit &c. & paulo inferius eadem sunt verba, & animaduertit Bald. in eadem l. sub numero septimo. Vnde ego puto non esse immutanda verba Rubricæ non semel relatæ, & de proxeneticis non proxenetrijs legendum. Dicet aliquis, cur ergo in Rubrica adiecit Imperator de proxeneticis: cum in tra- ctatu nihil agatur? Respond. vt in sponsalibus, & matrimonijs copulandis & contrahendis proxenetas posse interuenire, & proxeneticum deberi ostenderet, inquit enim Bald. in citata ru brica, nota quòd ista Rubrica tria continet. Primum de sponsa- libus contrahendis, vel dissoluendis. Alterum de Arris scilicet tradendis, vel perdendis, & illud tertium de Proxeneticis, idest de salariis mediatorum, quibus mediantibus personæ veniunt ad consensum siue complexum, de hoc vltimo non tractatur in nigro, sed patet per hoc vltimum, quòd interuētus pecuniæ, vel alterius rei est permissus in sponsalibus & matrimoniis vt su
23 bijcit. Vnde † in matrimonio per interuentum pecuniæ, vel al- terius rei non contrahitur simonia. hæc illæ in suprascripta ver- ba, quibus addes, quæ dicam infra in tertia parte, num. 30. Spon
24 salitias † etiam arras & proxeneticas appellari posse, vt quidam scripsere pro donis quæ sponsum, & sponsam inter se conciliāt & iungunt admittendum videtur, non quòd penes proxenetas disponantur, sed quòd eorum interuentu ex opera dētur, & ab ipsis sponsis accipiantur, ut diximus.

De illo etiam, quod non adeo dissimile est, dubitari posset,
25 cur † in libris pandectarum de proxeneticis tantum inscripta sit Rubrica, cum in tractatu etiam de proxenetis agatur, verum & illud aliquando legimus tractatum ipsum Rubrica genera- liorem, ut in aucten. vt Eccles. Roma. & in auct. nullum creden- tem agricolam, vbi Accursius in verbo in omnes animaduertit, & iuris interpretes præsertim recentiores notarunt in citata l. j. ff. si certum petatur. Et cum in titulo præcedēti de Mercedibus ius præsides dicere scriptum sit, & Medicorum & obstetricum, & præceptorum studiorum liberalium & honorariis & nutrici bus, meritò posthæc de proxeneticis fuit posita Rubrica & in- scripta dicto modo. Et proxeneticorū tractatus explicari rectè non potest, nisi proxenetarum habeatur cognitio.

26 Denique & illud in dubium venit. Num † proxeneta, & arbi- trator idem sint. & dissimiles esse longeque differre arbitratorē à proxeneta demonstrat Ioan. Baptista Perusinus pronepos Bar toli in tracta. de Arb. libro primo, cap. tertio, nume. secundo, & sequentib. quæ sententia vera est, & de hoc non rectè dubitari posse ex his, quæ diximus liquet, vnde Barto. in l. fin. ff. de var. & extraordi. cognitio. inquit, Arbitrator est quodammodo qui- dam proxeneta adhibitus ad componendas partes. l. si de meis. in §. recepisse. ff. de arbi. vt enim Proxeneta tenetur de dolo & & lata culpa tantùm, eodem modo arbitrator tenebitur, & re- fert & probat Angel. Aretin. institu. de obligatio. quæ & quasi delict. nume. 2.

SVMMARIVM.

1 *Officina nomen quid significet.*
2 *Interpretatio ad l. si. ff. de proxe.*
3 *Modus quid significet, & quòd semper honestus seruandus sit, & non cuiusque luxuria subsequenda.*
4 *Proxenetæ abundant mendacijs & in ambiguo præsumuntur mendaces.*
5 *Proxenetæ non possunt videri se boni viri arbitratu gerere & modum ser- uare in negotijs, qui frustrando partes efficiunt, ne negocia ad exitum deducantur.*
6 *Proxenetæ non possunt quasi mandatores teneri: quia magis monstrant, quàm mandant.*
7 *Proxenetæ librum solent & debent conficere, & circa librum nonnulla.*
8 *Veterum Iurisconsultorum laus.*
9 *Proxenetæ officium vnusquisque potest exercere, his ferè omnibus exceptis, qui mercaturam exercere non possunt.*
10 *Interpretatio ad l. si. ff. de proxe.*
11 *Proxenetarum officium non est adeo sordidum.*
12 *Proxenetæ vtiles sunt in ciuitatibus.*
13 *Commercium verbum generale, & quid proprie significet, relatiuè.*
14 *Quæ notabiliter fiunt, si specialiter non notentur, videntur quasi neglecta.*
15 *Proxenetæ in sponsalibus, & matrimonijs contrahendis interuenire pos- sunt.*
16 *Conditio, verbum quid significet.*
17 *Proxeneta interuenit ad conciliandam & reconciliandam amicitiam, & ad fœdera.*
18 *Proxenetæ etiam in assessura & in multis alijs interuenit.*
19 *Proxenetæ in negotijs illicitis non possunt interuenire, & quare.*
20 *Argumentum à sensu contrario quando sit sumendum.*
21 *Proxeneta generaliter in quocunque negotio licito potest interuenire contra in illicito.*

Secunda Pars.

De officio proxenetæ, & in quibus interueniat.

NEcessarium esse ad propositam materiam de offi- cio proxenetæ, & in quibus versetur disputare, ne- mo est qui nesciat, quippe cum naturalis ratio id suadeat, & Iurisconsultus noster ostendat in l. fin. ff. eod. verba autem Iurisconsulti talia sunt.

Sunt enim huiusmodi hominum vt tam in magna ciuitate officinæ. Est enim Proxenetarum modus qui non adeo impro babili more vtiles se exhibent emptionibus, uenditionib. com- merciis, contractibus licitis. Aptanda est igitur nobis singu- lis verbis Iurisconsulti congrua interpretatio, ut admonet Iu- risconsultus in l. Item veniunt. §. præter hæc multa. ff. de petitio. hæredita.

Ait Iurisconsultus: sunt enim huiusmodi hominum vt tam in magna Ciuitate officinæ, in quo loco Accursius exposuit of- ficinæ, idest vilia seruitia. ff. de infamib. l. atletas. §. ait Prætor. vbi idem Accursius claram vocabuli significationem inter turba-
1 re videtur, Officinæ † enim loca sunt, in quibus operarij, seu arti- fices opera faciunt ab efficiendo dictæ, vnde (ni fallor) apparet
2 † sensisse Iurisconsultum quemadmodum in magna Ciuitate adducendam humanam vitam officinæ magnam hominibus præstant vtilitatem, facilius enim vnusquisque sibi necessaria parat, ita & Proxenetæ, quæ interpretatio ex subiectis verbis vera demonstratur: enim proxenetarum modus, qui vtiles se exhibent in contractibus & commercijs & reliqua, ęquantur igitur quò ad vtilitatem officinæ in magna ciuitate, & proxene tæ, seu proxenetæ officinis. Vnde Azo in summa C. eod. sub nu mero 10 inquit. est que operula vt pote vtilis non contemnenda in magna ciuitate.

Deinde ait Iurisconsultus: est enim Proxenetarum modus.
3 Modum † accipere debemus pro ratione, idest mensura seu for ma cum moderamine, ergo & ratione Iurisconsultus proxene- tas admonet officium exercere, seruent igitur honestum mo- dum. Nam vt Iurisconsultus ait in l. ex damni. ff. de dam. infect. honestus modus seruandus est non cuiusque luxuria subsequen da, sciantque quod Poeta, Horatius opinor, cecinit.

Est modus in rebus sunt certi denique fines.
Quos vltra citraque nequit consistere rectum.

Et citat Accursius Horatium, inst. per quas per. nobis acqui. in Rubri. & in l. si ita quis. in §. ea lege ff. de verborum obligat. in verbo interest, vbi Bartol. in fin. ac Ias. ibidem. Bald. in consi- lio 298. Quæritur, vtrum. colum. tertia, libro 2. & in consilio 486. statutum prouidet &c. colum. secunda, eodem libr. quem ac nonnullos alios refert Andr. Tiraquel. de connub. in secūda parte, glo. prima, numero septuagesimo, addens fuisse Phocyli- dis sententiam, qui inquit.

Omnium modus est optimus, excessus verò malus.

Si ergo est proxenetarum modus temperet se proxeneta no- ster, immo abstineat à mendaciis, quæ non diu fallunt † & qui-
4 bus omnes ferè proxenetæ abundant, & sine his negocia expe- diri non posse falsò dictitant, & meritò Cepol. scriplit in l. pri- ma, in §. aiunt ędiles. nume. 77. ff. de ędil. edict. in ambiguo men daces proxenetas præsumendos, citat text. in l. iustissime. in §. primo, in fine. ff. de ędil. edict. de quo textu vide à me scripta in tracta. de mercatu. parte prima, nume. 17. Tollendum est enim (vt inquit Cicero off. libr. 3. in rebus contrahendis omne men- dacium; mendacium enim sine peccato esse non potest c. bea- tus. & cap. primum. 22. quæst. secunda. Tractent igitur negocia, in quibus interueniunt absque mendaciis, & non differant, sed
5 defungantur, idest explicent, & bonum dent exitum, † non pos- sunt enim videri proxenetæ boni viri arbitratu se gerere, & mo dum seruare in negotiis, qui partes (vt plerique solent) frustran- do efficiunt, ne ad exitum negotia deducantur, vt eleganter Iu risconsultus inquit in l. fin. ff. de procurato. & contra eos qui fru strantur, vide l. eius qui. ff. de appellatio. recip. & l. sed & ad eos. ff. quibus ex causis maio. vt intelligas, & id turpissimum in proxe- neta &c. & legibus puniri, & quando est proxenetarum mo- dus sciant proxenetæ, quòd si faciendi pone nominis causa
6 interueniant † non possunt quasi mandatores teneri: quia

magis

Source : BIU Cujas

magis monſtrant nomen,quàm mandāt,tametſi laudāt, ex ſententia Iuriſconſulti in l.ſecunda.ff.eo.ſit tamen proxenetarum commendatio, ſeu laudatio mercium, vel nominis honeſta, & cum aliquo temperamento, ita vt non ſolum dolo careant, ſed & doli mali ſuſpitione, & propter ea quæ in ſequenti parte plenius dicemus.

9 Solebantq; † & debent proxenetæ librum conficere,in quo conuentiones ſcribant,idque lege municipali in Patria mea cauetur,certaque forma librum conſcribendum mādatur, & hic quædam aptari poſſunt ex his, quæ dixi in tracta.de Mercatore, in ſecunda parte,nume.51.& ſequen.nume. quæ igitur ad hunc locum attinent illinc aſſumi poſſunt, illudque præcipuum eſt de more librum factum atque conſcriptum oportere, in quo non defunctorie proxenetæ conuentiones ſcribant,hoc eſt nō neglecte & oſcitanter, quo verbo Iuriſconſultus Vlpianus vtit in l.ſecunda ff.ad ſenatuſc. tertul. nec quidem defunctorie, aut obſcure,ut idem Vlpianus inquit in l.aut qui. ff. quod vi clam, clare igitur & aperte conuentiones ſcribant, & bona fide, voluntates etiam contrahentium ex fide requirant & interpretentur,& actus ſui rationem diligenter conficiant. l argentarius. ff. de eden.& in ſumma probe ſe agant circa omne officiū ſuum, & temperent ſe ab his,quæ ſunt prohibita:vt eleganter Iuriſcōſultus ait in l.prima in §.præterea. ff. de offic. præfec.vrb.& modum ſeruabunt ſecundùm Iuriſconſulti noſtri ſentētiam. Hęc enim omnia iuriſconſultus noſter vno verbo complexus eſt, dum inquit, eſt enim proxenetarum modus.Ex quo,& his quę
8 ſequuntur lector candide diſpice † quàm veteres Iuriſconſulti, & verborum pondere,& ſententiarum grauitate, & latini ſermonis candore,& breuitate recentiores ſuperauerint.Dicet aliquis verbum modum,diuerſis modis in iure accipi,qnod & verum eſt,& cum pro quantitate aliquando accipiatur, ut in l.cū hi.in §.modus.ff.de tranſactio. proxenetarum modum &c. Iuriſconſultum ſenſiſſe, hoc eſt certum numerum eſſe debere, quaſi non omnes officium proxenetæ poſſint exercere, placet autem mihi expoſitio primo loco relata,nec enim legi prohibi
9 tum huiuſmodi officium exerceri † & generaliter credderim vnumquemq; proxenetæ officio fungi poſſe, his omnibus ferè exceptis, quos mercaturam exercere non poſſe annotaui in tracta. de Mercatura, in quarta parte, & his addes,quæ in quæſtionibus dicemus infra, ſcilicet in quarta par. & præſertim in illa quæſtione, cuius initium eſt.occurrit hic alia quæſtio &c. Laudandos tamen arbitror Populus Mercaturæ maximæ operam dantes, qui certæ conditionis homines & præfinito quodam numero,& certa forma officium proxenetæ exercere decreuerint, prout lege municipali in Patria mea prouidentiſſime eſt cautum.

Subijcit Iuriſconſultus (vt ad eum aliquando redeam) non adeo improbabili more ſe exhibent,quæ uerba peruertenda duximus, ut iuxta Rubricam prius de officio proxenetæ diſputaremus.
10 † Accurſius in verbo non adeo, exponendo inquit: ut ſalarium vltra modum habeat, quod velle videbatur. Hæc ille (ſed ni fallor) Iuriſconſulti & litteræ hic eſt ſenſus. licèt in initio legis dixerimus, proxeneticum eſſe ſordidum munus, ſeu officium proxenetæ ſordidum inſtar officinæ, inquit enim Cicero oft.lib.primo, in Rubric.de quæſtu. artibuſque honeſtis & inhoneſtis: Illiberales autem & ſordidi quæſtus mercenariorū omnium, quorum opera non quorum artes emuntur, opifi- 15
11 cesque omnes in ſordida arte verſantur: nec enim quicquàm ingenuum poteſt habere officina. Nihilominus † proxenetæ non adeo more improbabili vtiles in commerciis ſe exhibent, quaſi dicat officium proxenetæ non eſt adeo ſordidum, nō eſt adeo improbandum & vituperandum, & non adeo improbanda obſeruatione & conſuetudine vituperanda ſe vtiles exhibēt in venditionibus &c.Simile eſt illud Ciceronis in loco relato. Mercatura ſi tenuis eſt,ſordida putanda eſt, ſin magna & copioſa,multa vndique apportans,multisque ſine vanitate impartiens eſt admodum vituperanda, qui Ciceronis locus noſtram 16
interpretationem, & veram valde confirmat. vnde paulò ſuperius relatus Azo in ſumma C eodem ſcripſit, eſtq; operula vtpote vtilis non contemnenda in magna Ciuitate,pro qua ſententia eſt:quia nō agitur locati,vt in l.ſecunda.ff. eod. exemplo menſoris,vbi Accurſius citat l.primam.§.primo. ff.ſi mēſor fal. mod.dixer. quaſi hæc operula beneficii loco præbeatur, & id 17
quod proxenetæ datur ad remunerandum detur. Nam proxenetæ opera nō eſt ea,quæ dicitur,diurnum officium. ff.de oper. l.prima. nec in labore tantùm perſonæ cōſiſtit,ſed animi,laborat enim in excogitando quomodo partes componat,& nego 18
tia perficiat, & vide quæ dicam in vltima particula vlt. part.His illud eſt adijciendum, quod ſcripſit Baldus in conſilio 50. volum. ſecundo. proxenetæ communiter ſunt homines viles, & ſperant proxeneticum, & his duobus ſimul iunctis lex hēt eos ſuſpectos, niſi producantur de conſenſu partium, & Abba.in capitu.inſuper. numero vigeſimoprimo, de teſtib. inquit. Iſti proxenetæ communiter ſunt infimi, quæ intelligenda ſunt,ne prædictis repugnare videātur, ſed vt vnde diuerteram redeam, ſi relata uerba ſecundum interpretationem Accur. ad ſalarium referre malles, die licèt ſordidū ſit proxeneticum & munus proxenetæ,non eſt tamen adeo ſordidum & vituperādum: & quia vtiles ſe exhibent & reliqua.in proxenetico conſtituendo modus eſſe debet: & quantitatis & negotij, in quo operula defunctus eſt, & miniſterium accommodauit: vt Iuriſconſultus inqt in principio dictæ legis.Et his etiam addes circa uerbum improbabili more, alibi Iuriſconſultum dixiſſe malo more, ut in l.at qui natura.ff.de nego geſt. ibi.malo more pecunia erogata, & de hoc verbo more, plura Budęus ſcripſit in annotationibus in pandectas in l.ius ciuile.ff.de iuſti.& iur.

12 Subiungit Iuriſconſultus † vtiles ſe exhibent,quod & verum eſt & experientia videmus.Hi enim voluntates hominum conciliant demonſtrando & hortando, vnde ſummæ prudentiæ & authoritatis apud Græcos Plato cum inſtitueret,quemadmodum Ciuitas bene & beate habitari poſſit, in primis negotiatores neceſſarios dixit,ne auocentur ab opere ruſtici,ut legitur in l.ſecunda.ff.de nundin.vbi Iuriſconſultus ſubijcit,indiget Ciuitas pluribus vtique ruſticis & aliis conductoribus & aliis miniſtrantibus, inuehentibus,& euehentibus ſingula, & reliqua. Nā & proxenetæ miniſterium præbent, vt in initio diximus & hæc de prima Rubricæ parte.

Sequitur Iuriſconſultus emptionibus,venditionibus,cōmercijs,contractibus. Dixerit aliquis verba emptionibus,uenditionibus, ſuperuacua eſſe, quippe cum contractus vltro citroque ſit obligatio, ueluti emptio,venditio,locatio,conductio, ut in l.Labeo.ff.de verborum ſignificatio. & de quo verbo And. Tiraquel.plenius diſputauit in libro de leg connub. in ſexta gloſſ. per totam. Item † & verbum commerciū generale eſſe ad omnem contractum probatur in cap. Lotharius. de prohib. feud. ali.per Loth.& probat Accurſius in §.primo, inſtit.de inuti. ſtipul.& in l.ex hoc iure.ff.de iuſtit.& iur.& inquit Alex. in l. cætera.in §.ſed & ſi quis.ff.de leg.primo, commercium proprie &c. vbi aliquid ſimul cum alio geritur,& dixi in tracta.de Mercatu. in prima parte,num. 94.nihil autem in iure noſtro ſuperfluum eſſe Imperator inquit in proęm.ff.§ quibus,ſed videtur mihi,& ita ſe habet Iuriſconſultum uoluiſſe ſpecialiter de venditionib.
14 & emptionibus loqui † ea enim quæ notabiliter fiunt, niſi ſpecialiter notentur,videntur quaſi neglecta. l. Item apud Labeonem.§.ait prætor. ff. de iniur. l.prima § dixerit aliquis.ff.de public.& notat Accur.in l.fin.ff quod quiſque iur.Qua ratione Iuriſconſultus verbo commerciis pro mercium commutatione forſan eſt vſus,quaſi ſingulariter de permutationibus meminerit. Nam frequentius in emptionibus,& uenditionibus, ac permutationibus ſolent proxenetæ interuenire. Et verbum contractus,late aliquando accipi non eſt nouum,ut inquit Accurſius in dicta l. Labeo & in §.fina inſtitu. de obligat. & citat ſexcenta loca Andr.Tiraquell.in relato loco. Accedat, quod eleganter Iuriſconſultus ait in l. ſi ſeruus ſeruum. in §.inquit lex. ff.ad legem Aquiliam. Non eſt nouum, ut lex ſpecialiter quibuſdam enumeratis generale ſubiicat verbum, quo ſpecialia complectantur. Et euitandæ ac tollendæ propoſitæ argumentationis cauſa vide,ſi libet, quæ ſcripſi in dicto tractatu meo de Mercatura,in prima parte, numero 45. & quod illic diximus, huc erit transferendum, & Andre. Tiraquellus in l. ſi vnquam. in verſic. Reuertatur,nume.26.& ſeq.C.de reuo.don.

15 Et conſequenter † proxenetæ in ſponſalibus,& matrimoniis contrahendis interuenire poſſunt, ut notauit Accurſius in Rubrica.C eodem quod & in prima parte demonſtraui ſub numero vigeſimoſecundo,& uide infra in quarta parte verſicu. Diximus &c.ex quibus aſſumes, quæ ad hunc locum pertinent, & non improbat Azo in ſumma C.eodem,& probatur in l.fin.ff. eo in illis uerbis,ſi quid forte conditionis &c. quod verbum generaliter intelligi etiam poteſt, cuius forte conditionis proxeneta fuerit,ideſt alicuius pactionis, ſeu conuentionis, pro qua expoſitione occurrit illud Terentianū in Andria accepit con-
16 ditionem dehinc quæſtum, ubi Donatus inquit † conditio eſt pactio certam legem in ſe continens, & facit l. ſecunda. C. de pact.inter empto.l.ſocietatem mecum.in prin. vbi gl. §.2.Glo j. & vni nu.76.ff.pro ſoc. & ſexcenta ſunt iura, quæ citauit Andr. Tiraq.in com.de vtroque ret.

Subdit, uel amicitiæ proxeneta fuerit, vbi Accur. exponit i.
17 quærit fœdera inter aliquos † ſed forte rectius dixiſſet amicitię conciliandæ,vel reconciliandæ,& vide Accurſ.in Rub.eiuſdem tituli, & ad fœdera poſſe proxenetam interuenire dubium non eſt.

18 Item † & Aſſeſſuræ eſt proxeneta (vt ait Iuriſconſultus) ideſt ſecundùm Accur.vt Aſſeſſorem inueniat iudici ordinario, ut in auctē. de iud.§.primo. & meritò Accur.in §.quoniam verò prohibitionem in auctenti.de teſtib.in multis verſari proxenetam ſcripſit,citat legem à nobis relatam & expoſitā, & l.ſecundam.ff.eodem titu.& § in his verò.verſicu.quod ſi etiam adnumeratorem in Auctē.de inſt.cau.& fi.quem textum vide, citat etiam. §. non ſolum. in Auctenti. de fideiuſſ. ſed in hoc labitur: ut in prima parte dixi, verſiculo demonſtratur autem,

Source : BIU Cujas

numero 13.& idem Accurſius in §.non ſolum.not.text.in proxeneta non eſſe intelligendum.

19 Nouiſſime Iuriſconſultus eleganter addit licitis† vbi Accurſius inquit ſecus ſi illicitis,ut in auctenti. vt nulli iudic. §. ſi uerò quando. & de ſanctiſ. epiſcop.§. præ omnibus,ſed huic expoſitioni Accurſianæ illud eſt annotandum, ſi Accurſius ſenſit ex verbis iuriſconſulti inferri, proxenetas in contractibus illicitis non poſſe interuenire minus bene. Quoniam relata verba,proxenetæ ſe vtiles exhibent in contractibus licitis, in ſenſu cõtrario hoc ſolum inferunt neceſſariò,in contractibus illicitis non
20 eſſe vtiles,ſenſus† enim contrarius non porrigitur vltra id quod expreſſe in ſenſu directo dicitur, cum relationem ad illud habeat,quod in directo ſenſu exprimitur, & hoc argumentum ad limites verborum ſumendum eſt,vt bene cenſuit Decius declarando in l.prima, numero trigeſimooctauo, & numero quinquageſimotertio, & ſequ.numeris. ff. de officio eius,& Aymo Craueta in conſilio 203. deferens iuramentum &c. volumine ſecundo. Si verò (vt puto) Accurſius ſenſit in citatis à ſe iuribus probari,in illicitis non poſſe proxenetas interuenire, tunc rectè, licèt citata iura in ſingularibus caſibus loquantur. Cuius rei illa ratio reddi poteſt. Cum enim lex turpes ſtipulationes,illicitos contractus & contra bonos mores improbet. l.generaliter,& l.ſequen.l.ſi plagij.ff.de verborum obligat.l.iuriſgentium. §.ſi paciſcar.verſiculo,& generaliter.ff.de pact. §. quod ex turpi. inſtitu.de inutil.ſtipul.l.fin.C.de pact. & ſcribit Salyc. in l.ex eo. C.de inutil.ſtipul.& Barto.in l.ſi.in §.ſi in alea.ff.quarum rerum actio non det.& ſexcenta loca atque leges citari poſſunt, conſequenter proxenetæ in his interuenire vetantur. Quando enim aliquid prohibetur,videtur eſſe omne id prohibitum,per quod peruenit ad illud l.oratio ff.de ſponſalib.capit.conſtitutus.& capit.ex tenore.de conceſſione prębend. Quæ ſententia Accurſij comprobatur etiam ex capit. ſi quis epiſcopus.prima quæſtione prima, & capit.ſi quis præbendas. prima quæſtione tertia, & ex his quæ notantur in capit.primo,de teſtib.libro ſexto,capitulo ſecundo,de confeſſ.capit.non ſatis.de ſimon.Item & glo.notabil.in l.ſi ſciente.ff.ad leg.Pompe.de parri.& cõmentariis Doctorum in l.tertia.in §.ſi procurator. vbi plenè Deci. ſub numero decimooctauo.ff.quod quiſque iur. & ex his quæ differendo in ſequenti parte dicemus: Vnde Martialis libr. 10. huiuſmodi proxenetas damnat.

Quem ſulphurato nolit empta ramento
Vatiniorum proxeneta factorum.

21 Denique† generaliter dicendum eſt,in quocunque negocio licito poſſe proxenetas interuenire,in illicito non poſſe, quæ regula ex pręmiſſis probatur ac ex Iuriſconſulti verbis in ead.l.ſi. dum ait,vel alicuius alterius proxeneta fuerit,& reliqua.

Pars Tertia.

ARGVMENTVM.

Quando in negotio aliquo interuenit proxeneta, an teneat, & de quo.

SVMMARIVM.

1 *Proxeneta ex negocio in quo interuenit regulariter non tenetur.*
2 *Etiam ſi literas in negotio ad ſe non pertinente conſcripſerit.*
3 *Etiam ſi commoneat & hortetur,non tamen mandatoris opera fungitur.*
4 *Idem iuris eſt, ſi conſulat, quid fieri.*
5 *Nec diuerſum ius ſtatuitur, ſi negligenter, & imperite in negotio in quo interuenit verſetur.*
6 *Idemq; eſt,ſi contractum fieri commendauerit.*
7 *Et denique ſi hortetur, moneat, commendet, & proxeneticum recipiat, non tenetur, & rationes quare in demonſtrato numero & ſeq. numeris.*
8 *Dicta & facta ex qualitate perſonarum penſanda ſunt.*
9 *Diſpoſitio quælibet à conſuetudine interpretationem recipit.*
10 *Officium ſuum damnoſum cuique eſſe periniquum eſt.*
11 *Interpretatio ad l.eleganter.in § ſi.cum leg.ſeq.ff.de dolo.*
12 *Dolus non præſumitur ex ſimplici mendacio.*
13 *Affirmare & laudare longe differunt.*
14 *Affirmans aliquid pro firmo,de quo certus non eſt, præſumitur doloſe affirmare, ſi poſtea reperiatur non eſſe verum ſecundùm Paul. Caſtr.qui tamen in ſeq.numeris reprobatur, ſeu declaratur.*
15 *Diſputando & notando bene ſoluitur.*
16 *Proxeneta affirmans aliquem non idoneum & ſalarium recipiens præſumitur in dolo.*
17 *Affirmans apud acta tenetur, & declaratur lex cum oſtendimus. in §.fin. ff.de fid.tut.*
18 *Interpretatio ad l.2.ff.de proxe.in numeris etiam antecedentibus.*
19 *Proxeneta affirmans aliquem extra iudicium idoneum ſine proxenetico non præſumitur dolo facere.*
20 *Proxeneta ſciens non idoneum nomen & laudans, & proxeneticum recipiens, his tribus concurrentibus de dolo tenetur.*
21 *Proxenetæ in dubio præſumuntur in dolo facilius.*
22 *Interpretatio ad legem,quòd ſi cum ſcires.ff.de dolo.*
23 *Interpretatio ad l.2.ff.de proxe.*
24 *Venditor commendans ſeu laudans quando teneatur.*
25 *Proxenetæ plures ſi interueniant, & doloſe fecerint aduerſus ſingulos, in ſolidum agi poterit, ſed altero conuento ſi ſatisfecerit, in alterum actio denegatur.*
26 *Proxeneta non ſolum tenetur de dolo, ſed etiam lata culpa inſtar menſoris.*
27 *Proxeneta adulterij ijſdem pœnis ſubijcitur, quibus adulter, & contra peſſimum genus hominum multa.*
28 *Proxeneta raptus quibus pœnis efficiatur. Item de proxeneta parricidij.*
29 *Proxeneta in ſacerdotio interueniens ſiue clericus ſiue laicus quibus pœnis puniatur, quando interuenit pecunia.*
30 *Proxeneta,qui in ſpiritualibus ſalarium,vel promiſſionem alicuius vtilitatis recepit, ſimoniacus eſt, & quibus pœnis puniatur.*
31 *Proxeneta in contractu vſurario interueniens an teneatur ad vſurarum reſtitutionem.*
32 *Notarius rogatus de contractu vſurario an teneatur ad vſurarum reſtitutionem,ſi inſtrumentum ſcienter conſcripſerit.*
33 *Procurator ſpecialis, ſiue inſtitor menſæ vſurariæ an teneatur ad reſtitutionem vſurarum, & quid in tutore & curatore, in ſequent. etiam numeris.*
34 *Vſuram exercens dicitur furtum committere.*
35 *Furto præſtans opem in ſubſidium ad reſtitutionem tenetur.*
36 *Mediatores dicuntur facere crimen, cuius perfectioni operam dederunt, quod notandum eſt pro ſtatutis imponentibus pœnam delictum committentibus.*
37 *Proxenetæ, qui in contractibus fœneratitij interueniunt, peccant mortaliter, & alijs pœnis plectuntur.*
38 *Proxeneticum receptum à proxeneta in contractu vſurario cui ſit dandum.*
39 *Proxeneta, qui interuenit: vt in fraudem ciuilium munerum per tacitam fidem prædia transferantur, punitur.*
40 *Proxeneta tenetur de falſo,ſi in conuentionibus falſum ſcripſerit, & admonentur;vt in eorum libris non ſint cancellationes.*
41 *Proxenetæ delinquunt dolum & fraudem pluribus modis admittendo, & enumerantur fraudes.*
42 *Proxenetæ in delictis & illicitis interuenientes regulariter ijſdem pœnis puniendi ſunt, in quibus principales.*
43 *Proxenetæ cogi poſſunt librum quem conficiunt, ratione officij edere, & quomodo editio fieri debeat.*
44 *Plures proxenetæ in negocio poſſunt interuenire, & omnes edere tenentur.*

1 REgulariter † dicendum eſt, proxenetam ex negocio, in quo interuenit, nõ teneri l.ſecunda. ff.de proxene. idque probat Bald.in conſilio 360.Quæritur.libro tertio, in fi.citat capit.primum.de teſtib.libro ſexto. Et in di cto reſponſo diſſeruit Baldus de vi promiſſionis factæ in hæc verba.promitto, quòd faciam te contentum &c. Quam regulam ordinis gratia pluribus modis extendendam duximus, deinde reſtringendam.

Quod ergo diximus, regulariter ex negocio in quo interue-
2 nit proxenetam non obligari, extendendum eſt † etiam ſi literas in negocio ad ſe non pertinente conſcripſerit, vt ex facto conſultus reſpondit Bald.in conſil. 366. viſis conſiliis &c.libro quinto, quod Baldi reſponſum legendum eſt,citat l.ob hęc verba. ff. de infamib. Sed melior videtur textus in l. ſecunda. ff. de proxene.in illis verbis, magis monſtrat nomen,quàm mandat, item citat l.Lucius.ff.de inſtit. & confirmabis ex his quæ habentur in l.poſt mortem.ff.de his quæ ex fac.tut.&& plenius ſcripſit Ioann.Crot.in l.prima.in §.nunciatio.ff.de no.oper. nun. & vide quæ ſcripſi in tract.de Decocto.in prima parte vltimæ partis, numero vigeſimoquinto,& Socin.in conſil.154. & Pau.Par.in conſi.17.volum.3.

3 Item regula extendenda eſt† & ſi partes commoneat & hortetur, non tamen mandatoris opera fungitur. l. Idemque. §. ſi quis ea.ff.man.l.ob hæc.ff.de his qui notan.infam. l. ſi ſerui mei. ff.de neg.geſt.

4 Idem iuris eſt † vt non teneatur proxeneta, ſi conſulat quid fieri: quia nemo ex conſilio obligatur,etiam ſi non expediat ei cui datur;quia liberum eſt cuiq; apud ſe explorare, an expediat ſibi conſilium l.ſecunda.§.fin.ff.mandat.§.tua.inſtitu.eodem,in regula conſilij.ff.de reg.iur.

5 Rurſus amplianda eſt regula †& ſi negligenter, vel imperite in negotio in quo interuenit verſetur proxeneta: æquè enim ſecurus erit, & imputare ſibi debet, qui eum adhibuit. l.prima. §.hæc actio. ff.ſi menſor fal. modum di. inſtit. quibus modis re con.obl.§.præterea.inſtitu.pro ſocio.§.fina.ff.de action. & obligatio. l.prima.§.his quoque. & adde quæ referendo Pyleum in quarta parte dicam in ſecunda quæſtione, plane proxenetas ab officio declinantes, vel negligentius agentes ab officio remouentur, capitu. clericus quilibet. 91. diſtinctione ſecundùm vnam interpretationem gloſſ. de quo in prima parte dixi, verſiculo

Source : BIU Cujas

versiculo demonstratur autem, numero decimotertio.

6 Nec diuersum ius statuendum est † si proxeneta contractum fieri commendauerit, vel si nominis causa (vt multi solent) interuenerit, & nomen laudauerit, magis enim monstrat quàm mandat. l. 2. ff. eodem, & qui commendat, mandare non videt. l. si verò non remunerandi. §. cum quidam. ff. manda. & not. Accur. in citata l. 2.

7 Denique † Regula tradita locum habet in proxeneta hortãte, admonente, commendante & philanthropi seu proxenetici gratia aliquid accipiente. Nec enim ex locato, & conducto dat actio, ut legitur in eadem l. secunda, & horum quæ diximus rationes in promptu sunt: quia proxenetæ (vt diximus) in negocio ministerium accommodant, & ex qualitate officij apparet contrahendi seque obligandi animo fidem non astringere, ut inquit Bald. in relato consilio 166. estque proxenetarum ingenium hortari & laudare, ut inquit iurisconsultus in dicta lege
8 secunda. in illis verbis, tametsi laudat, & † ex qualitate personarum dicta factaque pensanda sunt l. plenum. §. æquitij. ff. de vsu & habita. l. sed & si quid. §. & si vestimentorum. ff. de vsufr. facit l. si seruus plurium. in §. fin. ff. de legatis primo, & l. item Mela. ff. de aliment. & cibar. leg. & quod ait Bartol. in l. si non sortem. in §. libertus. numero vigesimonono. ff. de condict. indebi. & plura congerit Mars. in Rubri. de probatio. numero decimotertio, & sequen. numeris: & voluntas personarum ex eo quod solitũ est fieri declaratur l. quòd si nolit. in §. qa assidua. ff. de ædil. edict.
9 l. fina. C. de fideius. l. si fundus. ff. de euic. & † omnis dispositio à consuetudine interpretationem recipit, ut eleganter inquit Innocen. in capit. olim. de verborum significatio. & Decius plures referendo in regula semper in stipulationibus. ff. de reg. iur.
10 item † periniquum est damnosum cuique esse officium suum. l. sed & si quis ex signatoribus. ff. quemadmodum testa. aper. l. si seruus. §. quod verò. ff. de furt. capit. sanè dilecto. iuncta gloss. in verbo substinere, extra de renuncia. & cum proxeneta sit mediator, æquitas suadet instar nuncij non teneri l. fina. C. si quis alte. vel sibi, & notatur in l. multum. eodem titu. Sed hic illud in dubium potest reuocari, diximus ex sententia iurisconsulti, proxenetam laudantem nomen quasi mandatorem non teneri, & si aliquid proxenetici nomine acceperit, nec ex locato quidem, & conducto esse actionem, tenetur enim, si dolo & calliditate cir 16 cunuenerit creditorem de dolo actione: vt in dicta lege secunda: occurrit enim contra hanc sententiam text. in l. & elegãter. in §. fina. ff. de dolo cum lege sequen. vbi Iurisconsultus inquit
11 † Cecilianum Prætorem non dedisse de dolo actionem aduersus eum, qui affirmauerat, idoneum esse eum, cui mutua pecunia dabatur. subsequitur Caius Iurisconsultus, quòd si cum scires cum facultatibus labi, tui lucri gratia affirmasti mihi idoneũ esse, merito aduersus te, qui mei decipiendi gratia alium falsò laudasti, de dolo iudicium dandum est. In quo loco Barto. op-
12 ponens de. §. ad legem. inquit. in hoc §. erat † simplex mendacium, nec apparebat alia coniectura, quòd dolo dixerit, fuit em qui hominem commendabat, lex sequens loquitur quando ad eum spectabat lucrum, & sic præsumitur quòd illud mendaciũ fuerit dolosè dictum. Hæc ille in suprascripta verba, & subiungit, & iam iudex facto in quodam aduocato approbante idoneum esse fideiussorem, cum non esset? Ex quibus dicendum videbatur: cum proxeneta nomen laudat, & recipit aliquid Philanthropi nomine, de dolo teneatur, cum sit mendacium, & lucrum, consequenter ex sententia Bartholi dolo malo præsu- 17 mendum mendacium dictum, & hæc duo tantum, scilicet lucrum, & mendacium ad præsumendum dolum sufficere idem Barto. videtur sensisse, dum inquit in summa dicti. §. fi. simplex mendacium non præsumitur dolosè dictum, & ideo non inducit actionem de dolo, nisi causa sui lucri quis mentiatur. hoc dicit cum l. sequen. nec legi quẽquam animaduertisse, sed Accursium in dicta l. secunda. in uer. tenebitur, pro simili. §. & legem citasse, & Alber. in eadem l. quòd si cum scires, inquit, concordat l. secunda. ff. de proxene. Dicet forsàn aliquis, ex uerbis Iurisconsulti in dicta l. quòd si cum scires. tria interuenire debere, ut dolus præsumatur, & iudicium de dolo detur. Primum est: vt non solum monstret, sed etiam falsò laudet nomen Proxeneta, vel affirmet aliquem falsò locupletem. Secundum, quòd sciat illum quem laudat non soluendo esse, seu facultatibus labi. Et illud tertium, quòd lucri causa, & sic aliqd acceperit Proxenetici causa, quod Raphael sensisse videtur, qui in dicta l. scriptura. reliquit. Affirmans idoneum falso illum, cui mutuò dabatur, non tenetur de dolo, nisi sciens sui lucri causa mentitus sit. Hæc 18 ille, consequenter habebit locum dicta l. secunda. ff. de Proxen. vbi Proxeneta ignorans nomen non idoneum, seu illum cui creditura est pecunia facultatibus labi laudat nomen bonum, & personam idoneam & locupletem, & aliquid Proxenetici gratia accipit, contra verò si sciret, & sic scientia cum laude & Proxenetico concurreret, sicque similes dictæ leges & concordes erunt: ut Accursius & Alber. scripsere. & Barto. qui duo tantum sufficere inquit ad præsumendum dolum, male sensisse videtur. Rursus dicet aliquis, animaduertendum esse: quia lex nõ semel relata. quòd si cum scires. loquitur in affirmante, lex aute 13 secunda. ff. de proxene. in laudante, & † longa videtur differentia inter affirmare & laudare intantum: ut quod commendando dicatur si habeatur, quasi nec dictum, nec promissum sit. l. quòd si venditor. vbi bonus text. ff. de dolo, & inquit Vlpianus in l. sciendum. ff. de ædil. edict. Sciendum esse quædam, si dixerimus, quæ ad nudam laudem pertinent, veluti seruum frugi, pbum, dicto obedientem, nos præstare non debere, & multum interest commendandi serui causa quid dixerimus, an verò qd diximus præstaturos promiserimus, & reliqua, & de affirmante seu affirmatore videndus est textus in l. si quis affirmauerit. ff. de dolo, & l. in causæ. primo. ff. de Minorib. in illis verbis. hic enim velut affirmator fuit, & maior & elegãs est textus in l. quicunq;. in §. sed cum fullo. ff. de institu. ibi. plane si affirmauerit mihi, rectè me credere operariis suis, non institoria, sed ex locato tenebitur. Vnde Ang. in l. si verò. in §. qui pro rei qualitate ff. qui sat. cogant. admonet abstinendũ ab approbando seu affirmando aliquem esse idoneum fideiussorem: cum non sit, quia ut fideiussor tenetur, dicta l. cum ostendimus. in fi. ff. de fideiusso. tutorum. Hoc amplius Paulus Castren. in l. dolum ex insidiis. C.
14 de dolo. tentat dicere, qp † si constanter, seu (vt ait) pro firmo asserat, seu affirmet id, de quo certus non est, præsumetur dolo se affirmasse, si postea reperiatur illud non esse verum: quia facilis esse non debuit ad temerariam assertionem, seu indicationem, citat legem si quis affirmauerit. ff. de dolo, iuncta l. Iulianus. post principium. ff. de action. emptio. & refert ac probat Car. Ruyn. in consi. vigesimonono, numero texto, volum. primo. Ponderatis &c. Sed vt vnde diuerteram redeam, nec enim ab re disputando relata citauimus, inquit enim Iurisconsultus in l. munerum. in §. mixta. ff. de munerib. & honorib. Heren. Mo
15 destinum † notando & disputando bene & optima ratione decreuisse, vltimam facti speciem constitutam probo: vt proxeneta nomen laudans & hortans & proxenetici gratia aliquid accipiens non teneatur, quæ probatur in dicta lege secunda. ff. de proxene. & inquit Azo in summa C. eodem numero decimo, non teneri proxenetas propter suasiones: quia magis videntur monstrare nomen, quàm mandare, tametsi laudent nomen, & idem iuris esse, si aliquid Phllanthropi, id est salarii nomine acceperit, nec ex locato, vel conducto sit actio. Quam † facti speciem intelligendam, & temperandam puto in proxeneta laudante & aliquid proxenetici gratia accipiente, contra verò in proxeneta affirmante, & salarium recipiente: mouent me prædicta, quia scilicet longa est differentia inter affirmare & laudare. & temperamentum probatur in dicta l. quòd si cum scires. iunctis commentariis Bartoli ibidem, & Bartoli sententiã probat Alex. in l. dolum. numero tertio. C. de dolo, & Car. Ruyn. in consilio 42. numero decimooctauo, volum. secundo, qui ex duobus scilicet mendacio in affirmando & commodo seu lucro dolum præsumi probant, egreditur nanque hoc casu Proxeneta Proxenetæ fines, & modum affirmando interueniente Proxenetico, solam autem affirmationẽ non sufficere opinor, idque probatur in dicto §. fina. & his addes quæ dixi in tractatu de decocto. in secunda par. vltimæ partis, versic. illud etiam &c. nume. 34. & seq. & quod illic diximus huc erit transferendum. Nec moueat, quod dixit Ang. in dicto. §. qui pro rei qualitate, nam Fulgo. eodem in loco post Iaco. Are. & Pet. opponendo citat non semel relatam legem. & eleganter. in §. fin. cum l seq. & ait, si † affirmatio fit apud acta iudicis, affirmator tenetur, & ita procedit text. in dicta l. cum ostendimus, contra verò si extra iudicium vt affirmator non teneatur, nisi animo decipiendi hoc fecerit, dicta l. & eleganter. in fi. cum l. seq. ut subdit, citata lex cũ ostendimus. in fi. loquitur in affirmatoribus, de quibus in l. prima. in §. primo ff. de magist. conuen. aliàs in §. sciendum. versic. diuus, hoc est in his, qui sunt electi ad approbandum fideiussores, qu im sententiam Fulgosij tanquàm rationabilem in citato loco pbat Alexan nec las. improbat, nec moueat etiam, quòd Paul. Castren. ait in dicta l. dolum. nam Alexand. ibidem inquit, mendacem in dubio non præsumi esse in dolo, nisi dicentis sit commodum & vtilitas. tex. est in dicto §. fi. cum l. seq. vbi casus notandus secundùm Barto & hoc modo Pauli Castren. sententia restringenda est, quæ simpliciter nec vera, nec admittenda videtur, & non probatur in d. l. Iulianus, immo contrarium expresse firmat Glo. in verbo indicationem, quam ibidem, & Bar. & alii probant, & respondent dictæ legi. si quis affirmauerit. hęc ille, ex quibus plura sequuntur.

Primum † declaratio ad l. 2. ff. de proxen. & ut paulò inferius dicam in versi. restringendum &c.

Secundum interpretatio ad §. fina. & l. quòd si cum scires. vt non habeat locum in laudante lucri causa, vbi est nuda laus, & non tranſit in affirmationem, de quo Accur. in l. quòd venditor. ff. de dol.

Tertium illud est, vt dicta lex. qp si cum scires, non habeat locum in affirmante simpliciter, absque scilicet lucro, & commodo affirmantis, si tamen secundum Fulgosium affirmatio extra iudicium fiat, sed & si affirmans sit electus ad approbandum,

Source : BIU Cujas

& ſi abſque ſui lucro affirmet: tamen tenebitur, ut in l. cum oſtendimus. in fine pluries citata, & ꝙſequenter illud ſequitur, cum proxeneta etiam dicatur qui gratis, & abſque proxenetico eſt mediator, ut probaui in prima parte referendo Bald. in cõſi.
19 459. tria dubia. vol. 2. ſi † proxeneta extra iudicium affirmauerit nomen idoneum, vel aliquem locupletem, ſi proxeneticum non receperit, receptusve nõ ſit in negocio, in quo interuenit, non tenebitur, & dolus in eo non præſumetur.

Reſtringendum eſt etiam, quod diximus (ni fallor) niſi cum
20 laude, & proxenetico ſcientia concurreret † quia ſcilicet proxeneta ſciens nomen nõ idoneum, vel facultatibus illum labi, cui mutua pecunia dabatur, vel merces vendebantur, laudauerit, & proxenetici gratia aliquid receperit, puto. n. his tribus interuenientibus proxenetam teneri, & dolum malum præſumi, iudiciumque de dolo dandum eſſe. pro qua ſnĩa, & temperamẽto notanda ſunt iuriſconſulti verba in d. l. quòd ſi cum ſcires. illic. n. ita ſcriptum eſt, meritò aduerſus te, qui mei decipiendi cauſa alium falsõ laudaſti. & reliqua. comparat ergo hoc caſu iuriſconſultus laudare, & affirmare, cuius rei illa ratio reddi poteſt: quia non fuit in propoſita ſpecie nuda laus, vt iuriſcõſultus inquit in d. l. ſciendum, & cum laude & lucro concurrit ſcientia, & hanc ſententiam admittendam puto compeſcendæ etiã
21 improbitatis hoc genus hominum, ſolent † enim perſępe mali proxenetæ ſcientes prudentesque proxenetici auidiores prẽter ęquum, & bonum lucri cauſa laudare, & non exiſtentes ſoluendo iam iamq; fortunas, & rationes conturbaturos commendare. accedit, quòd cum id genus hominum ad lucrum, vel turpiter faciẽdum promptius ſit, dolus malus facilius præſumetur, idq; ſenſit Vero. in l. prima. in §. aiunt ædiles. nume. 26. ff. de ædil. edi. citat legem iuſtiſſime. in fin. caueant ergo proxenetæ à mendaciis, & ſit eorum commendatio honeſta, & ſine dolo malo: vt admonuimus in antecedenti parte ſub nu. 6. ex quibus ſequuntur aliæ declarationes ad dictas leges.

22 Altera eſt, † quòd lex quòd ſi cum ſcires. non ſolum habeat locum in affirmante falsò lucri cauſa aliquem idoneum, cum non ſit, ſed etiam in laudante lucri cauſa, vbi concurrit ſciẽtia.

23 Altera eſt † ꝙ lex ſecunda. ff. de proxene. intelligatur in proxeneta laudante nomen, & proxeneticũ recipiente. Reſtringaturq;, ſi cum proxenetico, & laude concurrat ſcientia, & in regula dubia in proxeneta dolum præſumi diximus, & qm̃ in ſer
24 mones incidimus laudantium, in † venditore præcipuè, q commendat, an & qñ teneatur, plenè & eleganter ſcripſit Accur. in l. ꝙ venditor. ff. de dolo, cuius ſcripta omnes iuris interpretes eo in loco ad Cœlum ferunt, & ſemper ad eum confugiendum dicunt, & videbis Alb. ibidem declarantem.

Ex quibus Regu. in initio huius partis tradita, quòd proxeneta ex negotio, in quo interuenit, non teneatur, reſtringitur & temperatur, niſi dolo, & calliditate contrahẽtes circunueniat, qui dolus præſumitur, vt paulo ſuperius diſputãdo diximus, ſed † & ſi duo pluresve Proxenetæ interuenerint in negocio, &
25 doloſe fecerint, aduerſus ſingulos in ſolidum agi poterit, ſed altero conuento ſi ſatisfecerit in alterum actionem denegare oportere. lege ſi duobus. in princip. ff. ſi menſor fal. mod. dixer. l. j. § fina. ff. de eo per quem fac. er. l. ſi plures. ff. de do. & vide Bar. in l. & eleganter. in prin. nu. 2. ff. de do. & in l. ſi procurator. C. de proc. Item † tenetur proxeneta de lata culpa inſtar menſoris
26 l. j. §. hæc acti. ff. ſi menſor fal. mod. dix. & ſenſit Accurſius in l. 2. ff. de proxene. in verbo actione, & Bartol. in l. fin. ff. de variis & extraordina. cognit. & Aretin. inſtitu. de obligat. quæ ex quaſi delic. in princip. nume. ſecundo, Lata enim culpa dolo comparatur. l. quod Nerua. ff. depoſi. Et inquit Iuriſconſultus in l. magna ff. de verbo. ſignifica. magna negligentia culpa eſt, magna culpa dolus eſt, præſumptam. n. in ſe fraudem continet, & regulariter quælibet diſpoſitio, qua dolum malum duntaxat præſtari mandetur, etiam de lata culpa intelligitur, quod declaratur ab Accur. in citatis locis, & ab Alcia. in l. latæ culpæ, & d. l. magna. ff. de verb. ſig.

Propterea temperanda eſt regula in delictis, in quib. quoſdã caſus ſpeciali nota dignos bene eſt enumerare, ſi † igitur medius
27 & miniſter quis fuerit adulterio, ſimilibus pœnis ſubijcit, qbus & adulteri. §. ſi verò qñ. in aut. vt nulli iudi. & his adde l. 2. ff. de adult. l. de crimine. l. ita nobis. C. eo. l. auxilium. in § fin. ff. de minorib. l. j. in §. qui lenociniũ. & l. Athletas. §. ait prætor. ff. de infam. in quo text. obiter nota ibi. hoc genus obſeruantia non in officina, & reliqua. negatiuam ſuperabundare, & ſic in Pãdectis legitur & rectè, item vide legem mercalem. C. de cond. ob tur. cau. & in auth. de leno. Item l. qui domum. cum ſeq. ff. de adult. vbi verbum, quaſi adulter punitur, veritatis eſt demonſtratiuũ l. j. ff. de tranſac. & ſenſit Luc. Pen. in l. vni. C. pub. leti. lib. 12. nu. 62. citat Azo. in ſumma de adulte. adde tex. in l. j. in prin. & §. fin. ff. de extra. crim. ſubiicitq; idem Lucas, etiam locum habere, qd̃ diximus, ſi mulier id alias eſſet factura: nec enim debet perſuadendo malitia augeri. ff. de ſer. corrup. l. prima. §. fina. 46. diſtin. cap. ſunt nonnulli. de quo vide etiam, quæ ſcripſi in tract. de decocto, in ſecunda par. vltimæ par. & quæ in relatis locis habẽtur.

Ex quibus etiam de ſtupro intelliges, peſſimumque hoc eſſe genus hominum, & eorundem turpiſſimum, & nephandũ quæſtum, in eosque grauiter animaduertendum, & procul à ciuitatibus arcendos, & rectè, quippe, quia his malis hominibus boni mores deprauantur, & caſtitati, & Deo Opt. Max. & legibus amicæ inſidiæ parantur. Et inquit iuriſconſultus in l. palam. in §. lenocinium. ff. de ritu nup. Lenocinium facere nõ minus eſt, quam corpore quæſtum exercere. Vnde fœdum Dedali miniſterium ſub velamine fabulæ deſcriptũ damnatur, de quo maximus Poetarum meminit Aeneid. libr. 6. poſt principium, & his adde, quæ ſcripſit Andr. Tiraq. de leg. connub. in vndecima par. primæ Glo. nume. 108. & Luc. Pen. in l. lenones, quæ eſt vltima. C. de ſpect. & ſce. & leno. libro vndecimo, & Iac. Bel. in ſua Prac. crimi. in rub. de leno.

28 Item † in raptu videndus eſt ſingularis tex. in l. vnica. ver. pœnas. C. de rapt. virgin. illic enim ita ſcriptum eſt pœnas autẽ quas prædiximus, ideſt mortis & bonorum amiſſionis non tantum aduerſus raptores, ſed etiam contra eos, qui hos comitati ĩ ipſa inuaſione & rapina fuerint conſtituimus. Cæteros autẽ omnes qui conſcii & miniſtri huiuſmodi criminis reperti, & conuicti fuerint, vel eos qui ſuſceperint, vel quicunque opera eis intulerit, ſiue maſculi ſiue fœminæ ſint, cuiusque conditionis, & gradus, vel dignitatis, pœnæ tantummodo capitali ſubiicimus, ut huic pœnæ omnes ſubiaceant ſiue volentibus, ſiue nolentibus virginibus, ſiue aliis mulieribus tale facinus fuerit perpetratũ. Item videdus eſt tex. in l. ſi ſciente. ff. de par. illic enim ſcriptum eſt. ſi ſciente creditore ad ſcelus cõmittendum pecunia ſit ſubminiſtrata: ut puta, ſi ad veneni mali comparationem, vel etiam vt latronibus aggreſſoribus daretur, qui patrẽ interficeret, parricidij pœna tenebitur, quique quæſierit pecuniam, quique eorum ita crediderit, aut a quo ita cauerit, aliàs curauerint. hactenus iuriſconſul. ad cuius declarationem videndus eſt Boni. in titu. de Par. & Ludo. Carer. in eius Pract. in tract. de homi. in §. homicidii. nume. 128. qui plenius tractat.

29 Clariſſimi etiam iuris eſt † neminem gradum ſacerdotij pretij venalitate mercari debere, ſi quid autem tale committatur, ipſi dantes & accipientes & mediatores eorum ſecundùm ſacras ſcripturas, & ſacras regulas damnationi ſubiiciuntur, & prẽterea & qui dat & qui accipit & mediator eius factus ſacerdotij aut cinguli honore clerici moueantur, quod autem pro hac cauſa datum eſt, Eccleſiæ illius vendicetur, cuius voluit ſacerdotium comparare. Si verò laicus forte pro hac cauſa aliquid accipiat vt mediator rerum factus, datas res in duplum eum exigi iubemus Eccleſiæ vendicandas, & reliqua quæ leguntur in §. præ omnibus. in aucten. de ſanct. epiſco. & § & hanc in auc. quo modo opor. epiſ. adde legem elegantem, ſi quemq;. C. de epiſc. & cleric. quæ in inferiori parte & relata & recepta legitur decimaquinta quæſtio. tertia, capitu. ſanè. & vide ad legem capitu. ſi quis cum militibus. in §. porrò. ſexta quæſt. prima, facit capitu. præſentium. prima quæſtio. quinta. Et proxeneta qui in ſpiritualibus ſalarium, uel promiſſionem alicuius vtilitatis recipit, ſimoniacus eſt, ſecundùm gloſſ. in capitu. primo, de teſti. libro ſexto, vbi Gemin. & Philip. Franc. probant, & facit cap. non ſatis. de ſimon. & de confeſſ. capit ſecundo, & capitu. primo, cum glo. de offi. delega. Adde etiam elegantem textum in capitu. ſi quis epiſcopus prima quęſt. prima, in illis verbis, ſi quis verò mediator tam turpibus, & nefandis datis vel acceptis extiterit, ſi quidem clericus fuerit, à proprio gradu decidat, ſi verò laicus anathemarizetur, ubi videbis gloſſ. in verbo mediator, & capit. Saluator. prima quæſt. tertia. Notatur etiam huiuſmodi proxeneta infamia, ead. cau. & q. capi. ſi quis præbendas, his addenda ſunt quæ in titulis de ſimo. habentur, & quæ diximus in prima parte huiuſmodi tractatus prope finem nume. vigeſimotertio, & ſequent. Et denique improbus proxeneta, qui in ſacerdotio ſeu dignitate eccleſiaſtica interuenit, uideat c. ſecundo, in tit. de ſimo. extra. commu.

Solent plerunque in fęneratitiis contractibus proxenetæ interuenire, tractanda eſt ergo quotidiana, & illa ſatis agitata quę
31 ſtio. Num † proxeneta in contractu vſurario interueniens ad reſtitutionem vſurarum teneatur? In qua iuris interpretes in diuerſas ſententias diſtrahuntur: Accurſius enim in lege ſi ſciente. ff. ad legem Pompe. de parricid. in ea fuit opinione, vt vſuras reddere proxeneta teneretur, ac ſi ipſe accepiſſet, cuius ſententiam eo in loco probat Bartolus, & in eadem opinione fuit Angel. ibidem, qui citat l. ordine. in §. ſi in fraudem. ff. ad municipal. ſecundùm vnam expoſitionem, & l fina. ff. de proxe. §. ſi verò quando. in auctenti. vt nulli iudic. de ſanctiſ. epiſcop. §. præ omnibus, veteres Raynerium ſub dubium tentaſſe dicere
32 † idem iuris eſſe in tabellione, qui ſciens inſtrumentum fœneratitium conſcripſerit, & ſubijcit idem Angel. memoria tenendum, & Notarios, & proxenetas hodie valde errare, probat etiam eandem ſententiam Bartol. in l. prima. in §. incidit. in fin. ff. ad ſenatuſconſ. turp. & Alexand. in l. tertia. in §. ſi procurator. ſub numero vndecimo. ff. quod quiſque iur. referſque Angelum in lege prima. C. vt nemo ad ſuum patri. mo-

Source : BIU Cujas

tri.motum illo textu in eadem opinione fuisse:vt & Notarius, & proxeneta contractibus illicitis operam dantes eadem pena puniantur,qua principales contrahentes sunt puniendi:& eandem sniam nō improbat Las.in d.§. si procurator. prope finem, & Ludouic.Roman.in singula.271.fui interrogatus,& Mar.in singul.181.Mandans &c.Bald.verò in c.j.in § similiter.ver.Quæro,an proxeneta,relatæ gl.sententiā inargute reprehendit, Pau. etiam Castren.in d.§.si procurator.argumento illius §.inquit, si
33 † fœnerator per institorem,seu procuratorem specialem mensam fœneratitiam exercet,institorem & procuratorem ad restitutionem vsurarum conueniri non posse, sed solum dominū, contra verò in tutore,& curatore, licèt vsuræ non in propriam vtilitatem tutorum,scilicet, & curatorum versæ sint,sed pupilli & adulti,citat gl.in c.sicut non suo.46.distinct.quam sic intelligit.Sed idem Alex.in non semel relato.§. si procurator. & institorem,& procuratorem ad vsurarum restitutionem teneri velut ille,cuius nomine exercuerunt, & Baldum ibidem & Cardi. & Franc.Tig in d.§.si in fraudem.& Lapum allegatio.98.sensis se refert,mouet:quia in c.sicut non suo, & suo & alieno nomine fœnus exercentes comparantur.Et in eadem opinione videtur fuisse Innoc.in c.Michael.de vsu.& facit c.pen.de pecul.cleric.Pro qua snia idem Alex.refert Bart.in l.cum oportet.in princi.C. de bonis quæ liber. vbi ait, filium qui iussu patris paternas pecunias mutuas sub vsuris dederit, æquæ ac patrē teneri. Nec huic snīæ obstare subdit §.si procurator.quo Pau. Cast. mouebatur;quia impetratio iuris iniqui non est proprie delictum.& consequenter mandatū licitum est, & dominus dr̄ proprie impetrare,fœnus autem exercere delictum est.c.quia in omnibus. & capitulo super eo.de vsur.consequenter mandatum de exercendo fœnus illicitum,vnde procurator,vel institor sponte faciens tanquam verè faciens teneri debet. l. non ideo minus. C. de accusa. Quæ lex dicens, mandatum in delictis non præstare excusationem,temporatur,seu declaratur ex §.si procurator.in his scilicet,quæ non sunt mere delicta,impetrans enim procurator,cui specialiter est mandatum ius iniquum,non dr̄ delinquere,refertq; etiam Host.Io.And.Ant.Butr.& Abb. in c. Michael. de vsur.in ea fuisse snīa:vt institores,& qui alterius nomine vsuras extorserint solum in subsidium teneantur, scilicet cum dominus soluendo non sit, mouit eos, quæ habentur in c. pen. de pœn.in clemen.c.mulieres.de sent.excomm & l.fi.in prin.ff. de eo per quem factum erit.Sic intelligentes admittendam glo.in d.c.Michael.& in eadem opinione fuit Goffr.& Bart. in auth. vt hi qui oblig.se perhib.habere res min.§ fi.& hanc snīam æquitate adiuuari scripsit Cardina. in c.Michael toties relato,& à consuetudine receptā fuisse ſm Lud. de Pig. & scripsit Lau. Rodul. in c.consuluit.q.57.& hanc sententiam in proxeneta,vt scilicet in subsidium teneatur,admittendam esse idem Alex.putat mouet eum, † quia exercens vsuram dr̄ furtum committere, 4.q.
34 4.c.si quis vsuram,& notant Doctores in Rub.de vsur.vnde † si
35 cut prestans opem furto in subsidium tenetur ad furti restitutionem, vt probat Bar.in plerisq; locis,& præcipuè in l.si seruus. ff. de condictio.fur.ita & proxeneta,quæ ratio in institore,& procuratore fœnus exercentibus similiter non interuenit; quia fœnerando non opem ferre furto, sed furtum verè facere dicuntur.ideo in his Bart.Bald.Lapi,& aliorum superior loco relatorum sententiam veriorem opinatur, vt perinde ac ipsi dñi teneantur.Decius verò in § si procurator.non semel relato deteriorem cām esse Proxenetę.q̄ notarii, qui instrumentum vsurarium conscribit,opinatur.Proxeta nanq; minister est delicti & operam ad delictum accommodat,notarius verò post conuentionem partium requiritur, mitiori ergo pœna puniendus est, qui opem post actum præstat eo, qui in ipso actu ministerium accōmodat ſm Bar.in l furti.in §.opem.ff.de fur. & Ant. But.in c.5.in 2.col.de offi deleg.& sentit proxenetam, procuratores,& similes ad restitutionem vsurarum,quæ ad eos non peruenerūt in foro iudiciali non teneri, sed in foro quem vocat conscientiæ relatos Doctores intelligendos esse,pro qua opinione considerabam verba Accursii, ad quē oēs confugiunt in d l. si sciēte,qui ait.Nota argumentū contra proxenetas vt teneatur reddere vsuras ſm Ecclesiam,ac si ipsi accepissent,subiicit idem Decius.vel saltem dicendum vr̄, ꝙ prędicti in subsidium teneātur, ſm Ioannem Andr.Abb.& alios in d.c.Michael.Ego autem in casu indifficili subsisto, vt inquit Iurisconsultus in leg. si me & Titium.ff.si certum pet.& in l.seruum quoq;.ff. de procurator. vt tamen dicam quid sentiam,me Ioan.Andr.& aliorum sentētia,vt in subsidium teneantur propter æquitatē,quæ prima fronte se offerebat,valde mouit,non tamē ab his dissentio, qui proxe.procurato.& institu. insolidum cum principalibus ad vsurarum restitutionem teneri putant eo addito, vt vno soluente alius liberetur, quæ sententia sanè crebrior est, vt ex relatis auctoritatibus patet,& hæc opinio, cum crimen vsurarū adeo inualuerit,vt institores, procuratores & proxe. quasi iure permittente se in contractibus fœneratitiis intromittant,admittenda est,c.quia in omnibus. de vsur.& auaritiam tam improborū hominum compescendam,& vt à tam temerariis ausibus,qui vbique (vt cōis habet assertio)nimium excreuerunt,pœnæ formidine propensius compescantur,vt inquit summus Pontifex in clemen.fi.in fi.de pœnit. & remissio. & in ambiguis religionis quæstionibus tutius est animabus consulere,summa enim illa est ratio,quæ pro religione facit Accedat quod Vero.ait in tracta.de simula.cont.in 22.& sequen. præsumptione referendo Guil. de Mont.Lau.& Cardina.in clem.ex graui.§ cęterùm.in 3.q.vsurarii suos contractus per se nō celebrāt, sed per mediatores suos, & plerunq; illiciti contractus proxenetarum culpa contrahuntur,qui omnia velamenta excogitant,& partes ad illicitos contractus celebrandos inducunt. Propterea tu mercator caueas à dictis proxenetis tanquam à veneno pestifero,ex modico nanque lucro,quod ex contractibus consequi sperant,quærūt semper vnius contrahentium,& qñq; vtriusq; animam perdere, & alterius bona consumere, studentq; pignora per diuersorū manus transire, antequam ad fœneratores perueniant fraudis tegēdæ gratia.Hæc ille,qui malorum proxenetarum optimè depinxit mores.Pro qua etiam snīa succurrit tex.in c.j. de testi. lib.6. vbi Pontifex inquit,Mediatores per quos scelus symonię plerūque committitur:& reliqua.& ibi Geminia. scripsit in hæc verba nota,ꝙ † mediator ēt dicitur facere crimen, cuius perfectio
36 nis operam dedit,& hoc probat tex.ibi cōmittitur,& quia agentes & consentientes & c.de quo per gl.in c. j. de officio deleg. & subiicit,quod nota pro statutis imponentibus pœnam committentibus delictum, quod vr̄ includere ēt mediatores. hæc ille, quem refert eodem in loco Philip.Franc.& probat & citat c. sicut dignum.de homicid.& dr̄ symoniacus,si in spiritualibus recipit salarium,vt paulò superius diximus, citat ēt ad hanc sentētiam,quæ Innoc.& alii scripserunt in c.super eos.de vsur.& cap. non liceat Papæ 12 q.1.quem videas,& Anchar.in d.c.j. ac Ioā. Bernar.in Pract.crimi.Cano.c.si clericus proxeneta, considerabam, & ipse verba dicti capi. per quos scelus simoniæ plerunq; committitur,dictio enim,per.causam efficientem significat,de qua dictione in plerisq; locis hr̄,& præcipuè scripsit Bal.in Rub. de exer. Comprobo etiam hanc snīam singulari text. & ad articulum notando in l fi ff de proxene.In illis verbis, operula ista defuncti sunt, ſm expositionē à nobis in prima parte huius tractatus traditam. Ex qua transferenda sunt quæ ad hunc locum attinent,& verè proxeneta defungitur,quod explicari & finem negocio aliquo imponere,meritò si in cōtractibus vsurariis interuenit, vsurarius censeri debet, & æquæ ac principalis teneri, vt eos quos par facinus coinquinat,& æquat,vtriusq; similis pœna comitetur:vt eleganter inquit Imperator in l.si quenq̄ C.de episco & cleri.Et ex his patet rationem Alexandri,quæ fortissima videbatur,& cui Doctores non respondent, nō obstare, qñ proxenetæ delictum committere dñr, vt ipse Alex.in institoribus,& procuratoribus animaduertit, & consequenter † proxe-
37 netæ,qui in contractibus fœneratitiis interueniunt,cum censeā tur vsurarii, peccant mortaliter, & imponenda est eis pœna fori pœnitentialis.c.super eo.de vsur.quę pœna locum habet,etiam si restituantur vsurę.c.sicut dignum.de homic.& probat Geminianus in d.c.sicut non suo.

Item & proxeneticum,quod habuit in huiusmodi contractibus, pauperibus est erogandum: cum sit turpe lucrum extra de Iudæ.c.cum sit.14.q.5.ca.non sanè,vt idem Gem.vbi supra notauit, qui subiicit † si salarium esset receptū de vsura, & vsurarius
38 non habeat vnde satisfaciat:tunc dari debet creditoribus,c.cum tu.de vsur.Sed nos(vt diximus)eorum snīam veriorē putamus, qui proxenetam insolidum cum principali teneri opinantur, & ꝙ dicta num distinguendum sit,à quibus sit datum proxeneticum:vt si quidem à fœnerante.Geminia.snīa admittatur.i. pauperibus largiatur.Si verò totum, vel pars à debitore debitori sit restituendum,iuxta ea quæ leguntur,& iuris interpretes scribūt in c.cum sit.de iud.& in c.sicut dignum.in §.eos. de ho. & in ca. quia in omnibus.de vsur.

Sequitur etiam,ꝙ proxenetę huiusmodi:nec ad cōionem admittantur altaris,nec Christianam, si in hoc peccato permanserint,accipiāt sepulturam, sed nec oblationes eorum quisquam accipiat, iuxta cap. quia in omnibus.de vsu. Quæ idem Gemin. in relato loco probat.

Et illud etiam puto verum, & institorum & proxenetarum huiusmodi,nec confessionem audiri, nec testiū eorum valere, nec eos Ecclesiasticæ sepulturæ tradi posse,non restitutis vsuris, vel non præstita cautione,c.2.de vsur.lib.6.ex sententia Lapi in relata allegatione 93.licèt Gemin. in c.non semel citato, cōtra, sed quoniam ostendimus tales proxenetas vsurarios dici atque censeri,& insolidum ad restitutionem vsurarū teneri,Lapi sententiam probo, quæ admittenda, & notanda sunt compescendæ(vt diximus)improbitatis hoc genus hominum.

39 Illud etiam certi iuris est,fraudem † ciuilium munerū per tacitam fidem prædia traslata fisco vendicari, tantumq; alterum interdictæ rei proxenetam soluere cogēdum. l.ordine.§.in fraudem.ff.ad mun. secundum expositionem secūdo loco ab Acc. ibid.traditam,& vide l.pe.C.de rescin.vend.

40 Puniuntur † tanquam falsari proxene. qui in cōuentionibus & libris

Source : BIU Cujas

& libris falſum fecerint.l.i.§.qui rationibus.ff.de falſis,quod admittendum eſt,ſi libris, & ſcriptis eorum fides aliqua habeatur, vt eleganter notauit Bar.in eo.§.& Accurſius.in l.damus.in verbo priuatas.C.de fal.& Iaſ.in repetitio.l.admonendi.num. 108. ff.de iure.quem videas,& Marſil.in l.j.in § præterea. num. 15. ff. de ſic.Careat igitur liber proxenetæ cancellationibus,inductionibus,ac ſuperinductionibus, & omni deniq; ſuſpicione ſm ea quæ de libro mercatoris plura referendo ſcripſimus in ſecunda parte tract. noſtri de Mercatura,num.63.& quę in antecedenti parte huius tract diximus,ver.ſolent,nu.7.& quæ inferius dicemus in ſeq.par.ver.apud Berta.&c.

41 Delinquunt † autem proxenetę dolum & fraudem tot tantisq; modis admittendo:vt non ſolum ſcribere,verum excogitare ſit perdifficilè,& meritò quia falli contrahentes non oportet,viſum eſt iuriſconſultis improbitatem eorum doli actione coercendam,vt in d.l.2.ff.de proxene.facit l.j.ff.ſi mēſ.fal. mod. dixer.& præcipuè falluntur ac decipiuntur contrahentes à proxenetis in renunciationibus & computationibus, de quo vide Bar.in l.fi.ff.ſi menſor. fal.mod. dixe. Et plerunq; cum iam contractus inter aliquos in mundum retulerint,iidem acceptam ab alio pecunia interturbant, vel lucri maioris cauſa conditione meliore falsò demonſtrata, aut præter ſalarium ab alio aliquid accipientes negocia figunt atque refigunt. Solentq; præcipuè ſcientes aliquem facultatibus labi lucri cauſa idoneum affirmare,vt hac eadem parte dixi,verſi.Deniq;,nu. 16. Item mali proxenetæ delinquunt, vt ſuperius dixi verſi. ſolent 2. & præſertim referendo ver.ſub num.35.Delinquit etiam plerunq;, vt in ſeq. part.dicam verſi.ſolent Anconæ & c. nu. 14. Item fraudulenta conſilia plerunq; mercatoribus, & iam iam lapſuris facultatib. dant in necem creditorum,vt tationes maximè in fraudē creditorum tam in codicibus q̄ in aduerſariis intricent,intercidant, adulterent, & turbent, iuxta legem ſumma cum ratione ff. de pecul.l.quidam.ff.de in rem ver.& vide elegantem text.in l.j.in §.fi.ff.de ſer.corrup.& quæ plenius ſcripſi in tractatu de decoct. præſertim in tertia parte.Alia ſcelera conſulto,& breuitatis cauſa taceo : Illud ſolum adiiciam confugiendum eſſe in eorū ſceleribus præter titulos ordinarios de dolo in ff.& C. ad l.3. ff. de cri.ſtellion.& tit.ſi menſ.fal.mod.dix. ex quibus multa colliges.

42 Et † generaliter dicendum eſt,iidem pęnis proxenetas in delictis & in illicitis interuenientes puniendos eſſe quibus principales,& hos tm̄ caſus excipiendos eſſe, in quibus aliter lege expreſſe cautum apparet,vt in l.vni.in § pęnas.C.de rap.virgi.mouent me l.fi.ff de proxene.& c.primum de teſti.lib.6. vbi Geminianus & Philip.Franc.notarunt.Item rationes & quæ plenius hac eadem parte retuli.verſi.ſolent plerunq; &c. præſertim nu. 36.Et his addes quæ ſcripſit Bar.in l.is qui opem.ff.de fur.ſub nume.5.Dec.poſt alios in c.j.de off.deleg.nume.23.& ſequen. numeris,& præſertim in verſi.Quartò limitatur. Feli. in c. ſicut dignum.præcipue ſub num.6.de homicid. Sali.in d.l. raptores. & Mar.in pract.in §.conſtante.ſub num. 55.& quæ ſcripſi in tract. de decocto.in 2.parte vltimæ par.nume. 8.& ſeq. numeris.Pau. Girl.in tract.de pęnis omni coit.verſi.10.nunc eſt videndum,p totam quæſtionem,& maximè nume.20. Quibus adiiciendum eſt,quod Ludouic.Roman.in ſingu.ſuis ſcriptum reliquit. Is.n. ſing.22.proxeneta illicitorum contractuum &c. ait proxenetā illicitorum contractuum honore perſonæ,& dignitate, & officio priuari ſeu diſpoliari,citat c.non liceat Papæ.12.q.2.& addit, ſi laicus eſt,debet pęna excōicationis infringi. ſi clericus à proprio gradu deponi, cap. ſi quis epiſcopus. j. q.j.& ſubiicit id memoria tenendum eſſe tanquam quotidianum, refert ac probat Berthachi.in ſuo repertorio,in verbo proxeneta,in l.iuſtiſſimę in §.proponitur.in fi.ff.de ædil.edict.Sed illud huic rei annotandum eſt,relatos textus in ſingularibus caſibus loqui, id autē generaliter, & perpetuò verum eſſe non probo,& videbis Geminia.in d.c.non liceat.inquit enim in tertio notabili.Nota pęnam alienantis prędicta bona;quia deponitur,concordan.cap. Apoſtolicis.ſupra ea.& ſimiliter proxeneta, quod etiā animaduertit Io.Bern.in ſua pract.crim.cano. capite 51. clericus proxeneta quod ſi libet legito.

43 Cogendi † ſunt & proxenetæ libros, quos officii ratione cōfecerint partibus edere, & in quibus conuentiones ſcribunt. Aequū enim eſt:vt id quod mei cauſa confecit proxeneta,meū quodammodo inſtrumentum mihi edi.l.prætor ait.ff. de eden. officium enim proxenetæ quaſi publicam habet cauſam.Et hic principalis corū opera eſt, vt diligenter negocium conſcribāt. l.argentarius. ff. de edend. Et ex cōſuetudine quæ in Patria mea viget & ferè vbiq; libros habent proxenetæ, & conuentionum, vel expreſſe,vel tacitæ ratione conſuetudinis partibus mandantibus libros conficiunt. Vnde conuentiones ad cōtrahentes p̄tinere videntur, quaſi tractauerint ſeu ſcripſerint ipſis mandantibus.l.ſi quis ex argentariis.in §.pertinere.ff.codem de eden. & facit.l.quædam.eodem titu.vbi Bart.declarat,qūo petēda ſit editio.Item tex.in l.vel vniuerſorum.ff.de pignorat.act.l.Titianus. quod cum eod. l.fi.C.de fideiuſſ.& vide Bald.in l.j.in 3.col.C.de eden. vbi iuris interpretes plenius ſcribunt, & in c. j. de proba. præſertim Feli.& Dec.Soci.in tract.fal.fall.112.nume.11. Cardi. Ruy.in conſi.33 in 3.col.vol.4. Quia in hac cauſa &c. Quod admittendum eſt,vbi lege municipali,vel cōſuetudine libris proxenetarum aliqua fides habetur, & ſm ea quæ in ſeq.par.dicam verſi. Apud Bertach. vel vbi verſamur in caſibus enumeratis in eadem parte in ead.q. Ad proxeneta in negocio, in quo interuenit, poſſit eſſe teſtis. Edenda autē ſunt omnia ad partes pertinētia.Nec Proxeneta edere videtur,ſi totam conuentionem non edit. Edi ergo debet conuentio à capite. Nam conuentio niſi à capite inſpiciatur,intelligi non poteſt,ſed non totum contrahētibus codicem conuentionum totasq; membranas ſeu paginas inſpiciendi deſcribendiq; poteſtas fiat, ſed ea ſola cōuentio tractata inſpiciatur,& deſcribatur l j.§ edenda. lege argentarius §. 44 edi. autem.ff.de eden. Sed & ſi plures proxenetæ ſint † nihil em̄ prohibet plures in negocio interuenire, omnes ad editionem compellēdi ſunt. Quid enim ſi humilis, & deploratus vnus edit, vt dubitare quis merito de fide editionis poſſit? Oēs ergo edere debent,aut vnius editionis ſubſcribere l.ſi quis.§.cogētur.ff. eo.

Quarta pars quæſtionum.

SVMMARIVM.

1 *Dolus proxenetæ non reddit contractum ipſo iure nullum.*
2 *Dolus contrahentium ſi bonæ fidei contractui cauſam dedit, vitiat contractum,ſi modo circunuentus voluerit & petierit.*
3 *Dolum alterius alii obeſſe eſt iniquiſſimum.*

NVnc,vt in initio polliciti ſumus, ad quæſtiones trāſeamus,quæ(ni fallor)tractatum noſtrum vberiorem,& fertiliorem reddent. Diximus paulò ſuperius proxenetam de dolo teneri, commodiſſimè igitur quærit̄
1 primum.Num † dolus proxenetæ reddat contractum ipſo iure nullum : & quia alterius circunuentio alii non præbet actionē, vt in regula alterius. de regulis iuris, nullū reddere videbatur, quod & Accurſius in eadem Regula notauit,& Alber.in l.2. ff.
2 de proxene.Diuerſa tñ ſentētia obtinuit: † vt mediatoris dolus contractum non vitiet,ſed contrahentium ſi bonæ fidei contractus cauſam dedit,modo circunuentus voluerit, & petierit, vt declarat Ang.in l.ſi quis aliam §.ſed & ſi quis.ff.de ſolu. & Pau. Caſtr.in conſi.295.Si dicta pignora.col.j.lib.2.& probat alios referendo And.Tiraquel.in l.ſi vnquam C.de reuocan. donatio. in verbo Reuertatur,num.16.& Iaſ.in §. Actionum. nume. 41.
3 & ſequen.inſti.de actio.Iniquiſſimum † enim eſt,dolus alterius alii obeſſe,l.ſi procurator.ff.de doli exceptione,l.iniquiſſimum. ff.de iur.& facti ignorāt.l.in ſumma in §.emptor. ff. de peculio, & notauit Accur.in l.eleganter.ff.de dolo, vbi Bart. Bal. & Raphael probant,& Iaſ. vbi ſupra num. 44. & idem Accurſius notat in l.2.quę eſt vltima in ver.ſi dolo.C.de fideiuſſ.tuto.De dolo tamen contra proxenetam agi poſſe nemo negat,vt no.in d. l.eleganter,& ſcripſit Alber.in citata regula alterius. in qua pone ſeu finge caſum,vt Decius ibidem ſcripſit,& Hiero Cagno. non improbat eodē in loco,& his addes l.2. ff. de proxe. & quæ in ſuperioribus diximus,& ſequenti quæſtione dicemus.

SVMMARIVM.

1 *Emptor an teneatur ex dolo commiſſo à proxeneta.*
2 *Dolus ſi fuit commiſſus per proxenetam,& emptorem,& dedit cauſam cōtractui,prius emptor conueniendus eſt de dolo, & in ſubſidium Proxeneta tenetur.*
3 *Dolus qui dedit cauſam contractui,& fuit commiſſus per proxenetam tantùm,& emptor non fuit particeps,contra proxenetam prius agitur,& eo non exiſtente ſoluendo contra emptorem.*
4 *Dolo proprio uti quis lucrum facere non debet, ita ex alieno dolo lucrari non debet.*
5 *Compromiſſum ſi factum ſit in arbitrium ſeu arbitratorem, & conuenit ſtare laudo ſiue æquo,ſiue iniquo,& ſi dolus arbitri arguatur,quòd cōtra cōpromittentem agi de reductione non poſſit, ſed contra arbitrum,uel arbitratorem agendum ſit de dolo ſuo,niſi in ſubſidium.*
6 *Emptor an ex clauſula, ſi qua mihi iuſta cauſa, propter dolum proxenetæ teneatur reſtituto pretio ad rem uenditam reddendam.*
7 *Actio quod metus cauſa in rem ſcripta eſt,& ideo non quæritur,an is qui cōueniatur an alius metum fecerit,*
8 *Dolus ſi incidit in contractum, purgatur per actionem ex eo contractu deſcendentem, & ideo proxeneta, qui interuenit, non poteſt conueniri niſi in ſubſidium.*
9 *Dolus dicitur dare cauſam contractui, quando non erat aliàs contracturus, niſi dolo feret inductus ad contrahendum. Incidit in contractum, quando aliàs erat contracturus,ſed deceptus fuit in pretio,uel ſimilibus.*

1 INcurrit hic illa quæſtio, an † ex dolo commiſſo à proxeneta emptor venditori teneatur,quam plenius Pyleum diſputaſſe Albericus refert in l.2.ff.de proxenet. in quæſtionibus ſuis q.38.In qua re cum Pyleum nunquam legiſſem, neque ab eo ſcripta relata vidiſſem,forte fortuna (vt inter amicos) in ſermones

Source : BIU Cujas

ſermones incidi cum Iuriſconſultiſſimo viro: & mei amiciſſimo Vincentio Portico Lucenſi, is enim antiquitatis amicus verum iuris interpretum, & nomina, & ſcripta ſtudet reſurgere, & Chiriacum ciuem meum imitatur, qui cum totam Europam partemq; Aſiæ, & Affricæ peragraſſet deſcribendarū atq; effingēdarum antiquitatum cauſam, interrogareturq;, quid nā ageret, quidve conſilij eſſet. Do (inquit) operam, vt mortui reuiuiſcant, & qui ex Pylei quæſtionibus quas in antiquis membranis habet, & imprimendas vigilat, quæſtionē hanc bona fide deſcriptam manu propria, vt noſtri dicunt, & rectius manu ſua tranſmiſit, quam placet (vt ſcripſit) ad verbum referre.

Quæſtio Pylei. XXVIII.

2 QVæritur, vtrum † teneatur emptor venditori nomine doli commiſſi à mediatore. Proponitur actio ex vendito, ꝙ teneatur, ſi quidem talis emptor ex dolo minoris, ergo ex dolo mediatoris, vt ff. ſi menſ. fal. mod. dixer. l. 3. §. j. Pone nemo debet cum iactura locupletari aliena, ergo nec emptor à iactura venditoris, arg. ff. de iur. do. l. mater. Item maximè cum dolus alterius alteri non prodeſſe, vel obeſſe debeat, vt ff. depoſit. l. ſi quis inficiatus. in fi. & ff. pro ſuo. ſi Ancillam. & ff. de acq. rer. do. Pompo. Item quia nil intereſſe debet à quo dolus commiſſus ſit in hac venditione, ſed an ſit commiſſus, vt ff. quod met. cau. l. ſi cum exceptione. §. in hac. Nam & aliàs non intereſt, quis commiſſerit, nimirum licèt aliàs dari nō deberet, datur tñ: quia ex dolo aliquid ad eum peruenit. arg. ff. qñ ex fact. tut. l. dolus. & in hæredem. ff. quod vi aut clam. Item alia ratione emptor conuenitur fortiori. ſ. quia tunc dolo vī facere, cum ſciens dolo acquiſitum mediatoris nō reſtituit, licèt nihil ab initio dolo fecerit, arg. ff. de acq. rer. dom. Pompo. ff. depo. ſi quis inficiatus. & ff. pro ſuo. ſi ancillam. pone nihil intereſſe, vtrum ab initio fuerit conſcius, & doli particeps, an poſtea, vt ff. de tribu. l. illud. §. j. de petit. hære. ſed & ſi. §. de eo. quapropter ex dolo ſuo potius committitur q̄ alterius, eſt quoq; ratio fortior, quæ ad condemnationis laqueum emptorem adducit. Itē quia dolum mediatoris ſuo quoq; nomine commiſſum ratum habere conuincitur, quando ſciens doloſè factum non reſcindit, immo defendit, arg. eſt de admini. tut. l. vlt. C. de impen. ſine. & C. ad Maced. ſi filius. quamobrem quod ab initio fieri mandaſſet exigit, vt ff. de vi & vi arm. l. j. §. quoties. & l. idem eſt. & ff. quod quiſque iu. l. 3. §. j.

Quod non teneatur hoc modo vī probari: quia ſi quis velit aliquem propter dolum cōuenire, probare debet de dolo eius quem conuenerit factum, vt ff. de doli excep. l. 2. & C. de reſcin. ven. l. dolus, Nempe ad emptorem conueniendū non dolus vel ſcientia mediatoris, ſed ipſius ſpectatur, vt ff. de lib. cau. in ſeruo. & ff. de tab. exhib. ſi ſint. & non procurator minorum 3. pro te allegaſti. dicit emptor, delicta ſuos debent tenere auctores, nec alter pro delicto alterius debet plecti, vel inquietari: vt C. de pę. ſancimus. & C. ne vxor pro mar. l. j. Item cum habes quem poſſis cōuenire de dolo ſine me poſſeſſore conuenire non debes, arg. de doli except. l. & eleg. §. j. & ff. de eo per quem fac. ex hoc. Nempe licèt tu deceptus ſis, ſi modice, me conuenire non poteris; licet enim contrahentibus ſe inùcem circunuenire naturaliter, vt ff. de min. l. in cauſæ. §. vlt. & §. Pomponius.

Solutio.

IN primis poteſt diſtingui, vtrū emptoris dolus latuerit mediatorem, an certus fuerit, in primo caſu abſoluitur, in 2. arguitur, vt ff. de noxa. act. l. 2. Item aliter refert. vtrum ex dolo Mediatoris aliquid peruenerit ad emptorem. An non, vt ſi peruenerit, in id damnetur, ſi non abſoluatur, arg. de trib. l. 3. & ff. de dol. excep. l. 4. & ff. quod met. cau. quod diximus, ſed & aliter poteſt diſtingui. ſ. vtrum mediator qui dolū adhibuit ſit ſoluendo. An non, ſi ſoluendo, non teneatur emptor, ſi non, tenea tur, arg. ff. mand. ſi procurat. de inſti. l. j. & 2. & C. ſi vend. pig. ag. l. j. & 3. Item adhuc poteſt intereſſe, qui mediatorem adhibuerit, vtrum emptor, an venditor, an vterq; vel neuter, ſed ex caſu aduenerit, ſi emptor, cōuenitur omnino, ſiue ad eum peruenerit, ſiue non: duntamen abſit aliquid venditori: quia imprudenter elegit, argu. ff. de nego. geſt. at qui natura. §. vlt. & ff. ad l. aqui. l. ſi ſeruus. §. ſi furnum. & ff. de cuſto. reo. l. nō eſt. ff. ſi men. fal. mod. dix. l. 2. ſi venditor, omnino non teneatur emptor: quia ſibi debet imputare vēditor, ꝙ talem adhibuerit, niſi emptor dolo participatus fuerit, niſi forte in ſubſidium. ſ. cum mediator non eſt ſoluendo, & aliquid ad emptorem peruenit: vt ff. commo. eum qui. Si verò vterq;, vel neuter lucrum ab emptore extorqueret. ff. de præſcrip. ver. l. gratuitā. §. j. Hæc Pyleus in ſupraſcripta verba, qui docte quidem & breuiter ſcripſit more veterum iuris interpretum, ſed qñ in ſolutio quæſtionis aliquantiſper vagari videbatur, nec in omnibus eius diſtinctionibus acquieſcendum eſſe. Mihi non improbe & forſan ex mente legum diſtinguendum vt ſequitur viſum eſt. Aut dolus fuit admiſſus per proxenetam & emptorem, interuenitq; in hoc ipſo, vt venderet, ideſt contractui cauſam dedit, & emptor tenetur, priuſq; emptor cōueniēdus eſt: quoniam ad eum negocium principaliter ſpectat, & in ſubſidium, ſi emptor ſcilicet ſoluendo non ſit, contra proxenetam agi poterit l. & eleganter. vbi Bar. ſub nume. 2. ff. de dolo, citat in argumen. in ea. l. §. ſi quadrupes. & § ſi dolum † ſi verò dolus, qui cauſam contractui dedit, per proxenetam tñ admiſſus fuit, emptorq; non, contra Proxenetam agendum erit, vt in antecedenti parte dixi. Planè ſi proxeneta ſoluendo non ſit, contra emptorem agi poterit, qui ex dolo lucrū ſenſit † ne propter dolum alienum lucrum faciat, & venditor damno affi ciatur l. fi. §. j. ff. de eo per quem factum erit & facit in arg. l. ſi procurator. ff. mand. l. dolus. ff qñ ex facto tut. ff. de inſtit. l. j. & 2. Idq; ſenſiſſe vī Alber. in d. l. eleganter. ſub nume. 10. & ſicut ex dolo & circunuentione propria nihil conſequi quiſquam debet. l. fi. cum Gl. ff. de dolo, malitia enim ſua vllis lucroſa eſſe non debet l. j. ff. de dolo, ita ex dolo & circunuentione aliena lucrum quis facere non debet. Et hæc ſententia confirmatur ex his, quæ Rapha. Fulg. ſcripſit in l. ſi duobus. & in l. ſi menſor ff. ſi menſor fal. mo. dix. Illic enim ita ſcriptum eſt, ſed mihi vī facere hęc Gl. mirabiliter ad quotidianas quæſtiones † vt ſi factū ſit compromiſſum in arbitrum ſeu arbitratorem, & conuenit ſtare ſententiæ ſeu laudo ſiue æquo ſiue iniquo non proſit, qui ſe dicit læſum contra ſecum compromittētem de reductione, etiam ſi dolus arbitri arguatur, agere, ſed debeat tñ contra arbitratorē vel arbitrum ex dolo ſuo actionem inſtituere, hæc nanque actio dolum dū taxat menſoris coercet, ſupra eod. l. j. §. hæc actio, de qua re nunc tractare hoc loco non conuenit, ſed Doctores tradiderunt. C. de Arb. l. j. & de cont. empt. l. fi. vbi Bal. & per Bart. ff. pro ſocio. l. ſi ſocietatem. ver. Arbitrorum, nec allegatur hæc glo. & per Canoniſtas de iureiur. c. quintauallis. æquum tñ videtur. glo ſam iſtam, etiam ſi vera ſit, limitari, niſi in ſubſidium: cum arbiter, vel arbitrator non foret ſoluendo: tūc enim aduerſus eum, qui ex alieno dolo lucrum cū alterius detrimento ſentiret, ſuccurrendum foret, vt ſupra de eo per quem fact. erit l. ſi. in princ. ſpeciali tñ nota dignum eſt ꝙ prius oporteat arbitrum excuti: Hactenus ille in ſupraſcripta verba, quem placuit ad verbum referre confirmandæ ſententiæ noſtræ gratia, nec aliter de relata quæſtione Raphaelis differere, & cōſiderāda ſunt Accurſii verba à Raphaele relata, & his illud eſt adiiciēdū, ꝙ idem Raphael in dictam l. & eleganter. tentauit in hac eadē facti ſpecie ipſum
6 emptorē † ex clauſula ſi qua mihi iuſta cauſa &c. reſtituto pretio ad reddendum rem venditam teneri, quod non inſubtiliter quibuſdam rationibus conatur probare, quem legito, cuius ſententiæ aduerſantur p̄dicta. & l. iniquiſſimum. ff. de iu. & fac. igno. ac aliæ in ſuperiori quæſtione relatæ, cuius emptori ex ipſa emptione ſine fraude ſua ſit acquiſitum. Non negat tamen idē Rapha. à frequentioribus receptū vt ſupra. Eſt & aliud huic rei annotandum, ꝙ relatæ diſtinctionis non refragatur l. ſi cum exceptione. in §. in hac. citata à Pyleo, vbi legitur in illa exceptione non quæri, vtrum is qui conuenitur an alius metum fecerit, ſufficere enim hoc docere, metum eſſe illatum. Nam actio quod metus cauſa in rem ſcripta eſt: vt inquit Iuriſconſultus in l. metum. in § fi. ff. eo. tit. quod met. cau. de quo vide quid Emil. Ferr. ſenſerit opin. lib. 3. c. 20. Ideo metus vnius nocet oībus, ad quos commodum peruenit ex metu, ſed actio de dolo perſonalis eſt meritò perſonam committentem dolum non egreditur, & ita reſpondet Bar. in d. l. & eleganter. in fi. primæ col. & ſeq. & his addes quæ ſcripſit Dec. in conſi. 42. nu. 6. & Aym. in conſi. 120. confirmando opinionem &c. Et in conſi. 252. Reſponſiones ad dubia &c. quem ſi libet legito, vagatur ēnim contra morem ſuum
7 pauliſper. Sed vt vnde diuerteram redeam, ſi † verò dolus incidit in contractum: quia purgatur per actionem deſcendentem ex eo contractu, impedit oriri actionem de dolo, quæ datur, ſi alia actio non ſit l. j. & d. l. & eleganter. ff. de dolo. Ideo proxeneta, ad quem negocium principaliter non ſpectat, nō poterit cō ueniri nec ex contractu: quia non contraxit, nec ex dolo: quia alia competit. Idq; ſenſiſſe videtur Bar. in eadem l. & elegāter. col. 2. qui ſubiicit, niſi forte in ſubſidiū, vt ſupra l. proxima & ea. l. §. ſi quadruplex. quod & memoria tenendum inquit, & ꝙ ſubdubitans dixit Bar. clare meo quidē iudicio probatur in l. ſi duobus. in §. j. ff. ſi men. fal. mod. dix. Verba autem iuriſcō. talia ſunt. Si emptor plus dederit venditori propter renunciationem; qa condicere poteſt, quod plus dederit, agi cum menſore non poſſe. Nihil enim emptoris intereſt, cum poſſit condicere, niſi ſoluendo venditor non fuerit: tunc enim menſor tenebitur, ſed ſi venditor maiorem modum tradiderit fraudatus à menſore, cō ſequenter dicit Pompo. non eſſe actione aduerſus menſorem: quia eſt ex vendito actio aduerſus emptorē, niſi & hic emptor ſoluendo non ſit. Hactenus iuriſc. clare ergo probatur, ſi dolus in contractum incidit, actionem ex eo contractu purgari, & ſi emptor ſoluendo non ſit, contra proxenetam, qui fraudem cō miſit, agendum eſſe, & notandum eſt: quia variis & diuerſis modis plerunq; cōtingit fraudulenta renunciatione atq; ſuaſione proxenetæ emptorem integrum pretium non ſoluere. Soluit nanq; pretiū perſæpe, & in numerata pecunia, & mercibus, valore earundem certis modis conſtituto. Et qñ meminimus de dolo dante cauſam contractui, & de dolo qui incidit in contractum, placet adiicere, quod Alb. declarando inquit in d. l. & eleganter.

Source : BIU Cujas

9 ganter. num. 7. Dolus † ait dat cauſam contractui, qñ non erat aliàs contracturus, niſi dolo foret inductus ad contrahendum, incidit autem in contractum, quando aliàs erat contracturus, ſed deceptus fuit in pretio, vel ſimilibus dolo malo. Et circa alia ad materiam propoſitam pertinentia confugiendum eſt ad dictam leg. & eleganter, & ſcripta à Doctoribus ibidem, & in dolo ſtipulatoris ad l. ſi quis cum aliter. ff. de verb. obl. In dolo verò promiſſoris ad l. ſi id quod aurũ eo. tit. & commentarios Doctorum in citatis legibus, & in §. actionum. inſti. de act.

SVMMARIVM.

1 *Proxeneta matrimonij ſi dixit, mulierem formoſam nullumq́, animi vitium habere ſi reperiatur deformis, vel animi vitia appareant, an teneatur de dolo? Matrimonium enim ſeparari nequit.*

2 *Proxeneta in dubio præſumitur in dolo, & hoc genus hominum in mẽdacio.*

3 *Matrimonium ſi contraxi cum Berta: quia eius pater animo non ſeruandi aſſeuerauit eam hæredem inſtituturum cum alijs filiabus, ſi non fecit, matrimonium non vitiatur, & mihi qui credidi non eſt aliter conſultum.*

4 *Matrimonium non eſt nullum ſi dolus dedit cauſam.*

DIximus in ſecunda parte, verſi. & conſequenter, num. 15. & in matrimoniis contrahendis & poſſe & ſolere proxenetas interuenire, vnde quæritur apud Ver. in l. j. in §. aiunt ædiles. num. 26. ff. de ædil. edic. proxene-
1 ta † vt ad matrimonium contrahendum Sempronium cũ Berta indiceret, dixit Bertam egregia forma eſſe, integra ętate, colorem verum, corpus ſolidum, & ſucci plenum habere, nullumq; morbum in corpore, aut animi vitium, deinde, vel animi vitia apparuere, vel deformis reperta eſt, an teneatur proxeneta, matrimonium enim ſeparari non poſſe, certi iuris eſt propter huiuſmodi (vt ait) errores: quos enim Deus coniunxit, homo non ſeparet. 29. q. j §. j. & notat Io. And. in ſumma quarti libri, in c. impedimenta. in § fortunæ, & ait. vr̃ teneri, certiorem nanq; facere debebat quid morbi vitiive in Berta eſſet l. j. in princ. eo. tit. ff. de ædil. edic. & non ad temerariam aſſertionem deuenire, pro qua ſententia citat textum in l. iuſtiſſimè. §. j. ff. eo. Contra ſubdit facere l. 2. ff. de proxe. vbi dr̃, ſi proxeneta rem laudet, non tenetur, putat igitur diſtinguendum. An proxeneta dolo caruerit, & nõ teneatur, aut dolum & calliditatem admiſerit, & actione de dolo teneatur, d. l. 2. in fi. vbi caſus, & probatur in d. l. & eleganter. in fi. cum l. ſeq. ff. de dolo, cum ſimilibus citatis ab Accurſio in
2 d. l. 2. in fi. & addit † in re dubia præſumẽdum in dolo fuiſſe, huiuſmodi nanq; genus hominum mendax, citat dictam l. iuſtiſſimè. in §. j. ego autem in propoſita quæſtione diſtinguendum & reſpondendum ſentio vt ſupra in tertia parte dixi verſi. deniq;, num. 7. & ſequentibus numeris, & illinc aſſumes, quæ ad hanc quæſtionem pertinẽt: Sed & addes, quod in quotidiana quęſtione inquit Bal. in l. cum Archimedoram. num. 10. & ſeq. C. vt in
3 poſſes. l. ſi † Titius non animo ſeruandi ſe filiam hæredem inſtituturum vna cum aliis filiabus aſſeuerauit, meq; hoc modo ad contrahendum matrimonium cum ea induxit, ſi non fecit, matrimonium non vitiari. An autem mihi aliquo remedio conſuli poſſit, tandem verius eſſe ait, me ſtultum, qui ita contraxerim, & mihi imputandum, pari ratione & forſan fortiori aſcribẽdũ culpæ eſt ei, qui proxenetæ laudanti fidem habuerit, horum eñ ingenium ad mendacia procliue eſt. Et hoc admonendi gratia placuit annotaſſe, nõ autem q̃ ea quæ in tertia parte dixi immutanda cenſuerim. Deniq; relatam Veronenſis ſentẽtiam annotatam & non improbatam legi apud commentarios laſo. in §. actionum. ſub num. 44. lit. A. Inſti. de act. In quo loco & ſub nu
4 me. 37. Idẽ laſ. ſcripſit, ſi † dolus dederit cauſam matrimonio, matrimonium non eſſe nullum, de quo Accur in l. à Diuo Pio. ff. de ritu nup. Gl. & Doctores in c. cum dilectus. quòd met. cau. & in c. cum dilecti. de empt. & vend. notauit Abb ſub num. 7. & apud eum etiam legitur, & adde bonum rex. 29. q. j. circa princ. Nico. Euer. in libello qui inſcribitur, centum modi arg. loco 33. A matrimonio carnali ad ſpirituale.

SVMMARIVM.

1 *Emptori an ſit reſtituenda pecunia, quam in proxenetis erogauit, ſi res vendita redhibetur.*

2 *Proxenetæ ſi decem dedi, vt equum mihi vendi procuraret: & operula ſua fuerit uenditus ſi tanquam morboſus aut vitioſus fuerit redditus, nõ poſſum repetere decem quæ proxenetæ, niſi in dolo fuerit proxeneta,*

1 ITtem quæritur † ſi res vendita redhibetur, num emptori reſtituenda ſit pecunia, quam in proxenetis erogauit? Et frequentioribus placuit, ſiquidem ſponte dedit emptor, à vẽditore non recipiat. Si verò ex voluntate venditoris dederit recipiat. Cum enim ex partium voluntate proxeneta interuenit, & proxeneticum ſoluitur, æquitas ſuggerit, cum res vendita redhibetur reddi, idq; ſenſit Accur. in l. debet. ff. de ædil. edi. & in l. illud. in §. condemnatio. eo. titu. & Iuriſconſul. ſenſiſſe vr̃, dum inquit. Debet autem recipere pecuniam, quam dedit, vel ſi quid acceſſionis nomine dederit, dari autem non id ſolum accipimus, quod numeratur venditori pretium & vſuras eius, ſed & ſi quid emptionis cauſam erogatum eſt, hoc autem ita demũ deducitur, ſi ex voluntate venditoris datur, cæterum ſi quid ſua ſponte datum eſſe proponatur, non imputabitur; neq; enim debet quod quis ſuo arbitrio dedit à venditore exigere. In qua l. Accur. in verbo erogatum, exponendo inquit, ideſt mediatori; quia forte venditor dixit emptori, non tibi vendam niſi per talem hominem. Tu enim da de tuo, & ipſe nos conueniet, & in eo. loco Bar. in propoſita quæſtione ait, aut ſponte emptor dedit, & non repetit, aut ex neceſſitate, & repetit, neceſſariò, autem debetur proxeneticum: cum ex partium volũtate proxe. in emptione interuenit, & Accur. ſententiam, & Ang. & Odof. ab eo relatus, & Vero. in eadem lege probarunt, & commendat Acc. Bal. ibidem, nec moueat, q̃ Ang. Ar. in §. duplum. col. pen. verſi. & dr̃ redhibitoria & c. inſtit. de act. ſimpliciter ſcripſerit, emptorem recuperare id quod datum eſt proxe. vt animaduertit And. Tiraq. in com. de vtroq; ret. §. 29. gl. 4. nu. 10. is enim citat legem ædiles etiam. in §. fi. cum l. ſeq. & in l. debet. quæ ſequitur, à iuriſc. fit relata diſtinctio, aut emptor ſponte dedit, aut ex voluntate venditoris dedit, vnde ſequitur Ang. Aret. ſecundùm relatam diſtinctionem ſenſiſſe, iuris nanq; interpretes intelliguntur ſm iura ab eis citata l. non ſolùm §. liberationis verba. ff. die lib. leg. vbi Bart. & ſanè relata diſtinctio rationabilis eſt, nec hæc hinc omittendum quod Mar. Fanen. inquit in l. j. ff. de condi. cau. dat
2 is enim arg. illius legis in fi. (vt Albericus refert) putabat, ſi † cũ quendam equum velle emere proxenetæ decem dedi, vt mihi eundem equum vendi procuraret, & opera ſua fuerit venditus, ſi vitioſus, ſeu morboſus eſt equus, & propterea redhibitus decem, quæ proxenetæ dedi me poſſe repetere, quod verũ non eſſe ex prædictis liquet: id enim quod proxenetæ datum eſt proptes operulam ſuã & miniſterium adhibitum repeti nequit, qđ & Iaſ. eodẽ in loco animaduertit, plane ſi proxenetæ dolus interueniſſet ſm ea quæ in antecedenti parte diximus actione de dolo poſſem recuperare, & hoc caſu Mar. Fan. & Alb ſententia admittenda eſſet, & his adde q̃ dixi paulo ſuperius ver. incurrit.

SVMMARIVM.

1 *Conſanguineus vigore legis municipalis vel conſuetudinis retrahens rem vẽditam, quid de proxenetico.*

1 COnſanguineus † ſi vegore legis municipalis aut cõſuetudinis retrahit rem vẽditam, num teneatur reſtituere emptori quod in proxenetis erogauit.

Incurrit hic ſimilis quæſtio, in plerisq; locis conſanguineus intra certum tempus ius habet retrahendi ſeu reuocandi rem vẽditam, Num quod ab emptore proxenetis datum eſt, reſtituendum ſit à conſanguineo retrahente, & ex his quæ proximè diximus reſpondendũ videtur: ſcilicet ſi voluntate & cõſenſu venditoris emptor proxenetæ dederit reſtituatur tanquã pars pretii: id enim emptionis cauſa erogauit, cõtra verò ſi ſpõte dederit d. l. debent. & hanc quæſtionem And. Tiraq. inter recentiores non leuis iuris interpres tractauit in relato loco ſub num. 8. referendo Ang. Are. qui abſq; diſtinctione reſtituẽdum innuiſſe videbatur, ſed Angelum (vt diximus) ſecundum relatã diſtinctionem ſenſiſſe credendum eſt, & his addes quæ in calce ſequentis quæſtionis dicam.

SVMMARIVM.

1 *Statutum dicens de pretio rei venditæ gabellam ſolui, quomodo intelligatur.*

1 STatutum † dicens de pretio rei venditæ gabellã ſolui, q̃ intelligatur deducto eo quod in proxenetis eſt erogatum.

Res tanti videtur vendita, quanti apud venditorẽ remanet.

SVMMARIVM.

1 *Lege municipali cauetur, de pretio rei venditæ gabella ſoluatur ſex denariorum pro libra, quod intelligatur pretium.*

1 QVæro † lege municipali cauetur, de pretio rei venditæ gabella ſoluatur ſex denariorum pro libra ſi centum quis rem vendiderit, vendicationis tamẽ cauſa viginti erogauerit in proxenetis & proclamationibus, nũ deducendum ſit quod eſt impenſum, ita vt pro octuaginta tantum non autem cẽtum ſoluatur vectigal. Bar. in l. ſed ſi hoc in §. quidam. ff. de condi. & demonſt. putabat & rectè referre quomodo legis verba concepta ſint: & ſi quidem lex in hæc verba ſe habeat. vectigal ſolui de pretio recepto à venditore, pretium intelligi non id quod ab emptore datum eſt, ſed quod apud vẽditorem remanet, & cõſequẽter deducto pxenetico pro octuaginta tñ ſoluetur. Idem viris eſt, ſi ſimpliciter caueatur, gabellã ſolui pro pretio rei: pretium enim intelligitur deducto eo quod explicandæ venditionis cauſa eſt erogatum. C. de iu. deli. l. ſcimus. §. in computatione. ff. ad l. fa. l. quãtitas. Si uerò uerba legis ſe habent, gabellam ſolui pro pretio, quo quis uendidiſſet, contra: hoc enim caſu pro toto pretio ſoluẽdum eſt, uerũ eſt enim centum uendidiſſe, idem eſt, ſi verba legis ita ſcripta ſint pro p̃tio quo res ſit uendita eadem ratione, & hanc Bart. ſententiam eodem in loco Pau. Caſt. probat, & eorum quæ ante diximus illa ratio redditur, quia tanti res uidetur uendita quanti apud uẽditorem remanſerit, & conſequenter deductis expenſis in proxenetis,

Source : BIU Cujas

xenetis, & proclamationibus, & ideo ſenſit etiam Accur.in l. p diuerſas.C.manda.in gl.fi.circa medium, & ſnīam Bart. probat Alex.in l.non amplius.ff.de leg.j.vbi reſpondet legi ad veterani. in §.j.ff.ad l.falc.& probat Bertach in tract.de gabel. in 3.memb. octauæ partis prin.num.45.& Iaſ.in l.fructus.ff.ſol.mat. col.vlt. & idem Iaſ in l.pen.§.fi.nu 6.ff.de iuriſd.om. iud.& in eadē opinione fuerunt & Alex.Fran.Ripa in l.vbi pure.in §.fi.ff.ad ſenatuſc.Trebel.& Imo.ſibi parum conſtans in conſi.139.Præfatus Symus.num.j.& patet ex his quæ ſcripſit in citato §.quidam.hęc improbat And.Tiraq.in commen.de vtroq; retract.§.15. num. 5.& in §.29.gl.4. nu.9. Verùm diſtinctioni in ſuperiori quæſtione factæ aduerſari eidem videbatur in loco inferiori relato.Sed (ni fallor) non refragatur:tum quia ex ſententia Bar.verba legis municipalis conſideranda ſunt;tū quia vt eo in loco quod emptor in proxeneticis erogauit,ex voluntate venditoris tanquam pretii partem à conſanguineo retrahente recuperat,ita hic venditor vectigal de pretio ſoluit, quod deducto ꝓxenetico intelligitur.Et cū ſpōte ſoluit emptor,ſuę imprudentiæ,ac damno verti debet, potuit nanq; præuidere à cōſanguineo rem venditam retrahi ſeu reuocari,argumento.l.ſi putator. ff.ad legem Aquil. & eius quod ſcripſi in tract.de naut.part.3.num.26.& facit regula damnum.de reg.iur.in 6. Addo relatos Doctores intelligendos eſſe,ſi venditor proxeneticum ſoluerit proxenetæ, qui miniſterium in venditione accommodauerit,& verè operula ſua defunctus ſit,& conſequēter proxeneticum debeatur, & ita vt omnis abſit fraus, non autem in eo qui miniſterium verè non præſtiterit.

SVMMARIVM.

1 *Pretio eſt imputandum, quod traditum eſt ab emptore mediatoribus volente venditore, contra ſi ſponte emptor tradiderit, et declaratur lex 2.C.de reſcind.vendi.*

NEc longe abeſt quod Pe.Iac. ſcripſit in tit. de act.ex vē. qñ venditor eſt deceptus, & col.3. ver.eſt notandum &c.vbi loquens in caſu l.2.C.de reſc. ven. inquit, im-
1 putandum † eſſe pretio quod traditū eſt ab emptore mediatoribus volente vēditore, contra verò ſi ſponte emptor tradiderit d.l.debet, & refert And. Tiraq. vbi ſup.& ꝓbabile ex præmiſſis mihi etiam videtur & notandum.

SVMMARIVM.

1 *Expenſæ factæ in vendendis rebus hæreditarijs tanquam æs alienum deducū tur, veluti in proxeneticis & ſubhaſtationibus.*

2 *Quantitas patrimonij æſtimatur deducto eo quod explicandarum venditionum cauſa impenditur.*

NEc diſſimile eſt,quod ſcripſit Bart.in l. fi. §. in compu-
1 tatione.num.3.C. de iure deliber. expenſas † neceſſarias in vendendis rebus hæreditariis tanquam æs alienum deduci, veluti expenſæ factæ in ſubhaſtationib.
2 in proxenetis in alliciendo emptores. Quantitas † enim patrimonii deducto etiam eo quicquid explicandarum venditionū cauſa impenditur æſtimatur.l.quantitas.ff.ad legem falc.vbi Bar. & Ang.in proxeneticis idem notarunt,& vide eūdem in l.quoties.eo.tit.& l.vbi pure.in §.fi.ff.ad Senatuſc. Treb. vbi & Franc. Ripa Bar.ſententiam probat.

SVMMARIVM.

1 *Emptor qui interueniente proxeneta emit non impeditur agere redhibitoria.*

1 ET illud in dubium venit † num emptor qui interueniē te proxeneta emit poſſit agere redhibitoria.& quidam negabant moti leg. i. in §. ſi intelligatur. ff. de ædil.edi. Alber. autem in l. 2. ff. de proxe. contra, nam emptor agit,ſi deceptus eſt,etiam ſi mēlor inteueniat. ff. ſi mē. fal.mod. dixe.l.ſi duobus.§.j.quæ ſententia ſanè rationabilis eſt,& ex mē te Doctorum,& his addes quæ proximè diximus ver.item quæritur.per totam q.

SVMMARIVM.

1 *Proxenetis duobus in negocio à partibus electis & non conuenientibus de tertij electione non eſt tractandum.*

1 DE illo etiam rectè dubitari poteſt † an duobus proxenetis in negocio à contrahentibus electis & non cōuenientibus iudex tertium eligat. & certi iuris eſt in proxenetis de electione tractandum non eſſe,vt inquit Bal.in c.j.propè finē,de inueſti.in mar.fac.quem refert,& ꝓbat Alex.apud Bar.in l.ſi ſocietatem.in §.arbitrorum.ſub num. 22.in additione magna,litera A.circa finem.ff.pro ſocio.Refert etiam Abb.in capit.ſuſpitionis.num.ſexto,de offic. delega. proxenetæ nanq; interueniunt:vt experiantur, num eorum conſilio,operula, auctoritate partes poſſint componere. l. ſi de meis. in §.recepiſſe.ff.de arbi. aliàs initium eſt. idem Pomponius ſcribit,ſi de meis.

SVMMARIVM.

1 *Maritus ſine mandato, vel cum procuratoris mandato non tamen nuncij, nuncij & non procuratoris verba concipiens, verbi gratia, vendis vxori meæ abſenti, nec ſibi, nec vxori actionem quærit.*

2 *Procurator in perſona ſua concipit verba, nuncius verò in perſona domini, & ſeq.nu.vide.*

3 *Ratificari non poteſt factum falſi nuncii, & de ratione inſerius.*

4 *Proxeneta quomodo concipiat verba & ſi dicat.vendis Titio, & Reſp.vendo, neutri datur actio. Dominium tamen ei acquiritur, cui prius res traditur à domino, ſi proprio nomine recipit.*

5 *Nuncius quomodo verba concipiat, & eius factum an poſſit ratificari, in ſequen.etiam numeris.*

6 *Ratio quare factum falſi nuncij non poſſit ratificari, & ſic factum à procuratore cōtrahēte vt nuncio, factū verò falſi procuratoris poſſit ratū haberi.*

7 *Ex inutili contractu dominium transfertur, quando traditio à contractu præcedenti proficiſcitur etiam de facto.*

8 *Proxeneta non dicitur nuncius alicuius contrahentis volentium contrahere & ideo ſi contrahat vt nuncius vnius, contractus eſt nullus ipſo iure.*

LEgitur in ſingulari l.multum intereſt. C. ſi quis alter. vel ſibi. ſi vir ab initio negocium vxoris gerens comparat nomine ipſius,empti actionem nec ſibi, nec illi quærere,dum enim ſibi non vult,nec illi poteſt,Quæ verba ſecundum gloſam à frequentioribus receptam hunc ſenſum ha-
1 bent, ſi † maritus ſine mandato, vel cum procuratoris mandato,non tamen nuncii,nuncii, & non procuratoris verba conceperit,verbi gratia vendis vxori meę abſenti, nec ſibi, nec vxori empti actionem quærere,nec enim valet,quod agitur,cuius rei illa ratio redditur: quia per liberam perſonam non acquiritur alteri & conſequenter per virum vxori l. ſtipulatio iſta. §. alte-
2 ri. ff. de verborum obligatio. & † procurator in perſona ſua debet verba concipere,maritus autem,vel nullum habuit mandatum ad hoc,vel ſi habuit,vt procurator habuit, nō vt nuncius, exceſſitque fines mandati emendo vt nuncius,non vt procura-
3 tor.Nec † factum falſi nuncii ratum haberi poteſt. Iaco. tamen Aretin. tentauit dicere particulam legis relatum in proxeneta
4 ſeu mediatore intelligendam eſſe † qui proxeneta verba concipit & debet concipere hoc modo,vendis Titio,& reſpon. vēdo,& ex hoc neutri datur actio,nec vni ſcilicet,nec alii,ei tamē dominium acquiritur, cui prius res à domino traditur, ſi proprio nomine recipitur.

5 Nuncius † autem verba concipit:vt Matth.c.26.Magiſter dicit tempus meum prope eſt, apud te facio paſcha cum diſcipulis meis, & ſcripſit per prudentiſſimus vir reſtau. Caſtal. in tracta.de impe.quæſtio.49.nume.tertio,& propterea interpretandam legem non eſſe: vt ſcilicet maritus verba vt nuncius conceperit; nam factum nuncii poteſt ratum haberi, licèt legitimum non fuerit. l. ſi pœnituit. ff. de diuor.& conſequenter ratum haberi poſſet,ſi procurator quis eſſet,& verba nuncii concepiſſet,nec (inquit) rationem video, quare ſi nuncius procuratoris uerba concipit, non poſſit dño quærere, quemadmodum ſi ab initio fuiſſet procurator acquireret.ff. de action. emptio. l. Iulianus.§.ſi procurator, putabat enim, ſi maritus procurator, ut nuncius emiſſet,ſecuta ratihabitione uxoris perinde eſſet ac ſi à principio mandatum eſſet, emeret ut nuncius, & ideo in proxeneta legem intelligendam eſſe,verùm idem Iacob.Aret. à Iacob. Butr. Alber. Baldo Paulo Caſtren. Angelo, & Salicet.
6 meritò reprehenſus eſt † ratum nanque haberi non poteſt factum à falſo nuncio, & à procuratore contrahente ut nuncio: quia & conſenſus & forma deficiunt, in falſo nanque nuncio (ut inter cæteros non inſubtiliter animaduertit Baldus,) tria deſunt quæ contractui ſubſtantiam tribuunt,ſcilicet perſona, uoluntas,& poteſtas,concipit enim uerba in perſonam,quam nō refert,uoluntatem annunciat eius,quæ non eſt,in ſe nihil uult, & alii directè non poteſt quęrere,ergo ſequitur omnino impoſſibile,& contra impoſſibile de iure lex non fingit l.talis ſcriptura.ff.de legatis primo,ubi notatur,& uide Alexand.in conſ. 91. nume.tertio,uolumi. quarto. At factum falſi procuratoris, qui in ſua perſona uerba concepit, cum mandatum non haberet, ratum haberi poteſt,ratificatio enim reperit ſubſtantiam ſuper qua fundatur,conſenſum ſcilicet procuratoris, ex quo contractus perficitur. Aſſentitur enim licèt ad alienam utilitatem,unde ualet quod agit, & quæritur domino ſecuta ratihabitione. Sed ut ad rem redeamus,ſcilicet Iacobum Areti. & in hoc ꝙ rationem quare factum à procuratore in forma nuncii,& ſic à falſo nuncio ratum haberi non poſſe non animaduertit, merito notatus ſit,& in eo,quòd factum à ſe propoſitum legi prædictæ non congrueret. In ipſo tamen facto de proxeneta propoſito, nec à Cyno,nec Alberi.ibidem improbatur, conceditque Bal. ſub nume.quarto,& uerum eſſe affirmat Salice.ſub eo.numero uerſiculo.Sed certè &c.ſubdens literæ non conuenire. Ex quibus plura ad rem & materiam pertinentia ſunt notanda. Et illud primum: Si proxeneta quia medius & conciliator (ut plerunque contingit) uerba conciperet ut nuncius, & hoc modo,

uendis

uendis Titio abſenti,& reſponderetur uendo, nec ſibi quæreret actionem:quia noluit, nec Titio: quia non potuit,& in dominij quæſtione ille potior haberetur, cui poſſeſſio à domino tradita
7 eſſet, item conſequenter, & illud † ex inutili contractu dominium transferri.l.& eleganter.ff. de dolo. cuius rei illa ratio redditur, quia traditio à contractu præcedenti proficiſcitur de facto,cum igitur tradens putauerit ſe ex illo contractu teneri,meritò dominium transfert in eum, qui proprio nomine accipit', & conſequenter in proxenetam vel Titium.l.3.in §.ſubtilius.ff. de condict.ob cau.& ff.de conditio. indebit. per totum. Rurſus & illud,quod eodem in loco & Bald.& Sali.& Pau.Caſtren.no-
8 tarunt,proxenetæ † officium in tractando negocia verſari,non autem in concludendo,niſi à partibus mãdetur,quod & in prima par.notaui nume.7.Denique & illud ſequitur,quod & ſingulare eſſe & notandum inquit Angelus. Is enim in 2. colum. ex præmiſſis inquit,ſequi proxenetam nuncium eſſe non intelligi alicuius contrahentis ſeu volentium ſimul contrahere, & ideo ſi proxeneta contrahat vt nuncius, illius contractus eſt nullus ipſo iure.Quæ omnia tanquam quotidiana & quodãmodo abdita meo iudicio ſunt notanda.

SVMMARIVM.

1 *Proxeneta partibus aſſentientibus non ſolum admittitur ad teſtimonium, verum etiam cogi poteſt.*
2 *Proxeneta quando vtriuſque partis aſſenſu dicit teſtimonium, ſtareq; dicto contentæ ſunt partes, ſolus plene probat, & exemplum in chirographis aſſecurationum.*
3 *Proxeneta partibus diſſentientibus ad teſtimonium non admittitur.*
4 *Proxenetæ altera tantùm parte volente teſtimonium interdicitur,ſecundũ magis communem & ſequen.numeris,& referuntur tres opi.& docto.ſingulatim in vnaquaque ſententia.*
5 *Proxenetæ communiter ſunt homines viles,& ſperant proxeneticum, vnde commodum percipiunt, & ex his ſuſpecti ſecundum Bald. & ſecundum Abb.ſunt ſtatus infimi.*
6 *Par affectionis cauſa ſuſpicionem fraudis amouet.*
7 *Proxeneta vel alius vt dicatur teſtificari volens,& non inuitus,an ſit neceſſe ex actis appareat,quòd volens teſtificcetur.*
8 *Teſti fides non habetur deponenti de facto ſuo, quando ex eo laus aut opprobrium poſſet aſcribi.*
9 *Proxeneta repellitur à teſtimonio parte opponente: iudex enim ex officio ſuo non repellit.*
10 *Teſtis ſi ex actis conſtat,quòd poterat repelli:ſi tamen expreſſo vel tacito cõſenſu partium poterat habilis reddi,iudex ex officio eum non poteſt repellere,& ratio.*
11 *Iudex qui teſtibus clare deponentibus fidem habere nequit, ex cauſa faciat, quæ in actis appareat:vt non teneatur in ſindicatu.*
12 *Proxeneta,quòd non admittatur ad probandum matrimonium,& dotem exploſa Car.Ruy.ſententia,in ſeq.etiam numeris.*
13 *Matrimonium contractum probatur per filium,patrem,vel matrem.*
14 *Pater & conſanguinei admittuntur ad probandum conſanguinitatem & affinitatem.*
15 *Verba enunciatiua quæ aliàs non probarent,fauore dotis probant.*
16 *Teſtis qui admittitur ſuper principali non eſt reiiciendus in his quæ accedũt.*
17 *Caſus excepti non excludunt alios ſimiles caſus,in quibus eſt eadem ratio.*
18 *Matrimonij cauſa dicitur grauis, & in ſupplementum probationis iuramentum non defertur,& teſtes omni exceptione maiores requiruntur.*
19 *Pater ad probandum matrimonium non admittitur, vbi cum ſanguine alia qualitas interuenit.*
20 *Parentes ad probandum matrimonium pro filia qua ratione admittantur ſecundum Alcia.*
21 *Verba enunciatiua non probant matrimonium, vbi de matrimonio principaliter diſputatur.*
22 *Proxeneta admittitur in teſtem altera parte volente in his,quæ ante perfectionem contractus potuiſſent euenire, licèt contractui proſint, & de ratione.*
23 *Venditor vbi de euictione non tenetur in præcedentibus contractum,& eum non reſpicientibus poteſt teſtificari.*
24 *Proxeneta,quòd ſit idoneus teſtis ad probandum ſibi mandatum fuiſſe ab aliquo,vt inueniat aſſecuratores.*
25 *Credi an debeat alicui de mandato ſibi dato atteſtanti.*
26 *Arbitro an credatur in eo quod eſt mandatum.*
27 *Proxeneta eſt idoneus teſtis in crimine ſymoniæ,ſi ciuiliter agatur, & commodum non ſit conſecutus,contra verò ſi emolumentum receperit.*
28 *Proxeneta ſi criminaliter agatur de ſymonia; quia ſocius criminis licèt non muneris repellitur,& fortius vbi emolumentum eſſet aſſecutus.*
29 *Declaratio ad c.j.de ſymo.*
30 *Proxeneta, quòd admittatur in crimine ſymoniæ, ſi ciuiliter agatur parte altera non aſſentiente,etiam ſi proxeneticum fuiſſet promiſſum, non tamen traditum.*
31 *Proxeneta admittitur in teſtem in cauſa ſolutionis vſurarum, idque declaratur.*
32 *Probationes leuiores ſufficiunt ad probandum contractum vſurariũ propter cauillationes fœneratorum,& artes excogitatas.*
33 *Proxenetæ à publico approbato iurato, & in albo proxenetarum deſcripto ſi lege municipali caueatur,fides eſt habenda.*
34 *Proxeneta verus reijcitur à teſtimonio altera parte nolente,& qui ſit declaratur,non autem qui extrinſecum in negocio præſtat miniſterium.*
35 *Proxeneta admittitur ad teſtimonium ceſſantibus omnibus rationibus prohibitionis à doctoribus conſideratis.*
36 *Proxeneta poteſt eſſe teſtis inſtrumento: quia in inſtrumento deſcribitur de conſenſu utriuſque partis,& inſtrumenti fides ſuſpicionem amouet.*
37 *Proxeneta deſcriptus in teſtem in inſtrumento non admittitur ad probandũ ea,quæ in inſtrumento aſſeruntur omiſſa.*
38 *Proxeneta ab extraneo productus à teſtimonio non repellitur.*

ILla etiam quæſtio ventilata eſt apud plerosque,an proxeneta in negocio,in quo interuenerit, poſſit eſſe teſtis. & quoniam tam veteres quàm recentiores iuris interpretes in diuerſas ſententias diſtrahuntur, hoc ordine eundum eſt, vt ſingulariter ſententias referamus,& reſtringendo, & ampliando in articulo indifficili complures facti ſpecies conſtituamus.
1 Prima eſt † proxenetam partibus aſſentientibus non ſolum admittendum eſſe ad teſtimonium,verum etiam cogendũ.§.quoniam verò in auth.de teſtib.vbi Accurſius,Bart.& Angel. & in hanc ſententiam omnes conueniunt:vt ex locis paulò inferius
2 referendis patebit.Hoc amplius, quando † vtriuſq; partis aſſenſu dicit teſtimonium proxeneta, ſtareq; dicto cõtentæ ſunt parte,ſolus proxeneta plene probat,ſecundum Lanfranc.in c.quoniam contra.in verbo teſtium &c.nume.119.& Soci.Iuniorem in conſil.31.parte ſecunda nume.18.& vide Bart. in l.Lucius.in fi.ff.de fideiuſſorib.Felin. in c.veniens.nume. 22.& ſequenti. ff. de teſtib.Iaſ.in repeti.l.admonendi.nume.167. & ſequen. ff. de iur.Mar.in ſingula.460. Exempli gratia in chirographis fideiuſſionum, ſeu aſſecurationum mercatores approbãt proxenetã, & dicto eius ſtare in quibuſdam conueniunt:quod nota.
3 Secunda facti ſpecies eſt † partibus diſſentientibus proxenetam ad teſtimonium dicendum non admitti,& ſi neuter cõſentit, repellendum eſſe, nulla iuris eſt quæſtio ſecundum Accur. in citato §.quoniam verò, in verſi.quoniam.

Tertiam facti ſpeciem conſtituendam duxi ſecundũ crebrio
4 rem ſententiam † proxenetæ altera tantum parte volente teſtimonium interdici,id enim à frequentioribus receptum eſt quibuſdam temperamentis,de quibus inferius diſſeremus, ſunt & alii ſummæ auctoritatis viri,qui putant proxenetam altera tantum parte poſtulãte poſſe teſtimonium dicere, inuitum autem ad teſtimonium perhibendum compelli non poſſe. Tertii non leues iuris interpretes quaſi mediam viam eligentes proxenetã vna duntaxat parte petente non repelli à teſtimonio dicendo opinantur,quanta verò fides habenda ſit religioni iudicãtis cõmitti,referemus ergo vniuſcuiusque ſententiæ ſectatores.

Proxenetam igitur (vt ſuperiori loco diximus) à teſtimonio repelli altera duntaxat parte volẽte ſenſit Ac. in §. in his.in ver. adnumeratorem.in auth.de inſti.cau.& fide & gloſſ.in c. ſi quis epiſcopus.in verbo mediator.j.q.j.& in c.j.in verbo ciuiliter,de teſtib.lib.6.& in c.dilectorũ.de teſtib.cogen.in glo.j.& in c.Romana.in verbo in teſtem,de teſt.lib.6.& hoc admittendum eſſe, etiam ſi nullum commodum conſequatur proxeneta.Io.And. Anto.But.& Io. Imo.ſenſere in d.c.dilectorum, qui ſubdunt,licèt gloſſ.in auth.de teſtib.in §.quoniam verò. videatur ſenſiſſe, proxenetam inuitum cogi non poſſe dicere teſtimonium, niſi vtraque parte volente, ſi tamen ſponte velit inductus ab altera parte poſſit dicere teſtimonium, contrarium tamen videtur verius;quoniam ratio reddita à gloſſ.in d. §. in verſic. prohibitionem,oſtendit pari modo non admittendum proxenetã, quando ſponte vult teſtimoniũ dicere vno duntaxat ex contrahẽtibus poſtulante: ſicut quando inuitus compellitur; ratio enim quare proxeneta repellatur, illa redditur, commodum ſcilicet ſeu lucrum,ideſt proxeneticum,ſi negocium perficiatur,& ſi proxeneticum non receperit, recepturusve non ſit, præſumi affectet conſumari,& exequi negocium,in quo laborauit firmumque remaneat,neve ei imputetur, q̃ minus caute ſe geſſerit, & ſanè natura nobis ingenuit: vt contractus noſtra opera factos, negociaq; a nobis pertractata effectũ ſortiri valde appetamus, in qua re quanto ignobiliores,& viliores, tãto magis procliuiores, præcipuè vbi lucri ſpes refulſerit, & in eadem opinione fuerunt,& Ant.But.& nonnulli alii in c.cum à nobis. de teſtib. vbi Feli.in ſuis commentariis in fi.inquit,non eſſe idoneum teſtem niſi in crimine ſymonię,& vbi de conſenſu partium inducitur; & ius ſingulare eſſe in crimine ſymonię ſcripſit Arch.in d.c.j.de teſtib.lib.6.probat & Bar.in l.omnibus.C.de teſtib.vbi Sali. inferius referendus,& idem Bar.in l. deferre. in §.iidem decreuerũt. ff.de iure fiſc. Alb.in l.nullus.ff.de teſtib.Imo. in l. ſi cui legetur. in §.ſi Titio.ff.de leg.j.& in c.ex literis.de tranſact.& probat rõnes relatas conſiderando And.Sicul.in conſi.53.num.18.illud afferam in medium.vol.j.& huic ſententiæ aſſentitur Abb.in c. licet Heli.num.16.de ſymo.& Ang.& Veran l.debet. ff.de ędil. edi.Alex.conſi.19.nu.16.vol. 4. ubi hanc ſententiam à frequentioribus receptam ait,& probari in citato c.j. de teſtib. per locũ

à ſpe-

Source : BIU Cujas

à ſpeciali,& hunc caſum non decidi in textu in d.§.qm̃ verò;& veram hanc ſententiam idem Alex.teſtatur in conſi. 128. num. j.vol.2.& in conſi.154.num.2.vol.5.Anto.Butr.in conſi.24.nume.7.Quæſtio hæc.& eleganter Imo.in conſi.134. in cauſa &c. Ancha.in conſi.331.viſis &c.col.2.Guid.Pap. etiam videtur ſenſiſſe in conſi.74.col.pen.ſequuntur &c. quem refert ac complures alios Andr.Tiraquel.in commen. de vtroque retra. In verbo præfatio,nume.26.& idem ſentiens inter alios citat Bertran. in conſi.178.viſo.col.pen.lib.2. & in conſi. 225. dixeram. lib.3. vbi docte,& ſcienter ſecundum eum declarat, quomodo proxeneta in materia retractus ſit accipiendus,vbi probat glo. in §. quoniam verò. Addo Feli.idem probantem in d. c. dilectorum. in prin.Iaſ.in l.quoties.in fi.C.de iud.Io.Fer.in prac.in forma iu. teſt.& gl.in verſi.proteſtante.verſi. 9. dixi,&c.Dec.in conſi.133. col.3.vbi citat Alex.in conſi.150.num.6.vol.5. & idem Dec. in conſi.463.in cauſa &c.num.12. qui in viro auctoritatis non cõtemnendæ loquitur Car.Ruy.in conſi.34.in princ. vol. 4.vbi in matrimonio & dote reſtringendum ait, & de quo inferius diſſeremus,& in conſi.99.num.5.vol.5.& in conſi.164. nu. 6. vbi complures referendo.& præcipue Alex.& ſi proxeneta nullum commodum ſentiat propter affectionem:tamen repellendum frequentioribus placuiſſe ait, & loquitur in pluribus mediatoribus:nam ſi commodum eſſet aſſecutus, non admodum eſſet diſputandum propter c.j.de teſti. lib. 6. Et hanc ſententiam veriorem, & magis cõem etiam ſi proxeneticũ non receperit probat Soci.Iun.in conſi.12.nu. 17.vol.2.citat Steph.Aufre. in trac. de reprob.teſt.in verſi.mediator.Io.Crot.in trac. de teſt. pagina 10.col.4.ver.20.quæritur idem ſentientes.& Bart.Caſſa.in conſi.13.& idem Soci.Iun.probat in conſi.86.nu.18.vol.j. qui tamẽ Soc.Iun.ſibi parum conſtitit,vt patet in conſi.29.nu. 16.ea. par. 2.& in conſi.31.nu.18.eo.vol.Emil.Fer.in l.teſtium.nu.4.de teſt. Aym.in conſi.281.in hac cauſa &c.nu.4. par. 2. Et hanc ſnĩam, vt in initio dixi,admittendam puto,me enim iura & auctoritas tantorum virorum ac rationes relatæ magnopere mouẽt, quas & in hanc facti ſpecie cõuenire relati doctores merito animad uerterunt.Eſt etiam huic rei & illud annotandum,quod elegãter Bal.inquit in conſi.50.vol.2.illic enim ita ſcriptum eſt † pro
5 xenetæ cõiter ſunt homines viles,& ſperant proxeneticum,vnde percipiunt commodum, & ex his duobus ſimul iunctis lex habet hos ſuſpectos,niſi producantur de conſenſu vtriuſq; partis: vt in c.mediatores. de teſt. lib.6.Sed actionẽ abſq; proxeneti co ad repellendum ſufficere ſuperius annotauimus, inquit etiã Abb.Sic.in c.inſuper.de teſt.nu. 10. infimi ſtatus eſſe proxenetas,& lucra conſequi ex validitate contractus, de quo vide quæ in 2.par.ſcripſi ſub nu.10.& ſeq.Et huic ſentẽtiæ receptiori, quæ à quibuſdam obiiciuntur non refragari inferius demonſtrabo, & videbis quæ infra dicam in 12. temperamento vbi aliorum auctoritates referendo comprobabo.

Qui verò in ſecunda opinione fuerint,putauerint.ſ. proxenetam altera tantum parte volente poſſe teſtimonium dicere,inuitum autem ad teſtimonium perhibendum compelli nõ poſſe,ſunt hi,& qui ferè omnes ſibi parum conſtiterunt. Accur. in citato §.qm̃ verò Bar.ibidem,qui ſubdit illum tex.hãc ſnĩam ꝓbare,& Azo in ſum.idẽ ſenſiſſe,& in gl.quæ eſt in auth.de inſtr. cau.§.ſi verò moriatur.ver.ꝙ ſi adnumeratorem,& quæ dicit ꝓxenetam teſtimonium dicere vtraq; parte volente non aliter, ſubaudiendum inuitum,nam volens altera tm̃ parte poſtulante admittitur,& eodem modo intelligendam gl.in c.ſi quis epiſcopus j.q.j.& in eadem opi.eſt Ang. in citato loco, & vide Iac. Egid.in trac.ad repro.teſt.nu.55.qui inſeritur inter tract. Bar. & probari hanc ſententiam à Doctoribus ſcripſit Lanfr. in c. qm̃ contra.in verbo teſtium depoſitiones num. 119. & veram hãc ſententiam inquit Bal.in l.omnibus.nu.4.C.de teſti.vbi Sali.referendo Iac.Belui.idem teſtatur,& à doctoribus receptum eſſe, Cor.in conſi.33.num.27.viſa copia &c.vol.2.vbi ſaltem procliuior videtur in tertiam ſententiam ſtatim referendam Angel. Are.in §.pater.in fi.inſtit.de teſtamen.vbi refert Cin.in d. l. omnibus.idem probantem,quem tamen videre poteris, & probari videtur in additio.ad dec.Thol.num.94.Item fuit quæſitum,an venditor &c.Alex.in conſi.186.viſo proceſſu.num.2.vol.7.qui refert Salice.in l.fina.ff.de teſtib.& in conſi. 127. viſo proceſſu. in fin.eod.volu.in quo loco commendat Abbatis concordiam de qua paulò inferius diſſeremus, & eandem ſententiã plenius probauit Soci.Iun.in conſi.29.nume.16.par.2.vbi & Cur.ſeniorem idem probaſſe refert, & Andr. Sicul. ſequi communem aſſeruiſſe in conſi.40.col.10.verſi.octauò, licet iſta &c. volu.3.& ſimpliciter relatum gl.in d.§.quoniam verò,citat & probat clariſſimus Iuriſcon.Ioan.Oldr.in trac.teſtib.rub.2. Quibus inuitis non denunciatur teſtimonium,num.5.& Stepha.Bert.in conſi. 225.vol.3.& conſi.121.vol.j.& idem Soc.probat in conſi.31.nume.18.ead.par.qui & Alber.refert,ſi is eſt,in tract.de teſte. §. expedita.num.31.idem ſentiẽtem, is enim ſcripſit pro hac ſententia ſummam rationem facere. Nam par affectionis cauſa ſuſpicionem fraudis amouet,lege non ſolum.in §.j.ff. de ritu nuptia.
6 cum † ergo proxeneta parem affectionem habeat ad contrahentes,admittendus videtur, commodum nanque ab vtraque parte recipit,& ſubdit huic ſententiæ non refragari.capitu.j. de teſtib.lib.6.quia loquitur in mediatore criminis, qui eſt in delicto,& aliàs repellitur, vt ſubiicit, ſecus autem eſt in aliis Proxenetis contractuum perficiendorum, qui nullatenus committunt crimen in contractibus licite perficiendis,& ſubdit facere l.quoniam liberi.C.de teſti.& quia mediator melius, & facilius nouit veritatem contractus,cuius fuerit proxenetam,quàm nouerint alii,ideo admittendum,licet aliàs ſit minus idoneus l.cõſenſu.C.de repud.Hæc ille Alber.non ille quidem Roſat.vt vulgus putat,ſed alius cognomento Moleta, vt ſcripſit And. Tiraquel.in l.ſi vnquam.in verſic.liberos ſuſceperit.nume.38. C. de reuocan.donat.& refert Philip.Dec.in conſ.45.An reus.colum. vltima,quibus addes Ancha.& Philip. Franc. in c. j. non ſemel citato, qui temperant hanc ſententiam duobus modis, & in caſu dicti capituli. & quando res aliter probari non poteſt, his nanque caſibus proxeneta compelli poteſt teſtimonium dicere,& adde quæ paulò inferius dicam ſub num.7.pertinent enim ad hanc ſententiam.

Tertia in propoſito iuris articulo eſt ſententia Abbatis in c. dilectorum.num.3.extra de teſti.cogen.putauit enim proxenetam altera parte non aſſentiente admittendum eſſe ad perhibẽdum teſtimonium,ſed quanta fides habenda ſit,iudex conſiderabit ex circunſtantiis, & qualitate ſcilicet perſonarum & cauſæ,quæ ſententia ſummam videtur habere æquitatem,& diuerſas ſententias conciliare quaſi mediam viam Abb. elegerit, & facilius diſputando defenderetur,admittendaque eſt in primo temperamento,de quo paulò inferius ſub num.9. & ſequen. & quæ ſententia probatur & commendatur ab Alexand. in conſi. 127.in fin.volum.7.vbi circunſtantias conſiderat, commendat etiam Corn.in conſil.33.viſa copia.num.27.vol.2.qui & rationes affectionis ſcilicet & proxenetici animaduertit, & vide Socin.iun.qui idem ſenſiſſe videtur,licet primoribus(vt aiunt) labris attigerit in conſi.29.nume.16.volu.2.& in conſi.31.nume. 18. eod. volu. ſupra relatis. ſed & addes Philip.Franc.in dicto c. j.qui Abbatis concordiam plenius probauit, & ſubiicit in hæc verba. Non obſtat iſte textus: quia loquitur de admiſſione effectuali,vt ſic probet: ſed in aliis caſibus mediator non probabit plene,ſed arbitrio iudicis relinquitur l. 3.ff. de teſtib. & facit Gl.
7 ſupra in verbo teſtimonium.Additque† vt Proxeneta vel alius dicatur teſtificari volens & non inuitus,eſt neceſſe in actis appareat,ꝙ volens teſtificetur,aliàs in dubio preſumeretur deponere inuitus,vt eſt tex.& ibi Bart. notat in authen. presbyteros. C. de epiſcop.& cleri. Bald. tamen ibi & in l.alia cauſa.in fin. C. de his quibus vt indig.tenet contrarium:quia indicis coactio non præſumitur,vbi quis cogendus non eſt,immo præſumitur ſponte fieri, cum pro iudice præſumatur: vt in c. in præſentia.de reſcript.Hactenus ille in ſupraſcripta verba,ſed licet relata ſententia rationabilis & æqua videatur: non tamen à ſententia ſuperiori loco relata tot tantisque legum prudentum verticibus cõprobata recedendum puto. Nec contra dictam ſententiam mouere debet ratio Alberici, ſi is eſt, quòd par affectionis cauſa ſuſpicionem amoueat, & cum proxeneticum ab vtraque parte recipiat, propterea admittendus ſit. Nam proxeneticum non debetur niſi perfecto negocio, & vt ſuo loco dicemus, & non eſt par affectionis ratio, vt ex relata ratione gloſſ. patet in dicto §.quoniam.Fingeque alteram partem,contractum factum aſſeuerare, alteram verò negare & proxenetam ab eo qui contractum perfectum affirmat induci. Nec etiam moueat reſpõſum datum ad c. j. de teſti.lib. 6. uidenda ſunt enim quæ inferius in quarto temperamento dicemus ſub nume.29.Nec lex quoniã liberi.C.de teſtib.obſtat, & denique quod dicebatur, proxenetam admittendum tanquam melius ueritatem nouerit in negocio,in quo interuenit, non aduerſatur: affectio enim proxenetæ ad negocium vt perficiatur,neve ei imputetur, quod minus caute ſe geſſerit, cum iam dictis iuris præſumptione à teſtimonio repellitur, & inquit eleganter Ioan. Andr. apud Specul.in titu. de teſte.§.j. verſiculo, ſed pone quòd adminiſtrator
8 &c.fidem † non haberi teſti deponenti de facto ſuo quando ex eo laus aut opprobrium poſſet aſcribi, & probat Antonius Bu. in conſi. 24. quæſtio hæc dubia &c. & idem Butr. in capitulo ex literis.in cap.cum à nobis. & in cap. inſuper de teſtib. & ibidem Feli.vide ſub nume.16.& Cur.iun.in conſi.19.nume.11.& ad legem conſenſu. C. de repud. reſpondendum eſt, vt per Dec. in conſi.310.num.3.Pau.Par. in conſi. 58. nume. 50. volu.4. ſed vt vnde diuerteram redeam, quod diximus, proxenetam ab una parte tantum inductum ad teſtimonium non admitti frequentioribus placuiſſe temperamenta quædam recipit.

9 Primò ergo reſtingendum eſt † ſi à parte non conſentiente opponatur;iudex enim ex officio ſuo non repellet: non enim eſt omnino inhabilis, quod ex eo patet; quia partium conſenſu (ut priori loco diximus) habilis redditur. Nec iudex hoc caſu parte non opponente poterit inquirere,an fuerit proxeneta, & ei poſtea fidem non habere ſecundum Alexand.in l.4.§.hoc autem iudicium.nume. 20. ff.de dam. infect. & refert ut ſupra eleganter

ganter Anto.Butr. declarasse in c. cum dilectus. de consue. qui ait,fuisse ex mente Ioan.Andr.apud Specul.in titu. de teste. §. j. versic.excipitur item quòd est domesticus, & melius scripsisse eundem Ioan. Andr. ibidem super verbo quid si olim fuit &c. eodem scilicet titulo,§.sæpe. in princip. & subiicit Alexan. Butrium eodem in loco scripsisse se ex facto consultum respondis-
10 se,quòd † licèt ex actis constaret iudici testem productum fuisse proxenetam,vel talem,quòd quamuis posset repelli: tamen expresso vel tacito consensu partium poterat habilis reddi, nõ poterit tamen iudex ex officio eum repellere, nisi opponatur. Nam licèt notorie cõstet ex actis, illud tamẽ notorium ab onere proponendi non liberat,vt est gl.notabilis in clemen.appella.de appel.& notauit Ioan.Andr.in c.secundo, vt lite non contest.Bart.in l.j.circa vlti.col.de except. Additque Imo. in dic. c. cum dilectus prædictis assentiri, & id tanquam vtile memoria tenendum:quibus duo sunt adiicienda. Alterum est,quòd relatum temperamentum probatur apud Abb. in cap. & literis. de transac.num.3.litera F.in additione incipiente circa, in fi. Alterum est hoc casu Abbatis sentẽtiam paulò superius relatam in cap.dilectorum.de testib.cogen.admittendam esse: vt scilicet si parte non opponente ad testimonium sit admissus Proxeneta, idque ex actis appareat,in manu iudicis sit ex circunstantiis quã ta fides habeatur.& vide Aret.in l.in illa.num.5.ff. de verb. obli. & quæ scripsit Andr.Tiraquel.in l.si vnquam.in versic. reuertatur.num.345.& sequen.num.3.& nume.383.C.de reuoc.donat. prædicta enim comprobant. Et illud hic Bart. vulgare quidem, sed notandum non est omittendum consilium,is enim in l.Lu-
11 cius.ff.de his qui no.infa. consulit iudici † q testibus clare deponentibus fidem habere nequit ex causa faciat & quæ in actis apparet, ne (vt ait) in syndicatu teneatur, quod plures referendo probat Dec.in consi.448.nume.29.& in consi.463.col.fi.Gram. in voto nume.20. quibus addes,quæ scripsit Aym.alios referendo in tract. de Anti. temp. par. in versic. octaua datur limitatio, nume.11.

12 Secundò temperandum est in matrimonio & dote † vt ad probandum matrimonium & dotem proxeneta admittatur, sitq; idoneus testis,& ita ex facto consulto placuit Carolo Ruy. in cons.34.vol.4.Mouet eum:quia matrimonium probatur per
13 testes,qui aliàs ratione affectionis repelluntur. Ad † probãdum enim matrimonium contractum admittuntur filius, vel pater, vel mater pro filio cap videtur. qui mat. accu.poss. vbi iuris interpretes scribunt c.super eo.de testi.si ergo hi fauore matrimonii admittuntur,fortius proxeneta est admittendus, in quo minor est affectio ad contractum,& maximè quando nullum cõmodum consequitur, citat l. isti quidem. ff. quod metus cau. & hoc argumentum confirmari potest ex his quæ subdubitando
14 scripsit Iason in l.quoties.in fi.C.de iudi.Subdit etiam † patrem & alium coniunctum admitti ad probandum consanguinitatem & affinitatem receptum esse; quoniam rei veritatem magis norunt, quæ ratio in proxeneta interuenit, qui in negocio ministerium adhibuit,fauore igitur matrimonii affectio proxenetæ consideranda non est, sicuti affectio quæ ex sanguine oritur,& maior est, non attenditur, fauore etiam dotis idem iuris
15 esse subdit.Nam † fauore dotis verba enunciatiua,quæ aliàs nõ probarent,probant, citat Bartolum in l.admonendi. ff. de iure. & Alexander ibidem, quibus adde eundem Carolũ Ruy.in cõsi.40.nume.5.volu.quarto,& Marsil.sing.442.Matt.ab Affic. dec. 82.in causa &c.& Iason in consi.91.volu.tertio, & in plerisque aliis consiliis. Dec.in consi.135.Goz.in consi.42.nume.10.qui loquitur in matrimonio & dote, qua ergò ratione relata probatio quæ aliàs causa absentiæ non admitteretur fauore dotis tanquam plena recipitur. eadem ratione testimonium proxenetæ
16 admittendum est, quod aliàs repelleretur, & cum † admittendus sit proxeneta (vt putat) in matrimonio & in causa dotis idoneus censeri debet, quæ accessionis iure venit ad matrimoniũ, argum.Cleme.dispendiosam.de iudi. Et subiicit non obstare c j. de testi lib.6.per locum à speciali: quia sicut admittitur in odiũ criminis symoniæ:ita etiam fauore matrimonii & dotis,cui plurimum in probandi modo leges fauent, vt dictum est. Nec cm criminis odium fauori matrimonii,& dotis prævalere debet,& meritò faciliùs admittendum videtur, in casu nanque illo odiũ ampliatur contra legem cum quidam ff.de libe & posthu.& relatis casibus fauor,quod est permissum, dicta l.cum quidam. Et
17 addit non † esse nouum casus exceptos ad alios ex eadem ratione porrigendos esse secundùm gloss. notabilem in l.j.C. de condit. indebi. citatque Abba. in plerisque locis.C.cum dilecta, de conf.vti. vel inuti. & Alexand.in consi.130.vol.4.ff. Hæc ille in summa,cui addendum est,quòd prætermissis rationibus parum in hoc sibi constans Socin. iun. in matrimonio proxenetam facile admittendum ex facto consultus respondit, vt patet in cõsi.29,nume.16.volum.2.& in mediatrice loquitur,quod est fortius iuxta ea,quæ Andr.Tiraquel.scripsit de lega. Connub. in 9. par. pri.gloss.nume.36.& nume.70. & sequen. & vide eundem Socin.iun.in consi. 31.numero 19. eadem par. Verumlicet non in argute vt solet, Caro. Ruyn. sententiam suam probet, non tamen meminit prudentissimum virum Alexand.Imo. respondisse, ad probandum matrimonium proxenetam idoneum testem non esse: vt patet lib.5.respon. consi. 150. colum. 2. versi. tertia ratione.& in causa matrimoniali non esse admittendum proxenetam nisi utraque parte assentiente ex facto consulto placuit Decio in consil. 133. viso processu &c. colum. 3. vbi refert Alexand. in citato consil. quibus adde quòd idem Alexan. & in matrimonio & dote idem respondit consil. 154. viso themate &c.volum. 5.& præceptor meus Paul. Paris. in consil.55. numero 20.volum. 4. proxenetriam & mediatricem repellendam sensit, qui tamen de prædictis non meminit.Et idem præceptor meus in causa matrimoniali consultus respondit in consil.58.nume.82.eod.volum.& vide eundem in consi. 61. præcipue sub nume.18.eod.volum.& Andr. Sicul.in consil.53.nume. 18.volum. 1.idem in matrimonio probat. Adde quòd in causa dotis idem sentit Socin.iun.in consil.12. numero 17. & sequen. volum. 2. Succurrit etiam Paul. Castren. in causa dotis consultum respondisse, proxenetæ non esse habendam fidem etiam semiplenam,qui mediator fuerat ad matrimonium contrahendum; quoniam ex consensu vtriusque partis inductus non fuerat,citat.§.quoniam.in Auth. de testib. Ber. in cap. dilectorum. de testib.cogen.& Gloss.in cap.j.de testib.lib sexto, in verbo ciuiliter, & consequenter sensisse videtur ius singulare in dote statutum non esse. Non obstant rationes Caro.Ruyn.putabam
18 posse responderi † quia matrimonii causa dicitur grauis secundum Abb.post alios in capitulo,si pro debilitate de officio delega.& ideo gloss.in capitu.mulieri. de iure. dixit in huiusmodi causa in supplementum (vt aiunt) probationis iuramentum non deferri, agitur nanque quasi de statu hominis, vnde testes in tali causa omni exceptione maiores requiruntur, vt hæc, & alia probat Dec.in consil.133.& consil.310.& vide eundem in consil.163.& probet Paul.Paris.in consil. 55. numero decimooctauo, & sequen.& in consilio 69 numero quarto, & in consilio 61.prope finem volum.4.& vide Andr.Tiraquell.de lega. connub.in nona parte primæ gloss.nume. 64. ad argumentum ergo quod sumitur ex capitu. videtur. & capitu. super. respondetur. Nam vbi inter virum, & vxorem est inæqualitas,vbi scilicet vir superior est diuitiis,nobilitate,potentia,vel honore, te-
19 stimonium parentum suspectum est, parentes † ergo non admittuntur vbi cum sanguine alia qualitas seu circunstantia interuenit, vt probatur in dicto capitulo, super eod. in illis circunstantiis expressis, & notat Alexand.in consil. 154 supra citato & Dec.in relatis consiliis 133.& 310.& Paul. Paris. in consi. 58.numero decimooctauo,volum.quarto. Curt. iun.in consil. 27.numero quarto. Et sufficit vna ex qualitatibus seu circunstãtiis enumeratis in dicto capitulo super eo. cum sanguine concurrat, vt parentes repellantur, exempli gratia honoris, vel nobilitatis, & in similibus circunstantiis idem iuris esse probat Pau. Paris.in consilio 61.numero trigesimo, & sequen. numeris,& proxeneta præter affectionem, vt negocium perficiatur,interuenit etiam honoris qualitas, ne scilicet ei imputetur, quod minus cautè se gesserit in negocio, vt paulò superius dixi ex sententia Accursii in dicto §. quoniam. & iuris præsumptione in ambiguis mendaces proxenetæ reputantur secundùm Veronen. in l. prima in §. aiunt ædiles. numero 26. ff. de ædi.edict.vbi citat legem iustissimè.in § primo.ff.de ædil. edict. de quo non semel in hoc tractatu meminimus, meritò legum prudentibus placuit repellendum,& vbi proxeneta proxeneticum recepisset recepturusve esset fortius idem respondendum esset. Accedat,quod scripsit Bald. in consilio 50. volum. secundo quem non semel retulimus, proxenetas vt plurimum viles personas esse,proxeneticum sperare,& legem eos suspectos habere,vt ergo uno uerbo concludam,quemadmodum parentes ubi cum sanguinis affectione alia interuenit qualitas,repellun tur, ita & proxenetæ tanquam suspecti repellendi sunt; quia cum affectione aliæ in eis apparent circunstantiæ, & vide Felin. in dicto capitulo super eod.colum. penult. & ex relatis consiliis plura colligi possunt, quæ brevitatis causa consulto prætereo. Huic rei est & illud annotandum,quod Alcia. scripsit in tracta. de præsumptio. in tertia parte regula prima versicu. secundò infertur, numero quarto. Is enim referendo Baldum in citato
20 capit.super eo.ait, quod dicitur, vbi non est inæqualitas † parentes ad probandum matrimonium pro filia admitti illam habere rationem; quia non est verosimile,quòd mater attestetur nisi pro ueritate, ex quo alias sequeretur, quòd traderet filiam in concubinatum,& male consuleret filiæ contra iuris præsumptionem: plerunque enim pietas paterni nominis consilium pro liberis capit, vnde refert ad notabilem quæstionem ex facto agitatam ipsum legito, ex qua ratione etiam Caro. Ruy. argumentatio eliditur, & uide text. in capitu. videtur. in fine, qui matri.ac.pos.& consequenter non obstat, quod dicebatur, admitti parentes ad probandum matrimonium: quia ueritatem magis norunt,& eandem rationem in proxeneta interuenire, & potest responderi, vt per Decium in citato consilio 310.& Paul.Paris.in consi.quinquagesimooctauo,numero 50. & dixi

paulò

Source : BIU Cujas

paulò ſuperius, uerſiculo tertia in propoſito, poſt numerum ſextum. Nec etiam aduerſatur, quod dicebatur, uerbis enunciatiuis dotem probari: tum ex his quę diximus, ſuſpectum ſcilicet eſſe iuſtis de cauſis proxenetæ teſtimonium iuris præſumptione,& †uerba enunciatiua non probant matrimonium, ubi 21 de matrimonio enunciato primum, ſeu principaliter diſputatur, cap. illud. ubi glo. & Doct. de præſump. & ſecundum Alex. in conſi. 153. & clarius in conſi. 155. uolumi. 5. refert ac probat Pau. Pari. in conſi. 59. nu. 6. uolu. 4. & uide Cur. Iunio. in conſi. 95. num. 1. & ſeq. tum quia ius ſingulare, quod contra rationem iuris receptum eſt, non eſt producendum ad conſequentias l. quod uero. l. ius ſingulare ff. de legib. ubi præcipue diuerſæ rationes interueniunt, ceſſat etiam ex his, quod dicebatur caſus exceptos ad alios ſimiles ex eadem ratione porrigendos, relataq; ratio fauoris & odij: & quoniam uerba ſummi Pontificis in dicto capitulo primo. de teſtib. libro ſexto remouent contraria.

Ad compeſcendum nanque tam deteſtabile crimen ſimoniæ, quod plerunque per mediatores committitur illud ius ſingulare ſingularibus rationibus eſt ſtatutum, quæ non conueniunt in matrimonio,& dote,& inferius dicta in quarto temperamẽto,& ſi lector candidæ ſententiæ Caro. Rui. uiri quidem ingenij acutiſſimi malles aſſentire, ut proxeneta in cauſa dotis & matrimonij non repellatur à teſtimonio, crederem ſecundùm tertiã ſententiam Abbatis & ſectatorum eius de qua paulò ſuperius dixi non male intelligendam eſſe.

Tertiò, quod diximus proxenetam inuita altera parte ad te- 22 ſtimonium non admitti † reſtringendum eſt in his, quæ perfectionem ſeu explicationem contractus ſeu negocij reſpiciunt, in his autem quæ ante perfectionem contractus potuiſſent euenire admittatur: ut eleganter inquit Sali. in l. nullus. ff. de teſtib. ſubdens tex. in §. qñ uerò ſæpius citatum id non prohibere, citatq; ſcripta à doctoribus in l. ſi actor. C. de prob. & l. fi. C. de proba. & huius rei rõnem reddit; quia prima ſunt ſeparata à ꝯctu, ſecunda ſunt ei connexa, inter quæ longa eſt differentia ut notatur. C. ſi aduer. rem iud. l. 1. & ff. de nego. geſt. lege eum actum, idq; uerã ait, licet præcedentia contractui proſint, affectio nãq; 23 in proxeneta conſiderata hæc non reſpicit,& †ſimili diſtinctione utitur in venditore, ubi de euictione non tenetur, ꝙ in præcedentibus contractum, & eum non reſpiciẽtibus teſtimoniũ poſſit dicere, ſed in his quæ contractus perfectionem reſpiciũt, non poſſit,& dẽ Sali. meminit Alex. in conſi. 154. uolum. 5. uiſo Themate in j. col. Adde ꝙ idem probat Sal. in l. omnibus C. de teſtib.& ſanè Sal. ſententia mihi rationabilis ſemper uiſa ẽ; quoniam in his quæ procedunt cõtractum, nec perfectionem eius reſpiciunt, rationes quibus ipſum proxenetam repelli frequentioribus placuit, non conueniunt, unde auctoritatem Sal. illa iuris quæſtio ſolui poſſet, Sempronius mercator Auguſtino mercatori mandauit, ut mercium ſuarum periculum ſuſcipientes inueniret,& quos uulgo aſſecuratores appellant, Auguſtinus ſe diligentia uſum in perquirendis aſſecuratoribus probare ex fa- 24 cto aſtringitur † num proxenetæ ſunt admittenti, quibus Auguſtinus aſſerit mandaſſe, ut inueniat. Et quoniam hoc nõ ipſum aſſecurationis inſtrumentum reſpicit, & affectionis & aliæ rationes Accurſij in d. §. quoniam. in hac facti ſpecie interuenire non uidentur, proxenetas ad id probandum admittendos uidetur,& ex facto conſulto placuit Car. Rui. in conſi. 65. num. 2. & numero ſeptimo, uerſicu. Secundò quia &c. uolu. 5. Qui tamen nec Salycetum citat, nec prædicta attigit, ſed ex eo ſententiam 25 ſuam probat † quia creditur alicui de mandato ſibi dato atteſtãti, citat Bar. in l. ex ſententia. ff. de teſtamen. tut. Bal. in l. iudices. C. de fide inſtrumen. Alex. in conſi. 188. nume. 19. uolum. 5. Sed de hoc non eſt diſputandi locus, uide tamen eundem in conſi. 33. uolumi 4. col. 2. & eund. Caro. Rui. in antecedenti reſponſo ſub nume. ſeptimo. Doct. in cap. quoniam contra. & præſertim Dec. ibidem ſub nume. 59. extra de probatio Iaſ. in l. admonendi. nu. 156. ſubijcit Car. Rui. quia † arbitro creditur in eo quod 26 eſt mandatum, citat Doct. in cap. 2. de arbi. Bart. in l. ne in arbitris. C. eod. & in l. ſi ſocietatẽ in § arbitrorũ. ff. pro ſoc. ſed & in hoc uidebis ſcripta à Iaſo. in repetitione l. admonendi. nu. 168. Lanfr. in d. c. quoniam contra. nu. 30. & in uerbo teſtium num. 115. Iaſ. in conſi. 10. col. fi. uol. 1. & in conſi. 12. nu. 1. eo. uol. Ioan ab Ami. in conſil. 31. nu. 17. ad demonſtrandum &c.

Quartò temperandũ eſt in crimine ſimoniæ † in quo ſi ciui- 27 liter agatur, & nullum emolumentum mediator fuerit aſſecutus ad teſtimonium altera parte inuita admittitur, c. i. de teſtib. lib. 6. ubi plene iuris pontificij interpretes ſcripſere, ex quo capite notant, ſi ciuiliter agitur criminis ſimoniæ ſocium proxenetam,& non muneris admittendum: criminis autem,& muneris reijciendum: ſi † uerò criminaliter agitur, proxeneta tanquã 28 criminis ſocius licèt nõ muneris nõ admittatur ad probationẽ, ad præſumptionem autem faciendam non reijciatur ſecũdùm gl. in d. c. 1. in uerbo teſtimoniũ,& in uerbo criminaliter, & ſcripſit Par. Put. in tract. ſind. in uerbo teſtis, uerſi. fuit ſemel interrogatus, nu. 2. & 3. ſi uerò emolumentum etiam fuerit aſſecutus, ſitq; ſocius criminis,& muneris, prorſus repellatur,& uide cap. licèt Heli. cap. per tuas. de ſimon. & capit. ueniens primo de teſtib. Soc. Iun. in conſil. 12. num. 18. par. 2. & magis ad rem Caro Ruy. in conſi. 158. num. 2. & ſequen. & num. 15. vol. 5. & Alberſi is eſt, in tract. de teſt. §. expedita. num. 32. qui ubi criminaliter agitur, indiſtincte proxenetam repellendum ait, & vide additionem primam in dic. c. j. de teſt. lib. 6. & Arch. ibidem. Et huic 29 temperamento quędam ſunt annotanda,& illud primum † ius ſingulare in crimine ſymoniæ ſtatutum eſſe frequentioribus placuiſſe,& per locum à ſpeciali probari in d. c. 1. proxenetam à teſtimonio repellendum, cumque hic admittatur ſi ciuiliter agatur, vt dixi, quod relatus Alberi. ſupra verſi. Qui verò in ſecũda, num. 6. conſiderabat, mouere nõ debet: & verba Pontificis eo ius ſingulare ſtatutum oſtendunt; quia miniſterio proxenetarum plerunque crimẽ ſymoniæ committitur & in criminis 30 deteſtationem. item & illud annotandum eſt † ſi ciuiliter agitur in crimine ſymonię Proxenetam admittendum parte altera non aſſentiente, ẽt ſi proxeneticum fuiſſet promiſſum, nõ tñ traditum, idq; ex ſnĩa Io. And. Ioan. Mona. ibidem, pro qua ſnĩa verba relati textus ſunt, quę emolumentum proxenetã aſſecutum eſſe innuere videntur: & quoniam aduerſari huic ſnĩæ videbatur tex. in d c. veniens. reſpondit Dñicus in citato c. j. & vide ibidem Phil. Fran. referentem Baldum cõtra ſenſiſſe quibuſdam rationibus,& qui ait, paria eſſe promittere & ſoluere. l. fin. C. ad legem falcidiam,& ſcribit Soc. Iun. in conſi. 93. verſ. circa quartam, in prima par. & ſubijcit totius eſſe, ſi promiſſio interueniat, tenere proxenetam repelli, quemadmodum reijcitur, ſi traditio interuenit, verum Fel. in dicto c. veniens. ſub nu. 4. Dominici reſponſum probat,& ſubdit gl.& omnes iſtum appellare ſocium muneris quod eſſe non poſſet ex ſola promiſſione.

Quintò reſtringẽdum eſt in cauſa ſolutionis vſurarum † qm̃ 31 id occulte fit & fęneratores plerunque cõtractus vſurarios ita occultè ineunt & doloſe, vt de vſuraria prauitate vix conuinci poſſint ex ſnĩa Dominici in dicto c. j. colum. 2. in glo. in verbo auctores, cuius ſnĩam probat eodem in loco Philip. Fran. Sed & ad intelligendam ſecundùm ſcripta à Bartolo in l. deferre. in §. ijdem decreuerunt. ff. de iure fiſ. videlicet niſi deponat ad ſui cõmodum, quod ipſe proxeneta ſoluerit, aut ipſe commodum recipiat, de quo ſubdit infra. Sed & addes Veronẽ. in tracta. de ſimul. ꝯtract. nu. 185. qui prædictos non refert & ait, ſi iudex contra aliquem procedit tanquam vſurarium vel ſimulatos cõtractus facientem poterit recipere in teſtes proxenetas & alios, cũ quibus dicitur commiſſum crimen, arg. cap. quoniam. de teſta. licèt aliàs dubium ſit, an proxenetę poſſint eſſe teſtes, ſubijcit ẽt & alia, quæ retuli ſupra in tertia par. nu. 35. verſi. Accedat &c.& vide Cardina. in clemen. prima §. j. in tertia queſt. num. j. de vſur. Pro qua ſententia eſt, quod Alex. ſcripſit in conſi. 46. colum. j. 32 li. 3. & in conſi. 54. col. li. 6. Inquit enim alios referendo † propter cauillationes,& fęneratorum excogitatas artes ad probandum contractum vſurarium probationes leuiores ſufficere, & quæ aliàs in cauſa non ſufficerent. Sed & ad prædicta & præcipue temperamentum datum à Philippo Franco propoſitæ limitationi videnda ſunt, quæ plene,& eleganter ſcripſit Aymo Craue. inter recentiores iuris interpretes, in conſi. 6. nume. 102. & plenius in conſi. 73. præſertim num. 7. & num. 29. & ſequen. numeris, cuius ſcripta quoniam inter manus omnium merito verſantur breuitatis cauſa non refero,& vide Bal. in conſi. 370. volum. 4. de quo ſtatim.

Sextò temperandum etiam puto, quod diximus † in proxe- 33 neta à publico approbato, & in albo proxenetarum deſcripto, & iurato ſi lege municipali caueatur fidem habẽdam eſſe. Nec enim recte dubitari poſſe puto, quin his circunſtantijs concurrentibus alias minus idoneum teſtem pro idoneo haberi lege municipali caueri poſſe, facit l. Theopompus. ff. de dote præle. & quod ſcripſit Ange. in repetitio. l. ſi uacantia, in 2. colu. C. de bon. uac. lib 10. Mar ſing. 214. & ſing 460. & facit quod ſcripſit Alex. in conſi. 122. nume. nono, uolumi. 2. & l. ſi quis teſt. C. de teſtib.& quod paulò ſuperius hac eadem queſtione dixi uerſic. prima eſt, numero primo,& uide quę hac eadem parte infra dicam uerſi. apud Bertachinum num. 4. & ultimo.

Septimò declarãdum eſt, quod diximus in uero proxeneta, qui (ut in prima parte dixi & in ſequenti etiam dicam) duobus modis dicitur, uno modo quando accipit proxeneticum, alio modo qñ gratis, tñ eius opera & miniſterio perficiẽ negociũ, ſed † ubi a partibus ſine mediatore fit contractus & explicatur 34 negociũ, qui partes coegit ſeu coadunauit, uel teſtes uocauit; quia hic nullum miniſteriũ contractui præbuit, nec ex hoc meretur proxeneticum, non dicitur proxeneta, cõſequenter huic non interdicetur teſtimoniũ ſm Bal. in conſi. 459. Tria dubia. uol. 4. quod eſt errore geminatum in 4. uol. ſub num. 370. citat §. quoniam uerò. & c. 1. de teſti. lib. 6. & quod notatur in l. & elegant. ff. de dolo,& ſubdit hunc non eſſe repelleudũ & ad probandum conuentionẽ admittendum eſſe: qm̃ rõnes relatæ ab Accurſio in d. §. quoniam. huic non conueniunt, qui non præbuit intrinſecũ & ſubſtãtiale miniſteriũ in negocio, ſed extrinſecũ in cõgregãdo partes in certũ locum, citat etiam tex. in l. 1.

Source : BIU Cujas

ff. de testi. & quod notatur in dicto c. Romana. quæ Baldi sentẽtia confirmari potest ex alio Baldi met consi. 50. vol. secundo, illic enim ita scriptum est, pro locutores inter partes non dicuntur proprie proxenetæ sed amicabiles tractatores. ff. de arbitr. l. si de meis §. recepisse. & hos idoneos esse testes putat, nec est omittendum, quod Stef. Bert. scripsit in consilio 225. Dixeram &c. vol. 3. Nobiles qui forte fortuna negociis interfuere, & ministerium aliquod præstitere, proxenetas dici non posse: cum rationes proxenetas repellentes in eis cessent. Addendum est etiã quod ait Soc. iuni. in consi. 29. nu. 17. vol. 2. putauit enim mulierem internunciam, quæ tantum mandataria non proxenetrix fuerit, ad testimonium admittendam.

Octauò restringendum videtur in crimine hæresis. id enim videtur sensisse Archi. in dicto c. 1. de testi. lib. 6. dum inquit, & habet̃ simile in crimine hæresis. in de hære. c. in fidei. & his addes Dominicum ibidem, & quæ scripsi supra in quinto temperamento. Gundis. in tractat. de hæret. ver. 13. Carre. in eo. tract. num. 118. & seq.

35 Denique † temperando est proposita facti species in casu in quo omnes rationes relatæ ab Accur. in dict. §. quoniam. cessarent, videlicet affectionis, proxenetici, & ꝙ ascribi non possit, ꝙ minus caute se gesserint ex sententia Alex. in consi. 127. vol. 7. in fi. quod temperamentum non est sine ratione, & innumerabilibus exemplis probari posse, de quibus apud summæ scientiæ singularisque memoriæ virum And. Tiraq. in libello qui circũfertur & inscribitur cessante causa, pro quo etiam facit, quod in vltima facti specie dicam: nam idem propemodum est & relatum responsum Stefa. Bert. paulò superius.

Quarta facti species est, vt tandem redeam vnde diuerteram,
36 proxenetam † posse in eo contractu, in quo interuenit, in testẽ describi, & consequenter potest esse testis in instrumento, licèt voce viua regulariter ei testimonium interdicatur. Cuius rei illa ratio redditur; quia in instrumento describitur de consensu vtriusque partis, quo casu (vt initio huius disputationis dixi) admittitur & cogitur testimonium dicere. Item instrumẽti fides suspitionem amouet, ex sententia Abbatis in cap. ex literis. de transac. num. 3. vbi memoria tenendum scripsit, & apud eundẽ etiam notatur, & prius idem notauerat Baldus eadem ratione motus, in aut. sed nouo iure. num. 6. versic. quintò ꝙ proxeneta.
37 C. si cer. pet. quod † forsan temperamentum intelligendum est in his quæ in instrumento cautinentur, in quibus proxeneta est rogatus, & sic approbatus, contra verò in his quæ in instrumento asseruntur omissa, vt repellatur à testimonio, idque sensisse videtur Car. Ruy. in consi. 14. vol. 4. considerando quæ scripsit in principio consilii, & nu. 6. & vers. non obstat. quod vltimum est etiam admittendum, quando in negocio proxeneta fuerit, & vt statim dicemus, & ne repugnet his quæ diximus paulò superius ver. tertiò quod diximus. num. 22.

38 Vltima facti species est † proxenetam ab extraneo productũ non esse à testimonio repellendum. Nec enim ex hoc ꝙ quis proxeneta sit interdicitur testimonium sed ratione affectionis, vtilitatis, & ne ei imputetur, ꝙ minus caute se in negocio gesserit, quæ rationes in negocio in quo interuenit locum habent, & cessant vbi ab extraneo producitur, quod placuit Fel. in capitulo cum à nobis. in fi. de testi. vbi idoneum esse testem ait, citat glo. in capitulo Romana. eodem titul. lib. 6. & his addes quæ paulò superius dixi in versiculo denique, & in his, & præcedentibus magis congrue facti species constituere visum est, quàm relatis limitationibus restringendo hæc adiicere.

SVMMARIVM.

1 *Libro proxenetæ an sit credendum, per totam quæstionem.*
2 *Viuæ voci magis credendum, quàm mortuæ, & cuius vox viua non recipitur, eiusdem vox mortua non admittitur.*
3 *Libro proxenetæ creditur de consensu partium, & quid in crimine symoniæ & in vsurarum causis, relatiue.*
4 *Iuramentum præstitum ab initio à proxeneta de exercendo ex fide officium sufficit, vt in crimine symoniæ, & in vsuris detegendis eius libro credatur veluti si iuratus deponeret.*
5 *Statuto vel consuetudine si creditur lib. proxenetarum, quomodo sit id admittendum, declaratur relatiue.*

APud Bertac. in Repert. suo in ver. proxen. ita scriptum est † proxenetæ lib. creditur. Bal. in l. 1. in 4. col. C. de eden. In quo tamen loco Bal. in meo C. de editione loquens inquit. Sed quid in his qui scribũt ea in quibus versantur, an teneantur codicem suum edere, videtur ꝙ nõ quia non admittitur eorum vox viua, nisi vtraque parte volente: vt in capitul. 1. de testi. lib. 6. ergo nec vox mortua, nisi vtraq; pars consentiat, & subiicit, sed quid si librum procuratoris mei peto edi contra tertium, an audiar, videtur ꝙ nõ: quia cuius testimonium non admittitur, eius scripturam non recipiam ff. de iu. fi. l. deferre. § ijdem decreuerunt. Nam cum talis scriptura iuris adminiculum non conferat, ideo frustra edi postulatur. Hæc
2 ille, & certe † maior fides habenda non est scripturis, & consequenter voci mortuæ, quàm his, quæ viua voce & iureiurando asseruntur. §. si verò tale aliquid, in Aut. de fid. instru. quem tex citat ad hoc Alex. in consi. 3. num. 9. lib. 2. & hoc arg. vtitur Anchar. in consi. 28. rationes, col. 2. versi. vlterius hoc probatur, & hac etiam ratione vsus est Imo. in l. nuda. nu. 4. ff. de donat. in ea quæstione. An liber mercatoris pro tertio semiplenam probationem faciat, existimans iuramentum à principio præstitum à mercatore, ꝙ ex fide mercaturæ officium exerceret, non sufficere. Cui tamen rationis in eo articulo & Pau. Cast. & Alex. responderunt in l. admonendi. ff. de iure. & refert Ias. ibidem nu. 108. in responsione, Dec. in c. 2. extra de fid. instru. His igitur relatis cum quæritur, an liber proxenetæ inter cõtrahentes probet, regulariter nullam fidem facere respondendum videtur. Cum. n. à testimonio proxeneta regullariter repellendum in superiori quæstione probauerim, absurdum videtur eius libro credi, etiam si in albo seu matricula proxenetarum quis descriptus
3 sit, & ex fide officiũ gerere iurauerit † plane si partes cõsentiant, vel in crimine symoniæ versemur, vel agatur, vt vsuræ extortæ detegantur, dicendum puto vt in quęstione antecedenti scripsi ver. Prima est, & ver. quintò restringendum. nume. 31. & in his
4 casibus exceptis † iuramẽtum à proxeneta a publico approbato & a principio præstitum, ꝙ proxenetæ officiũ ex fide geret, sufficiendi posse ex his quæ Pau. & præcipue Alex. in relato loco scripsere: Sed et si conuentiones in libr. proxenetarum descriptæ partium subscriptiones continerent his recognitis stan
5 dum esset. His illud adijciendum est † si uel consuetudine uel lege municipali pronexetarum libris fides habeatur, & consuetudinem & municipalem legem multis modis temperandam esse non dubito, & prout iuris interpretes in plerisque locis de libro mercatorum scripsere, & præsertim in dicta l. admonendi, & scripsi in Tracta. meo de mercatura in secunda parte, nume. 69. & plenius in prima parte ult. par. Relata nanq; temperamenta fortius in lib. pronexetæ quam mercatoris admittenda esse sordidum pronexetarum officium & personarum qualitas suadent, ut scripsi supra in 2. secunda parte, uer. subijcit nõ adeo improbabili more, nume. 10.

SVMMARIVM.

1 *Testes si dixerint, contractum fuisse factum per Meuium, qui non principalis fuit, sed proxeneta, num defendi possint, quòd probent, & quòd defendantur.*
2 *Dictionis per, natura, seu quibus modis dictio hæc accipiatur, relatiue.*

1 QVæro † testes in contractu seu negocio aliquo sunt recepti, qui dixerunt, contractum fuisse factum per Meuium, qui non principalis fuit sed proxeneta, num testimonia defendi possint? Et uidebatur non posse. Cum Meuius proxeneta non contradixerit, & dictio per, referri debeat ad personas contrahentium, & actum gerẽtium. † Sed
2 uerius est defendi posse. & exponẽda esse dicta testium per Meuium, idest eius ministerio, idq; probari uidetur in capitulo primo de testib. lib. 6. iuncta expositione glos. in uer. per quos, & expresse notauit Geminian. ibidem in fine primę colum. & probat eodem in loco Philipp. Franc. citat legem cum per eos. C. si quis alt. & sibi. Addes Bald. in l. ex arrali. numero tertio. C. de actio. empt. & plenius per eundem in Rubri. de exer. in princip. Ex cuius scriptis hæc sententia confirmatur quæ, & æqua, & rationabilis est: frequens enim hæc est expositio, ut si diceres per meos amicos obtinui, & de dicta prępositione per, scripsit And. Alc. in l. urbana familia. in §. pernoctare. ff. de uer. signi.

SVMMARIVM.

1 *Permutationis contractus bonæ fidei est.*
2 *Permutatio vicina emptioni, & vicem emptionis obtinet.*
3 *Permutatio pro uenditione à probatissimis scriptoribus usurpatur.*
4 *Remedium legis ij. C. de rescin. vend. & in permutation. locum habet, et quid in permutatione beneficiorum, relatiue.*
5 *Venditio, seu permutatio an rescindi possit facta sub vulgari clausula proxenetarum, visto, e reuisto, e piaciuto, si læsio vltra dimidiam interueniat, & de dicta clausula plura.*
6 *Vendens scienter rem minus dimidia iusti pretij beneficio l. ij. C. de rescin. vend. non utitur, & scienti renunciauti comparatur.*
7 *Legi secundæ de rescin. uen. C. non solùm expresse, sed tacite renunciari potest, nisi personæ qualitas aliter suadeat.*
8 *Valorem agri sciuisse præsumitur ex reditu agri qui in colendo eum versatus est.*
9 *Celatus non dicitur, qui scit, & certiorari non debet, qui non ignorat.*
10 *Mercatorum diligentia in nuncijs magna est & esse debet.*
11 *Remedium rescissorium an concedatur, si in instrumento sit dictum bis; si pluris est, seu ualet, donat.*
12 *Clausula, quod pluris est, donat, non est magni momenti, & refert quomodo concepta sit.*
13 *Geminatio verborum vno contextu facta quam vim habeat, relatiueq; de geminatione.*
14 *Mercatores boni propter eorum bonam fidem plerunq; varijs modis proxenetarum calliditate circunscribuntur, & enumerantur fraudes.*
15 *Merca-*

Source : BIU Cujas

15 *Mercaturæ salus in nequissimos proxenetas, et malos mercatores animaduertatur.*

SOlent Anconæ (vnde origo mihi est) proxenetæ venditiones, & permutationes in eorum libris cũ illa vulgari clausula seu formula scribere & perficere. visto, e reuisto, e piaciuto. Et quoniam † inter bo
1 næ fidei contractus permutationem constitutam esse nemo ambigit l. secunda C. de rerum per. §. actionum. instit. de actio. vicinaque † est emptioni l. fin. ff. de rerum permuta. vicemque
2 emptionis obtinere non est iuris incogniti, dicta lege secunda; & l. Titia. vbi Bald. ff. de iur. dot. l. apud Celsum §. si quis autem. versi. auctoris ff. de doli exceptione. & qui rem permutatam accipit emptori similis est. l. vltima. ff. quibus ex cau. in possess. eat.
3 l. sciendum §. deinde. ff. de ædil. edi. vnde † & permutatio pro vẽditione à probatissimis scriptoribus vsurpatur, vt probat Andr. Tiraquell. in commen. de vtroque ret. §. 30. glo. 1. num. 19. ver.
4 ex hac autem &c. placuit † uiris prudentibus remedium legis. 2. C. de rescin. uen. & in ea. locum habere. Id enim Io. Andr. sensit in c. cum dilecti. de emp. & vendi. Cald. in titu. de rerum permu. consi. 4. duo Canonici &c. Bar. & plerique alij in d. l. 2. Abb. in c. cum causam. num. 8. de emptio. & vendi. & Deci. in consi. 210. vbi in permutatione beneficiorum disputauit. Scio igitur
5 aliquando in dubium venisse, num † venditio seu permutatio sub hac verborum cõceptione seu vulgari formula facta rescindi possit, si læsio vltra dimidiam interueniat. Et rescindi nõ posse videbatur, si lęsio vltra dimidiam interueniat. Nam † qui sciẽs
6 prudensque minus dimidia iusti pretii vendit, beneficio dictæ legis non vtitur, secundùm Baldum in l. secunda C. de rescind. vend. num. septimo, qui id à Doctoribus receptum ait, mouit l. prima. in fi. ff. de actio. emptio. & quia sciens renuncianti comparatur ff. de ædil. edi. l. quæritur, §. si venditor, cum igitur relata verba scientiam ostendere videantur, stãdum videbatur ei quo conuenit, remittentibus enim actiones suas non est regressus
7 dandus, & † non solum expresse sed & tacite dictæ legi 2. renunciari posse Odo. & Nicola. Matth. relati à Baldo vbi supra respõderunt nisi personæ simplicitas, vel rusticitas aliter suadeat, idque religioni iudicantis remittitur, & scientiam in mercatore,
8 & solito negociari præsumẽda videtur exemplo eius † qui versatus in agro colendo vt ex reditu agri valorem sciuisse censeatur, vt idem Bald. referendo Nicola. Matth. cum distinctioneq; interpretando legem quisquis C. eodem. in non semel citato
9 loco scripsit. Non † ergo videtur celatus, qui scit, nec certiorari debuit, qui non ignorauit. Rursus hæc sententia ex eo comprobatur, mercatores namque ad varias mũdi partes merces & exportant, & important, intentique sunt ad quæstum, vnde forsan præsumendum est, certiores redditos merces permutatas seu emptas ad aliquas regiones transmitti cum lucro posse, & scienter inæqualem permutationem feciſſe, aut merces vendisse minus dimidia pecunias transmittẽdi gratia aliquo, aut propter copiam mercium aduehendarum: quia amicus per literas
10 significauerit (vt assolent mercatores) Quorum † diligentia in nũciis magna est, & esse debet. Item hæc sententia ex eo probari posse videbatur: quia proxeneta interuenerit. Nam vt Alb. ait in leg. 2 ff eodem, quidã existimauerũt, emptorẽ qui interueniẽte proxeneta emerit, redhibitoria agere nõ posse, tanq; proxeneta partes instruxerit, & mercium valorẽ, & pretia indicauerit deniq; hæc sñia ex geminatione illorum verborũ, visto, e reuisto, confirmari posse videbatur, argumento eius, quod præceptor meus Ludouic. Goz. scripsit in consi. 52. num. 2. Is enim re-
11 ferendo Bald. in dicta lege secunda, putabat † remedium rescissorium nõ concedi, si in instrumento dictum sit bis, & si pluris sit, seu valet donat. Verùm relatæ rationes mouere haud debẽt, & nõ esse recedendum à regula propter relatam verborum cõceptionem, & solitam proxenetarum formulam opinor, dicta nãque clausula ex cõsuetudine proxenetarum, & perfunctorie adiici solet: vnde puto nõ esse magni momenti, vt de clausula, quod pluris est, donat, attestatur Angelus in lege 2. C. de rescin. vendi. & plures referendo probat And. Tiraquell. in commen.
12 de vt. ret. § primo gl. 18. a num. 11. vsque ad numerum 19. ex † cuius ac plurium sententia refert, quomodo concepta sit clausula & an ex more, & perfunctorie, vel ex animo, non leuiter, nõ neglectim, non oscitãter, quod ex verbis, & forma donationis apparere potest, & ex qualitate, & conditione contrahentium, & his addenda sunt, quæ scripsit Decius in cõsilio 180. & Aymo in consi. 192. num. primo, & num. 10. Pau. Paris. in consil. 20. præcipue sub num. 87. & sequen. & ante. numeris volum. primo, quo fit: vt sciẽtia ex relatis verbis nõ arguatur seu valoris sciẽtia demonstretur. Et quod de geminatione verborum dicebatur, nõ
13 obstat † cum eodem contextu, non temporis interuallo sit adiecta, argumen. legis si mulier. C. ad senatus. Vel. & videndus est Dec. in consi. 60. in fi. & in consi. 181. num. quinto, & consi. 216. colum. fi. versic. & præsertim, qui sibi parum constitisse videtur: vt scripsit Aymo Crauc. in cõs. 114. in fi. Et de geminatione pręter loca vulgaria vide Ioã. Crot. in l. 1. in 8. colum. ff. de verborũ obligatio. & Pau. Paris. in consil. 12. num. 69. & sequen. volum. 2. & in consil. 9. nu. 19. volum. 3. And. Tiraquell. in l. si vnquam in versicul. reuertatur, num. 49. & sequen. & ante. numeris C. de reuocan. donatio. quem videas scripsit enim de re seu clausula absque interuallo geminata. Accedit, quòd relata verborum geminatio, neque scientiam valoris indicat, nec renunciationem continet & per errorem interueniente læsione, de qua supra, venditionem seu permutationem factam esse præsumendum, est vt Barto. scripsit in dicta l. 2. & in l. quisquis. C. eod. & Ange. & Imo. in l. si quis cum aliter, in tertia colum. ff. de verborum obligat. & Pau. Paris. in dicto consi. 20. num. 98. Et ex facilitate ac ignorantia ad venditionem deueniſſe, ne suum iactasse videatur l. cum de indebito. ff. de probat. Nec commune habet, sed dissimile quippe est, quod dixi de eo qui fundum coluit, & reditus annuos recepit: Cum ex redditibus probetur valor rei secundùm tamen notata à Bartolo in dicta l. 2. & hic agatur de venditione seu permutatione rerum mobilium, nec tamen diuersum ius statuendum puto, si relata clausula in vẽditione rerum mobilium adijciatur, & in re dubia in proposita facti specie relatas cõiecturas (ad quas Bald. cõfugiendum scripsit) ad sciẽtiam arguẽdam non puto sufficere. Nec referre videtur, q̃ proxeneta interuenerit, vt probaui supra hac eadem parte, ver. Et illud in dubium venit, sub num. 1. & vltim. Sed & huic rei annotandum est † bonos plerũque mercatores propter eorum fi-
14 dem, & facilitatem calliditate, & dolo proxenetarum in vẽditionibus, & permutationibus circũueniri. Nam merces, vel viderũt, sed habita fide de qualitate earum, vel specimine rãtum ostẽso, vel mercium caterua vix visa, aut per foramina, & quasi per transennam, venditionibus, & permutationibus sub relata verborum formula factis proxenetarum suasionibus se subscribunt, Hinc contrahentibus delinquendi occasio præstatur, hinc proxenetæ ad malitiam inuitantur, hinc denique tot tãteque fraudes, & circunuentiones oriuntur, sub colore enim ac clypeo relatæ clausulæ, quòdque propter eius vim rescindi cõtractus non possit partes ipse suasu plerũque proxenetarum merces supponunt, vel corrumpunt, vel supprimunt. unde in crimen stellionatus incidunt, ut in l. 3. ff. de crim. stell. & propterea
15 † salus esset mercaturæ in ciuitate Anconę in nequissimos proxenetas malosque mercatores animaduertere. Ad quæ uidebis quæ scripsi in tractatu meo de mercatura, in quo inseritur tractatus de decoctoribus, & in ultima par. eiusdem tra. de decoct. num. 19. & sequen. nu. & in titu. de contract. mercat. num. 11. quę breuitatis causa non refero.

I

SVMMARIVM.

1 *Venditio seu permutatio sit est facta cum illa uulgari clausula à reuedere, an dicatur pura, et resoluatur sub conditione, uel conditionalis sit magis, et intra quantum tempus liceat dicere rem sibi non placere, & quando res euincitur, morbosa uitiosaue est, et declaratio ad l. quòd si nolit. in §. si quidita ff. de ædil. edi. et multa in q. notabil.*

1 EST & alia uulgaris formula, qua callidi mercatores plerũque utuntur, dum uenditionibus permutationibusque in proxenetarum libris scriptis se subscribunt, uidelicet Io. Giouã Bap. Piceo mi cõtento a reuedere. Vnde quæritur, utrum uenditio permutatiove conceptis uerbis facta pura sit, sed sub conditione resoluatur, an uero conditionalis sit magis. & conditionalem esse uidebatur, quasi uerba illa significent, si res empta permutataue placuerit. §. emptio. insti. de emp. & uen. Sed mihi uidetur uerius nõ esse sub cõditione contractam, sed resolui emptionẽ, permutationemue sub cõditione, quasi dictum sit, si displicuisset, res sit inempta l. si res ita ff. de cõt. emp. l. 2. ff. de in diem addi. in quib. locis uidebis Accursium l. 2. §. si in diem. ff. pro emp. l. pe. C. de ædilit. act. c. 1. illos uos. de pig. ubi Glo. & Abb. Relata enim uerba mihi uidentur magis resolutionem quam emptionem respicere, & in his quomodo uerba cõcepta sint, suspicimus: ut quid actum sit, intelligamus. Experientesq; mercatores audiui, ita dicentes, & hoc iure utimur. Refert aũt ualde, pura sit uẽditio, sed resoluatur sub cõditione, an cõditionalis. Si. n. pura est ex p̃actu agi, & usucapionem procedere & fructus & accessiones lucrari & periculum ad emptorem pertinere, si res interierit placuit. Vbi uerò conditionalis est uẽditio, nec agere, nec usucapere emptor potest, nec fructus ad eum pertinent, dicto. §. si in diem. & l. 2. 3. & 4. ff. de in diẽ addi. l. obligationum ferè. §. conditio. ff. de act. & obli. quæ multis exemplis probari possent, sed loca tantum referre contẽtus ero uidebis ergo Bar. in l. Iulianus. in fi. ff. de cõdi. indeb. Dec. in consi. 279. placet mihi. col. 2. Soc. in consil. 62. uisis conuẽtione col. 2. uersi. sed regula est, lib. 4. & consi. 91. Cõcludo dictum Philippum. col. 1. uer. confirmatur ista concluſio, eo. lib. quos ac nõnullos alios refert And. Tiraq. in Tract. de ut. ret. §. 2. Gloss. j. & unica, nu. 74. & addes Paul. Paris. in consi. 5. nu. 12. & nu. 24. uol. Car. Ruy in consi. 45. uol. 1. col. 2.

Sed & illud nõ inelegãter quæritꝰ, finge emẽti p̃mutãtiue rẽ displicere, nõ sit præfinitum t̃ps, intra quod admittatur ad resolucndum cõtractum ex eo, q̃ res displiceat. hic tibi lector cãdi-

Source : BIU Cujas

de in quæſtione vtili quotidiana ſingularem textum ad verbū refero in l. q̄ ſi nolit in § ſi quid ita venerit. ff. de ædil. edic. Illic enim ita ſcriptum eſt. Si quid ita venierit, vt niſi placuerit intra præfinitum tempus redhibeatur, ea conuentio rata habetur. Si autem de tempore nihil cōuenit, in factum actio intra ſexaginta dies vtiles accommodatur emptori ad redhibendum vltra non, ſi uerò conuenerit: vt in perpetuum redhibitio fiat, puto hanc conuentionem valere. Item ſi tempus 60. dierum præfinitum redhibitionis præterierit, cauſa cognita iudicium dabitur. In cauſæ aūt cognitione hoc verſabitur, ſi aut mora fuit per vē ditorem, aut nō fuit præſens, cui redderetur, aut aliqua iuſta cauſa interceſſit. Cur intra diem redhibitum mancipium non eſt, quod ei magis diſplicuerit. Hactenus Iuriſc. in ſupraſcripta verba, & addes l. ſi conuenerit ff. de reſcin. ven. Glo. in c illo vos. de pign. Alb. in d. l. ſi res. ff. de cont. emp. qui dicunt, ſi de tempore non conuenit, emptorem intra ſexaginta dies ſibi rem non placere poſſe dicere & ab emptione recedere. Non tamen omittē dum eſt, quod Veronenſis in § ſiquid ita. ſcriptum reliquit. Putauit enim, ſi ex conuentione prę̄finitum tempus ad dicendum rem emptam diſplicere, vel ſexaginta dierum à lege ſtatutum præterierit, ſi res morboſa vitioſaue ſit, emptorem poſſe agere ſaltim ad prætij reſtitutionem rem venditam reddendo, idque probari ait in l. emptorem. in §. denique. vbi Accurſius in verſi. teneri, & eadem l. in §. ibidem. & §. qui autem. Nec ſubdit moue re debere tex. in dicto §. ſi quid ita: quia intelligendus eſt, vt non poſſit agi ad intereſſe, ad pretium autem poſſit: vel quòd res nō erat vitioſa, vel morboſa. Item intelligit tex. quando ignorabat venditor vitium, vel morbum, ſi autem ſciuiſſet rem vitioſam vel morboſam, & non denunciaſſet emptori. & poſt præfinitū tempus ex conuentione, & 60. dierum à lege ſtatutum putauit non ſolùm ad reſtitutionem pretij emptorem poſſe agere, ſed etiam ad intereſſe, dicta lege emptorem in §. denique. & in §. ſententiam. citatque legem tenetur. in §. fin. & l. quæro eodem ti. de actio. emptio. & ſemetipſum in l. quærit. in §. ſi venditor. ff. de ædil. edic. Ego autem vt ſententiam interponam meam, Veronen. nimium reſtringendo tex. opinor non bene ſenſiſſe. Vnde in propoſita facti ſpecie diſtinguendum, & reſpondendum puto, aut res vendita, ſeu permutata eſt aliena, & euincitur poſt legitimum tempus 60. dierum ſcilicet, vel conuentione præfinitum, & qui vendidit ignorauit rem alienam, re euicta pretiū quidem deberi, vtilitatem non deberi, idq; ſenſit forſan Veron. dum citat dicta iura, ſed quia in l. emptorem in § deniq;. conuē tum erat, nequid poſtea prę̄ſtaretur, & in §. ibidem pactum erat, nihil euictionis nomine præſtitum iri, quæ conuentionum verba in articulo non proponuntur, & aliud eſt pacīſci, nihil euictionis nomine præſtari, aliud ſi diſpliceat, res redhibeatur, forte nō improbe dici poſſet, non eſſe recedendū à regula, vt venditor hoc caſu re euicta ex empto, & ſic ad intereſſe teneatur. l. non dubitatur C de euic. & l. Titius. in fi. ff. de act. emp. Nec. n. pacti verba porrigenda videntur: vt vtilitatē ſeu intereſſe emptor ſi res vendita euincatur, remiſiſſe cenſeatur. Aut ſciuit rem alienam, vel obligatam, & ex empto proculdubio teneatur conſequenter re euicta ad intereſſe: quia dolo facit, vt in dictis iurib. & in l. tenetur. in fi. ff. de act. empt. ſi verò res morboſa vitioſaue ſit, non aliena tamen nec obligata: ſed vendentis, & in propoſita facti ſpecie, nec ad pretij reſtitutionem agentem empto rem audiendum puto legitimo, vel conuentionali tempore præterito, mouent me verba relati textus in §. ſi quid ita. in illis verbis, ſexaginta dies vtiles accommodantur emptori ad redhibendum, & non vltra, ſi ergo non admittitur ad reddēdum prę̄terito tempore conſequenter à pretij petitione repellitur; & qa legitur in tex. conuentio rata habetur. Rurſus confirmatur hęc ſententia ex eodem met. §. ſi quid ita, vbi Iuriſconſultus ait, ſi tē pus 60. dierū præfinitum redhibitioni præterierit, cauſa cognita iudicium dabitur, & in cauſæ cognitione hoc verſari. ſi mora fuerit per venditorem facta, aut nō fuit præſens, cui redderetur, aut aliqua iuſta cauſa interceſſit, cur intra diem mancipium redditum non eſt, ſolùm ergo conſiderat iuriſconſultus, & in cauſæ cognitione verſari ait, an iuſta cā ſit, quare non fuerit facta redhibitio intra diem mancipij quod emptori diſplicebat. Non aūt lapſo tpe inquit in cauſę cognitione verſari rei vēditę qualitatem. Vnde à tex. gn̄aliter loquente, & aliter non diſtinguente puto nō eſſe recedendum, & ſimpliciter Doct. videntur etiā in d. c. illo vos. de pignori. Alb. in d. l. ſi res. ff. de cont. emptio. & Bal in citata l. ſi conuenit. ff. de reſcin. vend. & finge merces venditas & ex cōuentione tempus duorum annorum præfinitum ad redhibendū, ſi merces diſplicuerint, præterijſſe, nōne per iniquum: cuique videri debet, lapſo tpe emptorem, qui merces penes ſe habuit, audiendum ſub prætextu & colore, q̄ merces corruptæ, vitioſæ morboſæue ſint res, emptorq; ſciuerit, & morbos & vitia non ignoraueri. Nam qn̄ pactum eſt, vt in perpetuum ēt redhibitio fiat, vel breuiori tpe, de ſe quæri dēt, qui ita pactus eſt. Dicet aliquis cur tam varie, qn̄ res aliena venditur, & euincitur, & morboſa, vel vitioſa diſtrahitur, vt dictum eſt? Differentiæ ratio vr̄; quia bonæ fidei contractus non patitur: vt rem emptor amittat, & pretium venditor retineat, niſi expreſſe conuenit, vt dicitur in d. §. ibid. at cum res morboſa vitioſaue eſt, & in cōuento tpe, vel a l. præfinito emptor ſibi rem diſplicere, non ſeuerat, rem ipſam iuris præſumptione approbaſſe cenſetur cū vitijs ſuis, & perinde eſt, ac ſi morbi, vitiaue ſpecialiter ſint expreſſa, & quaſi ius ſuum remiſerit emptor non eſt audiendus. l. quæritur. §. ſi venditor. ff. de ædil. edic. l. paciſci. ff. de pac. vbi paciſci poſſe ſiue in ipſo negocio gerendo ſiue poſtea probatur, imputare. n. debet ſibi, qui tacuit in præfinito tpe: cum ei facultas fuerit redhibendi. Non obſt. iura citata à Vero. & prę̄ſertim tex. in l. emptorem. in §. deniq;. & in §. ibid. vbi tp̄s erat præfinitum 30. dierū, & conuentum, nequid poſtea præſtaretur: qn̄ loquuntur in re aliena vendita a ſciente, vel ignorante, meritò propterationem redditam in d. §. ibid. & de qua ſupra, auditur emptor, quæ rō non interuenit in ſpecie facti propoſita, & hic etiam diuerſa forma pacti eſt ab ea de qua in citatis legibus a Vero. Nō ob. gl. relatæ, & præſertim in l. paciſci. s̄. citata: qn̄ rn̄detur, vt dictū eſt, lapſo tpe cōuentionali vel à l. præfinito iuris p̄ſumptione rē venditā cū ſuis morbis, & vitijs approbatā cēſeri, & perinde haberi, ac ſi in ipſa vēditione, & morbi, & vitia ſint noīatim expreſſa. Idq; ex verbis mihi videtur eſſe Iuriſc. in d. §. ſi quid ita. quem Doct. ēt ſimpliciter intelligere videntur excepto Vero. & naturali rationi magis conuenire. Tu verò in vtili, & quotidiana queſtione, & admodum noua cogitabis. Et his addes tex. in l. ſciendum ff. de ędil. edic. in §. deinde aiunt. vbi Iuriſc. inquit, emptorē eum accipere debemus, qui pretio emit, ſed & ſi quis permutauit, dicendum eſt, vtrunque emptoris, & venditoris loco haberi, & vtrunque hoc edicto experiri.

SVMMARIVM.

1 *Subſcribentes in vacuis, ſeu albis, aut ſubſignantes ſibi non præiudicant, niſi prius, fuerint certiorati.*

2 *Subſcribentes cedulæ vacuæ, vel ſigillum apponentes, ſi non appareat, quòd ſint certiorati de eo, quòd ſcribi debeat, nō eſt uerōſimile, quòd uoluerint ſcribere, vel ſigillare ad ſui præiudicium ſaltem graue, ſed potius, quòd ſperauerint ſcribi aliquid ad eorum commodum.*

ET illud quod frequenter euenit omittendum non eſt callidi, & mali proxenetæ proxeneticiq; auidiores præter æquum, & bonum cum contrahentes difficile conuenire poſſe vident, ideſt ex diuerſis animi motibus in vnum conſentire, & in vnam ſn̄iam decurrere ſuaſionibus inſtigationibuſq; ad ſubſcribendū in albis, ſeu in vacuis contrahē
1 tes, vel alterū inducūt. †vnde quæri pōt, quid in caſu propoſito rn̄dendum ſit, & minimè legiſſe tractatum apud Angelū in l. ſi ita ſtipulatus. in § Chriſogonus. ff. de verb. oblig is enim ſcripſit in hæc verba. Nota, qui ſe vt principalis ſcripturæ ſubſcribit, omnia præcedentia confirmat, quod intellig., ſi ſcriptura prius lecta fuerit, non aliàs. Vnde domini ſubſcribentes ſe cedulis vacuis, aut eorum ſigilla ponentes niſi prius fuerint certiorati de his quæ ſcribenda erant, non intelliguntur propterea confirmaſſe ea quæ poſtea ſcribuntur, ex quo eorum non habuerunt notitiam, caſus eſt in l. fi. C. plus vale. quod agi hæc no. Inn. in c. 2. de fide inſtru. quod memoria perpetuò tenc hactenus ille, cuius ſn̄iam immò verius Innocentij commendando probat Io. Imo. in d. §. Chriſogonus, & huius rei illam rationem reddit; qa
2 † ſi apparet, q̄ quis ſigillum appoſuit, vel ſubſcripſit ſcedulæ vacuæ, nec apparet, quod aliter fuerit certioratus de eo, quod ſcribi debebat, non eſt in dubio veroſimile, q̄ voluerit ſigillare, vel ſubſcribere ad ſui præiudicium ſaltim graue, ar. l. filiusfa. in § inuitus cum ibi notatis. ff. de procu. ſed potius quia ſperauerit aliquid ſcribi ad eius cōmodum, ar. l. cum de indeb ff. de proba. ſequitur alios referendo Alex. eo in loco ſub num. 2. & præſertim citat eundē Ang. in l. ſciendum. col. 11. ff de verb ob. & vide Iaſ. ibid. ſub nu. 14. vt in re dubia qd iuris ſit intelligas, & Ale. in cōſi. 147. vol. 2. quib. addes Car. Ruy. in conſi. 22. nu. 5. vol. 4. vbi Ang. ſn̄iam cōmendat, & rōnem Imol. ad ſimilia transferendo probat, necnō quæ in ſimili ſcripſit Bal. in l. fi. nu. 21. C. de cōtr. emp. & Dec. in conſi 60. viſo themate. & Pau. Caſtr. in conſi. 465. viſo compromiſſo &c. par. 1. qui inquit dolum præſumi in arbitris, qui aliquem ad approbādum, ſeu ratum habēdum laudum inducunt tenore eius non viſo, & ibi multa ad rem, & Pau. citat, ac probat Aym. in conſ. 83. nu. 3. & plura idem Aymo. refert in cōſ. 142. nu. 20. & in cōſ. 192. & in conſi. 221. par. 2. ex quib. locis multa colliges. Deniq; admonendi ſunt mercatores, ne ſe temere proxenetis credant, & in propoſito facti ſpecie ad Inn. in d. c. 2. ſemper eſt confugiendum, qui diſputando plene, & docte, & eleganter (vt ſolet) quæſtionem explicat.

SVMMARIVM.

1 *Proxeneta an poſſit mercaturam exercere, per totam q.*

2 *Omnia intelliguntur permiſſa in genere permiſſorum; quæ ſpeciatim non reperiuntur prohibita.*

3 *Vicem duarum perſonarum an quis poſſit ſuſtinere, relatiue.*

4 *Populi laudandi ſunt, qui proxeneticas ab officio mercaturæ abſtinere ſtatuerunt.*

Occurrit

Source : BIU Cujas

OCcurrit hic alia quæstio, quam nusquàm tractatam, nec vsquā relatam legi, vt inquit Accur. in l. 1. ff. de le. 2. quem refert Ias. in §. sed istæ. nu. 22. insti. de act. sed Vlpianus prius dixerat in l. j. ff. de sen. Nū † proxeneta possit mercaturam exercere. & memini me in tractatu meo de mercatura, in 4. par. in qua de his qui mer. exer. nō possint, disserui, proxenetas nō ꝑnumerasse inter ꝑsonas prohibitas, etenim † in genere permissorū oīa intelligunt permissa quæ ſpeciatim non reperiuntur prohibita l. mutus §. j. vbi Accur. & Bar. notāt. ff. de procuratorib. l. 1. ff. de testib. gl. in cap. inter corporalia. vbi Abb. nu. 3. de translat. episc. proxenetæ autem officium item, & mercaturæ sua optione sibi quisq; sumit, vt de mercatore in dicto tracta. probaui, verū cogitanti mihi respondendum videbatur, in eo ꝯctu in quo interuenit non posse, nec debere mercaturā facere. Finge. n. post ꝯctum iam semel atq; iterum tractatū post nudata vtriusq; intima, & secreta negotii aperta proxenetā nomine suo lucri causa emere seu permutare, quisq̄ non potest negare æquissimum fore prætorem interponere se debuisse, vt officium quidē, qnod in se recepit, impleret, seq; à tali ꝯctu abstineret: vt in simili quæstione Iurisconsultus eleganter inquit in lege 2. §. tametsi versi. finge. ff. de arbi. & si lege deficeremus, ratio naturalis suggerit. leg. in summa §. itē Varus ff. de aqua plu. arcen. & profecto repugnare videt † vt in proposita facti specie proxeneta quodā modo duarum personarū vicem sustineat, ar. l. fi. C. de assessor. l. quisqs C. de postu. l. si plures. ff. de pact. l. hac C. de proxim sacro. scrinio. cap. sing. 89. dist. facit cap. penu. in §. porrò. de elect. in 6. & quod notat Bar. in l. si consul. ff. de adopt. & plenius scripsit Fel. complures referendo in ca. ex literis. nu. 13. & sequen. numeris, extra de probat. & arg. est tex. in cap. fina. de inst. & l. prætor. ff. de tut. & cur. da. Nec ferendus audiendusq; esset proxeneta hoc colore quasi meliorem conditionē attulerit. Vnde puto in ꝯctibus in quibus interuenit proxeneta mercaturam facere prohibendum, in cęteris de iure non esse prohibitum. Hæc scripsi quoniam audiui quosdam malos proxenetas clanculum cum quibusdam mercatoribus societatē inisse, & celata societate varios, & diuersos miseros mercatores, & societates ignaros cū socijs eorum excogitatis artibus, & fraudib. ad permutandum, & cōtrahendū induxisse non sine magno damno, & detrimēto, in quos proxenetas animaduertendum esset, & vide l. & eleganter. in princ. & in §. fi. & l. sequen. vbi gl. & quæ scripsi supra post princ. tertiæ par. & in 4. parte ver. incurrit hic illa quæstio, & quæ illic diximus huc erunt transferenda. Interest. n. mercatorū, ne fallantur in renunciatione merciū, si mercatores scire velint, cuiusmodi merces sint, arg. l. 1. ff. si men. fal. mod. dixe. & facit l. dolus. C. de rescind. vendi. l. seruus tuus. ff. de do. & in q. propter interpositam personam, quod odiosum est l. non existimo in fi. ff. de admi. tut. l. pupillus in §. itē ipse tutor. ver. sed & si per interpositā. ff. de aut. tut. l. hac edictali. in fi. prin. C. de secun. nupt. l. si per impressionem. C. quod met. causa l. vni
4 C. de cont. iud. laudandi † propterea sunt omnes populi, qui in mercatura se exercere solent, si proxenetas ab officio mercaturæ abstinere se decreuerint, prout prouidēter in patria mea sub pœna non læui proxenetæ mercaturam facere prohibentur.

SMMMARIVM.

1 *Proxeneticum proxenetæ non debetur, si dolo malo uersatus sit in negocio, in quo interuenit.*
2 *Lucrum quis ex delicto suo facere non debet.*
3 *Proxeneta qui ex fide in negocio versatus sit, in eo consequitur proxeneticum, licèt in alio dolo malo se gesserit.*
4 *Proxe. non debetur, si extrinsecum ministerium sit præstitum.*
5 *Proxeneticum an debeatur proxenetæ, qui ministerium intrinsecum præstiterit, re tamen non perfecta.*
6 *Actum nil videtur: cum aliquid supersit peragendum.*
7 *Indiuidua ex sola consumatione acquirunt formam nomine, & esse rei, & in his pars inueniri nequit.*
8 *Salaria quæ debentur ratione laboris pro rata temporis debentur, quo salaria sunt præstita.*
9 *Salarium proxenetæ non debetur, si per eum steterit, vel eius culpa quominus negocium perficiatur.*
10 *Proxeneticum debetur proxenetæ, qui intrinsecum ministerium adhibuit, & per partes stetit, quominus expediatur negocium, ita tamen vt sit modus.*
11 *Proxeneta si intrinsecum ministerium adhibuit, & casu negocium non fuerit expeditum, iuxta laborem consequitur proxeneticum.*
12 *Proxeneta qui salarium integrum receperit, & intrinsecum præstitit ministerium, si negocium casu non expedierit, partem reddit.*
13 *Proxeneta decedente, qui intrinsecum præstitit ministerium, non transmittit totum: quia non est comparandus prætoribus, & assessoribus.*
14 *Proxeneticum non potest peti nisi perfecto negocio.*
15 *Merces si quæritur quando peti possit consi derandum est quid est actum in primis, deinde ad circunstantias recurrendum.*
16 *Salarium Proxenetę, quòd vtraque parte sit persoluendum, quod duobus modis temperatur.*

ARGVMENTVM.

De proxeneticis, & eorum modo, ac quo iure petantur.

RElíquum est de proxeneticis, & eorum modo, ac quo iure petantur differamus: & hęc vltima pars tractatus in tres particulas semet ipsam diuidit, separatim igitur, & quidem breuiter videamus, & primum de proxeneticis, & sanè quid sit proxeneticum in prima parte huius tractatus plenius declaraui, & in illicitis non deberi, quinimmo in quibusdam de suo teneri in tertia parte probaui, quicqd
1 igitur illic diximus, huc erit transferendum. Sed † & si dolo malo versatus sit proxeneta in negocio, in quo interuenerit, proxeneticum non debetur, arg. l. Męuia, & eius quod ibidem scripsit Bar. ff. de an. lega. & eius quod Accu. & iuris interpretes scripsere in l. diem functo ff. de off. assess. & Bar. in l. 1. in §. diuus. circa fi. ff. de extraor. cog. de assessore. ſ. culpa sua remoto, quinimmo de dolo tenetur. l. 2. ff. de proxe. & in ter. par. plenius dixi, & cum de dolo malo damnandus sit, absurdum videtur eiusdem negocij nomine quicquam consequi, †
2 & æquum non est ob facinus suum lucri facere, indignus est nanque beneficio, qui in legem committit l. siue hæreditaria. ff. de nego. gest. l. ab hostibus ff. sol. mat. l. relegatorum in §. fi. ff. de inter. & releg. l. auxilium. in fi. ff. de mino. & scribit Dy. in regula ob gratiam. de reg. iur. in 6. Plane † si in aliquo negocio dolo malo versatus sit, nihil prohibet
3 in eo, in quo ex fide versetur, proxeneticum deberi: nec. n. corrumpi quod recte transactum est superueniente delicto potest. l. 2. ff. de iti. actu q́ue priu. & pœna delictum non egreditur. l. rescriptum. ff. de his, quibus vt ind. cum sint separata negocia, Et quæ sentētia probatur ex scriptis a Bartolo in locis relatis. Proxeneticum † etiam non debetur, si ministerium extrinsecum,
4 & non intrinsecum, & substantiale præstitum sit, secundùm ea quæ in prima parte dixi, ver. Post hæc subieci, num. 10. & in anteceden. par. vers. septimò declarandum est &c. num. 34. in quibus locis retuli Bald. in consi. 469. tria dubia. vol. 2. quod est errore geminatum in 4. vol. sub num. 370. & eundem Bal. in cons. 50. vol. 2. Citaui etiam tex. in l. 1. in §. aduocatos. iuncta expositione Accur. ff. de extr. cog. si verò Proxeneta in negcio, in quo interuenerit, intrinsecum prestitit ministerium, & in his quę ad
5 negocii explicationem pertinent laborauerit † num Proxeneticum non perfecta re debeatur, quæritur, & non deberi videbatur †
6 nihil. n. actum videtur cum aliquid supereſt peragendū. l. si ita fuerit. ff. de manu. test. diuidi nanque hoc non potest l. stipulationes non diuiduntur. l. 4. in §. Cato ff. de verb. oblig. & in-
7 quit Bald. in l. aduersus C. locat. sub nu. 2. in † indiuiduis partem inueniri non posse, quæ ex sola consumatione acquirunt formam nomine, & esse rei. ff. ad l. fal. l. si is qui quadringēta §. quędam, vniuersitas. n. consumationis ad proxenetam pertinuit. l. ea. l. §. locaui. ff. loc. & pro qua sententia est, quod scripsit Bar. in l. 1. in §. Diuus. in fi. ff. de var. & extra. cog. dum citat l. 2. C. de leg. lib. 10. vbi inquit, quædam sunt officia ita indiuidua, ꝙ aliquo omisso non releuat, quod est factum: tunc totum salarium reddit, & Seuerinas in l. diem functo. sub nu. 29. ff. de off. asse. nec. n. Proxenetę operula aliqua attulit vtilitatem, vbi negocium nō peragitur, & facit l. ēt si partis. ff. de leg. 1. & quod ad rem scripsit Bal. in l. ędem. C. loca. nu. 8. & seq. Contra verò Proxeneticū deberi videtur secūdùm laborem & adhibitum ministerium. Cū tam labor q̄ pecunia diuisionem recipiant. i. Seio ff. de ann. leg. & hæc sententia probatur ex his quæ scripsit Bar. in l. 1. in §. Di-
8 uus. ff. de var. & ex. cog. nu. 6. vbi regulariter inquit † salaria quæ debentur ratione laborum, pro rata tantum temporis deberi, quo seruitia sunt præstita. l. penult. in fi. C. de erog. mili. ann. & facit quod no. ff. de re mili. l. desertorem §. his qui ab hostes. in vlt. gl. & C. de re mil. l. 1. qd. n. debet est quędā laboris remuneratio.

Item hæc sententia comprobatur ex his quæ Bald. scripsit in l. vni. num. 7. C. de suffrag. in versicu. in aliis autem mecchanicis operibus, & laboribus &c. & facit tex. in l. 1. in §. sed nutricia. ff. de va. & extra. cogn. verum cogitanti mihi in proposito iuris artí-
9 culo distinguendum videbatur. † Si quidē per proxenetam steterit, vel eius culpa, quo minus negocium expediatur, nihil deberi, id q́ue ex sententia Bar. in d. §. diuus. in fi. quod & aliis recitatis probatur. Si † verò per ipsas partes steterit, quo scio perſę-
10 pe euenisse, solent enim mali mercatores postquam proxeneta interueniente conuenere, vt proxenetico proxenetam fraudent, & publicanos vectigali, nouas inuenire causas, quare à cōtractu recedant, deinde solos contrahere puto enim proxeneti cū deberi ita, vt modus esse debeat quantitatis, & negocii ac laboris, in quo operula ista defungitur. l. fi. de proxē. Sed & addes in §. fi. l. qui operas l. si vno. §. item cum quidam. ff. locat. vbi Bar. Si † verò casu negocium non fuerit expeditum, laborauerit tñ
11 proxeneta in his, quæ negocii explicationē respiciunt, dubitandum satis vr; quia indiuiduum est factum, nec aliq̄ vtilitatē proxenetæ labor attulit, sine tamen præiudicio melioris sñiæ iuxta legem Claudius. ff. qui potio. in pig. hab. puto non improbe forsan dici posse, siue casus contingat ex parte ꝯhentium, siue pro-

Source : BIU Cujas

xenetæ iuxta laborem, & miniſterium adhibitum ac ipſum negotiū proxeneticum ſtatuēdum. Idq; æquitas ſuggerit, & propterea quæ ſcripſit Bart. in d.§.diuus. præcipuè ſub nu.6. ad quē in materia confugiendum eſt, præcipue a num.2. vſq; ad dictum nu.6. mouet etiam l.Seio. ſupra citata l.atqui natura.in §.Seuola ff.de neg. geſt.& §.Item cum quidam, & vide Seue. in d.l.diē functo.in 20.q.nu.25. Nec moueat relatus Bart. in d.§.diuus in fi.loquitur enim quando per proxenetam ſtetit, vel eius culpa
12 vnde longa videtur differentia. His † conſequens eſt cum in relatis caſibus totum proxeneticum non debeatur, ſi totum receperit, partem reſtituat, prout religioni iudicantis videbitur conſideratis relatis,& alijs circunſtātijs,& cum proxeneticum præcipue propter laborem debetur nō autem propter dignitatem, ſcientiam, aut probitatem (ſordidum namque eſt) vt dixi in ſecunda parte verſi. ſubijcit non adeo improbabili more, &c. nu.
13 10.& conſiderat Bar.in §.diuus.num.5.† proxeneta decedente non tranſmittet totum: nec enim is prætoribus, aſſeſſoribuſue comparandus eſt, quibus propter dignitatem, & ſcientiam, ac animi virtutem ſalarium debetur, de quibus in §.diuus.& in l. diem functo.vbi videbis Seueri.in 1.q.item & in 10. & in 20. & 45, nu. 50. His enim quæ ſcripſimus ab eo ſcripta conueniunt. Et illud adijciendum eſt ad dirimendas lites in patria mea lege municipali ſimpliciter caueri, vbi proxenetæ negotium incepe runt, & tractarunt, & ipſæ partes perfecerunt abſque proxenetis, dimidium proxenetici deberi.

Et illud hic non abre tractandum eſt, quo tempore proxenc ticum ſit perſoluendum, dicet forſan aliquis in initio propter ea quæ ſcripſit Bar.in l.1.in §.diuus ff.de extraor. cognitio.num.
14 16.Puto † autem non niſi perfecto negotio peti poſſe, & ante completum negocium non eſſe audiendum, l. qui pendētem, ff.de neg geſt.& videtur expreſſum (ni fallor) in l.fi. ff.de proxeneti. in illis verbis, de proxenetico ſolent præſides cognoſcere, ſic tamen vt in his modus eſſe debeat & quantitatis, & negotij, in quo operula defuncti ſunt &c. exponēdo verbum defuncti, vt dixi in 1.part.tractatus. mouet etiam quod notatur in l.2. C. loca.& in hoc Hug.placet ſententia ab Accurſio relati. Et ſi lege deficeremus, qualitas negotij, & perſonæ id ſuadet, quæ circunſtantiæ conſiderandæ ſunt: vt inquit Bar.in d.l.2.vbi eſt etiā videndus Bal.num 2.& in eodem loco Saly. ſcripſit recentiori-
15 bus placuiſſe, cum quæritur † quando merces peti poſſit, inſpiciendum eſſe quid eſt actum, deinde perſonæ conditio, quę operas locauit,& operis qualitas, eiuſq; magnitudo ſpectanda eſt. Addo quòd idem Bar.in d.§.diuus.ſub relato nu.16.inquit, inſpiciendum eſſe quod veriſimilius eſt,& vide Salyc. in l.vni.num. 7.C.de ſuffrag. puto igitur vt ſupra concludendum conſideratis relatis circunſtantijs, & propter tex. in d.l.fi.ff.de proxe. proxeneticum ſcilicet non niſi perfecto negotio exigi poſſe ſaluis his quæ in præcedentibus diximus. Illudq; certi iuris eſt, loci cōſuetudinem ſpectandam eſſe,& in hoc omnes conueniunt,& ſcripſit Specul.in titu.de ſalar.§. ſequitur.verſic.Sed quando, nu. 14.& facit tex.in l.1.in §.in honorarijs.ff.de extraordi. cogni.
16 Salarium † autem proxenetæ quando miniſterium ſuum ad vtriuſque commodum accommodauerit ab vtraque parte perſoluendum, puto arg legis, ſed & loci in §.1.ff.finiū regun.exēplo eius, quod dicitur in tex.de menſore, quem tex.not. & facit quod ſcripſit Spec.in titu.de aſſeſſ.in §.ſalarium.nume.4.& Bar. in l.ſi poſtulauerit.in prin.vbi Ale.apud eum ff.de adulter.& qđ inquit Bal.in l.2.nu.8.C.de ſent. ex breuiculo recit. verūm huic ſententiæ aduerſari videtur tex.in l.debet.ff.de ędili.ædic. vbi iuriſconſultus inquit, reſtituendū emptori ſi quid emptionis cauſa errogatum eſt. Et hoc ita demum, ſi ex voluntate venditoris datur, cæterùm ſi quid ſua ſponte datum eſſe proponatur, non imputabit, neq; enim debet, quòd quis ſuo arbitrio dedit, à venditore exigere, in quo loco Accurſius, & alij iuris interpretes in proxeneticis exemplum ponunt, quod tamen diximus ab vtraque parte Proxeneticum regulariter perſoluendum eſſe verius eſt, idque duobus modis eſt temperandum. Primò, niſi partes ipſæ aliter conueniant, lege prima.§.ſi conuenerit.ff.dep.& ſentit Accurſius in d.l.debet. Scdò quando non ex voluntate vtriuſq; partis Proxeneta interuenit, ſed rogatu alterius tantum. Pro quo temperamento verba relati tex.ibi, ſi quid ſponte ſua datū eſſe proponatur &c. quid enim ſi vnus tantum voluit Proxenetam interuenire, alius autem ſine proxeneta inter eos negociū tractari maluit. Vide in dicta.l.debet Bart.Ang.& Veron.& hic aſſumes quæ dixi in antecedenti part. verſ. Item quæritur, ſi res vendita &c.nume.1.& ſeq.& in re dubia conſenſu & voluntate vtriuſq; partis proxenetam interueniſſe preſumendum eſt: id enim & proxenetæ officium, & ipſum negocium oſtendunt, conſequenter in ambiguo vtraque pars proxenetæ proxeneticum præſtabit.

SVMMARIVM.

1 *Proxeneticum quibus circunſtantijs conſideratis ſit conſtituendum.*
2 *Iudex curare debet, ne proxeneta in exigendo ſalarium metas rationis excedant.*
3 *Salarium proxenetæ centum aureos non egrediatur: quia in pecuniarijs cauſis aduocatorum ſalarium non egreditur centum aureos.*
4 *Salarium procuratoris abſurdum eſt excedat centum aureos.*
5 *Aurei & ſolidi declaratio relatiue.*
6 *Proxeneticum licitum eſſe debet, & non contra bonos mores, & ſordidum vere eſt proxeneticum, cum vltra modum petitur.*

Secunda particula vltimæ Partis.

ARGVMENTVM.

De modo Proxeneticorum.

CIrca ſecundam rubricæ partem de modo proxenetici iuriſconſultus in l.vltim.ff.de proxene. vno (vt aiunt)
1 verbo eleganter abſoluit. Inquit enim † in proxeneti co modus eſſe debet, & quantitatis, & negotij in quo operula proxeneta defunctus eſt, & miniſterium accommoda uerit. Ita ergo in ſalarijs proxenetarum verſari iudex debet, vt pro modo negotij, & quantitatis, proque oprcula, ſeu labore adhibito ac miniſterio, & loci conſuetudine æſtimationem adhibeat.lege prima.§ in honorarijs. ff. de extraordina. cog. & faciunt quæ ab Innocen.& alijs ſcripta ſunt in capitulo primo, de ſimo.& elegans tex.cum glo.in c.ſtatutum.in §.notarium.de reſcr.lib.6.& quod ſcripſit Bal.in l.1.propè nu.3.C. mand.& Spec.
2 in tit.de magiſt.nu.2.& in tit.de ſala.§.ſequitur.nu.4.curare † igitur debet iudex, ne proxenetæ in exigendo ſalarium metas rationis excedant, & quantitas licitum proxeneticum non egrediatur, d.l.fi.& in §.in honorarijs, & §.notarium. ſpectandaque eſt (vt ex relatis locis liquet) regionis conſuetudo. Illudq; iuris
3 etiam puto explorati, ſi † aduocatorum ſalarium in ſingulis cauſis non tamen criminalibus centum aureos nō egreditur, dicta l.1.§.licita autem quantitas.ff. de extra.cog. multo magis id proxenetis ſtatuēdum, cum alterum laboris præcipue cauſa debeatur, alterum, & laboris, & præcipue ſciētiæ ratione, ut in præce-
4 denti particula probaui. Nam † & id in procuratore abſurdum eſſe Acc.& Bal.reſpōderunt in l.1. C.mād.ut ſcilicet procuratoris ſalarium centum aureos egrediatur. His adde Spec.in dicto
5 §.ſequitur.nu.3.& † quoniam incidimus in § licita autem quantitas & ſalarium aduocati ad interpretationem d. §. & aurei & ſolidi cognitionem, vide Bud.lib 5.de aſſe.& par.Alciat.lib.3.diſpun.cap.11. & Hieron.Cag.in repetit.l. diem functo.in fi.ff.de aſſeſ.Paul.Par.in conſi.105.nume.20.volumi.4. denique cum in proxenetico modus eſſe debeat (vt iuriſconſultus ait) vide quæ ſcripſi in ſecunda par.verſicul.deinde ait &c. numero tertio, &
6 † ſit licitum proxeneticum, & non contra bonos mores. l. ſi contra, C. mandat.l.ſalarium. l.in remunerandi §. Maurus.ff.eo. & inquit Accur.in l.fi.in pr.ff.de proxe. ſordidum vere eſt proxeneticum, cum vltra modum petitur. Reliqua ad id pertinentia ex relatis locis, & alijs ſexcētis & quidem vulgaribus de mercede & ſalarijs lector ſuppleat.

SVMMARIVM.

1 *Nutrices nutricia petunt, aduocati ſalarium, doctores liberalium artium mercedes, Proxenetæ Philanthropum.*
2 *Proxeneticum extra ordinem petitur.*
3 *Extra ordinem peti dicitur, quod iudicis offi. petitur.*
4 *Librarijs, Notarijs, Calculatoribus, ſiue Tabularijs, & cæterarum artium opificibus, ſiue artificibus, quæ ſunt extra literas vel notas poſitæ ius extra ordinem non dicitur, & quo modo his conſulatur.*
5 *Proxeneta, qui de proxenetico pactus eſt, ſtipulatione poteſt illud petere per certi condictionem, ſi certum promiſſum eſt, ſi verò incertum per actionē ex ſtipulatu.*
6 *Salarium ſi in pactum deductum eſt, quòd non ſit petendum ex l. vni. C. de ſuffrag. & ibidem interpretatio ad dictam legem.*
7 *Curiata comitia quæ erant, & quomodo ferebantur, item & centuriata.*
8 *Iudices prohibentur pecunia, vel quid aliud elargiri pro obtinenda iudicatura.*
9 *Libellus quomodo concipiendus ſit ſuper Proxenetico, relatiuè.*

Quo iure petatur Proxeneticum.

POSTREMO videndum eſt quo iure Proxeneticum petatur, & Acc. legum prudentum vertex in le-
1 ge prima in fine.ff.de variet. & extra. cog. inquit † Nutrices nutricia petunt, aduocati ſalarium, doctores liberalium artium mercedes, Proxenetæ Philanthropa, & in lege actio. ff. de actio.& obl. ſcripſit in hæc verba. Item petitio ſalarij aduocati,& mercedes doctorum,& nutricia nutricū, & Philanthropa proxenetarum dicuntur perſecutiones.ff.de var. cog.l.1.per totam.ff.de verbo.ſignifica.l.pecuniæ.§.actiones.& quia

Source : BIU Cujas

quia codices corrupti ſunt,vide quæ ſcripſi in prima par. in ver. proxeneticum,nu.15.idem Accur.in l.1.ff. de proxe. exponendo verba Iuriſc.proxenetica † licito iure petuntur, ait extra ordinẽ,vt infra l.fi.in prin.non actione locati,vt ſ̃.l. proxi.& cum Accur dixerit,proxeneticũ extra ordinẽ peti iudicis officio petendũ ſenſit, vt idẽ Acc.notauit in l.ſalarium ff.mand.peti:† .n. extra ordinem dicimus,quod iudicis officio petitur.ff.ſi cer.pe. l.cum filius.ff.de exer.l.1.§ ſolẽt.ff.de ſepar.l.1.§.quæſitũ.& probat Alb.in l.1.in prin.ff.de extra.cog.& in l. aduerſus. C. mand. & iudicis officio proxeneticũ peti ſcripſit Bart.in dicta l.1. ff. de proxe.& hæc ſentẽtia vera eſt,quæ probatur in dicta l.fi.ab Accur.citata in illis verbis.de proxenetico quod eſt ſordidum,ſolent præſides cognoſcere,& reliqua,& adde Abb.in c.quia iudicante.de præſcrip.& Bru.in 3.volum.de conſti.& decr.in ver.ſalariũ,in fi.& intelligendum puto de officio,quod in locũ actionis deficientis datur,non autem de officio quod actioni cohæret:vt Albe.ſcripſit in citata l.1.ff.de extra.cog.& Spec. in tit.de magiſt.facit lex,q̃ ſi minor.in §.fi.ff.de min.& quæ habentur in commentarijs doctorum in l.1.ff.de iuriſ.om.iu.& in c.fi.extra de offi.ord.& inſt.de off.iud.in prin.& quod ſcripſit Sal.in d.l.ſalarium,uerum huic ſententiæ aduerſare videtur text.in l.1.in §. ludi literarii.ff.de extraor.cog.illic.n.ita ſcriptũ eſt. Ludi quoq; literarij magiſtri,licèt nõ ſint profeſſores,tñ vſurpatũ eſt, vt his quoq; ius dicatur,tametſi † librariis, & notariis,& calculatoribus,ſiue tabulariis,& cæterarum artium opificibus,ſiue artificibus quæ ſunt extra literas, vel notas poſitæ nequaq̃ extra ordinẽ ius dicere præſes debeat.In quorũ numero proxenetas annumerandos videbatur,& ſub relatis vocabulis cõprehendi,quod verum non eſt:vt probaui,eſt.n.his ſpecialiter cõſultum, vt extra ordinẽ ius dicatur,& vide quę ſcripſi ſupra in 2.par.ver.ſubijcit non adeo improbabili more,nu.11.Sed & his de quib. in citato §.ludi quoq;,quo modo conſulatur ſcripſit Bar.ibidem,& Alex.relatiue apud eum.Abb.in c.iudicante. de præſcrip. Bal.in l.aduerſus C.mand.& Doct.præſertim recentiores in l.argentarius.ff.de eden.& in c.1.de ſimo.& in d. c. ſtatutum §. notarium. de reſcrip.li.6.Is † quoq; qui de proxenetico pactus fuerit ſtipulatione interueniente poteſt illud petere per certi condictionẽ ſi certum promiſſum eſt, ſi verò incertũ per actionẽ ex ſtipulatu.inſt.de ver.obli.§.1.ff.ſi cer.pe.l.ſi quis certũ.de quo vide Specula.in tit.de ſala.§.ſequitur.ver.is quoq; , & quæ eleganter ſcripſit Sal.in l.ſalarium.ff.manda.Cuius ſcripta commendat Io.ab Ami.in conſi.145.poſtulaſti &c.& eundem Sal.in l. aduerſus C. mand.& eundem & alios in l.vni. C. de ſuffrag. & quò ad paciſcendi modum Doct.in l.ſumptus.ff.de pact. & in l. litem C. de proc. Quibus illud obiter annotandũ eſt, ſi ſalariũ Aduocati in pactũ deductũ eſt, ꝺditione ex illa lege vni.petendũ eſſe,& Accur.& alii in eadẽ lege ſcripſere,qui (vt inquit) nõ leuis iuris interpres Zaſius Romaniq; cãdoris amicus tota (vt aiunt) via erraruntIs.n.inl.2.§.hiſdẽ tẽporibus(vt refert Hier.Cag. ſub nu.38. ff.de orig.iur.)inquit.Suffragia Romæ in reb. gerendis dabant̃, aut curiatis,aut centuriatis comitiis,Curiata † comitia per trib. & curias ſine delectu per populũ ferebantur,centuriata aũt per eos qui ſenſu,& auctoritate præualebant,erant ergo curiata comitia populariũ,centuriata optimatũ,& cũ,vel populi,vel optimatum interuentu eligendus erat magiſtratus ſuffragia in tabulis ſcripta ſinguli dabant,quibus voluntatẽ ſuã declarabant,Et moribusq; receptũ erat:vt qui eligi cuperent candidis,& cõſpicuis veſtib.induti circumirẽt trib.& curias:cunctis.n.ciuib.ſi bonis artib.fiderẽt(vt Cornelius Tacitus li.11.ſcribit) licitũ erat petere magiſtratus quod virtutis in præmium eſſet , dũ nihil corruptelæ miſcereť.Poſtea verò q̃ magiſtratuũ officiorumq; electio in principẽ eſt tranſlata,lex ambitus in vrbe ceſſauit.l.1. ad l.Iul.de ambi. prohibẽtur † tñ iudices pecuniam vel quid aliud elargiri pro obtinẽda indicatura,vt in aut.vt iudi.ſine quoquo ſuffra.fiant, in aliis vero honorib. & dignitatib. conſequendis apud principes ſuffragia , ideſt ſuffragationes ſp̃ ſuo loco valere:ſi qui.n.à principe , vel officiũ aliquod , vel rẽ aliam petituri eſſent,hi primores,& amicos principis, vt & fit hodie ad intercedendum muneribus. promiſſis ſolicitabant, quæ & ſoluere tenebantur,ſi voti cõpotes fiebant,ideſt conſequebantur,quod optabant d.l.1.C.de ſuffrag.enumerant̃ tñ in l.vni.C.ad leg.Iul. de ambi.officia,quæ ſi ſemel conceſſa munerib. promiſſis repeterẽtur, pœna imminebat debita,quod promiſſum erat nihilominus exoluendo.Hæc ille, quæ qm̃ non adeo nota ſunt ad interpretationem d. legis non ab re referenda eſſe duxi , & adde Bapt.Egnat.qui de comitiis plene tractauit. Sed vt vnde diuerteram redeam,quo modo † concipienda ſit petitio,& aliam ad hanc ultimam partem,& iudicis officium pertinentia,ex relatis locis colliges,& præcipue Spe.ſcripſit in ti. de ſala. & in titu. de magiſt.& iuris interpretes tractarunt in l.1.ff.de iuriſ.om iud. & in aliis pleriſq; locis,quæ quoniã vulgaria,ex nota ſunt,ne aliorum ſcripta uidear deſcribere conſulto prætereo.

Hæc aũt q̃ de proxenetis. & proxeneticis ac mercatura noua quidẽ ſunt,& quotidiana,& p̃p̃ea ſi qd in his prætermiſſum eratũve in aliquo ſit,nemo hoc uituperandũ exiſtimet.Sed in beneficillitati humanæ (quæ naturaliter ineſt) hoc inſcribat,quia (ut Imperator noſter inquit) omniũ habere memoriam & pęnitus in nullo peccare,diuinitatis magis q̃ mortalitatis eſt,& Romanæ eloquentiæ facile princeps inquit Cicero:Nihil.n.ſimul,& inuentum,& perfectum , benigne itaq; lector candide à nobis prætermiſſa addes,& errata(ſi qua erunt) corriges,& non inſubtiliter emendabis,nam(vt idem ait Imperator) qui ſubtiliter factum emendat,laudabilior eſt eo qui primus inuenit.

PETRI SANTERNÆ LVSITANI,

De Aſſecurationibus , & ſponſionibus Mercatorum.

PARS PRIMA.

SMMMARIVM.

1 *Mercatores maris pericula penſitantes , an res ſuas in caſu aduerſæ fortunæ per ſtipulationem tueri poſſint.*
2 *Conuentio,qua vnus alterius infortunium in ſe ſuſcepit , pretio periculi conuento,an licita ſit habenda.*
3 *Aſſecurationis materia an in terris maritimis ſit practicabilis.*
4 *Qui res ſuas per mare deferri patitur,an depauperari dicatur.*
5 *Conuentio qua quis pretiũ periculi in ſe ſumit,an de iure ualida ſit cẽſenda.*
6 *Aſſumere periculum ſimpliciter in ſe,non facit illicitam ſtipulationem.*
7 *Aſſecurationis ſtipulatio an ſit contractus nominatus,vel innominatus.*
8 *In contractib.innominatis an ſuſceptio periculi faciat illicitam conuentionẽ.*
9 *In mutuo ſemper vſura eſt prohibita ſecundùm Cano.& Theologos.*
10 *Diſtinctio certa circa materiam c.fi.de vſur.*
11 *C.fi.de vſur.quomodo à doct.intelligatur,& nu.17.*
12 *Si mutuans pecuniam recipit pretium periculi , & ipſam aſſecurauit , nec conſtat de animo,an is vt vſurarius ſit iudicandus.*
13 *Animus ſemper in dubijs bonus præſumitur.*
14 *Verbum,cenſemus,an ſignificet indicare.*
15 *Dictio,quoque, an ſit implicatiua ſequentium.*
16 *Papa an iudicet de occultis.*
17 *Intellectus nouus.c.fi. mente tenendus.*
18 *Verus ſenſus c.fi.& commmis ſecundum doct.*
19 *An Papa loquatur in caſibus dubijs.*
20 *Papa an iudicet aliquem in dubio vſurarium.*
21 *In dubiis an præſumatur delictum.*
22 *In dubijs ſemper debemus præſumere factum eo modo quo licet.*
23 *Facta ſemper debent intelligi eſſe conceptã bono animo.*
24 *Una præſumptio aliam tollit.*
25 *Dictiones,quoque,& aliæ,aliquando ſtant improprie.*
26 *Recipiens pecuniam cauſa portandi vltra mare,ſi periculum in ſe aſſumit, an vſurarius ſit iudicandus.*
27 *Omnis vſura etiam nautica eſt prohibita.*
28 *Suſceptio periculi in ſe non facit illicitam conuentionem.*

VAriis , atque aſſiduis mercatorum illecebris adductus ego Petrus Santer.Luſit.utriuſq; Iur.Doct.ut opuſculum de Aſſecurationibus , & Sponſionibus Mercatorum,quæ uulgari ſermone apoſtæ nuncupantur , cõficerẽ, etſi mihi rẽ fore ardua magniq; laboris & cunctis hominib. quoquo modo prodeſſe non dubitarẽ,cum tñ pro cõperto haberem , materiã ipſam & illis cęterisq; amicis noſtris fore admodum fructuoſam,pro uirib.noſtris,eorũ uotis ac poſtulationib.minime deeſſe uolui,& quia ſæpiſſime † prouidi mercatores maris pericula penſitantes, aſſecurationis clypeo res ſuas ꝺ ſęuam fortunam tuentur ac defendunt,ab aliis ſtipulando in caſu aduerſæ fortunę,cuius inopinabili impetu ſępe omnẽ rem familiarẽ amittunt,ut l.plane,ff.ut in po.leg.uel fide,& ut ait Senec.li.5.ſuæ Rhe.ludit de ſuis fortuna munerib.& quæ pedit aufert,quæ abſtulit,reddit:nec unq̃ tutius eſt illã experiri , q̃ cũ locũ iniuriæ non habeť, circa q̃ conuentionalẽ aſſecurationẽ nõ mediocres ſolẽt inter ipſos mercatores naſci,& oriri diſſenſiones.Ea p̃p̃ in primis uidendũ erit,† an talis conuentio,qua unus infortunium alterius in ſe ſuſcipit pretio periculi ꝙuento,ſit licita eo modo , quo fieri conſueuit , deinde circa ipſos ꝺhentes exponemus mercatorias quaſdã alias ꝙuentiones,& ſpõſiones uulgo a Luſitanis apoſtas nominatas , quib. inter ſe homines , maxime negotiantes certant,promittentes,uel ſtipulantes certum quid,ſi tale aliquid,uel non contingat.Vltimò circa res in tali aſſecuratione deductas plures q̃ſtiones ponemus quotidianas iuxta materiã : † cum ſit materia peregrina , & utilis ab aliis non declarata,& multum practicabilis & frequentata,maxime in ciuitatib. maritimis,ut eſt Vlisbona, Venetiæ, Ancona, Neapolis,& Genua,& alibi in diuerſis mũdi partibus,& prouinciis. Vnum tamen bonum effectum iſtius aſſecurationis non puto omittendũ ad ea,quæ ſin.no.gl.& doct.in l.2.ff.ſol.ma.† ꝙ licet uere credatur pauperiorem fieri, cuius res nauigio deferuntur,

Source : BIU Cujas

negociando per mare, quo ad effectum, de quo ibi, vel res suas sub vsuris dari, si tamen talis suarum rerum assecurationem stipulari consuerit, & de hoc cōstat, cessat præsumptio illa, & hoc argumento à ratione cessante, c. cum cessante, de appel. l. 1. ff. de cōdi. ob tur. cau. l. eum, qui. ff. de iureiur. l. si remunerādi, §. si cui,
5 ff. mand. † Quoad primum quibusdam videbatur illa conuentionem, qua quis in se periculum sumit pretio periculi non valere, per tex. in c. fi. de vsur. cum generaliter loquatur. l. 1. §. generaliter, ff. de leg. præstant. sed text. in d. c. fi nil facit: vt infra patebit, & breuiter est dicendum, ꝙ ista conuentio valeat, ex quo non reperitur aliquo iure prohibita. l. statuas. C. de rel. & sump. fune. in l. necnon. ff. quibus ex causis ma. cum concor. Et ꝙ sit licita, est de mente Pauli de Cast. in l. in naue Saupheli. ff. locat. & Rodulphus in tract. c consuluit. de vsur. Ioan. de Ana. in d. c. fi. in 13. q. & Alex. in l. à Titio. de verbo. oblig. num. 3. & Paris de Neapo. in tract de Ludo. in 3. car. in ver. an quando mercatores. Pro quo facit tex. in l. opus quod in aduersione, & l. hæc distinctio. ff. loca. & quod not. in l. cùm proponas. C. de naut. fœno. & in l. periculi. ff. eo. titu. potest enim quis in se per pactum periculum sumere, ut in dictis iuribus, & quòd quis stipulari ab alio assecurationem possit, text. est not. ad hoc in l. decem. ff. de verb.
6 oblig. † susceptio quidem periculi simpliciter non facit connētionem illicitam, nisi aliàs sic illicita, sicut in d. c. fin. patet. Hoc exempli causa, in multis contractibus, vt in d. l. in naue. & in d. l. opus. & in l. iuris gentium. §. item si quis pactum. ff. de pactis. & in l. 1. C. eod. titu. & in l. & Aristo. ff. mand. & in l. 1. & l. si in venditione. ff. de peri. & commo. rei vendi. & alibi in diuersis locis. Sicut ergo in contractibus innominatis, de quib. in dictis iurib.
7 susceptio periculi non facit conuentionem illicitam, † sic etiā in isto contractu assecurationis, qui est innominatus. Sed si susscipio periculum, vt des pecuniam, quod est ex mente Bal. in l. cunctos populos. num. 10. C. de summa tri. & fide catho. & cùm assimiletur emptioni. vendi. loca propter pretium quod datur ratione periculi, dicta l. periculi. iuxta no. in l. fi. C. de præd. curia. lib. 11. debet regulari secundum naturam contractus innominati, de quo magis partic. l. si gratuitam. §. 1. & in l. naturalis. §. sed si facio. ff. de præsc. verb. cum ibi no. per Bart. in l. 1. § fi. ff. de æsti. act. l. 1. §. si quis fundum. ff. depo. & in l. eum qui ff. commo. cum similibus. Quòd autem iste contractus assecurationis sit innominatus, est de mente Bal. vt dixi in d. l. cunctos populos, in quæst. an vsuræ sint prohibitæ, in fin. & D. Petrus Cor. in l. si
17 pascenda C. de pac. in prima quæstione principali. ibi, dū dicunt alius est contractus innominatus, facio, vt des pecuniam, quia suscipio periculum, vt des pecuniam. & Bal. in d. l. periculi. in recoll. antiq. in l. tenetur. §. 1. nu. 2. ff. de act. emp. Cum. n. cōtractus ex l. conuentionem accipiant. l. 1. §. si conueniat. ff. depositi. l. in conuentionalib. ff. de verb. obl. ex quo contrahenti ita placet su-
8 scipere periculum, † non debet propter hoc solùm contractus illicitus iudicari: quando de se non est illicitus alio ex capite. vt in d. c. fin. & ibi Ioan. Calde. & ad d. c. fi. ibi pro eo, quod suscepit periculum & c. est nanque dicēdum, quòd loquitur in casu mutui, in quo reperitur formaliter vsuram esse prohibitam, Lucæ vi. ca. Matt. c. v. & c. consuluit, & in c. in ciuitate. cum similibus, eo. tit. & vbique doct. in c. conquestus. & Host. in summa eo. tit.
9 & Fede. in consi. 33. † & est communis conclusio iuristarum, & canon. & Theolog. ꝙ in mutuo sit prohibita vsura tantùm, vt in eius diffinitione patet. Sed nunc quando, iuxta prædicta, mutuaui mille alicui mercatori sine aliquo pacto pro emendis mercibus deferendis per mare, qui antè stipulatur assecurationem illius pecunię mutuatę sub pretio periculi, an liceat? Videtur, ꝙ non, per d. c. fi. Sed contrarium credo verius, vt statim de-
10 clarabo, & tango in recollectis illius c. fi. quia † aut mutuo pecuniam eo pacto susceptionis periculi, hoc est aliter non mutuaturus, nisi illud periculum in me summam, & loquitur d. c. fi. nec tunc videt procedere ex mera charitate. Aut mutuo simpliciter, & sine vllo pacto: hoc est, quia à principio nō hoc gessi in mente, & sine illo eram mutuaturus, licèt ex post facto ex cō-
uentione assecurationē sibi faciam, & pretium periculi habeā, non est dicenda vsura ea ratione. Ratio, est: quia hic sunt duo contractus separati, vnus nominatus mutui, & alius innominatus assecurationis, nec vnus ab alio præcise dependet, ita ꝙ vnus secūdum mutuum sit immediatè causa alterius, scilicet assecurationis, sed tantum susceptio periculi. Ex quo potest sumi indubitata conclusio, ꝙ aut susceptio periculi est immediate causa eius, quod vltrà receperit, vt in assecuratione prædicta, quia ideò habeo certum quid, quia in me suscipio hoc periculum, & non est vsura. Aut mutuum est causa immediata, & est vsura
11 nec excusatur quis hoc casu ratione periculi: vt in d. c. fi. † Quē sic intelligo, voco mutuum causam immediatam, quando aliter non eram mutuaturus, nisi recepturus aliquid vltra sortem. Secus est in primo casu, aliter esset absurdum contra l. nam absurdum ff. de ope. liber. & l. existimo. ff. de ver. obli. Quòd si mutuo alicui pecuniam, non recepturus aliquid vltra sortem, & ip se velit stipulari assecurationem illius pecuniæ ab aliquo, quod licet, vt in primo dictum fuit, quòd non possit stipulari à me:
quia mutuaui illam pecuniam, quam assecurat, in istis quidem inspiciendum est, quod principaliter agitur, iuxta no. in l. si quis nec causam, & ibi Soc. ff. si cert. peta. c. ad quæstiones. de rer. permu. & in l. qui exceptionem. ff. de cond. indeb. & ibi Sal. & quod
12 principaliter, vel secundario venit, tanquam augmentum: † qa lucrum secundariò proueniens in contractu mutui non facit vsuram, vt in d. l. not. & per sanctum Bernardum in tract. de cōtra. sermone 36. art. in c. 3. quem refert D. Petr. Cor. in d. l. si pascenda, quod tale lucrum nō est peccatum mortale, nec veniale: vt 61. distin. quæ prohibet. & 69. c. si officium. Subsequenter
13 quæro de vtili quæstione, quid in dubio, † quando mutuans recipit pretium periculi, & assecurauit dictam pecuniam, non tamen constat, quo animo id fecit, & an esset aliter mutuaturus, vel ne, pro qua quæstione facit, quod dixit solemnis, & subtilis doct. D. Petr. Cor. in d. l. si pascenda. vbi dixit vnum menti tenēdum pro intellectu. d. c. fi. quod sibi visum fuit, quando d. c. legebat, licèt, vt dicit ipse, à doctoribus non ponatur, ꝙ ecclesia iudicet istum vsurarium in casu dubio in d. cap. fin. vbi Papa videtur potius iudicare, quàm statuere de nouo. Mouetur subtiliter more suo propter verbum, censemus, positum in d. cap. fin.
14 quod significat, secundùm † propriam significationem iudicare, præmissa deliberatione, glo. not in cle. 1. de proba. in ver. censemus, quæ dicit, ꝙ istud verbum, censemus, significat iudicare, statuere, & deliberare. & alia gl. est in cle. 1. de concess. præben. in
15 ver. censemus. Confirmat etiam hoc propter † dictionem quoque. §. quæ est amplicatiua in sequentibus casib. in quibus ille contrahens in d. c. fin. non reputatur vsurarius: & tamen posset esse, ꝙ habeat prauam intentionem, iuxta no. in c. in ciuitate. c. tit. de vsur. & sic esset vsurarius licèt & econtra si haberet bonā,
16 & non corruptam intentionem: nō enim esset vsurarius, † propterea: quia Papa non nosci secreta cordis, nec potest diuinare: iudicat enim verisimiliora. & à communiter accidentibus, & ideo quandoque fallitur. c. à nobis. de sentent. excom. Vnde non sequitur, ecclesia iudicat istum vsurarium, ergo est vsurarius, & econtra iudicat non vsurarium, ergo non est. Sensus itaquæ præfati Cornei, & secundùm me est, ꝙ in 2 responso illius c. fi. licèt ille contrahens in dubio non reputetur vsurarius: tamen in primo responso in casu dubio reputatur, & iudicatur vsurarius, quamuis posset esse, ꝙ non habeat prauam intentionem, & sic in veritate non erat vsurarius.

17 † Iste intellectus debet esse menti tenēdus propter eius auctoritatem, & est nouus, & ex eo posset sequi vnum notandum, ꝙ quum Papa ibi iudicet in dubio ex verisimilioribus, & super tali præsumptione statuatur de nouo: vt patet ex verbo cēsemus, secundum D. Corn. ꝙ licèt ille mutuans, vel aliquis alius vellet probare cōtrarium, illum non esse vsurarium ꝙ non admitteretur, iuxta no. in c. is, qui. de sponsa. & in l. si qui adulterii C. ad l. Iuli. de adult. & l. antiqua. C. ad Velle. & l. fi. C. de pig. & l. fi. §. fin. C. ad Mac. l. fin. ff. vbi pupillus edu. debe. cum similibus. Sed ille intellectus Cor. mihi videtur dubius. Primò, quia tex. in d. ca. fi. in primo respon. non loquitur in casu dubio. Secundò, quia est contra illud c. in secundo respōso, vbi Papa non vult aliquem in dubio præsumi, nec iudicari vsurarium, nec per consequens est dicendum velle in primo responso, a paritate rationis l. a Titio. ff. de verb. oblig. l. illud. ff. ad l. Aquil. cum vulg.

18 † Circa quod pro ueriori intellectu illius capituli est aduertendum; quia literæ illius cap. fi. possunt dupliciter intelligi. Primò ut illud uerbum, eo ꝙ suscipit in se periculum recepturus aliquid ultra sortem &c. referatur. ad proxima præcedentia, & est tensus, ꝙ ideò mutuabat illam pecuniæ quantitatem; quia uolebat periculum illius pecuniæ in se suscipere, ut aliquid hac de causa reciperet ultra sortem, iste est uerus & communi intellectus, & probat ibi uerbum, recepturus aliquid, quasi dicat, aliter non mutuaturus, ut ibi declarat gloss. quia suscipiebat tunc periculum loco cuiusdam compensationis eius, quod ultra sortem recipiebat, & secundùm istum intellectum non est dicen-
19 dum, † quòd Papa, ibi loquatur in casu dubio, alio modo potest illa litera intelligi, quòd uerbum, eò quod suscepit in se periculum, referatur ad sequentia: & est sensus, quòd ideo usurarius est censendus, eò quod suscepit in se periculum, & istum intellectum uidetur sequi D. Cor. dum dicit, quod Papa iudicat in dubio illum usurarium, qui in se sumit periculum pecuniæ mutuatæ. Iste intellectus, ut dixi, non placet, propter secun-
20 dum responsum illius capit. fina. † ubi in dubio Papa non uult præsumere aliquem usurarium. Ratio est secundùm gloss. ibi, quia hæc est pars minor: ut cap. 2. de regu. iur. in l. interpretatione. ff. de pœn. argen. l. Arrianus. ff. de actio. & obli. & c. ex literis, de probatio. ita etiam non est uerisimiliter uelle iudicare usu-
21 rarium in primo responso, in dubio eadem ratione, † ne præsumatur delictum. l. merito. ff. pro socio. & in dubijs debemus
22 præsumere factum eo modo, quo licet, & non aliter, † ut hic, ut a delicto excusetur, per d. l. merito. & quod not. Barto. in l. non solùm. §. sed ut probari. ff. de no. oper. nun. nume. 3. nec est asserendum, ꝙ ille, qui mutuat, præsumatur esse malo animo, & corrupta intentione: quia cum quærimus, quo animo facta

fiant,

Source : BIU Cujas

23 fiant,† debemus præſumere,quòd bono animo:vt in c.2.de regu.iu.& Bart.in l.libellorum colum.5.ff.de accuſa. & per conſequens non eſt veriſimile,quòd Papa contra tales iuris præſumptiones velit in dubio præſumere aliud, vt ibi in primo reſponſo voluit præfatus doct. Tenendus eſt igitur primus intellectus tanquam verior. Et ad prædictam quæſtionem eſt dicendum, quòd in dubio non eſt preſumendus vſurarius,niſi eſſet ſolitus aliquis fœnerari: quia tunc fortè eſt præſumendum, ꝙ ſuſcipit
24 in ſe periculum fœnerandi animo, † quia in hoc caſu vna preſumptio tollit aliam.c.1.de præſumpt.l.ſi qui adulterii, ſuperius allegata.Bal.in l.fi.in fi.C.de proba.Alex.conſi.103 vlti.colum. 1.volumi.Bal.in l.Pacum eius.in fi.ff.de hær.inſti.& in talibus inſpicitur conſuetudo contrahentis.l.qui ſemiſſes.ff.de vſu.§. fi.c. illo vos.de pign.cum ſimilibus.Nec obſtat prædictis, quod ponit gl.in l.rogaſti.ſi certum peta.in verbo, ſi ſibi condici, dum dicit,quòd in mutuo non debet fieri diſtinctio, an eſſet ſolitus fœnerari, vel non. Sed quando aliquid recipitur vltra ſortem, eſt vſura: quia illud habet locū in volente fœnerari,& de quo conſtat: ſecus autem in caſu noſtro in dubio: quia potuit aliquid recipere non principaliter propter mutuum, ſed propter aſſecurationem,quæ potuit de pecunia mutuata, ſicut alii mercatores: & hoc quando erat aliter mutuaturus, ut ſuperius declaraui. Nec obſt.uerbum,cēſemus, poſitum in d.c.fi.quia illud verbum etiam ſtat in alia ſignificatione, vt in d.gl.& eſt veriſimilius,quòd ſtatuat de nouo quàm vt iudicet in caſu dubio, vt dixi ſupra,quia non eſt præſupponendum in caſu dubio, vt in d.c.fi.in 2.reſpon.Nec obſtat,quod dicitur de dictione,quoque,
25 quia† licèt ſui natura ſit implicatiua.l.planè.§.ſi cōiunctim, de leg.primo,& repetitiua; vt in §.actiones,quoque,inſti.de actio. & in §.pœnales.tamen iſtæ,& ſimiles dictiones, ſecūdùm ſubiectam quandoque materiam ſtant impropriè, & alterantur .l. eas cauſas.iuncta glo.ff de condi.& demonſt.Soci.in l.creditor, num.6.ff.ſi certum pet.& illam gl.not.Alexand.Imol.cauſa eui tandæ abſurditatis,& repugnantiæ.l.ſi ab hoſtibus.ff.ſolu.matr. poſſet aliquis dicere,quòd iſta conuentio aſſecurationis nō ſit
26 licita,† quæ ſit de pecunia ſeu rebus, quæ per mare deferuntur, cum videatur fœnus nauticum,& ſic prohibitum, ſicut alia vſura de iure canon.& ciuili,per not.in authen.de eccle. titu.§.j. & ibi gl.& in authen.ad hęc.C.de vſu.& per Azo.in ſumma eo. tit.& Bart.in l.in inſulam.ff.ſolu.matrim.& in l. cunctos populos.C.de ſumma trin.in 3.colum.& alii doc.ibi, & alibi in uariis locis. Sed ad hoc poteſt reſponderi vnà cum gl.in d. authen. ad hæc,& in d.§. 1.vel verius iuxta not.per eaq; ibi dicit Bar.in d.§.
27 1.& alibi,eſt dicendum,quòd licèt hodie † omnis vſura ſit prohibita etiā nautica,attenta diſpoſitione.c.fi.ſuperius allegati,ꝙ illud procedit in vera vſura,ſicut in l.periculi pretiū.ff. de naut. fœ.Bal.conſi.295.num.8.volum.5.& conſi.115.num.12. vol.2. & conſ.179.num.2.volum.4.vt puta quando mutuo alicui pecuniam,& prout ibi exemplificat gl. quam volo mihi reddi, ſi Nauis ex Aſia venerit, & ſi non venerit, volo mihi reddi cum vſuris centeſimis, quia in tali conuentione eſt vſura, ſecūdùm d.c.fi.& c.conſuluit.eodem tit.ratio principaliter:quia augmentum illud apponitur ſuper ſorte in caſu deficientis conditionis, ſed in aſſecuratione, vt ſuprà dixi, mutui non eſt cauſa immediata lucri,ſed eiicitur de per ſe periculum:quandoque per mutuantem, qui erat etiam ſine hoc mutuaturus, vt ſuprà fuit declaratum, quandoque per alium. De pecunia autem nautica, ſeu traiectitia,de qua in l.1.ff.de naut.fœno.notab.vide D.Innocen.& Cald.in d.c.fi.vbi volunt, quòd ſi nauigans pretium in ſe accipiat,vt talem pecuniam ſecum reportet vltra mare, ſiue periculum eius pecuniæ,per pretium ſumat, ſiue non, nō eſt vſura,ſecundùm Sali.in rub.ff.de vſur.in prin.quod not. ad eaq; ſu
28 pra in principio diximus:† quia ſuſceptio periculi nō facit contractum illicitum ſimpliciter:& in hac materia vide pulch.conſi.Bald.311.num.1.& 2.volum. 5.

Secunda Pars.

SUMMARIUM.

1 *Nuda conuentio,& ſine cauſa non valet.*
2 *Conditionalis conuentio,quæ a facto alterius dependet, an de iure valida ſit cenſenda.*
3 *Solus conditionis euentus an pro cauſa ſit habendus.*
4 *Conuentio de matrimonio contrahendo inter talem, & talem an valida ſit cenſenda.*
5 *Sponſio facta in ludo prohibito an valeat.*
6 *Senatus prohibet pecuniam ludere, & ſponſionem facere de pignore ponendo.*
7 *Vbi cauſa ſponſionis inhoneſta eſt,ſponſio non valet.*
8 *Aduerſam fortunam liberi hominis expectare,inciuile,& turpe eſt.*
9 *Turpis ludus & inhoneſta conuentio non valet.*
10 *Ad delinquendum non debet quis inuitari ſpe lucri.*
11 *Sponſio,quæ contra bonos mores concipitur,non valet.*
12 *Stipulatio,qua quis inuitatur ad delinquendum,non tenet.*
13 *Malitijs hominum ſemper eſt obuiandum.*
14 *Delinquendi occaſio non eſt danda.*
15 *Expectare mortem inimici fidei Chriſtianæ,inciuile non eſt.*
16 *Conuentio, qua quis ſibi triſtem euentum expectat, an de iure valida ſit habenda.*
17 *Stipulatio,ſi hoc anno Imperator incoronabitur, vel ſi in Italiam venerit, an iure teneat.*
18 *Sponſio,ſi tibi naſcetur maſculus,aut fœmina,an de iure valida ſit.*
19 *Omnis cauſa non inhoneſta,& extranea iuſtificat ſtipulationem.*
20 *Conuentio,ſi pluet hodie,vel cras an valeat.*
21 *Vbi non licet ludus,minus licet facere ſponſionem.*
22 *In ſponſionibus inter Mercatores non curatur de apicibus iuris.*
23 *Sponſiones magis cauſa ſolatij,quàm lucri concipiuntur.*
24 *Ludus vbi de conſuetudine toleratur, non tenetur quis ad pecuniæ reſtitutionem.*
25 *Ludus introductus cauſa virtutis exercendę regulariter non eſt prohibitus.*
26 *Conditiones an ſuſpendant actus.*
27 *Exceptio competit contra nudam conuentionem.*
28 *Conceptio ſtipulationis ſub conditione inhoneſta an toleretur.*
29 *Conditio appoſita in alterum ex contrahentibus non improbata, an ſimilis conuentio de iure valida ſit habenda.*
30 *Ludus in ſe regulariter eſt prohibitus.*
31 *Repetitio inter ludentes datur in ludo prohibito.*
32 *Sponſiones mercatorum ſine cauſa ad ſint prohibitæ.*
33 *Ludentibus licitum eſt facere,quicquid poſſunt,vt vincant.*

AB Antiquis, & Modernis iuriſperitis ea eſt frequentiſſimè quæſtio pertractata circa conuentiones, ſeu ſponſiones Mercatorum,quæ ſub varijs, ac diuerſis componuntur formulis,videlicet ſi Imperator hoc anno morietur, dabis centū? ſin autem, dabo tibi.& vt dicit Paul.de Caſt. quem etiam Alex. de Imo.& D.Franc.de Are.referunt in l.à Titio de verbor.obli. fuit in practica Florentina quæſtio circa iſtam conuentionem,
1 an valeat.& videbatur non valere,† quaſi eſſet nuda cōuentio, & ſine cauſa,per l.2 §.circa.ff.de doli excep.& per d.l.à Titio,& fuiſſe cōſultum,& iudicatum, ꝙ valeat ēt ſi fuiſſet cōcepta ſub conditione,q̄ penderet ex facto alterius,& incertæ perſonæ,
2 † vt promittis decem, ſi quis, vel ſi Titius capitolium aſcenderit,vel ſi quis a me decem petierit,vel ſi qua nupſerit,& ad § circa reſpondet Paul. quòd loquitur in obligatione pura,ſecus in
3 iſtis formis conditionalib.† quia ſolus conditionis euentus habetur pro cauſa.d.l.a Titio. & quòd bene fuerit iudicatum probat Alex.in l.cum ad præſens,num.1.ff.ſi cer.peta.& per dictum Hoſt.in c.Gemma.de ſpon.vbi voluit, quòd ſi vnus promittat
4 alteri decem,ſi fiat matrimonium inter Titium † & Bertam, & econtra alius, ſi non fiat promittat tibi idem, valet conuentio, ſicut ſi fuiſſet concepta ſub quauis alia conditione,& hoc,quādo ſunt extranei a Titio,& Berta, ſecus quando ſub nomine Titij,& Bertę fierent ſponſalia ſub pœna,vt in d.c.Gemma,& in l. Titia,de verbor.obligat. & Alcia.in d.l cum ad præſens.

Circa quas tamen ſponſiones oportet inſpici cauſas, ſuper quibus interponuntur etiam formam in admittendo ſimpliciter ſimiles conuentiones.argumento eorum, quæ habentur in
5 l.3.ff.de alea.luſ.& in l.ſi rem.§.ſi quis.ff.de præſcrip.verb †quia ſicut in ludo prohibito ſponſiones nō valent, ita eſt dicēdum ſimiliter de alijs cōuentionibus; quando ſuſcipiunt aliquid nō honeſtū:vt ſtatim declarabitur.Facit ad hoc,quod ponit Odofredus in titu.de libellis, in vltima parte relatus a Pari. de Put. in ſuo tractatu de ludo,vt ſi aliqui dicūt, cum aliquid negatur, ponamus pignus,quod ita eſt:ut ego dico,& ſic pronunt,dicit
6 ipſe, quòd ſæpius damnatur: quia † Senatus prohibet pecuniā ludere,& ſpōſionem facere in huiuſmodi pignore, niſi q̄dō ſit cauſa virtutis oſtendendę l.2.ff.de aleę luſ.& aleat.& l.2.quarum re.actio.non datur, & per conſequens quando cauſa veſcē di ponuntur iſta pignora,& ꝙ vnus comedet plus, quàm alius, non valet.cap.a crapula.de vit.& honeſta. idem, & in ſimilibus ſponſionibus, quæ ſunt contra debitum honeſtatis, quod dic,
7 vt in d.§.ſi quis.vbi text.not.& ibi Sali.† quòd ſi cauſa ſpōſionis fuerit inhoneſta,ſponſio non valet,& per conſequens competit repetitio. Quod datur in illo tamē exemplo,ſi princeps moritur etiam in tali tēpore, vt in alio ſimili, vel ſi perdet terram talem,vt refert præfatus ſolennis Doct.Paulus:qui voluit cōſulere quia videtur iſta ſapere inhoneſtatem, ſicut ludus Taxilo-
8 rum. † pro quo facit; quia expectare caſum aduerſum liberi hominis,eſt inciuile,& turpe.l.inter ſtipulātem.§.ſacram ff.de ver. oblig.& per conſequens ſponſio,& ſtipulatio in talem euētum concepta, non valet.l.generaliter.ff.eod.titu cum l ſequenti,& quod not.in cap.2.de conceſſ.præb. & vt in ſimili dicit text.in l. fin. C.de pact. iſtæ conuentiones poſſunt dici plenæ ſtrictiſſimi euentus,& periculoſi propter inſidias, quæ reperiri poſſunt vitæ eius,in cuius morte talis conditio verificatur: quid enim, ſi quis ita conciperet ſponſionem, ſi iſto anno Titium non occideris, promittis decem. & econtra, ſi contingat,ipſe eadem
9 decem promittat,† quis nō dicet tales ſponſiones,& ludos turpes

Source : BIU Cujas

pes & conuentiones non valere? per d.l. generaliter. & d. §. si qs. superius alleg. & l. ex eo. C. de inutilibus stip. in fi. idem, si dicit, si
10 non adultera veris tali die cum vxore Titii: † posset enim quis inuitari spe lucri ad delinquendum. l. conuenire. ff. de pact. dot. & sic non valent, per not. in dicta l. generaliter. & ibi Bart. & in l. si plagii. eodem tit. & in l. pen. ff. de condi. ob tur. causam, & in l. iurisgentium. § ob maleficium, & in l. si vnus. § illud. ff. de pac. & d. l. ex eo, & hoc siue cõcipiatur tale quid in persona alterius ex spondentibus siue ex persona alterius, scilicet tertii, vel etiã incerti, vt infra dicetur: quia in vtroque est par ratio. l. a Titio. de verborum obliga. l. illud. ff. ad l. Aquil. & semper quis potest in-
11 uitari ad malum, † & semper spectaruttristis euentus hominis: vt si non occideris, vel occiderit talis talem, vel occidatur, qc quid sentiat glos. in d. l. si plagii in exemplo, si Titius fecit plagium, circa hoc est aduertendum: quia Barto. ibi dicit, quòd huiusmodi conceptio potest esse bona; quia Titius est meus coniunctus, vel amicus, & nõ faciet, ne ego incidam in pœnam, nec isto casu est contra bonos mores. Secus autem, si est consanguineus stipulatoris: quia posset inuitari ad malum. l. conuenire, & l. hæres meus. § fin. de condi. & demonstr. Facit, quod no.
12 Barto. in l. si reo. § fin. ff. de fideiuss † vbi dicit, quòd si consortes inuicem faciunt: pactum, vt est in Tuscia, quòd vno condemnato pro maleficio omnes contribuant, quòd non valet prædicta ratione, ne quis incitetur ad delinquendum. Idem tenet Iaco. de Are. Sal. & Cy. in d. l. ex eo, de inuti. stip. & cũ opi. Bar. trãsit Imo. & Cuma. & Pau. de Ca. qui vltra dixit, q̃ qñ ille Titius est penitus extraneus ꝓmissori, & stipulatori, q̃ bene ualet stipulatio sicut sub quauis alia conditione, q̃ non placet ꝓ rõnẽ Iacobi de Are. qa licet sit penitus extraneus, põt induci, & solicitari per stipulatorem ad illud committendum, prout dixit Imo. in d. l. si plagii, posset pacisci stipulator de quota lucri cum Titio, vel aliquid aliud ei promittere, vt illud delictum com-
13 mittant. † Item quia est occurrendum malitiis hominum, ca. quanto. de diuor. l. in fundo, de rei vendi. & sic positis his videtur concludendum, quòd non sit facienda differentia, sit amicus, vel non stipulatoris vel promissoris, vel penitus extra-
14 neus, cum sit ob turpem, vel inciuilem causam, † ex qua posset ex altera parte dari occasio delicti. Quid autem, si ita concipiatur sponsio, si Turca isto anno morietur, vel occidatur? Dic q̃
15 sic, & bene valet: † quia non est inciuile expectare mortẽ inimici fidei, & procedit dictum Saly. in d. l. ex eo, quod refert Domi. Alexand. in dicta l. si plagii. quòd si delictum committendum continet in se bonum publicum, vt si apponatur mors illius, qui nocumentum facit patriæ, valet stipulatio, seu spon-
16 sio, sicut sub aliqua non honesta conditione. † Quid autem, si ita concipiatur, si alter nostrum non conualuerit? Dic quòd valet: quia ex quo contrahentes sibi ipsis hoc desiderant, non est iudicanda in ciuilis quò ad eos, argumenta ad eadẽ. l. fina. C. de pactis. de qua conceptione vide textum in l. periculi pretium ff. de naut. fœn. Quid autem, si fiat hoc modo, si talis non venerit hoc anno, text. est in l. si quis ita stipulatus decem. & in l. ita stipulatus. §. sed & si. ff. de verborum obliga. Idem in illa, si Imperator hoc anno venerit, vel non uenerit in Italia. l. hoc iure.
17 eodem titu. Idem, si hoc anno coronabitur. l. si quis Titius. eodem titu. & l. ita stipulatus. eodem titu. de verborum obligatio. Idem, si ceperit vel non talem terram, argumen. l. stipulationes nõ diuidunt. §. si qs ita. eo. tit. & l. a Titio, Idẽ, si uxorẽ ducat, uel ne. d. l. a Titio, de verbo. obl. cũ aliis similib. exẽplis, q̃ non reperiunt, phibita, nec sunt in se turpia, vt si Regina pepererit filiũ masc. vel fœmi. aduerte tñ: quia in hoc vlti. exẽplo Odof. in loco supra allega. & Azo. in summa, quos refert Paris in d. tract.
18 de ludo. † tenet, quòd quando fit sponsio, vel pignoratio sub aliquo euento incerto, licet honesto, non ualet: vt si tibi nascetur filius masculus, dabis decem mihi, & si fœmina, dabo tibi: ta
19 men videtur, quòd valeat: † quia omnis causa non inhonesta etiam extranea iustificat stipulationem, in dicta l. a Titio. sicut valet promissio, si nauis veniat, argumento eius quod dicimus de emptione iactus piscatoris. l. si iactum retis, de actio. empt. & vendi. vt ipse refert Do. Marianus Soc. in c. inter dilectos. de excessi. prælat. tenet quòd ualet sponsio, si Imperator veniet in
20 Italiam: † & si tali die pluet, uel tali die nauis redibit, per tit. de verborum obliga. & facit secundùm eum. l. scrupulosam. l. fina. de contrahen. stip. & eodem §. post mortem. Idem in quæstione, si pluet. allegat Pau. in l. si quis cum debitore, ff. de iureiuran. In exemplo, quòd pluet die sequẽti, licet in lectura mea Padua na hoc Paulus non dicat, & licet Paulus in hac quæstione non cõsuluerit: quia uidebatur sibi quidam aleæ vsus propter dictũ Rofred. tamen dicit præfatus Doct. quòd. l. quibus. ff. de aleæ lusu. per quam mouetur Rofred. hoc non probat, sed voluit ibi
21 Iurisconsul. † q̃ in casib. in quib. non licet ludere, non liceat facere sponsionem, non autem quòd voluerit ibi prohibere pacta sub conditione casuali, uel mista, licet dictæ conuentiones videãtur sapere plus quàm oportet, & sit quid superstitiosum. Aduerte: qa cùm hodie mercatores sint in consuetudine, quasi per totum mundum faciendi istas sponsiones, cùm inter eos fieri posse non sit dubitandum, sub qua uis conditione, non in-
22 telligo de turpi uel inhonesta, † nec in istis sponsionib. est multum curandum de apicibus iuris, argumento eorum, quæ notãtur in lege si fideiussor. §. quidam. ff. mandat. & quæ ibi dicit Barto. & in lege Quintus Mutius eodem titu. sed solùm admittentur illæ sponsiones, quæ non sapiunt inhonestatem, maximè,
23 † quia magis solatii causa, quàm lucri concipiuntur. Præterea, cùm similes sponsiones non reperiantur prohibitę, & consuetudo inter ipsos mercatores eas approbet, nõ uidetur locus repetitioni, si soluantur in foro iudiciali, uel in foro animæ, attẽta not. doct. Sancti Thomæ, de qua meminit Bald. in rubrica de condi. ob turp. causam. & Ioann. Andr. in capit. clericorum. de
24 vita, & honestate cle. in nouella, † quòd ubi de consuetudine ludus est iustus, licet aliàs de se sit illicitus, non tenetur quis ad restitutionem: hoc tamen limitat Ioann. Petrus in l. j. C. de ale. non procedere in personis prohibitis, vt in auct. interdicimus. C. de episco. & cler. sed idem credo in illis; si consuetudo ualeat, cessante autem consuetudine credo, quòd bene fecerit Paul. de Cast. in eo, quòd noluit consulere, vt dicũt Docto. quia ex quo istæ sponsiones fiunt per modum cuiusdam ludi, regulariter
25 † omnis ludus, qui non fit causa uirtutis exercendæ, est prohibitus probatur in l. 2. & 3. ff. de aleat, tales enim sponsiones non debẽt ualere, ut in d. l. 3. expressè habetur: & licet multæ ex prędictis formis in stipulationibus reperiantur de iure approbatæ, vt ex superioribus patet, & quasi per totum titulum. ff. de verb. obliga. tamen quando fiunt loco ludi, non credo, quòd facere liceat, per d. l. 3. ubi expressè text. dicit, quòd ubi pro uirtute certamen non fit, non liceat facere sponsiones, hoc etiam sentit gl. in l. si rem. §. si qui spõsiones. ff. de p̃scrip. uerb. in verb. victori. quæ vult, quòd ita demum spõsio debet habere effectum, si ludus sit licitus extra casum ludi, si quis stipuletur ab alio decem sub aliqua ex prædictis formis non inhonestis, ualebit, & sufficiet conditio pro causa, ut dicunt doct. in locis superius allegat.

Posito, quòd consuetudo approbet inter ipsos mercatores istas sponsiones, est dubitatio, an si in eis apponatur causa de præterito quantuncunque turpis, nihilominus ualeat? Verbi gratia, si ponatur, quòd talis interfecit regem, uel Ducem talem &c. not. Saly. in d. l. ex eo. C. de inuti. stipula. tenet, quòd ualeat etiam in delicto de præterito allegat glos. in d. l. si plagii. pto quo dicit Alexan. facere quæsitum Pauli in l. a Titio. superius allegata, per l. cum ad præsens. ff. si certum petatur. & quod ibi not. Bart. quia stipulatio facta sub conditione etiam impropria, de præsenti uel præterito ualet non adiecta alia causa: facit
26 † quia licet tales cõditiones non suspendant actus. l. cõditio in præteritum. de verborum obliga. tamen ualeat dispositio, uel pereat. instit. de uerbo. obliga. §. conditiones. secus tamen tenet Alexand. in exemplo, si talis mortuus fuit: quia non potest negari, quin cõtineat turpem causam, quæ ratio sola sufficit ad inualidandam stipulationem. d. l. ex eo in fin. & l. generaliter. sæpius allegata. Aduerte circa hoc: quia potest dici, quando sic spondentes sunt tales personæ, & in tali loco, quòd non sit ueri simile posse illud fieri facere, sub cuius conditione spondent, quòd tunc ualeat, quia cessat ratio Doct. & non potest dici dare occasionem delinquendi. etiam si uidetur tunc apposita illa conditio, tamen quicquid est contingibile &c. Nec potest dici, q̃ spectatur tristis aduentus, qui iam fuit de præterito, nisi dicas, q̃ censetur interposita contra bonos mores. Sed tũc dubitari põt, an sit talis stipulatio ipso iure nulla, uel ope exceptionis, cum hic nõ possit dari turpitudo magis ex vna parte quàm ex alia, ex quo est concepta, & apposita in tertium, nec potest
27 dari opera. ut illud sequatur: † Credo exceptionem competere tanquàm contra nudam cõuentionem l. 2. §. circa. ff. de doli except. quia talis causa est reputanda non causa, per nota. in l. iurisgentium. §. ob maleficium. de pact ff. si tamen fiat solutio habebit locum l. penul. ff. de condictio. ob turpem causam. Nec obstat d. l. si plagii. quia debet intelligi, quando aliqua turpitudo est adimplenda per aliquem ex cõtrahentibus, ut in d. l. generaliter. Vel per tertium mandato, uel solicitudine, seu contemplatione alterius contra tertium, hic uerò solùm censetur turpitudo ratione expectationis euentus tristis, & causæ, ut habeat pro non causa, & obstat exceptio per d. l. 2. sed non cõpetit repetitio, per dictam. l. penulti. in fin. uel potest aliter dici, q̃ ex quo spondentes sciunt istam causam haberi pro non causa, & sic causam solutionis non subesse, quod ualeat inter ipsos ex causa donationis, & sic cessat repetitio facit l. qui fundum. §. seruus. uersi. q̃ si scierit. ff. ꝑ emp. in rõne ibi, q̃ si sciuerit, & repetit, quasi sciens soluat, & l. cuius ꝑ errorẽ. ff. de reg. iu. allegat per Do. Soc. in rub. de cõd. ind. nu. 2. Bal. in l. 2. C. ne filius pro pat. & Car. flo. in c. fi. de sol. & firmat tunc talis solu. ex cã liberalitatis, ꝑ ea, q̃ adducit Bar. in d. §. circa q̃ tene mẽti pro istis sponsionib. mercatorũ in similib. casib. cõceptis: qa uterq; est in cã talẽ conditionẽ apponendo, & sic spondendo, & sic non erit locus repetitioni, per d. l. penultimã. nec est contra ea, quæ ibi, & in d. l. generaliter. & in d. l. si plagii. & in §. ob maleficium. no. Bart. & doc. si recte aduertis. immo in isto casu est dicendum, sicut cõ-

muniter

Source : BIU Cujas

muniter dicitur, in illo, quando ambæ partes sciunt causam non subesse. De illa aũt conceptiones. Si Dux Carolus uicerit, quæ multum fuit practicata in morte Ducis Burgundiæ, vide d.l.cum ad præsens,& d.l. cõditio in præteritum. & adde, quòd ex quo illa expectatio non potest esse damnosa alicui; quia est de præsenti, vel præterito, forte tolerabitur conceptio sub prædicta conditione: quia non suspendit. Tutius tamen non est
28 †ita facere sponsiones, vt non sint contra bonos mores, maxime vbi magna pecuniæ quantitas interponitur, vel quando sumus in casu, in quo spe futuræ sponsionis in mortem alicuius alter ex contrahentibus,& paciscentibus potuit illum prius facere occidi, & sic alio ignorante posset formare spõsionem in eius mortem, videlicet si tali die mortuus fuit, vel si talis mortuus est, quòd semel, vt audio, euenit de facto, adde tamen prædictis de illa conceptione, si talis morietur, bon. tex. in l. quibus dieb. §. quidam Titio. ff. de condi. & demon. Sed potest responderi, quòd ibi expectatio tristis aduentus non est causa legati, sed solum differtur eius præstatio. Vel proprius, quòd ibi non censetur turpis, qui ita voluit testator, cuius voluntas per l. seruatur. l. in conditionib. ff. de condit.& demon. l. pater Seuerinã. §. conditionum. ff. cod. tit. Bald. in l. pen.& fi. C. de necessa. seruis hæredi. instit.& in authen. de nup. col. 4.& in l. prædia.& in l. volũtatis. C. de fidei. cum sit, quòd magis ibi dolebat mors matris, quàm legatarii,& argumẽto eius, quod no. in l. fi. C. de pac. possumus dicere in istis sponsionib. & idem in quibuscunque aliis contractibus, vt conditio non censeatur turpis, nec habere tristem euentum, si consentiat ille, in cuius mortem talis cõditio apponitur, quod not.& tene menti pro istis sponsionibus.

29 †Et ex prædictis potest sumi conclusio, quòd si conditio apponatur in incertam personam, siue certam, siue in alterum ex contrahentibus, valet conuentio, dummodo non sit conditio improbata, vel ludus, per no. in d.l. à Titio,& instit. de verb. obliga. §. sub conditione,& in l. si rem. §. si quis sponsionis. ff. de præscri. verb.& in l. 2.& 3. de alea. ff.& tene menti illum. §. si quis p luctantibus,& currentibus &c.& adde prædictos, quòd non solum habẽt locum inter ludentes inter se, vt si dicam, te vel plus te, vel velocius curram: sed etiam inter inspicientes ipsos ludẽtes,& apponentes conditiones in eorum fortunam, sicut fit in
30 ludo pallæ,& pilæ: † & quando ludus in se est prohibitus, nõ solùm sponsio inter ipsos principaliter ludentes non valet, vt in iuribus sæpe allegatis: sed etiam quæ fit inter inspiciẽtes ludos. facit rex. in l. 3. de ale. qui generaliter loquitur. l. de pretio. ff. de pub. l. j. §. generaliter, ff. de leg. præst. Et est eadem ratio. l. à Titio. de verborum oblig. Facit etiam quod not. in l. interdicimus. C. de epis.& cler. inspicientibus ludum, qui peræquè puniuntur vt
31 ludentes: & adde,& tene menti, † quòd sicut inter ludentes in ludo prohibito competit repetitio eius, quod datur & promittitur in ludo, vt in d. §. si quis,& in l. fi. ff. de alea. & in l. 1. C. eod. titu. ita etiam competit inter ipsos inspicientes ludum, & spondentes in causa illius ludi. hoc probatur in d. l. j. vbi text. pariter loquitur in ludentibus,& spondentibus, & ludum inspicientibus; & cum postea dicat,& si contra actum fuerit, nulla sequitur condemnatio, sed solutum reddatur, & competentibus actionibus repetatur ab iis, qui dederunt,& dari debet pauperib. secundùm Iaſ. in l. singularia, num. 15. ff. si certum pe. non solùm debet intelligi de ipsis ludentibus inter se: sed etiam de inspiciẽtibus, qui etiam ludentes possunt dici suo modo, eo quòd sponsiones faciunt super fortunam ipsorum principaliter ludentiũ, aliàs frustra in d.l. fieret mentio de inspicientibus, argumen. l. si quando. §. 1. quia per l. interdicimus. C. de epi.& cle. prohibetur interesse ludis prohibitis. Nec obst. hoc his, quæ supra diximus, circa ludos mercatorum: quia procedunt in ludis non prohi-
32 bitis,& valent illæ sponsiones, † licet causa non sit aliqua inter scientes, secus quando omnino prohibitus est ludus: quia tunc licet turpitudo sit ex vtraque parte, tamen in hoc casu valet, licèt allegent turpitudinem, vt not. in d. §. si quis sponsionis.& in d.l. 1. C. de alea. sed de his hactenus.

Veniamus modò ad materiam assecurationis, in qua per ordinem plures quotidianas quæstiones ponemus circa tamen pdictos ludos, quando est facta sponsio,& alter non vult adimplere,& de iudice assumpto in tali ludo, quales eius partes sint, vide gloss. & ibi not. in d. §. si quis,& tene menti, quod ibi in vltimo loco ponit Bart. quòd postquam ludentes sunt in ludo, licitum
33 est eis facere † quicquid possunt, vt vincant. Ego vidi de facto semel in festo Sancti Ioannis Florentiæ, cum equi currerent ad brauium, Aurigæ Florentini Laurentij percusserunt cũ loris Mantuæ aurigam, qui præibat,& superauit, & vicit, tamẽ in isto casu, quia factum fuit per dolum, non crederem licitum: sed de consuetudine aliter seruatur, & de aliis ad materiã facientibus, vide Bald. in rubr. de condi. ob turpem cau.& Bar. in l. si filio. §. si in alea. ff. quarum re. act. non datur. Adde prædictis, quòd quis potest stipulari pœnam ab amico, ne ludat,& valebit. l. iurisgẽtium. §. prætor ait, ff. de pac. l. ex ea parte. §. mulier. ff. de verb. oblig.& ibi Do. Franc. de Aret. post Imol. Iaſ.& alios, quos casu si ipse non ludat, sed faciat per alium ludi, committitur fraus, stante pacto prædicto, secundùm Par. de Neap. in suo trac. in pen. col. per gl. in d. §. ait prætor, in ver. Senatusco. & per ea, quæ Bal.& Gul. ponit in auth. interdicimus. C. de epis.& cle. quod nota, & tene menti.

Tertia Pars.

SVMMARIVM.

1 *In assecurationibus maris consuetudo semper est inspicienda.*
2 *Inter mercatores non iuris rigor, sed æquitas spectatur.*
3 *Consuetudo introducitur ab eo, qui habet potestatem legis condendæ.*
4 *Villæ, & oppida ciuitatum subiecta non habent iurisdictionem.*
5 *Qui possunt statuere, possunt consuetudinem introducere.*
6 *Allegans consuetudinem introductam, illam probare debet.*
7 *Consuetudo non se extendit de vno loco ad alium locum.*
8 *Generalis consuetudo vbique est obseruanda.*
9 *Mercatores suscipientes in se periculum rerum per mare ferendarum, si res ipsa vi maris periclitantur, tenentur actione oneris aduersi.*
10 *Conductor mercium per mare an teneantur de casu fortuito.*
11 *Falsa causa non vitiat stipulationem.*
12 *Promissio mercedis, videtur esse semper conditionalis.*
13 *Contractus assecurationis regulatur secundùm naturam contractuum nominatorum.*
14 *Falsa adiectio vitiat contractum nominatum.*
15 *Legatum factum de aliquibus bonis existentibus in aliquo loco, si ibi res non reperiantur, legatum non valet.*
16 *Falsa demonstratio uitiat contractum assecurationis.*
17 *Mercatores regulariter solent esse prouidi.*
18 *Dictio quis, uel qui, est sui natura relatiua.*
19 *Promissor periculi non tenetur, nisi merces in naui delatæ sint.*
20 *Falsa demonstratio per naturam an in sponsionibus teneat, & promissorem obliget.*
21 *Vendens vsumfructum, quem habet in tali re, licet venditor vsumfr. non habeat, an teneatur de euictione.*
22 *Mercator habens merces in naui, & emit euentum periculi: si merces nõ possunt ex aliqua causa nauigari, an ad pretium periculi agere possit.*
23 *Dominus mercium an æquiparetur emptori.*
24 *Contractus assecurationis est contractus conditionalis:*
25 *Assecurationis contractus quibus uerbis concipiatur.*
26 *Nauis propter publicam vtilitatem potest conuerti ad publicum vsum.*
27 *Intentio contrahentium semper est inspicienda.*
28 *Aequitas est obseruanda semper inter mercatores.*
29 *Limitatio ad l. in executione. § fi. ff. de ver. obl.*
30 *Assecuratio simpliciter facta, de prima semper nauigatione est intelligẽda.*
31 *Promissio de aliquid aptando, vel faciendo intelligitur semper de prima vice tantùm.*
32 *Vendens fructus uel rosas uiridarij intelligitur de primis.*
33 *Verba debent intelligi per prius, & non per posterius.*
34 *Quantitas pretij multum est attendenda in contractu assecurationis.*
35 *Si merces de una naui in aliam transferantur, & depereant, an promissor teneatur de tali periculo.*
36 *Assecurator non tenetur de rebus deperditis in scapha nauis causa exonerandæ mercis.*
37 *Nauis appellatione scapha non uenit.*
38 *In assecurationibus multum sunt ponderanda uerba assecurationis.*
39 *Quæ in portu fiunt, perinde habentur, ac si in ciuitate facta essent.*
40 *Qualiter fiat æstimatio rerum, seu mercium deperditarum in casu aduentus periculi, an tempore infortunij, uel emptionis, uel ad tempus, quæ uendi poterant.*
41 *Quando merces certo loco sunt dandæ, an ibi æstimatio inspici debeat.*
42 *Contractus assecurationis est contractus conditionalis.*
43 *Aestimatio quandoque fit tempore contractæ obligationis.*
44 *Contractus ex conuentione contrahentium legem accipit.*
45 *L. 2. C. de rescindend. uendit. locum habet in contractibus hinc inde obligatorijs.*
46 *Aestimatio semper refertur ad iustum pretium.*
47 *Assecurator mercium assumit periculum in certo tempore, si dominus mercium nauigationem distulit in alio tempore non bono, & res pereant, an de iure teneatur pro rebus deperditis.*
48 *Nauta, & magister nauis excusatur a casu submersionis, quando non est in culpa.*
49 *Verba, sub periculo rerum mearum, tam ad res præsentes, quàm futuras referuntur.*
50 *Assecurator semper tenetur ad magnã æstimationem in aduentu periculi.*
51 *Publicatio bonorum non trahitur ad futura.*
52 *Assecuratio simpliciter concepta, semper ad primam nauigationem refertur.*
53 *Nauis donec salua portum non appulit, semper periculum est assecuratoris.*
54 *Casus infortunij nauium portum non applicantium notabilis distinctio.*
55 *Maris consuetudo semper est obseruanda.*
56 *Debito futuro accedit fideiussor.*
57 *Qui promittit pro alio, videtur promittere ut fideiussor.*
58 *Promissio de soluendo facta alicui quatenus a debitore non exegerit, non dicitur*

Source : BIU Cujas

tur fideiussio, sed conditionalis obligatio.

59 *Si princeps eximit castra alicuius nobilis intelligitur eximere ea, quæ sunt sua propria & non communia cum alio.*

60 *Stante statuto, quòd blada extrahantur de proprio fundo, an poterit de communi.*

Locutio in suis, an verificatur in communibus. eo.

61 *Assecuratio facta in casu tempestatis, an veniat casus latronus.*

62 *Furtum an numeretur inter casus fortuitos.*

63 *Latrones dicuntur, qui in mari vi prædantur.*

Et impetus latronum, & rapinæ an dicantur casus fortuiti.

64 *Diffinitio propria casus fortuiti est inopinatæ rei euentus.*

65 *Casus improuisus dicitur, qui solet imprudentibus contingere.*

66 *Casus fortuitus distinguitur à casu improuiso.*

67 *Furtum vel latrocinium, an numeretur inter casus fortuitos.*

68 *Ribaldaria patroni nauis an includatur inter casus fortunæ.*

69 *Pietas in carceratis est habenda.*

70 *Vir nobilis bonæ conditionis, & famæ detentus in carceribus, si aufugit, non est verisimile ex fuga delictum commisisse.*

71 *Qualitas personarum facit æstimari casum ab aliis cõmissum, quod aliter nõ æstimaretur.*

72 *Casus insolitus dicitur, quando verò contingit.*

73 *Vsus loquendi plurimum est attendendus.*

74 *Suscipiens in se periculum casus fortuiti an intelligatur de casibus fortunis insolitis.*

75 *Renuntiatio de casibus fortuitis, an intelligatur de insolito, vel communiter contingenti.*

76 *In susceptione casus fortuiti an intelligatur de inconsuetis, & insolitis.*

77 *Inter casus fortuitos an niues insolitæ numerentur.*

78 *Natura producit omnes res suo debito tempore.*

79 *Casus fortuitus contingit duobus modis.*

80 *Niues immoderatæ solent communiter corrumpere frumenta.*

81 *Appellatione casuum fortuitorũ intelligitur de solitis, & non de incõsuetis.*

82 *In susceptione generali casus fortuiti an includantur ribaldariæ patroni.*

83 *Casus, qui de rarò contingunt, non includuntur inter casus fortuitos.*

1 VTILE admodum erit intelligere materiam assecurationum, ꝙ cum regulariter fiant circa res, quæ deferũtur per mare, † an semper erit inspicienda consuetudo sicut de cõsuetudine maris dicitur obseruãda, vt consuetudo ciuitatis in auct.de vsur. naut.§. fi.col. 9. & in l.deprecatio.ff.ad l.Rho.de iac.Bald.in consil. 58. nume. 2.in 2. uolum. & ī c.j.§.quia.qui feudum dar.possunt,vbi dicit, ꝙ consuetudo habet vim decreti, nisi sit reprobata, & contra iura,vt Odo.in l.j.C.de erog. mil. an.nu.2.& l.neminem,de decu.li.10.

2 & cum fiẽt istæ assecurationes inter † mercatores non est tantum in eis curandum de subtilitate iuris, quantũ de bona æqtate inter eos seruanda, iuxta not.per Bal.consi.400.nu. 10.& 382.num.17.in 5.vol.& in l.si fideiussor.§.quædam,& in l.Quintus Mutius.§.cum mandauero.ff.mand.& per Bar.ibi. vnum tñ non omitto, ꝙ vt dicatur consuetudo inter ipsos mercatores,

3 oportet † quod sit introducta ab habentibus potestatem statuendi circa illud,de quo est consuetudo, aliter non dicitur cõsuetudo,oportet quidem, ꝙ sit introducta ab eo qui habet potestatem condendi legem,iuxta not.per Bal.in consi.338.num. 3.in 4.uol.vbi localia statuta,& consuetudines sunt in potestate principũ,& in l.de quibus.ff.de leg.& ibi per Bar. & alios, & Franc.de Aret.in l.testamenti.ff.de test. † vbi dicit, ꝙ ex quo villæ,& oppida ciuitatum subiecta non habent iurisdictionem secundum Bartolum in l.j.in princ.de dam.infec.ff. non possunt statuere,uel inducere consuetudinem, secundùm Baldum in consi.292.num.1.uolum.2. Ista enim equiparantur de iure, vt id quod potest fieri per statutum,possit etiam per consuetudinem,vt in d.l.de quibus.not. † & qui possunt statuere, possint consuetudinem introducere,ita Ias. ibi nu. 75.& 84. Itẽ oportet, ꝙ fiat animo inducendi consuetudinem secundum doct. aliàs licet per mille annos aliquid fiat & obseruetur : non propterea dicetur consuetudo introducta. Pro quo Alex.in l.j.ff.ad l.Falc.allegat no.in l.2.§.fi.de sup.leg. Ex quo infertur, ꝙ si mercatores,qui assecurationem faciunt, dicant aliquid esse de cõsuetudine † eorum oportet, ꝙ probent esse introductam a curia mercatorum,quando habent potestatem statuẽdi, circa ea, quæ ad ipsos mercatores spectant,sicut est in aliquibus ciuitatibus,de quo vide not.in l.2.ff.de consti.prin. & per Bald. in suo tract.const.& quid si talis consuetudo est in loco, vbi assecurationes faciunt & si alibi sit, † non ideo extendenda est de loco ad locum,secundùm gl. in d.l.2.neque extenditur regulariter de casu adcasum,l.3.§.si quis hoc.ff.de iti.actuque priu. & p Inno.in c.dilecto.de off.Arch.Bal.in d.l.de quib.Bart. in d.§.si qs. Bal.in c.j.de feu.cog.Aretinus in l.continuus.de verbo.obl.§.si ab eo,nisi esset aliqua consuetudo,quæ in pluribus locis seruatur: † quia tanquam generalis consuetudo est obseruanda. Ad hoc secundùm Bal.in c.j.de no.for.fidelit.per quem text.ibi dicit, ꝙ illud,quod fit in pluribus curiis.idem Bald.in consi.229. nu.1.vo.2.vbi inspicitur generalis consuetudo fœneratoris ciuitatis.Quod not.quia cum consuetudo sit stricti iuris, non facile extenditur.Seruabitur igitur consuetudo,vt dixi,circa istas assecurationes,de quibus infra dicetur:sicut seruatur in multis aliis casibus not.in l.2.de aqua plu.arcen.& in tit.de pac. Constan.& ibi Bal.in ver.sicut,& in l.certa.C.loc. & in l.Domini.de agri.& cen.& in l.si prius.de aqua plu.arcen.l.semper in stipulationibus,de regu.iur.& in l.ꝙ si nolit.§.quia assidua. ff. de ædil. edic.& in l.si iactum,iuncta gl.de act.emp. cum similib. & ideo non incaute Bart.in l.impensa,de impens.in re.do.cõsuluit fieri positionem de consuetudine, quando aliquid obseruatur de consuetudine.Item præmitte ea,quæ dicit Paul.de Castr.in l.in naue Saupheli.ff.loc. † ꝙ isti mercatores, q̃ suscipiũt in se picu

9 lum rerum,quæ portantur per mare,& recipiunt certam mercedem pro centenario,& promittunt emẽdare in casu, in quo perdantur tempestate maris,vel certis aliis casibus, si dictæ res perdantur,tenentur actione oneris aduersi, eò ꝙ suscipiunt in se periculum huius oneris,& concurrũt ea quæ necessaria sunt ad talem actionem,ut ibi latius per eum, & hoc quando non interuenit stipulatio,aliàs tenetur stipulatione, & quis contractus sit iste,vide Bal.consi.453.nu.2.uol.3.Item, an isti tales tenentur de casu fortuito interueniente sine culpa sua ? Ratio est

10 † quia ex quo conducunt merces ad vehendum per mare,non possunt in illis culpam committere, & ideo non potest dici, ꝙ obligentur ad periculum obueniens sine sua culpa, quæ nota bene pro aliis infra dicendis.Sed pone, ꝙ stipulator dixit,se habere in naui merces mille aureorum, cum in rei veritate nihil haberet,uel minus,si ꝓmissor,qui simpliciter sumpsit in se hoc onus,ducat mille,certa mercede pro centenario constituta de prædicta illa naui,an teneantur ad dictos mille? & uidebatur ꝙ

11 sic: † quia in contractibus stricti iuris falsa causa nõ uitiat obligationem.l.si diuortio.ff.de verb.obli.& ibi Ias.& qđ not. in l.si seruus.§.qui quinque.ff.de leg.j.facit etiam.l.hæredes eius.§.fin. ff.fam.erc.ubi.Eadem est dispositio rei inuentæ,uel non inuentæ in hæreditate. Item patet hoc ratione; quia clarum est,ut infra patebit, ꝙ promissor potest petere mercedem conuentam pro periculo,licet in naui propria non potuerit dici esse periculum susceptum,in qua mille res stipulatoris fuerint, arg.l.decẽ, de verb.obli.ff.de hære.& act.uend.l.cum hæreditatem,& l.seq.

12 cum similibus. † & promissio mercedis uidetur esse semper cõditionalis,scilicet:si extiterit in re uera, quo casu verificari potest euentus periculi.Item facit,quod habetur in l. si quis cùm fundum.ff.de act.emp.ubi tenet venditio, licet in fundo nullũ dolium ex venditis reperiretur:tamen his non obstantibus,& aliis quæ breuitatis causa omitto, credo istum non teneri, si in tali naui deperdita non erãt merces stipulatoris,ratio: quia iste contractus assecurationis,vt supra in principio dixi, est contractus innominatus,& ita eum nominant docto. in locis ibi per me allegatis.Bal.in l.periculi pretium.ff. de naut.fœno.& ī l.cũctos populos.C.de summa trinita.& fid.in q. an vsuræ sint prohibitæ, in fine, & Petr, Co.in l.si pascenda pecora.C.de pact.& hoc,siue cùm dicimus facio,vt des, attenta persona promissoris,qui suscepit periculum,siue do,vt facias,attenta persona stipulatoris,iuxta nota.per Bar.in d.l. naturalis. §. sed si facio. istũ tamen contractum existimo potius do,ut facias, pro prẽterea, quia Dominus mercium consueuit assecurationem procurare,& promittere pretium periculi uolenti assecurare, & principaliter fit sui gratia:licet Doc.exemplificent sic facio, ut des,scilicet susscipio periculum,ut des pecuniam; tamen utrunque di-

13 rectè,diuerso respectu,ut in d.§.nota. Igitur † si dicamus, ꝙ sit contractus innominatus,dic, ꝙ debet regulari secundùm naturam contractuum innominatorum,quibus assimilatur,per no. in iuribus superius in 2.col.allegat.assimilatur autem emptioni,vt ibi dixi ratione pretii,quod datur : quia qui assecurationẽ facit propter pretium, dicitur emere euentum periculi, facit, quod dicit glo.in l.periculi.ff.de nau.fœno. & ratione æstimationis mercium,quæ fit regulariter in assecuratione,iuxta not. per Bar.in l.si gratuitam.ff.de præscript.uerb.& alibi in l.j.ff.de æsti.act.& in l.si ut certo.§.nunc uidendum. ff.commoda. ꝙ p

14 consequens † sicut falsa adiectio uitiat: contractum nominatum:ut est tex.not.frequenter nominatus in l.si quis fundum. ff.de condi.& demonst.& in l.si seruus legatus.§.qui quinq;,supra allegata.Ita etiam videtur, ꝙ uitiat istum contractum assecurationis,siue dicamus nominatum emptionis & venditionis.l.j.& l.sequenti.cum similibus.ff.de hære. acti.uen.cum quo dominus non habuerit merces in naui,quas ibi dixit habet,meritò in præiudicium promissoris assecurantis non debet ualere, argu.d.l.si quis fundum.& l.cum hæreditatem, cum sequẽti,superius allegata,præsertim etiam,quia uidet peccare in re substãtiali ℈ctus. Facit,qđ no.in l.domũ & in l.seq.ff.de act.emp.& in l.j.& 2. & in d.l.cũ hæreditatẽ,& l.ꝙ si nulla.ff.de act.& hær.uẽd. & vī deficere cõsensus:qa suscipiens periculũ ignorabat ibi nõ esse merces,ut in d.l.domũ.§.si autem,& vī tacite inter ipsos contrahentes fieri derogatoriam sponsionẽ, si ibi merces non essent.facit,qđ dicit Bar.in l.j.§.si stipulanti,in 2.col.ff.de verbo. obli.l.Imperator.ff. de post.in fi. aliàs diceretur assecurare cor-

pus,

Source : BIU Cujas

pus,quod nō erat,cōtra dictam legem primā.& legem ſi ſeruus
§ qui quinq;.ff.de leg.primo & leg primā.§.pen.ff.de dot. præl.
15 † vbi ſi lego aliquid quod eſt in aliquo loco & ibi nō reperiat̄,
nō valet legatū,quaſi legaretur corpus,quod non eſt in rerū na
tura,& daretur priuatio ſine habitu,cōtra l.decem.de verb.obl.
& cap.ad diſſoluēdum.de ſpō.impub.cum ſimilib.Confirman- 21
tur etiam prædicta manifeſta ratione; quia ſicut nō valet ſtipu
latio rerum,quæ non ſunt.lege ſi homo mortuus,de ver.oblig.
ita ēt de æſtimatione illarum rerum nō debet valere,quæ refer
tur ad tales res prout ſunt vel in tali naui fuerūt,cum æſtimatio
in aſſecuratione ſuccedat illarum rerum loco,lege ſi iactum,ff.
de actio.emptio.& ſic eſt cōcludendum,ꝙ falſa demōſtratio,&
aſſertio illis q̄ dicit ſe habere merces valore ducat. mille, quas
in veritate nō habebat , vitiar iſtum cōtractum aſſecurationis
in odium ſui,& fauorem aſſecuratoris. Ratio eſt: quia aliàs nō
erat contracturus iſte,qui aſſecurationem promiſit, ac periculi
cuētum in ſe pretio ſumpſit.ad hoc eſt tex. nota. ſecūdùm Bal.
ibi in reportatis antiquis.l.ſi ita ſtipulatus hanc ſummam . ff. de
16 verb.obli.† per quam l. dicit falſam demonſtrationem vitiare,
quando aliàs cōtrahentes nō erant contracturi,ſicut eſt in caſu
quæſtionis noſtræ.Quod tene menti:quia nullus ſanæ mētis ſu-
17 ſciperet periculum rei, quæ nō erat:quanto magis mercatores,
qui ſolent eſſe prouidi,& iſtam partem credo de iure veriorem
tam ex his,quæ dicta ſunt in legatis,de quibus valet arg.de con-
tractum d.l.ſi diuortio. de ver.obl.l.ſeruſtm filii.§. eum qui , de
leg.primo.l.pactum inter hæredem ff.de pact.Bar.in l.fi. C.cōia
prædi.& in l.illud C.de leg.Sal.in l.1.C.de l.fuſ.Can.Soc.cōſi.48.
circa fi.1.vol.& cōſi.73.in 2. vol.cum ſimilib. quæ ſunt pro ipſis
cōtractibus adducta.Fatendum tamē eſt , ꝙ ſi ille qui ſuſcipit in
ſe periculi euentum promiſit , pro ea parte tenebitur , pro qua
merces in dicta naui reperiuntur fuiſſe tempore periculi,per di
ctum §.cuicunque.aliàs nō:eo enim,ꝙ quis dicit, aſſecuro mer
ces,quas habes in tali naui , præſupponere videtur ſubſtantiam
18 mercium per relatiuum,quis,† vel qui,cuius natura hæc eſt , ſi-
gnificare,ſecundùm gl.in l.1.C.de ſent.quæ pro eo,quod inter-
eſt.Doct.in l.omnes populi.ff.de iuſtitia & iu. Dec.in lege actus
legitimi,nu.4.ff.de reg.iur.non obſt.d.l.ſi diuortio.pro alia par-
te adducta,quia vt ibi,& alibi docto.dicunt,illa l. procedere di-
citur,quando ſcienter a partibus ſit talis contractus: quia tunc
illa falſa demonſtratio non vitiat Soc.in l.demonſtratio , num.
2.& numero 8.ff.de condi.& demon.ita ibi Bar.poſt gl.Rub.in
primo oppoſito in reſponſione ad l. penult.§. ſi mulier,ſol.ma.
& Bal.in l.fi.C.ſi ex fal.cauſa,& in l.ſed & ſi quis . §.item quæri-
tur.ff.ſi quis caut. Ad dictam legem ſi cum ſeruus. §. qui quin-
que.reſpondendum,ꝙ potius non obſtat: benè tñ probat, ꝙ ſu
ſceptio periculi tenet pro ea parte,pro qua merces tpe periculi
fuerunt in naui,nō tñ in plus,vel ꝙ nullis mercibus exiſtentib.
in naui deperdita teneatur,qui aſſecurationes promiſit,ad l.hæ
redes.§.fi.ff.fam.erci.reſponde,ꝙ ibi eſt eadem ratio , vt quis te-
neatur de pecunia inuenta,vel non in hæreditate: quia fuit reli
cta vt quantitas,de quo Bar.in d.§.qui quinque. ſecus in caſu aſ-
ſecurationis; quia non eſt par ratio, vt quis ſoluat æſtimationē
rei non deperditæ in veritate,ſicut quando fuit deperdita, iuxta
ſuperius dicta.Ad l.ſi cum fundus.ff.de act.emp.reſp.ꝙ ibi tenet
obligatio in odium temere aſſecurantis,illum tñ tex.no. ad ſe-
19 quentem quæſtionem,præſuppoſito iuxta prędicta,† ꝙ promiſ
ſor periculi non teneatur,niſi quatenus merces in naui fuerint
deperditę,poſſet dubitari,an teneatur reſtituere pretium,quod
habuit a tanto pro centenario,eo,ꝙ ibi in veritate non fuerunt
merces,vt præmittitur, vel ſaltem tenentur rebus ibi exiſtenti-
bus,ſed non tot,ad illud plus,quod recepit,& videbitur per ſu-
pradicta,ꝙ ſic;quia eadem ratione,qua ipſe non tenetur de pe
riculo rebus non exiſtentibus in naui, eò quòd nō potuit pro-
priè dici periculum,eadem ratione teneatur reſtituere pretiū,
quod recepit ob cauſam illius periculi.ff.de cond.ob cau.per to
tum: tamen contrarium eſt verius,immò poteſt dici, ꝙ non ſo
lùm non teneatur reſtituere,quando prius fuit id actum,immò
ꝙ poſſit illum denuo petere, & hoc manifeſta ratione, quia li-
cèt emptio periculi non teneat in totum in præiudicium pro-
miſſoris,per ea quæ dicta ſunt in præcedenti q.tñ in eius fauorē,
& in præiudicium falſa aſſerentis bene tenet per dictam l.ſi qs
cum fundum.iuncta gl.& per ea,quæ dicit gl.in l.rem.ff.de con
20 trahen.emp.& Bal.in d.l.falſa † demonſtratio,vbi no.concludit
in illa q.an falſa demōſtratio uitiet,per d.l. ſi quis cum fundum,
ꝙ licet res cui adiicitur,illa falſa demon.non reperiatur in rerū
natura:nihilominus ille qui falſam demonſtrauit , tenetur , &
quando falſa demonſtratio inducat defectum rei ſubſtantialis,
vide D.Iaſ.in l.poſthumus.§.fi.nu.18.ff.de lib.& poſthu.Confir-
matur hoc alia ratione : quia illa pecunia, quæ datur rōne peri-
culi,videtur data ob cauſam,vt dixi,& ideo vocat̄ periculi pre-
tium . Quia tamen iſta cauſa ceſſat facto domini mercium , eo
quòd nullas res inſit in dicta naui:nihilominus debet teneri,at-
que ſi in veritate periculum potuerat ibi eſſe rebus exiſtentibus
per no.in l.in executione , §.fi ff.de verb.obli.facit etiam,quod
in ſimili not.gloſſ. in l. ſi quis ſponſionis. ff. de præſcript.verb.

de illo per quem ſtetit quo minus ludus fieret , videt̄ hoc enim
tacite agi,vt de illo periculi pretio teneatur, licet merces non
poſuerit in naui.l.ſi oleum,ff.de dolo.facit l.Iulianus.§.ſi vendi-
tor,& §.idem Iulia.ff.de actio emptio & quod not. per dictam
legem diui. Pau.Caſt.prout refert Aret.in l.ſi quis,in §.differē-
tia.ff.de acqui.poſſ. † quòd ſi vendo tibi vſumfructum , quē ha-
beo in tali re,quòd ſi ego venditor non habebam vſumfructū.
Nihilominus teneor de euictione, propterea quòd decepi cō-
trahentem,aſſerēdo me habere,quod non habebam , adde etiā
ad prædicta tex.in l.officii.§.j.ff.de cōtra.empt. q̄ multum facit.
Itē,ꝙ nō teneatur reſtituere,facit l.cāpanus.in fi. de ope.li. & in
l.ſi quis delegauit.ff.de noua.& qđ notatur in l.ſi quis.§.fi.ff.de
calum.vī.n.donare ille qui pretium periculi ſoluit , ſciēs ſe nul-
las merces in tali naui habuiſſe,ſuper quib. aſſecurationē pro-
curauit,vt Bal.in cōſi.378.nu.7.vol.5.& conſi.183.nu. 1.volu.4.
Nec obſtat,ſi dicatur,iſtud pretium eſt receptum ſine cā , eò ꝙ
periculū non pōt dici,vbi merces nō ſunt , per d.l.decem.ff.de
verb.obli.& per conſequens non dēt tenere talis promiſſio pre
tii neq; ſolutio §.vt notatur.l.2.§.circa.ff.de doli exce. quia hic
licet,ceſſet periculum,non tamen ceſſat cauſa promiſſionis, &
ſtipulationis ipſius pretii,videlicet aſſecurationē maximè inter
ſcientē,& imputetur ei,qui mentitur & decipit contrahentem,
& q̄n licitū ſit ℈hentes ſe inuicē decipere,vide Bald. conſil.123.
nu 3.in 3.vol.laſ.in l.ſi quis in conſcribēdo,nu.4.C.de pac. Nec
obſtat l.cū hæreditate.C de hær.& actio.vend. vbi pretiū cōdi-
citur,q̄n non tenet uenditio;qa illud habet locū in fauorē eius.
22 † Sed ponamus,ꝙ mercator habuit merces ī naui,q̄n aſſecu-
rationē procurauit emendo euentum periculi,quæ quidē mer-
ces aliqua de cā potuerunt nauigari : tū quia publicatæ erāt,vel
aliter detentæ,tum etiam quia forte ꝓp̄ fortunā nauis non po-
tuit exire portum an nihilominus,qui periculū illarū mercium
in ſe aſſumpſit,poſſit agere ad pretium periculi , qđ in ſe ſuſce-
pit? ſi tale pretiū nō ſuſcepit,ī primis vt fieri ſolet , vel ſi habuit,
an poſſit illud repetere dñs mercium ? Et in hac quæſt. videba-
tur diſtinguendum,ꝙ aut impedimentum prouenit ꝓp̄ caſum
fortuitum,vt quia nauis rumpitur , vel aliter nō pōt exire por-
tū,& nō poſſit agere ad pretium,& teneatur reſtituere , ſi rece-
pit,arg l.Martius.ſecus autē ſi hoc prouenit ex vitio rei : vt pu-
ta,qa illæ merces ſunt publicatæ ob crimē dñi,vel aliter detētæ,
23 ꝓ no.in l.Lucius Titius.ff.de eui. † æquiparatur.n.dñs mercium
emp.ut dixi.Facit etiā l.ſi fundus.ff.loc.ubi q̄n impedimentum
prouenit vitio materiei,remanet nihilominus obligatus,q̄ pre-
tium pro inſula fabricanda ſumpſit,vel promiſit : ſic etiā videt̄
in iſto,qui pretium promiſit ꝓp̄ euentum periculi , vt tenetur,
licet euentus periculi nō poſſit exiſtere uitio rei : quia non po-
teſt nauigari.Ad idem facit l.neceſſario.& ibi Saly.& l.id quod
ff.de peri.& commod.rei vend.ubi dānum rei venditę pertinet
ad emptorem.Ita demū ſi eſt perfecta venditio , poteſt hic in-
telligi damnum,ꝙ non ſequatur ille euētus periculi, vt ſic poſ-
ſit habere æſtimationē. Sed contra primum membrum facit.l.
pen.C.de cond.ob cām.ubi ſi cā,pro qua pecunia datur , nō ſe-
quatur,ſine culpa recipientis,ſed fortuito caſu , nō datur repeti-
tio. & ad l.Martius . poteſt dici, ꝙ ibi res pro qua pecunia daba-
tur non fuit perfecta,hic verò dabatur ſolum, vt aſſumeret̄ euē
tus periculi,vt quis ꝓmitteret aſſecurationē Quod factum eſt
eo ipſo,ꝙ ille ſuſcepit in ſe euentum periculi, promittendo , ſi
eueniſſet caſus contrarius,valorem mercium, & ſic in ſpe euē-
tus tenet uenditio.l.nomine.& l.ſi nomen.ff.de hæredit.& acti.
vend.& l.ſi iactū.de contrah emp.vel aliter.vt per gl.in d.l.pen.
quia hic erat cauſa,quæ ab accipiente non perdet , ſed euentus
periculi. Breuiter his omiſſis, in hac quæſtione aliter eſt dicen-
24 dum, & præmitto,vt alibi dixi , † ꝙ iſte contractus aſſecuratio-
nis eſt contractus conditionalis , vt patet in l.periculi pretium
ſæpius allegata,concipitur.n.cōtractus aſſecurationis hoc mo-
do,ſi contingat in hac nauigatione res tuas ſiue merces deper-
di ob tempeſtatem,vel latronum ac piratarum incurſum , ego
promitto ualorem tuarum mercium , & hoc dummodo mihi
25 des † octo pro centenario,vel quicquid aliud,vt inter ipſos pa-
ciſcentes conuentum eſt,ſiue conſuetudo fert.Vnde ſi ante euē
tum conditionis factum eſt,ꝙ res nauigent,& conſtat de euen-
tu periculi proſpero uel contrario, non poteſt dici contractus
perfectus,vt in d.l.neceſſario.de per.& com.rei uendi & per cō-
ſequens impedimentum ante cōditionē exiſtentem proueniēs
non pōt dici emptoris euentus periculi.Immo potius ipſius vē-
ditoris qui pretium periculi recepit , niſi impedimentum pro-
ueniat ex facto ipſius emptoris,per no.in l.in executione.§.fi.ff.
de verb.obli.ut puta,q̄n nauis non nauigat cum illis mercib.eò
quòd dñs merciū,q̄ emptor dī,hoc ꝓcurauit,vel cā fuit , perin-
de eſt iudicādū atq; ſi extitiſſet cōditio in fauorem aſſecurantis.
In omnib.igitur aliis caſib in quib. impediatur nauigatio , vt ſi
ſit combuſta in portu vel deſtructa, vel Rex , vel Imperator eā
26 † aſſumat,pro ſuis neceſſitatib.publicis,iuxta not.in l.iubemus.
C.de ſacroſan.eccle.& impediatur cōditio aſſecurationis : quia
tunc nō poſſet imputari cōditionis defectus magis vni parti,
quàm alteri,nullus alteri tenebitur.tex.eſt not.in l.ſi venditor.

ff.de

Source : BIU Cujas

ff. de hær. & act. ven. & sic pretium periculi nō potest peti, & solutum repeteretur, quasi cā non secuta. Nec obstat. l. pen. superius allegata; quia nō loquitur in contractu conditionali, cuius defectus facit cōtractum imperfectum, per d. l. necessario. Nec qñ non stetit per contrahentem. d. l. si uēditor. Idē, qđ supra dixi, qñ impeditur nauigatio culpa emptoris, euentus periculi, intelligendum est quando culpa sine facto uenditoris illius euētus, q assecurator dicitur, euenit vt puta, si erat dominus nauis, & uoluit vt nauigaret, uel aliter fuit in impedimento, tenebitur quidem ad pretium assecurationis, & ad restitutionem. facit l. si mulier. ff. de cond. cau. data. & probatur in d. l. si uenditor. a contrario sensu. Sed an teneatur hoc casu, perinde atque si illa cōditio deperditarum mercium extitisset? & uidebatur, quòd sic, per d. § si. Contrarium tamē credo verius: ratio est; quia illa cōditio deperditarum mercium non fuit apposita, nisi causa euitandi damnum aduersæ fortunæ, & nō causa lucri, eò quòd nō plus erat consecuturus in eius aduētu, quàm ipse habuit in mercib. Nec est par ratio ex l. fi. C. de codicil. alias operaretur vltra
27 intentionem contrahentium, † quæ intentio inspicienda est. l. in conuentionalib. de uerb. obli. l. fin. C. quæ res pig. oblig. poss. Alex. in l. etiam filios. §. licet in dotalib. nu. 5. ff. sol. mat. Bal. con-
28 si. 417. nu. 2. uol. 5. & maximè, qa hoc dictat æquitas † inter mercatores obseruanda, vt no. in l. si fideiussor. §. quædam tamen. ff. mandat. & in l. Lucius. eo. tit. Bal. consi. 34. nu. 2. in 4. uol. Alex. in l. si seruum Stichum. nu. 4. ff. de uerb. obl. & Dec. in l. si tibi pecuniam. ff. si cer. pet. nu. 6. Et ob hoc potest sumi † notabilis li-
29 mitatio ad l. in executione. §. fin. ff. de verb. obli. quòd tunc demum conditio in contractu habeatur pro impleta, quādo per factum alterius impeditur, nisi quando eius implementum resultaret in fauorem impedientis, vel quādo si resultaret, in eius odium fieret contra intentionem contrahentium, quod nota. quia si in contractu assecurationis ista euenirent, conditio haberetur pro impleta, & res fuissent saluæ, & ille impediēs reportaret lucrum; si autem habeatur pro impleta quò ad perditionē merciū, quæ nō sunt deperditæ, dñs merciū cōsequeret illud lucrū, de quo non cogitauit, satis est ei habere merces quò ad ualorem, quæ fuit eius intentio, & non res, & æstimationem, ne locupletetur cum alterius iactura: vt in regula, locupletari. de reg. iur. ne actus agentium operetur vltra eorum intentum, contra l. obligationum substantia. ff. de act. & oblig. & l. nō omnis, si cer. peta. Bal. in consi. 102. nu 5. in 3. uol. Cor. consi. 251. lit. B. 4. uol. & Decius in d. l. non omnis. nu. 1. eo. tit. licet alibi quādoque extra quod agitur, nascatur obligatio. l. si is. qui in fin. ff. commod. Quia dictum fuit, quòd formæ assecurationis solent esse, si merces deperdantur, in hoc viaggio siue in hac nauigatione, quæro, quid si simpliciter fiat assecuratio non facta aliter expressione de nauigatione, sed solum assecuro merces, quas
30 deuehi feceris, in tali naui, † an intelligatur de quocunque viaggio? An tantum de prima nauigatione maximè si esset nauis, quæ solet bis in anno petere certum portum: ut nostræ Pisarum petunt, vel Flandriæ? Dic quod intelligitur tantum de primo viaggio seu nauigatione, per text. in l. fideicommissa. §. si qs ita. de leg. 3. per quem text. dicit nota. Bald. in l. licet. C. loca. in 4.
31 q. quòd ille, qui promittit aliquid reaptare, intelligitur †, p prima uice tantùm. Sed de ista quæstione est expressa decisio in l. dotem. ff. de iure dot. vbi dicit Ang. ibi esse text. quòd qui promisit, uel fecit securitatem bannito, intelligitur de prima uice tantùm. Iaso. in l. diuortio. §. qđ in anno. nu. 15. ff. sol. mat. Alex. in d. l. §. ob donationes. nu. 7. & idem Iason in l. duob. §. si ei qui. ff. de iureiur. nu. 10. Alex. in consi. 16. uol. 4. ita in proposito, qui assecurat merces alterius, intelligitur de prima nauigatione, nisi aliud exprimatur. Facit l. boues. §. hoc sermone. de verb. sign. & l. qui bis. de uerb. oblig. & arg. l. eum, qui Calen. eo. titu. cum
32 materia. faciat ad prædicta, † quæ ponit Bal. in d. l. diuortio. §. qđ in anno. ff. de solu. mat. post Cyn. & Iaco. de Aret. in quæstione illius, qui uendit uuas, uel rosas uiridarii, quæ solent frustrare bis in anno, quòd non debet habere, nisi primū fructum, adde not.
33 in l. qui liberis. §. hæc verba. ff. de vulga. & pup. † qualiter autem in dubio uerba debent intelligi, dic per prius, & non per posterius, hoc est de primo actu, & non de secundo. Ad idem Barto. in l. j. ff. ad l. Iul. maiest. & dicit quòd sicut petit pecunias eundi, & redeundi, & est indeterminatè cōcessa, intelligitur de prima vice tantum, per d. §. hoc sermone, & tene menti illam distinctionem Bar. de qua ibi, quia multum prodest in istis securitatibus, quando fiunt determinatè appositæ ad stipulationem determinatam: & quando est promissa indeterminata, & postulata ac determinata, & econtra, item quando stipulatio indeterminata, & permissa eodem modo, vt in quæstione nostra. Idem add e ea, quæ recitat Abbas in c. fi. de treug. & pace. Do. Alexā & Ro m. ad dictum Bal. & Cy. & Iac. de Are. in quæstione de uuis, & rosis, nisi quantitas pretii esset æquiualens pro omnibus vicibus: quia multum facit ad istam q. quia si solitum est assecurare a otto per cento, & quis indeterminatè promittat, a 16. per
40 cento, vī consentire pro alia secunda nauigatione habita consideratione pro tali securitate præstanda ad quantitatē pretii.

34 Hoc multum iuuat in istis similib. † attendere qualitatē pretii assecurationis, & personæ assecurantis, & Domini mercium, p not. per Bar. in l. cū quidam. ff. de ann. leg. in q. de pietantia relicta indeterminatè fratrib. minorib. in festo S. Francisci. adde ad prædicta no. per Alex. in l. grege. ff. de fideiuss. in report. & in d. §. hoc sermone. Adde ad prædicta, quæ ponit Bar. in l. triticum. ff. de verb. obli. & Alex. in l. qui bis. eo. tit. de stipulatione, qñ interponitur bis, & nō constat an super eadem, an diuersa specie.
35 † Quid autem si in vna, & eadem nauigatione merces transferātur de vna nauigatione in aliam, si nouissimę deperdantur cum mercib. an teneatur promissor de tali aduentu periculi? & in tali q. est inspicienda forma assecurationis. l. j. §. si cōueniat. ff. depositi. & in regu. contractus. de reg. iur. si autē fiat de mercib. quæ sunt in tali naui, & tunc est distinguendum per l. fi. §. si ea conditione. ff. ad l. Rhodiam de iact. Si autem vtraq; nauis fuit deperdita, & tunc tenetur venditor periculi ad æstimationem, quando sine dolo malo, & culpa factum fuit. Aut vtraque nauis nō pretii, sed solum illa, in qua nouissimæ res positę sunt, & tunc venditor periculi non tenetur, eo p mentionem non fecit de dicta naui, & in d. §. si ea conditione, ratio est: quia non est par ratio assecurationis quando merces deuehuntur in vna naui, & quando in altera: Imino solet id principaliter cōsiderari inter
36 ipsos assecurantes. facit. l. litē quæritur. ff. loca §. j. & 2. † Sed nunc quæro, qđ si fiat exoneratio in scapha in introitu alicuius portus, vel forte in mari, an si pereant dictæ merces in scapha prædicta, teneatur suscipiens periculum? Et videbatur dicendum, p non, ex quo de scapha in cōtractu assecurationis non fuit habita mentio aliqua, arg. l. quicquid. de verbo. obli. maximè quia appellatione nauis non venit scapha. l. fi. ff. de fund. instr. immo vī dicendum sicut in q. prędicta, qñ nouissima nauis fuit deperdita prima remanente, ex quo scapha reputatur alia nauicula de per se nil coniunctum habens cum naui. l. scaphā ff. de euict.
37 & ideo casus contingens in naui, † non extēditur ad scapham, sm Bal. in l. cum pponas. C. de naut. fœno. vbi dicit, p confiscata naui non uenit scapha, vide Soci. in l. j. C. de sent. quæ pro eo, qđ interest. nu. 122. Bar. in l. fi. ff. de fun. instr. & l. imperium. in 5. gradu meri imperii. ff. de iur. om. iud. Breuiter in hac q. potest dici, p qñ merces fuerunt translatæ in scaphā cā nauis exonerandæ, & tunc iactura. & casus contingens in scapha debet perinde iudicari atq; si contigisset in ipsa nauis l. nauis. primo respō. ff. ad l. Rhod. secus autem, quando alia de causa ob nauis necessitatem hoc fiat, per iura superius allegata; quia alia est nauis, & alia est scapha. d. l. scapham. & vide quæ habentur in l. litē quæritur. §. j. & 2. ff. loca. Sed tunc iuxta prædicta remanet pulchra dubitatio, Ponamus, p nauis applicat ad portum secura, adeo p non potest iam esse periculū nauis: tamen dū merces exonerantur, deperditur nauicula, seu scapha cum dictis mercibus, an sit locus assecurationi prædictæ? Et in hoc multū sunt ponde-
38 randa † verba assecurationis, per l. in conuentionalib. de verbo. obli. quia tunc, vsque quo periculum quis acceperit eo ipso, p applicuerit nauis salua, dī cessare periculum, per not. in l. j. C. de naut. fœno. Si autem eo vsque in terra merces portētur, & tūc est aliud, quia eo ipso vī sentire de scapha, quia non solent aliter in terram merces a naui deferri, nisi per mediū scaphæ, vel nauiculæ. Si autem dicatur assecuro, quousque nauis, seu merces veniant ad talem ciuitatem, & intelligitur de portu ipsius ci
39 uitatis; † quia quod est in portu ciuitatis, & qđ ibi fit, videtur factum in ciuitate, vt no. in l. insulæ. ff. de iudi. alleg. per Bal. in cōsi. 357. nu. 1. 5. uol. Sed aduertendum est, p tunc demum casus contingens in scapha reputatur fieri in naui, siue cōtingere, qñ aliter nauis non posset intrare portum ciuitatis, seu hostiū; qa hac de causa facta exoneratione in scapha, perinde iudicatur, vt in naui, per l. naui. superius allegatam, aliàs diceretur esse in culpa de tali exoneratione, facit, quod not. in l. item quæritur. §. j. responso. 2. ff. loca. & ex hoc potest inferri ad q. quam sæpius vidi de facto in ciuitate Pisarum, quia postquàm nauis appulit in portum Liornæ, mercatores exonerant nauem in scapha: si autem contingat, p illæ merces capiūtur in scapha, per aliquos, vt nunc sæpius ibi fit per Genuenses de portu Venetiarum, vel per alios latrones, p non sit locus cōtributioni inter alios mercatores: quia illa exoneratio non fit immediatè cā nauis, cùm sit in portu securo, quo casu debet cessare contributio: cū non fiat hoc pp omnes, vt exigitur. l. j. ff. ad legem Rho. de iact. & videtur de hoc casus in l. 2. §. si nauis ff. eo. tit. imputetur quidem mercatorib. qui suas merces deuehi faciūt per scaphā, siue barcā, quādoquidem ubi aliter prouidere possunt, per terrā deferēdo, vel agatur contra magistrum, si ipse sine eorum uoluntate hoc fecit, per d. l. j. & 2. & d. l. itē quæritur, & ita fieri iuss. in qbusdā pretiosissimis rebus, & magni valoris, quæ mihi commē datæ erant, si quidem christianissimo, & ditissimo Regi inuictissimo Portugaliæ ad cultum diuinum destinatæ, quas ut pupillam oculi custodire tenebar, ob domini mei excellentiam,
40 rerumque pretiositatem. † Qualiter autem fiat æstimatio prædictarū mercium in casu aduētus periculi, an debeat haberi respectus ad tempus infortunii, & naufragii, uel ad tempus emptionis.

Source : BIU Cujas

ptionis,quando dñs eas emit,vel ad tempus quo poterāt vendi,si naues saluę ad portum fuerant? Et videbatur, ꝙ ad tempus infortunii per l.2.§.sed in his.ff.ad l.Rhod. Item quia vt suprà aliàs dixi, iste contractus assecurationis est conditionalis, & per consequens dēt inspici tēpus conditionis periculi, no. in l.quotiens.de verb.obli.& l.si calendis de re iud. Breuiter puto dicendum, ꝙ aut quis promittit salutem mercium in certo loco † vt
41 puta Vlisbonæ, & tunc eius loci æstimatio inspicienda est.l.fi. ff.de cond. tric. Aut non promisit dare merces saluas in certo loco,sed tantùm æstimationem: vel valorem mercium in casu periculi.s.si nauis periret,vt fieri solet, etiam inspici debet tempus obligationis,& sic prout tūc valebat, debet fieri æstimatio, l.fundum Cornelianum.ff.de noua.cum concord. Ratio est,qa tunc æstimatio debetur iure obligationis, & sic videtur promitti id,quod tunc valebant,vt ibi declarat gloss. Item ille qui procurat in aduentu periculi æstimationem rerum suarum, videt magis prouidere damnum, ne patiatur in amissione rerū, non autem considerat lucrum,& per cōsequens venit illud, in quo tunc damnum sentire potest, quando stipulatur, & non venit lucrum. Ad hoc facit bonus tex.in l.2.§ portio autem ff.ad leg. Rho.de iac.non obst.l.2.§.sed in his,suprà allegata; quia ibi ęsti matio debetur loco rei,vt probatur eadem l.1 §.sed in iis. quia fit exoneratio collationis,si res iactæ apparuerint, & ideò non immeritò consideratur tempus iacti, & non qñ emptę, sed qñ vendi possunt. Nec obstat d.l.quotiēs,quia licèt iste contractus
42 †vt pluries dixi,sit conditionalis habito respectu ad aduentum periculi: tñ non potest dici debitor rei sub conditione, vel modo,vt in d.l.quotiens.sed semper dr debitor illius æstimationis, quam promittit,qñ se obligat,quæ æstimatio erat certa, quādo promittitur,quanti res est: vt in d.l.fundum Cornelianum, iuncta glo.vel aliter potest distingui,prout Bart.in d.l. fundum, & in d.l.quotiens,& prout no.in l.vinum ff.si cer. pet. ꝙ hic debetur ęstimatio iure obligationis,eò ꝙ principaliter ad eā se obligat,†& sic inspicitur tps contractæ obligationis, super tali ęstimatione. Quid autem si dñs mercium ęstimauit merces suas in mille,& in rei veritate erant minoris valoris, an adueniente casu periculi promissor assecurationis teneatur ad prædictam ęstimationem? Et in hac q.puto distinguendum: quia aut dixit,si res meæ peribunt,dabis mille,& in hoc casu nulla est dubitatio
44 †ex quo sic placuit contrahentibus,reg contractus.de reg. iur. & in l.contractus.eo.tit.ff.& in l.in conuentionalibus.ff.de verbo.oblig.aut dixit æstimationem suarum mercium, & subiunxit,quæ valent mille, & in hoc casu, si reperitur deceptus ipse assecurans,rescinditur prædicta æstimatio,per no.in l.2.C. quæ
45 res ven.†quia vt ibi dicit Bar.& Bal.& alii,æquitas illius. l.se extendit ad contractus,de quibus tunc hinc, inde par debet nasci obligatio,& hoc secundùm naturalem æquitatem,& est de mēte gl.in l.si quis cum aliter.§.fi.de verb.obli.ibi dum dicit, quòd si pro patte sum stipulatus rem,quam minus emi, dimidia iusti pretii,& sic si Dñs mercium plus æstimationis petat, quàm ualeant suæ merces,promissor se tuebitur exceptione doli, & d.l. si quis cùm aliter.§.fi.ibi Bar.& cōiter Doct.qđ not.quia quotidie euenit de facto,ꝙ quis dicit,assecura mihi, si non erant tantæ æstimationis,nō teneatur promissor ad tantum. Idē intellige de aliis æstimationib aliarum rerum. Ad prædicta bene facit,
46 qđ no.in l.fi.§.j.de l.2.& l.cùm pater.§.pater,ꝙ filio.eo.titu. † vbi verbū æstimatio,semper refert ad iustū pretium, licet simpliciter proferatur,& in l.si fundū.§.si liberatus.ff.de lega.j. Præterea quæro,quid si Dñs mercium dixit se paratum ad nauigandum in certo tempore,quòd nō erat tanti periculi nauigationis, & hac de causa assecurator facilius assecurationē promisit,an si dominus mercium distulit nauigationem,& non in bono tempo
47 re, † sed fortè in mense Decembri,quo tempore solent tempestates nasci in mari,& nauigatur. Si nauis cum mercibus pereat, an teneatur promissor periculi? Ad hoc est dicendum,quòd nō teneatur: tex.est in l.qui Romæ.§.Callimachus.ff.de verb. obli. per quē tex.dicit ibi Bal.notabiliter in reportatis antiquis,quòd ille qui non nauigat tempore debito, si postea nauigat, erit suo periculo,qđ tenementi; quia quotidie accidit, & maximè per Magistros nauium,& alios nautas, qui qñ detinentur in portu a mulierculis, vel dulcedine vini capatiche de Vlisbona, quòd si sine cā expectant in portu,& postea nauigant tpe, vt plurimū periculoso,eorum erit periculum nauis, & tenebuntur mercatorib.ad interesse actione locati,per l.itē quæritur §.j.ff.loc. Ad-
48 de,qđ no.in l.fi ad l.Rhod.de iac.& hoc manifesta ratione: †qa sicut nauta & magister nauis excusatur a casu subuersionis, & periculi,qñ non fuit in culpa,vt no.in d.iurib.item quādo est in culpa nauigando tempore indebito,tenetur, per d.§. Callimachus.& per d.§.j.facit,quod no.glo.in regula,imputari.de regulis iuris in 6.de illo qui sua culpa incidit in casum: dicitur enim nauigatio certo tempore periculosa.l.ciuitas.C.de offic. recto. prouin.& in d.l.item quæritur.§.j.supra alibi no. Quid autem, si dominus mercium procurauit assecurationem omnium mercium suarum, & tempore assecurationis habebat in naui merces ducatorum duorum millium, postea autem alias merces valoris mille habuit,& immisit in dicta naui, an si contingat, ꝙ merces pereant,assecurator, qui ita indeterminatè assecurauit, ad valorem trium millium teneatur? Et videbatur ꝙ sic.l.fi.C. quæ res pign.oblig.poss.vbi tex.est not ꝙ ista verba, sub periculo rerum mearum, in contractu apposita, referuntur † tam ad
49 res præsentes, quàm ad futuras: sed contrarium in præmissa q. credo per rationem illius l.fi. cum n.sit iustum voluntates contrahentium magis,quàm verba inspici,vt Bal.in consi.417.nu. 13.in 5.vol.concordantias vide ibi per glo. cum assecurator videatur habere respectum ad illas merces,quas de præsenti habebat in naui, non debet teneri ad periculum aliarum mercium post habitarum. Facit,quod not.in l.si ita.& in l.si Plautius.ff.de auro & argen.leg.& quod per dicta iura dicit glo.in d.l.fi.& Bar. in d.l.fi.§.1.de leg.2. Nec obstat d.l.fi.in contrarium; quia loquitur specialiter propter modicum præiudicium, quod est in pi-
50 gnore: secus est vbi agitur de magno præiudicio, vt hic: † quia assecurator tenetur ad magnam æstimationem in aduentu periculi.& idem Barto.in d.l.si ita.per l.si stipulatus.§.cum stipulamur.& l.si à colono.§.fi.de verb.oblig.& in d.l fi.C. quæ res pig. obli.poss. Ista est communis conclusio doct. ꝙ licèt simpliciter dispositio concepta trahatur ad futura parum præiudicialia, vt in d.l.fi secus tamen ad maximè præiudicialia. Patet in l.si mandauero,§.is,cuius,ff.mand.in fi. † vbi publicatio bonorum non
51 trahitur ad futura, vide Bal.in consi.337.num.3. volumine primo, vbi sing.adde tamen ad prædicta tex.not.in lege cum ita.ff. de legat. secundo, per quem textum ista quæstio securitatis de mercibus,quę erant in naui decidatur; quia non videtur securare merces,quæ postea in naui fuerunt per ignorantem, qui assecurationem promisit,illatæ. Prædicta tamē intellige, nisi forma assecurationis referatur, aliter ad merces in hoc viaggio, siue nauigatione deuehi fecerit,& subsequenter quæro, si forma assecurationis fuerit concepta in casu naufragii & submersionis, cum autem nauis vellet intrare portum,timore piratarum qui ibi erant.aufugit,& iterum rediit ad locum,quo aufugit, vel discessit,denuo cum ita nauigaret,submersa est in via,an teneatur assecurator de tali aduentu periculi? Et videtur ꝙ non per ea,
52 quæ dicta sunt in versiculo, quia dictum fuit. Vbi habetur, † ꝙ assecuratio simpliciter concepta refertur ad primam nauigationem. Sed in contrarium facit: quia nauigatio prima fuit inutilis,& per consequens non debet impedire effectum assecurationis secundæ nauigationis,arg.eorum, quæ de actu primi inutili dicuntur in l.si ita stipulatus.§ Grysogonus,ff.de verb.oblig.maxime quia non potuit imputari in prima nauigatione,portum si non petit: regula imputari.de reg. iur. Item conditio solita in nauig.s.si nauis,accesserit salua,nō verificari potuit in 1. nauig. cuius non extitit,debet esse periculum tam assecurantis, quàm domini mercium,argumen.l.Martius.ff.loca. Item donec nauis
53 salua nō appulit ad portum † semper periculum submersionis solet esse assecurantis.lege opus,quod in aduersione. ff.locat.in principio. Circa istam quæstionem puto dicendum, ꝙ aut assecuratio fuit concepta,donec nauis appulerit,seu applicuerit, vt in lege prima.C.de nauti.fœno.& tunc naue non intrante,& sedente non potest illud verificari de appulsu ad aquam, vt dicitur in l.1.ff.de seruitut.rusti.præd.semper periculum submersionis erit assecurantis,donec accedat salua, si autem hoc non fuit
54 dictū,& tunc puto distinguendum † ꝙ aut nauis nō appulit ad portum destinatum vi tempestatis, & licèt tedeat ad pristinum locum, & de nouo submergatur, erit nihilominus periculum assecurantis,facit.l.Cęsar. de publ.ex quo verificata fuit cōditio submersionis,aut hoc processit impedimento latronum; quia si latrones non fuerant in portu,nauis appulerat salua, & videtur, ꝙ non teneatur assecurator,arg l.si fundus.§.fi.ff.loc. iuncta l.perinde,eod.tit.in hoc tamen puto aduertendum: quia in cōtractu assecurationis videtur esse duplex conditio. Vna,qua existente promissor lucratur pretiū periculi. Altera,quæ deficiens facit assecurantem teneri ad æstimationem rerum deperditarum. Verbi gratia, si nauis fuerit salua cum mercibus, & si submergatur prima deficit, siue dominus mercium, & nautarum culpa,& sic non debet ei imputari,vt in d.regula imputari.& in l.Titia.§.Seia.ff.de leg.2.alias haberetur pro impleta in sui odiū vt in d.l.& in l.in executione.§.fi.de verb.oblig. quia tamen hic ista conditio deficit facto tertii, eo ꝙ impeditur facto piratarū in portu existentium,oportet,ꝙ denuo impleatur,l.quibus diebus.ff.de cond.& demon. in principio, quia tamen non potuit denuo impleri, immo defecit per contrariam conditionē submersionis existentis istius contrariæ conditionis, facit, vt ille promissor omnino teneatur,ad d.l.si fundus,§ fi.est dicendum, ꝙ non loquitur in contractu, quod procedit ab euentu conditionis ut hic,cogita,& prædicta confirma cum maris consuetu-
9 ſuperius dictum fuit: † quia in ipſa ſpe poteſt emptio, & venditio dari,ut in iuribus præallegatis,ita oportet in ipſamet ſpe dari periculum,quod facit eam ceſſare,& non poſſe ſpectari, nec amplius dici ſpes:aliàs diceremus in uenditione ſpei non habere locum titulum de peric.& commod.rei vendi. quod non eſt dicendum.Nec mirum;quia etiam videmus, ſpem æſtimari, ut ſuperius late dictũ fuit in quæſt.præcedenti.Verbi gratia,ſi emo ſpem,ſicut ad aduentum alicuius nauis,naui non nauigante ceſſat ſpes illa.Si facto uenditoris ipſe tenetur emptori:ſi emptoris ipſi venditori:ſi tertij,pertinet ad emptorem,per dictam l.neceſſario.intelligendo,prout ſuperius dixi,& per l.j. C.eod. titu.nec videtur mirum,quòd ex iſto aſſecurationis contractu vnus, & idem dominus mercium teneatur ad pretium periculi,& nihilominus ceſſat ſpes periculi: ſed illud fuit, eo quia ille tantum emit ſpem,& non conſideratur,an illud ſuper quo talis ſpes poſita fuit ſequatur vel ne,quò ad validitatem contractus ut in d. l.ſi iactum.licèt bene quo ad alia,vt ibi notatur,& vt ſupra dixi. Quæ omnia tene menti pro his, quæ dicta ſunt in d. verſic. Sed ponamus.in 18.19.colum.quia ibi dicta procedunt, quando aſſecuratio fit ſub conditione:ſecus ſi ſimpliciter,& pure: & tene
10 menti ea,quæ ſupra dixi: † quia ſi aſſecuratio fuit conditionaliter concepta,aſſecuratio non haberet pretium periculi ceſſante nauigatione, ad quæ pauci ex ipſis aſſecuratis aduertunt, & minus aſſecuratores.Item dum ſupra dixi in verſi. an autem aſſecurator.in 1.& 6.col.quòd non poteſt aſſecurator opponere aſſecurato,ꝙ merces non erant ſuæ, per notata in l.commodare.ff.commod.& ibi Bart.& Bal.& in l.ſi alienum. ff.ſol.matr. & ibi Alex.latiſſime,& adde ꝙ hoc non videtur ſimpliciter procedere in iſto contractu aſſecurationis.Quid enim ſi erant piratarum vel aliorum inimicorum fidei chriſtianæ,an poſſint licitæ capi per quoſcunque? iuxta notata in authen.nauig.C.de furtis, vel erant illorum,qui res prohibitas deferunt Saracenis: ut in c. ſignificauit.de Iudæis,& in c.quid olim. eo. tit.cum concordantijs quæ res exportari non debent.l.j.C.de epiſc.audi.prout multi faciunt, quorum nomina ego taceo propter honeſtatem, qui etiam potuerunt iuſtè capi,per ea,quæ habentur in capitulo quorundam, de Iudæis & Sar.prout iſti faciunt cum aliquo mercatore, qui dicunt res iſtas ſuas, & eas aſſecurant ut ſuas: certe in hoc caſu credo,ꝙ liceat aſſecuratori, ſi prædictæ merces hac de cauſa capiantur,dicere,Tuæ non erant res. & hoc non tantum
11 ex natura contractus † quia ſuper re aliena quis poteſt ꝺ̃here, vt no.in dictis iur.quantum ex quadam bona fide iſtius ꝺ̃cti aſſecurationis:quia iſte aſſecurator non erat aliter aſſecurator, ſi ſciret merces eſſe prędictorum infidelium.Item quia iſte aſſecuratus videtur eſſe in dolo,& fraude hoc tenendo,vt in l.iur.gen. §.dolo.& §.ſequenti.ff.de dolo.Item credo, ſi mercatores erant tales,qui habebant inimicitias,ſeu bellum cum gente illius portus,ad quem dictæ merces vehebantur,uel cum capientibus dictas merces,ut ſunt Genuenſes, & Senenſes cum Florẽtinis, vel cum Catalanis,& ſæpe hoc fit,& vidi fieri; quia vnus rogat amicum ſuum,qui habet pacem cum eis, vt dicant illas res ſuas, & faciant aſſecurationem nomine ſuo,& hoc (vt dixi) non ex na-
12 tura contractus,ſed ex bona fide,† quæ maximè inter mercatores obſeruanda eſt, cum inter eos non conueniat de apicibus iuris diſputare,ut Bald.conſi.400.nu.10.& conſi.466. num.5.in 5.vol.ut l.ſi fideiuſſor.§.quædam tamẽ.& in l.Quintus.ff.mand. Bart.Bald.& alii ibi,eo maximè; quia aſſecuratus videtur eſſe in aliquo dolo,ut dixi,per dictum §.dolo.cum ſequenti,& ꝙ conſequens deliquit,ut in l.j.§.nunc tractemus.verſi.plane.ff.de tut. & rat.diſtr.& in l.2.ff.de crimine ſtell. Quæ iura allegat Alex.in
13 l.ſi quis nec.ff.ſi cert.pet.ad probandum † ꝙ dolus eſt delictum, facit quod dixit Bart. in l.cõmodare. ff.commo.in fine,licèt ad aliud propoſitum,dum dixit,ꝙ bona fides non patitur,ut in cõtractibus opponatur exceptio dominii,ſecus autem, quando ex deli ꝺ̃o probatur dolus,aut fraus ex interpoſitione ipſius aſſecurati,qui eſt media perſona ſimulata, argumẽto l.ſi is, qui bona
14 ff.de acquir.hære. † In dubio autem non præſumitur dolus neque fraus,vulgata l.merito.ff.pro ſocio.& per Abb. Pan. conſil. 68.in j.vol.& Bald. in l.obſeruare.§.j.in pen. col.ff.de offic.Proconſ.in quæſt.de iudice. Niſi dicas, ut ipſe ibi, quia qualitas facti non poteſt fucari:cognita autem fraude non credo,ꝙ aſſecuratus fraudulenter poſſit rebus captis ad eſtimationem agere, per ſupradicta. Quid autem econtra, an rebus ſaluis poſſit ipſe aſſecuratus dicere aſſecuratori petenti pretium periculi, Res non erant meæ,ſed infidelium,vel inimicorum & ita non ſum aſſe-
15 curatus? Dico ꝙ non: † quia non debet quis allegare turpitudinem ſuam in hoc caſu,ſecundum glo.no.in l.cum res. C.de ꝓb. & ibi Barto.ſequitur,dum exemplificat in uenditore:qui dicit, Res non erant meæ,quæ omnia tene menti: quia quotidiana, & utilia:& quia ſupra mentio facta fuit de mercibus inimicorũ fidei,poteſt probabiliter in dubium uenire,an merces Iudęorũ, qui per mare negotiantur,poſſint occupari,ut merces inimicorum fidei,per auth.nauigia.C.de furt.præallegata, & per ea, quæ habentur 23.q.7.c.de rebus.labores enim iuſtorum pij edent:& conſueuerũt piratæ,& multi alii hoc colore quærere naues mercatorum,an habeant merces Iudæorum, & licèt in piratis non
16 cadat hoc uerbum pij, † quia potius ſunt delendi tanquam hoſtes patrię,ut no.in d.auth.nauigia.& ꝙ prædicta contra Iudęos fieri poſſint,facit dicta auth.nauigia.quæ generaliter loquitur ibi, niſi talia ſint nauigia,quæ piraticam exerceant prauitatem,aut noſtro Chriſtiano nomini inimica, per hoc, quod dicitur, inimica, uidetur ipſos Iudæos comprehendere, cum quibus iuris rigor potius,ꝙ̃ æquitas,ſiue humanitas eſt ſequenda, vt in c.2.in
17 fin.de iudi.faciũt quidem multa † in Chriſtianorum opprobriũ, & contemptum Saluatoris noſtri, & eius beatiſſimi nominis, ut in c.nonnulli.eo.titu.& in l.Iudæos.C.eo. tam in blaphemando ipſum,ꝙ̃ in aliis,ut in dictis locis patet,& alibi not. quæ non expedit allegare,maxime in fine legis Cœlicolarum, eo.tit.ubi tex.dicit,eſſe contrarium Chriſtianæ fidei,quicquid ab ea diſcrepat,quod verbum in Iudæis non eſt dubium verificari. Multa alia ad hoc propoſitum poſſent adduci, quæ breuitatis cauſa omitto. In contrarium facit: quia S.mater eccleſia eos tolerat, dicto cap.& ſi Iudæos.& in l.Chriſtianis.C.de Pag. Bald.conſil. 315.numero ſecundo,uolum.primo,ubi ponit in quib.caſib.tolerantur,& conſilio 428.numero ſexto,in quinto volum. maxime,quia hodie Iudæi quos ſua pœna ſubiecit, & peccatum,vt in d.c.& ſi Iudæos.verſantur per ciuitates Chriſtianorũ, vt Ro.
18 Ven.Neap.& apud nos,& alios, † quod melius videtur, quàm vt Marani ſint,ut Bald.in conſil.428.numero ſecundo, in quinto volum.ut in regno Caſtellæ,quorum commiſtionib. ferè ſunt in factionib.illius prouinciæ.Iſti Iudæi cum ſint homines pacifici & ſubditi Chriſtianis principib. non poſſunt dici hoſtes ꝓprie imperii, nec inimici, iuxta notata in l.hoſtes. ff. de capt.& poſtli.reuerſ.per Bar.& ita credo, quod ſumitur verbum inimi-
19 ci,in d.auth. nau. ſicut ſunt Africani, & Turcæ, † propriè ſunt inimici imperii,& Chriſtiani nominis, eo ꝙ Chriſtianos proſequuntur,& à propriis ſedibus eos expellunt, & de hoc ſunt decreta,& leges,quæ prohibent eorum commercium, & eis deferri aliquas res,vt d.c.ad liberandam.de Iudæis.& in c.ſig. & in ca. quod olim.& in cap.ita quorundam, & in l.ſecunda. C. quæ res expor.non debent.cum conc.nec videtur par cauſa iſtorum. & Iudæorum.cap.diſpar.vigeſimatertia quæſt. octaua,eo quòd illi expellunt Chriſtianos: Iudæi autem parati ſunt ſeruire,& obſequium præſtare,ut ibi,ad idem bonus text.in d.cap. Chriſtianis, vbi Imperator prohibet,ne Iudæorum bona auferantur. idem
20 facit Papa,ut in c.ſicut iudæi.de iud. † vbi etiam prohibet pecunias eorum auferri,quod verbum eſt generale,immo tenẽ eos protegere,vt Bal.in dic.conſil.428.numero ſexto,ergo & ipſos comprehendit, & omnes ſuas res & merces, & l.pecuniæ.ff.de verbo.ſignifica.& hoc; quia agitur de fauore eorum,& quod no
21 tat Barto.in l.talis ſcriptura.ff.de leg.præſtan.† nec reperitur de iure Iudæis prohibita mercantia,ut in cap.fin.de iud.& in c.fraternitatem 54.diſt.per quæ iura idem not.Ioan. de Anan.ſolen. doct.Bo.in cap.tertio,de iu.in fi.colum.vbi dixit,quòd licitũ eſt
22 iudæis exercere mercaturam inter fideles,† & licitum eſt Chriſtianis dare eis pretiũ pro mercibus emptis,ut fit Vene.Vlisbonæ, & alibi, quia ſunt ditiſſimi mercatores, licèt omnes iudæi
23 ſint † maledicti,& rebaldi.Caueant igitur capientes merces iudæorum in mari, uel in terra prædicto colore, eſt pœna eas detinere: ut in d.l.Chriſtianis.C.de pag. & quæ iudæis permiſſa ſint, vide Bald.in conſil.315.numero primo,uolum.primo,cum ſeq. conſi.& hæc uolui dixiſſe perbreuiter, & ſuccincte deuictus inſtantia certorum mercatorum mihi chariſſimorum: qui de ijs dubitabant & ſępe de facto interrogatus eis de iure reſpondi, per ea, quæ proponebantur. Ad laudẽ domini noſtri Ieſu Chriſti, qui ſit benedictus in ſecula ſeculorum. Amen.

BENE-

Source : BIU Cujas

BENEVENVTI STRACCHÆ

Patritij Anconitani.

De Assecurationibus.

SVMMARIVM.

1 Nominibus non tam proprijs quàm notioribus vti debemus.
2 Vocabula quædam vsu corrupta, & lingua Italica desumpta enumerantur.
3 Imperatores, & Iurisconsultos aliquando impropriè loquutos, & vsos verbis non admodum proprijs, & enumerantur quædam.
4 Scientia quælibet habet sua vocabula.
5 Bartolus, Bald. & alij defenduntur, qui improprijs vocabulis sint vsi.
6 Materia sermonis elegantia tractata Margaritæ auro artificio inclusæ cõparanda secundùm Ant. Iac. Patrem auctoris.
7 Doctorum veterum & recentiorum lepida comparatio & lepidè dicta.
8 Assecurare, quòd non sit verbum latinum & quomodo latinè potuisset inscribi.
9 Auersione emere & locare quid sit, & restitui codices.
10 Traijcio, verbum quid, & de traiectitia pecunia multa, & quidem noua, nume. 10. & nume. 15.
11 Pecunia quasi traiectitia quid esset, declaratur eleganter in Trac. de Asse.
12 Interpretationes nouæ ad l. periculi. ff. de nau. fœno. & multa circa dictam l. notanda.
13 Alea, nomen omnem ludum comprehendit magna ex parte in fortunæ varietate consistentem, & alia significat.
14 Condictio, & conditio quomodo differant, & quid.
15 Iudicium est firmius, quod multorum sententia comprobat.
16 Interpretatio ad l. traiectitiæ. ff. de actio. & oblig. ad l. nihil interest. ff. de nau. fœno. & l. qui Romæ. in §. 1. ff. de verb. oblig.
17 Interpretatio ad l. nihil interest. in §. pro operis, & restitutio eiusdem. ff. de nau. fœno.
18 Vsura centesima quæ sit late declaratur.
19 Assis appellatione quid contineatur, & de nominis significatione apud veteres.
20 Minæ apud Græcos in usu erant & quare.
21 Vsura centesima as vsurarum dicitur, & declarantur semisses usuræ & reliquæ ab esse deductæ.
22 Vsuræ centesimæ an debeantur post quadrimestre tempus.
23 Nauticus panis dicitur, quòd in materna lingua appellamus Biscotto.
24 Vsura centesima an debeatur sine stipulatione.
25 Interpretatio ad l. eos in versicu. in traiectitijs. C. de vsur. & l. fœnerator. in §. si nauis. l. periculi. in fin. in quibusdam, & l. periculi. ff. de nau. fœno. in tract.
26 Vsura nautica an hodie sit promissa de iure ciuili, & quid de iure canonico.
27 Interpretationes multæ & variæ ad cap. fi. de vsu. nume. 27. & seq. numeris, & maxime sub nu. 32.
28 Mercatores admoneantur, qui pecunias mutuant, & periculum suscipiunt cum vsuris centesimis & vltra, & fingunt literas cambiorum.
29 Mercator Alexandriæ parauerat merces emere & Anconam exportare, vel lucri causa ad tempus seruare iturus ad nundinas si amico roganti mutuaret cum lucro, quod Anconæ facere speraret, vsurarius est censendus. & ibi damnatur sententia Didaci ac ante numeris.
30 Mutuans nauiganti seu eunti ad nundinas animo suscipiendi periculum in se & recipiendi aliquid vltra sortem non aliter mutuaturus, est vsurarius.
31 Mutuans ex charitate alicui non animo assecurandi certo pretio, si postea assecurauit certa recepta mercede, non est vsurarius.
32 Mutuans pecuniam & suscipiens periculum mutuatæ pecuniæ an in re dubia vsurarius sit censendus, late disputatur.
33 Actus duo si incontinenti facti reperiantur, vnus alterius contemplatione factus censetur, & ob causam præcedentem.
34 Dictio, quoque, implicatiua pro etiam, & de eius natura.
35 Mutuum facilius inducit suspicionem vsurarum quàm contractus emptionis & uenditionis, & de ratione.
36 Reditus annui an sint liciti, & multa de eis relatiue.
37 Contractus quòd in re dubia non præsumatur vsurarius declaratur, quomodo procedat.
38 Lex merito. ff. pro socio, limitatur multis modis.
39 Consuetudo contrahentis ubi agit de suspitione vsurarum præcipuè consideranda est.
40 Mutuans nauiganti, & periculum in se suscipiens aliquo recepto vsurarius censetur, an autem ad probandum contrarium audiatur.
41 Præsumptio iuris & de iure quomodo dignoscatur, & an in c. fi. de vsuris inducta sit præsumptio iuris & de iure, uel iuris tantùm.
42 Pecuniam dans alicui Bisantiumnauigaturo vt secum portet, & Bisantij restituat, certa merces constitui licite potest, nec recipiens committit vsuram, secus si vt cum ea negocietur.
43 Mutuans mercatori ea lege, ut si ex mercatura lucraretur, partem lucri accipiat, pactum improbandum, etiam si mutuans periculum susciperet, vel ex pacto supponeret se damno & lucro.
44 Assecuratio an sit licita, late disputatur.
45 Fideiussor an recipiens aliquid à principali debitore pro fideiussione præstita an vsurarius sit censendus.
46 Assecuratio quid sit, quidve Assecurator.
47 Assecurationis contractus an sit nominatus vel innominatus, & qui.
48 Remedium l. 2. C. de rescinden. ven. an habeat locum in contractu assecurationis.
49 Assecurari se faciens a Titio, postea Titium dubitans non soluẽdo, si iterum ab alio se assecurari faciat, num teneat secunda assecuratio.
50 Securus, nomen duobus modis accipitur.
51 Glossa in l. si tutor petitus. C. de peri. tut. comprobatur & declaratur relatiue.
52 Securum facere aliquem promittens, quid promisisse intelligatur.
53 Consultor & arbitrator differunt.
54 Promittens aliquem facere securum de eo, quod Titius debet, sufficit eum solemniter instrumento obligari.
55 Promittens se obligaturum, seu ratum habiturum, aut donaturum censetur donasse, ratum habuisse & liberasse.
56 Promittens se liberaturum, seu ratum habiturum, aut donaturum censetur donasse, ratum habuisse & liberasse.
57 Promissio de vendendo an dici possit venditio intantum, ut dispositio de vno loquens in alio locum habeat.
58 Promittens aliquem facere securum, quòd statim possit conueniri, quemadmodum qui promisit se obligaturum.
59 Glo. in l. si mandato Titij. in §. fi. ff. man. eleganter declaratur.
60 Securus, nomen quid proprie significet, bellissime declaratur.
61 Securitatis & saluiconductus materia relatiue, & multa relatu ac notatu digna.
62 Satisfacere & satisfactio quid comprehendat, & multa de ijs quotidiana.
63 Promittens festis Paschalibus centum soluere, vel fideiussores præstare, vel pignora dare, quòd non sit electio debitoris, sed ad fauorem creditoris adiectum.
64 Alternatiua, refert, an ponatur inter duo, quorum quodlibet sit in obligatione & solutione, vel inter duo, quorum vnum est in obligatione, aliud ad cautelam creditoris adijcitur.
65 Princeps si tibi vnum ex duobus aut tribus cõcesserit, idest vnum, aut aliud alternatiue, in manu tua erit electio.
66 Promittens si principalis non solueret, id est actum, ut cum principalis appellatus non solueret, fideiussor tenetur.
67 Promittens principaliter & in solidum centum soluere, soluendo de reditib. Titij non potest dici fideiussor, videturq; se obligasse ad agendum contra principalem, quòd possit soluere de bonis suis in tractatu.
68 Satisdare, soluere, cauere, fideiussorem præstare & restituere, quomodo inter se differant, relatiue.
69 Promittens respondere simpliciter, seu respondere in pecunia, vel respondere vel soluere in aliquo loco, ad quid teneatur.
70 Promittens fare il douere, quid dicatur promisisse.
71 Promittens facere restaurum, quod faciet Titius, quid hoc verbo contineatur, & quid si Titius non fecerit.
72 Promissio de præstando, seu (vt vulgo dicitur) farla buona, seu de star delle Dette, quid in se contineat, declaratur.
73 Institor promittens proponenti instrumento, quòd omnes debitores descripti in libris institoriæ fuerint & sint veri debitores, si debitores descripti in libris negent se debitores, Num institor veros debitores esse descriptos in libris probare debet, & se non probante de suo soluere.
74 Creditor vendens iure creditoris pignus tenetur docere se creditorem.
75 Tutor seu procurator rem vendens tanquam tutor seu procurator non tenetur de euictione veluti creditor, docere tamen debet se legitimum tutorem aut procuratorem.
76 Voluntas contrahentium ex eo quod solitum est fieri declaratur.
77 Personæ qualitas spectanda est.
78 Institores licèt in mille literis scribant se debitores, non propterea conueniri poterunt, quia vt institores scripsisse censendi sunt, & declaratur.
79 Dispositio recipit interpretationem ab eo, quod est magis uerisimile.
80 Interpretatio duplex secundùm Baldum, aut necessaria, aut probabilis.
81 Debitor quis dicatur, plene declaratur.
82 Interpretatio ad l. si nomen. ff. de hæred. uel act. uen.
83 Stipulatio super contractu interposita an reguletur secundùm naturam contractus. Alexandri distinctio probatur.

1 CICERO, si Boetio credimus, in commentariis Topicorum, † non tam propriis nominib. quàm notioribus nonnunquam vsus est, & Proculus noster Iurisconsultus quo facilius res intelligeretur, eum agrum, qui insula fuerat, insulam appellauit, abususque est nomine, vt res innotesceret, vt in l. Insula. in fi. ff. de acq. re. dom. sed & Cicero de Oratore lib. 3. Vtemur verbis, ait, aut iis quæ propria sunt, & certa quasi vocabula rerum penè vna nota cum rebus ipsis, aut ijs quæ transferuntur, & quasi alieno in loco collocantur, aut ijs quæ nouamus, & facimus ipsi, res enim & tempora noua nomina suadent producere, quod relatus Cicero cõcedit, & bene doctus Poeta Horatius cecinit, & noua factaque nuper habebunt verba fidem, & paulo inferius verbum nouum ipse protulit, Ego

cur

cur acquirere pauca ſi poſſum inuideor? Cum lingua Catonis & Ennij ſermonem patrium ditauerit, & noua rerum nomina protulerit, licuit ſemperque licebit ſignatum præſente nota producere nomen, vt tamen illud non ignoremus in ſacra Theologia rebusque diuinis exponendis non temere quiſquam cõtingat nouaq; inducat, aut ab vſu trita atque approbata repudiet. Nam cum diuinæ res ſupra omnem humanũ captum ſint ſitæ, ne verbis quidem propriis poſſunt a nobis enunciari. Illa ergo ſunt maxime ad rem eloquendam accommodata, quæ ab aliis tradita fuerunt, quorum ſcriptis magna pars pietatis noſtrę cõſtat, vt pie admonuit Lud. Viues in commentarijs Diui Auguſtini de ciuitate Dei lib. 1 .cap. 10. Dixerit aliquis quorſum hęc? Non quidem ab re, cum tractatum hunc de Aſſecuratoribus inſcripſerim; Nec enim me latet Iac. Spie. Seleſtadienſem in
2 ſuo iuris Lexico in verbo Bladum poſt Iſolanum † annotaſſe quædam vocabula vſu quodam corrupto & lingua italica deſumpta, & vulgo pro Latinis haberi. ut ALLODIVM pro hæreditate aut poſſeſſionibus, APPRETIARE pro æſtimare, MEDIARE, pro componere aut pacificare, APPROPRIARE, pro vendicare, CAMPVS, pro exercitu, LIGA, pro fœdere, TREGVA, pro indutiis, MANVTENERE, pro tueri ac ſuſtentare, SAISARE, vel ſachiſare, pro extorquere, aut per vim auferre, IMPORTAT, pro intereſt, ſeu refert, PERPETVARE pro continuare, FORTILITIVM, pro arce, ſeu munitionibus, SVCCVRSVS pro ſuppetijs, CONTENTARE, pro eo, cp ſit contentum reddere, BASSE, pro humiliter, ſummiſſe aut imo, PARTIALITAS, pro factione, aut ſtudio partium, ASSECVRARE, & CONTVTARE, pro eo quod ſit ſibi tutò ac diligenter prouidere ſiue munire; quo ergo res facilius intel ligatur, libuit hoc vti vocabulo, & nouo: ſed & And. Tiraq. vir ſingularis memoriæ in l. ſi vnquam. in verbo liberos ſuſceperit,
3 refert Bal. & Barb. dicere conſueuiſſe† Imperatorem qñq; groſſo modo (vt ait) & improprie locutum, & refert quoſdam Iuriſconſultos aliquando vſos verbis non admodum propriis, & receptis a probatis ſcriptoribus: vt certiorare, meliorare, certificare, certificatio. ſunt & alia multa, ut de noīe intereſſe, de quo idem Tiraq. de vtr. Ret. in Præfatione, nume. 34. & his addes quę ſcripſit Alciatus libr. 4. de verb. ſignif. ſat ergo ſit rationē reddidiſſe, quare huic noſtro tractatui titulus ſit, de Aſſecurationib. vtemurque & nos & Bartoli, & Baldi, & aliorum huius claſſis vocabulis: item & veterum iuriſconſultorum prout materia
4 expoſtulabit, † vnaquæque enim ſcientia ſua habet vocabula, & illud prouerbium a Gellio memoratum libr. 2. c. 5. an oculos habebimus. Rudius ſiue indoctius loquere; & apertius ſiue cla-
5 rius, & quando in hos ſermones incidimus † & Bartolo, & Bal. ac aliis viris iuriſconſultiſſimis indulgendum putaui, ſi impropriis ſint vſi vocabulis, nec veterum candorem ſequuti fuerint: Tempora enim illa ita ſuadebant, quibus uera vocabula amiſſa erant, & licèt contra prædictos multi multa loquantur, inter quos Ludouicus Viues vir bene doctus in commentariis ad diui Auguſtini librum de Ciuitate Dei lib. 2. c. 13. qui ait, ſibi liquere non poſſe quomodo Bar. Bald. & alii iura enarrare, atque intelligere potuerint, cum latine neſciuerint, & linguam qua iura ſcripta ſunt ignorauerint: Huic ego & aliis hoc ſolum, Bartoli, Baldi, & aliorum doctiſſimorum virorum commentarios rem ipſam indicare, quàm doctè, quàm rectè vim ac poteſtatem legum tenuerint, & quàm ſubtiliter fuerint interpretati. Illud certe non nego expoſitæ materiæ ſermonis elegantiam nõ modicum ornamentum tribuere: Parens enim meus Antonius La
6 cobus vir (niſi me pietas fallit) bene doctus & experiens † materiam verbis propriis ac ſermonis elegantia tractatam margaritæ auro artificio incluſæ comparabat, ſed (vt dixi) tempori tribuendum eſt potius quàm Bartolo, & cæteris, ſi minus proprie locuti ſunt, & poterant vere dicere, quod Cato ille Vticen. apud Saluſtium pulchrè ait in Catilinario: iampridem nos vera vocabula amiſiſſe: Nomina nanq; vetera, ut Plato ait in Cra. diuturnitate temporis diſtrahuntur, confunduntur, peruertuntur, †&
7 illud placet ſubiungere Bart. Bal. Caſtrenſem, & reliquos vetuſtiores iuris interpretes fructus nobis attuliſſe, Alciatum, Budeũ & reliquos recentiores puriq; ſermonis cultores plures flores quàm fructus, hosque lepide comparabis menſi Maij, illos Septembris, vt non immeritò affirmare poſſimus, quod Baldum referendo inquit Laſ. in conſil. 151. col. 2. volu. 4. Doctores antiquos pondere, numero, & menſura recentiores ſuperare, & vide Euer. in ſua Cent. loco 45. & eundem loco 48. litera f, qui referendo Pet. Ferr. in ſua Pract. in forma capitulorum, quando teſtes produ. ad æter rei mem. inquit, magis adhærendum veteribus quàm recẽtioribus doctoribus, niſi tex. expreſſum reperias, quod eſt notandum. & adde quæ habentur in Sylua Nup. libr. 5. num. 6. & illud non omittam, quod egregius Reſtau. Caſtal. dicere conſueuerat, Alciatum, Budeum & reliquos huius claſſis viros bene doctos pulchræ atque perlucidæ gemmæ cõparandos, quæ aſpectu miram præſtat delectationem; at ſi eam in forum detuleris, difficile emptorem inuenias, nõ enim in forẽſibus quæſtionibus & cõtrouerſijs eam quam ueteres iuris interpretes vtilitatem attulerunt. Sed ut quædam quæ ad propoſitæ materiæ lectionem libentius perducunt inſeramus, & ad inſtitutam materiam redeamus: Non me latet ueteres iuriſconſul-
8 tos me imitari potuiſſe † & inſcribere de Nauti. fęno. ut legitur in digeſtis & codice. Aut. de Maritimis ſeu Nauticis vſuris, vt in Aut. de vſu. nau. ſiue de nau. pecu. vt in l. in nautica. in l. fœnerator. ff. de nau. fœno. Aut de traiectitia pecunia. ut in l. traiectitię. ff. actio. & oblig. & in d l. fęnerator. & l. Labeo. & l. nihil ītereſt. eo. tit. & l. qui Romæ. §. j. ff. de uerb. oblig. Quod ſi de pretio periculi titulus huic tractatui eſſet, non male quidem & generali ac honeſtiore locutione, ſic enim appellat iuriſconſultus in l. periculi pretium. ff. de nau. fœno. Potuiſſem de his qui rem export. ſaluam fore promiſerunt, aut rem exportādam ſaluam fore inſcribere iuxta pulchrum text. in l. illa ſtipulatio. ff. de verb. oblig. & inſtar iuriſconſulti in titu. rem pup. ſal. fore, ſed & ſi de rebus auerſione exportandis titulus fuiſſet, non puto potuiſſe reprehendi, auerſione enim emere, uel conducere eſt: cum emptor, ſeu cõductor aduerſum caſum in ſe ſuſcipit, prout Accur. rectè in pleriſque locis expoſuit, & frequens eſt hæc locutio apud veteres iuriſconſultos: ut in l. qui officij. §. fin. ff. de cond. empt. in l. opus quod auerſione. ff. loca. l. j. ff. de exer. act. l. fi. ff. ad l. Rho. de iac. l. ſi quis vina. ff. de peri. & comm. rei vend. & notandum eſt
9 † auerſione non aduerſione legendum, ut Budeus animaduertit, & rectè, ſic enim in Pandectis Florentinis quæ circunferuntur legitur, ab auertendo, quia venditor ſeu locator periculum a ſe auertit in emptorem, ſeu conductorem. & eodem modo corrigendũ eſt quod doctores dicũt de actione oneris aduerſi, cum auerſi legendum dicendumque ſit in l. naui Saufeli. ff loc. Denique vt hanc rem abſoluamus de traiectitiis contractibus, ſi tractatus fuiſſet inſcriptus non eſſet damnanda inſcriptio, ut in l. eos. §. ſuper vſurarum quinto in traiectitiis contractibus. C. de vſu. ſed cur magis de Aſſecurationibus inſcripſerim lector habes, & de ijs hactenus: & nunc quid ſit traiectitia pecunia uidendum eſt. & deinde quid ſibi nauticum fœnus velit.

10 Traijcio † verbum tranſducere, tranſuehere, & tranſportare ſignificat, & ꝓprium eſt Nautarum, vt traiecit exercitum, ideſt tranſportauit exercitum tranſmare, aut tranſflumen, ut inquit Valla elegan. lib. j. Vnde traiectitia pecunia illa dicitur, quæ creditoris periculo tranſmare vehitur. Cæterum ſi eodem loco pecunia quæ datur conſumatur non erit traiectitia. l. j ff. de nau. fœn. l. fi. C. eo. ſed & ſi ex ea pecunia mutuata merces comparatæ ſint, in eadem cauſa habentur. Res enim emptæ habẽtur pro traiectitia pecunia, & intereſt, vtrum periculo creditoris nauigent: tunc enim traiectitia pecunia fiet, vt in d. l. j. ſed & Beroius præceptor meus in c. fin. de vſu. in hæc verba ſcriptum reliquit, capitulum hòc loquitur non ſolùm de pecunia traiectitia proprie, vt ibi Nauigantium: ſed de illa quæ eſt ſimilis traiectitiæ, quanuis vere talis non ſit: patet ex illis verbis, vel eunti ad nundinas: ex quo enim quis mutuat ſub vſuris, pecuniæ mutuatę in ſe periculum recipiendo vtitur eodem iure inſtar pecuniæ traiectitię, vt eſt tex. notabilis in l. periculi. ff. de nau. fœno. Hæc illę. ſed & hic quædam (ni fallor) noua & iuris interpretibus incognita ſubiungenda ſunt: illud enim animaduerti, cp pecunia traiectitia illa proprie erat (ut dixi) quæ periculo creditoris trāſmare vehebatur, & in qua vſuras centeſimas ſtipulari permittebat, ſi nauis ſalua intra ſtatuta tempora peruenifſet, & ſi nauis perijſſet, non debebatur pecunia, indicat hoc text. in l. fęnerator. ff. de nau. fęno. in duobus locis. item l. j. & l. fin. C. eo. in caſu ergo exiſtentis conditionis vſuræ centeſimæ exigebantur, & deficiente
11 conditione ipſius crediti obligatio defeciſſe dicebatur, † eſt & quaſi traiectitia pecunia, & quæ quodammodo traiectitiæ comparabatur, quando non in caſu conditionis exiſtentis, cum nauis ſalua ſcilicet peruenifſet, ſed in caſu non exiſtentis conditionis verſamur. Verbi gratia ſi mutuo tibi pecuniã in caſu, in quo nauis ſalua non veniſſet, & de hac pecunia eſt text. in l. periculi. ff. de nau. fęn. Qui text. de hac loquitur, & qui, ut inquit Raph.
12 Fulg. ibi obſcurus eſt exiſtente glo. & non exiſtente. † Quam legem licèt legum prudẽtum vertices fuerint interpretati, liceat tamen mihi dicere pace tantorum virorum in multis nõ rectè. Nam factum proponendum eſt in dicta lege, ut ex præmiſſis liquet, & liqdius ex infra dicẽdis patebit. Pro expoſitione igitur dictæ legis illud imprimis ſciendum eſt, cp in caſu propoſito in principio dictæ legis (vt dixi) vſuram centeſimam deberi, & Accur. & omnes iuris interpretes eiuſdem ſunt opinionis. Hoc amplius Azo in ſumma. C. de nau fęno omnes caſus in d. l. enumeratos quaſi nauticæ ſeu traiectitiæ pecuniæ dici putauit, & ex nudo pacto deberi centeſimas vſuras, verùm: ſi dicta l. periculi. conſideretur, aliud ſibi vult, notanda ſunt ergo verba illa. Recepturus ſis, quod dederis, & inſuper aliquid præter pecuniam. Nõ ergo dixit iuriſconſultus vſuram centeſimam, ſed aliqd præter pecuniam, cuius verbi, ALIQVID, nota eſt ſignificatio, & (ni fallor) intellexit iuriſconſultus de vſuris communibus, iuxt. l. j. C. eo. & illud quod vltra ſortem debetur ad ſimilitudinem traiectitiæ pecuniæ appellatur periculi pretium; quia vſuræ communes in caſu deficientis conditionis (vt dixi) ſolum debentur, in

caſu

Source : BIU Cujas

casu verò existentis conditionis centesimæ. Hoc ideo quia non est propriè traiectitia, & mutuum hoc casu nō est periculo creditoris, sed concipitur hoc modo, si non venerit nauis salua, re stituatur pecunia numerata, seu mutuata cum vsuris cōibus.

Deinde ad expositionem dictæ legis periculi animaduertendum est, ꝙ codex mendosus, qui passim circumfertur, in causa fuit: vt Accur. & cæteri iuris interpretes lapsi fuerint: illic enim ita legitur, si modo in aliam speciem nō cadat, & Accursius exponit in alium contractum, vt do vt facias, vel non facias, nam hoc est traiectitium: Sed hetrusca litera se habet in hæc verba, si
13 modo in aleæ speciem non cadat. † Verbum autem. Alea, oēm ludum comprehendit magna ex parte in fortunę varietate ꝯsistentem, licèt propriè de Tesseris dicatur, vt inquit Azo in titu. de Aleæ lusu & aleat. quo fit vt pro fortuna accipiatur. vnde Cicero de diuinitate lib. 2. Non prospicitis (inquit) aleam quandā inesse hostijs deligendis, præsertim cum res ipsa doceat, sed & ꝓ dubitatione ac periculo ponitur, ut Papinianus extra omnem ingenij aleam positus, hoc est extra omnes, vt aliqs ei ingenio præferatur. Vnde illa iurisconsultorum locutio, aleam emere, hoc est incertum rerum euentum, de quo in l. cum hæreditatū. ff. de hære. vel act. vend. & in l. nec emptio. ff. de con. empt. vbi legitur, licèt nec emptio, nec venditio sine re, quæ veniat, possit intelligi, aliquando tamen sine re venditio intelligitur, veluti cum quasi alea emitur, quod fit cum captus piscium, vel auium, vel missilium emitur, quia spei emptio est. Dum ergo in d. l. periculi. dicitur, si modo in speciem aleæ non cadat, exponendum est, nisi in speciem illam emptionis cadat, incertumq; rei euentum. & quod hic sit verus sensus, indicant exempla subiecta, & illud maximè, si Piscatori erogaturo in apparatum plurimum pecuniæ dederim, vt si cepisset, hoc enim casu, seu casibus: quia emitur alea, hoc est spes rei, nō dicitur periculi pretium, sed rei non existentis, & rei quæ in spe est emptio: & ex præmissis seqr̄ aliud contra omnes interpretes ibidem, ꝙ non est mirum, si iurisconsultus inquit in fi. d legis, in his autem omnibus casibus pactum sine stipulatione ad augendam obligationem prodesse; quia vt in dictis legibus probatur, in l. scilicet nec emptio, & in l. cum hæreditatum, emptio est, seu emptionis species, & nota: quia in Pisana seu Florentina litera legitur non ad agendā obligationem, sed augendam. Nec te lector candide moueant verba eiusdem legis, si in aleæ speciem nō cadant, veluti ea ex quibus conditiones nasci solēt. Quibus moti iuris interpretes post glo. ibidem notarunt, in contractibus innominatis oriri conditiones, nam (vt plerunque euenit) ex superiori errore in alios
14 inciderunt, illud nanque notum est, ꝙ differunt † cōdictio cum C. & cōditio sine C. condictio additio. C. pactionem actionēq; significat, condictio enim & vendicatio ad rei persecutionem pertinent, & vt inquit Imperator in §. appellamus. in stitu. de act. in rem quidem actiones vendicationes appellamus, in personā autem actiones, quibus dare aut facere oportere intenditur, cō dictiones: condicere enim est denuntiare prisca lingua, & reliqua. Cōditio autem sine. C. à condo cond is, qualitas ea dicitur, qua aliquid condi ideſt fieri actum est, ut inquit Alciat. in l. debitori. C. de pact. & dicitur conditio dispositio quædam ac veluti sors fortunarum, temporum, rerum, & cum quid in casum incertum confertur, qui potest tendere ad esse, & ad non esse, ut in titu. de cond. & demonst. Vnde cum in Florētinis Pandectis legatur conditiones, seu conditiones nasci solent, & non condi tiones, clarum est sensisse de casibus incertis, & qui possunt tendere ad esse, & non esse, prout clare exempla subiecta demon-
15 strant. Sed quia lector candide † firmius est iudiciū quod multorum sententia comprobat c. extra cōscientiam 64. dist. c. prudentiam de offi. deleg. & clemen. j. de senten. excommu. & multa congessit And. Tiraq. in trac. de pœn. temp. causa quinquagesima prima. nu. 6. & seq. & inquit Bal. in consi. 112. nume. 2. vol. 2. rarò bene loquitur, qui contra omnes loquitur, cogitabis, & forsan inclinabis in meam sentētiam, euenit enim aliquando: vt vnius forsan & deterioris sententia, & multos & maiores in aliqua parte possit superare, ut inquit Imperator in l. 2. in §. omnibus. C. de vet. iu. enuclean.

16 Sed † vt traiectitiæ pecuniæ cognitio clarior habeatur & sensus uerus habeatur. l. traiectitiæ. ff. de act. & oblig. l. qui Romæ. in §. j. ff. de verb. oblig. & l. nihil interest. ff. de nau. fœno. audi lector candide, quæ paucis nota sunt: sciendum est ergo, apud veteres in nautica pecunia mutuata de more fuisse, vt creditor, qui pecuniam mutuabat seruum cum debitore transmitteret, qui mutuatam pecuniam à debitore peteret præstituto die, quo se solu turum promiserat: & quia creditor operis serui sui carebat, qui seruus nauigabat cum debitore pœnam in singulos dies stipulabatur creditor, si pecunia in præstituto die soluta non esset. Item & sumptus serui, qui eam pecuniam persequebatur: ut eā ad dominum creditoremque reportaret, idque sensit & rectè Accurs. in l. nihil interest. ff. de nau. fęno. in versi. pro operis, & in l. j. C. eo. & relatæ leges ostēdunt in vsu hoc fuisse, quibus addes l. fi. ff. co. & bonum tex. & ibidem Accur. in l. qui Romæ. in §. Calimachus. ff. de verb. oblig. & probat Accursij sententiam iurisconsultissimus vir Ant. Aug. emend. lib. j. cap. 9. & Franc. Hotto. magnæ facundiæ vir lib. j. de vsu. c. 9. qui tamen de Accursio nō meminit. Additque vnum non negligendum post Ant. Aug. ad declarationem propositæ materiæ legisque nihil. in §. ꝓ operis. ff. de naut. fęno. Illic enim ita scriptum est. †
17 Pro operis serui traiectitiæ pecuniæ gratia sequuti quod in singulos dies in stipulationem deductum est ad finem centesimæ non vltra duplum debetur. In quo illud notandum: vt hæc oratio sit separata à prę cedentibus, & superiora uerba. Nec pignora hypothecæve titulo maioris vsuræ tenebuntur, pertinent ad præcedentia. Sectio est ergo vt supra, & verticulus seu §. incipit. Pro operis. alioqui textus indifficilis redderetur, quod recētiores relati animaduerterunt & in Pandectis Florentinis hodie dignoscitur. Illud ergo quod pro operis serui ex stipulatione cōcepta ut supra debetur centesimam vsuram nō excedebat: vsura autem hæc maritima simulatque nauis nauigat deberi incipiebat, ob solumque periculum permittebatur, eoque cessante continuo intermittebat l. 4. ff. de nau. fęno. Quod ergo dicitur in d. §. Pro operis serui tra iectitiæ pecuniæ secuti in singulos dies in stipulatione deductū est ad finem centesimæ vsuræ non vltra duplum debetur; hoc sibi vult, si pœna (vti assolet) præter vsuras in stipulationem deducta est ob serui operas & sumptus, ea pœna non debet addere seu adijcere ad centesimam: sed si quid deſit centesimæ hac pœnæ adiectione suppleri poterit. In hoc autem duplo, de quo tex. loquitur, sors ipsa simplum facit l. pen. C. de vsu. & si vt Bud. & Holoan. existimant, malles dicere seu legere nō vltra duplū centesimæ deberi, nihil est, ꝙ valde refragari possimus, ut relati recentiores censuerunt. Est ergo sensus relatorum verborum (vt vno verbo dicam) pœnam pro operis serui quibus caruit dominus, idemque creditor posse complere vsuram centesimam, illam autem non excedere.

18 Vsura † autem centesima dicitur, non ut Accur. censuit in dicta l. 4. & in Aut. de alie. & emphi. in §. licentia. in verbo centesimæ, & in l. eos. in ver. tertiam. C. de vsu. & Glosator in c. ea. num. 12. q. 2. & in c. quoniā multi 47. dist. vbi Io. de Tur. Crem. & Azo in summa C. de nau. fœno. quæ scilicet anno ęquat sortem, sed illa quæ centesimo mense. & meritò Accursius & alii notati sunt ab Ant. Aug. Alciato, Budeo & aliis recentioribus, sed quo diligidior habeatur intellectus prædictorum, & legis eos. C. de vsu. sensus innotescat, audi quid scripserit Franc. lib. j. de vsu. cap. 7. &
19 seq. † Iurisconsulti hoc in vsu habuerunt, vt quamcunque rem integram, quam in certas partes diuidere vellent, Assem appellarent, vnde hæreditatem in Assis partem diuidūt. l. seruum. §. vlt. ff. de hæred. instit. & Vlpianus ait, agrū ex asse, vel ex parte possideri, in l. sciendum. ff. qui satis. cogi ita eam vsuram quæ summa esset, nimirum cum ex centum denariis singulis mēsibus singuli denarii soluūtur, assem appellatam esse, propterea quòd quasi ad Assis rationem illius partis, ideſt alias vsuras minores appellationem sumpsisset, & subdit. Romanos quamcunque fortē ad numerum centenarium redigisse græcorum morem imitatos
20 † qui facilioris & commodioris doctrinæ causa q̄uis summam sortis, id est siue plus, siue minus centum contineret ad Minas, quæ centum dragmas valebat perpetuo redegerunt. Denique quoniam singulis mensibus, nimirum idibus, vt ex Horatio & Cicerone apparet, vsuræ pendebantur, singulas quisque pensiones nomen ex asse sortitas esse, vt si centesima pars sortis singulis mensibus penderetur, nummus ille centesimus; quoniā vsura summa est, As appellabatur, & hæc est vsura centesima ideo appellata, ꝙ singulis pensionibus vnus denarius penderetur. Qui denarius si ad sortem quæ ad centum redacta est respexeris, erit cēteſimus: sicut apud Græcos vsura dracmalis. Quia dracma sortis, quæ vsuræ nomine penderet, pars esset minæ, siue sortis centesima, ex his ergo liquet vsuram centesimam non ita appellari ratione vltimæ pensionis quæ centesima est: vt quum dicimus calendas centesimas, quo verbo vltimas intelligimus; quia si ex mense centesimo penderet eius appellatio, nunquam cēteſima diceretur, nisi cum ad mensem centesimum perueniret, & sępe contingebat, ut ante mensem centesima sorte reddita vsura cōsistebat aut non reddita vltra producebatur: & tamē cēteſimæ nomē & appellationem nihilominus retinebat. Præterea si centesima ab vltimis calendis diceretur, quasi calendis centesimis ęquaret sortem binę centesimę ternę, & deinceps similiter dicerentur. Quod q̄ ineptum sit, nemo non videt. Apparet ergo vsuram centesimam à parte sortis centesima nomen duxisse, sicut apud Græcos Dracmalis à dracma, quæ pars est sortis ad minā
21 redactæ centesima, facit ad prædicta. l. lecta. ff. si cer. peta. † Cum ergo vsura centesima sit As vsurarum, factū est: vt reliquæ vsuræ ad eius assis non autem ad sortis rationem appellationem sumerent, vnde si ex ducentis puta aureis vnus aureus singulis pensionibus vsuræ nomine pſoluerętur, & si hæc pars est sortis ducentesima, tamen ea vsura nomen ex sortis ratione non sumit, neque dicitur vsura ducēteſima, sed quia pars Assis dimidia est, vnde appellationem sumit semis nominabitur, similiter cum ex trecentis aureis vnus penditur, & si hæc pars est sortis tricentesima, non tamen vsura tricentesima nominabitur, sed triens,

quum

quum quarta quadrans, atque ita deinceps in beſſe & quincũce: & ſi quæ præterea aliæ ſunt.hæc ille.quorum bonam partem & ferè omnia habuit à Budeo lib.j.de Aſſe & partibus. Alciat. Diſpunc.lib.3.c.j.ſed tu vide tex.in l.2. C.de vſu. rei iud.in illis verbis,nec priſcis legibus quæ duas centeſimas eis inferebant.& reliqua.& Soc.in l.2.in §.fi.ff.ad l.Falcid.Qui etiam ait,hanc centeſimæ rationem duodenos nummos annuos in ſingulos centenarios parere & veteres ſolitos eſſe fœnerari non in annos, ſed in menſes:&colligitur ex l.lecta.ſuperius citata.centeſima ergo vſura eſt,ex qua duodecim pro centenario recipimus.Beſſes dicimus vſuras, cum octo pro cẽtenario. Semiſſes vſuras cum ſex pro centenario.Trientes vſuras ad rationem quatuor pro centenario.Quia beſſis octaua pars Aſſis,ſemis dimidia,triens quarta.Quibus addendus eſt And.Tira. de vt. ret.§.j. Glo.6. num.18. qui ait,veteres erraſſe,dum non intelligerent,olim uſuras menſtruas fuiſſe,ideſt ſingulis quibuſcunque menſibus ſolitas præſtari iuxta l.Publia.in §.Lucius. ff.depo. & l.cum ſtipulati ſumus. ff. de verb.oblig.Hæc igitur recentiorum ſententia circa prædicta recipienda eſt exploſa veterum opinione. Quos conatur defendere Catel.Cot.in memo.in ver.vſuræ trientes ,& temporis diſtinctione.Recentiores cum veteribus in vnam concordiam reducere,ſed (ni fallor)nec defenſio probanda eſt,nec concordia admittenda: & ſubijcit ne iſtę commemoratio uideatur eſſe de lana caprina,hæc referri poſſe ad Iudæos ſeu Iudæorum cauſas.Qui in his quæ animam reſpiciunt conſtitutionibus canonicis non arctantur.c.pen.de diuor.c.multi corriguntur.2.q.1.ſed communi Romanorum vtuntur l.Iudæi.C. de iud.c.quanto.de vſu.& hoc ſi concedamus,uſuras de iure ciuili non eſſe prohibitas:ut in locis ab eo relatis,& dixi circa hoc in trac.de Merca.in prima par.nu.37.quibus addes quæ nouiſſime ſcripſit Dida.Coua.variarum reſol.lib.3.c.3.nu.2.ver.punitur vſurarius. Et illud non eſt omittendum,quod eleganter Gl.ait in l.in condemnatione.ff.de reg.iur.† Vſuras centeſimas poſt quadrimeſtre tempus non deberi.Quæ Glo.recepta eſt,ut Alb. ibidem teſtatur, & notauit etiam Hiero. Cag. ſed vide in quibus caſibus loquatur, & pro declaratione legem fin. C. de vſu. rei iud. ijs illud addendum eſt.†Nauticum Panem dici,quem vulgo Biſcottum appellamus, & vetus eſſe illud verbum,uſuræ nauticæ.

Incurrit & hic illa īſpectio, in nautica ſeu traiectitia pecunia licet ſtipulari centeſimam uſuram, ſi conuentum ſit, creditoris eſſe periculum. † Quid ſi is qui periculum ſuſcipit ſtipulatus nõ fuerit,num propter periculum ſuſceptum uſura centeſima debeatur? Salyc.in rub.C.de nau.fęno.inquit,iure cautum non reperiri,ideo ſto regulæ, quæ vult, ꝙ in contractibus ſtricti iuris vſura non debetur citra vinculum ſtipulationis. l.quamuis. C. de vſu.quibus addes l.ſi vſuras l.pignoribus.& l.per retẽtionem, C.eo.tit.& quæ ſcripſit Fran.de vſu.lib.j.c.8.Glo. & Doctores in l.rogaſti.in §.ſi tibi.ff.ſi cert.pet.ubi inter alios Dec.col.2.in fi.& ſeq.ſubiunxit.Saly.hanc ſententiam probari in l.eos.in verſi.in traiectitiis.C.de uſu.Verùm Salycetus in hoc ſibi parum conſtitit.nam in l.periculi.C.de nau. fęno. inquit, ſi mutuator ſuſcipit in ſe periculum caſus fortuiti,ex ſolo pacto debetur vſura centeſima,& opponit de dicta l.quamuis C.de vſu.& poſt glo.inqt Ius ſingulare eſt propter ſuſceptionem (vt ait) caſus fortuiti,&. in eadem ſententia fuere Ang.& Fulg. ibidem, & clarius in l.in quibuſdam.eo.titu.& Azo in ſumma de nau.fęno. Sed ut meã ſententiam interponam;puto in quæſtione diſtinguẽdũ. † Aut quæritur de vſuris centeſimis,aut communibus ; ſi de cẽteſimis puto ſtipulationem neceſſariam d.l.eos.§.in traiectitiis,& comprobatur l.fi.C.de vſu.rei iud.vbi Imperator referens ſe ad dictã l.inquit,ex conrractibus autem: hoc rarò contingit in capitulis ex l.noſtra tantummodo exceptis, & innuit tex. in l.fęnerator. in §.ſi nauis. ff de nau. fęno. ſi verò de communibus iux.text.in l.j. C.de nau.fęno.& in traiectitia uel quaſi ex pacto deberi dicẽdum eſt,& ita intelligendus eſt tex.in l.in quibuſdam. eo.titu.ff. & indicãt uerba legis ibi,ſi dedero decem traiectitia vt ſalua nauc ſortem cum certis vſuris recipiam,dicendum eſt, ſortẽ cum vſuris me poſſe recipere,& nota illa verba certis uſuris. & hanc legem ita intellexiſſe videtur Accurſius in d.l.periculi.in fi.dum inquit,obligationem uſurarum legitimarum & communium, & ita poſſet intelligi tex. in d.l.periculi.in prin.vt declaraui paulo ſuperius nume.12.

Sed nunc vtiliora ſunt proponenda,& illa admodum neceſſaria ſe offert quæſtio † an nautica uſura hodie ſit permiſſa de iure ciuili.Et prima fronte videbatur prohibita. Nam in aut.de eccl.tit.& priuil.Regulæ quæ à ſanctis quatuor cõciliis ſunt expoſitæ firmatę ſunt,videlicet in Nicęno,Conſtantinopolitano, Epheſino,& Calcedonenſi conciliis:hæc enim tanquàm ſacras ſcripturas veneramur.Sed in Nicęno concilio vſuræ ſunt phibitæ:ut in c.quoniam multi 47.diſtin.Vbi ſpecialiter de centeſimis uſuris fit mentio,& cap.quoniam multi.14.q.4 ergo ſed illud uidetur verius ſecundùm Doctores, cum titulus de vſuris nauticis ſit poſt titulum de eccleſias.tit.vſuras nauticas permiſſas,reliquas verò eſſe prohibitas:ut inquit Saly.in rub. de vſu.ff. in prin.qui ſubijcit,forſan euitandi gratia maius malum. Illud tamen receptum eſt iure pontificio, huiuſmodi vſuras damnatas,vt in c.fi.de vſu.quod placet ad verbum referre. Nauiganti vel eunti ad nundinas certam mutuans pecuniæ quantitatẽ ex eo quòd ſuſcipit in ſe periculum recepturus aliquid vltra ſortẽ, vſurarius eſt cenſendus.Nec me latet quoſdam magni nominis inter quos Dida. Coua. contendere leges ciuiles nauticum fœnus permittentes non eſſe pontificia l.ſublatas,ut in c.2.lib.3.variarum reſolut.poſt quartum numerum verſi. ſecundò conſtat, & citat inter alios Iac.Butr.ī l.j.C.de nau.fęno.Bal.in l.j.col.3.C. de ſum.Trin.Nec mouere debet,ait,dictum c.fi.† Quoniam ſecundùm recentiores quoſdam relatos ab eo Gregorij Pontificis dicti capitis cõditoris reſponſum obtinet, ubi deficit probabile dubiũ & periculum,cuius cauſa iuſte aliquid recipitur.non ergo trahẽdũ eſt ad caſum in quo quis ſuſciperet periculum ꝓbabile,ſed ad uanum & colore quodam velatum, quæ interpretatio recipitur ab Adriano in trac.de vſu. verum ab eodẽ Dida. meritò improbatur, prorſusq; reijcienda eſt, quæ nec colorem habet.Cum ſummus Pontifex loquatur in mutuante, & ſuſcipiente periculum nauigationis, & pro his aliquid vltra ſortem. Vnde apparet loqui in periculo magno non leui aut velato,vt eſt text.in l.3.& ſeq.ff.de donat.cau.mor.& in l.Ciuitas.C.de off. rect. Prouin. quod comprobari poteſt ex multis quæ ſcripſi in trac.de Mercatore.in tit.de Nauig.& ſat ſit locum retuliſſe.

Secundam idem Dida.in relato loco,uer.tertio,tamen affert interpretationem Adriani in trac.de uſu.in 4. ſententiarũ c.occurrunt.ſenſit enim dictum capitulum intelligendum eo caſu, quo pretium periculi ſuſcepti ſit iniuſtum.excedens iuſtã ipſius rei atque periculi mercedem,non autẽ ſummus Pontifex damnat & improbat,ubi iuſtum pretium propter ſuſceptum periculum recipitur.Quam interpretationem etiam idem Dida. poſt longam diſputationem improbandam putauit, afferẽs pactionem iniquam,& ego abſque dubio reijciendam puto tanquam contra dictum c.fi.in illis uerbis,recepturus aliquid ultra ſortẽ, conſiderando dictionem, aliquid, cuius notiſſima eſt ſignificatio,& mirandum eſt relatos patres non conſideraſſe, quam bene notauit Abb.in eo.c.nu.j.ubi citauit Diuum Thom.ſecunda ſecundæ q.88.arti.2.

Tertio & ultimo modo inquit idem Dida.communem ſenſum relatum capitulum habere,ut cenſeri debeat uſurarius is, q nauiganti, uel eunti ad nundinas pecuniam mutuat ea lege & conditione,ut periculum in ſe ſuſcipiat, & pro eo aliquid ultra ſortem,aliòqui non mutuaturus,ſcilicet ratione mutui & periculi ſimul aliquid ultra ſortem capit,& ob id uſuraria ſit mutui datio,alioqui licita iudicanda eſſet mutui datio, ſi libere fieret, & tamen debitor cum creditore conueniret ſponte ſua de periculo mutuatæ pecuniæ ſuſcipiendo certa conſtituta mercede; citat Floren.Conra.Sylueſt.& Caietanum, & addit hũc ſenſum uerum & proprium & frequenti Theologorum iudicio probatum: verùm,ſi uerum amamus,ex his non ſequitur,vſuram nauticam eſſe permiſſam.Quinimò lege Pontificia prohibitam, ut per Hoſt.in ſumma in tit.de uſuris, & aſſeuerant doctores in dicto c.fi.ut ſcripſit ibidem Anna. Guido PP. in trac.de contract. num.18.& meritò inquit Faber in rub.C.de nau.fęn. hoc eſt illicitum de iure canonico,ut in c.fin.de uſu & Raph.in rubr ff.de nau.fęno.inquir,hic titulus eſt correctus per dictum c.nauigãti. de uſu.intellige quò ad traiectitiam pecuniam cum ſtipulatione uſurarum,ut diximus,& idem inquit Salyc. in rub. ff.de uſu. nu.j.Nec Iac.Butr.relatus à Dida.in meo codice dicit eſſe pmiſſum hodie fęnus nauticum,& minus Bal.in l.j.col.3. C. de ſum. Trin.Nam Bal. (ni fallor) non loquitur in mutuante, ſed in tertio aſſecurante,quãdo quis ſuſcipit periculum ut det, & hic eſt contractus,de quo diſputaturi ſumus.Nec bonum eſt argumentum à Didaco relatum,ſi pactum iſtud fieri poteſt cum tertio, ergo cum creditore,diuerſa quippe ratio interuenit,ut ex ſubiectis apparebit,& eſt animaduertendum,ꝙ ideo correctus eſt titulus de nau.fęno.quò ad traiectitiam pecuniam ſeu fęnus nauticum;quia loquitur cum mutuo dabatur,ex eoq; mutuabatur, & periculum ſuſcipiebatur,uno & eodem tempore, ſtipulatio centeſimarum uſurarum interponebatur,mutuumq; nõ ſpõte ſua fiebat. Verbigratia ut amico obſequeretur, mutui datio facta eſſet,& ex interuallo periculum cum uſuris ſuſciperetur,ut inferius clarius declarabitur. † Habeant ergo mercatores præ oculis dictum capitulum, & præſertim Anconæ commorantes,& qui Alexandriam Aegypti nauigant, pecuniasq; mutuãt, ſuſcipientes in ſe periculum nauigationis cum uſuris non dico centeſimis ſed longe grauioribus,triginta ſcilicet pro centenario,& ultra,& ſub colore ſuſcepti periculi ſe defendunt, & fingunt literas quas uocant cambiorum,mutuãtque finge centũ Alexandriæ recepturi Anconæ centum & triginta ratione ſuſcepti periculi nauigationis,alioqui non mutuaturi, & ſunt excogitatæ mercatorum artes ad perdendum miſeras animas. Audi fili, audi uerba Pontificis,uſurarius cẽſendus eſt, nec poteſt Deus decipi,cum ſcrutator ſit cordium c. in ciuitate tua. de vſu.& hic placet ſubiungere,ꝙ excuſandi non ſunt tales mercatores, ex eo ꝙ empturi eſſent merces Alexandriæ ex pecunia mutuata,

mutuata,& Anconam exportassent, lucratique essent, scripsit
29 enim Inn.in d.cap.fi.de vsu.in hæc seu similia verba † Mercator Alexandriæ parauerat merces emere, & Anconam exportare, vel lucri causa ad tempus seruare,uel iturus ad nundinas, rogatus à Titio,qui pecunia egebat,ut sibi mutuaret cum lucro, qđ Anconæ facere sperabat,pecunias mutuauit,vsurarius cēsendus est,nec scio ipsum excusare, & Inno. sententia à frequentiorib. recipitur,ut per Lau.de Rodul.in rep.cap. consuluit.de vsu.in 2. par.24.q.An autem debitor ad interesse,idest id quod verisimiliter creditor lucratus esse teneatur,& post moram Doctores videntur concedere,ante commissam moram negare,ut per eundem vbi supra. Abb. in d.c.fin.nu.13.& seq.& adde Amb.Vig. in c.salubriter.de vsu.nu.50.& ex his sequitur,non esse admittēdum,quod Dida.ait in relato loco,ver. primo ex his, illic enim ita scriptum est,ex his apparet in ea specie cōtractus,quæ vt vsuraria damnatur in d.c.vlt.non teneri mutuantem restituere,qđ ratione periculi suscepti absq; fraude accepit, modo nihil vltra iustum pretium periculi habuerit,quod maxime,subiungit, est adnotandum : inquit.n.ille tex.si mutuans receperit aliqd vltra sortem,vsurarius censendus est,ergo in qua pactio illicitum lucrum,meritoq; debitori restituendum reseruato iure ad interesse,ut paulo superius diximus.& nota q̄ Lau. Rod. relatus ab eo in c.consuluit.par.2.q.39.loquitur in casu, quādo quis mutuat : vt ad molendinum suum vadat,uel furnum,vel ut ad scholas se cum intret, sed ut prædictorum ac capituli prædicti euidentior habeatur intellectus, quasdam facti species constituendas duxi.
30 Prima facti species est † mutuans nauiganti seu eunti ad nundinas eo proposito,atque animo suscipiendi periculum in se, & recipiendi aliquid vltra sortem nō aliter mutuaturus, vsurarius censendus est,probatur in d.c.fin.secundùm veram, & crebriorem interpretationem, quam comprobabis ex prædictis, & ex infra dicendis, & quia in contractu mutui vitium nō purgatur, licèt periculum ad creditorem pertineat, ut notauit Alb.in l.iubemus.secunda C.de sacrosanct.eccle.col.pen. versi.quid de tali.Dec.in consi.123.qui citat rex nostrum. His addēdus est Cor. in consi.j.nu.21.volu.4. Non obstat,inquit c.nauiganti.extra de vsu. vbi periculum, quod subijt mutuans, non excusat ab vsura;quia loquitur in mutuo, in quo prohibetur omnis spes lucri. c.consuluit.de vsu.& Lucæ 6.in quo legitur,mutuum dantes nihil inde sperantes : in aliis autem contractibus non prohibetur spes lucri, prout in mutuo, vt videmus in contractu societatis, emptionis,& uenditionis, & huiusmodi,siquidem mutuans sperat periculum non contingere,& propterea mutuans non immerito censendus est vsurarius,sperans eo casu aliquid recipere vltra sortem.hæc ille in suprascripta verba.
31 Secunda facti species est † quando quis, vt amico morem gereret ex charitate mutuauit,& absque intentione periculum & aliquid vltra sortem suscipiēdi,& deinde rogatus ab eo cui mutuas pecunias dedit,vt assecurationē faceret certa recepta quantitate & iusta assecurauit, idque constat ex circunstantiis,& is vsurarius censendus non sit & licèt Cor.in l.si pascenda pecora. C.de pactis,ut refert Pet.San.in tract.de fideiuss.& spon.num.10. verba illa dicti capituli fin.ex eo q̄ suscipit in se periculum:ad sequentia referri senserit,ut sit sensus,q̄ ideo vsurarius quis sit cēsendus ex eo quod suscipit in se periculum : communis tamen interpretatio est (vt ait) ut ad superiora referatur, de quo inferius dicetur. & hæc sententia probatur ex proxime dictis in superiori facti specie,& in hac sententia fuit frat.Ang.in sua summa in ver.vsura. nu. 38. qui præcedentis speciei & huius illā rationem reddidit.Quia quod est receptum primo casu vltra sortem recta respicit mutuum, in quo cautum est nihil sorti addi posse.Lucę 6.14.q.3.c.2.At in proposita facti specie nō propter mutuum,sed propter factum scilicet reddendi gratia tutum debitorem,vnde hic secundus contractus innominatus dicitur,& huic sententiæ assensisse videtur quisquis is fuerit,qui commentariis Abb.addiderit in d.c.fi.in prima additione,& uide Abbat. sub nu.14. sed & hæc sententia comprobatur valde ex his quæ glo.Bar.& plerique alii notarunt in l.si quis nec causam.ff.si cert.pet.Quod nāque dicimus, mutuum quod sub vsuris cōtrahitur gratia vtriusque censeri contractum l.si ut certo.§.nunc videndum.ff.commo.non procedit,quando à principio animus non erat fenerandi:inspicimus enim qđ principaliter agitur, & hoc modo iura omnia restringuntur,q̄ quando contractus celebratur sub usuris,dicitur gratia vtriusque fieri, in usurario ergo propositum,& intentio consideratur,de quo in c.consuluit. de vsu. & Dec. in d. l.si quis nec causam.num.j. quæ confirmabis etiam ex pluribus à Cor.scriptis in l.si pascenda.nu.15. C.de pactis. & vide paulo inferius nu.40.

Tertia facti species,quid in re dubia censendum sit.Verbi gra
32 tia † qui mutuas pecunias dedit,suscipit periculum mutuatæ pecuniæ, & periculi pretium, non tamen constat quo aīo, quave intentione mutuauerit.In qua Cor.in d.l.si pascenda pecora.C. de pactis nume.15.ver.in dubio autem &c. in ea fuit opinione, vt mutuans,& periculum in se suscipiens, & aliquid ratione periculi recipiens ab ecclesia vsurarius iudicetur, & est text.secundum eum in dicto c.nauiganti mouit eum verbum illud, censendus est,cuius significatio illa videtur esse potius iudicandi, q̄ statuendi præuia deliberatione,vt notat glo.in clemen.j.de cōcess.præben.in ver.censemus,licèt habeat varias significationes, vt notat glo.in clem.j.de proba.in ver.censemus, & q̄ summus Pontifex iudicet vsurarium eum, qui talia fecit in re dubia, probat considerando dictionem,quoque,in eo.c.in ver. *Ille quoq;*, quæ dictio est implicatiua,sicut enim non reputat vsurarium illum in re dubia, qui dat decem solidos, ut alio tēpore totidem sibi grani vel olei mensuræ reddantur, quæ licèt tunc plus ualeant,vtrum plus vel minus solutionis tempore fuerint ualiturę,verisimiliter dubitatur, ita in præcedenti casu existimasse,& iudicasse censeri debet.subiungit Cor.& tamen potest esse vsurarius, si contrahens haberet prauam mentem, iuxta notata à Doctoribus in c.in ciuitate.de vsu.vnde in præcedenti casu iudicatur vsurarius, & si haberet bonam mentem, non esset usurarius. Pontifex ergo, qui diuinare non potest,cap.vt nostrum.ut Ecclesia st.benef sine dimi. confer. & corda hominum non nōscit,ex verisimilibus & communiter accidentius iudicat, ideo quandoque fallitur c.à nobis de sent.excommu. & meritò non sequitur, q̄ tractus iste iudicatur ab ecclesia vsurarius,ergo semp est vsurarius,sicut contra,contractus huiusmodi non reputatur vsurarius,ergo semper non est vsurarius.patet in d. c.in ciuitate, & in c.nauiganti,& addit memoria hæc tenenda ad interpretationem c.nauigāti.licèt Doctores aliter dicant. Hactenus Cor. Verùm Petr.Sār.in tract.de fideiuss.& spon. in prima par.nu.13. & sequen.num.Corn.nō insubtiliter scripsisse ait (vt solet) eius tamen sententiam non admittendam sensit. Primò:quia tex.in d.c.fin.in primo responso non loquitur in casu dubio. Secūdò: quia sententia Cornei est contra dictum capitulum in secundo responso, ubi summus Pontifex non vult aliquē in dubio iudicari seu præsumi vsurarium:idem consequenter in primo rñso sensisse dicendum est,vt in re dubia non iudicetur vsurarius,cū eadem ratio interueniat.l.illud.ff.ad l.Aquil.l.à Titio.ff.de verb. oblig.& subiunxit pro euidentiori interpretatione dicti capitis animaduertendum esse, q̄ principium dicti c. dupliciter potest intelligi.Primò,vt illud verbum,eo q̄ suscipit in se periculum, recepturus aliquid vltra sortem,referatur ad *pxima* præcedentia, & est sensus, q̄ ideo mutuabat illam pecunię quantitatem : quia volebat periculum illius pecuniæ in se suscipere, vt aliqd hac de causa reciperet vltra sortem, qui sensus secundùm eum verus, & communis est, & probatur ex verbo illo, recepturus aliquid ultra sortem,quasi dicat aliter non mutuaturus,ut ibi declarat glos.& secundum hanc interpretationem non est dicendum,inquit,Pontificem in re dubia loqui,subdit alio modo potest intelligi,quod uerbum,eo q̄ suscipit in se periculum, referatur ad sequentia,& est sensus, q̄ ideo usurarius est censendus, eo q̄ suscipit in se periculum,& hanc interpretationem sensisse uidetur Cor.dum ait,q̄ Papa iudicat in ambiguo illum esse usurarium,qui in se sumit periculum mutuatæ pecuniæ : cuius interpretationem improbat propter secundum responsum (ut retuli) & addit glo.ibidem rationem:quia in mitiorem partem dubia interpretanda sunt.c.2.de reg.iur. l.interpretatione. ff. de pœnis,& arg.l.Arrianus.ff.de act.& oblig.c.ex literis. ff.de pbat. & facit l.meritò. ff. pro socio, & in ambiguis factum eo modo quo licet & non aliter præsumendum est l.non solùm. §.sed ut probari.ff.de noui oper.nun.ubi Bar. Nec mala mente quēpiam mutuasse præsumendum est: quia cum quæritur quo animo sit quid factum,bono animo factum censeri debet,dicta regula secunda,& notat Bar.in l.libellorum.col.5. de accus. Quæ sententia comprobari posset ex his,quæ scripsit Bal. in l.rogasti.in §. si tibi.circa finem. ff. si certum peta.in dubio nunquam præsumi contractum usurarium. facit l. per retentionem. C. de usu.& l. ampliorem.in fi.de appell.adde Ias.referentem Alex.in responsis suis Baldi sententiam probantem,& qui sub nume.5. in d.§.si tibi.subdit esse tex.in d.c.fin.in secundo & ultimo responso, & sic quodammodo consideratis uerbis Santernæ superius relatis,sensisse uidetur in primo responso, Pontificem non loqui in casu dubio:subiunxit idem Sant. mouere non debere considerationem factam a Corneo de uerbo, censemus, quia idem uerbum etiam aliam recipit significationem, ut in relatis Glossis : estque uerisimilius, q̄ de nouo statuat quàm in casu dubio iudicet. Nec etiam, ait, obstare considerationem de dictione, quoque,quia licèt sui natura sit implicatiua l.planè.§.si coniunctim.ff.de leg.j.& repetitiua,ut in §. actionum quoque. instit.de act Non est tamen nouum similes dictiones ſm subiectam materiam minus propriè intelligi.l.cum causas.iuncta gl. ff.de q̄di. & demonst.& scripsit Soc.in l.creditor.nu.6.ff.si cert.pet.

Sed vt in quæstione quotidiana & necessaria meam sn̄iam interponam,in ea sum opinione, vt in re dubia mutuans pecuniam,& tutum reddens debitorē susceпturus aliquid vltra sortem vsurarius sit iudicandus,mouet dictum cap. considerando q̄ verbum, censemus,consideratum a Cor. relatum est ad mutuantem: Vnde licèt verbum censeo,significet aliquando constituere & præcipere,vt si diceres senatus censuit:Nihilominus,

cum

Source : BIU Cujas

cum sit relatum ad mutuantem, necessariò exponendum videtur, vsurarius est censendus, hoc est iudicandus & præsumẽdus: subiecta enim materia ex relatione ad personam facta hanc interpretationem admittit, & aliam reijcit. Quod ex eo suadetur: quia summus Pontifex vnamet clausula vnicaq; verborũ constructione determinat, inquiens nauiganti certã pecuniæ quantitatem mutuans eo ꝙ suscipit in se periculum recepturus aliquid vltra sortem, usurarius est censendus. his ergo omnibus in eodem tempore interuenientibus, & sine legitimo temporis interuallo summus Pontifex iudicat & præsumit. Quæ sñia ex
33 illa communi regula confirmatur; quia † quando duo actus incontinenti facti reperiuntur, vnus alterius contemplatione factus censetur; ut inquit Bald. in l. petens. in pen. col. C. de pact. & actus qui incontinenti sequitur in actu præcedenti voluntatem declarat l. si uentri. §. in bonis. ff. de priui. cred. ubi glos. & Bart. & idem Bart. in l. post contractum. ff. de donat. col. 3. uersi. præsumitur, & multa congerit Alexan. in cõsi. 25. viso &c. lib. 2. col. pen. & in consi. 43. de celeberrima &c. num. 2. ait, vicinitate actuum perpendi intentionem, & probat multa referens Dec. in consi. 245. nume. 5. in causa. & consi. 336. in proposito, & multa (vt solet) retulit And. Tiraq. in repet. l. si vnquam, in verbo donatione largitus. nu. 116. & seq. C. de reuo. dona. vbi declarat, quando censeantur facti vno cõtextu & incontinenti, quibus adde Ias. in consi. 111. Aduertendum &c. col. pen. vol. 4. & ꝙ actus, qui sequitur, in dubio præsumatur factus ob causam præcedentem in casu non valde remoto, scripsit Aym. in consi. 106. nu. 9. & seq. & vide eundem in consil. 208. col. 2. eademq; fi. sensus ergo verus & germanus illius capituli esse videtur, mutuãtem & tutum debitorem lucri causa reddẽtem vsurarium censeri, & mutuum ratione suscepti periculi & lucri iudicari, & si hæc interpretatio non admitteretur, rarò aut nunquam in proposita specie vsurarius conuinceretur, & dispositio dicti capituli esset quasi sine effectu operandi. Hæc etiam mala tẽpora in quibus versamur, & (vt video) versabimur, nisi ex benignitate sua nos Deus respexerit, hanc interpretationem suadent, charitas enim in mutuãdo gratis mortua videtur, ut scripsit post alios Seu. in l. cunctos populos. num. 40. C. de sacrosan. eccle. Item fortissimum est argumentum Cornei sumptum ex d. c. in versic. ille quoq;, vt quemadmodum in secundo Respõso vsuratium non reputari ait, ita ex opposito seu contra in primo responso præsumat. † Ponitur
34 enim dictio, quoque, pro etiam, & implicat: ut per Bart. in l. Labeo. ff. de pactis, vbi Ias. sub num. 12. Quibus adde Beroium præceptorem meum, qui in d. c. fin. nume. 21. damnans sententiam Abb. ibidem, qui opinatus est, dictionem quoq; aduersari, inqt, dictio, quoque natura sui implicatiua est, vt est bonus tex. in l. 3. in §. j. ff. de acquir. poss. & in §. in amittenda. implicat enim idem iuris esse in casu contrario & omisso, ac quandam similitudinẽ cum præcedenti denotat. l. qui legatorum. §. filium quoque. ff. pro hærede, & subiungit, & ita stat hic proprie: isto quoque modo debet intelligi, ut per hunc tex. probetur, ille quoq; emptor dicatur vsurarius, prout in articulo præcedenti. Sed ꝙ stet aduersatiuè nõ credo reperiri. hæc ille. sed certè in dicto text. implicat similitudinem quandam in facto demonstrat, diuersitatem tamen in iure, & contra sui naturam in iure aduersatur, de qua dictione vide Alb. in suo iuris lex. & quod apud eũ notatur. Rursus hæc sententia comprobari videtur ex his quæ Alber. scripsit in l. iubemus. C. de sacrosan. eccle. nume. 14. versi. quid de tali cõtractu, ubi de emptione annui redditus ad vitam disputãdo putauit eam ex multis ualere, & præcipuè propter vitæ incertitudinem, citat cap. nauiganti. in § j. & subijcit. non obstat principium eiusdem capituli: quia loquitur in mutuo, in quo mutuãs ex intentione semper agit sortem integram vnà cum lucro ad se redire, ideo illud est illicitum, licèt creditor periculum in se
35 suscipiat. † Diuersa ergo est ratio inter emptionem & venditionem & mutuum, in emptione enim incertitudo tollit uitium, seu præsumptionem vsuræ: contra verò in mutuo, in quo vitiũ vsurarum non purgatur, licèt periculum ad creditorem pertineat. Additque in collegio Pergomi receptum fuisse, & Alb. refert & probat Dec. in cõsi. 124. perlectis &c. & comprobatur ex consi. Cornei primo, in quarto, superius relato, quæ confirmantur ex his quæ scripsit Bero. in dicto c. fi. num. 14. is enim reddẽs rationem inter casum positum in prin. dicti cap. & casum positum in fi. inquit diuersitatis rationem esse; quia contractus mutui magis proximus est vsuræ, quàm alii contractus. Nam in cõtractu mutui usura vere & proprie quoad formam & re ipsa cõtrahitur: sed in aliis velut in contractu emptionis licèt re ipsa, & improprie vsura contrahi dici possit. tamen quoad sui formam & proprie non contrahitur, d. c. in ciuitate. de vsu. nõ mirũ ergo si in his propter dubium periculi & damni quis magis excusãt, quàm in contractu mutui; quia in habentibus simbolum &c. ex quibus patet, grauiter erasse dictum Petr. San. qui putauit, eandem rationem interuenire in prin. d. c. quæ in §. j. & fi. quoniam (vt probaui) in mutuo facilius vsura præsumitur, quod & Dec. notauit in d. §. si tibi. post num. 4. & quando incidi in sermonem emptionis annui redditus, placet leuandi laboris gratia hæc loca recentiorum, ex quibus habentur antiquorum annotare-
36 † Habes extrauagantem hodie. & seq. in titu. de empt. & vendi- vbi legitur procedere, etiam si sit appositum pactum reuenden di: de qnibus etiam scripsit Andr. Tiraq. in commen. de vt. ret. §. j. glo. 6. num. 14. & seq. ac ante numer. Franc. lib. 2. de vsu. c. vlt. Boe. consi. 3. Dida. Couar. variarum resol. lib. 3. c. 7. & lib. j. c. 9. nume. 8. & in Practica Cancel. versi. ad mate. pag. miki 178. Alciat. in consi. 3. Tho. 1. eodemque libr. & ex his liquet remoueri contrarium, ꝙ in re dubia usurarius contractus non præsumatur,
37 nam in casu proposito rationibus relatis prẽsumitur † Accedit, quod dicitur, vsurarium contractum non præsumi & in mitiorem partem interpretationem fieri, admittendum est in foro contentioso, non in foro fidei, quam vocant cõscientiæ: ī hoc enim foro illa eligi debet interpretatio quæ aĩæ sit tutior, ideo quò ad animam in dubio iudicabitur contractus usurarius. Bal. consi. 453. committere, in fin. lib. 3. & Abb. in responsis suis referendo scripsit probando Aym. in consi. 48. num. 8. quibus adde eundem Abb. in d. c. fi. nume. 9. ubi soluendo contrarium gl. ibi superius relatæ inquit, in foro animæ interpretationem potius fieri debere contra eum, quia illa pars est benignior, quæ est tutior, sed & lex meritò. ff. pro socio, pluribus modis restringitur, & inter alia locum non habet, ubi agitur de præiudicio tertij, cap. cum in iure. de offi. deleg. ubi Abb. Goz. in consil. 66. decreueram. nu. 7. Item non procedit in solito delinquere. Itẽ quando interpretatio delicti magis animæ consuleret sñ Ancha. in consi. 179. Prima fronte videretur. ad finem & commendat de clarando Fel. in c. in præsentia, num 18. quem videas, de probat. Cat. Cot. in nemo. in uerbo delictum. Mar. sing. 151. semper in obscuris, & vide Alciat. in trac. de præsump. reg 3. in prin. q multis mõdis declarat, & notatur etiam apud eum, & vide ad regulã
38 dictæ l. meritò. Aym. in consi. 57. nu. 6. Egid. Bos. in tit. de remed. & sola clem. nu. 56. Remouetur etiam consideratio facta, quòd verba illa, eo ꝙ suscipit in se periculum &c. & ad præcedentia, & sequentia referri possint, referendaque sint ad præcedentia, ex his quæ dixi, & maximè ex eo ꝙ summus Pontifex una clausula mutuum circunstantiis relatis interuenientibus censuit & iudicauit. Nec omitto, ꝙ Abb. in positione casus dicti capituli scripsit in hæc verba. Aliquis mutuauit certam pecuniæ quantitatem nauiganti, uel eunti ad nundinas, & pro eo ꝙ recipit in se periculum pecuniæ recipit aliquid ultra sortem, & respondit, ꝙ vsurarius sit censendus, verba ergo Abb. innuunt, illud verbũ pro eo, ad sequentia potius quàm præcedentia referri, considerando, ꝙ dixit simpliciter eo, sed addit, & pro eo, & illud addendum est, ꝙ codex meus habet, eo ꝙ suscipit, & ita legit August. Beroius ibidem, & vidi alium codicem, in quo legitur, pro eo: sed forsan nostra consideratio, & interpretatio non est contemnenda, & relata sententia cõfirmatur ex his, quæ statim subiungam in versi. placet, & hic &c. Quæ in solito fœnerari sine magna controuersia admittenda videtur. Quod idem San. non negauit. † Multum enim in huiusmodi contrahentis cõsuetudo
39 spectanda est l. qui semisses. in §. fi. ff. de vsu. c. illo vos. de pigno. l. vel vniuersorum. ff. de pigno. act. notatur a glo. in cap. conquestus. de vsu. Dec. in consi. 308. nu. 5. & 7. Lau. a Rodul. in sua rep. in pluribus locis, & præsertim in decima quæst. Doct. præsertim recentiores in l. 2. C de pa. inter emp. Cat. Cot. in memoralibus in verbo pactum, Gram. decis. 76. & pulchrè Bald. consil. 311. in quæstione. num. 5. volum. 5. & num. 12. & fœneratorem non est præsumendum vt gratis mutuet. idem Bal. scripsit in consi. 229. lib. 2. & plura retulit Aym. in consi. 73. nu. 16. & seq. Sed & addes, ꝙ Reuerendus Præpositus, idemq; frater meus, & vir bene doctus Hieronymus Pilester p litteras significauit Scipioni a Trigo. apud Cor. in d. l. si pascenda. quædam annotasse, quæ relatã facti speciem confirmant & communem asseuerãtem, & non semel secundùm hanc sententiam iudicari vidisse. Sed quoniã in libro meo non est Scipionis additio, & forsan scripta ab eo aduersari possent ijs quæ dixi supra in secunda facti specie, si eã intellexeris cum relatis circunstantiis, de quibus statim etiam dicam, lector candide (ni fallor) eam probabis.

40 Nunc, & illud non ineleganter quæritur † diximus mutuantem certam pecuniæ quantitatem nauiganti, seu eunti ad nundinas, & eo ꝙ suscipit in se periculum aliquid vltra sortem recipientem vsurarium præsumi. Num probatio in contrarium admittenda sit, & Pet. San. in relato loco inquit, si sentẽtia Cornei admittatur, probationem non admitti, repellendusq; esset mutuans, & quiuis alius, qui vsurarium contractum non fuisse probare vellet, citat cap. is qui fidem. de sponsa. l. si hi qui. C. de adul. l. fi. C. de pigno. l. fi. ad S. C. Mac. Quæ sententia ex eo confirmari posset, quod scripsit Alciat. in trac. de præsump. in fi. tertiæ par. simoniacum præsumi ex signis, quibus demonstratis conuinci simoniacum c. sicut. de simo. eodem modo summus Põtifex ex mutuo subsequente susceptione periculi lucri causa absque legitimo temporis interuallo præsumit vsurarium. Verùm refert (ni fallor) an hæc præsumptio iuris, & de iure (quam vocant) dicatur, an iuris tantùm, ꝙ si admittamus esse iuris, & de iure, vera erit Santernæ sententia, & non aliter consuli posset, quàm

relatis

Source : BIU Cujas

relatis modis à Fel.in c.quanto.num.4.& seq. de præsump.& ab Alciato in suo tract in secunda parte,versic.videndum est,ergo de præsumptione iuris,& de iure &c.si verò induci præsumptionem iuris tantùm probemus,non esset neganda in contrarium probatio,quia hæc probabilis coniectura dicitur ex certo signo proueniens,quæ alio non docto pro veritate habetur, & placet
41 mihi præsumptionem iuris tantùm in d.c.induci. Quoniam † ad dignoscendum præsumptionem iuris, & de iure traditur regula a glo.notabili in c.ferrum.l.distin. illic enim ita legitur. ego breuiter dico contra omnem præsumptionem admitti probationem,nisi vbi ius de iure alicuius non tantum præsumit, sed etiã certum quid statuit,quam doctrinam probauit Abb. in c.quanto.num. de præsump.& ibidem Fel.in nume. 3. exemplum est in relato cap.is qui fidem,& in l.si hi qui sed in c.fi. tantùm præsumit summus Pontifex,inquiens.vsurarius censendus est, hoc est præsumendus,quasi dicat alio in contrarium non demõstrato:non enim in præsumptione figit pedes,nec præsumendo statuit. Vnde sequitur,q; si probaretur,mutuantem probum virũ, & ab vsuraria prauitate alienũ solitum gratis mutuare, & amicissimo mutuasse,concurreretque, quod legitur in l.si gratuitã. §.j.ff.de præs.ver.& ex his quæ tractata ante sunt de bona intentione appareret,& vt dixi supra in secunda facti specie, ex his,& similibus circunstantijs præsumptio hæc tolleretur, non enim est nouum vnam præsumptionem ex alia tolli l.diuus ff.de rest. in integ.c.ex literis de prob.bona glos.in l.fi.ff.quod met.cau.

Nec est silentio prætermittendum,quod Innoc.ait in d.c.fin.
42 † Si nauigãti finge Bisantium pecuniam dederim,vt secũ oportet,& Bisantij restituat,certa eidem constituta mercede, siue nauigans receptæ pecuniæ periculum in se tũscipiat, siue nõ suscipiat,vsuram non committi: hæc enim locatio operarum est. ff. loca.l. naue Saufeli ĩ l.qui operas.& l.mercedem,& l.seq.sed vbi mercedem non acciperet tantùm vt portet,sed negotiatori datur, ut in ea negotietur, hæc est vsura: quia pecuniæ nullus est vsus,vel vtilitas vtendi,nec deterior vtendo redditur.88.dist.ca. cijciens,refert & probat Sant. vbi supra in fine primæ partis, & Lau.a Rodul.in rep.c.consuluit 25.q.& August. Ber. in d.c.fina. nume.5.qui ait verissimum se putare. Nam vsura illa est,quę cõmittitur ex parte creditoris dantis pecuniam, & aliquid vltra sortem recipientis, ut in c.consuluit, non autem ex parte recipientis: ipse enim vsuram non committit, sed potius in cã est, vt alius, hoc est creditor committat, ut vidimus supra in c. sup eo.ergo in casu proposito recipiens pecuniam relato modo vsurarius non dicetur.

Placet,& hic non ab re subiungere,quod idem Bero in eodẽ c.scriptum reliquit in verba infrascripta. Ex verbis Abb.in secũ-
43 do notabili infero † si quis hac lege mutuaret mercatori, si ex mercatura lucraretur,partem lucri reciperet,pactum improbãdum,quando creditor mutuatæ pecuniæ periculum in se non susciperet,usura nanque committitur,etiam si promittitur aliquid incertum sub conditione c.j.& 2.& c.conquestus. de vsu. & subiungit,idem iuris esse cẽseo, si creditor in casu proposito mutuatæ pecuniæ periculum susciperet, vel ex pacto supponeret se damno & periculo mercium,non enim ex hoc a labe vsuraria excusaretur,& hic est bonus text. quem ita ad propositum induco. Nam si creditor mutuat nauiganti, seu eunti ad nundinas mercimonij causa, & in se periculum mutuatæ pecuniæ suscipiat,ac ex pacto aliquid vltra sortem accipiat,usurarius cẽsendus est,ut hic dicitur,& tamen ipse creditor certo casu tantùm, & non simpliciter ex pacto aliquid erat lucraturus, hoc est si pecunia salua erit,& casu quo periculo non fuerint deperdita, & hoc est de mente glo.in c.plerique.24.quæst.3. Vide tu Dida.Coua.variarum resolut.c.2.libr.3.ante numerum tertium, & nu.4. versi.tertia conclusio &c.

Tractanda est nũc quotidiana & necessaria Assecurationis quæstio,in qua tractatus noster fundamentũ habet, solent quo-
46 tidie mercatores mercium siue mari siue terra transuehendarũ, & exportandarum,certo conuento pretio periculum sumere, & vt vulgari in posterum vtar verbo, assecurationem facere,
44 † quæsitum fuit,num licita sit conuentio? Et non improbãdam sensit San.in relato loco parte prima,num.5.citat Pau.Castren. in l.in Naue Sauphe.ff.loca Ioan.Ana.in c.fin.in 12.quæstio.de vsu. Alexander in l.a Titio.ff.de verb.obligat. Pari.in tractatu de Ludo.in tertia carta,versiculo an quando inter mercatores,pro qua sententia subdit facere textum in l.opus, quod ĩ auersione, & lege hæc distinctio.ff.loca.& quod notatur in l.cum pponas. C.de naut. fœno.potest enim quis ex pacto periculum in se suscipere,& q; quis stipulari possit assecurationem ab alio, est tex. secundùm eum in l.decem.ff.de verb.oblig.susceptio nanq; periculi non reddit conuentionem illicitam, nisi aliàs sit illicita, vt patet in d.c.fi.de vsu.& in multis contractibus liquet,ut in relatis legibus,in naue Saufeli,& l.opus, & in l.iurisgentium in §. item si quis pactus. ff. de pact. & in l.Aristoni. ff. mand.& l.j.& l.si in uenditione. ff. de peri & com. rei vend.& pulchrè scripsit Cor.quem retuli supra in consil.j.nume.20.& seq.volu.4. sed & hic Laur.à Redul.qui de usuris elegãtem tractatum edidit sententia non est omittenda. Is enim in c.consuluit,in tertia parte, versi.3.de Assecurationibus,disputans duas constituit facti spe-
45 cies. Alteram † in eo qui mutuas pecunias alicui dedit cum fideiussione,& qui fideiussor: quia securum reddidit creditorem, à debitore recepit quinque finge pro centenario, num fideiussor, vsurarius sit censendus, & putauit tutius esse ab huiusmodi contractu abstinendum esse,receptum tamen esse inquit Dida. Var.resolu.lib.3.c.2.num.6.& seq.q; merces huic fideiussori pp hoc periculum possit constitui,citat l.hoc iure. in §. Labeo. vbi Bar.& Pau.Castr.ff.de donat.& videtur tex.in l.si remunerandi, in §.Maurus.ff.mand.citat & Dec.in consi.7.nu.1.& plerosque alios,& subiecit agens de interpretatione.l.fina.in §.Titius.ff.de cont.empt.communem sententiam non admittendam,uel saltim restringendam eo casu,quo inspecta qualitate,& conditione debitoris nullum immineret periculũ fideiussori,quasi tunc pactio sit ficta,& periculi simulatio in fraudem vsurarum. Nam vt creditor pro mutui officio nihil potest exigere à debitore,sic nec fideiussor pro officio fideiussionis, & sanè temperamẽtum hoc rationabile est. Idemq; addit bene esse ab huiusmodi cõtractu abstineri, quod placuit notare; quoniam mercatores hmõi conuentionem frequentant, & in patria mea, & alibi ut patet ex relato consi.Dec.7.& dixi in trac.de mercat.in titu.mand.numero 37.pro qua conuentione adde elegantem tex.in l.decem. ff.de verb.oblig.in illis uerbis,sine dubio Meuius periculum potest subire,adde de hac conuentione alium tex. in l.si ita à te stipulatus fuero. ff. de verb.signif. & l.si decem stipulatus.ff.de sol. & l.fi.in prin.ff.si cer.pet.sed ut vnde abii redeam. Alteram facti speciem ad rem constituit Lauren.quãdo periculum mercium mari,uel terra exportandarum certo pretio conuento in me suscipio,in qua (inquit) prima fronte conuentionem illicitã esse videbatur propter dictum c.fi.de vsu. sed aitq; diuersam sentẽtiã obtinere debere,dictumq; capitulum mouere nõ debere; qm̃ in eo casu,quod extra sortem recipitur mutuum recta respicit, sed in hac facti specie non ita,quinimmo factũ,scilicet securitatem,datur enim pretium,ut faciat non propter mutuum. Prętea subiicit,hic nulla sors interuenit: ergo falsum esse assecuratione aliquid vltra sortem percipi: nullum enim est ędificium sine fundamento. 1.q.1.c.cum Paulus,& subiecit esse casum in l. in Naui Saufeli.ff.loca. & qua æquitate ductus audebis dicere quempiam subire periculum sine lucro? citat Reuerend. Patrẽ Fran.de Emp.in trac.Montis,& Bal.in l.cunctos populos, in prima q.C.de sacrosan.eccle.& hanc partem putauit veriorem: qa non est lucrum,sed quædam hinc inde compensatio, sicque intelligenda est l.socium,qui in eum.ff.pro socio,& meritò Dida. Coua.Var.reso.lib.3.ca.2. pactum hoc licitum putauit,re pbans Corra.qui illicitum sensit,sed q; sit licita cõuentio probat Dec. in l.cum ad præsens.ff.si cer.pet.num.4.& in consi.115.nume.2. citat Ioan.Ana.in c.fin.de usu.in 13.q.idem sentientem, & Maria.in c.inter dilectos,in 6.q.de excess.prælat.& subijcit Dec.cum tales contractus inter mercatores soleant frequentari, robur recipiunt,& debent obseruari ex eo,quod notauit Barto.in l.quid sit fugitiuus.in §.apud Labeonem.ff.de ędil.edic.& valere hmõi conuentionem,sensisse videtur idem Dec.in consil.632. quod supra,& Car.Ruy.consi.65.Quanuis. vol.5. de quorum respõsis scripsi in trac.de merca.in tit.mand.nume.39.ver.proponebatur apud Benuenutum &c. & vide quod scripsi in trac. de sponsio. & in eadem opinione fuit Ias.in d.l.cum ad præsens.in 2.not.ff. si cer.pet.& in l.illa stipulatio.in fin.prin.ff.de verb. oblig.ubi dixit esse casum, & frequentari huiusmodi contractus inter mercatores,eandem sententiam probauit Cor.relatus in l.si pascenda pecora. C. de pact. Fel.in c.si cautio. in 11. fallen de fide inst. Aff dec.389.& denique secundùm hanc sententiam iudicatum fuisse inquit Cat.Cot.in memo.in ver.mercator propter bellũ, licèt quidam fratres rigorosi nimis affirmarent non valere, &
46 adde Bal.in consi.348.factæ fuerunt.nu.6. in primo † ex quibus non male assecuratio describi potest in hæc uerba. Assecuratio est alienarum rerum, siue mari, siue terra exportandarum periculi susceptio certo constituto pretio: & consequenter hi sunt assecuratores,qui alienarum rerum, siue mari, siue terra exportandarum certo pretio constituto seu recepto periculum suscipiunt,quas descriptiones, & plenas & ueras esse ex his, quæ in tractatu diuersis in locis dicentur apparebit.

47 Et illud quæritur,rem tuam mari, † vel terra exportandã saluam fore promisi periculum suscipiens, & periculi gratia pretium,an nominatus seu magis innominatus contractus censeatur? Et innominatum contractum esse sensit Bal.in l.j.nume.4. C.de sum.Trini.suscipio enim periculum ut des,citat l.periculi. ff.de nau.fen.& sic facio vt des,& in eadem opinione fuit Petr. San.in prima par.num.7.& vide quæ scripsit Bal.de Cambijs loquens in relato consi.348.in prin. nu.6. & cum emptioni similis sit propter pretium quod datur ratione periculi, iuxta no.in l.fin,C.de præd.curia.libr.11.de quo latè tractat And. Tiraq. in comment.de vt.ret.pag.mihi 36.nu.1.glo.2. secundùm naturã nominati contractus iudicandus est, cum quo maiorem habet communionem l.naturalis.in §.sed si facio,l.si gratuitam in §.j.

ff.de

Source : BIU Cujas

ff.de præſcrip.ver.l.j.§.fi.vbi Bar.ſub nu.2.ff.de eſtimāt.act.vbi citat l.j.in §.ſi quis ſeruum.ff. depo. & l. eum qui §.j. ff.commo.& idem ſenſit Cor.quem ſuperius retuli in l.ſi paſcenda.C.de pac. citat etiam Saly.in l.tenetur.in §.j.nu.2.ff.de act.emp.idem Santer.in 3.par.nu.12 putauit hmōi contractum dici, do ut facias, cum mercium domini ſoleant ipſas ſaluas fore, & aſſecurationem fieri procurare,pretiū periculi promittendo, & vide Laur. Rodul.in ſua repet.conſuluit.in 3.par.prin.nu.10.ver.3 de aſſecur.qui refert (vt dixi paulo ſuperius) Bald.ad verbum in dict.l. cunctos populos C.de ſum.Trin.Tu verò dic, ꝙ contractus innominati iudicantur diuerſimode, ex parte dantis eſt do vt facias,ex parte verò facientis eſt facio vt des, non inſpecto ordine ꝺhendi,ſicut in emptione, & venditione,locatione,& ſimilibus,ex ſententia Bar.in l.ſi quis cum debitore. ff. de iure.cuius ſententia recepta eſt,vt teſtatur ibidem Iaſ.ſub num.5. 53

48 Et illud quod rarò aut nunquàm contingit quæri poteſt† nū in hoc contractu competat remedium l.2. C. de reſcind. vend. de quo diſputauit Sant.Tu verò dic,vt plenè ſcripſi in tract. de ſponſio.in 4.parte, ver. Quæro igitur facta eſt ſponſio inęquali conditione &c.& vide quæ ſcripſit Cor.in conſi.primo,nume. 20.& ſequent.vol.4. 54

49 Illud etiam non ineleganter in dubium reuocari poteſt,† Titius merces meas exportandas mari Biſantium ſeu Alexandriā Aegypti ſaluas promiſit,ſeu aſſecurauit,recepto pretio periculi,ego autem poſt aſſecurationem factam dubitans Titiū non eſſe ſoluendo,& ſic in bonis non habere valorem merciū mearum, aut pecunias aſſecuratas, ſuper hoc ab alio me aſſecurari feci,num hæc ſecunda valebit aſſecuratio? Et valere dicendum eſt,vt eſt notabilis tex.in l.decem.ff.de verb.oblig.& in l.ſi decē. ff.de ſolu.poſſum nanque ſtipulari quanto minus ab alio conſequutus fuero, & in hac ſententia fuit Sant. in ſuo tract.part.3. nu.57.& cuiuſmodi ſit iſta obligatio,declarant dicta iura, & vide l.pen.in fi.ff.de fideiuſſ.tut.& adde circa prædicta, & vim ac qualitatem obligationis prædictæ,tex. & ibi doctores omnes in l.fi.ff.ſi cer.pet.

Et quoniam de aſſecurationibus inſcriptus eſt tractatus noſter,circa verbum hoc,ſecurus,quædam quottidiana inter mercatores à nobis referenda ſunt, nec omnino à noſtra materia
50 aliena.Sciendum eſt ergo† nomen hoc,ſecurus,duobus modis accipi,ſecurus.n.ille dicitur,qui ſine vlla eſt cura,quem iuriſcōſulti ſupinum uocant,vt eſt tex.in l.plurimum.ff.de iuris,& facti igno.in illis verbis.Caſſius ignorantiam Sabinum ita accipiendam exiſtimaſſe refert,non deperditi, & nimium ſecuri hominis,hoc eſt ſecordis,deſoluti,& deſidis ac ſupini, vt Budeus ibidem annotauit. Vnde illud Quintiliani de Tautologia loquēs lib.8.in hoc vitium ſæpe incidit Cicero, ſecurus tam paruæ obſeruationis.i.contemptor,& neglector † quem tex.ſingularē,& notandum valde puto vnà cum l.nec ſupina,& l.regula in §.ſed facti.ff.eod. Ad glo.receptam in l.ſi tutor petitus. C.de peri.tut. quæ inquit, præſumi ſcientiam eius, quod publice dr̄ ad quā gl. vide ſcripta à Cur.Iun.in conſi.52.nu.4.& ſeq. Gomes.in regula de infirmis q.9.ver.Quartum ſingulare. Gram. dec.36.nu.16.& ſeq.Dicimus & ſecundo modo quempiam ſecurum quaſi ſeorſum à cura turum,& ſibi cautum,& hoc vel nuda promiſſione, vel fideiuſſoribus & pignoribus datis,uelvbi quis nullam timet iuris exceptionem ab omniq; timore iuris liber, idq; ex ſubiecta materia: vt leges & Doctores referendo plene ſcripſit Soc. in conſi.9 .circa primum.in prin.& in conſi.9.circa finem, col. antep.& in fine,col.pen.Alex.in conſil.10.in fi.vol.2. unde illa
52 quotidiana quæſtio inter mercatores, † ſolent enim aliquem promittendo ſecurum facere,& certe frequens eſt hæc locutio inter eos,quæritur ergo,quid promiſſum intelligatur,& ſanè reſpondendum videbatur, vel fideiuſſorem præſtari debere, vel ſaltem pignora,iuxta tex.in l.j.ff.qui ſatiſ.cogan.ibi,vt eum hoc nomine ſecurum faciamus datis fideiuſſoribus.Contra verò ſe offert,quod inquit Bar.in § iudiciales.in fi.l.primæ.ff.de præto. ſtipul.vbi iuriſconſultus in hæc verba, ut quis ſit cautior,& ſecurior interpoſita ſtipulatione,& Bar.declarando inquit, vides ꝙ idem videntur ſignificare iſta verba,facere me cautum, & facere me ſecurum,& fideiuſſor non requiretur, & ſubiicit poſt Iaſ. Aret.ꝙ ſi inſtrumento promiſi te facere ſecurum, liberor promittendo per ſimplicem ſtipulationem: quia cautionis verbo intelligitur de eo quod eſt minus, citat glo.in l.ſi mandato Titij.in §.fi.ff mand.& Bar.ſententiam probat Bald.in l.ſancimus. C.de verbo ſignif.& in l.executorem.in 6.colum. C. de execut. rei iud.& idem ſenſere Alex.& Iaſ.poſt Ang. & Pau. Caſtren.in d.l.j.ff.qui ſatiſ.cog. Quod admittendum ampliandumq; eſt,etiā ſi quis promiſiſſet aliquem facere ſecurum, ſeu tutum ad ſenſum ſapientis:ſenſus nanque ſapientis eſt,ut legitime liget contractum,& caute non autem cum fideiuſſore, vel pignore, ex ſnīa Accurſij in d.l.ſi mandato Titij.in §. fi. citat l.qui mutuam. ff.eo.quem ſimpliciter refert ac probat Paci.a Scala in tract.de conſi.ſapien.lib.4.c.j. Conſilium nanque ſapientis ideo reqrīt, vt appareat,quod legitime fieri debet:ut no.ff.de hære.inſti.l.illa inſtitutio, & in lege ex ea parte. ff. de verb.obl.& cum ꝑſona extrinſecus non ſubintelligatur,ideo ſapiens declarare non poteſt,vt inquit Bal.in d.l.exequutorem.nume.17.& hoc expoſita Alberici ſententia à frequentioribus eſt receptum, vt teſtatur Iaſ.in d.l.j.nu.7.& in relata lege ſancimus.nu.4.Nec eſt omittendum,quod ſubiecit Bal.in ea l.ſancimus.nu.4.ſi quis promiſiſſet aliquem facere ſecurum,prout Titius arbitraretur Titium pro rei qualitate arbitrari poſſe,cum fideiuſſoribus, pignoribus, vel ſine,& prout æquitas moueret.Nec mouet, quod de cōſilio ſapientis diximus,† longa.n.eſt differentia inter conſultorē,& arbitratorem,cū arbitrator interdum poſſit iura tranſgredi,nō tñ valde lædendo partes.ff.de arbi.l.ſed & ſi in ſeruum.§.ſi quis iudex,& l.ſi de meis,aliàs idem Pomp.ſcribit in §. recepiſſe.eo.tit. quæ Baldi ſententia admittenda, ex eo etiam videtur: quia diuerſis modis hoc verbum interpretari poteſt,& prout ſubiecta materia expoſtulat,vt in relatis conſiliis Socini,& Alex.& inferius dicet,& vide Bal.in l.fi.nu.7.C.de pet.hære.

Item ampliandum eſt in eo † qui promiſiſſet aliquem facere ſecurum de eo,quod Titius debet:ſufficit.n.eum ſolemniter inſtrumento obligari, nec ad ſatiſdandum ſeu pignora dādum aſtringi poteſt ex ſententia Caſtrenſis in d.l.j.num.3.ff. qui satiſ. cog.& vide Alex.in d.ꝙſi.10.ſed an is acceſſorie ſe obligaſſe cenſeatur,vt ſ.fideiuſſor ſeu tanquam principalis, & magis eſt ut fideiuſſor iudicetur:ita vt excuſſio requiratur, idq; ſenſiſſe videt Imo.in l.delegare.in fi.ff.de noua.arg.l.ſi pro te ff.mād. & vide eun.Imo.in l.pe.nu.5.ff.de præto.ſtipul.& §.Argentariorū,cum ſua glo.in aut.de fideiuſſ.Alex.in citato conſi.10.nu.6.& ſeq.nu. & conſidera etiam Ruy.verba hac nota in conſil.19.nu.17.volum.4.dum reſpondet excuſſionis argumento.

Quod autem diximus, relata verba intelligenda eſſe ſine fideiuſſione,ac ſine pignoribus, non eſt perpetuò verū: reſtringendum eſt.n.multis modis,& primò niſi negotiū,de quo agit, aliud exigat,& ſuadeat.Nā cum diuerſis modis, vt diximus,verbum hoc interpretatur,ꝙñs eſt ex iuris regula ſecundum ſubiectam materiam intelligi.l.inſulam.ff.præſ.ver.l.ſi vno.ff.loca.l.ſi olei.C.eo.Non enim ſermoni res, ſed rei eſt ſermo ſubiectus.c. intelligentia.de verb.ſig.c.humanæ aures 32.q.5. Ita enim præponendæ ſunt ſententiæ verbis,ſicut anima corpori, ut legitur in notabili tex.ſedulo.38.diſtin.ſinge igitur in prętoriis ſtipulationibus nos verſari: vt ff.de præt.ſtipul.l.prætorię,& loquor in his,quæ exigunt ſatiſdationem, perpaucæ nanque ſunt quæ nudam promiſſionem habent,vt in l.j.§.ſtipulationū.ff.de præt.ſtipul.certe verbum ſecurum facere,intelligeretur cum fideiuſſore ſecundùm Alber. poſt Odof. in d.l.j. & ſenſit Bald.in l.ſancimus.nu.3.C.de verb.ſignif.ubi opponens de l.j.C.de proc.inqt, loquitur in cautione prætoria, vel iudiciali. ff.qui ſatiſ.cog.l.j.& l.quoties,& qui Bald.ſubiunxit.cautiones,quæ veniunt ad rigorem iudicii inſtituendi,ſeu formandi non ſolum ſolemnes ſed plenas eſſe debere,dic. l.prætoriæ,& ex his habes reſponſum ad l.j.ff.qui ſatiſ.cog.ſuperiori loco citatam, & vides Iaſ. non rectè loquutum in ea.l.j.nu.8.aut mendoſum codicem,vel intelligēdum ſm prędicta.finge etiam in contractu venditionis nos verſari,& euictionē imminere ī limine ꝺctus venditionis,morēq; regionis eſſe,iux. l.ſi poſt perfectam. C. de euic. & l. ſi fundus.ff. eo.& hoc caſu negari non poteſt de fideiuſſore intelligēdum. Nam in ꝺctu venditionis ſatiſdatio ſeu fideiuſſor nō exigitur.ff. de peri.& com.rei vend.l.pe.ff.de euict.l.2.& hæc fuit ſententia Odofredi in l.j.C.de procu.quem Alber.& Iaſ.retulerunt,& nō improbarunt in relata l.j.ff.qui ſatiſ.cog.

Reſtringendum eſt ſecundò, quando quis poſt contractam à ſe obligationem creditorem ſuum ſecurum facere promiſiſſet: niſi enim hoc caſu ad fideiuſſorem vel pignora verbum hoc referatur, inanis promiſſio redderetur,cum per ſecundam obligationem nō plus quàm ex prima caueretur l. qui bis idē. ff.de verbo.obligat. verba enim incaſſum,& fruſtra adiecta eſſe cenſeri non debent.lege ſi quando.ff.de legat.primo.ca.ſi Papa. de priuileg.ſecundum Angel.in dicta lege prima,cuius ſententiam tanquàm rationabilem Paul.Alexand.& Iaſ.ibidem probarunt,& qui Iaſ.addit Rom.in l.prætor. ait.in §. deinde. ff.de noui ope.nunc.

Reſtringendum eſt & 3.in extraneo, ſeu (vt noſtri dicunt) forenſe, qui immobilia non poſſideret,& ſuſpitio eſſet de fuga ſecundùm Paul.Caſtren.Alexand.& Iaſ.in eadem l.prima,mouit eos quod notatur in aut.de exhiben. reis. §. ſuſceptio.quod tanquàm inter mercatores quotidianum eſt notandum,ſed & illud adijciendum eſt,quod air Pau.Caſtr.poſſeſſionem multorum mobilium fugæ ſuſpitionem tollere, iuxta ſcripta à Doctoribus in l. ſciendum. ff. qui ſatiſ. cog. de quo plenius ſcripſi in tract.de mercatura,par.2.nu.25.

Reſtringendum eſt & quartò in eo,qui idonee ſeu plene,aut ſufficienter, aut competenter aliquem tutum ſeu ſecurum facere promiſiſſet,iuxta glo.in l.ſi mandato Titij.in §. fi.ff.mand. in glo.magna,& notauit Bartol. in l.prætoriæ.in fin.ff.de præto. ſtipu.vbi reprobauit,ſeu declarauit glo.paruulam in dicto §.fin. quia promiſſio.cum hypotheca dicitur nuda promiſſio, & qui tenetur ad nudam ꝓmiſſionem, tenetur cum hypotheca pro-

Source : BIU Cujas

mittere l.filio.ff.vt leg. nomine caue. Verbum ergo idonee aliquid debet addere,fideiussorem scilicet,aut pignora,& in eadē sententia fuerunt Alex.qui alios refert,& Ias.in d.l.j.ff. qui satis. cōg. Bal.in d.l.sancimus.nu.2.& Ias.ibidem sub nu.3. Addo ego elegans Old.consilium sub nu.68.nomine cautionis,& bonum text.in l.4.in §.adijci.ff.;de fide.liber.ex frequenti ergo doctorū sententia uel pignus vel fideiussio exigitur. Nec est omittendū, quod Ant.But.ait in c.fi.de rest.spol.quem probat Alex. in ꝓsil. 35.in 4.vol.viso &c.in 5.col.si materia,seu negotium eiusmodi esset in quo aliqua cautio non requireretur, etiam ꝙ esset conuentum de idonea cautione præstanda, seu sufficienter cauendo,aut securum faciendo,interpretādum esset dictum verbum sine fideiussione seu pignoribus,quod aduersatur prædictis, ut animaduertit Ias.in dic. l.sancimus,inquiens sententiam Butrij se non probare, cum regulariter in contractibus non requiratᵉ cautio ,sed & addes Cat. Cot. in memoralibus in verbo cautio idonea,qui citat Dec. in cap. qua fronte, in vltim.col.de appel. Butrij sententiam probantem,& subiicit se audiuisse Io. Sadoletum interpretantem l.j.ff.qui satis.cogan.& opinionem Ant. But.improbantem.Quam Alex.sibi in hoc parum constans reprobauit in l.diuortio.§.pen.in secunda col.in 5.fal.ff.solu.mat. tanquam sine lege But.sit loquutus,& vere quod ait Butr. communi aduersatur sententiæ.Quibus adde Aret.in eo.§ pen.legis diuortio.in 2.col.quem videas, & qui de verbo sufficienter, & competenter etiam loquitur,& vide etiam Ias.in d. l.sancimus. qui quædam alia refert, & illud præcipuè ,quod ait Bal.in l.executorem.C.de execu.rei iud.si conuentum sit,ꝙ solemniter caueatur,sufficere cautionem per stipulationem, super quo cogitandum putauit:sed Baldum retulit, & probauit Aret in d.l.diuortio.in § pen.col.2. & (ni fallor) significatio verbi solemniter dubitandi causam remouet.

Nunc hæc promissio de faciendo aliquem securum est quidem eleganter,& vtiliter declaranda,& quo res ipsa magis elu-
55 ceſcat † sciendum est,eum, qui promisit se obligaturum ad centum,statim posse conueniri,& contra eum ad centum agi inutilis circuitus euitandi gratia,hoc fuit dictum Alber.Galeo.quod commendat,& memoria tenendum inquit Io. And. in addit. ad Spec.in tit.de oblig & solut.in princ.& probant Alex.& Ias. in l.cum fundus.in §.teruum tuum imprudens. ff. si cert. pet. & idem Ias.in l.dominus testamento.ff.de cond. indeb & probat Aff.dec.Neap.611.ubi inquit, promissionem constituendi dotē eundem effectum habere , quem dos constituta, quibus addes Nico. Boe.dec.3 nume.2 Gram. dec.103.nume.19.& licèt sub nume 87.referat.Dec.in d.§.teruum tuum imprudens, ꝛrium sensisse,aciquosdam recētiores in rub.de verb.oblig.inter quos fuit Mar.sing 469.recepta est tamen dicta sententia, quæ comprobatur duobus modis.Primò:quia licèt cōtra eum tanquam obligatum non posset agi,tamen ex promissione de obligādo , qua teneretur ad interesse, teneretur ad centum, cum onus stipulationis interesse non possit,& sic nihil refert,an sit obligatus ad promittendum centum,vel censeatur iam promisisse secundùm Lancel. Gal. in rep.rub. de verb.oblig.nu.6,.& hanc sententiam defendens Ant. Gal. in tract.ad formam Came. oblig. in rub.de Præamb. ipsius instru. q.4.ex mente Car. in clem. Auditor.de rescrip.non dissimilem rationem reddidit,ꝙ circuitus tunc debet euitari,quando non est cum aliquo effectu,aliàs interueniente aliquo effectu de circuitu non curatur de ord. cognit.c.tuam.qui filii sint leg.c.lator.sic inquiens in proposito distinguendum, & considerandum , an in proposita obligatione effectum sit pariturus circuitus nec ne. Secundo modo defendi
56 potest ex eo,quod dicit † si hæres iussus est liberare debitorem, statim debitori competit exceptio absque alia liberatione, & perinde est,ac si liberationem legasset ſm glo. in l.si non sortē. in § adeo. ff. de cond. indeb.quæ locum etiam habet in ꝛctibus secundùm Aret in c.veniens. de test. paria ergo sunt,ꝙ quis teneatur debitorem liberare,vel ꝙ ille sit liberatus,quo argumēto sententiam Io. And & Galeot.defendit Car.Ruy.in cons.19. nu.13.& seq.vol.4.uisa petitione.His addes Alciat.in consil.18. To.3.lib.8.qui citat Stef Ber consi.28 in 3.& sententiam prædictam multis similibus probat,ex eo quod dicitur, qui promisit se hæredem que suum ratum habiturum,censeatur eo ipso ratū habere,vt per recen.in l.4.in §.Cato.ff.de verb.oblig. & qui paciscitur se Titio centum donaturum iam tum donare videtur. glo. in §. alio. in ver. manifestauit.instit. de donat.& conueniri poterit ex l.si quis argentum.C.de donat.& conatur in casu suo
57 defendere ijs,& aliis modis † promissionem de vendendo dici posse uenditionem,& dispositionem de vno loquentem ī alio locum habere,licèt aliud sit venditio,aliud promissio de vēdendo. Primò si eadem ratio subsit : secundò si alia suspicio fraudis adsit.tertiò si non solùm adsit promissio de vendendo, sed vice mutua interueniat de emendo,cum certificatione pretij in cōtractu principis propter exuberantem bonam fidem, quæ in eo requiritur,& idem Alciat.ex facto consultus respondit, promissionem Abbatis de recognoscēdo in emphyteutas habere vim puræ recognitionis causa euitandi circuitus. Nec etiam putat multum referre, an consenserit dñs alienationi emphyteusis, vel consentire promiserit. His præfationibus habitis ad declarationem quam initio pollicitus sum deuenio, Ruynus in relato consi.19.nu.13.& seq.vol.4.inquit,si ergo, qui promisit se obli-
58 gaturum ad centum potest statim conueniri.† Ille qui promisit aliquem securum facere obligatus est promittere, & per ꝓmissionem se obligare,est ergo perinde ac si promisisset se obligaturum, ꝓñr qui promisit securum facere, potest statim conueniri,vt soluat:vī enim promisisse se obligaturum. Idēq; Ruyn. addidit.Non obstat glos.in l.si mandato Titii. in §.fi.tot tantisq; auctoritatibus a nobis comprobata;qa dupliciter rñdet.Primò
59 † ꝙ glos.& doctores loquuntur eo casu, quo stipulator sponte sua a promissore recipit promissionem. Illa enim promissione liberatus est ab obligatione de securum faciendo, adeo ꝙ amplius ab eo peti nō potest pignus,vel fideiussor. ea igitur doctorum est intentio, ꝙ vltra promissionem præstitam aliud exigi non possit, sed non negant, quin promissor ad dandum cētum statim possit conueniri stipulatore volente.Habet ergo locum, quod gl.& Doctores dixerunt, ubi stipulator sponte sua ꝓmissionem recipit,& est iuris explorati, creditori aliud pro alio si assentiatur præstari posse,& subiicit.Vel secundò potest rñderi, quod supra diximus admittendum esse, qñ quis promisisset securum facere de re post tempus recipienda. verbi gratia si dicatur,promitto te facere securum , ꝙ post mensem recipies rem talem,hoc.n.casu ante diem agi non poterit ad dandum l.cedere diem.ff.de verb sig.Cum plus petatur tempore,sed ad factum tm̄,ut scilicet promissor caueat . Quas declarationes tanquam probabiles non improbo ,& tanquam nouas, & ab acutissimi ingenij viro scriptas notandas puto. Illudque addam referre, an quis promittat aliquem facere securum de eo,quod ipse debet, an tertius de eo,qđ alius debet.primo casu admittatur hæc sententia, ut statim possit conueniri, secundo verò non nisi facta excussione:cum is fideiussor iudicetur,ut paulò superius scripsi referendo Alex.& alios in versi.Item ampliandum est. Quod sentiens idem Car.Ruy.in d.consi.sub nume.17 excussionis argumento duobus modis respondet, & quid si esset causa inter mercatores. Vide quæ scripsi in trac.de merca. *in vlt. par.in tit.* de exceptionibus num.7.& seq.

60 Denique circa hoc verbum securus † sciendum est, *illū dici* securum in aliquo facto,qñ aliquam iuris exceptionem non timet *ſm* Abb.in c.quoties.de pac.qui post Ant. But.motus d.capit.inquit,si quis promisit aliquem facere securum in aliqua re, ipsam rem ita disponere debere, ut nihil de iure obijci possit,& ita vt læsionem non sentiat,refert ac probat Soc. in relato ꝓsil. 93.in prin. & quid addit Bal. in l.j.in fi. C.si aduer.solut dicentē, illum dici securum q hēt effectū,& inexpugnabilē securitatē : sed de hoc verbo plenè,doctè,& eleganter scripsit Bald.ad quē ꝓfugito in ꝓsi.472.sup eo qđ quæritᵉ, vtrū p̄missis verbis. vol.3. qui loquitur præcipuè in dispositione statutaria, & legali de securitate aut securi verbo mētionem faciente, & inter alia inqt, ex vi vocabuli facere securum est periculi metum auferre, siue quis metuat de iure acquisito siue de iure acquirendo.

61 Hactenus de clausula securum facere † de securitate autem & saluoconductu placet quædam loca non vulgaria leuandi laboris gratia annotare, ꝙ securitatis obtētæ intimatio requiratᵉ, & ad actum iuratum non referatur,& de satisdatione præstāda, & pleraque alia notauit Ias. in l. quoties. C. de preci impe. offpulcre Alex in consil.205.visis ijs quæ narrantur.vol.2.Goz.in consi.61.nu.9 & seq. Prima facie &c.Ias.in ꝓsi.73.col.pen.vers. Item statutum &c.vol.4.Afflic.dec.5.& ꝙ saluusconductus debeat late interpretari,& an datum alicui intelligatur etiam pro rebus,& si pro se & sociis includatur etiam Iudæus. Dec.in cōsi. 51.qui in mercatore & mercibus loquitur, & de frangente saluumconductum, & abutente, & quis possit concedere, Boer. q.179. Iuxta præmissa &c. qui loquitur in mercatoribus,& de securitate concessa Decoctori & ad peruertendum eam. Bald. cōsi.400.Quòd Iacobus &c.vol.j.& ꝓsil.21. & nonnulla retulit Egid.Bos.in tit.de Remediis ex sola principis,nu.61.& seq.Dec. ꝓsi.51.And.Tiraq.de iure primęg.q.66.nu.14. vbi late,ꝙ securitas concessa alicui pro se,& sociis Iudęū socium comprehēdat, ex quo subiicit Bertac.in trac.gabel.in 3.parte princ. q.17.ꝙ Iudęus Anconitanus non tenetur soluere gabellam pro mercibus per eum delatis in portum Firmanum,in quo Anconitani sunt exempti a gabellis;quia talis exēptio ēt Iudæos cōprehendit,& ita quosdam ex facto consultos subiicit rñdisse, & de saluoconductu vide Pau.Cast.in ꝓsi.203.Viso quodam, qui rñdit in ciuitate Anconę,& est in 1.parte,& de securitate vide pulcrū tex.in §.sed neq;.in aut.de mād.princip.& illud non omitto,Iacobū Spieg.in suo iuris lex.in verbo securitas, scriptū reliqsse, verbū securitas ꝓ saluoconductu vocabulū nō latinū, & ex vernacula loquutione sumptū:sed forsan defendi posset ex vi verbi vocabulū nō improbandū,& vt omittā alia,vide tex.in l.j.in §.summa.ff.de his qui deiec.in illis verbis.semper.n.loca, ꝓ quæ vulgo iter solet fieri,eandem securitatem debent habere &c.& in constit. de agricolarum securitatibus, & circa securitatē vide Pet.

Source : BIU Cujas

de Pet.a Plag.in epit.Delic.in fi.cap.37.& circa id quod tentauit dicere glo.in c.ſi Papa.40.diſtin.

Sciendum eſt etiam,quædam ſimilia verba reperiri,quorum ſignificationem noſcere valde expedit præcipuè in cauſis mercatorum,ut ecce ſatisfacere,quod verbum in ore mercatorum
62 eſt. † Dicimur ergo alicui ſatisfacere, cum eius deſiderium implemus,ut in l.j.ff.qui ſatiſ.cog. ſed illud notandum in legali diſpoſitione hoc verbum late patere diuerſisque modis accipi,ut in l.ſatisfactio,& in l.ſolutionis. ff. de ſolut. vnde ſi lege municipali caueatur, ſi condemnatus ex crimine in pecunia infra decem dies non ſatisfecerit,luat pœnas in corpore, dicetur ſatisfeciſſe,ſi fideiuſſores,vel pignora dederit, contra verò ſi dixerit,ſi non ſoluerit,&hoc eſt receptum,ut per doc.in d.l.j.ff.qui ſatiſd. cog. Quibus adde Neg.in tract. de pig.in parte quinta princ.in prin.Hier.Cag.in regula,nemo dubitat,poſt Dec. ubi citat Soc. in conſi.93.in ſecunda colum.vol.j. & vide eundem in cõſi.90. nume.22. volum.4. viſis quibuſdam &c.Pet.a Plag.in epito.delic.c.2.num.18.& quando diceret ſtatutum,ſi condemnatus nõ poſſet ſoluere,vide Franc.Rip.in l.4.in §.prætor ait.ff.de re iud. At in contractibus ſeu conuentionibus ꝫ ſe habet. Promittens nanque ſatisfacere intelligitur promittere,ꝙ ſoluet,nec liberatur dando fideiuſſores vel pignora ſecundum Gui. in d.l.j. cuius ſententia recepta eſt,vt Alex.in eadem l.teſtatur, & probat Iaſ. poſt alios,& Neg.vbi ſupra,nu.5.& 6. & hæc ſententia probatur in l.fi.ff.ſi cer.pet.vt animaduertit Bartꝯ. ibi, & in aut.ſi quãdo. C.de conſti.pecu.Quam aut.qm̃ vtilis quidem eſt, & quottidiana inter mercatores, placet ad verbum referre. Illic enim ita ſcriptum eſt. Si quando quis pro ſe, uel pro alia perſona pecuniam ſe ſoluere conſtituerit,uel reſponderit ſic dicens, ſatisfaciam tibi,tenetur pro quantitate quam promiſit: ſin autem ſic dixerit,ſatisfiet a me & ab alio, & illo illisve quidem quos nominauerit,non conſentientibus ſolus pro rata portione tãtum perſoluat,ſin autem dixerit ſatisfiet, uerbo imperſonaliter prolato nõ tenebitur:ſin autem ſic dixerit, erit tibi ſatisfactum aut a me,aut ab alio,quem nominauit,illo non conſentiente ſolus in ſolidum tenebitur. Hactenus imperator,& vide Bal.in cõſil. 348.vol.j.nu.6.factæ fuerunt &c.

Et illud non eſt omittendum, quod frequenter inter mercatores contingit;ſolent enim mercatores ſub hac verborũ con-
63 ceptione ſe obligare.†Centum feſtis Paſchalibus promitto tibi ſoluere,uel fideiuſſores præſtare,vel pignora dare. Vnde quæſitum fuit,num debitoris ſit electio, ita ut ſufficiat, ſi præſtituto die uel dem pignora, vel fideiuſſores præſtem: & quia in alternatiuis debitoris eſt electio l.plerunque.in §.fi.ff.de iu.do. ſuffi-cere videbatur.Idq́ue ſenſit Iaſ.in l.j.ff.qui ſatiſ.cog. num.5.& 6. & in l.4.§.ex conuentione.num.7.ff.de re iud.& non improbat ibidem Franciſ. Rip. quinimmo aſſentire vĩ. verum contraria ſententia obtinuit,quæ fuit Gui.& Bart.in l.quamuis.ff.de pign. act.& hæc ſententia ſanè crebrior,& probat Dec.in hoc ſibi parum conſtans in conſi.12.verſi.ſecundò probatur,& ſentẽtiam Bar.& Antiquorum defendit Neg.in trac.de pig.in 5.par. princ. num.7.Huiuſmodi enim pactum ad fauorem creditoris cenſe-
64 tur adiectum.& eſt animaduertendum † ꝙ huiuſmodi promiſſio alternatiue concepta,uel ſoluere centum, uel dare pignora, non ponitur inter duo quæ principaliter in obligatione comprehendantur.Promiſſio enim de ſoluendo centum ſola eſt in obligatione principali.At promiſſio de dando pignora, aut fideiuſſorem præſtando eſt ad cautelam, & acceſſoria ad obligationem ipſam principalem ſm Salyc.in l.non dubium.C.de legat.in 6.col.verſi.ulterius hanc legem induco, & ſubdit Neg.id optime colligi ex uerbis Bar.in d.l.quamuis,& uerum eſt,quod ait,& hoc modo argumento Iaſ.reſpondit,quod iu hac verborum conceptione ſolutio ſit in principali obligatione, at dare pignora vel fideiuſſores ad cautelam cenſeatur adiectum creditoris.Quibus addes Nic.Euer.in ſua centu. loco 49. a natura alternatiuorum.Qui ait,licèt in alternatiua ſoluẽdi electio ſit debitoris,in alternatiua tamen exigendi electio eſt creditoris, & infert ad propoſitam quæſtionem,quam quottidianam inquit, & probat Bar.& aliorum ſententiam,& ſubiicit l. plerunque.in §.fi.de iu.do.locum habere, quando (ut dictum eſt) alternatiua ponitur inter duo,quorum quodlibet eſt in obligatione, & ſolutione:contra verò,ſi vnum eſt in obligatione, aliud ad cautelam creditoris adijcitur,ut in propoſita quæſtione, & hanc ſententiam probat etiam Ca.Cot.in memora. in ver. Alternatiuarum,ubi addit Felin.in c.inter cætera.in ſecunda col.de reſcript. probantem, & declarantem etiam dictam gloſ. & illud placet addere,quod omnium rerum fons vberrimus inquit Bal. in l.2.
65 col.1.ff.de conſtitu.prin.in priori lect.ſi † princeps tibi unum ex duobus aut tribus conſenſerit,ideſt vnum aut alterum alternatiue nõ eius q dẽt,ſed tua erit electio,vtrum ex illis malueris, & optimũ ſi libuerit poteris eligere,quẽ ꝓbat And.Tiraq.in tract. de nobilitate c.37.nu.55.addens notandũ, & uix alibi reperiri.
66 Solent ẽt mercatores promittere in hæc verba † ſi principalis nõ ſoluerit de quo eſt tex.in l.fideiuſſor obligari.in §.fi. ff. de fideiuſ.ubi legitur,ueriſimile id eſſe actũ,ut cũ appellatus reus nõ ſoluiſſet,promittens idemq́ue fideiuſſor teneatur, ſed & ſi reus. anteq̃ interpelletur decedat, fideiuſſor ſit obligatus, quaſi hoc quoque caſu uerũ eſſet reũ non ſoluiſſe,quẽ text. notabilẽ inqt Soc.in conſi.273.in p̃ſenti conſultatione &c.in ſecunda par.in verſi.confirmo hoc &c.qui loqt̃ in cã mercatoris decocti,& q ad pactiones deuenerat cũ creditoribus datis fideiuſſoribus, & breuitatis cã non refero,ſimiliter de eo, qui promiſit, ſi Titius deficeret,ſeu fidẽ nõ ſeruaret,uide tex. in c.ex reſcripto de iure & declarant doctores in l.fi.ſi cer.pet.& Alc.in conſi.28.copioſe,& ſubtiliter &c.To.3.lib.8.& qui inter mercatores ĩ pulchro
67 caſu rñdit,cum † qdã Octauianus principaliter,& inſolidũ &c. promiſiſſet cum effectu ſoluere centum aureos ſoluendos de reditibus,& introitibus cuiuſdam Raphaelis,Octauianum non poſſe dici fideiuſſorem,ut habeat excuſſionis beneficium, qui non alienam, ſed ſuam obligationem ſuſcepit, & qui non de ſuo, ſed de alieno ſoluere promiſit,nec conſtitutor etiam proprie dici poſſit. Videtur ergo Octauianus ſe obligaſſe ad agendum contra principalem,ut obtineat ab eo, ꝙ poſſit ſoluere de bonis ſuis,quod late probat, & ſat ſit locum retuliſſe.

Hæc etiam uerba quomodo accipiantur & inter ſe differant
68 † ſatisdare, ſoluere, fideiuſſorem præſtare,cauere, & reſtituere, ſatis ex relatis locis apparet, & vide Negu.in dicto tract.in principio quintæ partis princ. & adde Hierony. Cag.in regula, plus cautionis.ff.de regulis iuris.

69 Et quid † ſi mercator promiſiſſet rñdere. Dic, aut promiſit ſimpliciter rñdere,verbi gratia vbicunq;, & intelligit̃, ut poſſit conueniri,& locus eſt pœnitentiæ,iux. l.ſi conuenerit. ff. de iuriſ.omn.iud.aut promiſit rñdere in pecunia, & intelligitur promiſiſſe ſoluere ſm Bal. in l. eam quam. col.2.C.de fidei.& ꝓbat Alex.in d.l.ſi conuenerit,nu.16.poſt Paul. Caſtr. ibidem, & Iaſ. ꝓbat nu.37.Dec.in ꝫſi.7.col.2. & de mercatore Anglicano, q promiſerat rñdere uel ſoluere,vide pulchrũ text. in c.dilecti.de foro compet.quem tex.non ineleganter intellexit Iaſ.ubi ſup.& in l.ſi quis in conſcribendo. nu.13. C. de pac. iuxta ſ.mercatorũ morem,ſi mercator promiſit certo loco ſoluere, vel rñdere,vt ſoluere dicatur,qm̃ ipſemet vere ſoluit pecuniam numerando: rñdere verò dicatur,qm̃ per litteras cambiorum facit per alium in loco ſoluere:vtroq; ergo modo in d.ca.rõne deſtinatæ ſolutionis p ſe vel per aliũ ſortitur ibidem forũ, & hanc interpretationẽ,& prædicta probauit Fran.Ripa in c.j.nu.73. extra de iud. & cum mercatores id ſoleant,& verba ſm perſonarum qualitates interpretanda ſint,& iuxta ſolitum eorum morem l. plenũ, in §.equitij.ff.de vſu & habit.non improbo.

Vtuntur mercatores præſertim Raguſini hoc dicendi gene-
70 re, † promitto ut vernacula lingua dicã, fare il douere, de quo diſputauit Soc.ĩ ꝫſi.93.col.j.& 2.vol.j.ubi inter alia inquit, licèt (vt ipſe loquitur) ille videatur debitum facere, qui ſoluit id, qđ tenetur,iuxta l.creditores.ff.de verb.ſig.& notatur in l.j.ff.ſi cerpet.non qui bona obligat,quæ tamen verba præcedant, & quæ ſequantur,ſpectanda admonet, & cãm quare hæc verba prolata ſint inſpiciendam,quẽ retulit Neg. ubi ſupra non improbãs, hoc amplius ego, & in hac locutione, & ſimilibus in re dubia de communi vſu intelligendi mercatores interrogandos ſuadeo iuxta ſcripta a Bar.in l.Labeo.ff.de ſup.leg.

Promittunt etiam plerunq; mercatores ſub hoc vulgari ver
71 bo,reſtaurum,uerbi gratia. † Promittunt facere reſtaurũ, quod faciet Titius,quid ſub hoc verbo contineatur,& qd ſi Titius nõ faceret? In dubiũ ſępe reuocatur,de qua qõne vide elegãs Alex. ꝫſiliũ ſub nu.111.vol.j.& no. ꝙ ꝫ Alex. ſubtilibus rõnibus (vt ſolet) ꝫſultus rñdit Soc.in ꝫſi.44.in pręſenti ꝫſultatione & c.& cõmendat Alex.rñſum Cat.Cot.in memo.in ver.qs,vel q, verſ. qđ dictio,ego autem ſnĩam non interpono meam, ſed illa reſponſa tanquam quottidiana notanda puto, & ſubiectam materiam cum circunſtantiis ſuis diligenter conſiderandam.

Frequens eſt & illud inter mercatores. ſolent.n.promittere
72 ſub hac vulgari formula, & verborum conceptione † certam pecuniam præſtare, & vt vernacula lingua dr̃, farla buona,de qua ex facto conſultus Soc.in ꝫſi.65.concluſio. in quarto,ĩ hęc verba rñdit.intellexi a plurib.prudentib. mercatoribus,ꝙ ex cõi vſu intelligendi ille,qui promiſit pro alio certã pecuniã facere bonã,promittit illã ſoluere, ſm quẽ cõem uſum verba debent intelligi l. Labeo,ubi Bar.ff.de ſup. leg. Naturalis ergo numeratio reqrit̃,cũ relatio ſit facta ad pecuniã. Itẽ de conuentione in verba infraſcripta.Prometto ſtar delle dette; ſolent.n.mercatores alienas merces recipientes cũ mandato vendendi ad tẽpus certa mercede ꝫſtituta promittere,ſtar delle dette, & credere, & addunt ſe præſtaturos pecunias, & vt vulgari ſermone dr̃, far buoni e danari,de quibus eleganter diſputauit Dec. in ꝫſ.7. Et ꝓ tenui,& dixi in tract.de merc.in titu.mand.nu.37.& de eo, q ꝓmiſit bonum nomen facere,Bar.in l.j.ff.ad S. C.Maced.& iis addendũ eſt,ꝙ Alc.ait in ꝫſi.25. nu.7. in 6.is enim, cũ in laudo dictum eſſet, ꝙ quidam teneretur facere bonum; id verbum duobus modis intelligi poſſe putauit: non tamen meminit de prædictis, ipſum legito,& ſemper inſpice præcedentia.

Hic ſubiungenda eſt quæſtio agitata, & quidem quotidiana.

Source : BIU Cujas

Cum quidam Egidius Adrianum institorem proposuisset mercibus vendendis,etiam minutatim, & habita fide de pretiis, & mercium tabernam idem Adrianus habuisset, mercesque variis,& diuersis vendidisset minutatim, & habita fide de pretiis, & quos debitores institutorum more in libris descripsisset.Egidius ab eodē Adriano institore sibi rōnem reddi postulauit, &
73 in reddenda administratione.† Adrianus publico instrumento Egidio promisit,ꝙ omnes debitores descripti in libris institoriæ fuerint,& sint veri debitores, quæsitum fuit,cum nonnulli debitores in libris descripti se debitores esse negassent, libris nanq; fides non hr̄,tum iure nostro municipali,tum cōi l.exemplo l.rationes.C.de probat.Num veros debitores ꝓbare Adrianus teneretur, & eo non probante de suo soluere.

Prima fronte respondēdum videbatur quæstionem hāc esse extra controuersiam;quia debitor is proprie dicitur a quo pecunia potest extorqueri l.debitor.ff.de verb. sig. si ergo Adrianus probare non cogeretur,non præstaret promissa, quod enim ꝓbatione caret,pro nihilo habetur l.duo sunt Titij.ff.de testa.tut. l.in lege.ff.de cont.empt.

Item ꝙ Adrianus docere teneretur debita vera esse, videtur probari in l.j.C.creditorem euic.pign.non debere, vbi probatur
74 † creditorem,qui vendit pignus iure creditoris, teneri se creditorem docere,& aliis potiorem,& ibidem Bart. ait notandum,
75 & subiicit ex hoc dico. † Cum aliquis tanquam tutor vel procurator rem vendit, non teneri de euictione veluti venditor, docere tñ se legitimum tutorem vel procuratorem obstrictū esse,argumento dictæ legis,quod perpetuò subiecit notādum. Et adde Alciat.in consi.16.superioribus &c.lib.5.

Rursus de quæstione videbatur casus in l.si nomen. ff. de hæred.vel act.vend.vbi legitur,si nomen distractum sit, locupletem esse debitorem non debere præstare,debitorem autem eū præstabit uenditor,nisi aliud conuenit: & hæc sententia cōprobari vr̄ auctoritate Baldi in consi.443.verba ita dicunt,vol.j.vbi rñdit,eum,qui tenetur tradere debitores astrictum esse veros, & liquidos tradere.Quod suaderi etiam posse videbatur ex relatis verbis,ꝙ debitores fuerint, & sint veri: illud enim verbum, verum,frustra adiectum censeri non debet l.si quando. ff.de legat.j.c.si Papa de priuileg Bal.in rub.de cont. emp.in 9.q.

Denique mouebar:quia aut intelligimus contrahentes intelexisse,ꝙ non veri creditores dicantur illi,a quibus pecunia esset exacta ab Adriano, & hæc interpretatio reijciēda; quoniam speciatim partes circa hoc conuenerunt in dicto instrumento, aut intelligimus de illis sensisse, qui probarent, se merces non recepisse, & non est verisimile: & quia hoc modo transfertur onus probandi in reum & in negantem, contra regulam l.qui accusare.C.de eden.

Contra verò,quòd relata verba,ꝙ sint veri debitores intelligantur,non ꝙ Adrianus astringendus sit probare debitores veros esse, sed ipsa nomina præsumantur vera, & sufficiat libros Egidio dño tradidisse,teneaturque, vbi debitores probarent se merces non recepisse,vel soluisse,aut aliter constaret uerum in libris non scripsisse. facit; quia Adrianus fuit approbatus institor ab Egidio cum mandato, ut est relatum: & cōsequenter vr̄ 79
eidem concessisse,vt librum de more conficiat,cui standum sit in his,quæ ad negotiationem pertinerent, cum in hmōi negotio ex consuetudine aliæ probationes vel instrumenta non soleant adhiberi·standum ergo sit libris cum iuramento. Quod Pau.Castren.sensit in consi.314.Omisso primo &c.parte secunda, de quo meminit Aym.Crau.in trac.de antiq. temp. parte 1. in 5.limitatione,nume.26.& nume.30.vbi Pauli sententiam defendit,referendo Bal.in l.id quod pauperibus.C.de epis. & cler. qui videtur prædictis aduersari, probata tamen consuetudine, ꝙ institores vendentes merces minutatim, prout est Anconæ, non soleant instrumenta facere seu testes aut aliasprobationes recipere,sed debitores in libris annotare.

Suadetur † relata interpretatio,quia ex eo, quod solitum est
76 fieri, voluntas ꝫhentium declaratur l.ꝙ si nolit. §. quia assidua. ff.de ędil.edic.l.fi.C.de fideius. l. semper in stipulationibus.ff.de reg.iur.l.si fundus.ff.de euic.& eleganter inquit Inn. in c. olim. de verb.sig.omnem dispositionem a consuetudine interpretationem recipere,quem refert ac probat Feli. in c. cum M.nu.8. de constit.& Dec.complures referendo in regula.semper in stipulationibus. verba ergo secundùm consuetudinem institoriæ intelligenda sunt,& non est imputandum Adriano,si iuxta cōsuetudinem contraxit, & facit l.vel vniuersorum.ff.de pign.act. & l.fi.ff.quod cum eo.

Confirmatur etiam; quia in contractibus iustum est voluntates contrahentium magis, quàm verborum conceptiones inspicere,ut inquit imper. in l.fina. C. quæ res pigno.l.in conuentionibus.ff.de verbo.oblig.l.in promittendo.ff.de iur.do.l.Blanditus.C.de fideius.& scripsit Dec.consil.374.in causa &c.num.j. Vnde Bart.in cons.291.Ad euidentiam,col.2.vol.2. realitatem (vt ipse loquitur) potius inspicimus,q̄ nuda verborum vocabula:hoc stante ꝙ relata verba intelligenda sint, ut supra ꝓbatur, quia verba conuentionis potius naturæ contractus, quàm naturæ verborum inseruire debent,ut inquit Bal.in rub. C.de iur. emphit.ad fi. & in l.2.versic.Sed iuxta hoc quæro.C.commo.citat tex.no.in l.insulam.ff.præs.ver.& probat Dec.in consil. 160. in j.col.ī causa monasterii,& Andreas Tiraq. in com.de vtr.ret. glo.1.§.32.nu.36.sed de natura institoriæ, & ex cōsuetudine est, vt in libris debitores annotentur, & præsumantur veri ꝫ dñm institorem eligentem,& ꝙ sufficiat libros tradere. ergo uerba relata intelligenda sunt ꝫm naturam contractus, & huc ptinet, quod dr̄,uerba intelligenda ꝫm subiectam materiam l. si ex legati causa.ff.de verbo.oblig.l.si vno. ff.loca.in tantum,ut uerba minus proprie interpretentur ratione materiæ subiectæ l.sed si possessori. §. item si iurauero, versic. sed & si reum.ff.de iure.& voluit glo.in l.si mandato Titii.in §.Paulus respondit.ff.mād. & probat Io.Ana.in consil.60. in fi. in quæstione &c. & scripsit in pulchro casu Ioan Imo.in consi.141.visis &c.

Comprobatur hæc sententia ex eo, ꝙ dicitur † ex personarū 77
qualitate dicta factaq́; pensanda l.plenum in §.equitii .ff.de vsu & habit.l.sed & si quid.§.& si uestimentorum.ff.de vsuf.c.solitæ. de maio.& obed.& facit l.si seruus plurium.in §.fi.ff.de leg.j.Itē Mela.ff.de alimen.& cib.leg.& quod inquit Bar.in l. si non sortem.in §.libertus.num.29.ff.de cond.indeb.& plura cumulauit Mar.in rub.C.de proba.nu.13. & seq.

Cōprobatur etiam valde relata interpretatio ex his quę ex facto consulto placuerunt Bal. in consi.366. Visis consiliis. volum.5.ubi de Proxeneta loquens,considerandam esse ait qualitatem personæ, & officii, & certum est, ꝙ ipse fidem propriam ꝫhendi animo non astringit,nec est verisimile quemquā uelle se obligare, si causa non tangit eum,citat text notabilem,& ad rem.ff.de instit.l.Lucius & subiungit,cuiuscunque scripturæ rationem finalem considerandam esse l.cum pater.§.dulcissimis. ff.de leg.2.& ꝙ verba non sunt cauillanda,sed ex bono, & ęquo interpretanda.ff.ad S.C.Tertu.l j.§.tractatum.l.pen.ff. ad exhib. & quia non in rem suam scribebat,gratia illius cui scribebat spectanda est l.j.ff.mand.quod responsum notandum est, & de eo memini in tractatu meo de Proxenetis.

Accedit, quod inquit Ang. in l.eandem. in fi. principii ff.de
78 duobus reis † licèt institores hodierni in *mille litteris* scribant se debitores,non propterea cōueniri poterunt:*quia ut institores* scripsisse censentur,& institorio nomine, citat dictam *legē* vlt.ff.de insti.non videnī ergo fidem astringere,nisi forsan quatenus pecuniæ ad manus eorum peruenirent, cuius sententiam defendit Dec.in consil.510. & in l.institor. ff. si cer.pet.& Ioan. Roncheg.in d.l.eandem,nu.180.& ante ac seq.nume.

Rursus eadem interpretatio ex eo vera videtur: ꝙ est magis verisimilis.Nec enim credendum est, cum Egidius Adrianum institorem proposuerit cum potestate uendendi merces minutatim habita fide de pretiis, & Adrianus sexcentis descriptis in libris uendiderit,& de more sit nō adhibere alias probationes, conuenire uoluerint,ut unumquenque debitorem in libris descriptum verum esse probare Adrianus astringeretur in casu quo debitores descripti in libris se debitores non esse simpliciter negarent,sed uerisimile quidem esse ꝫm relatam interpreta
79 tionem conueniisse. vnde † ab eo quod est magis verisimile dispositio,& conuentio interpretationem debet recipere, ut probat A†m.in consi.9.nu.35.ubi refert Alex.in consi.76.colum.j. lib.4.Quam verisimilitudinem valde iudex considerare debet, vt inquit Aret.in consi.9. col.2. est enim verisimilitudo cognata naturæ secundùm Bal.in consi.180.mortuo filio &c.lib.3.& idē Bal.in consi.343.examinanda sunt,in prin. in primo, inquit interpretationem inesse dispositioni de necessitate,aut ex verisimilitudine ipsius naturæ.ff de pact.dota.l.inter socerum. §.cū inter, & quòd relata interpretatio etiam naturæ rei conueniat, satis supra probatum est.

Denique hæc sententia,& relata interpretatio comprobatur ex sententia Bald. in consi.411. Quidam Mediolanen.&c.col.j. circa medium,lib.j. ubi inquit duplicem reperiri interpretatio-
80 nem.† Alteram necessariam quæ fit per punctum rationis: Alteram probabilem quæ fit per viam ęquitatis. & in casu nostro, & punctus rationis, & ęquitatis hanc interpretationem suadet propter supra dicta: esset enim periniquum, & contra omnem æquitatem,& contra negotii naturam, & qualitatem, si Adriani onus esset probare debitores in libris descriptos negātes esse veros.Illa ergo interpretatio admittenda est, quæ non meretur à sapientibus reprehendi l.Saluius Aristo.ff de leg.præst.l.ex facto.ff.de vulg.& inquit Bal.in relato consi.343.licèt litera habere se possit ad plures interpretationes, illa tamē est accipienda, quæ plurimum humanitatis habet, quam discretio naturalis, quæ est polus omnis virtutis,nobis insinuat.

Ex quibus responsa colligi possent iis, quæ superiori loco ꝫ hanc sententiam relata sunt,sed & plenius dicam ac nominatim,& speciatim.† Non obstat,quod dixi,eum dici debitorem, 81
à quo inuito pecunia possit exigi, quia vt Accursius notauit in dicta l.debitor. hoc verbum & strictè, & late, ac latissime aliquando sumitur,& cum materia subiecta illam strictam interpretationem non patitur, ab ea est recedendum, & facit quod

ait

Source : BIU Cujas

ait Dec.post alios in l.j.nu.30.ff.si cer.pet.vbi recepta illa sententia (quæ sanè crebrior est) quòd fideiussor dicatur debitor,si lege municipali caueatur. Quòd debitor ex contractu bona immobilia alienare non possit,fideiussor obligatus pro eo qui esset soluendo non comprehenderetur; quia statuti ratio, & subiecta materia aduersatur, quod comprobatur ex his quæ proxime dixi ver.confirmatur &c.Quibus & illud addi potest,ne partes videantur se velle corrigere recedendo à natura institoriæ, verbū debitor intelligendū esse in significatione non oīno propria,iuxta l.non ad ea.ff.de cōd. & demonst. & comprobatur ex variis,& diuersis relatis ab Alciat.in tract. de præsump.in tertia parte.Reg.tertia,ver.28.& videndus est Dec.in consi.12.in fi.

Secundò responderi posset,considerando,q persona institoris fuit à domino approbata, & consequenter q eius libris crederetur ſm Pau.Cast.in relato consi.314.parte secunda.vñi verbum debitor,stat in propria significatione præsumptiue,ut probaui paulo superius in ver. contra verò &c. præsumuntur ergo veri debitores,nisi probetur contrarium, & confirmatur: quia Adrianus (vt dixi) non promisit simpliciter, q debitores fuerint,& sint veri, sed addit descripti in libris. ex illa ergo qualitate librorum institorio more contraxisse demonstratur, cum libris à proponente sit standum,& pro his præsumatur tanquàm ab eo approbatis,consequenter uerbum,debitores,stabit ī propria significatione præsumptiuè, & quæ præsumptio transfert onus probandi p̃rium in ipsum proponentem.Nec est nouum, præsumptionem releuare ab onere probandi,& onus in aduersarium transferre,ut notauit Bart.in l.in illa.in fi. ff.de verb.obl. & Alc.in tract.de præsump. in tertia parte ver. veniamus. nu.3. pag. in meo codice 40. & plenius apud eum notatur,& de hac præsumptione,quæ transfert onus probandi, est tex.in l.generaliter.in §.si petitum,ver. sed cum ex præsumptione.ff.de fidei.li. & scripsit Dec.in consi.559.nume.7.in casu &c.& in consi.604. nume.4. Pro resolutione. Ioan.Dilec. in tract. de arte testan.in tit.de substitutionibus,cau.35.Goz.in consil.59.nu.18.Rimi. in consil.166.numero 9.& consil.325. qui in illo iuris articulo,an credatur Doctori asserenti, de cōsuetudine diuersas doctorum sententias componentes dicunt, fidem haberi quoad præsumptionem translatiuam oneris probandi in aduersarium, & in egregio doctore, & de consuetudine curiæ in qua versatur testante loquuntur.

Accedit,quòd non promisit Adrianus,ut est de more in plerisque locis,debitores exigibiles, seu bonum nomen facere, de quo scripsit Bar.in l.j ff.ad S.C.Maced.Ex prædictis etiam occurrit responsum legi primæ. C. cred.cuict.pig.& legi si nomen.ff. de hæredita.vel act.vend.quæ non repeto breuitatis causa † sed
82 ad interpretationem dictæ l.si nomen.uide Alex. in l.si cum dotem.in §.si mulier.ff. solut. matr. Dec.& Hiero.Cag.in regula,q cum alio.ff.de reg.iur.Alex.in consi.60.vol.5.consideratis &c. nu.4.Ang.in l.pupilli in §.soror.ff.de solu.Paris.consi.88.nu.13. & seq.uolu.j.quæ loca notanda sunt ad interpretationem dictæ legis,ut fundamentum habeat à regula, qui cum alio. ff.de reg. iur.& eius præsumptione, quod relatæ nostræ sententiæ ac interpretationi congruit, & facit l. si patronus, & quod ibidem scripsit Bar.ff.de confirm.tuto.c.innotuit.ubi glo.de elec. & qđ scripsit Aret.in l.si duo.ff.de acquir.hæred.

Nec mouet, quod in ver.denique dictum est,nam præter relata & illud addo,certi iuris esse,argumētum à partibus enumeratis tunc consistere,cum omnes partes enumerantur, institu. de oblig.quæ ex quasi cont.in prin.& notatur in l.ab emptione. ff.de pactis,& per Euerar.in sua centu.loco lj. potest enim contingere,q apparere possit debitor nō uerus descriptus in libris, aliis modis si probetur contrarium, uel quia Adrianus falsum in libris scripserit,uel bis eundem debitorem in eadem summa notauerit,aut absentia recipientis probata, & aliis diuersis modis qui considerari possunt,& de his actum censeri, vt paulò superius dixi ver.rursus &c.

83 † Nec etiam mouere debet stipulatio super institoria interposita,quia assumpsit naturam institoriæ l.si stipulatus.ff.de vsu. l.j.in §.bellissime.ff.vt leg.no.caue.& ita sensit Iaſ.Bartolum sibi contrarium in plerisque locis referens in l.singularia. nu.18.ff.si cer.pet.& plenius in rub de verb.oblig.circa finē, in quo Alex. est uera sententia atque distinctio in l.j.ff.de pac. in fi.vt stipulatio reguletur ſm naturā p̃ctus,ne in plus teneatur, sed bene (vt aiunt) efficacius pp vinculum stipulationis, & hanc cōem sententiam in contractu nominato probat Alciat.in d.rub.nume. 25.usque in finem,& inquit Bulgar.in eadem rub.propè numerum 18.stipulationem pendere ex negotio contracto, ne quis aliter obligetur ex stipulatione sed efficacius, & qui sub nu.19. in uer.primus casus &c. subiecit, quando stipulatio interuenit post factum animo nouandi præcedentem obligationē, in ambiguis intelligitur interposita ſm obligationem, de cuius noua tione tractatur,d.l.si stipulatus,fortius ergo admittendum est in casu nostro,in quo nō est facta nouatio,& uide plenum, & elegans Iaſ.consilium 78.circa primum.volum.j. & adde aliam distinctionem,quæ ratione non caret,Hiero.Tornen.in d.rub.de verbo.oblig.nu.145.& seq.& ad rem uide sub nume.160.

Postremò non obstat,q dicebatur,uerba illa, ueri debitores, frustra adiecta non censeri fauore stipulationis. Quoniam ſm Præceptorem meum Lud.Goza eleganter rñdetur 15.nume.in consi.74.vt ordinate &c.in fi.refert Baldum ad uerbum in dicta rub.de cont.emp.in 9.q.declarantem saluo semper,q uerba interpretentur ſm naturam contractus, & uidendus est Alex. qui id pluribus probat in consil.21.nume.6. usque ad nu.8.in 5.uiso compromisso &c. Secundò respondetur, vt idem Præceptor meus inquit,satis operantur,licèt intelligantur,ut dixi,ex eo, q nouum stipulationis uinculum additur,citat complures,& præsertim Bar.& Alex.in l.j.in prin.ff.ad l.Falc.

Tertiò respon.operari dicta uerba:quia de iure cōi non poterat agi exequutiue,& uigore instrumenti, & statuti loci poterit in talibus comprehensis exequutiue agi. His addebatur,instrm plura continere,& summas certas, & hoc sufficere exēplo eius, quod dr̃ de lege municipali potius tolerāda, ut nihil operetur, quàm ut quis indebite damnum patiatur,ut notat Bar.in l.fi.§. in computatione.circa fi.ff.de iure delib.& scripsit Dec.in cōsi. 445.num.50.prout eueniret in casu de quo agitur. Quib.addo, quod cum hæc quæstio tractaretur, complures prudentes mercatores interrogati in hanc sententiam, quam ego defendi,inclinarunt,fuerunt & aliqui qui contra sensere, sed & iudex secundùm hanc sententiam nostram pronuntiauit.

Et illud est relatione dignum,circa hmōi promissiones, rem saluā fore,quas assecurationes vocamus, quædam capitula Barcinonis celebratissimæ ciuitatis Hispanię Tarraco.circumferri, quæ vulgò,Capituli di Barcellona nuncupantur,in quibus quędam prudenter sunt constituta,ab Anconitanis non recepta, à diuersis tñi ciuitatibus approbata,ut legitur in eis, in quibus specialiter sunt nominatæ ciuitates,quæ approbarunt. Et certè ex formula subijcienda assecurationum,quæ frequentatur,tam in ciuitate Anconæ,q̃ Florentiæ liquidò apparet,multa p̃ dicta capitula constituta,& in usu frequenti esse: sunt ergo illa capitula localia,& in illis locis nominatim descriptis seruanda,iuxta notata in l.oēs populi.ff.de iust.& iur.& prout de consuetudine locali dr̃,ut per glo.in l.2.C.quæ sit longa consue.l. venditor.in §. si constat.ff.si ser.ven.& Doc.notant in l.de quibus. ff. de leg.Illud tamen non tacebo,quod in variis, & diuersis causis, & præsertim ubi de iactu agitur in mercatorum foro,&in arbitramētis ipsos mercatores dicta capitula obseruasse non semel vidi, de quibus, prout res ipsa expostulabit, mentionem faciemus. Formula autem assecurationum,qua Anconitani utūtur, subsequitur, qua relata more vererum, & recentiorum Iurisc̄ōsultorum quo dilucidior hæc materia reddatur Glossas,& declarationes necessarias amputandarum litium causa, & quo mercatores sibi magis caueant,breuiter subijciam.

FORMVLA ASSECVRATIONIS.

Iesus Maria,à di 20.d'Ottobre 1567.

AL nome d'Iddio,di buon viaggio,saluamento,& guadagno.Noto & chiaro sia a ciascuno legerà la presente scritta de Assecuratione, come M.Giouanni Straccha nobile Anconitano si fa assecurare sopra ciambellotti,pannine,& ogn'altra sorte de mercantie cariche,ò da caricarsi per M.Nicolo Pilestri,ò qual si uoglia altra persona sopra la naue nominata S.Maria da Loreto, patronizata per Angelo Picchi,ò qual si voglia altra persona attinente al detto M.Giouanni Straccha,ò altri à chi attenesse,come per lettere de caricamento appare, ò apparirà dal porto de Constantinopoli al porto d'Ancona.Potendosi con la detta naue,& mercancie in essa cariche intrare in ogni porto,& luoco, & nauigare innāzi, & indietro,à destra,& à siniſtra,à piacimento.& volontà d'esso padrone,il viaggio non mutato. Correndo risico detti assecuratori sopra dette robbe d'ogni caso di mare, di fuoco, di getto in mare, di represaglie, ò rubarie d'amici, ò inimici,& d'ogn'altro caso portèuole fortuito,disastro, siniſtro, impedimento, & caso siniſtro, & fusse come si volesse, o interueniſſe, tutti li detti risichi li corrino,& tutti li portino li sottoscritti assecuratori sopra di loro,da l'hora che la sopra detta naue harrà fatto vela da detto porto de Cōstantinopoli con detti ciābellotti,& altre sorti di mercātie,per insino che sorta sarà nel porto d'Ancona a buon saluamento hore ventiquattro, come è detto di sopra,& se li detti ciambellotti interueneſſe, ò fusse interuenuto alcun disastro (che Iddio guardi) li assecuratori debbano dare,& pagare al detto M.Giouanni Straccha, ò à chi per lui quel li danari assicurati tra mesi dua dal dì che ī Ancona ne fusse vera nuoua.e se pretēdessero per ragione alcuna,dire in p̃rio, nō possano esser uditi da corte,giudice,ò magistrato alcuno,se prima non haranno pagato effettualmente li danari contati: e se fra mesi dodeci da hoggi della sopradetta naue non ce ne fusse vera nuoua,li assecuratori debbano dare,& pagare quel denaro p loco assicurato senza eccettione alcuna al sudetto M.Giouanni,& giongēdo dipoi a saluamēto, come è detto di sopra,detto

Source : BIU Cujas

M. Giouanni debba restituire quel denaro hauesse riceuuto dal detto Assecuratore.

Dechiarando, che da barattaria de padrone, ò scriuano ĩ fuora, li Assicuratori a tutti altri risichi, casi, sinistri, infortunij vogliano esser tenuti, & obligati in tutto, & per tutto psonalmente, e in hauere de ragione, & de fatto al S. Gouernatore d'Ancona, ò suo Auditore ò qual si vogli altro offitio, renuntiando de stare in casa, moratorie, in la plenior forma della camera Apostolica, & con potestà di essere astretti in ogni luoco Giudice, ò tribunale si sia. Renuntiando detti Assicuratori ad ogni priuilegio, indulto, prorogationi, leggi, statuti, & franchisie, & di feriati, che in lor fauore facessero, & debbano in prima l'Assecuratori pagare al detto M. Giouanni, ò a chi per lui quelli danari per loro assicurati, & di poi litigare le cause.

Et volendo li detti Assecuratori il detto M. Giouanni debba sodare sufficientemente de restituire, à ciascuno quello hauessero riceuuto contro il douere, con interesse de venti p cento, & l'Assecuratori habbino a prouare tẽpo mesi dodeci, di quello volessero dire in contrario, e passato detto tempo, M. Giouanni sia libero, & fuori d'ogni molestia da tutte le predette cose, & l'Assecuratori giurano, & obliganssi al detto M. Giouanni, essi, & tutti loro heredi, e beni mobili, & immobili, presenti, e futuri, in ogni miglior modo, che obligar si potessero in forma della camera Apostolica. Con potestà d'esser astretti in tutte le parti fussero trouati, con l'osseruanze sole de termini soliti celebrati, & consueti in detto modo, & forma della camera Apostolica, & vogliano, che questo scritto habbi la medesima forza, & forma, che s'habbi in tutto vn cõtratto in forma cameræ.

Dechiarãdosi che de tutte le cose non chiarite in detto scritto s'intendano ad vso, & stile della piazza de Firenze.

Et vogliano, che'l sensale, ò mezzano che farà detta sigurtà, habbi lui solo, & sia bastante per fede autentica di sua mano, & per suo iuramento essendo viuo alla recogñitione delle lettere ò mano di ciascuno, che pigliarà danari per tal cagione.

Fatta per me Marino Benincasa de commissione de Pietro Fantolini al presente mezzano de detta sigurtà in Ancona.

Subscriptiones Assecuratorum.

Io Benedetto Gondola assecuro nel modo in questa scritta si contiene per scudi trecento de pauoli 11. per scudo, & per mio risico ho riceuuto da Oddo Gualterucci scudi quindeci simili questo di detto, che Iddio li salui.

Io Antonio Trionfi assicuro come di sopra per scudi ducento de pauoli 11. & per mio risico ho receuuto da Oddo Gualterucci scudi 10. simili questo dì detto, Iddio li salui.

Io Francesco Bernabei assicuro, come di sopra p scudi trecẽto de pauoli 11. p scudo, & p mio risico ho riceuuto da Oddo Gualterucci scudi quindeci simili questo di detto, Iddio li salui.

GLOSSA I.

Iesus Maria Virgo. Adi 20. Ottobre 1567.

SVMMARIVM.

1 *Nomen domini in quocunque negotio inuocandum, & pulchra redditur ratio a Baldo post Platonem: & an omissio inuocationis Domini nostri in instrumentis vitiet instrumentum.*

1 IN nomine Domini &c. † Hoc Christiana pietas suadet, & expostulat, vt quæcunque faciamus in verbo, aut in opere, in nomine Domini nostri Iesu Christi faciamus, gratias Deo agentes in quo viuimus, speramus & sumus. c. non licet 26. q. 5. c. non obseruetis in fi. ea. cau. q. 7. Quas autem gratias, & laudes Dño nostro Iesu Christo exhibere debeamus, nec mens nostra concipere potest, nec lingua proferre, vt diuino afflatus spiritu inquit Imperator ĩ l. j. C. de off. præf. præt. Aff. Quibus adde præceptum Platonis fuisse in Timęo, ut in omnibus tam maximis, quàm minimis diuinum auxilium imploremus, & huius rei doctissimus, copiosissimusq; Baldus rationem talem afferebat, in proę. Codicis, quia omne causatum principium ad principium referri debet, quod est ipsius causa, & maxime ad principium quod est prima causa causarum, sicut est Deus. & subiecit: & ideo omnia instrumenta incipiunt. in nomine Domini. An autem uitietur instrumentum, si omittatur diuini nominis inuocatio, vulgaris est quidem quæstio, latissime tractata ab Alexand. & aliis recentioribus in rubr. de noui oper. nunc. in proę. Codicis in l. generali. C de Tabel. & in sexcentis locis, & est receptum a frequentioribus, non vitiare, vt inquit Alciat. libro sexto, parer. cap sexto, & Dida. Coua. Prac. quæst. c. 20. ubi post glo in dicta l generali. de omnibus ad solemnia instrumenti tractat: Vbi autem ex consuetudine fieret, res est in controuersia. Nos vulgaria hæc missa faciemus, & ad materiam nostram vtilem, & quottidianam, & a paucis primoribus (vt aiũt) labris tactam, deueniemus.

Di buon viaggio, saluamento, & guadagno.

GLOSSA II.

SVMMARIVM.

1 *Diuitias appetere an liceat pulchre, & de mercatore, & doctore.*

1 VEro verius est, quod Philosophus ait. Omne agẽs agit propter finem. † Mercatoris autem finis est lucrum: & quoniam bonum virum mercatorem nostrũ, & Christi fidelem semper desiderauimus, placet hic illud annotare, diuitias non esse improbatas, modo pie appetantur: legitur enim in c. hæc autem scripsimus. in fi. 30. distin. & diuites cum iustitia, & operibus bonis non abijcimus, & glo. ibidem. Illud euangelicum, facilius est camelum per foramen acus &c. in illis locum habere ait, qui in diuitiis spem ponentes gratius intuentur aurum, quàm solem, & facit cap. clericus 12. quæstio. prima, & c. habebat Dominus loculos. ea. cau. & quæst. vbi Augustinus in verba infrascripta, habebat Dominus loculos a fidelibus oblata conseruans, & suorum necessitatibus, & aliis indigentibus tribuebat. Tunc primum ecclesiasticæ pecuniæ forma est instituta, vt intelligeremus, quod præcepit, non esse cogitandum de crastino, non adhoc fuisse præceptum, vt nihil pecuniæ seruetur a sanctis, sed ne Deo propter ista seruiatur, & propter inopiæ timorem iustitia deseratur; & audi quid Baldus scriptum reliquerit in cap. nam concupiscentiam. numero primo, de consti. Quæro, nunquid appetere diuitias sit peccatũ mortale. Respond aut quis appetit cum bono ordine, & bona cõscientia cessante omni fallacia, sicuti faciunt boni Doctores salarium habentes, & boni, & laudabiles mercatores, & hoc est licitum: fallit, si quis sit prohibitus hanc negotiationem exercere, de quibus dixi in trac. de mercatura, in tertia part. & Baldũ retulit, & probauit Fel. in c. super eo. secundo, de testi. num. 7.

M. Giouanni Straccha, si fa assecurare &c.

GLOSSA III.

SVMMARIVM.

1 *Assecurationis contractus an inter quoscunque fieri possit.*

2 *Pecuniam an liceat Christiano dare Iudæo in negotiationem, puta in argenti emptionem ad commune lucrum & damnum, & casu quo in aliam negotiationem vertat, periculum sit hebræi, & si culpa eiusdem pereat, pecunia de suo soluat.*

3 *Assecuratio si fuerit facta bis; quia quis pro valore rei integro se assecurari bis fecerit, vtra assecuratio teneat.*

4 *Interpretationes ad l. qui duobus. ff. de falsis, relatiue.*

5 *Debitores plures quando semel seu in diuersis instrumentis debitores se constituant, quòd non fiat hodie nouatio, & quid iuris.*

6 *Mediam viam eligere in articulo difficili non improbatur.*

1 HIc illa versatur inspectio, Num quælibet psona a quocunque sibi rem saluam fore possit stipulari † assecurationisque contractus inter quoscunque fieri possit. In quo iuris articulo videnda sunt scripta a me in tract. de mercatura, in tertia parte, & in secunda parte a num. 40. vsq; ad nume. 51. ubi specialiter tractaui, num cum omnibus gentibus cõmercium esse possit, & dixi inter Christianos, & Iudęos mercatores licitum esse commercium, cap. postulasti. cap. cum sit. de Iudæ. Cal. in consi. 5. tit. de loca. retuli etiam cõsiliũ Alex. 130. volu. septimo, quibus addes Marq. de Susa. in trac. de Iudę. par. 1. cap. quinto, vbi referendo Rom. consil. 489. Hæc domina Petra &c. ait, omnem contractum omneque commerciũ inter Iudæos, & Christianos regulariter esse permissum, illis tantùm exceptis, qui expresse reperiuntur prohibiti, quod pluribus vtẽs explicat, & probat Alex. de Neuo in consi. 96. Quidam nobilis,

2 & qui in quotidiano casu ex facto consultus respondit. † An sci licet liceat Christiano dare pecuniam Iudæo in negotiationẽ, argenti scilicet emptionem, ad commune lucrum, & damnũ, & casu quo in aliam negotiationem vertat pecuniæ periculũ, sit hebræi, & si culpa eiusdem pereat, pecuniam de suo soluat. ad quæ pacta uide Socin. in consil. 265. Præsentis &c. & Dida. Coua. variarum resolut. cap. secundo, libro tertio, sed ut ad rem redeam, quæ ad hunc locum attinent ex relatis locis, huc erunt transferenda. De assecurationis autem verbo vide (si libet) quę in principio præfationum dixi.

Sed hic quæstio non inutilis, & quòd sciam nusquam tracta

3 ta, nec vsquam relata, omittenda non est. † quid si Ioannes in diuersis locis se assecurari fecisset? Hic erit inspectio triplex.

Prima, si Ioannes dolo malo se assecurari fecisset vt audiui de quodam mercatore, qui cum nauim quõdã haberet refectione egentem, & quæ propter vetustatẽ ad nauigandum difficilem conditionem inuenisset, se iuxta eius valorem, & in ciuitate Genuæ, & Anconæ assecurari fecerat, cõsequẽdi gratia bis nauis pretium, deinde dolo malo inter nauigandum, Nauim, suborta tẽpestate modica, in carina clanculũ frangi ꝓcurauit, summersa na-

Source : BIU Cujas

ſa naui, hominibus ſaluis ī ſcapha nauis, & qui remedium naui vitium in vna parte habenti non inuenere,& Genuæ,& Anconæ pecunias exigere ſtuduit, hoc colore quod poſt tempeſtatē nauis vitium feciſſet,obrutaq; eſſet;res deinde patefacta eſt. In hac igitur facti ſpecie dicet aliquis, cum hic contractus ſit inno minatus,ſimilisq; ſit emptioni,& iudicandus ſecundùm naturā Ꝺctus,cum quo maiorem habet cōitatem,ſeu ſimbolum, ut dixi in præfationibus,in verſic.Et illud.nu.37.mercatorem hunc exemplo eius, qui duobus in ſolidum rem vendidit pœna falſi
4 coercendum,vt in l.qui duobus. ff.de fal. † ad cuius legis interpretationem ac limitationem vide Fab.in trac.de emp. & vēd. in tertia par.nu.50.& laſin l.quoties.in fi.C.de rei vend.& in l.à diuo Pio in §.ſed ſi empt. ff. de re iud. Egid. Boſ.in tract. crimi. cau.in tit.de falſis,nu.112.& Io.Bap.Plo. in repet. legis ſi quādo. nu.177.C.vnde vi.ſed verius dicendum eſt, ſtellionatus crimine teneri,quod obijcitur ijs,qui dolo quid fecerint,ut in l.3.ff.de crim.ſtel.& nota legem in illis uerbis,maxime autem locum habet, ſi quis forte rem alii obligatam diſſimulata obligatione p caliditatem alii diſtraxerit,aut permutauerit, uel inſolutum derit:& Accurſius ait,aliud ſi diuerſis uendiderit,tunc enim pena legis eſt.ff.de fal.l.qui duobus. Ijs addendum eſt, ꝙ in re dubia ubi eadem perſona aſſecurationes fieri feciſſet, relatis ſcilicet modis,dolum præſumendum putarem: cum nemo præſumatur uelle iactare ſuum bis periculi pretium ſoluendo l.cū de indebito.ff.de probat.

Secunda eſt inſpectio in eo, qui ſine dolo malo, ſed vbi ſibi caueret in diuerſis locis ſe aſſecurari fecit, & mercium uerum pretium non egreſſus,& hæc aſſecuratio non eſt improbanda, quotidie nanque Mercatores hoc faciunt, quum non inueniūt in loco pro tota ſumma aſſecuratores.

Tertia inſpectio in eo qui bona fide, & ſine fraude pro integro mercium pretio in diuerſis locis aſſecuratoribus ſibi cauit, exempli gratia,mercator Anconæ degens trāſmiſſurus nauim mercibus onuſtam Alexandriam,quoniam Anconæ aſſecuratores non inueniebat,amico Genuę,aut Neapoli commoranti per literas mandauit,ut aſſecuratores inueniret,qui nauim mercesq; ſuas ſaluas pro nauigatione p̄dicta promitterēt ꝓ ſumma quinq; millium,qui diſtulit ex aliqua cā reſcribere, & tandem iuxta mandatū aſſecurari ſe fecit,interea huius rei ignarus mandans,idemq; nauis, & mercium dñs aſſecuratores Anconæ inuenit,& ſe aſſecurari fecit pro quinq; milibus,pretium integrū, & verum nauis,& mercium,ſequuto naufragio quæri pōt, vtra aſſecuratio teneat. Illud.n.certi iuris eſt, à duobus exigi quinq; millia non poſſe, argum. l.quibus idem, & l.ſi dari ſtipuler.ff.de verb.oblig.& l.quinquaginta. de probat. nec enim locupletari quis debet cum alterius iactura,ut in regula locupletari.de reg. iur.in 6.& forſan diceret aliquis,ꝙ licèt iure veteri an interuentu nouæ perſonæ fieret nouatio,& eſſet altercatio,de quo doctores l.eum qui ita.in §.pen.& in l.qui vſumfructum.ff. de verbo.oblig.& in l.ſingularia.ff.ſi cer. pet.& Bar. in l.pen.ff.de præt. ſtipul.tñ hodie non fit,ut in l.fin.C.de noua.Quid ergo ſtatuendum? ſuccurrit qđ Bal.ait in l.antiquæ.in §.j.ad finem C.ad S.C.
5 Velle. in hæc uerba. † Qñq; plures conſtituunt ſe principales in eodem inſtrumēto,& non fit nouatio iure ueteri uel nouo, quia eodem inſtanti ſumit robur, nouatio autem debet fieri à poſteriori. Aut ſucceſſiue, & tunc iure ueteri præſumebatur nouatio, hodie autem non præſumitur, ſed eſt adiectio tantùm; quia vtriſq; principalibus, quò ad creditorem ceſſat beneficiū de fideiuſſoribus. Item forte ceſſat beneficium de duobus reis ſaltim quò ad primum,qui ſe obligauit nō reſpectu ſecūdi, ſed abſolute,niſi primus promiſiſſet dare alium principalem, uel correum:quia tunc eſſemus in materia correorum, hæc ꝓbant̄ per glo.ordinariam in aut.de fideiuſſ.in prin. iuncta ratione legis,ſi Titius,& Seia.ff.de fideiuſ.hactenus Bal,quem refert,declarat,ac probat Barbat.conſi.86.col.7.lib.4.& Roncheg.in l.3.numero 14.ff.de duobus reis,& certe rem hanc in viriles partes diuidendam,iuxta l.reos.in §.cum tabulis.ff. de duobus reis,ęquitate non caret,intellige in effectu,ut aſſecuratores Anconitani duo milia & quingēta,reliqua duo milia & quingenta Genuenſes perſoluant.Atqui,tam Genuenſes,q̄ Anconitani aſſecurato
6 res periculi pretium ſoluerunt, † verùm negari non poteſt rationabile hoc videri,& in articulo indifficili exequendum videbatur iux.l.& hoc Tiberius.ff.de hære.inſtituen.l.ſed ſi lege in §. adeo autē.ff.de pet.hæred.& admonet Dec. in pluribus reſponſis,& maximè conſi.68.pro reſolutione &c.col.pen. & ꝙſil.176. nu.6.viſo themate,& conſil.228. in caſu,& plenè Tiraq. oīum inter recentiores fons vberrimus in tract.de iure primog. q.17. per totam,& maxime nume.9.& ſeq.mediam nanque viam in articulo indifficili,& ubi rationes fortiſſimæ hinc inde proponuntur,eligere non eſt ruſticorum morem ſequi, iuxta notata in l.Neſennius.ff.de neg.geſt.ſed Imperatorum,& valentiſſimorum virorum exempla,ut ex prædictis liquet,& facit.§.cum ex. inſt.de rerum diui.ſed licèt me prædicta valde mouerint, ut ſententiam meam interponam,in ea ſum opinione,ut prima aſſecuratio teneat,ſecunda non teneat.Mouet,quia Ꝺctus iſte inominatus,vt probaui,iudicādus eſt ſm naturā Ꝺctus cui comparatur,& cum quo ſimbolū habet,ſed iſte comparatur emptioni,& cum ea communionem habet non modicam,ut probaui in præfationibus,in uer.& illud &c.ergo locus erit legi quoties. C.de rei vend.Prima nanque venditio tenet,regulariter ſecūda non tenet,& conſequenter contra primos aſſecuratores ad integra quinque millia agendum erit,& cum ſecunda aſſecuratio non teneat an repetitioni ſit locus pretij periculi à ſecūdis aſſecuratoribus recepti,cum periculum ad eos non pertineat,vide l.ſi pecuniam,& ibi Bar.ff.de cond.ob cau.& quæ dicam infra in glo.6.nu.9.& ſeq.num.& vide c.Barcel.num.mihi.235.

Sopra Ciambellotti.

GLOSSA IIII.

SVMMARIVM.

1 *Ciambellotti quomodo latine appellentur.*
2 *Interpretatio ad l.argentum.in prin.ff.de aur.& arg.leg.& reſtituitur.*
3 *O, & V.apud veteres inuicem permutantur.*
4 *Martialis diſtinct.declaratur.*

1 VNdones † ciambellottos quos vernacula lingua dicimus appellari refert uir bene doctus Cat. Cot. in memoralibus, in uerbo vndones, ſic dictos ab vndis, de quibus meminit Diuus Hieronymus, & Martialis in Apophoretis.

Non hos lana dedit ſed olentis barba Mariti
Ciniphio poterit planta latere ſinu.

Inde vndata ueſtis,& ſubiicit tanq̄ ἀπὸτ' βυμβαλειτο ſymbalotta appellamus,& refert nos docuiſſe Hermolaum Barbarum in Plinianis caſtigationibus c.48.fit autem vndulata veſtis ex hircorum,& caprarum pilis potius,q̄ laneis,ut ex relato loco Martialis,& ſubdit,alii ſimballotta dicta autumant, ab illo veſtiū genere,de quibus Plinius ita ſcripſit. lanę, & per ſe coactæ veſtem faciunt,erit ergo ſimballotta σύμβλητον, hoc eſt coactum imple xu potius, q̄ textu conditum, & addit, ſm iſta caſtigabis uerba Vlpiani in l.argento.in prin.ff.de aur.& arg leg. dum dicit, alia cauſa eſt odonum. ſcribe Vndonum, & de his ueſtibus undatis dictum puta.Vide & legito Cot.in relato loco, qui quædā alia vocabula in dicta lege declarat, & quæ declaratione egent, & repone ac reſtitue,ut in Pandectis,& non errabis, & ad declarationem eorundem vocabulorum, uide eundem Cat.Cot. in verbo Viriolæ,& in uerbo Amphitapa,& And.Tiraq. de legib.
2 connub.in 3.parte glo.j.nu.34.†Illud autem non eſt omittēdū, quod (ni fallor) in caſtigatione tex.relati, atque eius expoſitione Cattelian. Cot. lapſus eſt.refero ergo uerba legis bona fide, prout in hetruſcis libris hī,& ſic eſt reſtituenda:Tapeta ueſti cedunt,quæ aut ſterni,aut iniici ſolent,ſed ſtragulas, & babilonica,quæ equis inſterni ſolent,non puto veſtes eſſe. Faſciæ crurales,pedulesq;,& in pilia veſtis loco ſunt, quia partem corporis veſtiunt,alia cauſa,eſt odonum:quia uſum calciamentorū prę ſtant.legitur ergo in Pandectis odonum, & non vndonum, & quod extranea,& non uera ſit Cottæ caſtigatio, indicant uerba legis ſequentia.Alia cauſa eſt odonum,quia uſum calciamentorum præſtant,quæ ratio non conuenit vndonibus, qui veſtis ēt appellatione continentur,ut in l.ueſtis.eo.tit.de aur. & arg. leg. & in l.veſtimentum, quæ lex in meo Codice multis erroribus eſt repleta,ſed in libris Florentinis ſcripta legitur in hæc verba. Veſtimentum,id eſt quod detextum eſt, & ſi defectum non ſit, id eſt ſi ſit conſummatum,quod in tela eſt non dum prætextū, vel detextum,contextum appellatur.Quiſquis igitur ueſtem legauerit, neque ſtamen, neque ſubtemen legato continebitur omiſſa forſan litera G.in ver.ſubtemen impreſſoris incuria, ut ſubtegmen legendum ſit, ad cuius legis declarationem vide And.Tiraq.de leg.connu.glo.ſecunda,nume.ſeptimo,& Ant. Aug.emend.libro tertio, cap.ſeptimo, ſed vt vnde diuerteram redeam,ſomnium eſt expoſitio Accurſij in eodem loco odonum,id eſt Camelorum,cum relatæ & ſubiectæ rationi Iuriſcō ſulti non conueniat,ut tandem meam ſententiam interponā. Sciendum eſt ex ſententia Quintiliani libro primo,cap.quarto,
3 † quod O,atque V, permutantur inuicem, ut Hecoba, & Hotrix,Chulcidis,& Pulixena,& in multis monimentis ueterum, probat Pierius in ſuis caſtigationibus in Virgilium, ut donum pro dono,annus pro annos,compreſſu pro cupreſſo. Non ergo locus Iuriſconſulti reſtituendus eſt, ſed legendum odonū ſiue vdonum,& non vndonum,& legi in Theſauro linguæ latinæ, in verbo vdo,vbi non aliter de prædictis fit mentio,ſed exponi tur genus eſſe veſtimenti,quod verum non eſſe patet, nam ve-
4 ſtis appellatione non continetur,vt ait I.C.Vidi igitur† Martialem ī relato loco vbi legitur, Vdonos cilicij, deinde ſubiiciunt relata carmina, & Domitius Calderinus interpres ait. Cilicia dicunt indumenta ex caprinis pilis cōtexta,à cilicibus,q̄ ea primi inſtituerunt, & ſubiungit, vdones verbo peregrino calcia-

Source : BIU Cujas

menta sunt, & declarando Poetam subiungit, Maritiolensis, idest hirci. planta pes. Cyniphio sinu pilis hircinis. Nam hyrci Cymphij, sunt dicti à Cympho Africæ fluuio, ubi copiæ hyrcorum: siue ergo legas vdonum, siue odonum, vtrunque rectè, & non conuenit ciambellottis, quæ vsui calciamentorum non sunt, sed vsum vestimentorum præstant: genus ergo calciamentorum odones sunt, vt Domitius ait, & Iurisconsultus indicat.

Et ogni altra sorte di mercantia.

SVMMARIVM.

1 *Assecuratio facta de omnibus mercibus, an ad illicitas porrigatur, nume. 1. & sequent.*

2 *Verba generalia dispositione hominis in contractibus scilicet, an restringatur ad habilia.*

3 *Securitatem concedens tanquàm potestatem habens, & promittens damna reficere sub pœna in casu in quo molestetur num re patefacta, quod potestatem non habuerit damnum passo succurrendum sit contra concedentem.*

4 *Assecuramus omnes merces, a loco subdito Regi Turcarum ad portum Anconæ an in generali assecuratione includatur frumentum, quod edicto regis Turcarum sub pœna vetatur ad Christianos exportari nu. 4. & seq.*

5 *Titulus quando scribitur Regi Turcarum à summo Pontifice quis sit dãdus.*

GLOSSA V.

QVid mercis appellatione contineatur plenè quidem scripsi in tract. de mercatura, in prima parte, quæ ergo ad hunc locum attinent, huc erunt transferenda, sed illud in dubium potest reuocari. † Num verba hæc generalia omnis generis merces ad merces illicitas oneratas trahenda sint, ita ꝙ generalis promissio porrigatur ad illicitas merces, & si merces, quia illicitæ auferantur assecuratores teneantᷣ, quod prima fronte admittendum videbatur, ex regula quæ sumitur ex l. j in §. & generaliter. ff. de leg. præs. & eo magis cũ verba sint vniuersalia l. Iulianus ff. de legat. 3. l. omnes. C. sine censu vel rel. c. solita. de maio. & obed. de quibus multa congessit Mar. consi. 80. num. 37. & seq. Goz. in consi. primo. num. 19. Aym. in consi. 297. num. 3. & seq. verba legati, & hæc sententia ex eo cõprobari potest: quia versamur in dispositione hominis, † in contractibus scilicet, in quibus verba generalia ad habilia restringi non solent, ex doctrina Baldi in l. fi. C. sine censu vel reliq. cuius sententia est recepta, ut per Iaſ. in l. j. in § nunciatio. num. 6. ff. de no. oper. nun. & ibidem vide Ioan. Crot. num. 63. Cur. Iunio. in consi. j. nume. . verum ad hunc casum promissionem, tametsi generalem, non tamen trahendam puto, cum in mercibus illicitis non sit commercium, & de quibus plenè scripsi in trac. de merca. in 4. parte. cum oneratus etiam proponatur ignorantib. promissoribus, culpa nanque seu dolus inest assecurati, & de quæstione est elegans textus in l. cum proponas C. de nau. fęno. de quo tex. non semel memini in tracta de nau. in 3. parte. adde etiam pulchrum tex. in l. qui officii. in §. fin. ff. de contr. empt. & relata contraria ex prædictis remouentur, sed & audi quid acutissimi ingenii vir Car. Ruy. in d. §. nunciatio, sub num. 9. scriptũ reliquerit. Is enim post lõgam disputationem, in ea quæstione, an verba vniuersalia in contractibus ad habilia restringantur, inquit, hic animaduerto, quia scio, quòd nullus intelligit hanc materiam, & neminem excipio nec ipsum Platonem. Ego aũt in ea sum sententia, vt certa doctrina tradi non possit, sed oĩa in hac quæstione ad subiectam materiam sint redigenda. Pro qua sententia, sanè rationabili, & vera faciunt, quæ plenè scripsi in præfationibus, ver. hic subiungenda est, num. 63. & adde quę statim dicam.

Huc pertinet quæstio in qua ex facto consultus Iaſ. in consil. 147. in casu præsenti &c. vol. 4. respondit, species autem facti talis est. Incliæ ciuitatis Genuæ decreta laudanda quidem sunt contra exportantes sal ad loca prohibita, & inter alia vnicuique magistratui exportandi saluumconductum, & securitatem concedi, & nauibus, & nauigiis ꝓhibetur sine expressa venia, ac cõsensu spectabilium Magistratuum S. Georgii. ꝙ salis, & hoc amplius additur, quòd concessio non valeat. Nec ex ea naues, quæ contrafecerint, quouis modo se iuuare possint. † Cumque salinis præpositus Ioannes quidam nomine Magnifici Magistratus salis dictæ ciuitatis, & qui ius concedendi non habebat cuidam Massiliẽsi magistro nauis, Nautis, & mercibus onustis omnibus securitatem concessisset, & publico instrumento damna reficere promisisset, sub pœna, re patefacta ꝙ Massilienſis ad loca prohibita sal exportasset, exusta propterea naui decreto eiusdem ciuitatis. Quæsitum fuit, num Massilienſis aduersus Ioannẽ institorem, & præpositum ad damna, & pœnam promissam recte valuerit experiri. Respondit Ioan. institorem obstrictũ non esse. mouerunt eum verba decreti, quod & prohibitiuũ, & actũ nullum, & irritum reddit. Item cum actus pure fieri nequit, pęnæ adiectio non valet, tex. notabilis in l. Scius, & Augerius, ubi Bar. ff. ad l. Falc. Cum ergo vetetur assecuratio, adiectio pęnæ frustra est: considerauit ẽt illud uerbum decreti. Quouis mõ iuuare, & reliqua, cuius verbi vniuersalis significatio non est ambigua. ipsum ergo legito, qui pluribus vtitur. & considera, & vide, quæ scripsi in tract. de mer. in 4. parte, maxime sub nu. 30.

4 Sed hic quotidiana quæstio suboritur. † Commerciorũ causa frumentum ad hostes Imperij Romani exportare nõ sine capitis periculo licet, venundari enim hostibus leges vetant l. cotem ferro. ff. de publi. & dixi in tract. de merca. in 4. parte nu. 9. & 12. & seq. finge modo cõtra edicto magni Regis Turcarum frumenti quemuis numerum sub graui pœna, & amissionis eiusdẽ ad Christianos exportari non posse, & assecurationem factam mercium cuiuscunque generis à loco eidem subiecto, ad Anconæ portum, & frumento nauim clam (vt plerunque fit) onustã in ipsa nauigatione à Præfecto Regis magni Turcarum captã, num assecuratores teneantur? Hic lector candide antequam ad quæstionem deueniam, quædam attingam, quæ tibi forsan non
5 ingrata videbuntur. Ideo † scilicet me dixisse magni Regis Turcarum, ut intelligeres, cum tempore S. P. Pau. IIII. quidam Marrani, qui à fide Christiana, & Catholica defecerant, damnati ad mortem fuissent, cũ omnium bonorũ proscriptione, & cõcremati securitate ab aliis Pontificibus concessa non obstante, ex auctoritate forsan Glo. in c. si Papa 40. distinct. de quo tamen vide quid tentauerit dicere Pet à Plaga in epito. delic. in fi. c. 37. & l. Arriani. C. de hæret. literæ emanarunt à Rege Turcarũ eidem summo Põtifici inscriptæ bonorum proscriptorum causa. Cui idem Pontifex Pau. IIII. quædam ex damnatorum bonis referri bendo dono dedit, vt forsan religionis non auaritiæ causa fecisse cognosceret, & de titulo Regi Turcarum dando disputatum fuit, uerum post multa literarum inscriptio fuit in hæc uerba. Magno Turcarum Regi. & inquit idem Pontifex aliàs Pium II. Pontificem maximum eundem titulum dedisse; sed nunc ad rẽ redeamus. Prima quidem fronte ad hunc casum porrigenda videbatur assecuratio ꝓp uerba generalia, merces cuiuscunq; generis, quæ verba generalia in contractibus restringi non solẽt, vt probaui in prin. huius Glosiæ, & quia diuersa ratio in hoc casu interuenire vꝫ. Nam rectè quidem ad barbaros leges frumentum exportari & venundari uetant. Nam pernitiosum Romano Imperio, & proditioni proximum barbaros, quos indigere conuenit, frumento adiuuare, vt in l. 2. C. quæ res expor. At aurũ barbaris subtili auferri ingenio iura sinunt, l. 2. C. de comme. & Mercat. si ergo aurum, pari ratione frumẽtum quo viuimus, & sine quo hominũ genus seruari non posset, aut difficillime, si res ad antiquissima reduceretur tempora, glandium scilicet, vt maximus Poetarum ait.

Liber & alma Ceres vestro si munere Tellus
Caoniam pingui glandem mutauit Arista.
Poculaq; inuentis acheloia miscuit Vuis.

Vnde hic fauorabilis causa atq; concessio, illic cõmendanda prohibitio, vt omittam, ꝙ omnes casus fortuitos Assecuratores suscipiunt, de quibus loco suo dicemus. & ꝙ edictum Regis Turcarum nõ ligare videbatur nisi subditos l. j. & ibi plenè notatur. C. de sum. Trin. c. à nobis, primo. de sen. excom. & c. quod autem. de pœni. & remis. & c. j. de consti. lib. 6.

Contra verò, ꝙ Assecuratores non teneantur, vꝫ text. clarus in d. l. cum proponas. & ꝙ assecuratio ad illicitas merces nõ porrigatur, sensit Sant. in suo tract. par. 4. nu. 16. & seq. licèt non loquatur in casu quæstionis propositæ. Item pro hac sñia facit cõsilium Iasonis paulò superius citatum. Item mouet: quia in proposita nostra assecurationis formula adest clausula, ꝙ res ambiguæ, & non claræ intelligantur iuxta consuetudinem, & stilum fori Florentini. Vnde sciendũ est, ꝙ hæc nostra formula in paucis differt à formula Florentina, & nostra ab illa potius originẽ traxisse vꝫ, q̃ illa à nostra, quod relata clausula vꝫ indicare. Sciẽdum est ẽt, reperiri decretum Florẽtinum edictũ de anno 1526. die 15. Iunij, quo legitur, experientia compertum esse assecurandi modum super quibuscunque mercibus, & sic gñaliter non expressis mercium generibus, multa inhonesta ac illicita attulisse: vnde sub generali mercium assecuratione seruos, fructus, equos, frumentum, vinum, salgamma, & gemmas, ac quasdam alias merces non includi statutum fuit, nominatimq; res prædictas exprimendas esse, aliàs assecuratio ipso iure nõ teneat, nec ius reddatur: & licèt dici soleat expressum, qđ sub gñali sermone proferr̃, vt est no. tex. in l. oẽs. C. de præscrip. trig. vel quadra. an. l. fi. & ibi no. C. qđ cũ eo, & notat Bar. in l. j. nu. 7. ff. de vulg. & plenius, q̃ alius scripsit And. Tiraq. de leg. connub. Gl. 7. nu. 86. & seq. ac ante nu. ad quẽ in materia expressi est cõfugiendũ, tñ cum statutum Florentinũ nominatim mentionẽ fieri de frumento disponat, & Florentini hoc iure vtãtur, & relatio fiat ad vsum, & cõsuetudinẽ Florentiæ, hæc relatio tẽperare, & restringere gñaliratẽ vꝫ, relatum. n. in referente censetur intantũ, vt dispositio à relato tẽperamẽtũ recipiat l. in testamento ita quidã. ff. de ꝑd. & demon. l. 2. ff. de hære insti. & copiose scripsit Dec. in consi. 63. nu. 6. & dixi in trac. de mercat. in titu. mand. nu. 13. & in hãc sñiam inclino, cum non sit verisimile, ꝙ si fuisset expressum frumentum pro cõsueto periculi pretio aliquis rem saluã fore promisisset, sed vel non promisisset, aut valde periculi pretio aucto promisisset & posset hoc notioribus argumẽtis, probari, quæ consulto prætereo: & quoniam ex relatis, ac recitatis

in

Source : BIU Cujas

in præcedentibus quæſtionibus obiecta diluuntur, breuitatis cauſa non repeto,& vide cap.Barchi.num.mihi 233.

Cariche, ò da caricarſi.

SVMMARIVM.

1 *Aeſtimatio mercium amiſſarum quomodo fieri debeat, vbi paulò ſuperius laudantur Hiſpani, & Antuerpienſes.*
2 *Interpretatio ad l.2.in §.ſed in his.ff.ad l.Rho.de iact.*
3 *Interpretatio ad l.2.in §.portio.ff.ad l.Rho.de iact.*
4 *Mercium aſſecuratarum valor ſi expreſſus ſit in formula, an valori ſeu exiſtimationi expreſſæ ſtandum ſit.*
5 *Verba enunciatiua an probent, eleganter declaratur.*
6 *Aſſecurans in ſumma mille merces oneratas in naui, quid ſi merces oneratæ non ſint, ſeu non ualore mille.*
7 *Falſa cauſa non vitiat ſtipulationem aut legatum, pro miſſore tamen ſciente non autem ignorante: item niſi ſubſtantialia contractus deficerent.*
8 *Participiorum in tus, & in dus, ſignificatio, & uis.*
9 *Aſſecuratores mercibus non oneratis uel in parte ad ualorem pecuniarum non oneratis num aſtringi poſſint ad reſtituendum pecunias receptas ratione ſuſcepti periculi.*
10 *Nauigatio ſi ſe quuta non fuerit implemento aliquo iuſto uel iniuſto, aſſecuratores num teneantur ad reſtitutionem pecuniarum ratione periculi ſuſceptarum.*

GLOSSA VI.

LIcèt quò ad merces oneratas & onerãdas relatio ad apocham onerationis habeatur, ſemper tñ in hoc Barchi non.conſtitutiones laudaui, quibus merciũ genera ſpeciatim exprimenda quantum in aſſecurato eſt,& pretia mercium taxanda quibuſdam adiectis decernitur.vt in ca.227. 229.& 232.hoc amplius, vt octauæ partis rei aſſecuratæ periculum ad aſſecuratos omnino pertineat, & ſcio Antuerpienſes, & Hiſpanos quoſdã in eorum formulis pretium mercibus oneratis adiicere.& aſſecuratos propterea exonerari ab onere probandi mercium pretia,& rationes ac computa oſtẽdẽdi,& ſolũ aſtringi ad probãdum naufragium, ſeu mercium amiſſionem, & literas,ſeu apocas onerationis exhibendum,quod etiam laudo: id enim ad dirimendas lites pertinet. Cum ergo de valore mercium in noſtra formula nil dicatur, eleganter quæritur, ſi merces aduerſa tempeſtate perierint,aut finge à piratis direptæ fuerint,& aſſecuratores dicant res deperditas, aut direptas non aſcendere ad pecunias aſſecuratas. Docere nanq; debent mer-
1 cium domini,iidemq; aſſecurati merciũ valorẽ(vt dixi) † Quomodo mercium amiſſarum æſtimatio fieri debeat. Num tempus amiſſarum rerũ,naufragii ſcilicet,aut direptionis,inſpiciendum ſit, vel emptionis, ideſt qñ dñs eas emit tempus ſpectãdũ, vel loci & temporis habenda ſit ratio,ad quem merces aſportabantur,vt æſtimatio fiat,quanti in loco deſtinato vendi potuiſſent,ſi eo loci ſaluæ perueniſſent,ſeu magis contractę obligationis tempus conſideretur.Santer.in ſuo tract.de fideiuſſ.in tertia parte,num.40.& ſeq.non indocte quidem diſſeruit articulum, & putauit, ſiquidẽ promiſerit quis merces ſaluas fore in loco aliquo,vt puta Anconæ,ſeu Vlisbonæ, eius loci æſtimatio ſpectanda ſit.l.fi.ff.de condi. triti. ſi verò non promiſit merces ſaluas in aliquo loco,ſed æſtimationem,ſeu valorem mercium in caſu aduerſo(vt eſt de more) & tps contractæ obligationis ſpectandum ſit,& mercium æſtimationem fieri, quanti tunc valebant.l.fundum Cornelianum ff. de noua. ratio; quia tunc æſtimatio debetur iure obligationis,vt ibi declarat gl.Item quia aſſecurati magis ſibi in damno,q̃ in lucro conſulere voluiſſe cenſendi ſunt,& quia tex.in l.2.in § ſeu verius. in verſi. ſed in his. ff. ad l.Rho.de iact.vt ait,aduerſari videbatur,vt perẽptionis mercium tempus inſpiciatur,vt ſenſit gl.ibi in ver.veniri poſſunt,reſpondit ideo ibi ita diſponit; qñ æſtimatio debetur loco rei;qa fit exoneratio collatione, ſi res iectæ perierint, & meritò iactus tempus conſideratur,non qñ emptę,ſed qñ vẽdi poterant. ſubiecit etiam non obſtare tex.in l. quoties in diem. ff. de verb. oblig.& l ſi calendis.ff. de re iudi. quæ iura tempus periculi quò ad æſtimationem inſpici debere dicunt, & contractus iſte aſſecurationis cenſetur conditionalis.Qñ licèt cõditionalis ſit cõtractus, conſiderato aduerſæ fortunæ caſu nõ tñ aſſecurator dr̃ debitor rei ſub conditione,vel modo,vt in d.l.quoties,ſed ſemper dr̃ debitor æſtimationis, ad quam ſe obligauit, quæ æſtimatio certa eſt,vt in d.l.fundum,& addit poſſe diſtingui,vt per Bar. ibidem,& in d.l.fundum,& prout notatur in l.vinum. ff. ſi cert. pet.q̃ hic debetur æſtimatio iure obligationis,eo q̃ principaliter ad eam ſe obligat,& ꝑñr tempus contractę obligationis ſpe
2 ctetur.Hæc ille.† ego autem animaduerti, Sãter forſan lapſum fuiſſe circa interpretationem l.2.in §. ſeu verſi. ſed in his.ff.ad l. Rho. de iac. pro cuius clariori interpretatione ſciendum eſt, q̃ in ea l.in §.iacturæ.dr̃ iacturæ ſummam pro rerum pretio diſtribui oportet.ad cuius.§. interpretationem ſubiungitur in ead. l. §.portio.vbi I.C.in hęc verba:portio autem pro ęſtimatione rerum quæ ſaluæ ſunt,& earũ quæ amiſſæ ſunt,præſtari ſolet. Nec ad rẽ pertinet, ſi hæ q̃ amiſſæ ſunt pluris venire potuerint; qñ detrimenti nõ lucri fit p̃ſtatio: ſed in his rebus quatũ noĩe cõferendum eſt,æſtimatio debet haberi, non quanti emptæ ſunt, ſed quanti venire poſſunt,addit ibi glo.tempore peremptionis, & in hac parte ſenſit Santer. tex.aduerſari, ſed clarius explicare libet I.C. intentionem. Dixerat I.C. (vt retuli) iacturæ ſummam pro rerum pretio diſtribui oportere, deinde in §. portio, declarat,quomodo debeat fieri æſtimatio rerum, quæ ſunt ſaluæ:item, & rerum quæ ſunt amiſſæ. & in prima parte tractat de æſtimatione rerum amiſſarum,& vult in his æſtimationem fieri debere,quãti ſcilicet emptę ſunt:hoc voluit Accur.ibi in verbo non lucri,& indicat Iuriſconſultus in verſi.ſed in his qui aduerſatur in illis verbis,non quanti emptæ ſunt, quaſi dicat, non quemadmodum in præcedenti caſu, in tantum q̃ tentauit Accur.dicere,q̃ ſi merces iactus, & peremptionis tempore minoris valerent,q̃ tunc cum emptæ ſunt,illud tempus ſpectetur,qcquid dixerit Rapha ibidem:nam hoc vr̃ ex mente legis;quia detrimenti fit.præſtatio,& I.C.ſubiungit. in his rebus amiſſis non haberi rationem lucri quò ad æſtimationem earum, & ſic non eſſe ſpectandum, q̃ venire potuiſſent pluris in loco, ad quem erant deſtinatæ.In ſecunda verò parte(vt dixi) loquitur de æſtimatione rerum,quæ ſaluæ ſunt,& ait,æſtimationem fieri debere non quanti emptæ ſunt,ſed quãti venire poſſent. dicit ibi gl. tempore peremptionis,æſtimatio ergo rerũ quæ ſaluæ ſunt, fit, vt ratio habeatur,ſi pluris eſſent res ſaluæ in loco, vbi iactus eſt, ſed cur diuerſum,q̃ in rebus amiſſis lucri ratio non haberur, in rebus verò ſaluis hr̃.Alber.ibidem talem reddidit rationem;qa quia illi,quorum merces ſunt ſaluæ,tenentur alios indẽnes ſeruare pro omni lucro, quod habent ratione damni, quod alius paſſus eſſet,ex iactu ergo non venit lucrum,citat l.j.& 2.in prin. & §.noſtrum,& §.cum in eadem,& dic tu clarius,in rebus amiſſis detrimenti ratio hr̃,in ſaluis lucri;quia ex iactu propter amiſſas res aliorum conſequuti ſunt, vt merces ſuas ſaluas haberẽt,
3 & æquitas ita ſtatuendum ſuadet.† Vnde eleganter inquit Alb. ibidem.§.portio.non corrigi ex l.vni. C. de ſenten quæ pro eo, quod inte.qñ locum habet, qñ intereſſe petitur ex contractu, vel ex delicto,vel culpa,vel mora, & meritò intereſſe venit ex lucro,quod ſine alterius iniuria percipi potuerit,& ita omnes leges intelligunt de intereſſe tractantes,ſed in §.portio nil ex prędictis interuenit,ſed æquitate his, qui merces pp iactum amiſere,damnum reſarcitur,cum pp iactum harũ aliæ ſaluæ ſint redditæ,vt in §.ęquiſſimum;ſed(vt vnde diuerteram redeam) vides lector candide,q̃ non aduerſatur verſi.ſed in his.modo quo dixit Sant.quia in rebus amiſſis quoad æſtimationem tempus emptionis nõ peremptionis ſpectatur.Dixerit aliquis, ergo in quęſtione propoſita ſpectandum erit emptionis tempus, non autẽ contractæ obligationis,& in hoc aduerſatur ille tex. & tempus etiam peremptionis,ſi eo tẽpore minoris eſſent merces,ex ſententia Accur.ſuperius relata,verùm dici poſſet,ſpectari tempus emptionis in caſu noſtro, non illud, quo merces emptæ ſunt à dñis, ſed quo aſſecurationis cõtractus celebratus eſt,cõtractus; nanq; iſte(vt nõ ſemel dixi)ſimilis eſt emptioni, & meritò inſpiciatur tempus,quo pretio periculum emitur, vel diem & tẽpus cõtractæ obligationis ſuper aſſecuratione ſpectandũ; quẽadmodum enim in rebus amiſſis in iactu tẽpus emptionis ſpectatur,vt damnũ ſarciatur, eadem æquitate in caſu tempus cõtractæ obligationis ſpectandum eſſe,vt damnum emẽdetur ratione contractus ſuper aſſecuratione, quaſi contrahentes ad tẽpus contractæ obligationis ſe retulerint.d.l.fundum Cornelianũ,& facit l.ſi ſtipulatus fuerim.in §.j & l.ſi à colono.ff. de verb. oblig. Dixerit etiã aliquis, dixiſti in rebus amiſſis pp iactum lucri rationem non haberi, ſed tantum detrimentum reſarciri ex æquitate. At vbi agitur ex contractu,vel delicto,mora, vel culpa,venire intereſſe ex lucro, quod percipi põt ſine alterius iniuria:cum ergo in caſu propoſito ſit obligatio ex cõtractu aſſecurationis,ergo lucrum venit, & ſic inſpici quãti plurimi merces eſſent amiſſæ ſeu direptæ peremptionis tempore.Huic argumẽto non inſubtili(vt puto) poſſet reſponderi,aſſecurationem reſtrictam,& limitatam eſſe cenſeri ad obligationis contractæ tẽpus,& de illo tẽpore contrahentes cogitant,vt dixi,& facit tex. in l.fi.in §.j.ff.de leg.2.cum ergo æſtimatio quodam modo principaliter in obligatione deducta ſit, & debeatur iure actionis, placet mihi ex relatis iuribus, & rationibus obligationis tẽpus ſpectandum, & non vltra creſcere,quibus addes Bar. in l.vinũ. num.8.ff.ſi cert.pet.& duo bona iura l.id quod.in §.fi.ff.de conſti.pecu.& l.vbi.in fi.ff.de eden.& vide Dec in d.l. vinũ.nu.15.& Hieron.Bot.nu.24.& etiam Alex.ibidem, à quo habui dicta iura, & nota q̃ in noſtra formula fiũt aſſecurationes ſingulatim, & noĩatim expreſſis ſummis ab aſſecuratoribus,vt vidiſti in ea.

4 Sed hic ſubiungi poteſt quæſtio. † Quòd ſi in hac noſtra formula adiectum eſſet,quæ merces ſunt valoris duorum milium. Num æſtimationi expreſſæ ſtandum ſit, in tantum vt aſſecurati valorem mercium probare vlterius non teneantur,conſiderabam in quæſtione facti ſpecies infraſcriptas.

Prima.Si aſſecuratores conuenerint,ſi merces amittantur,ſe duo millia ſcuta ſoluturos res hæc ſit extra cõtrouerſiam, legẽ enim contractui contrahentes dant l.j.in §.ſi conuenerit.ff. depo.l.in

Source : BIU Cujas

po.l.in conuentionalibus.ff.de verb.obl.

Secunda facti ſpecies, vbi ęſtimatio facta eſt, in hæc verba. ſup mercibus, quæ aſcendent ad ſcuta duo millia, in qua aſſecuratio ne prædicta non obſtante, his qui ſe aſſecurarunt, tanti merces fuiſſe onus probandi incũbere exiſtimo, cuius rei illa ratio reddi poteſt. Quia relatiuum, quis, vel qui, adiunctum verbo futuri temporis conditionem inducit, exponendaq; ſunt relata verba quatenus aſcendẽt. l. ſtichum qui meus erit. ff. de leg. j. l. ſi debitor, in §. veriſimile. ff. de contrahen. empt.

Tertia facti ſpecies eſt, vbi in formula adiicitur, ſuper mercibus, quæ aſcendunt ad duo millia. Aut ſunt valoris, ſeu ęſtimationis duorum millium, in qua Sãter. in trac. de fide iuſ. & ſpon. parte tertia, nu. 4. ſcripſit in hæc verba, ſi reperitur deceptus aſſecurans, reſcinditur ęſtimatio prædicta, vt no. in l. j. C. quæ res vẽ. voluit forſan citare l. 2. C. de reſcind. vend. quia ſubiicit Bart. & alii ibidem dicunt, æquitatem illius legis extendi ad cõtractus, ex quibus par hinc inde naſcitur obligatio, & addidit etiam ex mente gl. in l. ſi quis cum aliter. ff. de verb. oblig. dum dixit, ſi pro parte ſim ſtipulatus rem, quam minus dimidia iuſti pretii emi, tuebitur exceptione doli, vt in d. l. ſi quis cũ aliter. de verb. obl. vbi Bar. & alii, quod tanquam quotidianum notandum ait. Cũ ergo dixerit, ſi dñs mercium plus petat, q̃ vera mercium ſit æſtimatio, obiici poſſit doli mali exceptio, ſenſiſſe vt̃, æſtimationi expteſſæ ſtandum eſſe. Reus enim in exceptione eſt actor l. j. ff. de except. & ſi tantæ æſtimationis non ſint merces, non teneat̃ aſſecurator ad integram expreſſam æſtimationem, citat etiam, quod no. in l. ſi. §. j. ff. de leg. 2. & l. cum pater. in §. pater qui filio. eo. tit. vbi verbum æſtimatio (vt ait) ſemper refertur ad iuſtum pretium, licèt ſimpliciter proferatur. l. ſi fundum. in §. ſi libertus. ff. de leg. j. Pro qua ſententia vt̃ tex in l. optimam. C. de contra. & com. ſtipulat. vbi legitur, verba enunciatiua in contractibus poſita inter contrahentes probare, donec contrarium probetur. Rurſus hæc ſententia comprobatur ex his, quæ ſcripſit Io. And. in c. cum in iure. circa fi. de offic. de leg. & Anch. in clem. j. de ꝓbat. verba in inſtr̃o prolata præſentibus partibus ſemper fidem facere contra eas, refert, & probat Afflic. dec. 83. in cauſa, nu. 4. & regulariter ſubſcribens omnia approbare cẽſetur, quæ in ſcriptura ſubſcripta cõtinentur, vt per doctores in l. ſi ita ſtipulatus. in §. Chriſoganus. ff. de verb. obl. & aliis ſexcẽtis locis tractatur.

Contra verò, ꝙ relata verba non probent, & ſtandum nõ ſit,
5 occurrit; † quod dr̃, verba enunciatiua inter, prẽſentes probare, locum habet, vbi agitur, vt actus valeat, ꝓp. quem fuerunt enunciata, & denunciato incidẽter quæritur, vt valeat, id quod principaliter in inſtrumento continetur, ſecus eſt, qñ de illo enunciato principaliter diſputatur. vt elegãter declararunt Ant. But. & Abb. in c. illud. de præſump. & probat Alex. in conſi. 21. num. 8. & conſi. 136. num. 12. vol. j & in l. ex hac ſcriptura. apud Bar. ff. de dona. & alibi ſæpe, & commendat Ias. in conſi. 111. col. 2. circa fi. lib. 4. & commendat Matt. in no. 80. Nota ꝙ quotieſcunq;, & exemplum in eandem l. optimum adiecit, ſi in inſtr̃o dr̃, me promiſiſſe cẽtum Titio Seruo Sempronii, vt ſtipulatio valeat, probat hoc inſtr̃m inter me, & Sempronium, ſed ſi poſtea inter me, & Sempronium controuerſia eſſet de dñio Titii, hæc cõfeſſio Sempronio non opitulatur, & plene probat Dec. conſi. 213. in fi. & conſi. 348. de duobus &c. in fi. Ruy. in conſi. 44. nu. 6. Primo quæritur &c. vol. 5. quæ declaratio recepta eſt, vt teſtat̃ Cur. Iun. in conſi. 24. num. 3. & conſi. 95. ſacratiſſimæ &c. Pau. Pariſ. in conſi. 94. ſpectabiles &c. num. 19. in prin. & adde ac cõſidera, quæ dixit Alcia. in conſi. 11. num. 12. Tho. 1. eodemq; lib. & conſi. 57. lib. 5. aduerſatur enim. Dicet aliquis; illud ſpectandũ, num relata verba enunciatiua dici poſſint, cum illa verba enunciatiua dici ſoleant, quæ præfationes ſeu proœmium continent, in quibus voluntas non ſiſtit, ſed tranſeunt, ſeu per ſe non ſtant, & nõ ſunt verbum principale rationis ſeu in diſpoſitionis verbis, vt probat Alex. poſt Bal. in conſi. 82. num. 19. vol. 3. & Affl. in relata deciſione, nu. j. ſed ſi verum amamus, cum aſſecuratio abſq; æſtimatione ſtet, ſi principaliter de ea diſceptetur, dicẽdum eſt relatæ æſtimationi enunciatæ ſtandũ non eſſe, & meritò onus probãdi valorem mercium aſſecuratis incumbere. Pro qua ſententia facit, quod ait Dec. in d. conſi. 213. is enim inter mercatores reſpondit: cum in contractu ſocietatis de ſorte ſeu capitale (vt ait) ſocii enunciatum eſſet, inſtrumentum non probare, vbi de eo principaliter diſputaretur. Mouet etiam: quia huiuſmodi aſſertiones valoris attẽdi nõ ſolẽt, vt eſt bonus tex. in l. j. C. arb. tut. vbi Acc. de modo patrimonii à teſtatore dicto loquens ait, non enunciatiuæ voluntates, ſed diſpoſitiuæ ſeruãtur, citat l. ſcriptura. C. comm. vtr. Iud. l. verba. C. de teſta. & l. rationes. C. de ꝓbat. Mouet etiam, ꝙ latè de enunciatiuis verbis probando prędicta ſcripſit Gram. in voto 16. conditoris Machinæ &c. Planè ſi ſuper aſſecuratione celebratũ eſſet inſtr̃m, & partes (vt eſt de more) iuraſſent omnia, & ſingula in inſtr̃o, etiam vera, ſtandũ eſſet æſtimationi relato modo enunciatæ, vt ſcripſit Gram. vbi ſupra. Alex. referens, & vide tex. in auth. de iure. à morien. præſt. & auth. quod obtinet. C. de probat. & ſanè hæc ſentẽtia non caret æquitate, quæ præcipue inter mercatores ſpectanda eſt, cum mercium genera multa eſſe non ignoremus, ſintq; vt plurimũ aſſecurantibus incognitæ merces, quibus naues onerantur.

6 Quæſitum fuit, † ſi quis in ſumma mille merces oneratas in aliqua naui aſſecuraſſet, certo (vt aſſolet) ratione ſuſcepti periculi recepto pretio, ſi nauis mercibus onuſta non ſit, vel merces oneratæ ad valorem mille non aſcenderent; quia longè minoris eſſent valoris. Num aſſecurans ſequuto naufragio ad mille teneatur. Idem Sant. in relato trac. in 3. parte num. 10. & ſeq. nu. pluribus vtitur, & (vt vno verbo dicã) in ea fuit opinione, ſi nullæ merces oneratæ ſint in odium aſſecurati, contractus non teneat, ſi aliquæ pro valore, & ęſtimatione mercium oneratarum aſſecurans teneatur, quæ ſuã nõ caret ratione. Nam (vt dixi in prędatione) contractus noſter aſſecurationis innominatus eſt, & cum proximè accedat venditioni ſm regulas emptionis, & venditionis ſtatuendum eſt. Is enim, qui ſaluam rem promittit certa recepta pecunia, periculi euentũ emere vr̃, & meritò periculi pretium appellatur à iuriſconſ. ff. de nau. fęn. l. periculi, ſi ergo merces oneratę non reperiantur in naui, emptio non eſt, eſſe nanq; debet res, vt ſit emptio, & nihil videtur actum, ſi in rerum natura non ſit, quod vęnierit l. j. l. cum hęreditatem, cum l. ſequen. ff. de hęre. vel act. vend. & eleganter inquit iuriſcon. in l. j. in §. j. ff. de do. prę leg. ſi quis ita legauerit, centum quę in arca habeo, aut quę ille apud me depoſuit, ſi nulla ſint, nihil deberi cõſtat; quia nulla corpora ſunt. Citauit idem Sant. pulchrum text. in l. ſi ſeruus legatus. in §. qui quinq; ff. de leg j. vbi legitur, ſi quis decẽ, quę in archa habebat, legauit, vel promiſit, ſi quinque tãtum habebat, ſtipulatio, & legatum valet, vt ſola quinq; ex ſtipulatu vel teſtõ debeantur: facit etiam tex. in l. ſi quis fundum. ff. de cont. emp vbi legitur, ſi hęres vendidit fundũ, quanti à teſtatore emptus eſt, mox inueniatur non emptus, ſed donatus teſtatori, vr̃ quaſi ſine pretio facta vẽditio, & ſubiicit. Ideoq; ſimilis erit ſub conditione factę venditioni, quę nulla eſt, ſi conditio defecerit. Idẽ ergo iuris eſſe debet, ſi mercibus nauis onera
7 ta non ſit. † Adde etiam l. ſi diuortio, & ibi Bar. & alios, & maximè Ias. nu. j. & nu. 8. de verb. obli. Quod enim dr̃, falſam cãm de prętérito ſtipulationem, & legatum non vitiare, id admittẽdũ eſt promiſſore ſciente cauſam eſſe falſam: contra verò in errante, vel ignorante. l. pen. §. mulier. ff. ſolu. mat. Item niſi in caſu, in quo ſubſtantialia contractus deficerent, vt per Ias. in eodem loco, & Bar. in l. demonſtratio. ff. de cond. & demon. nu. 10. quibus in locis citatur d. l. ſi quis fundum. ff. de act. emp. Prętérea in pro-
8 poſita queſtione † duo participia cõſideranda ſunt, oneratis, & onerãdis, alterum prętériti tpis, alterum futuri temporis, verbi paſſiui, primum rem perfectam, & conſumatam ſignificat. l. j. §. fi. ff. quod quiſq; iu. Bar. in extra. ad reprimen. in ver. non obſtantibus. Ruy. in conſi. 226. nu. 6. vol. j. Alterum inſtruit in futurũ, quid agendum ſm Ias. in rub de libe. & poſthu. nu. 23. & participium illud reſoluitur, quę onerabuntur: relatiuum autem iũctũ futuro tempori facit conditionem. l. Stichum, qui meus erit. ff. de leg. j. & inquit Bar. in l. j. num. 35. ff. de condi. & demon. Ruy. in conſi. 169. num. 11. vol. 2. & vide in rubricis. ff. & C. de lib. prę te. & quę ſcripſit Alcia. de hoc participio in conſi. 28. nu. 3. lib. 8. To. 3. Nec me latet, aliqñ (impropriè tñ) participium verbi paſſiui futuri temporis reſolui in participium verbi prętériti temporis, vt probatur in l. j. ff. de cond. fur. in verbo, perdẽdę, quod exponitur pro perditę, & cõtra in l. vẽditor. in §. fi. ff. de ſer. expor. vbi irrogatam pro irrogandam, concludendum eſt ergo: qm̃ de hac queſtione mercatores non valde dubitant, non exiſtentibus mercibus aſſecuratores non teneri, & exiſtentibus pro earundem iuſta ęſtimatione. Hoc amplius Benuenutus tentat dicere, ſi aſſecuratus ſciens merces oneratas non fuiſſe, aut modicas per caliditatem ſequuto naufragio aſſecuratores conueniſſet, tanquam impoſturam faciẽs in necem alterius ſtellionatus poſſit poſtulari. l. 3. ff. de crim. ſtellio.

9 Et illud iterum in dubium reuocatur † diximus, eatenus aſſecuratores teneri, quatenus merces oneratas, & amiſſas conſtitiſſet; ſed quia aſſecurantes pretium periculi recipiunt, Num mercibus non oneratis, uel non in ſumma pecuniarum promiſſarũ in totum uel in partem pecunias receptas ratione ſuſcepti periculi reſtituere teneantur? Et prima fronte cum periculum nullum fuerit: quia merces oneratę non fuerunt tanquam ob cauſam datum cauſa non ſequuta repetitioni locum eſſe uidebat̃, toto titu. ff. de condicto. ob cau. & ſimiliter pro portione, quia idem iuris eſt de toto quo ad totũ, quod de parte quoad partẽ. l. quę de tota. ff. de rei uen. de quo arg. plenè ſcripſit And. Tiraq. in commẽ. de utroq; ret. Glo. 7. § j. num. 46. pag. in meo Codi. 86. Verum idem Pet. Sant. in contrariam ſententiam inclinat, ut in tertia parte. nu. 19. & ſeq. is enim inquit, licet contra aſſecurantem, & promittentem contractus non teneat, in eius tamẽ fauorem, & prędiudicium falsò aſſerentis ſe mercibus nauim oneraſſe tenet, citat. l. ſi quis cum fundum, cum Glo. ff. de actio. emp. & hoc propter eius temerariam aſſecurationẽ l. Iulianus. §. item qui furem. eo. tit. & probat Sali. ſuper relata Glo. & Glo. in l. rem alienam. ff. de con. empt. & uide Bar. in l. demonſtratio. nu. 10. ff. de cond. & demon. addit & ſpẽ, cum per eum ſteterit,

quo

Source : BIU Cujas

quo minus merces ī nauim immiserit, perinde haberi debet, ac si immisisset. l. in exequutione. in §. si. ff. de verb. oblig. quod cō proba ex his, quæ scripsi in trac. de sponsionibus, in 4. parte, ver. Item quæro facta est sponsio &c. & subiicit, non recte posse dici pretium periculi sine causa receptum; cum merces in naui immissæ non fuerint. Quia licèt cesset periculum, non tamen causa promissionis cessat, videlicet assecurationis, & imputandum est ei, qui mentitur, vt in relatis iuribus hoc amplius putauit pp mendacium, & temerariam asseuerationem, non solum denegandam assecuratis pecuniæ receptæ repetitionem: Verùm ad periculi pretium promissum assecuranti actionem concedi, qđ satis ex relatis probatum videtur. Nec est nouum in multis iuris articulis contra mendaces varia, ac diuersa fuisse statuta, vt dixi in trac. de Decoct. par. 3. num. 17. Planè cum in relata nostra formula dicatur, mercibus oneratis, & onerandis, si iusta cā interuenerit, quare oneratio facta non sit, finge superioris, & Principis auctoritas, qui merces licitas, & exportari solitas prohibuerit, succurrendum esset assecuratis, & per exceptionem & repetitionem: in omni nanq; pacto intelligitur superioris auctoritas excepta. Glo. pen. in c. quæ contra mores. vbi Gem. 8. distin. c. veniētes, vbi Doctores de iure. l. fi. vbi plene Iaſ. ff. qui satis cogan. & hoc æquitas suadet, quæ ante oculos semper esse debet cessante mendacio, & culpa.

Est & illud prædictis annotandum, illud verbum, da caricarsi, ad remouendum controuersias recte adiici: si enim assecuratio fuisset facta pro mercibus oneratis, aut merciū, quę sunt in naui, aut suarum mercium quis periculum suscepisset, & assecuratus videns merces non ascendere ad æstimationem pecuniarum promissarum, alias merces post assecurationis contractum in naui immisisset, sequuto naufragio, aut direptione p immissis tm̄ contractus tempore assecurans teneret. Verba nanq; prę sentis seu præteriti tpis ad futura nō trahuntur. l. si stipulatus. §. cum stipulamur, & l. si à colono. ff. de verb. obl. & probat Bar. in l. si ita. num. 3. ff. de aur. & arg. leg. & Sant. vbi supra num. 48. qui post Bar. respon. l. fi. C. quæ res pig. vt locum habeat, cum agitur de modico præiudicio: hypotheca enim nō auget summā obligationis, vt Accur. ēt ibidem dixit, at in casu agitur de magno præiudicio, valoris scilicet mercium, & adde bonum tex. in l. cū ita legatur. ff. de leg. 2. & Iaſ. in consi. 5. strenui, & generosi. col. 5. versi. 5. facit &c. volu. 3.

10 Sed finge † Nauim mercibus onustam in Portu Alexandrię, aut Bisantii, & cum esset parata ad nauigandum cōditio tpis impedimēto fuerit, vel quia deiecta, aut depressa in ipso portu aduersa tempestate fuerit, aut ictu fulminis deusta armamenta, iuxta l. nauis aduersa, & seq. ff. ad l. Rho. de iact. Nū assecurator ad restitutionem pretii ratione suscepi periculi pp nauigii impedimentum astringi possit; Hæc quæstio tractata est ab eodē Sant. in qua cum se aliquātulum inuoluat, missa faciemus scripta ab eo, sciendum est ergo (vt in præfationibus diximus) cōtractum hunc innominatum, si veterum interpretum sentētiæ adhærea mus, inspecta conuentionis forma contractus, do vt facias, dicemus; quia Mercatores qui se assecurari volunt, alios requirūt, & dant finge decem, vt saluas merces promittant, & periculū in se suscipiant. Si verò opinioni Bartoli tanq̄ magis receptæ assentiamur, ex parte vnius dicet̄ do, vt facias, & alterius verò parte facio, vt des, vt notauit Bar. vbi, & alii in l. naturalis. in §. sed si facio. ff. de præs. verb. in l. si pecunia. ff. de cōd. ob caus. in l. si quis cum sciret. ff. de iure. vbi etiam Iaſ. nu. 5. item fm est, cp mercator, qui assecurat sub conditione, vel mercium æstimationem, vel pecunias specialiter summas exprimendo promittit, in euē tum scilicet casus aduersi, vt in toto titulo. ff. de nau. fœn. & maximè in l. periculi. eo. ti. & patet ex formula nostra in ver. e se interueniſſe, ò fosse interuenuto &c. Illud etiam certi iuris est, in contractibus innominatis correspectiuis (vt dicunt) locum esse pœnitentiæ l. si pecuniam. vbi Iaſ. multis modis restringit. ff. de cond. ob cau. his præfationibus habitis, elegans est text. in d. l. si pecuniam. vbi I. C. in hæc verba. si pecuniam ideo acceperis, vt Capuam eas, deinde parato tibi ad proficiscendum conditio tē poris, vel valetudinis impedimento fuerit, quominus proficisceris, an condici possit, videndum est, & cum per se non steterit, pōt dici repetitionem cessare, sed cum liceat pœnitere ei, q dedit, proculdubio repetetur id, quod datum est, ex quo textu vides solutam quæstionem; sed audi quid ibidem Bar. sub num. 14. scriptum reliquerit, is enim ait videamus, qñ ex defectu causæ competat repetitio, & ad rem subiunxit. Aut deficit causa, q̄ ab initio erat impossibilis, aut deficit causa, quę fuit possibilis, & hoc secundo casu, qui cōgruit quæstioni præpositæ, aut deficit casu fortuito, aut facto eius, qui debet implere, aut eius, in cuius persona debet impleri. Primo casu ante moram non est locus condictioni ob causam, quasi causa non sequuta, sed ex pœnitē tia sic vt hic, aut post moram, & tunc secus, vt in l. 3. §. j. supra eo. secundo casu indistinctè est locus repetitioni: vt in d. l. 3. in prin. & §. j. l. naturalis & l. j. ff. de præscrip. ver. 3. casu nō est locus repetitioni quasi causa non sequuta, vt in l. pen. C. de condi. ob cau. sed qñ pœniteat, poterit repeti. l. 3. §. j. aliàs 2. supra eo. Hæc ille, q subiungit, & alia quæ videre poteris, & quia hæc materia est indifficilis (vt doctores dicunt) in d. l. si pecuniam, vide ibidē Alexan. sub num. 9. & Iaſ. sub nu. 17. & Saly. in l. pen. C. de condi. ob cau. & quæ apud eum notantur, & referendo scripta doctorum ad quęstionem propositam, non male dici pōt, si casu fortuito, & impedimentis relatis non sequatur nauigatio, ex pœnitentia cessante mora repetitionem concedi, & idem iuris esset, si publicarum necessitatum cā nauis retenta esset, iux. l. iubemus. C. de sacr. eccl. & vide l. Lucius Titius. ff. de euict. si verò facto Assecurati euenerit, vt quia illicitis mercibus nauis sit onerata, & p̄pterea retenta, & repetitioni non sit locus, & sua culpa noceat, facit l. pen. in §. nauem. ff. locat. & quod in multis locis dixi in tract. de merca. maximè in tit. de naui. §. Postquam num. 25. facit etiam l. pen. C. de condi. ob cau. & reg. l. iure ciuili. ff. de cond. & demonst. sed si facto Assecurantis euenerit, quominus sequatur nauigatio, quod multis modis pōt cōtingere, vel quia D. nauis fuerit, & nauigationem impedierit, vel quia sua opera, & facto impedita fuerit nauigatio, locus erit condictioni, & repetitioni l. 3. §. j. ff. de condi. ob cau. l. naturalis. ff. de præs. ver. & facit ad prædicta l. in executione in §. fi. ff. de verb. obl. ex quo tex. notabilis regula sumitur. ff. de reg. iu. l. in iure ciuili. ff. de cōd. & demon. l. iure ciuili, & regula, cum stat. de reg. iu. lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *Onerantis nomen fictitium non vitiat assecurationem, dummodo constet de onere.*

2 *Mercatorum consuetudo, qui seruiunt de nomine alieno non improbanda cessante dolo, periculosa tamen.*

3 *Declaratio ad titulum, plus valere quod agitur, quàm quod simulate concipitur.*

4 *Simulatio quando non sit improbanda.*

5 *Recuperandarum mercium causa euntes admonentur in bona simulatione.*

GLOSSA VII.

Per M. Nicolò Pilestri, ò qual si voglia altra persona.

REcte quidem adiicitur, & quauis alia persona. Qm̄ fit relatio ad literas onerarias, quas vocant, caricamēti, in qbus nomen onerantis exprimi solet (vt dicemus cū de his literis tractabimus) est & illud huic rei an-
1 notandum, † solere præcipuè ludæos mercatores Alexandriæ commorantes fictitium nomen onerantis apponere, & qui in loco non reperitur. Simulant enim nomen quo Christiani vtū tur, vt puta, Pauli, aut Scipionis, vt merces non depredentur à piratis Christianis, vel Nauarco, & Regis catholici classis p̄fecto, à quibus Hebræorum Turcarumq; merces diripi solent, & vana omnis spes recuperandi redditur. Quæ simulatio nō est improbanda: cum ad regiones Christianorū merces deferūtur, iuxta Glo. not. & singularem forte in l. j. in §. j in versi. deseruiūt. ff. de
2 dolo. vbi legitur † bonam esse dissimulationem mercatorum, qui trāsferunt in alium dñium mercium, vt non depredentur, quod hodie periculosum est, & cautius peragendum, cum non solum mercatorū fides refrixerit, verùm (vt Poeta cecinit) Nusquam tuta fides. quibus illud adiiciendum, quod eleganter scripsit Bal. in consi. 400. in libris Thesaurarię. in 5. is enim doctè q-
3 dem † declarans titulum, plus valere quod agitur, q̄ quod simulate concipitur, sub num. 6. inquit, interdum nulla est simulatio respectu obligationis; sed circa personam stipulantis, vel chirographātis: & hoc p̄t esse pluribus modis. Primo cp ab initio quis nō vult nominari in stipulatione vel chirographo, sed facit stipulationem, vel chirographum cantare in personam amici. Sę pissimè enim hoc fit bona fide cessante dolo, vel fraude. ff. de hære. insti. l. quidam cum filium, & est expressum. C. de cont. & commit. stip. l. optimam, & reliqua. vides ergo cessante fraude nomen onerantis non verum adiici nil referre, nec ex hoc in hac materia ferendum eum, qui vellet probare Scipionem, aut Paulum in loco non fuisse, iuxta dictam l. optimam, & Glo. ibi, de quo tractat Ruy. in consi. 35. & seq. volu. 4. Iaſ. in consi. 13. circa fi. vol. 3. Soc. in cons. 68. col. 2. lib. 4. Aym. in tract. de Anti. Tempo. par. j. versi. viso. nu. 8. & seq. constito enim de mercium
4 oneratione cessante dolo nil vlterius est quærendum. Et † qm̄
5 de simulatione nō improbata memini, placet admonere † eos, qui recuperandarum mercium direptarum causa mittuntur, vt si qñ viderint Piratas, aut latrones promptiores esse ad dimittēdum merces alicuius mercatoris, memores sint eius, quod scripsit Accursius in d. Glo. in versi. seruiunt. Is enim declarando in risconsultum in illis verbis, sicuti faciunt, qui per huiusmodi dis simulationem deseruiunt, inquit, est exemplum, si latrones plures ceperint, cum vni eorum in rebus vellet facere gratiā. Quærunt, nunquid sint istæ res tuæ, & ipse respondet ironice, Nōne uos bene scitis? hæc ille. & notauit Bar. ibidem simulationem, q̄ fit ad defensionem alterius iustam, & dolum nō esse; & ad rem placet subiungere, quod Paul. Castr. scriptum reliquit in l. j. ff. l. Rho. de iac. Refert enim cum merces plurium mercatorum p quendam in Galliam exportatæ fuissent, & ad aures eius perueniſſet, ius dicentem omnes merces auferre decreuisse, plures celauit,

Source : BIU Cujas

lauit, & vnus tñ manifestauit, hoc colore, vt vlterius iudex nõ perquireret, quod ex sententia succesſit; quia manifestatæ amissæ fuerunt: cæteræ verò saluæ redditæ. Qui amiserat contribui petebat, replicabatur, cõtributioni locum non esse; quia suę perierant, & sibi perierant, argu. l. pignus. C. de pigno. & ex §. si nauis. in ver. Quod verò prædones in ea l j. ff. ad l. Rho. de iact. ipse verò Pau. Cast. ex facto consultus contributioni locum esse respondit; quia propter manifestationem illarum cæteræ saluæ factæ sunt, vt in d. l. de qua Pauli sententia alibi memini in tract. de nau. in 4. par. ver. sed nec est quotidiana &c. vbi retuli ad frequentem quæst. quam si libuerit, videre poteris. Deniq; de simulatione bona, vel mala vide pulchrum, & no. Glo. in c j. in verſ. simulauit, extra de his, quæ vi met. ve cau.

SUMMARIUM.

1 *Dictio, supra, quod modis accipiatur, pulchre declaratur.*
2 *Assecuratio si est facta super mercibus onustis in aliqua naui nominata, & deinde in alia naui immissæ sint sequuto naufragio, quid iuris.*
3 *Clausula solita adiici in assecurat, quòd merces ex vna naui possint in aliam transferri, declaratur.*
4 *Verbum, trajicio seu transfero, quod sine interuallo, & cum temporis interuallo intelligi possit.*
5 *Nauis assecuratio quomodo fieri soleat, & eius membra eleganter declarantur.*
6 *Verbum, corredi, declaratur.*
Assecuratio facta de naui, & corredis an trahatur ad schapham.

GLOSSA VIII.

Sopra la naue nominata Sancta Maria de Loreto.

1 PRæpositio hæc, super, & supra, aduersatur dictioni, subter, & infra, vt patet in l. j. ff. de Grad. in multis locis. Hæc etiã dictio, supra, aliquando inclusiua est, vt puta, siquis legauerit centum supra dotem, & dotem legasse censetur, Glo. in l. Seia. in verbo supra. ff. de dot. prę leg. Bar. in l. q ita. eo. tit. & apud eum alia Doctorum loca referuntur: similiter dictio, super, pro vltra, accipitur in l. diuortio. ver. item si locatio. ff. solu. matr. illa enim iurisconsulti verba super annuam mercedem, Dy. Alb. & Ias. ibidem exposuerunt vltra seu pręter annuam mercedem, & similiter Bar. vbi supra, nec est noua hæc expositio, vt apud maximum Poetarum.

Super Garamantas, & Indos proferet Imperium. Vnde Seruius Grammaticus 9. Aeneid. probandam illam locutionẽ putauit, studui super mediam noctem. De qua dictione multa retulit And. Tiraq. in comment. de vtroq; ret. §. j. gl. 11. num. 77. sed, & hæc præpositio aliis modis accipiť ab eo non relatis, quos referre non expedit: sed illud non est omittendum, ꝙ accipitur aliquando pro in: vt in nostra formula super naui, idest in naui, vt apud Poetam,

Hic tamen hac mecum poteris requiescere nocte
Fronde super viridi. & in 6. Aeneid.
Liquidumque per aera lapsæ
Sedibus optatis gemina super arbore sidunt.

De nauibus multa scripsi in tractatu quem de nauibus edidi, & inter alia in 2. parte num. 23. in vsu esse dixi, vt naues omnes sua habeant vocabula, quod & Bar. notauit in l. quod in rerum. in §. si nauẽ. ff. de leg. j. & vt omittamus alia, liquet ex quinto Aeneid. idq; vsurpatum est, quo nauis demonstretur: multum eñ interest, an vna vel alia nauigetur naui: ex qualitate enim nauigii, vel faciliores, vel difficiliores ad assecurandum Mercatores
2 redduntur, vnde quæri põt † si assecuratio facta sit, super mercibus immissis in naui S. Maria de Loreto, & merces sint translatæ in aliam nauim, num sequuto naufragio assecuratores teneãtur. In qua quæstione distinguendum est, vt per Iurisconsultum in l. fi. in §. si ea conditione. ff. ad l. Rho. de iac. & in l. item quæritur. in §. si nauicularius. ff. loca. & vide, quæ in pulchra quæstione contra Decium scripsi in tract. de Mercatura, in tit. mandati, num. 39. & seq. num. & adde Car. Ruy. in consi. 65. quanuis &c. vol. 5. qui in eodem facto consultus respondit. † Et qñ in assecu
3 rationũ formulis solet aliquando adiici clausula, ꝙ possint trãsferri merces de naui onerata in alia naui, audi quid idem Ruy. in dicto responso circa dictæ clausulæ interpretationem nõ insubtiliter senserit: cum enim clausula esset concepta in hæc verba, che si possano le dette robbe in cadauno di detti luoghi trabalzare, & ponerle in altri nauilii, sic vertẽs intelligit. Quòd possint de naui, in qua prius erant, in aliam immediate transferri, ita ꝙ sine aliquo interuallo, seu medio (vt ait) de vna naui ponãtur in alia, quod probari ait in l. si vehẽda in §. j. ad l. Rho. de iac. in verbo, transtulit, & in l. nauis. in prin. ibi, traiectæ sunt, eo. titu. & in l. & si transferam. ff. de adi. leg. obligatur ergo ex dicta clausula, qñ de prima naui immediate in aliam fit mercium translatio, contra verò si temporis interuallum interuenit; vt quia ex onerata nauis fuerit, & merces in locum aliquem repositæ, & ꝑ non modicum temporis spatium (vt ait) ibidem permanserint, & deinde aliam nauim fuerint immissæ, si enim casu periissent merces, qui periculum merciũ cum dicta clausula suscepisset, non teneretur, nõ enim dicta clausula includeret hunc casum. Nec enim subiicit, verisimile esse, ꝙ quis velit obligari, qñ merces non transferuntur in aliam nauim immediate, & incõtinẽti, sed in alium locum reponũtur; qñ possent ibi ad tempus retineri, & in alio tempore, quo maius immineret periculũ trãsmitti. Valde enim refert, an vno, vel alio nauigetur tpe, & meritò periculum verisimiliter susceptum vr, stante eodem nauigationis tempore, & subiungit saltim non posse negari, quin isto modo possint relata verba intelligi, ideo ſm relatũ sensum accipienda sunt contra illum, qui ex relatis verbis fundamentum sumit, iuxta notata in l. veteribus. ff. de pact. in l. semper in stipulationibus. ff. de reg. iu. citat etiam Bart. in l. incommodato. in §. si interdũ. ff. commo. cuius auctoritate probare conatur, ꝙ mãdatum habens assecurationem procurandi cum dicta clausula, si omissa dicta clausula assecurationem fieri feciſſet in casu prædicto, & superius relato non teneatur: quia (inquit) vbi culpa est ad casum ordinata, prout esse, dr, qñ ex ea potest casus cõtingere: Tunc si sequitur casus ex illa culpa, quis tenetur, vt ait Bart. Aut casus omnino contigisset posito, ꝙ culpa non præcesisset, & si culpa fuit commissa in non faciendo, & quis non tenetur de culpa l. & in totum. ff. de impen. in reb. do. fact. & hic subiicit, est casus noster, in quo si culpa in non faciendo non præcessisset casum omnino casus fuisset sequutus in damnum eorum, q se assecurari fecerint. Quia vbi in assecuratione etiã fuisset adiecta dicta clausula, obligatio tñ non fuisset commissa; quia casus iste non fuisset inclusus sub illa clausula, quæ declarata fuit, vt intelligatur de translatione, quæ fit de naui in nauim immediate; & absq; tpis interuallo. Hæc ille. quẽ in quæstione quotidiana, & in materia ista paucis (vt puto) nota, libuit ad verbum ferè referre, & quædam addenda, & notãda duxi. & primùm, quòd ad tpis interuallum, ꝙ non sit verisimile partes de alio, & sic diuerso nauigationis tempore sensisse, comprobari posset ex l. q Romæ in §. Callimachus. ff. de verb. oblig. & ex his quę scripsi in trac. de nau. in 3. par. num. 3. vbi retuli Bal. ibidem dicẽtem. Qui non nauigat debito tempore, suo periculo nauigat. & ex multis aliis, quæ ibidem scripsi, & in tract. de nauigat. Item circa verbũ
4 † traiicio, seu transfero, ꝙ dicta clausula (vt ait) immediate intelligatur nullo temporis interuallo interueniente, comprobari põt ex l. item quæritur, in §. si nauicularius. vbi optimus text. in materia. ff. loca. congruit etiam Liuii locus dec. de bello punico, vbi legiť, ne in tumultũ pugnæ turbari ordines possent malis antẽnisq; de naui in nauim traiectis ac validis funibus velut vno inter se vinculo illigatis comprehendit. Verùm non me latet, quod forsan præsenserat Car. Ruy. verbum hoc transferẽdi, & cum tẽporis interuallo intelligi posse, vt probatur in l. translatio. ff. de adi. leg. & in l. nihil. vbi Gl. eo. tit. & indicat illud Varronis de re rust. lib. j. c. 39. Quare cum seminũ ferè quatuor sint genera, quæ non transferuntur de terra in terram, & illud Virgilianum Aenid. 1.

Regnumque à sede Lauini
Transferet, & longa multa vi muniet Albam.

Vnde (ni fallor) sententia Car. Ruy. temperanda vr; & finge inter nauigandum subortam tempestatem, & ꝑꝑ tempestatẽ nauim vitiũ feciſſe, & applicuisse alicui portui, vbi merces fuerint exoneratæ, ne madefactæ deteriores redderentur, aut ne madefierent, & interuallo temporis non magno aliam nauim inuentam, & in eam merces translatas, si postea nauis perierit, aut direptæ merces fuerint, magna æquitas suggerit, vt Assecuratores etiam hoc casũ teneantur, quæ sua defendi posse vr, si nõ in uitis Assecuratoribus factum sit, & congruo tẽpore, & merces fuerint immissæ, seu translatæ in nauim non minus idoneã, iuxta tex. in d. §. si nauicularius, & probare vr tex. in citata l. fi. in §. j. ad l. Rho. de iac. in illis verbis, Nulla nauta necessitate coactus &c. Deniq; sciendum est, ꝙ Londinenses, seu Londinienses in assecurationibus seu formula assecurationum hanc clausulam solent adiicere, & conceptã legi in hæc verba. Si ex aliqua causa, aut difficultate contingeret, ꝙ oneratæ merces exonerentur ex dicta naui, contenti sunt Assecuratores iterum in alia seu pluribus nauibus onerari posse absque eo, quòd ad notitiam eorum deducatur.

Sed, & hic tractandum est, qñ nauis ipsa assecuratur, & assecu
5 ratio solet Anconæ concipi in hæc verba. † Si fa assecurare Piero Scacchi sopra corpo corredi, & aliqñ adiici solet, e Noli della naue chiamata S. Maria de Loreto, attinente, à M. Giouanni Straccha, ò à chi atteneſſe &c. sciendum est ergo, ꝙ nauis (vt dixi in trac. de Nauibus, par. 2.) habet quasi membra sua, veluti gubernaculum, malum, antennas, & reliqua: & ibidẽ de armamẽtis nauis scripsi, sed & addes, quod eleganter inquit Cicero de Orato. lib. 3. in hęc verba. Quid tam in nauigio necessarium, q̃ latera, q̃ carinę, q̃ prora, q̃ puppis, q̃ antennę, q̃ vela, q̃ mali, q̃ reliqua, quę tantam habent in specie venustatem, vt non solum salutis, sed etiam voluptatis causa inuenta esse videantur? Illud
6 ergo est in primis notandum, verbum hoc † corredi, uulgare esse, & de eo apud ueteres iurisconsultos nulla mentio, ut inqt

Soc. in

Source : BIU Cujas

Soc.in consi.122.nu. 6. uol.3.circa primum &c. Vnde dicendū est,si ex cōi vsu loquendi clare constat,quid sibi velit, iuxta illū interpretatio fieri deberet, l. librorū.in §. quod tñ Cassius.ff.de leg.3.& l.Labeo.ff.de sup.leg.vbi Bar. citat etiam Bal. in l.de his. C.de dona.inter virum,& vxo.qui ex eo tex.notat, Corredia q̄ vxor defert ad domum viri restitui eidem soluto matrimonio, quatenus reperiantur non consumpta,& Alex.apud Bar.in l.cū in testamento.ff.de au.& arg.leg.dicentem, corredia dari posse ab vxore viro,& contra,& esse ea quæ ad vsum,& ornamētum mulieris parata sunt,quæ aut dantur æstimata,aut inæstimata:si inæstimata dici dotalia l.in rebus C.de iu. dot. Aut æstimata, & distinguendum, aut æstimatio facit emptionem,& pecuniæ dicuntur etiam in dote,aut nō,& dñr dotalia,iux.notata in l.quoties,& in l.si inter virum.C.de iure dot. Idem Soc. de Corredis agens in cons.289.vol.2 Difficultas non parua &c.limitat dictū Baldi,vt locum non habeat,vbi talia corredia sunt æstimata, vt pecunia non res restituatur. Admonetq; verba instrumenti do talis inspicienda, quomodo concepta sint, & refert ac probat Pau.Paris.in cons.95.num.15.vol.2.& vide Dida.Couar.Pract. quæstionū 128.Adde q̄ in statuto Anconitano sub rub. de rep. & resti.dot.col.ciui.de Corredis,& Arnensibus fit mentio, quæ verba sunt sinonyma, meritò dicta responsa noīāda sunt ad interpretationem relati statuti:spectādum tñ est semper, qūo verba dotis restituendæ cōcepta sunt(vt dixi.) Hæc ergo verba Correda,& Arnensia,quę ad bona mobilia,quæ mulier ad domum viri ornatus sui gratia defert,& ad naues transferri solent,significare vñr membra seu instrumenta,& armamēta nauis. Vnde sequitur assecurata naui,si vi ventorum,& tempestatis antennę fractę,gubernaculum auulsum,vela amissa,anchorę deperditę, mali rupti,puppis aut prora,seu latera nauis depressa,armamētave alia deperdita fuerint,id totum ab assecuratoribus sarciendum,iux.l.scapham.ff.de euict. & leges inferius citandas: sed & his addendum puto, q̄ si inter nauigandum nauis ipsa deterior facta sit,pręstandum non esse.Item si exarmari cōtingat nauim ex imperitia Magistri nauis, & absq; iusto metu, vel iusta causa, Assecuratores forte non tenerentur,arg.l.2. in §. si conseruatis. vbi Accursius.ff.ad l.Rho.de iac. & si ictu fulminis nauis deusta sit,vide paulò inferius in glossa de Fuoco.

Et illud quæritur, si scapha nauis vi tempestatis (vt plerunq; contingit) depereat.† Num qui nauim cum corredis saluam fore promisit,teneatur?Et certum est,nauis appellatione scapham non contineri:etenim non videri nauis esse,nec quicquam cōiunctum habere dixere iurisconsulti in d.l.scapham,& in l.fi. ff. de fi.inst.l.Marcellus.§.armamenta.ff. de rei ven. est enim per se parua nauicula. Hoc amplius dixi in tract.de nauibus, par.2.nu. 12.Naui vendita cum instrumentis scapham nauis pręstandam non esse,retuliq; ibidē dicta iura, & Doctores, & præcipuè Bal. in l cum proponas num.7.C.de nau.fęno.qui sensit,proscripta, seu publica naui,scapham non intelligi publicatam, res quippe diuersa est, & quæ separari possunt absq; corruptione subiecti congruo modo separanda sunt,vt non proscribantur,& pro hac sententia vñ tex.in l.Marcellus in §.armamēta. superius cit. Vbi Iurisconsultus ait,armamenta nauis singula vendicāda,scapha quoq; separatim vendicabitur & ibi Accursius,inquit,quia non est pars nauis,sed nauicula quædam l. scapham. ff. de euict. vbi dñr,schapham non videri nauis,nec quicq̄ coniunctum hñe: est tñ concedendum,si ex cōi vsu loquendi,qui prævalet,sub dictis vocabulis Corredi,& Arnesi,scapha comprehenderetur,cō traria sententia esset admittenda,vt Assecuratores teneātur: & & ita audiui prudentes Mercatores intelligere, & hoc iure nos vti in ciuitate Anconæ, vt scapha nauis comprehendatur veluti alia armamenta,quæ à naui separari possunt &c.

S V M M A R I V M.

1 *Nauis à quo ducatur, & regatur, valde refert, maxime propter assecurationes.*

GLOSSA IX.

Patronizata per Angelo Picchi, ò qual si voglia altra persona &c.

INtelligitur non de dño nauis,sed ductore, aut Magistro nauis,cui totius nauis anchora committitur,l.j.§. Magistrum. ff.de exercit. Valde nanq; refert à quo ducatur nauis, quid si alter Tiphys?de quo Poeta.

Alter erit tunc Tiphys,& altera,quæ vehat argo,
Delectos heroas &c. & Ouidius.
Quid tibi cum parua nauita Tiphy mea?

Valde nanq; refert à quo ducatur nauis, & dolēdum est in hęc infęlicia Mercatores incidisse tempora, ignari nanq; rerum imperitiq; omnium, vt plurimū sunt ductores nauium, & Bacchi familiares magni,& pauperes:igitur ex bono magistro, vel malo,meritò Assecuratores,vel faciliores,uel difficiliores redduntur,& tollenstæ dubitationis causa adduntur illa uerba, & qual si uoglia altra persona, solet & aliquando speciatim addi nomē hostis Imperii,ut puta Ductore Rais Turca,idq; laudādum,quo omnis tollatur dubitatio,propter relatam rationē,& quia Turcæ improbato more nauigant ducentes sortes,& non Redemptorem,sed Demones implorantes: & spero q̄ citius D. Opti. Max dexteræ suæ potentia graues, ac immanes istos Turcas male perdet.Ne quando dicat,vbi est Deus eorum?& uide notabilem Glo.referentem Theodosii Imperatoris uictoriam,& orationem ab eo habitam,qui orator non labiis, sed corde exorator fuit &c.Glossa est in clem.uni.de reliq.& uene. Sanct. in Gl. magna,in fin.

S M M M A R I V M.

1 *Verbum,attinere,& pertinere,idē sunt,& ad ius pignoris referuntur,quod in assecurationibus est quotidianum.*
2 *Attinere ad me dicūtur merces mihi promissæ,vnde assecuratio super mercibus ad me attinentibus ad merces promissas trahetur.*
3 *Inquisitio an defendi possit,qua continetur, Titium subtraxisse furto clamidem ad Meuium spectantem si non adiiciat iure dominii vel quasi.*
4 *Assecuratio quòd teneat, si facta sit de pecunijs mihi debitis à Magistro nauis,& promissis solui aliis sub risico suæ nauis in ciuitate Venetiarum propter riscum quod volui currere.*
5 *Agenti ex contractu,quòd non possit opponi,quòd nō sit Dominus,vel quòd alter sit Dominus.*
6 *Assecuratus non est audiendus,si dicat, se mercium assecuratarum dominū non fuisse.*
7 *Interpretatio ad l.verbum pertinere.ff.de ver sig.*
8 *Assecuratio si est facta à Titio de mercibus ad Meuium pertinentibus,& quoscunque alios,num trahatur ad merces Titii.*
9 *Assecuratio facta de mercibus Ioannis impositis in aliqua naui,num trahatur ad merces communes,quas habet Ioannes cum sociis,& quomodo intelligatur,nu.9.& seq.nu.17.*
10 *Mandans alicui,vt Assecuratores inueniat de quibusdam mercibus cū clausula de transferendo merces ex vna naui in aliā si socios habuerit in mercibus mandatum dare non potuerit in damnum sociorum.*
11 *Socius regulariter non habet tacitum mandatum à consociis.*
12 *Testator habens seruos suos insolidum,& quosdam communes, legans seruos suos,& communes legasse censetur.*
13 *Interpretatio ad l.hoc legatum ff.de leg.3.*
14 *Assecuratio,seu obligatio censetur duūdua,seu indiuidua secundùm rem,super qua interponitur.*
15 *Assecuratio facta ab aliquo nomine suo,& sociorum,sociis re integra ratam habentibus tenet in totum.*
16 *Assecuratio facta pro se,& sociis ab eo qui caput est societas in totum tenet.*
17 *Assecuratio facta pro se,& pro omnibus, ad quos pertinerent merces in totum defenditur ex relatione ad literas caricamenti, si assecuratos socios habuerit, vbi de mutuo facto nomine alieno, & aliis modis frequentatis inter Mercatores.*

GLOSSA X.

Attinente al detto M.Giouanni Straccha, ò à altri, à chi attenesse.

1 ATtinere † idē quod pertinere, si Alberico credimus in suo iuris lex in verbo pertinere, quod & Grāmatici non negant:verbum autem pertinere, latissimè patet;nam & iis rebus petēdis aptum est, quæ nostri dñii non sunt, pertinere etiam ad nos ea dicimus, quæ in nulla eorum causa sunt,sed esse possunt l.verbum pertinere.ff.de verbo.signi.& facit l.si quis ex argentariis.in §.pertinere.ff.de eden. siue ergo res ad assecuratos pertineat iure dñii, siue iure possessionis,aliquo tñ spectent,attinere dñr.Idem si iure pignoris(vt plerunq; inter mercatores euenit.)Qui pecunias sub pignorib. crediderunt,& pignora ipsa dñorum voluntate transmiserunt mari,& quo certiores sint, se creditas pecunias assecuturos, remota vsuraria prauitate(vt bonos Mercatores decet) se assecurari faciunt,quod est notandum.Hoc amplius ad nos pertinere dñr,si nullo iure pertineat,sed pertinere possit; Quare si quis Stichum mihi dare promiserit, quo casu sola personali actione tenetur,vere potero dicere Stichum ad me pertinere, vt declarat
2 Alciatus post Gl.in d.l. verbum pertinere. vnde sequitur † si qs mihi merces dare promisisset, & me super iisdem assecurari fecissem sub relatis verbis,assecurās sequuto naufragio seu aduerso casu teneretur:quod etiam tanquam quotidianum est notādum;& q̄ verbum hoc late pateat const.in c. cum ad sedem. de rest.spol.latè Fel.in Rub.de rescrip.num.6. qui ad multa retulit, vbi etiam meminit de verbo spectat,& apud eū notatur,& plura loca referuntur,& idem Fel.in c.inter dilectos.num.4.de fi. e instrum.plenum verbum esse probat.adde etiam glo.in c.fin. in ver.pertinet.de elec.in 6.quæ latam interpretationē habere ait, & siue pertineat de iure cōi; siue de iure speciali, ex priuilegio, vel consuetudine, siue ex iure de legato semper pertinere dicatur.Quibus addes illud quotidianum, & nō omittendum, cum
3 verbum hoc late pateat† inquisitionem defendi nō posse, qua cōtinetur,Titium subtraxisse furto clamidem ad Męuium spectantem.debet enim adiici iure dñii,vel quasi,vt eleganter inq; Soc.in cons.8.referendo Bart.ex facto consultum, absolutioni locum esse respōdisse, & hoc p̄p incertitudinem. Quam sn̄iam

notat

notat Alcia.in d.l.verbum pertinere.debet enim ſm eum ad iuris diſpoſitionem referri,vt de eo intelligatur, quod ſuſtinendæ intentioni neceſſarium erat.l.ſi quis intētione.ff.de iudi.ſed Soci.ſeu Bart.ſententiam probat Feli.in Rub.de reſcript. nu. 6. addo Mar.ſing.275.ſtatui omnino &c.& conſi.26.& conſi. 58.addo,& Riminal.eandem ſnīam probaſſe in conſi.7.& apud eum notatur in litera E.ſed quia dura admodū viſa mihi ſemper fuit hæc ſententia cogita,& vide Bal.in l.domum.nu.j.C.de rei ven. vbi docet modum defendendi libellum, & illud non omittendum, in ſubſtitutionibus verbum hoc cōe dici, receptum eſſe, vt per Bar.in l.Centurio.num.49.ff.de vulg.& pup. vbi Are. ſub num.19.comprobat Iaſ.ſub num.68.Franc.Ripa ſub num.189. Deniq; circa huiuſmodi verbum pertinere,& expoſitionem legis prædictæ,verbum pertinere.ff.de verb.ſigni. vide quæ plene, & non ſubtiliter(vt ſolet) Are.ſcripſit in conſi.8.viſo inſtrumēto &c.num.8.& ſeq.vbi inter alia ſenſiſſe vī, omne ius reale, & perſonale comprehendi,& ius etiam luendi,& ex relatis auctoritatibus habes alia Doctorum loca. Hic etiam qñ de verbo ꝑtinere verba feci,placet,& quid pertinentiarū appellatione cōtineatur,quædam loca referre Soc.in conſ.47.in primo conſultationis &c.Inno.in c.cum ad ſedem.de reſti.ſpol.Dec.in cōſi. 516.num.25.Soc.Iu.in conſi.160.vol.2.Iac.Phil.conclu.37. vbi alia loca adducit,lib.5. Attinentiū etiam appellatione quid cōtineatur,tractat Pau.Pariſ.conſi.49.nu.10.& ſeq.nu.vol.2.

4 Vnde quæſitum fuit † cum quidā Michael magiſter & dñs cuiuſdam nauis; quia ducenta ſcuta ab Octauio Gentile Fulginenſi acceperat,per literas cambiorum Venetiis,altera tantum cuidā Petro ſoluere promiſiſſet periculo nauis ſuæ, & (vt Mercatores dicere conſueuerunt) riſico nauis,& idem Octauius nauim cum armamentis aſſecurari procuraſſet, quæ facta proponeretur ſub hac verborum conceptione,ſuper naui, & vectura attinentibus ad dictum Octauium, ſeu alium ad quē attinerēt. Num naui ſummerſa impetu ventorum,& fluctuum,dum Venetias nauigabat,Octauius aduerſus eos,qui aſſecurarunt, recte agere poſſit? Et reſpondendum videbatur,Octauium non recte intendere ſibi dari oportere,licèt verbum,attinere,latiſſimè pateat,cum Octauius non dñs,non poſſeſſor nauis eſſet.Nec etiā iure pignoris poſſet audiri,cum non proponeretur hypotheca, quæ in caſibus in iure tantū expreſſis inducta cenſetur, planè ſi Octauius mandato Michaelis nauis dñi experiretur, res videbatur in aperto eſſe: verùm,verba relata conſideranda ſunt, à riſico de mia Naue,quæ hanc habent ſignificationem,vt Michael ad ſoluendum Petro in ciuitate Venetiarum teneri voluerit, ſi nauis ſalua portui Venetiarum non applicuiſſet. Vnde Octauius volens ſe ſecurum omnino de dictis pecuniis reddere,ſe aſſecurari fecit,quo fit, vt ſaluam nauim eſſe interſit Octauii,qui noluit ſubire periculum, & intereſſe hoc clarum eſt, & in dubium non poteſt reuocari. Pro qua ſnīa facit; quia qui cōuenitur ex contractu,non pōt referre qōnem dñii l.ſi pignoris. §.ſi prædo.ff.de pigno.act.l.commodare.vbi Bar.ff.commo. vbi eleganter Bar.inquit,agenti ex contra.opponi non poſſe, ꝙ nō ſit dñs,vel ꝙ alter ſit dñs; quia licèt alius ſit dñs: tamen contractus conſiſtit,& Bar.ſententiæ aſſenſerunt doctores ibidem,vbi inter alios Sal.rem clarius explicat,quibus adde Dec.in cōſi.54. num.4.in cauſa appellationis &c.& iis adde, quæ dicam hac ea-
6 dē gl.in ſi.ad declarationem relatę doctrinæ;† & finge contra te mihi centum promiſiſſe; quia merces tuas ſaluas fore promiſi, ſeu aſſecuraui,& te rebus ſaluis ad locum exportatis à me conuentum ad centum.Num poteris obiicere te mercium aſſecuratarum dñm non fuiſſe;& certe reiiciendus es,quin immo ſoluere teneris,etiam ſi merces tuæ non fuerint,dummodo onerate fuerint,argumento legis,ꝙ ſi nulla.ff.de hære. vel act.ven.cōtrariorum enim eadem eſt diſciplina.l.ſi hæres.ff.ad l.Falc.l. & ſi contra.ff.de vulg.& tractant recentiores in rub.ff.de acqui.poſſeſ.& facit §.cum autem.inſti.de cont.empt. in ſi.& regula ſecūdùm naturam.ff.de reg.iur. Non ergo audiendus eſt aſſecurans in eo, cuius cōtrarium nō eſſet poſtulaturus, & forſan ad remouendum controuerſias, & cauillationes, quas plerunq; ſolent Aſſecuratores excogitare,ne ad ſoluendum cogantur, adiecta eſt in noſtra formula illa clauſula, quæ ſubſequitur, ò à altri à chi atteneſſe.Et ex his tollitur argumētum fortiſſimum de verbo attinere,quod in propoſita quæſtione verificari, ſeu cōuinci non vī,ratione dominij, non poſſeſſionis alicuius iuris, nō deniq; pignoris.Quibus addes,quod Aret.in relato conſi. 6. num.
7 8.conſiderabat relatam legem † verbum pertinere. ff. de verb. ſig.in illis verbis,pertinere ad nos etiam ea dicimus,quæ in nulla eorum cauſa ſunt,ſed eſſe poſſunt.Cum enim verbum,poteſt ex ſui natura ſit extenſiuum, ſignificare etiam vī ius, quod nobis competit ad rem,licet non ſit cauſatum de præſenti, ſed ſit conditionale,& futurum,dum tñ pendeat ex cauſa præſenti,& deducta in eſſe,citat l.ſi ita ſcriptum.ff.de leg.2.& alia.videbatur ergo mihi relatam ſententiam magnam hīe æquitatem, & vidi ſenem,& experientia mercatorem,qui aſſecurationem fecerat ſe pecunias aſſecuratas ſoluere obtuliſſe,habita ratione fragmē torum nauis recuperatorū. Quòd ſi aſſecuratio ſuper pecuniis, vt præponitur,mutuatis facta fuiſſet,res eſſet extra omnem cōtrouerſiam poſita. Et hic ſubiungi poteſt ad declarationem relatorum verborum, ò à chi atteneſſe, ſi ille qui ſe aſſecurari fecit,mandatum habuit à dño mercium de aſſecuratione procuranda,res admodum clara eſt l.ſi procurator.ff.de acq. re. dom. ſi verò mandatum non habuit,ſed fecit tanquam negociorum geſtor ratihabitione ſubſequuta acquiritur,arg.l. ſi ego.ff.de negot.geſt.& vide Anch. in conſi.127. ad dubia, & ea quæ inferius dicam in gl. & pretendendoſi, verſi. Item ex his ſequitur &c. & his deniq; addes conſiliū Car.Ruy.quod retuli ſuperius in prin. gl.ſopra la naue,ſub nu.65.in 5.de quo etiam ſtatim dicemus.

8 Scio † etiam aliquando in controuerſia fuiſſe.Quid ſi Titius feciſſet ſe aſſecurare mandato Meuii pro mercibus attinētibus ad dictum Meuium,& quoſcunq; alios,ad quos attinerēt,num perſona Titii comprehendatur,ita vt ad merces ipſius Titii porrigatur aſſecuratio.Quod ab aduocato non indocto negabatur propter regulam legis inquiſitio.C.de ſolu.vbi probatur, in generali locutione non contineri perſonam loquentis,& ſcripſit Dec.in conſi.104.in fi.ſecundæ col. verùm contraria ſententia obtinuit.dicta nanq; regula in odioſis locum habet;quia in dubio quis ſe ipſum ligare,ſibiq; obeſſe non præſumitur:in fauorabilibus autem in generali diſpoſitione perſona loquentis cō prehenditur,cum prima charitas à ſe ipſo incipiat l.ſi præſes. C. de ſer.& aqua.Quinimmo in fauorabilibus cenſetur quis magis de ſe ipſo loqui,q̃ de alio,vt per Soc.in conſi.249.vol.5. verſic. immo potius præſumi debet,& probat Aym.in cōſi.274.in hac cauſa.nu.12.par.2.vbi addit,in generali diſpoſitione includi perſonam loquētis,ex ſubiecta materia ſm Cyn. in d. l. inquiſitio. quem probat Cor.in conſi.14.col.4.verſi.nec ſimiliter.num.11. in 3.Sed & hic ſubiecta materia ſuadet, & verba generalia relata,vel quemcunq; alium &c. aſſecurantis voluntatem demonſtrant,de perſonis nil quærendum, meritò hæc ſentētia ſine magna controuerſia eſt admittenda.

9 Quæritur,ſi dictum ſit,aſſecuro merces Ioannis impoſitas in naui S.Maria de Loreto,Ioannesq; ſocios habuerit,& merces q̃ ſaluæ promiſſæ ſunt tam ad Ioannem, q̃ ad ſocios eiuſdem pertineant,num ad omnes merces cōes,ſeu magis ad portionē Ioānis,qui ſe aſſecurari fecit, aſſecuratio referenda intelligendaq; ſit;quæſtio hæc utilis,& quotidiana eſt,& breuiter tractata à Sāter.in tract.de fideiuſ.par.tertia,ſub num.58.is enim putauit, ad portiones ſociorum Ioannis minimè porrigendam, ſed tantū in portione Ioannis defendendam, mouit eū l. ſi ita ſtipulatus. in §.Chriſoganus.ff.de verb.oblig.& ea ratione defendit in portione Ioannis; quia ſi Aſſecurator credens oēs merces ad aſſecuratum pertinere,omnium voluit periculum ſuſcipere,& pro minori parte voluiſſe cenſeri debet,iuxta regulam l. in toto. ff. de reg.iur.addit & regulas in eo,qđ plus, & non debet cui plus. de reg.iur.& regulam.cui licet.lib.6.citat etiam l.nam, & ſi fur. in §.ſi ſeruus cōis.ff.ſi cer.pet.& bonum tex.in l.plures.ff. de dā. infec. ſed & quò ad portionem Ioannis aſſecurationem defendi non poſſe videbatur,ex his quæ ſcripſit Car.Ruy.in conſi.65.

10 Quamuis &c.in verbo.Is enim.ſub num.6.putauit,†cum quidā Paulus,qui ſocios habebat per literas mandaſſet cuidam mercatori,vt Aſſecuratores inueniret de quibuſdam mercibus, cum clauſula de transferendo merces ex naui onerata in aliam nauim,Paulum ſolum mandatum huiuſmodi dare non potuiſſe,
11 quod poterat,& damnum,& præiudicium afferre;† quia ſocius regulariter non habet tacitum mandatum à ſociis ſuis.l. nemo ex ſociis.ff.pro ſocio,& probari ait in l.qui in aliena.in §.fi.ff.de neg.geſt.ſm Rom.in l.de pupillo.in §.ſi plurium. ff. de no. ope. nun.in addi.citat etiam Bar.in l.eandem.in princi. ff.de duobus reis.in 7.quæſt.& Alex.in l.ſi vnus.in prin.ff.de pac.& ſubiicit in caſu ſuo,ſi ergo Paulus non habebat tacitum mandatum à ſociis,non potuit alios ſubſtituere,& quò ad ſocios mandatū fuit nullum,qui etiam poſt naufragium,& ſic re non integra nō potuerūt ratum habere l. bonorum, vbi Bar.ff.rem rat.hab.& idē Bar.in l.ſi vxor.in §.ſi quis vxorem.ff.de adult. & addit ad rem, nec potuit dictum mādatum valere quoad ipſum Paulū. Quia cum dictę merces cum aliis eſſent cōes pro indiuiſo,non potuit tranſmitti ſeparatim portio ſua ſine aliis cum dicta ſecuritate; quia ergo iſte actus tranſmittendi ſub dicta forma erat indiuiduus,utile vitiatur per inutile,per notata à Glo.in l.pecuniæ fę nebris.ff.de vſu.& Bar.in l.græce in §.illud.ff.de fide.ac recentiores in l.j.in §.ſi ſtipulanti.ff.de verb.obl.Hæc ille.verùm contraria ſententia(ni fallor) obtinere debet,vt aſſecuratio pro portione Ioannis defendatur. Pro qua ſnīa eſt, quod ſcripſit Pau. in l. ſerui electione.in §. Labeo. ff. de leg. j. † Teſtator cum haberet
12 quoſdam ſeruos ſuos in ſolidum,& quoſdam cōes cum aliis,dixit,lego ſeruos meos,hæſitatum fuit,an ſerui cōes in legato cōtinerentur,& contineri reſpondit,propter l.ſi quis ſeruos.ff.de leg.3.Nec † obſtat inquit l.hoc legatum eo.tit.vbi ſi teſtator le-
13 gat vxori,quæ eius cauſa parata ſunt,non veniunt ea, quæ promiſcui vſus ſunt teſtatoris,& uxoris,diuerſa nanq; eſt ratio.Nā quando lego ſeruos meos, ſi intendo legare proprios, fortius, & communes pro ea parte quam habeo, & in legato præcedēti

relata

Source : BIU Cujas

relata ratio non interuenit. Qñ ſcilicet legatur uxori, quæ eius cauſa parata ſunt, cuius ſententiam, & Aret. & Alex. ibidem probarunt. Regula ergo legis hoc legatum. q̃ verba intelliguntur, ſimpliciter, & non ſecundùm quid locum non habet, vbi eadē ratio in ſimplici, & miſto interuenit, ad quā regulam vide Goza. in conſi. 60. num. 10. & in fi. teſtator &c. bona eſt ergo ratio relata, ſi voluit in totum aſſecurare, fortius & in parte. pro hac etiam ſnīa ſuccurrit, quod ſcripſit Bart. in l. Quintus. ff. de au. & arg leg. vbi obiiciens de lege prædicta. ſi quis ſeruos, in qua probatur, quod ſuperius retuli, reſpondit duobus modis. Primò q̃ in l. ſi quis ſeruos, & aliis ab eo relatis pronomen, ſuorum, refertur ad dñium, vel quaſi, quod recipit diuiſionem: p̄t enim quis pro parte eſſe dñs, ſed qñ teſtator legat, quæ vſus cā vxoris parata ſunt refertur ad vſum, qui vſus indiuiduus eſt l. vſus. ff. de vſu & habit. ſecundo modo reſpondit, pronomen ſuus, ſua, ſuum, reſpicere qualitatem rei, ſeu dñium, & ſtare poteſt (vt noſtri dicunt) quantitatiuè pro dimidia, tertia, aut quarta, ſed vſus quantitatiuè ſtare nequit, & probat Iaſ. in d. §. Labeo, ſub num. 5. quæ notanda ſunt ad interpretationem legis. hoc legatum, & legis. Quintus, & ſimilium. Cum ergo merces Ioannis ſaluas promiſerit, intelligenda eſt aſſecuratio reſpectu dñii, quod Ioānes habet in mercibus, & hæc doctrina Bart. vī quæſtionē ſoluere, & p̄ hac opinione, ac contra, multa poſſent referri ex commētariis doctorum in d. § Labeo, quę conſultò prętereo, & ſat ſit locum retuliſſe, pro qua ſententia ſuccurrit etiam text. in l. Stichum q̃ meus erit. ff de leg j. & quæ ſententia fortius admittenda eſſet, ſi clauſula noſtra adiecta eſſet, pro mercibus attinentibus ad Ioānem & c. Nec mouere debet reſponſum Car. Ruy. relatum; quia hic aſſecuratio refertur ad actum diuiduum, ſcilicet dñium, qđ
14 habuit Ioannes pro tertia, aut quarta parte in mercibus. Et† aſſecuratio ſeu obligatio cenſetur diuidua, ſeu indiuidua ſm rem ſuper qua interponitur, vt inquit Bar. in l. Græce. in §. illud. nu. 3. ff. de fideiuſ. qui citat Dyn. in l. eadem. in §. Cato ff. de verb. obli. vbi materia hæc plenè tractatur illic (vt retuli ipſum ſcripſiſſe) ad indiuiduum ſcilicet ad actum tranſmittendi. Præterea tento dicere, quod ait Ruy. non admittendū, & peruerti eius opinionem ex prædictis, & his quæ ſubiunxit Bart. in d. §. illud. Qui ait, dic tenendo gl. in l pecunię ſęnebris. ff. de vſur. aut loquimur in indiuiduis, & inſeparabilibus, & vtile per inutile vitiatur, aut in diuiduis, & ſeparabilibus, & tunc non vitiatur. probatur in l. j. in § illud, & § Trebatius. ff. de aqua quot. & æſti. ſed obligatio ſup aſſecuratione diuidua erat dñium diuiduum, & merces ipſæ diuiſionem patiebantur, & ſeparari poſſunt honeſto modo, vt in d. § Trebatius. ver. Marcellus, & Paulus ille, qui tranſmiſerat merces in requilitis ſociis rationem iiſdem erat redditurus: mandatum ergo de aſſecurando cum eſſet relatum ad merces diuiduas, & dñium diuiduum videtur obligare non ſeruantem mandatum pro portione mandantis, ſubiunxit Bar. vbi ſupra referendo, & declarando genera indiuiduorum, quæ in vulgaribus locis tractantur: & qm̃ in aliquibus caſibus aſſecuratio in totum defendi poteſt, breuiter quaſdam facti ſpecies in hac quæſt. ſubieci.

Prima eſt, aſſecuratio relato modo facta, & prout in quęſtione propoſita pro portione Ioannis defendatur, & quam in dubium iterum reuocabo in vltima facti ſpecie, vbi vide, an ſcilicet in ſolidum defendi poſſit.

15 Secunda facti ſpecies eſt, † ſi Ioannis aſſecurationem fieri feciſſet nomine ſuo, & ſociorum, & ſocii ratam habuiſſent re integra, ideſt, ante ſequutum naufragium, ſeu mercium direptionem, defendatur in ſolidum, & in integrum aſſecuratio; quia ratihabitio mandato comparatur, vt in regula ratihabitionem. de reg. iu. in 6. & in l. fi. C. ad S. C. Macedon. & an ſequuta fuerit ratihabitio, ſeu mandatum tacitum interuenerit, ex libris etiam ſocietatis diſpici poteſt.

16 Tertia facti ſpecies eſt, vbi Ioānes pro ſe, & ſociis aſſecurationem fieri procuraſſet, & ipſe caput ſocietatis eſſet, & (vt vulgò dī) haberet il compimento, ſi in cauſam ſocietatis feciſſet, & in ſocietate comprehenderetur caſus iſte, in totum ſimiliter hæc aſſecuratio defendatur ex his, quæ retuli in trac. de Merca. in ti. de contractibus, nu. 13. & ſeq. vſq; ad nu. 18. & ſcripſit Pau. Pariſ. in conſi. 94. ſpectabilis &c. nu. 23. vſque ad nu. 30. vol. j.

Quarta facti ſpecies eſt, vbi Ioannes vt negociorū geſtor fieri aſſecurationem feciſſet, in qua die, vt dixi hac ead. Glo. ver. & hic ſubiungi poteſt &c. & in loco ibidem relato &c.

17 Quinta facti ſpecies in terminis noſtræ formulæ, † vbi Ioānes per ſe ſimpliciter, ſeu p̄ ſe, & ſociis ſe aſſecurari feciſſet pro mercibus attinentibus ad dictum Ioānem, ſeu alios ad quos attinerent, prout in literis onerariis, ſeu caricamenti apparet, ſeu apparebit. in qua cum relatio ad literas onerarias habeatur, ſi in eis dñi mercium exprimerentur, res eſſet in aperto, ſed & ſi diceret (vt Mercatores ſolent) de computo Ioannis, & ſociorum, res ſimiliter eſſet extra controuerſiam, vt in totum defendi poſſit aſſecuratio, & audiui Mercatores ſenes, & prudentes cōtrariam ſententiam deridentes; relatio enim ad literas onerarias omnem dubitationem remouet l. à ſe toto. ff. de hæredi. inſtit. cum aliis ſæpe relatis.

Vltima facti ſpecies eſt, vbi Ioannes nomine proprio ſe aſſecurari feciſſet iuxta propoſitam quæſtionem: & circunſcripta noſtra formula, in qua probauimus, ſi merces cōes ſunt, pro portione Ioannis aſſecurationem valere: ſed in dubiū reuocari p̄t, q̃ in totum defendatur, ex his quæ ſcripſi hac eadem Glo. in ver ſi. Vnde quæritur, maximè dum retuli Bar. in l. cōmodare. ff. cōmo. qui ait, agenti ex contractu opponi non poſſe, q̃ nō ſit Dominus, vel q̃ alter ſit Dñs; Mouet etiā: quia in cōtractibus æqualitas eſt ſeruanda l. ſi ſocius. ff. pro ſocio. Glo. magna in l. 2. C. de reſcin. vend in verſi. item habet locum lex iſta contra: Nec eīm quod vni non licet, alii licere debet l. j. C. de cupreſ. li. 11. ſi ergo aſſecurans rebus ſaluis totam pecuniam receptā lucratus eſſet, æquitas ſuggerit, vt peremptis mercibus damnum totius pecuniæ Aſſecurator patiatur; Nec ferendus ſit in eo, cuius contrarium non eſſet poſtulaturus: rurſus hæc ſententia ex partiū intentione, & maximè aſſecurantis defendi poſſe videbatur: fuit enim eius intentionis iuxta ſummam conuentam, & receptam aſſecurare, in omnibus aūt contractibus voluntas ſpectanda eſt contrahentium, in tantum, vt non intentio verbis, ſed intentioni verba deſeruiant c. in his. de verb. ſig. l. in omnibus. ff de verbo. oblig. & latè ſcripſit Iaſ. in conſi. 154. viſo teſtamento, col. 6. in 4. ſed licèt prædicta mouerint, in priorem tñ ſententiā inclino, vt proportione Ioannis ſolum teneat, idq; ex rationibus relatis, & cum nomine proprio Ioannes contraxerit, ſe ipſum, & non ſocios obligare potuit, vt dixi in tracta. de Merca. in titu. de contractibus, num 15. & ſcripſit Pau. Pariſ. in d. conſi. 94. nu. 22. in j. & doctrina Bar. in d. l. commodare, intelligenda vī conſtito de intereſſe aſſecurati, quem ſemper aſſecurati demonſtrare tenentur; & Octauius in relata quæſtione ſuum probauit intereſſe. Quibus, & illud addendum eſt, valde referre, in quæ verba ſit concepta aſſecuratio, ſi enim de mercibus omnibus impoſitis in aliqua naui ꝓponatur pro portione tenebitur: ſi verò (vt Anconæ fieri ſolet) pro ſcutis puta mille, tunc mercium ad Ioannē ſpectantium valor ſpectandus eſt, vt pro æſtimatione fiat ſolutio; Nec obſtat, quod dicebatur de æqualitate ſeruanda: quia imputandum videtur Ioanni, qui legem apertius nō dixerit, & dānum quod ſua culpa quis ſentit, ſentire non vī, vt in regula iuris, damnum. in 6. & vide quæ ſcripſi ſupra, in Glo. ſuper verbo, Cariche, ò da caricarſi, ver. & illud iterum, nu. 9. Planè cōtrariā ſententiam ex vſu, & Mercatorum conſuetudine defendi poſſe non nego, ſi forſan de eo cōſtaret, q̃ Mercatores vt ſupra ſe aſſecurari facientes pecunias aſſecuratas ſequuto naufragio conſequi ſoleant: mos enim eorum inter eos ſeruandus eſſet. ff. de dote præleg. l. ſi filius, bonus tex. ad rem in l. traiectitiæ. ff. de act. & obliga. l. vt liberis. C. de collat. & c. cum M. Ferrarienſis. extra de conſtit. Vnde Bar. in l. nemo eſt qui neſciat. ff. de duobus reis, contractus, ait, factos cenſeri ſecundùm quod fieri in loco cōſueuerunt, & meritò Inno. in c. olim. de verb. ſign. ſcriptum reliquit, omnem diſpoſitionem mundi à conſuetudine interpretationem, & implementum recipere, & ab eo, quod fieri conſueuit. & ſcripſit Iaſ. in d. l. vt liberis. nu. 11. & ſeq. nu. & pro quo l. de precatio. ff. ad l. Rho. de iac. & alibi dixi &c.

Deniq; qñ de aſſecurationibus rerū Aſſecuratorum, & aliorum diſputauimus, hic addenda eſt lex ſingularis, & inter Mercatores quottidiana, ſi abſentis. C. ſi cert. peta. vbi Alb ait, Dicit Odof. q̃ hæc lex ſæpe occurrit in Mercatoribus, qui dant merces ſuas Mercatoribus interdum nomine ſociorum ſuorū tm̃, interdum cōi nomine ſuo, & ſociorum, & ideo diſtinguit. Interdum quis numerat nomine proprio, & ſtipulatur nomine proprio. Interdum numerat nomine ꝓprio, & ſtipulatur nomine alieno: Interdū numerat nomine proprio, & ſtipulatur nomine alieno. Interdū numerat nomine alieno, & ſtipulatur nomine proprio, & vide ibidem Ang. qui ait nota pulchram legem, quæ continet vnum caſum ſingularem, quem perpetuò tenenti q̃ per extraneum penitus, & nullo modo ſubiectum nobis ignorantibus, & inuitis quæritur actio, quod eſt mirum, & in cauſa ſingularia præcepta pecuniæ.

SVMMARIVM.

1 *Literæ mandatorum ſunt, quas commiſſionum appellant.*
2 *Cicero minus plene locutus circa epiſtolarum genera.*
3 *Mandato dato alicui de emendo merces, aut alias res mandantis, ſeu mandatarii pecunia ad quid directa vel contraria mandati actio detur.*
4 *Mandatum datum ad rem emendam certo pretio quòd poſſit excedi in minimis, quæ veniunt in quandam conſequentiam, vbi declaratur text. in l. præterea. ff. mandati.*
5 *Mandans aliquam rem emi ſi emptor nolit recipere, quòd actio contraria cōpetat. & circa intereſſe per mandatarium in litem iurari poſſit.*
6 *Mandans alicui, vt emat aliquid, ſi non emerit, neq; renunciauerit ſe non emturum, mandati actione tenetur.*
7 *Mandans alicui, vt nauim emat, aut quid aliud, quod ex parte ſuum eſt, ſi certas partes emit ſuam partem præſtare tenetur.*
8 *Æſtimatores electi ſi ſint diſcordes, omnes ſummæ æſtimatorum coaceruandæ ſunt, & tertia ex omnibus ſummis dicitur vera æſtimatio: & pulchrū eſt remedium in diſſentientibus æſtimatoribus.*

Manda-

Source : BIU Cujas

9 *Mandatum suscipiens de emendo merces, si nomine proprio emat, nomine mandantis emisse censetur, quod est notandum inter mercatores.*
10 *Mandatum ad merces emendum quando ratione incertitudinis vitietur.*
11 *Mandatum retinendi pecunias sub cambiis num extendatur vltra annum, cum mandatum datum est, si mandantes non satisfecerint, possent credito res pro eorum libito pignora apud eos posita vendere.*
12 *Regulam non fallere, si æquitas suadet, ineptum est.*
13 *Literæ dispositiuæ reuocari non possunt, fallit vbi mandatum est reuocabile. nu. 13. & num. 16.*
14 *Contrahens nomine alieno, vel ad alterius vtilitatem, an ipse contrahens solus obligetur, an dominus, seu mandans tantum, an vterque.*
15 *Mandatum habens ad contrahendum si contrahit vt nuncius, tenetur dominus tantùm, ac si ipse contraxisset, vbi eleganter declaratur, & limitatur.*
16 *Mandatum habens ad incertam personam si contrahat, an mandantem solū, vel magis se ipsum seu vtrunque obliget.*
17 *Mandans Titio, vt accipiat pecunias sub cambijs, seu remittat pecunias sub cambiis Lugdum tradēdas Meuio, non declarato à quo recipiat, si mandatarius simpliciter recipiat non adiecto nomine mandantis, an mandati mutuanti teneatur.*
18 *Interpretatio ad l. eum qui C. si cer. pet.*
19 *Habens mandatum generale an ad mutuas pecunias recipiendum habere censeatur.*
20 *Mutuum si factum sit à Titio Ambrosio oratori Regis catholici, & factæ sint literæ cambiorum, in quibus asseratur, Tolti per il Re, & subscriptæ sint ab Ambrosio, & Thoma postulante Ambrosio, si literæ non fuerint acceptatæ, & solutio facta sit per Thomam mutuanti, quòd Thomas habeat actionem contra Ambrosium.*
21 *Verba illa, ponete à nostro conto, quibus vtuntur Mercatores, declarantur.*
22 *Institores hodierni si se debitores in mille literis scribant, non ideo poterūt cō ueniri; quia vt institores scribere censentur, nisi pecuniæ ad eorum manus peruenissent.*
23 *Literæ si sunt scriptæ manu alicuius, cum mandato de sequendo ordinem alicuius, vide.*
24 *Ciceronis pulchra de mandato, & societate.*
25 *Literarum nunciorum quas vocant, de auiso, materia, in quibus consilium datur.*
26 *Literæ commendatitiæ regulariter non obligant commendantem.*
27 *Frater per literas hortans fratrem, cū quo insimul habitabat, vt allatā conditionem de nubendo eius filiam non dimitteret, neq; per ignorantiam, neque per facultates censetur voluisse de bonis communibus dotari.*
28 *Indemnitas censetur promissa ex illis verbis, ne dubites hoc facere, quia nolo ex hoc damnum aliquod patiaris.*
29 *Verba hæc, disposui, seu paratus sum res illas redimere, seu recuperare, inducunt obligationem.*
30 *Literæ commendatitiæ, & dimissoriæ, quæ sint, de iure pontificio, plenè declaratur.*
31 *Literæ fidei, quas credentiales vocant, an obligent, & quare sint inuentæ.*
32 *Antiani alicuius ciuitatis si iurauerunt tenere credentiam, & aliquis in dānum communitatis reuelat, quòd debeat ab officio remoueri.*
33 *Literæ credentiales valde generales non obligant, nisi personæ qualitas aliud suadeat.*
34 *Interpretatio ad l. cuicunque. in § sed cum fullo. ff. de institu.*
35 *Literæ credentiales probant tam etsi generales, vbi adiicitur meo periculo, ò sopra di noi, ò à nostro risico.*
36 *Literæ credentiales sunt obligatoriæ, quando sunt conceptæ hoc modo, latori mandaui, vt meo nomine meo faciat, quicquid velit.*
37 *Literæ credentiales quando sunt speciales, verbi gratia, latori præsentium, quem meam intentionem plene docui super tali negocio, fidem habebis, an obligent, & quando, & quomodo.*
38 *Bartolus defenditur in l. Lucius. ff. de fideiussoribus, à contrarietate notata ab Imo.*
39 *Literarum cambiorum materia, relatiue.*
40 *Literæ constitutæ pecuniæ materia.*
41 *Obligatio licèt per epistolam regulariter non contrahatur, inducta tamē probatur, in casu, pecuniæ constitutæ contrahitur.*
42 *Mercator habens socios Bononiæ, quorum erat procurator, si scripserit, q Meuius Titii nomine Bononiæ commorantis soluerit mille libras, quas suo, & sociorum nomine Bononiæ soluere Titio promittebat, quæritur, num Titius aduersus scribentem, vel socios ex literis prædictis possit agere.*
43 *Condictio ex moribus seu consuetudine quod possit competere.*
44 *Literis cambiorum mandans Titio, cui inscriptæ erant literæ, vt Petro soluat mille, per la valuta (vt dicitur) da Riberii, Titio acceptāte, si Petrus decoquat, seu statum suum immutet, num Riberijs actio competat, præferendiq; sint creditoribus Petri.*
45 *Mercator literas dispositiuas antequàm soluat reuocare non potest, fallit, si sunt literæ mandati.*
46 *Epistola licèt probet contra scribentem ad fauorem eius cui dirigitur, an autem probet ad fauorem tertij, dubitatur.*
47 *Literas accipientes, & tacentes consentire videntur contentis in eis, quod limitatur.*
48 *Literas alijs inscriptas aperientes quomodo puniantur.*
49 *Mercator vbi decoquit, desinit mercator esse intantum, quòd literæ ab eo scriptæ non possint dici scriptæ à Mercatore.*
50 *Literæ de porto, seu caricamenti, quas vocant, literæ onerariæ latinè appellari possunt, exemplo eius quod ditimus de nauibus onerarijs.*
51 *Literæ ligagiorum apud Sali. quæ sint.*
52 *Literæ caricamenti an probent, late declaratur.*
53 *Literæ onerariæ seu caricamenti an probent contra tertium, latissimè in quæstione ex facto disputatur.*
54 *Liber qui continet diuersas rationes, si aliquæ sunt demonstratæ veræ aliis interuenientibus coniecturis an probet.*
55 *Literæ caricamenti an debeant esse scriptæ, aut subscriptæ à scribano, & q non probent, si scribanus in vacuis subscripsisset, & quid si à patrono subscriptæ sint.*
56 *Assecurati ad valorem rerum demonstrandum computa & rationes solent ædere, licèt hoc non sit de iure, sed probare valorem teneantur.*
57 *Mercator qui Venetiis mercaturam exercuit Anconæ ad editionem librorū compelli num possit, pulchre contra Gl. Bar. & omnes, & restituitur tex. in l. Prætor. in § fi. ff. de edend.*
58 *Mercator, & quilibet administrator rationem edere tenetur, vbi administrauit, & mercaturam exercuit, & libros exhibere, etiam si mercaturam facere desierit, vel alibi transtulerit.*

GLOSSA XI.

Come per lettere de caricamento appare, ò apparirà.

Summæ generum literarum, quæ in vsu frequenti sunt inter Mercatores.

Literarum genera multa esse nemo est qui nesciat, uerum in usu frequenti inter Mercatores septem genera esse animaduerti, & sunt infrascripta.

Primum mandatorum.
Secundum nunciorum.
Tertium commendaticiarum.
Quartum fidei.
Quintum cambiorum.
Sextum pecuniæ constitutę.
Septimum onerariarum.

1 PRimum quidem † genus literarum mandatorum, quod vulgò commissionum appellatur, & si adiicias huic nunciorum genus non tm̄ eò spectat. † Vt inquit Cicero Epi
2 stolarum familiarium li. 2. Vt certiores faciamus absentes, si qd esset, quod eos scire, aut nostra, aut ipsorum interesset. Verum fm Iurisconsultissimi Caij sententiam, ac Imperatoris nostri in l. 2. ff. mand. & insti. eodem tit. quinq; modis, totidem ve de causis mandatorum literæ fieri solent. Nam siue mea tantùm gratia per literas mādo, siue aliena tm̄, siue mea, & aliena, siue mea & tua, siue tua & aliena, q̄ exēplis Caius elegāter declarauit, vñ necessarium esse putaui exempla suis sedibus ad verbū referre.

Mea tantùm gratia, inquit, tibi mando, veluti si tibi mādo, vt negocia mea geras, vel, vt fundum mihi emas, vel pro me fideiubeas. Prætermissa disputatione prioris exempli, quod lōgum habet tractatum, & multa de eo scripsi in tract. de Mercatura, & sunt de eo veterum, & recentiorum Iurisconsultorū loca nota, in secundo exemplo; quia plerūq; mercatores per literas mā dant merces emi, placet hic elegantem tex. ad verbum referre, vbi casus frequēs inter Mercatores, in l. si verò non remunerādi, in §. si mihi mandaueris. ff. manda. Illic enim ita scriptum est,
3 † si mihi mandaueris, vt rem tibi aliquam emam, egoq; emero meo pretio, habebo mādati actionem de pretio recuperando, sed & si tuo pretio, impendero tamen aliquid bona fide ad emptionem rei, erit contraria mandati actio, aut si rem emptā nolis recipere simili modo, & si quid aliud mādaueris, & in id sumptum fecero, nec tm̄ id quod impendi, verùm vsuras quoq; cōsequar: vsuras aūt non tm̄ ex mora esse admittendas, verùm iudicem æstimare debere, si exegit à debitore suo quis, & soluit, cum vberrimas vsuras consequeretur? Aequissimum enim erit rōnē eius rei haberi, aut si ipse mutuatus grauibus vsuris soluit, sed & si reum vsuris non releuauit, ipsi autem, & vsuræ absunt, vel si minoribus releuauit, ipse autem maioribus fęnus accepit, vt fidem suam liberaret, non dubito debere eum mandati iudicio, & vsuras consequi, & vt est constitutum totū hoc ex æquo & bono iudex arbitrabitur. hactenus iurisconsultus. & vides lector candide, & qui inter Mercatores versatur, q̄ frequēs, q̄ quotidianus sit casus iste, & q̄ eleganter à Iurisconsulto explicitus,
4 & illud placet annotare, quod Accursius addit in Glo. j † Si mādatur, vt tuo, & certo pretio emas, fines mandati seruandos, & non excedendos, vt eo. tit. l. 3. & l. diligenter. Sed Raph. Fulg. ibidem scripsit, immo iudicio meo, & si certo pretio mādasset, cū bona fide aliquid vltra pretium impenderim de meo, puta pro vectigalibus, vel instrumento contractus, vt apparet ex sequentibus, & voluit (vt puto) Raph. consideranda esse verba illa, Impendero tm̄ aliquid bona fide. & certe considerato uerbo illo, aliquid, cuius significatio est, ut ad minima referatur l. hāc legē.

ff. de

Source : BIU Cujas

ff.de con.emp.Old.consi.226.quidam episcopus col.4. versi. 2. Vbi donatio.qui ait,dictionem hanc,aliquis, ad modica orationem arctare,& facit l.si seruum.in §.ait Prætor.ff. de acqui. hær. de qua dictione multa scripsit An.Tiraq.in repe.l.si vnquam,in Glo.omnia vel partem aliquam.C.de reuoc.donat.in minimis Raph.sententia admittenda videtur, ꝙ si Raphaelis snīa admittatur,tex.ab eo non relatus,sed Gl.in l.præterea.ff.mand.qui val de aduersatur in illis verbis, Proculus recte eum existimat vsq; ad pretium statutum &c.temperandus esset in minimis, & bona fide impendente, vt in exemplis propositis, in quibus quod vltra statutum pretium impenditur in quandam venit ꝓñtiam: sint ergo cauti Mercatores,vt res quæ desiderantur,emantur,& ad eam summam,quæ mandatur,& vide q̄ argute, lepide, & iocosè damnet Cicero Fabium Gallū,qui mercatus erat,quæ non mandauerat Cicero,& maiori summa,Epistolarum Famil. li.7. & quia aliquando euenit, vt res emptas mandantes nolint recipere(vt relatus Iurisconsultus ait) Io.Bap.Plo.repe. l. si quando. C.vnde vi, sub nu. 156. inquit, † si mandans rem aliquam emi, rem ipsam iuxta mandati formam emptā nolit recipere, in dolo esse censeri,& fidem frangere, & mandatario actionem mādati contrariam competere contra mandantē, vt rem recipiat, & consequenter circa interesse per mandatarium in litem iurari posse in ipsa actione contraria, citat inter alia Doctores in l.si pignore.in §.post distractum.ff.de pigno.act.l.ei apud quem. ff. depo.fit etiam mentio in relato tex. de vsu.vide ergo ibidē Bal. & Alb.an id iure pontificio permittatur.Hodie autem mercatores ad cambia confugiunt,quorum tot sunt genera, vt perdifficile enumerari queant,& vt plurimum sub colore cambiorum grauissimæ extorquentur vsuræ;& in eadem specie adde quotidianam qōnem inter mercatores, quam tractauit Iurisconsultus
6 in l.si mandauero.in §.fi.ff.mand. is enim ait † si is cui mandatū est,vt aliquid mercaretur,mercatus non sit,neq; renunciauerit, se non empturum, idq; sua non alterius culpa fecerit, mandati actione teneri eum conuenit:hoc amplius tenebitur,sicuti Mela quoq; scripsit, si eo tempore per fraudem renunciauerit, cū iam recte emere non posses, si tamen ob iustam causam excusationes alleget,audiendus est,vt in legibus sequentibus. Mandatum ergo susceptum,aut debet explicari,aut tempestiuè renunciari per mandatarium, & vide text. in l. si quis alicui, in §. qui mandatum.eod.titu.

7 Et illud etiam quod sæpe contingit omittēdū non est; † Mercator mandauit tibi,vt nauim emeres,quæ ex parte tua est, certas emisti partes,& tuam prestare,& vendere teneris,& si quidē certo pretio emendā mandauit,quanticunq; aliorū partes emeris,sic & pars tua coactabit:si aūt nullo certo pretio constituto emere mandauerit,pars tua arbitrio boni viri æstimanda est l. si fundum.cum l.seq.ff.mād. quę lex.in fi. cum l.seq.singularis est, vt dicunt Doctores,& præcipuè Bar. & alibi nō reperiri, inquit Bal.in l.j.nu.16.C.si ser.exte.& notatur apud Abb.in c.j.de emp. & vend.vbi regula legis,nec emere.prędicto modo limitatur,& aliis.Nec illud ēt quotidianum maximè inter Mercatores est p̄tereundum,quod Sali.scriptum reliquit in d.l.sequēti, ita vt oēs summas maiores, & minores coaceruet, quæ lex subsequitur l.
8 si fundū. quia plerunq; contingit, vt Mercatores † æstimatores merciū eligant,& electi in pretio dissentiant,vel quia se amicis gratiosos quęrunt reddere,vel pp naturalem hominum ad dissentiendum facilitatem,vt inquit Iurisconsultus in l.itē si vnus. in §.principaliter.ff.de Arbit.remediū est ergo, vbi ęstimatores in diuersas sententias trahuntur,vnus finge ait valoris centum, alius octuaginta,alius centum & decem,vt oēs summę,tam maiores q̄ minores coaceruentur, & summis coaceruatis tertia de tota summa vera erit æstimatio.& idem Sali.inquit in l.hac edictali.in §.his illud.C.de sec.nup.& licet Alex.apud Bart.in d.l.si fundum.de hoc mirando dicto subdubitauerit,probauit tñ, & commēdauit Cat.Cot.in memora.in ver.æstimatores,& Rimin.al.in §.accidit. Insti.quibus alie.licet vel non,num.40.& seq.& defendit ab his quæ Alcia. obiecit in l. j.in §. si,stipulanti.nume. 26.ff.de verbo.obligat.

Deniq; de mandato ad merces emēdas dato,& iis emptis, ad quem periculū pertineat,& pleraq; alia notaui in trac. de Mercatura, in tit.mand.num.46.& Pau.Paris.in consi.47.vol.j. & il
9 lud quotidianum nota.† Mandaui tibi,vt merces emere, verbigratia cinnamomum,aut coria:suscepisti mādatū,deinde emisti simpliciter seu nomine proprio, nomine mandantis emisse videris,vt per Ange.post Bart.in l.qui in aliena, in §.si is qui putabat.ff.de acq .hær. qui commendat contra perfidos mandatarios,& nota cōtra Mercatores,qui post susceptum mandatū,videntes emptiones lucrum afferre posse,nomine proprio emūt: & vide ibidē Alex.& Ias. & Doctores in aliis locis relatis ab eis, & plenè bonisq; iuribus,& auctoritatibus probauit Alex. in cō si.25.viso instrumento &c.num.10.& seq.nu.vol.2.

Redeo ad Iurisconsultum in d.l.2.Aliena tm̄ gratia, veluti finge per literas mandātem,vt Titii negocia gereres, vel fundum ei emeres,vel vt pro eo fideiuberes. Quam facti speciem declarat obiiciendo,& soluendo Accursius ibidem,declarant Raph. & Sali.& quos breuitatis causa non refero.

Mea,& aliena subiecit Iurisconsultus, si tibi vt puta per literas mandem,vt mea & Titii negocia gereres,vel mihi,& Titio fundum emeres,vel vt pro me & Titio fideiubeas, in qua specie illud notandum est,† Quòd si simpliciter mandarem,vt merces, seu fundum emeres non designatis mercibus,neq; expresso pretio deridendum mandatum vī, & forsan nullū ratione incertitudinis.l.cū post.in §.gener.ff. de iure dot. Quòd si merces expressæ sint, verbigratia.Sarcinulas quatuor, quod vulgo appellant Carisearum mandatū validū l.præterea. ff. man. & si cōtra merces expressæ non sunt nominatim, sed quātitas pecuniarū, verbigratia merces emas quingentis,pari modo mandatū sustineatur ex adiectione quantitatis expressæ, & secundùm relata intellige glossin dicto versi. in verbo fundum,idq; ex snīa Sali. & Rapha.ibidem.

Sequuntur verba Iurisconsulti,tua,& mea. veluti si per literas tibi mādem,vt sub vsuris crederes ei, qui in rem meam mutuaretur.Glo.in verbo,sub vsuris, mutuantis vtilitatem esse ait vsurarum lucrum,& quia lex.cum quidam in §.si pupillo.ff.de vsu. inquit,vsuræ non pp lucrum petentium, sed pp moram nō soluentium infligūtur,soluit pro vt mea, sed illa verior expositio vī,quæ à Sali.traditur,in quam inclinant Raph.& Ang.insti.eo. Vt lex illa de vsuris,quæ ex mora debentur,loquatur: noster au tē paragraphus,seu versiculus de vsuris,quæ ex conuentione,& nota hanc facti speciem, quam hodie miseri Mercatores ad cābia referunt,quorum tot sunt genera,quot penè dixerim, & reperi verba prædicta Iurisconsulti Cur. Iun. ad cambia retulisse, vt patet in consi.132.Sacratissimæ Trinitatis &c.nu.6.& qui inter mercatores in quotidiana quæstione respondit. Quæsitum
11 nanq; fuit apud eum,† num facultas retinendi pecunias sub cābiis vltra annum extendatur,cum per literas mādatum esset, ꝙ si in fine anni mandantes non satisfacerent, possent creditores pro eorum libro,(vt ait) pignora apud eos posita uendere, & sibi de credito satisfacere, respondit ex pluribus ad cambia post annū nō referri, & pręcipue,qa creditoribus postulantibus sibi satisfieri mandantes,etiam rescripsissent, se nolle vlterius cambiorum damnum pati, sed ꝙ de pretio pignorum sibi satisfacerent,& addit,licèt regula sit, creditorem non teneri pignus uēdere etiam requirente debitore ab hac regula discedendum esse impediendi gratia cursum usurarum, & euitandi causa damnum cambiorum,citat gl.in aut.ut sine prohi.mat.debit.in prin
12 ci.in uer.existimamus. Quæ ait,nota mirabile † quod est ineptū non fallere regulam,si æquitas videatur,quæ gl.in causis mercatorum,in quibus ex bono & æquo procedunt,est aurea, & menti tenenda,& admonet literarum verba diligenter spectanda,vt etiam ipse dixit in trac.de Decocto.in 4.par.nu.6.Subiungit,literas huiusmodi tanquam mandatum continentes posse reuocari iuxta tex.nostrum,& declarat Bal.in rub.de consti. pec.col.2.
13 qui ait † literas dispositiuas reuocari non posse,vt nō intelligat in casu nostro,in quo continere dñr mandatum reuocabile,declarat etiam,vt intelligatur iuxta tex.ab eo relatum in l. vtrū in §.vnde falsam.ff.de const.pecu. Deniq; & illud non omittendū addit,cambia post annū in casu suo deberi; quia creditores iuxta notoriam consuetudinem,nec circa qualitatem,nec quantitatem cambiorum, nec circa loca ipsa, in quibus facta fuerant, debitores certiores reddiderant,& ex insolitis fraudis, & falsitatis præsumptionem nō leuem suboriri,vt per gl. & doctores in l.si quis sub cōditione.ff.de cond.insti.& scripsit Fel.in c.ex parte.col.6.nu.15.& seq.de rescr. & cum iusta credulitatis causa excusationem prestet à dolo,& pęna,iuxta gl.in l.quod te.ff.si cert.pet.pluribus etiam vtitur,sed sat sit, quæ ad materiam nostram pertinent in summa retulisse; An autem dispositio seu mandatum cambiorum restringatur ad prima cābia, seu ad plura porrigatur,scripsi in trac.de mercatura,in tit.manda.nu. 20.& uide etiam And.Tiraq.in l.boues §. hoc sermone. in limitatione. ff. de uerborum signifi.

Subiecit Iurisconsultus. Tua,& aliena,ueluti si tibi mandem, ut Titio sub usuris crederes,ꝙ si sine usuris crederes, alienas tm̄ gratia interuenit mandatū . hactenus Iurisconsultus. Cui sextā speciem Ioannes gl.non improbatus addidit,uidelicet, si mea, & tua,atq; aliena gratia tibi mādem,& in summa, ut intelligas cuius gratia mandatum factum sit,inspice cuius utilitatē,& cōmodum respiciat id quod in literis mādatum est, idq; liquet ex tex.in §.tua gratia,& Ang.Are.ibidem notauit.

Hic incurrit illa quotidiana inspectio non penitus extranea ab assecurationibus ad dirimendas,&amputādas lites inter mercatores certè necessaria,quibus semper studui (Deus scit) consulere,ut lites euitentur. Quotidie contingit, ut mercatores alie-
14 no nomine contrahant:Quæro igitur † quando quis contrahit nomine alieno,uel ad alterius utilitatem,seu commodum,An ipse contrahens solus obligetur, an dominus seu mandans tantùm, an uterque. Quæstio hæc plenè quidem disputata fuit ab Accurs.in l.si pupilli,in §.item si procuratori.ff.de neg. gest. ubi Bar.declarando glo. tres facti species constituit unamquanque distinguēdo . Quandoque,inquiens,quis habet mandatum ad

Source : BIU Cujas

certam personam, quandoq; ad incertam, quandoque nullum habet mandatum.

15 In prima facti specie † qñ quis habet mandatum ad certã personam, si contrahit vt nuncius, tenetur dñs tantùm, ac si ipse cõtraxisset. ff. quod iussu. l. fi. ff. de const. pec. l. qui autem. §. fi. idq; in aperto esse, inquit Bart. ibidem cui, & aliis doctoribus ibidem probantibus adde Soc. Iun. in consi. 27. in prin. Mag. Dñs. par. 2. Et illud animaduersione dignum est, quod Bart. subiecit, posse constitui nuncium ad contrahendum cum incerta persona declaranda ex traditione literarum, vel ex alio euentu; ñ oportere ad certum actum constitui, non enim generalis potest constitui, cum sit tanquam pica, & organum, proferens verba in p̃sona dñi, sed & propositam facti speciẽ memini me ex facto vidisse. Cum quidam Scius mercator per quendam Męuium literas Sempronio misisset, in quibus rogabat, vt quingenta mutuaret & Męuio tradenti literas numeraret, quibus etiam dari subiungebat recte posse, cum Sempronius numerasset Męuio, qui pecunias mutuas Scio non dedisset, hæsitatumq; propterea fuisse. Num Męuius aliqua actione Sempronio teneretur. & licèt ex circunstantiis censetetur nuncius, vnde Scius tantum obligatus videretur iuxta relata, cum tñ idem Męuius numerare pecunias habitas distulisset, & non leuis suspitio suborta esset, q̃ pecunias subtraheret in suosq; vsus verteret. Nõ imperitus iudex ex æquitate l. si me, & Titium. ff. si cer. pet. contra Męuium nuncium Sempronio consuluit, eundemq; ad restituẽdum coegit, Scioq; significari iussit, & certa vbi ęquitas suggerit, à regulis iuris non recedere, ineptissimum est, vt inquit gl. in aut. vt sine p̃hibi. mat. debit. sunt enim circunstantiæ quibus tota hæc legalis sapientia regitur, & temperatur l. bona fides. ff. depo. & dixi in trac. de mercatura in vlt. par. vnde diuus Thomas in cõmen. epistolarum Apostoli super 2. ad Cor. in prin. 11. c. eleganter inquit, præcepta moralia sunt de agendis, quæ cum sint particularia, & variabilia non possunt determinari vna cõi ratione, & regula indefinite, sed oportet quandoq; prẽter regulam cõem aliquid facere in aliquo casu emergenti. Quando autem hoc modo fit aliquid præter cõem regulam, sapientes, qui causam huius considerauerunt, non turbantur, sed reputant sapiẽter factum: Indiscreti verò, & minus sapientes causam non considerantes, quare sic factum sit, turbantur: scripsit etiam Alcia. in consi. 39. in fi. lib. 5. limitatio proprie pertinet ad æquitatem & conscientiam; quia regula est ius ipsum, limitatio est bonum, & æquum, per quod rigor regulæ temperatur, citat Arist. lib. 5. Ethicorum & Gui. Bud. in l. j. ff. de iust. & iu. Subiecit Bar. in hac ipsa facti specie, Quãdo ad certam, & expressam personam mandatum hñs contrahit, mandatum hoc tantum facere seu operari, vt certa illa persona de mandato certior reddatur l. procuratorem. ff. de procu. Ideo mandatum ipsum diligenter spectãdum est: aut eñ literis significauit certæ personæ, vt mutuas pecunias Męuio tãquam procuratori suo daret, & ipse Męuius procurator non tenetur, nisi proprio nomine se obligaret, vt est casus in d. §. item si procuratori, ad cuius §. interiorem sensum vide Pau. Castr. in commentariis suis, & de quo paulo inferius in ver. Sed qñ dicemus. Aut scripsit, q̃ mutuaret Męuio, nec adiecit, vt procuratori, seu cuius nomine, & Męuium recipientem literasq; tradentẽ ex mutuo teneri ait, mandantem verò ex mandato actione cõtraria l. si literas C. mand. & probat Ang. ibidem, & vide Alex. in consi. 25. nu. 10. vol. 2. & huius rei illa ratio redditur; quia quòd ad mutuantem Męuius vt procurator non recipit.

In secunda verò inspectione qñ quis habet mandatum ad in
16 certam personam ait Bar. † Si constat de voluntate contrahentium, scilicet quis obligetur, alter tñ, vel ambo, mandans, & mãdatarius, & conuentioni standum est, cui lex data est, aut versamur, in rebus ambiguis, & si procurator dixit, se procuratorio nomine contrahere, vide Bar. in l. si procurator, qui pro euictione. ff. de procurat. & vbi procurator mutuum acciperet procuratorio nomine, ipse non obligatur? quia sibi nihil queritur, nisi se ipsum sponte obliget, vt est casus in hoc ipso. §. Item si procurator, si verò non dixit procuratorio nomine, expressit tñ ei, cũ quo cõtrahebat causam, quare hoc faciebat, verbi gratia, vt erogaret in negociis constituentis, vt creditori puta eius solueret, aut eiusdem pignus liberaret, & qui sciebat contrahentem suũ esse procuratorem, & idẽ iuris est, vt procuratorio nomine contraxisse censeatur, ex causæ nanq; expressione eius contemplatione fieri actum iudicamus, ad quem ipsa causa pertinet. At si quis simpliciter contraheret causa non expressa, & negocium tale esset, vt ad Dñm, & procuratorem posset pertinere, vt puta mutui, & similia, tunc ipse procurator obligatur l. eum qui mutuam. ff. si cer. pet. An autem dñs obligetur distinguendo subiũgit. Aut quis contraxit contemplatione dñ, & tunc etiam dñs obligatur, argumento, inquit, huius legis, sed & argumento est 18
l. eum qui mutuam. Aut non contraxit contemplatione Domini, quia mandati ignarus fuit forsan, & dominum teneri ait vtili institoria, casus est in l. si mutuam. C. de instit. & hoc subiicit esse ex mente gl. ibidem. hactenus Bart. quem nõ ab re placuit referre, quibus addes plenum Soc. responsum, sub nu. 134. consultationem &c. in secundo. Qui primùm enumerat quinq; casus, in quibus dominus solus obligatur ex contractu gesto à procuratore. Deinde decem casus, in quibus ipse procurator teneatur, & fidem suam astrinxisse censeatur, & adde etiam doctores in l. j. in §. nunciatio, & præsertim Ioan. Cro. nume. 41. & seq. ff. de noui oper. nunc.

Ex quibus soluitur illa quæstio, quotidiana quidẽ, & quę diutius fuit inter mercatores agitata, & in qua etiã mercatores ipsi iuxta eorum morem responderunt, & in diuersas sententias di-
17 strahebãtur. † Mandauit Seius Titio, vt accipiat pecunias ad cãbia, seu (vt aiunt) remittat pecuniam sub cambiis Lugduni tradendas Męuio non declarato, seu expresso nomine à quo recipiat. Si mandatarius simpliciter recipiat nõ adiecto nomine mãdantis, an mandans, seu dñs mutuanti teneatur. In qua respondẽdum videbatur Scium eundemq; mandantem non teneri, sed Męuium qui sumpsit pecunias l. eum qui. C. si cer. pet. Quæ lex locum hñe videtur, etiam si mandatum præcedat, vt sensisse vñ Accur. in d. § item si procurat. in gl. magna, vt Pau. ibidem animaduertit in fi. secundæ col. inquiens notandum esse, gl. intelligere d. l. in procuratore, qui habet mandatum, licèt loquatur in eo, qui nullum habuit mandatum, sed considerandum est verbum principaliter &c. in d. l. vt inferius dicam: pro hac etiã sententia vñ tex. in l. ei qui. in §. fi. ff. quod cum eo, in illis verbis contra dominum nullam te habere actionem, nisi vel in rẽ eius p̃cessit, vel hunc cõtractum ratum habuit: sed & Pau. Cast. in d. §. item si procuratori. in prin. vltimæ col. in hæc seu similia verba scriptum reliquit. Si mutuum fit contemplatione vtriusq;, vter que tenetur, scilicet procurator ex eo contractu, & dñs vtili institoria non negociorum gestorum, & in ambiguo ex personarum qualitate rem dirimendam, & illud spectandum, vter mutuanti esset amicus, Mandas scilicet, an mandatarius, vt mutuũ eius contemplatione factum censeatur, qui mutuanti esset amicus, citat bonũ tex. in ea lege §. sed si ego. in illis verbis, q̃ si amicitia filii tui, & reliqua &c. & subiicit in dubio cęteris paribus, vñ q̃ cõtemplatione vtriusq; vel forte procuratoris tantùm, cum quo celebratur contractus. Quem refert ac probat Soc. Iun. cõsi. 27. & si præsens consultatio &c. par. 2. de quo responso paulò inferius dicemus. Verùm Bar. relatus post gl. ab eo considerat ã dominum vtili institoria teneri sensit, & esse casum in l. si mutuam C. de inst. & rationem huius rei talem reddidit, si enim (vt inferius dicemus) hoc facit, seu operatur ratihabitio sequens, vt in l. ei qui. in fi. C. quod cum eo. multo magis mandatum præcedens, & quia l. si mutuam. loquitur vbi quis habuit mãdatum ad certam, nõ incertam personam, & quæstio nostra proposita est in mandato ad incertam, subdubitaui, & reperi Raph. in eod. §. Item si procuratori. in j. col. in vers. in eadem ibi l. si mutuam, q̃ animaduertit, & ait, non esse constituendam differentiam ad certum, vel incertum hominem. Quia tantum operatur generalis dispositio quò ad species suas in genere contentas, quantũ specialis ad illam speciem l. si duo. ff. de adminis. tut. l. omnes. C. de pręscr. 30. an. sed est constituenda differẽtia, an dirigatur mãdatum ad recepturum pecuniam, an verò ad daturum, sic Glo. exprimit in d. l. si mutuum, & infra eo. l. liberto. Hęc ille. Pro qua etiam sententia Bar. videtur tex. in l. Iulianus. in §. si procurator. ff. de act. emp. vbi Iurisconsultus in infrascripta verba. Si procurator rem vendiderit, & cauerit emptori cum domino ex empto agi posse vtili institoria ad exemplum institoriæ actionis, si modo rem vendendam mandauerit, quam legẽ citauit Accur. in l. procuratorem, qui pro euictione. ff. de proc. & nota qa in dictis legibus dñ ad exemplum institorię, & sic vtilis, quia institor solet præponi vniuersali administrationi, seu negociationi, pecuniis scilicet accipiendis, & dandis l. quicunq;. l. in eum. ff. de insti. & addes, q̃ in eadem opinione fuit Alb. in d. §. item si procuratori. in 2. col. & clarius in fi. & refert, ac probat Soci. Iun. in d. consi. 27. nu. 12. confirmatur eadem sententia ex eleganti, & notabili tex. in l. liberto. ff. de neg. gest. vbi ex contractu procuratoris datur vtilis institoria contra dñm: dicitur enim ibi, q̃ si quis amico mãdauit per literas, vt pecunias mutuas reciperet à quauis persona, cuius literas sequutus creditor cõtraxit, datur in eũ negociorum gestorum actio ad exemplum institoriæ. & nota in causis mercatorum; quia literę in hac lege directæ seu inscriptæ erant amico, & procuratori, vt pecuniam mutuam acciperet, & ideo datur actio negociorum gestorum, quæ concurrit cum vtili institoria, licèt Pau. de Castr. huiusmodi concursum neget in fi. 2. col. sed in casu l. si literas. C. mãd. literæ directæ erãt creditori, & meritò creditor in eo casu habet mãdati actionem contra dñm, & illud ẽt huic rei annotandum est, ex d. l. liberto colligi (quod ad propositam qõnem pertinet) teneri dñm, & 'si pecunia in rem eius nõ sit versa. Non obstat. l. eum qui. C. si cer. pet. † Quoniam secundùm gl. relatam. & Pau. Castr. in dicto §. locum habet, quando mutuum fuit factum contemplatione procuratoris, vnde solus tenetur. Constabat nanq; in facto proposito coram Imperatore, q̃ non contemplatione domini creditor pecuniam fęnori dabat, vt indicant verba legis. Præterea non negat lex illa, dominum non teneri, & (vt retuli) Bart. ait, si

is con-

Source : BIU Cujas

is contraxit causa non expressa,& negocium tale fit,vt ad dñm, & procuratorem possit pertinere,vt puta mutui: tunc ipse procurator obligatur, dicta l. eum qui, & subiunxit,an autem dñs teneatur &c.& quo notanda sunt illa verba legis, principaliter obligatum.Non mouet ēt d.l.ei qui.in fi.C.quod cū eo,quia loquitur in negociorum gestore, & quando creditor procuratoris,seu gestoris personam elegit,vt verba legis indicant, & glos. Bar.& plerique alii animaduerterunt, meritò dominus non tenetur,nisi in rem eius pecunia versa sit,vel ꝓtractū ratū habuit.

Sed qñ proposita fuit quęstio in eo, qui mandatum habuit speciale ad recipiendum pecunias mutuas, eleganter quæritur.
19 † Quid si Titius generale mādatum habuit,an sub generali mādato facultas pecunias mutuas recipiendi complectatur, & res hæc est in controuersia,nam Bar.in d.§.post num.5.vers. Præterea &c. intelligit supra scripta locum habere,vbi mādatum fuit speciale ad mutuum,& pleriq; alii sentiunt,verum Pau. Castrē. in d.§.item si,procuratori.in j.col.& in fi.secundę intellexit tex. illum in procuratore habente generale mandatum,non speciale ad mutuum, veniebat tamen mutuum sub generali mādato, si erat hoc necessarium,argumento de exer.l j.§. ꝙ si mutuam pecuniam,& facit regula l.ad rem mobilem,& l.ad legatum. ff. de proc.& refert Soc.Iun.in d.consi.77.nu.3.& 4.& nu.13.Alb. idem sensisse,articulum tamē insolutum reliquit, & certè iuris hic articulus est indifficilis,multa enim occurrunt,quæ consulto prætereo,illud tamen non omitto,ꝙ reperi Raph.Fulg.in d. §.item si procuratori,qui circa finem secundę col.scripsit in hęc verba.Et hæc vera, si procurator speciale mādatū habuit ad accipiendum pecunias mutuas,aliàs si generale,vt hic,exigitur,pecuniam versam in rem dñi, vt dñs teneatur, vel ea concurrere; & interuenire,de quibus habetur in l.j.in §.non autem,& in l.fi. ff.de exer.Hactenus ille.cuius verba valde notanda arbitror:sed & addes Sali.in d.l.ei qui.num.2.qui in hæc verba scriptum reliquit.Item notatur,versi.alioquin,ꝙ qui mutuat gestori alicuius vel procuratori non habenti ad hoc speciale mandatum, non obligat dominum, nisi pecunia in eius vtilitatem sit versa, vel ratum habuit,& negari nō potest,quin l.si mutuam,& l.liberto. in habente speciale mandatum loquantur,meritò ab hac sentē tia Bar.qui secundùm relatas leges loquutus est, & est optimus legum interpres,non puto recedendum.Quæ q̄ sint quotidiana inter Mercatores,nemo est,qui nesciat, q̄ inter eos versatus sit: & illud iuris est explorati,sequuta ratihabitione,vel pecunia in rem dñi versa dominum teneri,vt in d.l.ei qui.C.quod cum eo.

Proximè accedit illa quæstio,in qua ex facto cōsultus respōdit Soc.Iu.in cit.cons.27.par.2.Ludouicus † à Fatatis mutuas pe
20 cunias sub cambiis dedit Ambrosio Christianissimi Regis Orato ri,literæq; cambiorum de more factæ fuerunt,in quibus etiā ita scriptū erat.Tolti per il Christianissimo Re.Quas literas subscripserat idem Ambrosius Orator Christianissimi sub hac verborū conceptione:Ambrosius Orator Christianissimi. easdēq; literas Thomas Soderinus postulante Ambrosio subscripserat: & qui Thomas Soderinus,cum literas cambiorum is,cui dirige bantur,non esset sequutus,seu (vt dicunt) non acceptasset,& cū protestatione de more transmissæ fuissent Ludouico prædicto, pecunias soluit,cessis sibi iuribus.quæsitum fuit, num Thomas, siue iure cesso,siue mandati recte aduersus Ambrosium experiri possit;& inquit,respondendum videbatur, Ambrosium non teneri,tanq̄ procuratorio nomine Regis pecunias mutuas recepisset, iuxta doctrinam Bar. & cōem paulò superius relatam in l.si pupilli.in §.j.ff.de neg.gest.sed & ego difficultatem augeo.Paria enim sunt,vel ꝙ quis procuratorio nomine recipiat,vel causam exprimat,quare mutuū accipiat,vt inquit Bar. relatus motus d.§.Quod est notandum ſm Raph.ibidem in 2. col. sed verba illa, Tolti per il Christianissimo Re,explicant,vel procuratorio nomine, vel causam ergo, pro qua sententia facit quod scripsit Dec.in consi.510.in casu &c.num.4. sed omissis leuioribus respondit,Ambrosium teneri, quia, & ipse Ambrosius fidē suā astrinxerat,vnde dubitationi non est locus, vt in d.l.si pupilli.§. j.Doctores dicunt, idq; ex eo demonstrabat: Quia Ambrosius adiecerat in literis cambiorum,& ponetè à conto mio.quæ verba indicant † (vt est de more Mercatorum) ꝙ ipse debitor con-
21 stitueretur,& fidem astringebat suam.Idq; notandum est ad declarationem d.§.& ad doctrinam Bar.relatam, hæc enim clausula in vsu frequenti est inter Mercatores,subiūgit,& alia ad demonstrādum Ambrosium se voluisse obligari, quia fideiussorē Thomam dederat;fideiussoria nanq; obligatio principali accedit l.j.ff.de fideiuss.vbi Doc.insti.eo. in prin. Probat etiam dictū Thomam fideiussorem ab Ambrosio mādati actione posse recuperare,cirat l.indebitam,& ibi Bar. & alios. ff. de condi. inde. cui enim mandatur, vt se obliget,& eidem mandatum videtur, vt soluat,& addit ex stilo,& Mercatorum consuetudine rem esse claram:& multa de ea seruanda subiunxit,quæ ego nō semel attigi in trac.de mercatura.Postq̄ hæc scripserā incidi in respon sum Alcia.sub nu.152.To.secundo,in quinto,qui pro Ambrosio respondit, aliter tamen in quibusdam facto proposito, plenius tamen est Soc.responsum,& forsan factum verius ab eo ꝓpositum,vt ex coniecturis colligitur,vtrunq; lector amātissimè perlege. Deniq; est & illud huic rei annotandū,ꝙ habens mandatum ad recipiendum pecunias mutuas, poterit sub cambiis pecunias recipere,& ad cambium dñm obligari,si dñs id facere consueuisset,vel ex consuetudine fori, seu ciuitatis id fieri soleret,ſm Rum.in consi.94.in fi.& consi.114.col.2.Iaſ.in l.certi cō dictio.in §.si nummos.nu.22.ff.si cer.pet.Fel.in c.cum M.de cōsti.nu.9.Euer.in sua Centu.loco 63.ab vsitato seu solitis, car. 2. Ruy.in consi.93.nu.3.& seq.in ver.recentiores in l.nemo.nu.40. ver.mandatum.ff.de duobus reis,& dixi in trac.de Mercat.in ti. mandati,num.19.& seq.

Prætermisso tertio distinctionis capite à Bar.post Glo.consi derato in d.§.item si Procuratori.Quādo scilicet nullum mandatum interuenit,in quo gl.Bar.& Ang. ibidem plenè quidem scripsere.Vnum memorabile,& quotidianum verbum Ang.re
22 feram in l.eādem.in prin.ff.de duobus rei,† si institores hodierni in mille literis se debitores esse scriberent, non ideo fidē suā astrinxisse censentur,& poterunt cōueniri;qñ tanq̄ institores, & institorio noīe scribere vñr,& ad fidem mensæ prestandā,vt est tex.notabilis in l.fi.ff.de insti.subiūgit,sed si pecuniæ ad eorū manus peruenissent, forsitan contra esset l. procurator, qui pro euictione.ff.de Procu.quę snīa probatur à Pau.Cast.in l.3.in §.si Procurator.in prin.ff.quod quisq; iu.& Soc.in cons.154.consultationem &c.ver.secundus casus.& vide quæ scripsit Pau. Paris. in consi.93.nu.50.& seq.vol.j.est & illud huic rei annotandū,ꝙ Pau.Cast.in l.j.in §.exercitorem.ff.de exer.tentauit dicere,sentē tiam Angeli locum habere proponente, seu Dño præsente, in locoq; existente, at eo absente contra: quia cum eo contrahēs eius personam respexisse censetur,& probat Pau. snīam Soc. in d.consi.154.lib.2.ver.6.& vlt.Verùm Dec.in l.si institorem.ff.si cer.pet. hanc limitationem non admittendam putauit;quia cō tra tex.in l.heres absens.in §.apud Labeonem.ff.de Iud.& videa tur idem Dec.in consi.510.declarat etiam quod ait Ang.institorem teneri,vbi pecunias recepisset,quomodo intelligēdum sit, & ait,qñ dñs non esset obligatus;quia non concurrerent requisita in l.fi.ff.de exer.Quibus addes,quæ scripsit late Io.Ronch.in d.l.eandem.à nu.170. vsq; ad numerum 183. vbi inclinare videtur in sententiam Ang.& Dec.& declarat mentem Ang.ipsum legito,qui pluribus vtitur.

Tractaui etiam in trac.de Adiect.in 4.in 14.q. de Mercatore, qui amico ꝑ literas significauerat,vt merces quas habebat apud se Titio,aut eius filio,seu illis traderet,quibus ab eisdem dispone retur,& sequeretur eorum ordinem, de quo Pau. Par. in consi. 107.Quæritur.vol.3.& vide circa declarationem dictorū verbo
23 rum,& sat sit locū retulisse, & † de literis scriptis manu alterius ex mandato tamen alicuius vide notata in l.j.in §.Senatus. ff.de fal.latè Marsi.in rub.C. de probat.nu.287.

Reliqua ad mandatorum literas pertinentia,& quæ mercatu ram respiciunt scripsi lector candide in trac.de Mercatura,in ti. mandati,& in vltima par.in tit.de probat.& alibi,prout materia
24 expostulabat. Et † quod eleganter inquit Cic. huc pertinet, & ante oculos Mercatorum esse debet, nō omitto.is enim in oratione pro Roscio Amer.inquit,in priuatis rebus si quis rem mā datam non modo malitiosius gessisset sui quæstus, & cōmodi causa,verum etiam negligentius,eum maiores summum admisisse dedecus existimabant. Itaque mandati constitutum est iudicium nō minus turpe,q̄ furti;credo propterea,ꝙ quibus in rebus ipsi interesse nō possumus, in iis operæ nostræ vicaria fides amicorum supponitur,quam qui lædit oppugnat omne cōe p-sidium, & quantum in ipso est disturbat vitæ societatem. Non enim possumus omnia per nos agere, alius est in alia re magis vtilis,iccirco amicitiæ comparantur, vt commune commodū mutuis officiis gubernetur,ergo iccirco turpis hæc culpa est, ꝙ duas res sanctissimas violat amicitiam,& fidem.Nam neq; mandat quisquam ferè nisi amico, neq; credit ei nisi quem fidelem putat.Hactenus Cicero,qui de societate quædam etiam bellissimè subiunxit,& hæc causa admonendi mercatorem nostrū libuit referre,quem salutis æternæ memorem,& consequēter bonum virum cupio,& exopto.

Sed nunc ad secundum literarum genus transeo † quod nun
25 cii seu nunciorum appellani,& Mercatores materna lingua vocant de auisi. In quo genere satis superq; inter Mercatores frequentato placet ad verbum referre, quod idē Iurisconsultus ait in.d.l.2.ff.mand.Tua autem gratia interuenit mandatum. Veluti si mandem tibi,vt pecunias tuas potius in emptiones prædiorum colloces q̄ fęneres,vel ex diuerso,vt fęneres potiusq̄ in emptiones prædiorum colloces, cuius generis mandatū magis est consilium,q̄ mandatum,& ob id non est obligatorium; quia nemo ex consilio obligatur,etiam si non expediat ei cui dabitur. Quia liberum est cuique apud se explorare,an expediat sibi consilium.hucusque Caius Iurisconsultus. & ideo separatim speciē diuersam constituit:quia non est mandatum,quam vt ad mercaturam referamus sciendum est,ꝙ Mercatores solent,vbi præcipue eorū mercatura est copiosa, amicis literas dirigere in diuersis locis cōmorantibus significantes se desiderare certiores red-

Source : BIU Cujas

di de omnibus mercibus, quæ ad loca ipsa importentur, & eorundem pretiis, siue pure, siue in diem vendantur solent: & qui literas accipiunt rescribere Anconæ, finge portui naues plures onustas lino; aut coriis applicuisse, & pretia rerum, præsenti pecunia, & dilata solutione, & addere ꝙ si Romā, aut Florentiam versus transmitterentur, lucrum fieret non modicū: Vnde hæc consilia non sunt obligatoria, nisi fraudulēta sint, vt ait Iurisco sultus, & in regula consilii. ff. de reg. iu. & in regula, nullus ex cōsilio, & l. 2. ff. de Proxe. & dixi in trac. de decoct. sed & huic rei illud annotandum est, qđ quotidie contingit, solent Mercatores aliena negocia gerere nedum sua, vt puta Mercatores Florētiæ, aut Antuerpiæ commorantes transmittūt merces Mercatoribus Anconæ degentibus, cum mandato, vt vendant certa mercede constituta, vt puta ▵. duorum pro centenario quolibet, q̄ res facit, vt extra notissimos terminos mandati versemur, mandatum enim nisi gratuitum nullum est, & interueniente pecunia locationem, & conductionem potius respicit l. j. ff. mand. de qua re dixi in trac. de Merca. in tit. mand. nu. 37. si ergo Mercatores Anconæ manentes auidiores dicti lucri plusq̄ sat est (vt non semel audiuimus) per literas significarent, & affirmarent, seu cō sulerent nō verè circa mercium pretia, num aduersus eos actio de dolo dabitur, vide elegantem tex. in l. eleganter. in §. fi. ff. de dolo, & l. seq. quę incipit, ꝙ si cum scires. ac seq. si quis affirmauerit. Sali. in d. l. 2. in fi. ff. mand. quem probat Ang. instit. manda. in prin. & quæ dixi in trac. de Proxe. in 3. par. vbi inuenies articulū, ita plene disputatum, vt alibi forsan non reperias, & quæ ad hūc locum attinet illinc erunt transferenda.

26 Tertium genus † literarum commendaticiarum est, de q̄bus breui sic habeto. tex. de his est notabilis in l. fi. C. quod cū eo, vbi legitur, Familiares epistolas, quibus hoīes plerunq; commendamus ad obligationes non esse trahendas. Vnde Iurisconsultus in l. si verò non remunerandi. in §. cum quidam. ff. mād. inquit, cum quidam talem epistolam amico suo scripsisset, rogo te, vt commendatum habeas Sextilium amicum meū, non obligabitur mandati; quia cōmendandi magis hoīs, q̄ mandandi cā scripta est. & scripsit Bar. in l. Lucius ff. de fideiuss. Bal in l. si literas. C. mand. & in d. §. cum quidam. Bal. & Sal. in d. l. fi. C. quod cum eo, vbi Alber. inquit, ideo faciles se hoīes reddere ad scribēdum literas commēdaticias cum nulla ex his sequatur obligatio Attigit & id Ang. Are. insti. manda. in prin. sed licèt commēdaticiæ literæ non obligent commendātem, exhortatoriæ tñ literæ in quotidiano casu obligant scribentem. & ex facto consultus re-
27 spondit Soc. in cōsi. 291. visis literis &c. col. 7. circa fi. † si ex duobus fratribus insimul habitantibus, non tñ omnium bonorū sociis, alter filiam plenis annis viro maturā haberet, bonamq́; cōditionem pro ea inuenisset; quia tñ maiorem dotem sponsus futurus desiderabat. Pater idemq́; frater prædictus se difficilē reddebat, si re cognita alter frater absens fratri suo scripserit, allatā conditionem non dimittamus, neq; per pigritiā, neq; per ignorantiam, neq; per facultates, ex literis prędictis cōsensum argui, & ex bonis cōibus dotem præstari cōtentum fuisse rñdit, quem refert, & probat Aym. Cra. in trac. de antiquit. temp. par. j. ver. vidimus, nū. 43. sed in fratre, vt rñdit Soc. locum hñe subiunxit, nō aūt in extraneo, ratione cōiunctionis sanguinis. l. si seruus cōis. ff. de don. inter virum, & vxor. ad cuius legis interpretationē vide Bar. in l. cum proponas filios. C. de pactis, & Ias. in cons. 3. Prę supponitur &c. col. 5. in j. vol. ex his eiñ verbis recte putauit in extraneo donationem non induci, refert etiam ibidem Alex. in cōsi. 199. col. j. lib. 7. viso processu &c. qui putauit ex infrascri-
28 ptis verbis: † Ne dubites hoc facere, quia nolo ex hoc damnum aliquod patiaris, obligationē nō inducit: & subiūxit eius sniam sibi non placere; qiñ qui vult consequens vult & necessariū antecedens. si ergo quis vult aliquem damnum nō pati, indemnitatem promittisse dicendum est, l. 2. ff. de iurisd. om. iud. & quia idē Alex. in consi. 53. vol. j. in casu vertente &c. col. j. opinatus est ex
29 verbis huiusmodi, † dispositi, seu paratus sum res illas redimere, seu recuperare, obligatum p̄pea censeri ei, cui dixit ad redimēdum seu recuperandum. Vt ergo ad rem redeamus, admonēdi sunt Mercatores circa commēdationes, vt dixi in tract. de Mer-
30 catura, in 2. par. nu. 8. & in trac. de Proxe. par. 3. Sed quia † de literis commēdatitiis in iure pontificio fit sæpe mentio, scripsit Innoc. de his in rub. de cler. pere. in hæc verba. Nota, ꝙ alię sunt literæ commendatitiæ, & aliæ dimissoriæ. Commendatitiæ dñr, per quas fit commendatio de vita, & moribus: exprimuntur ēt ordines, quos ibi habet, arg. 72. dist. c. pe. & vlt. literæ autē dimissoriæ dicuntur, per quas dimittit̄ à iurisdictione prælati 73. dist. c. vlt. has autem non pōt concedere Prælatus minor Episcopo, de off. arch. c. signficasti. Commendatitias credo posse concedere quoslibet bonos prælatos, arg. infra eo. c. inter. hęc ille, qui & alia addit. & vide Host. in summa eiusdem titu. in fi. Io. Franc. in trac. de off. & potes. c. sede vac. in 8. q. nume. 22. in fi. sed & Imo. clarius rem explicat in c. fraternitati. de cle. non resid. vbi literarum commendatitiarum tria, inquit, sunt genera. Primū dimissoriarū, quibus clericus dimittitur, & absoluitur à potestate sui Episcopi, in quibus perhibetur testimonium de vita, & ordinibus illius, & has de iure communi soli faciunt Episcopi, non autem inferiores. Secundum genus, quod datur clero, vt ab alieno Episcopo possit institui, seu ordinari: & hoc Episcopus, & capitulum sede vacante concedit, & quilibet ad quem spectat spiritualium administratio in ecclesia cathedrali. Nec has dare pōt (vt subiicit) Archidiaconus, nec Vicarius Episcopi, nisi aliud habeat in mādatis; & illud est genus. Tertium quod datur clerico, qui pietatis ergò peregrinatur, & hoc ab Episcopis cōcedi. Quibus addes Cap. Tho. q. 450. vbi de cōsuetudine præscripta ab inferiori; Rebuf. in Praxi Bene. vbi dat formam. & deniq; vide, quę sancta synodus Tridentina circa prædicta sanctè quidē decreuerit, sessione 14. c. 2. & seq. & de his Apos. ad Cor. 2. c. 3. vbi Diuus Thomas optimus interpres, & bonus tex. in l. si qua per calumniam. §. præterea. C. de Episc. & cler.

Quartum genus literarum est, quæ in vsu sunt inter mercato
31 res: † quas credentiales vocant, & nobis placuit literas fidei appellare, quæ an vim obligandi habeant non inutilis est inuestigatio, & sanè Bar. plenè quidem de his differuit in l. Lucius. ff. de fide. ad quem veluti ad sacram anchoram confugiemus, sed & nos rem hanc clarius, plenius, & bono ordine explicabimus, & in primis quare inuentæ sint ostendemus. Deinde duas facti spe cies constituemus, & vnamquamque declarabimus.

Inuentæ sunt literæ fidei (quas credentiales vocant) diuersis de causis, & pręcipuè quo rectius mētem nostram explicemus; quia arcana quædam literis committere non expedit, possibile nāq; est, vt vulgus intelligat, siue ꝙ literę intercipiātur, siue sub trahantur aut amittantur, vnde mercatores eorum consilia ex quibus lucrum sperant, pandi nolunt. Quod & principes, & reges quotidie faciunt, ne regni (quod non conuenit) alii scrutentur arcana, vt in l. mercatores. C. de commer. & merca. Nam Imperio magna ab vniuersis secreta debentur l. quicū q̄. C. de ope. pub. & scripsit Bal. in tit. de pace Con. in ver. credētia. cum secreta dñi subditis committuntur, argumento est, ꝙ iurent, tex. in c. ego. N. episcopus. de iure. & subiecit (quod admonendi causa ciues meos placet annotare) † Si Antiani alicuius ciuitatis iuraue
32 runt tenere aliquam credentiam (vt ait) & aliquis eorum reuelat eam in damnum cōitatis, ꝙ debeat ab officio remoueri, sed circa id quod ait de iuramento, vide Bar. in d. l. Lucius. in fi. & addes iis, quæ dixit Bal. elegantem tex. ab eo omissum in l. j. in §. si quis tabulas. ff. depo. illic enim ita scriptū est, si quis tabulas testamenti apud se depositas pluribus prę sentibus legerit, ego arbitror, & iniuriarum agi posse, si hoc animo recitatum est testamentum quibusdam præsentibus, vt iudicia secreta eius, qui testatus est, diuulgarentur. Non sunt ergo diuulganda secreta nobis commissa, posset etiam dici ideo literas fidei fieri solere; q̄m bonis viris tradi solent, & omnia negocia cum articulis, & circunstantiis suis literis comprehendi non possunt, argumento l. non possunt. ff. de lega. sed iam (vt polliciti sumus) ad facti species descendamus.

33 Prima est † literæ credentiales valde generales non obligant scribētem, exēpli gratia. Męuio, qui tibi has meas tradet, fidē plenā habebis, vel sic: Męuio oībus in rebus, q̄ tibi meo noīe dicet, fidē habebis plenā. Non ergo literarum prædictarū vi Męuius quicq̄ poterit agere in scribentis p̄iudicium: tum qa incertū cō tinent, tum ēt quia magis cōmendatitiæ literæ vñr, arg. l. fi. C. qđ cum eo. ff. de dolo l. eleganter. in §. fi. & l. si verò non remunerādi §. cum quidā. ff. mād. & hæc fuit sniа Bar. in d. l. Lucius, q̄ recepta est, & ad verbū retulit & probauit Imo. in c. fraternitati. de cleri. non residen. probat ēt Sal. in d. l. fi. vbi Bal. inquit, literæ credentiales gñales informes sunt, & ideo is, qui affert, scribentem non obligat; nam p̄p nimiam obscuritatem tales literæ non valent, arg. ff. de iure fis. l. ita fidei. secundum Bar. in d. l. Lucius. essent enim captatoriæ, & cum generale mandatum datur, non videntur alicuius rei significatiuæ, & propolita facti species confirmatur ex aliis referendis, & ex his quæ scripsit Paris. in consi. 47. nu. 80. vol. j. qui inter mercatores respondit.

Restringitur autem hæc facti species, nisi ex persona scribentis obscuritas hæc, quæ ex literarum generalitate oritur certior quodam modo reddatur. verbi gratia, si is qui literas afferebat, & cui fidem haberi significabatur, institor esset scribentis in aliqua negociatione seu mensa: tunc enim qui literas scripsit, sensisse videtur in ea negociatione seu mensa, cui literas afferēs p̄positus erat fidem haberi, casus est no. secūdùm Bar. in l. cuicūque. §. sed cum fullo. ff. de insti. in illis verbis, planè si affirmauerit mihi, recte me credere operariis suis, non institoria, sed ex locato tenebitur. & singulare hoc verbum, & memoria tenendū dixerunt Bald. & Pau. Castren. ibidem refendo Barto. & quem §. legit in l. institor. eo. titu. quæ sententia ex illa vulgari regula confirmatur, & qualitate personarum dicta factaque pensanda. l. plenum. §. æquitii. ff. de vsu & habit. & scripsi in trac. de pro-
34 xe. in tertia parte. † Non tamen me latet, Raph. Cum. in dicta l. Lucius. scripsisse, dictam § sed cum fullo. in ver. planè, hanc sententiam non probare; qa ibi sumitur credere pro mutuare: sed forsan errauit: licet enim credere pro mutuo dare accipiat̄, verbum tamen credendi generale est: omnis enim cōtractus quos

alienam

Source : BIU Cujas

alienam fidem ſequuti inſtituimus complectitur l.j.ff.ſi cer. pet. & ibi doct. Alcia. in l.creditorum.ff.de verb.ſig.& vide gl.in l. ſi ventri in §.in bonis.ff.de priuil.cred.& generalius etiam intellexit Pau.Caſt.ibidem,& certè Iuriſcōſultus indicat, ꝙ ſi fullo affirmauerit mihi recte me credere non ſolum ſi mutuo dem,ſed ſi aliter fidem præpoſiti ſequar,ipſe fullo teneatur,ſubiunxit idē Raph. quod dictum eſt de qualitate perſonæ poſſe referri ad legatos,& oratores,cum literis credentiæ.Nam inſpicitur cōſuetudo etiam ſcribentis,& qualitas perſonæ nuntii, argumento l. Titio fundus,vbi gl.ff.de condi.& demon.l.argentum. ff. commo.pro qua ſnīa ſuccurrit bonus tex.in c.nobiliſſimus. diſt. 97. vbi non ſolùm mittentis perſonam, & oratoris grauitatem ſpectādam eſſe legitur,ſed an aſſertiones veridicæ ſint,licèt loquatur in eo,qui literas fidei non habebat, & adde circa id & gl. in l.Titio fundus,quæ latiſſime omniū ſcripſit And.Tiraq.in trac. de pęnis tempe.cau.quinquageſimaprima, nu.100. & ante ſeq. numeris,& Bal.in rub.C.de conſt.pec.nu.13.& Vero.plene in l. quid ſit fugitiuus,in §.idem Celſus, nu. 12.& ſeq.ff.de ędil.edic. Mar.in rub.de probat.C.nu.289.

35 Reſtringitur & ſecundò,† qñ in literis ſcripſiſſem,ꝙ fides haberetur meo periculo,vt ī d. l. Lucius,ibi.fide,& periculo meo. & in l.ſi vero non remunerandi.in §.ſi quis mandauerit.ff. mād. ibi, & periculo meo dicat crede, & mercatores dicere conſueuerunt,Sopra de noi,ò à noſtro riſico, ò,ponete à noſtro conto,quibus adde tex.in l.j.in §.j.ff.quod ius. & ſanè crebra eſt hęc locutio apud Cic.& alios primæ claſſis auctores, meo periculo, tuo periculo,veſtro periculo.

36 Reſtringitur ſeu declaratur tertiò,† qñ literæ eſſent cōceptę in hæc ſeu ſimilia verba.Tabellario ſeu latori mearum literarū mandaui,vt meo nomine faciat quicquid voluerit: hoc eñ caſu obligari poterit dñs idemq; ſcribens,ſecundùm Bal.in l.ſi.C. quod cum eo.in princip.qui ait indiſtinctè hoc velle tex.illum: ſubiunxit tamen notandum eſſe ſub iſto generali arbitrio caſum ſpecialiter prohibitum non comprehendi, vt puta donationem,text.eſt notabilis cum gloſſ.ſua in l.1.in §.1.ff. quod iuſſu.facit.ff.quod vi, aut clam l.prohibere.in §.planè, & l. contra iuris.in §.ſi filius.ff.de pact.quæ notanda ſunt,nec ſcio quenquā Baldum improbaſſe.

37 Secunda facti ſpecies eſt ſin Barto. in d. l. Lucius, † qñ literæ ſunt magis ſpeciales,verbi gratia:Meuio tabellario, ſeu præſentium latori,cui animum,atq; conſilia mea credidi,ſeu quē meā intentionem plene docui ſuper tali negocio, plenam fidem habebis.ex quibus literis,vī ſupra conceptis non mandatur, ait, vt aliquis contractus cum eo celebretur,ſed tantùm mandatur,vt credatur in his,quæ refert. vnde ſi contractus cū eo celebretur, non obligatur mandans;quia mandati fines exceſſit.fallit,quando perſonę qualitas aliud ſuadet. vt puta ſi eſſet inſtitor (vt dictum eſt) illud tamen admittit Barto. quia mandaui, vt fides habeatur, ex relata verborum formula ſi damnum occaſione credulitatis is, qui literas accepit, paſſus eſt actione mandati poſſe recuperare.Verbigratia,tuo nomine retulit te daturū ſarcinulas panni, quas cariſeas appellant,ad rationem ∆.centum; tranſmiſſi pecuniam,& damnum ſum paſſus,negaſti dare:damnum quod occaſione literarum tuarum ſum paſſus præſtare debes,arg.ff.mand.l.ſi mandauero tibi.§.fi. ſubiecit Bar. finge ꝙ is, cui perferenda data eſt epiſtola dixerit ſibi mandatum, vt ſecū contrahat,& is,cui literæ inſcriptæ,& traditæ ſunt,crediderit,& contraxerit.Num dño,& ſcribenti literas præiudicet, & negat: quia fides habenda non eſt latori literarum huiuſmodi referenti aliquid,quod ad eius perſonam,& officium pertineat, ſiue qđ ei acquiratur, ſiue ꝙ eius commodum reſpiciat, niſi quatenus in literis reperiatur expreſſum, nec enim via fraudibus eſt aperienda l.ſi.C.quod cum eo.Neceſſe eſt ergo,vt in literis permittatur,ſeu contineatur, vt poſſit cum tali nuncio contrahere generaliter,vel ſpecialiter,d.l.ſi.& ff.quodiuſſu. l.j.in prin.Hęc ille. & conſidera illa verba paulò ſuperius relata,generaliter,vel ſpecialiter,ad interpret.d.l.ſi.C.quod cum eo,& ſententiæ Bal. confirmationem,quem retuli ſupra in ver Reſtringitur,ſeu declaratur ter.&c.Non tamen eſt omittendum,ꝙ licèt Imo.in c.frater ternitati.de cle.non reſiden.Bar.retulerit,& probauerit,in dicta

38 tamen.l.Lucius.† Bar.ſibi contrarium animaduertit. Dixit em̄, ſi in literis dicatur,latori de intētione noſtra plenariè informato habebis fidem, recipientem literas non poſſe cum eo cōtrahere:& ſubiecit poſtea, ſi lator dixerit nomine ſcribētis illi cui literæ inſcriptę ſunt,& traditæ,ꝙ eum conſtituit Procuratorem ad contrahendum ſecum,& recipiens credidit, & cum eo contraxit tanquam cum Procuratore,licèt non præiudicet dño ſcribenti,tñ ſi occaſione illius credulitatis damnum paſſus eſt ſcribens,actione mandati tenebitur. ſubdit ab hac repugnātia Bar. poſſe defendi,ꝙ non teneatur immediate ex tali contractu,veluti ſi expreſſe ſcripſiſſet,contrahe cum nūcio, & latore preſentium,bene tamen teneatur, ſi poſtea ille non ſoluendo reperiatur,ne ex credulitate damnum patiatur,qui cum latore ſeu nūcio contraxit,ſed illo exiſtente ſoluēdo in nihilo teneatur. Hęc Imo.quem nec improbatum, nec vſquam relatum legi, & quātæ auctoritatis ſit nemo eſt qui neſciat: Verum ego,& in Bar.nullam in hoc contrarietatem vidi,& ſententiæ Imolę non acquieſco.Nam Bar. cum in primo capite ꝑ credulitatem conſuluit indemnitati recipientis literas, exemplum poſuit in facto extra perſonam nuncii:in ſecundò verò capite ver. ſed pone,loquit, quando recipiens literas patitur damnum ex credulitate circa perſonam nuncii,& circa ea,quæ eius commodum reſpiciunt: & eſt animaduertendum,ꝙ Bar.in hoc indiſtincte dixit dño nō præiudicare contractum,& ſubiecit,ꝙ non debet ei credi, quando narrat aliquid nuncius ad ſui commodum,& officium, niſi quatenus in literis ſit expreſſum,ne detur materia fraudum, & reliqua.Quæ verba & rationes argumento ſunt, vt ſcribens nō teneatur,etiam ſi nuncius non ſit ſoluendo, ſi ſecum contrahatur,& imputandum vī recipienti literas,qui nimium fuit credulus,argumento d.l.ſi.C. quod cum eo. ſunt ergo hæc diſſimilia, an crediderit nūcio ad eius commodum, vel in facto ab eo alieno,meritò non inferendum l.inter ſtipulantem.in §.ſacrā. verſ. ſed hæc diſſimilia.ff.de verb.obl.l.Papin.exuli.ff.de mino.& forſan motus eſt Imo.conſiderādo Bar.in ver.fateor tamen,cuius verba vīr reſpicere præcedentia. Ego autem ſentio, vt dixi, & puto mentem Bar.fuiſſe(vt retuli)quibus addes,ꝙ Mar. in repe. rub.de probat.C.nu.283.Bar.& alios referens, qui de dictis literis ſcripſerunt.Bar.intellexiſſe vī,vt retuli, non tamen de his q̄ ſcripſit Imo.meminit.Addo etiam,quod Bal.in rubr.de conſti. pec.nu.13.ait quando dicitur in literis, habebis plenam fidem, non omne quod dicit nuncius credendum, ſed ſi ad bonam fidem ſpectat,id creditur,& ſi veriſimilia, & vtilia mittenti credi poteſt,contra ſi ad ſpoliandum dominum,vt non credatur, diſcreto ergo modo literas huiuſmodi intelligendas putat,& adde Fel.in c.2.nu.21.de fide inſtrum.

Deniq; de literis credentiæ vide Pau.Par. in conſi. 47. volu.1. quod ſupra retuli, qui ex facto conſultus inter Mercatores reſpōdit,& de ſigno dato à partibus,vt credatur,aide l.ſi quis vxori §.apud Labeonum.ff.de fur.& ibi Doc.& plene Vero. in l. qđ ſit fugitiuus.in §.idem Celſus.nu.17.ff.de ædil.edic.vbi etiam de literis credentiæ.

39 Quintum genus literarum cambiorum,† quod diſpoſitionē, & tractatum requireret,relationibus locorum,vbi hęc materia tractatur,breuitatis cauſa expediam.Habetur itaq; expoſitio,diuiſio,atq; earundem literarum interpretatio à Bal.qui verè nihil ignorauit in conſi.348.factæ fuerunt &c.in primo, ad quem eſt confugiendum,& Bal.vide in tract. de conſt. quod eſt etiam in rub.de de cōſt.pec.& vide quæ retuli,& dixi in tract.de Adiecto,in 4.par.in vlt.q.Steph.Ber.in cōſi.261.vide proceſſum. vol. 3.2.par. vbi circa recognitionem earundem diſſeruit, & qōnes quotidianas tractarunt Bal.& Sal.in l.pro debito.C.de bon.aut. iudi.poſſ.& pulchram qōnem tractauit idem Bal.in conſi. 190. Sempronius Manfredi.in ſecundo,& adde ſcripta à me in trac. de Merca.in tit.mandati,in prin.& in tract.de Decoctoribus,in ea par.in qua qōnes inſerui nu.6. Bar. & Alex. apud eum in l. cū tabernam.§.idem quæſiit.ff.de pigno. Adde etiā in materia Cate.Cott.in Memora.in ver.cambii liieras,& in verbo Mercator Iaſ.in l.huiuſmodi.in §.ſi ita.nu.12.ff.de leg.j.in l.eleganter. ff. de cond.inde.& in repe.l.admonendi.nu.112.ff.de iure.Mar.ſingu. 46.& nonnulla notauit idem Mar.in repe.rub.C.de probat.nu. 283.& ſeq.numeris.Soc.Iun.in conſi.138.in ter. Alphon. in lib. qui inſcribitur Theſaurus Chriſtianæ religionis c.67. in fi.& vide quæ ſcripſit Cur. Iun.in conſi.132.habita diligenti &c. Rot. Bon.conclu.58.literæ cambii,& adde quæ in ſeq. genere dicam ver.Item notabilis &c.Rimin.in conſi.162.nu.5.vol.j.& de traditione literarum cābii non ſequuta contraditione. Pau. Caſt. in l.ſi filius,ff.ad S.C.Maced.Vero.in cau.9.pone,& alibi dixi, & dicemus in ſeq.genere,& de cābiis,an ſint licita,& qñ,vide glo. & ibi Bal.& Sal.in l.3.ff.de cōſti.pec.& habes tractatū de camb. ſed & addes Rom.in conſi.223.nu.6.& nu.10.vbi quæ ſit cābiorum cōſuetudo.Alex.qui multos(vt ſolet) retulit in cōſ. 61.nu. 10.& ſeq.in 2.viſo proceſſu.&c.Omnino Seue.in reper.l.cūctos populos.nu.74.Pet.Vbal.in trac.de duob. fratribus, in 6. par.nu. 34.To.8.Adde etiam de literis cambiorum Alc.in conſi 87.in quinto,vbi tractat qñ conceditur exequutio ex l.municipali,& ꝙ veritas debiti ſuſpicionem datæ literarum tollat.& quid ſi dico me literas cambii amiſiſſe,& repeto,vide poſt Iaſ.relatum ſupra Rot.Bonon. Conclu.58.literas cambii. Vbi de conſuetudine Mercatorum Genuenſium etiam fit mentio.

40 Sextum literarum genus pecuniæ conſtitutę à Bal.plene,† & docte tractatur in rub.de conſt.pec.ad ipſum ergo cōfugito, & quædam breuiter referemus non ab eo explicita, & quę quotidianum habent tractatum; & illud imprimis notandum eſt.

41 †Quòd licet per epiſtolam obligatio regulariter non cōtrahat, inducta tñ probatur l.emptor.in §.Lucius.l.epiſtola.ff.de pactis l.Lucius.ff.de fideiuſ.& ſcripſi in trac.de Merca.in vlt. par.in ti. de probat.nu.13.Alb.in l.non epiſtolis.C. de probat. in caſu tamen conſtitutę pecuniæ per epiſtolam contrahitur obligatio contra eū,qui pro alio ſe ſoluturū cōſtituit, quando in perſona alterius obligatio erat iam contracta, extēditur enim obligatio

Source : BIU Cujas

iam cõtracta ad personam constituentis se pro alio soluturum, vt contra eum actio de constituta competat, l.fi.§.fi.ff.de act. & obl.l.eum qui §.Iulia quoq; scribit.lib.11.si Titius.ff.de cõsti.pecu quæ iura citat Pau.Castr.in consi.397.ad primum quæsitum. in primo,& probat Bal.in auth.si qñ.C de cõsti.pec.vbi hoc amplius addit,qui in epistola continetur se teneri soluere,id quod alius debet,licèt verba non sonent in obligationem, sed solùm in confessionem,cum confessio probationẽ operari non possit in præiudicium alterius operabitur obligationẽ, vt teneatur de constituta l.quidam.ff.de const.pec.vbi dixit esse casum vnicũ, & memoria tenẽdum,& probauit prædicta Aym.in trac.de antiq.temp.par.j.ver.vidimus.num.39.

Item notabilis, & quotidiana quæstio non est omittenda tractata à Speculatore in tit.de tit. de obl.& solu.§.Prænotandum,
42 nu.8. † Mercator Anconæ degens cũ haberet socios in ciuitate Bononiæ,& quorum erat procurator, epistolam scripsit in hæc verba.Soluit mihi Męuius Titij nomine istic cõmorantis libras mille Anconitanas, quas meo, & sociorum nomine Bononiæ reddere promisi eidẽ Titio in tot libris Bonon. cãbii rõne habita.Quęsitum fuit,num Titius ex literis aduersus scribentem,seu eius societatẽ recte agat. & rñdit quosdã sensisse actione de constituta pecunia recte posse agere.ff.de pac.l.si vnus.ff. de neg.ge. l.si pupilli.§ si is.agi nanq; põt dicta actione,si constitutũ fiat inter præsentes,& absentes.l.qui autem.in §.fi.ff.de const.pec. nõnullos verò actione negociorum gestorũ esse experiendũ opi-
43 natos,subiecit & ipse, † & si dicatur, dari cõdictionẽ ex morib. vel ex consuetudine,non est reprehensibile.C.de const.pec.l.2. in fi. quod vltimum verbũ arbitror aureũ in causis Mercatorũ meritò est memoria tenendum,ad multa eñ,& varia referri pt,
44 & placet ad qõnẽ referre,quæ nunc disputatur.† Quidã Męuius scripsit literas cambiorum Titio inscriptas mãdans ei, vt Petro Frãc.Rouelasco soluat mille, & adiecerat de more Mercatorũ per la valuta hic habita à Riberiis.Traditæ fuerũt literæ à Petro Franc.Titio,quas idem Titius probauit,& soluturum intra præfinitũ tempus promisit.Interim Petrus Franc. decoxit, seu statũ suum deteriorem fecit,vnde mandatum à lege reuocatur ex psumpta mandantis voluntate l.cum quis.l.si cum Corn.ff.de solu.& scripsi latè in trac.de decoct.in 3.par.nu.50.insurrexere creditores Petri Franc.decoctoris. Item & alii quibus decoctor ius prædictum cesserat post decoctionem patefactam,aut post quã statum deteriorem fecerat & qui assecurabant summam promissam in literis cambiorũ à Titio ad Petr.Franc. Rouelas.spectare, & Riberiis nullam actionem competere. Dicebam Bald. in consi.348.in primo articulum non insubtiliter disputasse, & in re dubia pp illa verba, per la valuta da Riberij ad ipsos Riberios negociũ spectare sensisse,& Pet. Frãc.aut adiectum solutio
48 ni,aut merũ ministrum ad recipiendum solutionẽ censeri, idq; in casu proposito confirmabatur ex literis Petri Francisci directis Riberiis ante decoctionẽ, quibus significabat se pecunias à Titio recepturum,& se citius ipsis Riberiis transmissurũ. Dicebam ppea ex rñso Bal.colligi ipsis Riberiis actionem esse cõcedendam;& posse defendi.addebam actionẽ esse concedẽdã, licèt negocium inter Riberios, & Titium nullum gestũ esset, ex
49 æquitate l.cum fundus.in §.seruum tuum.ff.si cer. pet. circuitus euitandi gratia, & quasi pecunia Riberiorum breui quadã manu ad Titium peruenisset,ex notatis in l.singularia, & in l.si me, & Titium.ff.si cer.pet. Rursus actionẽ de constituta pecunia potuisse competere iuxta ea,quæ referendo Speculatorem dixi,& cum Titius in calce literarum impersonaliter se soluturum promisisset, intelligenda hæc promissio videbat pro ipsis Riberiis,
50 ad quos negocium spectabat,siue dicamus Pet.Franc.mandatarium siue adiectum.Qñ adiecto non põt cõstitui; quia non habet petitionem,vt est tex.ad verbũ in l.sed & si.in § fi.ff.de cõst. pec.Deniq; ex sñia Speculatoris, si quis diceret cõditionem ex moribus,seu ex cõsuetudine ipsis Riberiis competisse, nõ esset reprehendendus.l.2.C.de consti.pec.vbi Accur. & adde l.uni.ff.
51 de cond.ex lege,& Bar.in repe.legis de quibus nu.19.ff.de legib. Illudq; certi iuris est,q adiectus non delegat,non nouat, nõ cedit,se solutioni recipiendæ præstat ministerium.l.cui recte.l.nõ ideo.ff.de nouat.Alex.in consi.95.in 3.Ias.in l.eum qui ita.in § q sibi.nu.12.ff.de verb.obl.& dixi latè in trac.de adiec.in j par.

Et illud non tacendum, quod Bal.scripsit in d.rub.C.de cõsti.
45 pec.num.12.† An mercator possit reuocare literas,antequã soluat,& ait,si sunt dispositiuæ,non possunt,si sunt mandati põt,citat.ff.de consti.pec.l.falsis,sed voluit forsan citare l.vtrũ.in §. vnde falsam.ff.de const.pec. & vide Cur.Iun.declarantẽ Bal. in cõsi.132.sacratissimę &c.nu.2.& nu.5.

Nec illa quæstio prætereũda est in auditorio almæ Vrbis agi-
46 tata, † licèt epistola probet contra scribentem ad fauorem eius cui dirigitur,in dubium tñ venit,an probet ad tertii fauorẽ,verbi gratia.Scripsi literas amico meo,quibus significaui,q tibi debebam centum causa finge mutui,aut venditionis,& excusationes adducebam,quare tibi non soluerem; fuit quæsitum, num hæ literæ tibi ad plenam probationem sufficerent. hæc quæstio reperiretur in dec.sub nu.429. Nota ego misi &c. & multa hinc inde referuntur iure,& quidem docte,quam retulit Aym.Crau. in trac.de Antiq.temp par.j.uersi.vidimus,num.41. & ait, Rotã dicere pro tertio etiam probare.Sed postea in cõtrarium argue re:& subdit se putare,cum semper scriptura dicatur loqui, si pueniat ad manus tertii,q ad eius etiam fauorem probet;quia videtur confessio facta ipso tertio præsente, subiũxit extraneum sibi videri, q liceat scribenti aduersus scriptam confessionem venire alio errore non probato, & certè æquitas magna suggerit,vt nisi per errorem scripta probetur epistola, scribens cõtra confessionem non audiatur:nimis enim absurdum est &c. l.generaliter.C.de non nu.pecu. incidi etiam inter legendum in responsum Alciati sub num.70.to.2.lib.6.is enim in nume. 6. inquit,literæ emanatæ ad tertium seu ad amicum non pręiudicãt scribenti,nec prosunt alteri:sed non video hanc conclusionem in relatis auctoritatibus ab eo probari, & in casu suo literæ non erãt dispositiuę,sed in eis etiam erant verba enunciatiua,de quibus aliàs dixi,& circa datam epistolę quã vocant multa scripsit Hierony.Cag.in proę digest.§.j.nu.296.

Admonuimus etiã in eo. loco, scilicet in rubrica de probat.
47 † ne accipientes literas taceant;quoniam consentire videntur, vt in l.si filiusfamilias,vbi Doctores,& maximè Pau.Castr.ff.ad S.C.Maced.Bar.in l quo enim.ff.rem rat.hab.& in l. cum taber. in §.idem quęrit.ff.de pigno.& in l.si Titius.ff.de const. pec.Alexan.in consi.78.vol.j.& addes scriptis ibidem Aym.in cons.11. num.4.& seq.quos legito,& hoc ideo est; quia interuenit actus positiuus,scilicet receptio literarum,& animaduertit Bar.in relatis locis,& Cassad.in tit.de reseri dec.3.& Gom.in epilogo casuum negligentię,ver.67.inserto in reg.de triennali pos.q.28.& latè scripsit Mar.in rub.C.de probat.num.246.& sing.344. taciturnitas &c.& in l.fi.ff.de quęst. nu.46. vbi etiam declarat Mat. not.22.& apud eum notatur:addes etiam Cur.Iun.in cons. 132. declarantem,nu.5.Zoccar.in rub.C.de pactis,& receptam hanc sententiam testatur Rimi.Insti.quibus alie.licet vel nõ, in prin. nume.190.& seq.& addes Soci in suo responso, quod reperitur post trac.Alcia.de duello,num.3.to.5.verum tamen est, q hęc sententia restringitur à Veron.cau.9.in literis continentibus rationes,& calculum;quia magis inspiciendi,& videndi gratia, q approbandi retinuisse censetur,& probat Ias.in rep.l.admonendi,num.114.ff.de iure.vbi etiã restringit,& dixi in trac. de adiec. in vltima par.num.8.& seq.restriuxit etiam,& recte Car.Ruy.in consi.65.quamuis eleganter &c.in 5.nume.3.& seq.& num. 10. vbi in literis res clare,& aperte exprimitur, vt meritò ex scientia, receptione literarum, & taciturnitate consensus arguatur. Quod comproba ex his quę habentur per Bart. & alios in l. Lucius.ff.de fideiusso.

Et quomodo literas aliis inscriptas aperiẽtes puniãtur † scripsit Io.doc.in sua praxi rerum criminalium c.18. nu. 17 & vide Alcia. in suo responso quod reperitur post tractatũ de singulari certamine,nu.54.to.6.& quando epistola est intercepta vide elegantem tex.in l.eum qui.in §.fi.ver.& epistola ff.de furtis.

Deniq; prętermissis vulgaribus ad epistolam,& literas pertinentes de quibus in locis communibus,& notis illud est notãdum,quod scripsit Bal.in cons.74.Quandoq; agitur in 5 † Cum mercator decoquit,& rationes conturbat,& literas scribit,non recte dici posse literas à mercatore missas,cuius rei illa ratio reddi potest;qa decoquẽdo mercator esse desinit, vt scripsi in trac. de merca.in 7.par.quę est ante tractatũ de decoctoribus, & cõgruit dictum Bal.his,quæ ibidem scripsi.

Postremo de literis onerariis sermo habẽdus est, & quidem
50 breuis,& libuit † literas quas vocant vulgo de porto, ò di carica mento, onerarias appellare, vt enim naues onerariç appellatę sunt in l.2.ff.de capt.& post.reuer.& apud scriptores frequenter ita,& non male dictę literę onerariç dici possunt non ab onere lato,sed oneris demonstratione,licèt nec dictum à quoquam, nec vsquam relatum sciam,& illud non me latet.Sali. in l. cum
51 proponas.C.de nau.fęn.nu.5.† literas quas, vel magistri nauiũ, vel muliones deferunt ligagiorum appellasse, qđ vocabulum est mihi penitus incognitum.Is enim scripsit in hęc verba, iuxta prędicta potest dubitari, qualiter sciatur merces esse magistri nauis, mulionis vel alterius. Dic, quòd recurritur ad literas ligagiorum,quas secum portare consueuerunt, & ad alias coniecturas verisimiles consideratis rebus, quę portantur, & personis portantium, argumento.ff.loca.l.cum in plures.§.vehiculum,& l.colonus.in §.nauem.eod.titu.& hoc etiam tenet Bald. hactenus Salic.

Sed,& iliud quęsitum fuit,† Num literç huiusmodi probent,
52 quæ à scribis,seu scribanis nauium scribi,aut subscribi solent,& quo ad materiã propositam resp. aut scriba est approbatus à lege municipali:vt plerũq; euenit in locis maritimis,quibus cautum est, scripturis scribarum fidem haberi certa forma data in approbatione personę,& confectione scripturarũ,& serua legẽ seu statutũ, put est Anconę,vñ mihi origo est, vt patet in rub. 90.de fide danda libris, & scripturis scribanorum nauigiorum colla.ciuili, super quo statuto ex facto consultus Socinus multa dixit, vt patet in consil.33. Assumo primum &c. volum.1.

& sat

Source : BIU Cujas

& ſat ſit locum retuliſſe, quibus addes quæ dixi in trac. de mercatura in tit. de nauigatione, nu. 14. & in trac. de proxene. in 4. par. ver. illa ēt qō &c. nu. 33. Circunſcripta vero lege municipali, cū in noſtra formula partes ad literas onerarias, quas caricamenti vocant, ſe retulerint, & ipſas literas, & p̄ſonam ſcribētis, ſeu ſubſcribentis approbaſſe cenſentur. facit l. Theopompus. ff. de dote præleg. & qđ notatur ibidem à doctoribus de qua l. alibi dixi, & quæ ſcripſit Bar. in l. Lucius. in fi. ff. de fideiuſ. Fel. in c. veniēs. nu. 22. & ſeq. de teſti. Iaſ. in rep. l. admonēdi, nu. 167. & ſeq. ff. de iure, & quæ dixi in d. tract. de proxe. in 4. par. & relata qōne, num. 21.

§3 Sed, & hic illa incurrit inſpectio frequens, & neceſſaria, † Nū contra tertium hæ literę onerariæ probent circunſcripto ſtatuto, & partium approbatione, & Sali. (vt retuli) in d. l. cum proponas. cōfugiendum ad has literas, & alias coniecturas putauit, vt ſciamus ad quem merces pertineant, & ſcripſi in trac. de nauib. in 3. par. in fi. hic ergo quæſtio diutius agitata referēda eſt ea breuitate qua res patietur; Quidā Antonius Caluus Correſius Cōſtantinopoli degens cum mole creditorum grauatus eſſet, ſeq; ne ad ſoluēdum cogeret in illis partibus à creditoribus tueret tanq̄ regis Turcarum eſſet, vt vulgo dr̄ Caracciarius, coriis circiter ſeptem milibus nauim quandam onerauit Anconam nauigaturam, & literæ onerarię coriorū inſcriptæ erant Alex. Mauradi. quibus continebat coria ad quendā Michaelem, & Cōſtātinum pertinere, in hæc verba, Onerauit Antonius (vt Mercatores dicere conſueuerunt) de cōputo Michaelis, & Conſtantini, ex oneratis Anconæ Coriis Franciſcus Muti in ſequeſtrum poni obtinuit, aſſeuerans eſſe Antonii Calui, & ſe eiuſdem in magna pecuniarū ſumma creditorem docens. Alex. verò, cui literæ traditæ fuerunt, item & coria, defendebat ex ipſis literis onerariis ad Michaelem, & Conſtantinum coria ipſa ſpectare. Pro quo facit relatus Sali. in d. l. cum proponas, contra verò ex coniecturis multis diuerſisq; probationum generibus Franc. Muti ipſa coria Antonii eſſe demōſtrabat: & primùm ex literis inter ceptis, & ab Antonio ſcriptis geminatisq;, & in ſcriptis tā Alex. prædicto. q̄ Nicolao fratri eiuſdē, quibus ſignificabat eiuſdē coria ad ſe pertinere, & iuſtis de cauſis ſub alienis nominibus trāſmiſiſſe. Quod Mercatores plerunq; aſſolēt facere, de quo vide tex. in l. optimam. C. de cōt. & com. ſtip. l. ſi pupillus. in §. per interpoſitam. ff. de aut. tut. & elegans Bal. cōſilium ſub nu. 440. in libris Theſaurariæ, nu. 6. in 5. & multa quotidiana retuli in trac. de adiec. in 4. par. in q. 12. per totum. & adde bonam gl. in l. j. ff. de dolo, in ver. deſeruiunt, & iiſdem literis certiorem reddebat de numero coriorum, & eorundem generibus, & vocabulo nauis, & nomine Mag. nauis, ac ſcribę, & mandabatur eidem Alex, q̄ aſſecurationem procuraret de dictis coriis in certa, & præfinita ſumma. Quod exequutū in eadem ſumma demonſtrauit Frāc. creditor. Vnde cum circunſtantiæ prædictæ, & aliæ eſſent cōiectę, & non demonſtraſſet Alex. mandatum de aſſecurando ſibi à Conſtantino, & Michaele datum, lucem veritatis interceptis

54 literis prædictis aſſiſtere videbat, exēplo eius quod dr̄ † de libro continente diuerſas rationes, quarum aliquæ veræ ſunt demonſtratæ ex ſnīa Caſtr. relati ab Aym. cōſ. 158. nu. 6. quæ Pau. Caſtr. ſnīa recipitur à Rimin. in conſi. 583. col. 2. lib. 3. de qua nō recte pōt dubitari aliis interuenientibus coniecturis, vt in caſu, & ſcripſit idē Aym. in cōſi. 275. col. 3. par. 2. & in trac. de antiq. tēp. par. j. ver. Quid in lib. nu. 11. & comprobatur valde ex deciſ. Delphi. Guid. Papæ 341. quam retulit ac probaui Riminal. vbi ſupra, p̄bauerat ēt Franc. Antonium coria in naui immiſiſſe, vnde dñs præſumi videbatur, argumento l. cum in plures. in §. vehiculū, & l. colonus. in §. nauem. ff. loca. quemadmodū enim, qui pecuniam numerat, dñs iudicatur, vt inquit Bal. in conſi. 348. col. vlt. vol. j. eodem modo, & qui onerat, & argumēto eſt l. & magis. ff. de ſolu. & l. ſi ita ſtipulatus. in §. Chriſogonus, ff. de verb. obl. docuit etiam Antonium eadem coria in eius taberna ſeu horreo detinuiſſe, vnde ex poſſeſſione dñs præſumendus videbat. l. ſicuti. in §. ſi quæratur. ff. ſi ſerui. vend. & ſcripſit Cor. in cōſi. 327. nu. 7. in primo, & illud etiam conſtitit, q̄ tam Alex. q̄ Nicolaus prædicti in multis de mendacio conūicti fuere: oſtēditq; etiā Frāc. q̄ Alex. negocia dicti Antonii gerere conſueuerat, vnde tacitè fidem accommodauerat, ne lucro careret, quod in diſtrahēdis mercibus de more à Mercatorib. recipitur. Accedebat & illud, quod Alex. librum de more Mercatorum confectum nō exhibuerat, ſed paruulum librum, in quo de prædictis nulla mētio, & cū eſſet Mercator, p̄ſumebatur celaſſe libros (vt aliàs dixi) cū ergo (vt in initio dixi) Sali. & Bal. ad coniecturas in hmōi negociis confugiendum ſcripſerint, fortiores quidem, & potētiores præualent, l. Diuus. ff. de reſti. in integ. c. literas, de præſump. Soc. in l. qui duos. in §. ſi Lucius nu. 4. ff. de reb. dub. ex quibus putabā intentionem ſuam Franciſcum probaſſe, relatasq; coniecturas, & probationum ſpecies longe, lateq; relatam præſumptionem, quæ ex literis onerariis ſumebatur, ſuperaſſe, & meritò egregius I.C. Vincentius Porticus cum Anconæ tunc Preſidiis officium gereret, ſm dictum Franciſcum ſnīam dixit. Hæc eadem cauſa in ſacro vrbis auditorio nunc agitur, vbi ſunt legum prudentū vertices, quorum definitio expectatur, ſed & quidam articuli, q̄ ferè negociū terminant, ſunt pro Franc. terminati, & poſtq̄ hęc ſcripſeram ſecundùm Franciſcum pronūciatum fuiſſe audiui.

55 Sciēdum eſt etiam literas † onerarias, aut ſcriptas, aut ſaltim ſubſcriptas eſſe à Scribano oportere. Quod autē dixi de ſubſcriptione, intelligendum eſt, ſi prius lecta fuerit epiſtola, ſeu apocha. Vnde ſi ſcriba cedulæ vacuæ ſe ſubſcripſiſſet, non cenſereť confirmaſſe, quæ in ea poſtea ſcripta ſunt, nec recte dici poſſet hanc ſcripturam, ſeu has literas onerarias à partibus approbatas. l. fi. C. plus valere quod agitur &c. & vide quæ eleganter ſcripſit Inno. in c. 2. de fide inſt. Ang. in l. ſi ita ſtipulatus. in §. Criſogonus. ff. de verb. obl. & quæ latè ſcripſi in trac. de Proxenetis in 4. par. ver. & illud quod frequenter, & Car. Ruy. in conſi. 65. nu. 4. in ver. Quamuis eleganter &c. & hoc placuit annotare, agitata enim fuit cauſa inter Mercatores huiuſcemodi, ediderant aſſecurati literas onerarias à Scribano ſubſcriptas. Qui promiſerant rem ſaluam fore, reiq; conuenti probauerant literas onerarias ſubſcripras literis non viſis, & vacuæ cedulæ Scribā ſe ſubſcripſiſſe defendebant, ſubſcriptionem aſſecurati, qm̄ ex mandato magiſtri nauis, hoc fecerat, & hoc fieri rectè potuiſſe; Nōnulliq; Mercatores id legitimè, & de more factum probabant, ſed & alii Mercatores opinabantur, & rectius, ſi id de more fieri poſſet, vt cedulæ vacuæ Scriba poſſet ſe ſubſcribere, oportere vt in ipſa ſubſcriptione id Scriba exprimeret, ex mandato ſcilicet magiſtri nauis ſubſcripſiſſe. Tu verò lector audiſti quid de iure rñdendum ſit, & de conſuetudine in pleriſq; locis, vide in capitulis Barchinonēſibus 90. & ſeq. ſm veterem impreſſionem, & ſm recentiorem c. 53. & ſeq. ſed quia idem ſcriba librum etiam non confecerat, nec merces oneratas (vt dicebatur) viderat detecta fuit impoſtura.

Commodiſſimè & hic quæſtio tractanda eſt: Quid ſi literæ onerariæ non appareant, quia (vt aliqñ vidi) confectæ non ſint, conſtet tñ legitimè merces ad valorem pecuniarum oneratas, eaſdemq; naufragio amiſſas, aut direptas. Num Aſſecuratores literis onerariis non exhibitis, aut non apparentibus teneātur? Et prima fronte videbatur, ſi literæ onerariæ non appareant, ad quas ſe partes retulere, conuentionem non valere. l. in teſtamēto ita quidem. ff. de cond. & demon. & notatur in auth. ſi quis in aliquo. C. de eden. & paria ſunt non eſſe, vel non apparere. l. in lege. ff. de cont. emp. & cum ſe partes ad literas onerarias reſtrinxerint, limitata uidebat obligatio, & limitata cauſa, & reliqua. l. in agris. ff. de acq. rer. dom. l. age. C. de tranſac. vbi Iaſ. exornat: Hoc amplius dictio illa, ſi come, put, vel ſicut, relata ad literas onerarias conditionalem cōuentionē reddere videbatur, quaſi aſſecuratio facta ſit, ſi literæ onerariæ fierent, & apparerent q̄ multis exemplis demonſtrari poſſet: quæ qm̄ & locis referendis patent, breuitatis cauſa non refero, & merito ſi literæ onerariæ non apparerent, Aſſecuratores non teneri videbatur l. cedere diem. ff. de verb. ſig. l. cum ad præſens. ff. ſi cer. pet. Verùm diuerſa ſententia admittenda eſt: ſciendum eſt ergo, q̄ in priuilegiis, cōtractibus, vel in alia materia, vbi fit relatio per dictionem ſicut, vel ſm, vel prout, & ſimiles, licèt huiuſmodi dictiones relatiuę, & conditionales cenſeantur, quando tamē diſpoſitio certa eſt, & facta ab habentibus facultatem diſponendi valet, & non vitiatur, licèt de relato non conſtet, & cauſatiuè adiectæ cenſeantur, & falſa cauſa, ſeu demonſtratio non vitiat, iuxta regulam legis, cum tale in §. falſam. ff. de cond. & demon. ſi verò diſpoſitio quæ ſe ad aliud refert per ſe clara, & certa non eſt, nō valeat, niſi ex relatione declaretur, & demonſtretur. primū probatur in c. Abbate. extra de verb. ſig. & ex his, quæ eleganter ſcripſit Bar. in extra. ad reprimen. in ver. prout, cuius doctrina recepta, vt inquit Cur. Iun. in conſ. 97. conſiderato diligenter &c. num. 4. vbi exempla ſubiiciuntur. Dec. in conſi. 325. nu. 2. & ſeq. & plenius in conſi. 63. num. 5. & ſequen. & pro tenui. ſecundum verò diſtinctionis caput ex his, quæ ſcripſit Bar. in l. ſi ſic. in §. j. ff. de leg. j. & in l. legati. ff. de libe. leg. & hæc diſtinctio traditur ab Are. in cōſ. 76. col. 2. verſi. circa tertium, & à Doctoribus in l. admonendi. ff. de iure. & addes, quæ copiosè ſcripſit Gram. dec. 59. Catholicus &c. ex quibus locis, & aliorum Doctorum loca, & multa ac varia in vnoquoq; diſtinctionis capite exempla habentur, quibus addendum eſt cōſilium Riminal. 583. in præſenti &c. in tertio, qui non improbat prædicta, & refert quæſtionem ad Mercatores pertinentem à Caccia. tractatam in dicta l. admonendi, is enim putauit, ſi ratio in libro Mercatoris deſcripta certa ſit, quò ad rem, perſonas, diem, & cauſam probat, licèt codex ad quem ſe ratio refert non reperiatur. & qui Riminal. ſub nume. 12. declarat, & vide, quæ apud eum notantur, & circa relationem, quæ latè ſcripſit And. Tiraq. de leg. Connu. Gl. 7. nu. 182. & ſeq. cum ergo conuentio aſſecurationis clara ſit, & certam quantitatem contineat, ſi merces oneratas eaſdemque amiſſas, aut direptas aliter conſtiterit, & aſſecurationem literis onerariis non confectis, aut non apparentibus tenere, & ad ſoluendū Aſſecuratores pecunias aſſecuratas iuxta amiſſarum, ſeu direptarum mercium valorem probatum exiſtimo, quod ex relatis auctoritatibus probatur.

Notandum eſt, q̄ licèt relatio habebatur in noſtra formula

Source : BIU Cujas

ad literas onerarias,& relatum censeatur esse in referente, cum omnibus suis qualitatibus,& etiam ad correctionem l. asse. toto.ff.de hære.insti.l.si ita scriptum.ff.de condi.& demonst. & declaraui in trac.de Merc.in tit.mand.nu.13.& in causa ad Mercaturam pertinente resp.Pau.Par.in consi.94.nu.2.in primo.opor
56 tere, † tñ ad valores rerum assecuratarum demonstrare rõnes, seu computa,& hoc iure Mercatores nostri vtũtur,licèt hoc de iure non arbitrer necessarium,putem tñ mercium valorem ꝓbare esse necessarium.Ego etiam,vt dixi supra in Glo. super verbo cariche,ò da caricarsi,consuetudines Barchinonẽses in hoc laudauit, vt mercium pretia taxentur : sed qñ hic in patria mea de exhibitione rationum,& librorum agitur, & frequẽs est hęc quæstio,præter ea,quæ scripsi in trac. de Merca. audi quæstionẽ necessariã,& quotidianam, in qua iuris interpretes(quod mihi liceat pace illorum dicere) longe errarunt.

57 † Mercator Venetiis mercaturam exercuit, Anconæ ad editionem librorum compellit̃,num recte? Glo.Bar.& Alex.in l.ꝓtor ait.in §.fi.ff.de eden.ad exhibendum Anconæ astringi posse putauerunt.Vbi Ias.addidit post Ang. & Cast.nõ solùm sumptibus, sed periculo petentis, & subiecere, si instr̃m, seu liber non posset inde extrahi,vel esset periculũ in transferendo, seu in itinere faciendo practica Bar.esset seruanda in l.Iudices.C.de fide inst.ꝙ scribatur ad iudicem loci,vt copiam, quam dñt authenticam,illius scripturæ mittat, ꝙ & Ias. post Fulgosium notauit in d.l.Iudices.nu.8. & mouerunt Glo. Bart. & cæteros verba legis prædictæ prætor,in §.fi.quæ talia sunt : Nisi ibi rescriptum velis, vbi de ea re agitur.Tu verò dicito,Mercatorẽ astringi nõ posse exhibere in loco Iudicij libros Mercaturę alibi factę,de quo est tex.clarus in d.§.fi. in quo nota dum legitur, nisi ibi rescriptum velis,vbi de ea re agitur eum dare tibi tuis videlicet sumptibus, nam illud verbum rescriptum,in errorem notorium Gl.& doctores traxit,ego autem animaduerti,ꝙ in Pisana litera non legitur rescriptum,sed descriptum,hoc est,quod nostri dñt,copiatum.Hęc enim est huius verbi notissima significatio,vnde Cicero Epist.Famil.li. 7. ad Trebatium de casu legis scribens inquit, Et id caput,vbi controuersia hæc est, descriptũ tibi misi. sensus ergo legis clarus est,si petens voluerit argentariæ alibi factæ rationes, seu librum sibi exhiberi, minimè conuentus hoc facere cogatur, nisi quis vellet sibi descriptum, hoc est copiatum, vbi agitur reum dare sumptibus petentis,& hic est indubitatus sensus literę restitutæ,vt supra.& nota,ꝙ Iurisc̃onsultus hoc ipso verbo vtitur in l.si quis ex argentariis.eo.tit ibi.aut descriptas rõnes dabit.Et cũ de hoc quæreretur in cã Equitis Aug. Filagi, in qua Restaurus Castal.vir bene doctus,& alii contra eum responderunt adhærentes Bart.& aliis ostendi Iudici Florentinam literã, qua visa ſm sententiam meam pronunciauit.Nec te lector candide moueat(quod aiunt) Glo. Bar. & aliorum sententiam esse quodammodo canonizatam. Dicam enim quod in simili ciuis meus Augustinus Anconitanus dicere consueuerat, cuius doctrinam commendat Clarissimus ille Rotæ Romanæ Auditor Iac.à Mucciarellis.Non valet hæc consequẽtia, talis doctor est canonizatus, ergo prohibitum est aliter opinari, q̃ ipse scripserit.Nec etiam valet hęc consequẽtia, talis non est canonizatus, ergo dicta eius non sunt recipienda, sed bene valet ista ꝯñtia, talis est canonizatus,ergo licite leguntur, & tenentur eius opera,& refert Fel.in c.2.de rescrip.& Euer.in sua Centuria loco 48. ab auctoritate,seu exemplis,pag.ante ver.Item scias &c. & vide pulchrũ tex.in l.2.§.sed neq; ex multitudine.C. de vet. iu. enuc. vt ergo clarius hæc materia innotescat, infrascriptas facti ſpecies constitui.

58 Prima est † Mercator, & quilibet alius administrator rationem,& codicem edere,tenetur,vbi administrauit,& mercaturam exercuit l.hæres absens.in §.si quis l.argentarium.ff. de iudi. Glo.in d.l.prætor ait.in §.fi.in verbo exercuit: Amplia,seu declara,ẽt si mercaturam facere desierit, vt in loco, in quo exercuit, & rationes,& codicem edere compellatur,vt in d.§. fi. Amplia & ſecundò,etiam si Mercator libros rationũ habeat in alia Prouincia,vt nihilominus vbi administrauit, seu mercaturam exercuit,edere cogendus sit;quia(vt Iurisconsultus in relato tex.ait) hoc enim primum deliquit,quod aliò transtulit.

Secunda facti ſpecies est, si Mercator Venetiis mercaturam exercuit, codicem rationis Anconæ edere astringi non possit, contra Bar.& Doctores, nec enim cogi potest edere codicem, nisi actor velit descriptum,hoc est copiatum suis sumptibus, in loco vbi de ea re agitur,idest iudicii(vt Iurisconsultus ait) vnde superflua est additio Castr. Ang. & Ias. periculo petentis &c. vt retuli,cum codicem edere minimè cogendus sit,& meritò subiunxit l.sequens in hæc verba,spatiumq; ad perferendas eas,scilicet rationes descriptas tribuendum est.

Tertia facti ſpecies est, qñ Mercator habet libros in villa vel horreo. Aut in locum te perducat; aut descriptas rationes det, idest ipsarum copiam.l.si quis ex argentariis.ff.de eden.quæ sub sequitur relatas leges,sed ex lege nostra municipali, siue in villa,siue in horreo Mercator habeat codicem exhibere coram Iudice compelli potest.

Deniq; vt ad Gl. relatorum verborum aliqñ redeam. Come per lettere de caricamẽto appare, ò apparirà,illud verbũ,apparirà,dictum est ꝓ superiora verba,Cariche,ò da caricarsi. Tenet ergo assecurationis contractus ex lege contrahentium, si conuentionis,& contractus tpe merces oneratæ non erant, & ꝑñr onerariæ literæ confectæ non erant:sed & laudarem, vt nauigationis tempus in hac formula exprimeretur ad remouẽdas cõtrouersias;si enim certo tpe nauigari conueniſſent,& alio nauigaretur magis periculoso, Assecuratores non tenerẽtur,& vide pulchrũ tex.in l.qui Romæ.in § Calimachus.ff.de verb. obl.vbi Bal.inquit,qui non nauigat debito tpe,suo periculo nauigat;& qñ plene scripsi in trac.de nautis,in 3.par.sat sit locũ retulisse,& adde Cor.in consi.273.visis &c.in primo,& illud (vt finem huic Glossæ imponam) non omittam solere presides,quosdam cum literis transmittere ad emendum aduehendasq; res, siue in vsus suos,siue Principis, de quibus habes tex.in l.si Publicanus, in §. de rebus.ff.de publi.nota,ꝙ hetrusca litera,habet quendam empturum non ad empturum,& in fine §. munificium, & est planus sensus non municipium,aut munificum,seu municipium, vt notauit Accursius.

SVMMARIVM.

1 *Assecurans merces ab aliquo loco ad Portum Anconæ, si in loco oneris diripiantur merces, num tenetur, & locus ille in assecuratione comprehendatur.*
2 *Dictiones à, vel ab, separationem indicant, & multa de his dictionibus.*
3 *Assecuratio simpliciter facta de prima nauigatione intelligitur.*
4 *Conducens molendinũ, & promittens reaptare intelligitur de prima reaptatione, & alia subijciuntur similia.*
5 *Res quæ venditur indicatiua est pretij, & pretium demonstrat, quid in contractu veniat.*

GLOSSA XII.

Dal porto de Constantinopoli al porto d'Ancona.

SOlent Mercatores hmõi promissiones rei saluæ in diuersis locis facere,& aliqñ à locis non munitis,sed solitariis,vbi ciuitates non sunt,& appellanẽ onerarii loci, vt verbi gratia à Malea Laconicæ Prouinciæ Promontorio Anconã versus, vbi sunt loci onerarii rapinis, & direptionibus subiecti:
1 finge modo qõnem aliàs agitatam: Titius † assecurauerat merces à loco solitario nõ munito ad portum Anconæ, onusta deinde naui mercibus in ipso loco oneris impositi merces à prædonibus,seu piratis direptæ fuerũt;dubitatũ fuit,num Titius teneretur? Dicebant nõnulli rem esse extra controuersiam, cum ex verbis formulæ nostræ subiiciendis oẽm casum direptionũ assecurator in se suscipiat, Benuenutus verò contra. Verba eñ illa.dal Porto.latinè sonant à Portu,dal braccio de Mayna, à loco Maleæ,† Dictiones aũt a,vel ab,sunt
2 separatiuæ.l.datio.§.si ꝙ venditorem.ff.de act.emp. vbi Accursius inquit, à, separationẽ denotat.Quod & Bar.notauit in l.meminisse.in prin.ff.de Procon.& ait notari in l.si ex duobus.ff.de duobus reis,vbi recentiores nu.16.& multos(vt solet) retulit An.Tiraq.de retrac.§. j. Gl. 11.nu.11.& seq.vbi ex eo ẽt comprobat,qñ qui proprie loquũtur a,& ab,pro dictione postea vsurpãt.l.2.§.quod ad magistratus.ff.de orig.iu.in illis verbis, & velut ſm locum à regibus obtinebant,i.vt annotauit Zasius post Reges,& idẽ And. Tiraq.in l. si vnq̃ in verbo,& postea.nu.20.C.de reuo.don.vbi subiecit, cũ hæc dictio A.tps,aut locum diuidit, significare immediatũ tps aut locũ,vt si dicat,à die à fundo Titij l.Pater.§.sexaginta. ff. de adult.vnde Frãc.Aret.in consi.71.diligenter,& mature &c. col. vlt.inquit,illa verba à prima hora noctis significare immediate finita prima hora.Quibus addes Cat. Cot. in suis memorabilib. in litera A.vbi retulit Bal.in l.j.ff.de Senat.si p̃dium,inquit Bald. vendat̃ à tali arbore,ad talẽ, si talis arbor non est pars fundi vẽditi,non includit̃,aliàs sic,& idẽ Cat. Cot. scripsit in verbo Anni,& scripsit Marc.Ant.Ba.in trac.de tẽp.uti.& cõt. c. 19. nu.20. Gomes.in reg.de infirmis.q.37. sed & addes, ꝙ forsan Latini ex eo usi sunt dicta prępositione A,relatis modis,ut aliqñ idem, ꝙ post significet,aliqñ sit excluſiua,seu separatiua:quia apud Grę-cos litera A.aliis adiuncta priuatiua est,qđ sexcentis exẽplis posset demonstrari.Vnde sequitur locum ipsum,in quo nauis onusta fuit,in assecuratione inclusum non censeri,& ꝯñr mercium direptarũ periculum in loco illo eueniens ad Assecuratorẽ nõ ꝑtineat,pro qua sñia uſ tex.in l.in nautica.ff.de nau.fęn.in nautica,inquit Modestinus, pecunia ex ea die periculum spectat ad creditorem,ex quo nauim nauigare cõueniat,& subiunxit Accurs.ibi,& nauigauerit.Nec eñ aliud periculũ nisi nauigii, hoc est nauigationis suscipit creditor, & facit tex. in l. cũ proponas. C.de nau.fęn.& l.j.ff. eo. & ideo uidi in formula aliqñ adiici ab hora,qua uentis uela dabunt,aut ancoram soluẽt, prout adiecimus in formula, quod ad remouendũ excogitatas artes litigantiũ laudo. Nec moueat clausula ꝓposita, & de qua primo loco dixi. Illa eñ clausula direptiones in ipsa nauigatione respicit,& ut supra respondendum esse, & uerba relato modo interpretãda esse,

da esse, subiecta materia suadet, quæ in interpretatione rei ambiguæ semper dominatur. Quibus addes cp relata verba, dal Porto de Constantinopoli al Porto d'Ancona, remouens dubitationem, an de prima, vel etiam secunda nauigatione assecuratio intelligatur. † Quòd si simpliciter assecuratio facta esset, 3
adhuc de prima nauigatione intelligenda esset, etiam si nauis bis in anno nauigationem illam facere cõsueuisset, quod comprobatur † ex his, quæ scripsit Bal. in l. licèt. C. loca. de eo qui cõduxit molendinum ea lege, vt teneatur reaptare, vt semel tantum (vt loquitur) reaptare teneatur, propter regulam l. boues. 4
§. hoc sermone. ff. de verb. sig. vbi Andr. Tiraq. complures refert sub num. 100. Quæ sententia adiuuari potest ex his, quæ scripsit Bart. in l. dotis promissio. ff. de iu. dot. si bannito, ait, securitas simpliciter cõcessa est, veniendi ad ciuitatem intelligitur, vt semel veniat. Quod multis auctoritatibus comprobat idem Tiraq. nume. 8. & declara, ut per eun. in secunda limit. & vide eundẽ sub nu. 9. facit etiam, quod proxime ad rem scripsit Fel. in c. 2. si promitto iactum rethis, de treg. & pace, qui emit, inquit, simpliciter iactum rethis, de primo tãtum intelligitur quod & idem And. Tiraq. vbi supra retulit in regula nu. 62. sed & ex pretio periculi facile dignosci potest, an de prima, vel etiam secunda nauigatione partes senserint, loci, temporis, nauigii, & eius quod fieri assolet ratione habita. Quid enim si viginti pro centinario soluta sint ratione suscepti periculi, cum decem tunc temporis causa eiusdem nauigationis solui consueuerunt? faciunt scripta à Bart. in l. cum quidam. ff. de ann. leg. & Alex. & Tiraq. in l. boues. §. hoc sermone. ff de verb. sig. & propius ad rem glo. notanda in l. semper in stipulation. ff. de reg. iur. † vbi legitur, actum in 5
telligi etiam tacite ratione rei, quæ venditur, si enim valoris est decem librarum Imperialium, de Veronensibus actum nõ præsumi. Item ex quantitate pretij præsumitur quid in cõtractu veniat, ut per Ang. & Imo. in l. quicquid astringendæ. in prin. ff. de verb. oblig. quos retulit Lasin cons. 84. consideratis diligenter verbis instrumenti. lib. 3. ver. 2. ex quantitate &c. vbi etiam addit ex quantitate pretii, & mercedis emptorem à conductore discerni secundùm glo. not. in l. j. in §. j. in verbo agendo. ff. de superficiebus, & facit, quod in simili scripsit Dec. in consi. 41. in fi. primæ col. & quò ad nauigationem vnam, uel plures, vide l. Cæsar. ff. de Publica. & quæ dixi circa dictam l. in tract. de Mercat. & maxime in tit. de nauigatione. Nonnulla enim ad prædicta, & hanc glo. pertinent, & sat sit locum retulisse.

SVMMARIVM.

1 *Nauigatio quando dicatur perfecta.*
2 *Nauigatio quando intelligatur perfecta, paciſci potest.*
3 *Merces assecuratæ, si in portum peruenerint, & exonerata scapha nauis, ipsa scapha cum eis submergatur, an assecurans teneatur.*

GLOSSA XIII.

E sorta che sarà nel porto d'Ancona hore ventiquattro a buon saluamento, l'assecuratori harranno guadagnato quel tanto harranno assicurato.

HIc soluitur illa quæstio, si mercium direptio fieret in loco, ad quem cnrsus fuit, vel nauis onusta in eodem loco naufragium faciat, iux. l. nauis onustę. ff. ad l. Rho. de iac. & si quidem post vigintiquattuor horas, res est extra controuersiam, cum ex nostra formula declaretur, quãdo nauigatio completa habeatur, si verò ante vigesimamquartam horam res in claris est. etiam ex relatis verbis, quæ illam habent significationem, vt intelligantur, postquam ad portum nauis peruenerit firma sub anchoris vel rudentibus in terram alligatis salua spatio horarum vigintiquattuor, & reliqua &c. Sed circumscripta nostra formula de iure reuoco in dubium, quando nauigatio completa, & perfecta dicatur, & cautum videtur: cũ nauis ad locum salua peruenerit, l. fęnerator. ff. de naut. fęno. imperator etiam in l. j. C. eo. inqt cum ad portum appulerit. vnde illud comici verbum, ergo in portu nauigo. in l. etiam si. C. eo. legitur. cum ad destinatum locum nauis peruenerit. Hæc ergo iura probant nauigationem perfectam cum ad portum nauis appulerit, pro qua sententia est illud poetæ.

Aut portum tenet, aut pleno subit hostia velo.

1 Sed † quoniam clarius perfecta nauigatio non explicatur, & facile potest contingere, cp vi ventorum, & tempestate suborta nauis ad portum appulerit, & in ipso portu submergatur, mihi dicendum videbatur; tunc perfectam nauigationem dici posse, cum anchora in destinato loco, seu portu de prora iacta est, & nauis in portu, seu loco destinato stat. Iuxta illud Vergilianũ.

Tunc se ad Caietæ recto fert littore portum.
Anchora de prora iacitur, stant littore puppes.

Et alibi idem maximus Poeta inquit.

Sic fatur lachrimans, classique immittit habenas.
Obuertunt pelago proras, tum dente tenaci:
Anchora fundabat naues: & idẽ, Stãt sale Thyrreno classes.

Sed & addes verbum illud peruenerit, de quo in relatis legibus notandam esse, perfectionem certe quandam nauigationis denotat l. qui cõcubinam. in §. cum ita. ff. de leg. 3. l. vrbana prædia. ff. de verb. sig. Ad tollendas ergo difficultates, & declarãdã perfectam nauigationem, clausula hæc nõ temere ex vsu adiici solet, & huic conuentioni standum est. Tum ex vulgari regula 2
l. j. in §. si conueniat. ff. depo. Tum etiam quia † partes possunt conuenire qñ, & quo tempore nauigatio pro perfecta habeat, vt est text. vnicus (ni fallor) in l. qui Romæ. in §. Calimachus. ff. de verb. oblig. Quæ notanda sunt in illis locis, in quibus, nec ex conuentione, nec ex nautica consuetudine apparet, quando dicatur perfecta nauigatio; Antuerpienses etiam scio clausulam in assecurationibus adijcere, Assecurationem durare quousq; merces exonerentur, & in terra saluæ exponantur.

3 Sed & illud quæri potest, † si nauis ad portum salua peruenerit, seu destinatum locum, & merces aliquę assecuratę leuandę, atque exonerãdæ nauis gratia in scapha fuerint impositæ, ipsaq; scapha cum mercibus submergatur, num is qui saluas merces promisit, & periculum suscepit, teneatur. Sant. in trac. suo de fideiuss. par. 3. nu. 38. verba conuentionis, ait diligenter considerandа, & rectè iuxta l. in conuentionalibus. ff. de verbo. obligat. Quia eatenus durat periculum, quatenus suscipitur. ego verò infrascriptas facti species constituendas putaui &c.

Prima est quando partes ipsæ conuenere ad exonerationem mercium assecurationem etiam porrigi, hoc est, cp salua naui ad destinatum locum perueniente, & exoneratione mercium facta lucretur Assecurator pecuniam. Tunc dicendum est, aut locus, seu portus ad quem nauis peruenit salua talis est, vt exoneratio fieri possit, & soleat ex ipsa naui in terram, si facta fuerit exoneratio, scapha quæ submergatur cum mercibus Assecurator non teneatur: quia alia nauis est l. fi. ff. de fun. inst. l. scapham. ff. de euict. & quia in culpa est l. item quæritur. §. si magister. ff. loca. l. fi. § si ea conditione. ff. ad l. Rho. de iac. Si vero portus, seu locus huiusmodi est, vt fiant exonerationes mercium scapha nauis, & de hac exoneratione scapha scilicet peragenda sensisse dicendum est l. semper in stipulationibus. ff. de reg. iur. l. si seruus plurium. in §. fi. ff. de leg. j. ibi. ante omnia patrisfamilias consuetudo, deinde regionum, & reliqua l. hæredes palam. in § si quid post. ff. de testa. in fi. l. vel vniuersorum. ff. de pigno. act. l. qui semisses. ff. de vsuris.

Secunda facti species est. Quando assecuratio est simpliciter facta a ciuitate Anconæ ad portum Constantinopolis, & cum ad portum nauis appulerit salua, & nauis iacta anchora, seu immissis habenis stat, periculum cessat, nec ad Assecuratorem pertinet, ut paulo superius dixi: & idem iuris est, si dictum sit, a portu Anconæ ad ciuitatem Constantinopolitanam, vt intelligat de portu; quia quod ibi fit, videtur factum ĩ ciuitate, vt notatur in l. insulæ. ff. de iudi. Bal. in consi. 357. num. j. vol. 5. & dicam in fi. seq. glo. casus ergo contingens in scapha cum mercibus impositis non pertinet hoc casu ad Assecuratorem, & quia nauigationis, non exonerationis periculum suscipitur.

Tertia facti species est, quæ nostram formulam respicit; ĩ qua finge nauim saluam portui Anconæ applicuisse, si nauis ante vigesimamquartam horam exonerari ceperit (prout sine mora exonerare consueuerunt diligentes Ragusini nautæ), & merces in scapha nauis exonerandæ gratia immissæ sint, & submersę cũ scapha (quod etiam aliquando euenit) quia plus iusto nauim onerant, seu scapham, & puto Assecuratorem non teneri. Tum quia alia nauis est, nauicula scilicet, & propter alia iura relata: Tum etiam quia verba (vt dixi) spectanda sunt, quæ ipsam nauim, & nauigationem limitatam respiciunt, non exonerationem, & facit l. veteribus. ff. de pact. & quia in re dubia melius est seruire verbis conuentionis l. prima. §. is qui nauem, verlic. in re dubia. ff. de exercit.

SVMMARIVM.

1 *Itinera maris & terræ notoria esse, & propterea sufficere proponi, & non esse necesse probari.*
2 *Notorium facti tripliciter dicitur, & circa sententiam Marsilij in consilio 90.*
3 *Nauigatio si mutetur ex mandato præpositi oneri, seu mercatoris quid iuris.*
4 *Portus quid sit, & quilibet portus sit pars insulæ, & furtum factum in portu dicitur factum in insula, seu ciuitate illius portus, & quid si ante portum fiat.*
5 *Interpretatio ad l. 1. C. de classibus. lib. 11.*

GLOSSA XIIII.

Potendosi con la detta naue, e mercantia in essa cariche intrare in ogni porto, e luoco, e nauigare innanzi, ò indietro, à destra, e à sinistra, à piacimento, e voluntà de esso padrone, il viaggio non mutato.

CLausula hæc ad dirimendas lites, & cauillationes assecurantium necessaria est, in qua in primis illud annotãdũ est, cp verbum illud vltimo loco adiectum, viaggio nõ mutato, ad præcedentia refertur, verbaq; superiora generalia restringit, atque declarat l. talis scriptura l. si seruus plurium.

Source : BIU Cujas

rium.in §.fin.ff.de leg.j.l.j.C.de libe præte.l.3.§.filius.ff. eo.ca.secundò requiris,& c.in quisitioni,vbi glos.de appel. & facit quod scripsit Bal.in consi.357.prope nu.2.vol.5.idque recte iuxta tex. in l.cum proponas. C. de naut.fæno. & l.qui fiscales. ff.de Nauc. ibi,recta nauigatione contempta littora deuia sectatur, causam enim Magister nauis dedisse naufragio, direptioni, aut iactui censetur,qui solitum iter immutauerit, & vide Cor.in ℘sil.273. visis processu,& statuto &c.vol.j.qui in ciuitate Anconæ ex facto consultus respondit,& super statuto maris sub rub.℘ patroni maris non debeant mutare iter, & inter alia ad rem, inquit
1 † itinera maris, & terræ notoria quippe esse facti permanentis, ideoque sufficere proponi, probare autem non esse necessariũ c.euidentia.de accus c.cum sit Romana.in fin.de appel quibus addes glo.in clem.Appellanti.in verbo alias. de appel.Fel.in ca. cum ordinem. de rescrip. quod puto verum; quia facti permanentis est,& oculis iudicis subiici potest, iuxta l.si per irruptionem.in §.ad officia. ff. fin. reg.saltim ex inspectione tabularum Tholomei,aut Nauticæ Paginæ, quã nauigationis cartã vulgò appellant,& de notorio in pulchro casu scripsit Mar. in consil. 90.nu.7.& quod ait in dubiũ potest reuocari, ex his,quæ scripsit
2 Dec.in consi.295.in causa istorum nu.8.& seq.& adde ℘† notorium facti dicitur triplex,scilicet facti permanentis, ut prætoriũ theatrum,facti transeuntis,facti interpollati,verbi gratia, quòd Titius publicè fęneretur,ut eleganter declarat Ias.in l.si vero.in §.qui pro rei qualitate, nu.8. ff. qui satis.cog.ad quem in materia notorij confugito,& quem commendat Soc.Iun.in consi.130. videtur in hac &c.nu.30. & seq. in tertio,& de notorio ex actis scripsit Dec.alios referendo in l.cum quid.in nu.26. ff.si cer.pet. Gomes.in regula de Annali. in 4. q. in fi. sed vt ad Corneum in
3 relato consilio redeã,tractat etiam † quando ex mandato vnius mercatoris,seu prępositi oneri iter est immutatum,de quo vide pulcrum tex.ab eo prætermissum in l.qui Romæ, in §. Calimachus.ff.de verb.oblig.& memini me tractasse in trac.de naut.in tertia par.nu.22.& seq.vbi addidi propter refectionem nauis necessariam iter posse immutari,& non posse ascribi culpæ nautę demonstraui, si vi ventorum, & tempestatis cursum immutasset,quod non videtur negasse Cor.vbi supra,sub nu.16. cum enim ventis vela damus,non quò volumus, sed quò flatus impellit cursus est l.Cæsar.ff.de publica l.fi.§. si propter necessitatẽ. eo.tit.sequitur ergo ex præmissis verba illa generalia, in quemcunque locum seu portum intrandi, ad dexteram, & sinistram nauigandi,restringenda ad loca seu portus, quæ in ipsa nauigatione reperiuntur, non autem deuia, & (vt poeta ait) petimus alias oras, nisi aut nauis refectionis causa interuenerit, aut vis ventorum, & tempestatis impulerit.

4 Portus autem † quis dicatur,declarauit Iurisc̃ōsultus in l.portus.ff.de verb sig.& scripsit Veron.in trac.de seruit. rust. præd.in tit.de portu.rub.28.& vide quæ scripsi in trac.de sponsionibus, in 4.par.in quęstione cuius initium. Vidi etiam &c.ubi declarau,& adde pulcrum tex.in l.Cæsar. ff. de public vbi legitur, quia lex erat,ne aliquis præter redemptorem post idus Martias cotẽ ex insula Cretæ fodito,nève auellito, nève eximito, portus qui insulæ essent omnes eius insulæ esse videri. Quilibet ergo portus dicitur pars insulæ illius portus,& meritò Bar.si is est,ibidem ait,omnes portus insulæ sunt insula:si quis ergo in portu ciuitatis Pisanæ deprædetur,puniet in ciuitate Pisana.& Raph. Cum. ibidem subiecit,quibus adde,quæ scripsi in trac.de adiec.in quarta part q.j.nu.9. Hoc amplius Angelus ait,si ante portum furtũ ab aliquo committatur, perinde esse, ac si in portu is delictum admisisset,motus l.j. C.de classicis libr.11. quod verum non esse idem Raph.putat,cum mare sit commune, portus, & flumina sint communia,ut instit.de rerum diui.in princ. col.2.& 3.ff.de rerum diui.sed Raph.Angelum non bona fide retulit. is enim in hæc verba,inquit,in textu omnis insulæ &c. & sic delicta ibi commissa,& in mari adiacente insulæ pertinent ad dominum insulæ,sic in l.j.C.de classibus.lib.11.& sententia Angeli defendi potest ex his,quæ scripsi ĩ trac.de nauigat.nu.9.& Bar. scripsit in d.l.vni.de classi. Nota ex l.sicut congruit bono præsidi ,puinciam purgare malis hominibus l.cōgruit.ff.de off. præsi.ita purgare mare malis hominibus,vnde patet, ℘ sicut potest quis punire delinquentes in territorio suo, ita punire in mari adiacenti illi ciuitati,vel prouinciæ citat l.Cæsar.ff.de publi. ad quam legem vide quæ scripsi in trac.de nauibus,par.2.nu.26. & addit, si quis deliquit in mari,argumento est ad illum spectare animadversionem,qui est iudex territorii propinquioris illi loco,ĩ quo maleficium est cōmissum,pro quo glo.in l.2.de nautis,& l.quoties.eo.tit.& Lucas Pennen.ibidem subiunxit verum esse, si in potestate regis,seu ius dicẽtis illius loci inueniatur,aliàs ad eius imperium remittendus non videtur,argumento. inst.de rerum diui.§.insula,& facit.ff.de iud.l.insulæ.cum notatis,quibus addo Bal.in consi 357.nu.j.in 5.qui ait,naturali rationi conuenire, vt
5 membra regantur a capite,& nota ℘ † text.in d.l.vni. inducitur in illis verbis ad auxilium purgandi orientis, idest, maris, quod est in oriente a Piratis,& malis hominibus,& Bar.potius legendum putauit de classicis, quàm de classibus, idest hominibus ascriptis ad classes ducendas,& reddit rationem, & rectè. Nam apud Curtium lib. 4. pro ijs, qui remis incumbebant accipiunt, & apud Liuium de Bello Punico classici dicuntur non omnes, qui in classibus erant,sed primæ tantum classis homines, q centũ,& quinquagintaquinque millibus æris amplius cẽsi erant.& ex his habes interpretationem ad illa verba legis, ex incensitis vel accrescentibus compleatur, quod & Accursium, & alios latuit.

SVMMARIVM.

1 *Stipulatio conuentionalis,qua quis cuiuslibet aduersi casus periculum suscipit,valet,& declaratio ad l.sed & si quis.in §.quæsitũ.ff.si quis caut.*
2 *Periculi appellatione quid veniat,plene declaratur.*
3 *Regula,quòd omnia vocabula secundùm subiectam materiam intelligãtur, commendatur, & declaratur.*
4 *Bartoli distinctio in l.sed & si quis. in §. quæsitum. ff.si quis caut.de eo qui suscipit in se periculum,latissimè declaratur.*
5 *Interpretatio ad l.qui officij .in § fi.ff.de cont.emp.*
6 *Periculum mercium suscipiens mari, vel terra exportandarum de casu fortuito tenetur.*
7 *Magister nauis, & qui nauim locauit si suscipiat periculum mercium in naui onustarum, an de casu fortuito teneatur.*
8 *Castri custodiam belli tempore suscipiens, & præterea periculum ex qualitate temporis tenebitur,si per vim auferatur.*
9 *Casus fortuitos quosdam enumerando suscipiens adiecta deinde clausula generali,quòd de similibus,& minoribus expressis non maioribus teneatur.*
10 *Pensionarius exemptus ab omni onere decimarum subsidij charitatiui, & quocunque alio onere non intelligitur exemptus ab onere insolito.*
11 *Interpretatio ad l.fistulas.in §.frumenta.ff.de cont.empt.*
12 *Emens frumentum pro pretio,quo valuerit de mense Maij, ad immoderatũ pretium non tenetur,si penuria immoderata superuenerit.*
13 *Assecuratio facta secundùm formulam Anconitanam, an referenda sit ad casum prorsus insolitum.*
14 *Generalitas verborum periculum sæpe generat.*
15 *Declaratio ad dict.m. Bar.in l.sed & si quis.in §.quæsitum.ff.si quis cau.*

GLOSSA XV.

Correndo rifico detti Assecuratori,sopra dette robbe d'ogni caso di mare,di fuoco,di getto in mare, di represaglie, ò rubbarie, & reliqua quæ sequuntur.

1 NOn me latet in illo iuris articulo,& veteres,& recẽtiores iuris interpretes dissensisse, num † in stipulationib. conuentionalibus,seu contractibus valeat illa cõuentio,qua quis in se cuiuslibet aduersi casus generaliter periculum suscipit,ut patet ex cõmentariis Doctorum in l. sed & si quis.in §.quæsitum.ff.si quis cau.in quo tex.nota,℘ etrusca littera ita se habet, sed ego puto conuentionem istam ita valere,si specialiter causæ exceptionum expressæ sint, in meo enim codice,& quibusdam aliis legitur,ego puto conuentionem istã non valere,sed à frequentioribus,inter quos Barto.& recentiores,huiusmodi conuentionem valere receptum est,ut liquet ex commentariis Doctorum in d.§.quęsitum,qui locum habet in stipulationibus prætoriis,& iudicialibus.Pro qua Bartoli sentẽtia est tex.in l.quæ fortuitis.C.de pigno.l.quæ officii. in §.fi.ff.de cont.emp.tex.cum glo.in l.si quis fundum. ff.loc. & probat hãc sententiam Cor.in consi.138.videtur primo aspectu &c. nu.13. & nu.20.in secundo,& hanc sententiam sanè crebriorem testatur Franciscus Ripa in trac.de Peste,in secunda par. de priuilegiis contractuum. nu. 70. quem refert communem dicentem Bossius in titu.de remissione mercedis.numero 57.enumeratio ergo casuum fortuitorum adiecta generali clausula ad remouendum dubitationem rectè hic adijcitur, & nõ temere, quod ex subiectis patebit.

2 Scio etiam in dubium reuocatum,† quid periculi appellatione contineretur,& in plerisque locis disputatum fuisse,& maxime in d.l.sed & si quis.in §.quæsitum.ff.si quis caut.vbi Ias.num. 30.scriptum reliquit. Pręmitte,℘ glos.& Bart. in aperto habuerunt appellatione periculi casus fortuitus non contineri, & subiungit legem litis.in §.j.ff.de neg gest.quæ mouit glo.posse retorqueri,& Pau.Cast.ibidem sensisse, periculi nomen latiorem significationem habere,q̃ casus fortuitus: sed & Frãciscus Ripa vbi supra sub nu.72.inquit errasse Iasonem, qui putauerit,gl.& Bar.in relata sententia fuisse, & subiunxit, immo ℑrium senserunt,vt ex verbis eorum liquet,& hoc esse verum legenti,& cõsideranti apparere; Huius enim significatio vocabuli latius patet (vt Pau.Castr.ait) quia periculi nomen generalius est, nam casus fortuitus proprie comprehendit casus,qui sine culpa propria obueniunt,& qui præuideri non possunt;periculi verò nomẽ magis generale est,omnem enim casum complectitur, siue ex propria culpa ,ueniat,siue nõ.ff.de pericu. & com.rei uend. in rub.& nigro,& maxime in l. quod si neque.in §.fi.& ℑñr periculum genus est,casus verò fortuitus species dicitur: verũ Sant. in suo tract.in 4.par.nu.7.prout Ias.retulit,glo.& Barto. sensisse putauit,& Car.Ruyn.in consil. 77. de duobus principaliter &c.

nu.5.

Source : BIU Cujas

nu.5.vol.j. inquit, appellatione periculi non venit casus fortuitus contingens sine & absque culpa promissoris, ſm glo.in l.itē quæritur.in §.si gemma.ff.loca.l.opus,& ibi notatur.ff.eod.ſtitu. glo.& Bart.in l.j.C.quæ res pigno. oblig. poſ. & præsertim qñ ex natura contractus non tenetur nisi de culpa leui, vt declarant Bar.& alii in §.quæsitum.hæc ille,qui & alia subiunxit. ego aūt, vt meam sententiam interponam, illud imprimis animaduersione dignum consideraui. Traiectitiam pecuniam instar cuius assecuratio inuēta eſt, periculo creditoris nauigari l.j.ff.de naut. fæno.& dixi in prin.& tñ creditor de periculo obueniente culpa aduersarii non tenebatur, vt est tex.in l.cum proponas. C. de nau.fęno.vnde puto Bartolum sensisse, nomen hoc periculum,
3 ſm subiectam materiam semper intelligendum. † Quæ regula generaliter obseruanda est, vbi p̄cedentia, & sequentia patiuntur, ad quam regulam omnia vocabula sunt redigenda, ita vt hac regula, aut nunquàm, aut rarò erretur, facit solemnis tex in l.insulam.ff.præſ. verb. Putoque idem nomen periculum, fortuitum casum comprehendere posse, lateque patere cum à verbo pereo deducatur; quod si quis leges bonosque legerit auctores facile concedet: & licèt ex distinctione Bar. referenda aliqñ casus fortuitus appellatione periculi non veniat, non ideo id euenit, ꝙ uerbum hoc complecti non possit, sed quia credendum non est ꝙ aliquis voluerit subire periculum casus fortuiti, nisi liquidò constet: & cum periculi nomen sit generale, non creditur, ꝙ suscipiens in genere omne periculum, voluerit se obligare ad casum fortuitum, idque colligitur ex commentarijs Ripæ, vbi supra nu.73. sed & addes cum proposita materia non suadeat, neque expostulet, & ęquitas absit; non est mirandum, si generale verbum multa comprehendens ſm naturam rei, quæ proponitur, interpretetur, idque in multis iuris liquet articulis, & maxime in nomine pecuniæ, de quo in l.talis scriptura. ff. de leg.i. vbi Bar. quæ (ni fallor) non sunt contemnenda, & placet mihi ad propositæ materię enucleationem Bartoli distinctionē ad verbum referre; is enim in d.§.quæsitum, recitatis opinionib. antiquorum quò ad materiam propositam, inquit in hæc verba
4 sub numero tertio.† In stipulationibus conuentionalibus, si qs renunciat exceptionibus competituris, vel suscipit in se periculum, distingue, aut exprimit se suscipere periculum casus fortuiti, & valet l.quæ fortuitis. in fi. C. de pigno. act. l.si quis fundum. in prin.ff.locati, aut suscipit in se periculum simpliciter, & tunc aut ille qui suscipit erat ille ad quem pertinebat periculū ante contractum, & tenetur de casu fortuito, vt l.periculi.ff.de nau. fæno. aut ipse primo non tenebatur, & tunc si possessio rei non transit ad eum, q̄ suscipit periculum, & tenetur de casu fortuito l.si in venditione.in prin.ff.de pericu.& com.reivend. Ratio: qa non est verisimile, ꝙ quis in re quam non habet committat culpam, solum ergo ad casum referri potest. Aut possessio transit ad eum, & tunc aut ex natura contractus veniebat leuis culpa, & tenebitur de leuissima, vt l.opus. ff. loca. Aut tenebitur de leuissima, vt in commodato, & tūc tenebitur de casu fortuito l.& Aristoni.ff.mand.& glo.hic, aut primò tenebatur de casu fortuito, & tūc istud suscipere in se periculum hoc operatur; qa prius tenebatur de casu cōtingente absque culpa alterius partis nūc tenebitur, etiam si contingat culpa alterius, dummodo dolus absit l.qui officij.in §.fi.ff.de cont. emp. & omnes leges, quæ videntur simpliciter dicere, quem teneri de periculo, si est actum, intellige secūdùm prædictam distinctionem, est enim necesse, vt omnes casus exprimantur in casibus, in quibus tenebatur de leui culpa ad plus. C. commo. & depo.l j.& ita intelligatur opinio Ioannis hic posita. Si verò quosdam casus enumerauit, postea subiecit clausulam generalem, intelligo quoad similia, vel minora, non quò ad maiora c.sedes.de rescrip.& de procu. c.nō potest.in clemen.& vbicunque dixi, quem de casu fortuito teneri, intellige de solito, non de casibus incōsuetis, vel non verisimilibus l.fistulas.in §.frumenta.ff.de cont.empt.vbi casus valde notabilis. Verbis igitur Bartoli relatis, qui in tanta doctorum varietate notando, & dispurando bene, & optima ratione (ut solet) distinxit, & prout Modest.in l.munerum.in §.mixta.ff.de mune.& hon. ipsam distinctionem ad nostram materiam referemus, & declarationes quasdam non negligēdas subijciemus, & facilioris intellectus gratia ad facti species reducemus.

Prima ergo erit, in traiectitia pecunia, quę hodie (vt dixi) in præfationibus iure pontificio est improbata, cum periculum ad creditorem spectet, & sic casus fortuitus, vt in l. cum proponas. C. de nau.fęno. si quis in ea periculum expresse suscipere, ex eo ꝙ sui natura casus fortuitus continetur, suscipiēs periculum de casu etiam culpa aduersarii proueniente, non autem dolo, tenebitur, quicquid Bar. senserit, circa interpretationem l.periculi.ff.de nau. fæno. dum eam in sua distinctione citauit, & Franc. Ripa vbi supra nu.81. ad cuius l. interpretationē vide, quæ scripsi in præfationibus, nu.10.& seq.& ne sibi ipsi aduersetur Bart. sic intelligendus videtur, si enim aliter diceremus, hæc conuentio nihil operaretur contra scripta ab ipso Bart. & rationes Doctorum in d §. quæsitum, semper enim hæc conuentio aliqd addit, & facit, vt veniat. quod propinquius, seu propius est ei, quod ex natura contractus venit, ita vt nil sit medium: Verbigratia si tenebatur de leuissima culpa, tenebitur de casu fortuito, & declarat Cor. in consil.38.nu.15.& seq. in primo, subdens à frequentioribus etiam receptum, & quod dixi, sensisse videtur Pau. Castren. in d.§.quæsitum.nu.6. qui scriptum reliquit in hæc verba. Si veniebat leuis culpa, facit venire leuissimam, si veniebat leuissima, faciet venire casum, vt aliqd operetur, vt probatur in d.l. opus, si veniebat casus, tunc vt aliquid operetur, ista expressio facit, vt veniat casus contingens etiam culpa alterius partis, dummodo dolus absit, casus est singularis ī d.l.qui officij.in fine, sed si non suscepisset in se periculum, non teneretur de casu cōtingente culpa alterius partis, vt C. de nau.fæno. l. cum proponas. Hæc ille. & illud non est omittendum, quod eleganter inquit Cor. in relato consi.38.sub nu.15. & seq. is enim putauit, cum dicant Doctores, ꝙ propinquius est venire, & pactum aliquid debere operari, & minus quàm sit possibile intelligendum esse de culpa in non faciendo, non autem in faciendo: minus nanque dicimus esse culpam in omittendo, quàm in faciendo, & ꝓbat Franc. Ripa in citato loco sub nu.81. cui declarationi valde ad-
5 uersari videtur † d.l.qui officij.in fi.in illis verbis, dummodo dolus absit, & quæ lex valde commendatur à Romano (vt retulit Ripa vbi supra, & Dec.in c.ex parte.nu.26. de offic. deleg.q̄ post Roma. ait, obligatum de casu fortuito non teneri de casu, qui culpa aduersarij contingit, & vide Marsling.96. renunciās & c. me tamen, & ratio, & auctoritas Cornei, & Franc. Ripæ valde mouent, illudque verum esse opinor, dum lex illa, qui officij.in §.fin.inquit, dummodo dolus absit, etiam latam culpam abesse sentiat, dolo nanque comparatur, vt in l.j. in §.fi. ff si men.fal. mod.dixe. & proxima dolo dicitur l.si hæres.ff ad S.C.Treb.l.fideiussor.ff.mand.& nonnunquàm dolus appellatur. ff. depo.l.i. §.fi.non ꝙ lata culpa sit dolus vere, sed quia dolo proxima est, & à dolo parum distat §.pupillus. instit. de inutil. stipu. faciunt, quæ habentur per Bar.& alios in l.quod Nerua.ff.depo.& doct. in l.contractus.ff.de reg. iur. & inquit Alex. in l.lata culpa,& in l.magna.ff.de verb.sig.quælibet dispositio, quæ dolum malum dumtaxat præstari mandat, & de lata culpa intelligi, quod sine controuersia admittendum vī considerata ratione Bartoli, & Doctorum non semel relata,& Cornei sententia recitata.

6 Secunda facti species est in materia assecurationis. † Qui suscipit periculum mercium, quæ mari, seu terra exportantur de casu fortuito tenetur. hoc colligitur ex relatis verbis Bart. dum ait. si ille, qui suscipit periculum primò non tenebatur,& possessio rei non transit ad eum, qui suscipit periculum, & tenetur de casu fortuito. Ratio: quia non est verisimile, ꝙ quis in re, quam non habet, committat culpam, solùm ergo ad casum referri potest; quod euenit in assecurationibus, qui primo non tenentur, & rerum assecuratarum possessio ad eos non transit, & hoc expresse sensit Pau. Castren. in l.in naue Saufeli.nu.6.ff.loca. dum exemplum posuit in assecuratoribus mercium, qui earundem periculum suscipiunt, vt teneantur de casu fortuito, etiam absq; culpa eorundem contingente. Cum enim ipsi non conducant, ait, merces aduehendum, non possunt in illis culpam committere. Vnde non est dicendum, ꝙ obligauerint se ad periculum eueniens sui culpa, sed etiam sine culpa. Idem Pau. in d.§.quæsitum, scripsit in hæc verba, aliquando etiam si erat contractus, de cuius natura veniebat culpa; nihilominus faciet venire casum, puta si res non erat apud eum, qui suscipit in se periculum. Nam tunc in illa non potest culpam committere, & ideo ne susceptio periculi sit inutilis, operatur, vt teneatur de casu secundùm Doctores propter l.si in venditione. in princip. ff. de peri. & com.rei vend. quam sic intelligunt: Vnde sequitur ex præmissis, ꝙ si
7 † Mag.nauis, & qui nauim locauit, susciperet periculum mercium in naui onustarum, ex eo ꝙ tenetur. ex contractu, & merces in sua naui habet, de casu fortuito non teneatur, sed de leuissima culpa, de leui nanque ex cōtractu locationis tenetur, l.si vt certo, in §.nunc videndum.ver.sed ubi.ff.commo. Dec.in regula contractus.nu.28.de reg.iur.& dixi in trac. de Mercat.in tit.de nautis, par.2. nu.3. Cum etiam possit operari conuentio, & quod proximum est veniat. Idque expresse sensisse vī Paul. Castr. in d.l.naue Saufeli, dum ait: cum enim ipse non conducat merces vehendas,& reliqua. Melior ergo magistri nauis assecurantis esset conditio, quàm Mercatoris, seu alterius assecurātis; verum Sant.in relato loco, & in Mag.nauis idem iuris esse putauit, vt de casu fortuito ęquè, ac Mercator assecurans teneatur, idque multis probat,& effuso sermone, sed omnia huc redeūt. Vt id natura contractus suadeat, consuetudo assecurationis ad id nos impellat,& verisimilitudo hortet̄, & nos trahere debeat in hanc sentētiam: quia assecuratio hæc à Magistro nauis facta, merciumq; detentore, ac ductore parum, aut nihil prodesset, si ad casus fortuitos non traheretur, quod, & verum esse ait, siue Mag.nauis mercium onustarum, & exportādarum periculum susceperit, siue risicum, & in Mulionibus terra exportantibus, quas rationes vulgaribus iuris regulis ꝓbat. Quæ sententia sanè rationabilis est negotii qualitate inspecta, & quæ ex eo adiuuāri potest, quod apud Speculatorē notatur in tit.de loca. sub rub.

illic

8 illic enim ita scriptum est,† si aliquis belli tempore Castri custo diam suscipit,& præterea periculum ex qualitate temporis, tenebitur etiam si per vim,cui promissor resistere non potuit,Ca strū auferatur,vt in d.l.opus.in fi.refert, & memoria tenendum ait Pau.Castren.in d.§.quæsitum.nu.6.& ibidem Alex. num.17. Quibus addes,quod tentaui dicere in tract.de nautis,in 2.parte nu.4.Magistrum nauis,qui certa mercede constituta operas domino nauis locauit nauigandi gratia, in ducendo nauim etiam leuissimam culpam præstare debere,& inter alia citaui l.si mercees.in §.qui columnam. ff.loca. si ergo hic tenetur de leuissima susc ipiendo periculum ex relata doctrina de casu, & ipse teneretur;quia tamen,hoc vltimum quæstioni per omnia forsan nō conuenit,illud subiungam,quod soleo dicere, in causis Mercatorum memoria tenendum esse. Vbi equitas euidens aliquid (vt in casu proposito) suadet,ineptissimum esse à regulis, & doctrinis Doctorum non recedere,vt inquit Accur.in aut. vt sine prohi.mat.deb.& hoc est, quod Neruа filius sensisse videtur in l.si seruum,in §.sequitur.ff.de verb.oblig. plerūque (inquit) sub auctoritate iuris scientiæ pernitiose erratur.

9 Tertia facti species est † vbi quidam casus sunt enumerati,& postea generalis clausula est subiecta, vt vi clausulæ generalis adiectæ veniant omnes casus similes vel minores,iuxta Bartoli distinctionem superius relatam,& qui citauit c.sedes.de rescrip. & clement. non potest de procu. & subiunxit.vbicunque dixi, quem teneri de casu fortuito,intellige de solito,non de casibus inconsuetis,vel non verisimilibus l.fistulas.in §. frumenta.ff.de contr.empt. qui est casus valde notabilis.Hæc sententia Bartoli multos maximi nominis habet cōtradictores vt patet ex commentariis,Ias.in d.§.quæsitum,qui sub num.33.relatis contradictoribus Bar.defendit vsque ad numerum 38.& non improbat Fel.in c.sedes.nu.8.& seq.& probat Alex.in consi.28. visis & accurate &c.nu.16. vol.j. & Franc.Ripa in relato loco, sub nu.77. vbi etiam quæsiuit,quis dicatur similis casui expresso,& quis dicatur casus maior,& relata sententia Alexandri in citato consi lio,q̄ is casus dicatur maior,qui rarius cōtingit; subiunxit Cor. in consi.128.col.2.lib.2. putasse casum illum maiorem dici, qui periculosior (vt ait) reputatur; ipse autem Ripa iudicis arbitrio relinquendum opinatur secundùm Innoc.Hostien.& Panor.in c.causam.2.de iudi.citat.& Fel.in c.trāslato. de consti. sed & Ias. in consi.100.Attingam in præsenti &c.volum.j parum (prout nonnulli) in hoc articulo sibi constitit,ex facto cōsultus de eo, qui emerat vectigalia a Republi.Saonēsi suo risico, periculo,& fortuna dei, maris,& gentium. Cum duæ naues applicuissent portui Vadorum onustæ frumento,& exoneratus magnus numerus frumenti fuisset, & Saonēses portum prædictum ad eos spectare affirmarent,& Genuenses ditioni eorum subiectum asseuerarent,vectigaliaque propterea non sint exacta, respondit considerata lege municipali Saonæ publicano petenti mercedis remissionem seu pretij promissi denegandam,& in tertia colum.inquit,communem opinionem esse contra Bar. q̄ qui suscipit in se casus fortuitos,intelligatur sensisse de insolitis, & in hac opinione fuisse Bald.Ang. Fulg.Lud.Roma.& Alex.in d.§. quæsitum,citat etiam idem sensisse Imo.& Saly.& sic intelligendum subiecit.§.frumenta.Verùm Franc.Ripa vbi supra, sub nume.97 in sententiam Bartoli frequentiores iuisse refert, q̄ suscipiens in se casum aduersamque fortunam de casu insolito non teneatur,citat complures,& inter alios Alex.in consi.107. perspectis.col.pen.in ter.Soc.in consi.123.circa præsentem &c. nume.11.in 4.prætereo relatos ab eo,& addo Hiero. Gig. in tract. de pensionibus, qui plures referendo magis communem esse cum Bartolo testatur,& est in 66. q.to.4. ubi propterea probauit.

10 † Pensionarium exemptum ab omni onere decimarū, subsidij caritatiui,& quocunque alio onere non intelligi exemptum ab onere insolito,& inexcogitato. & Bossius ubi supra simpliciter

11 referendo Ripam,sub nu.62.idem testatur; sed † ad interpretationem l.fistulas.in §.frumēta.vide multa loca cumulata a Hieronymo Cagn.in l.vni.nu.106.& seq.numeris.C. de senten. quæ pro eo quod interest,& Alciat.in consi.3.nu.7.to.j.lib.4.nolo te tū lector candide ignorare,q̄ præceptor meus Pau. Paris.in consi.105.in causa subsidii &c.nu.12.& seq.vol.4. post Ioan.Pet.Perus. rectè (ni fallor) declarauit dictum §. frumenta. distinguendo, aut agitur,inquit,de tali casu,qui consueuerit euenire,& de isto non tenetur suscipiens casum fortuitum, ut clare probatur in d.§.frumenta,& l.ex cōducto.in §.si vis.ff.loca. Nam ille dicitur casus fortuitus,qui est insolitus ſm Bal.in l.licèt.C.loca.Aut agit de tali casu fortuito,qui est insolitus,idest rarò contingens, uel qui communiter non solet contingere,& iste sit propriè casus, de quo tenetur,vt probatur in d.§.frumēta. secundùm Andreā de Pisis ibi. Aut agitur de casu fortuito insolitissimo, & de isto nullo modo teneatur,& ita loquatur Bart. in l.Scio. in §.medico.ff.de annuis leg qui casus euidenter probatur in d.§.frumenta.Nam primus colligitur ibi.contra consuetudinem, secūdus ibi.si immoderatæ, & insolitæ. Tertius a contrario sensu uerbi immoderatæ,quasi dicat non immoderatissimæ, & quæ solent rarissimè contingere,& subiunxit,propterea dum Bart.dixit,intellige de solito,non de casibus insuetis,aut omnino non verisimilibus,idest rarissime contingentibus intelligi debet,put dixit in d.§.medico,& put expresse probatur in dicto tex.addit & alia ad confirmationem,quæ breuitatis causa non refero:& cum responsa præceptoris mei inter manus omnium ferè versentur & hæc sententia,quæ diuersas doctorum sententias conciliat,obtinere debet. Licèt non me lateat quædam huic sententiæ obijci posse,& ad confirmationem sententiæ Bar.& relatæ distinctionis præceptoris mei vide Franc. Ripam vbi supra, sub nu. 98.& seq.numeris,qui relatis auctoritatibus hincinde bis testatur Bartoli sententiam communem,& vere liquet ex numero doctorum relatorum,& Iasonem lapsum,qui contrarium affirmauerit,defendit etiam idem Ripa,& commendat distinctionē Cor. in consi.22.licèt diffuse &c.col.2.lib.4. ubi elegāter inquit, oēm casum fortuitum insolitum posse dici, sed aliqui sunt insoliti, q licèt in specie præuideri non possint,tñ in genere cogitari verisimiliter potuerunt l.qui iure militari.ff.de testam.milit.Aliqui verò sunt insoliti in superlatiuo gradu,& hi sunt,de quibus nec in genere,nec in specie suscipiens in se casum non se præsumit cogitasse,meritò ad huiusmodi casus pactum porrigendum nō est,& hac ratione veram esse Bartoli sententiam opinatur;quia de hoc casu cogitatum non præsumatur, & eleganter declarat, quis dicatur casus iste,de quo verisimiliter cogitatum non præsumatur,ipsum legito,citat enim Dec. in consil.7.col.pen.Cor. in consi.182.col.4.lib.4.& consi.24.libr.2.col. pen.Soc.consilio 123.lib.4.& deinde suam interponit sententiam exēpla subiungendo.Et illud tāquam quottidianum non omitto, qđ scripsit

12 Imo.in l.pretia rerum.in fi.ff.ad l.Falc.† siquis emerit frumētum pro pretio,quo valuerit de mense finge Maij (vt sæpe fit) ad immoderatum,& insolitum pretium non tenebitur, si forsan immoderata,& insolita superuenerit penuria, nō enim de pretio quod rarissime contingit actum censetur;citat Bar.in d.§.quæsitum,ubi Ias.probat,& vide Rip.vbi supra,sub num 98. & seq.& c.fina.de vsu. & adde in materia Bossium in titu. de remissione mercedis &c.

Sed hæc referenda sunt ad nostram materiam, vnde quæritur.

13 † Num assecuratio ex subiectis verbis in nostra formula referēda sit ad casum prorsus insolitum, & qui rarissime contigerit, verbi gratia ad mille annos semel,iuxta scripta a Bar.in l.Scio.in §.medico.ff.de ann. leg.& Dec.in consil.7. col.pen. & non esse porrigendam videbatur. Primùm ex doctrina Bartoli relata, cuius sententia sanè crebrior.Deinde ex illa ratione; quia de casu huiusmodi nec in genere, nec in specie assecuratorem cogitasse non præsumitur,vt dicebat relatus Cor. in consi.22. in colum.2.volu.4.Postremò ex alia ratione; quia huiusmodi pactū non erit frustra adiectum.Nam tenebitur assecurator de casu ēt obueniente culpa assecurati l.qui officij.in §.fi. ff.de cont.empt. saltim si culpa in omittendo committeretur,vt declaraui superius,referendo Corn.in consi.38.quamuis &c. in secundo & in hanc sententiam inclinasse vī Ripa in relato loco sub num.110. Contra vero,q̄ assecuratio ad quoscunque casus trahatur, etiā in superlatiuo gradu insolitos considerabam ueram illam esse rationem hos casus rarissimos non comprehendi tanquam de eis quouis modo non sit cogitatum,q̄ si ex verbis colligi possit a partibus cogitatum, nemo negare potest hos casus comprehendi l.j.in §.si cōueniat.ff.depositi.iuncta l.quæ fortuitis.C. de pigno.act.& ex relatis patet,ac ex his quæ scripsit Io. Ant. Rub. in consi.135.viso,& diligenter.ac Dec.in consi.7.num.6.Rursus sat est,partes in genere cogitasse.l.qui iure militari.ff.de test.milit.no.in l.sub prætextu.C.de transac.c.quia circa. de priuileg. in 6.cum etgo hic tot tantiq; casus fortuiti sint enumerati, adiecta clausula vniuersali,& ogni altro caso,& additum, e fusse come si voleste,ò interuenesse, in ea sum opinione, vt sub prætextu cuiusuis casus insoliti Assecurator se tueri non possit, cum de mente constet,q̄ cuiuscunque generis,& cuiusvis casus periculum susc ipere voluerit,facit l.tres fratres ff.de pactis, vbi Ang. l.sub prætextu specierum.C.de transac Non enim salua ratione recti sermonis restrictionem relata verba pati possunt, vt non trahantur ad casus insolitos,etiam q̄ non fuerit saltim in genere cogitatum,faciunt scripta a Soc.in l.quidam relegatus. col.2. ff.de reb. dub. & hæc sententia confirmatur ex his, quæ scripsit Pau.Paris.in consi.68.volum.j.num.17 & seq.Dec.in c.sedes. de rescrip.nu.16.vbi q̄ clausula illa,aut alio quouis modo, intelligatur de similibus,aut maioribus expressis:cum nullum effectū pareret,& vide Soc.in consi.242.col.2.post medium, vers.cōfirmatur hoc idem,in secundo,& quod scripsit Alex. in consil. 7. nume.9.lib.7.Cur.Sen.in consi.40.nume.17. denique ex multis vulgaribus relatis a prædictis hæc sententia posset comprobari,sed sat sit citare,quæ late scripsit Aym.in cōsi.294. verba transactionis &c. part.2.cuius rationes cum videri possint consulto prætereo,& hæc opinio confirmatur ex his, quæ dicam in glos. in vers.& altro caso portenteuole.Et si hæc sententia satisfaceret,quam subiecta materia valde adiuuat ad ea,quæ ꝑtra scripta sunt respond.vt per Aym.in d.consi.294.col.19.num.8.vers.sed non disputando &c.Accedit,quod inquit Bal.in consi. 186. generalitas.

neralitas.in quarto. † Generalitas ait verborum periculum ſepe generat,& ſibi imputent generaliter paciſcentes, ſi non cogitauerint ſub verbis generalibus,& geminatis,vt ſupra, & tot, tantiſque caſibus expreſſis omnia comprehẽdi, & non cogitata, vt dixit idem Bald.in l.tres fratres.ff.de pactis, & in l.ſub prætextu. C.de tranſac.& refert complures And. Tiraq. in præfatione l.ſi vnquam.num.120.C.de reuo.don.& ſubiicit, in dubio videtur quis propter verba generalia in generale de omnibus cogitaſſe, arg.l.qui iure militari.ff.de mili. teſta. idque multorum auctoritatibus comprobat,& in quæſtione propoſita ſine magna controuerſia admittẽdum videtur.Ex quibus† ſequitur pulchra declaratio ad relatam diſtinctionem Bartoli, vt locũ non habeat, vbi ex ſubiectis verbis,& propoſita materia conſtat ad valde ẽt inſolitos caſus quempiam ſe obligare voluiſſe,prout in propoſito caſu,vix enim eſt,vt alius caſus excogitari poſſit, q̃ non ſit expreſſus,in quo vere poſſumus dicere.quod inquit Dec.in cõſilio 7.ante num.ſep.ſi Aſſecurator fuiſſet interrogatus,nunqd ſenſerit,& ſe obligare voluiſſet ad caſum valde inſolitum affirmatiue reſpondiſſet ratione ſubiectæ materiæ, & pretij periculi.Item ſequitur, aſſecurationem porrigendam ad quoſcunque caſus etiam rariſſime contingentes,& etiam culpa aſſecurati in omittendo,vt declarauit Cor.Dolumque,& latam culpam aſſecurati ſemper excipio,vt in d.l.qui officij.in fi. & dixi ſupra, & ſi Magiſtri nauis dolus excipitur, ut videbimus in noſtra formula ſortius aſſecurati, ſi tamen velles euitare ſolicitam dubitationem poſſes adijcere in formula, & q̃ trahatur ad quoſcunq; caſus in ſuperlatiuo gradu,etiam inſolitos longeque maiores expreſſis,ſitq; generalis, & generaliſſima ad cognitos, & incognitos, cogitatos, & non cogitatos in ſpecie,vel in genere,& ſi dolo aſſecurati eſſent incogniti etiam porrigatur iuxta ſcripta ab Angel.in l.tres fratres.C.de pactis,ad quem cum volueris quietationem generalem facere, confugito.

SVMMARIVM.

1 *Verbum, riſico, declaratur.*
2 *Nomina vulgaria à communi vſu loquendi interpretationem recipiunt, & ad ſimilia latina confugiendum.*

GLOSSA XVI.

Riſico ſopra dette robbe.

NVnc ad declarationem quorundam caſuum, ſeu verborum ſpecialiter enumeratorum tranſeamus, quo euidentior propoſitæ materiæ habeatur intellectus. Hæc enim noſtra formula localis eſt,ideo verborum relatorum neceſſaria eſt declaratio, & in aliis locis maritimis, vbi mercatura exercetur, ac etiam alibi ad lites dirimendas nõ
1 erit inutilis. † Quæro ergo,quid ſibi velit verbum,riſico, reperi Bar.in l.ſi is qui.ff.de acquir.rerum domi. qui ſimpliciter ſenſit, ſi quis receperit rem ſuo riſico,& fortuna,cenſeri periculum caſuum fortuitorum in ſe ſuſcepiſſe,& probat Alex.in d. §.quæſitum,nu.16.& Iaſ.ibidem ſub num.39.& idem Iaſ.in conſi.107. Attingam in præſenti.col.3.verſi.tertiò principaliter.in primo, & de verbo fortuna in eiſdem locis habetur, & ſcripſit Cor.in conſi.23.videtur &c.col.pen.in ſecundo,& conſi.38.col.antep. eo.lib.& Franc.Ripa in tract.de peſte,in tit.de priuil. cont.num. 86.vbi Bart. ſententiam receptam teſtatur. Ego vt dicam quid ſentiam, non puto a cõi ſententia recedendum, ſed quædam addam non negligenda ad verborum hmõi vulgariũ ſignificationem.Nomen igitur hoc riſicum in iure noſtro apud veteres
2 Iuriſconſultos non reperitur,nec eſt nomen latinum. † Vnde eius ſignificatio ab vſu loquendi interpretationem debet recipere,vt de vocabulo,Pudore,ſcripſit Barto.in l j.in fi.ff. de reb. dub.& in l.ſi ita.in fi.ff.de aur.& arg. leg. vbi etiã ad vocabulum iuris ſimile confugiendum ait,& videndus eſt Alb. Bru.in trac. de augu.in 15.conclu.verſi.prædicta &c. & Paul.etiam Caſtren. (ſi is eſt) de verbo graſſiæ interrogatus ad ſimilia iuris vocabula confugit,vt patet in conſi.40.Iſtud nomen Graſſiæ, par.prima, ideo autem dixi, ſi is eſt, quia idem reſponſum reperitur inter conſilia Raph.Fulg.ſub eius quoque nomine,vt patet,ſub num. 115.Iſtud nomen Graſſiæ.Vbi inquit quærentibus eius ſignificationem,ſi aliter de iure non apparet, confugiẽdum eſſe ad iuris vocabula. Quibus illud verbum graſſia, magis comparatur, exemplo ergo dictorum virorum huic vocabulo riſico,nomen periculum comparandum puto, cuius latiſſimam ſignificationem eſſe dixi, item & illi vocabulo, quo veteres Iuriſconſulti vtebãtur,auerſione,de quo in l.opus quod in auerſione. ff.loca. & dixi de eo in princ.Dum ergo dicitur, correndo riſico, interpretandum puto pro periculo,ſeu auerſione,& hoc etiam puto verum ex communi loquendi vſu. Qui optimus vniuſcuiuſque verbi interpres dici poteſt,l.librorum.in§.quod tamen Caſſius. ff.de leg.3.interpretationem recipere.

SVMMARIVM.

1 *Caſus maris quid comprehendat.*
2 *Tempeſtatis verbo & maritima, & terreſtris ſignificetur, ac tranquillum tempus.*

GLOSSA XVI.

De ogni caſo di Mare.

GLoſſa erit lex cum proponas.C.de nau.fæn.in illis verbis,quod non ex marinæ tempeſtatis diſcrimine. facit l.Cęſar.& l.fin.in § ſi propter neceſſitatem.ff.de publi. l.item quæritur.in §.ſi Magiſter nauis, vſque ad §. magiſter.ff.ad l.Aquil.l.2.in §.ſi non propter.ver. ſi quis tamen. ff.ſi
1 quis cau. † hoc enim verbo omne periculum aduerſæ tempeſtatis marinæ vis ventorum,& procellarum Aſſecurator ſuſcepiſſe cenſetur.Vnde & ſi aſpergine madefactæ merces fuerint, & deteriores redditæ,vel quia in angulo nauis latebant,& vnda penetrauerit,& propterea corruptæ ſint,& deteriores redditæ, præſtabit Aſſecurator,iuxta elegantem tex.in l.nauis onuſtæ.ff. ad l.Rhod.de iact.& ibidem vide Caſtr.& vide l.fi.in §.idẽ iuris. eo.tit.& quæ paulò inferius dicam in glo. ſuper ver. de getto in mare.glo.19.etenim multa damna caſu maris contingunt,quæ generaliter ſuſcipit Aſſecurator,& dicere ac enumerare propterea non expedit,& bene norunt,aut ſcire debẽt Aſſecuratores, q̃ nauigatio inſtans periculum demonſtrat. l. hæc autem. ff. de don.cau.mor.& multa dixi in trac.de nautis,in 3.par.& in tract.
2 de nauigat.& illud certi iuris eſt. † Tempeſtatis verbo intelligimus,ſiue maritimam,ſiue terreſtrem l.2.§. ſi non propter verſi. quod diximus.ff.ſi quis caut.l.fiſtulas.in §.frumenta.ff.de contr. emp.& illud etiam non eſt omittẽdum tempeſtatis verbo tranquillum, & ſerenum tempus aliquando ſignificari,vt apud maximum Poetarum.

Vnde hæc tam clara repente tempeſtas.& Cæſar libr.4. Belli Gallici inquit,Nactus idoneam ad nauigandum tempeſtatem, tertia ferè vigilia ſoluit. ſed & quid tempeſtatis verbo cõtineatur,vide infra ſuper ver.fortuito.

SVMMARIVM.

1 *Focus quid, focaria, & focarij.*
2 *Ignis periculum Aſſecurator ſuſcipiens ad quid teneatur.*
3 *Ignem non habere vel innocentem habere inter ſe differunt, quod in locationibus adijci ſolet.*
4 *Incendij materia relatiuè.*

Di fuoco.

1 FOcus† ignem materna lingua,at latina locum vbi fit,ſeu reponitur ſignificat, vnde Tibullus.

Dum meus aſſiduo luceat igne focus. & focaria ĩ iure noſtro pro concubina accipitur.l.2.C.de donat. inter virum,& vxo.l.ſi ea.C.de condi.inſer.& adde tex.in l.quæſitum.in §.Trebatius,& §.ſed an inſtrumenti.ff.de fundo inſt.vbi Accur. non rectè expoſuit,ſunt & focarii ſerui,qui & mediaſtini dicti.
2 ſed videamus † cum ignis periculum Aſſecurator ſuſcipiat,nũ quouis modo merces,ſeu nauim comburi contingat Aſſecurator teneatur; & mecum ipſe cogitaui incendium tribus modis in propoſita materia poſſe contingere, vel culpa immorãtium in naui (quod aliquando euenit) ſulphureo puluere accenſo, vel in nauali pugna igne arte laborato, & quodã modo ineſtinguibili,ſeu tormentis bellicis igneis, vulgo bombardis nuncupatis ſulphureo forſan puluere nauis percuſſo, aut ictu fulminis,in primo, & ſecũdo capite, quando vel culpa inhabitantiũ, ſeu in naui commorantium,vel in nauali pugna contingat incendium,res videtur extra controuerſiam,ex præcedentibus relatis,ac ſubſequentibus verbis. In ter.capite, quando ictu fulminis deuſta eſt nauis iuxta pulchrum text.in l.nauis aduerſa.ff. ad l.Rho.de iac.vbi legitur,nauis aduerſa tempeſtate depreſſa ictu fulminis deuſtis armamentis,& arbore, & antenna, & reliqua, dubitari poteſt,num Aſſecurator teneatur,& certe negari non poteſt,quin caſus fortuitus dicatur,cum è cœlo veniat, vt inqt Alber.in ead.lege,& Accurſ.ibidem ait, quoddam fulmen vrit, quoddam affiat,quoddam diruit, caſus huiuſmodi rarus vĩ, & quoddammodo inſolitus meritò comprehendi non videtur l.fiſtulas.in §.frumento,& late dixi in glo.in ver. correndo &c. referendo Bart.& alios in l.ſed & ſi quis in §. quæſitum. ff.ſi quis caut.& illud Horatianum pro hac ſententia facere videtur.

Cœlum ipſum petimus ſtultitia
Neque per noſtrum patimur ſcelus,
Iracunda Iouem ponere fulmina,
& Ouidius ait.
Addidit,& tonitrus,& ineuitabile fulmen.

Item ſi in omni iuramento intelligitur excepta auctoritas legis,& Principis,ut notatur in l.fi.ff.qui ſatiſ.cog.c.venientes,vbi Doctores de iure.c.conſtitutus.vbi gloſ. de reſcrip. & ſi (vt Gemin.ait) poſt glo.in c.quæ ꝫ mores.octaua diſt.in omni pacto auctoritas ſuperioris excepta intelligiẽ,& alibi plene dixi, quanto fortius diuinum iudicium,diuinaque volũtas, facit pulcher tex.in c.Beatus 22.q.2.vbi legitur.Abſit enim q̃ mendax fuerit diuus Paulus, aut ſibi ꝫrius, q̃ cum ad Hiſpanos ſe promiſiſſet iturum,non iuerit:diſpoſitione nanque diuina maioribus occupatus,

Source : BIU Cujas

cupatus,implere non valuit,quod promisit.Item, & Diuus Petrus ex affectu diuinæ reuerentiæ Domino respondit. Non lauabis mihi pedes in æternum.& absit quod fefellerit, quia mox diuinæ voluntati cesserit, & quod se dixerit non esse facturum, & reliqua; Ego autem,& ad hunc casum assecurationem porrigendam puto,quoniam Assecurator omnem casum ignis in se suscipit.verba ergo hæc generalia difficultatem remouēt, illud enim verbum,ogni caso, refertur ad casus singulariter enumeratos,ita,vt vniuscuiusque casus enumerati quouis modo contingat periculum suscipiat.probaui etiam in dicta glossa, Correndo 15. nu 13 & seq. assecurationem trahi ad penitus insolitos casus;& hoc si concederemus casum incendij nauis ictu fulminis prorsus insolitum.& vide quæ dicam super versic. & ogni altro caso portenteuole; Illud etiam Horatianum nō mouet, & qui cum lucem non nouisset in tenebris impie cecinit; vnde merito dicere consueui,tametsi Poetæ non modicam afferant legentibus delectationem,debilium tamen & infirmorum animos Poetarum studia à religione amouere.Quod & Cicero de prisca falsaq; religione sua loquēs, & falsam esse dignoscens ait, Et si ijs libris seu studiis delector, quæ plurimum à religione animos amouent &c.sed & alius Poeta cecinit.

Si quoties homines peccant sua fulmina mittat
Iuppiter, exiguo tempore inermis erit.

Et quemadmodum si in l.locationis habetur,ignem ne habeto,& conductor habuerit,tenebitur etiam si fortuitus casus admisit incendium l.videamus.in §.j.ff. loca. ita & in casu nostro, quia non debuit ignis periculum suscipere, & hanc conuentionem 3 valere,satis satisq; demonstrauimus.& nota † circa cōuentionem ignis,quia aliud est conuenire innocentem ignem habere,aliud omnino non habere:priori nanque casu innoxium habere permittitur, posteriori verò omnino denegatur, vt in d.l.& in l.si quis fundum.in § si colonis.eo.tit.loca. Quærgo ꝫ hanc sententiam dicebantur locum habent circumscripta con 4 uentione. † Et quia incendii materia est aliena ab ea de qua disputatur leuandi laboris gratia quædam loca referre solum contentus ero.In primis admonendi sumus ignem custodiendum, facile enim progreditur,& vagatur.In hac ergo incendij materia prætermissis his quæ habentur in titu.de incen.ru.& nauf.in l.incendium C.si cer pet & insti.quibus mod.re cont. obligat.§. item is,& in l.3.ff.de off.præf.vigil.vide Alex.in l.si quis ex argētariis.in §.prætor ait.ff.de eden Mar.sing.74.tu habes &c.& ꝑsil. 77 in causa &c.nu.14.& in l.j nu.99. ff. ad l.Cor. de Sica.in qbus locis citat celebre consilium Bal.sub nu. 111. in 5. sed secūdùm impressionem nouissimam est sub num.442. Quidam nomine Restorius de Cortona.inter.& adde plenum Præceptoris cōsilium Lud. Goz. sub nu.63. videtur prima facie &c. Matt.ab Aff. dec.57.illo die &c Mar.Man.consi.4. Gram.dec.3.in causa,& in cons.222.in causa strenui &c.Recentiores in rub.publicæ lętitię, pag.mihi 60.seq.Nicol.Boe.dec.237.& glo.vulg.in fi.

SVMMARIVM.

1 *Lex Rhodia declaratur.*
2 *Assecurator stante formula Anconitana,an teneatur,si aspergine,aut quia vnda penetrauerit merces sint redditæ deteriores.*

GLOSSA XIX.

Di getto in mare.

1 LEge † Rhodia de iactu à Diuis Antonio, & Augusto approbata cauebatur,vt si leuandæ nauis gratia iactus mercium factus esset, omnium contributione sarciretur, qđ pro omnibus datum esset l.j.ff.ad l.Rho.de iac. & l.deprecatio.eo.tit.quę lex in Etruscis Tipis Græco sermone scripta reperitur,& bona fide (ni fallor) ab Alciato translata dispu. lib.2. c.5.ipsum legito,& quæ lex Rhodia fuit eleganter,& clare à veteribus luriconsultis exposita, & uix est ꝙ aliquid desideretur, & difficilis tantùm reperitur text. in l. nauis onustæ. in §. cum autem.eod.titu.sed plenè exponitur ab Alb. Raph.& clarius à Pau.Castren.Quorum commentarij in dictum titulum sunt ēt pleniores. & Alb.ibidem ait,dictum §.debilia magis,qnàm vtilia continere,sed & verum est (vt idem in rub.testatur) titulum illum ad pulchras,& quottidianas quæstiones referri. Ego autē cùm in hac materia nihil noui habeam,& semper viderim quęstiones iactus iuxta dictas leges Barchinonenses terminari, decreui silentio ab aliis scripta præterire, sed ad rem commodissime quæritur. †Quid si tempestate suborta iactus non est factus, 2 sed aspergine,aut quia vnda penetrauerit,deteriores merces assecuratæ factæ sint,quæ in naui erant:& cum inspiciendum sit, quid actum sit iux.l.fin.in prin.eo titu. &¦ l.semper in stipulat.ff. de regul.iur.& in re dubia melius sit seruire verbis l.prima. in §. si is qui nauem. ver. in re igitur dubia.ff.de exer.verba hæc, de getto in mare, ad damnum relato modo sequutum porrigēda non videbantur.pro qua sententia faciunt, quæ scripsi in tract. de nautis,in ter.par.num.11.& sat sit locum retulisse. Ego verò, & si verba hæc ad casum propositūm referri non possunt,damnum tñ ab Assecuratoribus sarciendum puto.mouit me, quod supra dixi in glo.super ver.Caso di mare;Vbi etiam attigi,& verba etiam generalia,quæ sequuntur ostendunt, & scio nos Anconæ hoc iure vti:cum ergo antecedentia, & sequentia verba generalia hunc casum cōplectantur,verbum hoc mouere non debet,& huic rei annotandum est,ꝙ deriuatio verbi iactus,late patet, ipsum enim iaciendi actum significat. Vnde licèt in l.si iactum.ff.de act.emp.addatur verbum rethis,apud tñ Valerium lib.4.c.j.circa finem,legitur absolute:Piscatoribus,inquit,in Milesia regione vericulum trahentibus quidam iactum emerant, sed certe præcedentia verba supplent, quæ instar rethis habentur.denique circa huiusmodi verbum, iactum, nolo verbum illud comici ad reprimenda humana, & fragilia hęc desideria, & ferenda ea quæ præter spem eueniūt satis accommodatū omittere: Ita vita est,inquit,hominis, quasi cum ludas tesseris, si illud quod est maximè opus iactu non cadit, illud quod cecidit sorte, id arte vt corrigas.

SVMMARIVM.

1 *Represaliarum materia relatiue,& quòd pignorationes appellentur,& nōnulli clarigationem, & quid sit clarigare.*
2 *Represaliæ si sint concessæ a Venetis contra Anconitanos, & Titius Bononiensis assecurauerit Meuium Anconitanum, qui transmisit merces Alexandriā,quòd Titius ex formula teneatur,ea circunscripta nō teneatur.*
3 *Merces si perdantur culpa tertij, & quid si culpa assecurati, an assecurans teneatur.*
4 *Merces assecuratæ si directæ si it culpa tertij, & tertius soluendo non sit, num assecuratori contra assecurantem consulendum sit.*
5 *Pirata an ipso iure sit priuatus beneficijs,& differentiæ inter piratam, & assassinum,& quædam lepide dicta de eis.*

GLOSSA XX.

Di rapresaglie, ò rubarie de amici, ò inimici.

GRegorius decimus cap.j. eodemque vnic.de iniurijs,& damno dato, inquit in hæc verba, & si pignorationes, quas vulgaris elocutio represalias nominat, in quibus alius pro alio prægrauatur, tanquam graues legibus,& ęquitati naturali contrariæ ciuili sint constitutione prohibitæ, & reliqua.vulgare est igitur nomen represaliæ, & barbarum a Bar.qui tractatum de his edidit,& aliis nostratibus vsurpatum, ideo ad Bartolum in iis communem præceptorem confugito, & Io.de Ligna.Bertac.in suo vberrimo repertorio in versic. represaliæ,& vide in aut.vt non fiant pignorationes, & in aut.sed omnino,vbi Bar.Salyc.C.ne vxor pro mar.Car.Ruyn. in consi. 107.viso processu &c.num.3.& in fi.vol.5.vbi quando detur repetitio,& cui concedendæ sint,& contra quem,idem tractat cō silio 120.in 4.Habes etiam tractatum Mar.Laud. & multa in repertorio tractatuum,ad quæ loca confugito,hæc enim materia longe aliena est à nostra;& ideo pauca ad rem subijciemus; sed 1 illud in primis sciendum est † ꝙ ius hoc prehensionis (quod represalias vocant) veteres clarigationem vocabant, si credimus Alciato id asserenti tam in epistola liminari Codicis ad lectores,quàm in l.prouinciales.ff.de verbo.sign.post Hermo. Bar.licèt And.Tiraq.in l.si vnquam.in versi.liberos susceperit.nume. 147.aliud sibi videatur fuisse clarigatio ex Liuio libr. 8. ab vrbe cōdita,& Plinio lib.21.c.2.vide ipsum, & Budeum legito in annotationibus ad Pandec.in l.aut facta.§.euentus. ff.de pęnis,ubi subdit hanc pignorandi potestatē græcos vocare Androlepsiā, & neutro genere Androlepsium,& vide in thesauro linguæ latinæ in verbo clarigo, vbi multa loca referuntur, & clarigare, inquit, bellum indicere,vnde clarigatio ipsa belli denunciatio, quæ clara voce fiebat; & subiicit, accipiturque pro exactione nummaria,quæ principis,aut Reipublicæ edicto conceditur,citat locum Liuij superius relatum in lib.8.

Circa igitur pignorationes illa īcurrit quæstio † finge pignorationes fuisse concessas a Venetis contra Anconitanos,& Męuium Anconitanum merces Alexandriam transmisisse,eumq; 2 a Titio Bononiensi assecuratum iuxta nostram formulam, si merces a Venetis intercipiantur,& diripiantur,quæri potest,nū Titius Assecurator teneatur,& cum culpa,& facto Męuij Anconitani mercium direptio facta sit; respondendum videbatur,ad hunc casum assecurationem non esse trahendam l.cum proponas. C.de nau.fęno. vbi suscipiens periculum non teneri liquet, si culpa partis casus eueniat,& in ea.l.Bart.& Bal. ad vectores retulerunt,quorum culpa res asportata amittitur; subiū xitq; Bal. non absimile de illo,qui aliquem non inquietare promisit, ut promissio locum non habeat,si culpa ex ipsius parte procedat. ff.de verb.obligat.l.venditores,& facit l.quæro. in §. inter locatorem.ff.loca.ad cuius §.interpretationem, vide quæ eleganter Alex.scripsit in consi.105.nu.14.ver non obstat. in tertio, & in hac opinione fuit Pet.Sant.in suo trac.in quarta par.num.17.sed & hæc sententia probari posse videtur ex sing.gl. in l.si merces. in §.culpæ ff.loca.vbi Barto.& ex his quæ habentur in l. pen.in princ.ff.solu.mat.& in l.cotem ferro.in §. qui maximos.ff.de publi.& declarat Alexand.in consil.20. requisitus &c. in fi.consilij in 5.vbi instruit aduocatum in articulis,Goza.in cōsi.27. nu.14.

& seq.

Source : BIU Cujas

& ſeq.in cauſa cõductorum,& plenius ſcripſi in trac. de nautis, par.3.nu.49.& ſat ſit locum retuliſſe.Quibus addendus eſt Fran. Ripa in trac.de peſte in tit.de priuilegijs cõt.nu.8.& ſeq.numeris.cum ergo cauſa aſſecurati ſequuta fuerit mercium direptio, ei eſt imputanda,vt in regula damnum.de reg.iur. & facit notabilis tex.in l.veteres.ff.de itinere actuque pri. Quia ipſe ſibi impedimento fuit,quominus tuto merces exportarentur, quibus addendus eſt tex.& quod ibidem ſcripſit Bart.in l.cum quidam. nume.5.ff.de verb.oblig.ſi promittenti defendere caſtrum meũ culpa & vitio meo bellum indicat,& exercitus paretur, is q̃ cuſtodiam ſuſceperit defendere non teneatur, & refert ac probat Soc.in conſi.70.inſtrumentum &c.num.5. in tertio, vbi multa ad rem,breuiter dic relatam ſententiam admittendam circunſcripta noſtra formula, ex ſubiectis nanque verbis,repreſaglie, ò rubbarie de amici,ò d'inimici, ac conſiderato illo verbo, de ogni caſo,quod eſt generale, & ad vnumquemque caſum ſpecialiter nominatum refertur,apparet aſſecurantem voluiſſe teneri & merito tenetur,facit lex,quæ fortuitis.C.de pigno. actio. l.ſub prætextu ſpecierum C.de tranſac.l.tres fratres.ff.de pactis, & vbi ſenſus verborum eſt certus, nuſquam interpretatio tantum valet,vt melior ſenſu exiſtat l.3.C.de lib.præt. l.ille aut ille. §.cum in verbis.ff.de leg.3.l.ſi alij.ff.de vſu.leg l.continuus. in §. cum ita.ff.de verbo.oblig.& hæc conuentio ex regula l.qui cum alio.ff.de reg.iur.comprobatur,quaſi aſſecurans aſſecurati cõditione exp lorata periculum tale ſuſceperit pretio periculi recepto,& merito aſſecuranti imputandum eſt,Qui temporis rei & perſonarum qualitates non perquiſiuerit, pro qua ſententia diſtinctio eſt Cyn.in addit.in l.ex conducto.in §.j.ff.loca.quem refert,ac probat Aret.in conſil.139. Quia conſultatio &c. & hæc intelligenda ſunt.dummodo dolus, ſeu lata culpa abſit, & ſm ea quæ ſcripſi in glo.ſuper verſi.correndo &c.vbi citaui iter alia l.qui officij.in §.fi.ff.de cont.empt.

3 Sed & hic quæſtio ſuboritur magis in ſpecie tractãda.† Quid ſi culpa tertij mercium direptio ſequatur, & finge magiſtri nauis,verbigratia. Magiſter nauis deteſtandã piraticã artem exercuerat,& pluriũ merces deprædatus fuerat, & deinde nauis ſua mercibus onuſta inuenta ab eiſdem,quos deprædatus fuerat,direpta,aut publice detenta fuerit. Hic triplex incurrit inſpectio. Prima contra magiſtrum nauis:ſecunda, an aſſecurans contra aſſecuratum ſe poſſit defendere:tertia,& illa qñ culpa ipſiuſmet aſſecurati contingit mercium direptio. Circa primam dic, ut dixi in trac.de nautis,in 3.par.nu.49. quoad ſecundam videbat concedenda defenſio, nam ex conuentione (prout in formula legitur) aſſecurator non tenetur,vbi magiſter nauis curſum immutauerit,lictora deuia ſectando,vt ex formula patet. Cũ ergo hic caſus culpa magiſtri nauis eueniens ſit exceptus,& ſimilis videtur exceptus c.ſedes.de reſcrip.& ſupra Bart. & alios retuli in l.ſed & ſi quis,in §.quæſitum.ff.ſi quis caut. & faciunt ſcripta ab Euer.in ſua centuria,in loco ab excep.& ſi non comprehenderetur caſus culpa mag. nauis,ſequeretur ſi aduerſo tempore nauigaret,quo immineret naufragium, ſi minus idoneis miniſtris vteretur,ſi plus iuſto nauim oneraret,ita q̃ ex nimio onere naufragium faceret,ſi per loca notorie nõ tuta nauigaret, ſi in vada incideret notiſſima,dum placidum ventis ſtaret mare,& alia faceret,quæ copioſè notaui in trac.de nautis,in tertia part.vtique aſſecurato eſſet conſultum,& rectè contra aſſecurãtem ageret: & pro hac ſententia videtur facere l.cum proponas.C. de nau. fæno.verùm contraria ſententia obtinere debet ex his, quæ in ſuperioribus retuli,& cum barattaria mag. nauis tantum excipiatur,de qua ſuo loco dicemus.Nec enim factum tertij obligationem oriri impedit,iuxta notata in l.quibus diebus.ff.de ꝓdit. & demonſt.nec mouent,quæ dicta ſunt: aliud nanque eſt quærere,num aduerſus magiſtrum nauis in relatis caſibus agi poſſit, aliud num aſſecuratio ad hunc caſum trahatur, & puto, & ex verbis noſtræ formulæ Aſſecuratorem teneri,& ea circũſcripta etiam damnandum ſiue ad pecunias aſſecuratas perſoluẽdum, ſiue ad damnum ſarciendum, & prout partes conuenerint, & vide Aret.in d.conſi.139.conſulendum tamen eſt Aſſecuratori contra magiſtrum nauis, vt dixi. Sed illud in dubium reuocari poteſt.Quid ſi magiſter nauis ſeu tertius, cuius culpa mercium direptio ſequuta eſt,ſoluendo non ſit.Num Aſſecuratori cõtra
4 aſſecuratum conſulendum ſit, perinde ac ſi eius culpa in facienda direptio facta ſit,& ſcio hanc quæſtionem plenè diſputatã a Santerna in 4.part.nu.2.& ſeq.numeris, & tandem conſiderato tex.in l.fi.in §.fi.ff.de eo per quem fact.erit.& l.planè. §.j. la 2.ff. de leg.j.in illam ſententiam inclinaſſe,vt Aſſecuratori,neque ſi ſoluit,repetendi ius concedatur, neque defenſio permittatur, niſi aſſecuratus doli particeps fuerit.l.qui officij.in §.fi.ff.de cõt. empt. Quæ ſententia non eſt improbanda. Aſſecuratus enim non quærit lucrum,ſed agit,ne in damno ſit, & damnum aſſecurans facto ſuo patitur,argumento l.damnum.ff.de reg. iur.& pretium ratione periculi ſuſcepit,nec cauſa modici pretij deceptus dici poteſt, cum ſciens,prudensq; fecerit, & pretium iuſtũ dicatur ratione dubij euentus inſpecta, vt dixi in tract. de ſponſionibus,in 4.par.verſi.quæro facta eſt ſponſio inequali conditione &c.& vide quæ ad l.fin.ff.de eo per quem factum erit, dixi in trac.de prox.part.4.in illa quæſtione,cuius initium eſt,incurrit hic &c. & quæ dixi in trac. nondum impreſſo, cuius titulus eſt, non ſoluendo, huc erunt referenda. Circa tertiam quando culpa ipſius met aſſecurati contingit direptio mercium, dixi in d.glo.ſuper verbo correndo.gl.15 circunſcripta noſtra formula Aſſecurator non teneatur.l.cum proponas. C. de naut. fœno. ea verò propoſita dicendum iuxta l.qui officij. in §.fi.& quod teneatur,etiam ſi culpa interueniat in omittẽdo tñ, ut relatus vbi ſupra Cor.& Ripa ſenſerunt,& hic caſus vltimus differt a propoſito primo loco; quia culpa in eo generaliter ꝓueniebat facto aſſecurati,hic verò quando propria culpa contingit.

Et quoniam hic de direptionibus fit mẽtio, quæ plerunque a piratis fiunt,de piratis quædam referenda eſſent,ea tñ cõſultò prætereo,cum nõnulla dixerim in trac.de mercatura,& ſolùm
5 referam,quod Alciatus ait in conſi.11.lib.j.is enim defendit† piratam ipſo iure non eſſe priuatum beneficijs,& differentias cõplures conſtituit inter piratam, & aſſaſſinum, & refert diuum Auguſtinum de ciuitate Dei,ꝙ cum quidam archipirata adductus eſſet ad Alexandr, Rex eũ interrogauit, cur mare infeſtaret,cui ille,cur tu rex orbem terrarum,ſed quia ego id parua naui facio pirata vocor.Tu quia magnis claſſibus, diceris imperator.locus autem Auguſtini eſt in relato libro 4.cap quarto, vbi Lud.Viues inquit,id ſumptum ex Cicerone libr. de repub.3.vbi ſubiecit Myoparo nauicula ſolebat eſſe Piratica, & refert Luc. lib.10.Alexandrum felicem terrarum prædonem vocaſſe. ſed ad ea,quæ ſcripſit Alciatus vide Iaſ.in conſil.170. volu.2.& quæ latè ſcripſi in trac.de nautis,in tertia par.num.28.& ſeq. num.& nolo omittere,quod Cic.off.lib.3.ſcriptum reliquit, is enim loquens de eo, qui pactum pretium pro capite etiam iure iurãdo metu præſtito prædoni non attulerit,inquit,nam pirata non eſt ex perduellium numero definitus, ſed communis hoſtis oĩum, cum hic neq; fides etiam debeat,nec iuſiurandum cõmune &c.

SVMMARIVM.

1 *Portentum,oſtentum, prodigium, quid, & quòd abſtinendum ſit ab eis, & declaratio ad formulam.*

GLOSSA XXI.

E d'ogni altro caſo portenteuole.

1 PORtentum † appellamus,quod aliquid futurum oſtẽdit, & præmonſtrat. Vnde maximus Poetarum, caſum aliquẽ portenta ferunt,& Alciatus in l.oſtentum.ff.de verb. ſig.ait,oſtentum eſſe,quod præter conſuetudinem offertur,vt puta ſi videatur terra ardere,vel cœlum, portẽtum quod porrò,& diutius durat,futurumque aliquid poſt modum ſignificat.Monſtrum,quod contra naturam eſt,prodigium quod mores faciunt,per quod detrimentum expectatur,id enim eſt ꝓdigere. Hæc ille,ex ſententia Corn.Front.verum ex ſententia Diui Auguſtini prodigium appellatum eſt,quaſi porrò dicium,qđ porrò dicat,porroq; ſignificet, & aliquid futurum eſſe portendat.Pro qua ſententia eſt,quod ait Cic.de diuinatione. Quia.n. oſtendunt,portendunt,monſtrant,prædicant,Oſtenta,Portenta,Monſtra,Prodigia dicuntur,& hæc Portenta ex Auguriis,& Auſpicijs ſignificationem accipiebant, vt per eundem in lib. de natura Deorum, & explanationes portentorum Hetruſcorum diſciplina continebantur, vt idem ait de Aruſp. de quo meminit Diuus Auguſtinus de ciuitate Dei, vt in cap. Nec mirum. §. Aruſpicinæ 26,q.5.illic enim ita ſcriptum eſt. Quibus portẽtis per diabolorum fallaciam illuditur curioſitas humana, quãdo id impudenter appetunt ſcire, quod nulla ratione competit eis inueſtigare,& ſubiungit, quare hæc poteſtas immundis ſpiritibus detur.Portentis ergo talibus,& diuinationibus fidem habere,inueſtigare,& vti impium eſt,& auribus Chriſtianis alienum, & q auſpiciis, & augurijs credit, & ijs ſimilibus fidem perdidit, & qui rectam fidem non habet,hic non eſt eius,ſed illius quem credit,ideſt diaboli c.epiſcopi.ea.cau.& q. ſed vt hæc ad formulam noſtram referamus, puto relata verba ex contrahentium mente ſic eſſe intelligenda,ꝙ ſi caſus præter cõſuetudinẽ immo inſolitus eueniret,portentuoſusque ſiue ex cœlo, ſiue ex mari, ſiue terra,& inſtar portenti,quod raro contingit, Aſſecurator teneatur,vt puta ſi ſereno tempore turbine nauis periret, validiſſimo ſcilicet,& verticuloſo vento,aut igne cœleſti,& ex hoc comproba,quod dixi in gl.ſuper verbo correndo,verſi. ſed hæc referenda &c.nu.13.& hoc amplius puto, ſi portentis ſpretis varijs terroribus naufragium minantibus, aut diuinationibus diabolicis.quibus graues,& infideles Turcæ vtuntur, nauigatio facta ſit ſequuto naufragio teneatur Aſſecurator.

SVMMARIVM.

1 *Caſus fortuitus quid ſit,& enumerantur.*
2 *Aſſecurans merces a caſu tempeſtatis, an cenſeatur ſuſcepiſſe caſus latronum,& piratarum & furum.*
3 *Tempeſtatis appellatione quid contineatur,& caſus tempeſtatis,quid ſit.*
4 *Furtum an annumeretur inter caſus fortuitos.*

GLOS-

Source : BIU Cujas

GLOSSA XXII.

Fortuito.

1 VLpianus in l.2.in §.si eo tempore. ff. de admini. rerum ad ciuitatem pertinentium, inquit, † casum fortuitum nullum hominum consilium præuidere posse. Nec.n. humano consilio, aut diligentia accidentium rerum subitus, & inopinatus euentus præcaueri potest l. quæ fortuitis. C. de pign. act. qui casus fortuiti melius enumerantur ab impera tore quàm alibi in §. item is cui. instit. quib. modis re con. oblig. vt testatur idem Accur. in versi. naufragiū, quibus addes Aegid. Bosi. qui enumerat; & quomodo probetur subiungit in titu. de remissione mercedis conduc. nu. 72. & seq. & Lau. Silua. in trac. de feu. recog. q. 109. num. 36. vbi diffiniendo casum fortuitum, inquit, est accidens, quod per custodiam, curam, vel diligētiam mentis humanæ euitari non potest, ab eo, qui patitur, & ꝙ con tingat, aut facto naturæ, aut facto hominis; naturæ facto, ut in tempestate maris vel fluminis, ardore solis incōsueto, aere corrupto, terremotu, grandinum, locustarumque causa, & similibus l. cum proponas. C. de nau. fæn. l. 2. ff. si quis caut. l. fistulas. in §. frumenta. ff. de cont. emp. l. ex conducto. §. si vis, & §. sed si vredo, & l. Martius. ff. loc. facto hominis propter latronum vim, vel exercitus, falsam sententiam, falsumque testimonium &c. subiunxitque quomodo probetur, & pleraque alia; & sat sit loca prædicta retulisse, & vide Franc. Ripam in trac. de peste, in rubr. de priuilegiis cont. nu. 67. vbi etiam non esse iuris ambigui ait, conuentionem ualere, vt quis de casu fortuito teneatur, quod latè ostendimus supra; sed & prædictis adde pulchrum text. in l. in rebus ff. commo. in illis uerbis, ita ut eos casus tantum nō præ stet, quibus resisti non possit, veluti mortes seruorum, quæ sine dolo, & culpa eius acciderent, latronum, hostiumve incursus, piratarum insidias, naufragium, incendium, fugas seruorum, qui custodiri non solent; insidiæ ergo piratarum inter casus for tuitos enumerantur, quod notauit Paris Put. in tract. de sindi. ver. an si plures, num 8.

Sed quoniam inter casus fortuitos tempestas nominatur, vt vides, commodissime hic quæri potest, quid tempestatis appella tione contineatur, & memini me legisse Santer. in suo trac. de sponsionibus, & fideiuss. qui in tertia par. nu. 61. huiusmodi pro-
2 posuit quæstionem. † Num assecurans merces alicuius a casu tempestatis censeatur suscepisse casus latronum, piratarum, & furum, & ait prima fronte negatiue respondendum videtur, qa de his nil dictum fuit l. quicquid astringendæ. ff. de verbo. oblig. verum putauit ab ea quæstione pēdere, an furtum computetur inter casus fortuitos, de quo in §. sed istæ. instit. de act. in l. j. depo. in l. contractus. ff. de reg. iur. & subiungit, si aliqua culpa imputa ri possit ei, cui euenit, vt puta domino nauis, si per loca nauiga uerit vbi sciebat esse piratas, & non dicatur euentus talis euenis se ex casu tempestatis, sed imprudenria nauigantium, aliàs ꝫ; de quo vide bonum tex. in l. 2. in §. quod diximus. ff. si quis caut. & quæ scripsi in tract de nautis, par. 3. nu. 15. & addit memoria te-
3 nendum esse, ꝙ † casus tempestatis, siue fortuitus distinguitur ab improuiso, ex eo, ꝙ culpa, vel non culpa ascribatur passo, & glos sæ, quæ dicunt, furtum, rapinam non esse casum fortuitum, re spexisse videntur id, quod communiter solet euenire. Quia fur tum fieri non solet sine aliqua culpa, & mala custodia, vnde se quitur secundùm ea fundatam esse intentionem de iure contra eū, cui res furto subtracta est; ego verò ex his, quæ retuli, de duo bus disputandum censui. Alterum est, quid tempestatis appella tione contineatur, & num sub relata verborum conceptione, & quæstione proposita de eo, qui tempestatis periculum susce perit, veniant piratarum, & furum direptiones. Alterum nū fur tum dicatur casus fortuitus. Circa primum pro sententia San sernæ occurrit illud Ciceronis ad Catonem. Mitto ꝙ familiam, ꝙ pericula, ꝙ omnes meas tēpestates subieris; verùm sub huius vocabuli tempestas, significatione, direptiones & furta non ve nire opinor. Tempestas enim procellas nubilum, & procello sum tempus significat, estque cęlestis iniuria, siue mare, siue ter ram conturbet, vnde Plin. lib. 18. c. 28. ait. Ante omnia autē duo genera cœlestis iniuriæ meminisse debemus, vnum quod tem pestates vocamus, in quibus grandines, procellæ, cæteraq; simi lia intelligimus, quæ cum acciderint, vis maior appellatur, & re liqua. Aut ergo assecuratio facta est sub relata verborum conce ptione rerum mari exportandarum, & tunc si fluctuum, & ven torum impetu res perierint, assecurator teneatur. Non autem si diripiantur a piratis, seu furibus, pro qua sententia videtur text. in l. cum proponas. C. de nau. fæno. & facit l. Cæsar, & l. fi. in §. si propter necessitatem. ff. de publica. Si verò quis assecurauerit, merces terra exportandas, & assecuratio ad iniuriam cęlestem erit referenda. Nam tempestatem intelligere debemus, siue ma ritimam, siue terrestrem, vt eleganter inquit iurisconsultus in l. 2. in §. qđ diximus. ff. si quis caut. vnde immoderatæ niues tem pestatis appellatione ꝓtinentur l. fistulas. §. frumenta ff. de cont. empt. non ergo assecuratio sub relata verborum conceptione facta ad furta, & direptiones porrigēda est, cum in re dubia ver-
bis melius sit seruire l. j. in §. si is qui nauem. ver. in re igit dubia. ff. de exer. & de tempestate vide Cor. in cōsi. 273. visis &c. nu. 16. vol. j. Quò verò ad fm † an furtum annumerandum sit inter ca-
4 sus fortuitos, adde ijs, quæ scripsit Sant. Doc. in c. j. extra comm. Bosi. in tit. de remis. merced. nu. 75. qui citat Rom. in consi. 413. quo ad primum &c. nu. 11. & Riminal. consi. 164. & seq. cōsilio, sub nu. 26. & Lauren. Syl. vbi supra.

SVMMARIVM.

1 *Nomen disastrum quid sibi velit.*

GLOSSA XXIII.

Disastro.

1 NOmen † hoc vulgare est, & in iure nostro merito non inuenitur, dicendum est ergo de eo, vt dixi supra, sup verbo risico, glo. 16. & infra in glos. super verbo, & se de le mercancie &c. in fine.

SVMMARIVM.

1 *Sinistrum quid significet, & de sinistra, & dextra manu multa.*

GLOSSA XXIIII.

Sinistro.

1 SInistrum † appellamus aduersum, & obnoxium ab eo, ꝙ quæ sinistra manu fiunt, non rectè fieri videamus. Vñ ma ximus Poetarum. Sępè sinistra caua prædixit ab ilice cor nix: & alibi: pecorique sinistro. vnde leua, vel sinistra certo modo loquendi apud veteres furem aliquem esse notat Plau. in Persa. vbi illa altera furtifica leua? Cat. Marucinæ asini manu sinistra non belle vteris, & meminit Adrian. Car. in opusculo de modis lati. loq. & de sinistro casu meminit Corn. in consil. 273. visis &c. ante numerum 17. vol. j. & de hoc nomine, & prępipuè sinistra, & dextra manu multa scripsit Cassa. in sua Gloria Mun di, part. 3. cōsideratione secunda, multosque retulit declarando illud Regij Prophetæ. Sede a dextris meis, & quare cum Diuus Petrus princeps Apostolorum fuerit, & Christi Redemptoris nostri Vicarius in imaginibus, & Diplomatis Pontificis summi sigillo munitis Diuus Paulus sit Diuo Petro dexter. His addes quod Eccles. legitur c. 12. Cor sapientis in dextera eius, cor stul ti ī sinistra eius. Quod verbum si ad huius humanæ vitæ cursum referes non male exponendum esset iuxta pythagoricam litte ram y, de qua maximus poetarum bellissime cecinit, vel melius iuxta illud diui Gregorij in Home. relati a Diuo Thoma in cō mentariis super Marcum Euang. c. 16. is enim ait. Quid autē per sinistram nisi vita præsens? Quid verò per dextram nisi vita per petua designatur? & inquit Ioan. de Turre Crem. in c. eccles iasti carum. 11. dist. per sinistram designantur temporalia, ꝑ dextram spiritualia, quem videas &c.

SVMMARIVM.

1 *Impedimentum, & impedimenta, quæ dicantur.*

GLOSSA XXV.

Impedimento.

1 IMpedimentum † dr quo quis impeditur, vt nō perficiat, qđ cupit, Impedire autē verbum implicare, & inuoluere signi ficat, & qđ propriè de pedibus dr ad oīa transferri solet: ver bum igitur hoc late patet, & meritò leges nostræ nomē hoc impedimentum ad sexcenta retulere, vt patet ēt apud Albericū in suo iuris lexico, vbi inter alia de impedimentis circa matri monia late disseruit. Quid autem sibi velint impedimenta in plurali num. notum est.

GLOSSA XXVI.

Et fosse come si volesse, ò interuenesse.

DE clausula hac memini in superioribus in gl. super ver bo, correndo, vbi admonui pacisc entes, & pręcipuè re nunciātes, vt a clausulis generalibus caueant, ne dum effuso sermone se iactant in promptum incidant sui periculum, vt imper. inquit in l. fi. C. de dotis promis. & hic mul ta possem referre vtilia quidem, sed non soleo ab aliis tractata describere maxime a materia aliena. Sed lector candide si quod (vt Cicero dicebat) Iurisconsulti est, cauere desideras, ne qs ver borum generalitate circumueniatur, confugito ad And. Tiraq. in l. si vnquam. in verbo Præfatio num. 118. & seq. numeris. C. de reuo. donat. vbi multa retulit, & sat sit locum citasse.

SVMMARIVM.

1 *L. respiciendum. ff. si cer. pet. restituitur.*
2 *Assecuratio si facta sit, & relata ad casum, etiam qui interuenisset, an va leat nec ne, plene distinguendo casus disputatur nu. 2. & seq.*
3 *Natura naturans, & natura naturata declarantur, & pulchra de eis.*
4 *Assecuratus conscius de naufragio si dolo induxerit quempiam ad assecu randum, quòd teneatur ad interesse, & crimine stellionatus.*
5 *Facti scientia dupliciter haberi dicitur vere, & præsumptiuè.*

Arbitrio

Source : BIU Cujas

6 *Arbitrio iudicis remittitur, cum tempore quæritur, & casus, qui remittantur, relatiue ac de ipso arbitrio.*

7 *Disastrum vulgare verbum.*

GLOSSA XXVII.

E se delle mercantie assicurate interuenesse, ò fosse interuenuto alcun disastro.

RElatorum verborũ, ò fosse interuenuto, Glossam faciet Papinianus ille Iurisconsultissimus meritoq; inter oẽs excellẽs. vt noster Imperator ait. Is eñ (vt in l.cũ ad præsens.legitur) in tit.ff. si cert. peta. inquit in verba infrascripta, cũ ad præsens tẽpus cõditio cõfertur, stipulatio nõ suspenditur, & si cõditio vera sit, stipulatio tenet; Quamuis tenere conditionẽ ꝯhentes ignorent, veluti, si Rex Parthorum viuit, centum millia dare spõdes? eadẽ sunt, & cum in præteritum cõditio conferẽ: subsequitur æquitatis amicus ille Sceuola, qui factũ præ cæteris elegantius, & clarius consueuit proponere: † respiciendũ eñ esse, an quantum in natura hominũ possit sciri, eã debitum iri; & ita legitur in Hetrusca littera, sicq; restituenda lex est, subiunxit idẽ Papinianus. Itaq; tunc potestatẽ cõditionis obtinetur, cũ in futurum confertur. Modestinus etiam, qui plerunq; respondendo, Sceuolã est imitatus in l. cõditio.ff.de verb.obli.ait, cõditio in præteritũ nõ tñ in præsens tempus relata statim, aut perimit obligationẽ, aut omnino nõ differt. Quibus addes, quæ plenè quidẽ scripsi in tractatu de spõsio.in secũda parte ferè per totã, sed vt dilucidiorẽ glossam hãc reddamus, reuoco in dubium, & non inutilẽ quæstionem, & in specie (quod sciã) nõ tractatã propono. Finge † ergo cõuentionẽ initam, vt in proposita verborum conceptione, & naufragium factum ante assecurationis tẽpus. Assecuratus agit deinde allato nuncio ad pecunias assecuratas, Assecurator excipit se circunuentum, & deceptum, & dolo malo inductum ad assẽ curandum, cum sciẽs, prudensq; eum ad assecurandũ traxerit. Assecuratus replicat se ignorasse bonaq; fide sibi p̃cauisse. Memini me cum casus euenisse de hac re interrogatum: vnde has facti species in proposita quæstione constituendas duxi.

Prima qñ natura hominum intelligi nõ poterat naufragii sequuti, aut amissarũ mercium casus, vt puta: quia nuncius afferri nõ poterat naufragii sequuti ꝓp loci distantiam, quia nec mari fœlici etiã nauigatione, nec terra magnis itinerib.aut equis permutatis intelligi potuerit, & cõuentio hæc nõ sit improbanda; pro qua citata iura, nec eñ rerum natura, hoc est diuina, scientia est intuenda, in qua certa essent, cum futura vtiq; fierent, sed nostrã inscientiam aspici debere, vt inquit Iurisc̃ultus in l.sed & si restituatur.§.fi.in fi.ff.de iudi. † Hæc eñ natura naturãs, id-
3 est: Deus (vt Accurs.ait) oĩa scit; Nam mille anni (vt subiicit) ante oculos eius, tãquàm hesterna dies, quæ præteriit. Vnde legitur in secũda Can. Diui Petri c.fi. vnũ verò hoc nõ lateat vos charissimi, ꝙ vnus dies apud Dñm sicut mille anni, & mille anni sicut vnus dies: Nec mirũ (vt Diuus Thomas in cõmentariis suis ibidem ait) oĩa eñ sunt ei præsentia nõ succesſiue.fluentia, sicut apud nos Iob decimo, & oĩa nuda, & aperta sunt oculis eius, ad Hebræos 4. Natura verò, quã naturatam vocant, est hominis, quæ præterita, & præsentia tñ scit, & audi qd Cicero off. lib.j. bellissime dixerit, sed inter hominẽ, & beluã hoc maximè interest, ꝙ hæc tñ, quantum sensu mouetur, ad id solum quod adest, quodq; præsens est se accõmodat, paulum admodum sentiens præterita aut futura. Homo aũt qui rationis est particeps, per quã consequentia cernit, causas rei videt, earumq; progressus, & quasi anteceſſiones nõ ignorat, similitudines cõparat, rebusq; præsentib.adiungit, atq; annectit futuras, facile totius vitæ cursum videt, ad eamq; degendam præparat res necessarias, & reliqua &c. sed & Salustius ad Cęsarem de repu. ordinanda inquit, neq; de futuro quisquam satis callidus, satisque prudens est: Quin etiam sæpe praua magis, quàm bona cõsilia prospere eueniunt, quia pleraſque res Fortuna ex libidine sua agitat.

4 Secunda facti species est † qñ aliquis naufragii, aut amissarũ mercium conscius dolo malo traxerit aliquem ad assecurãdũ, quo casu doli mali Assecurator poterit se exceptione defendere: incertus nanq; dubiusq; euentus emitur, & periculi pretium in re incerta præstatur. Hoc amplius puto hũc pro eo qd̃ interest teneri, arg. eius qd̃ scripsit Bart.in l. q̃ro.ff.de act. emp.& huic fraudatori crimẽ stellionatus obiici posse, qd̃ obiicitur iis, q̃ dolo quid fecerint. Quæ cõfirmabis ex his, q̃ scripsit in trac. de spõsio.in 3.par.in illa quęstione, cuius initium est, itẽ quæro Vincẽ-
5 tius &c. † Et sciendum est, ꝙ facti scientia dupliciter haberi dr̃, vere scilicet, & præsumptiue; vere cũ ad scientiã rei deuenitur per sensum corporis, præsumptiue iux.notabilẽ Gl.in l. si tutor petitus. C.de peri.tut.ad quã vide Grã.dec.36.nu.16.& seq.Cur. in consi.52.nu.4.Aym.in consi.193.Minor.nu.7.& seq.& ꝙ nõ referat, an scientia facti probetur vere vel præsumptiue, inquit Car.Ruy.in cõsi.14.nu.6.in q.&c.in 3. & citat dictam Gl. sed tu vide Aym.vbi supra, & quæ de scientia vera, & præsumpta late scripsit Matth.ab Aff.in tract.de iure Protho.in secundo.§. ver. sed iuxta.nu.6.& seq.quem breuitatis cã non refero, late quippe scripsit, & ꝙ ex qualitate loci vicini, vel lõginqui arguat̃, tractat Abb.& post eũ Dec.in c.j.nu.26.de postul. Prælat. regulariter enim ignorantia præsumitur, nisi probetur scientia l.verius, vbi etiam Accur.ff.de probat.

Tertia facti species est, qd in re dubia, in qua duplex incurrit inspectio, altera iux.nostrã formulã, altera ea circũscripta. Circa primã; qñ nostra formula in rebus nõ expressis, & nõ declaratis relationẽ habet ad forum, & stilũ Florentinum (vt suo loco dicemus) scio ẽt decretum sub 6.num.in lib.statutorũ inclytæ ciuitatis Florẽtiæ officialiũ securitatũ. Quo decernitur si nauis assecuratio facta sit tẽpore, quo iã naufragata erat, exactionẽ assecurato denegandã, & an nuncius esse potuerit, vel nõ esse naufragii iudicio sex iudicum mercaturæ dirimendũ, nõ denegato recursu, apũd quos iudices ĩ causæ cognitione hæc erũt, loci distantia, tẽpora, & qualitas; circa secundã inspectionẽ circunscripta nostra formula certũ est dolum non præsumi l.quoties.in § qui dolo.ff.de proba.c.2.de renuncia.lib.6. quilibet eñ bonus præsumitur, & nõ dolosus l.meritò.ff.pro socio c.fi.de p̃sump.& vbi doli fraudisq; verisimilis cã nõ proponitur, vt probat Aym.in consi.8.in prin.& nu.19.& in cõsi.319. nu.1.proponitur. Item scientiã probari oportere, vt in d.l.verius.necesse est ergo ad præsumptionem, & coniecturas confugere, vt probaui referendo inter alios Affl.in tract.de iure protho.& adde Paris. in cõsi.53.nu.8.& consi.seq.nu.21.vol.j.& And.Tiraq.de retrac. §.j.Gl.14.nu.58.& multa sunt pulchra quidẽ respõsa Aym. in
6 quib.cõiecturæ enumerantur.† Totumq; hoc religioni iudicãtis cõmittẽdum puta iuxta pulchrũ, & notabilẽ text.in materia in l.cõtinuus in §.cũ ita.ff.de verb.obli.& facit l.interdum.eo.ti. Nam in vniuersum quoties quæritur de tẽpore religioni ius dicentis cõmittitur l.ab hostib.in §.fi.cũ l.seq.ff.ex quib.cau.maio.Gl.in l.si finita.in §.nõ autẽ.ff.de dã.infec.& in l.Lucius.ff.mãda.& scripsit alios referendo Andr.Tiraq.in l.si vnquã.in verbo oĩa, vel partẽ aliquã, nu.31.C.de reu.donat. vbi plene (vt solet) multos casus enumerat, q̃ Iudicis arbitrio remittũtur. Quod iudicis arbitrium, & iuri & æquitati, ac naturali rõni consonũ esse dẽt, & pulchre Baldũ, & alios referendo scripsit Aym.in consil. 190.qd̃ in præsenti &c.nu.5.& qa Iudices plerunq; arbitrio abutuntur. Bal.in cõsi.427.quædã mulier &c.ante finẽ lib.5.referẽdo Aristotelẽ inquit, oportere recte positas leges oĩa terminare, & q̃ pauciſſima cõmittere iudicantib. & retulit idẽ Aym.in trac.de antiq.tẽpo.par.j.ver. Quid in lib.in fi. bonus ergo vir ad coiecturas, & verisimilitudines confugiet, & probe se in his geret, longum eñ esset, si vellemus enumerare, & sat sit loca retulisse, & illud nõ tacebo, nõ solũm ꝓp verba Ciceronis superius relata, verùm ad dirimẽdas lites huic clausulæ, quæ respicit præteritum casum bene esset certum tẽpus præfiniri, fratrib. ẽt est obuiãdũ l.in fundo.ff.de rei vend. scio eñ de impostura aliquãdo dubitatum. Denique huic Glossæ illud adiiciendum est, ꝙ vulgare illud verbum † disastro, hoc loco, & mercium amissionem, & earundem detrimentum significat.
7

SVMMARIVM.

1 *Probationes inter Mercatores concludentes esse oportere.*

2 *Naufragium quomodo probetur.*

GLOSSA XXVIII.

Li Assecuratori debbano dare, & pagare quelli danari assecurati al detto M.Giouanni, ò à chi per lui fra mesi dua, dal di che in Ancona ne fosse vera nuoua

HAEC eadẽ clausula, & apud Mercatores Antuerpiẽses, & Florentinos in vsu frequenti est, & fere in omnib.locis, in quibus mari sunt cõmercia, & quoniam aliqñ (vt docet experientia) nõ verus affert̃ nuncius, recte quidẽ addit̃ verus nuncius, iuxta illud ver. Aenei.3.& in 6.

Infelix Dido verus mihi nuncius ergo, Venerat &c.

Et quo magis res sit certa, subiungitur, exactionẽ post duos menses fieri a die allati nuncii. hoc ergo fundamentũ est assecurati, vt si velit exigere, probet verũ nuncium naufragii, aut mercium amissarum, aut earũdem detrimentum. & sciendũ est, licèt ex bono, & æquo inter Mercatores ꝓcedendũ sit & iuris apices
1 reiicianẽ l.qnt⁹. vbi Bar.ff.mã. & nõ semel dixi. † Probatiões tñ legitimas, & ꝯcludẽtes esse oportere, vt ꝓbaui in trac. de Merc. in vlti.par.in ti.de ꝓba.in prin.vbi inter alia retuli Soc. in consi. 120.cũ in præsenti &c.col.7.uer. nec ex eo &c.lib.1. sed & illud huic rei annotãdũ est, qd̃ legit̃, & notatur à Bar.in l.2.C.de nauf.
2 † Nauiculariũ ad suã defensionẽ casũ naufragij apud iudicẽ illius ciuitatis, ubi casus euenerit ꝓ testes ꝓbare posse, et subiũxit, mirabilis est practica, qd̃ in loco, ubi quis casum aliquem patit̃, testes examinari faciat, & probationes huiusmodi coram competenti iudice fidem faciunt, licet pars citata non sit, quæ in longinquis partibus commoratur, & commẽdat Mar. in sing. suis sing.24.& memini me alibi latius dixisse, & adde Io.Phil.cõclu. 43.limit.18.& Alciat.in cons.67.lib.5.qui pulchre retulit ad materiam singularis certaminis: & Ias.in l.cum hi in.§.fi prætor.nu. 5.de transac. Denique illud non est omittendum, ꝙ cum dicat̃, Dal di che in Ancona. Dies termini non computatur in ter.Gl.
3 in c.statutum, in verbo numerandum, de præben.in 6.Gl.in cle. sicut.in ver.a die, de appel.Bar.& alij iuris interpretes in l.1.ff.si

Source : BIU Cujas

quis caut. latissime omnium Andr. Tiraq. in comment. de utroque ret. §. 1. Glo. 11. nu. 16. & seq. numeris, Cęsar Contar. in rep. l. diffamari. in quæstionibus nu. 91. & seq. C. de inge. & manu. Hęc enim dictio a, uel ab, separationem not. l. 3. in fi. ubi Accurs. ff. de act. empt. & notat Alex. in l. j. num. 16. ff. tiquis caut. & dixi supra in Glo. super uerbo, dal porto de Cost. Glo. 12.

SUMMARIUM.

1 *Verbum, audire, quid significet, & audientia episcopalis quid sibi uelit, & quid auditorium, declaratur.*
2 *Conuentio an ualeat, quòd audientia denegetur.*
3 *Assecuratori an permittatur aliqua exceptio ad impediendam solutionē, latissime disputatur.*
4 *Assecurator quod possit obijcere exceptiones complures contra personam petentem pecunias assecuratas, vide late nu. 4. & seq.*
5 *Scriptura Mercatoris defenditur, in qua dicitur Titius, & socij, tametsi vnicum socium Titius habuerit.*
6 *Conuentio illa pro me & nominandis, seu declarandis, ualet, & necessaria est declaratio, seu nominatio.*
7 *Exequutio quando alieno nomine petitur, an requirat speciale mandatum seu magis generale sufficiat.*
8 *Assecurator quod possit obijcere contra liquidationem impediendæ solutionis gratia.*
9 *Dispositio quælibet etiam generaliter concepta restringitur, vt dolus absit.*
10 *Assecurator potest impediendæ exequutionis gratia obijcere exceptiones, quæ colliguntur ex instrumento, seu chirographo.*

CLOSSA XXIX.

Et se pretendessero per ragione alcuna, dire in contrario, non possano esser uditi da Corte, Giudice, ò Magistrato alcuno, se prima non haueranno pagato effettualmēte e danari cōtati.

HAec clausula frequens est, & necessaria ad tollendas exceptiones assecurantium accommodata, qui plerūque differendæ solutionis gratia nodum (ut aiunt) in scyrpo quærunt. Sciendum est ergo, cum sit conuen-
1 tum Assecuratores non audiri; † Verbum, audire, inter alias significationes apud bonos actores significare præcipienti parere, ut apud Cæsarem dicto obedientes milites, & sic uidetur accipienda episcopalis audientia: Audientia autem pro iurisdictione, & pro causarum audientia minus recte. Auditorium autem pro multitudine audientium, & loco ubi causæ audiuntur, scilicet tribunali accipitur, de quo in l. contra. ff. de re iud. & in l. lecta. ff. si cert. pet. modo quæritur † num ualeat hæc conuentio,
2 Quòd audientia (quam uocant) denegetur, Id enim periniquū uidetur, & hoc ius publicum uidetur respicere, quod pactis priuatorum auferri non potest. l. obseruandum. ff. de off. præsi. l. ius publicum. C. de pactis, & dici solet, Diabolo non denegari ut per Bart. in tract. & quæstione inter beatissimam VIRGINEM, & Diabolum coram Redēptore nostro IESV CRISTO, breuiter puto conuentionem istam valere: quia potest ex causa fieri p statutum, ut per Bar. Alex. & alios in l. cum mulier. ff. sol. matr. & uide plene quidem Astensem tractantem in ter. uol. statutorum, litera A. in uerbo audientia, & quādo quod potest fieri p statutum, possit fieri per pactum, uide Afflict. in cōmentarijs sanctionum Regni in præludijs q. 9. & quæ referendo Bar. in l. 1. in §. & parui. inferius dicam, & quomodo argumētum sumi possit de pacto ad statutum, & contra. Dec. & Hieron. Cagn. in regula, nec ex prætorio. ff. de reg. iu. Nec quod dixi, ius publicum pactis priuatorū immutari non posse, mouere debet, nam obligationū causæ possunt immutari, hoc est ius obligationum, & cōtractū, quatenus priuatorum respicit cōmodū; ut in dicta l. nec ex prætorio. nec quidem mirum, nam contractus ex conuentionē legem accipiunt l. contractus. ff. de reg. iu. l. 1. §. si conueniat. ff. depo. Item iuri, & fauori suo potest unusquisque renunciare l. pe. C. de pactis. c. ad Apostolicam. de regular. c. si de terra. in fin. de priuile. & quia in re sua quilibet est moderator, & arbiter, etiam abutendo. l. in re mādata. C. mand. l. sed si lege. in §. consuluit. ff. de petit. hæred. & inuito beneficium nō confertur, ut in regula inuito. de regu. iur. Accedit, q̄ hic non denegatur penitus audientia, sed post solutionē differtur, iuxta scripta à Bar. in l. j. in §. & parui. ff. quod ui, aut clam, & in repetitione, etiam fideiussione consulitur, vt loco suo dicetur.

Nunc frequens, & vtilis incurrit quæstio, † num ante solutio-
3 nem aliqua possit ab Assecuratoribus obijci exceptio, impediēdæ solutionis gratia? Et puto aliquas exceptiones non denegandas, tametsi ante omnia solui partes conuenerint. Renunciatumq́; fit priuilegijs, statutis, & omni legum auxilio, & vt legitur in nostra formula paulò inferius. Tractabimus ergo de exceptionibus, quæ obijci possunt nostra formula non obstante, ex quo cognoscemus eas, quæ circumscripta nostra formula facilius admittantur, & quæ etiam ex lectione totius tractatus innotescent, & vt ordine eamus, sciendum est, quòd (vt puto) tria exceptionum genera in hac materia considerari possunt. Primum genus personam petentis respicit, secundum intentionis fundamentum, seu liquidationem (quam vocant) & illud tertiū, quod exceptiones respicit, q̄ ex formula, seu chirographo nostro oriuntur, & colliguntur, de quibus statim super vnoquoque genere, seu capite disputando dicam, & attende lector, quia quæ dicentur, quottidiana quidem sunt.

4 Dixi posse obiici contra personam petentem, † nec id quidē nouum; illud enim vulgare est, vt de personis ante omnia quæratur l. si quæramus. ff. de testa. & tradit Barto. in l. 2. C. de edict. Di. Adria. tollen. & ad regulam vide Aym. in consi. 104. in causa Magistri. in princip. est ergo spectandum, cum chirographum assecurationis coram competēti iudice producitur, num actor legitimam personam habeat, & num proprio vel alieno nomine compareat: si proprio, exceptiones ad repellendum eā non puto reiectas, verbigratia quòd minor, quòd bānitus, quòd excommunicatus, hæ enim exceptiones non chirographū respiciunt, seu tangunt, sed personam petentis inhabilem reddunt standi in iudicio, argum. l. filio. ff. de inoffi. testa. & probauit Bar. in l. j. in §. & parui. ff. quod ui, aut clam. Anto. Galles. in tract. ad formu. came. oblig. in quæstionibus ad 6. particulam q. j. & multos referēdo, qui idem senserunt; probauit etiam Dec. c. ex parte 2. num. 12. de off. deleg. vbi respondit argu. quod contra hanc sententiam a recentioribus adducebatur. Vnde si actor, vt hæres assecurati peteret, docere oportere se talē esse, vt executioni sit locus, idem iuris est, si vti cessionarius; cum non sit nominatus in formula, & chirographo, vt per Bald. in l. per diuersas. C. mand. in decima q. & in statuto Anconitano de executione publici instrumenti, ex facto consultus respondit Alexand. in consi. 115. in fin. visa scriptura. in septimo, & an recte responderit circa interpretationem statuti sub rubr. de præscriptionibus. Vide Dec. in consi. 272. num. 5. & sequen. Pau. Paris. in cons. 66. volum. 3. Dida. Coua. in regula possessor. §. vndecimo. de regu. iur. in 6. & de cessionario vide Gall. in sua formula Came. obli. in rubr. de persona petēte, & quòd cessionarius debeat se talem esse hæredemque similiter complures Doctores referēdo, probat Nicol. Boe. deci. decima, ex his etiam sequitur, posse obiici exceptionem personam respicientem modo, quo dixi super verbo M. Giouanni &c. & quid si aliquis simpliciter se assecurasset super mercibus, in quibus haberet socios stāte nostra formula, & ea circunscripta plene disputaui in Glos. super verbo, attinente. versicu. quæritur si dictum sit, vbi etiam disputaui circunscripta nostra formula quando pro se, & sociis assecurari aliquis fecisse, quo casu si quis tanquam socius pro portione sua audiri vellet, oportere se talem esse ostendere, vt liquet ex relatis auctoritatibus, & scripsit Galle. vbi supra parte 2. quæst. 2. quibus addes, quæ scripsi in tract. de Merca. in titu. de contrac. num. 17. vbi de illa vulgari Mercatorum formula disputaui, Titius, & socii, & scriptis a me in relato loco addendi est, quod ex
5 facto consulto placuit Card. Floren. consi. 155. † vbi defendit non esse falsam scripturam Mercatoris, in qua scripserit Titius, & socii, tametsi vnicum socium Titius habuerit, & refert Iaso. in l. singularia. num. 6. ff. si certum petatur. & idem Iaso. probat in auct. si qua mulier. nu. 41. C. de sacrosanct. eccle. And. Tiraquell. in l. si vnquam. in verbo susceperit. num. 183. & sequen. C. de reuoc. donat. Phanu. in tract. de lucro dotis, in verbo superstitib.
6 nu. 7. Sequitur etiam † quòd si assecuratio facta esset mercium ad me, & nomiaandos pertinentium, seu pro me, & eis quos declarabo, declarationem necessariam, valet enim hæc cōuentio pro eo quem nominabo l. cum post. in §. gener. ff. de iur. dot. vbi Bald. inquit, declarationem necessariam, aliàs Assecuratore nō declarante pro se suisq́ue hæredib. facta censetur, vt idem Bal. putauit in l. j. in fin. princip. ff. de pact. & quia hæc conuentio est in vsu frequēti præcipue in Romana curia. Vide Alex. in consi. 232. ponderatis &c. in 6. Deci. in consi. 543. in casu proposito. Anch. in consi. 127. Ad dubia. Iaso. in l. ita stipulatus. nume. 6. de verb. oblig. & quæ dixi in tract. de adiecto, in 4. parte. in 9. quæst. in quibus locis quid, & quale ius, & quando acquiratur, tractatur. Circa secundum distinctionis caput † quando alio nomi-
7 ne exequtio vigore chirographi petitur, num mādatum generale sufficiat, seu magis requiratur speciale. Anto. Gall. vbi supra in rub. de persona petente, referendo Barto. in l. si procurator. ff. de procurat. & in l. hoc iure. de solut. ad petendam executionem mandatum generale ad lites putauit sufficere, & adiecit ita se vidisse seruari; sed & omnino videndus est Soc. in consi. 120. cum in præsentia. col. 3. versi. postremo &c. vbi, & quòd in captura speciale mandatum requiratur, bonis probat rationibus, & auctoritate Franc. Areti. in cap. j. extra de iudi. ac etiam Angeli licet contrarium senserit Seuerinus in tract. de suspect. & fug. quæst. 2. motus regula. l. j. C. vbi quis decuriali. vel cohar. & l. j. §. vsus. ff. de Procur. & quia capturæ casus non enumeratur a Specu. in titu. de proc in §. j & propter Glo. in c. quia ad agendum. de procurat. citauit l. ad rem mobilem. ff. de procu. sed forsan. Soc. sententia verior, in qua fuit Angelus Areti. in §. fin. instit. de actio. Nam si in eximendo quem a carcere, seu, vt dicunt, in relaxatione capturæ requiritur speciale mādatum l. non solùm. in §. fi. cū l. seq. ff. de proc. propter quam legē Bar. & pleriq; alii ab eo relati, ita respōderunt, & idē Seuerinus non negauit, restringens, nisi quis tanquam vnus de populo cōpareret, ergo,

& ad

Source : BIU Cujas

& ad capturam,ego autem vidi mandatum generale habentes in noſtra curia admitti,& addes omnino,quæ dicam paulò infe rius in Gloſ.ſuper verbo,& vogliamo,che queſto ſcritto.verſ. ſed hic ſuboritur.

8 Secundò dixi † contra fundamentum intentionis, ſeu liquidationem (quam vocant) obiici poſſe, idque ex ſententia Baldi in l.2.numero 10.C.de exequut.rei iudi. & illud imprimis nō ignorare oportet ſtatutum tribuens priuilegium executionis inſtrumento,intelligitur de liquido l.fin C.de compenſat. Bar. in l.proinde.in §.notandum.ff.ad l.Aquil.& in ſtatuto Anconitano reſpondit Alexand.vt patet in conſi.115.in fin.volum.7. ſi enim inſtrumentum non eſt liquidum, ad eneruandam liquidationem exceptiones obiici poſſunt,obſtatiua ergo exceptio liquidationis non factæ,ſeu nō bene factæ non vetatur, & maximè in noſtra formula,cum ex mente,& verbis contrahentium proficiſcatur,& doctrina Baldi in dicta l.2. commendatur,& ad cœlum tollitur a Seuerino in repet.l admonendi. ſub num. 29.ff.de iure.ſi ergo aſſecuratus,qui petit exequutionem chirographi noſtri non liquidi iuxta ſcripta a Bar.in l.j.ff.de eden.habuerit dilationem ad probandum,& liquidandum, aſſecurans poterit proponere contra ipſam liquidationem, & eam reſpicientia, vt docet Bald. in dicta l.2. cuius ſententiam probauit etiam Deci.in regula,non debet actori.ff. de regu. iur. & commendat etiam late Mar. ſing.168. æqualitas ſemper &c. ſed & hæc ad noſtram formulam clarius referenda ſunt. Finge igitur aſſecuratum,eundemque actorem nuncium rerum naufragii, aut amiſſarum mercium iam duobus menſibus lapſis allatum fuiſſe,velle probare, poterit aſſecurans facere articulos contra; verbigratia quòd verus non ſit nuncius Anconæ de naufragio, aut mercibus amiſſis,quinimmo quòd nuncius ſit, quòd tempeſtate ſuborta, & vi ventorum ad extraneas regiones lapſa ſit nauis,& applicuerit alicui portui. Quemadmodum enim agēs poteſt facere articulos arctatiuos, ita reus poteſt facere articulos. Nam ſi non eſt debitum ope exceptionis,ergo debitum liquidari non poteſt.ff.ne vis fiat ei l.j.§.hæc verba,ſi ergo debitū liquidari non poteſt, ergo nec exequi; quia vbi debitum offuſcatur, probari nō poteſt, ergo nec efficaciter liqdari,& ſic ceſſat exequutio,chirographum enim non dicit, quòd non poſſit obiici contra liquidationem,hæc Baldus vbi ſupra,& ex his apparet (ſaluis his quæ de naufragio diximus) quòd ſuper liquidatione pars citanda eſt; quia cauſæ cognitionē requirit, quod referendo Bald.in l.per diuerſas.C.mand.probauit Are.in conſi.32.diligenter conſideratis.in princip. & plenè etiam Soci.in conſi.51.præſtantiſſime Doctor &c. colum.3.

Item pone ex liquidatione conſtare, merces non fuiſſe oneratas,vel non ad valorem pecuniarum aſſecuratarum,legitima certe hæc erit exceptio,& dic (vt dixi) in gloſ. ſuper verſ. Cariche,ò da caricarſi.Gloſ.6.

Et ſi conſtiterit ex ipſa liquidatione illicitas merces oneratas inſcio aſſecurante,& harum cauſa alias amiſſas, dic (vt dixi) in glo.ſuper verbo,& ogni altra ſorte de mercantie,Gloſ.5.

Rurſus legitimam,& illam puto exceptionem,ſi de dolo cōſtaret aſſecurati ex ipſa liquidatione,vt in pulcra quæſtione ſcripſi in Glo.ſuper verbo M.Giouanni. Glo.3.& ſimiliter quando conſtaret,quòd bis dolo malo quis ſe aſſecuraſſet in diuerſis locis,vt duplum conſequeretur,doloque malo naufragium procuratum fuiſſe iuxta ſcripta ſupra in gloſ.3.num.3.

Et illa exceptio non erit reiicienda, ſi ex liquidatione apparuerit,direptionem mercium aſſecuratarum ante iter ſeu nauigationem inceptam factam fuiſſe,puta in loco antequàm nautæ vela ventis darent, vt dixi ſupra in gloſſ. ſuper verbo. Dal porto, gloſ. 12.

Audiendusque eſſet proculdubio aſſecurans,ſi ex actis appareret,quòd aſſecuratus naufragii,aut amiſſarum mercium conſcius ipſum ad aſſecurandum traxiſſet, de quo ſcripſi ſupra in gloſ.ſuper verbo; & ſe delle dette mercantie.gloſ.27.& pari ratione, quando ex ipſis actis conſtaret direptionem mercium dolo,ſeu lata culpa aſſecurati fuiſſe ſequutam, quòd explicaui ſupra in gloſ.ſuper verbo correndo &c.gloſ.16.& in alia gl. ſuper verſ.repreſaglie.gloſ.20.Nam ſi tertii,hoc eſt magiſtri nauis dolus in formula excipitur,fortius ipſius contrahentis l.qui officii.§.fin ff.de cont.empt. & generaliter † omnis diſpoſitio etiā
9 latiſſime concepta reſtringitur,vt machinatio, & dolus omnis abſit.l.creditor.in §.Lucius.ff.mand.l.ſi procurator.ff.de condi. indebi.capi.ſi compromiſſarius.de elect.libro 6.& ſcripſit non longe a re Anc.in conſi.211.de iure communi &c. vbi ſubiunxit,ex his quæ in iudicio acta ſunt quoddam notorium ſuboriri,impedimentumque,in tantum quòd ſine partis allegatione debet Iudex ex officio diſcutere, & petitionem notorie iniquā ex officio repellere,citat Innoc.in capitu.j.de offic. Vica. & alia addit,& facit pulcher text.in capit. cum olim de verborum fig. & quod legitur in deci.Rotæ 439.ſi agentia,& in cōſi. Abb.44. in præſenti quæſtione.in fi.parte j.& plene ſcripſit Iaſ.in l.ſi verò.in §.qui pro rei.num.8.ff qui ſatiſd. cog.

Deniq; dixi,omnes exceptiones obiici poſſe, quæ ex ipſa formula,ſeu chirographo oriuntur,& illius lectione colliguntur, facit pulchre text.in l.veteres.ff.de itinere, actuque priua. Nec enim chirographum, aut inſtrumentum oppugnat, qui chirographo nititur,& probat Feli.in capitu.ex parte.numero 13.de offic.deleg.& Dec.numero 24.Galles.in ſuo tractatu ad formu. cam.obliga.in j.quæſt.ad ſex.par.numero 8.qui,& Cana. in ſuo tractatu citauit in quæſtio.26.quibus adde Dec.in conſi.441.plenè,& ſubtiliter &c.numero 2.Soci.in conſi.3.in fin.& quæ dixi in tract.de adiecto,in 4.parte quæſtione 11.nume.4.Mar. ſingu. 293 & conſi.92.numero 22.& ſequen.Gome in tract.Vt.ſigna. inſerto in commen.Reg.Canc.pag. 170. in meo codice litera C.& vt ad ſingularia in hac materia deſcendamus, & illud clarum eſt,de barattaria Magiſtri nauis, & ſcribæ eiuſdem (quem vocant) ex lectione formulæ obiici poſſe, de qua ſuo loco dicam.Item & illa legitima erit exceptio,& ex conuentione permiſſa nauigationis,ſeu curſus immutati, quod ex liquidatione conſtare poterit:ſunt enim itinera terrę marisque notoria facti permanentis,vnde ſolitum iter,conſuetamque nauigationem immutatam fuiſſe,ſequutumque naufragium, ſeu direptiones mercium in diuerſis oris,ſat eſt proponere, vt inquit eleganter Cor.in conſi.273.in j.& latius dixi ſupra in gloſ.ſuper verbo, Potendoſi &c.gloſ.14.Rurſus & illa exceptio legitima, ſi merces in aliam nauim tranſlatæ ſint,quæ nauis cum mercibus obruta ſit,quando nauis eſt nominata in formula,vt dixi in gloſ. ſuper verbo. Sopra la naue,verſicu.de nauibus,gloſ.8.& adde, quæ dixi in gloſ.ſuper verbo,et ſorta che ſarà, gloſ.13. Quando exoneratio facta eſt ſcapha nauis,& denique non longe a propoſita materia, & quando ſtatutum remouet omnes exceptiones, quomodo intelligendum ſit,quasve declarationes recipiat. Vide Bart.& quæ apud eum notantur in l.j.in §. & parui.ff.quod vi,aut clam,Fel.& Dec.late quidem in capitu.ex parte 2. de off. deleg.Galle.in ſuo tract.ad formu.came.oblig. Canar. in tract. de exequut.inſtrum.Benedi. de Barz. in tract. quarantigiæ car. pen.verſ.ſuper 12.ſunt & alia loca ſexcenta, quæ conſulto prætereo,& ſat ſit vberiora retuliſſe.

SVMMARIVM.

1 *Nauigationis quia incerta, terminus perficiendus eſt iuxta eius diſtantiam, & qualitatem.*

GLOSSA XXX.

E ſe fra meſi dodeci da hoggi,della ſopradetta naue,non ce ne foſſe vera nuoua, li Aſſecuratori debbano dare, & pagare quel danaro per loro aſſicurato, ſenza eccettione alcuna al ſudetto M.Giouanni,& giongendo dipoi à ſaluamento (come è detto di ſopra) detto M. Giouanni debba reſtituire quelli danari haueſſe receuuto dal detto Aſſecuratore.

1 HAC clauſula primum aſſecuratis conſulitur quò ad ſolutionem:deinde aſſecurātibus quò ad reſtitutionem,& recte: in fauorem nanque aſſecurati † nauigationi præfixus, præfinitusque dies eſt, quaſi nauis præſumptione quadam nullo infra duodecim mēſes allato nū cio ſubmerſa ſit;euenit enim aliquando, vt aduerſa tempeſtate ſuborta inter nauigandum laxis nauis laterum cōpagibus, nauis ipſa obruatur,aut rapidus voret eam vortex, omnesq; nautæ cum naui ſubmergantur.iuxta illud Poetæ, aqua inuoluens.

Nauimque virosque.& alibi.

Aſt illam ter fluctibus.ibidem.

Torquet agens circum, & rapidus vorat æquore vortex.

Intantum vt non ſit,qui nuncium naufragii afferat. Vnde aſſecurato ex pacto propter tam longam moram quò ad ſolutionem ſuccurritur:& quia contingit, vt aduerſa tempeſtate,& vi ventorum nauis littora deuia ſectetur, & labatur ad longinquas regiones,& in ipſa tempeſtate depreſſa nauis ſit, armamēta,arbores,& antennas amittat,reficiaturque in diuerſis lōginquisque oris,armamentaque comparātur,iuxta l.nauis aduerſa.ff.ad l.Rho.de iac.& propterea nauigatio,quæ incerta eſt,anno non compleatur,& nauis præter ſpem,& hominum opinionem ſalua tādem ad portum perueniat,meritò conſulitur quò ad repetitionem aſſecuranti,qui ſoluit.Quod bene callēs Poeta cecinit.

Aeneas ſcopulum interea conſcendit, & omnem
Proſpectum late pelago petit,antea ſi quem
Iactatum ventis,videat phrigiasque carinas
Nauim in conſpectu nullam &c.

Et notandum eſt, quòd ex conuentione actio ad repetendū competit,& vide Barto.in l.j.in §.& parui. numero 9. vſque in fin.ff.quod vi,aut clam,ſed addes de relata conuentione,an valeat,non recte poteſt dubitari, quinimmo commendanda eſt conuentio. Terminusque nauigationi præficiendæ iuxta nauigationis diſtantiam, & qualitatem præfiniendus eſt. Quid enim ſi ad nouas oras veteribus incognitas, & diuina voluntate tempeſtate noſtra repertas, & vbi catholica fides in dies augetur nauigatio fiat? profecto terminus anni breuis eſt, contra ſi ad propinquas regiones nimis longus,pro quo ſuccurrit pulcher text.in l.qui commeatus.ff.de re milit.

Source : BIU Cujas

Beneuenuti Stracchæ. De Assecur.

SVMMARIVM.

1 *Barattaria vocabulum barbarum, & quid sibi velit, & Barattus, ac quo modo puniatur.*
2 *Barattariæ magistri nauis ac scribæ multæ explicantur.*
3 *Barattaria si specialiter in formula non sit expressa, an censeatur excepta à iure, vt assecurans non teneatur, latissime disputatur.*
4 *Furtũ factum a domestico famulo, vxore, vel filio, an dicatur casus fortuitus.*
5 *Barattaria quòd probetur ex coniecturis per homines de naui, & per proxenetas.*
6 *Consensisse quando quis censeatur in iudicem.*
7 *Mercaturæ iudices si ex forma statuti non habeant iurisdictionem, nisi in causis ad mercaturam pertinentibus, non poterit eorum iurisdictio prorogari ad causas non pertinentes ad mercaturam.*
8 *Mercatorum consules ex longa consuetudine possunt cognoscere causas extra negotium mercaturæ.*

GLOSSA XXXI.

Dechiarando, che da barattaria de patroni, & scriuani in fuora l'assicuratori a tutti altri risichi cosi sinistri infortunii vogliano esser tenuti, & obligati.

1 BArattaria † vocabulum Barbarum a recentioribus iurisconsultis vsurpatũ, & quo vernacula lingua vtimur, & consueuerunt iuris interpretes plerunque ad iudices referre, de quo meminit Bald. in consi. 20. Processus &c. num. 6. in 5. inquiens. Barattaria est, quando iudex pecunia vel aliter corrumpitur. C. de pœna iudi. l. de eo. Verũ reperi Amod. in tract. de sindicatu, vers. item in eo, quòd dictus potestas, num. 161. & sequen. numeris, to. 14. qui ait. Barattaria committitur ab officialibus, vbicunque aliquid recipiunt a priuatis, vt faciant non facienda, vel omittant ea, quę sunt facienda l. j. & ibi glo. in verbo acceperit. ff. ad l. Iuliam repet. & subiungit, iudex ergo, qui pecunia, vel aliter corrũpitur, dicitur barattarius, secundũ Odof. in l. fin. C. de pœna iud. qui male iud. & addit, dicitur barattaria a baratto, barattas, quia iudex recipiendo aliqd dicitur barattare, & permutare iustitiam cum eo, quod recipit, sicuti recipiens aliquid dandi gratia beneficium, dicitur vendere beneficium, & barattare pro pecunia, & illud notandum est, quod scripsit Bald. in tract. de sindi. offi nu. 39. to. 14. inter maximas causas capitales esse barattariam; quia qui committit, tenetur crimine falsi, vt notatur in l. j. post principium. ff. ad l. cor. de fal. de hoc etiam nomine meminit Fab. a mõte in trac. de emp. & vendi. in 2. q. princ. num. 30. qui ait, barattus est, quando partim emitur, & partim venditur, idest quando datur res pro re, sed pro æquiualenti additur, ab aliqua parte pretium secundũ Ioan. Andr. in Nouel. in c. ad nostram. de empt. & vendi. sed & si res pro re æque detur, ex vulgari loquendi vsu Barattus dicetur, quem Anconitani vulgò Bazzarrum vocãt, & nos permutationem. Verbi gratia. Glaucus cum Diomede permutauit arma aurea cum æneis, de quo in proœ. ff. in fin. vbi non recte exposuit Accur. vt occurratur enim difficultatibus permutationum, additur ab vna parte aliquando pecunia, vt in l. j. ff. de rerum permuta. & tractat Barto. in l. Aristo. ff. de donat. vbi quo modo discernatur a venditione, & late And. Tira. in l. si vnquã. in vers. Donatione largitus. nu. 4. C. de reuo. donat.

Verùm in materia exempla quædam subiiciemus, & quidẽ
2 quottidiana. † Finge igitur in partibus orientalibus, & præsertim in ciuitate Constantinopolitana, vbi fraudes, tecnæ, & impositurę fieri assolent, & quas materna lingua vocant Vanee Turchesche, magistrum nauis consultò, & de industria, quo nauis, aut merces perderentur, cum aliquo permario Turca accepta pecunia conuenisse, vt seruus regis Turcarum Christianus in naui immitteretur, ipsumque immissum, deinde ipsum Turcam denunciasse Curiæ regis, & nauim inter nauigandũ iuxta propugnacula Græciæ, & Natoliæ (vbi inquisitio fieri consue uit) captam, proscriptamque vnà cum mercibus. Hic certe dolus; hæc barattaria meritò excipitur.

Finge etiam, magistrum nauis, cui totius nauis anchora cõmissa est l. j. §. magistrum. ff. de exerc. nauim cum mercibus, & vnà cum scriba nauis subtraxisse, & eã ad hostes imperii duxisse; æqua igitur videtur hæc exceptio, vt facta a ductore nauis dolo malo Assecuratores non præstent, sed is qui præposuit l. j. §. magistrum autem. ff. de exercit. Antuerpienses autem, & Britanni chirographum assecurationis generaliter concipiunt, vt nec imposituram, seu barattariam ductoris nauis excludant.

Finge etiam magistrum nauis eũdemque nauis dominum, cum nauis onusta esset mercibus, & ipse assecurasset se pro valore nauis, & vltra, & quæ propter vetustatem non modicum periculum nauigantibus afferebat, tempestate modica suborta consultò in vada, & scopulos ipsam nauim infigisse, aut clãculum, quo pecunias assecuratas reciperet, foramina in carina nauis, & locis, in quibus vitia resarciri non possent, fecisse, quod scio aliquando euenisse, & hoc pacto vnda penetrante nauis perierit: Vnde meritò Barchinonis decreta in hoc laudaui, quibus decernitur pretia rerum assecuratarum taxari, & octauæ partis rei assecuratæ periculum ad assecuratos spectare, de quibus memini supra in vers. Chariche, ò da charicharsi, glos. 6.

Rursus finge, scribam, aut magistrum nauis merces corrupisse, suppositisse, auertisse, imposituram fecisse, vel collusionem in necem dominorum mercium iuxta elegantem, & quottidianum text. in l. 3. ff. de crim. stel. & in l. saccularij. ff. de extra. crim. & prout dixi in tract. de decoctoribus. in prima par. vltimæ par. princip. numer. 19. & hic dolus excipitur.

Item finge in non faciendo per calliditatem vectigalibus nõ solutis in ciuitate Alexandriæ, aut Bisantii magistrum nauis velaventis dedisse cum in hos talia peragentes acriter soleat animaduerti in illis regionibus.

Et denique generaliter dicẽdum est, si magister nauis, seu scriba per calliditatem quid fecerint, aut non fecerint, vnde nauis amissio sequuta fuerit, seu merces de peritę, aut deteriores sint redditæ, exceptio hæc assecurantibus prosit tanquam in formula excepta, & ex conuentione permissa &c.

3 Sed, & hic tractanda quottidiana quæstio. † Quid si simpliciter absque hac exceptione barattariæ Assecuratio facta sit, & in hæc uerba, assecuro merces a casu tempestatis, seu periculum mercium tuarum suscipio, num barattaria (quam uocant) mag. nauis excepta censeatur? Santer. in tract. suo de sponsionibus, & fideiuss. par. 3. nu. 38. tractauit, & qui plurib. vsus est se (ni fallor) inuoluẽs. Dixit enim, nauarchi seu ductoris nauis barattariam inter casus fortuitos annumerandam, ex eo ꝙ tanquam fideli nauis anchora eidem commissa fuerit, argum. eius, quod dici solet de domestico fideli, & de personis a quibus diligentissimus non præcauisset; citat glo. in l. contractus. ff. de reg. iur. dum ponit exemplum de fuga seruorum, qui custodiri non solent, &
4 scripserunt Doctores in c. j. eodemque vni. de commo. & inquit Bal. in l. 1. C. depo. † reputatur casus fortuitus, quando vxor, vel famulus furtum facit; quia de eis erat confidendum. ff. commo. l. argentum. Vnde si persona fidelis erat, de qua diligentissimus non præcauisset, fuga, & fraus magistri nauis inter casus fortuitos annumerabitur & consequẽter Assecurator, qui periculum merciũ susceperit tenebitur, nisi ipsa barattaria excipiatur, prout in nostra formula, & circa præmissa omnino adde Bart. in l. eum qui. in § fina. ff. commo. Mar. sing 430. cauti, & oculati &c. subiunxit idem Santer. distingui posse, ꝙ licèt dici possit casus fortuitus, quando sumus in personis, a quib. *diligentissimus* non præcauisset, id tamen intelligi non debere respectu *lucri*, & *in* damnum alterius, ne quis commodum ex dolo suorum consequatur; sat enim est, quòd conuentus ab aliis ex hoc tanquam sit casus fortuitus possit se defendere. Non ergo reputabitur casus fortuitus respectu tertii; vnde subiicit, aut Dominus mercium assecuratarum erat dominus nauis, & quò ad eũ casus fortuitus reputetur ductoris nauis barattararia, quando ei nihil potuerit imputari, vt in exemplis subiectis vxorum, seruorum, filiorumque furtis. Aut non erat dominus nauis, & tunc contra, a ratione cessante l. adigere. in §. quamuis. ff. de iure patrona. deinde distinctionem reprobat; quia ex quo quis suscipit periculum casus fortuiti in tali naui, vtroque modo dicitur fortuitus in naui contigisse & cogitandum reliquit: ego verò in hoc articulo indifficili aliquas facti species consideraui, & sunt tali.

Prima est, si fraus magistri nauis est excepta, serua (vt probaui) conuentionem, pro qua bene facit tex. in l. ꝯctus. ff. de reg. iu.

Secunda, sub vocabulo tempestatis furtum huiusmodi, seu barattariam non contineri probaui supra in glos. super verbo, de caso, de mare, glos. 17.

Tertia, ubi quis mercium periculum suscepisset, nou teneatur, vbi assecuratus doli seu barattariæ magistri nauis esset particeps. l. quæ officij. in §. fi. ff. de contrahend. empt. & vide Bar. in l. eleganter. ff. de dolo, & dixi non semel supra.

Quarta facti species, vbi quis mercium periculum suscipit, & in instrumento, seu chirographo assecurationis (prout fieri assolet) nominatur magister nauis, seu ductor eiusdem, & vt de more dici solet, super naui ducta, seu (vt vulgo dicunt) Patronizzata per Titium, & hoc casu si doli particeps assecuratus nõ sit, Assecurator teneatur, cuius rei illa ratio reddi potest; quia Assecurator personam magistri nauis approbasse censetur, ẽt subscribendo chrirographum, subscribentes nanque omnia in scriptura contenta approbasse censentur, vt per docto. in l. si ita stipulatus. in §. Chrysogonus. ff. de verbo. obligat. & facit l. eum qui. in §. fi. ff. commo. idem iuris etiam puto, si (vt etiam asolet) diceretur suscipio periculum mercium oneratarum super naui Stracchorum gubernata per quamcumque personam.

Quinta facti species est, quando magister nauis antea per aliquos annos nauim duxisset, & gubernasset, & bene fideliter in officio se gessisset, & hoc etiam casu, si dolo eiusdem merces amissæ sint, aut deteriores redditæ, Assecuratorem teneri, pnto etiam si assecuratus dominus sit nauis, seu mercium assecuratarum, cum periculi nomen casum hunc complectatur, & subiecta materia id suadeat, & relata in principali quæstione probare videantur, & facit lege final. ff. quod cum eo, lege si quis a seruo, & lege fugitiuus. ff. de solutio. & quod notauit Bart. in l. eum qui. in §. final. ff. commo. dum loquitur de nuncio, vt credendum sit, & recte res tradantur eidem, & intellige

casum,

Source : BIU Cujas

casum, vbi in chirographo non fit mentio de magis. nauis.

Sexta facti species est, vbi suscipit periculum mercium mari exportandarum, finge a ciuitate Anconæ Bisantium, & non ex primitur nomen magistri nauis, & magister nauis non consueuerat nauim ducere, in quam merces assecuratæ sunt immissæ, & qui se assecurari fecit, erat dominus nauis, & his concurrentibus Assecuratorem non teneri existimo; qa vitio, & culpæ exercitori dominoque nauis verti debet, qui malo ministro sit vsus l. vtique. in fi. ff. de rei vēd. vbi culpa arguitur, si minus idoneis hominib. nauis commissa sit, & facit l. j. in §. magistrum ff. de exercit. in illis verbis, cuius conditionis sit magister nauis, nihil interesse, imputaturum exercitori, qui pręposuit, de se igitur quæri debet, qui minus idoneis vtitur ministris. facit tex. in l. nā & seruus, in §. fi. ff. de nego. gest. & dixi late in tract. de nauris, in tertia parte. num. 12. culpa ergo hic præcedit casum, meritò respōdendum videtur, Assecuratorem non teneri l. cum propo nas. C. de nau. fœno.

Vltima facti species est, Quando qui se assecurari fecit, nō est dominus nauis, & magister nauis non est nominatus in formula assecurationis, seu instrumento, & non est solitus nauim ducere, & hoc vltimo casu Assecuratorem ex barattaria magistri nauis arbitror teneri, mouet me verbum, Periculum, quod late patet, vt per doctores in l. sed & si quis. in §. quæsitū. ff. si qs cau. & dixi supra in glo. super vers. correndo. glo. 15. & subiecta materia, & meritò impostura, quam barattariam vocant, magistri nauis in plerisque locis solet excipi: hæc enim consuetudo excipiendi arg est, cp Assecurator de ea teneatur, consuetudo nāque est optima legum interpres, & facit bonus text. in l. traiectitiæ. ff. de act. & oblig. & quod non semel diximus, vnamquamq; dispositionem a cōsuetudine interpretationem recipere. Nec aduersatur huic sententiæ l. cum proponas C. de nau. fœno. in illis verbis, non ex marinæ tempestatis discrimine, & reliqua; tū quia nauigii, hoc est nauigationis dūtaxat periculum susceptū, proponebatur: tum etiam quia culpa ipsius met debitoris casum præcedebat.

5 Sed hic suboritur quæstio † quomodo probetur hæc barattaria. & certe dolus ex inditiis, & coniecturis probatur. l. dolū C. de dolo c. 2. de renun. in 6. Boe. Dec. 101. Io. Bat. Plot. in repeti. l. si quando. nu. 76. ver. metus C. vnde vi. Aym. in consi. 8. & cons. 319. And. Tiraq. de vtr. ret. §. j. Gl. 14. nu. 58. Soc. Iun. in consi. 82. cum satis & c. nu. 10. in secundo, & illud certi iuris est, homines de naui idoneos esse testes l. quoties C. de nauf. vbi Bar. facit l. cō sensu C. de repud. & scripsit Soc. in cōsi. 17. supradicta causa &c. & dixi in trac. de naut. in 5. par. ver. item quæritur &c. item posset probari barattaria per proxenetam, & mediatorem, si ciuiliter agatur, vt dicimus in simonia, qđ ꝓbauit Amod. in tract. de sindicatu, vers. itē in eo, nu. 168. to. 14. & vide Mar. Laud. in trac. de off. domi. q. 160. to. 5. addeq; relata ab Egi. Bos. in tit. de opp. con. test. nu. 58. & seq. & quæ scripsi in trac. de proxe. in 4. par. in illa q. cuius initium est, Illa ēt q̄stio. uers. quartò temperandum. est & c. nu. 27. & hæc etiam scriptis ibidem addes.

Circa reliqua eiusdem clausulæ dum Assecuratores se iurisdictioni præsidis Anconæ, seu eius assessoris subiiciūt, id fieri posse, iuris est explorati l. j. ff. de iudi. vbi legitur, si aliquī se subiiciāt
6 iurisdictioni, & consentiant † inter consentientes cuiusuis iudicis, qui tribunali præest, vel aliā iurisdictionē habet, est iurisdictio, & quando consensisse vī, explicat idem Iurisc̄. in seq. l. & habetur in c. P. & G. de off. deleg. & tractat Car. Ruy. in cōsi. 165. arbitror absque dubio. in 5. vbi sub num. 11. refert Cyn. in l. j. C.
7 de iurisd. omn. iudi. sensisse. † si lege municipali caueatur, vt mercaturæ iudices iurisdictionem nō habeant, nisi in causis ad mercaturam pertinentibus, nō poterit eorum iurisdictio prorogari, vt de causis ciuilib. ad mercaturam nō attinentibus cognoscāt, quod notandum est secundùm Imo. in d. c. P. & G. & hanc sententiam defendit, & probat Alexand. in l. testamenta. in prima col. 6. de test. & apud eum notatur, & habes loca de prorogatione relata ab Alexand. ibidem in prima col. quib. illud ad-
8 dendum est, † ex longa consuetudine mercatorū consules causas extra negotiū mercaturæ posse cognoscere secūdùm Rom. in consi. 300. omnipotentis, & dixi in trac. de merca in secunda particula vlti. parte princip. vbi de iudicibus mercatorum late disputaui, & addes prædictis omnino Lap. alleg. 88. commune Florentiæ &c. Dec. & alios recentiores in l. more. ff. de iurisd. omn. iudi. Nic. Bell. in rubr. de off. eius num. 20. dum referūt quæstionem agitatam de commissione causæ facta a commune Florentiæ officialibus mercantiæ, an ordinarii vel potius delegati iudices in ea causa censeantur, & an prorogatio facta intelligatur, & hæc attigisse sufficiat, prætermissis aliis in clausula contentis tanquam vulgaribus in notisque locis disputatis.

SVMMARIVM.

1 *Renunciari quòd possit legi plerique. ff. de in ius vocan. & regulæ l. nemo de domo sua. ff. de regu. iur. & earum legum interpretatio.*

2 *Legi plerique. ff. de in ius vocan. & regulæ legis nemo de domo. an censeatur renunciatum vigore clausulæ, renunciauit omni iuris, & statutorum auxilio cum iurameuto, vel sine.*

GLOSSA XXXII.

Renuntiando de stare in casa, moratorie in la plenior forma della camera Apostolica, & con potestà di esser constretti in ogni luogo, giuditio, ò tribunale se sia, renuntiando detti Assecuratori ad ogni priuilegio, indulto, prerogationi, legge, statuti, franchisie, & dì feriati, che in lor fauor facessero, & debbano in prima l'Assecuratori pagare il detto M. Giouanni, ò chi per lui, quelli danari per loro assicurati, & di poi litigare le cause.

MVLTA quidem continet in se relata clausula, & quæ missa faciemus, ne in sexcentis locis tractata referamus, & duas tantum quæstiones ex facto propositas disputauimus. Memini in causa cuiusdam Marci Antonii Senensis egregium iurisconsultum Hieronymum Malauolta
1 † ex facto consultum respondisse l. plerique. ff. de in ius vocan. & l. nemo de domo. ff. de regu. iu. quibus cauetur, neminem de domo sua inuitum extrahendum: cum tutissimum sit refugiū, atque receptaculum, renūciari non posse. Mouit eum: quia trahens quempiam ex domo sua vim inferre dicitur, & ab huiusmodi violentia domus præstat refugium tutissimum, & defensionem, dicta l. plerique in illis verbis, eum qui inde in ius vocaret vim inferre videri, sed defensioni, quæ est de iure naturæ renunciari non potest, ergo; Verū contraria sententia obtinuit, vt beneficio dictarum legum renunciari possit, quod expressè sensit Iaso. in d. l. plerique, inquiens id fauore priuatorum principaliter inductum esse, meritò renunciari posse, ex vulgari cōmuniq̄ regula legis si quis in conscribendo C. de pactis, nec mouet, quod dicebatur Iasonem vbi supra se retulisse ad l. ad egregias. ff. de iure. Tum quia ibidem de lege prædicta non meminit: Tum maximè, quia diuersa ratio redditur inter renunciationem factam dictæ legi. ad egregias, & legi, plerique. Altera enim principaliter fauorem publicū respicit, vt sensere Cyn. Alb. & Alex. relati a Iaso. ibidem, altera hoc est l. plerique. priuatorum fauorem (vt dictum est) & sunt opiniones doctorum circa illud, & certe Iat. fuit in dicta sententia (vt eius verba clare indicant) ad quē se retulit Hierony. Cag. in dicta regula, nemo de domo, & non improbauit, & cp posset renuntiari, innuit text. in dicta regula a sensu contrario, quod argumentū est fortissimum l. j. §. huius rei ff. de off. eius, considerando verbum, inuitus extrahi. Rursus hæc sententia suadetur ex ratione dictæ l. plerique. quia domus tutissimum cuiq; refugium, atque receptaculum sit. Quæ ratio priuatorum commodum atque fauorem respicere videtur. Pro eadem sententia facit l. quamuis. ff. de in ius vocan. ibi. aut si non inuitus vocatus sit, & cp non principaliter publico fauore, sed priuato lex lata sit, pluribus etiam posset argumētis demonstrari, sed illud sufficiat, quod Iason in eadem l. post Baldum sub nu. 26. scriptum reliquit, suspectum de fuga posse domi capi, argumento sumpto de tempore ad locum, iuxta l. vinum. ff. si certum petatur vbi Ias. idem probauit sub nu. 4. Nec relata argumentatio contra dictam sententiam mouere debet. Dum enim dicit, trahētem de domo vim inferre non est perpetuo verum. Aut enim extrahitur inuitus, & verum est argumentum, aut volens, & tunc falsum (vt demōstraui ex verbis iurisconsulti in dicta regula nemo de domo) diluitur etiam argumentatio ex eo, cp non dicitur violentia illata volenti l. j. §. vsque adeo ff. de iniu. vbi alia iura citat Accur. & nulla certe est iniuria quæ in volentem fiat, & proprius ad rem facit Quinti Mutii descriptio ab Vlpiano probata in l. j. in §. quid sit vi factum. ff. quod vi, aut clam in hæc verba. vim factam videri. Quintus Mutius scripsit, si quis contra quam prohiberetur fecit, & in l. vim. eodem titu.

2 Suborta est alia quæstio, quæ non ab re tractanda est, † num beneficio dictę legis plerique ex illa clausula consueta in instrumento adiici, renunciauit omni iuris, & statutorum auxilio, renunciatum censeretur. Quod relatus doctor negabat, & statutum Anconitanum sub rub. 32. volumi. ciui. Ne quis in domo suæ habitationis capi possit particularem, seu specialem renunciationem requiri asseuerabat, & generalem non sufficere. verū Ias. in relata l. plerique. ex dicta clausula legi prædictæ renunciatum putauit, motus eo, quod scripsit Barto. in auct. mat. & auiç. colum. penult. C. quando mulier tut. off. fungi pos. & in l. si quis sub conditione. in 5. colum. ff. de testam. tut. & videndus est Ias. sub nu. 29. & sub nu. 34. accedebat, quòd dicta clausula erat iuramento roborata in ipso contractu, & vulgare est illud, quod Bald. dicere consueuerat, iuramentum habere vim expressi in l. j. in 2. quæstio. C. commod. cuius sententiam alios referendo probauit Deci. in consi. 432. num. 25. licet non desint, qui Baldo aduersentur, vt scripsi in tract. de decoct. in titu. de pactis conuentis &c. nume. 3. Quibus addes, quæ nouissime congessit Iac. Phil. conclu. secunda lib. 3. & bellissime declarat post alios Soc. Iuni. in consilio 129. quantum ad primum &c. in primo &c. & multa de dicta clausula iuramento munita scripsit egregius præceptor meus Ludouicus Goza. consilio 87. numero 13. prima facie &c. & consilio 69. numero 20. Videtur &c.

Source : BIU Cujas

In quibus responsis multis probatur exemplis, clausulam prædictam cum iuramento vim habere expressæ renunciationis, & probat etiam Soc. Iun. in consi. 130. nu. 18. vsque ad numerū 24. cuius initium est, Videtur in hac consultatione &c. parte 3. nec relatum statutum obstat: tum quia vi dictæ clausulæ renūciatum censetur, ex his quæ scripsit Dec. in consi. 414. num. 6. & Soc. Iun. in relato consi. tum etiam quia non est verum statutū prædictum in §. hoc tamen addito disponere, vt specialiter dicatur in contractu, ꝙ quis possit capi domi, sed tantum statutū requirit debitoris voluntatem, quæ voluntas ex renunciatione prædicta generali habetur ex sentētia Iasonis, & facit l. omnes. C. de præscrip. 30. ann. quod etiam ex verbis dictæ legis municipalis dignoscitur, dum dicitur, sufficere aliquem obligari vigore literarum cambiorum, vel instrumentorum super ipsis litteris. singularis ergo, seu specialis mentio non requiritur, & licet hæc sententia dura quibusdam visa fuerit, vera tamē est (ni fallor) & si Iaſ. hanc sententiam admittendam putauit vi dictæ clausulæ nulla de iuramento mentione facta, fortius cum iuramento recipienda est, & adde Ferra. caut. 22. cū hæc scripsissem incidi in conclusiones nuper editas Ia. Phil. qui conclu. 20. lib. 3. ver. 17. limita &c. retulit Iaſ. in relato loco, & simpliciter subiecit, contrarium in hoc vltimo colligitur ex no. ab Alexand. in consi. 37. vol. 2. tu lector vide, quia Alexan. in diuerso casu loquitur, nec aduersatur, si consideretur, & sat sit tē admonuisse.

SVMMARIVM.

Debitor creditori in solutum dans rem alienam, re euicta, & debitore decocto num regressus creditori detur contra fideiussores.

Conuentio de restituendo cum interesse certo, & determinato an valeat.

GLOSSA XXXIII.

E volendo li detti Assecuratori il detto M. Giouanni debba sodare sufficientemente de restituire à ciascuno quella summa hauessero receuuta contro il douere, con interesse de venti per cento.

EX relata clausula Assecuratoribus consulitur, vt indebite solutum repeti possit, de quo dixi latius in superioribus, in vers. & se pretendessero per causa alcuna &c. Glos. 29. quæ ergo illic diximus, huc erunt transferenda: & quia aliquando euenit, vt quis non soluendo fiat, præsertim Mercator iuxta illud verbum, Mercatoris exitus est decoctio, & inanis est actio, quam inopia debitoris excludit, subiungitur in formula, Debba sodare &c. quod verbum vulgare est, & hanc habuit interpretationem, vt ad idoneam fideiussionē de restituendo indebite solutum referatur.

Et hic non est prætereunda illa quæstio a veteribus, & recentioribus iurisconsultis agitata, quam ad nostram materiam sic referimus: Assecuratoribus contra Ioannem, & fideiussorem
1 repetendi gratia indebite solutum consulitur, † finge igitur ex legitima repetitionis causa Ioannem ab Assecuratoribus conuentum ad receptarum pecuniarum restitutionem, & Ioannē rem alienam in solutum dedisse tanquàm propriā, deinde decoxisse, & rem insolutū datam euictam. Num Assecuratoribus contra fideiussorem regressus dabitur, & restituendam vtilem contra fideiussores putauit Specul. in tit. de fideiuss. §. j. in fi. citat. ff. de iure fis. l. deferre. in §. fi. cum ll. seq. ff. ad S.C. Trebell. l. debitor. ff. de solu. l. si creditor & l. qui res. in prin. & non denegandā, inquit etiam Ioan. And. apud eum. Sed Mar. Ant. Bart. Senē. in trac. de temp. vti. x cont. refert D. R. P. de Taneis in suis decisionibus dec. 119. creditor &c. scriptum reliquisse, licet cōtra Speculatorem sit communis opinio: quoniam solutione, tam principalis, quàm accessoria extinguitur obligatio, instit quibus modis. solu. oblig. in princi. & facit. ff. de pigno. actio. l. eleganter. in prin. & §. aream, & semel extincta obligatio non reuiuiscit: Tamen Rotam sententiam prædictā nō improbasse, sed restrinxisse propter fraudes decoctorum, qui insolutum dantes rem alienam se, & fideiussores possent liberare, & creditoribus consultum non esset. Rota ergo, prout in dicta decisione, eo casu Speculatoris sententiam probauit, & circa articulum adde Barto. Albe. & Pau. Cast. in l. si quis aliam. ff. de solu. & qui post glo. notabilem illam practicam docuerunt, ꝙ in dationibus insolatū adiiciatur clausula huiusmodi, si res in solutum data in totum, vel in partem euincatur, ius primæuæ obligationis firmum remaneat, & ab ea recessum non intelligatur, est enim vtilis propter fideiussores, qui erant in prima obligatione, & qui forte non sunt in secunda, & hæc addes his, quæ dixi in trac. de decocto. præsertim in parte ter. & ex scriptis ibidem Rotæ decisionē comprobabis.

2 Circa illam conuentionem † de restituendo cum interesse 20. pro centenario, ego huic conuentioni, qua certum interesse in pactum deducitur standum non esse putaui, sed interesse ꝓbandum iuxta ea, quæ copiose scripsi in tract. de Mercatura, in tit. de contractib. Merca. nu. 2. quę breuitatis cā nō refero, sed & ea confirmare posses ex respōso Aym. sub nu. 320. Thom. &c. nu 6. vbi in Mercatore loquit, & an Mercator, q̄ mole debitorū grauatus erat, negociaturus esset, si pecuniā sibi debitam haberet, etiam disputat: Vide tamen, & considera, quæ scripsit Hiero. Cag. in l. curabit. C. de act. emp. nu. 59. & nouissime Dida. Couar. variarum resol. lib. 3. c. 4. ver. 7. eadē inspecta radice &c. & addes quæ latius Hiero. Cag. scripsit in l. vni. nu. 4. C. de sent. quæ pro eo quod interest, ego autem non muto sententiam, quæ cum vsurariæ prauitati occurrat, hisce præsertim calamitosis temporibus obtinere debet.

SVMMARIVM.

1 *Reuēdere si quis promiserit in præfinito tempore, num eo transacto teneatur.*

GLOSSA XXXIIII.

E li Assecuratori habbino à prouare mesi dodeci di quello volessero dire in contrario, & passato detto tempo, detto M. Giouanni assecurato sia libero, & fuor d'ogni molestia de tutte le predette cose.

SI non essent adiecta illa verba, ꝙ lapsis duodecim mēsibus assecuratus sit liber, & extra omnem molestiam positus,
1 in dubium reuocari poterat. † Num præfixo simpliciter termino ad dicendum q̄, & repetendum, assecurantes postea audirentur, exemplo eius quod dr̄ de pacto de reuēdendo vsque ad certum tempus, vel intra certum tempus. Num lapso tpe agi possit, in qno iuris articulo post tempus agentem repellendum frequentiores sensere, & hanc īniam eleganter probauit Soc. in consi. 241. circa primum &c. col. ante. ver. circa secundam &c. & scripsit Iaſ. in l. si ita quis, in §. Seia. ff. de verb. obl. & l. plenius Hiero. Cag. in l. 2. C. de pact. inter empt. nu. 63. & seq. licèt ergo tempus non sit modus inducendi, seu tollendi obligationem, pacti tñ exceptione assecurati summouebuntur transactis duodecim mensibus, & quasi pactum fecerint, de non petēdo l. eum qui ita. §. qui ita. ff. de ver. obl. l. nemo potest. ff. de leg. j. Bal. in l. 1. num. 13. C. qñ dies leg. ced. & facit d. l. 2. C. de pact. inter empt. l. si fundus. in prin. ff. de lege com. Accedit, ꝙ cum possent infra duodecim mēses Assecuratores agere, & tempus labi passi sint, vñr eorum iuribus renunciasse, ex his quæ scripsit Accur. in l. si ego, in uerbo suam facere. ff. de nego. gest. quem ibi ualde commendat Ang. & Bar. & Ang. in l. bonorum. ff. rem rat. habe. Soc. vbi supra, & facit, quod scripsit Bald. in l. 2. q. 8. C. de rescind. ven. remittentibus ergo eorum iura non est regressus dandus. l. quæritur. in §. si venditor. ff. de ædil. edic. & cum legē q̄ctui contrahentes dare dicantur, l. 1. §. si q̄ueniat. ff. depo. & in re sua quis sit moderator, & arbiter l. in re mādata. C. mand. & periniquum sit, ingenuis hominibus non esse liberam rerum suarum administrationē l. non vsque adeo. ff. si quis à paren. fuerit manu. non videtur de conuētione probabiliter posse dubitari. Accedit, ꝙ mercatura ipsa hoc expostulat, vt in hac causa dies ad agendum præfiniatur, Mercator. n. sub fide plerunque negotiatur, quæ solet imminui. Vbi creditores insurgunt, seque iactant debere recipere, ex qua iactationis causa solet etiam terminus ad agendū statui, vt in d. l. diffamari. C. de inge. & manu. & circa hanc clausulam possem verbosos facere cōmentarios, multa qdē possunt tractari, quæ cōsultò prætereo tanq̄ in notiorib. locis disputata.

SVMMARIVM.

1 *Assecuratores, qui se subscribunt verbis generalibus formulæ assecurationis, in qua est iramentum, num periuri dici possint controueniendo, seu adstringi ad obseruantiam iuramenti.*

2 *Clausula, modo quo in formula continetur, item & illa, non aliter, nec alio modo, declarantur.*

3 *Iuramentum an requirat verba in his, qui fari possunt.*

4 *Prorogatio diei, seu compromissi iurati si sit facta, num in ea repetitum, seu inesse iuramentum censeatur, late disputatur, & declaratur.*

4 *Pronunciales aliquid asserentes Domino per iuramentum, quod antea fecerunt, non sunt periuri, licèt illud sit falsum.*

6 *Promittens aliquid cum iuramento, & postea dicens per iuramentum, quod aliàs præstiti, promitto dare decem, non obligat ex hoc ad iuramentum.*

7 *Distinctio, & concordia in illo articulo, an iuramentum requirat verba. & pulchre de eo.*

8 *Iura an veniant in obligatione bonorum mobilium, & immobilium.*

9 *Voluntas hominis aliena à verbis non præsumatur, probatur, & pulchre exornatur.*

10 *Bona mobilia an censeantur etiam eius territorij, in quo reperiantur, uide quia in causis Mercatorum propter confiscationes est utile.*

GLOSSA XXXV.

E li Assecuratori giurano, & obligano al detto M. Giouanni loro, & tutti loro hæredi, & beni mobili, & immobili, presenti, e futuri in ogni meglior modo, che obligar se potessero in forma della camera apostolica.

1 HIc incurrit quæstio, & necessaria inspectio. † Num ex eo quod in formula dicitur, & Assecuratores iurant, & simpliciter se subscribunt in hæc uerba. Nos Benedictus Gōdula, & socii assecuramus modo, quo in chirographo continetur, si Assecuratores ꝓtroueniant periuri dici possint, seu per censuram ecclesiasticam ad obseruādū iuramentum astringi? Et sanè nemo est qui nesciat, quanti momenti sit iuratum, vel non iuratum esse contractum. In propo sita ergo quæstione subscriptionem ad iuramentum esse trahē-

dam

Source : BIU Cujas

dam prima fronte videbatur: quia ſubſcribens ſcripturam omnia in ea contenta probare cenſetur. Doc. in l. ſi ita ſtipulatus in §. Griſogonus. ff. de verborum oblig. & dixi in trac. de Adiec. in 4. parte in 10. q. ex quo loco multis modis hæc ſententia poteſt comprobari. Mouent etiam ſubſcriptionis relata verba, aſſecuro modo, quo in formula continetur, ſed formula continet iu-
2 ramentum; ergo † hæc enim verba relationem inducunt omnium qualitatum, vt per Barto. in l. j. in fin. ff. ſi fam. fur. feciſ. dicat. & ſcripſit Ruy. non longe a materia in conſi. 61. num. 12. in 5. vol. & facit regula l. aſſe toto. ff. de hære. inſtitu. & ſic illa verba, non aliter nec alio modo, faciunt deficere conſenſum, vt nihil cenſeatur diſpoſitum eo quod exprimitur non interueniente, vt dixit Bald. in c. j. in §. denique. verſ. ſed pone, in titulo, quæ fuit j. cau. bene. amit. propterea que ſcripſit Gloſ. in l. ſi quidem. C. de excep. & refert, ac probat Cur. ſenior in conſi. 8. viſo inſtrumento &c. & plura congeſſit And. Tiraq. in tract. de vtro que ret. §. 8. gloſ. 6. ergo ex contrario inducere debet conſenſū in omnibus expreſſis. in relata formula, facit l. hoc modo. ff. de condi. & demon. quod nomen, quemadmodum ad ſequentia relatum requirit expreſſionem, vt in dicta lege, ita ad præcedē-
3 tia relata requirit, vnde ſequitur † cum in his qui fari etiam poſſunt verba ad iuramentum non ſint neceſſaria ſecundùm nonnullos; quia iuramentum Deo præſtatur, qui ſolus mētis inſpector eſt, poſſe dici, conuentionem prædictam iuramēto roboratam, & ꝙ iuramentum abſque verbis, & animi tantum deſtinatione fieri poſſit, ſenſit gloſ. 22. q. j. in ſumma. Panor. in rub. de iure. & communem hanc ſentētiam Pet. & Cyn. dixere in auct. ſacramenta puberum C. ſi aduer. vendi. & dictam gloſ. ſic intelligens alios etiam referendo forſan magis probabilem hanc ſententiam dixit Did. Coua. in c. quamuis. in initio j. parte. nume. 4. extra de pac. igitur cum de mente, & animi deſtinatione aſſecurantium cōſtet, quod iurare voluerint propter conſenſum cōtraueniendo periuri cenſendi ſunt, & ſcripſit Franc. Curt. in d. auct. ſacramenta puberum. num. 10. & de iure canonico, ſufficere iurare etiam uerbotenus, & quomodocunque, quod ius canonicum etiam in foro ciuili obſeruandum eſt; quia agitur de re eccleſiaſtica, & ſpirituali, Præterea licet ſit magna contro-
4 uerſia, † num in prorogatione dici ad ſoluendum, ſeu compromiſſi cenſeatur iuramentum repetitum, ſeu ineſſe, & nō deſint magni nominis interpretes, qui putent, non intelligi iuramentum repetitum, ſeu ineſſe, ſed expreſſim iterum eſſe iurandum, inter quos Car. in cle. j. in §. Nos itaque. in decima q. de iureiurā. & Dec. in c. de cauſis. num. 12. de off. deleg. de qua re alios referē do diſputat late idem Did. Cou. ubi ſupra ſub nume. 6. crebrior tamen eſt illa ſententia, ꝙ prorogatio videatur facta cum eiſdē qualitatibus, & conſequenter, quòd in termino prorogato duret vinculum iuramenti, vt per Bart. in l. j. in §. & poſt operis. ff. de no. op. nun. & in l. cum ſtipulatus ſim a Proculo. ff. de uerbo. obli. & multos retulit Anto. Galeſ. in trac. ad formu. came. obli. in titu. de vi inſtrum. oblig. came. num. 19. & ſeq. pag. mihi 144. & vide pulcrhā deci. Thol. 181. nota &c. & ſcripta apud eam, & adde Aug. Bero. q. 100. qui referendo alios Doc. reſtringit, locum non habere in prorogatione tacita, verbigratia in locatione tacite renouata, iuxta l. legem. in fin. C. loca. & l. item quæritur. in §. qui impleto. ff. eo. item in materia adde Ioan. ab Ami. in conſi. 31. Ruy. in d. conſi. 61. num. 12. & num. 37. & ſeq. in lite vertēte. volum. 5. ſi ergo iuramentum cenſetur ineſſe in prorogatione, eodem modo reſpondendum videtur, vt cenſeatur repetitum in ſubſcriptione.

Contra verò, quòd non cenſeantur periuri Aſſecuratores, qui contrauenerint, compellique non poſſint ad obſeruādum iuramentum, ex eo ſuaderi videtur: quia iuramentum requirit verba expreſſa, vt innuit tex. in c. & ſi Chriſtus. de iureiu. & melius. c. pe. eodem titu. & ſenſit Barto. in l. qui iuraſſe. ff. de iureiur. & in l. & iuſiurandum. ff. de acceptil. & inquit Coua. in relato loco num. 4. verſicu. 3. &c. Apud iuris Cæſarei interpretes hāc ſententiam magis receptam ſecundùm Ioan. Crot. in l. ... in princi. colum. 4. ff. de uerbo. oblig. & quam probare videtur Alciat. in rub. extra de iureiur. aſſeuerans, nos hoc iure vti, & addes And. Tiraquel. de leg. connub. gl. 5. num. 18. & alios retulit Augu. Bero. in quæſtionibus ſuis q. c. num. 6. & Car. Ruy. in cōſi. 61. nume. 39. in 5. qui & alios citat, & hanc ſententiam communem teſtatur, quicquid Pet. & Cyn. dixerint in d. auct. ſacramenta puberū, ſcio etiam exploſam eſſe Car. ſententiā in c. præterea. de ſponſ. qui ad periurii reatum requirebat verbum exprimi Iuro, ſed dico neceſſaria verba eſſe, puta æquipollentia, iux. text. in dicto c. etſi Chriſtus, vt teſtetur Deus, ideſt ī teſtimoniū vocetur abſq; ſpeciali expreſſione verbi iuro, & facit c. ego N. eo. titu. de iureiur. ibi ſic me Deus adiuuet, & probat idem Coua. in relato loco in fin. & Ioan. de Selua in tract. de iuramen. par. j. q. pe. to. 9. facit etiam pro hac ſententia ſingularis text. in dicto c. clericus, quod eſt pen. de iureiur. ubi Hoſtien. relatus ab Abb. ibidē ſub num. 1. & ſeq. ait, odioſum eſſe, ac periculoſum, vt iuramentum extendatur, & ſubiungit, nota ꝙ iuramentum eſt ſtricti iuris, vn de facile non eſt extendendum propter vinculum periurii, vt comprehendat etiam ea quę ſub lata verborum ſignificatione poſſet complecti c. cum clerici. eod. titu. & ex ſimplici conſenſu iuramentum non extendi, ſed nuncupatim, & expreſſis verbis fieri debere, quaſi forma iurandi ſit de ſubſtantia poſt Abb.
5 antiquum inquit in facti ſpecie huiuſcemodi, ſi † prouinciales aliquid aſſeruerunt domino per iuramētum, quod antea fecerunt, nō ſunt periuri, licet illud ſit falſum, & probat Soc. in cōſi. 99. num. 4. in 3. Sereniſſimus Rex Romanorum &c. Andreas Tiraq. de leg. connub. gloſ. 7. num. 121. ac alios referendo confirmat Dom. Ioan. Bap. Plo. in repet. l. ſi quando. C. vnde vi. nu. 372. vbi hoc receptum teſtatur, & in hanc ſententiam inclino. Quia hic non ſunt verba ſpecialiter iuramentum indicantia, & quia nullum iuramentum vere præcedit, ad quod relatio fieri poſſit, ſed tantum aſſertio iuramēti. Accedit, ꝙ de more in hac ciuitate ſolent proxenetæ, qui interueniunt, Aſſecuratorib. chirographum aſſecurationis afferre, & qui nullo præſtito iuramēto ſimpliciter ſubſcribunt ſub relata verborum cōceptione, ex quibus diluuntur ex aduerſo oppoſita, & ſpecialiter reſpondetur. Non obſtat, ꝙ ſubſcriptionis verba relationem habeant ad iuramentum; quia præter id quod dixi non eſſe præſtitum ſed aſſertum, dici poteſt iuramentum non poſſe interponi per relationem ad aliud, vt probatur in d. ca. pe. Quo textu motus Ancar. in capi. ab excommunicato. in 6. col. extra de reſcrip. inquit.
6 † Si aliquid promiſi, & iuraui, poſtea dixerim, per iuramentum, quod aliàs præſtiti, promitto dare decem, non obligor ex hoc ad iuramentum; quia requirit formalem expreſſionem. Vnde non ſufficit expreſſio per relationem ad aliud, vt inquit Soc. in cit. loco. & And. Tiraq. citato etiam loco, & eadem glo. 7. num. 189. poſt Panor. inquit, forma iuramenti explicite eſt de ſubſtā tia, citat inter alios Iaſo. in l. ſcire debemus. col. 3. verſi. confirma vltra eum. ff. de verbo. obliga. Quibus addes Rui. in d. conſi. 61. nume. 39. in 5. qui ait, cum iuramentum requirat verba, & non pendeat a ſolo conſenſu, ſequitur, ꝙ non poteſt videri tacite repetitum: & cum a frequentioribus ſit receptum, vt iuramētum verba requirat: Non obſtat, quod de clauſula prædicta, modo quo ſupra, dicebatur. Præterea in ea quæſtione, † an iuramen-
7 tum verba requirat, nō male diſtingui poſſet, aut loquimur coram Deo, & quia omnia nuda, & aperta ſunt oculis eius (vt ait Apoſtolus) c. nouit. de iudi. & ſcrutator eſt cordium. e. in ciuitate. de vſu. & ex animi deſtinatione, mente, & conſenſu periurus quis dicatur, licet ex verbis non appareat, & quamuis inter ſimplicem loquelam, & iuramentum Deus non conſtituat differē tiam c. iuramentum 22. q. 5. gl. in c. peruenit. de fideiuſ. & in c. ad aures. de his quæ vi met. cau. tamē grauius punitur periurus; qa, vt glo. dixit in c. iuramentum. magis peccat, & bene intuenti aſſertio iurata, & non iūrata dignoſcitur ex d. capit. & ſi Chriſtus. quodque grauior ſit, ſi verò quæratur in foro iudiciali, & cum eccleſia de manifeſtis quidem non de occultis iudicet. cap. erubeſcunt 32. diſtin. cap. Chriſtiana 32. q. 5. & quod caput eſt, cum iuramentum ſit ſtricti iuris, & periculoſum non facile iudicandum (vt dixi) & maximum vinculum obtinere debet cōmunis opinio, vt verba interueniant, vt in c. & ſi Chriſtus & c. pen. quæ (ni fallor) hanc ſententiam probant, in foro iudiciali nō ex animi deſtinatione coniecturis, veriſimilitudinibus, & præſumpto conſenſu iuramentum induci. Sed verba iuramentum indicantia, ac exprimentia eſſe neceſſaria, cum enim omne qđ agatur, tunc ſolidius ſubſiſtat, cum iuramenti interpoſitio roborat 32. q. j. c. omne, & iure diuino, canonico, & ciuili, quinimmo etiam etnicorum ſit vinculum arctiſſimum, quo ligamur nedum proximo, ſed etiam Deo ad obſeruandum promiſſa. eſt enim iuſiurandum affirmatio religioſa', quod ſeruandum eſt, quaſi Deo teſte promiſeris: & cum dixerit Cicero offi. lib. 3. nullum enim vinculum ad aſtringendum fidem iureiurando maiores arctius eſſe voluerunt, id indicant leges XII. tabularum, indicant ſacra, indicant fœdera, & reliqua relata ab Anca. in cō ſi. 226. legitur &c. mirandum non eſt, ſi in re tanti ponderis verba neceſſaria eſſe in ſanctis canonib. fuerit conſtitutū, & verba neceſſaria eſſe apud iuris interpretes ſanè crebrior ſit ſnīa, pro qua ēt ſnīa eſt illud Ciceronis off. tertio. Is. n. loquēs de iuramē to metu præſtito, de quo in c. cū cōtingat. de iure. inquit, nō. n. falſum iurare peierare eſt, ſed qđ ex animi tui ſnīa iuraueris, ſicut verbis cōcipitur more noſtro, id non facere periuriū eſt, & addit: ſcire. n. Euripides, iuraui lingua, mentē iniuratā gero. Sed & adde, q̄ ſcripſit Ant. Gal. in trac. ad formu. came. obli. in tit. de inſtr̄o q. 2. nu. 19. & ſeq. Et circa illā q̄ſtionē nū in prorogatione dici, ſeu cōpromiſſi ineſſe cenſeat iur̄m, late diſputauit Did. Coua. ī relato loco. nu. 6. & quicqd ipſe, & alii ſenſerint, cōem quā teſtat Dec. in d. c. de cauſis, verā eſſe opinor, ꝙ ſi in termino prorogato nō ſoluerit debitor, aut qs ꝓtrouenerit cōpromiſſo iurato ꝓrogatione de eo facta, vere piurus cenſeat; qm̄ ex prorogatione nil cenſet immutatū de priori obligatione, & eadē diſpoſitio cum prima cenſetur l. ſed & ſi manente. ff. de precar. & ita in ſpecie declarat Galles. in relato loco, qui cuiuſmodi debeat eſſe prorogatio, vt non poſſit dici mutata prima obligatio, ſed idem de ipſa prorogatione, quòd de prima obligatione

Source : BIU Cujas

sit iudicandum, subiicit bene colligi ex his quæ scripsit Pau. Paris. in cõsi. 43. Prorogationes &c. in primo. vbi in summa simpli cẽ prorogationẽ esse oportere ait. Noua verba non habere, nec alias qualitates admixtas, ita ꝙ nudum solum tempus prorogationis contineat, de quo tractat etiam Deci. in l. lecta. ff. si certũ peta. clarius etiam declarat Bero. in d. q. c. num. 12. vnde si finitũ sit tẽpus compromissi, & facta sit prorogatio eiusdem cum eisdem clausulis, quæ completo tempore non potest dici prorogatio, sed valet in vim compromissi noui, non censeretur cõpromissum iuratum, vt probatur in d. c. clericus. de iureiur. & inqt Soc. in d. consi. 99. & relatus etiam Couar. versi. sexto: quicquid ipsi opinati fuerint, quando manente termino fit prorogatio: cum ergo non agatur de extensione iuramenti, euitatur tex. in d. c. penulti. considerando, ꝙ de substantia contractus iurati nil mutatur, sed dies prorogatur, & de repetitione nõ tractat, duo nanque continet contractus, conuenta obseruare, & diem, prorogatione facta dici remanet promissio iurata, vt bene etiã cẽsuit Franc. Cur. in d l. lecta. nu. 14. ff. si certum pet. Pari etiam modo non dicitur de repetitione, seu extensione agi ipsius iuramẽti, vbi in ipso compromisso præfinitur dies, & arbitris datur facultas prorogandi diem, vel adiicitur, ꝙ ipsę partes possint prorogare, & in termino prorogato fertur sententia; quoniam ipsa prorogatio etiam iuramentum continer, quod sine controuersia idem Couar. admittit in initio primæ partis dicti c. quamuis. in fi. & quæ sententia admissa, & declarata, vt supra in quæstione proposita ex causis relatis non obstat sententiæ nostræ, ꝙ assecuratores contraueniendo periuri non dicantur, sed conuenta obseruare compellantur citra iuramenti vinculum, vt dicitur in d. c. penul. de iureiur.

Incurrit hic vetus illa dubitatio, num sub relata verborum
8 conceptione † Assecuratores obligãt bona mobilia, & immobilia, præsentia & futura; nomina & actiones contineantur. & sanè recepta est illa sententia, vt non comprehendãtur, sed tertiam quandam separatam speciem constituant si non necesse sit, vt de eis iudicetur tãquam de re mobili, vel immobili l. a Diuo pio. §. si in venditione. ff. de re iudi. l. quam Tuberonis. § vlti. vbi Doct. ff. de pecul. l. 2. C. quãdo, & quibus quar. par. deb. Doc. in l. mouentium. ff. de verborum signi. & declarat Anto. Negu. in tract. de pigno. in secundo memb. secun. parte. nu. 9. & constat ex aliis locis inferius referendis. Verùm Arrius Lusitanus, qui plenius quàm alius quem sciam quid bonorum appellatione contineatur tractauit in prima parte rub. C. de bon. mat. nu. 29. tentat dicere posse sententiam contra Doctores defendi, vt in obligatione bonorum mobilium, & immobilium veniant iura, & actiones, quia minus est præiudicium, & quia mens cõtrahentium de omnibus bonis est, & cum in generali bonorũ obligatione veniant iura, & nomina ipsius debitoris obligantis, vt in l. 3. vbi Bart. Bald. & alii. C. de hæredi. actio. adiectio illa mobilium, & immobilium, quæ ex notariorum fit stilo, nõ debet restringere, quod contrahentes voluerunt, & quia in conuentionibus non tam proprietas verborum, quàm mens contrahentium attendi debet, vt dicit ad rem l. fin. C. quæ res pign. obli. pos. citat etiam Dec. in consi. 472. nu. 10. & subiicit pro hac sua noua opinione facere iuris regulam, inducta ad augendum non debere diminutionem afferre, contra l. legata inutiliter. ff. de leg. primo; citat & Paul. Castren. in l. quam Tuberonis. in §. fin. ff. de pecul. qui ex facto (vt ait) ita de iure consultus respondit, sed quæstio ab eo proposita talis est. Cum quidam Pãnoniæ episcopus veniam obtinuisset a Pontifice testandi de omnibus suis mobilibus, & haberet pecunias penes mercatorem in ciuitate Florentiæ, de his testari posse; quia debebatur res mobilis, scilicet pecunia, & subiunxit Arrius, non esse nouum, vt verbũ generale bona, quod præcedit, non restringatur ex illa adiectione mobilium, & immobilium, argumento text. vbi Barto. in l. quæsitum. §. fin. ff. de fund. instruct. de quo Matth. ab Aff. decis. 106. & Franc. Ripa in l. cum filiofamilias, num. 57. ff. de leg. j. denique refert pro hac sententia facere, quod scripsit Fulgo. in l. j. ad fin. C. si aduer. transac. Si pater habẽs duos filios, quorum alterum in mille: alterum verò in bonis mobilibus, & immobilibus instituerit, hunc nomina debitorũ obtinere debere ex veri simili testantis mente. Quoniam hæc restrictio ex iuris subtilitate proficiscitur, aliudque testatoris mens suadet, & Fulgo. male referri ait a Cor. in consi. 104. num. 21. lib. j. & Soc. Iun. in cõsil. 115. col. j in j. & mentem disponentis propriæ significationi mobilium, & immobilium præferri in simili dixisse Dec. in cõsil. 381. num. 5. Hæc ille. verùm (ni fallor) argumenta non mouent, & Arrii pace liceat dicere, leuia sunt, & merito a sententia magis recepta recedendum non est, iura scilicet in obligatione bonorum mobilium, & immobilium regulariter non venire, constituunt enim tertiam speciem, vt probaui, & Soci. Iun. inquit in relato cõsi. 115. lib. j. & latissime omnium disseruit, & declarauit sexcentos referendo An. Tiraq. in comm. de vtr. ret §. j. glos. 7. num. 15. & in ante & seq. numeris. Nec facit, quod dicebatur, agi de minori præiudicio, fac enim esse, ꝙ tum postea, si verba aliter suadent. Præterea potest euenire, ꝙ maioris sit præiudicii, si fingas quempiam plus in nominibus, quàm in bonis mobilibus, & immobilib habere, & ꝙ magis expediat diuersis de causis bona mobilia, & immobilia obligare, quàm iura, & actiones. & quid si alii prius obligasset? Et quod dixit, id esse ex
9 mente contrahentium, non est admittendum; † Volũtas nanque hominum aliena a uerbis non præsumitur, neminẽ enim, inquit Iurisconsultus, arbitror dixisse, quod prius mẽte non agitauerit, & quorsum inuenta sunt vocabula, nisi vt mentem explicemus l. Labeo. ff. de supp. leg. c. fi. de verborum signifi. rerum enim vocabula sunt immutabilia l. si quis in fundi vocabulo. ff. de leg. primo, & inquit Bal. in consi. 490. Ponitur &c. col. j. in primo, neminẽ sensisse, quod verbum non sonat. Quia virtus sermonis se ad aliud nõ porrigit, & alibi inquit, vnum, & idem in ore, & mente præsumi. Nam verba sunt notæ earum, quæ sunt in animo passionum. & nullum est maius mentis nostræ testimonium, quàm qualitas inspecta verborum, & idem Bal. in cõsil. 102. omnis potestas. ante num. 7. in tertio. inquit volũtas hominis consistit in verbis, sicut facies in speculo, & nonnulla retulit Aym. in consi. 20. in princip. & Gram. in voto 23. num. 8. & præsertim illud Bald. Mens est radix verborum, & eius substantia prima, & Cor est Imperator linguæ, & habet ea sicut mancipium sub sua iurisdictione lingua enim cordi cedit, & sub iugo mentis verba existunt tanquam sub suo imperio originali. meritò ergo dicendum est, cum verba non suadeant nomina non induci, à quibus verbis recedendum est, nec quæstio voluntatis admittenda, & id latissime omnium sexcentis auctoritatib. probauit Andr. Tiraq. in l. si vnquam. in uerbo libertis C. de reuoc. dona. & non admittendum est, nec dicendum adiectionem illã mobilium, & immobilium ex stilo Notarii fieri. Nam si lector candide hoc admitteres, idem in donationib. dici posset, & tamen ipse Arrius in donationib. & legatis diuersum sensit, estq; hoc commentum contra omnes Doctores, vt ex relatis locis apparet. Nec iudicio meo responsum Decii sub num. 422. ad rẽ facit. Item regula illa, inducta ad augmentum diminutionem non inducere, non congruit; quia hæc adiectio ad minuendũ adiicitur, & sexcentis exemplis probari posset, adiectiones solere, prout uerba sonant, aliquando augere, aliquãdo imminuere, & sufficiat text. vulgaris notabilis tamen in l. ea tamen adiectio. ff. de lega. 3. Nec cur diuersum in donationibus, & legatis statuendum sit, mihi probabilis causa proponitur, Pauli etiam Castrensis locus ad rem non facit, & de ea re non disputo, cum ex relatis locis veritas habeatur. Minus etiam obstat doctrina Barto. in l. quæsitum. in §. fin. de fund. instruct. immo aduersatur, vt patet sub num. 2. quia adiectio hęc mobilium, & immobiliũ refertur ad verbum bona, & ubi adiectio specierum refertur ad verbum seu participium significatiuum generis, tunc in re dubia non ex abundanti, sed terminandi gratia, enumeratio facta censetur l. cum de lanionis §. quidam. ff. de fund. inst. secundùm interpretationem Bartoli. Denique non mouet, quod ait Rapha. in citata l. j. C. si aduer. uendi quoniam constabat de mente testatoris a lege præsumpta, ex eo enim ꝙ alterum filiũ in mille instituerat. & alterum in bonis mobilibus, & immobilib. in instituerat, hunc & in iuribus instituisse censetur. Priorem nanque mille tantum consequi stoluit, cumque necesse sit, vt iura hoc casu accedant, & de nominibus iudicetur, non est mirandum; quia alia ratio (vt dicitur) reformat pactum, & hoc habes ex Barto. & Alcia. in l. mouentium. ff. de verborum signific. & Barto. in l. potest. de auct. tuto. & plures retulit Andr. Tiraq. in relato loco id receptius affirmans, vbi exemplum etiam ex Doctoribus affert tale, si lex municipalis, dicat, Quod in omnibus bonis agnati, & cognati sint hęredes, ita ꝙ agnatis immobilia, cognatis uerò mobilia deferãtur: expedit enim alterutris accedere, quia constat de omnib. bonis actum, comprobatur ex regula. ius nostrum ff. de regul. iur. & facit l. j. §. si ex fundo. ff. de hæredi. institu. l. quoties. in §. si duo. eodem tit. ad quæ iura, & voluntatis testatoris coniecturas uidere poteris Iaso. in consil. 8. volum. 3. num. 3. & ferè per totum, & eundem in consi. 72. eod. volu. qui in substitutionibus loquitur. Pau. Paris. in consi. 17. nu. 38. & seq. volu. 3. Aym. in trac. de ant. tem. par. 4. num. 129. & sequen. numeris, ex quibus sequitur, communem sententiam defendi posse, & uerum esse, quod ait Bald. in consi. 112. num. 2. volum. 2. num. 7. Rarò bene loquitur, qui contra omnes loquitur, & multa congessit Andr. Tiraq. de pœnis tempe. cau. 51. nu. 62. & seq. numeris, & addes in relata quæstione eundem Andr. Tiraq. de iure primige q. 49. qui idem probat, quod in relato loco scripsit, & in quæstione antecedenti disputat, num vera sit illa sententia Baldi, & qui in ea sibi parum constitit. in l. Mercatores. C. de commer. & Merca. ubi dixit interesse inter bona mobilia. & immobilia, ꝙ illa sequuntur suum territorium, hæc verò personam domini. Ideoque Imperator ibi confiscat bona
10 mobilia subditorum existẽtium extra territorium ipsius: † sunt enim nonnulli, & quidem non leues iuris interpretes, qui opinantur, bona mobilia censeri esse eius territorii, in quo reperiũtur, ideoque populo siue fisco eius loci confiscari, & uide c. j. in princ. de pace tenenda, vide Old. in consi. 17. thema tale est, &

Goza.

Source : BIU Cujas

Goza.in consi.49.circa primum, & eundem Tiraq. in d.q.48. qui post Salv.in l.cunctos populos.in 6.col.vers.& hoc intelligo &c.C.de sum.Trinit.& Alex.in quibusdam respõsis, & præsertim in consi.16.viso titu.nu.5.in j.in illam sn̄iam inclinat,vt mobilia,quæ ad tempus in loco mansura sunt, non censeantur illius loci esse, at perpetuò per mansura censeantur, & probat aliorum auctoritatibus,& præsertim Decii in consi. 472. testator legauit.nu.20.quod tanquàm quotidianum inter Mercatores,& ipsorum causis in quibus Doctores, vt plurimum disputarunt, cum plerunque maiorem partim fortunarum in bonis mobilibus habeant,non ab re hic annotandum putaui.

SVMMARIVM.

1 *Conuentioni an standum sit,qua quis astringitur in omnibus mundi partibus compelli posse.*

GLOSSA XXXVI.

Con potestà de essere astretti in tutte le parti fussero trouatį.

1 VIdebatur dicendum neminem cõpelli† eiusmodi cõuentioni stare,iuxta l.si cõuenerit.ff.de iurisd. om. iudi.in cuius legis ratione reddẽda,tã veteres,quàm recentiores iuris interpretes laborarunt, & verum est, quod ait Iurisconsin l.non omnium.ff.de leg. non omnium,q̃ à maiorib.nostris constituta sunt, ratio reddi põt. Sed qm̃ lex prædicta fuit docte,& elegãter exposita maximè a Bart.& Alex. & aliis,& multis modis limitatur a Iasone, sat sit locum retulisse,& addes Doctores,maximè Fel.Dec.& Frã. Ripã in c.j.de iudi.& nouissime Ant.Gal.in tract.ad formu.cam.obliga. in quæstionib.ad sec.par.q.j.2.& 3.& quoniam circa clausulas,clausularum extat tractatus,item & Cana.de exequutione instr.Item & Gal.circa formulam came.obliga.& eius clausulas, ne quidem verbum faciam: præter enim institutum nostrum eueniret, vt eorum labores describemus.

SVMMARIVM.

1 *Conuentio an valeat, quòd scripturæ priuatæ credatur, seu vim publici instrumenti habere.*

2 *Chirographum,in quo continetur, quòd habeat vim instrumenti publici, an habeat executionẽ ex forma statuti intantum,quòd executiue agi possit.*

3 *Actio oneris auersi quando competat.*

GLOSSA XXXVII.

E vogliano,che questo scritto habbia la medesima forza,& fermezza che s'habbi in tutto vno instrumento in forma camerę.

1 CIrca hanc clausulam, & eas, quæ proxime antecedunt, notandum est,a veterib. agitatam quæstionem fuisse. †Num valeat cõuentio,ꝙ scripturæ priuatæ credat̃,de qua Inno.& alii in c.cũ P.Tabellio. de fide instr.& Fel. & Dec.in c.2.de fid.instr. in qua placet mihi Alex.distinct.in l.j. in §.fi.nu. .ff.de verb.obli.Aut q̃rit̃,an valeat cõuentio,ꝙ priuatę scripturæ alicuius finge Titii stetur,& plenã fidẽ faciat,& cõuentionem valere secundùm Bal.in l.de quib.in 3.col.de leg.j. Aut agitur inter ꝯtrahentes, vt scriptura aliqua priuata habeat vim publici instrumenti,& hęc cõuentio non valeat, cuius rei illa ratio redditur;quia sequeretur, ꝙ partes possent creare quẽ tabellionem, quod quidem priuatis non permittitur, secundũ Inn.in relato loco,cuius sn̄iam probat,sic intelligens Ang.in l. pactum inter hæredem.circa fi.ff.de pact.dum ait,non valet pactum,ꝙ scriptura priuata fidem faciat,sicut publica,secundùm Inn.in c.cum P.Tabellio,& probat Alex.distinctionem Alciat. in d.§.fi.sub nu.36.inquiens,ꝙ talis scriptura non ualebit vt publicum instrumentum, licet probet propter partium conuentionem, his addendus est Alex.in consi.113.visis & consideratis &c.in 4.vbi quod diximus,valere conuentionẽ,ꝙ stetur scripturæ priuatæ,restringitur ex sn̄ia Pau. Castr. in l.pactum inter hæredem.ff.de pactis in scriptura facta non facienda, ne falsum fabricandi occasio præstetur,& refert Dec.in d.c.2.nu.10.de fide instr.tenet ergo conuentio in scriptura facta certi hominis, sed & his addendus est Ant.Gal.in trac.ad formu.cam.oblig. in tit.de instrumento.q.2.vbi quærit,an in obligationib.cameralibus scriptura necessariò requiratur, & an ad exequutionẽ eiusdem uia exequutiua procedi possit,& quãdo dari possit,& quomodo pactum in priuata scriptura sit concipiendum,vt extẽdi possit cameralis obligationis instr̃m, & sufficiat locũ retulisse.

2 Sed hic suborit̃ quottidiana quæstio. † Hoc ergo chirographum non est instrumentum in forma cameræ, instrumẽtũq; de iure communi non habet exequutionem l. minor 25.annis. ff.de mino.Doctores.In l.2.ff.de edic. diui. Alexã.in consi.192. vol.7. ex forma tamen iuris nostri municipalis, prout in plerisque locis exequutio conceditur. Num ergo exequutiue agi poterit,& puto ex prædictis quæstionẽ solui, vt exequutiue agi non possit; quia tale chirographum non ualet vt publicum instrumentum,licet ei stetur,& probet partium conuentiones,& reperi Alciat.in d.l.j.in §.fi.nu.36.ff.de verb.oblig. qui referendo Alex.distinctionẽ subiecit, hoc vtile esse ad statuta cõcedẽtia exequutionem publicis documentis;Nec defendi posset petitio,per'uerba executiua concepta, uigore legis nostræ municipalis sub rubr.de exec.pub.inst.cum huiusmodi chirographũ careat circumstantiis ab ea requisitis; ego autem uidi in nostra curia executiue agi uigore nostræ formulæ, nec memini hanc exceptionem vnquam admissam fuisse, & memini me legisse Ant.Gal.qui in tract.ad formu.came.obli.in tit.de instrumento q.2.in prin.inquit,quotidie nos vti,ꝙ detur executio virtute priuatarum scripturarum, in quibus debitores dicunt se obligare in forma cameræ,quod qua ratione sustineatur, subiunxit,dicemus inferius,non tamen prædicta attigit.

4 Est, & huic rei illud addendum,quod eleganter scriptum reliquit Paul.Castren,in l.in naue Saufeli.ff.loca.† Is enim sub nume.4.& seq.disputans de actione oneris auersi,& qñ competat, sub nu.6. inquit in hæc ferè verba. Difficile esse casum ponere, in quo hæc actio competat. Ego autem dicebam,& dico exemplum poni posse in istis assecuratoribus mercium, qui suscipiũt in se periculum rerum mari exportãdarum certa mercede constituta,atque recepta pro quolibet centenario,& promittunt,si perdantur merces,vel maris tempestate,uel aliis de causis emẽdare. nam si perdantur, potest agi ꝯ eos actione oneris auersi; quia huius oneris in se periculum suscipiunt.Hic enim concurrunt ea,quæ necessaria sunt;quia non suscipiũt periculum de re sua,nec præcedit alius ꝯctus, ex quo possit agi, unde si nõ interuenit stipulatio,sed simplex cõuentio, poterit agi hac actione. Sed si interuenit stipulatio cessat hęc actio;quia potest agi ex stipulatione,& subiunxit, tenentur Assecuratores de casu fortuito ẽt sine eorum culpa interueniente; cum enim ipsi non conducant merces vehendas, nõ possunt in illis culpam admittere. Vnde dicendum non est, ꝙ obligauerint se ad periculum eorũ culpa obueniens,sed etiam sine culpa.hæc Pau.quem retulit,& probauit Sant.in trac.de fideiuss.& spon.par. tertia,num.9.& qñ hæc actio competat, disputauit Baptista de sancto Bla. in tract. de actione,& eius natura in actione 161.oneris auersi,&c.qui tamen de Paul.Castren.& prædictis non meminit.Denique,& illud addendum est, ꝙ non actio oneris aduersi nominanda est, sed auersi sine d. ab auertendo, quia assecuratus periculum à se auertit in assecurantem (vt declaraui in prin.huius operis nu.9.) & ita in Pisana seu Florentina littera,quæ circumfertur,legitur.

SVMMARIVM.

1 *Stilus modo albus, modo niger, & multa de eo nu.1. & seq.numeris.*

2 *Interpretatio,ac restitutio ad l.Labeo.ff.de statulib.*

3 *Mercatores,qui non ut testes,sed tanquam experientes,& periti requisiti, quid in casu aliquo inter mercatores seruetur,asseuerant, an probent.*

4 *Casus mercantilis cum proponitur, in eo seruari debet stilus, & consuetudo mercatorum,quicquid de subtilitate iuris disponatur.*

GLOSSA XXXVIII.

Dechiarandosi, che de tutte le cose,non chiarite in detto scritto s intendano ad vso, & stile della Piazza di Firenze.

HAec clausula argnmento est, formulam hanc,qua vtimur,à Florentinis originem traxisse,quodque Florentini negotia magna, & ampla in ciuitate nostra superioribus annis habuerint, & primas obtinuerint inter extraneos mercatores. Quod hodie non est eis concedendum, sed & ego hanc clausulam,non laudo, sanctius enim esset, si in dispositione iuris communis remitterentur, tum propter loci distãtiam,tum ẽt quia uerum est illud uerbum, Quot homines tot sn̄iæ, & vnusquisq; in sensu suo abũdat, & inquit Satyricus.

Velle suum cuiq; est, nec voto viuitur vno, & quod Cassiad. inquit in tit.de rescr.dec.7.in fi.qui referendo Lapum alleg. 51.

1 stilum † modo album,& modo nigrum esse probat, & Stasil.in tract.de litteris gratiæ, pag.6. referendo Hostien.in princ.summæ,& scripsit Neuiz.in sua sylua Nupt.lib.3.num.32.sciendum. est etiam, quod stilus est instr̃m æneum, quo in ceratis tabulis antiquitus scribebatur. & appellatur graphium quo scribitur secundùm Luc.Pennen.in l.si qñ 2.C.de bon.vacan.nu.3. libr.10. inde factum est,vt pro scriptura ipsa orationis dicendiq; modo accipiatur.vnde Comicus in prologo And.inquit,dissimili oratione sunt factæ, ac stilo & facit l.1. C. de sacrosanct.eccles.vbi Iaſ. sub num.8.inquit,stilus accipitur aliquando pro consuetudine iudiciali alicuius curiæ, vt in ca.quàm graui.de crim.fal.& in c. ex litteris. de cõsti.aliqñ pro dispositione in scriptis redacta,seu redigenda,vt in d.l.fin glo.& citat Bar.in repet.l.de quibus.in 7. col.de leg. & vide sub num.10. est enim stilus ius non scriptum ab vno iudice sæpius circa sn̄ias, & acta iudiciaria introductus, fm But.in c.fi.col.4.de consue.quem retulit Nicol.Boe.in consil.8.in princ.ubi etiam citat Petr.& Cyn.in l.2. C. quæ sit longa consue Ioan.Fab.& Ang. in § ex non scripto.instit.de iure nat. gen.& ciui. sed & addes Fel.in c.2.nu.18.de rescrip.qui referendo Maria in rub.de consue. car.tertia ad fi.& Io.And.in ca.fi.de consuet inquit, stilus à consuetudine differt; quia illa generalis stilus autem respicit solam scripturam est.n.in scribendo, & dictando, ut dixit Alb.in d.l.de quibus,vbi Bart.consuetudinem generalem sentiẽs,inquit,stilus appellatur consuetudo,quę respicit ordinem loquẽdi,scribẽdi, vel procedendi, constituitur ẽt differentia inter stilum,& consuetudinem: hæc.n.inueterata

pro

Source : BIU Cujas

pro lege custoditur, cuius rei illa ratio redditur; qa nihil interest, suffragio populus voluntatem suam declaret, an rebus ipsis, & factis, vt inquit iurisconsultus in l. de quibus. ff. de legi. quæ si rationabilis sit contra ius commune tenet, vt in d. §. ex nõ scripto. doctores scripsere c. fin. de consue. & c. 2. eo. tit. lib. 6. ille verò scilicet stilus contra ius commune nõ valet ea ratione; quoniam magistratus creati ad ius reddendum legi derogandi potestatem non habent l. forma C. de off. Præf. Præt. & declarat Alexand. in consi. 36. viso themate, num. 10. ver. nec obstat. vol. 2. Dec. in consi. 11. num. 11 & in consi. 677. in fi. & probat Boer. in d. consi. 8. num. 19. prudenter itaque ad tollendas controuersias adiicitur, ad vso, & stile della piazza &c. quasi (vt vno verbo dicam) partes ipsæ, ad iudicialem consuetudinem, & mores Florentinorum se retulerint, & ius quo Florentini in mercatorum foro vtuntur, & illud non est nouum, quotidianum, & lõgeuum vsum causarũ pro lege seruari l. fin. C. de fideiuss. & scripsit Matthæus Afflic. deci. 79. in fine, in causa &c. & in deci. 263. duo regii &c. nu. 4. & seq. vbi de stilo quædam addit, & qui stilus curię vim legis obtinet, quod præceptor meus etiam probat in consi. 44. in fin. cuius initium est, absolutio &c. in primo. verum quod diximus, per magistratus non habentes vis legis cõdendæ stilum contra ius cõmune induci non posse Aym. Crauet. in tract. de antiq. tempo. par. 4. num. 36. tribus modis temperat. Primò, nisi stilus esset præscriptus secundùm Roc. de Cur. in rubr. de consuetu. col. 3. q. 4. secundò nisi stilus venisset in notitiã populi, aut maioris partis; quia tunc valeret in vim consuetudinis, vt eleganter declarat Alexan. in d. cons. 36. nu. 11. vsque in fin. in secundo, tertio, nisi huiusmodi stilus modum, & ordinem procedendi respiceret, cuius rei illa ratio redditur; quia vbi stilus ordinem procedendi respicit de modico præiudicio agi videtur, & probat Soc. in consi. 36. nu. 11. in 4. & in consi. 39. nu. 28. eod. vol. Quibus addes, quod tentauit dicere Io. de Ami. in consi. 42. in præsenti consultatione &c. vnã curiam posse sibi legem imponere, & successoribus, licet non alienæ curiæ, & sic stilum inducere posse contra ius sibi, & successoribus præiudicialem, non autem tertio, sed ipsimet curiæ, citat Bald. & Sali. in l. pen. de const. pecu. Alexand. in consi. 113. Viso, & diligenter, nu. 6. & sc. q. in 4. de quo responso superius disputaui, & de stilo adde Stefa. Auf. apud deci. Thol. sub nu. 115. & illud omittendũ non est, quòd vbi stilus allegatur, Iudex ex se experientes tabelliones, veridicosque, & expertos procuratores potest interrogare, vt notatur apud Bart. in l. 3. in fin. ff. de testi. vbi bonus textus, & dixit Bald. in l. j. in fin. C. vt quæ desunt Ad. & Boerius in d. consi. 8. nu. 17. † & apud eum citatur text. in l. Labeo. ff. de sta.
2 lib. & ibidem Benedi. de Plumb. sed lectorem admonuisse placet, quòd in ea parte legis, quæ ad id inducitur, in libro meo ita legitur, & si quæritur, cui eam diligẽtiam probari oporteat hæredi, an arbitratu viri boni morem agentium sequi debemus. Quæ littera mendosa est & in hetrusca littera sic legitur, & recte, & si quæreretur cui eam diligentiam probari oporteat, hæredũ arbitratum viri boni more agẽtium sequi debemus. Vnde non facit text. ille ad rem, sed prædicta comprobare posses ex his, quæ scripsit Deci. in consi. 447. in donatione &c. num. 10. vbi retulit Alex. in consi. 14. viso processu &c. in j. col. volu. 5. & adde Afflict. deci. 243. Nardus &c. in fin. Quibus duo in materia
3 mercaturæ addenda sunt. † Alterum de mercatoribus, qui nõ vt testes, sed requisiti tanquam experientes, & boni mercatores, quid in casu de quo est quæstio inter mercatores seruetur asseuerant, & qui de stilo solito inter eos seruari deposuerunt, vt probent secundùm Soci. nepotem in consi. 131. nume. 23. in ter. sed circa probationes inter mercatores adde, quæ scripsi in tract. de merca. in vltima parte in titu. de proba. Alterum est, quod idem Soci. nepos scriptum reliquit in consi. 27. & si pẽ-
4 sens &c. nu. 22. in secundo. † Cum casus mercantilis proponitur in eo attendi, & seruari debet stilus mercatorum, & consuetudo, quicquid aliàs secundùm iuris subtilitatem disponatur: sicut de statutis mercatorum dicitur a gl. & doctoribus, & maximè Baldo, & Saly. in l. 2. C. de constitu. pecu. sed considera; quia loquitur de consuetudine, & addit sicut mercatorum statuta in causis mercatorum seruari oportet, ita etiam seruari oportet eorum consuetudinem, & stilum, & vt vides ex relatis auctoritatibus hæc nomina doctores plerunque confundunt: tu verò circa decreta, & statuta mercatorum, ac consuetudines, vide q̃ scripsi in trac. de mer. præsertim in vltima parte vbi habes rubr.

SVMMARIVM.

1 *Testi vnico fidem haberi partium consensu fieri potest.*
2 *Interpretatio ad l. Theopompus. ff. de dot. præleg.*
3 *Dispositio, quòd non dicatur captatoria, si aliquid committatur amico tanquam bene informato.*
4 *Testi vnico quòd credatur, neque per statutũ, neq; per consuetudinẽ fieri põt.*
5 *Proxeneta si recognosceret manus assecuratorum absque iuramento stante nostra formula, nihil ageretur, nec prius iuramentũ præstitum sufficeret.*
6 *Iuramentum licet possit remitti a partibus testibus, non tamẽ potest a Papa & quod Papa non possit dispensare, quòd in dicendo testimonium in iudicio non interueniat iuramentum.*
7 *Papa non potest dispensare, quòd credatur unico testi in præiudicium alterius.*
8 *Testis persona tantùm, an persona, & dictum probetur, ualde refert.*
9 *Contrahens rem domini credens facere utilitatem domini, an teneatur fieri, si dominus contradicit, late disputatur, & refertur ad proxenetas, numer. 9. & sequent.*
10 *Interpretatio ad l. 1. C. de furtis.*
11 *Declaratio ad glo. in §. aliæ. instit. de actio. quòd in his, quæ dependent ab animo stetur dicto alicuius.*
12 *Proxeneta si intrauit stabulum domini, & equum extraxit & uendidit, credens id uoluntate domini facere, an committat furtum.*

GLOSSA XXXIX.

E vogliamo, che il sensale, ò mezzano, che farà detta segurtà, habbi lui solo, & sia bastante per fede autentica de sua mano, & p giuramẽto essendo uiuo alla recognitione delle lettere, & mano de ciascuno, che pigliarà danari per tal cagione.

COnuentioni huiusmodi standum esse probaũi in tract. de proxenetis, in quarta part. in illa q. cuius initium est. Illa etiam quæstio nu. 1. & seq. cum paulo inferius persona proxenetæ nominetur, conuentumq; sit quò ad cognitione manuum Assecuratorum eius dicto stari, & addes scriptis ibidem Alexand. in l. 1. in §. fin. nu. 1. & seq. ff. de verb. oblig.
1 †Qui probat auctoritatibus partium ꝯsensu fieri posse, vt vnico testi plena fides habeatur, & citat l. fi. C. de fideiuss. l. Theopompus. ff. de dote præleg. & l. fi. C. de sent. passis, & hæc sententia sane recepta est, vt doctores referendo testatur ibidem Ias. sub numer. 8. est enim, vt dixi, certa persona expressa, & fuit sententia Ang. in l. pactum inter hæredes. in fi. ff. de pact. & declarat Ioan. Crot. in d. §. fi. num. 3. ver. secundus casus, & uide Cassa. in consil. 37. num. 4. qui in arbitrio approbato loquitur, & quæ nouissime scripsit Iacob. Phil. in ꝯclusionibus suis, conclu. 5. libr. 1. facit l. 2. C. de ponde. & au. illat. in illis verbis, quia sua fide, atque industria, neque fallat, neque fallatur. Quibus addes Alciat. in d. §. fi. qui late disputat, & declarat sub nu. 23. & seq. numeris, & sub nume. 18. & seq. †declarat l. Teopompus. improbans communem
2 sensum; quia si ille tex. principaliter factus esset ob id, ꝙ staretur dicto illius electi a testatore non faceret ad titulum. Secundò; quia in casu illius legis videtur testatorẽ mẽtem suã expresse declarasse, quæ erat, vt Seia filia æqualem portionem dotis nomine haberet, sicut prima. Vnde sequitur, vt si electus nil dixisset, idem erat. Tertiò; quia secundùm interpretationem Bar. ibi est casus specialis fauore dotis; quia alias nõ staretur dicto illius electi tanquam dispositio esset captatoria. Quartò: quia in conclusione quæstionis apparet dubitari, an extra partem hæreditatis eadem summa esset præstanda minori Seiæ, non autem an ille electus probet, vnde ꝼm eũ interpretatio vera illius legis Theopompus, quæ vere in littera pisana græce scripta est ab illo verbo ita cauit, vsque ad verbum Pollianus, ꝙ dubitabatur, an dos esset danda Seiæ filiæ minori tanquam prælegata ꝼm naturam tituli ex communi pecunia omnium, de bonisq; communibus vltra partem hæreditatis, & ratio dubitandi erat; quia ꝼm eam conuinci videbantur verba testatoris, si dos illa fuisset statuta æqualis doti prioris filię, licèt non de bonis communibus, & potuisset illa filia accipere dotem, & hæreditatem repudiare si voluisset, lex tamen decidit, dotem dandam de bonis communibus; quia hoc modo est omnimoda ęqualitas cum filia prius nupta, & illa verba in textu, sciens mentẽ meam in æqualibus portionibus, non exprimunt ꝼm eũ, qualis fuisset mens sua, sed simpliciter attestantur, illum electum scire, numquid mens testatoris esset, ut æqualis dos daretur secundæ filiæ, & addit Alciatus, ꝙ dispositio nõ erat captatoria ibi, & propterea lex illa procedat fauore dotis; quia aliud est committere dispositionem in
3 voluntatem tertij: † Aliud committere alicui amico tanquam conscio de mente sua. & subiicit, & in hoc ille tex. est singularis, & placuit referre: est enim noua interpretatio, & Iurisconsultissimi viri. Pro qua faciunt uerba illa. Quæro, an eandem summã dotis nomine cohæredes extra partem hæreditatis minori filiæ præstare debeant. Non omitto tñ, ꝙ huiusmodi interpretationi non solum aduersari videntur illa verba, sciens mentem meam &c. verum illud magis, ꝙ a iurisconsulto in eadem lege proponitur. Pollianus. ſ. a marito puellæ iuratus scripserit, uoluisse patrem eandem quantitatem in dotem accipere etiã minorem filiam, quam maior accepisset. Nam si idem erat (vt Alciatus ait) & si Pollianus nihil dixisset, quorsum adiecit iurisconsultus dicta verba: & cum ex facto ius oriatur, vt in l. si ex plagis. in §. in Cliuo capitolino. ff. ad l. Aquil. aut arguendus videtur iurisconsultus, ꝙ non necessaria expresserit, aut ꝙ non sine ministerio dicta verba sint adiecta, & huic arg. nõ occurrit facile responsum, nisi quis relatam interpretationem Alciati defendendo diceret, non esse nouum, ut factum a iurisconsultis, prout se habuerit plerunque proponatur, in eo tñ, quod mouet fundamentum fieri, & consequenter Sceuolam auctorẽ dictæ legis, qui factum ipsum, vt plurimum proponere consueuit ex facto consultũ in omnimoda æqualitate, ex his quæ proponebantur

vim

vim feciſſe. Quod probari poſſet ex iis, quæ ſcripſit Bar. in l. 5. in §. ſi magiſter. ff. ad l. Aquil. dum exponit verbum benefacienti, facti accidentiã denotare, & ad interpretationem dictæ l. Theo pompus. adde Afflic. dec. 370. Domi. Anto. & c. & Paul. Pariſ. in conſi. 38. non videtur &c. nume. 64. & ſeq. in 3. ſed (vt vnde di-
4 uerteram, redeam) reddunt relati doctores in d. §. fin. † per ſtatutum, aut conſuetudinem fieri non poſſe, ꝙ credatur dicto ſolius teſtis, eſſet enim huiuſmodi ſtatutum, ſeu conſuetudo non ſolum contra ius ciuile, & canonicum, ſed etiã contra ius diuinum, idque receptum aſſeuerant c. in omni c. licet vniuerſis ca. licet ex quadam. de teſti. l. iuſiurandi. C. de teſti. Quod intellige, niſi neceſſitas ſubſit, vel euidens vtilitas ſuadeat, vt per Abb. & recen. in c. 2. de probat. & meritò dixi in trac. de proxe. in 4. par. in quæſtione, cuius initiũ eſt. Illa etiã quæſtio. nu. 33. Proxenetę enim publi. approbato, & in albo proxenetarũ deſcripto, & iurato ſi lege municipali caueatur, fidem habendam eſſe. Hoc enim euidens vtilitas mercaturæ, immo neceſſitas ſuadet, & qa Anconæ proxenetæ ſuffragiis mercatorum Præſide interueniẽ te creantur, & ſic contrahentium ſeu collegii mercatorum cõ ſenſus interuenit, certæque ſunt perſonæ in albo deſcriptæ, & ſic certus præfinitusque proxenetarum numerus, & facit pul. cher text. in l. 2. C. de ponde. au. vbi Luc. Pen.

Eſt & illud huic rei annotandum, cum iuramentum ex conuentione exigatur, ſi proxeneta abſque iuramento mãnum aſ-
5 ſecuratorum agnoſceret, nihil ageretur. † Nec puto iuramentũ, quod a proxenetis in principio officii de more generaliter præſtatur, hoc caſu ſufficere, & ita reſtringe, quæ dixi in trac. de proxe. in 4. parte ĩ illa quæſtione, cuius initium eſt, apud Berta chinum nu. 4. vt hoc caſu notato locum non habeant. Quibus illud addendum eſt, partes poſſe conuenire, ꝙ proxenetę nomi nato abſque iuramento fides habeatur: quia partes poſſunt remittere iuramentum teſti. ca. tuis. de teſti. vbi late doctores, & maximè Fel. hoc amplius, inquit eleganter Bar. in l. Lucius in fi. ff. de fideiuſ. ſi fides teſtis eſt a parte probata, creditur ei abſque iuramento, & refert Abb. ac probat in c. fraternitatis. in fin. de cler. non reſiden. & vide quæ ſcripſit Io. Crot. in repet. legis ne-
6 mo poteſt. nu. 2. ff. de leg. j. Et † licet partes poſſint iuramẽtum remittere, Papa tamen non poteſt diſpenſare, ꝙ in ferendo teſtimonium in iudicio non interueniat iuramentum ſecundũ ciuem meum, & magnum theologum Auguſtinum de Ancona in lib. de poteſtate eccl. quæſt. 55. articulo vltimo, quia eſt de iure diuino, vt teſtis iuret ex his, quæ habẽtur Geneſ. 31. vbi Iacob voluit teſtimonium ſoceri ſui Laban confirmari iuramẽto, quod dictum ſtupendum, & Canoniſtis incognitum, inqt Fel. in c. conſtitutus, nu. 23. de reſcript. & ſubiecit in hæc. verba. Non dicas contra Auguſtinum ſi pars poteſt remittere hoc iuramentum c. tuis. de teſti. cur non Papa? quia reſpondeo, hoc argumentum fallaciam continere, ſicut ſi a ſimili argueretur, ſic ſi poteſt aliquis donãdo rem ſibi ablatam facere, ꝙ illa ablatio non ſit furtum, cur non poteſt Papa facere, ꝙ auferens rem alteri inuito non committat furtum, eſt enim iuramentum teſtis inductum fauore partis, vnde ipſæ ei renunciare poſſunt, concedo bene, ꝙ parte volente valeret diſpenſatio Papę, ſed tunc fruſtra adiretur Papa pro diſpenſatione, tene itaque perpetuo mẽti dictum Auguſtini vulgo incognitum. Nec dicas hoc eſſe cla-
7 rum, per c. indicas Hermanum 3. q. 9. vbi dicit tex. † Papam nõ poſſe diſpenſare, vt credatur vni teſti ſoli in præiudicium alterius, de quo tex exclamat Lud. in ſingu. 714. an Papa &c. & per Alphabetum in verbo Papa, qula ille tex. optime ſeruit pro dicto Auguſtini. Tamen illud eſt diuerſum dictum, & minus mirabile: cum de iure diuino requiratur duo teſtes ad minimum. c. cum eſſes. de teſta. cum ſimilibus; ſed ꝙ non iuratum Papa nõ poſſit habilitare pro integro eſt mirabilius, cum hoc non ſit ita expreſsè de iure diuino deciſum, licèt de teſte periuro loquantur aliqui textus veteris teſtamenti allegati per Io. And. in regu la non eſt ſine culpa. col. 2. ibi. ſecundo ſic probo, de regu. iur. in 6. in mercur. hactenus Felinus, quem honoris gratia ciuis mei placuit ad verbum referre, de cuius laudibus ſcripſi in tract. de adiecto, in vltima par. circa princ. ſed & addes, quod de hac Au guſt. ſententia meminit Io. Crot. in l. j. in §. fi. ff. de verbo. obliga. ſub nu. 3. verſ. huic fundamẽto &c. & diſputando meminit Catel. Cot. in memoralibus in verſ. teſti non iurato, & vide quæ ſcripſit Alex. in l. militis. C. de mili. teſta. & Fel. in d. c. tuis, & no-
11 ta prædicta ad proclamationes, quæ quotidie fiunt, vt vno teſti credatur. Denique huic rei illud adiiciendum eſt ex relatis ver-
8 bis formulæ noſtræ liquere, † cum partes promiſerint ſtare dicto proxenetæ nominati in formula perſonam, & dictum approbaſſe cenſentur, vnde (vt dixi) plene probat intantum, ꝙ partes obiicere non poſſunt, ꝙ notatus ſit infamia, aut quid a-
12 liud, niſi noua ſuperueniret cauſa, citatur glo. not. in auct. de teſti. §. & licet. in verſicu. ſuppliciis. nam quando perſona tantum approbatur, permittitur eius dictum infringere, & ſemiplene probat, iuxta ſcripta a Baldo in l. in bonæ fidei, num. 8. C. de rebus creditoribos. Iaſ. in dicto §. fina. num. 8. & ibidem Alciat. ſub numero 33.

Et quoniam de proxeneta hic agitur, placet quotidianam quæſtionem ſubiungere, quæ addi poterit iis, quæ ſcripſi ĩ trac. de Proxen. Angelus Peruſinus non leuis iuris interpres in l. j. C.
9 de furtis, circa finem ſcriptum reliquit. Hic eſt caſus † ꝙ contrectans rem domini credens facere vtilitatẽ domini tenetur furti, ſi dominus contradicit, & talem vtilitatem non vult, & ſubiungit, & ideo Proxeneta equorum ſi intrauit ſtabulum domini, & extraxit equum, & vendidit credens facere vtilitatem domini, tenetur furti, ſi dominus contra dicit, tene menti: quia videbatur contrarium cum furtum non committatur, ſi deficit affectus, vel animus lucrandi l. j. ff. eo. ſed reſponde, ꝙ ſufficit habere animum lucrãdi ſibi, vel alteri. ff. eo. l. ſi quis perferendum. hactenus ille in ſupraſcripta verba, quem retulit Iaſ. ibidem nõ tamẽ bona fide, addidit enim familiarẽ domini fuiſſe Proxenetam, & equum ab eo venditum vitioſum, quæ non leguntur in meo codice, Angeli ſcilicet commentarii, ſubiunxit Iaſon, Tu aduerte; quia textus iſte non probat hoc: quoniam illi mandata rii, de quibus in textu, non faciebant vtilitatem domini, tamen
10 Angeli auctoritas eſt magna. hæc ille. Ego † autem circa prædicta nonnulla conſiderabam, & illud primum, ꝙ in caſu dictæ l. j. C. de furt. mandatarii illi ſerui ſciebant dominum nolle, vt exponendo inquit Accur. in Glo. 2. & Saly. in 2. oppoſitione ait, ſciebat emptor dominum nolle, ideo furtum committit, vt in ſecunda Gloſ. & hoc domino ratum non habente. Paul. etiam Caſtr. in poſitione caſus inquit, ſeruos tradidiſſe pecuniã ei, cui mandauit, vt emeret ſcienti pecuniam eſſe domini, & cõtra voluntatem domini exportatam, Ioannes autem Fab. in eadem l. inquit ibi comparauerunt nomine ſeruorum, & ideo tenentur furti, quamuis non haberent animum ſibi lucrandi; quia nedũ opem, immo furtum ipſi faciebant, licet ad vtilitatem confurũ videlicet ſeruorum l. ſi quis perferendum. ff. de furt. aliàs obſtaret. ff. eo. l j. & l. qui ſaccum; Item dic, ꝙ ſerui volebant furari domino & ipſi ſciebant, ꝙ inuito, vel ignorante domino pecunia tradebatur. ff. commo. l. ſi ſeruus. ſupra quod cum eo. l. ſi liberã, & addit in fin. Nota, ꝙ hæc lex eſt hodie ſæpe in facto, non in ſeruis, ſed in filiis, & vxoribus tradentibus pecuniam patrum, & maritorum, vnde licet lex illa generaliter nimis ſcripta ſit: tamẽ ex interpretationibus relatis propter oppoſita, merito inqt Iaſon non probat hæc lex, quod ait Ang. ſed & addes, ꝙ Alber. in ea. l. j. nu. 14. opponẽdo, ꝙ furtum committatur animo lucrãdi, & emptores illi non haberent animum lucrandi, reſpondit, ꝙ lucrabantur; quia emendo quærebatur ſibi, licet ad reſtituẽdum aſtricti eſſent, vel ſecundùm Iaco. ab Are. hi habuerũt animum lucrandi, & non tradendi mandantibus, & ideo his quæritur, vel (ſubiicit) lucrum eſt quoad dominum, cuius erat pecunia, licet non habuerint animum ſibi lucrandi, ſed tradendi alii, quod ergo in l. j. ff. de furt. dicitur, furtum committitur animo lucrandi, ſubaudi ſibi vel alii. Nam mandatarii opem præſtare videntur, & meritò tanquàm principales tenentur, d. l. ſi quis perferendum, & eſt notabile ſecundùm Iac. de Rau. & probat Cy. & probauit Io. Fab. (vt retuli) ſubiecit ſecundùm alios Albericus ſatis lucrari, quia obligãt ſeruos ad antidora, quod cenſetur lucrum l. ſi pigno. ff. de furt. Notanda tamen eſt relata præcedens ſolutio, quæ congruere videtur verbis, & menti Imperatoris in d. l. j. C. de furt.

Verùm vt ad id quod in initio dixi, & propoſitam quęſtionẽ redeam, Imperatoris illa eſt optima diſtinctio in §. furtum. in verſ. placuit. inſtitu. de oblig. quæ ex delic. naſcuntur, eos qui rebus alienis vtuntur, ſi ſe intendant inuito domino facere, eumque ſi intellexiſſet non permiſſurum furtum committere. At ſi permiſſurum credant, extra crimen videantur, ſed & Bart. in l. inter omnes. in §. recte. ff. de furt. referendo Glo. in dicto verſic. placuit. rem clarius explicat, in hæc verba. Aut quis habuit rem ab initio domini voluntate, vt quia dominus ſibi commodauit equum vſque ad villam, & tunc facile poteſt credere dominum permiſſurum in iter longius, ſed ſi ab initio ſubtraxit domino ignorante, tunc non eſt credendum furi: hoc ſatis placet, & ſubiicit tamen breuius, poſſumus dicere, ꝙ contra furem eſt præſumptio iuris, ꝙ ipſe credit dominum non permiſſurum; cum nemo præſumatur iactare ſuum, & pecuniam ſuam, vt infra eo. l. qui vas §. vetare; Et ideo niſi fur oſtendat aliqua indicia veriſimilia, propter quæ ſit credendum ipſum putaſſet dominũ permiſſurum, non credatur ei. † Nec obſtat glo. in §. aliæ. inſtit. de actio. quia illud eſt verum, in quibus non eſt iuris præſumptio contra aſſerentem, argu. l. ſi nõ conuitii. C. de iniur. & Bar. probauit, commendauit, & ad verbum retulit Areti. in d. §. furtum, confugiendum eſt ergo, vt Ioan. Fab. ibidem etiam elegãter tractauit, ad coniecturas, an habuerit cauſam credendi nec ne; † Vnde ſi dominus fuiſſet amicus Proxenetæ (vt plerunque euenit) quia Mercatores habent Proxenetas, quorum miniſterio, & opera vtũtur, & Proxeneta honeſtæ famæ ac vitę ſit, malus animus non præſumatur, quod ſenſit Ioan. Fab. in relato loco, & coniectura familiaritatis bona ſit, & excludat malum animum regulariter in re aliena præſumptum inquit Albe. in d. §. recte. ſed & addes circa Bart. ſentẽtiam, & præcipue declaratio-

nem

Source : BIU Cujas

nem Glossæ in §. aliæ Iaſ. in citato §. quem legit cum §. ſed iſtæ. num. 92. & ſeq. Mar. in l. j. C. de ſica. & in conſi. 96. num. 8. Iaſ. qui plura refert in conſi. 84. nu. 7. in primo. Et illud etiam non eſt omittendum, quòd Iaſon referendo Angelum inquit, Proxenetam familiarem domini vendidiſſe equum vitioſum domini, ſine licentia domini, & tamen quòd equus eſſet vitioſus, nõ dixit Ang. in meo nanque codice nõ legitur. Nam ſi equus vitioſus, aut morboſus eſſet, coniectura non leuis ſuboriretur ad excludendum malum animum admittendi crimẽ furti, & hoc ſenſiſſe videtur Io. Fab. in d. §. furtum, dum inquit. Vnde ſi rem perituram reperit, velut ouem, vel animal fugitiuum, vel lupo abſtulit, non præſumitur malus animus, vel ſi Dominus rei ſit amicus, & recipiens homo honeſtus, non iudicarem malũ animum. hæc ergo Gloſſa, ſubiecit, intelligenda eſt in dubio, ſed in caſu certi quo crederet dominum permiſſurum, & conſtaret, nunquàm furtum committitur (vt dixi) nec hæc Gloſ. procedit, & ita eſt veriſimile Gl. intellexiſſe: Vnde ait, videtur expeditius, ꝙ recipiens proteſtetur coram teſtibus, ꝙ credit dominũ permiſſurum, & ꝙ in caſu quo non placeret offert reddere; Nã in dubio nõ præſumitur velle, d. l. qui vas. in §. vetare, & placuit ad verbum referre: quia docte quidem ſcripſit: vt Ang. Aret. dixit ibidem, & habes ſolutam quæſtionem propoſitam.

SVMMARIVM.

1 *Aſſecuratio ſi eſt facta ſuper duobus nauigijs frumento onuſtis, quorum alterum maiorem numerum frumenti continens naufragium fecerit diuerſis modis ſubſcriptionib. factis ad formulam aſſecurationis, quomodo intelligenda ſit, num. 1. & ſeq. numeris.*

2 *Subſcriptiones factæ per Aſſecuratores ad formulam aſſecurationis an referendæ ſint ad principalem diſpoſitionem, ſeu magis ad aliàs ſubſcriptiones num. 2. & ſeq.*

GLOSSA XL.

Fatta per me Marino Benincaſa de commiſſione de Pietro Fãtolini al preſente Mezzano di detta ſigurtà in Ancona.

HIC illud eſt annotandum, ꝙ licet huiuſmodi aſſecurationis chirohraphum à Tabellionibus conſcribi ſoleat, non tamen vt Tabelliones ſunt rogati, & inſtrumentum conficiunt, eligitur ergo Notarius ad ſcribendum formulam. eſt ergo priuata ſcriptura, nõ publi. (vt in ſuperioribus declaraui) adiicitur & non Proxenetæ, qui cõuentionis initæ inter Aſſecuratores, & Aſſecuratos mediator fuerit; Deinde Aſſecuratores periculum ſuſcipientes pro certis ſummis ſe ſubſcribunt chirographo, vt apparet in formula poſt Proœmium, ſeu Præfationes deſcripta, quam (ſi placet) videbis propter quæſtionem ſtatim referendam.

Cum quidam Mercatores præfectos annonæ ciuitatis Anconę aſſecuraſſent de, ſeu ſuper frumẽto quo duo nauigia onerarentur an oneri præpoſito quodam in loco orientali ad portum Anconæ, & quorũ nauigiorum diuerſi Magiſtri erãt, vulgo Patroni. Alterius enim quidam Solimanus Rais anchorã, ſeu regimen habebat, alterius quidam Io. Petrus, & chirographo aſſecurationis de more facto, Benedictus Gondula aſſecurando ſe in hæc verba ſubſcripſiſſet. Ego Benedictictus Gondula aſsecuro modo quo in chirographo cõtinetur pro ſcutis ducentum & quinquaginta, ideſt ſuper quolibet medietatem; & poſt eum Hieronymus Germus aſſecurando ſubſcripſiſſet pro ſcutis centum quinquaginta, addendo medietatem pro nauigio: Deinde quidam alii Mercatores pro certis ſummis nõ adiectis relatis verbis, medietatem pro quolibet aſsecuraſsent, & poſt hos Alouiſius Piſſonis ſubſcribendo dixiſſet ſe aſſecurare pro ſcutis centum quinquaginta, addendo, ideſt medietatẽ pro quolibet ipſorum. Reliqui verò ſimpliciter ſubſcribendo aſſecuraſſent, hoc verbo addito, vt ſupra cõtinetur. Quæſitum fuit

3 † cum alterũ ex dictis nauigiis naufragium feciſſet, in quo maior numerus frumenti fuerat impoſitus, quàm in alio, quod ſaluum portui Anconæ applicuit, & præfecti Annonæ vellent exigere ab Aſſecuratoribus, qui ſimpliciter ſe aſſecurando ſubſcripſerũt, & ab his qui ſubſcripſerint, clauſula adiecta, vt ſupra non ſolum medietatem ſummæ aſſecuratæ, ſed quod pluris eſſet, pro rata riſichi, ſeu danni quod demonſtraretur, tranſcendere medietatem, in nauigio nanque frumento onuſto, & qđ naufragium fecerat maior numerus frumẽti impoſitus fuerat, num audiendi ſint nec ne? In propoſita quæſtione audiui expe rientes Mercatores interrogatos reſpondiſſe, tam illos, qui ſimpliciter ſubſcripſerunt quàm eos, qui clauſula addita, vt ſupra pro dimidia ſummæ aſſecuratæ tantum teneri, nec referre qđ in nauigio, quod naufragium fecerat maior numerus frumenti fuerit impoſitus; De his enim qui addiderunt medietatẽ pro quolibet nauigio non dubitatur, & dicti Mercatores conſiderabant verba aſſecurationis relata ſuper nauigiis, quorũ alter magiſter eras Salymanus Rays, alter Io. Pet. & ꝙ nõ erant adiecta verba illa declaratiua, q̃ de more adiici ſolere aſſeuerabant, qñ talis eſt partiũ intentio. Tutto ſu l'vno ſu l'altro, & parte ſu l'vno, & parte ſu l'altro; Putabant etiã aſſecurantiũ intentionem fuiſſe aſſecurare ſup duob. nauigiis; cũ forſan ſuper vno nõ fuiſſent ꝓtenti aſſecurare; idq; demõſtrari dicebãt ex ſubſcriptionib. illorũ, q modũ aſſecurãdi declarauerunt, dicentes ſup quolibet. ſ. nauigio medietatẽ. Addebantq; pulchram rationẽ candẽ intentionẽ, & præfactorũ annonæ fuiſſe iudicari poſſe ex eo, ꝙ ſi alia fuiſſet, vtiq; non acquieuiſſent ſubſcriptionib. illorum, qui declarauerunt ſuper quolibet nauigio medietatẽ, quæ ſnĩa in dubium poſſet reuocari, licèt. n. aſſecuratio facta ſit ſuper bregantinis, non tñ aſſecuratio facta eſt de nauigijs, ſed de frumento quo onerandi erant: Aliud quippe eſt continens, aliud contentum ſecundùm propriam ſignificationem. l. ſolent, vbi notatur. ff. de off. Proconſu. & leg. & notauit Bald. in l. cũ proponas. C. de nau. fæno. nu. 4. & ſeq. diuerſa nanque ſunt corpora nauis, & frumenti, & diuerſa vocabula facit l. ſi ſerui electione. ff de leg. 1. & Labeo. ff. de ſuppel. leg. Accedit, quod Diuus Aug. ait de ciuit. Dei lib. 11. c. 8. is enim exponens illud Gen. die ſep. requieuit, Deus exemplis demõſtrauit, per id quod continet, id quod continetur ſignificari, meritò aſſecuratio interpretanda eſt ſm numerum frumenti in eis impoſitum, & finge contra naufragium feciſſe illud nauigium, in quo minor numerus frumenti & illud in quo maior numerus erat ſaluum ad portum Anconæ peruenisſe, vtique Aſſecuratores vellent pro rata oneris teneri: non ſunt ergo audiendi in eo, cuius cõtrarium non eſſent poſtulaturi; Præterea ſubſcribentes clauſula adiecta, vt ſupra, quæ eſt relatiua præcedentiũ, vt per glo. & Doct. in cle. cauſam. de ele. & Cur. Iun. in conſi. 156. nume. 7. † & ſimpliciter ſubſcribentes cẽſendi ſunt ſe retuliſſe ad principalem diſpoſitionem, cui ſe ſubſcripſerunt, nõ autem ad ſubſcriptionem aliorum, qui adiecerunt de medietate ſuper quolibet nauigio: quia hæ ſubſcriptiones acceſſoriæ ſunt, & cum ratio hoc ſuadeat, vt ad principalem diſpoſitionẽ fiat relatio, ad proxima referenda nõ ſunt iuxta doctrinam Bar. in l. talis ſcriptura. in §. fi. ff. de leg. 1. & facit text. & quod ibidem notauit Bar. in l. fi. in §. Titia. ff. de liber. leg. ꝙ relatio fit ad id, quod principaliter in oratione ponitur, non ad ea, quæ ſunt acceſſoria, & demonſtrationis cauſa poſita, & ſcripſit Iaſ. in d. l. talis ſcriptura. nu. 35. verſ. 7. intellige &c. & dici poſſet, ꝙ ſi hi qui ſimpliciter ſubſcripſerunt, voluiſſent aſſecurare, pro dimidia ſummæ promiſſæ ſup quolibet nauigio expreſſiſſent, prout alii expreſſerunt, ſubſcribendo ergo ſimpliciter ad modum oneris, & frumenti numerum in vnoquoque nauigio ſe retuliſſe cẽſendi ſunt arg. l. vni. in §. ſin autem ad deficientis. C. de cad. toll. & faciũt ſcripta à Paul. Pariſ. in cõſ. 35. nu. 18. & ſeq. vol. 3. Verùm Mercatorum relatorum ſententia defendi poſſet ex quibuſdam iuris regulis vulgaribus quidem, ſed ad rem pertinentibus, & certe ex iis quæ proponuntur, negari non poteſt verba eſſe dubia: Placuit autem veterib. pactionem obſcuram, & ambiguam contra eos interpretandam, qui in verbis ꝯctus fundamẽtum faciunt; quia in poteſtate eorum erat legem apertius dicere l. veteribus. ff. de pactis, regula in contrahenda. ff. de reg. iu. l. Labeo ſcribit. ff. de cont. emp. præterea regula eſt, ꝙ vna determinatio reſpiciens plura determinabilia debet æqualiter terminare l. iã hoc iure. ff. de vulg. l. quanuis. C. de impu. mouent me etiam relatæ Mercatorum rationes, & in hanc ſnĩam inclino, vt æquis partibus aſſecuratio facta cẽſeatur, dimidia ſcilicet pecunię aſsecuratæ pro quolibet nauigio, nulla ratione habita, ꝙ plus, minusve oneris in vno quàm alio fuerit poſitum, & hęc ſententia defendi poſſe videbatur, & oppoſita remoueri: Nam etſi negari non poſſit, frumentum aſsecuratum fuiſse non ipſa nauigia, & hæc diuerſa eſse, frumentum ſcilicet, & nauigia, veruntamen eſt ad duo nauigia relatio habita, & neceſsariò non ſequitur, pro rata immiſſi frumenti in eis aſsecurationem iudicandam; cum poſſit intelligi aſsecuratio facta pro dimidia ſummæ in vnoquoque nauigio; Illa ſcilicet ratione; quia Aſsecuratores noluiſsent periculum magis in vno, quàm in alio nauigio ſuſcipere, & multæ cauſæ conſiderari potuerint, quòd hæc aſsecurantium fuerit intentio: & hoc etiam naturalis ratio ſuadere videtur, & æquale periculum fuerit, & non maius in vno, quam in alio. Pro quo eſt argumento quod dicitur, vnam, & eandem rem non debere diuerſo iure cenſeri. l. eum qui ædes. ff. de vſucap. l. 1. in illis verbis, nec ratio patitur. ff. de rerum permu. cum multis relatis ab And. Tiraquel. qui declarat in comment. de vtroque ret. §. j. gloſ. 18. nu. 21. & ſeq. & in tract. de nobilitate. ca. 28. nume. 11. & ſeq. & cum cõtrariorum ſit eadem diſciplina, quoad iuris diſpoſitionem l. ſi §. fin. ff. de leg. 3. l. pen. C. de ſolut. Bar. in l. inter ſtipulantem. in §. ſacram. ff. de verb. obli. & ſcripſit Io. Crot. in rubr. de acq. poſſ. nu. 7. & ſeq. admittendum videtur, ſi per contrarium nauigium ſummerſum eſset, in quo minor num. frequẽti impoſitus eſset, & aliud ſaluum ad portum Anc. veniſset, in quo maior eſset frumenti numerus, vt pro dimidia aſsecuratæ pecuniæ, & non vltra Aſsecuratores teneantur. [Hoc enim & naturalis ratio, & prædicta ſuadent, cum diuerſa ratio, quæ moueat, conſiderari non poſſit, idque notandum arbitror. Nec etiã moueat, ꝙ dicebatur de diſtinctione vt ſupra, & ſubſcriptionem referendam ad principalem diſpoſitionem. Nam & ſi concedimus, aſsecuratio reſpicit duo nauigia, & licèt cauſa oneris, rationibus tamen relatis aſsecuratio interpretãda uidetur, vt ſupra. Audio ẽt de more eſse Mercatorum, vt ſcribentes

ſimpliciter

Source : BIU Cujas

ſimpliciter ſemper intelligantur rationem habere ad primum ſubſcribentem,qui rem explicare,atq; declarare ſolet, ea enim quæ ſunt moris,& conſuetudinis,admittenda ſunt l. quòd ſi no lit.in §.quia aſſidua.ff.de ædil.edic.& facit l.vel vniuerſorum ff. de pigno.actio.& præcipue in huiuſmodi negotio conſuetudo ſpectanda eſt,vt in auct.de vſu.nau.in fi.col.9.& l.deprecatio.ff. ad l.Rho.de iac.quibus addes,quæ dixi in Gloſ.in 5.Dechiarandoſi che de tutte le coſe &c. Gloſ.28. argumentum etiam ſumptum ex l.vni.in §.ſin autem ad deficientis.C.de cad.toll.retorqueri poteſt ex prædictis,& ratione Mercatorum in ſuperioribus relata non quidem contemnenda,& ad argumentum vidē dus eſt Dec.in conſi.15.in fin.Goz.in conſi.30.nu.8. & ſequent. Iaſ.in conſi.42.in volum.1.Aym.in conſi.297.colum.7.& ſeq. Cur.Iun.in conſi.49.num.7.Hoc amplius Benuenutus tentabat dicere. Si omnes Aſſecuratores ſimpliciter chirographo aſſecurationis in relata verba cōcepta ſe ſubſcripſiſſent, vno ex dictis nauigiis naufragium faciente,non amplius teneri, quàm ℔ dimidia pecuniæ aſſecuratæ,mouent eū relatæ rationes,quæ huic rei etiam (ni fallor) congruunt,nulla ratione habita,ſiue nauigium naufragatum plus, ſiue minus oneris contineret, quàm illud quod ſaluum ad portum aduenerit. Verba tamen aſſecurationis ſpectanda ſunt.

Poſtquàm ſubſcripſerunt ſe Aſſecuratores pro certis ſummis ſpeciatim declaratis, & qui fatētur ſe recepiſſe periculi pretia, ſolet & proxeneta aſſecurationis ſe formulæ, & chirographo ſubſcribere,& in ſubſcriptione teſtari, & de manu Aſſecuratorum,& de certis pretiis receptis ratione ſuſcepti periculi,ad iectis,die,menſe,& anno,& deinde notariū qui formulam, ſeu chirographum conſcripſerit nominare;Hic ergo ſolum annotandum eſt quod dixi paulo ſuperius in clauſula, & vogliano che il ſenſale &c.Gloſſ.39.

BENEVENVTI STRACCHAE PATRITII ANCONITANI.

De Adiecto.

SVMMARIVM.

1 *Adiectus ab adijcio verbo deſcendit, quod plures ſignificationes habet. & ſequen.num.*
2 *Præpoſitio,ad,acceſſum ad terminum non ingreſſum ſignificat,contra verò præpoſitio,in.*
3 *Appello Cæſarem ſeu ſummum Pontificem ornatius dicitur,quàm appello ad ſummum Pontificem.*
4 *Virgilij locus declaratus decimo Aeneid.*
5 *Adiectus quartæ declinationis idem quòd adiectio.*
6 *Titulus de in diem addictione,& non adiectione inſcribendus, quod comprobatur pluribus.*
7 *Addicti qui dicantur.*
8 *Ciceronis locus de oratore, ſeu dictum falſiſſimum.*
9 *Addico vnum ex tribus Prætoris verbis,Do,Dico,Addico. Item facti dies,& nefaſti qui,eo.nu.*
10 *Prouerbium illud adijcere nummo,declaratur.*
11 *Adijcialis cœna quę eſſet apud veteres,declaratur.*
12 *Interpretatio ad § ſin.inſtitu.de ſucceſ.lib.*
13 *Interpretatio ad l.3.ff.de vſucap.*
14 *Adiectus aliquando pro cohærede.*
15 *Interpretatio ad l.verbis ciuilibus.ff.de vulga.& pupil.*
16 *Stipulari alteri nemo poteſt.*
17 *Acquiri non poteſt nobis per liberam perſonam,quæ noſtro iuri ſubiecta non ſit,vel nobis bona fide non ſeruit,& pulchre de ratione.*
18 *Rei ſtipulandi quomodo cōſtituantur. & num.22.& ſeq.*
19 *Stipulatus ſibi aut Titio decem, vna decem ſtipulatus intelligitur, & declaratur.*
20 *Stipulans ſibi,& Titio decem, eadem decem ſtipulatus intelligitur, & valet ſtipulatio in decem.*
21 *Alternatiua adiecta inter perſonas honoratas ſiue in contractibus, ſiue in vltima voluntate reſoluitur in coniunctam.*
22 *Alternatiua adiecta inter perſonas conſtituit adiectum.*
23 *Stipulatio alternaniue per duos facta inter eos, quorum alteri tantum poteſt acquiri,an conſtituat adiectum.*
24 *Bartolus declaratur,atque defenditur in l.2.ff.de duob. reis, dum loquitur, quomodo duo rei credendi conſtituantur.*
25 *Adiectus per alternatiuam conſtituitur.*
26 *Adiectum conſtitui, quare veteres decreuerint, cum quis ſibi, aut Titio ſtipulatur.*
27 *Mercatura vix poſſet exerceri,ſi adiecti conſtitui non poſſent.*
28 *Adiectio vt teneat, neceſſe eſt, vt perſona inueniatur, in qua conſiſtat obligatio.*
29 *Adiecti deſcriptio ſecundum Baſ.& ſecundum auctorem num.31.*
30 *Adiectus an poſſit reuocari,& an is dicatur Adiectus, vbi Baſ. & Raph. improbantur.*
31 *Significationi vocabuli ſtandum eſſe regulariter,& quare.*
32 *Adiectus conſtituitur in ipſa conuentione non ex pacto,ſed ex interuallo.*
33 *Pactum de ſoluendo alteri,an poſſit reuocari,diſputatur,& ſoluitur quæſtio quotidiana.& ſequen.*
34 *Bartolus declaratur in l.ſi cum Cornelius.ff.de ſolu.*
35 *Interpretatio ad l.ſi cum Cornelius.ff. de ſolu.*
36 *Promiſſionis intereſt poſſe pluribus ſoluere.*
37 *Adiectus aliquando creditoris commodo conſtituitur.*
38 *Adiectus ſolutioni ſuo commodo an adiectus dici poſſit.& ſeq.*
39 *Adiectus in rem ſuam veluti procurator poteſt conſtitui.*
40 *Vendens rem alicui cum promiſſione de euictione,ſi emptor alij donauit rem emptā, & à donatario fuerit euicta,vēditor,nec emptori, nec donatario, tenetur,quia non intereſt donanti s,quod declaratur duob. modis ſeq. nn.*
41 *Obligationis antidoralis effectus notabilis,& alij plures relatiue.*
42 *Interpretatio ad l.liber homo.in §.qui fundum.ff.de verbo.oblig.*
43 *Adiectio nullum ius acquiritur, ſed tantum ei recte ſoluitur.*
44 *Verba obligatiua in Adiectū conferri nō poſſunt, ſed reſpicientia ſolutionē.*
45 *Adiectio perſonæ licèt poſſit dici de acceſſorijs ſtipulationis, propriè tamen loquendo non dicitur acceſſoria obligationis.*
46 *Adiectus non habet petitionem.*
47 *Item conſtitui ſuo nomine non poteſt.*
48 *Adiectus agit cum mandato creditoris, & cautela docetur ad effectum agendi.*
49 *Adiectus ſine mandato creditoris non poteſt nouare nec acceptum facere.*
50 *Item ceſſionem non poteſt recipere.*
51 *Verbum,ſoluere,adiectum pecuniæ verbo ſtrictè accipitur,& naturalem ſolutionem requirit.*
52 *Adiectus donare non poteſt.*
53 *Adiectus fideiuſſionem recipere non poteſt.*
54 *Item pignus adiecto datum repetitur; quia eidem bona obligari nō poſſunt.*

D. OPT. MAX. IMPLORATO AVXILIO.

QVottidianus frequenſque eſt Adiecti tractatus, præcipue inter mercatores, & de hoc quidē adiecto apud veteres Iuriſconſultos complures quæſtiones elegāter tractantur. Apud recentiores verò nulla penè mētio,& hoc ordine eundum eſt.

Primum de vi nominis,eiusque ſignificatione, proximisque atque coniunctis verbis pauca dicemus. Vbi quid ſit adiectus, & de eius iure ſeu poteſtate conſtabit.

Poſtea quid in eius perſona deſignari,ſeu conferri poſſit ordine non contemnendo diſputabimus.

Vtilis ſequetur poſt hæc diſputatio, Quando adiecto ſolui poſſit, Quæ euidentioris intellectus gratia ordine ſoluetur regula ſcilicet,ampliationibus, & limitationibus.

Tum quæſtiones complures quottidianas inſeremus.

Ad extremum quæſtio proponetur,Qua actione adiectus teneatur,& de aliis actionibus ad materiam pertinentibus diſputabimus.

¶Prima Pars.

QVoniam omne principium, aut rei totius,quæ agitur ſignificationem habere debet, aut aditū ad cauſam, & munitionem, aut quoddam ornamentum, & dignitatem,vt admonet Cicero in lib.de oratore,ſecūdum propoſitum ordinem exordiemur.

1 Adiectus † ab adiicio verbo, quod duplici,i,ſcribendum eſt, deſcendit,pluresque ſignificationes habet. Aliquando enim tā quam ex ad,& iacio compoſitum,ſignificat iacere ad, † quæ p̄-
2 poſitio proximitatem notat:cum motus ſignificatur, ita vt acceſſum ad terminum, non ingreſſum oſtendat, Cæſar ter.bel. Gal.vt neque ex inferiori loco ſatis commode tela adiici poſſent,& miſſa a Gallis grauius accederent.Hinc dicimus, ad tribunal venit litigator, in tribunal iudex:ſecundū nanque Grāmaticos,in tribunal ire, eſt illud intrare, ad tribunal verò ire, eſt in locum tribunali proximum ire,& vide l.non putabam,& ibidem Alb.ff.de condi.& demonſtra. & quoniam hæc præpoſitio Ad,ex ſubiecta materia aliter atque aliter accipitur, vide Archid.in capit. ſi gratioſe de reſcript.lib.6.Alb. in ſuo vberrimo repertorio,in præpoſitione AD, vbi copioſe tractat, & inter alia illam quæſtionem apud veteres ſatis agitatam refert, Si lex municipalis inſultū,vt aiūt.ad domum certa pœna punit, quid ſi in hoſtio vel porticu domus fiat;quæ explicatur a Ioan. de Ami.in conſi.4.in cauſa litigata. num.4.& nouiſſime refertur ab Anto.Bart.in tract.de temp.vti.& cont.cap.18.nume. 20. de qua etiam præpoſitione multa doctorum loca congregauit Andr.Tiraquel.in tract.de vt.ret.§.j.gloſſ.9.num.67. Sed & pro iuxta,aliquando accipi. And.etiam Alcia.in commentariis de verborum ſignifica.ſcriptū reliquit,quod & Alb. vbi ſupra notauerat, & quia aliquando conditionem facere plerique dixerunt,adde Caro.Ruy.in conſi.177.viſis & intellectis, nume.7. & 12.volum.j.vbi declarat. Nec illud omittam † ſolent Aduocati in appellationibus concipiendis dicere, Titius prouocat,
3 &appellat ad S.D.N.ornatius diceret, Appello S.D.N.ſeu Cæſarem abſque præpoſitione Ad,vt Papinianus docet in l.in honoribus.§.fin.ff.de vaca.mun.& legitur in Actis Apoſtolorum Diuum Paulum dixiſſe appello Cæſarem; ſed ad inſtitutum reuertor meum.

Adiicio

Beneuenuti Stracchæ. De Adiecto.

Adiicio aliquando significat consentire, vt apud maximum poetarum decimo Aeneidos.

Tercentum adiiciunt mens omnibus vna sequendi.

4 † Vbi Seruius optimus apud Grammaticos interpres exponendo ait, adiiciunt, ideſt accedunt, & conſentiunt eius voluntati, ſeu forſan ſermo eſt eclipticus, vt ſit, adiiciũt illi animum, aut ſtudium, aut voluntatem. Habet & illam notiſſimã ſignificationẽ, ſcilicet addere, † vnde & adiectus quartæ declinationis idem, quòd adiectio, vt apud Victruuium lib. 9. c. 9. appellat
6 enim eo in loco cunearum adiectus. † Hinc & adiectio, & titulus de in diem adiectione, ſeu (vt Laurentius Valla putat) de in diem additione, cuius ſententiam probat Bud. in eod. titu. in annot. ſuis ad Pandectas, vbi propterea multa iuris loca quæſiuit reſtituere, & in eadem opinione fuit Iaſ. in l. ab emptione. ff. de pact. & quiſquis is fuit, qui addidit dictionario Alberici poſt verbum adiacere. Quoniam in illo titulo non agitur de die emptionis præſtituta, ſed de re addicta in diem certum, ideſt venũ- 12
data. Adiicere nanque eſt licitanti rem auferendam permittere, quod vernacula lingua dicimus deliberare; quomodo accipitur in titu. C. Ne pro dote mulieris bona quondam mariti ad. ex quo, vt inquit Bud. in relato loco factum, vt adiicere pro de-
7 ſtinare deuouereque ponatur, † vnde morti addictus dicitur l. addictos. C. de epiſc. aud. l. addictos. C. de appell. & notauit Iaſ. in d. l. ab emptione. ff. de pact. num. 6. vbi codex, vt puto, corruptus eſt, & refert Ciceronem off. lib. 3. cum is qui morti addictus eſſet paucos commendatorum ſuorum poſtulaſſet, & reliqua. Verùm non me latet Cat. Cot. virum bene doctum in memor. 13
ſuis in verſ. Adiicio, contendere vtroque modo legi poſſe, & de in diem adiectione, & de in diem addictione, defenditq; ſententiam ſuam. Sed quoniam in pandectis Florẽtinis inſcriptus eſt titulus de in diem addictione, Vallæ, & cæteris aſſentior. Nec quæ dixit Cotta improbo, nec me latet egregium virum Anto. Augu. emendationem lib. 2. c. 3. de hoc plura ſcripſiſſe, & ſatis ſit locum retuliſſe: cũ eius lucubrationes inter manus omnium peritorum verſentur, vbi etiam adiicere an duplici, ij, ſcribendum ſit diſſeruit. Adiicere eſt etiam auctionem facere, hoc 14
eſt bona ſua proſcribere, & licitantibus obiicere, & auferenda permittere, vt dictum eſt, ob hoc addicti vocati ſunt homines 15
obhærati, qui & nexi dicuntur: inquit etiam Cat. Cot. in relato loco, addictos appellari etiam apud Iuriſconſultos, qui prætoris pronunciatione, cum ſoluendo non eſſent, creditoribus vẽdebantur, vt in eos vitæ necisque haberent poteſtatem. & dixi in tractatu de decoctoribus, & vide Dida. variarum reſolut. lib.
8 2. c. j. circa principium. † Sed & addes illud falſiſſimum dictum relatum a Cicerone de Oratore lib. 2. Miſſericors qui iudicatum duci videns percunctatur ita, quanti addictus? mille nummùm, ſi addidiſſet tãtummodo ducas licet, eſſet illud genus ridiculi præter expectationem, ſed quia addidit, Nihil addo, ducas licet, addito ambiguo altero genere ridiculi fuit (vt mihi vi-
9 detur) falſiſſimum. † eſt nanque addico vnum ex tribus prætoriis verbis do, dico, addico: erant. n. faſtidies, quib. licebat fari tria dicta verba ſolẽnia ijs ꝓtrarii erant Nefaſti; Vnde Ouidius.

Ille Nefaſtus erit per quem tria verba ſilentur.
Faſtus erit per quem lege licebit agi.

Sed & addes Hierony. Cag. in l. 2. verſi. his. ll. latis. ff. de orig. iu. in hæc verba ſcriptum reliquiſſe. ſunt faſti dies, quibus diuina humanaque agere licebat, nam & in eis feriæ inerant. Nefaſti, quos ominoſos antiquitas putabat; quidã ex noſtris Aegyptios, vel reiectitios nominant, de quibus Macro. in j. Satur. & ſubiunxit faſti autem num. pluratiuo teſte Feſto, ſunt libri, quibus totius anni fit deſcriptio, & cauſæ feſtiuitatum explicantut, & vulgus calendaria vocat. His addendum eſt omnem iuriſdictionem Magiſtratuum ordinariorum, tribus illis verbis conſtare, quorum primum ad actiones perſonales attinebat, cum actum erat, aliquem dare facere oportere, ſequens ad rei vendicationem. Vltimum ad executionem, quæ in ciuilibus, non ſolùm addictio dici poteſt, ſed etiã adiudicatio. l. aliud eſt fraus. ff. de verbo. ſignifi. In criminalibus verò eſt legis actio, vt declarat Alciat. in l. quinque pedum. poſt numerum quinquageſimum. C. de præſcript. vbi etiam oſtendit ſub num. 40. quomo-
10 do adiectio dominii, ac adiectio bonorum dicatur, † & minime tacẽdum duxi vetus illud verbum Adiicere nummo, quod noſtrates dicunt, fragmento panis vendere, de quo multa vide relata ab And. Tiraquel. in l. ſi vnquam. in verbo donatione largitus, num. 3. C. de reuo. donat. Placet etiam referre, quoniam 16
11 & ea quæ a verbo deſcendunt dicere ſum pollicitus, † cœnas adiiciales fuiſſe, de quibus apud Plin. Plau. & pleroſq; alios. Dicitur autem adiiciales cœna, quòd in ea multa adiiciuntur extra ordinem vltraque iuſta fercula, quæ etiam Põtificalis dicebatur. Septem viri nanque erant, qui ſacris epulis præerant cænarumque Pontificum, quę adiiciales dictę ſunt, curam agebãt, & hi Epulones appellati ſunt, & ſi qua iuſta, & ſolennia ſacris deeſſent, ad Pontifices referebant. Teſtibus Iaco. Spieg. in ſuo Iu. lexi. in verbo ſeptem viri, & Alexand. Geni. dierum libr. 11. cap. 16. ſcripſit etiam Cice. de Ora. lib. 3. in hæc verba. Pontifices veteres propter ſacrificiorum multitudinem tres viros epulones eſſe voluerunt, cum eſſent ipſi a Numa, vt etiam illud ludorum epulare ſacrificium facerent, inſtituti. Sed & addes quòd de ijs meminit Diuus Aug. de ciuit. Dei c. 7. lib. 6. vbi Ludouicus Viues inquit, Collegio Pontificum Triumuiri additi ſunt, qui ſacra conuiuia, hoc eſt, quæ in Deorum ludis exhibebantur curarent, dictique ſunt Triumuiri epulones, ſequẽti tempore additi ſunt duo, ita fuerunt quinque viri. Poſtremò per ambitionem duo alii adiecti, & hic numerus manſit ſeptem virorũ epulonum, qui curabant publicam epulum, ipſis menſa parabatur ante Iouis ſimulacrum, ibiq; epulabautur. Cicero in aruſp. reſp. epulones Iouis opt. max. appellat, Paraſitos nominauit, ꝙ horũ mos eſt alienas ſectari menſas, vt nomen ipſum ex Greco oſtendit, ita Varro ex naturali ſignificatu epulones illos paraſitos uocauit, quaſi conuiuas Iouis. Hæc ille. quem libuit referre, vt horum clarior haberetur notitia, & veterum irridendi ritus, vt idẽ
12 Diuus Auguſt. ſcriplit, innoteſcerent. † Nec eſt etiam omittendum, quòd de adiectionibus fit mentio ab Imperatore in §. fin. in fin. inſtitut. de ſucceſ. liber. in quo loco non eſt improbanda accurſiana expoſitio, ſed & Alciat. in lib. 1. Parerg. c. 16. eo in loco auctoritate Ciceronis libr. 1. de Oratore, videtur adiectiones accipere pro modis ius aſſequendi Romanæ ciuitatis familiariumque Romanorum. Denique de actione crebra eſt mentio in iure noſtro, & vulgaris eſt lex, ea tamen adiectio. ff. de leg. 3. & apud Bart. & Doctores in l. Centurio. nume. 11. de vulg. Dum diſputant, an compendioſa ſit ſubſtitutio, ſeu magis quędam adiectio, † & in l. 3. ff. de vſucap. dum dicitur, quòd vſucapio eſt acquiſitio, vel adiectio dominij, eo enim in loco ſecundùm Alciat. in continuat. rub. extra de præſcript. ſub num. 25. adiectionis verbum non refertur ad tranſlationem, quæ fit a domino, ſed ad acquiſitionem extraordinariam, ſicut videmus in rubr. inſtit. de eo cui liber. cauſa bona adiiciuntur, & vide eundem ſub nume. 37. ſed & l. hæc adiectio. ff. de verb. ſigni. & quando adiectio noceat, vel non, & alia pleraque miſſa faciamus, nec enim ad hunc ſermonem pertinent, & de Adiecto dicamus.

Adiectus † de quo verba facturi ſumus, aliquando pro cohærede accipitur l. verbis ciuilib. vbi Accur. & alii expoſuerunt ita. ff. de vulg. † verum memini Benedictum de *Plum. in l. ſi filius* a patre. ff. de liber. & poſthum. relatum a Soc. in l. Centurio. nu. 35. ff. de vulg. & pupil. dixiſſe, adiectum dici, qui in defectum conditionis inſtituti admittitur in totũ, & ſenſus illius legis eſt ſecundùm eum, ex eo quòd facta erat ſubſtitutio, ſi filius decederet infra 25. ita demum filius videbatur inſtitutus, ſi non decederet dicto tempore, & conſequenter ipſo decedente infra dictum tempus, quòd vocatur ſubſtitutus, & non inſtitutus; hoc autem non admittit Iuriſconſultus; quia interim dicto tempore filius totum non haberet, quod eſt contra voluntatem teſtatoris, vt ſubijcit Iuriſconſul. vnde tota diſputatio Iuriſconſulti ibi eſt, an ſubſtitutus admittatur iure directo, vt ſubſtitutus, vel adiectus, an autem admittatur iure fideicommiſſi, lex illa non dicit. Pro qua expoſitione ſuccurrit bonus text. in l. ei qui ſoluendo. ff. de hæred. inſtitu. Sed vt ſententiam meam interponam, non puto a communi interpretatione legis prædictæ verbis ciuilibus. recedendum, vt enim crebrior eſt illa ſentẽtia, vt adiectus pro cohęrede ea in lege accipiatur, ita & eidem propria vocabuli ſignificatio magis congruere videtur, & relatus tex. in l. ei qui ſoluendo. etiam frequentiori ſententiæ magis forſan deſerit propter legem tertiam in §. ſi quis ita. ff. de hæred. inſtit. & ad declarationem dictę legis verbis ciuilibus. præter magnos commentarios Doctorum ibidem vide Io. Dilec. in tract. caut. cau. 9. in titul. de ſubſt. & Aym. Crau. in conſil. 305. vbi plene de hoc agit, par. 2. & nouiſſimè Fernandum in trac. de ſucce. proceſ. li. 2. §. 18. nu. 107. Deniq; Adiectus in iure nr̃o accipitur, pro eo q ex cõuentione ad recipiendam ſolutionem cõſtituitur, vt latius declarabitur.

PRAEFATIONES.

SEd quoniam (vt Caius Iuriſconſultus ait) in l. 1. ff. de origine iur. Præfationes, & libentius nos ad lectionem propoſitæ materiæ perducunt, & cum ibi venerimus eius euidentiorem præſtant intellectum, præfari libet quædam, & ſi vulgaria neceſſaria tamen ad rei, de qua eſt diſputatio, faciliorem cognitionem † regula quidem vulgaris eſt, Alteri ſtipulari poſſe neminem; inuentæ nanque ſunt ſtipulationes ad hoc, vt ſibi acquirat, quot ſua intereſt. ſi quis ergo alii quàm ei cuius iuri ſubiectus eſt ſtipuletur (niſi ſua interſit) nihil agit l. ſtipulatio iſta. in §. alteri. ff. de verbor. obligatio. §. ſi quis alii. iuſti de inutil. ſtipul. l. vt inter. C. eo. plene Andr. Tiraquel. in tract. de iure conſtitu. in 30. limitatione, proximaque atque finitima huic eſt
17 alia regula † per liberam perſonam, quæ neque iuri noſtro ſubiecta eſt, neque bona fide nobis ſeruit, obligationem nullam acquiri nobis poſſe l. 1. C. per quas perſo. nobis acq. l. ſolutam. in §. per liberam. ff. de pigno. actio. l. 3. & l. fin. C. de inutil. ſtipul. l. ſi genero. C. de iur. dot. l. ſi ita ſtipulatus. in §. Chryſogonus. ff. de verbor. obligatio. vbi Iaſ. ſub nume. 18. illam reddit rationem, Quia in contractibus etiam bonæ fidei, niſi ex perſona noſtra quęcunq; gerimus initium obligationis, ſumant, inanem actum

efficiunt

Source : BIU Cujas

efficiunt l.quæcunque.ff.de actio.& obligatio.& acutiſſimi ingenii vir Raph. putauit relatæ rationis rationem eſſe; quia acquiſitio,quæ fit per contractum artificialis eſt, iuris ei vilis artificio introducta,quod eſt quid improprium,ideo aliud improprium non recipit:vt factum vnius, factum alterius reputetur, ne plures fictiones circa idem concurrant,contra vulgarem legem l.cum gloſ.C.de dot.promiſ.l.cū poſt.in §.gener. ff.de iure dot.Sed & his rationibus,& auctoritatibus omiſſis , alias huius rei rationes affert Hyppo. Riminald.in inſtitu. in titu. per quas perſonas nobis acqui.in princip. Itęm præfari libet † quod plu-
18 res rei ſtipulandi conſtituuntur cum duobus pluribusve ſeparatim ſtipulantibus, ita promiſſor reſpondeat, Vtrique veſtrum daré ſpondeo. Nam ſi prius Titio ſpoponderit,deinde alio interrogante ſpondeat, alia atque alia erit obligatio. Duo verò pluresve rei promittendi ita fiunt, Meui decem dare ſpondes, Sei eoſdem decem dare ſpondes,ſi reſpondeant ſinguli ſeparatim,ſpondeo; vt inſtit. de duobus reis,in princip.& plenè Bart. & alii in l.ij.ff.de duob. reis,& in l.reos.in §.cum in tabulis,& in l.fin.ff.de duobus reis,& in auct.hoc ita.C.eo.rurſus & illud nō ignorare debemus ad cognitionem adiecti, † quòd ſi quis ſti-
19 pulatus ſit in hæc verba,Mihi & Titio decem dare ſpōdes, ſemper vna decem communiter ſibi , & Titio ſtipulatus intelligitur,ſicut qui legat Titio , & Sempronio non aliud intelligitur, quàm vna decem communiter duobus legare l.eum , qui ita.ff. de verborum obliga.in quare illud notandum eſt, quòd cum copulatiue quis ſtipulatur in verba concepta vt ſupra, natura copulæ eſt,vt ſummam vnicuiq; diuidat in viriles , dicta l.reos. in §.cum in tabulis ff.de duobus reis l.j.& 2.C.ſi plures vna ſentent. Vnde ſtipulatio in perſona ſtipulatoris tenet in quinque, in perſona Titii nihil valet ; quia (vt diximus) ſtipulari alteri nemo poteſt,ſi non intereſt,vt in dicto §.alteri,& inſt.de inuti. ſtipul.§.ſi quis alii.verſicu.quòd ſi quis,vbi probatur,nec ſtipulatori quinque in perſona Titii diuiſa vi copulæ accreſcere; quia in contractibus ius accreſcendi locum non habet l. ſi mihi , & Titio.ff.de verborum obligat. quod enim extraneo ſtipulatus eſt partem ſuam non auget,quæ omnia a Barto.Imol. Raph. & Paul.Caſtren.probantur in dicta l.eum qui ita , & aſſentitur Laſ.
20 in ea lege.in §.qui ſibi.numero 3.† Item & illud notandum eſt, ſi quis ita ſtipuletur.Mihi decem,& Titio decem dare ſpondes, non alia decem dicere credendum eſt,vt ait Iuriſconſul.in l.ſtipulatio iſta in §.eum qui ita.ff.de verborum obligat. ſed valet ſtipulatio in decem in perſona ſtipulatoris; quia videtur vtrinque ſummam decem ſtipulatus, in perſona verò Titii nihil valet:habet ergo ſtipulator integra decem non per ius accreſcendi,ſed per ius non decreſcendi,quod locum habet in contracti bus l.proprium,vbi notatur.ff.commu.præd.& differt hæc facti ſpecies a præcedenti;quia hic decem in perſona vtriuſque conferuntur. In ſuperiori verò decem communiter in ſtipulatione deducta ſunt. Quæ recepta ſunt expoſa ſententia Gloſſæ in dicta l.eum qui ita,quæ putauit in facti ſpecie propoſita, etiam in quinque tantum valere,vt relati Doctores teſtantur,licet(vt Alexand.ibidem refert) Gloſſæ ſententia habeat etiam ſectatores. Denique & illud certi iuris eſt,alternatiuam, ſeu diſiunctiuam diuerſis modis adiici ſolere:adiicitur autem in propoſi-
21 ta noſtra diſputatione inter perſonas, † & regula eſt , quòd vbi diſiunctiua adiicitur inter perſonas honoratas ſiue in cōtractibus ſiue in vltima voluntate reſoluitur in coniunctā, vt eſt elegans textus in l.cum quidam C.de verborum ſignifi. quæ regula multis modis temperatur a doctoribus,& ad rem de qua agitur reſtringitur. Quando quis ſtipulatur ſibi aut Titio , & con-
22 ſequenter alternatiua cadit inter perſonas,inter quas † actus valere non poteſt,prout geritur, valet nanque in perſona alterius tātum; quia alteri ſtipulari nemo poteſt , & cenſetur ille tertius adiectus ſolutioni l.eum qui ita.in §.qui ſibi.ff.de verbo.obliga. & notat Laſ.in dicta l.cum quidam.in quarta limitatione,vbi ēt citat Barto.& alios in l.Caius.ff.ſol. matrimo. ſed & adde Ioan. Imo.in l.item ſi ſeruus.in §.ſed ſi cum duos , & legibus ſequentibus in fin.ff.de ſtipul.ſer.qui obiiciendo de dicta l. cum quidā, inquit,leges in materia adiecti,ſeu de adiecto loquentes incorrectas remanere. & adde quæ latius dicam infra in tertia parte verſicu. Quintò reſtringendam &c. numero 125. ex eo ergo, quòd ſtipulatio eſt vtilis in perſona ſtipulatoris, nō vitiatur ex adiecta perſona,cui ſtipulari non poteſt. Nam ſi omitteretur in reſponſione perſona Titii ad ſtipulationem adiecti , teneret ſtipulatio l.fin.§.ſi ita.ff.de verborum obliga.& inquit Iuriſconſultus in ea l.fin.in §.fin.in fine licet alterius perſona non recte adiiciatur,non ideo minus in noſtram perſonam vtiliter proce dere ſtipulationem,ſed & hic maioris declarationis cauſa placet referre Barto.ad verbum in l.2.ff.de duob.reis. Is enim quæſiuit,qualiter duo rei credendi conſtituantur , & ait. Aut eſt actum,quòd ſint duo rei credendi, & non eſt dubium : Aut non
23 eſt actum,& tunc † aut diſpoſitio eſt collata in eorum perſonā alternatiue,aut copulatiue. Primo caſu , aut vni tantùm poteſt acquiri obligatio,& alter habetur vt adiectus,nec erūt duo rei, ſupra de conſti.pecu.l.ſed ſi filio.§.j.& infra tit.j.§.ſi fructuarius. Aut vtrique poteſt acquiri,& tunc aut electio fuit collata in voluntate debitoris,& valet.& ſunt duo rei credendi , vt ſupra de leg.3.l.ſi Titio aut Seio. Aut non fuit collata in poteſtate debitoris,& tunc de iure iſto antiquo vitiatur ſtipulatio , vt infra tit. j.de ſtipu.ſer.l.j.§.ſi fructuarius,& l.item ſi ſeruus.§.ſi.& l.ſequēt. & l.ſi ſeruus communis ita,hodie valet , & alternatiua reſoluitur in copulatiuam,vt C.de verborum ſignifi.l.cum quidā, quæ loquitur etiam in contractibus,vt ibi in fin. vnde erit idem dicendum,quod ſtatim dicam de copulatiua.Prædicta vera quando diſpoſitio confertur in perſonam vtriuſque æqualiter , aliàs ſi vnus tantum ſtipularetur ſibi,& alteri,ſemper ille alter haberetur vt adiectus,vt l.eum qui ita.§.qui ſibi.ff.de verbo. obliga. quod dic,vt ibi. Hactenus Barto.in ſupraſcripta verba, ſed legi Io.Roncheg.virum bene doctum,qui commentarios edidit in titu.de duobus reis.Is enim in l.reos in §.cum in tabulis. nume. 79.& ſequen.ff.de duobus reis,referendo Barto.vbi ſupra, quatenus ait, † vbi diſpoſitio eſt collata in perſonas ſtipulantium
24 alternatiue,& vni tantum poteſt acquiri obligatio , alter adiectus habetur,animaduertit l.ſed ſi filio.in §.j.de conſti. pecu. & l.j.in §.ſi fructuarius.ff.de ſtipu.ſer.loqui in vno ſtipulante pro ſe & alio,ideo non concludere,nec Bartoli relatam facti ſpeciē probare. Quando nanque vnus ſtipulatur ſibi aut alii incapaci, certo certius eſt,adiectum conſtitui,ſed quādo eſſent duo , qui æque principaliter quippiā ſtipularentur , ceſſaret illa ratio (vt ipſe putat) & ſubiicit,opus eſſe argumentari de ſtipulatione facta ab vno pro ſe,& alio ad ſtipulationem quā faciunt duo propriis nominibus principaliter. Quam obrem putauit aptius exemplum afferri poſſe, quoties ſcilicet in perſona vnius ex ſtipulantibus eſſet inualida ſtipulatio aliqua de cauſa , ex his , per quas ſtipulatio inutilis redditur,iuxta titu.inſtitu. de inutili. ſtipulat.tunc videtur, quòd pecunia promiſſa in ſolidum capaci debeatur.ita vt incapaci nihil acquiri poſſit, argu. eorum quæ notantur in l.ſi ex duobus.in princip.& §.j.ff.de duob. reis,quare (inquit) in ſtipulatione facta a duobus,vel erunt duo rei credendi data habilitare illorum , aut vnus tantùm , vt non detur caſus aliquis,in quo alter cenſeatur adiectus,ſecus eſt in iuribus relatis a Bartolo,& ſubiicit,ita declarari debere, qđ paulo poſt aſſerit Barto.allegando l eum qui.in §.qui ſibi. citat l. quod ex duobus.in princip.& §.i.ff.de duobus reis , & quædam alia, ſed quicquid ſenſerit, pluribus enim vtitur. Ego a Bartoli ſententia non eſſe recedendum opinor. Tum quia recepta eſt , tum maximè,quia (ni fallor) vera : vnde dic clare,cum duo inter ſe ſtipulantur alternatiue, & alteri tantum eorum poteſt acquiri obligatio,non efficiuntur duo rei credendi; quia vni tātum acquiritur,alter ad ſolutionem cenſetur adiectus,vt Pau.Caſtren. eriam probauit in dicta l.2.nec (vt arbitror) refert , quòd iura citata a Barto.loquantur in vno ſtipulante. Nam eadem ratio in duobus alternatiue inter eos ſtipulantibus interuenit, & cur diuerſum ſtatuendum ſit non video.exempli gratia , ſtipulatus eſt Titius ſibi,aut Meuio centum dari , & eadem cētum ſtipulatus eſt Meuius ſibi,aut Titio dari; Titius eſt incapax,& ei acquiri nequit,adiectus cenſetur conſtitutus nō ex ſtipulatione ſua, ſed Meuii,& hoc modo conſiderando ceſſant omnia. Item notandum eſt,quòd ait Barto.ſi vtrique poteſt acquiri, & debitori data eſt electio,valeat diſpoſitio , & duo rei credendi conſtituantur; vt in d.l.ſi Titio.addunt recentiores prædicti l. vtrum. in §.cum quidam.ff.de rebus dubiis. Si verò in voluntate debitoris non conferatur ; de iure veteri ſtipulationem vitiari , ſed hodie reſolui alternatiuam in coniunctam, relatus nanq; Do. Ioann.Roncheg.in dubium poſt Are.hoc reuocat,putat enim duos reos conſtitui potuiſſe iure veteri per dictionem alternatiuam,abſque eo,quòd debitori ſit data optio: ſed quia Bartoli ſententia a frequentioribus recepta eſt , & illa diſputatio nō videtur magni ponderis,ſiue iure digeſtorum, ſiue codicis defendatur ſtipulatio,argum.text.notabilis in l.Gallus.in §. ſi eius.ff. de liberis & poſthum.in illis verbis , ſed cum teſtamentum nō rumpatur. Nihilque refert , vtrum ex iure antiquo an ex lege Velleia excludatur, & ad propoſitam materiam quæſtio hæc non valde pertinet,miſſam faciemus.Denique quod ait Barto. ſi vnus tantùm ſtipuletur ſibi,& alteri,ille alter ſemper haberetur vt adiectus l.eum qui ita in §.qui ſibi.ff.de verborum oblig. intelligo vbi alternatiue quis ſtipularetur,non copulatiue; eſt enim intelligendus ſecundùm legem,quam citauit, vt ipſemet inquit in l.non ſolùm.in §.liberationis verba.ff.de lib.leg.nam ſi copulatiue conciperetur ſtipulatio,ſumma diuideretur,& locus eſſet §.ſi qs alii,inſti.de inuti.ſtip.& dixi paulo ſuperius verſ.
25 Rurſus,nu.19.† Cōſtituitur ergo adiectus per alternatiuā,non eīn memini me legiſſe legē,quæ per copulā conſtituerit.Quòd autem adiectus relato modo conſtituatur , quando quis alternatiue ſtipulatus eſt ſibi aut Titio,& nō copulatiue, docet cōis Præceptor Accurſius Yrn.ſnīa expoſa in l.ſtipulatio iſta , in §. eum qui ita.in verbo credendum.ff.de ver.obli.& inqt Sal.in l. 3.in 5.oppo.C.de cō.& com.ſtipu.Alex.in conſi.95.Ponderatis his,q̄ in themate.nu.1.vol.3.Io.Fab.inſti.de inuti.ſtipu.§. ſi quis alii.propè numerū decimum.Bar.in l.j.in §. ſi fructuarius.ff.de ſtipu.

ſtipu.ſer.quib.addes Iaſ.in l.eũ q ita.in §.qui ſibi.ff.de verb. obli. nu.2.Paul.Caſtrẽ.in l.hoc iure.in §.ſi qs dederit.ff.de dona. Ange. in l.ſi cum Cornelius.ff.de ſol. & ex ſexcentis legib. ac locis inferius referendis clarè patebit. Quib.addes nõ referre, an perſona ſtipulatoris in ſtipulatione anteponatur,vel poſtponatur,vt puta Titio,aut mihi decem dare ſpondes l.Caius.ff. ſolut. matr. de quo plenius dicam in 3.parte in 24.ampliatione.

26 Sed † non negligenda eſt illa hæſitatio. Quare legum prudẽtum vertices, veteres ſcilicet Iuriſconſulti conſtituerint,cũ qs ſibi,aut Titio dari ſtipulatus eſt,Titius ſolutioni adiectus cenſea tur,ex eo ꝙ obligationi adiici nõ potuit ꝓpter relatas regulas. Sciẽdum eſt ergo,Iuriſconſultũ in d.l.eũ qui ita in §.qui ſibi. talẽ rõnẽ expreſſiſſe; quia adiuncta ſua perſona ſtipulator efficit, vt non cõtrahendæ obligationis,ſed ſolutionis cã perſona filij, vel extranei adiecta intelligatur.Vbi Iaſ.ſub nu.2.huius rationis rationẽ quæſiuit,& ait,qñ pater ſtipulaẽ ſibi aut filio,certè obligatio acquiritur,& fundamẽtum hẽt ex perſona patris ſtipulãtis,& acquiritur ipſi patri.vnde poſtea dicendo, aut filio, perſona filii nõ põt intelligi adiecta obligationi; quia iam obligatio erat quæſita patri ex ſua perſona, & ſi iterum acquireret ſibi ex perſona filii ſuperuacuũ eſſet,arg.l.qui bis idem.ff.de verb.obli. Ne ergo perſona filii fruſtra adiecta intelligeretur, ad ſolutionẽ recipiendã adiecta cenſetur,vt ei ſolui poſſit.Similiter qñ qs ſtipulatur ſibi aut extraneo, perſona extranei ſolutioni adiecta ſolum cenſetur; quia cũ obligationi adiici non potuerit (vt diximus) vetãte.§.alteri,& iuris regulis,ne adiectio perſonæ reddatur inutilis, leges optima ratione ſolutioni extraneum adiectum decreuere,& quidẽ ideſt prudentiſſime factũ, cum ſolutio magis facti q̃ iuris ſit,vt in l.cõſilio.ff.de cura. furio. & quàm magno negotiatorum cõmodo id ſit ſtatutum,nemo eſt, q nõ
27 videt, † quippe vix mercatura poſſet exerceri, ſi adiecti conſtitui non poſſent,qđ euidentius apparebit ex inferius proponendis. Nihil eĩ intereſt mihi an volũtate mea alii ſoluatur.C.de ſoln.l.nihil.ff.de pigno.acti.l.ſolutũ.§.ſolutum l. ſi cum dotẽ.in
28 §.tranſgrediamur.ff.ſol.ma.Deniq; † illud ad cognitionẽ adiecti notandum eſt. Vt adiectio teneat,neceſſe eſſe,vt perſona inueniatur,in qua cõſiſtat ſtipulatio.Nõ ergo eſt adiectus, niſi ſit, qui petere poſſit; vt eleganter Iuriſconſultus ait in l.ſed ſi ſibi.in fi.& legib.ſequentib.ff.de ſtipulatione ſer.& inqt tex.in l.fi.in §. fi.ff.de verb.oblig.Niſi qdẽ a me vim acceperit obligatio,adiectio nihil poterit valere, quæcunque eĩ gerimus, & reliqua l. quæcunq;.ff.de act.& obli.His igitur præfationib.habitis,qd ſibi adiect⁹ noſter velit, qdve ſit, & de eius iure breuiter videamus.

Quid ſit adiectus & de eius iure.

PLacet mihi Antonius ille apud Ciceronem de Oratore lib.j.qui ait.Id faciã quod in principio fieri in omnibus diſputationib.oportere cenſeo, vt quid illud ſit, de quo diſputatur,explanetur, ne vagari & errare cogatur oratio,ſi ij,qui inter ſe diſſentiant, non idem eſſe illud de quo agiẽ intelligant; Nam ſi forte quæretur,quæ eſſet ars Imperatoris,cõſtituendũ putarem principio,q eſſet Imperator,q cũ eſſet conſtitutus adminiſtrator quidẽ belli gerendi, tum adiungeremus de exercitu,de caſtris, & reliqua, & certe oẽs veteres Philoſophi in omni diſputatione a diffinitione incipiendum eſſe cenſuerunt,& ita tradiderunt. Neque enim facile de re quippiã diſſeras,niſi prius quid ea ſit poſueris.Vnde vir bene doctus dicere conſueuerat,Vtilis eſt hæc definiendi ratio, cum propter rerũ cognitionem quæ definitione explicatæ, mirum eſt quo pacto velut certũ quoddam ſignum deſtinandarum cognitionũ proponat animo: Tum ꝙ parit auctoritatem differenti, neque eĩ rem melius noſcere videtur, quàm quicquid ea ſit, breuiter &
29 apte poſſit explicare. † Adiectus igitur deſcribitur a Iaſone in l. 3.in §.Item Iulianus.ff.de eo quod cer.loco,in hęc verba.Adiectus eſt,ſicut quidam Procurator ex conuẽtione partium ordinatus,qui non poteſt reuocari l.aliud.ff.de ſolu.l.fi.§. cum mihi aut Titio.ff.de verb.oblig.hæc ille.ſed prætermiſſa illa diſputatione,an Adiectus ſit Procurator, ſeu Procuratori ſimilis, aut
30 quid diuerſum: ſuo nanque loco dicemus,ſentit Iaſ. † Adiectũ nõ poſſe reuocari.In qua opinione (licèt ipſe non referat) fuit Raph.Cuma.in l.liber homo.in §.fi.ff.de verb.obl.cũ eĩ ſic cõcipiẽ ſtipulatio, mihi aut Titio,vtrũ ego velim dare ſpondes,vt in caſu dicti §.putauit Titiũ non eſſe Adiectum, & rationẽ illã reddidit:cũ ſtipulator contulerit in ſuam poteſtatem, vtrum illi daretur id videri cõtra naturam Adiecti l.aliud.ff. de ſolu.ubi dicitur inuito ſtipulatore poſſe ſolui adiecto; Verùm Pau.Caſt. ibidem Raphaelis ſententiam improbat.Hæc enim relata verba,vtrum ego uelim,impedimẽto ſunt,quominus Adiectus dicatur Titius,ſed id ſolũ efficiũt, ut me inuito huic Adiecto ſolui nõ poſſit,& in eadẽ ſententia in relato loco fuit Aret.q ſubijcit,intelligã,ꝙ ſit adiectus,poſtquam creditor declarauerit, ſibi velle ſolui,de quo etiam meminit idem Pau.Caſt.in l.Iulia.in §. qui fundum.circa fin.ff.de verb.oblig. referens ſe ad iam dicta: ſed & ego puto, illũ etiã Adiectũ dici poſſe, q ſolutioni adiicitur,& reuocari poteſt,& ei inuito creditore ſolui neqt.Nã Adiectus & gratia ꝓmiſſoris, & creditoris cõmodo ſolutioni põt adijci,& vbi promiſſoris commodo (vt plerunque fit) & in re dubia præſumitur,renocari nequit, & ei inuito creditore recte ſoluitur,vt in ter.par.plenius diſputabitur. At vbi creditoris cõ tra ſe habet,ſi enim mei tantum gratia ſolutio fieri debet re integra reuocari poteſt l.ſi cum Cornelius.ff.de ſol. l. aliud.in fin. ff.eo quod admittendum eſt,vbi expreſſe conſtat creditoris cõ modo Titium Adiectum fuiſſe,vel ex poſt facto hæc cõuentio eſt inita ſecundùm Paul.Caſtr.in l.ſi cum fundum. nu.2. de pactis. Nã ſi ſimpliciter quis fuerit ſtipulatus ſibi aut Titio, gratia promiſſoris adictus cẽſetur,ut in dictis legibus, & dicam paulò inferius,& quòd is etiam dicatur Adiectus ſenſit Aret. in l. fi.§. fi.nu.9.ver.ſed aduerte.ff.de ver.obli. Accedit, ꝙ uocabuli ſignificatio conuenit tam ei. qui debitoris, quam ei qui creditoris
31 commodo adijcitur,ut ex relatis patet: † cui ſignificationi ſtandum eſt,nec ab ea regulariter eſt recedendum l.non aliter.ff.de leg.1.l.1.§.in re igitur dubia.ff.de exer.l. ille aut ille. §. cũ in uerbis eod.titu.de leg.3.quorſum enim inuenta ſunt uerba, niſi ut demonſtrarent uoluntatem dicentis? l. Labeo. ff.de ſup.leg. c.is autem xxij.q.ij facit regula.ſemper in dubijs, & l. ſemper in ſtipulationibus. de regu.iur. quæ regula in oĩ diſpoſitione regulariter eſt admittenda,& cur Veteres Iuriſcõſulti titulum de uer. ſign.adieceruntˢ niſi ut quid ſit id de quo quæritur, quidue ſibi uelit uerbum intelligeremus.Nullũ nanque mẽtis noſtræ maius teſtimonium,quam qualitas expreſſa uerborũ,ut Baldus nõ ſter dicere conſueuerat,& in l.generaliter.in prin. C. de nõ nu. pecu.& alibi ſæpe,& uide quæ plenius,quam alius cõgeſſit An. Tira.in repet.l.ſi unquam in uerbo,libertis. ff.de reuoc.donat.ijs igitur cognitis cum omnis diffinitio in iure periculoſa ſit placet Adiectum noſtrũ in infraſcripta uerba plenius deſcribere.

ADIECTVS EST QVI IN CONVENTIONIBVS EX PARTIVM VOLVNTATE, VEL PROMISSORIS, VEL CREDITORIS, VEL SVO COMMODO ALTERNATIVE SOLVTIONI ADIICITVR; dixi in conuentionibus, generale nanque uerbum eſt ad omnia pertinens,de quibus negotij contrahendi tranſigendique cauſa conueniunt l.j.§.conuentionis uerbũ, ff.de pacti.& inquit vir bene doctus Hiero.Tor.in rub.ff.de uer. oblig.probãs ex eo generalius eſſe uerbo *Promitto*, quia & debitoris,& creditoris conſenſum exprimit quod & Iuriſconſultus in relato loco eleganter demonſtrauit,quem. §. idem Torniel.declarat ſub nu.55.Nec enim recte poteſt dubitari,quin in omnibus conuentionibus,in quibus ſolutionis interuenit promiſſio,adiectus conſtitui poſſit.Dixi etiam in ipſis cõuentionibus,† Quia adiectus in ipſa conuentione conſtituitur l.uero.ꝓ
32 curatori,§. 1.ff.de ſolut.pactum enim de ſoluendo Titio ex interuallo appoſitum idem facit,quod ſimplex mandatum, ītext. eſt ſingularis,& qui non eſt alibi ſecundùm Bar.in l.ſi cum Cornelius.ff.de ſolut.in qua lege Ang. inquit in uerba infraſcripta, Dixit Bar.hunc tex.non inueniri alibi,ita clare limitantem omnia iura loquentia de adiecto,cui ſolui poteſt inuito ſtipulatore.l.uero.ſupra eo.id enim eſt uerum, quando tempore cõtractus aliquis ad ſolutionẽ adijcitur,ſecus ſi ex interuallo ut hic, Tu uerò dicas,quod hoc non facit interuallum, ſed ſolum contrahendi forma,quæ in adiecto obſeruanda eſt. Tunc enim qs dicitur ad ſolutionem adiectus,cum quis ſtipulatur ſibi aut al-
33 teri. † Sed cum quis ſtipulatur ſibi pecuniam reddendam alteri, ille alter non eſt adiectus.& ideo ſtipulator poteſt ſuam uoluntatem mutare,etiam ſi illi donatum eſſe uolebat, ut in l. 1. C.ſi man.ita fue.aliena.ſupra de ſer.expor.l.3. ff. qui ſine manu. ad li. per.l.3.uidiſtis in l.q Romę.in §.Flauius.in l.ſtipulatio iſta. in fi. de verb.obli.& in l.hoc iure. in §.tertio. ff. de donat. & eſt ſatis de mente glo.in ver.Cornelio.hactenus Ange. in relata verba, quem non improbant, nec Imo.nec Raph. nec etiam Pau.ibi-
34 dem, ſed prædictis quædam adijcienda ſunt. † Et illud notandum,quòd non dixit Bar.adiectum illum dici, cui ex pacto, & interuallo appoſito ſoluendum eſt, ſed opponendo de l. vero procuratori.ſupra relata, dixit, aliud in adiecto tempore cõtractæ obligationis ſeu ſtipulationis, aliud in hoc pacto ex interuallo appoſito,& retulit ſe ad ea,quæ dixit in l.hoc iure. in §.ſi quis dederit.ff.de donat.& mens Bar.illa videtur fuiſſe,cum quis ſtipulatur decem ſibi aut Titio præſenti dari, Titius conuenitur a ſtipulatore actione mãdati taciti; ergo videtur poſſe reuocari, cuius contrariũ dī in l.vero ꝓcuratori,ſed illud ideo: quia certa cõditionem habuit ſtipulatio, dum fuit facta ad fauorẽ promiſſoris. At lex ſi cum Cornelius.loquitur in pacto ex interuallo appoſito de ſoluendo tertio,quod & verum eſt, nec etiã negauit Bar. cum quis ſtipulatur quod ſuum eſt, vel ſibi debitum reddi Titio,mandatum reuocari non poſſe, immo in d.§.ſi qs dederit,ad quem ſe retulit, concedit, cum gratia creditoris Titius adijcitur,vnde Pau.Caſtren.in d.l.ſi cum Cornelius. opponendo de l.ſi cum fundum.ff.de pac.in qua lege probatur, ꝙ pactum ex interuallo interuenerat,vt Titio traderetur, & tñ non
35 poteſt reuocari,eleganter inquit. † Referre, an cauſa ſeu contemplatione creditoris,vel debitoris pactum de ſoluendo tertio adijciat:ſi enim creditoris,locus eſt reuocationi, vt in l.ſi cũ

Corne-

Source : BIU Cujas

Cornelius,ſi verò cauſa debitoris,reuocari mandatum non poteſt,d.l.ſi cum fundum,hoc enim vltimo caſu ſi debitor paratus eſſet ſoluere,vel tradere illi tertio, non poſſet reuocari, qđ ſubiicit memoria tenendum ad declarationem.dictæ l.ſi cū Cornelius,& materiæ, & adde Hiero. Cag.poſt alios in l.ſingularia. num.154.ff.ſi cer. pet. & ad maiorem declarationem prædictorum, & l. ſi cum Cornelius, vide quæ dicam in pen. part. in 7.
36 quæſtione,eſt ergo ad differentiam veri procuratoris. † Addidi poſtea,promiſſoris commodo.Quia intereſt promiſſoris poſſe pluribus ſoluere,vt facilius liberetur,idq; ſenſit Pau. Caſtren.in adiecto loquens in l.ſi cum fundum.ff.de pactis,Bar.in l.qui res. in §.qui ſtipulante,num.j.ff.de ſolut.& laſ. in l.j.in fin.ff.de pact. quāti autem commodi, quantæq; vtilitatis ſit promiſſori, conſtabit ex his,quæ in ſequen.par. dicam. In qua tractabo, quid in perſona Adiecti deſignari conferrique poſſit, videlicet ratione loci,ſummæ,temporis,& aliarum rerum : cōſtabit etiam ex his quæ in diuerſis locis huius tractatus dicam.

37 Adieci † etiā creditoris cōmodo,p̄p ea, quæ paulò ſuperius dixi,& iux.l.qui res.in §.mihi Romæ.ff.de ſolut. & notauit Laſ.in l.j.in fi.ff.de pac.& creditoris ēt commodo adiectum poſſe cōſtitui,ſcripſit Aret.in l.fi.in §.fi.nu.9.ff.de verb.oblig.& ut paulo ſuperius dixi,in ambiguo cum qs ſibi, aut Titio dari ſtipulatur, ſemp intelligendum eſt adiectum cōmodo promiſſoris ꝓpter formam adiectam in ſtipulatione, quam ſtipulator immutare non poteſt,d.l.vero procuratori,& l.aliud. de ſolut.

38 Deinde ſubieci, uel ſuo commodo † atqui ſi ſuo commodo adiiciatur aliquis ad ſolutionem, Adiectus non erit ſm Pau.Caſtren.in l.liber homo.in §.fi.ff.de verbo.oblig. finge nanque ſm Pau.Caſt. q̄ ſtipulator debitor erat Adiecti eidemq; ꝓmiſerat, non poterit hoc caſu Adiectus nuncupari, & placet ipſum ad verbum referre in ea ſtipulatione concepta in hæc verba.Decē mihi,aut Titio,vtrum ego velim,dare ſpondes? quærit, an Titius dicatur adiectus,& ait,ſi quidem non intererat mea illi ſolui,ut apud eum remaneret;qa nihil illi promiſeram,nec incurro aliquam pœnam quò ad eum,nec aliquod damnum,tunc dr̄ eſſe Adiectus ad ſolutionem,& tenetur mihi,non tñ ei poterit ſolui me inuito propter relata verba.Vtrum ego velim,ſed me uolente,& ſi forte mandaueram Titio, ut de illa pecunia aliqd emeret mihi,tunc ſi elegi,ut illi ſoluas,& non ſoluiſti, agam ad intereſſe: ſi autem intererat mea illi ſolui propter illum; quia fortè ſimi promiſeram,tunc non dr̄ Adiectus ad ſolutionē,nec teneretur mihi reſtituere.hactenus Pau.cuius mens uno verbo explicari poteſt, ut is Adiectus ſit, a quo ſtipulator repetit, uel mandati,vel negociorum geſtorum actione:ꝯ verò ſm eum is Adiectus non cenſeatur,ubi repetitioni nō ſit locus; quia apud eum ſit remanſura pecunia (ſed ni fallor) longe errauit Pau. & meritò ab Aretino eodem in loco reprehenſus eſt.inquit enim Aret.Adiectus ſimilis eſt procuratori,ut patet in l.ſi cum Corn. ff.de ſolut.& in lege cum quis.eo. tit. quemadmodum ergo pōt conſtitui procurator in rem ſuam l.j.& ibi Bar.C.de act.& oblig.
39 † Ita & adiectus in rem ſuam poterit conſtitui, legi etiam Paul. Pariſ.in conſi.107.nume.31.& ſeq.vol.3. quod rñſum reperitur inter conſilia Car. Ruy.ſub nu.209. de pluribus. vol.j qui Aret. ſnīam probat,& addit,adiectus in rem ſuam factus intelligitur, qñ intereſt illius,vt adiecto ſoluatur, & quod ſolutum apud eū remaneat, & ſubijcit, in adiectum in rem ſuam transferuntur actiones vtiles, quemadmodum transferuntur in procuratorē in rem ſuā l.illam.C.de dona.& notatur in l.j.C de act. & oblig. & rñdit inter mercatores in quottidiana quæſtione, de qua ubi quæſtiones inſeremus dicemus : ſed & ego Aretini ſententiam ex pluribus comprobo.Nam præter id q̄ ſignificatio vocabuli, & huic adiecto conuenit, a qua optimum ſumitur argumentū, & ab ea regulariter non eſt recedēdum,ut paulo ſuperius dixi: hæc ſentētia probatur in l.Iulianus.in §.qui fundum. ff. de verb. oblig.conſiderando principium illius §.& finem in illis verbis, Sed ſi donationis cauſa Titium interpoſuit,& hoc ſenſiſſe videt Bar.in eo.§.ſub nu.4.ſenſiſſe vidētur alii doctores ibidem, dum quærunt,qua actione ab adiecto repetatur, & illum, qui donationis cauſa adijcitur, Adiectum nuncupant, & idem innuit Ang Aret.in § ſi quis alii.inſtit.de inuti.ſtip.Raph. Cum.in l.qui
40 res.in § qui ſtipulatur.nu.3.ff.de ſolut.ubi & Imo.Bar.& ipſemet Pau.Caſtren .& Raph.in l.ſtichum.in §.uſufructum. ff. de ſolut. & de hoc Adiecto donationis cauſa in tertia par.dicam in vigeſimaquarta ampliatione,& in ſeq. parte ver. Rurſus amplianda eſt,nume.20.& illud certi iuris eſt,in re dubia donationis cauſa adiectum non cenſeri;quia donatio præſumenda non eſt l. ſi cū aurum.ff.de ſolut.l.cum de indebito. ff.de probat. & inquit Bal. in conſi.348.factæ fuerunt &c.colum.fi. volum primo, qui citat dictum.§.qui fundum.ff.ſolut mat.l.dotis.cum materia,& quod notatur de conſtit. pecu. aut. ſi quando ; non igitur ratio Paul. Caſt.probabilis eſt,non repetitur ab Adiecto,ergo non eſt adiectus,vt ex relatis patet:ſed quoniam incidimus.i §.qui fundum, qui notabilis eſt in noſtra materia,non longe ab ea abiens non omittendum,duxi,quod Bar.ibidem eleganter ſcriptum reliqt.

† Si vendidi tibi rem,& de euictione promiſi,quam alii donalti, & a donatario fuit euicta,contra me,qui vendidi,agere non poteris;quia tua non intereſt ex eo,q̄ donatario de euictione non teneris:cum inceperis a traditione l.Ariſto.§.vltimo, vbi glo.& Barto.ff.de donat.idq̄ue probatur in relato.§. ut ſcripſit Bart. & eſt glo.in l.ſi pro re pupilli in vltima gloſ. vbi etiam Bartol.ff.de euict.Non ergo emptori,non donatario teneor re euicta;quod eſt valde notandum,& quottidianum. Verum id quod diximus duobus modis ab eodem Bar.cuius ſentētia recepta eſt, reſtringitur:altero modo,vt locum habeat in mera ac ſimplici donatione,ſecus verò ſi remunerandi gratia facta eſſet. Tunc enim licèt donans a traditione cepiſſet, poſſet agere contra venditorem de euictione. Intereſt enim ſua rem donatam euictam nō eſſe,ut liberetur ab ea obligatione, quam antidoralem vocant. l.Idemque.§.fi.& l.ſeq.& l.ſi verò non remunerandi. ff.mand.& Bar.ſententiam probant eo in loco Alex.Pet.Beſſut.& Aret.& in eadem ſententia fuerunt Iac.Are.Rayn.& Alb.ibidem Alex. in conſi.47.viſis inſtrumentis.colum.ſecunda,verſ.confirmantur prædicta lib.3.quibus adde And.Tiraq.in repet.l.ſi vnquam. in verſic.donatione largitus nume.59. C.de reuo.dona.q alios idem probantes refert, & citat Dec.contrarium ſentientem in l.ſi donatione.colum. ſeptima, ver. poſtremò ad ſupradicta. C. de collat.vides ergo quem notabilem effectum pariat antidoralis obligatio,& multos alios enumerat Laſ. in l.ſi non ſortem. in § libertus,numero quarto,& ſeq. ff. de cond. indeb. & in l.ex hoc iure.ff.de iuſti.& iu.quibus addes And. Tiraq.qui multa (ut ſolet)congeſſit in d.l.ſi vnquam.a nume.11.vſque ad numerum 20.& eſt in verſi.donatione largitus,& eun.Tira.de leg.connub. in glo.quinta,nume.54.colum.prima.Io.de Ami.conſi.41. Cur. Iunio.in conſi.54.& conſi.34.& egregium Hierony.Tor.ī rubr. de verbo.obligat.numero tertio, & 10. & ſeq.quæ addi poſſunt ad vulgarem legem,ſed ſi lege in §.conſuluit.ff.de pet. hære.ſed vt vnde diuerteram redeā,nec enim ab re prædicta retulimus, probat & Laſin dicto.§.qui fundum.relatam declarationem, &
42 addit ex ea ſequi duo notabilia. † Primum eſt,ſi in dicto §.q fundum. Titius adiectus remunerationis cauſa fuiſſet adiectus, & verſaremur in remuneratoria donatione, locum non haberet tex.in ea parte,ſed ſi donationis cauſa Titium interpoſuit, dicēt traditione protinus reum liberari. Quia intereſt ſtipulatoris ab illa obligatione antidorali liberari,vt dictum eſt.& ſanè notanda eſt declaratio ad tex.& neceſſariò (ni fallor) ex præmiſſis admittenda,ſubiungit Laſ.& illud ſecundum ſequi, quod dicitur, in donatione,quę incipit a traditione,euictionem non venire, vt in citata l Ariſt.in §.fi. locum habere in ſimplici donatione, non autem in remuneratoria. Altero & ſecundo modo, quod diximus,agi non poſſe contra venditorem, ſi donationis meræ titulo emptor alii tradiderit,reſtringit Bar. vbi ſcilicet tempore donationis omne ius ſibi competens competiturum ve in re donata vel eius occaſione donatario ceſſerit, conſtituendo eum ſub vulgari formula procuratorem in rem ſuam: poſſet nanq; tunc donatarius primo venditori denunciare, & re euicta agere,dicta lege ſi pro re. ff.de euic. & vide Bar. inſtruentem Aduocatum, cuius ſententiam Ang.& Pau.probare videntur,item & Bald.& Alex.& Laſ.defendunt ab his,quæ & Raph. & Aret. improbantes dixerunt.Denique de hoc adiecto donationis cauſa; vide quæ dicam in ter.par.ver. 23.amplianda eſt,& in ea. par. in prima limitatione circa fi.& in vlt.par.

Subiunxi alternatiue: ſic enim adiectus conſtituitur non copulatiuè, vt paulò ſuperius probaui,& in penul. par.in prima,& ſeq.quæſtionibus tractabo.

De iure ſeu poteſtate Adiecti.

POſtremò ſubieci,ſolutioni adijcitur,nec ab re;non enim obligationi adijci poteſt propter relatas regulas ſed ſolutioni,quæ facti eſt.† Nec enim aliquid iuris Adiecto acq-
43 ritur,ut inquit Bar.in l.cum quis.ff.de verbo.obliga.& ait Iuriſconſultus in l.fin.in §.ſi ita.ff.de verbo.obliga.conſtat mihi ſoli acquiri obligationem: Titio autem duntaxat rectè ſolui, idem probatur in l.eum qui ita.in §.qui ſibi.ff.de verbor. oblig,
44 l.ſed ſi filio.§.j de conſt.pecu.verba† nanq; obligatiua in Adiectum cōferri non poſſunt, ſed ſolum reſpicientia ſolutionem, vt ex prædictis liquet,& inquit Alexand. in conſilio nonageſimoquinto,ponderatis &c.numero primo, volum. tertio, citat l.verò procuratori.l.ſi cum Cornelius,& l.aliud.ff.de ſolut.eſtq; elegans glo.non relata in l.tertia,in verbo ratum. C. de contra.
45 & com.ſtipul.vnde ſequitur,quòd licèt † adiectio perſonæ poſſit dici de acceſſorijs ſtipulationis, ut probat textus in l. fin.in §. fina. ff. de verborum obligatione,propriè tamen loquendo non dicitur acceſſoria obligationis : cum adiecto non quæratur obligatio, ſed ſolum ſoluendi facultas,& ita declarant Bar. Imol. & Paul. poſt gloſ. in l.qui res. in §. mihi decem. ff. de ſolut. & Bartol. & alii in §.qui ſtipulatur ea lege, quod & inferius declarabitur. † Ex his etiam ſequitur, Adiectum non
46 poſſe agere, ut inquit gloſſ.in §. ſeu verſic.planè, inſti.de inutil. ſtipul.in verbo ſcio,citat dictas leges verò procuratori.ff.de ſolut.&

Source : BIU Cujas

7 lut,& l.si filiofamilias.in fi.ff.de const.pecu. † ubi ita scriptū est, si mihi aut Titio stipuler Titio constitui suo nomine nō posse. Iulianus ait, quia non habet petitionem, tametsi ei solui possit l.eum,qui ita.§.qui sibi,& l.fi.§.fi.ff.de verb.oblig.vbi tex.elegās, addo tex.in l.quod stipulatus.ff.de solu.gl.in l.soluendo. in ver. quod autem.ff.de neg.gest.Corn.consil. 289. visis nonnulis &c.
48 num.5.vol.3.†Quod autem diximus,adiectum nō agere, intelligendum est ex sua persona id sibi denegatum.At cum mandato creditoris,non vī de hoc rectè posse dubitari, id nanq; ꝓbat in l.si cum Cornelius,vt Bal.animaduertit in suis annot.& citat Alex.in l.si stipulatus.de verb.oblig.in vltima col.sed vide Bart. & Ias.in l.j.in fi.ff.de pac. & id referri potest ad consuetudinem Mercatorum,quotidie enim Mercatores frequentant,& vtuntur Adiectis in chirogtaphis; vt puta, promittitur Titio Anconæ,aut Męuio centum soluere in oppido Antuerpiæ,cum Męuius petitionē non habeat,bona cautela est, ut procurator Męuius constituatur ad agendum cum ea potestate, quæ creditori expedire videbitur,hoc enim modo debitor ab Adiecto procuratore constituto rectè poterit conueniri. Item sequitur etiam
49 † Adiectum sine mandato creditoris,ad quem res pertinet,obligationem nouare non posse. l. si debitorem meum.l.non ideo. ff.de nouat.l.non abstulit. C.de noua. l.quod stipulatus.ff.de solu.ubi ita legitur,Quod stipulatus sum ita mihi,aut Titio,Titius nec petere,nec nouare,nec acceptum facere potest, tantumque ei solui potest.Non ergo liberat debitorē, sed ei dumtaxat rectè soluitur,vt & Pau.Castr.scripsit in l.si vnus.in prin.nu.3.ff.de pactis,& probat Alex.in relato consi.95.vol.3.& in l eum, qui ita. in §.qui sibi.in fi.vbi & Ias.sub num.12.ver.suprascripta omnia. ff.de verb.oblig & vide Accur.in d.l.non ideo. ff.de noua. quib. addes,quæ dicam in tertia par.versi.Quintò restringenda.num. 125.vbi inter alia citaui Ang.in l.quod stipulatur.ff.de solut.his
50 etiam consequens est:cum tantum possit adiecto solui † cessionem recipere non possit,nec moueat,ꝙ in solutum datio ex cessione fieri videatur,quæ vim solutionis habet.facit l.solutionis. ff.de verb.sig.quia rndetur.Adiectum aliud pro alio sine consensu creditoris recipere non posse, vt Alex. in relato rnso sensit, vbi citat l.2.in §.fi.ff.si cer.pet.& subiicit declarare Bar.in l.satisfa
51 ctio.ff.de solut.subiungitq;, † vbi verbum,soluere, adiungit pecuniæ,strictè accip.tur,& requirit,ut interueniat naturalis solutio rei adiectæ verbo soluere,nec alius liberationis actꝰ, vel fictę solutionis sufficit;non ergo liberabitur debitor, si aliam satisfactionem recipiat adiectus,& probat Alex.sententiam Alciat.in l.solutionis.de verb.sig.Pau.Paris.in consi.107. num.132.vol.3. & probari vī hæc sententia in l.fi.in §.fi.ff.de verbo. oblig.ubi & illud,quod magis in dubium reuocari poterat, dī, quando diuersa res adijcitur in persona Adiecti resoluta ipso iure, non contingit liberatio,de quo in seq.part.dicam,sed circa prędicta scripsi in tract. meo nondum impresso, quem inscripsi, Non soluendo;& vide Alciat.in l.liberationis.ff.de verbo.significat.
52 † Similiter eadem ratione Adiectus donare non potest l.fin.in prin.ff.de nouat.l.ȝ iuris,in §.fi.ff.de pact.l.filiusfamilias.ff.de donat.& probat Alexand in relato consil. vnde & illud etiam se-
53 quitur,† qa facti, solutionis scilicet nudum habet ministerium fideiussorem accipere non possit l.si mihi,aut Titio decem.ff.de fideiuss. Item non poterit ei suo nomine constitui l. sed & si filiofamilias.ff.de consti. pecu. nisi de voluntate creditoris.ff.eo.
54 l.eum qui.§.quod exigimus. † Item pignus Adiecto datum repeti potest,non enim adiecto bona obligari possunt. l. is qui ꝓmisit.ff.de pigno.sed prædicta intelligenda sunt secundùm relatas leges.Non enim locum habent in adiecto in rem suam,qui petitionem habet, ſm ea, quæ paulò superius retulimus; & ut plenius Adiectus innotescat relato modo descripsimus.

SVMMARIVM.

1 *Non sat est inuenire quod dicas, sed inuenta sunt disponenda.*
2 *Diuersa res an possit designari in persona adiecti.& seq.num.*
3 *Solutio facta de re debita siue alia de voluntate creditoris liberat debitorem.*
4 *Solutio facta alij de re debita ex voluntate creditoris tollit obligationem ipso iure.*
5 *Solutio facta alij quàm cui debetur in alia re volente creditore, an pariat liberationem ipso iure,vel ope exceptionis & seq.num.*
6 *Solutio facta adiecto de re diuersa designata in eius persona parit liberationem ope exceptionis,quod declaratur.& nu.seq.*
7 *Interpretatio data ab Aret.ad l.fina.in §.fin.ff.de verb.obligat.reprobatur, & nume.10.*
8 *Ratio noua & pulchra ad l.fina.in §. fi.ff. de verb.oblig.quare diuersa res in persona Adiecti designari non possit.*
9 *Ratio quare contingat liberatio ope exceptionis,si soluatur res diuersa Adiecto in persona eius designata.*
10 *Interpretatio seu declaratio noua ad l.fi.in § fi.de verb.oblig.*
11 *Interpretatio ad l.si cum Cornelius.ff.de solut.*
12 *Interpretatio ad l.stipulatus.& similes.ff.de solut.*
13 *Opera si soluantur Adiecto,an contingat liberatio.*
14 *Interpretatio ad l.seruus,& seq.ff.de op.lib.*
15 *Tempora diuersa in persona Adiecti designari possunt, & dies citerior, & seq.nume.*
16 *Dies conuentionalis non impedit obligationem contra Accursium.Cuius inferius sententia declaratur.*
17 *Stipulatio vbi breuius, & longius tempus continet, longius spectandum, quod eleganter declaratur secundùm Bald.*
18 *Adiecto non rectè soluitur posteriori die,vbi citerior in sua persona confertur.vbi Raph.improbatur.*
19 *Interpretatio elegans ad l.fi.in §.fi.ff.de verb.oblig.*
20 *Qualitas diuersa num possit conferri in persona adiecti.*
21 *Accessorium vitiatur vitiato principali,declaratur.*
22 *Obligatio requirit fundamentum in quibuscunque actibus.*
23 *Obligatio pure facta,vel sub conditione impleta realiter idem sunt.*
24 *Statutum mandans instrumenta pura, & liquida exequi contra personam obligatam, an habeat locum in instrumentis conditionalibus conditione impleta.& seq.num.*
25 *Agens ex debito puro num possit obtinere, si probat debitum conditionale purificatum.& seq.num.*
26 *Stipulans sibi sub conditione,& adiecto pure censetur stipulatus Adiecto in casu,in quo conditio impleatur.*
27 *Conditionis implementum non est de contractu,sed extra contractum.*
28 *Instrumentum aliud, & aliud debitum.*
29 *Ordo iuris an sit necessarius in liquidatione facienda,& qui relatiue.*
30 *Stipulans sibi pure,& adiecto sub conditione potest agere ante conditionem impletam in persona Adiecti.*
31 *Suspensio in vna parte alternatiuæ etiam aliam suspendit.*
32 *Legatæ si sint duæ res alternatiue,vna pure,& alia sub conditione, mortuo legatario conditione pendente rē purè legatam ad hæredes suos non transmittit,quod est notandum.*
33 *Conditio existens siue in vita, siue post mortem stipulatoris conditionem purificat.*
34 *Repetita censentur in persona Adiecti dicta in persona principalis.*
35 *Declaratio ad doctrinam Bart.notabilis in §.Crisogonus, quando qualitas adiecta in principali censeatur repetita in accessorio.*
36 *Conditio si adijciatur diuersa in persona Adiecti quàm stipulatoris quid iuris.*
37 *Persona si inutiliter adijciatur,vt quia mortua, non vitiatur stipulatio.*
38 *Stipulatio si concepta sit hoc modo,si Titio non solueris quinque,dabis mihi decem,solutis quinque Titio liberatur promissor.*
39 *Promittēs mihi decem, aut quinque Titio hoc acto, vt in persona mea decem loco pœnæ sint adiecta,si non soluerit Titio,si quinque Titio soluerit, contingeret liberatio.*
40 *Stipulatio illa an sit probanda vel improbanda, promittis mihi quinque,seu Titio dare quinque,& si non dederis decem,distinguitur. & seq. num.*
41 *Stipulatio quæ continet quinque dari Titio habet mixturam facti. & sequent.num.*
42 *Pœna non committitur in obligationibus dandi, & facti diuidui pro parte adimpleta,& ibi relatiue interpretatio ad c.suam.de pœnis.*
43 *Pœna adiecta facto affirmatiuo etiam iure Pontificio in foro iudiciali exigi potest.*
44 *Stipulans sibi decem,aut Titio quinque,solutis quinque Titio remanent alia quinque in obligatione,quod disputatur.*
45 *In obligatione alternatiua solutione facta de vno contingit liberatio ab altero, & si minus sit,quæ regula declaratur.*
46 *Pauli Castren.laudes.*
47 *Soluto eo,quod in solutione est, contingit liberatio ab eo, quod est in obligatione, & quomodo.*
48 *Interpretatio ac declaratio notabilis ad l.si quis stipulatus fuerit decem in melle.ff.de solut.& seq.num.*
49 *Interpretatio notabilis ad l.qui res.in §.qui stipulatur.ff.de solut.*
50 *Promittens mihi quinque,aut Titio decem non liberatur à me in quinque, si Titio quinque soluat.*
51 *Regula,quòd in summis id quod minimum est sponderi censetur,& quod minus quodq; longius deductum,declaratur,& pulchrè de ratione.*
52 *Affectio non cadit in summis in eadem persona,quod declaratur notabiliter.*
53 *Stipulatus sum mihi quinque,aut Titio decem,& quinque soluta sunt Titio, reliqua quinque quomodo petam.*
54 *Interpretatio ad l.liber homo.in §.fi.ff.de verb.oblig.*
55 *Libellus incertus admittitur,quando incertitudo causatur facto conuenti.*
56 *Solutio facta de summa non integra in persona adiecti designata promissorem non liberat,quod & locum habet in Adiecto causa donationis.*
57 *Soluens summam maiorem in persona Adiecti designatam non repetit.*
58 *Diuersus locus potest in persona adiecti designari, & facta solutione contingit liberatio ipso iure.*
59 *Factum destinatum ad dationem reputatur potius datio,quàm factum.*
60 *Promissio facta de soluendo centum certa die,vel pignora afferre sub certa pœna,quòd pœna peti non possit tanquàm in fraudem vsurarum.*
61 *Promittens centum mihi,aut Titio Ephesi dare, si alibi det Titio, quòd non contingat liberatio,& quomodo libellus concipiendus sit.*
62 *Quæ consistunt in dando,non variantur loci varietate essentialiter.*
63 *Petimus aliquando vnum,& aliud consequimur.*
64 *Factum diuersum an possit designari in persona Adiecti.*
65 *Causa durior vel leuior Adiectionem non vitiat.*

Source : BIU Cujas

DE HIS QVAE IN PERSONA Adiecti designari seu conferri possunt.

Pars Secunda.

NOn minus verè q̃ eleganter inquit Cicero de Oratore lib.primo. † Non satis esse inuenire, quod dicas, sed
1 inuenta ordine atque iudicio dispensare, atque dispo nere, opus esse. Igitur facturus verba de his quæ ī persona Adiecti designari possunt, consideraui dispositionem in hac noua quidem materia necessariam esse, ordinem ergo quē à veteribus Iurisconsultis didici, & in l.aut facta. ff. de pœnis, & in alijs locis inferius referendis seruabo.

Primum tractabo de re diuersa.
Deinde de temporibus.
Tum de qualitatibus.
Postea de conditione.
Quibus explicitis de persona.
Item de summa diuersa.
Deinde de loco diuerso.
Ad extremum de diuerso facto, ac causa disputabo.

Iurisconsultus in l.fi.in §.fi.ff.de verb.oblig.quædam ex his, & plenè & eleganter tractauit, & meritò Baldus ibidem inquit. §. iste materiam hanc ita docte tractauit, ut alibi nō inuenias, Qñ alternatiua ponitur inter personas, quarū alteri acquiri potest, alteri verò non potest, sequar ergo Iurisconsulti ordinem, & po stea nonnulla ad materiam necessaria addam. Quæro igitur pri mùm iuxta præpositum ordinem circa res, exempli gratia stipu latus sum à te mihi decem dari, aut Titio hominem, & Iurisco-
2 sultus respondit in d.§.fi.† Aliam quidem rem in personā meā, aliam Titij designari nō posse. si verò Titio ea res soluta sit, quæ in eius persona designata fuerit, licèt ipso iure non liberetur ꝓmissor, per exceptionem tamen defendi possit. verbis igitur Iurisconsulti relatis, ad eorum interpretationem sciēdum est, Accursium in eo §.in ver.per exceptionem, in eo quod quæritur, an solutio ipso iure, uel per exceptionem liberationem pariat, aliquas facti species constituisse, sed & Bart.in l.si cum fundum. ff.de pact. tres clarius notasse, & sunt tales.

3 Prima † quādo soluitur ei, cum debetur, siue idem, siue aliud, ex voluntate creditoris tollitur obligatio instit. quib. mod.tol. oblig.in prin.

4 Secunda, quando soluitur eadem res, quæ debetur, siue ei cui debetur, siue alii eo uolente, tollitur obligatio ipso iure l.so lutam ff.de solut.

5 Tertia † qñ soluitur aliud q̃ id qđ debetur, & alii q̃ cui debet creditore uolente, contingit liberatio ope exceptionis, casus inquit est in l.fi.in §.fi in prin.ff.de verb.oblig. paulò superius re lato: subijcit Bar.glo.ibidem sic intelligere, hæc ille. Reuoco in dubium hanc vltimam facti speciem. Vī nanque dicendum, si voluntate creditoris aliud q̃ debeatur alii soluatur, ipso iure cō tingat liberatio d.l.solutam.ff.de solut. Vnde Bart. sibi parum ꝯ morem suum in hoc constans in d.nostro.§.fi. & in l.si hæredes
6 generaliter.ff.de leg.j.† in relata facti specie ipso iure putauit liberationem contingere, & ius singulare esse in Adiecto, ut ope exceptionis contingat liberatio, & huius rei illa vī reddi rō: qa Adiecto (vt non semel diximus) & probatur in §. si quis alij. ver.planè, instit.de inutil.stipu.etiam inuito creditore solui po test, quod fieri non potest simplici Procuratori, & hanc sn̄iam subdubitando Imo.in d.§.fi.veriorem putabat, & Ias. ius singu lare esse in Adiecto sensisse vī in l.2. in §.mutui datio. in fi.ff.si cer. pet. & citat Matt.in not.suis, & idem Ias. in l.cum incertus. nu.4.ff.de leg.j. sed & Alb.in eo.§.idem sensisse vī, dum vltimo loco ait. Dic.ter. ſm Iac.Raue. ꝙ hic nō soluitur una res ꝑ alia, sed soluitur res adiecta in persona Adiecti, arg. ff. de solut. l.qui res.in §.mihi, sed & acutissimi ingenij vir Aret.in eo.§.fi.scriptū reliquit. Si admittamus speciale esse in Adiecto, ut non contin gat liberatio ipso iure, si aliud in eius persona designatum solu atur ea ratione; quia iouito creditore solui potest, necessariò id admittendum ait solum in Adiecto gratia debitoris, cui in uito creditore solui potest: contra verò in Adiecto gratia credi toris; quia ei inuito creditore solui non potest l. hoc iure.in §.si quis dederit.ff.de donat.ubi Bar. & dixi in superiori parte num.
7 37.† Subijcit Aret. ꝙ licèt prædicta aliquo modo toleranda vi deantur, tentari tñ posse, ex eo quòd Iurisconsultus ait, diuersam rem in Adiecto designari non posse, resoluatur res in simplex mandatum, ut ait se dixisse exponendo text.in §.si ita stipulatus fuero.ea.l.fi. Hoc autem mandatum inducit lex, nō ex p̄sumpta voluntate stipulatoris specifica, cum ipse non Procuratorem, sed Adiectum uoluerit constituere, sed lex ipsa hoc inducit præ sumendo, quòd si stipulator non credidisset, hunc Adiectū fie ri nō posse, verisimile sit eum Procuratorem esse uoluisse, arg. l.tale pactum.in §.fi.ff.de pactis. unde quia hic non est Procura tor tacite, uel expresse ꝯstitutus ab homine, sed a lege rōne præ dicta, non est mirum si nō contingit liberatio ipso iure, sed ope exceptionis: quia non potest dici solutio proprie ex voluntate creditoris facta; facit optimè ſm eum pro ista differentia, qđ hī in glo.ordinaria in l.si pupilli.in §.item quæritur. ff. de neg.gest. vbi solutio facta de mea pecunia creditori ab eo, qui non intē debat me liberare, sed cum putaret se debitorē, liberat me ope exceptionis non ipso iure, & addit ad prædicta uidendum Bart. in l.non solum in prin. ff. de procu. ubi ponit aliquas differētias inter procuratorem constitutum a lege, & ab homine. Hæc ille non insubtiliter (vt solet) quæ si uera essent, sequeretur huic adiecto, de quo uerba fecimus, inuito creuitore solui nō posse, quod tanquam ꝯ iuris regulas, & mentem doctorum nō puto admittendum, sed restringendum tex.in adiecto gratia debito-
8 ris (prout in re dubia iudicandum est) non nego, ut Aret. paulò superius relatus animaduertit. † ego autem (ut dicam quid sen tiam) prædictorum rationes forsan ueras reddi posse putabam, succurrit enim, quod inquit Bar.in l.j.ff.de pact. tria requiri in sti pulationibus. Persona promittentis, Persona cui promittitur, & res quæ promittitur l.5.in §.stipulatio.ff.de verb.oblig & inquit Iurisconsultus in l.quæcunque.ff.de act. & oblig. Quæcunq; ge rimus cum ex nostro ꝯctu originem trahunt, nisi ex p̄sona no stra initium sumant, obligationis inanem actum efficiunt, & ait Iurisconsultus in nostro §.quem exponendum duximus. Nisi quidem a me uim accipiat obligatio, nihil potest ualere. Cum ergo res sit de substantia stipulationis, & nō sumat in re, de qua agitur, initium a persona nostra, & alteri stipulari nemo possit, meritò Iurisc̄ōsultus ait, diuersam rem in personam adtecti de signari non posse: & non est mirandum, si liberatio non fit ipso
9 iure, ius enim non assistit; & si quæratur † quare contingat libe ratio ope exceptionis, si diuersa res designata ī persona adiecti ei soluatur; illa (ni fallor) uera reddi potest. Quia licèt iuris subti litate ex relatis rationibus non contingat liberatio ipso iure, cū tñ mutuus consensus interueniat, stipulatoris scilicet, & ꝓmis soris & certam hanc formam habuerit stipulatio l. vero procu ratori.ff.de solut. ex equitate ꝓp mutuum consensum facta so lutione adiecto receptum est, promissorem si conueniatur a sti pulatore exceptione se tueri posse, & hæc sn̄ia adiuuatur ex his, quæ de diuersitate loci inferius dicam sub nu. 58. Argumētum nanque ualidum est de re ad locum l.si quis delegauerit. ff. de aur. & arg.leg. comprobatur hæc eadem sententia, non insubti liter (ut puto) ex l.si id quod.ff.de duobus reis, ubi si ego, & Mę uius dotis nomine stipulamur a Titio centum pro Pamphila, quæ mihi nuptura erat; quia duo rei constitui non possunt, etiā si hoc actum sit, ut essemus duo rei credendi ex ratione, quā re tuli in 12.q.pen. par. solutione vni facta non ipso iure, sed ope exceptionis contingit liberatio, quod non alia ratione est, nisi ex consensu; quia ratio uetat cōstitutionem duorum reorum, & equitas hoc suggerit, ut dixi in relato loco, & gl.in ea.l.sensit. in ver manet. ut ergo ad rem redeam, ius singulare est in Adie cto, vt tueatur se promissor ope exceptionis ꝓp relatas regulas, quæ in hoc casu interueniunt, & quæ nō aduersantur extra ca sum adiecti, qñ soluitur aliud, q̃ id qnod debetur, & alii, q̃ cui de betur creditore volente, & meritò hoc vltimo casu cum expres sa voluntas creditoris interueniat, & relatæ regulæ non aduer sentur, ipso iure contingit liberatio ſm relatos doctores, & rectè, vnde sequetur, & erit declaratio noua, & (ni fallor) vera ad
10 §.nostrum, ꝙ si † tempore solutionis adesset volūtas libera cre ditoris, & sic solueretur res diuersa adiecto in eius persona de signata, accedente consensu creditoris in ipsa solutione contin geret liberatio, ipso iure eo modo quo diximus contingere qñ fit alii de re diuersa ex uoluntate creditoris, idque sensisse videt Pau.Castren.in l.qui res.in §.mihi Romæ. ff. de solut. ꝙñr arbi tror non esse verum in proposita disputatione adiectum hunc procuratorem constitutum censeri, ut Aret.dicebat. Nec aduer satur sententiæ nostræ §.si ita.hac ea.lege, vbi qñ quis stipulatus est sibi, aut Titio decem dari, & respondit promissor, promitto tibi, non potest solui adiecto, illud nanq; ex eo euenit, quia mu tuus consensus non interuenit, iuxta Alb. & aliorum sententiā
11 in eo.§.de quo plenius dicturus sum in pen.par.in 5.q. Non † mo uet etiam l.si cum Corn.ff.de solut. habet enim locum extra ca sum propositum, ut in superiori parte declaraui nu. 35. & ī pen. par. dicam in 7.q. Hic ergo adiectus nec ex p̄sona sua aget, nec vt a lege procurator constitutus, tm̄.n. Iurisc̄ōsultus noster ait, si huic adiecto soluatur, exceptionis ope promissori esse cōsul tum; quæ omnia quāti momenti sit inquirere, nemo est, qui nō videat, quæ & vera esse puto, & ex mente legū, & naturali rōne adiuuantur, & notādum est, qđ diximus, ope exceptionis cōtin gere liberationem, ideo euenire, quia res diuersa, quæ soluitur est designata in p̄sona Adiecti; aliàs nanq; Adiectus sine cōsen su creditoris aliud ꝑ alio recipere nō pōt, ut rñdit Alex. in ꝙsil.
12 95.vol.3.& dixi in superiori par.nu.50.† Nec est silentio præte reundum in l.qui hominē.in §.stipulatus sum.ff.de solu. eūdem casum proponi de eo qui stipulatus sit sibi decem, aut Titio ho minem dari, si homo Titio detur, promissor liberetur. qui text. licèt simpliciter dicat, promissorem liberari, & videatur aduer sari his, quæ diximus; tñ est exponendus, ne sit cōtrarius nostro. §.ope scilicet exceptionis, ut animaduertit Accur.ibidem citan do tex.nostrum, & eodem modo exponendus est tex. in l.q res.

Source : BIU Cujas

in §.mihi Romæ.ff.de ſolu.vbi dicitur, liberari promiſſorē, qui mihi Stichum,aut Titio Pamphilum promiſerit, & dederit Titio Pamphilum,vt declarant Doctores ibidem, maxime Imol. licèt Angelus dixerit ipſo iure,nec rectè.Eſt & illud addendum prædictis,quod ſcripſit Accurſ.ī hoc ipſo.§.in ver.per exceptio-
13 nem.in fi.† Ius ſingulare eſſe in operis, vt ſi ſoluantur adiectæ perſonæ,nullo modo contingat liberatio;vt in l.ſeruus.cū duabus leg.ſeq.ff.de ope.liber.quam glo.& Bar.& Bald.non improbant,& expreſſe probat Alb.ibidem:ſcripſit tñ Imo.in eo.§.fin. leges illas intelligendas ꝓm noſtrum.§.vt in caſu illarum legum ſolui non poſſint operæ Lucio Titio Adiecto,vt contingat libe ratio ipſo iure,ſed ope exceptionis contingat,idque ait ſenſiſſe Iac.Aren.& notaſſe Cyn.in l.liberti libertęq;.ff.de oper.liber.& Ang.voce dixiſſe,& ſubijcit pro hac ſententia facere legem ſe-
14 quentem, † quæ dicit: quia aliæ operæ erant,quæ Lucio Titio dantur,illa.n.ratio;quia alia res ſoluitur,demonſtrat ſolum libe rationem ipſo iure non fieri,nec vī ſufficere ad liberationē penitus excludēdam:ſed & ego exiſtimo in eadem opinione fuiſſe Accurſ.in d.l.quia,dum inquit,quia aliæ ab his quæ in obliga tione deductæ ſunt,vnde non contingit liberatio, & citat text. noſtrum.Senſit ergo ope exceptionis liberationem contingere in relatis verbis:vulgare nāque illud eſt,& verum Doctores intelligendos ſecundum leges,quas citant,vt inquit Bart.in l.non ſolùm.in §.liberationis verba.ff.de lib.leg. Dicet aliquis pro ſuperiori ſententia,ꝙ in caſu relatarum legum nullo modo contingat liberatio,ſi adiectæ perſonæ operæ ſoluantur, valde facere l.ſeruus.citatam,dum dī,ſoluere Lucio Titio non poteſt,ꝙſiderando verbum non poteſt,vt per gloſ in c.j. in ver.Non pōt. ff.de reg.iur.ſed poſſet rñderi ex his,quæ de dicto verbo plenius poſt Bar.ſcripſit Iaſ.in l.Gallus.ff.de lib.& poſth. & quia Iuriſcōſultus in hoc ipſo.§.quem exponimus eodem dicēdi genere eſt vſus, dum inquit, rem diuerſam in perſona Adiecti deſignari non poſſe,& tñ intelligitur, ut promiſſor ipſo iure nō liberetur ſoluendo Adiecto rem diuerſam in eius perſona deſignatam. Vnde ex prędictis & propter rationem Imo.in eius ſententiam inclino, & licèt Accurſ.declaret dictam legē ſeruus, in quibus operis intelligatur, vide tamen Pau.Caſt.in l.ſi id quod,& ibidē recentiores Ferrarienſes.ff.de duobus reis,qui & in aliis locis(vt ipſi referunt) ſcripſere.

Quæro iuxta propoſitum ordinem an diuerſa tempora in p-
15 ſona Adiecti deſignari poſſint, † & Iuriſconſultus in eod. §.fin. eleganter ait: Tempora diuerſa deſignari poſſe. Veluti mihi calēdis Ianuariis,aut Titio calendis Februarijs centum dare ſpondes?Immo etiam citeriorem diem inquit in perſonam Adiecti conferri poſſe. Veluti mihi calendis Februarijs, Titio calendis Ianuarijs dare ſpondes?quo caſu talem eſſe ſtipulationem intelligimus,vt ſi Titio calendis Ianuariis non dederis, mihi calēdis Februarijs dare ſpondes.Hactenus Iuriſconſultus. quibus, & illud eſt annotandum, ꝙ cum citeriori ſeu anteriori die Adicto dari ſtipulor,ut in exemplo propoſito dicebat Accurſ. ſoluentem non liberari:quinimmo in obligationem nō incidere.Sed
16 longe errauit,ut Bart. & Imo.animaduerterunt. † Dies nanque conuentionalis,ſeu tempus in ſtipulatione adiectum non impedit obligationem,prętens nanque eſt obligatio,& in diē dila ta ſolutio l.centeſimis ff.de verb oblig.& eſt tex. ad verbum, in l.qui res.in §. mihi decem.ff.de ſolut. Vbi Iuriſconſultus in hæc verba.Nam cum in diem ſit ea obligatio, etiam mihi ſolui pōt ante calendas Februarij,& igitur illi ſolui poterit: Nec mouere debent relata verba Iuriſconſulti: Talem eſſe ſtipulationem intelligimus,vt ſi Titio calendis Ianuarijs non dederis,& reliqua, quaſi illa verba indicent conditionem. Intelligēda nanq; ſunt, ꝙ conditio prædicta ineſt quo ad ſolutionem, non autem quo ad obligationem,niſi hoc eſſet expreſſe actum l.qui res.in §.qui ſtipulatus. ff. de ſolut. & hoc caſu Accurſ. defendi poſſet. eſt & aliud huic rei annotandum,ꝙ in perſona Adiecti citeriorē, ſeu anteriorem diem conferri non poſſe videbatur; cum plus eſſe nō poſſit in acceſſorio, quàm in principali l. hi qui acceſſionis. l.gręce.in §.illud.ff.de fide. Sed verum eſt, non plus poſſe conſiſtere in obligatione acceſſoria, vt in ꝯrijs, at in Adiecto nulla conſiſtit obligatio,ut dixi in prima par.circa fi. ſed tātum ei ſolui poteſt,& vt ſupra Accurſ.Bart.Imo.& Pau.rñderunt,in d.l.q res .in §.mihi decem, quæ comprobari poſſunt ex his, quæ dixi in ſuperiori par.nu.45.Nec omitto Bal.non relatum, qui in d.§. mihi decem,ſcripſit in hęc verba,& (vt puto) non ineleganter:
17 † Videbatur inquit vbi breuius, & longius tempus adijcitur in ſtipulatione,longius inſpiciendum;quia minus in obligatione eſſe cenſetur,vnde longius tempus adiectum in perſona ſtipulatoris ſpectandum videbatur;ſed reſpōdit illud verum, ubi breuius, & longius adijcitur in perſona ſtipulatoris. Sed qñ vnum in perſona ſtipulatoris,aliud in perſona Adiecti,tunc ſtipulationis forma in vnoquoq; ſpectanda eſt. Vnde in caſu propoſito, vbi citerior ſeu anterior dies adiectus eſt in perſona Titij, putauit non rectè ſolui Titio poſteriori die,veluti calendis Februa-
18 rijs,† quia permiſſum ad tempus poſt tempus cenſetur denega-
19 tum.ff.de leg.3.l.ſtatuliberi.§. Stichum; † ex quibus ſequī ele-

gans,& notabilis declaratio ad ea quæ diximus,& §.noſtrum,vt poſſit ſolui Adiecto in citeriori die & contingat liberatio, ut id ſit verum, ſi in præfinito tempore Adiecto ſoluatur, non poſtea.Pro qua ſententia facit l.vero Procuratori. ff. de ſolut.in illis verbis,quia certam formam habuit ſtipulatio, & eadem ſnīa confirmari pōt ex noſtro.§.dum ait Iuriſconſultus,quo caſu talem eſſe ſtipulationem intelligimus, ut ſi Titio calendis Ianuarijs non dederis,mihi calendis &c.Quæ verba demonſtrant,formam ſtipulationi datam eſſe,& eam ſeruandam,& in eo. §. forſan ſenſit Bar.dum ait,ꝙ illa ꝺō ineſt quò ad ſolutionem,non quò ad obligationē; ex quibus Bal. ſnīam veram eſſe exiſtimo, & prædicta non contemnenda.Nec me latet Raph. Cum.nullā de prædictis mentionē facientem in hoc noſtro.§. in fi.dixiſſe, ꝙ ſi te conuenero calendis Februariis, & non ſolueris Titio calendis Ianuarijs,& velis purgare moram,& ſoluere Titio potes tantum,ſi mea non intereſt l.ſi ita quis.§.Seia.ff.de verbo.oblig. Sed (ni fallor) errauit,ut patet ex præmiſſis,& §. Seia. non facit, non.n.loquitur in Adiecto;& cū ſtipulatio formā habuerit, illa inuito creditore immutari nō pōt,veluti ꝯ.Accedit,ꝙ rō ꝑprij tpis in ꝑſona cuiusq; habenda vī,arg.text.in l.eandē.in §.fi.ff.de duobus reis. Vñ creditore nō probante ſolutionē factā in perſona Adiecti extra tēpus deſignatū debitori,repetitio cōcedenda eſſet,& creditori actio aduerſus debitorē non denegāda.His addes,quæ in ſeq.par.dicam in nona limitatione; vbi ſentētiam Baldi alio argumento in dubium reuocaui, defendi & declaraui, & quæ illic dicta ſunt,huc erunt transferenda;& contra.

20 Rurſus (vt polliciti ſumus) quæritur,num† in perſona Adiecti diuerſa qualitas conferri poſſit,& Iuriſconſultus in hoc ipſo §.ver.ſed rurſus,ait; Mihi quidē pure, aut Titio ſub ꝺōne ſtipulari poſſum, ꝯ verò ſi mihi ſub ꝺōne, aut Titio pure, inutilis erit tota ſtipulatio,niſi in meam ꝑſonā ꝺō extiterit,ſ.quia niſi, qđ legitur in pandectis, à me vim acceperit obligatio, adiectio nihil poterit valere;Hoc tñ ita demū tractari pōt,ſi euidēter appareat pure Titij ꝑſonā adiectā.Alioquin, cū ita ſtipulor, ſi nauis ex Aphrica venerit,mihi aut Titio dari ſpondes,Titij quoq; ꝑſona ſub eadem ꝺōne adiici vī.Hucuſque Iuriſconſultus, &
21 ex relatis verbis quædā notanda ſunt,& illud primū,qđ vulgare eſt,vitiato principali,& acceſſorium vitiari. Nā quæ † acceſſionum locum obtinent extinguuntur, cū principales res perēptæ fuerint,ꝯ l.2 ff.de pecu.leg.facit qđ hī l.in pupillari. ff. de vulg. & pup.& in l.fideiuſſor obligari, in fi. ff.de fideiuſ. de quo plenè ſcripſerunt Dec.& Hier.Cag.in l.cum principalis.ff.de reg.iu.& quædam ſimilia Iaſ.refert in ꝺſi.130.in fin.volu.4.quibus addes Mar.ſing.17.& in q.quottidiana declarauit hoc Pau. Par.in ꝺſil. 15.nu.111.& ſeq.vol.2.qualitas.n.ſine ſubiecto ſtare non poteſt, cui adhæret ff.de act.emp.l.ſi ſeruum mihi §. ſi modus. c.j.vt eccle.bene.inſtit.de vſuf.in prin.l.eius qui in prouincia.ubi Doctores.ff.ſi cer.pet.& in pulcro caſu inquit Soc.Iun.in ꝺſi.27.nu.10.
22 par.2.& inquit Bald.in hoc noſtro.§. † obligationem requirere fundamentum ſuum in quibuſcunq; actib. l. quæcūq; gerimus. ff.de actio. & oblig.& citat ſingularem tex.ſm Andr.Piſa.in l.ſi ſeruus cōis meus,& caſtrenſis peculij.ff.de ſtipul. ſer. Vnde ſeqt (vt ait Iuriſconſultus) cum alteri ſtipulari nemo poſſit, & in adiecto ſit merum factum, ſi non cōſiſtat obligatio in perſona ſtipulatoris, adiectio nihil poſſit valere.

Item & illud notandum eſt,quod Aret.in hoc noſtro.§.eleganter ſcriptū reliquit ſub nu.7.ſi mihi ſub ſub ꝺōne,& Adiecto pure ſtipuler decē dari. Adiecto exiſtente ꝺōne ſolui etiā poſſe;ſolutio ergo Adiecto non ſolum pōt fieri, ubi pure mihi, aut Titio deem dari ſtipulor,verum & ſi mihi ſub ꝺōne, dum-
23 modo impleatur ꝺō; † Vnde ſequitur realiter idem eſſe obligationē pure factam,vel ſub ꝺōne conceptam, & impletā. Nā ſi duo diuerſa hæc eſſent, ſtipulatio interpoſita, ut poſſit ſolui Adiecto in vno caſu,non cōuinceretur in alio: quia in ſtipulationibus,quæ ſunt ſtricti iuris,omiſſum hī pro omiſſo l.ꝙcquid aſtringendæ.ff.de verb.oblig.ex quo ſoluitur illa quotidiana, & elegans quæſtio tractata ab Angelo in l.fi.in §.Titius.ff.de vulg.
24 & pup.ſi † lex municipalis inſtrumenta pura, & liquida executionem paratam habere mandat ꝯ perſonam obligatam, locū etiā habeat in inſtrumentis ꝺōnalibus ꝺōne impleta: Nam ſecundùm Angel.ibidem, ubi & glo. notauit,puri,& purificati (vt aiunt) idem eſt iudicium.l.qui de inofficioſo. ff.de inof.teſt. l.ſed ſi de ſua.in §.fin.ff.de acquir.hæred. Addit Aret. (& verum eſt) Imo.in eodem §.fi. ſententiam Angeli improbare, ait eñ, ſententiam Angeli forſan damnandam;quia ſtatutum exorbitans à iure communi ſtricte intelligendum eſt l. quicquid.ff.de verbo.obligat.& in regula,quæ à iure.de reg.iu.in 6. Vnde cum ex propria ſignificatione aliud ſit purū,& aliud cōditionale, qđ exiſtente conditione fit purum,non videt quomodo ſtatutum loquens in inſtrumento puro ad purificatum rectè trahatur. Item diſpoſitio facta in caſu vero,nō trahitur ad fictum ex propria ſignificatione l.3.§.hæc actio.ff.de neg.geſt.Sed quando impletur cōditio,fingitur retro fuiſſe pura obligatio l.qui potior, & qui balneum.ff.qui pot.in pig.hab.l.quod dī.ff.de teſta.milit. ſed & addit Aret.noſter in eadem ſententia fuiſſe Bal.ab Imol.

non

Source : BIU Cujas

non relatum in l.edita.C.de eden.in repet. Patauina, ubi inquit
25 † agentem ex debito puro non posse obtinere,si probat debitū conditionale purificatum;quia hæc diuersa sunt, & in proposita quæstione inquit ualde referre, qūo verba statuti concepta sint,si enim statutum,uel libellans restringit se ad debitum, qđ à principio esset purum,& Imo.& Baldi sententia uera sit,sed si statutum loqueretur de debito puro,tunc interpretatio fienda esset de debito puro,scilicet tempore quo agitur: sat enim esset
26 debitum purificatum.Vnde in casu nostro vides,ꝙ qui † stipulatus est sibi sub conditione & Adiecto, pure vī stipulari adiecto in casu, quo conditio impleatur: citat etiam dictam l. sed si de sua.in §.fi.ff.de acquir.hæred.Vbi probatur,eum qui credit se pure institutum,licèt sit institutus sub conditione impleta, pōt adire;quia hæc diuersa non sunt,ut non insubtiliter inquit Bar. in l.hæres institutus.ff.eo.tit.de acq.hæred.Sed & Alex.in d.§.Titius.refert Bal.in l.in testamento.in fi.C.de testa.mil.idem quod Ang.dicentem:sed agentem conditionis euentum ꝓbare oportere,& quidem coram iudice,iuxta singularē text. in l.hoc iure. ff.de verb.oblig.Deinde subijcit distinguedum esse hoc modo, Aut statutum tribuit executionem pro debito puro, Aut pro instrumento puro. Primo casu Angeli & Baldi in proxime relato loco sententiam probat:secundo casu Imolæ sententiæ assentitur; quia instrumentum dī id quod legi potest l.j. ff.de his quæ in testa.delen. Sed in instrumento est conditio, ergo &c.
27 Nec hoc casu refert conditionem impletam, † quia cōditionis implementum non est de ϑctu,sed extra ϑctum, idque colligit ex notatis à Bal.in l.fi.C.de falsa cau.adie.lega. l.interdum. ff.qđ vi aut clam.aliàs est lex j.§.hoc interdictum.Idem Alex. in l.in illa.nu.7.ff.de verb.oblig.eadem vsus est distinctione,aut statutū dicit instrumenta pura,& locum habeat sentētia Imo.qa instrumentum est,quod legitur & aliud est instrumentum, aliud de-
28 bitum,l.fi.ubi Bald.C.de fal.cau.adiec.leg. De quo Dec. † qui & alios refert proximè ad rem in consi.17.& in consi.46.nu.3.ubi refert simpliciter Ang.& probat,& Corn.in consi.241.nume.8. vol.2.Pau.Paris.consi.133.nu.8.vol.4.his addendus est Ias.in d.§. Titius,qui post longam disputationem Angeli sententiam probat,& rñdet rationibus Imo. & subiicit sententiam Angeli ueriorem,ſm quam & consuleret,& iudicaret, ait enim eandē rationem a lege municipali in instrumento puro consideratam, & in purificato interuenire.legi etiam Franc. Cur.apud Alex.in d.l.in illa,eius distinctionem non improbare, quem & simplici ter retulit Asten. in tertio vol. statutorum, in verbo conditio. Scripsit etiam Franc.Ripa in ea. q.in citata l.in illa. ubi nume.8. inquit,distinctionem Aretini,& Alex.eandem esse,sed & addit aliter distinguendum, aut post factam liquidationem petitur executio instrumenti,& tunc Imo.& Ias.admittatur sententia, sed error est;quia Ias. Angeli probauit sententiam. emendādus ergo codex est,& tunc Angeli,& Ias.procedat sñia; aut ante, & tunc non rectè executiue agatur, cum in liquidatione facienda
29 † ordo iuris sit necessarius ſm Bar.in l.3.in ter. q. C.de pigno.& declarauit Soc.in consi.51.Præstantissime.col.3. lib.j. Guid.Pap. dec.15.quibus addes Cana.in trac.de exe.instr. in 14. q. tho.14. sed (vt dicam quid sentiam) relata distinctio Fran.Rip. vel ego non intelligo,uel admittenda non est, cum peruertatur ex ratione Alex.superius relata. vnde acquiescendum putaui distinctioni Alex.& Aretini,& ex verbis legis municipalis ac ratione eiusdem quæstionem hanc dirimendam;Et illud certi iuris est, executionem instrumenti non dari,nisi appareat euenisse cōditionem,sub qua contractus fuit initus, etiam si sit conditio tacita,ut in dotis promissione,cui tacita inest conditio,si matrimonium sequatur, ut idem Franc. Ripa notauit in relato loco, & Anton. Gal. in trac.ad for.came.oblig.in titu.de vi instrumenti oblig.came.pag.mihi 137.quibus addes Alex.in consi.119.uol.j. Cassad.de rescrip.dec.10.num.6.
30 Et illud quæritur,ait Iurisconsultus. † Mihi quidem pure aut Titio sub conditione me stipulari posse, num ante conditionē in persona Titij adiectam,& impletam agere possim,& Bart.& Imo.in fi.dicti.§.responderunt posse,arg.l.ex duobus. ff.de duobus reis,vbi legitur ϑ reum debendi, qui pure promisit agi posse,nec impedimento esse diem, aut conditionem, sub qua alius Correus promisit, & facit; quia non speratur nouari obligatio in euentum conditionis, ergo non debet impediri exercitium actionis puræ l.pecuniam.a sensu contrario.ff.si cert. pet. Sed ϑ prędictorum sententiam Raph.Cum.ibidem inquit, facere videtur l.Titio.ff.de vsuf.leg.l.cum ita.& l.cum illud.ff.quādo dies
31 leg.cedat.Nam † suspensio in vna parte alternatiuæ,partē etiam aliam suspendit.vnde qñ mihi pure,Titio sub conditione stipulor,vel mihi citeriori die,aut Titio posteriori, agi non posse vī die non adueniente, uel conditione non impleta in persona adiecti,sed cogitandum ait,uerum (ni fallor) Bart. & Imo.sñia vera est. Cum in adiecto nihil iuris conferatur (vt non semel dixi) & Iurisconsultus noster innuit in ver. ex hoc apparet statim referēdo. Nec mouere debent iura relata a Raph.lex nāq;. Titio,rationem habet in se expressam, & remouetur contrariū ex prædictis,& l.pecunia.superius citata.Præterea in illis legibus enumeratio plurium rerum disiunctiuo modo in eadem persona comprehensa erat; At in casu nostro in diuersis personis,meritò inquit Bar.probatur in l.ex duobus.sententia sua, & ex persona cuiusque ratio proprij temporis habenda est, argumento tex.in l.eandem;in fi.ff.de duobus reis,sed & addes, ꝙ non dissimilis solutio datur a glo.& Bart.in l.qui res, in §.qui stipulatur. ff.de solut.& quando incidimus in tex.legis cum illud. ff.quādo
32 dies leg.ced.sciendum est,singularem esse tex.in † quo probat, si relinquuntur duæ res alternatiue, vna pure, & alia sub conditione,mortuo legatario conditione pendente rem pure legatā ad hæredes suos non trāsmittere,ut notauit Rom. singulari 88. certum est,& singularem tex.exclamat Nic. Euerar.in sua centuria in loco ab Alternat. qui est in ordine 12. pag. 4. ubi subijcit,qui tex.non vidisset,contrarium de iure respondisset.

Sed & his adde elegantem tex.non relatum in l.pater cum fi-
33 liæ.ff.de pac.dota.ubi probatur, ꝙ † conditio existens,siue in vita,siue post mortem stipulatoris, stipulationem (vt vtar uerbis Bartoli) purificat,seu puram reddit;vide ergo legem,& quæ dicam in seq.par.in 17.ampliat.& decimatertia limitatione.

Denique huic rei illud adiiciendum est, ex textu nostro col-
34 ligi notabilem regulam:& est talis. Quæ dicuntur † in persona principalis,& in persona adiecti repetita intelligi, nisi aliud euidenter appareat, ait nanque iurisconsultus.Si nauis ex Aphrica venerit,mihi aut Titio dare spondes? Titij quoque personā sub eadem conditione adijci videri,& addit Bar.facere.l.si ut proponis.ff.de fideiuss.& quod dixit in l.si ita stipulatus.in §.Chrisogonus.ff.de verbo. oblig. ubi an qualitas in principali dispositione prȩcedenti in accessoria repetita intelligatur,eleganter tractat; qualitas ergo in persona stipulatoris adiecta censetur repetita in persona adiecti, hoc ideo, quia ambæ dispositiones eundem effectum, seu rei finem respiciunt, & sunt circa eandem rem. Quod hic restringitur, nisi in persona, quæ uenit accessorie ad principalem dispositionem alia diuersa cōditio sit adiecta. Tūc enim quia specialiter est ꝓuisum in persona adiecti de alia conditione, prima conditio, seu qualitas repetita non censetur. Quod inquit Aret.semper notandum ad ea quæ Bar. scripsit in dicto §.Crisogonus.

Quæro iuxta propositam disputationem, an diuersa † condi-
36 tio in persona Adiecti adijci possit? In qua quæstione Iurisconsultus in hoc ipso §.ad uerbum referendus est: verba autē sunt hæc.Ex hoc apparet,si diuersa conditio in meam personam, diuersa in Titij posita sit, nec in meam personam extiterit conditio, totam stipulationem nullius momenti futuram: existente verò mea ϙdōne,si quidem Titio quoque ϙdō extiterit,poterit vel Titio,vel mihi solui:si verò in illius persona defecerit, quasi non adiectus habebitur.Hactenus Iurisconsultus, qui ita clare, & eleganter scripsit,ut additione non egeat,sed tantum dicam, quæ in superiori quæstione dixi hic transferri posse.

Item quæro de persona,† quid si non rectè adijciatur, uerbi
37 gratia,stipulatus sum mihi,aut Titio decē dari,qui Titius mortuus erat,& Iurisconsultus,in hoc nostro.§.fi.ait, ex his omnib. apparet, licèt alterius persona non rectè adijciatur, non ideo minus in nostram personam utiliter procedere stipulationem, Adiectus ergo pro non adiecto habetur, & utilis est stipulatio in persona stipulatoris, facit l. placuit. ff. de vsu. & regula iuris. vtile per inutile non vitiatur.

Sed finge,ꝙ sit alternatiua rerum, & personarum, vt puta si quis hominem aut decem sibi,aut Titio dari stipuletur, si partē hominis promissor Titio tradiderit, deinde stipulatori decem numerauerit,Num conditio indebiti competat,& ϑ quē? Quęstio hæc proponitur à Iurisconsulto in l.qui hominem. in prin. ff.de solut.Qui ait,non Titio, sed tibi partem hominis cōdicet, quasi indebitum Titio tua voluntate soluerit. Idem iuris erit, ēt si mortuo Titio decem soluerit,vt tibi potius, q̄ hæredi Titij partem hominis condicat: & nota, ꝙ non contingit liberatio ex solutione partis hominis,secus si totum hominem soluisset, vt Accurs.notauit ī ea.l.& probat tex.quibus addes, quæ dicam in seq.par.ver.nonò amplianda,& in vlt.par. nu.20.

Sed qm̄ (vt vides) non est explicitus tractatus a Iurisconsulto in d.l.fi.ff.de verbo.obl. Qpæro de summa diuersa designata in persona adiecti, & hic duplex erit inspectio. Altera, qñ maior summa in persona stipulatoris, q̄ Adiecti confertur. Altera ϑ, cum minor summa in persona stipulatoris, q̄ Adiecti designatur,& in hoc iuris articulo confugiendum putaui ad Iurisconsultum in l.qui res.in §.qui stipulatur.ff.de solut.vbi non minus elegans est.§. q̄ subtilis, vtilis, & difficilis, & propterea euidentioris intellectus gratia infrascriptas facti species constituēdas duxi,& quidem in vnaquaque inspectione.

In prima igitur,qñ stipulatio plus continet in persona stipu-
38 latoris, † q̄ Adiecti. Verbi gratia, mihi decem,aut Titio quinq;. Prima facti species, vbi stipulatio sub ϙdōne concipitur finge. per dictionem. Si hoc modo, si Titio nō solueris quinq;, dabis mihi decē? Titio quinque solutis, liberabitur a me promissor, cuius rei illa redditur ratio; quia solutis quinque Titio in obligatione decē non incidit promissor,cōditio nanq; deficit, hoc

Source : BIU Cujas

probat text. in d.§.qui ſtipulatur, vbi Bar.Bal. Ang.Pau.& Imo.

39 Secunda facti ſpecies eſt, cum † promittis mihi decem, aut quinque Titio dare,& expreſſe actum eſt inter nos,vt in perſona mea decem loco pœnæ adiecta ſint, ſi Titio quinque nō ſolueris.& idem iuris ſit:vt ſolutis quinque Titio in totum a me libereris,licèt enim hic expreſſe conditio adiecta non ſit, ſat eſt tñ de partium intentione conſtare, & ineſt hic tacite conditio ex natura pœnæ,quæ pp moram committitur. hoc probat idē §.qui ſtipulatur,& relati doctores teſtantur, ſed & illud huic rei adijciendum vr̃,controuerſiam eſſe, num relata ſtipulatio probanda ſeu magis improbanda videatur tanquam in fraudē vſu-
40 rarum.Nam promittens† quinque,& ſi non ſoluerit,decem,in fraudem vſurarum cenſetur promiſſio facta l.cum allegas.C.de vſu.quam tñ exigi poſſe, vbi iuramentum interuenit, tentauit dicere Alex.in conſi.158.in cauſa & lite &c lib.2.Gram.dec.58. Magnifica &c.nu.6.& ſeq. & ſcripſi maxime inter Mercatores plenè quidem in Trac.de Merca.in titu.de contra.Merca.nu.2. & nu.22.vbi de hoc pacto inter Mercatores ſolito tractaui: verum refert,an quis in perſona propria ſtipuletur, puta quinque 44 in nundinis Recinenſibus promittis mihi dare, & ſi non dederis,decem? & hoc caſu:quia quantitas dationi adiicitur, in fraudem vſurarum adiecta cenſetur,d.l.cum allegas,& l.Iulianus.in §.ibidem.ff.de act.emp.& circa hæc vide quæ ſcripſi in relato|lo co,& Aym.in conſi.520.nu.6.par.2.ſi vero verſemur in propoſita facti ſpecie;quia quinque in perſona Adiecti,& decem in p-
45 ſona ſtipulatoris ex conuentione ponantur,defendi poſſit ſtipulatio,cuius rei illa ratio redditur a relatis doctoribus. Quia qñ in eadem perſona pœna maior ſorte adijcitur,verſamur in obligationibus mere dandi, ſed in caſu propoſito non adijcitur da-
41 tioni veræ;quia dari † quinque Titio adiecto debebant, quod 46 vr̃ mixturam facti habere,vnde huius obligationis idem eſſe vr̃ iudicium quod in obligatione facti l.liber homo.in §.fina.ff.de verb.oblig cum notatis,& l.ſi pœnam.eo.tit. poteſt nanq; mea 47 intereſſe,q̃ potius ſoluantur Titio adiecto quinque, q̃ mihi decem,d.l.liber homo.in §.fi &loco intereſſe relati,non in fraudem vſurarum cenſeatur adiecta pœna,& hoc perpetuo notandum eſſe,ſcripſit ibidem Pau.Caſt.vnde Bar.ſubiicit,ex hoc fraudem ab vſurariis excogitari poſſe,ſi hoc modo finge fiat cōuen 48 tio.Promittis calendis Februariis Titio decem dare, & ſi non dederis,promittis mihi viginti pœnæ nomine,nam (vt ait) non videntur adiecta viginti in fraudem vſurarum,vt in d.§. & Bar. ſententiam Ang.& Paul.probant, ſed Imo. eo in loco addit in conſueto fœnerari forte fraus præſumeretur. Nec omittendum eſt,q̃ Bal.in eo.§.ſcriptum reliquit. Ait enim,Bartolus defendit ꝯctum non eſſe vſurarium,ſi Titio quinque non ſolueris mihi decem dari;quia quātitas adijcitur facto, in perſona enim adiecti eſt factum, ideo non præſumitur in fraudem vſurarum pp l.liber homo.in §.fi.ſed certe ſubiicit factum, cuius finis eſt datio,non debet reputari factum,vt in ſeq. §.mihi Romæ. Sed dicet aliquis, rationem hanc remoueri ex his quæ conſiderauit Barto.ſcilicet propter mixturam & pp dictum §. fi. ſed & addit idem Bal.iſta ſubtilitas non conſonat conſcientiæ, & ideo in fo 49 ro canonico eſſet (vt loquitur) vna truffa. Hæc ille, ſed & idem Bal.in l.cum allegas. in quinta oppoſitione reprobat ſentētiam Bartoli in hoc ipſo §. qui ſtipulatur, quia facile fraus committi poſſet, & occaſio fœneratoribus præſtaretur, vnde intelligit. §. noſtrum qñ iuſta cauſa erat ex perſona ſtipulantis pœnam,verbi gratia,tenebar Titio ſub pœna,vnde ſtipulatus ſum ei dari,& ſub eadem mihi,ſi ſibi non ſolueretur,valet enim ſtipulatio, q̃a continet merum intereſſe,vt notatur in d.l.ſi pœnam,& notatur.ff.de neg.geſt.l.ſi debitor, ſed & hoc probatur in dic. l.liber homo.in §.fi.& ꝯ facere videtur con. Ant.de Prat.inter conſilia Alex.ſub nu.49.vol.4.num.8.& nume.14.vbi improbat practicam Bononiæ, & citat inter alia Cyn. & Dyn. in l. cum ſeruus. ff.de cond.& demonſt.qui potius dationem,q̃ factum,quod dationi accedit conſiderandam putarunt;Sed & in articulo indifficili,& periculoſo valde confugiendum eſt ad doctores in l.cū ſeruus,& in d l.cum allegas,& in l.rogaſti,in §.ſi tibi.vbi Thaurinenſ.ff.ſi cer.pet.Alex.in conſi.50.vol.4.& conſi.76. col.fin.volum.5.& in conſi.43.lib.6.& in dic.conſi.158.vol.2.doctores in l.vni.C.de ſenten.quæ pro eo,quod inter.vbi Hierony. Cag. ſub nu.116.doct.in l.ſtipulatio iſta.in §.alteri.ff.de verb.obligat.& in 50 l.4.in §.Cato.maxime Franc.Rip.qui poſt alios late diſputat circa interpretationem c.ſuam.de pœnis,ſub num.66.& ſeq.num.
42 vbi inquit, q̃ in † obligatione dandi, & facti diuidui nunquam de iure canonico committitur pœna pro parte adimpleta, dicto c.ſuam,idq̃ue receptum eſſe ait a frequentioribus legiſtis,&
43 canoniſtis,ſed & addes, q̃ † ubi pœna adiecta eſt facto affirmatiuo etiam iure pontificio in foro iudiciali poteſt exigi: ut in c. 51 dilecti.de arb.ubi doct.& in c.conſtitutus.de pœnis, & vide doctores in §.alteri.inſtitu.de inutil.ſtipul.Pau.Par.in conſi.34.numero 31.& ſeq.vol.1.vbi plenè,& quæ ſcripſi in trac.meo, & loco ſuperius relato nu.21.& ſeq.Soc.Iun.in conſi.33. par.2.vbi ēt circa c.ſuam,Caſſa.in tit.de locat.dec.prima,in fi.Gram.in dicta dec.58.intelligeq̃; prædicta ſm relata loca;quia perplexa eſt materia & difficilis,& lege in d.§.Cato Alciat.ſub num.147.Amb. de Vigna.in ca.ſalubriter.nu.95. de vſu.& reperitur in 10.nono trac Bar Alex.& recentiores in l.rogaſti.in §.ſi tibi.ff.ſi cert.pet. ſed & ego (vt dicam quid ſentiam) in caſu diſputato video ſententiam Bar.probari in hoc noſtro §.qui ſtipulatur,cui(vt Pau. Caſtr.ait) rñderi non rectè poteſt, & qñ conſtaret de intereſſe iuxt.l.liber homo in §.fi. pœna hæc cenſeretur adiecta loco intereſſe,& ſine controuerſia admittenda eſſet ſnīa Bar. quam defendit Alex.in d.§.alteri.nu.12.& rñdet Baldi rationibus, & addit Angelo,& Raph.placuiſſe.laudo etiam quod Imol.notauit, rationem perſonæ habēdā qualitatemq̃; valde ſpectandā,hanc eñ inſpectionē peſſima tēpora,in quibus verſamur,& vt video verſabimur,niſi D.Opt.Max.equis oculis non inſpexerit, neceſſariā eſſe,hortantur,& poſtulant; & illud nō eſt nouū in dubijs quæſtionibus,vbi aīæ periculum agitur,illud amplectendū,eſſe quod eſt tutius c. iuuenis.de ſponſa.c.illud.de cle.excom.

Tertia facti ſpecies eſt,ubi quis ſimpliciter ſibi aut Titio ſtipulatur,ſ.ſibi decem, aut Titio quinque, tunc enim ſolutionis cā tantum adhibetur Titius, & ideo quinque ei † ſolutis, remanēt alia quinq; in obligatione. ꝯtingit ergo hoc casu ſolutis quinq; Titio liberatio in quinque,& quinq; tñ peti poſſunt;q̃a quinq; ſoluta diminuunt ſummam maiorem, ut probatur in hoc noſtro §.qui ſtipulatur.nec eſt omittendū,q̃ prima fronte reſpondendum videbatur ſolutis quinque Titio in totum contingere liberationem;quia † in obligatione alternatiua ſolutione facta de uno contingit ab altero liberatio, etiam ſi maius ſit, uerum Pau.Caſtr.in hoc noſtro §.ait ꝯrium admittendum in alternatiua rerum,in qua vtraque res eſt in obligatione, ſed in facti ſpecie propoſita maior ſumma eſt in obligatione,minor eſt in ſolutione (vt diximus,) ſed & idem † Pau.qui in exponendis legibus plurimum valuit,eiusq̃ue explanatio, & tironibus, & ueteranis plerunque labores leuat, fortiſſimum ſubiecit argumentum,& eſt tale.Soluto † eo,quod eſt in ſolutione,contingit liberatio ab eo,quod eſt in obligatione.l.ſi quis ſtipulatus fuerit decem in melle. ff. de ſolut. cur diuerſum in facti ſpecie propoſita non dixit,ſed cogitandum ait; quia doctores non attigerunt,& addit,in hoc ſtat ſubtilis conſideratio text.noſtri, & difficile eſt rñdere.Certe text.in † l.ſi quis ſtipulatus fuerit decem in melle, de quo dicam etiam in ſeq.par.in tertia limitatione, ſingularis eſt, nec alibi reperitur, & reſtringit. l. ſi duo. & ſimiles leges de verb.obligat.quæ probant, ubi duo alternatiuè promittuntur, vnumquodq; eſſe in obligatione, & ſolutione, ut locū habeāt, qñ vtrunque in alternatiua deductum eſt certum, ſecus verò ſi alterum eſt certum, alterum incertum, ut puta promitto decē aut frumentum,decem aut mel.Nam quia mel non eſt certum, ſolum deductum in ſtipulatione non valeret,ut in l.triticum,& in l.ita ſtipulatus.ff.de verb.oblig.valet autem in caſu pp certitudinem quantitatis pecuniæ adiectæ in ſtipulatione vnà cū melle,& mel cenſetur adiectum ad ſolutionem. Ad ꝯrium igit̃ puto poſſe rñderi, ut in ſecunda inſpectione paulò inferius etiam dicam,q̃ l.illa.ſi quis ſtipulatus fuerit.loquitur, ubi eidem alternatiuè promiſſum ſoluendum erat modo declarato. † At §.noſter,qui ſtipulatur.locum habet,ubi diuerſis perſonis. Pro qua ſolutione facit,quod dixi ſupra uer.& illud quæritur &c. nu.30. Præterea tex. noſter procedit in re dubia, ubi ſcilicet non cōſtaret de voluntate partium, ſm ea, quæ retuli in præcedenti facti ſpecie,& forſan reſtringendus eſt, niſi ſtipulatus eſſem quinque adiecto pp intereſſe meum,& quod habebam ad adiectum; q̃a commodum conſequi poſſet,vt ſtatim dicam, & eſt notādum. At in ꝯrio ſecus,cōcurrit.n alia ratio: quia mel adiectū incerte declaratur ex quantitate ſummæ adiectæ, vnde mel ſoluitur valoris ſummæ:non eſt ergo mirum,ſi lex ex mente ꝯhentium tacita,& interpretata liberationem diſponat contingere, ſed hic non eſt ita;quia diuerſitas eſt magna in ſumma adiecta in perſona Titii,& ſtipulatoris,& hæc ſolutio naturalem habet rōnem, ex quibus circunſtantiis in re dubia, & cum adiecto nulla obligatio quæratur,ſed ſtipulatori, rectè quidem putauit Iuriſconſultus,quinque Titio ſolutis reliqua quinq; in obligatione manere,quæ vt noua,& (ni fallor) non contemnenda notabis.

In ſecunda verò inſpectione vbi minor ſumma in perſona ſtipulatoris,quàm adiecti deſignatur.

Prima facti ſpecies eſt,ſi † mihi quinq;,aut Titio decē ſtipulatus ſim,quinq; Titio ſolutis non liberaris a me in quinq;.Cuius rei illa rō reddit̃:q̃a neutrū in alternatiua deductū feciſti, debebas.n.vel mihi quinq; ſoluere,uel decē Titio, & hoc ſenſit Iuriſ conſultus in d.§.qui ſtipulatur.dū inquit, non facit cōceptio ſtipulationis,ut a me libereris,ſed hic non eſt omittendum, q̃ prima fronte ꝯ rñdēdum videbatur propter iuris regulam,quę eſt, ſemper † in ſummis id,quod minimum eſt ſponderi cēſetur,& in ſtipulationibus ſeruatū eſt,vt qđ minus eſt, quodq̃; longius eſſe videretur in obligatione deductum uideatur. l. inter ſtipulantem.§.ſi ſtipulante,& l.ſi ita ſtipulatus fuero decē, aut quindecim.ff.de verb.oblig.ſed dicta regula locum habet, vbi eidem ſolui debent decem,aut quindecim. At in propoſito caſu diuerſis,mihi ſcilicet,aut Titio,hæc Bar.poſt gl.in eo.§.& facit, quod dixi

Source : BIU Cujas

dixi paulò ſuperius,ſubijcit Bar.illam rationem reddi poſſe; qa in alternatiua ſummarum, ideo minimum in obligatione de-
52 ductum videtur;quia inter ſummas non cadit † affectio. Non enim conſiderari poteſt in eadem perſona, ſed vbi affectio caderet,vtrunque eſſet in obligatione,tex.ſolemnis in l.ſi is cui decem,vbi Bar.& Pau.Caſtren.ff.de nouat.& qui videndus eſt pro declaratione maiori,ſed in facti ſpecie propoſita poteſt mea interesſe,vt qui nõ temere promiſerim,& forte facilius libẽtiusve ſoluerem alteri, & ſic decem Titio,quàm ſtipulatori quinque, vel pp affectionem quam habeo ad perſonam adiecti. Quia forte antequam ſtipulatori reſtituat ex ſolutione decem commodum ſentiet,vel propter aliam rationem, ſed vbi eſt eadem perſona,hæc affectio conſiderari non poteſt.

Sed finge in propoſito caſu quinque ſoluta Titio, reliqua quinque quomodo petentur. Nam adiectus non habet actio-
53 nem,& nullum ius in eius perſona conferri poteſt.† Principalis ſtipulator non videtur etiam audiendus; quia reliqua quinque non ſoluta videtur ſtipulatus alteri non ſibi,ergo inutiliter.Bar. in eodem §.qui ſtipulatur,putauit ſtipulatorem principalem petere,quia intereſt ſua,vt ſoluantur procuratori,& conſtat hunc adiectum eſſe procuratorem:quia conuenitur actione mãdati. Pro hac practica,& agendi modo citat l.liber homo.in §.fin.& l.ſtipulatio iſta in §.ſi quis inſulam.ff.de verb.oblig & ſubijcit,ſi non eſſet adiectus ꝓcurator maius eſſet dubium. verùm Imol. poſt Ray.putabat ſolutis quinque Titio non contingere liberationem in aliis quinque in perſona ſtipulatoris deſignatis,conſequenter poterit petere illa quinque ſibi dari, a quibus promiſſor liberatur,ſi ſeruat integram formam adiectionis, hoc eſt decem adiecto ſoluat, & ſecundum Imo.hic agendi modus congruit magis verbis Iuriſconſulti; & voluit Imo. conſiderare illa verba in textu non facit conceptio verborum ſeu ſtipulationis, vt ſolutis quinque Titio a me libereris; & eandem practicam, & agendi modum probat Raph. Cum. in hoc ipſo.§. ait enim, petet ſtipulator quinque ſibi debita cum ei non ſoluerit,ſi promiſſor reſpõdeat ſolui quinque Titio,ſtipulator replicabit, nõ dedi tibi facultatem ſoluendi quinque,ſed decem,ideo in nihilo es liberatus.Rurſus ſubiungit,ſi debitor dicet, dedi quinque
59 Titio, & ſi Titij quinque ſoluam, quinque quæ Titio ſolui a te repetam l.qui hominem.in princip. & l.ſi ſtipulatus. ff.de ſolut. ergo dolo facis;quia petis,quod reſtituturus es,& ſic compenſationis obſtat exceptio.Verum negat quinque reſtituenda, & rectè;quia aliàs in perſona adiecti maior quãtitas inutiliter adijci poſſet,procederet ergo argumentum, quando par quantitas in perſona ſtipulatoris,& adiecti collata eſſet.Pro qua ſnĩa Reyne rij Imol.& Raph. facit: quia ſi ſtipulor mihi quinque,aut Titio Stichum,promiſſor non liberatur in aliquo dando partem Stichi Titio.l.qui hominem.ff. de ſolut.ergo eodem modo ſolutis quinque Titio in caſu non continget liberatio ab aliis quinque
54 collatis † in perſona ſtipulatoris.Nec ſecũdùm prædictos huic ſententiæ aduerſatur l.liber homo.in §.fin. Nam ibi erat electio ſtipulatoris.At hic electio rei,vt animaduertit Imol. & rectè,& ſecundùm eum,vtraque ſumma erat in obligatione in caſu dicti §.fi.quod an verum ſit conſidera,& vide quæ dicam circa dictum §.in ſeq.par.in vndecima limitatione, & in §. ſi quis inſulam.citato a Bar.res erat expreſſa in perſona procuratoris. Nec me latet,Paul.Caſtren.in §. noſtro ſcripſiſſe,ſtipulatorem poſſe agere,vt ſibi quinque ſoluantur,aut compleatur ſolutio in perſona Titij,citat ſolum dictam l.liber homo.in §.fi.ſed (ut & ipſe ſententiam interponam meam) practica Rayn. Imol. & Cum. magis videtur congruere verbis Iuriſconſulti,quàm Bartoli,& libellum conceptũ modo quo inquit Pau. non puto reprehendendum.Non enim aduerſatur ſententiæ Imol. & aliorum, eſt etiam amicus litteræ, & defenditur alternatiue conceptus legibus a Bartolo relatis,& eius auctoritate. Accedit, ꝙ hæc petitio alternatiua admittenda vr;cum reus conuentus poſſit, uel complere ſolutionem in perſona adiecti,vel ſtipulatori quinq; ſoluere,& quando incertitudo cauſatur facto rei conuenti non
55 reijcitur † libellus alternatiue cõceptus l.j §.quia autem.ff.quorum leg.vbi Bar.notauit,& idem Bar. in l. vbi autem non apparet.in §.illud,& in l.ſtipulationes nõ diuiduntur.in princ.in vlt. q.ff.de verb.obli.Inn.& Doc.in c.2.extra de lib. oblat. Iaſ.inſtit. de act.in §.actionum.num.90.& nu.104.

Nunc † amplianda eſt relata facti ſpecies,etiam ſi octo ſoluta
56 eſſent Titio,adhuc enim agere poterit ſtipulator ad quinq;,aut promiſſor compleat ſolutionem in ꝑſonam Titij, poteſt enim mea intereſſe,ut potius impleatur ſolutio ĩ duobus,quàm mihi dentur quinque ſecundùm Paul. Caſtr. in hoc noſtro.§.qui ſtipulatur.in fi.& hic etiam conſiderari poteſt agendi modus, vel ſm Bar.vel Ray.& alios ſectatores,vel Pau.Caſtr. relatum.

Rurſus amplianda eſt, & ſi Titius fuiſſet adiectus donationis cauſa;quia ſi quinque tm̃ ſoluantur eidem Titio, non cõtinget liberatio:nam rõ Iuriſconſulti.Non facit conceptio ſtipulationis vt a me libereris,& huic adiecto rectè conuenit, vnde ſufficit,vt locum habeat ſtipulatio l.liberorum,vbi gl. ff.de his, qui not.infidq; ſenſit Ray.in hoc noſtro §.vbi Imo. eius ſnĩam probat:nec abſurdum putauit hoc caſu plus in adiecto collat[illegible] etſi donationis cauſa adijceretur pp notata ab Accur. in l.q res in §.mihi decem.in verbo poteſt.ff.de ſolut.& in noſtro.§. ĩ verbo debebuntur,& quia poſſum ſtipulari mihi quinque, aut Titio Stichum,etiam ſi Titio fiat ſtipulatio ex cauſa donationis,& tm̃ Stichus nullo modo eſt in obligatione,ſed ſolum quinque.

57 Secunda † facti ſpecies principalis eſt,ſi promiſſor decem ſolueret Titio, non poſſet quinque repetere ſub colore, ꝙ in perſona adiecti non conſiſtat obligatio,& quòd alteri ſtipulari nemo poſſit,& in perſona ſtipulatoris tantum quinque ſint collata, vt probatur in hoc noſtro §.verſi. Porrò,& ex rationibus ſuperius relatis liquet,quod Angelus in fi.§.memoria perpetuo tenendum dixit.

Vltima facti ſpecies eſt, ſi Titio adiecto extra cauſam donationis decem ſoluantur,debentur mihi ab adiecto actione mãdati expreſſi ſi interueniat:ſi verò præſens fuerit ſimiliter actione mandati;quia tacitum mandatum datum cenſetur l.verò ꝓcuratori.ff.de ſolut.inſtitutio.de inutil.ſtip.§.ſi quis alii; vbi glo. & in text.noſtro,ſi verò abſens adiectus fuerit negotiorum geſtorum actione,quæ explicat Imo.in hoc §.& ſat ſit attigiſſe,plenius enim de hac re in vltima parte diſputabitur.

Nũc ad illud redeo,in quo diſputatio noſtra ſita eſt,& quero
58 de loco,Num diuerſus locus † in perſona adiecti poſſit deſignari;Verbigratia Mihi Romæ aut Epheſi Titio centum dare ſpondes? Et certum eſt poſſe,intantum ꝙ ſi Epheſi Titio centum ſoluantur,ipſo iure contingit liberatio,ut eſt text.in l.qui res, in §. mihi Romæ.ff.de ſolut.vbi Bal.& Pau.Caſtr. clarius notarũt.Vidĕbatur tm̃ dicendum ope exceptionis liberationem contingere,& non ipſo iure,quemadmodum euenit, qũ diuerſa res deſignatur in perſona Adiecti,iux.l.ſi.ff.de verb.oblig. & latius hac eadem parte ſuperius eſt explicatum,& veluti cum diuerſum factum confertur in perſona Adiecti;vt ſtatim dicemus. Nam licèt in propoſito caſu ſit datio,negari tm̃ nõ poteſt, quin factum interueniat,ſin eundo Epheſum,& ꝑtr eſt mixtura dationis & facti,Dationis.ſ.ſummæ,facti pp acceſſum ad ciuitatem Epheſinam. Verius tm̃ eſt ſolutis centum adiecto in loco eidem deſi-
59 gnato, ipſo iure liberationem contingere. † Quia vbi factum deſtinatum ſeu paratum eſt ad dationem, reputatur potius datio,q̃ factum:qm̃ datio eſt quid finale: Factum eſt quid præambulum.Factum igitur,cuius finis eſt datio,non reputatur factũ, vt ex relato §.colligitur,& doctores animaduerterunt, & id ad quottidianam quæſtionem,& improbandam illam vſurariorũ cautelam retulerunt:Certum eſt,ꝙ pœna adiecta quãtitati cenſetur adiecta in fraudem vſurarum, ut dixi paulò ſuperius, ſed adiecta obligationi facti ꝫ,vt in l.cum allegas.C.de vſu. vnde ſi
60 vſurario † promitteretur,vel ſoluere centum in præfinito tempore,vel pignora afferre,& tradere,vel coram iudice ſiſtere ſub certa pœna, peti non poſſet pœna tanquam adiecta obligationi facti;quia non ſtetit,vel pignora nõ tradidit, hæc enim ordinata ſunt ad dationem,ideo pro datione habentur.Quia principaliter in obligatione verſatur datio,præualet enim (ut Iuriſcõſultus noſter ait) cauſa dandi, & id qđ principaliter in obligatione eſt deductum ſpectandum eſt;ſed & addes in hac q. Alex. poſt Imo.qui plenè quidem ſcripſit in l.ſtipulatio iſta. in §. alteri.nu.54.ff.de verb. oblig. & retuli multa loca ſuperius, cum de diuerſa ſumma diſputaui ver.ſecunda facti ſpecies,num.40.His illud addendum eſt, quòd ratione loci poteſt ſtipulatoris intereſſe dari Titio, cũ ipſe Titius adiectus (vt non ſemel diximus) vel mandati, vel negotiorum geſtorum actione teneatur, vt animaduertit Accur.in hoc ipſo §.in verbo dandi, & ad declarationem prædictorum limitationemque, vide quæ dicam in ſeq.par.ver.6.reſtringenda &c.

Hic ſubiungenda eſt ſingularis,illa quæſtio à veteribus iuriſconſultis tractata in l.non vtique.in §.Item Iulianus.ff.de eo qđ cer.lo.& eſt talis.Si quis ſibi † aut Titio Epheſi centum dari ſti-
61 puletur,ſi alibi Titio adiecto ſoluatur. Num cõtingat liberatio, ſeu magis ſibi dare oportere ſtipulator poſſit intendere? & exploſa Marcelli ſentẽtia ſm cõem interpretationem receptum eſt,liberationem non contingere,ſed pp intereſſe loci petitionem durare:petit ergo centum ſtipulator,non vt centum conſequatur,ſed vt intereſſe habeat ratione loci. Pro fundamento ergo iudicii ſors petenda eſt,vt ratione loci ſolum intereſſe cõſequatur,idque pro libelli conceptione notandum eſt. Scripſit ẽt Alb.in eo.§.ſoluentẽ adiecto alibi,q̃ in loco præſtituto, & in ſtipulatione ꝙnto ſtipulatore non ꝙſentiente iuris rigore nõ liberari.l.pe.ff.de eo quod cer.loco, & ꝙſiderato iure ſtricto ſtipulatorẽ ad fortẽ,& intereſſe poſſe agere, ſed pp ęquitatem abſolutionẽ à forte fieri debere,& cõdẽnationẽ ad intereſſe rõne loci fieri oportere.arg.l.ſi.in fi.ff.de verbo.oblig. Quæ expoſitio in effectu ſm Iaſ.in eo.§.non diſcrepat à cõi, ſed placuit annotaſſe pp ęa quæ ſcripſi in princ.huius par.dum,qm̃ diuerſa res in perſona adiecti deſignatur, tractaui, & ęa regulariter validum eſt argumẽtum de re ad locum,& ſi quæratur prædictorum rõ, Accur.reddidit in §.ſi quis alii. in ver. planè, in verbo cõtingat, inſtit. de inutil. ſtipul. vbi ait, qm̃ fit ſolutio adiecto alibi quàm

Source : BIU Cujas

in loco in ſtipulatione deſignato, non poteſt Adiectus accipiendo ſortem in intereſſe ſtipulatori præiudicare, vt in regula non debet. ff. de reg. iur. Atqui ſi creditori volenti alibi quàm in loco deſtinato ſolueretur, certe contingeret liberatio, licèt cogi non poſſet recipere l. pen. & l. centum Capuę. ff. de eo, quod cer. loco, cur diuerſum in adiecto? Sed ratio in promptu eſt; quia fauori ſuo quilibet poteſt renunciare, & ſibi præiudicare l. pen. C. de pactis, ſed Adiectus ſolutioni ad eius commodum non adijcitur, ſed creditoris, meritò in eius manu non eſt mutare locū, & creditori præiudicare. l. qui Romæ. in §. Calimachus. ff. de ver. oblig. Nihil enim iuris habet Adiectus, vt Bar. & alii ſcripſerunt in d. §. item Iulianus; Rurſus in dubium reuoco, quod dixi, in caſu nanque propoſitæ quæſtionis attentari poſſe videbatur, creditorem poſſe intendere ſibi centum dari oportere, & pręterea intereſſe; Quoniam certam formam, & conditionem habuerit ſtipulatio, quæ ſeruata per promiſſorem non fuit, arg. tex. in l. vero procuratori. in §. j. ff. de ſolut. ſed non eſt ita, quia (vt dixi) ſtipulator petit centum, ad effectum vt intereſſe conſequatur, & hoc ex eo contingit; quia in ſubſtantia ſtipulatio non mutatur,
62 ſed in accidenti, hoc eſt in qualitate loci. Ea nanque † quæ cōſiſtunt in dando, non variantur loci varietate eſſentialiter. Nam cum dare ſit dominium transferre, vnum & idem dominiū eſt, quod in te transfertur, ſiue Anconæ detur, ſiue Epheſi, ſed varietas poteſt contingere circa quædam accidentia, quia Anconæ pluris ſint, aut valeant, quàm Epheſi, vel contra, tamen idem eſt dominium. Et ex ſolutio colligitur ex commentariis Bartol. in d. § dum reſpondet ad argumētum Marcelli. qui ſubdit, probari in l. qui res. in §. mihi Romæ. ff. de ſolutionibus, de quo ſupra vidimus. Cum igitur à ſtipulatore approbata ſit adiecti pſona, ſi alibi, quàm in deſignato loco eidem ſoluatur, ſupereſt petitio, vt ratione loci ſolum intereſſe creditor conſequatur, quod maxima ęquitate decretum fuiſſe nemo eſt qui nō videat. Qui-
63 bus addes ad iura ſcilicet relata à Bar. † vt vnum petatur, & aliud conſequatur l. ſi ſeruum. ff. de verb. oblig. ff. de ſolut. l. etiam, & in materia adiecti. l. Iulianus. in §. qui fundum. ff. de verbo. oblig. vbi Alex. nu. 3. & ſeq. Pau. & Iaſ.

Denique vt iuxta propoſitam diſpoſitionem hanc partē explicemus, quæro, an † diuerſum factum in perſona adiecti deſi-
64 gnari poſſit; verbigratia. Promittis mihi inſulam in meo ſolo ædificare, aut in Titij loco. Et videbatur nō poſſe: quia ſi domus in Titij loco ædificetur nullum conſequor emolumētum, ędificatum enim ſolo cedit. §. cum in ſuo, inſtit. de rerum diui. Quando enim ſoluuntur decem Titio Epheſi, vel diuerſas res repeto actione mādati, vel negotiorum geſtorum, vnde commodum conſequar, conſequenter liberationem non contingere videbatur, ſi inſula in loco Titii Adiecti ędificetur; quia nō factum pro facto ſoluitur: in perſona nanque adiecti nullum ius eſt, & factum deſignatum in eius loco non eſt in obligatione, ſed factum in perſona ſtipulantis, & factum pro facto diceretur ſolui, quando vnum tantum eſſet in obligatione; alterum, nec in obligatione, nec in ſolutione: Verùm diuerſa ſententia obtinuit, factum ſcilicet diuerſum in perſona Adiecti poſſe deſignari, & promiſſore conſtruente domum in loco Titij contingere liberationem non ipſo iure repugnante iuris ſubtilitate, ſed ope exceptionis, cuius rei illa ratio reddi poteſt. Quia ſtipulatio hanc formam, & conditionem recepit, & eſt remiſſum in electione promiſſoris, vt probatur in l. qui res, in §. mihi Romæ. vbi etiam Doctores. ff. de ſolut. Et hic non ſoluitur factum pro facto, ſed promiſſor eligit, & data eſt ei electio, meritò ſtipulationis forma in cauſa eſt, vt ope exceptionis promiſſore complente in loco Titij liberatio contingat, non ipſo iure, ut putauit ibidem Ang. non rectè. Vnde illud ſequitur, ſi ſine volūtate ſtipulatoris aliud factum in perſona adiecti exequeretur, quàm in ſtipulatione deductum ſit, liberatio nō contingeret, ut ſenſiſſe videtur Accurſius in dicto §. in verbo ſoluto, quibus addes ad declarationem prædictorum, quæ dicam in vlt. par. ver. ſecunda facti ſpecies.

Ex d. §. mihi Romæ. ac §. mihi decem. ſatis in di. l. qui res. ff. de
65 ſolut. illud Doctores notant † cām duriorem vel leuiorē adiectionem non vitiare, ex quibus bono ordine (vt vidiſti) explicitus eſt trac. de his, quæ in perſona adiecti poſſunt deſignari.

SUMMARIUM.

1 *Quæſtiones an magis expediat expedire diſtinctione vel enumeratione ſpecierum facti, ſeu magis regulis, ampliationibus & limitationibus.*
2 *Adiecto regulariter rectè ſoluitur, & contingit liberatio ipſo iure.*
3 *Adiecto rectè ſoluitur etiam inuito vel ignorante creditore & de ratione in adiecto gratia debitoris non creditoris & in ipſa ſtipulatione.*
4 *Adiecto an ſolui poſſit: cum diuerſa res, diuerſum tempus, qualitas, conditio, locus, perſona, ſumma, cauſa, & factum deſignatur in perſona ſua.*
5 *Adiecto rectè ſoluitur, etiam ſi debitor creditori ſe ſoluturum conſtituit, ſimpliciter tamen, contra verò ſi ſoli creditori, & quare.*
6 *Adiecto ſi ſoluitur, cum creditori ſoli ſolui conſtituitur, promiſſor creditori tenetur, & adiectus debitori condictione indebiti tenetur. & nu. 8.*
7 *Solutum perperam & indebite differunt.*
8 *Condictio indebiti quòd oriatur ex errore ſolutionis.*
9 *Adiecto in conſtituto & non in principali obligatione an ſolui poſſit.*
10 *Filiusfamilias ſi promiſit ſoluere mihi, aut Titio, num eius pater poſſit ſoluere Adiecto, vide ſubtiliter.*
11 *Fideiuſſor vel mandator quòd poſſit ſoluere Adiecto.*
12 *Adiecto ad indebitum ſi ſoluatur, repetitur ab ipſo creditore.*
13 *Repetitio conceditur in ſubſidium ab illo, cui pecunia proficit.*
14 *Adiecto etiam reſiduum ſolui poteſt: vt puta ſi pars ſoluta ſit creditori.*
15 *Litis conteſtatio & partis præceptio in caſu non comparantur.*
16 *Pupillo Adiecto rectè ſoluitur, niſi ſit adiectus animo donandi, & an requiratur, quòd ſit proximus pubertati.*
17 *Pupillus proximus pubertati dicitur qui decimum annum cum dimidio exceſſit.*
18 *Soluens debitum puero tranſmiſſo ad recipiendum quòd liberetur.*
19 *Puer quis dicatur.*
20 *Debitor an liberetur, qui per nuntium tranſmittit creditori debitum etiam commune factus per literas, pulchre declaratur.*
21 *Adiecto an poſſit ſolui ante tempus, plenè diſputatur.*
22 *Argumentum ab oppoſitis quando locum habebat.*
23 *Interpretatio ad l. qui res. in §. mihi decem. ff. de ſolu.*
24 *Creditor non cogitur recipere vinum aut frumentum ante diem, quod tractu temporis deteriorari poteſt.*
25 *Furioſo, lunatico, fatuo & inſano ac ſtulto Adiectis rectè ſoluitur, ſi conditionis horum ſtipulator non fuerit ignarus:*
26 *Sultus quis ſit.*
27 *Adiectus ſi ſit furioſus, vel pupillus, an tutori vel curatori poſſit ſolui rectęq; dari poſſit, quod conditionis implendæ dari iubetur. & ſeq. num.*
28 *Tutori vel curatori pupilli vel furioſi Adiecti ſi ſoluatur. ſi pecunia non apparet verſa in eorum vtilitatem, quòd non concedatur reſtitutio contra Paul. Caſt. & nu. 31.*
29 *Dandum conditionis implēdæ pupillo, vel furioſo, neceſſe eſt quòd appareat verſam in vtilitatem pupilli vel furioſi, & pulchrè ac ſubtiliter de ratione, & ſeq. num.*
30 *Interpretatio ad l. ſi ſeruus. ff. de ſolut.*
31 *Soluens tutore auctore ipſo iure liberatur, quando tamen ſoluitur conditionis implendæ gratia, pupillo non contingit liberatio, ſi non apparet verſum in vtilitatem pupilli.*
32 *Declaratio ad l. fi. C. in quibus cauſis in integ. reſt. relatiuè.*
33 *Interpretatio ſeu declaratio ad l. Stichum, in §. vſufructum. ff. de ſolut.*
34 *Seruus poteſt conſtitui Adiectus, & non poteſt ſolui domino niſi ex voluntate ſerui, & pulchrè de ratione.*
35 *Mercator iuſſus ſoluere poteſt alij dare eo volente.*
36 *Debitor voluntate creditoris poteſt conſtituere ſe ſoluturum alteri, quod frequentatur inter Mercatores, & eſt notandum.*
37 *Monachus poteſt adiici ſolutioni, & an ſolui poſſit Abbati ſine voluntate monachi, vt contingat liberatio.*
38 *Monachus ſi hæres ſit inſtitutus, Abbas poteſt hæreditatem adire.*
39 *Monachus vnius monaſterij ab alio bona fide poſſeſſo num ſecundo, ſeu magis primo acquirat monaſterio.*
40 *Monachus in actu acquirendi magis filio quàm ſeruo comparatur.*
41 *Argumentum de monacho ad ſeruum paſſim recipitur. & nu. 45.*
42 *Actio vbi quæritur ex contractu filij, vel ſerui, vel monachi, patri, domino, vel Abbati, poteſt ſolui monacho, filio, vel ſeruo.*
43 *Monachus ſi mutuauit vel depoſuit ex mandato Abbatis, debitor reddendo monacho liberatur.*
44 *Religioſus electus ad præſentandum ſeu eligendum ſine licentia ſuperioris non poteſt eligere, & electio facta non tenet.*
45 *Religioſus dicitur non habere velle, neque nolle, quando procedat.*
46 *Solens Abbati quod monacho debetur an liberetur.*
47 *Filio Adiecto ad ſolutionem in ſtipulatione facta por partem rectè ſoluitur, etiam ſi ſit emancipatus: contra ſi pater filio ſimpliciter ſtipuletur. & ſequen. num.*
48 *Interpretatio ad l. ſi vnus. ff. de pact.*
49 *Pater ſi ſtipulatus ſit ſibi reddi in vita, aut filio poſt mortem, filius etiam ad obligationem videtur adiectus.*
50 *Pater Adiectus conſtitui poteſt, & ei rectè ſoluitur, vbi obligatio ei non quæritur.*
51 *Filiusfamilias poteſt Adiectus conſtitui, & ei rectè ſoluitur.*
52 *Filiusfamilias ſi ſit Adiectus conſtitutus, num poſſit ſolui patri abſque filij voluntate.*
53 *Pater & filius quòd vna caro & eadem perſona cenſeantur, multa relatiuè.*
54 *Quæſtio vbi eſt ex bono & æquo, in ea ſub auctoritate iuris ſcientiæ plerunque erratur.*
55 *Declaratio ad doctrinam Imol. in §. vſufructu. ff. de ſolu.*
56 *Filio Adiecto à patre ad ſolutionem etiam emancipato rectè ſoluitur. & ſequen. num.*
57 *Seruo Adiecto à dño ad ſolutionem manumiſſo non rectè ſoluitur. & ſeq. nu.*
58 *Adiecto ſolui non poteſt, ſi ſe in adoptionem dederit.*
59 *Mandatum cum reuocatur à lege propter deteriorem conditionem mandatarij fit reuocatio ex veriſimili ac præſumpta voluntate mādantis, quaſi tacite hoc ſit actum.*
60 *Adiectus dicitur deteriorem conditionem ſuam feciſſe reſpectu durioris, & difficilioris exactionis à creditore fiendæ ab eo. & ſeq. num.*
61 *Adiectus ſi efficiatur religioſus ſeu monachus, eidem non rectè ſoluitur.*

Source : BIU Cujas

62 *Ratio quare lex rèuocat mandatum in seruo manumisso, & non in filio emancipato.*
63 *Filiofamilias Adiecto ab extraneo etiam emancipato recte soluitur.*
64 *Seruo Adiecto ab extraneo solutioni etiam manumisso recte soluitur.*
65 *Adiecto capite diminuto si hoc est actum expresse, recte soluitur.*
66 *Procurator quòd non possit constitui irreuocabiliter etiam cum iuramento.*
67 *Adiecto culpatæ vitæ effecto solui potest, vbi diuersa res in eius persona est designata, & pulchre vide de ratione. & seq.nu.*
68 *Vsufructum si stipulatus sim mihi aut Titio, facultas dandi Titio non intercedit etiam eo capite minuto, & nu.71.*
69 *Declaratio ad l.si cum Cornelius.ff.de solut.*
70 *Declaratio ad doctrinam Bar.in l.Stichum in §.vsufructu.ff.de solu.*
71 *Adiecto capite minuto solui potest, vbi in stipulatione deducitur res, quæ personæ coheret.*
72 *Vsusfructus non potest acquiri domino per procuratorem.*
73 *Adiectus ad ius personale, quale est vsufructus, censetur adiectus animo donandi.*
74 *Donatio præsumenda est, vbi alia coniectura capi non potest.*
75 *Soluens falso Procuratori scienter non liberatur, nec repetit, & ibi interpretatio ad l.Proculus .ff.de vsuf.*
76 *Adiecto recte soluitur, etiam si in stipulatione anteponatur.*
77 *Lex 1.in §.fructuarius.ff.de stip.ser.restituitur, & declaratur ratione.*
78 *Adiecto recte soluitur, per quamcunque alternatiuam adiiciatur.*
79 *Adiecto recte soluitur, & si tempore stipulationis absens fuerit.*
80 *Adiecto si solutum sit, & ius aliquod deficiat, adhuc res ipsa peti potest.*
81 *Creditori si pars soluta sit, reliquum Adiecto recte soluitur.*
82 *Adiecto inuito an solui possit & seq.numeris.*
83 *Tacens tunc assensisse videtur: cum de eius agitur vtilitate, & quòd Adiectus præsens censetur consensisse licet non agatur de eius vtilitate, pulchra ratione.*
84 *Beneficio affici hominem interest hominis.*
85 *Declaratio ad l.qui patitur.ff.mand.*
86 *Donatarij præsentia cum taciturnitate consensum inducit, & ipsius donationis validitatem.*
87 *Adiecto mortuo creditore seu stipulatore recte soluitur.*
88 *Hæredi Adiecti non recte soluitur.*
89 *Obligationis conditio ex persona hæredis non immutatur.*
90 *Hæredi Adiecti quare solui non possit, diuersæ redduntur ratione.*
91 *Adiectus in quibus mandatario non comparetur.*
92 *Glossa defenditur in l.si stipulatus sum mihi, aut Titio.ff.de solu.& damnatur Ias.*
93 *Quæ sunt facti & nudi ministerij non transeunt ad hæredes, & quomodo procedat.*
94 *Hæredibus executorum vltimarum voluntatum non recte soluitur.*
95 *Vxor si promisit consentire alienationi factæ per virum, si vestem siricam faceret, mortua vxore hæredes non possunt astringi ad consentiendum.*
96 *Hæres plerunque diuersi est ingenij, & non einsdem conditionis.*
97 *Prudentes viri plerunque hoc infortunio laborant, vt filios stolidos generent.*
98 *Ratio Iasonis quare hæredi Adiecti solui non possit, improbatur.*
99 *Ratio noua quare hæredi Adiecti solui non potest.*
100 *Hæredi Adiecti donationis causa an possit solui, subtiliter disputatur, & sequen.num.*
102 *Donatione facta præsenti & tacenti, quod ex tacito consensu pactum legitimum factum censetur.*
103 *Lex si quis argentum.quòd locum nō habeat, vbi duo concurrent specialia.*
104 *Declaratio noua & subtilis ad doctrinam Bar. in l. Stichum. in §. vsufructum.ff.de solu.*
105 *Promissor in manu habere videtur, an donatio effectum sortiatur, vbi mihi aut Titio adiecto donationis causa promisit, & seq.nu.*
106 *Debitori in multis iuris articulis magis vni quàm alij rem gratam facere conceditur.*
107 *Adiectus si sit sub nomine dignitatis, recte soluetur eo mortuo successori.*
108 *L.Annua in §. Attia. declaratur circa verbum hyerophilacum.*
109 *Hæredi adiecti recte soluitur, quando est conuentum.*
110 *Soluens Adiecto seu Procuratori qui conditionem suam immutauerat, non liberatur si sciuerit, secus si ignorauerit.*
111 *Soluës adiecto seu procuratori qui statum immutauerat, vt puta decoxerat, idq, publicè sciebatur, quòd non liberetur.*
112 *Contractus factus cum statim perdituro in genere tenet, secus si cum perdituro statim in certum malum vsum, & declaratur l.si quis cum sciret.ff. pro emp.& nu.118.& 120.*
113 *Debitor soluens procuratori seu Adiecto qui statum in deterius immutauerit.si sciuerit, non liberatur, an autem ei subueniendum sit, vt possit repetere quod soluit, subtiliter disputatur, & seq.num.*
114 *Sciens dominum esse mortuum ius autem ignorans, quòd morte domini mandatum reuocetur, repetit quod soluit.*
115 *Error supinus cum de damno tractatur repetitionem non impediat, & sequen.num.*
116 *Declaratio. elegans ad l.cum is.in §.si mulier.ff.de cond.inde.*
117 *Error in iure quasi naturali in damnis an noceat, & seq.nu.*
118 *Error in iure quasi naturali quando dicatur, & an soluen.lusori publico vel decoctori pub.dicatur errare in iure quasi naturali.*
119 *Soluens pecuniam perditudo an liberetur, distinguendo Saliceti sentētia defenditur, & Alex.& Bald.Nouel.*
120 *Mutuans perdituro, puta in scorto, vel alea hoc expresso, quòd non repetat, etiam si meliori vsus consilio, qui recipit in vtilem causam eroget.*
121 *Adiectus si efficiatur monachus, eidem solui non potest.*
122 *Adiecto solui non potest post litem contestatam à creditore cum debitore, & tamen inuito creditore soluitur, & quare.*
123 *Instrumentum guarantigiæ, seu confessi, quod habet executionem paratam, si continet vnum in obligatione, aliud in solutione, durat facultas soluendi, donec petatur, quod declaratur.*
124 *Casus in quibus litis contestatio maiorem effectum habet quàm constitutum item quàm partis perceptio & expressus actus.*
125 *Soluentes Adiectis e tprocuratoribus constitutis ad recipiendum solutionē, cauti esse debent, vt appareat de solutione aliàs non liberantur.*
126 *Tutor si in libris, seu instrumento fateatur se recepisse à debitore pupilli, an pupillo præiudicet, relatiuè.*
127 *Plures Adiecti quòd possint constitui contra Iasonem, & solutione vni facta contingat liberatio. & seq.nu.*
128 *Interpretatio ad leges item si seruus. §. sed & si cum duos, & l. sed si sibi. ff. de stip.ser. & error Iasonis. & seq.num.*
129 *Disiunctiua in coniunctam non resoluitur, quando voluntas contrahentium refragatur, vnde ratio quare Adiecti constituantur.*
130 *Deponens libros penès aliquem & mandans restitui sibi, aut Titio, aut Mēio, vni ex nominatis recte fit restitutio.*
131 *Adiecto quòd solui non possit post tempus in eius persona designatum. & sequen.num.*
132 *Argumentum à tempore ad locum probabile, & quomodo proceda. & sequen.num.*
134 *Interpretatio seu noua limitatio ad l.qui res.in §.mihi decem.de solu.*
135 *Adiecto solui non potest non purificata conditione, seu conditionibus.*
136 *Pactum de soluendo tertio ex interuallo habet vim mandati, et quòd possit reuocari, & declaratur.*
137 *Promittens mihi an Mœuio, vtrum ego velim, soluere Mœuio me inuito non potest, & quid si ego semel elegerim, cui soluatur, an variatio admittatur.*
138 *Gratia consumpta est per vnum actum.*
139 *Stipulatio si concepta est hoc modo, mihi, aut Titio, vtrum ego velim, si digo solui Titio, venit extrinsecum interesse cessante debitori soluere.*
140 *Soluto matrimonio dotis repetitioni est locus, quouis modo matrimonium dirimatur.*
141 *Theri separatio quòd ex causa permittatur, & q succedat loco diuortij, & ex quibus causis permittatur, & alia circa eam.*
142 *Pater si dotem à se profectam stipuletur filiæ, propria erit ipsius filiæ.*
143 *Pater si dotem à se profectam simpliciter seu impersonaliter stipuletur, tā sibi quàm filiæ stipulatus intelligitur.*
144 *Stipulatio facta à patre de dote data à se reddenda sibi aut filiæ in potestate constitutæ quomodo intelligatur, plene.*
145 *Pater seu extraneus si stipulatus est copulatiuè dotem sibi aut filiæ reddi, quomodo intelligatur stipulatio.*
146 *Pater si stipulatus est à marito filiæ sibi, & suis hæredibus reddi, necnon eius filiæ hæredibusq, suis, aut cui ius est casus dederit, & filia moriatur relictis filiis, quòd stipulatio intelligatur secundùm relatam consuēdinē.*
147 *Martini sententia recepta ex consuetudine in l.dos à patre.C. solu.mat. declaratur certis modis.*
148 *Pater si dotem à se datam pro filia sibi est stipulatus, & deinde mortuus ab intestato relicta filia prædicta, & filio masculo, qui ex forma statuti filiā excludit, quòd dotis repetitio ad filiam pertineat.*
149 *Dotem à se datam si pater fuerit stipulatus in hæc verba. Quam dotem promisit reddere, restituere Titio stipulanti pro se, & suis hæredibus soluto matrimonio morte vel diuortio sine liberis, vel cum liberis non peruenientibus ad ætatem decem & octo annorū, & in oēm alium casum &c. aut illi vel illis cui & quibus &c. & Masculi excludant fœminas, & iuxta formam statutorum ciuitatis Anconæ si pater decedat relictis filijs masculis, deinde filia relictis filiis, qui tamen ad ætatem prædictam non peruenerint, cui actio competat, quæstio est quotidiana.*
150 *Dos à patre profecta an stantibus statutis ciuitatis Anconæ succedat loco legitimæ.*
151 *Lex omnimodo.C.de inoff.test. quæ supplet legitimam in substantia, quòd nihil commune habeat cum l. quoniam in prioribus, quæ reiicio conditionem & grauamen.*
152 *Declaratio ad dua statuta Anconitana alterum sub rub.q mulier sit contēta dote, alterum sub rub.de successoribus ab intestato.*
153 *Auus maternus, seu alius extraneus, qui dotem à se datam stipulatus est mulieri, aut sibi reddi, vtilem mulieri quærit, & ipse Adiectus censetur, & ei tanquam Adiecto solui potest, reprobaturque sententia Pauli Castrensis.*
154 *Auus maternus si stipulatus est sibi aut nepti dotem à se latam reddi, quærit vtilem nepti, & ipse censetur Adiectus, licèt nomen suum præposuerit in stipulatione.*
155 *Interpretatio ad l.Caius.ff.solu.mat.*
156 *Ratio vbi est expressa in l.non dicitur fieri extensio, sed casus in quo est eadem ratio comprehendi.*
157 *Lex Caius.sol.mat.quòd locum non habeat in casu, in quo mulier præmoriatur viro suo.*
158 *Regula legis, ā hoc iure.ff.de vulg.& pu.plurib.medis limitatur. et seq.nu.*
159 *De-*

Source : BIU Cujas

159 *Declaratio ad §. accedit in l. vni. C. de rei vxo. act. & reprobatur Paulus Castren.*

160 *Dotem extraneus dedit, & stipulatus est sibi reddi, aut cui de iure debebitur, quòd actio sit integra mulieris, & perinde sit, ac si sibi, & mulieri fuerit stipulatus, subtiliter disputatur.*

161 *Generalis dispositio comprehẽdit causam dotis, nisi dos in casu, de quo quæritur, speciale habeat priuilegium.*

162 *Dotem extraneus dedit & stipulatus est sibi reddi, aut mulieri, aut cui de iure debebitur, mulier ad obligationem adiecta censeatur, & ei actio quæratur.*

163 *Dotem quam dedit extraneus stipulatus est sibi aut mulieri, siue ipsorum hæredibus vel cui ius & casus dederit, qualitercunque matrimonium dissoluetur morte vel diuortio sine filijs ex eorum corporibus natis non peruenientibus ad legitimam ætatem vigintiquinque annorum, & in omnem casum &c. & matrimonium dissoluatur relicto filio, qui ad ætatem prædictam non peruenerit, quomodo intelligatur stipulatio secundùm Bald. distinguitur.*

164 *Dotem quam dedit extraneus si sibi & mulieri stipuletur, vel sibi, & cui de iure, vtrinque pro dimidia quæritur.*

165 *Extraneus qui dedit dotẽ, si simpliciter seu impersonaliter stipuletur, stipulatio intelligitur, vt acquiratur mulieri fauore dotis.*

166 *Pater siue extraneus si dicerent, promittuntur tibi marito mille pro dote Titiæ, stipulatio non est inutilis fauore dotis.*

167 *Pater si stipulatus est sibi in vita reddi, aut filio post mortem, filius etiam ad obligationem videtur adiectus.*

168 *Conditio existens post mortem stipulatoris stipulationem puram reddit.*

169 *Soluens Titio non vero Adiecto in stipulatione, aut quia putet Adiectũ, non liberatur, repetere tamen à Titio potest.*

170 *Soluens Adiecto in moneta reproba, seu tali, quam creditor recipere non poterat astringi, non liberatur.*

171 *Adiectus solutionem recipit, non autem pignus.*

QVANDO ADIECTO SOLVI POSSIT.

Pars Tertia.

1 NOui veteres Iurisconsultos in quæstione in difficili distinctionibus plerunq; vti consueuisse; † legi & recẽtiores, & admodum paucos veterum morem sequutos, sed alios quasdam facti species constituisse. Alios subiectis regulis, ampliationibus, & limitationibus rẽ absoluisse, & licèt prout vnaquæq; res expostulat, statuendum sit, vbi tñ longiori disputatione res eget, & melius, & vtilius esse semper censui posteriori modo rem ipsam tractare, & expedire, & hæc sententia à sapiẽtibus & quidem multis probatur, quos Io. Neui. retulit in sua Syl. Nup. lib. 5. nu. 32.

2 Regulariter igitur dicendum est † adiecto recte solui posse l. vero procuratori. in prin. ver. interdum. ff. de solu. & eleganter Iurisconsultus ait in l. si ita stipulatus sim mihi aut Titio. ff. eo. dum adiecto soluitur, mihi solui vĩ. l. sed si §. si mihi. ff. de const. pecu. in tantum, vt solutione adiecto facta regulariter ipso iure contingat liberatio §. si quis alii. ver. planè. institutio. de inutil. stipul. Bart. in l. penul. ff. de const. pecu. & debitor, quod soluit repetere nõ possit, vt est text. ad verbũ in l. is qui promisit. ff. de pigno. q̃ regula multis modis amplianda, deinde est restringẽda.

3 Primò † igitur amplianda est, vt ignorante vel etiam inuito stipulatore adiecto recte soluatur, d. §. si quis alij. ver. planè l. aliud. ff. de sol. & est bonus tex. in l. fideiussor obligari. in prin. ff. de fideiuss. ibi. ignorãte vel inuito Titio possit, & notauit Ias. in l. eũ, qui ita. in §. qui sibi. nu. 12. ff. de verb. oblig. & huius rei illa ratio reddi potest, Quia certam conditionem, & formã habuit stipulatio l. vero procuratori. ff. de sol. & interest debitoris pluribus posse soluere, vt liberetur, quæ facultas auferenda non est, nec quidem p̃t, d. l. aliud, & scripsit Pau. Castren. in l. si cum fundus. ff. de pactis, & Aret. in l. Iulian. in §. qui fundum. nu. 5. ff. de verb. obl. verum quod diximus prohibente stipulatore, vel eo ignorante adiecto recte solui posse, temperandũ est in adiecto gratia debitoris (prout in re dubia censetur) nõ creditoris ſm Are. qui id elegenter declarat in l. fi. in fi. in §. fi. num. 9. ver. sed aduerte. ff. de verb. obl. vbi citat Bart. in l. hoc iure. in §. si quis dederit. ff. de don. & dixi in prima par. nu. 34. ver. Adiectus describit̃ &c. item declarandum est in vero adiecto, qui in ipsa stipulatione adiicitur, contra verò si post stipulationem mãdem promissori, vt soluat alicui, possum enim mandatum reuocare l. fi. & l. si cũ Cornelius. ff. de solu. & scripsit Pau. Cast. in l. Iul. in §. qui fundum. propè numerum ter. ff. de verb. obl. Vbi Alex. & Ias. & doctores notarunt in d. l. si cum Cornelius, vbi tex. singularis, & iis addes, quæ in relato loco.

4 Secundò † amplianda est regula, cum diuersa res, diuersum tempus, qualitas, conditio, locus persona, summa, causa, & factũ designatur in persona Adiecti, secundùm tamen ea, quę in antep. par. plene differui, & quæ repetere superuacuum est, quę ergo illic dicta sunt, huc erant transferenda.

5 Tertiò amplianda est regula, & si debitor creditori se soluturum constituerit, põt adhuc Adiecto solui, quamuis creditor competat de constituta actio. l. si ita stipulatus sim mihi, aut Titio. ff. de solu. Sed quia obstare videbatur l. si verò. ff. de consti. pecu. est ergo dicendum ſm Accur. in d. l. si verò. Pau. Castr. & alios in d. l. si ita stipulatus, aut quis simpliciter constituit se soluturũ creditori, & solui Adiecto possit, d. l. si ita stipulatus, cuius rei vera quidẽ ratio à Bal. ibidem redditur; quia posterior obligatio simpliciter cõtracta intelligitur ſm limites & qualitates à qua oritur, si verò debitor constituerit se soluturum soli stipulatori, seu creditori tiñ, & hoc casu solui adiecto non possit, & sic loquitur l. si verò, & illa à doctoribus redditur ratio, præsertim Pau. Castren. ibidem, qui legit cum præcedenti l. ac Sali. qa censetur adempta debitori facultas soluendi. Nec mouet, ꝙ facultas soluendi Adiecto auferri per creditorem nõ põt. l. aliud. ff. de solu. & dixi paulò superius; quia verum est sine voluntate debitoris, sed si debitor constituit se creditori solum soluturũ, adest eius voluntas, ex qua sibi præiudicat, & sibi imputandum

6 est, quare ei soli soluere constituerit. † Cum ergo soli creditori constituitur solui, & Titio adiecto soluitur, nihilominus promissor creditori tenetur, sed adiectus condictione indebiti tenetur, vt quod ei perperam solutum est, debitori reddat, vt dĩ in l. si verò, & l. seq. & eleganter subdit Ang. in eo. §. notandum

7 esse, ꝙ † in casu proposito non dicitur Adiecto indebite solutum; quia nunquam fuit debitum, sed perperam, quia per constitutum relato modo desiderat ei posse solui. Subiicit etiã, prima fronte videbatur non posse repeti ab adiecto; quia sciuit, aut scire debebat se non teneri, & respon. licet debitor non errauerit in obligatione, errauit in facultate solutionis; quia credebat se posse soluere. † Notandum ergo ait, condictionem indebiti

8 oriri ex errore solutionis, & certe id quotidianũ est, & memoria tenendum, sed & in dubium reuoco, quod dixi, nõ posse solui adiecto. qñ constituitur soli creditori solui, videbatur nanq; posse solui; nam per constitutum nõ tollitur prima obligatio, & sic non fit nouatio, si ergo remanet prima obligatio, vt in l. item illa. in §. fi. ff. de const. pec. ergo debitor Adiecto recte posse soluere videbatur. Certe hoc argumentum non vĩ contemnendum, & aliud dici non potest, nisi, ꝙ debitor constituendo creditori soli soluere, sibi ipsi facultatem soluendi adiecto ademerit (vt dictum est) & adde prædictis gloss. in l. illud. ff. de consti. pecu.

Prædicta locum habent, vbi in principali obligatione erat

9 Adiectus, sed quid † si in primitiua non erat adiectus, sed in cõstituto, verbi gratia promiseras mihi decem, deinde constituisti te soluturum mihi, aut Titio, nunquid & Titio adiecto solui potest, & certum est posse, & hoc casu notandum est, contingere liberationẽ facta solutione adiecto ipso quidẽ iure ab actione de constituta, à principali verò ope exceptionis, vt probat̃ ſm veram interpretationem gl. in l. pe. ff. de const. pec. & prima fronte videbatur dicendum per solutionem vtranq; obligationem ipso iure tolli, sed hoc verum est, si principali solueretur, cui debitor vtraq; obligatione tenebatur, contra verò si soluatur Adiecto in constituto tantũ, & hoc pleriq; dixerũt, & max. Alb. Ang. Sali. & Pau & meritò pp ꝙtraria difficilia illa lex fundamentum habet in rigore ſm Pau. Castr. quia si lex non esset, quilibet contrarium responderet, sed & Iurisconsultus met dixit in illis verbis, & si stricto iure &c.

10 Quartò † amplianda est regula in casu prædictæ l. si ita stipulatus sim mihi aut Titio. ff. de solu. vbi à filiofamilias mihi aut Titio stipulatus sim; nam ſm expositionem gl. ibi, pater põt soluere Titio adiecto, sed cum illa distinctione, si pater suo nomine velit soluere, quod in peculio est, possit, licèt non sit in peculio integra summa debita; nam pater soluẽdo, quod in peculio est, non partem, sed totũ soluere intelligitur: sed si nomine filij soluere velit, nõ admittatur ad soluendũ inuito creditore, nisi integrum soluat, & aliter non liberat filium: cum filius in totũ teneatur, arg. tex. in l. j. in fi. cum l. seq. ff. de const. pecu. l. tutor. in §. Lucius. ff. de vsu. & notandum est Iac. de Are. Ang. Rapha. & Pau. dictam legem in illis verbis, scilicet si suo nõ filij nomine soluere velit, exposuisse si, pro quãuis, quæ expositio ſm Raph. est clarior, & est sensus, ꝙ licet pater suo nõ filii nomine soluat; tñ admittatur ad soluendum adiecto veluti filius, & cum adiectus non esset constitutus in obligatione de peculio, qua tenet̃ pater de iure prætorio, sed in obligatione, qua tenetur filius ex suo contractu, quæ est ciuilis, respondendum videbatur contrarium, quod nisi solueret nomine filii, & integrum debitum nõ posset soluere adiecto, sed contra ex ratione illa Iurisconsulti, dum enim Adiecto soluitur, mihi solui videtur.

Quintò extendẽda est regula ex his, q̃ proximè diximus, sum-

11 psit enim argumentum Pau. Cast. in fi. d. l. si ita † stipulatus, ꝙ fideiussor, vel mandator possit soluere Adiecto sicut principali, licèt in ipsorum obligatione de adiecto non fuerit facta mentio, quod & notandum, & verum esse arbitror. Pro qua sententia cõsiderari potest relata ratio legis prędictæ, dum adiecto soluitur, mihi solui vĩ; & quia accessoria obligatio regulanda vĩ à principali, accedit, quod diximus in tertia ampliatione referendo Bal. posterior obligatio simpliciter cõtracta intelligẽda est iuxta limites, & qualitates obligationis, ex qua originem sumit, quod

Source : BIU Cujas

mit,quod ſexcentis exemplis poſſet comprobari.

12 Sextò † amplianda eſt etiam in adiecto ad indebitum: vt ſi ei ſolutum ſit,perinde ſit,ac ſi creditori ſoluatur,in tantum,vt indebitum ſolutum adiecto ab ipſo creditore repetatur,& conſequenter Adiectus ad ſolutionem, quæ de iure fieri non debet, vī adiectus ad indebitum recipiēdum,vt in d.l.ſi ita ſtipulatus, vbi doctores notant,& adde l.qui hominem.ff.eod. de ſolu.vbi & id ampliatur in hærede Adiecti, vt potius condicat ſtipulatori, quàm hæredi Adiecti. In eum enim competit condictio indebiti,cuius nomine ſolutio facta eſt.ff.rē rat. hab.l.ſi indebitum.in prin.& l. ſi ſine. primo reſpon. & vide quæ dixi ſupra in tertia ampliatione,ſec hic notabilis quæſtio fingi poſſet,dixi,& recte,his ſolis pecuniam condici, quibus quoquo modo ſolu-

13 ta eſt.Quid ſi non ſit ſoluendo,† & pecunia alii proficit, an repetitio detur cōtra illum,cui proficit. Accur.in l.his ſolis. ff. de cond.ind.cōcedit,ſi is,qui recipit cām lucratiuam habuit, aliàs contra.ff.de eo per quem fac.erit.l.fi.ff.de leg.j l.plane 2.§. j. vbi Bar.commendat quæſtionem,& addit doctores probare,& vide in l.cum fundus.in §.j.ff.ſi cer.pet.

14 Septimò † extēdenda eſt relata regula,& ſi partis ſolutio creditori ſit facta, adhuc adiecto debitor reliquum poſſit ſoluere, verbi gratia ſi decem mihi aut Titio dari ſtipulatus ſim,& quinque accipiam,reliquum promiſſor Titio recte dabit l. cum decem.ff.de ſolu.vbi lex ad verbum.vnde ſequitur ſm Bal. ibidē,

15 ꝙ in maiori ſumma appoſita in perſona † adiecti includitur minor.Item & illud hoc caſu partis perceptionem, & litis conteſtationem non comparari.ff.de ſol.l.ſi quis ſtipulatus fuerit decē in mille, & quia obiicitur de l.3.C.de noua.vide Imo.& Rapha.in d.l.cum decem,& quod inferius dicā in limitatione.His addendum eſt,quod Pau.Caſtr.ex facto conſultus reſpondit,& qui de prædictis non meminit in conſi.36.ſatis clara &c. par. j. cum quidam Gerardus Rolādo ſeu ſociis centum promiſiſſet, quemadmodum ſoluendo Rolando integrū liberatio contingit eodem modo ſi ſociis ſuis l.eum qui ita.§.qui ſibi. ff.de ver. oblig.l.vero procuratori.ff.de ſolu.& ad rem ſubiicit,pari modo ſi partem Rolando Gerardus ſoluerit partem ſociis liberatur,citat l.qui hominem.§.j.ff.de ſolu.l.aliud.& l.fi.eo.tit. hęc ille,ſed ſuperiora magis clara.

16 Octauò † ampliāda eſt,etiam ſi Adiectus ſit pupillus; quia ſi ſtipulatus ſim mihi,aut pupillo dari, promiſſor ſine tutoris auctoritate ſoluēdo pupillo liberatur à me l.ſi ſtipulatus fuero mihi,aut pupillo.ff.de ſolu. & hoc intelligēdum eſt, vbi ſolutio in pupilli vtilitatem non cedit, vt in propoſito caſu,& ceſſant cōtraria,vt patet ex commētariis doctorum ibidem, ſoluitur eī pupillo non ad ſuam,ſed ſtipulantis vtilitatem, & vti miniſtro, ſtipulatoriq; imputandum eſt, & qui legem apertius non dixe-

21 rit,& talem elegerit, vnde ſi pupillus animo donandi adiectus eſſet, vt in l.Iulian.in §.qui fundum.ff.de verb.obl. & dixi in prima parte verſ. Deinde ſubieci,nu.39.tutoris auctoritas in ſolutione exigeretur,quod & Bar.& Raph. in eadem lege ſcriptum reliquerunt,& facit l.ſi ſeruus decem dare iuſſus.ff.de ſolu. verū quod diximus, pupillo adiecto ad ſtipulatoris cōmodum ſine tutoris auctoritate ſolui poſſe:cum facti nudum præbeat miniſterium,intelligendū eſt in pupillo proximo pubertati, vt Accur.& Bar.in ea.l.notauerunt, & alii non improbant Imo. excepto,qui ait Gloſſæ, & doctorum forte ſnīam admittendam, qñ ſibi à pupillo dari eſſet ſtipulatus, vt in re dubia intelligatur de tali pupillo,qui habeat intellectū, ſed ſi nominatus eſſet pupillus adiectus, quamuis is proximus eſſet infantiæ. videtur l. prædictę verbis ſatisfactum; quia imputandum eſt ſtipulatori,qui in ſtipulatione talem legem dixerit, & hoc ſubiicit ſe verum credere licet doctores cum glo. tranſeant, ego (vt dicam quid ſentiam) licèt contra ſnīam gl. & Bar.ac aliorū ſentire durum & obtinere ſit difficile,ratio tñ Imo.me valde mouet, pro qua tex.in l.vero procuratori.in §.j.ff.ſol.in illis verbis,quia certam conditionem habuit ſtipulatio,& reliqua,& hæc ſnīa probari pōt ex multis,& maximè ex his quæ dixi paulò ſuperius in tertia ampliatione,& pro ſnīa Imo.ſuccurrit gl.in l.Stichum in §.vſufructum.in ver.recte.ff.de ſolu.vbi dixit, ꝙ pupillo vel furioſo recte ſolui pōt etiam ſine tutoris vel curatoris auctoritate,citat relatam legem ſtipulatus,& ſubiicit ſibiq; debet imputare,qui ſuum,debitum tali iuſſit ſolui.ff.de min.l.cum mandato. ff.de inſtit.l.ſed & ſi quis.§.fi.& l.ſeq.& certè ſi ſolui pōt furioſo adiecto,fortius pupillo proximo infantiæ,& dicam paulò inferius in decima ampliatione,& hæc ſnīa tanquā rationabilis obtinere debet.nec enim l.ſi ſtipulatus ſum mihi. citata ab Accurſio mouet:non enim vidi qūo eius ſentētiam probet. Hæc ſcripſerā, & vidi deinde Raph.Cum.in hac ea.l.ſi ſtipulatus fuero, qui in hæc verba ſcriptum reliquit in gl.j.ibi,proximè pubertati contrarium vī velle gl.in l.Stichum.§.vſufructus.infra eo.,&

17 ſubiicit furioſo,ergo fortius in pupillo &c.Iæc ille; & qñ † de pupillo proximo pubertati mentionem fecimus, ſciendum eſt eum dici,qui decimum annum cum dimidio exceſſerit ſm gl. & Bar.in l.j.in §.fi.in gl.fi.ff.de nouat.gl. in §. pupillus. de inutil. ſtipul.vbi Aret.dicit hanc ſnīam crebriorem,& idē teſtatur Hieron.Cag.in l.pupillum.in prin.ff.de reg.iur.Riminal.in §.fi.Inſt. quibus alie.licet vel non,num.16.& ſeq.vbi refert nōnullos ſenſiſſe, id religioni iudicantis committi,ſeu relinqui iudicis arbi-

18 trio,† ſed & his addendum eſt,ꝙ Bal.in ea.l.prędicta ad quęſtionem quotidianam referebat,& eſt talis. Sempronio debebam centum,miſit ad me puerum,& ei ex mandato ſuo ſolui, certè liberor,etſi nulla interuenerit ſolennitas.hactenus Bal.& ſi quæratur de ætate pueri,qñ Bal.d.l.mouetur nec verbū fecit,vel ſm ſententiam gloſſæ, vel Imo.reſpondendum eſt, mens tñ Bald. (ni fallor) ea videretur eſſe,vt gloſſæ potius acquieſceret, cum d.l.moueatur arg.eius,quod dixit Bar.in l.non ſolum.in §.liberationis verba.ff.de lib.leg.& cum gl.ab eo non fuerit improba-

19 ta.Non tñ me latet,cum dicimus † puerum ex propria ſignificatione impuberem intelligimus,ideſt qui quatuordecim annos non expleuerit, & id verbum ſm ſubiectam materiam intelligi,de quo in l.pueri.vbi gl.& Alcia.plene.ff.de verb.ſigni.Bar.in l.Mela.ff.de alimen.leg.Abb.& alii extra de delictis puerorum. Quibus addes l.j.in §.pueritiam.ff.de poſtu.Hieron.Cag. in l.cū quædam puella.ff.de iur. om. iud.& Ar. Pin.Luſitanū in l.j.par. 2.nu.66.C. de bon. mat.dum diſputat latè quidē circa interpretationem.§.vbi autem.ſiti in l.fi.C.de bo.mat.Gel.in Noct.Attic.c.2.lib.10.ſed relatæ quæſtioni à Bal.propoſitę, & illud non ineleganter addendum eſt, ꝙ caute Bal.inquit,miſit ad me creditor puerum ſuum,& ei ex mādato ſuo ſolui. Nam Mar. ſing. ſuo 430.cauti,& occulti &c.inquit, plerunq; prudentes decipi.

20 Nam ſi commodaui tibi librum meum,vel quid aliud,& tibi p literas ſignificaui,vt mittas librum meum, vel aliam rem meā, non tñ videor à te petere, vt famulo ſeu tabellario, qui literas attulit,tradas,niſi hoc exprimam,ſed commonendi gratia ſcripſiſſe videor,vnde ſi traderes nuncio, ſeu puero rem meam, & aufugeret à me,non liberaris l.ſi mei cauſa. ff.commod. citatq; Car.Alex.dicentem hoc ad verbum in c. ſignificauit. in 2. col. de appel.citat & alios,ſed vide Bar.in l.eum qui.in §. fi. & leges ſequentes.ff.commodati.Item l.argento.eo.tit.Bal.in cōſi. 222. hæc quęſtio formatur.vol.2.And.Tiraq.in trac.de pęnis temp. cauſa quinquageſimaprima, nu. 58.vbi referendo etiam Bal. in l.alienum.col.vlt.ver.quæro nunquid ille.& C.de fur.ait liberari debitorem,qui per nuncium probum,& qui conſueuerit eſſe probus,& diligens mittit pecuniam ad creditorem,quam nuncius ille perdidit,aut ſubtraxit,mouit Bal tex.in d.l.argento,ſed & idem Tiraq.non mediocriter confirmari ait ex tex. in l. ſi res pupillaris.ff.de adm.tut.vbi ſi tutor pecuniam pupillarem apud argentarium depoſuerit,qui cum fuiſſet celeberrimus,ſolidum tamen reddere nequiuit,nihil eo nomine præſtare cogitur, ex quibus notabilis ſequitur declaratio ad prædicta.

21 Nonò † amplianda videtur regula, vt adiecto ante tempus ſolui poſſit,verbi gratia, promiſiſti mihi aut Titio decem dare calēdis Februariis,poterit promiſſor ſoluere calendis Ianuariis Titio adiecto,& continget liberatio l.qui res.in §. mihi decem. ff.de ſolu. dum Iuriſconſultus argumentatur in hæc verba. Nā cum in diem fit ea obligatio etiam mihi ſolui poteſt ante calēdas Februarii,& igitur illi ſolui poterit: ſed huic ampliationi q̄dam obſtare vīr ex his,quæ retuli in ſecunda parte, ver. quæro iuxta propoſitum ordinem.nu. 15.in ea parte ubi probaui ſe ntentiam Bal.qñ citerior dies in perſona Adiecti deſignatur, vt poſt deſignatum tempus ſolui non poſſit eidem:ſi ergo poſt tē pus ſolui nequit,nec ergo ante tempus poterit: contrariorum enim eadem eſt diſciplina, & diſpoſitum in vno de contrariis, & in alio diſpoſitum cenſetur l.& ſi contra.ff.de uulg.inſtit. de his qui ſunt ſui vel alie.iur.in prin.§.illud.vbi gl.inſtit.de ſocier. l.pen.vbi Bal.C.de ſolu.l.fi.§.fi.ff.de leg.3.l.inter ſtipulantem.in §.ſacram ff.de verb.obl.Euer.in ſua cent.loco 75.à cōtrariis ſeu oppoſitis,cui adde Ioan.Cro. qui bono ordine tractat poſt Iaſ. & Soc.in rub.de acq.poſſ.num.7.& ſeq.Item & illud mouet;qa ſtipulatio habuit certam formam ſcilicet ſoluendi calendis Februariis; ergo ſi ante promiſſor adiecto ſolueret non liberatur l.uero procuratori.§.j.ff.de ſolu.Deniq; mouet; quia licèt, ꝙ in diem certum promiſſum eſt, ante diem regulariter dari poſſit l.quod quis.ff.de act.& obl.l.quod in diem.ff. de ſolut. multi tñ caſus ſunt,in quibus non cogitur recipere, & ratione ſui intereſſe ſua die ſibi dari pōt creditor intendere, ut notatur in dictis legibus l.qui pecuniam.ff.ſi cer.pet.l.Titius.ff.quæ res pig. l. qui Romę.in prin.ff.de uerb. obl. ſi ergo principalis aſtringi nō pt, nec ergo adiecto his caſibus recte ſolui uī: cum in eo nullū ius ſit,& nudum præbeat miniſteriū, ut nō ſemel dixi,& in prima parte plene tractaui. Verùm relatam ampliationē defendi poſſe puto,uerba nanq; Iuriſcōſulti in d.§.mihi decem.ſuperius relata hanc ſnīam (ni fallor) clarè probant, dum argumentatur, ſi ſtipulanti ante diem ſolui poteſt, ergo & Adiecto poteſt. Nec meo iudicio obſtat, quod dicebatur ex ſnīa Bal.poſt deſignatū tempus in perſona Adiecti eidem non recte ſoluiq̄ñ id locum habet, qñ diuerſa tēpora ſunt deſignata in perſona ſtipulatoris & Adiecti,& citerior dies in perſona Adiecti confertur. Tunc enim forma ſtipulationis ſecunda eſt, & ratio Bald.interuenit,

22 ut conceſſum ad tempus,† poſt tempus cenſeatur denegatum,

& ar-

Source : BIU Cujas

& argumentum ab oppoſitis locum nõ habet, vbi eadem rõ in utroq; non æquè interuenit, ſed diuerſa, l. ſi quis negocia. ff. de neg. geſt. & ſenſit Bar. in l. inter ſtipulantẽ. in §. ſacram. ff. de ver. oblig. & in l. in fundo. num. 1. ff. de rei vend. Euerar. vbi ſupra, & Io. Crot. in relata rub. de acqui. poſſ. nu. 24. ver. Tertia cõcluſio, vbi ad eſt diuerſa ratio &c. q̃ autem ſit diuerſa ratio, res ipſa indicat, conſiderando vtriuſq; ſtipulationis formam, & ex his remouet l. vero procuratori. §. j. quia hic ſtipulationis forma non
23 immutatur. † Deniq; non obſtat, quod vltimo loco dicebam: qñ intelligenda eſt relata ampliatio iuxta verba Iuriſconſulti in d. §. mihi decem. in caſu in quo ſolui poſſit principali, & ſtipulatori: vbi enim intereſſet ſtipulatoris adeo, vt ſolutionem reci pere non cogeretur, nec adiecto ſolui poſſet iuxta legem relatam, qui Romæ. ff. de verb. obl. & notata in ea, finge enim promiſſum frumẽtum, aut vinum, aut quid aliud ſimile, quod curſu temporis deterius poſſit fieri ad certum tẽpus. Inquit enim elegãter Guil. cum in l. comparationes. C. de fide inſtr. creditorem ante præfinitum tempus aſtringi non poſſe recipere vinũ aut frumentum, quod tractu temporis deteriorari poteſt, vt loquitur, ſua nanq; intereſt non recipere, quod etiam laſ. probat in d. l. qui Romæ. num. 4. citat Bal. in l. plures apochis. in fi. C. de fid. inſt. & l. in annalibus. C. de leg. cui adde Ang. in l. Titius. in fi. C. quæ res pign. qui Guil. ſententiam probat, & addit hoc perpetuo memoria tenendum, & commendat Mar. ſing. 146. creditor, in quibus ergo caſibus creditori inuito ſolui non poteſt; quia ſua interſit non ſolui nec adiecto recte ſoluetur. Intelligẽda eſt etiam relata ampliatio, ſi adiectus in eodem ſtatu permaneret, ſi enim deteriorem ſuam conditionẽ feciſſet, & debitor ſolueret, non recte ſolueret. l. cum quis. ff. de ſolut. & plenius dicam inferius in ſecunda limitatione.

25 Decimò † amplianda eſt in furioſo adiecto, vt poſſit eidem ſolui, & contingat liberatio etiã ſine curatoris auctoritate. Gl. eſt in l. Stichum. in §. vſufructum. in verbo recte. ff. de ſolu. & illam rationem reddit: quia ſibi debet imputare, qui ſuum debitum tali iuſſit ſolui, & illam gloſſam doctores non improbant Raph. excepto, qui animaduertit Accurſ. contrarium: ſi enim in l. ſi ſtipulatus fuero. dixit, pupillo poſſe ſolui proximo pubertati, ergo (inquit furioſo ſolui non poterit, ſed certè quæri de ſe debet, qui talem adhibuerit adiectum, vt in iuribus ab Accur. citatis probat, quæ ad mẽtecapros, lunaticos, & fatuos ac inſanos, & ſimiles referri poſſunt, de quibus dixi in trac. meo de mercatura, in tertia parte: ſi tñ conditionis horum ſtipulator non fuerit ignarus, ſic enim prædicta ſunt intelligẽda: ſi ergo ad demẽtes, & inſanos hæc retulimus, fortius ad ſtultos adiectos trãsferri poſſunt: ſtultus enim non eſt (vt pleriq; putant) inſanus † in-
26 ter hos enim longa eſt differẽtia, eſt enim ſtultus ferè, q̃ rudis, imperitus, ingenio hebes aut tardus, inſanus verò, qui nõ ſanæ, ſed prorſus eſt alienatæ mentis, quod indicat Com. in Eun. Dij boni homo homini quid præſtat, ſtulto intelligẽs quid intereſt? & alibi. Hic homines ex ſtultis inſanos facit? hoc etiam liquet ex diuerſis Ciceronis & aliorum locis, vnde in l. Domitius Labeo. ff. de teſt. legitur, aut ego non intelligo, aut valde ſtulta eſt conſultatio tua, ideſt rudis eſt, imperitiamq; ſapit conſultatio tua, ſic & locus euangelii exponendus eſt, ò ſtulti & tardi corde ad credendum. Mat. c. 24. & vlt. & ex hoc confirmatur ſentẽtia Imo. de qua ſupra in octaua ampliatione.

73 sequitur, vt animaduertit Raph. ibidem, ꝙ † vbi aliquis adiicit ad ius personale, quale est vsufructus, censetur adiectus animo donandi. Sed & addit se dubitare: q̄n saltim commoditas vsufructus potest transferri l. vsufructu. ff. sol. mat. vbi no. Vnde donatio præsumi non debet l. cum de indebito. ff. de probat. Quę sententia possit cōprobari ex iis, quæ Alciat. scripsit in resp. 26. donationis to. 2. lib. 5. sed (vt dicam quid sentiam) ratio Raphame valde mouet, non tñ à Bar. dissentio, cuius sententiā ab alio reprobatam non legi, & certè verum & notādum illud est, formalem vsufructū in formalem transire non posse; quia cohę-

ret per-

Source : BIU Cujas

ret perſonæ,& in qua eradicatur propter ipſius vſusfructus naturam,vt inquit Aret.referendo Bar.in §.finitur.propè num.2. inſtitu.de vſuf.cum ergo quis ſtipulatur ſibi,aut Titio vſumfructum,neceſſariò ſequitur ſtipulantem Titium donationis cauſa adijcere voluiſſe,cum ſciret ex perſona Titij ſibi acquiri nõ
74 poſſe. † Non enim poteſt capi alia coniectura,quàm donationis,vnde præſumenda eſt donatio,vt per Doct. in l. ſi cũ aurũ. ff.de ſolut & ſcripſit laſ quando præſumatur in l. ſi fundũ per fideicommiſſum.ff.de leg.1.facit regula. cuius per errorem,vbi Decius & Hieronym.Cagn. ff.de regulis iuris.item facit l.Campanus.ff.de oper..libert. & videri poteſt Alex. in conſilio 13. num.3. vol. 1.& Cur.Iun.in conſi.56.nu.5.& qui licèt excludãt donationem ipſam,non tamen negant præſumi, quando alia coniectura ſumi non poteſt,nec moueat,quod Cum. dicebat, commoditatem transferri poſſe,id enim non nego, ſed in ſtipulatione vſusfructus ipſe deductus eſt,quem acquiri non poſſe diximus,aliudque eſt vſufructus, & ipſum ius, aliudque commoditas,vt ex ſe patet,& notatur in relatis locis, & cum in ſtipulatione de vſufructu ſit dictum ſubtili quidem ratione præſumptionem donationis in perſona Adiecti Bart.neceſſario in
75 duxit,pro qua ſententia facit,quod glo. Bart. & alij ſcripſerunt in l.ſi Procuratori.ff.de condic.ob cau.ℭ † qui ſoluit falſo procuratori ſciens prudensque non liberatur,nec repetit; quia ex quo id ſciuit,neceſſariò præſumatur donaſſe,& ex his addes ſingularem declarationem ad hanc doctrinam Bart. quam notaui inferius in prima limitatione ver.quod autem, num. 104. & ex his in ſimili etiam confirmatur doctorum communis interpretatio ad l.Proculus.ff.de vſufr. quæ ſingularis eſt ſecundùm Bal.ibidem,in qua legitur, ſi teſtator legat vſumfructum ædiũ eo adiecto onere,quòd altius non tollatur,quàm vti nũc ſunt, poprietatem domus cenſeri legata, appellationeque vſufructus hoc caſu venit proprietas,& hoc eſt ratione oneris adiecti,quod proprietario non vſufructuario non conuenit. Nam vſufructuarius ſine prohibitione altius non tolleret.idem iuris eſt,ſi vſusfructus fundi legatus eſſet,hoc addito quòd non poſſit fundum vendere,vel alienare,vt plena proprietas legata cẽſeatur,ne ergo verba incaſſum adiecta videãtur, vſufructus appellatione venit proprietas,quod mirabile, & notandum Bal. & Cuma.ibidem ſcripſere,& quæ interpretatio recepta eſt. legi tamen Arium Luſitanum virum bene doctũ,qui in l.1.part. 3.nu.41.& ſeq. C.de bon.mater.effuſo ſermone immemor ſententiæ Poetæ.

Parcius iſta viris tamen obijcienda memento.

Inquit,omnes legum prudentum vertices inique, & abſurde legem illam intellexiſſe,cum nullum verbum in dicta lege ſit,quo Iuriſconſultus in facti ſpecie propoſita voluerit appellatione vſufructus proprietatem ſignificare, & mirandum eſt, quòd verba illa reſtringendi cauſa adiecta augeant diſpoſitionem,& puerile putauit relatum fundamentum, ne prohibitio adiecta ſuperflua iudicetur, verbaq; relata fruſtra adiecta ſint. Putauitque vel imperitia teſtatoris, vel ad maiorem declarationem adiecta cenſeri. Vnde ex ea adiectione, opinatus eſt non augeri relictum,& proprietatem non comprehendi contra gl. & Doctores,ſi teſtator legat vſufructum, & adiiciat verba relata,vel ne ædificet,vel ne rem alienet. Addit etiam crebriorem 81
ſententiam eſſe, vt & in diſpoſitione inter viuos lex Proculus. prędicta locum habeat,& ſubiicit interpretationem ſuam tenẽdam,& forſitan nõ defuturos ſuperſtitioſos, qui repertis & exhibitis frugibus glandibus veſci malint. Sed licèt mihi ſemper 82
deciſio hæc dura admodum viſa fuerit, & in mentem venerit, quod Nerua filius ait in l.ſeruum, in §.ſequitur. ff.de verb. obl. ſub auctoritate iuris ſcientię pernitioſe plerunq; errari.Nihilominus aut (vt meam ſententiam interponam) Arius nimiũ ſibi ſumpſit,aut vnus forſan ego ſuperſtitioſus ero, puto enim Doctores recte legem illam interpretatos, & Ariũ verba legis nõ conſideraſſe,& ſunt hæc.Proculus putauit,inſulam ita poſſe legari,vt ei ſeruitus imponatur,quæ alteri inſulæ hæreditariæ debeatur hoc modo,& reliqua; per modos ergo ſeu modum quẽ Iuriſconſultus ſubiecit,ædium illarum quò ad altius, q̃ vti nũc ſunt ædificatæ non erunt,illi vſufructum do lego,inſula cenſetur legata,& ſic proprietas, & domus ipſa, quæ inſulæ appellatione continetur,& ſignificatur, vt per gl.in §.inſula. inſti. de rerum diui.l.3.§.ſi quis inſulam.ff.de eo.quod cer.loco l.inſulam. ff.de verb.oblig.conſideratis ergo verbis Iuriſconſulti in initio inſulam ita poſſe legari,& verbo hoc modo,cum ſubiectis exẽplis demonſtratur legiſlatoris intentio, & cõis ſenſus verus, & conſequenter ſunt verba clara in l.illa,quibus Iuriſcõſultus appellatione uſufructus in ea facti ſpecie voluit proprietatem cõtineri,& licet dura videatur deciſio,nõ tñ caret ratione, & quidem ſubtili,prout in caſu Bar.relato in d.§.vſufructum,& cum lex ita ſcripta ſit,ſeruãda eſt l.proſpexit.ff.qui & à quibus,& addes aliis auctoritatibus relatis ab Ario Cur.Iun. in conſi.14.Io. Dilec.in tract.de arte teſt.in tit.de lega.caut.43.

76 † Vigeſimoprimò extendenda eſt regula,vt non ſolum in caſibus enumetatis locum habeat,vbi quis ſibi aut Titio ſtipulat, 83
& ſic prępoſitus eſt ſtipulator perſonæ adiectæ,ſed & ſi per contrarium perſona adiecti antepoſita eſſet ꝑſonæ ſtipulanti,verbi gratia, Promittis Titio aut mihi, Titio nanq; tanquam adiecto recte ſoluetur l.Caius.ff.ſol. mat.Sed hoc admittendum eſt,niſi perſonę adiectæ primo loco actio quæri poſſet, vt in dote. Tũc enim obligationi adiecta vī:cum ergo actio queri adiectę perſonæ non pōt,nihil intereſt,proponatur,aut poſtponatur adiecta ꝑſona.ff.de ſtip.ſer.l.j.§.ſi fructuarius ſeruus,vbi ſi fructuarij ſeruus fuerit ſtipulatus vſufructuario, aut dño eo caſu quo fructuario ſtipulari non p̄t;& quia non eſt ex re eius, nec ex opera ſua:tunc quæritur actio dño,ſed ſolui p̄ vſufructuario,& indicat tex.in d.l.Caius.in j.reſponſo,vbi de rigore innuit poſſe ſolui,& præceſſerat nomẽ neptis in ſtipulatione, quæ probãt Bar. Ang.Imo.& Iaſ.in d.l.eum qui ita.in §.qui ſibi.ff.de verb.obl.& Imo.in d.l.Caius in j. col.Rota in vlt. deciſ. cã 5. die Lunę in 2. dub.Sed & addes circa prędicta legẽdq; Caius,qñ ꝑſona cui pōt queri,vt in dote,poſtponeretur in ſtipulatione,quę plene dicã
77 infra in 12 limitatione ver. Quinta facti ſpecies &c. & nota † ℭ in d.§.ſi fructuarius in primo caſu,qñ ex re fructuarii vel opera queri pōt;quia etiam dño pōt queri ex quacunq; cauſa vitiatur ſtipulatio ratione incertitudinis,& vera litera eſt affimatiua,vt animaduertit Bar.& prout in pandectis,non negatiua,prout in codice meo,hoc modo vtriq; ex re fructuarij actionẽ acquirere potuiſſet,& adde quę dixi in j.par.nu.24.& l.qui res.in §.ſi ſeruus fructuarius. ff. de ſol. & ad interpretationem d.§.ſi fructuarius,vide quę late ſcripſit Roncheg.in l. reos.in §. cum in tabulis.nu.83.ff.de duobus reis,& ſeq.num.

Vigeſimoſecundò amplianda eſt, vt adiecto † ſolui poſſit
78 nõ ſolũ ſi per dictionẽ,aũt,perſona adiecti ſit,ſed & ſi cõcepta ſit per alternatiuã ſimilẽ ſtipulatio,vt puta, vel,vt in l.j.§. pe. ff. de ſtip.ſer. & aliis alternatiuis,de q̃bus plene dicã in j.& ſeq qu. par.ſubſequ. illic .n. videri poſſunt, quę ad hunc locũ attinent.

Vigeſimotertiò amplianda eſt regula,vt adiecto † ſolui poſ
79 ſit,& ſi tempore ſtipulationis abſens fuerit Adiectus, cuius rei in promptu eſt ratio; quia nihil iuris adiecto quæritur l. eum qui ita.vbi Bar.ff.de verb.obli.& ſæpe diximus, & id ſentit Accur.in §.ſi quis alij.in ver.mandati inſtitu.de inutilibus ſtipul.& comprobatur ex his,quæ in vlt.parte dicam.

Vigeſimoquartò amplianda eſt regula, † vt poſſit ſolui adie
80 cto, & ſi quod ius deficiat in re ſoluta adhuc res ipſa peti poſſit l.Iulianus.in §.qui fundum.ff.de ver.oblig. vbi Iuriſcõſultus inquit in hæc verba.Qui fundum ſibi aut Titio dari ſtipulatur, quamuis fundus Titio traditus ſit,nihilominus ſtipulator pete re fundum poteſt,vt ſibi de euictione promittatur. Nam intereſt eius,qui mandati actione fundũ recepturus ſit à Titio, ſed ſi donationis cauſa Titiũ interpoſuit,dicetur traditione protinus reum liberari.hęc Iuriſconſultus, cuius ſententia nec breuius,nec rectius referri poterat. intelligenda eſt ergo hæc ampliatio iuxta relatam legem,& commentarios Doctorũ ibidẽ, de quibus in prima parte copioſe diſſerui,& ne aduerſetur his, quæ in antecedenti parte dixi,ver.Rurſus amplianda eſt, vbi de parte ſummæ ſolutæ diſputaui,& vide Pau.Caſt.in d §.qui fundum.nu.2.vbi latè,quibus adde l.qui ſibi,aut Titio l.etiam. & l. qui hominem.in §.fi.ff.de ſolut.

Amplianda eſt etiam † vt quum decem mihi aut Titio ſtipu
latus ſum, & ſi quinque accipiam reliquum promiſſor rectè Titio det l.cum decem.ff.de ſolut.ex partis enim ſolutione facta creditori non tollit facultas ſoluendi adiecto alterã partẽ.

Vigeſimoquintò amplianda videtur,vt † adiecto ſolui poſſit ẽt eo inuito:& notandum eſt,quòd certi iuris eſt, adiecto ſolui poſſe ignorante,& inuito ſtipulatore,vt inſti de inutil.ſtipu. §. ſi quis alij.ver.planè.l.fideiuſſor.in fin. prin. ff.de fideiuſſ.l.aliud. ff.de ſolu.& dixi in 1.ampliatione,ſed quòd poſſit ſolui Adiecto eo recuſante relata iura non dicunt,nec memini me legiſſe tractatum,aut vſquam relatum. Vnde cogitabam tria eſſe genera adiecti,vt in 1.par.dixi.Aut enim quis adijcitur donationis cauſa,aut cõmodo creditoris,aut cõmodo debitoris, prout in re dubia cenſeri debet; & ſi quidem verſantur in primo genere res admodum clara eſt,& dicendum eſt,vt in l.Iulianus.in §.qui fundum.ff.de ver.oblig.& l.ſed & ſi quis.ff.de vſufr.ſi verò in ſecundo genere ſcilicet in Adiecto gratia creditoris, & hoc ẽt expeditum puto,vt ei inuito ſolui non poſſit, quod probãt ex his,quæ dixi in prima ampliatione hac eadem prima parte, quæ non refero breuitatis cauſa,ne bis idem repetã: ſi verò in vltimo genere,multa nanque poſſunt euenire,quare is qui debitoris cauſa adijcitur ſolutionem recipere recuſet, vel morũ ante celata,vel ignorata emerſerit im ꝑbitas, aut inimicitię ſuperuenerint inter adiectũ,& ꝑmiſſorẽ.l.in ꝯfirmando, & l.ſeq. ff.de confir.tut.& hoc caſu inuito Adiecto ſolui nõ poſſe videbatur.Quia cũ ſolutio fiat ad cõmodum creditoris, & ſic alterius,nihilq; quæratur adiecto,& hæc ſolutio potius incommodum quàm cõmodum afferat, vt dixi ſupra in fi.16. ampliationis,& ſi præſens ſtipulationi fuerit adiectus, conſenſiſſe tamen non cenſeatur. † Præſens enim & tacens tunc aſſenſiſſe videt: cũ de eius vtilitate agitur.Glo.in l.qui patitur.ff.mãd.plenè per

Source : BIU Cujas

Beneuenuti Stracchæ. De Adiecto.

Doctores in l.quæ dotis.ff.ſolut.mat.in rub.C.de pactis, & Ale. in conſi.8.colum.3.lib.3.licèt & aliquãdo vtilitas in adiecto cõſiderari poſſit,vt notaui ante.par.ver.in ſecunda verò inſpectio ne nu.51. Verùm in hoc vltimo genere diſtinguẽdum puto inter adiectum præſentẽ,& abſentem,& ſi quidem Adiectus præ ſens ſit ſtipulationi,conſentiſſe cenſeatur, & conſequenter ad ſolutionem recipiendam cõpelli poſſit,idq; probatur arg.fortiſ ſimo,quorſum enim leges,& Doctores dicunt, adiectũ hunc mandati actione teneri,vt in l.Iulianus.in §.qui fundum.ff.de ver.obli.& in vlt.par.dicam.Non alia quidem rõne,niſi quia ta citè mandatum ſuſcepiſſe cenſetur,iuxta l.qui patitur, & l. qui fidẽ.ff.mãd.& hic eſt vnus caſus ſingularis,in quo tacẽs pſumit conſentire,& non agitur de eius vtilitate, & hoc ideo qa non tractat de incõmodo,quod alicuius ſit momẽti,ſeu quia nullũ probabile detrimentũ conſiderari põt,& forſan legum prudẽtes hoc caſu adiecti præſentis cõſenſum induxere,moti illa ſin
84 gulari ac naturali rõne,beneficio † artifici hominẽ intereſt ho minis.l.ſeruus ea lege.ff.de ſer.exper.voluntatis.n.& officij hæc plena eſt,iuxta l.hæc in cõmodato in §.ſicut.ff.comm.Id nanq; promiſſori cõmodum magnũ afferre põt,Adiecto verò nullũ probabile detrimentũ.& facit elegãs tex.in l.in ſumma.in §.idẽ Varus.ff.de aqua plu.arcen.in illis verbis,quod factũ quidẽ mihi prodeſſe põt,ipſi aũt nihil nociturum eſt,hoc æquitas ſugge rit,ẽt ſi iure ſtricto deficiamus,vbi glo.aliàs leges refert in ver. aut nihil nociturũ eſt,& addit vel parum, ſi verò Adiectus abſens eſſet tpe ſtipulationis,& hoc caſu (ni fallor) Adiectus inuitus ſolutionẽ recipere non eſt cogendus,illo fortiſſimo argu mento: quia actione negotiorum geſtorũ,& nõ mãdati ſtipulatori tenetur ſecũdùm veriorẽ,& crebriorẽ ſententiã, de qua in vlt.par.diſputabo,beneficij quippe ac nudę voluntatis eſt nõ neceſſitatis aliena negotia ſuſcipere.l.in cõmodato. in §. ſicut. ff.cõmo.l.tutori.C.de neg.geſt.& imputet ſibi promiſſor,qui ta lẽ miniſtrũ adijci in ſtipulatione paſſus ſit,arg.l.vtiq;,in fi. ff. de rei vend.l.ſi ſeruus ſeruũ.in §.ſi fornacarius.ff.ad l. aq. & ea.l. §. Proculus.electio.n.mala eſt in culpa, vt per Accur. in l. videamus.ff.loca.Dicet aliqs,aduerſatur prædictis quod inquit Dec. in regula ſemper,qui non prohibet.ff.de reg.iu. vbi conſidera-
85 uit, qꝑ † dicta regula l.qui patitur.ff.mand.intelligitur,qñ tractat de vtilitate eius qui patitur,& nõ contradicit,tali caſu idẽ iudiciũ debet eſſe in abſente quod in præſente,ſi ergo præſens præ ſumitur conſentire,ergo & abſens, vnde ſiñ eum ſtatim quod abſens ſciuit,& non cõtradixit,cõſentire vr̃,citat Bart.in l. quo enim.ff.rem ratã hab.l.abſentis,& quod ibi not.à glo. & Doct. C.ſi cer.pet.data ergo ſcientia non vr̃ conſtituenda differentia inter preſentẽ,& abſentẽ.Qua ergo rõne in propoſita qõne adiecti præſentis præſumitur conſenſus, & cogendũ diximus recipere ſolutionẽ,eadẽ in abſente adiecto ſtatueneũ eſt. Verùm idẽ Dec.qui vulnus inferre voluit,opẽ feret.Is enim ſniam ſuã emendauit in rub.C.de pact.in additione nona dicẽs, hanc cõparationẽ non probandã: qñ præſens cõtradicere põt, abſens verò minimè cum ignoret,vnde in præſente duo concurrunt, ex quibus arguitur conſenſus,quia tacet,& de eius vtilitate agitur.In abſente verò tñ quia de vtilitate ſua agitur,non eſt ergo par rõ.Igitur in qõne propoſita præſentia cum facultate ꝺicẽ di,& cũ naturali illa rõne officij,& cõferendi beneficiũ cõcurrit.In abſente verò ſolũ illud,quod ſecundũ naturã eſt iuuãdi hoĩem interuenit.Vnde illud verum,hominẽ adiuuare eſt, hominis; quibus addes Hiero.Cagn.in d.regula ſemper qui non prohibet.qui hanc poſteriorẽ Decij ſniam probat, & cũ donatio cauſa mortis hodie nudo pacto fieri poſſit, iuxta ſniam Gl. recepræ in l.cũ pater.in §.Mæuio.ff.de leg.2.& argumentis, & auctoritatibus diſputãdo non quidẽ inargutè probat illã ſniam
86 † præſentiam donatarij cum taciturnitate conſenſum inducere,& ipſius donationis validitatem,quam ſententiã ẽt cõmunẽ reſtatur,licèt Dec.Aret.& Io.Cro.aliter ſenſerint,& malè ſecũ dùm eum,& vide quæ dicam in 1.limit.ver.quod autem.& ade Iul.Cla.ſent. lib.4.q. 14.

87 Vigeſimoſextò amplianda eſt,vt † ſolui poſſit adiecto etiam poſt mortem ſtipulatoris, qui ipſum in ſtipulatione nominauit,l.Caius.in ver.ſed dicendũ.ff.ſol.mat. vbi ſpeciatim notauit Raph.Cum.ſub nu.9.Alex.in l.cũ quiſquam. legit cum l. in ſtipulat.in fin.ff.de ver.obl.& ibidem ẽt Iaſ.refert, & non improbat,eſt ego notandũ poſt mortem ſtipulatoris, ſeu creditoris Adiecto ſolui poſſe,cur aũt tam varie,quod hæredi adiecti ſolui regulariter non poſſit, & mortuo ſtipulatore adiecto rectè ſoluatur,paulò inferius in prima limitatione declarabitur.

Vigeſimoſeptimò ampliãda eſt in ſtipulatione facta a duobus alternatiuè inter eos,qñ vni tñ ex eis,qui alternatiue ſunt ſtipulati,acquiri põt,vt per Bar.in l.2.nu.3.ff.de duobus reis. de quo vide,quæ plene ſcripſi in prima par.ver.ſed hìc,num. 22.

Vltimò amplianda eſt regula, & ſi adiectus ſit donationis cauſa, vt poſſit eidem ſolui,& facta ſolutione effectũ ſortiatur donatio. l. Iulianus.§ qui fundum.ff.de ver.obli.l.ſed & ſi quis. ff.de vſuf.& vide quę dicam in pri.limitatione circa fi.ver.quod autem diximus &c.

LIMITATIONES.

TRANSGREDIAMVR nunc ad limitationes. Igitur regula prædicta, qꝑ adiecto ſolui poſſit pluribus mo
88 dis eſt reſtringenda, & primò, vt † ipſi adiecto recte ſoluatur non autem hæredibus ſucceſſoribusve eius, l. cum quis. ff.de ver.obli.vbi Iuriſconſultus in hęc verba,cum quis ſibi aut Titio ſtipulatus eſt,ſoli Titio,non ſucceſſoribus eius recte ſoluitur,& idem probat tex.in l.ſi ſtipulatus ſim mihi,aut Titio. ff. de ſolut. glo.inſtit.de inutil.ſtipu.§.ſi quis alij.ver.planè. in ver. Scio,& prima fronte videbatur dicendum contrarium;quia ex
89 † perſona hæredum conditio obligationis nõ immutatur l. 2. in §.ex his.ff.de ver.oblig.de qua iege oppoſuit Accur. in d.l. ſi ſtipulatus,& non ſoluit,ſed Alb.ſecundùm Old. ait,in propoſi to caſu obligationis ſubſtantiam non immutari, ſed tãtum cõmodũ ſoluendi auferri,in perſona enim Adiecti nulla eſt obligatio,ſed merum factum,meriq; facti facultas,vnde nõ eſt, qđ dici poſſit,immutari ex morte Adiecti.At in contrario obligatio erat quęſita defuncto,& ideo ex perſona hæredum non immutatur,& vt ſupra ſoluit Dy. relatus ab Abb.in dicta l.2. probantq; ſolutionem,vt puta veram Ang & Raph.in d.l.ſi ſtipulatus &c.ſed & addit Alb.ſecundùm Iac.Beluiſ.quòd in d.l.2.obligatio,& actio competebat defuncto,vel contra eum. Contra verò in caſu noſtro,ſed mãdato ſtipulatoris poterat adiecto fieri ſolutio:ſed hic de ratione eſt diſputandum † quare ſcilicet he
90 redi adiecti ſolui non poſſit,& quia plures redduntur à doctoribus de ſingulis videamus. Prima ratio ſe offert Bart.in d.l.cũ qs. ff.de verb. oblig. Adiectus mandatario comparatur l.Iulianus. in §.1.ff.de ver.obl.morte ergo Adiecti ſoluendi facultas finita eſt,veluti mandatarij,quã rõnem,& Ang.& Imo.ibiẽ,pbant,& citãt tex.in l.ſi vero procuratori.ff.de ſolut. & inqt ibi. Alex. cum Bar. tranſiſſe doct.ſed melius loquutũ Bar.& Doct.in l.ſi quis ſtipulatus.ff.de ſolu.verũ relatã rõnẽ reprobat gl.in ea l.ſi ſtipulatus,quã gl.non improbat Bar.ibidẽ,& mouit Accur.Quia Adiectus reuocari expreſſe non poteſt.ff.de ſolu.l.vero.ergo nec tacite deberet reuocari,quod eſt falſum.ff.de ſolut.l.ſi quis ſtipulatus fuerit decem in melle,quod argumentum Gloſſæ probat Iaſ.in d.l.cum quis,& refert Alex. alio fundamento rationem
91 prædictam reprobaſſe,& eſt tale. Si diceremus † adiecto mandatarium comparari,ita extingueretur per mortem mandantis ſicut mandatarij l.mandatum.C.mandati.§.item ſi adhuc.inſti.manda.ſed hoc eſt falſum: nam poſt mortem ſtipulatoris, qui nominauit adiectum,poteſt ſolui adiecto,vt l.Caius in ver. ſed dicendum.ff.ſolu.matrim & dixi ſupra in 26. ampliatione. uerùm idem Iaſ.hoc fundamentum Alexandri improbat ex ratione ſua referenda,de qua inferius,putauit enim hæredi adiecti ſolui non poſſe propter mutationem qualitatis,& cõditionis ipſius adiecti,quæ ratio ceſſat,quando moritur is,qui nominauit adiectum: ſed quoniam ratio Iaſonis (vt oſtendam) defendi non poteſt,meritò argumentum Alexan.& ſubſiſtere,& verum opinor,ſed & his adde,quæ ſcripſit idem Iaſ.in l.eũ, qui ita.§.qui ſibi.num.12.ff.de verb. oblig.in verſi. confirmo vltra eos &c. inquit enim,adiecto poteſt ſolui inuito ſtipulatore; qa hanc facultatem habet debitor ex forma contractus, quam ſtipulator immutare non poteſt.l.aliud.ff. de ſolut. niſi per litis conteſtationem.l.ſi quis ſtipulatus fuerit decem in melle. ver. fin.ff.de ſolut.& ſubijcit,ex hoc infero male dixiſſe glo.in l.ſi ſtipulatus ſum mihi,aut Titio.ff.de ſolut.vbi quærit, quare hæredi adiecti ſolui non poteſt,& quia aliqui dicunt, quia adectus mandatario comparatur,& mandatum morte finitur,gloſſ. in d.l.ſi ſtipulatus dicit,quòd iſta ratio eſt falſa. Quia ſi adiectus cẽ ſeretur habere mandatum,illud mandatum non poſſet reuocari,tamen dicit glo.poteſt reuocari,vt in d.l.ſi quis ſtipulatus, & ſubijcit,iſtam reprobationem ſequitur Bart. ſibi cõtrarius in l.ſi quis ſtipulatus,& Alex.in d.l.cum quis. Cum quibus ego ẽt pertranſiui,ſed credo eos errare,quia(vt dixi) adiecto poteſt ſolui etiam inuito ſtipulatore,ergo non eſt verùm,quòd poſſit reuocare niſi creditor litem conteſtetur, & iſta addes his quæ di
92 xi in l.cum quis.Hæc ille † verum (ni fallor) Iaſ. grauiter errauit,nec verum ſenſum Accurſij, & doctorum accepit: cum putauerit glo.in d.l.ſi ſtipulatus.ſenſiſſe facultatem ſoluendi adiecto poſſe reuocari per creditorem. Accurſius enim nixus eſt probare,quòd non ſit bona ratio, quòd mandatarius adiecto comparetur,& citauit l.vero procuratori. eodem tit. de ſolut. in §.1.vbi probatur,ſi quis mandauerit,vt Titio ſoluat, deinde vetuerit eum accipere, ſi ignorans debitor prohibitum eum accipere ſoluerit, liberatur, ſed ſi ſciuerit, non liberatur, ſubdit tex.alia cauſa eſt in adiecto; quia & ſi prohibeat creditor debitorem ſoluere, tamen ſoluendo liberatur, quia certam conditionem habuit ſtipulatio,quam immutare non potuit ſtipulator,& hoc modo diuerſitatem inter adiectum & mãdatarium demonſtrare voluit Accurſius citando illam legem, & verba Accurſij in dicta l. ſi ſtipulatus ſum mihi,aut Titio. talia ſunt,quia hic expreſſe reuocari non poſſet,vt ſupra eo.l. vero:ergo nec tacitè deberet reuocari,quod eſt falſum,ſ.ſi ſtipulatus,& addit in adiecto nec tacitũ interuenire mãdatũ,niſi aliud

actum

Source : BIU Cujas

actum ſit,vt diximus in dicta l. vero, & vere dixit in verbo interdum,de quo ſuo loco differemus: non ergo ita ſupinus fuit Accur. vt ignorauerit hanc facultatem ſoluendi in adiecto collocatam reuocari expreſſe non poſſe,cum legem citauerit id dicentem;ſecundùm quam intelligendus eſt,vt per Bar.in l. non ſolùm.in §.liberationis verba.ff.de li. leg.ex relatis ergo verbis, & mẽte ſemetipsũ defendit Accur.Quẽ vna cum Bar. Alex. & aliis relatã rõnẽ recte reprobaſſe puto,& ipsũ Iaſo. defendi nõ poſſe. Secũda rõ Bar.eſt in d.l.cũ quis.ac in d.l.ſi ſtipulatus, qa ſolutio, quæ in perſona Adiecti confertur, eſt meri facti, ideo ad hæredem non tranſit l.qui heredi.in princ.ff.de cond.& demon.& hæc ratio recepta eſt à doctoribus in relatis legibus, ex
93 qua notandum eſt,q̃ † ea quæ ſunt facti,& nudi miniſterii non tranſeunt ad hæredes,quod & ſubtiliter & eleganter declarauit idem Bar.in l.ſi ſtipulatus fuerim illud aut illud.ff. de verb.obli. motus eadem l.vt locum non habeat,vbi factum eſt executiuũ obligationis,ſeu iuris præambuli; quia ſicut ius præambulũ (vt ait) tranſit ad hæredes,ita & illud factum, q̃ declaratio ab Alex. & à Iaſ.& aliis recipitur in d.l.cum quis, ex qua regula ea quæ facti ſunt ad hæredes non tranſeunt. Ang.& Imo. in ea.l.credide
94 runt, & recte † hæredibus executorum vltimarum volũtatum ſolui recte non poſſe. Nam officium executorum non vr̃ tranſire ad hæredes de quo in l.id quod pauperibus.C. de epiſ. & cle. vbi Cy.in c.fi.de teſt.lib.6.adde gl.& Bar.in l.ante.in ver.ad aliũ. ff.de tute.quod & Alex.& Iaſ.in d. l.cum quis,probauerunt, & alia loca retulerunt ex relata ẽt regula,Pe. relatus ab Alb.in d. l.
95 cum quis,quẽſtionem quotidianam ſoluit,& eſt talis † Maritus vendidit rem vxoris aliamq; rem in cambium accepit, petiitq; ab vxore ſua,vt alienationi cõſentiat:vxor dicit alienationi factę rei meæ non conſentiam,niſi veſtem feceris, & dederis, vt aliqñ aſſolẽt mulieres. Maritus affirmauit ſe daturum, moritr̃ vxor:maritus vult veſtem dare hęredibus vxoris,ex relata regula non eſt audiendus l.cum ita datur.ff.de cond.& demon.quorum ſententiam probauit Imo.in d.l.cum quis.

Aliam,& tertiam rationem reddit Iaſ.in d.l.cum quis, quare hæredi adiecti ſolui non poſſit,& naturalem eſſe ait; qñ creditor confiſus de illo eſt quem ſolutioni adiecit, eiusq; perſonã probauit,non autem probauit eius hæredem, etiam ſi filius eſ-
96 ſet adiecti, cũ accidere poſſit † adiecti hæres diuerſi ſit ingenij diuerſorum morum,& non eiuſdem conditionis, vt eſt elegãs tex.in l.cuius bonis.ff.de cura. furio. & ſubiicit rationem rõnis, plerunq; probo viro ſuccedit improbus,& (vt ait) legali inlegalis,vt inquit Bal.in l.generaliter.in 4.no. C.de rebus cred.& hãc rationem habuit Iaſ.à Bal.qui in ea l.citauit d.l. cuius bonis, vbi Iuriſconſultus inquit, hæres prioris creditoris non eſt onerandus:cum accidere poſſit, vt negocio vel p̃p ſexus, vel p̃p ætatis infirmitatem,vel p̃p dignitatem maiorem minorẽve,q̃ in prio re curatore ſpectanda erat,habilis nõ ſit. Quibus addes quæ plenè ſcripſit Hiero.Cag.in l.2.ver.fi.nu.604.de orig.iu.vbi de Celſo & Nerua,qui filios Iuriſconſultiſſimos reliquere, & de famili-
97 a Socinorum,& contra refert,quod dici ſolet † plerunq; prudẽtes,& literatos viros hoc infortunio grauari,vt ſtolidos filios
98 generent.Verùm † relata Iaſ.ratio non quidẽ incolorata,& quę ratione quadam ſuffulta vr̃ (ni fallor) non eſt vera. Finge enim, q̃ hæres adiecti talis ſit,vt eũ cui ſucceſſerit & fide, & moribus, & diuitiis longe ſuperauerit, quòdq; magis amicus eſſet ſtipulatori,q̃ ipſe adiectus, & ꝯñr veriſimilius creditor de hoc magis confiſus, certè ex relata ratione recte poſſet ſolui huic hæredi, & cõtingeret liberatio,quod eſt contra dicta iura, quæ generaliter dicunt,hæredi adiecti ſolui non poſſe. Itẽ huic rationi aduerſatur, quod doctores relati dñt, ſolutionem eſſe facti meri, & quę facti ſunt,non trãſire ad hæredes,nec enim perſonas trãſgrediuntur;ſcripſit ẽt Chriſt. Por.in §. ſi quis alii. quem legit cũ §.ſi quis alium.Inſt.de inut.ſtipu.facultatem ſoluẽdi adiecto ex eo ad hæredem eius non tranſire;qa induſtria,& fiducia in adie
99 cto electa eſt,arg.l.diem proferre.§.j.ff.de arbi.ſed † & ego relatam rationem ſecundo loco tanquam receptam,& veram probo.& addo aliam quæ vr̃ Iuriſconſulti in l.vero procuratori. in §.j.ff.de ſolut.quia certam conditionem habuit ſtipulatio,quã promiſſor mutare non potuit, & hãc rõnem ſenſiſſe vr̃ Accur. in l.ſi ſtipulatus ſum mihi aut Titio.in ver.non poteris.ff.de ſolu.dr̃ enim in textu, hæredi eius ſoluere non poteris, & inquit Accurſ.& eſt ratio;quia hic certa perſona fuit adiecta.

100 Quod autem diximus,hæredi Adiecti ſolui nõ poſſe,† Ampliandum eſt ẽt in adiecto donationis cauſa, de quo in prima parte dixi,ver.Deinde ſubieci,vel ſuo cõmodo,&in vltima parte dicam,idq; ſenſit Imo.in l.ſi ſtipulatus ſum mihi aut Titio.ſuperius citata,vt in hęc ſeu ſimilia verba ſcriptum reliquit.Dicit in relata l.q̃ hæredi adiecti ſolui non põt,ſed dubium eſſe poſſet,ſi eſſet adiectus cauſa donationis, an tranſiret ad hæredem, hærediq; Adiecti ſolui poſſit. Aliqui concedunt; quia hoc caſu adiectus non vr̃ nudus miniſter, tñ cõtrarium eſt forte verum; quia iure iſto ſine traditione nõ pertractabatur donatio l. ſi qs argentum.C.de dona.l.hoc iure.§.ſi quis dederit.ff.de dona.Idẽ forte etiam hodie, ex quo donatio nõ fuit prẽcisè facta,ſed demum in caſu,in quo fieret ei ſolutio, & ideo ex quo non eſt illi facta,& talis poteſtas recipiendi ſolutionem de ſe ſit facti, nõ vr̃,q̃ tranſeat in hæredem,ex quo hic non habet formam ſtipulationis,& ſic remanebit hæc lex incorrecta ẽt in caſu iſto,facit l.præcipimus.in fi.C.de appel. quem ab aliquo relatum non legi.Raph.enim,& Pau.Caſtr.de hac re ne verbum quidem fece-
100 runt: † Cogitãti autem mihi hæc ſnĩa in adiecto donationis cã, & abſente admittenda videbatur abſq; cõtrouerſia,ſed vbi præſens ſtipulationi fuiſſet adiectus,dubia videbatur.Nam qñ præſens eſt adiectus ex eo,q̃ de eius voluntate agitur,conſentire videtur l.qui patitur l.qui fidem. ff. manda. & receptum hoc eſt à doctoribus in l.qui dotis.ff.ſolu.matr. & recentioribus in regu-
102 la,ſemper qui non prohibet.ff.de reg.iur.in tãtum q̃ † cum hodie nudo pacto fiat donatio,vt in l.ſi quis argentum. in §. fina. C.de dona.ex hoc tacito conſenſu;quia agitur de eius commodo,pactum legitimum proprieq; factum cenſetur,ex quo oriatur actio ſm Cy.Bart. & alios in l.j.C.de pac.facit l.tale pactum. ff.de pactis exploſa ſnĩa Are.& Dec.in rub.C.de pactis,& in l.ſenium.col.pen.C.qui teſt. fac. poſſ. & in conſi.245.& Io.Cro.in prin.rub.de verb.oblig.in ſecunda lectura,qui putauerunt hoc caſu ex præſentia, & taciturnitate non proprie pactum induci, ſed præſumptum:cum tacuerit is, de cuius agebatur, commodo, & conſequenter in hoc caſu locum non habere d. l. ſi quis argentum,verius nanq; eſt hoc caſu ex præſentia,& taciturnitate donatarium conſentire,& paciſci,quod & Ang. probauit in conſi.185.ex themate prædicto.col.2.& Soc.in cõſi.112. & defenditur hæc ſententia contra Aret.docte quidem, & elegãter à Car.Ruy.in l.2.col.24.ver.Retenta autem cõi opinione.ff. de leg.j.& Mod. Taurin. in rub.C. de pac.& in l.rogaſti.in §. ſi tibi. colum.11.ff.ſi cert. peta. & Lan.Galia.in rub. de verbo. oblig. col.11.Item Cur.Iun.in ea rubr.C.de pactis,& Hiero.Cag.in regula,ſemper qui non prohibet.ff.de reg.iur.qui & Dec. & Are. & Io.Cro.& contra cõem,& male ſenſiſſe putant,eorumq; dãnant ſnĩam, & reſpondent eorum rationibus & cõem contra Aret.& Dec.teſtatur Io.Bap.in lib.commu.opin.in ver.donatarii præſentia cum taciturnitate. ſi ergo admittamus donationẽ hoc pacto tacito eſſe factam inter ſtipulatorem,& adiectum,ſequitur hæredi adiecti recte ſolui poſſe, & vide Pau. Par. conſi. 107.vol.3.& ſi hæc ſnĩa ex ratione prædicta contra Imo.admitteretur, intelligenda eſſet, vbi in ipſa ſtipulatione ſeu cõtractu appareret,q̃ donationis cauſa Titius eſſet adiectus, & cõſequẽter vbi apparet de donatione,prout & Ang.& alii ſenſerunt, & relati doctores declarant; nam ſi verſemur in donatione præſumpta,locum hæc ſnĩa contra Imo.non haberet;quia duo ſpecialia concurrerent contra l.j.C.de dot.promiſ.Alterum,q̃ pactum nudum pariat actionem,ſeu lex ipſa ob pactum det actionem.Alterum,q̃ præſumatur donatio,quæ non ſolet præſumi l.cum de indebito.ff.de ſol.lex † enim ſi quis argentum.non habet locum in donatione præſumpta, vbi duo concurrunt ſpecialia,vt putauit Bar.in l.iuriſgentium.in §.quinimmo, nu. 20. ff.de pac.& relati doctores vbi ſupra probant,& declarant, idq; receptum eſt,& ſcripſit Iul.Cla.ſenten.lib.4.q.14.ver.Item quęro donatio,& adde Frãc. Viui. in libro qui inſcribitur commu. opi.in ver.actio,ver.lex ſi quis argentum.§.fi.C.de dona.qui cõmunem ait eſſe,q̃ lex ſi quis argentum.locum habeat in donatione præſumpta,ſed lapſus eſt.vide ergo Iaſ.in §.in perſonam· nu.65.Alex.in l.Iuriſgẽtium.in §.ſed cum nullo.nu. 3. & Iaſ. in d.§.quinimmo.nu.21.& † ex his ſequeretur noua,& ſingularis declaratio ad doctrinam Bar.in l. Stichum. in §. vſumfructũ. ff. de ſolu.de qua diſputaui ſupra in vigeſima ampliatione.In qua dixi,vbi in ſtipulationem res deducitur, quæ perſonæ cohæret, & per procuratorem Dño acquiri non põt, vt vſufructus,verbigratia ſi ſtipulatus ſum mihi,aut Titio vſufructũ,Titium adiectum cenſeri cã donationis,vt hoc caſu ex præſentia cum taciturnitate Titii.lex ſi quis argentum. locũ non hẽat,vt ex pacto nudo,quod inducit̃ ex taciturnitate Titii,qui p̃ſumitur aſſenſiſſe ad ſui cõmodum,& paciſci,actio nõ oriat̃; quia verſamur in donatione p̃ſumpta,& duo concurrunt ſpecialia,qd̃ puto tanq̃ non declaratum à quoquã (q̃ ſciam) notandũ, & prædicta (vt dixi) locum haberent,ſi ſnĩa contra Imo.reciperetur,refert eñ quoſdã aliter ſenſiſſe; quia in adiecto donationis cã non ſit nudum miniſterium, ſed articulum nõ memini me legiſſe vſquã relatũ,& puto ſnĩam Imo.veriorẽ,q̃ ſcilicet hæredi huius adiecti ſolui nõ poſſit.Pro qua ſnĩa non ſolũ illud occurrit;quia ſtipulatio habuit certam formam &c.de qua in d.l.vero. ff.de ſol. & regula eſt,q̃ à perſona deſignata non eſt recedendum,d.l.cũ quis,& qui vult dicere regulam limitatam probare debet,à qua non eſt temere recedendum,cum dicatur certum id,de quo eſt regula,vt notatur in l.oĩs definitio.ff.de reg.iu.& per Dec.in regula j.& Bar.in l.quoties.ff.ſi quis caut.Sed & Imo.ratio me valde mouet,hoc caſu donationem præciſe factam non intelligi, ſed ita demũ ſi adiecto fiat ſolutio, & ex eo q̃ Titio facta nõ eſt hæc facultas recipiendi ſolutionem,cũ ſit quid facti,ideo ad hę redem non tranſeat,& pro hac rõne,& ſententia duas qnidem leges ſingulares refero,altera eſt in l.ſed & ſi quis.ff. de vſufruc.

Source : BIU Cujas

Vbi legitur, si quis stipulatus sit sibi, aut Sticho seruo fructuario donandi causa, dum vult fructuario præstari, dicendum est, si ei seruo soluatur, fructuario acquiri: considerabam enim illa verba, si ei seruo soluatur, fructuario acquiri, quasi donatio sub cō ditione facta cēseat, si adiecto donationis cā soluat, & facta solutione stipulator ab adiecto nō repetit. Altera est lex in l. Iul. in §. qui fundum. in fi. ff. de verb. obl. in illis verbis, traditione ꝑtinus reum liberari, quasi traditione sequuta in persona adiecti perfici donationē Iurisconsultus senserit, & in casu in quo fiat traditio. donatio ergo censetur facta in casu proposito sub cō-ditione, si designatæ personæ, solueretur, ꝙñr non obstarent, q̄ primo loco contra sniam Imolę recitata sunt, & lex si quis argē tum, & relati Doctores. Illi nanq; in donatione pura, nos in cō ditionali, & quod est in conditione non est in obligatione l. si quis sub conditione. ff. si quis onus. cau. testa. & ex his (ni fallor)

105 sequitur † in manu ac ptāte esse promissoris, qui electionē habet soluēdi, cui voluerit, an donatio in persona adiecti effectū sortiatur: ipse ergo promissor pōt gratam rem facere magis vni

106 q̄ alii, nec id quidem nouum. Nam † & in multis iuris articulis debitori magis vni q̄ alii rem gratam facere conceditur, vt in l. si quis seruū. § inter duos. de leg. 2. vbi Gl in fi. multa iura citat, & multa congerit And. Tiraq. in trac. de iure primogeniorum. q. 17. in 2. opinione, & scripsit Io. Rōch. in l ex duobus. in princ. ff. de duobus reis. Nam si stipulatori soluerit tanq̄ non existētę cōditione euanuit donatio Item & illud sequitur, si fiat per ꝑmissorem solutio stipulatori, in manu stipulatoris remanet, qđ sub cōditione donauerat tradere, vel nō tradere. astringi nanq; posse non vī non adimpleta conditione, hoc est non sequuta traditione in ipsius adiecti ꝑsona, quæ mihi visa sunt vera, & in subtilitate iuris potius quàm naturali ratione consistere.

Nunc autem quod diximus, heredi adiecti solui non posse tē

107 perandum diximus duobus modis. Primò † vt locum non habeat, qñ sub nomine dignitatis quis adiiceretur. Verbi gratia, ꝑmittis mihi, aut Abbati S. Ioannis, seu mihi aut ædituo diui Cyriaci, hoc enim casu ei qui in Abbatis locum successisset solui

108 posset l. annua. §. Attia † sic enim legitur in pandectis non Attica ff de annuis leg & in eo §. legēdum est sacerdoti, & Hyerophilaco, vt in pandectis, nō vt in libro meo sacerdotii, & Gerofilaco; est autem Hyerophilax, seu Hyerophilacus sacrorum custos, hoc est Aedituus refert enim in multis articulis iuris, an qs nomine ꝓprio, seu dignitatis nomine inferatur, & nominet. c. qñ Abbas. de ff. off. deleg. vbi doctores, & hāc materiam plenè & eleganter post alios tractauit Ias. in l. more. nu. 65. ff. de iurisd. om. iud & vide in l. & quia. eo. tit. Ruy. in consi. 63. nu. 5. vol. 4. quibus addes, quæ scripsit Bart. Senen. in trac. de temp. vti. & cont. c. 15. & qñ in dictis locis plene declaratur, relatione solū locorum contentus fuim breuitatis causa.

Temperanda est & secūdò nisi in stipulatione de hærede sit

109 dictum, ꝙ † scilicet & heredi adiecti solui possit, idq; sensit Accur. in l. si stipulatus sum mihi, aut Titio in ver. non poteris; & vera est eius sententia, contrahentes enim legem dant contractui, vt in l. j. §. si conueniat. ff. depo. & d l. vero. in §. j ff. de solu.

110 † Secundò principaliter restringenda est regula adiecto recte solui, vt locum non habeat, si Adiectus conditionem suam deteriorem fecerit, vt recte elegans tex. in l. cum quis ff. de solu. quem placet ad verbum referre, cum quis sibi aut Titio dari stipulatus sit, magis est, vt ita demum recte Titio solui dicendum sit, si in eodem statu maneat, quo fuit: cum stipulatio interponeretur cæterùm siue iam in adoptionē, siue exilium ierit, vel aqua & igni interdictum erit, vel seruus factus sit, nō recte ei solui, dicendum est. Tacitè enim hæc conuentio inesse stipulationi vī, si in eadem causa moneat Hactenus Iurisconsultus, quæ snia multis iuribus similibus ꝓbatur ab Alex. in l. eum qui ita. in §. qui sibi ff. de verb. ob. Inquit enim, si Adiectus deteriorem statum suum fecerit; vt quia ex diuite pauper, vel vilis, tabernarius, aut lusor, vel inimicus dñi, vel aliter in peius mores mutauerit, recte solui non pōt, & reuocationem præsumi, addit l. in confirmando, vbi Bar. ff. de cōfir. tut. l. rogasti. §. si tibi. aliàs si fugitiuus. ff. si cer. pe. l. liberto. in §. largius, vbi Bar & Ray. ff. de an. leg. hoc ergo in dubium reuocari non pōt, cum in relatis locis de procurat. qui statum suum immutauerit Doctores affirmāt, quibus addes Fel. in c. ex parte Decani. de rescr. & dixi in trac. de decoctoribus. in 3. par. nu. 50. vbi probaui hoc casu ipso iure mā datum reuocatum intelligi. Sed prædictis illud necessariò addē dum est, ne erremus, quod diximus, solutionē huic adiecto factam, qui statum suum immutauerit, non recte factā intelligendum esse, vbi promissor sciens statum adiectum in peius immutasse soluerit, ꝙ si ignorauerit, & per ignorātiam soluerit, excusetur: nec enim hoc casu mādatum reuocatur, præbet enim excusationem ignorantia. Vnde ad debitores scientes statum immutatum, quod diximus, referendum est, non autem ignorantes, quod in casu nostro animaduertit Alex. in d. §. qui sibi. propè nu. 3. facit tex. in l. dispēsatori. ff. de solu. vbi legitur recte solui dispēsatori ab actu remoto ab ignorante debitore; quia si ne scit dñi mutatam voluntatem, liberatur, pro qua snia est ēt tex. in l. si non sortem. in §. qui filiofamilias. ff. de cond. inde. quibus adde Bal. post Cyn. in l. pater hæredi. in §. fi. ff. de testa. tut. Alex. Ias. & Dec. in citato §. si fugitiuus, nec te pigeat videre, quę in articulo scripsi in trac. de decoctoribus. in 3. par. nu. 50 & seq. nu. vsq; ad nu. 54. & certe hoc innuit tex. in d. l. cum quis. in illis verbis, tacite enim hæc conuentio inesse stipulationi vī, si in eadē causa maneat, quæ verba nisi detur scientia non conueniūt, q̄bus adde, ꝙ in re dubia ignorantia præsumitur l. verius. ff. de ꝓbat. & quomodo probetur ignorantia. Gl. & Bar. in l. si cui. in §. iisdem. de accus. Abb. in c. præsumitur. de reg. iur. Fel. in c. cognoscentes. de consti. Ias. in consi. 3. vol. 3. & in consi 160. nu. 5. vol.

111 4. visis &c. sed finge † debitorem soluisse adiecto, qui statū immutauerat, verbi gratia decoxerat, idq; publicè sciebatur in loco, & publicè notum erat, hoc certè casu scientia præsumetur, vt est notabilis gl. & recepta in l. si tutor petitus. C. de confir. tut. ad cuius gl. comprobationem, & declarationem vide Thom. Gram. decis. 36. nu. 16. & seq. Cur. Iun. in consi. 52. num. 4. & seq. Gome. in Reg. de Infirmis q. 9. Quartum speciale &c. facit text. in l. nec supina, & in l. regula. in §. sed facti. ff. de iu. & fac. igno. cæterùm hæc locū hñt in adiecto, & procuratore, sed nō est omittendum, quod singulariter inquit Ang. in l. si cū dotem. §. si post

112 solutum. ff. solu. mat. licèt † mutuanti consumpturo actio denegetur. l. si quis cum sciret. ff. pro emp. tñ contra se habet, qñ quis soluit, quod debet creditori statim perdituro; quia liberationē consequitur, quod subiicit probandum in d. §. & ex eo colligit singularem limitationem ad l. si quis cum sciret. ff. pro emp. sed certe Ang. snia non recipitur, vt Imo Pau. Cast. Rom. & Alex. notarunt, lex enim. si quis cum sciret. ſm veram interpretationem Iac. Are. Bar & aliorum dicit, cōtractum factum cum statim perdituro, & consumpturo in certum malum vsum, vt puta si quis mutuaret protinus scorto daturo non tenere, contra verò si contractus fiat cum consumpturo, & perdituro in genere non tñ in certum aliquem malum vsum, & certè indicat cō textus illius legis, hunc esse verum & germanum sensum, ſm quam legem distinguendus intelligendusq; est dictus §. si post. vt dicamus, aut soluens scit, ꝙ ille cui fit solutio, est cōsumpturus in certum, & determinatum vsum, aut simpliciter scit, ꝙ est cōsumpturus. primo casu non liberetur, secundo liberetur, qđ tanq̄ quotidianum placuit annotare, & adde quæ inferius dicā.

113 Sed hic vtilis & pulchra suboritur quæstio, finge † debitorē scientem Procuratorem, seu adiectum statū immutasse, & conditionem suam deteriorem fecisse, lex reuocat mādatum, vt diximus ex præsumpta voluntate dñi, & certum est soluētem nō liberari. Num autem debitori subueniendum sit, vt possit repetere quod soluit. Et respondēdum videbatur: quia debitor idē-que soluens per errorem iuris se soluisse allegare pōt tanquam ignorauerit hanc reuocationem à iure fieri, subueniendum esse. Regula enim iuris est in damnis amittendæ rei suæ iuris errorem nemini nocere. Ignorantia nanq; iuris acquirere volentibus non prodest, sed suum petentibus non nocet, l. iuris, & l. error. ff. de iu. & fac. igno. & hæc snia vī probari ex his quæ scripserunt Bal. & alii, & maximè Ias. in l. si procuratori. nume. 4. ff. de

114 con. ob caus. & Ang. in l. falsus. C. de fur. Qui probarunt † si quis sciens dñm esse mortuū ius autem ignorans, ꝙ morte dñi mādatum reuocetur, repetit, quod soluit, verum Sali. in d. l. si Procuratori. nu. 6. scripsit in hęc verba, si mandatum tacitè reuocat ꝓp delictum, & vitium procuratoris; quia cum frugi homo esset, effectus est vilis, & (vt ait) Baractator, ita ꝙ dñs si sciuisset, eū reuocasset, & solui prohibuisset, & ita ius præsumit. ff. si cer. pet. l. rogasti. § fi. & l. si cum Cornelius. Tunc secundum Dy. & Doctores non repeteret, nec sibi prodesset iuris ignorantia: quia supina, & in iure quasi naturali, idem dixit Sali. in l. falsus. nu. 6. C. de fur. scripsit etiam Alex. in l. eum qui ita. in §. qui sibi. nu. 4. ff. de verb. obl. in verba infrascripta. Sali notabile verbum inquit in l. si Procuratori falso. ff. de con. ob caus. ꝙ illi qui putarent ex huiusmodi mutatione status adiecti superius relata potestas soluendi nō reuocaretur, illi errarent in iure quasi naturali, ꝓpea licèt tractaretur de damno euitādo eis tñ non subueniretur, & sequitur Rom. ibi, & subdit, pōt citari l. venia. C. de in ius vocan. vbi nō excusat quis ab onere iuris naturalis, sed difficultas esset in probando, ꝙ erraret in iure quasi naturali. Vnde dictum Sali. subiicit, non pono pro constanti, sed in practica notandum, idē Alex. in d. l. si. Procuratori. col. 3. inquit, Sali. non ꝓbare ꝙ relatus error soluētis relato modo dicatur error in iure quasi naturali, vnde forte dictum Sali. & multo magis Romani non est verum. Qui Romanus in ea fuit opinione, vbi erratum est in iure tali errore, qui esset crassus & supinus, excusatio nō admittatur, citauitq; legē nec supinus, & l. regula. ff. de iu. & fact igno. post prin. quæ iura secundùm Alex. loquuntur in errore facti.

115 Sed † ꝙ supinus error cum de damno tractatur repetitionē nō impediat, eleganter tractat Bal. Nouel. in tract. de dote. in 6. par.

116 priuil. 44. vbi † declarādo singularē tex. in l. cū is. in §. si mulier. ff. de condi. inde. In qua legitur, si mulier in ea opinione sit, vt credat se pro dote obligatā nō reperit, quicquid dotis nomine dederit; quia sublata falsa opinione relinquitur pietatis causa,

inquit,

Source : BIU Cujas

inquit,si dicta mulier poterat se dotare de suo licèt forte nõ cũ tam ampla dote prout dedit: tunc posset repetere: quia hoc casu cessat pietatis causa, quæ non potest excludere repetitionẽ soluti,licèt soluens crediderit se expresse teneri;quia talis error ꝑt magis appellari stultitia,seu (vt ipse loquitur) grossities q̃ simplicitas:& subiicit,& sic magis vr̃ succurrendum tali soluenti ꝓtextu talis erroris licèt supini,ex quo de damno tractaꝫ, vt in l. iuris ignorantia,& in l.seq.ff.de iuris,& fact.igno. Cum ẽt in facto proprio error supinus non impediat repetitionem soluti l. sed & si me putem.ff.de cõd.indeb.vbi Iaſ.qui legit cum l. quãuis.inquit,qñ soluens tractat de damno,recipiẽs verò de lucro, quod est,qñ soluitur illud,quod nullo iure debetur,quicunque error toleratur,& inducit repetitionẽ,& si sit error in facto proprio,& qñ incidi in singularem.§ si mulier,vide ad declarationem Iaſ.in cõſ.160.nu.5.vol.4.& Dec.in cõſi.348.nu. 4. & seq. & nota relatam declarationem Bal. Nouel. sed vt ad præpositã qõnem redeam sn̄a Sali.quam ipse ait ex mente doctorum for
117 te defendi põt,& illud credo verum † ꝙ error in iure quasi naturali in damnis noceat, vt est tex.iuncta Glo in l.venia.in verbo naturali rõne.C.de in ius voc.sed qa, vt animaduertit Alex. difficultas est,ꝙ error soluẽtis huiusmodi adiecto,seu procuratori,qui deteriorem suam conditionem fecerit, dicatur in iure quasi naturali,succurrit mihi Glo.ordinaria in l.regula.ff.de iu.
118 & fac.igno.Vbi † de errante in iure quasi naturali multa exempla ponit,& inter alia ponit exemplũ in d. l. venia. Item ponit exemplum in mutuãte filiofamilias, & ait, cũ quasi naturaliter debeat scire, ꝙ põt facile pater ꝓp hoc mutuum occidi à filio, vnde patri ꝓp hoc (subiicit) repetitio denegaꝫ,citat l.j.ff.ad S. C. Maced.Sed & videnda est l.3. eo.ti.si ergo ille qui mutuat filiofamilias dr̃ errare in quasi iure naturali,ex relata rõne. vnde nõ repetit:pari ratione,aut forsan maiori respondendum vr̃,soluẽ tẽ ei,qui decoxerit,aut lusori publico effecto errare in iure quasi naturali. Cum quasi naturaliter debeat scire pecuniã cõsumptum,& deiectum iri,& meritò denegetur repetitio.Sed qñ video multa cõtra relatam sn̄am Sali.obiici,quæ sn̄a licèt (vt ipse testatur) auctoritate doctorum comprobetur;tñ dura admodum vr̃,quæ in dãnis repetitioni non subueniat, videamus nũ distinguendo non male forsan dici possit,iuxta elegantem tex.
119 & gl.in l.eum qui.ff.de annu leg. vbi probatur † soluentẽ pecuniam perdituro non liberari,sed gl.temperat, nisi ille pecuniã saluam habeat, & Bar. probat ibidem Gl.sn̄am;repetet ergo q̃ soluit,si salua est pecunia, & hoc casu admittatur Alex. & Bal. No.sn̄a,contra verò non repetet,si consumpta est,& obtineat in hoc Salic.sententia:sed dicet aliquis,huic distinctioni aduersari,quod Io.And.ait in addi.ad Spec. in tit. de obligationibus,
120 & sol.qui † post Pyleũ qõnem proposuit de eo q̃ mutuauit Titio verisimiliter ꝓsumpturo, & ꝓdituro,puta in scorto,in alea, in ludo taxillorũ hoc expresso, qui meliori vsus cõsilio in cãm vtilem pecunias erogauerit,vt repetere non possit arg.l.si vnus. in §.illud nulla.ff.de pactis.quem refert, & non improbat Alex. in d.§.si post solutum.non tñ mentionem faciens de Bar.in d.l. eum qui,& inquit,quẽstionem prẽdictam nec Legistas,nec Canonistas attigisse,& hoc valde notandum pro limitatione eorũ quẽ distinguendo Bar.& alii scripta reliquerunt in d.l.si quis cũ sciret.ff.pro emp.vt locũ habeant,qñ simpliciter mutuaui,sciẽs te in certum malum vsum consumpturum:non tñ causam expressi,quia tunc satis distingui põt,si consumpsisti pecunias nõ tenearis;si non consumpsisti repetitioni sit locus. In proposita igit̃ qõne nostra de adiecto,& Procuratore siue solutio fiat statim perdituro in genere,siue perdituro in certũ vsum,vt in scorto,placet relata distinctio.Aut est salua pecunia,aut nõ, sed declaranda est ex auctoritate Io.And. ꝙ si solutio esset facta perdituro in certam causam, & ipsa causa esset expressa, repetitio denegetur,quæ adde iis,quæ dixi paulò superius, ver. cæterum. & quia hæc in articulo indifficili dicta, aut tractata per alios nõ vidi,notanda arbitror.

121 Tertiò restringenda est relata regula in adiecto † qui monasterium sit ingressus. Nam & si monachus quoad animam, & salutem meliorem conditionem suam fecerit l.Deo nobis. C. de Epis.& cle.consequenter ei recte solui videatur l.eũ qui ita. in §.qui sibi.ff.de verb. obl. cum tñ monasterium ingreditur in Abbatis potestatem transit,vt notat gl.in l.si ex causa.in §. Papinianus.ff.de mino.consequenter quò ad creditorẽ durior redditur exactio,efficitur nanq; in exigẽdo creditoris deterior cõditio,& hoc spectandum est,meritò lex reuocat mandatum de soluendo ex præsumpta voluntate creditoris ab ipsa l.vt est tex. relatus in l.cum quis.ff.de sol. in illis verbis,siue iam ion adptionem &c.& in d.l.probauerũt Old.Iaſ.Aret.Bar.Alb. Rapha. & Imo.probat ẽt Ang.qui subiicit non aduersari relatæ sn̄æ l. mutari.cum l.seq.ff.de procu.vbi dr̃,ꝓp religionẽ procurator ꝑpos se mutari;quia loquitur de mutatione facti non iuris, cum ipso iure mutatio sit ꝑfecta per ingressum,sed addes Ang.voluisse citare l.post litẽ.cũ l.seq.eo.tit. & q̃ dixi supra in 20.ampliatione.

122 Quartò principaliter restringenda est dicta regula, vt † adiecto solui non possit post litem cõtestatam à creditore cum debitore,tex.est continens duo dicta, & in vtroque singularis ſm Bar.Pau.Cast.& alios in l. si quis stipulatus fuerit decem in mele.ff.de solu.vbi Iurisc̃sultus in hæc verba Item si mihi aut Titio stipulatus fuero dari,deinde petam,amplius Titio solui nõ põt,quamuis ante litem contestatã possit, sed & ego addo aliũ tex.cuius Doctores obliti sunt, nec mirandum in tanta legum multitudine.oĩum enim habere memoriam. & penitus in nullo peccare diuinitatis magis q̃ mortalitatis est l.2.§.si quid in tãta.C.de vet.iu.enu.tex.ergo similis est in l. fideiussor obligari.in fi.prin.ff.de fideiuss.illic enim ita scriptum est. Sempronii verò persona in hoc solum interposita vr̃ vt solui ei ante litem contestatã,& ignorante vel inuito Titio possit,vbi Accur. citat cõcordantem tex nostrum,si quis stipulatus fuerit decem. sed hic illud occurrit, dixi supra in prima ampliatione, adiecto solui posse vetante & prohibente creditore, & probatur in relata lege,& in l.vero procuratori.§ j.& l.aliud.ff.de sol.si ergo expressa prohibitio creditoris non impedit solutionem adiecto fieri,ergo multo minus tacita,quæ fit per litis contestationem impedire deberet.legi Pau.Castr. commentarios in ea l.in quibus post Ray.hanc rationem huius rei reddit.Quia litis (inquit) contestatio fit ex necessitate,prohibitio verò ex voluntate.facit.ff.de noua.l.aliam,& regula non solet.ff.de reg.iu. litem enim contestãdo meliorem conditionem nostram facimus:scripsit etiam in eadem l. Raph.Qñ est facultas soluendi rem pro re, vel vni pro alio, ex natura contractus ex interpretatione perditur facultas; datur tñ moræ purgatio vsq; ad litis contestationem, & ex litis contestatione inducitur nouus quasi cõtractus, per quẽ astringitur conuentus ad rem illam præstandã sub conditione si succumbet,citat d.l.aliam.ff.de noua.ideo tollitur facultas hominis;in facultate autem legis vide Bar.ibidem,qui dictã l.ita subtiliter,& eleganter est interpretatus, vt melius excogitari non possit.Nec omittendum est, ꝙ circa litis contestationem inqt
123 Bar.in ea l.si quis stipulatus,sub nu.4. in † instrumentis confessis,& continentibus guarantigiam,quæ habent executionẽ paratam sicut sententia,si vnum venit in obligatione,aliud in solutione, durat facultas soluendi, donec petatur executio illius instrumenti,vel magis propriè,donec fiat litis contestatio, vel quasi super illa executione,arg.l. item veniunt §. cum prædiximus.de pet.hær.& l.miles.in §.decem.ff. de re iud. sed & addes Bal.scripsisse in eadem l.notandum esse, quod ait Bar.in causis instrumentorũ cõfessorum ipsam productionem cum petitione executionis ipsius vim litis contestationis habere,& litis cõtestationem excludere ea,quę sunt nudę volũtatis,quod libuit annotasse declarationis gratia prædictorum, & sententiæ Bar.
124 Et ex his sequitur † maiorem effectum parere litis contestationem,q̃ constitutum simpliciter factum creditori, per quod facultas soluendi adiecto non tollitur l.si ita stipulatus sim mihi aut Titio.ff.de sol.& dixi supra in 6.ampliatione.

Item maiorem effectum parere litis contestationem quàm partis perceptionem.Nam si mihi aut Titio decem stipulor,& quinque accipiam. reliqua quinque promissor recte Titio dabit l.cum decem.ff.de solut. & dixi supra in septima ampliatione, licèt aliàs eundem effectum pariat partis perceptio, & litis contestatio,vt in l.3.C.de noua. quæ etiam notarunt Bart. Angel.& Pau.in dicta l.

Deniq; & illud,quod Alb.animaduertit, plus tacitũ,q̃ expressum operari,expsessa nanq; prohibitio non releuat, at litis contestatio iuuat,cuius rei rationem reddidi,& adde his quæ habẽtur in l.cum quid.ff.si cer.pet.

Quintò restringenda est regula,Adiecto recte solui, vt locũ habeat in vera solutione,secus in æquipollenti,vt puta nouatione,delegatione,& cessione,l.cui recte.ff.de nouat.l.non ideo. ff. eo.& scripsit Iaſ.in l.eum,qui ita.in §.qui sibi.num.12.ff.de verbo.oblig.Alex in consi.95.vol.3.Alcia. in l. solut. ff. de verbo. signifi. sed & plenius tractaui in fi. primæ partis huius tractatus. illinc enim erunt transferenda,quæ ad hanc limitationem pertinent,Quibus addes quę eleganter inquit Ang.in l.quod stipulatus. ff. de solu. is enim post Iurisconsultum in hæc verba scripsit,Adiectus nec petit,nec nouat,nec acceptum facere potest, sed solutionem tantum recipit,& subiungit,& facit optime hęc
125 lex ad ea quę dixi in l.nouare.ff.de noua.ꝙ † procurator constitutus ad recipiendum solutionem neutrum prædictorum agit, nec etiam præiudicat domino confitendo se recepisse,hęc ille. aliud nanq; est confessio aliud numeratio.l.fi.C.de non nu.pec. l.si ex cautione eo.tit. vbi no.& certe recepta est illa sentẽtia, ꝙ procurator constitutus ad recipiendum solutionem fines mandati excedat,si fateatur se recepisse,vt per Bart. & alios in l.2. in §.fi.ff.si cer.pet.& scripsi alios referendo in tract.de Merca.in ti. Mandati,nu.4.admonendi igitur sunt debitores,vt siue procuratoribus huiusmodi, siue adiectis soluant in contractibus seu instrumentis dicatur dedit,& numerauit coram testibus,& me notario,& reliqua. aliàs tali confessione non obstante à creditoribus possent cõueniri. Pro qua sententia facit text. nõ semel relatus in l.vero Procuratori in §.fi.ff.de sol.in illis verbis, quia certam cõditionem habuit stipulatio,quam immutare nõ po-

Source : BIU Cujas

tuit promiſſor, quæ tanquam quotidiana, & notãda memoria tenenda ſunt: ſubiunxit Ang. aliud, quod ſimiliter memoria te
126 nendum ait, idem in tutore † qui in libro rationum aut in pub. inſtrumento confitetur recepiſſe, vt nõ prẹiudicet pupillo, niſi quatenus probetur realis receptio l. Lucius. §. tutelæ. ff. de adm. tuto. ſed hoc non eſt expeditum, videndus eſt ergo Imo. in d. l. quod ſtipulatus, & in l. ſi debitorem. ff. de noua. & quod doctores ſcripſerunt in d. §. tutelæ.

Sextò reſtringendam regulam putauit Iaſ. in l. eum, qui ita.
127 in §. qui ſibi, ſub nu. 4. ff. de verb. oblig. qñ † quis ſtipulatur ſibi aut alteri, & ſic qñ vnus terrius adiicitur ſtipulationi, ſecus qñ duo vel plures adiiceretur alternatiue, puta aliquis ſtipulatur ſibi, & aliis duobus vel pluribus alternatiue, iſto caſu ſtipulatio non valet ratione incertitudinis, & ſic nulli eorum põt ſolui l. item ſi ſeruus. §. ſed & ſi cum duos. & l. ſed & ſi ita, & l. ſed ſi ſibi, quæ ſubſequit ff. de ſtipul. ſer. ſm Bar. (vt ait) & ſubiicit animaduertendum; quia dicta iura procedunt de iure digeſtorum, hodie autẽ per iura codicis videretur, ꝙ illa alternatiua poſita inter illas perſonas diſiunctas reſoluatut in coniunctam, & in copulatiuam per tex. in l. cum quidam. C. de verb. ſig. & conſequẽter vtriq; eorum obligatio acquiratur, qñ adiecti ſunt tales, qui bus per ſtipulationem poſſit quæri obligatio, vt puta qñ ſeruus communis plurium dñorum, qui poterat cuilibet pariter acqrere, ſtipuletur ſibi, aut primo, aut ſecundo dñis (ſic enim dñi appellabantur) vtriq; acquiritur obligatio ſm Ang. & Cum. hic, & ſubdit, idẽ tenet Bar. in d. l. item ſi ſeruus. in §. ſed ſi cũ duos. in fi. & in l. Caius. in vltima oppoſitione. ff. ſolu. mat. & in l. cum quidam. vbi Bal. & alii omnes, & Bal. in c. inter cẹteras. de reſcr.
128 Hactenus Iaſ. ĩ ſupraſcripta verba † ſed (ni fallor) Iaſ. circa interpretationem legum relatarum valde lapſus eſt, & in eo, quod putauit, qñ quis ſtipulatur ſibi aut pluribus alternatiue inutilẽ ſtipulationem eſſe nulliq; eorũ poſſe ſolui, & ſenſit plures adiectos conſtitui non poſſe. Nam in §. ſed & ſi cum duos. & ll. ſeq. ideo inutilis eſt ſtipulatio; quia ſeruus ſtipulatus fuerat alternatiue in hæc verba. illi aut illi dñis ſuis dari, ſeu Titio, aut Mẹuio, & incertum erat, vtri eorum acquiſierit actionem. Ideo ratione incertitudinis inutilis ſtipulatio exiſtimanda eſt, & illa ratio redditur; quia non inuenitur, in cuius perſona ſtipulatio conſiſtat. Cum enim illi duo Dñi capaces eſſent obligationis rationis ratione incertitudinis non inuenimus, qui petere poſſit, & conſequenter non eſt adiectus, alternatiue ergo cõcepta ſtipulatio, vt ſupra, corrumpit ſtipulationem, & ſolutionem ꝑꝑ incertitudinem; vbi enim non inuenitur perſona, in qua cõſiſtat obligatio, ibi ſtipulatio nulla redditur, & conſequenter adiecti tanquam ſequela, ſed vbi ſeruus in hæc verba ſtipulatus eſſet. Promittis mihi aut primo, & ſecundo dñis meis dare centum, omnibus acquiſiuiſſet actionem; quia ſeruus hoc caſu ſibi ſtipulatus eſt, & ex eo, ꝙ dixit ſibi, omnibus acquiſiuis, & hẽt fundamentum obligatio hoc caſu, meritò principale diſpoſitum nõ vitiatur per adiectionem inutilem, hoc eſt nominationem factam alternatiue de dominis, illa ergo adiectio inutilis eſt: cũ ex ea non quæratur obligatio, ſed ex perſona ſerui, qui perſonã ſuam adiecit ſtipulando ſibi, aut primo, & ſecundo dñis, quod non eſt in præcedenti caſu, & hoc caſu non vitiatur adiectio quò ad ſolutionẽ; quia illis dñis alternatiue in ſtipulatione nominatis ſolui põt, vt Iuriſconſultus expreſſe dixit in d. l. ſed ſi ſibi, quinimmo, ſi vni ex dñis ſolueretur, cõtingeret liberatio, vt Accur. ait in ver. locum. Et ex his ſequitur, qñ obligatio habet fundamẽtum, & principale diſpoſitum; quia quis ſtipulatus eſt ſibi, aut Mẹuio, aut Titio, vt in caſu propoſito à Iaſone, valet ſtipulatio, valet & adiectio, & hoc amplius, ſi promiſſor ſoluerit vni, pũta Mẹuio adiecto, cõtingeret liberatio; & quia forſan Iaſ. lapſus eſt ꝑꝑ illa verba Iuriſcõſulti in d. l. ſed ſi ſibi, & puto adiectionem ſolam eſſe inutilem, ſciendum eſt ſm Iac. Aret. Ray. Albe. & Imo. exponenda eſſe, inutilem adiectionem dñorum quò ad obligationem quærendam, vt non quæratur illis obligatio, quia alternatiue ſunt à ſeruo in ſtipulatione nominati, ſed quia ſtipulatus eſt ſeruus ſibi, omnibus dñis acquiratur. quò verò ad ſolutionem fiendam adiectio ſit vtilis: põt nanq; ſolui eis, quemadmodum cũ mihi aut Titio ſtipulor, Titio recte ſoluitur. Ex his etiã ſequitur, in obligationibus plures adiectos cõſtitui poſſe, quod & relata iura probant contra Iaſ. & nõ video rationem, quare ſi vnus põt conſtitui, non poſſint & plures qđ & frequẽtant mercatores in eorum negociis, vt plures alternatiue ſolutionibus recipiẽdis adiiciant, vt patet ex conſ. Pau. Par. 107. in prin. vol. 3. idq; mercaturæ ipſiſq; mercatoribus magnũ affert commodum, vniq; ex adiectis ſolutione facta contingit liberatio, & hẹc ſententia comprobatur auctoritate Alb. & Iaſ. in §. cum quidam. C. de verb. ſig. de qua paulò inferius. Hæc Bar. à Iaſ. relatus ſenſit, quod ait, vt patet ex commentariis eiuſdem Bar. quæ tanquam quotidiana notanda ſunt. Nec eſt omittendum, verum eſſe, quod inquit Iaſ. hodie diſiunctiuam poſitam inter perſonas honoratas ẽt in cõtractibus reſolui in copulam l. cum quidã. C. de verb. obl. & dixi in j. parte huius tractatus ſub nu. 21. & meritò Imo. in relatis legibus de ſtip. ſer. ſcripſit in hẹc verba, extra gl. ſcias, ꝙ hodie iſtẹ leges vĩr correctẹ ĩ eo, ꝙ dñt, ſtipulationem alternatiue conceptam nullius eſſe momẽti; qa diſiunctiua poſita inter perſonas honoratas ẽt in contractibus hodie reſoluitur in copulam l. cum quidam. ff. de verb. obl. Quatenus autem hic dr̃ de adiectis, remanent incorrectæ, & quare conſtituanr̃ Adiecti, vbi fundamentũ habet obligatio, & vnus, pluresve alternatiue adiiciñtur, declaraui plenius in relata par.
129 j. ſed & addes aliam rõnem, quæ relatas comprobat, † quia vbi contrahẽtium intentio refragatur, diſiunctiua in coniunctiuã non reſoluitur, vt notauit Albe. in d. l. cum quidam. ante nu. decimum, ver. ſed ponamus. C. de verb. ſig. vbi affert talem ſpeciẽ quotidianam. profecturus ad longinquas regiones depoſuit li-
130 bros penès ſeruos diui Franciſci, & eiſdem dixit † libros Mẹuio aut Titio, aut mihi reſtituetis, nũ reſtitutio oĩbus fieri debeat, ſeu magis vni recte fiat, & ait, ſi acciperemus diſiunctã pro coniuncta, oĩbus reſtitutio fienda eſſet, ſed quia hæc nõ vr̃ fuiſſe intẽtio loquentis, vni tantũ poterit reſtitui ſm Iac. Rau. arg. ff. de dona. l. donationis. §. pen. ff. depo. l. Publia. ff. mand. l. creditor. §. duobus, & refert ac probat Iaſ. in d. l. cum quidam. in octaua limitatione, & relata ratio vr̃ probari in l. eum qui ita. in §. qui ſibi. ff. de verb. obl. Deniq; cum in l. cum enim. quẹ ſubſequitur relatas leges. ff. de ſtip. ſer. legatur τὸ ἰέλζων corrũpit ſtipulationẽ, & ſolutionem, placet referre Alcia. in lib. 2. c. 20. diſpunctionẽ, qui declarando inquit, vox Græca ſignificat ꝑꝑ æqualitatem, qua eadem forma per diſiunctiuam nominati ſunt dñi ꝑꝑ dubietatem vitiari ſtipulationem. At cum dño vel extraneo, ſtipulat τὸ ἰβαὼξω, hoc eſt æqualitas iſta ceſſat: qm̃ cum extraneo ſtipulari nequierit, hr̃ ſolum pro adiecto. hactenus Alcia. ad confirmationem prædictorum relatus.

Septimò reſtringenda eſt regula in caſu legis, qui res. in §. mi
131 hi decẽ. ff. de ſol. vbi ſcilicet † certum tp̃s eſt deſignatum in perſona adiecti, vt poſt tp̃s ſolui non poſſit. verbi gratia, ſi mihi calendis Februariis, aut Titio calendis Ianuariis dare ſpopõderis, nam hoc caſu in perſona adiecti forma ſtipulationis ſeruanda eſt, vnde in propoſito facto, nõ poſſet ſolui adiecto calendis Februariis; quia permiſſum ad tp̃s poſt tẽpus vr̃ denegatũ l. ſtatuliberi in §. Stichum. ff. de leg. 3. ſm Bal. in d. §. qui decem: Verum
132 Bal. ſnĩa in dubium reuocari poſſe videbatur. † Probabile nãq; eſt argm̃ à tempore ad locum & contra. vt eſt tex. in l. vinum. ff. ſi cer. pet. vbi Bar. & alii interpretes l. fi. ff. de trit. l. ratio. §. ſi p vẽditorem. ff. de act. empt. & vtrobiq; Bart. notauit, & Euer. in ſua cent. loco 40. à tpe ad locũ. ſi ergo quis ſtipulatus ſit ſibi aut Titio Epheſi centum dare, & alibi Titio adiecto ſoluatur, petitio ſortis conceditur ſolum, & dũtaxat ad effectum, vt in intereſſe ratione loci ſtipulator conſequatur, & in effectu contingit liberatio; quia tm̃ intereſſe p̃t conſequi ſtipulator ꝑꝑ locum, vt eſt tex. ſm cõem interpretationem in l. 3. in §. item Iulianus, ff. de eo, quod cer. loco, & dixi ſupra in antep. par. ver. hic ſubiungenda eſt. nu. 61. eodem ergo modo ſi quis ſtipulatus ſit ſibi calẽdis Februariis, aut Titio calendis Ianuariis poſt calendas Ianuarias ſi fiat ſolutio Titio, dẽt contingere liberatio, videlicet vt poſſit peti ſors, ſed ratione tpis, intereſſe (ſi quod eſt) duntaxat conſequatur: & hoc argm̃ videtur concludere; quia inter tempus, & locum non video diuerſam poſſe reddi rõnem; ſi enim diuerſa interueniret ratio, contra eſſet; vt per Bal. in l. vni. C. vbi de poſſ. agatur. vnde Iaſ. in l. vinum. alios referendo dicebat, ꝙ teſtis nõ tenetur recordari de tpe, ſicut de loco; qm̃ tempus facilius memoria excidit, q̃ locus. Et comprobatur argumentatio facta ex his quæ ſcripſit Bar. in d. §. Item Iulianus. dum rñdet ad argumẽtum Marcelli, vbi in hæc verba. Ea quæ ſunt meri facti variant varietate loci totaliter. Vnde alia eſt inſula, quẹ fit in vno loco, & alia quæ fit in alio prorſus ſeparato; ſed ea quæ conſiſtunt in dando, non variantur ratione loci eſſentialiter. Nam cum dare ſit dñium transferre, vnum, & idem dñium eſt, quod in te trãſfertur, ſiue detur hic, ſiue detur Epheſi, bene põt contingere varietas circa quædam accidentia vt hic, & ſubiicit probari in d. §. mihi decem, ex quibus apparet eadem ratione diuerſum locũ poſſe deſignari in ꝑſona adiecti, vt in ea. l. qui res. in §. mihi Romæ. ff. de ſolutionibus, & dixi ſupra in antep. par. ver. Nunc illuc redeo, nu. 62. ex qua Bar. doctrina colligitur ratio, quare non ſit inutilis ſtipulatio, ſi mihi calẽdis Ianuariis, aut Titio calẽdis Februariis, vel ℈ ſtipulatus ſim: hic em̃ variatio eſt circa accidẽtia obligationis non ſubſtantiam eiuſdem, & conſequenter Bart. (cuius ſententia recepta eſt) tacitè ſenſiſſe vr̃, ſolutionem poſt tempus fieri adiecto poſſe, dum comparare videtur locum tempori, & tẽpus loco, ſed quia ſnĩam Bal. defendi in ante. par. ver. Quæro iuxta propoſitum ordinem nu. 17. licèt argm̃ ſit fortiſſimum, cogitabam, ꝙ in d. §. Item Iulian. vnus tantum locus adiectus erat, tam in perſona ſtipulatoris, q̃ adiecti; quia ſtipulatio erat concepta hoc modo. mihi, aut Titio Epheſi centum dare ſpondes, ſed in §. qui decem. diuerſus dies erat deſignatus, alius ſcilicet in perſona adiecti, alius in ꝑſona ſtipulatoris. Vnde iſto caſu in quolibet propria forma ſpectanda eſt, vt inquit Bald. & quia certam formam habuit ſtipulatio, illa immutanda nõ eſt, argu. text. in l. vero procuratori. in §. j. ff. de ſolut. & hæc ſententia Bal.

Source : BIU Cujas

tia Bal.probari vī in l.fi.in §.fi.ff.de ver.obl.in illis verbis,immo etiam citeriorem diem in Titii perſonam poſſe conferri veluti mihi calendis Februarii. Titio calendis Ianuariis dare ſpõdes
133 & reliqua,declarando vt dixi in relato loco,& † ex his ſequitur notabilis limitatio ad l.3.in §.Item Iul. ff. de eo quod cer. loco, ꝙ vbi diuerſus locus ſeparatim eſt deſignatus in perſona adiecti,ſi alibi adiecto fiat ſolutio, nullo modo contingat liberatio
134 ꝓꝓ formam ſtipulationis. Rurſus & † alia limitatio ad §. mihi decem,& ſnĩam Bal.ꝙ ſi idem dies adiectus eſt in perſona ſtipulatoris & adiecti,ſi ſolutio fiat adiecto poſt diem,non ſequatur liberatio ad effectum ſolum,& dũtaxat: vt ſtipulator poſſit cõſequi intereſſe ratione temporis,vt in d.§.item Iulian.Sed nunquid ante diem dictum & præfinitum in perſona adiecti poſſit eidem ſolui,& puto poſſe,vt in d.§.mihi decem &c. de quo plene diſſerui ſupra in nona ampliatione.

135 Octauò reſtringenda eſt regula,vbi † ſtipulatio pure concepta eſt in perſona ſtipulatoris,& adiecti,ſed ſi ſtipulatio ſub cõditione concepta ſit in perſona ſtipulatoris, & in perſona Titii pure,inutilis eſt ſtipulatio,niſi in perſona ſtipulatoris conditio extiterit,ſed & ſi diuerſa conditio in perſona ſtipulatoris,& diuerſa in perſona Titii adiecta ſit, & conditio extiterit in perſona ſtipulatoris,& perſona Titii,poterit vel ſtipulatori vel Titio ſolui,ſi verò in perſona adiecti defecerit,pro non adiecto habetur,vt eſt notabilis tex.in l.fi.in §.fi.ff.de verb. obl. de quo plene dixi in antecedenti par.nu.30.

Nonò reſtringenda eſt regula in vero adiecto vt recte ei ſolui poſſit,ſecus verò in eo,qui inutiliter ad obligationem eſt appoſitus;qa ei vt ſimplici adiecto ſolui nequit, vt puta ſi quis ſtipulatus eſſet,non alternatiue, ſed copulatiue ſibi. & Titio decẽ dari l.ſi ita ſtipulatus.in §.Criſogonus.ff.de verb.obl.l.ſi duo rei. in fi.ff.eo. in tantum ꝙ non poſſet ei ſolui ẽt ratione taciti mandati ſm Bal.in d.§.Criſogonus,& dicit caſum eſſe vnicum in iure l.ſi cum Cornelius ff.de ſol.& refert ac probat Iaſ.in d.§.Criſogonus.ſub nu.32.& huius rei illa ratio redditur;quia principalis ſtipulatio quoad Titium eſt nulla, & habetur perinde ac ſi Adiectus nõ eſſet,addo eundem Iaſ. poſt alios in l. eum qui ita. in §.qui ſibi. num. 3.ff.de verb. obligat. & ſcripſi ſupra in prima par.num.20.& num.32.

Decimò reſtringenda eſt regula in adiecto tempore ſtipulationis,ſeu conuentionis.Tũc enim adiecto ſolui põt inuito, &
136 ignorante creditore, contra verò ſi pactum † fiat de ſoluendo tertio ex interuallo: pactum enim tale habet vim mandati, qđ expreſſe reuocatur, & tacitè ex diſpoſitione legis præſumptaq; mandantis voluntate,vt eſt tex.ſing & qui ſm Bar.& alios non eſt alibi in l.ſi cum Cornelius.ff.de ſolu.de cuius legis interpretatione ſcripſi in pleriſq; locis,& maximè in j.par.huius tractatus ver.Dixi alternatiuè,& in ſeq.par.in 7.q.& adde quę elegan ter ſcripſit Caſtr.in ea l.mandatum de ſoluẽdo tertio,ſeu pactũ illud ex interuallo adiectum de ſoluẽdo tertio,quod habet vim mandati,reuocari non põt, vbi debitor huic tertio ſoluere promiſiſſet l.vtrum.ff.de conſti.pecu.l.ſi quis prohibuerit.ff. de publicia. & hoc amplius ſubiicit referendo Io. An.in add.ad Spec. in tit. de depo.ſi debitor ſignificaſſet illi tertio ſe hr̃e mandatũ de ſoluendo eidem debitum,& tertius acceptaſſet, licèt adhuc ſe non obligauerit, non põt etiam hoc caſu mandatũ reuocari in verecundiam ipſius debitoris, qui fidem ſuam tertio aſtrinxerat,& hoc memoria tenendum ait;qm̃ mercatores in eorum libris ſcribere conſueuerunt,& hoc ſufficit, ſi ad aures tertii ꝓuenit,& acceptauit, de quo ego plures referẽdo plenius ſcripſi in tract.de mercatura,in tit.mandati,nu. 3. Quibus addes Hier. Cag.in l.ſingularia.ff.ſi certum pet.nu. 154. vbi declarãdo Pau. ex mente do.ẽt ait,non obſtante ratificatione mandatum poſſe reuocari,& ꝙ nõ poſſit ratum haberi me inuito per d. l. ſi cũ Cornelius,ſed oportere Pau.Caſtr.ſnĩam intelligere, qñ res nõ eſt integra,veluti ſi debitor in lib.ſcripſit, poſuitq; rationem illius,cui ſoluere debebat,& ille ratificauit, citatq; Dec. ibidẽ, & recentiores,& Pau.in l.ſi cum fundum.ff.de pactis.

Vndecimò notabiliter limitãda eſt regula in caſu legis liber
137 homo in §.fi.ff.de verb.obl.Qñ † decem ſtipulatus eſſem mihi, aut Titio dari,vtrum ego velim:hoc enim caſu ꝓꝓ adiecta verba,vtrum ego velim; ſoluere Titio me inuito promiſſor nõ ꝑt, cum in mea voluntate ſit poſitũ,licèt ſi dicta verba adiecta non eſſent,me vetãte recte ſolueretur l.aliud.in fi. l.vero procuratori §.j.ff.de ſol.l.qui res.in §.qui ſtipulator.eo.tit.Poſtq̃ autem declarauero Titio ſolui, recte quidem ſoluetur, ſed & illud huic rei annotandũ eſt,quod Aret.ait in d.§.circa fi. ꝙ variatio non admitteretur,quemadmodum non admittitur in electione rerum l.ſi ſtipulatus fuerim.ff.de verb. obl. cum enim ex electione tertio ſit ius quæſitum,in eius præiudicium variatio non cõceditur.l.ſi poſt mortem.§.fi.& quod ibi no.ff.de bon. poſ.contratab. & ẽt ꝓꝓ naturam ſtipulationis,q̃ confertur in perſonam Adiecti, vnde me ſemel eligente ſtipulationis conditio me reiicit,pro qua ſententia citari põt l.vero procuratori.in §.j. ff. de ſol.Sed hæc Aret.ſnĩa non eſt ſine dubitatione ꝓꝓ text. in l.ſi qs ſtipulatus ſit Stichum,aut Pamphilum.ff.de verb.obl. vbi caſus de eo q̃ ſtipulatus erat Stichum, aut Pamphilum, vtrũ ipſe vellet.Item ꝓꝓ regulam l.eum qui certarum.in §.fi.ff.de verb.obl. & l.ſi quis ſtipulatus fuerit decem in melle. ff. de ſolutionibus. Ideo vide circa hoc Doctores in d.l.eum qui certarum.in §.fin. ac Bar. Iaſ.& recentiores in l.ſerui electione.ff.de leg. j. & Paul. Par.in cõſi.81.nu.13.& ſeq.vol.j.Andreas Tiraq.in l.boues. in §. hoc ſermone.nu.15.& ſeq.ff.de verb.ſig.& alibi ſæpe in d. §. ſed & vide tex.qui vtitur hoc dicendi genere,vtrum velim, in l.huiuſmodi.in §.Stichum.ff.de leg.j.& quod circa dictum tex. Soc. ſcripſerit in l.2.§.j.nu.7.ff.de verb.obl.addo & alium tex.in l.ſtatu liberum. in §. Stichum.ff.de leg.2. & l. apud Aufidium. ff. de opt.leg.item l.ſi is qui Stichum.ff. de proc. vbi ſi is qui Stichum vel Damam.vtrum eorum ipſe vellet, ſtipulatus eſt, & ipſe aut procurator ipſius,cuius factum ratum habuerit,alterum petiit, ſtipulatio conſumpta eſt,ideſt alterum petere non põt, de quo textu meminit And.Tiraq.in l.boues §.hoc ſermone.ff.de verbo.ſigni.nu.15.& refert Bal.in c.in literis.de off.deleg.ver. ſi au-
138 tem ſemel.qui auctoritate illius tex.ait, ꝙ † conſumpta eſt gratia per vnum actum:ſed vt ad rem redeam,& relatum.§. fi. in l.
139 liber homo notandum eſt, ꝙ † vbi ſtipulatio concepta eſt relato modo mihi,aut Titio decem dari,vtrum ego velim,ex eo ꝙ mihi dandum eſt,certi ſtipulatio eſt, ex eo ꝙ Titio ſoluendum eſt incerti, venit enim extrinſecum intereſſe: ſi enim elegi Titio ſolui,& mea interſit,Titio potius q̃ mihi ſolui;qm̃ eidem pę nam promiſeram,ſi in præfinito die non ſoluiſſem, te ceſſante Titio ſoluere;quia in pęnam incidi,pęnam à te petam. Et licèt in obligatione dandi non ſuccedat obligatio ad intereſſe l. vbi autem non apparet.§.fi.& l.mora ff.de verb.obli.ſi tĩ eligo dari Titio,in relato caſu venit, quod q̃ ſit quotidianum inter Mercatores nemo eſt,qui neſciat,qui inter Mercatores verſetur:ſed qa dubitari poſſet,an Adiectus in ſtipulatione ſub relata forma mihi,aut Titio decẽ,vtrũ ego velim,Adiectus dicat̃,vide Aret. poſt Pau.ibidem,& quæ ſcripſi in j par.ver.deinde ſubieci.

Duodecimò declaranda eſt regula in dote in qua euidentioris intellectus gratia præfari libet, & deinde quaſdam facti ſpe-
140 cies conſtituere. ſciẽdum eſt igitur † ſoluto matrimonio dotis repetitioni locum eſſe,quouis modo matrimonium dirimat̃,ꝑ gl in rub.ff.ſol.mat.l.cum quærebatur.ff.de verb.ſig. & alii probant,& citant l.ſi quis ſic ſtipulatur.ff.eo.tit.ſol.ma. Soluitur autem matrimonium digeſtorum iure diuortio,morte,& captiuitate,vel aliter contingente ſeruitute vtriuſq; eorum l.j.ff. de diuor.ſed & in captiuitate eſt immutatum,vt in §.ſed etiam captiuitatis. in auth. de nupt. & ne paſſim matrimonia diſſoluantur ex certis cauſis fieri permittitur diſſolutio, & quæ ſunt expreſſa in l.conſenſu.C.de repu.iure verò pontificio,cui in materia matrimonii ſtandum eſt,vt per gl.in §.fi.inſti.de grad. Pan. & alios in c.quæ in eccleſiarum.de conſt.Quos Deus coniunxit, homo
141 non ſeparet c.quos Deus 33.q.2.eodem † tñ iure ex licita cauſa thori ſeparatio permittitur,vt in ca. oẽs 32.q. 7.& notatur in c. quemadmodum.de iure.& per Dec.in conſi.212. Mag. vbi hæc cauſa ſeparationis thori coram quo iudice ſit tractãda, & de libelli conceptione ac probationibus diſſeruit,& ſi ꝓꝓ viri forni cationem thori ſeparatio fiat,dos repeti põt c. j.& 2.de don.inter virum,& vxorem,& de dote poſt diuor.reſt.Si verò ꝓꝓ adulterium vxoris,tunc dotem perdit c.plerunq;.eo.ti.in tantum ꝙ ſtipulat.de reddẽda dote committi vī in caſu ſeparationis thori,quæ ſucceſſit loco diuortii ſm Iaſ.in l.j.C.vnde vir,& vxo. in j.col.& id verius eſſe putauit Frãc.Rip.in d.rub.ſub nu.26.quicquid Bar.ſenſerit,& qñ & quibus caſibus permittatur ſeparatio hæc,dotisq; reſtitutio contingat,& præcipue ꝓꝓ paupertatem, & uiri ſæuitiam,vide Mar.in l.vni.in fi.C.de rap.virg.Pau.Par.in conſi.54.aſſertæ.vol.4.per.totum,& de conuentione facta inter virum,& vxorem ex uoto cõtinentiæ,an ſit legitima, diſſeruit Dec.in conſi.140.& pro tenui.Item ſciendum eſt, ꝙ ſi in patris poteſtate ſit filia,dos à patre profecta cõis eſt ipſius,& filiæ l.j.§. ꝙ ſi in patris,& l.ſeq.ff.ſol.mat.Idq; verum eſt quò ad dotis exactionem,& repetitionem,nõ quò ad dñium; quia illud eſt mariti conſtante matrimonio, vt per Bar. ibidẽ in j.oppo.& alios.
142 Rurſum ſciendum eſt,ſi † pater dotẽ à ſe profectã ſtipulat̃ filię, propria erit ipſius filiæ,vt Iac.But.Bal.Imo. & alii ſcripſerũt in d.§.ꝙ ſi in patris.vbi Franc.Rip.num.6.citat Imo.in conſi. 100. in primo dubio, & bonum tex. in l. Põponius Philadelphus. ff.
143 fam.erc.Deniq; & illud oportet non ignorare † ſi pater dotem à ſe datam ſimpliciter,ſeu imperſonaliter ſtipuletur, tam ſibi q̃ filiæ ſtipulatus intelligitur,vt inquit Bar. in l. poſt dotem.inter lec.col.j ff.ſol.ma.cuius ſnĩa eſt recepta,vt per Iaſ.in l.poſt dotẽ. nu.10.& ſeq.ff.ſol.mat.& ſcripſit Cor.in conſi.138.viſo puncto. vol.3.ſub nu.4.qui inquit,hoc ex eo admiſſum: quoniam ſtipulatio ſecundùm naturam actus,ſeu rei,in quo interponitur,interpretanda eſt,conſequenter iuxta dictum §. ꝙ ſi in patris. Nã aliàs in ſtipulatione perſona extrinſecus non ſubintelligitur.l. ſi ita ſtipulatus in §.Criſogonus.ff.de verb. oblig. & ſtipulatio ſi in verbo executiuo imperſonaliter concipiat̃ valet,& ſtipulanti acquiritur,aut.ſi quando.C.de conſt.pecu.vbi Bar.& Bald.& eandẽ ſententiã receptam eſſe dixerũt recentiores Peruſini in

Source : BIU Cujas

tract.paup.q.8.in ſecun.ſpe.num.10. & ſeq. Quibus addes Bald. in l.fi.num.9.C.comm.vt.iud. & Franc. Ripam idem probantē declarātemq; in d.§.q̄ ſi in patris,vbi etiam Alex.veritatis amicum ſibi parum cōſtitiſſe refert, & huius rei illa ratio redditur; quia ſtipulatio ſimpliciter interpoſita ſuper dote debet intelligi ſm naturam dotis,& actionis de dote l.ſi ſtipulatus.ff.de vſu. l.inter ſtipulantem.in prin.cum glo. ff. de verb.oblig.l.j.§.ſi ſub conditione.ff.vt leg.nomine caueatur,ſtipulatio nāq; interpoſita ſuper aliquo contractu ſm naturā eius intelligitur, q̄ ſi extraneus ſimpliciter,ſeu imperſonaliter ſtipuletur, mulieris erit actio,vt inferius dicam in ver.ſeptima facti ſpecies in fi.His præfationibus habitis,vt ad rem redeam.

144 Prima facti ſpecies eſt in patre † qui filiam habet in poteſtate dotemq; dedit,& ſibi aut filiæ reddi ſtipulatus eſt,huiuſmodi nanq; ſtipulatio iuxta iuris ordinem intelligenda eſt,vt viuo patre,ſi in poteſtate ſit filia,pater habeat actionis exercitium,licèt actio ſit communis,ſi verò mortuus ſit pater, vel aliter ſui iuris effecta ſit filia,in perſona filiæ conſolidetur, & his caſibus perſona filiæ ad obligationem,& ſolutionem adiecta cenſetur.hic enim eſt ordo iuris l.2.§.q̄ ſi in patris.ff.ſol.mat.l.j.§. videamus. C.de rei vx.act. & ſm relatum ordinem verborum prædictorū conceptionem intelligendam eſſe ſcripſit Bar. in l.vxorem. in §.teſtamento.il 2.ff.de leg.3.& addit l.cum pater.in §. pen. ff. de leg.2.Cuius doctrinam ad cœlum tulit Pau.Caſtr. in l. eum qui ita.in §.qui ſibi.ff.de verb. obliga. & probatur hæc ſententia ab Ang.Imo. Alex. & Iaſ.in d. §. qui ſibi.idq; receptum aiunt propter ius cōſolidationis, quod filiæ in dote poteſt competere ratione cōionis. Item quia pater ad dotem filiæ conſtituendam aſtringi poteſt l.qui liberos.ff.de ritu nup.l.obligamur.in §.lege. ff.de act.& oblig.l.fi.C.de dotis promiſ. de quo per Iaſ. in auth. res,quæ.C.communia de leg.Alex.in conſi.139.num.8.vo.2.& per eundem Iaſ.in §.fuerat.num.97.Alex.in conſi.61.vol.7.Auguſt.Ber.q.113 Pau.Par.in conſi.29.num.60.& ſeq. vol. 3. & q̄dem ſi ſoli patri actio cōcederetur, filia indotata remaneret in caſu,in quo pater dotem cōſumeret l.ſi cum dotem.in §.eo aūt tempore.ff.ſol.mat.quod referendo Bar. ſcripſit Frāc. Rip.in d. §.q̄ ſi in patris.nu.15.& ſeq.quem videas, quibus addēdum eſt, quod eleganter ſcripſit Bal.in l.fi.nu.9. C. commu.vt.iud.is eīm in ſtipulatione concepta ſuperiori modo inquit. Hæc ſtipulatio duo continet extrema.Alterum,q̄ ſit reddenda dos patri,& id intelligendum eſt eo caſu,quo propter conſolidationem eidem patri reſtituenda eſt.Alterum,q̄ filiæ reſtituenda ſit dos ſimiliter eo caſu,quo propter conſolidationem ſoli filiæ competeret. Medius autem caſus qñ ius reddendi dotem eſt commune fuit omiſſus,Ideo remanet in diſpoſitione iuris cōis.l. commodiſſimè ff.de libe.& poſth.erit ergo cōis actio patris, & filiæ, vt in l. poſt dotem.ſm vnam interpretationem.ff. ſolu.matr.& ſolum citando locum Bal.vbi ſupra,& Alex.& Rom.idem,ſenſiſſe probat Frāc.Rip.in d.§.q̄ ſi in patris.nu.5.qui ſubiungit,dictam ſtipulationem intelligendam,vt ſupra,& perinde ac ſi pater ſtipulatus eſſet ſibi,aut illi,vel illis, quibus de iure, quo caſu certi iuris eſt,q̄ ſi ſoluto matrimonio ambo viuāt,actio eſt cōmunis, vt in d.§.ſi verò pater præmoriatur, actio cōſolidatur in ſolam filiam l.vnica.§.videamus. C.de rei vx.act. ſed ſi præmoriatur filia, actio conſolidatur in patrem l. dos à patre.C.ſolut. matr.Deniq; huic rei,& illud annotādum eſt, prædicta vera nō ſolum vbi pater ſtipulatus eſſet in ſupraſcripta verba,videlicet, Dotem ſibi aut filiæ, verum ſi contra filiæ, aut ſibi adiiciendo prius nomen filiæ ſecundùm Pau.Caſtren.in dicto §.qui ſibi. & propter l. Caius. ff. ſolut.matrim. & vide quæ inferius dicam in quinta facti ſpecie.

145 Secūda facti ſpecies eſt, ſi † pater ſtipulatus ſit copulatiuè dotem ſcilicet ſibi, & filiæ reddi, in qua idem iuris eſſe reſpondit Bar.in d.§.teſtamento,qui citat l.Gallus in §.j.ff.de lib.& poſth. & licet aduerſari videatur text.in l.ſi mihi,& Titio.ff.de verbo. oblig. ad ſententiam tñ Bar. ex rationibus relatis in ſuperioribus decurrendum arbitror,quæ commendatur à Pau.Caſtren. in d.§. qui ſibi, & lex ſi mihi & Titio. locum habere poteſt,vbi extraneus dotem relato modo ſtipulatur,ut per Imo.in l.Caius. in pen.col.ff.ſolu.mat.quibus adde Bal.in l.fi.num.9.C.comm. vt.iud.qui in hac ipſa facti ſpecie ſcriptum reliquit.copulā non diuidere ſtipulationem in partes æquales, ſicut alibi dicitur. ff. de duo.reis l.reos.in §.cum in tabulis,ſed iuris miniſterium deſignare,& quaſi ſit iuris expreſſio,q̄ actio ſit communis patris, & filiæ,& conſolidatio non impediatur.ff.ſol.matr.l.poſt dotē. ſm vnam interpretationem.hæc ille,& ex his comprobare potes,quæ ſcripſit Soc.in conſi.9.col.2.& ſeq.

146 Tertia facti ſpecies eſt † vbi pater,qui dotem dedit,ſtipulatus eſt dotem à marito in hæc verba ſibi, & ſuis hæredibus reddi. Nec non eius filiæ hęredibusq; eius,aut cui ius,& caſus dederit, & filia moriatur relictis filiis.In qua recepta Martini ſententia, quæ ex generali conſuetudine præualuit,vt in l.dos à patre,vbi gl.& doctores.C.ſol.mat, & ait Corn.in conſi.224.licer.col.fin. vol.3. Cur.Iun.in conſi.97.nu.9.& conſi.180.Soc.in cōſi.9. vbi de iure conatur eādem Martini ſnīam defendere. Item Soc. in relato reſponſo non inſubtiliter(vt ſolet) multis argumētis p̄bat ſm relatam conſuetudinem ſtipulationem intelligendam, quem referre ſuperuacuum duxi:cum eius ſcripta inter manus oīum verſentur. Intelligenda eſt ergo dicta ſtipulatio, vt filiæ reſtituatur,ſi ſuperuixerit,ea verò mortua cū filiis,ad filios tanquā hęredes pertineat.Sed ſi filia ſine filiis præmoriaſ,patri,ſuperuiuenti reſtituatur, & eo mortuo hoc caſū eius hæredibus. Quæ ſnīa comprobatur ex ſcriptis in ſuperiori facti ſpecie,& au
147 ctoritate Bal.relata.Et † illud non eſt omittendū, q̄ relata Martini ſnīa ex conſuetudine recepta intelligēda eſt in caſu ſuo, qñ conſtante matrimonio decedit filia,& marito ſuperſtite, vt tūc filii admittantur,& ſuccedant,& non pater,locum autem non habeat,qñ filia præmortuo marito deceſſit. Tūc enim ad patrē reuertitur,vt declarat Bar.in l.poſt dotem.ff.ſolu.matr.in quinta q vbi ēt tētauit dicere,q̄ ſi filia viuo patre hñs filios ex primo matrimonio ſecundo nupſit, & moriatur in matrimonio ſine filiis,locum non habeat relata conſuetudo,ſed pater admittaſ, cuius ſnīam à frequentioribus receptam ſcripſit Lud. Goza. in conſi.9.in cauſa Mantuana.nu.3.vbi plures refert, quibus adde Soc.Iun.in conſi.114.Non eſt dubium,nu.21.vol.3.vbi non ſolum concludit, q̄ relata conſuetudo non habeat locū in dictis duobus caſibus ſm frequentiores, ſi mulier decedat in ſecūdo matrimonio cum liberis ex primo, vel ſi iam facta vidua cū liberis ex viro prædefuncto,verum nec in dote promiſſa licèt in hoc vltimo aliter ipſe antea interrogatus reſponderit.

148 Quarta facti ſpecies eſt, qñ † pater qui dedit dotem pro filia ſibi illam reddi eſt ſtipulatus, & poſt interpoſitam ſtipulationē ab inteſtato mortuus eſt relicta ipſa filia,& filio maſculo,qui ſolus ex l.municipali ſuccedit filia excluſa,num dotis repetitio ipſi filio hæredi ex ſtipulatione paterna competat ſeu magis filiæ. Hæc qō ſatis ſatisq; apud veteres fuit agitata, vt Alb. refert in l. vni.nu.25.C.de rei vx.act.ait. Viannyſii Doct. Bon.ſnīam à Iac. Rauen.Pet.à Bellaper.Ricar.Malum.& Vbal.Vaca.probari,qui diſputando inquit, patri viuenti. qui ſtipulatus eſt dotis reſtitutionem,competere,& conſenſum filiæ non requiri, plura ſubdit nouiſſe eū:ſed maximè l.quoties.ff.ſol.mat.Patre verò mortuo dotis repetitionem ad filiam pertinere,quæ à ſtatuto ab hę reditate patris excluditur, & hoc caſu ius ſingulare ſit, q̄ actio ex ſtipulatu ad hæredes non tranſmittatur: & hæc ſnīa recepta eſt,vt patet ex his,quæ ſcripſit plene quidem Dec.in conſi. 106. & pro tenui.qui ſubiicit, licèt de hoc poſſet dubitari iure ciuili cōiq; inſpecto,pp ea quæ ſcripſit Bar.in l.poſt dotem.ff.ſol.ma. ſtante tñ ſtatuto prædicto à frequentioribus (quod dictum eſt) probatur.Quibus adde Soc.in relato conſi. 9. & quæ plene ſcri-
149 pſit Iaſ.in d.l.poſt dotem nu.83.Sed † hic frequens ſuboritur q̄ſtio,& in patria mea agitata, ſolent parentes dotes filiabus dantes ſub hac formula ſtipulationem concipere.Quam dotem A. promiſit reddere,& reſtituere Titio ſtipulanti pro ſe & eius hæredibus ſoluto matrimonio morte vel diuortio ſine liberis vel cum liberis non peruenientibus ad ætatem decem & octo annorum,& in oēm alium caſum &c. aut illi vel illis, cui, & quibus &c.legeq; municipali cautum eſt,exiſtentibus filiis maſculis fęminas non ſuccedere,ſed dote conſtituta, ſeu conſtituēda contentas eſſe debere,& plus petere non poſſe, q̄ quod ſibi relictum eſt ratione debiti iuris naturæ, & prout legitur in ſtatuto ſub rub.de ſucceſſoribus ab inteſta.& ſub rub. q̄ mulier ſit contenta dote,quæſitum fuit,ſi pater deceſſerit, deinde filia relictis filiis qui ad ætatem in ſtipulatione cōtentam non peruenerūt, Nū filiis maſculis iiſdemq; patris hęredibus ex ſtipulatione relato modo cōcepta actio cōpetat, & cū conditio extiterit;q̄a filii ad ætatem decē,& 8.annorum non peruenerint,competere videbaſ. l.ſi auia. C.de iure dot.l.quoties.ff.ſol. mat.l.poſt dotem. la 2.§.q̄ ſi in patris.eo.tit.& qa ſnīa Martini ex conſuetudine recepta non vr trahenda ad hunc caſum;quia tenor ſtipulationis clarus eſt l.fi.C.comm.vt iud.& hęc ſnīa comprobari vr ex his, quæ ſcripſit Bar.in l.Titio centum.in §.Titio genero.ff.de cōd. & demon.& Cur.Iun.in conſi.10.& cum legatur in inſtrīs antiquis ſtipulationem relato modo à maioribus noſtris conceptā fuiſſe,& hodie concipiatur, non temere factum cenſetur,maximè cum addatur,ſm formam ſtatutorū ciuitatis Anconæ.Verùm prætermiſſis cōpluribus,quæ referri pñt (ni fallor) oīs con-
150 trouerſia huc redit.Num † dos à patre data in relato caſu ſuccedat loco legitimæ,& meritò duo ſtatuta præcipue conſiderāda ſunt. Alterum eſt ſub rubr. de ſucceſſoribus ab inteſtato, alterum,q̄ mulier ſit cōtenta dote. & hoc vltimū præcipue in duobus locis circa finem:ſi enim nō ſuccedit loco legitimæ, relata ſnīa atq; ſtipulationis formula defendi pōt,contra verò ſi loco legitimæ habeatur,cum de legitima oīs cōditio,dilatio, vel alia diſpoſitio moram,vel quodcunq; onus introducēs tollaſ.l.qſi in prioribus.C.de inof.teſt.Ego aūt vidi iudicare, onus paternæ ſtipulationis reiici,& hęredes patris ex relata ſtipulatione agentes excludi, pro qua ſententia elegans eſt Decii conſilium ſub nu.106.& pro tenui &c. quod totū legendū conſiderādumq; eſt,licèt enim lex noſtra municipalis decreuerit,filias contēras eſſe debere dotis quantitate,quam pater reliquerit, corrigēdo

l.omni-

Source : BIU Cujas

l.omnimodo.C.de inof.teſt.non tñ trahenda eſt, ad caſum, de quo agitur,qñ pater in ipſa quantitate dotis conditionem adijcit.Hic enim caſus de onere iniuncto in dotis quantitate omiſſus vr.ergo remanet in diſpoſitione iuris communis l.ſi cũ dotem.ff.ſolut.matri.lex † enim omnimodo.C.de inoffic.teſtam. quæ ſupplet legitimam in ſubſtantia, nihil habet cõmune cum lege.quoniam in prioribus, quæ reijcit conditionem, & grauamen.vnde lex noſtra,quæ loquitur in priori caſu, non vr porrigenda ad hunc caſum oneris,& cõditionis adiectæ ſm Iac.But. & Bald.in d.l.quoniam in prioribus, vbi hoc commendat Pau. Caſtren referendo Imol.idem probantem, & nõ improbat Iaſ. ibidem,& probat Alex.in conſi.55.viſo titulo quæſtionis.nu.7. & ſeq.vol.2.Aret.in conſi.44.Placet &c.circa finem.Pau.Par.in conſi.36.ſtatutum nouum ciuitatis Fauentiæ &c. num.5.& ſeq. vol.3.cumque † ſtatutum non ſimpliciter,ex eo ſcilicet:quia ſuperſint filij,excludat fœminas,ſed propter dotem, dos ita loco legitimæ ſuccedere vr,vt ex ea conditio adiecta reijciatur, idq; veriſſimum & receptum teſtatur Paul.Par.in relato conſil. vbi Albe.Brun.& alios refert,ſed & hæc ſñia confirmari poſſe videbatur ex his,quæ habentur apud reſponſum Car.Ruy.26. videt prima facie &c.vol.3.& eſt in ſubſcriptione Bart.Soc.num.34.& ſeq.Item eſt conſilio Cor.142.primo aſpectu &c.vol.2. vbi ĩter alia citat Bal.in l.fi.poſt medium.C.de dot.promiſ.Pet.Anch.& alios,rurſus eadem ſententia probari vr à Io. Dilec.in tract. de arte teſtan.in 5.cau.in fi.ſub tit.de hære.inſt.Dum refert Decij reſponſum & probat,denique Bapt.Tole.in libello communium opinionem,in ver.dos à patre.inquit,dos à patre profecta ſoluto matrimonio debet apud filios remanere,Cur.Iun.in ꝙſil.43. nu.9.communem dicit.Amplia, etiam ſi pater ſtipulatus ſit ad ſe redire liberis ſtantibus,ſi liberi adſunt tempore mortis filiæ, ſtatim dos matris eſt,& filij ex ſucceſſione matris veniunt,& nõ aui.Io.Nicol.in l.generaliter.num.46.C.de ſecund. nup. cõmunem dicit.videndus eſt etiam Soc.in conſi.9.qui in 5. 6. & ſeq. col.ad rem multa ſcripſit,& ex relatis locis patent plura reſpõſa ad ea,quæ ſcripſit Bar.in citato.§.Titio genero.maxime ex cõſi. Dec.Alex.& Pau. Pariſij, ſtatutum etiam ſub rubr. qꝰ mulier ſit contenta dote,in ver.Hoc addito, cum in ſenſu directo diſponat,ſenſus contrarius non eſt accipiendus, ut per Doct. in l.j.in §.huius rei.ff.de offi.eius, & reſtringendum eſt ad extraneos, & cum prohibeat, non eſt interpretandum. vt permittat l.legata inutiliter.ff.de adim.leg.& ſimiliter finis ſtatuti relati reſpõſum habet,ex quibus puto vel hęredibus patris nullam actionẽ competere,vel ſi diceremus competere, hæredibus filiæ dotatæ ad illam remittendum aſtrictor eſſet, vt Soc.& Dec.in relatis locis probauerunt. In extraneo autem ſtipulante cum illa adiectione,vel cum filiis non peruenientibus ad ætatem decem & octo annorum,vide Bald.in conſi.89.verba inſtrumenti.uolum.2.& quod dicam inferius in 5.& 7.facti ſpecie.

Quinta facti ſpecies eſt in auo materno † qui non habet in poteſtate,ſeu extraneo alio, qui dotem dedit, ſtipulatusque eſt nepti ſeu mulieri aut ſibi dotẽ reddi. In qua ſingulari iure fauore dotis receptum eſt,vtilem mulieri actionem quæri, & ſtipulationis hoc caſu perſona ad ſolutionem adiecta cenſetur, mulieris verò ad obligationem:fauore nanque nuptiarum,& maximè propter affectionem perſonarum ad hoc decurſum eſt,vt eſt ſingularis tex.in l.Caius.ff.ſolu.matri.mulier ergo ſolu. mat. etiam viuo auo exploſa Petri ſententia ad dotem aget, idque à recentioribus eſt receptum:cum verbum illud maxime relatũ, & de quo in textu, vbi non eſt affectio, idem iuris eſſe demonſtret,& hæc ſententia probatur à Bar.in d.l.Caius. in oppoſitione ad ſecundum notabile,& ſcripſit Alex. ibidem, ſententiam Bart.recentioribus omnibus placuiſſe,& dãnatam Petri & Baldi ſententiam,& hanc ſententiam Pau.Alex. & Iaſ.probauerũt in l.eum qui ita,in §.qui ſibi.ff.de verb.oblig. Alex. ſub nume.5. Iaſ.verò ſub num.7.& Bal.Nouel.in trac.de dote in 6.part. ĩ26. priuilegio,vbi etiam Bar.ſententiam receptam teſtatur,& Bald. ac Pet.damnatam. Alex.in conſil.19.in his,quæ in themate &c. num.11.& ſeq.vol.4. & illud annotandum eſt, qꝰ in relata facti ſpecie ſenſiſſe videtur Pau.Caſt.in d.l.Caius.ſub nume.5. quod eiuſmodi ſtipulatori nec vtilis,nec directa acquiratur actio, nec ſolui poſſit: quia quodlibet iſtorum caſuum eſſet contra fauorem dotis,qui eſt vt ſoli mulieri acquiratur, & ſoli poſſit ſolui, ſed errauit longe (ni fallor) Pau. in eo quod ſenſit, ſtipulatori prædicto ſolui non poſſe,cum Bar.Cum.& alij talem ſtipulatorem Adiectum nominent,quibus accedit Bal.Nou.in relato loco.Nec fauor dotis obſtat,vt conſiderabat Paul.cum mulieri ſit conſultum,vt poſſit repetere ab adiecto ſecundùm ea, quæ in vltima parte differendo dicam.Nec† illud omittendum eſt,perſonam mulieris,ſeu neptis adiectam cenſeri ad obligationem, & ſtipulatoris ad ſolutionem non ſolùm ubi neptis ſeu mulieris nomen præponitur,vt in facti ſpecie propoſita,ſed ſi ſtipulatoris nomen præponeretur,verbi gratia,quia auus, ſeu quilibet alius extraneus (nec enim quoad id de quo dubitatur intereſt) ſtipularetur dotem datam ſibi, aut nepoti, ſeu mulieri reddi, ſemper enim fauore nuptiarum ſtipulator adiectus ad ſolutionem cenſetur ſecundum Bar.in d.l.Caius. cuius ſentẽtiam Bal. & Pau.ibidem probant,& idem Pau.Alex.& Iaſin §.quĩ ſibi.ſuperius relato,& Barto.clare idem probat in l.vxorem.in §.teſtamento.ff.de leg.3.ſed & Imo.in d.l.Caius.num.7.ver. interdum ſtipulatur ſibi &c.hanc ſententiam non admittendam putauit, lex † enim Caius.loquitur,ubi auus ſtipulatus eſt nepti,aut ſibi. Non autem vbi in ſtipulatione ſtipulatoris nomen præponit: licèt enim (inquit) quò ad facultatem ſoluendi mulieri nihil interſit, an quis mulieri aut ſibi, aut ſibi, aut mulieri ſtipuletur, comparantur nanque quoad ſolutionem relatæ concepriones, ſeu formulæ ſtipulationum,vt dixi ſuperius in 21.ampliatione, non tñ comparantur,nec paria ſunt,quò ad obligationem quęrendam,nec par ratio interuenire videtur.Quando enim ſtipulator nomen ſuum in ſtipulatione præponit, actionem mulieri quærere cenſendum non eſt ſed ſibi,licèt poſſet, ſed vbi mulieris nomen præfert,æquitas ſuggerit,mulieri actionem dari, &c addit ſententiam ſuam probari in l.Stichum. in §. quæſitum. ff. de ſolut.Nam filię emancipatæ quæri poteſt vti lis,ut notat Bar. in l.quod dicitur.ff.de verb.oblig.& tñ text.in d.§.quæſitum.indiſtinctè dicit,qꝰ ſi ſtipulatur ſibi,aut filio, vr filius Adiectus ad ſolutionem.Vnde ſubijcit,relatam Bart. ſententiam non bene probari,licèt ſit valde fauorabilis, pro qua lex in ambigũis.ff.de iure dotium.ſed & addes Alex.in eadem lege Imol. ſententiam probaſſe:ipſum enim referendo, ait: cũ verſemur in correctorijs, & lex Caius. loquatur in caſu, in quo præponitur nomen neptis,nõ eſt trahenda ꝯ regulas iuris ad caſum,in quo poſtponitur,& mouit;quia primò nominatus vr magis dilectus, argu. l.quoties.ff.de vſuf.& addit expreſſe ꝯ Bart. ſenſiſſe Bald. in l.fi. C.cõmu.vtr.iud.& uerum eſt,vt patet in vlr.col.dictæ legis. vbi temperamento vſus eſt dictionis fortè,quaſi dubius, ſed & addes,qꝰ in eadem opinione fuit Roma. in d.l.Caius, & Bal. No.in tract. de dote in 6.part.priuil.28. qui citat Salyc. in l.Auia.C.de iure dot.idem ſenſiſſe, ęgo verò à ſententia priori loco relata, & magis recepta non eſſe recedendum puto, quam Bart. Bald. Pau.Alex.Iaſ.& quidam alii probarũt, pro qua iudicio meo eſt tex.in dic.l.Caius.in ratione ſui,vbi Iuriſconſult.inquit fauore nuptiarum,& ne commodo dotis mulier defraudetur, ad hoc decurrẽdum eſt,quæ ratio expreſſa in lege ęquè interuenit,ſiue mulieris nomẽ in ſtipulatione præcedat,ſiue ſequatur.Nec moueat tex.in l.Stichum.in §.quęſitum,quia in dote ex relata rõne ſumma cũ æquitate ratione incertitudinis ex alternatiua oratione ius ſingulare eſt conſtitutum.Nec etiam moueat,qꝰ ĩ correctoriis verſemur † quia vbi ratio in l.expreſſa eſt, non dr fieri extenſio.Sed caſus in quo eſt eadem ratio comprehẽdi l.his ſolis.C.de reuo.donat.in illis verbis, ſatis etiam tacitè cautum putamus,vbi Bal.& ſcripſit Iaſ.in aut.quas actiones.num.17.C.de ſacroſ.eccle facit l.emptor.in fi.ff.de rei vend.l.fideicommiſſi.in §.cum Pollidius.ff.de vſu.glo.in clem.vni.in ver.largiri,de elec. & quod Alex.ait in conſi.17.vol.3.Imo.in l.ſi verò.in §.de vito. ff.ſolut.matr.Io.Crot.in rub.de acq.poſ.nu.3. & eſt elegans tex. memoria tenendus in l.libertum.in §. Senatuſcõſulti. ff. de ritu nupt.& ſcripſit Caſſad.in tit.de teſta.dec.3.num.4.& ſeq.Minus etiam mouet,quod ait Alex. prænominatum cenſeri magis dilectum:quia nominationem priori loco factam non eſſe conſiderandam relata iuriſconſulti ratio facit,& mouet lex nec eñ. ff.de ſolut.& quod ſcripſit Soc.in conſi.9.in quarta colum. ver. Prædictis non obſtantibus, quem breuitatis cauſa non refero: & pro hac ſententia Paul.Caſtr huiuſmodi rationem referebat in ſpecto iuris rigore,ex textu dictæ legis Caius. apparet, verborum ordinem non eſſe ſpectandum, quod demonſtratur; quia ex iuris apice hæredibus aui obligatio acquiritur,licèt eius ꝑſona fuerit poſtpoſita in ſtipulatione, & neptis perſona cenſetur adiecta ad ſolutionem,licèt fuerit præpoſita in ſtipulatione, ut patet in ver.reſpondi,& in ver.ſed dicendum, iuncto principio legis,ibi.dos omnis Seiæ vxori,vel Caio Seio &c. eodem modo ergo ait eo caſu, quo conſideratur æquitas fauore nuptiarum, & dotis ordo verborum attendi non debet,ſed quod fauor exigit.Vnde cum videatur exigere,vt mulieri acquiratur,acquiret ei vtilis,& ſi in ſtipulatione poſtpoſita reperiatur, quæ ratio cõtemnenda nõ eſt,licèt Alex.ſcripſerit, ſe neſcire intelligere, ſed redditur clara conſideratis verbis dictæ legis,& prædictis,& forſan Alex.habuit Pauli commentarios corruptos.Denique hæc eadem ſententia probari vr à Fel.in c.inter cæteras.nu.29 de reſcrip.& clarius à Iaſ.in l.cum quidam.nu.2.in ter.col. verſi.ſexto limit.C.de verb.ſig.& ad cœlum tulit hoc tanq̃ notandũ Nico. Euer.in ſua centu.loco 49.à natura alternatiuorum,verſi.ſecũdò fallit fauore dotis,licèt ſimpliciter retulerit.

Quod autem diximus † mulieri in relata facti ſpecie vtilem actionem competere, locum habet, quando morte vel diuortio ſolutum eſt matrimonium, in quo caſu loquitur relata lex Caius,vt qñ mulier ſuperuixiſſet marito,ſecus ſi contingat prę mori viro ſuo. Finge enim conceptam ſtipulationem, qꝰ auus maternus,aut quilibet alius extraneus dotẽ reddi ſibi,aut nepti ſtipulatus ſit in omnem caſum diſſoluendi matrimonij, & matrimonium morte mulieris diſſolutum fuiſſe, certe ſecundùm

Imo.

Source : BIU Cujas

Imo. in d. l. Caius ante num. ſeptimum dos reddenda erit auo, ſeu extraneo doranti eiusq; hæredibus, non autem hæredibus mulieris, cuius rei illa ratio ab eo redditur; quia vbi morte iuri vel diuortio matrimonium ſoluitur nuptiarum, & dotis fauor hoc facit atque exigit, vt mulier agat, ne cõmodo dotis defraudetur. At vbi mulierem viro ſuo præmori cõtingit, nuptiarum fauor ceſſat, mortua enim mulier amplius non nubit. Nec mouet ſm eundem Imo. q̃ vna determinatio reſpiciens plura. determinabilia ęqualiter terminare debeat l. iam hoc iure. ff. de vulg. ergo idem iuris eſſe debet in formula ſtipulationis relata, ſiue matrimoniũ ſoluatur morte mulieris, ſiue alio modo. Re-
158 gula † nanque illa legis iam hoc iure. locum habet, vbi eadem ratio interuenit inter ipſa determinabilia: ſecus verò ſi diuerſa, ſed in caſu noſtro diuerſa ratio redditur, ergo dicta regula locũ non habet ſm Imol. qui citat Bal. in l. ſi cum dotem. ff. ſol. matr. Quæ ſententia Imo. probatur ab Alex. Bar. de Saly. in d. l. auia. & ſubdubitans probat Bal. Nouel. in tract. de dote in 6. parte, Priuileg. 28. & certe rationabilis vr̃, & limitatio relata ad legẽ iam hoc iure probatur a Decio in l. in teſtamento. nu. 8. C. de teſtam. mili. & in conſi. 456. nu. 12. Pariſ. in conſi. 110. eodemq; vltimo, ter. vol. num. 15. Soc. in conſi. 80. nu. 15. vol. 2. & certè hæc limitatio à frequentioribus recepta eſt, vt probauit Hippol. Rimi. in rub. de donat. ſub nu. 73. vbi limitauit etiam dictam regulam, vt locum habeat in voluntaria diſpoſitione, quæ ſecundùm voluntatem teſtatoris regulatur, ſecus autem in neceſſaria, ut p̃ Dec. in d. conſi. 456. Item dicta regula non procedit, qñ ex ęquali determinatione induceretur correctio legis. Tunc enim potius inęqualis fieri debet, vt minus iuri communi præiudicetur, tex. ſingularis ſecundùm Abb. ibi in c. cum dilectus. de conſuet. & p̃bat Ruyn. in conſi. 169. nume. 11. vol. 3. & in conſi. 157. num. 14. vol. 5. & adde, q̃ dicta regula locum etiam non habet, qñ natura determinabilium repugnat, ut per laſ. in l. miles. in §. decem. ff. de re iud. in 2. no. & per Riminal. vbi ſupra. Non tñ omittendum puto, quod Pau. Caſtr. in ea. l. Caius. ſub nume. 6 ſcriptum reliquit in hæc ſeu ſimilia verba. Tert. quæritur hic matrimonium fuit ſolutum diuortio, vnde erat fauor dotis, vt acquiraẽ mulieri, vt poſſit ſecũdo nubere, quid ſi morte mulieris, q̃dam dicunt contrarium, quia tunc nõ ſubeſt fauor, quod falſum puto, ſicut enim hoc caſu acquireretur actio mulieri, ſi nulla ĩterueniſſet ſtipulatio, & eam tranſmitteret ad ſuos hæredes, ut in l. vni. in § accedit. C. de rei vx. act. ita & hic; quia ſtipulatio iſta regulatur ſecundum iuris diſpoſitionem, vt acquiratur ei cui acquireretur ſtipulatione non interueniente, verùm licèt auctoritas Paul Caſtr. me valde mouerit, non tñ ab Imola, & Alexandro, & aliis relatis diſſentio. Nam in caſu, in quo mulier prædecedit, ceſſat Iuriſconſulti ratio nuptiarum ſcilicet, & ne cõmodo dotis defraudetur, nec comparatio facta a Paul. Caſtren. mouet. Nam quãdo nulla ſtipulatio interuenit, fingit lex mulierem ſtipulationem feciſſe, cum extraneus non ſtipulando donaſſe magis mulieri q̃ ſibi aliquod ius ſeruaſſe videatur: ut legitur ĩ dicto
159 §. accedit, † quem tex. eleganter & nouiter declarauit Franc. Ripa in l. j. nu. 53. ff. ſolut. mat. inquiens, loqui in ficta ſtipulatione in fauorem mulieris ꝯ maritum non ꝯ promittentem, & declarat l. ad exactionem. C. de dotis promiſ. effectus tñ bene eſt ꝓtra extraneum, qui dotem dedit, vt cenſeatur donaſſe, & adde ad interpretationem d. §. Bal. Nouel. in tract. dotis, in 6. part. princ. in ter. Priuilegio. At qñ interuenit ſtipulatio relato modo; qa propter alternatiuam res aliquantiſper dubia redditur, meritò vbi fauor exigit nuptiarum, iura fauere voluiſſe credendum eſt, & ceſſante fauore iuxta iuris terminos, & rigorem interpretatio fieri debet, vt in d. l. Caius. ubi exprimitur & ius ſtrictum, & ęquitas, non ergo paria ſunt iſta, ſtipulationem non eſſe interpoſitã, vel interpoſitam relato modo &c.

160 Sexta facti ſpecies eſt in † extraneo qui dotem dedit, & eam ſtipulatus eſt ſibi reddi aut cui de iure debebitur. In qua Bart. in ea l. Caius. ſub nu. 5. ff. ſolut. mat. ſe ex facto conſultum rñdiſſe ait, idem iuris eſſe, q̃ in præcedẽti facti ſpecie, integram ſcilicet actionem mulieris eſſe, & perinde eſſe ac ſi dixerit ſibi aut mulieri Mulier nanque illa eſt, cui de iure debet reddi l. vni. §. accedit. C. de rei vxo. act. quæ ſententia probatur ab Imo. Alex. Pau. Caſtr. in ea. l. Caius. licèt Bar. in l. fi. in pen. & fi. col. C. comm. vtr. iud. contra ſenſerit, cuius rationibus Alex. rñdit. ſed & Bald. Nouel. in tract. de dote in 6. par. priuileg. 28. fauorabiliorem mulieri hanc formulam ſtipulationis eſſe putauit, q̃ ea, de qua in ſuperiori facti ſpecie. Quoniam extraneus ſtipulando ſibi aut cui de iure debebitur, perinde eſt, ac ſi ſtipulatus eſſet hoc modo, ſibi aut mulieri, in quantum ſibi de iure deberetur: illud enim relatiuum, cui, conditionem ſignificare vr̃, ideſt quatenus alteri p̃ſonæ de iure deberetur, q̃ ſibi ſi ſimpliciter dotem dediſſet ſine alio pacto, arg. l. Stichus qui meus erit. ff. de leg. j. & addit ſe ex facto conſultum ſecundùm Bar. ſentẽtiam reſpondiſſe. & eius reſponſum a valentiſſimis doctoribus Marchiæ probatum fuiſſe, & certe eandem ęquitatis defenſionem hæc facti ſpecies habet, q̃ præcedens: cum enim alternatiuè ſtipulatio ſit cõcepta, ex ea inducitur obſcuritas, arg. l. Prętor. §. quod autem Prætor ait. ff. de iniu. ideo pro dote eſt iudicandum l. in ambiguis. ff. de iur. dot. Relata ergo ſtipulatio cum habeat ius certum ſpeciale ac ſingulare ſm illud ius ſingulare intelligenda eſt & ab illo regulanda,
161 arg. eius quod dr̃ † generalem diſpoſitionem comprehendere cauſam dotis propter tex. notabilem in l. in fraudem. in §. fin. ff. de mili. teſt. niſi dos in caſu. de quo quæritur, ſpeciale habeat priuilegium. Tunc enim generalis determinatio non porrigitur, vt declarando Saly. in l. fi. in princ. C. de iur. dot. reſpondit Dec. in conſi. 5. & conſi. 301. & conſi. 536. num. 9. & in l. j. ff. de reg. iu. & alibi ſæpe, & probat Tiraq. in com. de vt. ret. §. j. glo. 14. nu. 91. & ſeq. num. & Cat. Cot. in memo. in ver. Dos habet. Cur. in cõſi. 27. Magnificus vir. in ſecundo dubio. Goz. in conſi. 97. nu. 7. & licèt Neg. improbet in tract. de pign. in octaua par. mem. primo, num. 23. Repetentes tñ l. diffamari. C. de ing. & manu. videlicet. Cæſar Cont. in ca. parte in qua quæſtiones inſeruit nume. 107. & ſeq. defendit declarationem prædictam. item & Soc. Iun. in ꝯſil. 12. nu. 12. & ſeq. in 2. part. & uide quid ſenſerit Rolan. à Valle in quæſtionibus de lucro dotis, quæ. 105. ſed & addes Bal. in ꝯſi. 89. verba inſtrumenti &c. qui ꝯ Bartolum ſenſiſſe vr̃. Inquit enim, iniquum & iuri ꝯrium vr̃, q̃ prima pars ſtipulationis, in qua apparet extraneum ſibi ſtipulatum, inanis ſit, & ſine effectu: cum poſſit parere effectum, qñ potuit ſtipulari, ut in d. §. accedit & C. de pac. con. l. ex morte. C. de iur. dot. l. auia ff. ſol. matr. l. quoties. ſed dicta iura locum habent in re clara, at res de qua agitur dubia redditur ex alternatiua, quæ obſcuritas fauorabilẽ cauſam dotis reddit, & ad argumentum Baldi, quod videtur fortiſſimũ, nullum verbum adiectum cẽſeri ſine virtute operandi, de quo multa Aym. Cra. in conſi. 135. verba decreti. nu. 24. & Fel. in c. ſolitæ. de maio. & obed. reſponderi poteſt, effectum parere, ut extraneus ex relata ſtipulationis formula adiectus cõſtitutus cenſeatur, prout in ſuperiori facti ſpecie Bartol. & alij relati ſenſerunt, contra quem adiectum ſi eidem ſolui contingat, quo remedio conſulatur mulieri, declarando legem Caius. in vlt. parte dicam diſputando circa ea quæ Bal. Nouel. ſcripſit in trac. de dote par. 6. priuileg. 28.

162 Septima facti ſpecies eſt in extraneo † qui dotem dedit, ſtipulatusq; eſt ſibi reddi, aut mulieri, aut cui de iure debebitur, qui caſus frequens quidem & quottidianus eſt, in qua Ioan. Imo. in d. l. Caius. ex relata ſententia Bar. in caſibus præcedentibus idem iuris eſſe putauit: ut mulieri actio quæratur, & mulier ad obligationem non autem ad ſolutionem adiecta cenſeatur, & ſubijcit, relatam ſtipulationem hoc modo a conſuetudine interpretatam, quæ eſt optima legum interpres l. minime. l. ſi de interpretatione. ff. de leg. & c. cum dilectus. extra de cõſuet. & addit, de rigore tñ poſſet dici, illa verba cui de iure debebitur, poſſe cõuinci in hæredibus ſtipulatoris vel aliis ſucceſſoribus vniuerſalibus, uel etiam ſingularibus uia ceſſionis, & hanc ſentẽtiam, q̃ mulieri quæratur actio, non improbat Alex. in d. l. Caius. nume. 7. & ſanè mihi etiam rationabilis viſa eſt, ſcum in hac incertitudinis illa ratio etiam interueniat, quæ rem dubiam reddit, & quæ ambiguitas in cauſa eſt: ut mulieri faueatur.

163 Octaua & vltima facti ſpecies eſt † ſi extraneus, qui dedit dotem, ſtipulatus eſt ſibi, aut mulieri, ſiue ipſorum hæredibus, uel cui ius & caſus dederit, qualitercunq; matrimonium diſſoluet̃ morte, uel diuortio ſine filiis ex eorum corporibus communiter natis non peruenięntibus ad legitimã ætatem vigintiquinq; annorum, & in omnem caſum &c. & matrimoniũ morte mulieris diſſoluatur relicto filio, qui ad ætatem vigintiquinque annorum non peruenerint, in qua facti ſpecie Bald. ex facto conſultus in conſi. 89. vol. 2. reſpondit, ſtipulantem adiectum obligationi intelligi non autem ſolutioni, & relatam formulam ſtipulationis interpretandam hoc modo: ut ſi quidem decedat mulier ſine filiis, uel cum filiis ad dictam ætatem nõ peruenientibus, ſtipulator magis ſibi hæredibusq; ſuis conſuluiſſe cenſeatur, ſi verò prius ſtipulator deceſſerit ſuperſtite muliere in matrimonio uel ſine, primum caput uerborum, quo ſtipulatus eſt ſibi, euaneſcat, & integra ſit actio mulieris, ſed & addit, q̃ ſi ſtipulator ante decederet, q̃ filii mulieris dotatæ ius ſtipulationis cõditionalis ſtipulator tranſmitteret ad hæredes ſuos. Inſtit. de verbor. oblig. §. ex conditionali. & ideo filiis mulieris mortuis intra vigeſimumquintum annum dos reſtituenda eſt filiis, & hæredibus ſtipulatoris. Mulier ergo & filii eius in primo gradu eſſe cenſentur, in ſecundo autem gradu quaſi ſubſtituti ſunt, qui dotem dedit & eius hæredes. Quæ ſubſtitutio in contractibus trãſmittitur, vt dictum eſt. hæc Bal. cuius ſententiæ aduerſari videt̃ (vt ipſe etiam animaduertit) doctrina Bartoli in d. l. Caius. ĩ præcedentibus relata, ſed & ait, verba illa: quia ſibi eſt ſtipulatus, aliquid poſſe, & debere operari. Sed & addes, dicta in ſuperioribus locum habere in re dubia (vt declaraui) at in hac verborũ conceptione alia interueniunt, quare à Baldi ſententia non eſſe recedendum putem. Hic enim ſunt illa verba, ſiue ipſorum hæredibus, quæ ſtipulantis animum demonſtrant. Pro qua conſideratione facit, quod dixi in ſuperiori referendo Imo. qui conſiderabat illa verba, aut cui de iure debebitur. Rurſus notanda ſunt illa, uel cui ius & caſus dederit. Deniq; & illa, ſine filiis ex eorũ

corpo-

Source : BIU Cujas

corporibus natis non peruenientibus &c. Ex quibus remoueri videtur illa ambiguitas,quæ in causa est:vt indistinctè stipulator mulieri acquisiuisse censeatur.Vnde vt in superioribus Bartoli sententiam probaui, ita in proposita facti specie, vt verba aliquid operentur,a Baldi interpretatione non dissentio,quem relatum apud Bar.& Alex.sub falso tamen numero legi, & non improbatum,sed & his addendum est, ꝙ si extraneus dotem à se datam sibi reddi stipuletur,res est extra controuersiam: vt in l.quoties.ff.solu.mat.si autem stipuletur mulieri, clari iuris est, ꝙ vtilis actio acquiratur mulieri:ut in d.l.Caius.ff.solu.mat.quã exornat Bal.Nouel.ī trac.de dote,Priuilegio 23.& seq.& scripsit Alex in consi.13.nu.14.Ex his quæ in themate.vol.j.quod est geminatum in 4.vol.sub nu.19.& adde Bal.in l.cum dos. ff.de pac.

164 dot.Item † si stipuletur extraneus sibi & mulieri vtrique pro dimidia quæritur l.si mihi & Titio.ff.de verb.oblig. vt per Imo.in d l.Caius.col.pen.& ex facto consultus respondit Bal.in consi...li.....& probat Bal.Nouel.in dicto trac.par.6.priuileg. 28.vbi idẽ iuris esse putauit,si extraneus stipuletur sibi, & cui de iure debetur: equipollet enim hæc stipulatio præcedenti, & perinde est, ac si stipuletur sibi & mulieri:& licèt Bal.in d.l.fi.C.com.vt.i.d. huic sententiæ aduersetur, hæc tamen sententia probãda est x his,quæ in superioribus dixi,& rationibus Baldi relatus Bal.No

165 uel.non inargute rñdit. Denique sciendum est, si † extraneus dedit dotem,& simpliciter,seu impersonaliter stipuletur, stipulationẽ intelligi:vt acquiratur mulieri fauore dotis, nõ obstante Reg.legis stipulatio ista.in §.si quis ita. & l.si ita stipulatus. in §.Crisogonus.ff.de verbo.oblig.& hæc fuit sententia Bar.in d.l. Caius:& à frequentioribus recepta,qui citat l.post dotem.secũdùm ter.interpre.ff.solut.matr.& probauit Camp.in suo trac.de dote,& Bal.Noue.ubi supra priuileg.31.& hanc sententiam dixit verissimam Castren.in d.l.Caius.& probatur expresse(ni fallor) in d.§.accedit.in illis verbis,sed si non specialiter extraneus dãdo dotem in suam personam dotem stipulatus est, vel pactũ fecerit,tũc præsumatur mulierem ipsam stipulationem fecisse, & paulo inferius legitur,Nisi expresse extraneus sibi dotẽ reddi pactus fuerit vel stipulatus.Addit idem Bald. Nouel vbi supra,

166 si † imperſonaliter ex parte promissoris esset, pura si pater, vel extraneus diceret,promittuntur tibi marito mille pro dote Titiæ, uel pro matrimonio contracto vel contrahendo cum Titia,licèt ſm iuris regulam hæc ꝓmissio inutilis videatur ex his, quæ habentur in aut.si quando.C.de consti. pecu. & in l.fin.ff.si cert.petat.tamen speciali fauore dotis defendi possit:vt eleganter inquit Paul.Castren.in d.l.Caius.

Decimotertiò vt tandem eo reuocetur,vnde huc declinauit oratio, restringenda seu declaranda est Regula in casu legis pa-

167 ter † cum filiæ.ff. de pac.dot.cum pater stipulatus est sibi in uita reddi,aut filio post mortem. Tunc enim filius etiam ad obligationem videtur adiectus vt hæres.& dixi supra in 17.ampliatione.& nota illum tex.ad ea quæ habentur in l.fi.in §.fi ff.de verb. oblig.& quæ dixi supra in 2.par.ver. Rursus (vt polliciti sumus)

168 nu.20.probat etiam † ille tex.ꝙ conditio existens post mortem stipulantis stipulationem puram reddit.

Decimoquartò restringenda est, qñ debitor constituit se soluturum soli creditori l. si verò. ff. de constit.pecu.& dixi in ter. ampliatione,vbi declaraui dictam legem rationem reddendo.

Decimoquinto restringenda,seu verius declaranda est regula, vt nõ possit solui Adiecto in casu notato inferius in sequen. par.in quinta quæst.si stipulatus sum mihi, aut Titio dari, & tu promisisti mihi omissa persona adiecti, & quæ illic habentur, huc erunt transferenda.

169 † Decimosextò declaranda est in vere Adiecto in ipsa stipulatione: nam si me putem tibi aut Titio promisisse, cum aut neutrum factum sit, aut Titij persona in stipulatione comprehẽsa non sit, Titio soluero, non liberor.repetere tamen a Titio potero,quia licèt error sit in facto proprio & quodam modo supinus; quia tamen de damno agitur, locus est repetitioni l.sed si me putem.ff.de condi.indeb.

Decimosextimò restringenda videbatur relata regula in operis.l.seruus.cum duabus legibus sequentibus.ff.de ope.lib.Sed de hac re vide quæ scripsi superius in secunda par.circa princ. versi. Est & illud addendum,nume.13.

170 Decimooctauò declarãda est regula,vbi in stipulatione summa pecuniarũ deducta est,& adiectus recepit solutionẽ in moneta non reproba,& bona ac tali,quam ipsemet stipulator recusare nõ potuisset,ꝯ verò si in tali moneta, quam recipere stipulator astringi non poterat.Tunc.n.promissor non liberatur ſm Io.Fab.in stit.de inut.stipu.§.si quis alij.nu.10.motus glo. ibidem in ver.contingat, quæ sententia sanè rationabilis est & multis exemplis posset comprobari,quæ consulto prætereo.

171 Decimononò declaranda est regula, vt adiecto solui possit, non autem pignus dari, quinimmo pignus datum repetet promissor: vt est tex.clarus in l.is qui promisit.ff.de pigno. Adiecto nanque bona obligari non possunt, quia cum eidem non quæratur personalis nec hypotheca: Hypotheca nanque sine principali stare non potest: obligatio nanque ab Adiecto incipere non potest, sed præcedere debet a persona stipulatoris, ut dixit Ang.in ea.l.& in prima par.declaraui.

Denique restringi posset ex his,quæ scripsi in relata par.secunda huius tractatus, quæ breuitatis causa non refero:

SVMMARIVM.

1 *Ciceronis sententia in lib.1.De Oratore circa iuris ciuilis cognitionem damnatur.*
2 *Adiectus constituitur per alternatiuam,vel nu.2.*
3 *Adiectus an constituatur per disiunctiuam,seu, nume.3. & per totam quæstionem.*
4 *Dictio,seu,alternatiua impropria,quæ appellatur sub disiunctiua, & habet naturam copulæ,nu.4.& per totam quæstionem..*
5 *Testator si legat vxori mundum,ornamenta,seu quæ eius causa parata sunt, vel vinum,quod in vrbe,seu in portu habet, omnia censetur legasse,secus si vteretur dictione,vel nu.5.*
6 *Dictio,seu, tribus modis accipitur.*
7 *Dictio,seu, quæ dicitur ampliare dispositionem, intelligitur moderatè tamen secundùm Archid.*
8 *Dictio,seu,an ampliatiue accipiatur, quando ponitur inter dictiones singularis numeri, verbigratia si Testator legat equum suum nigrum, seu album alicui.*
9 *Interpretatio ad l.si quis ita legauerit.ff.de aur.& arg.leg.nu.9. & seq.*
10 *Verba secundùm subiectam materiam interpretanda.*
11 *Interpretatio accipienda est, ne ruat actus, sed valeat eo modo, quo valere potest.*

¶Quarta Pars.

1 PErsæpe † cogitanti mihi de eo, quod inquit Cicero de Oratore libr. primo, perfectam artem iuris ciuilis haberi posse,magis magnam atque vberem,quàm difficilem,& obscuram,si in genera digeratur. Deinde eorum genera quasi quædam membra dispertiantur. Tum propria cuiusq; vis definitione declaretur.Et si id per occupationes Cicero ni facere licuisset,' Non ideo ius nostrum facilius cognosci, illustrius reddi,in breueq; compendium redigi rectè potuisse videbatur; Mouet:quia omnis definitio in iure nostro periculosa est. Item comperimus plura esse negocia quàm vocabula, & veteres iurisconsultos non ab re vt plurimum ad quæstiones confugisse legimus. Mouet etiam: quia selecti viri, de quibus in l.2.C.de vet.iur.enuc.ordinem quem cernimus constituerunt,eosq; Ciceronis sententiam non ignorasse credendum est. Nec quisquã fuit(quod sciam) qui quod Cicero est opinatus,facere sit ausus, & vidimus clarissimorum virorum summis Azonis, & Host.& aliorum diligenter & docte confectis, huic tantæ rei non esse consultum; Vnde ego quæstiones necessarias & in nostro ciuili iure,& in omni scientiarum genere semper putaui: lege ergo lector candide quæstiones propositas, quæ quottidianæ sunt,& ad clariorem cognitionem adiecti nostri valde pertinent.

Primò igitur quæro,dixi in prima parte, Adiectum constitui per alternatiuam AVT. Verbigratia promittis mihi aut Titio

2 dare decem? quid de disiunctiua VEL. Num † constituat Adiectus si quis sibi vel Titio stipuletur,& constitui probat text. ī l.j. in §.si fructuarius.ff.de stipul.ser.vbi Bar.notauit,& idem Bar.in l.eum qui ita.in §.qui sibi.in fi.secũdæ oppo.ubi & Imo.& Pau. Castren.probant.ff.de verb.oblig.qui Pau. subiecit idem respondendum in qualibet alternatiua,seu disiunctiua.Vnde (ut ait) cõ

3 stitueretur † Adiectus si quis sibi seu Meuio decem dari stipulatus esset,mouit eum tex.in d.§.si fructuarius.sed qñ dictus. §.loquitur in disiunctiua VEL. meritò sententia Paul.Castr. potest in dubium reuocari,longa nanque videbatur constituenda differentia inter dictas dictiones. Dictio † nanque SEV, est alter-

4 natiua impropria,quæ appellatur subdisiunctiua,& vī proxime accedere ad naturam copulæ:vt inquit Bar.in singulari tex.si qs ita legauerit.ff.de auro & arg.legat.licèt enim disiungat uerba, sensum tñ coniungit,ut cum dī.Alexander siue Paris, citat tex. cum glo.in l.ad protegendum.C. de in lit. da. tut.ff.de mune. & hono.l.fi.§.sunt munera. Vnde cum non sit simplex disiunctiua, si † testator legat vxori suæ mundum, ornamenta, seu quæ

5 eius causa parauit,vel Titio leget uina,quæ in vrbe habet, seu in portu,uel vina,quæ habet Romæ,seu Anconæ,aut libros, quos habet Patauij,seu Bononiæ omnia debentur, vt probatur in dicta lege, vbi Iurisconsultus ait, uerbum SEV ampliandi legati gratia positum esse,& probat Bar.ibidem explosa sentẽtia Rog. & est gl.no.in c.ego Ludouicus.63.distinct. idq́ue receptum est a frequentioribus:ut patet ex his quæ But.Abb.Imo.Car.& Fel. scripserũt in c.inter cæteras.de rescrip.& hoc testatur Dec.ibidẽ sub nu.9.Quòd si Testator vsus esset particula VEL,siue AVT, legando vina, quæ habet Bononiæ, vel Romæ, vtrunque non includeretur.Cum hæ dictiones sint propriæ disiunctiuæ secundùm Imol.& Fel.ibidem sub num.29.& probat prædicta Nico. Euer.in sua centu.loco 49.a natura alternatiuorum;Nec impro bat Alciat.in l.sæpe. ff. de verb.sig vbi ait, ꝙ particula hæc SEV. disiunctiua duplex disiunctæ coniunctæque uim habere, sed & Cat.Cot.in suis memor.in dictione SEV, prædicta probat,& ꝙ

sit dictio

sit dictio ampliatiua,& addit Dec.in consi.69.Visis duobus ꝯsiliis.in 4.col.ver. Præterea,& secundò,additque & alios,& videbis Bal.in consi.442.Verba ita dicunt &c.lib.1.& consi. 218.sta-
6 tuto Ciuitatis.lib.2.& consi.466.quidam instituit.lib.3.Vbi † ꝙ dictio seu,tribus modis accipiatur,alternatiue,ampliatiue,& declaratiue,& idem Bal.in consi.179.Anno Domini in fi. lib.5.& scripsit Aym.in consi.105.nu.6.ubi inquit,in re dubia accipi debere ampliatiue,aut saltim copulatiue,&loquitur in ℈tu,quod nota propter notata a Barto.in d.l.si quis ita,& scripta à Dec.vbi supra,citat Bal.in consil.proxime relato. Quibus addo Corn.in consi.18.in præsenti consultatione &c.col.3. versi. quinimmo. vol.1.qui ait dictionem,seu,plerunque poni expositiue ĩter duas dictiones idem significantes ut in c.bonæ.il 1.de postu.præla.in fi.in c.in generali.in prin.de elec.lib.6.& in re dubia propriã illã esse significationem,ut disiungat verba,& non sensum, ut dixit Bar.in Rub.de naui.lib.11.& in d.l.si quis ita, & idem Cor.in ꝯs. 198.eo.vol.1.quem refert ac probat Cot. in relato loco. His addendum est,quod dixi,dictionem SEV,in legatis sapere vim copulæ,& ampliare,duobus modis restringi, ut refert Iaso. in l.cũ quidam.C.de verb.signif. Altero ſm Archi.in d.c.ego Ludouicus.ut intelligatur † dictionem SEV,augere,seu ampliare mo-
7 derate tñ,sicut dictio pluris ad modicam summam referri solet l.& si post tres,ubi etiã Ias.notauit. ff.si quis caut. l.hæc adiecto. ff.de verb.sig.de quo tamen idem Ias.subdubitauit propter relata exempla paulo ante,quæ sunt Iurisconsulti in d. l. si quis ita legauerit.quę exempla certe sententiam Archid.dubiam valde reddunt:sed quia Archid.maxima est auctoritas nota, & adde ꝙ Cat.Cot in relato loco Archid.refert & non improbat; Alte
8 ro † modo vbi dictio seu inter dictiones pluralis numeri ponitur:ut in duobus exemplis in superiori loco ꝓpositis, quę sunt Iurisconsulti, secus si singularis; vnde si testator legaret alicui ęquum suum album,seu nigrum,vnus tantum deberetur secũdum Bal.in d.c.inter cæteras.col.fin.de rescrip. ex eo nanque, ꝙ testator singulari numero est usus, apparet vnicum equum legare voluisse,a numero nanque est optimum argumentũ l.fi. ff.ad S.C.Trebel.sed & idem Ias.addit, periculosam hanc esse limitationem,quam idem Cat.Cot.probasse vr in relato loco,& Mar.Soc.in d.c.inter cæteras.scriptum reliquit,sibi liquere non posse,nec persuadere,si Testator legat alicui fundum Sẽpronianum,seu domum,quam inhabitat,vtrunque deberi,id nanq; ℈
9 Testatoris mentem esse putauit † verùm quia idem Mar.est interpretatus dictam l.si quis ita. prout ante eum antiquus glosſ. Rog.fecerat,cuius sententia rectè a Bartolo fuit reprobata,merito à Decio notatus fuit.Qui aliam interpretationem filii Bartolomei,scilicet Soc.retulit in l.is qui ducenta.in § utrum. ff.de rebus dub.Attulit & ipse Dec. ad dictam l.si quis ita. nouam,& non incoloratam interpretationem,& est talis; Particulam seu dispositionem ampliare, vbi inter ea quæ conuenientiam (ut ipse ait) inter se habent ponitur, & quodammodo idem sunt, idque indicant exempla relata Iurisconsulti, ſm quæ Iurisconsulti intentio iudicanda est.Nam mundus,& ornamenta mulieris non omnino dicuntur diuersa ab his, quæ mulieris causa parata sunt,l.argento.§.ornamenta,& §.mundus. ff. de aur. & arg. leg.Item vina quæ in vrbe sunt, & quæ in portu sunt quodammodo idem censeri debẽt,cum de portu idem sit iudicium, qđ de vrbe: vt notatur in l. Cæsar. ff. de public.& in c.ubi periculũ. §.Porrò.de elect.cumq; esset vinum in portu ad ciuitatẽ destinatum,reputatur esse in ciuitate,ut notat Bal.ĩ l.ex facto proponebatur.in fi.ff.de hære.insti. quod comproba ex ijs quæ scripsi in tract.de Assecu.in glos.14.nu.4. Vnde concludit, ideo euenire, vt in dic.l.si quis ita.dictio seu, ampliatiue ponatur;quia ponitur inter ea,quæ pro eodem quodammodo habentur,& si aliter poneretur,videlicet inter diuersa, contra respondendum esset, ut dictio seu,vim alternatiuę seruaret,& secundùm relatam considerationem non insubtilem limitationem Baldi relatam defendit:quia in ea inter penitus diuersa adijcitur, & sanè hæc interpretatio & rationabilis & non inarguta uisa est. Pro qua interpretatione considerabam, & si Iurisconsultus vim fecit in dictione,seu,retulit tamen se ad facti species propositas, quasi dixerit in his quæ sunt ꝓpositа,verbum,seu,ampliandi legati gratia positum esse,& nota uerbum legati,scilicer supra scripti. Itẽ & illud uerbum positum esse, non ergo ratio Iurisconsulti generalis est,sed ad facta proposita relata,meritò ad diuersa ab eis non est porrigenda,quæ considerationes defendunt etiam Baldi sententiam,seu limitationem.Nec est nouum, Iurisconsultos respondere secundùm ea quæ proponũtur.Quibus addes Rot. in ult.decis.cau.5.Die lunæ 2.in 2.dubio,ubi legitur,hoc uerum cum ponitur inter genus,& species,& continens,& contẽtum, & sic proprie loquitur l.si quis ita,& uide omnino &c.crebrior tamen est sententia,ut retuli.Sed ut ad rem redeam, nec eñ abre aliquantisper sum uagatus, Si dictio seu,ampliatiua est,ut placet non nullis,quos retulimus,& præsertim Aym. qui in cõtractu loquitur in d.consi.105.nume.6.uel saltim copulatiue accipitur,ergo adiectus per dictam particulam SEV,constitutus nõ intelligetur,ut probatur ex his,quæ in præfationibus huius tractatus scripsi.Verùm ego Pau.Castren.sententiam, & ueram,& probabilem puto.Quæ particula,seu,disiunctiua est,qua cõiungimus ea,quorum alterum non utrunque affirmamus l.j.§.sublata.ff.ad S.C.Treb.l.cum quidam.in ver.quemadmodum.C.de verb.sig.l.generali.C.de sac.san.eccle. & inquit Alciat.in l.sæpè. ff.de uerbo.significa.loquens etiam in particula, siue, ꝙ disiunctiue non utrunque requirunt disiunctum, sed alterum tãtummodo, & idem probat Car.Ruyn. in consil. 18. ante numerum vndecimum,volu.5. de pluribus per ordinem &c.Et in tantum hæc dictio disiunctiua est,vt reddat testimonium incertum,ut Alex.respõdit in consi.l.nu.11.vol.j.& licèt loquatur in disiunctiua,siue, de vtraque tñ dictione idem est iudicium, ut paulo
10 post dicam,Confirmatur hæc sententia † quia verba secũdum subiectam materiam interpretanda sunt. l. insulam. ff. de præs. ver.l.si vno.in princ.ubi Bart.ff.loca.l.damni infecti quidam. ff. de dam.infe.c.solitæ.de maio.& obe. vbi Doct. & plene Nicol. Eue.in sua centu. loco 46. Dec. & Hie. Cag. in Regula quoties idem sermo.ff.de reg. iur. & proxime ad rem scripsit Alciat. in l.hæc adiectio.ff.de verb.sig. & ipsa materia cum quis stipulatur sibi seu Meuio,vt Meuius adiectus constituatur suadet. Mouet etiam quia & ipsa particula AVT. subdisiunctiua appellatur a Iurisconsulto,vt in exemplis propositis in l.hęc verba.ff.de ver-
11 bor.sign. Accedit,ꝙ † cum Regula sit,ꝙ alteri stipulari nemo potest.hæc sententia accipienda est,vt actus eo modo quo ualere põt magis valeat,quàm pereat l.quoties.ff.de reb.dub.&scripsit Alciat.in trac.de præsump.in 2.par.Reg.1.versi. trigesimo nota. Mar.singul.84.Cat.Cot.in memo.in verbo actus, vbi aliorum loca.Nam (vt dixi in ante par.in limitatione nona, ei qui inutiliter in stipulatione adijcitur,solui nõ potest, & ex relatis liquet multa responsa data ad legem,si quis ita, & illud certe uerum, vnumquodque verbum secundum subiectam materiam intelligendum,& si quis dixerit secundum communem interpretationem legem illam in contractibus locum non habere sed fauore legatorum ad hoc decursum esse,vt notauit Bart. in d.l.& Imo.& Fel.in relato c.inter cæteras.forsan non erraret,quod tamen Decius ibidem subtiliter (vt solet) damnauit, & ego circa interpretationem dictæ l.si quis ita legauerit. superius relatam in eius sententiam inclino,sed illud semper in huiusmodi quæstionibus spectandum censui, vbi scilicet verbum plures habet significationes,vt materiam ipsam,atq; rem, quæ in ꝯtrouersia deducitur diligenter inspiciamus.Concludendum est ergo per dictionem SEV,Adiectum constitui,quod idem Pau. Castren. sensisse vr,licèt non disputauerit in cõsi.36. satis clara &c.Par.j.

SVMMARIVM.

1 *Adiectus constituitur per dictionem, siue. nu.1.*
2 *Legatum factum in hęc verba,lego vinum; quod habeo in vrbe, siue in portu vtrunque comprehendit.& ante.*

QVæro secundò, an adiectus cõstituatur per dictionem siue,verbigratia,si quis sibi,siue Titio stipuletur, & ne
1 immorer,bisq; idem repetam. Huius † dictionis siue idem est iudicium quod de dictione seu, & meritò adiectus constituetur l.si ita quis stipuletur.ff.de verb.oblig.l.cũ quidam.ff.de verb.sig.& sensit Pau.Castr. in l.eum qui ita.in § q sibi.nu.2.ff.de verb.obl.& facit, quod scripsit Soc. Iun.in consi. 41.nu.34.par.ter.ubi ait hanc particulam alternatiuam inducere veluti Aut.l.hæc verba ille.ff.de verb.sig. & de qua dictione
2 Bar.in d.l.si quis ita legauerit.ff.de aur.& arg.leg.vnde † quæ diximus de legatis factis per dictionem,seu,locum habent si fiant per hanc particulam siue,vt in superiori quæstione dixi, & apparet ex relatis locis ibidem.Quod est valde notandum. Nam si relata loca non succurrerẽt facile ℈ rñderetur, vt inquit Nic. Eue.loco 46.à natura alternat.& vide q̃ de hac dictione scripsit Cur.in consi.23.ego quoque,ante nume.4.& Soc.Iun.in consi. 69.Pro dilucidatione &c.nu.22.par.1.

SVMMARIVM.

1 *Adiectus constituitur per particulam Ve.*
2 *Particulę Ve, significatio.*

QVæro tertiò,an † per particulam VE,constituat̃ Adiectus,vt puta,si quis sibi, Titiove decem stipuletur, & puto,constitui,disiunctiua nanque est hæc particula: vt notauit Alciat.in l.sæpe.ff.de verb.sign.& est tex.in
2 l.Stichum. in §.stichus. ff. de statu lib. exponitur † nanque pro Aut,vt in l.j.ff.ad l.Falc.pecul.& apud Ciceronem 1.de legibus. Quantam tempestas vetustasve consumpserat:& idem primo de diuinat.Omnia quæ fiunt futurave sunt,& in edictis Prætorũ crebra de hac particula est mẽtio, & alibi sępe,de qua vide quæ Aul.Gel.scripsit Noct.act.lib.5.c.12.

SVMMARIVM.

1 *Adiectus non constituitur per particulam Cum.*
2 *Adiecto per particulam Cum,non rectè soluitur.*
3 *Particulę Cum, natura relatiue.*

QVæro quartò,an per particulam Cum,constituat̃ adiectus.verbigratia, stipulatus sum mihi cum Titio decẽ dari,& Imo.in l.cum qui ita.in §. qui sibi.in prin.ff.de
1 verbo.oblig.scripsit in hæc verba.Nota, quãdo † quis

dicatur

Source : BIU Cujas

dicatur adiectus ad obligationem vel ſolutionem, Quia quando ſtipulator facit mentionem de perſona ſua & de alia per dictionem aut, dicitur tertius adiectus ad ſolutionem, idem ſit p dictionem vel, ſecus ſi cum dictione, &, vt in principio legis, idē ſi cum dictione cum, arg l. Titiæ textores. § j. ff. de leg. j. Item ſecus ſi pſona ſtipulatoris nō exprimatur, quæ uerba dubia ſunt, ſed cum Doctores intelligendi ſint ſecundùm leges, quas citāt, mens Imo. ea videtur eſſe, ut non conſtituatur, particula nanq; cum, ad perſonas relata coniunctiua eſt, & a dictione, & non differt, vt probatur in d. §. & in l. ſi quis inquilinos. §. ſi ita legatum. eo. tit. de leg. j. facit §. ſi quis ancillas. inſt. de leg. l. illi cum illo. de vſuf. leg. ſi ergo perinde eſt, ac ſi quis ſibi & Titio ſtipuletur, locus erit l. ſi mihi & Titio. ff. de verb. oblig. & his quæ ſcripſit Iaſ. in d. §. qui ſibi. nu. 3. & plenius his quæ ſcripſimus in præfationi-
2 bus huius tractatus, & ex præmiſſis illud ſequitur † huic inutiliter ad obligationem adiecto ſolui non poſſe, etiam ratione taciti mandati: vt ſenſit Bal. in l. ſi ita ſtipulatus. in §. Criſogonus. vbi Iaſ. ſub nu. 32. ff. de verb. oblig. & dixi plenius in antep. par. verſi. Nonò reſtringenda, quæ comprobantur; quia particula, cū, cōiunctiua eſt, vt in l. Titiæ textores. in §. i. ff. de leg. j. Soc. Iun. in ꝯſi.
3 41. in fi. & conſil. 8. nu. 29. vol. 3. quæ † an differat à copula, & de eius natura ſcripſit Bar. in d. §. vbi alij, & maximè Iaſ. & Bar in l. ſi cui fundum. ff. de fun. inſt. gl. in l. 2. C. de verb. ſig. & tractat Abb. in c. cū marte. nu. 3. de celeb. miſ. & apud eum notat Rap. Cum. in conſi. 55. & conſi. 61. Petrus hæres, & de hac particula recentiores in trac. de temp. vti. & cont. c. vlt. nu. 20.

SVMMARIVM.

1 *Stipulanti dari ſibi aut Titio ſi ſimpliciter reſpondeatur, perſona Titij adiecta cenſetur.*

2 *Stipulanti ſibi aut Titio dari, ſi reſpondeatur promitto tibi, perſona Titij non cenſetur adiecta, & ſententia Aretini damnatur.*

3 *Interpretatio ad l. ſi ita ſtipulatus ſim mihi aut Titio. ff. de ſolut.*

4 *Poſterior obligatio ſimpliciter contracta intelligitur ſecundùm limites, & qualitates eius, à quo oritur.*

5 *Contrahentes præſumuntur in eadem voluntate durare.*

6 *Interpretatio ſeu declaratio ad l. ſi. in §. ſi ita ſtipulatus fuero, & ſcripta à Bar. & Doct ibidem. ff. de verb. oblig.*

7 *Alternatiua inter perſonas in ſtipulatione ſi concepta ſit, vna omiſſa non vitiatur ſtipulatio, Secus inter res, & de ratione.*

1 QVæro quintò, ſtipulatus ſum in hæc uerba. † Promittis mihi aut Titio dare decem, ſimpliciter mihi reſpondiſti promitto, Num perſona Titij adiecta cenſeatur repetita & intelligi repetitam receptum eſt, vt p Bar. & alios in l. ſi. in §. ſi ita ſtipulatus fuero. ff. de verb. oblig. & probat ex regula l. ſi defenſor. in §. interrogatus. ff. de interro. actio. & in §. Præterea. Inſtit. de inuti ſtipul. ſed finge me ſtipulatum a
2 te in relata verba † Promittis mihi aut Titio dare decem, & te reſpondiſſe promitto tibi, Num perſona adiecti intelligatur? Et negant Bar. & plerique vbi ſupra, citāt inſtit. de duobus reis, circa princip. coniuncta l. duos reos. in ver. ſed ſi a duobus. ff. de duobus reis, quam legem Dñs Io. Rōchegallus eleganter interpretatus eſt, & in duabus dictionibus reſtituit, vt in pandectis vere legitur, verùm Franc. Aret. in eo §. ſi ita ſtipulatus putabat ſtipulationem huiuſmodi & in adiecto intelligi. Quoniam qui promittit ſoluere ſtipulatori, ſoluendo adiecto, qui recipit nomine ſtipulatoris, vī ſoluere ipſi ſtipulatori, maximè ſi hēt mandatum. Item mouit eum l. ſi tibi. in §. fin. cum legibus ſeq. & l. & hæredi. ff. de pact. vbi dictio ſibi, quæ (vt ipſe ait) perſonalitatem in. paciſcente ſignificat, non excludit eum, qui ſi conueniatur, paciſcentis perſonam refert, item l. ſi ita. in §. ſi filio. ff. de bo. poſ. ſm tab. Sed me prædicta & relata iura non mouent, procedunt nanque ex iuris diſpoſitione ratione perſonarum ſubiectarum; & quia perſona hæredis iuris fictione refert perſonam defuncti, vt in aut. de iur. a mor. preſ. & ſcripſit Cat. Cot. ī memo. in verbo hæres. Cogitanti tñ mihi duo occurrebant, ex quibus Bartol. & aliorum ſententia in dubium reuocari poſſe videbatur. Alterū eſt ex eodem met. § ſi ita ſtipulatus fuero, ubi ſi ſtipulatus fuero mihi aut Titio, & tu mihi daturum te ſpondeas, inquit Iuriſconſultus ſm omnium opinionem ad interrogatum te reſpondere: ſed in interrogatione Titius adiectus nominatur, cōſequenter eius perſona repetita cenſeri debet. Reſponderi tñ poſſet ad interrogatum te reſpondiſſe quò ad ſubſtātiam & effectū obligationis, non autem quò ad perſonam Titij, quæ fuit omiſſa, & hoc reſponſum confirmatur ex infra dicendis. Alterum eſt: qa
3 † ſententiæ Bar. & communi valde aduerſari videbatur text. in l. ſi ita ſtipulatus ſim mihi aut Titio. ff. de ſolut. legitur nanque ibi, q ſi ſtipulatus ſim mihi aut Titio dari, & debitor conſtituerit ſe mihi ſoluturum. Quamuis mihi competat de conſtituta actio, poteſt adhuc adiecto ſoluere, eſt ergo ibi caſus apertus, q perſona adiecti cenſetur repetita, vbi debitor creditori ſe ſolue re conſtituerit. Cogitabam tex. poſſe hoc modo euitari, præceſſerat nanque in ea lege obligatio, in qua adiectus erat conſtitutus: non eſt ergo mirandum ſi conſtituens debitor ſe creditori,
4 poſtea ſoluere & adiecto poſſit ſoluere † quia poſterior obligatio ſimpliciter contracta intelligitur ſecundùm limites & qualitates eius a qua oritur: & hanc rationē Bal. in eadem lege reddidit, & vide quæ ſcripſi in ante. par. ver. tertiò amplianda præſu
5 mendum eſt enim ꝫhentes † in eadem voluntate durare uoluiſſe l. eum qui voluntatem. ff. de proba. l. cum hic ſtatus. ī prin. ff. de donat. inter vir. & vxo. c. maiores. de Bapt. & facit ad cōfirmationem reſponſi dati, quod ſcripſit Bart. in l. Caio. ff. de alim. & cib. leg. Alciat. in tract. de præſump. reg. ſecūda ver. Decimoſextò. Bar. in l. fi. in §. Idem quæſijt. ff. de condi. indeb. At in relato caſu non eſt ita, & ratio reddi poteſt ex mente Albe. in d. §. ſi
6 ita ſtipulatus. † Quia vbi perſona Titij omittitur, ſtipulatio nō accipit formam, iuxta l. verò. ff. de ſolut. & vnus ex ꝫhentibus ſine alio non poteſt ꝫctibus formam ſeu cōditionem dare l. in conuentionalibus. ff. de verbo. oblig. l. j. §. ſi conueniat. ff. depo. Vera eſt ergo Bar. & aliorum ſententia, perſonam adiecti repetitam in propoſita quæſtione non intelligi, quæ ex præmiſſis probatur, & in d. l. duos reos, & ex regula l. ſi ita ſtipulatus. in §. Criſogonus. ff. de verbo. oblig. q perſona extrinſecus non ſub intelligitur, vnde ſequitur, non vitiari ſtipulationem, ſi perſona adiecti nō fuerit expreſſa in reſponſione ſed in interrogatione,
7 † quia alternatiua eſt inter perſonas. Contra verò ſi eſſet inter res l. inter ſtipulantem. § ſtipulante. ff. de verbo. oblig. Cuius rei illa ratio redditur ab Alb. & Imo. poſt Accurſ. in d. § qui in obligatione alternatiua rerum, vtraque res ad obligationem ponit nō ad ſolutionem. l. ſi duo rei. in fi. ff. de verb. oblig. & ideo ſi in vna reſpondetur, & non in alia, eſt diuerſitas qualitatis inter ſtipulātem, & rñdentem: cum detrahatur obligationi, & ideo vitiatur ſtipulatio l. j. §. ſi quis ſimpliciter. verſi. cum adijcitur. ff. de verb. oblig. ſed qñ adijcitur inter perſonas vtraque perſona nō adijcitur ad obligationem, ſed vna ad obligationem, alia ad ſolutionem. l. eum qui ita. in §. qui ſibi. eo. tit. & conſequenter nō eſt diuerſitas in obligationis ſubſtantia. Accedit (ut non ſemel dixi) adiectus non eſt de acceſſorijs obligationis.

SVMMARIVM.

1 *Adiecto nominato in interrogatione, & omiſſo in reſponſione, an ſolui poſſit, ſubtiliter diſputatur, & Imo. & Aret. ſententia damnatur, & per totam quæſtionem.*

2 *Argumentum a partibus enumeratis validum.*

3 *Adiecto inutiliter in ſtipulatione ſolui non poteſt etiam ratione taciti mandati.*

1 QVæro ſextò dixi ī ſuperiori quæſtione, ſi ſtipulatus ſim mihi aut Titio, & ſpōdeas mini, perſonam Titij adiecti repetitam non intelligi, An † autem huic nominato in interrogatione & omiſſo in reſponſo ſolui poterit? Imo. in d. §. ſi ita ſtipulatus. tentauit dicere, licèt hoc caſu adiecto inuito ſtipulatore ſolui non poſſit ex eo q ipſius pſona repetita non intelligitur, tñ ſi a ſtipulatore nō prohibeatur, ſolui rectè poterit, & continget liberatio: quia ſtipulatorē contentum fuiſſe ex ſtipulationis forma demonſtratur, ſubditque cogitandum: cum a doctoribus tractatum nō legerit, cuius ſententiam Aretin. in eo §. probauit, mouit eum tex. ſingularis ſm Bar. ibi in l. ſi cum Cornelius. ff. de ſolut. ubi probatur, qñ adiectio perſonæ fuit inutiliter facta, illa adiectio reſoluitur in ſimplex mandatum, & ſubdit non obſtare, q licèt in dic. l. adiectio inutilis eſſet, concurrebat tñ voluntas debitoris & creditoris in perſona adiecti, quod non eſt in propoſito caſu. Nam mandatum ſat eſt a ſola voluntate creditoris proficiſcatur: ſufficit ergo voluntas ſtipulatoris demonſtrata ex interrogatione. Itē mouit eum, quod Bar. & alii ſcripſerunt in l. j. ff. de pac. Deinde Aret. in dubiū reuocat propter tex. no. in l. 3. C. de cont. & com. ſtipul. vbi videtur caſus in ꝫrium. Quem tex. ait Baldum notaſſe, & ſubiecit, ſe cras dicturum aliquid in ea l. in §. cum mihi. nume. 6. vbi eandem ſententiam comprobat, verum vt & meā ſententiam interponam; Huic adiecto omiſſo puto nō rectè ſolui poſſe. Quoniam hæc ſtipulatio certam formam hanc non accepit l. vero procuratori. ff. de ſolut. Item vnus ex ꝫhentibus ſine alio non poteſt dare formam ꝫctui l. j. in §. ſi conueniat. ff. depo. cum ergo Titius ſit omiſſus, ſequitur eidem ſolui non poſſe, & dictis rationibus in hanc ſententiam inclinaſſe vī Alb. in d. §. ſi ita ſtipulatus, quem miratus ſum à prædictis Imo. & Aret. non referri, & qui Alb. conſiderauit glo. ibidem in verbo ſoluitur, & ait referendo Dyn. primam ſolutionem veriorem: ſed hæc ſen-
2 tentia probari poteſt a partibus enumeratis. Argumētū † nanq; à partium enumeratione, & frequens, & bonum eſt l. patre furioſo. vbi Barto. & alij. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iu. inſtit. de obliga. quæ ex quaſi cont. in prin. & de oblig. quæ ex quaſi male. vbi Ang. c. cum dilectus. vbi Abb. de iure pat. c. ſi vir. de cogna. ſpirit. & ſcripſit plenè Nic. Euer. in ſuo lib. cuius titulus eſt centum modi arg. loco lj Nam aut adiectus eſt commodo promiſſoris, aut creditoris, aut proprio, ut dixi in prima par. deſcribendo adiectum: ſi cōmodo ſtipulatoris, non fuit acceptū p ipſum promiſſorem, omittendo pſonam Titij, vt probant doctores, ſi cōmodo promiſſoris, tantundem, & ſibi imputet promiſſor, q adiectum omiſerit relato modo. De tertio caſu idem euenit, & hic non conuenit diſputare: & pro relata ſnīa, quam & ueram

& ex

Source : BIU Cujas

& ex mente Doctorum esse puto, vt tex. in l. verò procuratori. ff. de solu. in illis verbis, interdum tamen & non procuratori recte soluitur, vt puta ei, cuius stipulationi nomen insertum est, veluti si quis stipuletur sibi aut Titio, requiritur ergo ꝙ nomen Titii adiecti expresse inseratur, uel virtualiter habeatur pro expresso, vt in casu paulo ante relato. Quando quis stipulatus est sibi aut Titio decem dari, & simpliciter promittitur: ꝙa responsum ad interrogatum datum censetur. Rursus hæc sententia ꝓbari vt in l. sed & si me putem. ff de cōd. indeb. in illis verbis, aut Titij persona in stipulatione comprehensa non sit. Deniq; probatur hæc sententia ex his quæ scripsit Bald. in l. si ita stipulatus. in §. Crisogonus ff. de verb. oblig. vbi motus verbis iurisconsulti in eo. §. in versiculo planè, ait, ei † qui inutiliter in stipulatione adijcitur, solui non posse, & subdit, non posse etiam solui ratione taciti mandati, & dixit esse casum vnicum in iure in d. l. si cum Cornelius ff. de solu. & sententiam Bald. probauit Iaſ. ibidē sub num. 32. Nec mouere debent, quæ subtiliter (vt solet) Aret. scripsit. Nam præter ea quę dixi, lex si cū Cornelius. locum hēt, qñ promittis mihi te daturum alteri id, quod erat ante meum, vel mihi debitum. Tunc illum procuratorem videor constituere; quia ipsum super negocio meo adhibui, ℨ verò vbi persona Titii inſereretur, qñ res ante mea non erat, uel mihi debita, & ita declarat Barto. & post eum Iaſ. in l. j. in fi. ff. de pact. & idem Bar. in l. stipulatio ista. in §. alteri. nu. 3. ff. de verb. oblig & longa est differentia inter adiectum & illum de quo in l. si cum Corn. de quo etiam in seq. q. dicam, & a libi in hoc tractatu scripsi, & ex his hanc sententiam & rationabilem puto, & posse defendi, & patent responsa aliis ab Aretino relatis.

SUMMARIUM.

1 *Stipulanti sibi aut Titio si respondeatur, promitto Titio absenti, an teneat stipulatio & per totam quæstionem.*

2 *Verbum, promitto, requirit personam promittentis, personam cui promittitur, & rem quæ promittitur.*

3 *Stipulatio hoc modo concepta, promittis mihi, quòd dabis Titio, valet, sed an habeat effectum.*

4 *Procurator censetur a me Titius constitutus, si tu promiseris mihi te daturum eidem, quod meum erat, vel mihi debitum, vbi declaratur. l. si cum Cornelius, & si differentia constituitur inter hunc & adiectum.*

5 *Stipulatio de dando alteri dicitur nulla, si non interſit, vel interesse superuenit, quod locum non habet, quando stipulatur quis quod ei debetur, vel suum est dari alteri.*

6 *Donatario sequenti, & sic secundo acquiritur vtilis actio sine aliqua cessione ex pacto inito inter donantem & donatarium.*

7 *Interpretatio ad l. quoties C. de donat. quę sub modo, relatiue.*

8 *Stipulatus si quis fuerit meo nomine centum sibi a Titio dari, an a me rectè Titius liberetur.*

9 *Assecurationes quæ fiunt per aliquem nomine alicuius an teneant.*

1 QVæro septimò † contra stipulatus sum mihi aut Titio decem dari, Tu vero respondendo promisisti Titio absenti. Pro declaratione propositæ quæstionis, vtque quottidiana hæc materia magis eluceſcat, bene est referre Bartolum ad verbum in l. j. ff. de pact. is enim auriga est optimus, scripsit ergo Bar. in hæc verba; sciendum est a maioribus nostris traditam esse regulam, ꝙ quæcunque gerimus, nisi in persona nostra sumant initium, inutilem actum efficiunt l.
2 quæcunq; ff. de act. & oblig. Item † verbum promitto, ut aliqd (vt ipse loquitur) importet, requirit personam promittentis, ꝓsonam cui promittitur, & rem quæ promittitur, iste ergo actus promissionis totalis in quacūque parte si ex nostra persona initium non sumat, inutilem actum efficit. Si ergo ego dicerem, Titius promittit, nihil valet. Item si diceres mihi, ꝙ tu ꝓmittis Titio, non valet, nisi mihi promittas, quod Titio dabis l. stipulatio ista. §. si quis insulam. & ibi notatur. ff. de verb. obli. & d. l. quę
3 cunque ff. de act. & oblig. sed † quando tu promittis mihi, quòd dabis Titio, actus torus in persona nostra initium sumit. licèt terminetur in ꝓsona Tertij, promittis enim, ꝙ dabis Titio, & ideo isto casu pactum est, licèt qñq; habeat effectum, qñque non. Vides igitur, ꝙ validum est pactum, sed an habeat effectum videamus, & si quidem mea intereſt, ꝙ illi tertio detur, valet sine dubio l. stipulatio ista. §. alteri. & §. si quis insulam. ff. de verb. oblig. si mea non intereſt, vt, ꝙ non habeat effectum ab initio, sed dī esse pactum, quia superueniente interesse confirmabitur, arg. l. quamuis in §. si mulier ff. ad S. C. Vell. & l. Stichum. in §. aliquando. ff. de solu. & notat glo. in l. si remunerandi. §. si tibi. in gl. sup verbo intererat. ff. mand. glos. & Cyn. in l. pacto succeſſorum. C.
4 de pact sed ℨ, quia semper vī mea intereſt, nam † si tu promittis mihi quod dabis Titio perinde est, ac si facerem Titiū meū procuratorem ad recipiendum, & possum postea Titium ꝓhibere sicut procuratorem meum, casus est notabilis in l. si cum Corn. ff. de solut. Respond. illud verum, qñ tu promittis mihi te daturum alteri id, quod ante erat meum, vel mihi debitū; tunc videor illum adhibere tanquam meum procuratorē; ꝙa adhibeo super negotio meo, sed qñ tu promittis mihi te daturū Titio id, quod non est meum, neque mihi debitum, non pōt dici, ꝙ ille sit meus procurator, vel negotiorum gestor, & ideo hæc stipulatio non valet, nisi superueniat intereſſe d. §. si quis insulam. Hæc ille. ex quibus propositæ quæstioni rñsum patet, inutilem. s. esse stipulationem, & Titio solui non posse, & ꝙ sit inutilis stipulatio, probāt in l. 3. C. de cont. & com stipul. & probant Ang. Pau. Caſt. Alex. & Iaſ. scripta a Bart. in d. l. j. ff. de pac. qui regulam constituerunt, ꝙ vbi verba obligatiua & executiua cōferuntur in tertium. verbi gratia, promittis Titio, ꝙ dabis ei, nō valet promiſſio, ēt si mea interſit dari Titio, vt per glo. in l. stipulatio ista. in §. si quis insulam. in ver. fieri, cuius rei illa ratio redditur; ꝙa deficit forma stipulationis, quę est, ꝙ stipulatio & cōuentio necesse est initium sumat in personis ℨhentium, d. l. quęcūque. & ait relatus Bart. Inter me nanq; & te nullum negotium ℨhitur, nec etiam inter te & illum, & hoc receptum est exploſa sñia glo. in d. l. quæcunq; qđ restringitur à gl. in d. §. si quis insulam. in verſi. fieri in tutore, curatore furioſi & actore vniuersitatis, & prout in ea; item nisi paciſcens sit nuncius. l. & licèt. ff. de constit. pecun. Quibus addendum est, quod eleganter scripsit Bal. Nouel. in trac. de dote. par. 6. in 23. Priuilegio. is enim disputando & interpretando legem Caius. ff. sol. mat. ait, si extraneus dotem stipulatur in hæc verba. Promittis mulieri absenti dotē istam sibi restituere soluto matrimonio, nihil ageretur; ꝙa plura singularia ℨ iuris regulas concurrerent. Quòd alteri quis possit stipulari. Quòd per liberam personam sine cessione quærat, & ℨ regulam dictæ legis quæcunque; sed & addit ex lege vnica. C. de rei vxo. hodie fingeretur stipulatio: quia si fingitur, vbi nō est interpoſita, eodem modo vbi inutiliter interpoſita est, eam euanescere non oportet, vt dī in d. l. & refert Alciat. respon. 100. lib. 8. to. 3. in quo (ni fallor) lapsus valde est, cum putauerit §. accedit. in ead. l. vni. procedere, qñ verè numerata est pecunia ab aliquo extraneo; quia vī donare: locum nanq; habet tam in dote data q̄ ꝓmiſſa, vt verba textus indicant, q̄ talia sunt. immo magis in hmōi dotibus, quæ ab extraneis dantur, vel ꝓmittunt, ipsa mulier feciſſe videatur tacitam stipulationem, nisi expresse extraneus dotem sibi reddi pactus fuerit: & considera responsum Alciati, sed vt vnde diuerteram redeam, nō omitto, qđ scripsit ēt plenius Raph. in d. l. j. ff. de pac. qui subdit, vbi verba obligatiua conferuntur in personam paciſcentis, sed executiua in ꝓsonam Titij, verbi gratia, promittis mihi ꝙ dabis Titio cētum, va-
5 propter C. de duob. reis. vbi Bal. ait † quando plures ſunt obligati ſufficere obligationis finalis cauſam in vno reperiri: nam ſuas radices extendit in omnes, ſi enim vni tantum pecunia numeretur aliis reis promittendi factis ex eo q̃ vni ſolum data eſt pecunia, Hi quibus non eſt numeratio facta remittit obligationẽ fruſtra deſiderant l. ſi non ſing. C. ſi cert. peta. ſed his addes q̃ id ſenſiſſe videntur Doctores in illa quæſtione ſatis agitata. Quãdo pecunia peruenit ad vnum, num alii correi ad quos contractus emolumentum non peruenit, cenſeantur fideiuſſores, & gaudeant excuſſionis beneficio, de qua Guil. Cun. in l. ſed Iulianus. §. j. ff. ad S.C. Maced. & tractauit eleganter Io. And. in conſi. 60. in quæſtione &c. & Lud. Bol. apud eum & Aret. in cõſil. 33. Mar. ſing. 2. & latiſſime omnium diſputauit Ioã. Roncheg. poſt Bar. & Pau. Caſt. in l. 3. in §. fi. ff. de duob. reis, a num. 158. vſque ad nu. 179. Nec moueat, q̃ relatæ ll. propter, & ſi nõ ſinguli. in plu-
6 ribus reis debendi loquantur, nam † argumentum & frequens & bonum eſt a plurib. reis debendi ad plures reos credendi, & contra l. ſi reus promittendi. verſ. ideoq́; & ibi Io. Roncheg. ſub nu. 12. argumentum probat. ff. de duob. reis, & fortiſſimum eſt, vbi eadem interuenit ratio, vt idem ait referendo Bart. in l. 2. ff. eo. Are. in conſi. 29. nu. 23. ver. ſecunda ratio. & in l. reos in §. cũ in tabulis. nu. 82. ver. Pro hac ſententia, & in l. ſi id quod. nu. 15. & nu. 18. eo. tit. & vide tex. in l. 3. §. fi. eo. tit. vbi ijdem recẽtiores
7 ſub nu. 3. & † ex his ſequitur elegans declaratio ad dictam l. 2. in §. circa. ff. de doli excep. vt locum non habeat in plurib. reis debendi ſeu credendi, ſat enim eſt, q̃ in vno ex reis debẽdi ſit cã, & vni ſit res tradita & ſimiliter ab vno ex reis credendi res tradatur, & ex perſona vnius efficax reddit obligatio ratione cauſæ: cum extendat radices in omnes, quod poteris addere aliis declarationib. relatis a Feli. in c. ſi cautio. de fide inſtr. & addes aliam quam retuli in trac. de ſponſionibus, in ſecun. par. num. 2. & ex locis relatis ibidem habebis alias, & qñ corã arbitratore, vel arbitro facta eſt promiſſio, ſiue confeſſio ſine cauſa, non inſubtiliter ſcripſit Alex. in conſi. 13. vol. j. & quãdo fuit cauſa impulſiua, ſcripſit plene And. Tira. in trac. ceſſante cã. in j. limi. nu. 67. & quando merita præcedunt idem ſcripſit in l. ſi vnquam. in verbo donatione largitus, num. 56. C. de reuo. dona. ſed & addes, quod ſcripſit Cur. Iun. in conſi. 126. nu. 10. & ſeq. vbi diſputauit, qñ cã committitur declaranda, & conſidera ſcripta ab eo.

1 DVodecimò propter relatam quæſtionẽ aliàs in cauſa Dominorum de Giuntis agitatam & ſecundùm eos terminatam referẽdæ ſunt a nobis quædam ſpecies,
1 quæ dignum habeant tractatum. Solent † mercatores mandatarii, ſiue facilioris exactionis cauſa, ſiue magis vt videantur eſſe aliqui, inſtrumenta venditionum merciũ ad alios, ſcilicet tranſmittentes, & mãdantes pertinentium, vel ſub relata verborum formula in ſuperiori quæſtione inſtrumenta conficere, vel (quod magis in vſu eſt in Patria mea) nomine pprio (vt noſtrates dicunt) cantari facere, de quo vide tex. in l. optimã C. de conte. & com. ſtip. & elegans Bald. conſil. 440. in libris Theſaurariæ. vol. 5. nu. 6. & l. ſi pupillus. in §. per interpoſitã. ff. de auct. tut. vnde vidi non ſemel mandatarios huiuſmodi contractus rerum mandãtium nomine proprio feciſſe, amiſſaq́; fide poſtea decoxiſſe, & in dubiũ reuocari credita prædicta modo facta a creditorib. decoctorum, & ex libris, literis, & aliis cõiecturis mandantes & dños nõ ſine quidem magno labore defendi, & meritò ego ſemper cenſui huiuſmodi conſuetudinẽ damnãdam, & his addes quod dixi in trac. meo de decoc. in vlti. partic.
2 vltimæ par. nu. 1. in decoctionib. † primũ locũ dominos obtinere: vt non ſolum id admittendum ſit in re propria, ſed in re mihi debita, & occaſione rei meæ creata & parte, quaſi ex re mea locupletiores facti ſint, verbi gratia ſi mandatarius ex mandato (vt aiunt) merces finierit, & aliàs emerit l. cum ſeruum. ff. ſi cer. pet. & dixit Bar. in l. ſi me & Titium. nu. 3. ff. ſi cer. pet. qđ & quotidianum eſt, & ęquitate non caret, idem iuris eſt ſi permutaſſet; res enim permutata eandem ſortitur naturã quam alia res cum qua permutata eſt, idq́ue patet ex his quę ſcripſit Bal. conſi. 112. quæritur & c. lib. & facit quod eleganter Guil. ait in l. fin. ff. de neg. geſt. relatus ab Alb. ibidem col. 2. ſi quis rem meam permutat cum alia, & ea ipſa res mea periit, poſſum contra eum agere, vt mihi reddat aliam rẽ quam habuit cauſa permutationis, quem refert ac probat And. Tira. in l. boues. §. hoc ſermone. in 14. limitatione. ff. de ver. ſigni. Sed & addes quæ ſcripſit Negus. in trac. de pigno. in quarto mem. 2. par. nu. 58. pertinent enim ad relata, & materiam propoſitam. & circa prædicta, & l. ſi me & Titium, quæ late ibidẽ Riminal. ſcripſit, & Menoch. in quarto remedio recuperandæ poſſeſſionis, ſed & addes Pau. Pariſ. in
3 cõſi. 47. Intentio &c. vol. j. qui ſub nu. 27. inquit † agentem negotia aliena, ſi nomine proprio expediat ex conſuetudine loci, culpa carere, citat Ang. Fulg. & Iaſo. in l. certi iuris. C. de iudi. in tertio not. & quæ traduntur extra de conſuetu. ferè per totum, & in l. j. C. quæ ſit longa conſue. & in l. de quibus. ff. de leg. quod multis exemplis comprobari poſſet, quæ conſulto prætereo tãquàm manifeſta, & vide eundem ſub num. 65. & ſeq. & nota illud præceptoris reſponſum in cauſa mercatorum contra mandatarios fines mandati non cuſtodientes, & nomine proprio aliena negotia expedientes, ſed & ijs ſingulare vebum Angeli a præceptore meo omiſſum addẽdum eſt: is enim in l. ſi quis prohibuerit. aliàs. Papinianus libro 6 ff. de publi. act. inquit, ſecundùm primam ſolutionem habes caſum notabilem, quòd ſi mãdo tibi, quòd rem meam vendas, & vendis nomine proprio, nõ excedis fines mandati, & ideo ſi quid præſtas emptori nomine euictionis potes repetere. hæc ille, quod certe menti tenẽdum eſt; quia quotidianum & ſingulare eſt, & reperi Iaſonem referentem, & commendantem, & ſe alibi non legiſſe affirmantẽ in l. ſi ita quis. in §. Seia. numero 5. ff. de verbo obliga. & pro ſnĩa. Ang. citat l. ſi cũ emptore. in §. fi. & Gl. ibi in ſecunda interpretatione. ff. de pac. & Glo. magnã in materia. ff. de offi. pcu. ceſſa. l. j.

Source : BIU Cujas

in verſ. ſi rem,& notabis etiam dictum §. Scia, ſed & addes, ꝙ ſi diceretur, vendo merces Titii, videretur nomine Titii vendidiſſe,& Titius poſſet ratum habere, vt colligitur ex commentariis Barto. in l. ſi fundum per fideicommiſſum. ff. de legat. j. vbi Imo. commendat,& Pariſ. in conſi. 107. nu. 14. in ter.

Hic ſubiungẽdus eſt Alberici locus paucis (vt puto) cognitus,& notandus. Mercatores † plerunque ſub fide ampla negocia gerunt,& ſtudent inter Primarios haberi,& magnam & copioſam eorum mercaturam apparere. Ideo ſe adiectos conſtitui plerunque procurant, & ſub eorum nomine merces tranſmitti annotariq́ue in ſcriptura alicuius ciuitatis, in qua immorantur eorundem nomine ex voluntate dominorum. Scripſit ergo Albericus in l. ſi Præſes C. de dona. in infraſcripta ſeu ſimilia verba. Lex iſta,& Glo, obuiant fraudi, quam quendam Mercatorẽ Genuenſem feciſſe audiui vt locupletior videretut † Impetrauit enim a quodam alio mercatore veniam ſibi concedi, vt eius mercimonia poſſet facere deſcribere ĩ ſcriptura, ſeu (vt ait) in introitibus ciuitatis Genuæ tanquã ſua, vbi merces quæ exportantur,& importantur deſcribuntur. Quod cum factum fuiſſet,& is decoxiſſet amiſſa fide, ipſa mercimonia defendebat tanquam ſua propter deſcriptionem relato modo factam, qd̃ facere non poterat propter dictam legem, & Gl. quia non permiſerat mercator annotari animo donandi,& certe l. ſi præſes. cum Gl. notanda eſt. vbi habetur, † ſi pater habẽs filios emancipatos: vt ditiores vxores inueniant, melioremq́ue conditionẽ, bona ſua in libro cenſuali ſeu extimo nomine filiorum deſcribi faciat, bona donata non intelligi. Putauit tamen Bal. ibidem, ſi filii vxores duxerint, bona illa dotis reſtitutioni obligata cen ſeri; quia † dolus Patris conſenſui comparatur C. ad S.C. Vel. l. ſi me, ſed credo voluerit citare tex. in l. ſi ſine. eo. titu. & Petr. Belu. ibidẽ inquit, patrem teneri de dolo vxori deceptæ: ſed & Ange. in ea l. inquit nota † bonam calliditatem ſeu ſagacitatem pro eo qui vxorem non inuenit ratione paupertatis, vt faciat in ſe cantare inſtrumentum magni ponderis ad alium pertinentis cum cautela domini l. ſi vt certo. §. ſi de me petiſſes. ff. commo. Quam cautelã non cõmendãdam ſed dãnandã puto. Hominẽ nanque homini inſidiari nephas eſt, & vt vere dicam, hæc cautela ſapit impoſturam: & not. §. ſi de me petiſſes, in vſu nanque frequenti eſt.

Denique ad malitiam mercatorum detegendam, qui ſub fide quam eis haberi ſtudent plerosque decipiunt, & quorũ multi in ſpecie videntur diuites qui ſunt pauperes, vt inquit Alciat. in calce reſpõ. 48. in quinto vide elegantem tex. in l. ſæpe. ff. cõmo. illic enim illa ſcriptum eſt † ſæpe ad hoc commodantur pecunię, vt ditis gratia numerationis loco intercedant. vbi Ac. inquit, ac ſi dicat debitor plurium accipit pecuniã vt diues appareat,& ſui creditores non ſint acerbi, quaſi cito poſſit eis ſatisfacere: hoc igitur faciunt, vt pecuniam ſe ad manum habere oſtẽdant,& oneroſi non ſint creditores (vt veteres iuriſconſulti dicere conſueuerant) ſed & his addendum eſt, ꝙ † in Pandectis legitur in d. l. ſæpe. Non ditis gratia, ſed dicis gratia,& eodẽ modo reſtituenda eſt litera in l. j. in §. ſeu ver. Nam ſi finxerit quis auxilium ferre, vel dicis gratia tulerit. ff. ad S.C. ſilen. cũque hoc dicendi genus declaratum aut relatum a quoquàm non memini ſſem,& Accu. noſtrum laboraſſe incaſſum vidiſſem, inter legendum (vt fit) incidi in libellum emendationum egregii Antonii Aug. is enim emen. lib. 2. c. 2. prope finem belliſſime declarat & refert Ciceronem actione vi. in verſ. inquit † enim, pecunia ob id commodatur, vt numerationis loco, quod hodie quoque fit in emptionib. donationib.& nonnunquã in iudiciis ne negotio peragẽdo intercederet, quod in d. §. nam ſi finxerit. in ſeruo, qui ſe auxilium domino ferre ſimulauit commentũ appellatur: in dictis ergo locis, dicis gratia, nil aliud ſignificat, quã quod ipſi iuriſconſulti perfunctorie, aut defunctorie appellant, hoc eſt vt defungi ſuo munere viderentur,& hæc locutio incognita materna lingua (vt puto) diceretur per moſtra, per vn bel parere, per vn bel trouato. Subiunxit idem Ant. Aug. ſe ignorare, vnde hic dicendi modus originem traxerit, quod & ipſe affirmo,& ingenue fateor, prout Accur. noſter in alio vocabulo ſibi & forſan aliis incognito faſtus eſt in l. Publia in §. fin. ff. depo. ſed & addes, ꝙ vidi relatum Franci Duar. in j. q. Anniuerſa. c. 47. & in l. iuriſgentium. in §. dolo malo. ff. de pactis, reſtituẽtem tex. vt ſupra, loca autem non vidi, cum libros non inuenerim. Nec illud ſilentio prætermittendum eſt, quod Lau. Rodul. ſcripſit in ſua eleganti repet. c. conſuluit par. 2. verſ. viges. ſecundo, de vſu. is enim citando d. l. ſæpe. ff. commo. inquit, pecunia poteſt commodari ſiue locari ad pompam, citat Gl. ſummæ 14. q 3. & c. conqueſtus. de vſu. Hoſt. in ſumma in §. an aliquo. verſ. decimo, quibus adde Bal. in l. cunctos populos. C. de ſum. tri. nu. 4. qui docte (vt ſolet) inquit, in pecunia numerata ad pompam quandã remunerationem poſſe præſtari rõne huius vſus, ne dominiũ ſit ſterile,& cum ipſe vſus non poſſit reſtitui l. ſi vſufructus mihi in biennium. ff. de vſu. legat. & ſic non recipiat actum retro ſimilem, congruum eſt: vt aliquid præſtari poſſit, argu. de ſacroſanct. eccle. l. iubemus nulli. §. fin.

SVMMARIVM.

1 *Dos adiecto ſolui poteſt, ſed de dote vir tenetur, & viro dos quæritur, qui repetit ab adiecto.*
2 *Mulier non põt dotis nõie ſe alij obligare, quàm viro, fallit in delegatione.*
3 *Dotis nomine ſi ego & Titius ſtipulemur centum à Meuio pro Pamphila mihi nuptura hoc acto, vt ſimus duo rei credendi, non tamẽ efficiemur duo rei ſtipulandi, quia eadem duobus nupta eſſe non poteſt.*
4 *Interpretatio ad l. ſi id quod. ff. de duobus reis.*

1 DEcimotertiò q̃ro † an dos poſſit ſolui adiecto,& certũ eſt poſſe, vnde ſi mulier ita promiſerit. Decẽ tibi, aut Titio doti erunt. Titio decẽ dari poſſunt, ſed de dote vir tenet̃,& viro dos q̃ritur, vt inquit iuriſconſultus in l. ſi mulier ita. ff. de iure dot. vbi ſubiicit. Non. n. exiſtimamus illã ita promiſiſſe, cũ vel de Titii nuptiis cogitaret. Vnde ſequitur, ſi Titio decẽ ſoluãtur, marito aduerſus eũ actionẽ cõpetere, vt inquit Soc. Iun. in conſi. 13. nu. 14. vol. 3. ſed & addes tex. in d. l. ſi mulier. ſingularẽ eſſe. Raph. ibidẽ ſcripſiſſe inquit. n. nota tex.
2 ſingularẽ, ꝙ † dotis noĩe mulier non põt alii ſe obligare, quàm viro: alii tñ põt ſolui,& ex delegatione põt alii obligari. Sed finge † ꝙ ego & Titius ſtipulemur centũ dotis noĩe a Meuio pro Pãphila, q̃ mihi nuptura erat, hoc expreſsè acto, vt duo rei credendi eſſemus, dicit iuriſconſultus in l. ſi id quod. ff. de duobus
3 reis, ꝙ nõ poſſunt duo rei ſtipulãdi cõſtitui, cuius rei illa rõ redditur; qa mihi debẽtur ex cã dotis, Titio autem ex eadem cã dotis deberi nõ poſſunt; qa cadẽ duob. nupta eſſe nõ põt, diuerſitas ergo cauſæ cõſtitutionẽ duorũ reorũ impedit, Paul. ẽt Caſt. in relata facti ſpecie ſubiicit, ſolutione a Meuio vni facta iuris rigore liberationem non contingere ab altero, ſed ex æquita-
4 te. † Quod valde notandum eſt,& recentiores ibidẽ nõ improbant ſub nu. 15.& ſub ſeq. num. nouã interpretationẽ relatæ legi dederunt, quæ mihi prima fronte non inarguta viſa eſt. Quia tñ aliena eſt a noſtra materia, iudicium non interpono meum, & his addes, quæ antep. par. dixi ver. 13. declaranda eſt &c.

SVMMARIVM.

1 *Mandans alicui, vt merces, quas apud ſe habet, tradat pro ſe Titio, aut Meuio, ſeu illi vel illis, quibus fuerit ordinatum ab eiſdem, an cenſeatur adiectus, ſeu procuratores in rem ſuam cõſtituiſſe. & per totã quæſtionẽ.*
2 *Debitorem meum ſi iuſſero tibi ſoluere, quamuis ab eo ſtipulatus ſis: non tamen fit nouatio. ſi tamen tibi ſoluerit liberetur.*
3 *Ceſſio abſenti fieri nequit, niſi interueniat procurator, nuncius, vel epiſtola.*
4 *Procurator ſicut conſtitui poteſt in rem ſuam, ita & adiectus. (relatiue.*
5 *Verba illa & me, et illa de ſequẽdo ordinẽ alicuius, quã interpretationẽ habeãt,*

1 DEcimoquartò quæro, ſolent † Mercatores ſub illa vulgari formula ſcribere,& mãdare, verbi gratia, Lucius Titio ſuo ſalutẽ. Mãdo tibi & dico, vt merces quas apud te habes tradas p̃ me Aloyſio aut eius filio, ſeu illi vel illis, quib. ordinatũ fuerit ab eiſdẽ,& ſequemini eorũ ordinẽ. Pro interpretatione formulę in relata verba cõceptæ ſciẽ dũ eſt, ꝙ ſi iuſſero debitorẽ meũ tibi ſoluere, quãuis ab eo ſtipu
2 latus ſis, nõ tñ nouationẽ fieri. Debitor † tñ meus tibi ſoluendo liberatur l. ſi debitorem. ff. de noua. vbi Doctores declarant, & maximè Pau. Caſt. in l. delegare. eo. ti. Nõ ergo potes agere, li cèt tibi recte ſoluatur, vt inquit gl. in d. l. ſi debitorẽ. in verſ. poſſis,& Alex. in l. q̃ vſufructũ. ff. de ver. obli.& conſequẽter apparet ex huiuſmodi mãdato nõ eſſe factã ceſſionẽ, † quæ ceſſio ab
3 ſenti fieri nequit, niſi interueniat procurator, nuntius, vel epiſtola, vt p̃ Bar. in l. in cauſæ. in §. ſi ex par. ff. de procu. Verũ in p̃poſita facti ſpecie Pau. Pariſ. in cõſi. 107. quẽrit &c. vol. 3. delegationẽ factã quibuſdã argumẽtis probat, & Aloyſium adiectum in rẽ ſuã, ſeu procuratorẽ in rẽ ſuam conſtitutum, quẽadmodũ
4 † eiñ procuratorẽ in rẽ ſuã quis põt cõſtituere, ita & adiectũ, cũ ſimilis ſit procuratori, vt Aret. ait in l. liber homo. in §. fi. in fin. ver. ff. de verb. obli. de quo adiecto in rem ſuam dixi in j. par. nu. 39.& in antep. par. 25. amp. Declarat ẽt idẽ Pau. Par. præceptor
5 meus (ſi is eſt) in relato reſponſo † illa verba pro me,& ſequẽtia verba de ſequẽdo ordinem &c. quæ in vſu frequẽti ſunt inter mercatores,& quoniam plene ſcripſit, tu videris, an in omnibus probandum ſit reſponſum. Ideo autem dixi, ſi is eſt: quoniam idem reſponſum reperitur inter conſilia Caro. Ruyn. ſub num. 209. de pluribus quæritur. volu. j. nominibus mutatis, ſed non verbis, neque ſubſtantia, & propter ſubtilitates ac ſtilum magis eſt, vt credam reſponſum illud factum a Car. Ruy. quàm a Pau. Pariſ. ſed & ego circa delegationem plene ſcripſi in trac. de merca. in tit. mãdati,& in trac. de decoc. in ea par. in qua quæſtiones in ſerui,& his addes, ꝙ ſm Aret. ſententiam & reſponſum Pau. Pariſ. ſeu Car. Ruyn. in cauſa Franciſci Muti audio dominos de Rota pronũtiaſſe, cuius ego Anconæ aduocatus fui, & Romæ diſertiſſimus vir Dñs Vicentius Parentius Lucenſis, ſed nõ fuit relatum conſilium Bal. 248. in j. vol. de quo in vlt. q.

SVMMARIVM.

1 *Homicidij pena i qb. caſib. ceſſet, ſeu tpetur, vel differatur executio, relatiue.*
2 *Adiectus ſi ad mortem damnatus eſt, poteſt dominus ſeu creditor petere, vt executio ſententiæ differatur, donec rationem reddat, idem iuris eſt in inſtitore, & quocunque adminiſtratore.*
3 *Obligatus ad ratiocinia differtur ordinari, donec rationem reddat.*

Decimo-

Source : BIU Cujas

1 DEcimoquintò nemo est qui nesciat † complures esse casus in quibus homicida, vel ex homicidio non teneatur, vel mitius cum eo agatur, pœnaque temperetur. Item & nonnullos esse casus in quib. in criminalibus exequutio differatur, de quibus apud Luc. à Penna in l. si apparitor. C. de cohart lib. 12. Vero. in cautelis suis, pag. prima. Fel. in c. quærenti. de off. delega. Mar. in l. j. ff. de sica. Ioan. a Neuiz. in sua sylua nupt. lib. j pag. 18. vsque ad 20. Io. Monto. in suo iuris promptuario in vers. mora, & complures referendo, & præsertim Car. in sua practica, & Iac. Baul. ī repetitione legis capitalium. in §. famosos. ff. de pœn. relatiue enumerat Pet. a Plaga in epit. delict. c. 38. Finge modo Titium adiectum varias, & diuersas merces recepisse, & pecunias eidem solutas, eundemque vltimo supplicio damnatum. Qui (vt non semel diximus) & dicemus in vltima parte, rationem reddere domino creditoriq;
2 tenetur. Num† dominus seu creditor, qui rationem sibi a Titio ad mortem damnato reddi desiderat rerum, & pecuniarum habitarum audiendus sit, vt executio differatur, donec rationes conficiantur, atque consolidentur, & tanquàm iusta petēti assensum non puto denegandum, honesta nanque est dilationis causa l. seruo legato. §. pe. ff. de leg. j. & (ni fallor) expresse probatur in l. j. C. de bon. proscrip. vbi Ang. inquit, hæc lex decidit, q volens differre mortem condemnati, vt forsan gratiam a superiore pro eo consequatur, adhibeat cautelam, protestādo iudici, ne exequatur: cum condemnatus sit ei ad reddendum rationem obligatus. Sed terminum competentē statuat ad dispūgendas rationes, & subiicit, hanc cautelam veram de iure, sed sibi parum liquere, an ex consuetudine obseruaretur. hæc ille, quibus addes, quod Abb. in c. veniens. nu. 13. de accu. ait, si institor alicuius damnatus esset ad mortem, potest dominus petere, vt executio differatur, donec administrationem reddat, citat Cyn. in d. l. j. C. de bon. pos. & probat Fel. in c. quærenti. num. 5. de off. deleg & habetur in sylua nup. relato loco, quibus addes Saly. in ea. l. j. & in l. cum reis. C. de pœnis, & eundem Ang. in l. interdum. ff de publi. est & his quæ dixit Ange. annotandum, verò creditori & domino ad rationes conficiendas, & consolidandas dilationem petenti denegari non posse, sed meminisse oportebit instare, vt id velocius fiat, vt pœnæ suæ reddi possit, vt inquit Imperator in d. l. j. succurrit etiam circa relatam cautelam Ang. elegans tex. in l. cū reis. C. de pœnis. Illic enim ita scriptum est. Cum reis manifesta probatione conuictis spatium ante sententiam temporis datur, facultas supplicandi quibusdam malignis artibus criminosis patet, cum in homicidii crimine, & in aliis delictis grauioribus causis vltio differenda non sit &
3 reliqua, differtur ergo executio† quemadmodum & ordinatio differtur in obligato ad ratiocinia, ne ecclesia infametur, donec ratio reddita non fuerit, vt legitur in c. magnus Episcopus Augustinus. eodemque vnico, de obligatis ad ratioci. ord. vel nō, vbi videbis doctores & præcipue Abb.

SVMMARIVM.

1 *Literarum cambiorum expositio, & an appositus solutioni in litteris cambiorum censeatur Adiectus, seu magis principalis. late disputatur.*

2 APVD † Baldum elegans & quotidiana quæstio litterarum cambii fuit proposita. Quidā enim Borromeus de Borromeis Alex. Borromeo scripserat literas exempli infrascripti, Pagate per questa prima lettera à Luca de Goro libre 45. sono per la valuta qui da Massio, & ponete al mio conto: Super quibus literis & verbis de more conceptis idem Bald. consi. 348. vol. j. factæ fuerunt per Borromeum &c. literarum tenorem diuidendo; & non insubtiliter (vt solet) disputando ad rem nostram scripsit in verba infrascripta, quæ sunt in vlti. col. Istæ literæ videntur literæ constitutæ pecuniæ. Vbi prima persona contrahens ponitur tanquàm fundamentum causæ. Secunda persona, quia post receptionē pecuniæ apponitur tanquàm effectus, & hoc potest esse duob. modis, vel q sit quædam persona apposita, vt sibi quæratur obligatio, in constituta nanque pecunia potest acquiri obligatio absenti per nuntium, vel epistolam sicut inter præsentes; quia cōsensu contrahitur, si autem recepturus pecuniam fuit appositus vt Procurator Massij, tunc Massius haberet ius. ff. mād. l. idemq;. §. si cui, quia obligatio est sibi radicata, & in alium nō translata. Quia qui stipulatur procuratori suo vel negotiorum gestori, sibi ipsi stipulari videtur. ff. de sol. l. si cum Cornelius. In dubio autem præsumitur negotium principaliter pertinere ad eum qui numerat pecuniam; quia præsumitur sua, & appositus solutioni videtur adiectus tanquàm simplex procurator. ff. de verb. obli. l. Iulianus. in §. qui fundum. ff. sol. mat. l. dotis. cum sua materia, facit, quod notatur de const. pecu. in auct. si quando, vbi aūt cōstaret, q Borromeus gratia sua, & Massi fecisset dictam scripturā rōne alicuius interesse, tunc Borromeus haberet ius; quia nō tenetur facere nisi qđ scriptura loquitur, & ad effectum ad quē loquitur. ff. cōmo. l. in commodato. in §. sicut, & subiungit, nota q in hac scriptura nulla promissio cōtinetur, nec sub verbo personali, nec impersonali, tñ videtur subintelligi tanq̄ personaliter facta numeratori. d. auct. si qñ. s. de soluendo appositō p-
sumitur, qui vtrum hoc casu dicatur Adiectus, an dicatur principalis propter se appositus, iā dictum est, & sic an negotium sit gestū ipsi absenti per præsentiam, an è conuerso gerendū præsenti per absentem & sequuto mandato, vbi eīn numeratio est causa alicuius ministri, ibi certum est, q nudus minister est procurator, sed vbi principaliter pertineret negotiū ad cū, cui debet solui, tunc esset contra; quia qui primò numerauit, esset minister, & receptutus solutionē esset principalis & dominus negotii. Quod ex qualitate personarū, & aliis vsitatis inter eos bonus vir perpendet, sed & paulò inferius addit pro Massio facere; quia iste est prius nominatus in literis, ergo præsumitur principalis. Item vnusquisque præsumitur suo nomine contrahere, & paciſci. ff. de sol. l. & magis. ff. de probat. l. si pactum. Hucusq; Bal. cui vix addi posse puto, ita docte disseruit, & morē mercatorum nouit. Vide ergo quæ scripsi supra in q. 14. vbi retuli responsum Pau. Par. 107. in ter. pertinent enim ad prædictorum declarationem, & qñ in sermonem litterarum cambiorum incidi, circa dictas literas, vide quæ scripsi in trac. de mercatura, in tit. mand. in prin. & in trac. de decoct. in ea par. in qua quæstiones inserui nu. 6. & seq. Vbi loca quædam ad materiam quotidianā literarum cambii, Bald. & Saly. in l. pro debito. C. de bonis auct. iud. possi. Bald. in rub. C. de const. pec. Bar. & Alex. apud cū in l. cūr tabernam. in §. idē quæsiit. ff. de pig. & pulchrā quæstionē tractauit idē Bal. in cōsi. 190. Sempronius Manfredi &c. vol. 2. adde etiā in materia Cat. Cot. in memora. in ver. cābii literas, & eūdē in ver. Mercator. Ias. in l. huiusmodi. in §. si ita. nu. 12. ff. de leg. j. Ias. in l. eleganter. ff. de cond. indeb. Mar. sing. 467. Ias. in repe. l. admonēdi. nu. 112. ff. de iureiu. Soc. Iun. in consi. 138. parte 3. Alphon. in lib. qui inscribitur. Thesaurus Christianæ relig. c. 67. in fin. & certe hæc materia disputatione egeret, cū sit quotidiana, sed cum per occupationes in quibus quotidie versor non liceat relatis locis sum contentus, & quando traduntur literæ videndus etiam est text. in l. si filiusfa. ad S. C. Maced. Goz. in consi. 23. nu. 6. qui alios refert. Parisi. in consi. 112. nu. 44. vol. j. Aym. in consi. 106. Honoratus &c. Bald in l. j. ff. mand.

SVMMARIVM.

1 *Causidici admonentur in producēdis causis ad iudices & instituendis actionibus, & quædam notabilia ad eos pertinentia subijciuntur.*
2 *Actionum liber Appij Claudij & Gneo Flauio subreptus & dono datus Populo Romano fuit valde gratus.*
3 *Martini Glo. mos fuit contradicere his, quæ a frequentiorib. recipiebātur.*
4 *Actio mandati an semper contra Adiectum competat, plene disputatur. & seq. numeris.*
5 *Procurator constitui an absens possit, licèt non interueniat nuntius, vel epistola, & sit ius singulare in contractu mandati.*
6 *Pactum quando apponitur contra substantiam contractus, si potest fieri illud pactum, facit, vt fiat digressio ad aliam speciem contractus, idq; notandum all. cum precario.*
7 *Interpretatio ad l. j. in §. constituitur. & in §. dari. & l. seq. ff. de procur.*
8 *Epistolam vel nuncium mittens consensit tempore, quo mittit, & tempore quo traduntur literæ, vel nuntius refert, durat consensus, quod eleganter restringitur.*
9 *Epistolæ quare sint inuentæ.*
10 *Cicero damnatur circa inuentionem epistolarum.*
11 *Iason reprehensus, qui ait actionem mandati oriri ex eo, quòd cum stipulor mihi aut Titio, videor mandare tibi, vt soluas Titio, & videor mandare Titio, quòd recipiat.*
12 *Adiectus quando dicatur procurator. & ante. num.*
13 *Adiectus si quis fuerit solutioni animo donandi, ab eo non repetitur.*
14 *Adiectus an præsumitur animo donandi in re dubia, quod eleganter limitatur duobus modis.*
15 *Adiectus tenetur actione mandati, si est mandatum expressum, vel tacitum, vt puta si præsens sit tempore stipulationis.*
16 *Adiectus, vbi nec expressum, nec tacitum interuenit, mandatum tenetur actione negotiorum gestorum.*
17 *Summa maior si est in persona stipulatoris, & minor in persona adiecti, & soluatur adiecto summa in eo designata, quo remedio consulatur creditori, & quid contra si non integra summa in eo collata soluatur eidem.*
18 *Stipulatus si sim mihi aut Titio fundum dari, quamuis Titio sit traditus fundus, peti potest: vt de euictione caueatur.*
19 *Dotem si auus maternus stipulatus est sibi aut mulieri, cum sit adiectus, & soluatur matrimonium morte viri vel diuortio, & restitutio facta sit auo vel extraneo, qua actione repetatur à muliere.*
20 *Indebitum si soluatur adiecto, repetitur a creditore.*
21 *Constituens soluere soli mihi, cum à principio mihi aut Titio promisisset, si Titio soluit, ab eo repetit.*
22 *Adiecto non verò si soluat promissor, repetit ab eo.*
23 *Adiecto ab adiecto constituto seu demonstrato seu hæredi putatiuo si soluatur quo remedio consulatur vero hæredi, expeditur quæstio eleganter secundùm Bald.*
24 *Adiectus adiectum non constituit.*
25 *Hæres stipulatoris si egerit contra Adiectum ab Adiecto, vel hæredem putatiuum, num postea possit agere contra promissorem.*
26 *Demonstratio facta ab adiecto de hærede non vere non obligat eum.*

Source : BIU Cujas

27 *Scriptura ſi apparet: de voluntate adiecti, ſolutum hæredi putatiuo non inducitur mandati ſed permiſſio de ſoluendo.*

28 *Soluens hæredi putatiuo ex mandato iudicis liberatur.*

29 *Soluens ex mãdato iudicis, vel metu ſtatuti, vel ꝑlato putatiuo, qñ liberetur.*

30 *Debitor obligatus ſoluere Rolando ſeu ſocij, & partem ſoluens Rolando, reliquam ſocijs liberatur debitor, ſed ſi Rolandus quod ad ſe pertinet non eſt conſequutus, experiri debet contra alios ſocios.*

31 *Verba illa, plus minusve, nihil addunt, nihilq; de conſenſione minuunt, niſi aliud probetur.*

32 *Libellus admittitur, in quo certum petitur, & additur clauſula, pluſue.*

33 *Mercatores, qui per literas ſignificant ſe debitores in centum, & plus & minus, prout in codice rationem continetur, non videntur ex hoc augere vel minuere ſummam quantitatis confeſſæ.*

34 *Dictio, pluriſve, non infinitam pecuniam continet, ſed modicam.*

35 *Lex Publia. in §. fin. declaratur remiſſue.*

36 *Actio, quòd & adiecto competat, relatiue.*

Vltima Pars.

¶Qua actione adiectus teneatur; & de aliis actionibus ad materiam pertinentibus.

POſtremò (vt initio polliciti ſumus) de actionib. quæ ℈ adiectum competunt, eſt diſputandum, & primum generaliter diſſeremus, deinde quoſdam caſus ſingulares
1 enumerabimus; Et licèt † cuiuſmodi actio inſtituatur non ita ſubtiliter hodie ſit inquirendum, & aucupationes atq; captioſi modi circa formulas legitimasq; actiones radicitus ſint amputati. c. dilecti. de iudi. l. j. C. de formu. ideſt ſolẽnitates antiquę circa actiones ſublatæ ſint, nõ ipſa actionis formula, de quib. ſcripſit plene Laſ. in l. j. ff. de edẽ. & ſcripſit Aſtenſ. in trac. de forma, in rub. qualis eſſe debeat forma, & Alciat. lib. 4. diſpunct. c. vlti. Infantis tñ ac ſtupidiſſimi cauſidici eſt ſine certa actionis cognitione ad iudicem cãm perducere, & merito Io. cauſidicos huiuſmodi carpere videtur, admonet cũ eos nec ſemel cum ſuis circunſtantiis recte perpendere debere, ex actionis nanque cognitione quid in cauſa ſtatuẽdum ſit diſpicimus: vt merito Imperator noſter inſtit. de iure naut. in fi. dixerit, omne ius quo vti
2 mur, vel ad perſonas, vel ad res, vel ad actiones ꝓtinere, & † nõ ab re Appii Claudii actionum liber a Gneo Flauio ſcriba eius Libertino filio ſubreptus, & domo populo Romano datus adeo gratus fuit, ut Tribunus plebis fieret, & ſenator & Aedilis Curulis, vt legitur in l. 2. §. poſtea cũ Appius Claudius ff. de orig. iu. & certe cum de periculo animæ agatur, quæ cunctis reb. prę ferenda eſt, ſtudeat vnuſquiſq; qui periculoſum hoc exercet officium maxima cauſæ cognitione ad lites clientes trahere, & q̃ boni & Chriſtiani cauſidici partes ſint, quoque pacto in eorum miniſterio ſeu artificio abſq; D. Opt. Max. offenſione ſe debeãt gerere, multi annotarunt, ſed eleganter quidem ciuis meus Auguſtinus Anconitanus in libro qui de eccleſiaſtica poteſtate inſcribitur tractauit q. 111. cuius opus aureum, & ſolẽne dixit Fel. in ſermone Indulg. plen. nu. 3. quem ẽt meritò inſignẽ Theologum nũcupat And. Tiraq. in trac. Nobilitatis. c. 31. nu. 361. & interrogatus clariſſimus vir & Reueren. Cameræ auditor Iacobus a Muciarellis quanti commentarios eiuſdẽ in diui Pauli epiſtolas ac aliàs canonicas faceret, reſpon. Quanti omne id qđ apud me Theologorum habeo, ſed & his admonendi gratia bonum Aduocatum & Chriſti fidelem addendum eſt, eum iuriſconſultum vere nominari, qui legum & conſuetudins eius qua priuati in ciuitate vtuntur, & ad reſpõdendũ, & ad agendum, & ad cauendum peritus ſit, & placet ad verbum referre quod diuino quodam afflatus ſpiritu inquit Cicero lib. 2. de oratore. Diligentia (inquit) cum omnib. in reb. tum in cauſis defendendis plurimum valet. Hæc præcipue colenda eſt nobis, Hæc ſemper adhibenda, Hæc nihil eſt ꝙ non aſſequatur. & in eodẽ libro in ꝑſona Craſſi iuriſconſultiſſimi ait. Equidẽ ſoleo dare operam, vt de ſua quisque re me ipſe doceat & vt ne quis alius adſit quo liberius loquatur, & agere aduerſarii cauſam, vt ille agat ſuam, & quicquid de ſua re cognouerit, in medium proferat; Itaq; cum ille diſceſſit tres perſonas vnus ſuſtineo ſumma animi æquitate, meã, Aduerſarii, Iudicis. Hactenus Cicero, quæ verba ante oculos omnium Aduocatorum poſita eſſe debent, & hac diligẽtia q̃ actio inſtituẽda, qd ve in re ipſa ſit aduocatus facile ꝑſpiciet: cũ igit̃ res hæc admodũ ſit neceſſaria, breuiter videamus.

3 Martinus † antiquus Gloſator, qui ſiue fiducia doctrinæ, ſiue ingenii acumine, ſeu forſan verius ℈ dicendi ſtudio ℈ ea quę
4 a frequentiorib. recipiebantur ſentiebat, in ea fuit ſentẽtia † vt contra adiectum ſemper actio mandati competeret. Nam ſemper tacitum mandatum, & ſi non expreſſum interuenire aſſeuerabat, & in abſentia & ſine nũcio vel epiſtola, & ſanè motus eſt l. Iulianus. in §. qui fundum. ff. de verb. obli. & §. ſi quis alii, in verſ. planè. inſti. de inuti. ſtipu. l. qui res. in §. qui ſtipulatur. in fin. ff. ſol. Quæ iura ſimpliciter dicunt contra adiectum mandati actionem competere, & in eadem opinione fuit Ro. Gl. ut Accur. retulit in d. §. qui ſtipulantur. uerſ. mandati, ſed & recentiores Bono. Vg. And. Ser. in commentariis quibuſdam inſtitutionum in titu. de inutili. ſtipu. & in d. ver. planè, Martini ſententiã probauerunt, infraſcripta tamen non attigerunt. Nec me latet acutiſſimi ingenii virum Franc. Are. in l. Iulianus. in §. qui fundum. ſuperius citato ſub nu. 5. ſcriptum reliquiſſe. Nota & tene ſemper memoria, ſtipulatorem contra adiectum actione mandati experiri ad petendum ſolutum eidem, vnde ſequitur Adiectum mandatum habere ad ſolutionem recipiendam & procuratorem ſtipulatoris cenſeri, quod ſubiicit, videtur ꝓtra tex. in l. verò procuratori. in §. interdum. ff. de ſol. & ideo doctores ſequuntur diſtinctionem glo. in d. §. ſi quis alii. verſic. planè, vbi inquit: ſi adiectus adfuit ſtipulationi, actionem mandati competere: ſi uerò abfuit, & tunc non mandati actionẽ dari ſed negotiorum geſtorum, quaſi mãdatum abſente procuratore perfici non poſſit, ſed & addit, cum iura primo loco relata generaliter dicant, contra Adiectum mandati actionem competere, relatam diſtinctionem nimis dicta iura reſtringere, vnde ne dicta iura reſtringantur, tentat dicere, dummodo ſolutio fiat Adiecto ſcienti ſe eſſe adiectum ſemper mandati actionem competere. Quia † ius ſingulare eſt ſm eum in ℈ctu mandati ꝙ poſ-
5 ſit conſtitui procurator licèt ſit abſens, etiam ſi nõ interueniat nuncius uel epiſtola, idque probari ait in l. j. in fi. cum lege ſeq. ff. de proc. & Bal. notaſſe ait in d. l. j. in prin. Nec aduerſatur ingt d. l. verò procuratori. in §. interdũ, quia adiectus non eſt proprie procurator ex eo: quia mandatum eius non poteſt reuocari l. aliud. ff. de ſol. Pro qua interpretatione conſiderabã hoc innuere tex. ipſum: nã in principio dr̃. verò procuratori recte ſoluit, & reliqua. Deinde ſubiungit, interdum tñ & nõ procuratori recte ſolui: vt ergo ſit exceptio a regula, vt indicat illud uerbum interdum, inſti. de rerum diui. § interdum. l. interdum. ff. de fur. c. 2. ut lite pen. lib. 6. dicendũ vr̃, adiectũ eſſe Procuratorem nõ verum, hoc eſt improprie, vt dicebat Are. ſubiungit Areti. cum enim † in contractu uel tacite uel expreſsè apponitur pactum
6 contra ſubſtantiam cõtractus, ſi poteſt fieri, illud pactum facit, ꝙ fiat digreſſio ad aliã ſpeciem ℈ctus egrediẽtis notiſſimos terminos prioris l. ubi ita donat̃, vbi probatur ff. de dona. cau. mor. idque notandum eſt ad interpretationem legis cum Precario ff. de preca. quã ut ſupra ẽt declarat Dec. in conſ. 293. viſo teſtamẽto & c. col. fi. Cur. Iu. in cõſi. 56. ſed qa iſte alius ℈ctus hẽt cũdẽ effectũ penè quò ad oĩa quẽ hẽt ℈ctus mandati, dicemus, ꝙ cõpetit actio mãdati, & forsã ait nõ eſſe abſurdũ dicere, ꝙ actio vtilis mãdati detur, ex quo nõ eſt proprie mãdatũ. Hæc ille. ſed & laſ. in eodem met. § qui fundum. nu. 12. ſcripſit opinionem Martini probari nõ ſolũ ab Aretino (vt retuli) ſed a Petro Beſſutio, & ipſe in eandem ſnĩam inclinat, inquiens, ſtipulatorem habere mandati actionẽ, ſiue adiectus fuerit præſens ſtipulationi, ſiue abſens; quia cum ſtipulor, ꝙ des mihi aut Titio, videor conſentire & mandare tibi, ꝙ ſoluas Titio; ergo etiam videor mandare Titio, ꝙ recipiat, qñ eidem poſtea ſoluis ſcienti ſe eſſe adiectum, certe ex mandato de ſoluendo, & ex ſolutione recepta a Titio oritur actio mandati ℈ Titiũ, & addit tutius hoc eſſe dicere, q̃ illud, ꝙ nõ bene animaduertens inquit Areti. ius ſingulare eſſe in cõtractu mãdati: ut poſſit cõtrahi inter abſentes abſque nuntio uel epiſtola: nã tex. in l. j. in fi. & l. ſeq. ff. de ꝑcura. probat cõtrarium, nec rela. Bal. ab Are. in princ. dictæ legis quicquam dixit. hactenus Laſo. his addendus eſt, quiſquis is fuerit, qui in eo. §. qui fundum. additiones. fecerit ad Alexandri cõmẽtarios, qui ſenſit ius ſingulare eſſe in cõtractu mandati modo quo dixit Are. & addit probari hanc ſnĩam in d. l. j. in fi. cũ l. ſeq. ff. de procu. & Bal. ſenſiſſe in l. j. C. eo. ſi ergo fiat ſolutio adiecto ſciẽti ſe eſſe adiectũ, ſemꝑ mandati cõpetit actio; ego aũt, vt dicã qd ſentiã, vbi mãdatũ expreſſum nõ interuenit. nec taciũ, ut puta; qa adiectus ſtipulationis cõceptæ tpe non interuenit, ℈ adiectũ nõ mandati ſed negotiorũ geſtorũ actionẽ cõpetere exiſtimo: & hæc fuit ſnĩa Accurſij in legib. primo loco relatis, & maximè in §. ſi qs alii, quę probat̃ in l. uerò procuratori. in uer. interdũ. ff. de ſol. & inſti. de obl. quæ ex quaſi cõt. in prin. & hæc ſnĩa ſanè crebrior eſt, probat̃ nãq; a Bar. Alb. Imo. Ang. Pau. Caſt. & Alex. in d. §. qui fundũ. & Io. Fab. & Ang Are. in d. §. ſi qs alii, quib. adde Bal. ĩ cõſi. 281. ad euidẽtiã &c. vol. 1. ubi inqt, ſi adiectus recipit ſolutionẽ, tenet̃ creditori, uel eius hr̃di actione mãdati, uel negotiorũ geſtorũ, & (ni fallor) ſnĩa Martini, & ſectatorũ eius ꝓuertit̃, vt bene cenſuit Acc. in d §. ſi quis alii. ex l. j. in §. j. ff. de procura. & qñ tex. met citat̃ in oppoſitũ in fi. iccir
co neceſſaria eſt eiuſdẽ legis interpretatio. † Sciẽdum eſt ergo
7 Bal. ab Are. nõ male relatũ. Nã uerũ eſt, ꝙ in ſecundis cõmentariis legis prædictæ ĩ §. dari. inqt Bal. Nota, ꝙ mirabile eſt in ℈ctu mãdati; qa ad eſſentiã mãdati nũcius uel epiſtola non requirit̃, qđ eſt in aliis ℈ctib. ut notat̃ ff. de ac. & obl. l. cõſenſu, & idẽ Bal. ſenſit in d. l. j. nu. 3. ĩ ſecũda ſimiliter interpretatione, qđ nõ animaduertit Laſ. & mouerunt Bal. & eius ſectatores uerba iuriſcõſulti in fi. dictæ legis, & ſunt hæc, Dari aũt procurator & abſens põt: ſubſequit̃ Pau. dũmõ certus ſit, ꝙ datus intelligit̃, & is ratũ habuerit, ſed (vt puto) lapſi ſunt & merito Pau. Ca. nullã tñ de Bal. mentionẽ faciẽs in ea l. j. nu. 6. inquit, nota ꝙ hoc caſu requiritur nũcius, vel epiſtola, ſicut in cæteris contractib. q conſenſu cõtrahuntur: vt in l. conſenſu. ff. de actio. & obl. & certe ius ſingulare conſtituendum non eſt, vt per Doc. in l. j. ff. ſoluto matr.

& in

Source : BIU Cujas

& in l.ius ſingulare.ff.de leg. pro qua ſententia facit d.l.j.in §.cõ ſtituitur,vbi iuriſconſultus poſtquàm declarauit quid ſit Procurator,& ꝙ omnium rerum,vel vnius rei eſſe poteſt, optima diſpoſitione & more boni præceptoris inquit, conſtituitur autem procurator vel coram,vel per nuntium,vel per epiſtolam: non ergo mouere debẽt relata verba in §.dari. is nanq; §. intelligendus eſt ſecundũ §.conſtituit,aliàs accuſandus eſſet Iuriſcõ ſultus,vel ꝙ imperfectè locutus eſſet,non oẽs caſus,quibus cõſtituitur procurator,enumerando, vel quòd ſibi ipſi quodammodo aduerſetur,nec eſt nouum, ꝙ dicta in præcedentib. ſubintelligantur in ſequentib.vt in l. talis ſcriptura. & in l. ſi ſeruus plurium.in §.fin.ff.de leg.j.& quæ præcedunt magis influunt in ſequentia,quàm contra,vt per Barto.in l.quiſquis.ff.de legat.3. Dicet aliquis,ad quid iuriſconſultus in §.dari,dixit,quòd procurator abſens dari poteſt. Reſpon. Iuriſconſ.declarandi gratia.§. conſtituitur.ſubiunxiſſe.§.dari,& compilatores ſubſequentem legem quaſi dicere voluerint, ꝙ licèt Procurator abſens dari poſſit,per nuncium,vel epiſtolam,tamen requiritur,quòd certus ſit,qui datus intelligatur,& quòd ratum habeat, & iſte mihi videbatur verus ſenſus illius legis, & hæc ſententia,vt crebrior eſt,ita & verior, quòd abſens procurator conſtitui non poſſit abſque epiſtola vel nuncio,vt eſt gloſ.nota.in l.verò procuratori.§.interdum.ff.de ſolut. & probat hanc ſententiam Barto. in ſuo eleganti conſi.num.mihi 73.Quęritur vtrum procurator &c. Vbi inquit,contractus mandati, qui celebratur inter dominum & procuratorem ſolo conſenſu contrahitur,& ideo poteſt cõtrahi inter abſentes, requiritur tamen procuratorem certiorari,per nuntium vel epiſtolam,nec ſufficeret,ſi per quendam extraneum certior redderetur,citat l.conſenſu, & ibidem notata. ff.de actio.& obliga.& idem ſenſiſſe ait Ioan.And.in c.j.de procura.in clem.in verbo receptis & eod.titu.c.non poteſt, & Cõpo.in c.j.de ele.in 6.Spec.in titu.de procura.& refert Barto. ſimpliciter,& non improbat Riminald.in conſi.1.num.34.& adde eundem Barto.in l.Pomponius.num.2.ff.de negot.geſt. & probari videtur inſtitu.mand.in princi.& in l.j.ff.eo.mand. vbi Bal. ſibi parum conſtans (vt plerunque aſſolet) eleganter quidem & docte ad rem in ſecũdo nota. & ſeq. oppono (Inquit) quòd conſenſus mutuus debeat interuenire eo tempore, quo fit: vt notatur in l.conſenſu.ff.de actio.& obliga. & facit l. abſenti, & ibi notat Dyn.ff.de donat.Sed † mittens nuncium vel epiſtolã conſentit tempore quo mittit, & alius tempore quo literæ traduntur vel nuncius ad eum peruenit.Et huic obiectioni reſpondens ſubdit, quòd licèt mittens conſentiat tempore quo mittit:Verùm eſt etiam conſentire tempore quo literæ traduntur, vel nuncius retulit; quia durat primus,& ex eo quòd nõ reperitur mutatas voluntas,præſumitur durare.ff.de donat.l. eum qui ita.ff.de leg.2.l.Lucius.& eſt text.ad verbum extra,quod metus cauſ.c.perlatum.& de bap.c.maiores.in fin.ff.de manu. vindi.l. ſi pater,in id ergo tempus voluntatem ſuam confert, quo certior fit mandatarius,& hæc idem Bald.ad quęſtiones notabiles atque quottidianas,& a materia non alienas refert,de quib. per Fel.in c.ex parte decani.nume.;6.& ſequent. extra de reſcript. quibus adde in matrimoniis elegantem text.in cap.fin. de procura.in 6.Alexand.in conſi.146.num.15.in cauſa. volu.5.Paul. Par.in conſi.55.num.30.Iucrum &c.volu. primo, & quòd epiſtola abſentibus id ſit quòd ſermo præſentibus, & qui mittit alteri literas intelligatur præſens præſenti loqui, inquit Barto. in l.nuda.num.4.ff.de donat.quibus adde pulcrhum tex.in l.ſi procurat.ff.de procura. Vnde Anto.But.in capitu.fin.de confeſ.eleganter inquit,ſi epiſtola a te miſſa mihi inſcripta eſt, te mortuo cum mihi traditur acceptari (vt aiunt) ſeu rata haberi a me nõ poteſt.Nam te mortuo non poteſt fingi loqui, & quod præſens præſenti loquatur,citat dictum ſingulare Inno.in cap.dilectus. de ſucceſ.ab inteſt.& probat Imo.in dicto c.fin.nu.24.inquiens hoc caſu confeſſionem factam in epiſtola non obeſſe & memoria tenendum,& probat Alexand.in conſi.24.omnipotentis Dei.num.10.volum.5.ſubdens ſic reſtringẽda notata a Bart. in d.l.nuda.commendat etiam Caro.Ruyn. in conſi.131.num. 6.viſis ac ponderatis &c.volum.j.& dixi in tract.de merca.in vlti.parte in titu.de probat.num.16.ubi & Iaſ.& Mar. retuli idem probantes.Quæ comprobantur; quia nuncius uerba concipit ex perſona mittentis,Matth.c.26. Magiſter,dicit, tempus meũ prope eſt,apud te facio Paſcha cũ diſcipulis meis,& hr̃ in l.multum.C.ſi quis alte.vel ſibi,& dixi in trac. de proxe.in 4. parte in illa quæſtione,cuius initium eſt. legitur &c.& alios referẽdo in quit egregius Caſtaldus in trac.de Imperatore quæſt.49.nume. 3.tom.5.tract.epiſtolæ† autem inuentæ ſunt, vt inquit Cicero Epiſto.fami.lib.4.vt certiores faciamus abſentes,ſi quid eſſet,ꝙ eos ſcire aut noſtra aut ipſorum intereſſet, & ſemper loquuntur,argu.l.Arrianus.C.de hæret.ſed obiter nota, ꝙ † Cicero in relato loco non omnes caſus complexus eſt, & rectius inquit Iuriſc.noſter in l.2.ff.mand.& Impe.eo.tit. mand.inſt. Et ex his ſequitur:cum † mutuus conſenſus eodem tempore requiritur in contractu mandati,longe erraſſe Iaſonem,qui putauit actionem mandati oriri ex eo ꝙ cum ſtipulor mihi aut Titio,videor mandare tibi ut ſoluas Titio,& uideor etiam mandare, ꝙ recipiat ſcienti ſe eſſe adiectum & ex mandato de ſoluendo & ſolutione recepta a Titio naſci actionem mandati: ſequitur etiam Aret.erraſſe,cum non ſit ius ſingulare in mandato, vt perficiatur abſque nuncio uel epiſtola, & pro communi ſententia addo etiam aliam gl.in l.j.in uerbo iurare.C.de duobus reis, & l.3. ff.de cont.& com.ſtipula.Nec moueat, ꝙ regulariter Adiectus reuocari non poſſit,id nanque euenit: quia certam conditionẽ illam habuit ſtipulatio,ut in d.l.verò procuratori.§.fin. Dicitur † ergo procurator Adiectus in caſu in quo ea quæ ad mandati ſubſtantiam requiruntur interueniunt cum relata qualitate ex dicta cauſa,& tunc mandati tenetur,quib.ceſſantibus,vt in Adiecto abſente,non dicitur procurator,meritò l. verò procuratori.in §.interdum.recte pro ſententia communi citatur, & vt ꝓpoſita materia magis eluceſcat ex mente doctorum infraſcriptas facti ſpecies conſtituendas duxi.

Prima facti ſpecies eſt,ubi † quis adiicitur ſolutioni animo donandi,repeti ab eo non poteſt, ut probatur in d.§.qui fundum.& clarius in l.ſed & ſi quis.ff.de vſufru.

Secunda facti ſpecies eſt,ꝙ † in re dubia non præſumitur adiectus animo donandi.ff.de proba.l.cum de indebito.ff.de ſolu. l.ſi cum aurum.ſecundum doctores, & recte in d.§.qui fundũ. & aliis locis relatis,& dixi ſupra in j. parte verſ. deinde ſubieci, nu.38.ubi inter alia retuli Bal.in conſi.348.factæ fuerunt.col.fi. vol.j.& adde Pau.Pariſ.in conſi.107.nu.10.vol.3.Quod declarãdum eſt,niſi quis adiiceretur ad ius perſonale,ſeu in re quæ perſonæ cohæreat,vt in uſufructu,verbi gratia,ſi ſtipulatus ſim mihi,aut Titio vſufructum:Nam Titius cenſetur adiectus animo donandi ex qualitate rei,cum ſciret ſtipulator ex perſona Titii acquiri non poſſe,& non poſſit capi alia coniectura quàm donationis l.Stichum §.vſufructum;vbi Bar.ff.de ſolu. & declarauì ſupra in 3.par.in 10.amp. Secũdò elegãter declarandũ eſt in caſu legis qui res.in §.mihi Romæ.ff.de ſolu. vt puta ſi inſula in meo ſolo ædificari,aut Titii loco ſtipuler: ſi eñ promiſſor eligit conſtruere inſulam in loco Titii, nullum conſequer emolumentum:vt declarauì ſupra in 3.par. in fi. tunc enim non videor habere animum obligandi adiectum:quia ædificatum cedit ſolo.§.ſed eũ in ſuo.inſtit.de re.diui. & eſt perinde, ac ſi ego in alieno ædificaſſem,& vt ſupra eleganter declarat Ioã.Fab.inſtitu.de inuti.ſtipu.§.ſi quis alii.num. 10.

Tertia facti ſpecies eſt † vbi non animo donandi perſona ſtipulationi adiicitur,& mandatum præcedit, & actione mandati adiectum teneri nemo dubitat,vt patet ex relatis locis.

Quarta facti ſpecies eſt,vbi mandatum non præcedit & adiectus fuit præſens tempore ſtipulationis,& vigore mandati taciti actione mandati adiectus tenetur.l.qui patitur l. qui fidem ff. mand.l.ſemper qui non prohibet.ff.de reg.iur.vbi Dec. & Hyeroni.Cag.declarat dictas leges,& adde Gloſ.in l. ſed ſi filiofamilias.in §.j.ff.de conſti. pecu.

Vltima facti ſpecies eſt,vbi † nec expreſſum nec tacitum mãdatum interuenit,vt puta ſi abſente adiecto ſtipulatus ſim mihi,aut Titio decem dari, ſolutis decem Titio actionũ negotiorum geſtorum contra Titium agendum ſit: cum non ſit procurator d.§.interdũ.inſti.de obl.quæ ex quaſi cont. in prin.ex ſentẽtia Bar.Alb.Imo.Ang.Are.& Alex.& Pau.Ca.in relatis locis.

Tranſgrediamur nunc ad caſus quoſdam ſingulares, dixi in 2.parte huius tractatus verſ.ſed quoniam vt vides, nu.37.diuerſam † ſummam in perſona adiecti poſſe deſignari & quidem tã maiorem quàm minorem. Finge modo me ſtipulatũ mihi decem aut Titio quinque,ſi Titio quinque ſoluantur; quia ſolutionis cauſa adhibetur,remanent alia quinque in obligatione l.qui res.in § qui ſtipulatur.ff.de ſol.Finge ℈ minorem ſummã in perſona mea q̃ adiecti collatã,verbi gr̃a, mihi quinq; aut Titio decẽ,& quinq; tm̃ fuiſſe ſoluta adiecto:qa nõ facit cõceptio verborum,aut promiſſor liberet ſolutis tm̃ quinq; adiecto, vt in d.§.qui ſtipulatur.Neutrũ.n.in ſtipulatione deductũ fecit promiſſor,quibus remediis conſulat, & de agendi modo plene diſputaui vbi ſupra & in verſ.in 2.verſ. facti inſpectione, & ſat ſit retuliſſe & hic mentionem feciſſe.

Nec eſt omittẽdus ſingularis caſus, de quo in l. Iulianus.in §. q fundũ.ff.de ver.obl.ſi† ſtipulatus ſim mihi aut Titio fundũ dari,quãuis fundus Titio traditus ſit: nihilominus fundum petere me poſſe,vt mihi de euictione ꝓmittat,petit ergo fundus, non vt ſibi det,cũ ſit traditus,ſed ad finẽ & effectũ:vt petenti de euictione caueat,qđ qũo procedat, & qũo libellus cõcipiẽdus ſit, patebit tibi ex gl.in d.§.& cõmentariis Doctorũ p̃ſertim Paul. Ca.q diſtinctionẽ poſuit Alex.ſub nu.4.& Iaſ.ſub nu.2.& ſeq.& adde q̃ dixi ſupra in 2.par.ver.hic ſubiũgẽda eſt, nu.61. & q̃ ſcripſi in ante.par.uer.24.ampliãda eſt,nu.80.Itẽ dixi in 3.par.verſ. quinta facti ſpecies,nu.153.& ſeq.nu.ſi † auus mat. ſeu q̃libet alius extraneus dotẽ dedit, & eã mulieri aut ſibi reddi ſtipulatus fuerit, vel anteponẽdo homẽ ſuum.uerbi gr̃a ſibi aut mulieri. nec.n.ſecũdùm crebriorẽ,& (ni fallor) veriorẽ ſententiam refert,vt in relato loco dixi, ſtipulatorem ꝓm relatã formulã fauore dotis ſolutioni adiectum cenſeri,ſi m̃rimoniũ morte viri

Source : BIU Cujas

vel diuortio dissoluatur, & mulieri utilē actionem quæri, finge modo in dictis casibus, morte scilicet viri uel diuortio solutū matrimonium, & virum vel eius hæredes dotis restitutionem tali adiecto auo, vel extraneo feciſſe: id nanque factum est recte, & liberatio contingit l. verò procuratori. §. j. ff. de solu. & nō semel dixi. Quæritur, quo remedio consulatur mulieri, ne cōmodo dotis defraudetur aduersus auum maternū & quēlibet aliū extraneum, quib dotis facta est restitutio. Hæc qō nō vulgaris est ptermissa a doctoribus in d. l. Caius, & tractata a Bald. No. in suo eleganti tractatu de dote in 6. parte priui. 8. vers. sed tunc pulchrum est videre, & ait posse dici de iure Digestorum mulierem agere actione in factum seu præscriptis verbis generali in subsidium ex æquitate l. quoties ff. de præs. verb. ne mulier indotata remaneat, vel saltim officio iudicis ex æquitate legis, planè. & l. fin. de peti. hæred. sed & addit, hodie forsan possemus dicere, quòd fingatur tacita stipulatio interposita per mulierem contradictum auum dotantem seu alium extraneum, q dotes receperit ex his, quæ habentur in l. vnica. in §. accedit C. de rei vxo. actio. & subiicit, prætermissam hanc quæstionem a doctoribus in d. l. Caius, sed videndum est, an erraretur, si quis tentaret dicere, si mulier tempore conceptæ stipulationis fuerit præsens, mandati actionē competere, quasi ex quo ius disponit eidem actionem acquiri & dotem dātem adiectum, & merito tacite mandasse videatur, quòd soluat & auo seu extraneo quòd recipiat l. qui patitur. ff. manda. cum & ipsam stipulationē interposuisse fingatur; si vero absens fuerit, negotiorum gestorū actio det: vt in principio huius partis dixi, & forsan nō male dici posset, cum ex l. Caius. ff. soluto matrimo. cautum sit, mulierem ne commodo dotis defraudetur, ad obligationem adiectā censeri condictione ex d. l. Caius. de iure ff. eidem competere, nam si obligatio l. noua introducta sit. Nec cautum sit, quo genere actionis experiamur, ex lege agendum est: vt in l. vnica. vbi Barto. longam fecit distinctionem ff. de cond. ex lege, & illud credo verum, quod Bald. Nou. ait, hodie ex l. vni. in §. accedit C. de rei vxo. act. ipsam mulierem tacitam stipulationem feciſſe præsumatur, vt ei dos ex eiusmodi casu accedat, ad cuius §. declarationem vide Fran. Rip. in l. j. num. 53. ff. soluto matrimo. & adde circa ea quæ superius dixi in 3. parte, vers. 26. extendenda est regula, num. 87. & in ea parte. num. 153. & ad interpretationem l. Caius. quæ scripsi in præcedenti parte in 5 q Bald. Nouel. in trac. de dote, in 6. parte priui. 22. & duobus seq. Alc. in consi. c. lib 8. rho. 3. quod responsum considera, multa namque contra occurrunt.

20 Est etiam notandum, cp † adiectus ad solutionem quæ de iure fieri non debet, videtur adiectus ad recipiendum indebitum, & si indebitum adiecto soluitur, repetitur a creditore; in eum em indebiti cōdictio competit, cuius nomine fit solutio. l. si ita stipulatus sim mihi aut Titio l. qui hominem. ff. de sol. & vide quę dixi supra in 3. parte in 6. ampliatione, num. 12.

Item notandum est quod dixi in 3. par. vers. 3. amplianda &c.

21 num. 5. si quis † constituerit soluere soli mihi, cum a principio mihi aut Titio dare promisisset, & soluatur Titio, promissor a Titio repetit, quod perperam soluit l. verò. cum l. seq. ff. de con-

22 stitu. pec. sed & adde, si † non verò adiecto soluatur, repetit ab eo promissor secundùm ea quæ dixi in 3. parte vers. 16. declarāda est, numero 69.

Apud Bald. consi. 281. ad euidentiam &c. volu. 5. quæstiones & vtiles, & quotidianæ de adiecto proponuntur, & quoniam corruptus meus est codex, & non facile factum ex eo responso colligi potest, finge Ioannem stipulatum sibi aut Iacobo excēta dari a Titio, & Titium ex causa spopondisse, deinde mortuū Ioannem creditorem eiusdemque Io. hæredes remānisse duos, alterum putatiuum nomine Valerium, alterum verum & Iacobum adiectum alium constituisse adiectum, scilicet dictū Valerium eundemque hæredem putatiuum Titiumque debitorē

23 Valerio prædicto soluisse † Quæritur quomodo succurrendū consulendumque sit verò hæredi, & res est expedita secundùm Bald. Quia verus hæres experietur contra Iacobum, & Iacobus contra Valerium; Iacobus enim tenetur tanquàm fictus receptor, Valerius verò tanquam verus receptor, citat. ff. de verbo. oblig. l. Iulia. in §. qui fundum. instit. de inuti. stipu. §. si quis alii. Sed & his ne decipiaris lector amantissime addendū est, & no-

24 tandum, cp † adiectus adiectum constituere non potest; qa certa persona est a qua recedi nō potest, l. cum quis ff. de verb. obli. & quia certam conditionem habuit stipulatio l. verò procuratori §. sed & si quis. ff. de sol. Item quia solutio facti est (vt dixi) in antep. par in j. limit. Item & illud, cp adiecto solui potest post mortem stipulatoris seu creditoris l. Caius. vers. sed dicendum ff. solu. matr. & dixi vbi supra in 26. ampliatione. num 87.

25 Sed finge † in proposita facti specie Titium soluisse Iacobo adiecto, & Iacobum Valerio hæredi putatiuo tāquàm vero, & verum hæredem contra Valerium hæredem putatiuum egisse, num poterit postea agere contra debitorem qui soluit. Respō. Bald. si Vale. satisfecit vero hæredi, non esse audiendum verum hæredem: improbe nanque petit ff. de solu. l. qui hominem. §. si prædo. & hūc §. voluit citare. vbi est expressum. Idem iuris esse ait, si verus hæres cum Valerio transegisset, ne damno afficiatur debitori l. illicitæ ff. de reb. eo. l. etiā §. pe. ff. de peti. hære. transactio. n. prodest etiam Iac. quia interest Valerii l. fideiussoris. l. qđ dictum. ff. de pac. sed etiam satisfactione ac transactione cessantibus ratam solutionem verum hæredem agendo contra Valerium habuisse sentit, argu. l. si cum seruum ff. si certum peta. ff. de solu. l. verò procuratori. voluit citare in fi. §. fi. & l. si quis offerenti eo. tit. subiungit Bal. si † Valer. non fuisset adiectus a Iacobo, sed solum demōstratus tanquàm hæres & huic Titius debitor soluisset talem demonstrationem nō obligare, vt notat ff. de infam. l. ob hæc. de quo dixi in trac. de proxe. in 3. par. & qa

27 † apparebat ex scriptura de voluntate Iacobi Titiū soluisse Valerio, hæc verba nō mandatum sed permissionem inquit inducere, vt notatur ff. sol. mat. l post dotem, & voluntas Iacobi nō fuit causa solutionis, sed error in psona hæredis, qui error a defuncto occasionem sumpsit, ideo iniquum esse Iacobū, in quo nulla fuit culpa, teneri, citat bonum tex. in l. 3. in §. fi. ff. de cond. indeb. & addit hanc sniam & iuris veritatem, & æquitatem habere. his addendum est, qđ elegāter inquit idem Bal. in l. 2. col.

28 pe. nu. 76. C. de serui. & aqua. soluentem † creditori putatiuo ex mandato iudicis liberari propter iustā causam credulitatis, quē refert & cōmendat, & probat Mar. Anto. Baue. in trac. de Mora. in j. par. nu. 27. tom. 16. vide tñ Bald. his etiam addes quæ notantur in c. nihil. de elec. & Bar. in l. si vrbana. ff. de cond. indeb. And. Tiraq. de leg. cōnu. Glos. 8. nu. 148. Cui adde Dec. in consi. 407. vbi etiam quando ius dicentis pceptum excusationem pstet, de quo Pau. Cast. in l. 2. ff de iud. Dec. in consi 25. & similib. Ias. plenè quidem in consi. 26. in fauorem. vol. 3. Matth. Aff. dec.

29 150. Rex Alphon. & deci. 328. Dñs Paulus, & † cp etiā statutum excusationem præbeat ei qui metu statuti soluerit complures referendo inquit Asten. in 3. vol. de const. Decretis & statutis, in vers. soluere, & in soluente Prælato putatiuo ex instrumento seu contractu cum eo facto, cp liberetur, secus si contraxerit: cum verò notatur in deci. Rotæ j. de resti. spol. & inquit in tertia additione, & vide Bald. in relato loco.

30 Nec est omittendum Pau. Cast. responsum sub nu. 36. satis clara &c. in j. par. cum † quidam Gerardus promisisset centum soluere Rolando seu socius, & quædam summa Rolādo & reliqua

socius recte quidem soluta fuisset per debitorem, vt in 3. par. dixi uers. decimo extenden da est, respondit, Rolandum seu eius hæredes si integram portionem ad eos pertinentem non recepissent contra alios socios experiri debere iuxta ea quæ plene notantur in l. Iulianus §. j. ff. de verb. oblig. & per Cy. in l. j. C de duob. reis, & Gl. & Bar. in l. qui hoiem. in §. j. ff. de sol. contra nāque debitorem non sunt audiendi l. solutum. versic. sed si iusso ff. de solut. & ff. de verb. obl. l. fin. §. cum mihi. & ibi not.

Et cum adiecti recepta reddere tenēatur (vt diximus) & rōnem reddere, illud quottidianum & frequens huic rei est annotandum, solent. n. in reddendis computis & transmissione ipsorum, vel per literas significare se habere penes eos centum plus minusve, † scripsit ergo Bar. in l. Publia in §. fi. ff. depo. No-

31 ta ex isto §. illa verba plus minusve, quæ ualde in vsu sunt, nihil addere, nihilq; minuere de confessione, nisi aliud ꝓbetur. l. cū furti ff de in litem iuran. l. hæc uenditio. §. fi. ff. de cont. emp. addo Bar. in l. in actionem. ff. de furt. ubi dixit † admittendum li-

32 bellum, in quo centum petitur, & additur clausula illa, & plus, clausula nanq; plusve nihil operatur, nisi postea probetur aliqd certum, vt in d. l. cum furti; sed & Bal. in rub. C. depo. in 6 q. in-

33 quit Mercatores † consueuisse literas scribere, Quib. significāt, se esse debitores decem ex causa depositi, & plus & minus, put in codice rationum continetur. Quæ verba nec augere nec minuere confessionem certæ quantitatis respondit, citat Bar. in d. l. Publia in §. fi. vbi dixit esse casum, & subiicit notandum hoc: quia in vsu frequenti est, & probat Alex. in cōsi. 8. videretur fortasse. vol. 4. in fi. quibus adde tex. in l. hæc adiectio ff. de verb. sig.

34 vbi legitur, hæc † adiectio plurisve, non infinitam pecuniā cōtinet, sed modicam dumtaxat: adiectio hæc solidorum decem plurisve ad minusculam summam refertur, vbi videbis Alcia. & in quottidiano casu eundem Alciat. in consi. 147. in quinto. & de hac dictione plus, in materia legis . C. de rescin. vendi. vide quæ post alios scripsit Dida. Couar. variarum resol. lib. 2 c. 3. nu. 7. & adde quod scripsit Bar. in l. si quis in suo. C. de inof. test.

35 & † qñ incidimus ī dictam l. Publia in fi. ff. depo. in codice meo est verbum castrophinari decē, quod uerbum Accu. ingenue fatſus est se non intelligere: sciendum est ergo, cp in pandectis legitur Trophimati, quem locum declarauit Alcia. in libro primo Dispunctionum. capit. 18. & Cat. Cot. in memo. in versicu. Cisthophari.

36 Reliquum est, vt illud non ignoremus, & † ipsi adiecto actionem competere; quando constitutus esset adiectus in rem suā, vt dixi in j. parte. num. 39. & scripsit Paulus Par. in consi. 107. nu. 31. & seq. uol. 3. quod responsum reperitur inter consilia Caro. Ruy. sub num. 209. de pluribus. volum. j.

DE

Source : BIU Cujas

DE CAMBIIS

DISERTISSIMI DOCTORIS

D. THOMAE DE VIO,

Ad venerandum prædicatorem ac priorem Brixiæ, fratrem Andream Brixienſem.

CONCESSVM mihi his diebus ocium venerande amatiſſimeq; pater ad edendum promiſſum paternitati tuæ tractatum de Cambiis inuitans, poſt auditos Campſores, perlectasq; diuerſorum de his opiniones ac diutinam meditationem ad ſcribendum tandem impulit. Tanta ſiquidem eſt rei huius obſcuritas & inuolutio: vt hinc conſuetudine non abſque fautoribus & inde doctoribus plurimis, modernis tamen exiſtentibus (antiquis ſiquidem propoſita difficultas hæc non fuit) tacendum potius videretur. Verum vbi plures dies lectioni meditationiq; iam dediſſem & infidelis promiſſionis reatus occurreret: diuina fretus ope, tria de Cambijs tractanda cenſui. Diſcernenda ſunt primò dubia acertis. Adducendæ ſunt deinde opiniones aliorum de dubijs. Firmãdum eſt demum quid mihi videtur de his ſentiendum.

SVMMARIVM.

1 *Cambium minutum quod vocetur.*
2 *Campſor qualiter licite mercedem exigat.*
3 *Ars Campſoria vnde ortum habuit.*
4 *Cambia iniuſta quæ dicantur.*
5 *Contractus mutui quando cambij nomine pollietur.*
6 *Cambia quædam ſunt dubia ex parte campſorum, quædam ex parte accipientium.*
7 *Cambia ſex modis variantur ex parte accipientium.*

Capitulum primum. De tribus genetibus Cambiorum.

CAmbiorum modi quamuis multi ſint: quò ad differẽtiam tamen certi uel dubij, trifariam ea diuidere ſuffi cit. Quædam ſiquidem ſunt quorum iuſtitia clara eſt. Quædã verò, quorum in iuſtitia ſimiliter aperta eſt. Et quædam media, quæ an ſint iuſta vel iniuſta, in dubium inter doctores vertitur.

Iuſtificata ſiquidem ſunt quæ fiunt his tribus modis. † Primò
1 quum in cambio minuto Campſor moderate lucratur ſecũdũ patrię conſuetudinẽ. Vocatur autem cambium minutum: quũ Campſor pro aureo ducato monetam dat conſuetam in patria illa expendi, vel ecõuerſo, aliquid minus dando quam recipiat. Hoc enim continet naturalem æquitatem: ex eo ꝙ induſtrię & operę Campſoris ratio habenda eſt. Quum enim cæterarum artium miniſtros liceat in commutationibus proprijs laboris, induſtriæq; mercedem componere: Campſoribus quem cõmutationibus numiſmatum deſeruiunt id quoque licere non eſt dubium. Propter quod non irrationabiliter dicunt opinantes tale lucrum Campſoribus tãtum licitum, ita ꝙ priuatus homo ſi cambire debet ducatum aureum: nihil debet lucrari. Cõmutatio namque numiſmatum patriæ non vagatur quo ad valorem, quemadmodum cęterę commutationes: ſed determinata eſt, puta ꝙ ducatus aureus valet duodecim marcellos. Et ſicut in cæteris commutationibus ęqualitatẽ violare iuſtum eſt: ita in commutatione numiſmatum. Vnde niſi vel propter mercedem ſeruitij non innumerando pecuniam (vt quidam putant) quoniam contingit ſępe minus numerare campſorem quam accipientem, & actus numerandi non eſt proprie mercenarius: ſed ſolitus gratis concedi: vt vſus libri. Et numerationi Campſoris reſpondet numeratio dantis aliam monetam. Sed in arte Campſoria reipubli. miniſtrando, vel propter incommodum, quod quis incurreret ex ablatione talis generis pecunię a ſe: vel qualitatem numiſmatum (vt infra declarabitur non licet plus in cambio minuto accipere quam detur. Quorum nullum locum habet vniuerſaliter in ſingularibus hominibus non Campſoribus.

2 † Secundò, quum Campſor moderate lucratur ex eo, ꝙ Petrus habens certam ſummam pecuniæ Mediolani dat eã campſori: qui faciat æqualem ſummam Romæ dari ſibi vel alteri. Si enim ex hoc campſor mercedem exigit iuſta eſt exactio. Campſor enim tranſlatoris in hac parte locum tenet. Nec eſt æquũ, vt merces ſuo ſeruitio ſubtrahatur.

3 † Tertiò quando Campſor lucratur ex eo, ꝙ monetam alicubi minus valentem congregatam transfert in locum, vbi plus valet. Hæc enim eſt negotiatio numiſmatum, ex qua primò ortũ habuiſſe videtur ars Cãpſoria, vt dicitur ī primo Politicorũ. Et eſt licita, ſicut cęterę negotiationes ad augẽdos opes licent.

4 † Iniuſta verò abſque dubio cambia illa ſunt, quæ his duob⁹ modis fiunt. Primò. Quum campſor lucratur aut lucri intendit ex eo, ꝙ Petro egenti Mediolani dat certam ſummam pecunię ſub nomine cambij de Lugduno vel Londres. Et tamen ſecundum veritatem ibidem reſtitutio facienda vtrinque ſcitur. Siue fiant literę cambij & non præſententur: ſiue non fiant literę. Interuenit ſiquidem hic manifeſte ſolo noĩe cambium: & ſm rẽ mutuum cũ lucro aut ſpe lucri, ſecũdùm ꝙ diuerſimodè fit.

5 † Secundò (& in idem redit) quum Campſor vt lucretur dat Mediolani Petro egenti centum ducatos recepturus ab ipſo Petro ibidem hinc ad menſem tantum quantum valebunt tunc Venetijs ſecundum curſum cambiorum decem libræ groſſorũ quæ æquiualent centum ducatis regulariter; ſed in curſu cambiorum Venetijs quandoque excedunt, & quandoque excedũtur. Hic enim ſecundum veritatem eſt contractus mutui cãbij nomine palliatus: & fit cum ſpe lucri contra illud Lucę vj. Mutuum dantes, nihil inde ſperantes. Et celebratur cõmuniter eũ probabili coniectura, ꝙ erit ibi lucrum quia communiter ſolent tunc valere plus decem libræ groſſorum, quamuis quãdoque ſed rarò minus valeant. Et propterea eſt hic vſura. Nec põt excuſari: niſi in caſu, in quo Petrus egeret illis centum ducatis, & Campſor haberet in promptu verum cambium agendum cum illis centum pro Venetijs illo modo & ad inſtantiam Petri illos ſibi eo pacto daret. Et hoc ſi contractus talis veri cam-
6 bii eſt licitus. De quo infra erit ſermo. † Dubia autem cambia quædam ſunt ex parte campſorum: quædam ex parte accipientium cambia. Ex parte quidem campſorum ſunt, quæ dupliciter fiunt. Aut ſcilicet appretiando numiſma extraneum, de qua reſtitutio fienda eſt minus quam valeat communiter in loco, vbi debet fieri reſtitutio. Aut appretiando minuſma proprium, quod datur magis quam valeat communiter in loco vbi reſtitutio debet fieri. Ad hos enim duos modos, qui valde propinqui ſunt & in idem redeunt, omnia cambia ſicca reducuntur pro quibuſcunque locis fiant. Ad primum enim modum ſpectat cambium Lugduni, in quo Petro indigẽti marcha auri quæ communiter valet ibi 60. ſcutos, campſor Mediolani dat. 60. ſcutos non ſecundùm valorẽ ſcuti Lugduni. Sed quum ibi communiter valeat ſcutus 30. groſſos, appretiatur hic 28. Et ſic dat ſibi tantam ſummam pecuniæ quæ aſcẽdat ad 60. ſcutos ad rationem 28. groſſorum pro ſcuto. Ad ſecundùm verò modum ſpectat cambium tam Lõdrenſe quàm Brugen. in quo Petro agẽti Ianuæ dat campſor Ianuæ M ducatos, non ſecundùm valorem ducati currentem Brugis aut Lõdres: ſed quũ ibi valeat ducatus 50. groſſos, appretiat Ianuæ 52. Ita ꝙ pro quolibet ducato tenetur accipiẽs cambium reſtituere Brugis vel Londres 52. groſſos. Cętera autem cambia ex parte campſorum ſimilia ſunt. Nec fiat vis, ſi in iſtis exemplis vera quantitas monetarum non recitatur. Quoniam exempla ponimus, vt addiſcentes intelligant. Auget autem cambiorum prædictorum ambiguitatem incerta temporis ratio. Fatẽtur enim campſores, ꝙ quanto tempus reſtitutionis eſt diſtantius: tanto minus appretiatur moneta in primo modo, & tanto magis in
7 ſecundo modo. † Ex parte autem accipientium cãbia ſex modis variantur cambia ſecundùm differentiam eiuſdẽ vel diuerſæ monetæ, & differentiam certi vel dubii aut accidentis lucri. Hæc enim videntur aliquam per ſe differentiam in cambiis facere. Contingit primo modo, ꝙ Petrus dat Mediolani campſori centum ducatos Florentinos aureos, & vult totidem Florentinos Florentiæ, contingit ſecundò, ꝙ Petrus pro dictis ducatis vult Florentiæ monetam argenteam: puta groſſos Florẽtinos: ſed tot quot æquiualeãt Florẽtiæ ducatis. 100. Florẽtinis aureis. contingit tertiò, ꝙ Petrus pro dictis ducatis vult bonam monetam auream, vel argenteam Florentiæ, ſecundùm ꝙ tempore ſolutionis, puta in nundinis cambia valebant Florentiæ. Et quodlibet horum contingit dupliciter fieri, ſcilicet ſimpliciter, vt propoſitum eſt: & cum adiuncto aliquo certo lucro, ita ſcilicet quòd Petrus vult non ſolũ prædictos 100. ducatos Florentiæ modo dicto: ſed vltra hoc vult ſibi dari quatuor alios ducatos. Et quoniam dè his non principalis eſt quæſtio, ſed de illis quæ ſe tenent ex parte campſoris communiter: ideo de illis erit ſermo diffuſus: de iſtis autem in fine tractatus dicetur. Et ne nugatio aut æquiuocatio accidat legentibus vocentur in ſequentibus cambia nunc diſcutienda cambia realia: quàmuis a multis cambia ſicca, aut per literas nuncupentur.

SVMMARIVM.

1 *Cambia an mutui contractum ſapiant.*
2 *Vſurarium eſt mutuare ſub ſpe & pacto veriſimilis lucri.*
3 *Indemnem ſeruare ſe licet etiam in contractu mutui.*
4 *Campſores non vt damnum euitent, ſed vt lucrentur cambijs inſiſtunt.*

Capitulum ſecundum. De opinionibus dicentium in cambiis realibus eſſe mutuum.

1 QVoniam † autem ſecundùm diuerſa præſuppoſita diuerſimode inueniuntur doctores locuti de huiuſmodi cambiis. Et ex aliis principiis procedunt ſupponẽtes huiuſmodi cambia mutui contractum ſapere. Et ex aliis procedũt negantes hic mutuum interuenire, ideo ſigillatim diſcutiendæ ſunt ſingulorum rationes. Vnde eorum occurrunt

Source : BIU Cujas

currũt primò opiniones, qui asserunt aut suscipiunt contractus cambiorum realium secundùm veritatem esse contractus mutui: licèt cambia, uocentur. Sunt autem contrariæ horum opiniones, dum quidam dicunt talia cambia esse iniusta & vsuraria, quidam verò ꝙ sunt licita. Et illi quidem qui asserunt vsuria, licèt multis rationibus moueantur, hoc tamen habent pro
2 fundamento. Quia † vsurarum est mutuare sub spe & pacto verisimilis lucri, ut patet. Cõstat autem omnes campsores spe lucrandi hæc cambia exercere, & ideo pacta supradicta adiicere: vt verisimiliter lucrum euenire possit, quamuis nõ semper eueniat (vt ipsimet fatentur.) Vsurarium est igitur hæc cambia facere. Quis autem vere supponatur hic esse mutuum, probãt ex eo, ꝙ contractus iste dat pecuniam, quæ est inuendibilis cum translatione dominii, & recipit pecuniam. Has autem esse constat conditiones ad mutui contractum sufficientes. Muniturq; opinio hæc auctoritate Gof. & Hostien. in sum. de vsuris. & Archiepiscopi Florenti. in 2. & 3. parte summæ, vbi etiã dicit multos uiros doctos & timoratos fuisse huius opinionis. Acceptantes autem mutuum hic esse, & tamen absque vsura cambia fieri: fundatur, super ratione interesse, & operam locatorũ. Et quò
3 ad interesse quidem, quia † etiam in contractu mutui licet seruare se indemnem. Constat autem ꝙ mutuans Ianuæ centum ducatos aureos, damnum incurreret, si Brugis restituuntur sibi totidem aurei, vel eis æquiualens ibi præcise. Tum quia plus daret, quàm reciperet, ex eo ꝙ ducatus aureus plus ualet Ianuæ, q̃ Brugis: tũ quia oportet ipsum subire expensas delatorũ pecuniæ, vt Ianuæ rehabeat, vbi contractus mutui celebratus est. Ergo licitum est æstimare ducatum aliquid plus, vt mutuans nullum damnum incurrat. Et hoc in istis cambiis accidit. Quò ad locatas vero operas: quia cum nullus debeat propriis stipẽdiis militare, & campsor & ministri publicæ vtilitati deseruiant in opere licito in mutuis faciendis prædictis: consequens est, ꝙ ꝑpriam mercedem reportare debent, quemadmodum ministri montis pietatis. Et quia induſtriæ accedentis operi licito ratio est habenda: aliquid etiã mercedis ei dari debet. Quo fit, vt omnibus pensatis talis excrescentia sit licita. Sed re vera neutra harum opinionum veritatem assequitur. Primę enim fundamentum ruit: quoniã (vt infra patebit) hic non est contractus mutui. Secunda autem & falsum assumit & consequenter non loquitur. Falsum quidem assumit, dum dicit, in his cambiis illud plus sumi, vt vitetur interesse. Hoc enim campsores testãtur esse falsum, &
4 dicunt † ꝙ non vt damnum euitent, sed vt lucrentur huiusmodi cambiis insistunt. Et ꝙ si accipientes cãbia obligarent se ad restituendum præcise quantum accipiunt & in loco vbi accipiunt ipsi, modo mutuarent: quia lucri causa artem hanc exercent. Et ex hoc patet, ꝙ nec pro interesse stipendii ministrorum plus sumitur. Si enim cãpsores ex cambiis nihil aliud quærerent quàm se seruare indemnes, cambia non aggrederẽtur, sed pecunias suas secum tenerent, aut aliter exponerent, vt ipsimet testantur. Consequenter autem non loquitur; quoniã non est licitum artem mutuatiuam in ciuitatibus erigere & ministros statuere: & laborum industriæque ratione habita inde etiam sustentatorium lucrum quærere: quoniam hoc esset vsurariam artem facere moderaram, vt patet. Ministris autem mõtis pietatis quomodo & qualiter liceat mercedem reddi: & a q̃bus debet reddi, in tractatu speciali de hoc diffuse diximus. Hic autem satis sit nosse, & ꝙ non est simile: quia in cambiis intenditur lucrum, & ꝙ experientia teste non licet artem facere mutuatiuam, vt operarum, periculorum & industriæ rationem habendo plus forte recipiatur: vnde ipse cum familia sustentetur: sicut in artibus & negotiationibus licet. Est igitur vsura in his cambiis, si contractum mutui implicant, propter quod Gof. & Hosti. sub mutui nomine casum tractantes, quum scilicet mutuatur, vt restituatur alterius generis moneta: cum spe lucri, vsuram esse dixerunt.

SVMMARIVM.

1 *Mutui contractus an in cambijs realibus esse possit.*
2 *Mutui natura periculum mutuatæ sortis in mutuum accipientem transfert.*
3 *Industriæ, laborum & periculorum expensarumq́, ratio semper est habenda.*
4 *Vendere in contractu venditionis plus, quàm nunc aut hic valet, an quandoque sit licitum.*

¶Capitulum tertium. De opinionibus dicentium in cambiis realibus esse contractum permutationis.

1 EMersit ergo propter prædicta † forte aliorum opinio dicentium, in his cambiis non esse contractum mutui, sed innominatum, scilicet do vt des, vel (si nominari dẽt) esse contractum permutationis. Et horum contrariæ quoque sunt opiniones. Aliis asserentibus hæc cambia licita, & aliis illicita. Et illi quidem qui dicunt esse licita: studium suum adhibent non tam ad probandum eorum iustificationem, q̃ eorum naturam extra mutui rationem esse. Et quàmuis multiplicent rationes, ex tribus tamen conditionibus separant cam-
2 bia hæc a mutuus. Primò ex periculo. † Mutui em̃ natura periculum mutuatæ sortis in accipientem mutuum transfert. Cãbium verò reale damni periculum campsori relinqt, si minus sorte contingat accipere, vt quandoque, licèt rarò contingat. Secundò ex diuersitate rei restituendæ & loci. Nam mutui ratio eiusdem generis & bonitatis res restituatur, & ibidem. Nec sufficit reddere æquiualens. Aurum enim pro auro, & triticum pro tritico restituendum est. Et adducitur ad hoc tex. iuris ciuilis. ff. de sol. l. Paulus. In cambijs autem realibus fit permutatio monetarum diuersorum generum, & in diuersis locis. Tertiò ex modo contractus: quia in cambijs realibus est venditio, vel cõtractus similis venditioni; dum ducatus venditur 52. grossis Flandrensibus, & æstimatur vna moneta cum alia, quod licere patet, extra de censi. c. olim causam, & c. cum canonicis. in mutuo autem nihil horum fit. Quum igitur mutui contractus nõ sit, sed permutationis & negotiatiuus, pro licito relinquitur.

3 Spes enim lucri in his non damnatur, & † induſtriæ, laborum, periculorum, expensarumque ratio habenda est. Dicentes verò cambia hæc nullo modo licere, & tamen mutuum non implicare, quamuis non inuenerim, ex dictis tamen ab his qui absolute cambia hæc damnant, aut dubitant illicita esse, triplex ratio colligitur.

Prima ex eo, ꝙ cambia hęc in fraudem vsurarum introducta videntur. Quum permutationem monetarum campsor non intendat, sed necessitatibus indigentis nolẽs gratis mutuare nomine permutationis monetæ mutuum palliat, vt lucretur, præsertim quum plerũque contingat in eadem fieri moneta restitutiones. Et hoc in cambijs infra Italiam & periculum, quod raro accidit ponderandum sit in commutationibus, quæ regulandæ sunt secundum communiter euenientia.

Secundò ex eo, ꝙ ratio temporis etiam in cõtractu emptionis & venditionis haberi non potest: in huiusmodi autem cambijs, vt patet in casu posito, quanto distantius est solutionis tempus, tanto plus sibi solui paciscitur campsor.

4 † Tertiò: quia etiam in contractu venditionis vendere plus, quàm nunc aut hic valet, modo est licitum, nisi vendens intendebat vsque ad tempus illud seruare, vt in cap. nauiganti, extra de vsuris. Aut intendebat ad illum locum deferre, vt dicit Ray. Innocẽ. Ioan. An. & Ioan. Calde. Campsores autem non intendunt seruare aut transferre pecuniam, sed paratam ad huiusmodi cambia tenent. Quid autem de his sentiendum sit, in decisione manifestum erit. Nunc autem ad aliam properandum est opinionem.

SVMMARIVM.

1 *Contractus, quem innominatum vocant, an usuram sapiat.*
2 *Pecunia in cambijs ab aliquibus non consideratur vt pecunia, seu ut est mensura, sed ut res quedam est.*
3 *Campsoribus nunquid licet plus accipere, quando tempus solutionis distantius est.*
4 *Carius emitur, quod cito distrahitur, quàm quod longo tempore oportet retinere.*
5 *Nomina formaliter sumpta intelligi oportet, alioqui non periret certitudo a locutione.*
6 *Numisma quamuis sit mensura, & instrumentum in permutationibus: tamen per se aliquid esse potest.*

Capitulum quartum. De opinione singulari circa cambia.

1 POst prædictas opiniones † egregii cuiusdam doctoris in Theologia opinio singularis occurrit tenẽtis huiusmodi cambia esse licita, & tria singulariter dicentis.

Primum est, ꝙ contractus iste quem innominatũ vocant nomen habet. Quoniam (vt S. Thom. dicit in 2. 2. q. 77.) negotiatio tripliciter fit. Aut commutando res pro rebus, vt vinũ pro tritico. Aut res pro pecunia. Aut pecuniam pro pecunia. Et quum primus contractus vocetur vulgò baracto. Secundus vocatur uenditio &c. Et tertius cambium, ita ꝙ cambiũ est permutatio pecuniæ pro pecunia.

2 Secundum est, ꝙ in cambijs nõ consideratur pecunia vt pecunia seu vt mensura est, sed vt res quædam est. Constat enim secundum omnes vtroque modo posse accipi pecuniam, vt patet de locantibus pecuniam ad ostentationem. Et ꝙ campsores pecuniam vt rẽ considerent, ex sancti Thomæ auctoritate probatur in secundo de regi. principum, dicentis, ꝙ numisma potest accipi & vt mensura, & vt quædam res est. Et hoc modo vtuntur eo campsores. Fabricatq; super hoc fundamento Doctor ille vẽdibilem esse pecuniam a campsoribus, vtpote rem quandam, & eius pretia variari sicut aliarum rerum iuxta temporum locorumq́; diuersitates, &c.

3 Tertium † est singulariſſimum, ꝙ licitum est campsorib. plus accipere, quando tempus solutionis distantius est. Distinguit siquidem accipere plus ratione temporis dilati dupliciter. Vno modo ꝙ sola tẽporis dilatio excessum pretij operetur, & hoc dicit esse vsuratium. Alio modo, ꝙ res in dilato tempore considerata pretium augeat in commutationibus, & hoc dicit esse licitum. Et dat exemplum in emptionibus rerum in futuro assignandarum. Si quis enim hyeme emit lanas assignandas sibi in

vere

Source : BIU Cujas

vere minus quam valeāt hyeme,eo ꝙ latę tpe veris creduntur minus valiturę iuſte emit:eoq; res in tempore illo ſumpta pretium minuit.Si autem minus emeret:quia nunc anticipat ſolutionem,vſurā committeret:quia propter ſolam temporis moram pretium variatur.Subditque, campſores non plus accipere ratione dilati temporis,ſed ratione rei in dilato tempore cōſideratæ.Quoniam verbi gratia, marcha auri ſoluenda in nundinis Ianuarii,non ideo emitur minus a campſoribus Mediolani menſe Octobris quam Nouembris:quia longius diſtat ſecūdùm tempus:ſed quia marcha illa conſiderata in tali tempore minus æſtimatur cōiter a negotiatoribus & magis in tempore proximiori.Et meritò,vt dicit: quia cū negotiatoris finis ſit cōmutando lucrari,nec ideo emat vt empta habeat,ſed vt iterum commutet cum lucro:licitum eſt ſibi conſiderare quanto tempore pecuniam occupatam in re empta tenere oportet.Carius
4 † enim emitur,quod cito diſtrahetur,quam quod longo oportet tempore retinere, ne pecunię mortuæ teneantur. Signum autem,ꝙ campſores non rationem temporis dilati,ſed rei in tē pore habeant,eſt, ꝙ non ſemper ſecundum temporis approximationem pretium creſcit,ſed quandoque inſtantibus nundinis contingit pretium minui:adeo vt minus vendatur nūc marcha auri in proximo aſſignanda,quam fuerit vendita tribus mēſibus ante.Sed hæc opinio cum bona venia multipliciter a veritate deficit, quamuis bono zelo ad veritatem accedere conet. Primum in primis dictum ſecundo non conſonat. Quoniam
† nomina formaliter ſumpta intelligi oportet,vt in 4.Metaphi-
5 ſicę tradit Ari. Alioquin periret certitudo à locutione. Quoniā extra formale ſignificatum infinita ſunt,vt ibidem dicitur.Vnde ſi in cambijs pecunia conſideratur vt res non vt pecunia, vt dicit contractus iſte non debet permutatiuus pecuniarum vocari,nec debet in tertio loco contractuum a S. T. dictorum reponi, ſed primo. Secundum deinde dictum verum non ſonat. & S.T.verba male interpretari videtur.Verba ſiquidem eius in
2 de regi.ꝓrincip.c.14.ſunt iſta.† Numiſma quamuis ſit menſu-
6 ra & inſtrumentum in permutationibus: tamen per ſe aliquid, videlicet aurum vel argentum, ergo ſemper non ordinatur ad permutationes.Et hoc etiam habet veritatem in alijs ſpeciebus pecuniarum.immo amplius vt in campſorie,quæ non proprie ordinatur,vt ſit menſura rerum venalium,ſed magis ad permutationem numiſmatis. Ex quibus verbis non habetur, ꝙ pecunia conſideretur a campſoribus non vt menſura, ſed vt res: ſed habetur,quòd pecunia non vtuntur campſores vſu primario, propter quem eſt inuenta, ſcilicet vt menſura ſeu pretiū ſit rerum venalium,ſed vſu ſecundario:ad quem eſt tranſlata,inquātum tamen pecunia.ſ.vt permutetur cum alia pecunia,vterque ſiquidem vſus cōuenti pecunię per ſe: & ſecūdus campſoribus conuenit,vt.j.patebit ex.j. Politicorum.

Quid autem de tertio dicto ſentiendum ſit: in deciſione dicetur.Hæc igitur ſunt quę hactenus de cambijs dicta ſunt.

S M M A R I V M.

1 *Cambia an ſint artis campſoriæ,& quid in eis licitum aut illicitum ſit.*
2 *Vſus rei per ſe eſt duplex.*
3 *Numiſma quid ſit.*
4 *Campſoria ars quid ſit,& quomodo licite exerceatur.* 5.

Capitulum quintum. De natura artis campſorię.

VT autem natura cambiorum vniuerſaliter & faciliter percipi poſſit,tali ordine procedendum credimus,vt ſcilicet primò de ipſa arte campſoria dicatur, & quid ſit,& quam licita ſit:deinde de conditionibus requiſitis ad eius actus rectitudinē tractetur,& demū ad cambia præ-
1 dicta deſcendēdo videatur† an artis ſit cāpſorię,& quid in eis licitum aut illicitum eſt, obiectiones factas ſoluendo. Sic enim de huiuſmodi cambijs ſermone cōpleto ad alia propoſita procedi libere poterit.Principium autē ad declarandam artem cāpſoriam oportet ſumere ex primo Politi.eius veſtigia ſequen-
2 do.Sciendum igitur inde eſt † ꝙ rei vſus per ſe eſt duplex, ſcilicet proprius & communis,ſeu primarius & ſecundarius.Eſt autem proprius cuiuſque ſiue naturalis ſiue artificialis rei vſus ille ad quem ex ipſa rei natura primò ordinatur,vt veſtis ad veſtitum,panis ad eſum,& viſum ad potum &c. Communis autem ſiue ſecundarius eſt,quo res inquantum talis alteri tamē a fine primo applicatur:vt commutatio reſpectu calcei,aut tritici,& aliorū huiuſmodi.Calceus enim cum vendit, inquātū calceus conſideratur,nō enim pro ſimplici pelle vēditur,nō tamē propter vēditionē eſt calceus,ſed propter calciationē,& ſic de alijs. Quemadmodū ergo cæterorum,ſic & numiſmatis eſt vſus, vt ibidem dicetur. Primus eſt commutatio pro rebus venalibus neceſſarijs.ſ.ad vitam humanam ſ.a tritico,panno,aromatibus &c.propter huſuſmodi enim commutationes numiſma inuētum eſſe conſtat:dum ea quæ vni patrię deſunt. aliunde haberi non poſſent,niſi datis pro eis æquiualentibus,& multum incōmodi eſſet res ſemper transferre,æquales Ob hoc enim aurum, argentum,ęs,& quicquid eiuſmodi eſt,facile portabile & vtile ſtatuerunt commutādis rebus adæquatum iri.Et propterea nu-
3 miſma dicitur † menſura rerum uenalium. Refertur enim ad naturalia ad uſum neceſſaria,vt menſura ad mēſurata,propter quod charactere inſignitum eſt in teſtimonium qualitatis & ponderis, ſic vt & cæteris menſuris publicis conſueuit ſignum imprimi teſtans earum iuſtificationem. Secundus autē numiſmatis vſus eſt commutatio pro alio numiſmate, vt ducati aurei pro carlinis.Non enim propter hoc factum eſt:& tamē hāc commutationem ſubit, non inquantum aurum aut æs abſolute,ſed inquantum numiſma,vt continua experientia docet.Orta autem videtur hæc commutatio ex inęqualitate numiſmatum, dum uel ad ſupplendam rei naturalis æqualitatem ad numiſma maius paruula numiſmata addebantur,vel habenti maius minora erant commodiora,aut econuerſo. Lucrum autem ex numiſmatum commutatione. Primò quidem vt Philo. ibidem dicit caſu euenisſe videtur, dum accidit aliquid, puta aureum numiſma plus alicubi æſtimati,ſicque pro illo plura ærea dari ibi,quàm dentur,vnde ibi ductum fuit humana deinde induſtria artificioſe circa huiuſmodi numiſmatum commutationes lucri vias compoſuit. Sicque ars campſoria confecta eſt.
4 † Vnde nihil aliud campſoria eſt quàm negotiatio in commutatione numiſmatum.Materia ſiquidē & actus & finis eius ſufficienter in hoc explicantur,vt patet. Quamuis autem a Philoſopho campſoria vituperetur & ratione materiæ: quia tantum numiſmata tractat a proprio numiſmatis vſu diuertens,& ratione finis:quia lucri gratia,quod fine caret,& vtriuſque ſimul:qa pecuniæ vt inſtrumenta æconomice & politice habendæ quærendęque ſunt non propter ſe,ſic ut nec quodcunque aliud or-
5 ganum per ſe appetitur. Si † tamen ex hominis campſoris fine honeſtetur,vt pro te ad familiæ & ſtatus ſui decentem ſuſtentationem ordinata,licita eſt: quemadmodum & alię negotiationes.Poteſt enim id quod ſolitarie conſideratum conſonū non videtur ex adiuncto fine honeſtum reddi, vt patet de hominis occiſione,quæ abſolute repellenda eſt: ſi tamen addatur propter iuſtitiam &c.præcipienda eſt,ſicut econuerſo ars ex ſe honeſtiſſimum finem habens ut medicina ſanitatem : vituperabilis ex fine medicantium reddi poteſt,cum lucri cauſa medētur. Cum ergo experientia teſte pareat,ꝙ multa neceſſaria ciuitatibus plurimis deeſſent , niſi mercatores eſſent, & ipſi non commode poſſint abſque cambiis negotia ſua exercere : neceſſariū & honeſtum eſt campſoria in ciuitatibus eſſe. Non quatenus pure campſoria eſt,ſed quatenus æconomice politiceque miniſtra eſt,vt ex dictis patet.Et ſic campſores nedum poſſunt ſeruare ſe indemnes,ſed etiam lucrari & induſtriæ rationem habere: cum negotiationi licite & vtili reipublicæ illam apponant.

S V M M A R I V M.

1 *Cambiorum rectitudo quid exigat.*
2 *Numiſma vbique duplex eſſe conſueuit.*
3 *Ducati vix argenti nomen merentur.*
4 *Rem an liceat carius vendere quàm abſolute valeat ex eo, quòd vendenti commodior eſt.*
5 *Commutatio numiſmatis expendibilis pro non expēdibili quomodo ſit licita.*
6 *Loci differentia quotupliciter in commutationibus admiſceri poſſit.*
7 *Loci ſicut & temporis pro quo contractus ſit rōnem qū habere oporteat.*8.
9 *Aequalitas ſumi poteſt in cōmutatione numiſmatum iuxta tēpus cōtractus.*
10 *Pericula quæ in commutationibus pro nihilo reputantur.*
11 *Mutuans aut vendens an licite aliquid plus exigat propter pericula, quæ in temporis dilatione accidere poſſunt.*
12 *Mercator vendens rem aliquam ad tempus, non poteſt vendere plus communi pretio ex hoc,quòd pecunias ſuas mortuas tanto tempore tenebit.*

¶Capitulum ſextum. Quomodo oportet numiſmatum commutationes facere,vt rectitudo ſeruetur.

1 NON ſolùm autem oportet declarare † quid rectitudo cambiorum in communi exigit, ſed in ſpeciali, quomodo in hoc vel illo modo rectitudo ſeruanda ſit:dicendum eſt,omiſſis tamen ſingularib. quæ ſciētifice determinationi non ſubſunt. Cum ergo campſoria circa commutationem numiſmatum verſetur, neceſſe eſt iuſtitiæ commutatiuæ canones in ea ſeruari,ſicut & in cæteris commutationibus.Ex quinto vero Ethicorum patet,ꝙ vniuerſalis regula commutationum eſt, vt ſeruetur æqualitas rei ad rem,vt ſcilicet æquale ſit datum accepto,& econuerſo.vnde ſi commutatio numiſmatum iuſta eſſe debet, æqualis ualoris oportet eſſe commutanda numiſmata. Et quoniā hoc pluribus modis cōtingit ſeruari ſecundùm differentiam numiſmatum & locorū & temporum, ideo poteſt æqualitate ſalua lucrum prouenire campſoribus,quod quomodo contingat, videri poteſt, ſi præ-
2 dictas differentias ſcrutati fuerimus. † Numiſma igitur cū ubique duplex eſſe conſueuerit.ſ.expendibile ibidem:& non expēdibile ibidem, contingit dupliciter cambium fieri, aut dando numiſma expendibile pro non expendibili: aut pro expendibili,& vtrunque horum contingit dupliciter, aut dādo numiſma melius,commodus, & magis amatum cōmuniter pro minus bono commodo & amato,vt aureum pro argento vili,uel æreo & c.aut econuerſo. Et quodlibet rurſus horum poteſt haberi pro eodem uel alio loco.Et ſimiliter pro eodem uel alio tempore.

Source : BIU Cujas

tempore. Et quia ſimplicia priora & certiora compoſitis ſunt, a primis inchoandum eſt, nulla locorum aut temporum diuerſitate admiſſa, ſed ſola talium numiſmatum commutatione ſiſtendo. Si igitur commutandum eſt vnum numiſma expendibile cum alio expendibili; quantum eſt ex parte commutationis oportet numiſmata commutanda æqualis valoris eſſe; quoniam vtrunque lege aut conſuetudine certum habet pretium. Nec ſaluaretur in commutatione æqualitas: ſi ex aliqua parte exceſſus eſſet. Contingit tamen ex quartæ qualitatis numiſmate in ſe vel in ordine ad campſorem: ꝙ ſit hæc commutatio iuſta, numiſma minoris pretii abſolute dando. † Et hoc eſt, quando campſor dat bonam monetam pro mala, non falſa aut defectiua, vt ducatos aureos pro argenteis, quæ vix argenti nomen merentur. Tunc enim licèt campſor det minus in aurea pecunia quàm accipiens det in illa moneta, æqualitas tamen ſeruatur ex eo, ꝙ cētum ducati in moneta ſic bona & portatili æquiualent centum & duobus: verbigratia, in moneta tā vili, vt patet ſi conſtanda eſſent numiſmata, & ex vtilitate quæ poteſt ex illis percipi in faciendo ex eis vaſa, & ex vtilitate expenſionis ſecūdùm locum & tempus. Bona enim numiſmata quamuis antiqua aut extranea libenter acceptantur, & ex periculo; quoniā malę monetæ vtpote exoſæ facile poſſunt a principibus inexpēdibiles reddi, & de facto in prouinciis bene ordinatis & non orbatis redduntur. Nec obſtat determinatio valoris monetarum per legem; quoniam illa reſpicit numiſma quoad per ſe, primū vſum eius qui eſt commutatio pro venalibus. Lege ſiquidē vel conſuetudine ſtatuitur, ꝙ aureus ducatus & 90. ſolidi in commutationibus æconomicis & politicis æquiualeant. in quibus pecuniæ pro rebus commutantur. Commutatio autem numiſmatum arbitrio ſapientium iuxta eorum qualitatem aut abundantiam & cōdimittitur, vt experientia teſtatur. † Similiter quoque ſeruatur æqualitas, ſi quis cōmutans numiſmata minus dat pro eo, ꝙ danda a ſe numiſmata commodiora ſibi erant: ſicut etiam licet vendere rem carius quàm abſolute valeat, ex eo ꝙ vendenti commodior eſt. Vnde habens ducatum aureum ſi a volente commutare paruam monetam pro illo ſolidum vnū exigat: quia ille ſibi commodior non peccat. Qui tamen non vult abſque lucro commutare ducatos ianuenſes pro illis ducatis æque pretioſis & ſibi commodis: quia petenti commutationem commodiores ſunt ianuenſes ad deauranda ſua vaſa peccare videtur, eo ꝙ vendit alterius commodū. Et quia in iſtis nō ex campſorum expenſis aliquid plus accipitur ſed abunde, vt patet, ideo cuilibet ex iſtis cauſis licèt in huiuſmodi cābiis minus pecuniæ dare quàm accipere. Campſori autem vltra hæc licitū eſt in cambio minuto etiam ſi meliorem & commodiorem quam det aliqd plus accipere propter expenſas &c. vt ſuperius dictum eſt. Si autem fiat † commutatio numiſmatis expendibilis pro non expendibili: notabile poteſt inde lucrum prouenire: ex eo ꝙ non ſolum haberi poteſt ratio materiæ & commodi, ſed etiam extraneitatis; qua fit, vt tales pecuniæ in tali commutatione multum a numiſmatis ratione declinantes quaſi vt res quædam commutentur. Duplici enim exiſtente pretio numiſmatis, ſcilicet inquantum eſt talis res, puta aurum & inquātum numiſma, & ſecundo excedente primum ex hoc ꝙ aliqua pecunia alicubi expēdibilis eſt: numiſmatis pretium ibi perdit, magisq́ue vt res quædam commutanda venit, quam tñ cāpſor in locis vbi numiſmatis pretium obtinet procurans habere ipſam commutando, multum lucrari poteſt. Et quoniam pretia rerum prudentis arbitrio reli nquuntur: erit in hac cōmutatione ęqualitas ſeruanda, penſata quantitate extraneitatis & aliis conditionibus vt ſapiens determinabit.

Loci autem differentia † tripliciter poteſt omnibus ſupradictis commutationibus admiſceri. Campſore enim exiſtēte & dante ſuas pecunias Mediolani & recipiēte alias alibi, aut contractus commutationis fit pro Mediolano: aut pro alio loco, vbi accipiens cambium habet pecunias, puta Lugduno, aut pro vtroque ſimul. Si contractus fit primo modo, ſcilicet Mediolani & pro Mediolano: tunc cum accipiens cambium ex vitalis contractus teneatur Mediolani dare pecunias quas commutat, nulla diuerſitatis locorum ratio habenda eſt. Sed tanquā cambium manuale agendum eſt eorum quæ ſupradicta ſunt ratione habendo. Ex eo tamen ꝙ accipiens cambium vult ſe liberare ab obligatione & onere & periculo deuehendæ pecuniæ ex loco vbi habet Mediolanum & cāpſor vult hæc ſubire, licitum eſt mercedem exigere: ſed hoc potius ad contractus locationis & conductionis ſpectat quàm cambii: & ideo iuxta eorum canones reguletur, ſi accidat. Quod tamen rarò credo euenire. † Si verò contractus fit ſecundo modo, ſcilicet Mediolani quidem ſed pro Lugduno: tunc nulla Mediolani ratio habenda eſt. Sicut nec in contractu emptionis, quo abſentes merces pro loco in quo ſunt emuntur. Oportet enim loci ſicut & tēporis pro quo contractus fit rationē habere, nō in quo fit. Si pro alio loco aut tempore tm̄ cōtractus fit, vt nunc proponitur. Et hoc ſiue certificetur Mediolani commutatio coniectādo veriſimile pretiū loci ꝙ quo fit. Et quāuis talis modus cābij nunquam forte fiat; fieri tamen poſſet hoc modo, ꝙ Petro habenti Venetijs venetam monetam, & egenti Mediolani centum ducatis, campſor Mediolani det centum ducatos aureos recepturus de illa moneta Venetijs tantum quantum Venetijs ꝙ illis commutatur in cambio manuali, & non in curſu cambiorum fiunt pro locis diſtantibus. Sicut enim triticum exiſtens in villa emitur ab his qui ſunt in ciuitate tanti quanti venditur in villa vbi aſſignatur, & non quāti venditur aſſignandum Mediolani. Si autem † contractus fiat tertio modo, vt communiter accidit. ſ. Mediolani pro Mediolano & Lugduno ſimul: tunc vtriuſque loci ſimul, ac per hoc diſtantię eorum periculorum expēſarumque intercedentium adhibenda eſt ratio, ſicut & in contractu emptionis. Conſtat enim, ꝙ aromata Alexādriæ aſſignāda Ianuæ empta atque ſoluta vt Ianuam deuehantur, longe minus valent quam ſi manualiter Ianuę aſſignarētur: quia res conducenda a tanta diſtantia, cum tot periculis & expenſis &c. lōge minor eſt Ianuenſibus ſeipſa conducta & a tot periculis expenſiſque libera. Et hoc modo in cōtractu commutationis numiſmatū pro locis diuerſis celebrato numiſmata ipſa ſic oportet adęquare, vt loci conditiones in ordine ad alium locum ex vna parte computentur. Sicque fiet, vt ſi centum ducatis aureis Mediolani, trecenti argentei Lugdunenſes adęquarentur. Lugduni aſſignati ducenti. & xc. forte adęquantur. concurrentibus etiam alijs ſupradictis rationibus; & forte pauciores. Viliora ſi quidem ſunt conducenda cum periculis & expenſis, q̄ manualiter habita. Nec obſtat, ꝙ campſor Mediolanenſis habet fratrē aut factorem Lugduni, aut omnino erat Lugduni tantam ſummam pecuniæ expenſurus pro alijs ſuis negotijs. Hæc enim omnia per accidens ſe habent ad cōtractus naturam, in cuius ęqualitate iuſtitia cōſiſtit. Quid enim ad contractus commutatiuos, in quibus ęqualitatem rei ad rē fieri oportet, ſi ex induſtria mea aut caſu ego affines habeo in diuerſis locis, aut miniſtros fere gratis inuenio. Et ex inde viarū miniſtrorumq́ue expenſas lucrans diues fio: dummodo rerum conditionibus penſatis ęqua fiat commutatio.

De temporis autem differentia

bi membris tantùm diſtinctio conſideranda eſt, ſcilicet preſentis tantum, aut futuri tantùm, vtriuſque enim ſimul ratio habita, nullam iuſtam diuerſitatem pretij in commutationibus facit, vt ꝛ patebit. † Poteſt ergo in commutatione numiſmatum iuxta tempus contractus æqualitas ſumi. Et hoc ſiue fiat manuale cambium, ſiue non. Et ſiue in eodem loco ſit ęquiualens reddendum, ſiue alibi: locorum tamen ratione habita. Vnde pōt campſor dans aureos & recepturus aliam monetam, vel econuerſo, certificare quantitatem reddendæ pecuniæ, ac ſi tunc manualis commutatio fieret. Poteſt & futuri temporis quo. ſ. aſſignatio reddendæ pecuniæ erit rationem habere. Et hoc duplici ter, aut in certe commutationem relinquendo, vt. ſ. pro cētum aureis nunc datis teneatur accipiens poſt duos mēſes dare tot argenteos quot poſt illos duos menſes æqulualebunt centum aureis. Aut certificando comutationem, vt. ſ. habito reſpectu ad futuras commutationes poſt duos menſes ſtabiliatur nunc commutatio commenſurata illis, ita ꝙ parum plus aut parum minus veriſimiliter credantur commutanda eſſe talia numiſmata, vt ſi creditur, ꝙ hinc ad duos menſes cum aſſignāda erit ab accipiente cambium centum aureis ęquiualebunt mille argentei, vel mille & viginti, poteſt ex nunc certificari commutatio ꝙ pro centum aureis datis teneatur accipiens aſſignare tūc mille & decem argenteos: ſiue plus ſiue minus tunc continget communiter aſſignari. Patent autem hæc ex alijs commutationibus, vt in contractu emptionis rei aſſignandę futuro tempore, manifeſtum eſt, & habetur expreſſe extra. de vſuris. c. nauigāti. in 2. caſu. In iſta enim commutatione numiſmatum tempus aſſignandi numiſmatis attenditur. Nec aliquid plus aut minus ſumi diximus ex eo, ꝙ prius campſor ſua numiſmata dat. Vtriuſque autem temporis ſimul differentia nullam diuerſitatem videtur in quibuſcunque commutationibus facere. Sicut vtriuſque loci; quoniam res in tempore futuro danda, non eſt deterioris conditionis ex hoc, ꝙ abſens a preſenti & reducenda ad preſens: ſicut res in loco diſtanti ex hoc ꝙ reducēda ad locum præſentem. Nec ſubiacet periculis, expenſis, induſtrię, aut miniſtris, vt ad preſens ſecundum tempus fiat ſicut ſecundum locū. † Niſi quis dicat, ꝙ ſubiacet periculo ꝓditionis; quia poteſt mori debitor, aut interim pauper effici &c. Sed hæc pericula pro nihilo in commutationibus reputari patet. Tum ex eo, ꝙ aut tam rata ſunt, ꝙ cōſilio nō ſubſunt, vt de ſtatus deiectione dicitur intra tam breue tempus, aut talia ſunt, ꝙ etiam ſi accederent, ad huc tuti eſſent creditores: vt de morte & huiuſmodi patet. Tū quia ex mutuis & alijs commutationibus experientia teſte patet huiuſmodi pericula non conſideranda eſſe. † Non enim qui mutuat aut vendit, licite aliquid plus exigit propter huiuſmodi pericula quę in temporis dilatione poſſunt accidere vendendo ad tempus, aut mutuando. Et quia breuitas & prolixitas tē-

poris

poris differentiæ ſunt temporalis diſtantiæ: conſequens eſt, ꝙ nec in cambijs, nec in alijs commutationibus ex quantitate tẽporis aliqua conditio rei commutandæ accedat per ſe, ex qua poſſit vilior aut prætioſior iuſte æſtimari. Notanter autem dico per ſe, quoniam per accidens contingit res ęqualis bonitatis eodem tempore aſſignandas diuerſa notabiliter habere pretia, & iuſte; vt ſi triticum aſſignandum menſe Iulij Ianuario prędecẽte ematur, iuxta æſtimationem communem pretij aſſignationis temporis futuri, & deinde menſe Martij ſubitis exortis bellis credatur multo plus vendendum, fiet aliud prætium pro eodem tempore ab alijs ementibus, & ſi in menſe Maij contingẽt bella augeri, aut ſpicas grandinibus percuti &c. augebitur prætium pro illomet tempore. Sed hoc non operatur tẽporis prolixitas aut breuitas, ſed euentus incidentes, ex quibus res æſtimatur vilior aut p̃tioſior, vt de ſe patet. Vnde ſingularis illa opinio dicens, in commutationibus prolixitatis temporis rationem haberi poſſe non ratione temporis, ſed quia res in tempore prolixiore cõſiderata minus valet: & cætera a veritate deuiat in hoc, quoniam res nec ex eo ꝙ in tanto tempore ſumpta cõmutatur æſtimatur vilior aut pretioſior. Sed ex tali euentu in tempore, puta bello, penuria, aut, abundantia &c. Ex hoc verò, ꝙ pecunię diutius occupatæ ſunt tenendæ in hac computatione res commutanda nec ptætioſior nec vilior communi pretio redditur,
12 vt S. T. expreſſe dicit in 2.2.q.78.art.2.ad primũ. † Aſſerẽs quòd mercator vendens rem aliquam ad tempus non poteſt vendere plus communi pretio ex hoc, quòd pecunias ſuas mortuas tãto tempore tenebit. Et ſi hoc licitum diceretur, iam vſura nõ eſſet damnata in vẽditione ad tempus &c. Quod autem merces carius emantur quæ citius commutandæ ſint, Propoſito non obſtat Quoniã celerior venalitas æſtimata a maiori vſu aut neceſſitate illius rei procedit, res autem quanto magis neceſſaria aut vſitata alicubi; tanto ibi eſt pretioſior. Et ideo meritò ibi carius a primo venditur: & a mercatore emitur reuendenda. In rẽ igitur commutandam redundantem conditionem aliquã ſub tempore, ex qua res communiter pretioſior aut vilior æſtimet & non quanto tempore pecunia occupetur commutationum natura penſat, quæ ęqualitatem rei ad rem exigit: ſic longiſſimo adiuncto tempore, ac ſi manualiter commutatio perficeretur. Propter qđ campſoribus non licet menſurare tempus mediũ inter dationem & acceptionem: aut rem ſeu pecuniam prolixiori tempore dandam vilius ęſtimare: quamuis liceat in dãdo æqualitatem commutationi ſtatuere, iuxta præſentem æſtimationem de futuri temporis commutationibus, quę ſecundum diuerſos euentus temporibus diuerſis varia eſt. Sicut & in cæteris commutationibus.

SVMMARIVM.

1 *Numiſmatum commutatio quadrifariam in cambijs fit. nu. 2.*
3 *Pecunia in naui fluctuante conſtituta minus emitur, quàm abſolutè valeat, & quare. num. 4.*
5 *Campſoribus aduenientibus nundinis longinquis an liceat debitori tunc ex accepto prius cambio dilationem ſolutionis concedere vſque ad ſequentes nundinas, & ex hoc plures recipere, quàm prius deberet. nu. 6. 7.*
8 *Res abſens vel præſens dummodo vendatur iuſto pretio, contractus eſt licitus, quæcunque pars inde nocumentum incurrat.*
9 *Numiſmatum commutatio cum tractatur, inter nummos hinc & inde poſita, ſemper ad mutui contractus declinare conſueuit.*

De alijs cambijs propoſitis ex parte accipientium cambia. Cap. VII.

1 FAcile autem eſt ex prædictis videre, an prædicti cõtract⁹ campſoribus nuper inuenti, de quibus quæſtio præſens eſt, ſint vere cambia, & iuſta fiant. † Cum enim cambij contractus cõſiſtat in commutatione numiſmatum, & in ꝓpoſitis caſibus nulla alia cõmutatio niſi numiſmatum fiat, conſequens eſt, ꝙ prædicti contractus ex ſua forma vère cãbia ſint diuerſorum tamen graduũ. Quadrifariam namq; numiſmatum commutatio in huiuſmodi cambijs fit. Aut totaliter, vt fit in cambio Brugenſi & Londrẽſi, in quo totaliter alia eſt moneta data ad accipienda, aut partialiter, vt fieri contigit, quamuis non ſemper in cambio Lugdunenſi, in quo marcha auri accipitur in tribus monetis ſcilicet ſcutis, aureis, & argenteis &c. Et contingit, ꝙ dans dat etiam ſcuta. Aut quaſi nihil, vt fieri cõtingit in cãbijs intra Italiã, in quibus numiſma datũ ab accipiendo parũ aut ninil quãdoq; differt, propter proximitatem locorum, & cõicationem in nummis: aut omnino nihil, vt fieri cõtingit & in Italia & forte extra, quando nulla ratione habita qualitatis numiſmatum ſed ſola quantitate datæ & accipiendæ pecuniæ in alio loco penſata. cambium dicitur fieri: vt cum Petro habẽti Romę pecunias ſuas & egenti Mediolani mille ducatis, campſor dat Mediolani mille ducatos pro mille & decem, verbi gratia aſſignãdis ſibi Romæ. Et in primis quidem tribus modis cum commutatio numiſmatum ſemper interueniat licet plus & minus contractus cambij ſoluatur.

2 †In quarto autẽ modo cãbij nomẽ nõ niſi ęquiuoce ſaluari videtur. Nulla ſiquidẽ ibi numiſmatũ cõmutatio in pactũ ducitur, & manifeſte patet, quòd contractus commutationis numiſmatum non eſt: qui in manuatiter fieret, nullam numiſmatum commutationem requireret, ſicut nec contractus venditionis eſt rerum diſtantium ille, qui ſi manuelis commutatio fieret, venditio nõ eſſet, vt patet. Conſtat autem, quòd ſi cãpſori Mediolani pro datis mille ducatis darentur mille & decem ducati: nulla eſſet commutatio numiſmatum, niſi quia alii numero eſſent dati ab acceptis. Quod eſt extra propoſitum, propter quod videtur, quòd contractus iſte mutui ſit, ſed cambii nomine palliatus? Ac per hoc nõ licet lucrari campſori ex eo, ſed ſe tantum ſeruare indemnem, vt ſuperius de mutuantibus pro locis remotis declaratum eſt. Si quis tamen diligenter contractum conſideret: videbit nec mutui nec cambii proprie contractum eſſe, ſed contractum quaſi emptionis & venditionis per quandam aualogiam ad cambia pertinentem. Quamuis enim in contractu hoc numiſma pro numiſmate non commutetur: commutatur tamen numiſma præſens cum numiſmate diſtante localiter: & numiſma in hac commutatione materialiter & vt res quædam accipitur. Commutãtur enim, vt res tanti pretii præſens, cum re æquali diſtante: habita vtriuſque ratione loci. Conſtat autem, quòd res diſtans a Mediolano vilior eſt Mediolanenſibus ſeipſa Mediolani ſita: ꝓpter expenſas & peri-
3 cula & cætera ad vehendum ipſam requiſita. † Vnde quemadmodum emitur pecunia in naui fluctuante conſtituta minus quàm abſolute valeat: quia non emitur inquãtum pecunia ſed
4 inquantum res tanti pretii ſub tali periculo conſtituta. † Et ſicut pecunia debita Ioanni a malo debita reemitur a Petro minus quàm valeat: quia eſt res ſub tali labore poſſidendi conſtituta: ſic pecunia abſens inquantum res ſubiacẽs periculo & expenſis delationis emitur minus quàm abſolute in ſe valeat. Et propterea nec mutui, nec cambii cõtractus iſte eſt proprie, ſed ad cambium quodammodo reducitur, pro quanto res præſens & res abſens quæ commutantur, numiſmata ſunt. Et quia hic contractus per modum conditionis omnibus ſupradictis adeſt, ideo penſandus eſt in cæteris. Iuſtitia vere in his cambiis tunc erit, quando nec exceſſus fiet in æſtimando, ſed penſatis conditionibus numiſmatum ex qualitate & diſtantia aliis ad rem facientib. & induſtriæ ratione habita æqua fiet commutatio. Seruabitur autem hoc quando ſecundùm communem æſtimationem commutatio regulabitur, aut ſapiẽtum in hoc arbitrium imitatum fuerit: nec temporis prolixitas aut breuitas penſabitur, ſed ſemper in veri æſtimatione pretii ſtabitur, ſiue cito, ſiue tarde pecunia aſſignanda ſit. Si enim hoc defuerit: vſura eſt ratione impliciti mutui, ſicut in venditione plus iuſto pretio ad tempus. Si autem pretium deeſſe contigerit: vſura quidem non eſt, ſed iniuſtum lucrum, & reſtitutioni obnoxium, ſicut quando res plus iuſto pretio venditur. Vnde propoſita cambia ſi ſeruatis his duabus conditionibus neceſſariis ad iuſtificationem etiam cæterarum commutationum celebrantur, iuſte fieri poſ-
5 ſunt. † Ex his autem patet, non licere campſoribus aduenientibus nundinis Brugenſibus vel Londrenſibus debitori tunc ex accepto prius cambio dilationem ſolutionis concedere vſque ad ſequentes nundinas, & ex hoc plus recipere quàm prius deberet, aut paciſci ſibi deberi ſicut in ſequentibus nundinis cambia current. Hic enim eſt contractus mutui cum ſpe lucri, ſolo cambii nomine fultus & prolixitatis temporis ratio manifeſte habetur, campſorib. quoque pro Lugduno vel alio loco iuxta prolixitatem aut breuitatem temporis medii inter dationem & acceptionem marcham auri aut reddendam quancunq; monetam plus & minus æſtimantibus, æterna ex hoc paratur dam-
6 natio, vtpote vſurariis. † Nota tamen diligenter hic in loco, ꝙ ſufficiens ſignum iniuſti contractus non eſt minus dare pro cãbio multo interiacente tempore vſque ad nundinas & plus dare quando proximæ ſunt nundinæ. Quoniam conſuetudo hæc quamuis prima facie introducta videatur pro habenda ratione temporis medii, quo accipiens pecunias Mediolani redditurus in nundinis Lugduni vtitur illis pecuniis acceptis: perſpicacius tamen ſcrutantibus occurrit, quòd conſuetudo hæc introduci potuit propter inuentionem aut non inuentionem campſorũ tenentium loca quaſi venditorum. Vel propter multitudinem
7 aut paucitatem eorum. Propter quod † ſciendum eſt, quòd in huiuſmodi cambiis accipientes Mediolani pecunias pro aſſignanda marcha auri Lugduni in nundinis, qui ſunt quaſi venditores marchæ auri abſentis loco & tempore, communiter cum ſuo damno cambium hoc faciunt ſcientes ſemper quantum damni ex tali venditione incurrent. Ex hoc autem prouenit conſequenter, quòd nullus ſimpliciter loquendo inuenitur quaſi venditor in huiuſmodi cambiis: ſicut nec in quacunque alia commutatione, in qua certum eſt venditorem damnificari. Nec propterea cenſenda eſt illicita commutatio: quia ſcili-
8 cet venditor nocumentum incurrit. Quia † dummodo res abſens, vel præſens vendatur iuſto pretio, contractus eſt licitus, quæcunque pars inde nocumentum incurrat Ex hac quoque eadem radice prouenit, quòd tunc tantum inueniuntur quaſi venditores in iſtis cambiis, quando mercatores egẽt pecuniis,

& volunt

Source : BIU Cujas

& volunt potius tales inire venditionis contractus cū aliquali damno, quam a maiori lucro & commodo abstinere, quod ex accepta pecunia paratum vel acquirendum sperant. Vnde nisi esset huiusmodi indulgentia pecuniarum cum intermedio tēpore, quo negotiationibus suis prouidere ex acceptis pecunijs possent illi qui sunt quasi venditores, nullus vnquam inueniretur quasi venditor in istis cambijs Quemadmodum ergo tēpus intermedium est occasio, quòd inueniantur quasi venditores, ita multum tempus intermedium est occasio multorum vendi torum communiter, & paucum tempus multorum emptorū. Ac per hoc multo interiacente tempore: propter abundātiam venditorum rationabiliter minus datur a soluentibus, qui sunt quasi ementes marchas absentes. Et modico interiacente tempore propter abundantiam emptorum plus ab eisdē quasi emē tibus soluitur, adeoque dicuntur abundare quandoque emptores prope nundinas, vt nihil lucrentur, immo cum dāno suo cā bium faciant; quia non inueniuntur venditores, & hoc contin git, quando friget negotiatoria ars. Vnde cum contractus cam biorum huiusmodi abstracta ista temporum differentia liciti sint, vt ex dictis & dicendis patere potest: & hæc temporis differentia damnari non possit: quia prædicto modo saluari potest,
9 restat † quòd si pensata loci absentia &c. alias iuste fiat talis numismatum commutatio: iniusti iudicari non debent contractus tales, quòd si plenius vis conspicere: finge lanas vel quamli bet aliam rem absentem loco: vendi & emi in huiusmodi con tractibus. Videbis enim clarius veritatem. Quoniam cum numismatum commutatio tractatur, inter nummos hinc & inde mens posita semper ad mutui contractus declinare consueuit. Vtrum autem de facto moderatum sit lucrum, quòd ex huiusmodi cambijs reportatur scientificæ non subest decisioni, quæ ad singularia non descendit. Illud tamen rationi consentaneū videtur, quòd moderatum cēsendum sit lucrum, ꝙ communis consuetudo approbat, vt scilicet cambia fiant secundum quòd tunc currunt pro locis illis communiter. Pensanda autem diligenter & applicanda subtiliter hæc sunt cambijs pro Bruges & Londres &c.

Nec obstant prædictis rationes ad oppositum in 3.c. adducte. Falsum siquidem supponit prima, quòd cambia hęc fiāt in fraudem vsurarum, immo quod communi bono mercatorū sunt introducta. Nec ex eo ꝙ Petrus non mutuaret pecuniam, qui commutare propter spem lucri est paratus, peccatur. Quoniā nec opus, nec intentio deformitatem continet; quia non tenetur ad mutuum: & iustis commutationibus vacat. Secūda vero ratio concludit, non illicitos contractus, sed illam temporis cō ditionem non posse apponi sine vsuræ vitio: sicut etiam in venditione ad tempus. Tertia autem cambia hæc nō subtiliter scrutatur: quia campsor ementis rem in futuro assignandam magis quàm vendentis rem conseruandam: aut transferendam, locū tenet in vtroque modo cambij. Quoniam & si in secundo modo videatur vēdere ducatum ex hoc, ꝙ æstimat ipsum 52. grossis, secundum tamen veritatem emit tot grossos Flandrenses Brugis assignandos vno ducato. Illa siquidem æstimatio ducati concurrit ibi, vt modus computandi facilius quantitatem duca torum & grossorum commutandorum, & non vt ducati vena lis pretium. Est autem interpretatio hęc merito admittenda ex eo, ꝙ ipsi contractum realis seu veri cambij dicūt se facere. Qui tali modo interpretandus est, vt iustitiam contineat, cambij siqdem nomen censum hunc admittit. Quid ergo de cambijs his & de recitatis opinionibus sentiendū sit, ex dictis manifestū est. Nunc ad reliqua cābia ex parte accipiētiū proposita trāseamus.

SVMMARIVM.

1 *Cambia qualiter sint licita ex parte accipientium.*
2 *Industria adinuentiua viarum iustarum & vtilium simul est laudabilis, sed damnabilis in fraudem inuenta.*
3 *Signum ad cognoscendum si campsores sunt vsurarij.*

Capitulum octauum. De alijs cambijs propositis ex parte accipientium cambia.

RElIqua igitur in fine primi capituli proposita cambia examinanda distinguendum videtur, & dicendum quid de facto sit: & quid possit fieri. Aliter siquidem hæc cambia fieri ex eorum verbis percipitur, aliter
1 fieri possent. † Considerando ergo quod fit: omnia illa cambia ex parte campsorum sed Petri dantis pecuniam campsori alibi sibi assignandam iniusta esse videntur per se loquendo. Cū enim campsor non accipiat pecuniam a Petro in fauorem sui sed Petri cui assignanda est alibi. nulla æquitas censet campsorem ex hoc damnum aliquod pati. Pateretur autem in his cambijs damnum ad minus duplex. Primum est, ꝙ seruitium suum, quo pecunias Mediolani acceptas, Florētię perinde ac tuto delatas assignat, irremuneratum remanet: & tamē seruitium mercenarium est. Secundum est, quod plus dat aut dabit campsor vt sperat Petrus; quàm acceperit; quoniam ducati Florentini minus valent Mediolani, vbi dantur campsori quàm Florentię vbi assignantur. Vnde campsor si se indemnem quo ad hoc seruare debet, deberet mittere eos Florentiam, & sic expensarum damnum maius incurrere. Alioquin expendendo eos extra Florentiam, constat quòd plus dat quàm acceperit. Et hæc duo in tribus primis modis locum habent: in aliis autem tribus in quibus vltra prædicta Petrus vult quatuor ducatos vltra illos centum tertium damnum campsori adiungitur. Dixi autē hæc esse illicita secundùm quòd fiunt. Quia huiusmodi homines exigunt hæc a campsoribus, vt dicitur propter vsum pecuniæ, quam dant in tempore medio a datione vsque ad assignationem. Dicunt enim campsori, tu lucraberis cum his pecuniis interim, & negotiis tuis eas accommodabis. Et propterea volo & ego aliquid commodi. Sicque lucrum ex industria cāpsoris non ex pecuniis prouenions iniuste pensando lucrari volunt non absque vsura. Dixi autem per se loquendo: quoniam per accidens continget absque culpa hæc fieri, vt in tertio casu quibusdam videtur, si Petrus ex abusione mercatorum & campsorum nescire potest quantum ducati sui Florentiæ valent, & sic egens pecuniis suis ibi coniectat iustum, prout cambia valebūt tunc non ex spe lucri, & sic consueuerint ad primam petētium vocem campsores seruitium suum gratis impendere: ne forte volentes transferre pecunias cambii contractum secum velle inire deposcant, & sic æqualem promittunt Florentiæ summā pecuniæ, videtur posse transire. Quamuis enim hoc faciant campsores propter vsum pecuniæ: quia tamen eorum seruitiū in his oneros um non est: quia omnino mittunt pro aliis negotiis & cambiis & ministros soluunt: parum & consuetum pro nihilo haberi videtur. Sic de vsu libri in pignus dati. S.T. dicit.
2 † Si autem de cambiis his loquamur, vt fieri possunt: quia scilicet Petrus posset emere Mediolani a campsore centum ducatos Florentinos assignandos Florentiæ, vel commutare numismata: attenta qualitate numismatum, & distantia locorum vt de contractibus campsorum diximus: tunc omnia cambia præ dicta iustificari possent: quoniam contingit interdum centum & duos emi alibi centum, vt ex dictis patet. Nec obstat, quòd Petrus non intendat pecuniam absentem præsentem facere, sed potius præsentem absentare. Quoniam ex industria Petri hoc prouenit, quòd absentaturus pecuniam suam exponit eam tali commutationi numismatum aut contractui emptionis rei assignandæ in illo loco vt sic: vbi cum damno suo transtulisset eam simpliciter per talem negotiationem transferat cum lucro. Nec est hæc industria damnabilis tanquàm in fraudem inuenta, sed laudabilis tanquàm adinuētiua viarum iustarum & vtilium simul: vnde Prouerb. capi. 11. dicitur. Simulator decipit amicum suum, iusti autem liberabuntur scientia. Et quoniam multos contingit esse volentes transferre pecunias suas de loco ad locum, & audientes alios ex huiusmodi translatione lucrari: saltem propter varietatem mo netarum & nescientes distinguere contractum simplicis translationis ab huiusmodi contractibus commutationum, & confuse intendentes licite lucrari non ex vsu pecuniæ quam dant campsori: sed ex cambio, ex quo credunt alios lucrari, non videtur, quòd isti sint damnandi, sed in meliorem partem eorum potius contractus sint interpretandi. Et hoc enim quando ex cambio dicit velle lucrum, iam contractum quem nesciunt se velle inire insinuare videntur, præsertim si arguant ideo se hoc lucrum velle: quia si ipsi campsores econuerso contractum talem cum eis facerent, maius lucrum exigerent. Ex hoc enim iam manifeste patet, quòd contractus campsoris supradictos inire intendunt: & tanto iustius quanto mitius quàm campsores. Accedit ad hæc, quòd non videtur verum, quòd de facto communiter volentes suas pecunias transferre cum lucro dicant se hoc pro vsu pecuniæ velle: sed forte aliqui mali sunt hoc dicentes, vel (quod verius puto) verba illa ignoranter a quibusdam dicuntur, credentibus se rationabilem causam assignare. Et si quidem ignoranter assignantes huiusmodi rationem intendant contractum cambii inire & propter hoc lucrū referre: quamuis in ratione assignanda errent, iniustum tamen non faciunt. Sicut si quis credat se in contractu venditionis & emptionis licite lucrari, propter tempus quo pecunias suas occupat as tenet, & tamen non vendit aut emit nisi iusto pretio. Signum autem ad cognoscendum qui sunt qui hoc intendant,
3 potest accipi duplex. † Primum est, si in animo habent nullo pacto vsurariis contractibus se immiscere. Secūdùm verò est, si assignant aliam rationem tangentem contractum licitum, puta ꝙ ita eis licere credunt sicut campsorib. Et hæc de cābiis dicta sinr Mediolani, in conuentu Sanctæ Mariæ gratiarū. Anno salutis M.499. die. 9. Decembris. Hęc sunt, pater venerande, quæ mihi de cambiis sentiēdo videntur, saluo semper omniū melius sentientium iudicio. Tu ergo perspicaci ingenio quo polles dicta scrutando perlege. Et si votis rem patem feci, omnipotenti Deo diuoque Thomæ gratię referantur. Si autem, da veniam. Ego enim secundùm ingenioli mihi præstiti vires, quod potui, feci. Bene vale.

DE

Source : BIU Cujas

DE CAMBIIS

MARCHARVMQVE DIFFERENTIJS pro Lugduno.

FRATRIS HIERONYMI DE LVCA, Sacræ Theologiæ professoris, Ordinis Seruorum Beatæ Virginis Mariæ.

Faciendi plures libros nullus est modus. Eccles. 12.

QVoniam in dies emergunt pericula, quæ tamen demoliri, & ad petram collidere necesse est. Hac de re non sum ego verit⁹ iuxta virium mearum imbecillitatē præsens opusculum pro ciuium nostrorum vtilitate edere, circa marcharum cambio rumque elucidationem. Ad hoc nempe me compulit libera charitas, ne aliquando de meipso dicerem. Veh mihi quia tacui. Nactus itaq; oportunum ocium, dum Psal. xiiij. eximij prophetę Dauid eisdem ciuibus legendo enodarem, in quo ipse audacter perquisiuit ad dominum dicens. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, ad quam diligentem ac sine petulantia inquisitionem datum fuit diuinum responsum figendum, quippe & memori tractandum pectore, ꝙ is in tabernaculo Dei præcipue requiesceret, q ad vsuram pecuniam non daret, aut munus de innocente non acciperet. Et ne prædicti ciues ob ingruentes in mercantijs periculosissimas circunstantias (dicente Dauid, introibo in domū tuam domine, quia ignoraui negotiationem) Deū ipsum siue conscientiam propriam aut proximum lęderent, meritò a nobis quæsitum fuit. An cambia quæ vsitatiori vocabulo marchę dicuntur pro nundinis Lugdunen. sint iusta, vel vsuraria, aut turpe lucrum in eis committatur.

Pro cuius solutione Primò terminos in titulo dubitationis positos declarabimus.

Secundò opiniones diuersorum doctorum recitabimus.

Tertiò casus euitandos in tali negotio proponemus.

Vltimò contra determinata arguemus. Quibus diligenter visis & veraciter concluſis, Deo ipso optimo gratias agemus.

SVMMARIVM.

1 *Dominium alicuius rei pro alia re trifariam transferri potest.*
2 *Res pro re tribus modis dari potest.*
3 *Transmutatio, scilicet emptio & venditio dicitur, quãdo res vtilis pro nummisma datur.*
4 *Cambium dicitur, quando nummisma pro nummisma datur.*
5 *Nummisma accipitur quandoque pro auro aut alia quauis materia, quo aliquid fieri potest.*
6 *Nummisma signatum est mensura omnium rerum venalium.*
7 *Nummus est necessitatis futuræ fideiussor.*
8 *Denarij seu nūmismatis vsus & finis laudabilis est, vt naturæ subueniatur. Fœnerari dicitur, qui denario vt denarium pariat vtitur.*
9 *Nummus causa commutationis fuit inductus.*
10 *Nummisma signatum pro alio nummisma transmutatur improprie.*
11 *Cambium in nummis inter mercatores quæ necessitas induxerit, & an sit licitum.*

DE primo. Primus terminus declarandus est. Cãbium quid sit ab Arist. primo Politi. haberi potest ex eo † ꝙ trifariam transfertur dominium alicuius rei pro alia re (pro alia re) dico, vt ab his excludatur donatio, seu id quod dono damus, per quam etiam transfertur dominium liberaliter, non expectãdo rem aut retributionem. † Ista excepta donatione, vt dictum est, tribus modis damus rem pro re, cum translatione dominij.

Primò dando inutilia nobis pro vtilibus, vt vinum pro tritico, & talis permutatio dici assolet, quæ neque præter naturam est, neque ad amplificationem patrimonij pertinet, cum sit in supplemētum indigentiæ secundum materiam, & ista talis definitur quantitate & pondere.

Ab hac prima ꝓcessit secunda trãsmutatio, † scilicet emptio, & venditio in qua datur res vtilis pro nummisma: nam cum a remotis quæreretur auxilium in portando illa quibus indigebant, & exportando illa quibus abundabant, necessario nummi introductus est vsus, vt facilius deferri possent singula ad vitam necessaria. Quibus nummis repertis statutum est, vt etiam signo imprimerentur quò ad mensuram liberi essent, nam signum imponitur ad quantitatem demonstrandā: & ex his duabus diffinitis alia scilicet.

† Tertia species transferendi dominium & acquirēdi emersit nummularia, & ista communiter dicitur cambium, non quidem medice, cum apud illos Digestio, seu cibi decoctio sit. Sed hic cambium, mercatorius est terminus, quando nummisma ꝓ nummisma commutatur Hæc ergo & cambium & nummularia dicitur, quæ circa quæstum pecuniarum versatur, & talis licèt nummorum diuitiarumque effectiua sit, non tamen laudatur, cum fine careat, & circa eam quis fame periret, vt Aristo. de Mida exēplificat, cui propter insatiabile auri desiderium quicquid apponebatur, fiebat aurum. Si tamen committitur in Republ. hoc fit, vt instrumentum aptissimum natura ipsis diuitiis deseruiat. Et si hic verba Aristo. mente conspicimus, Tripliciter reperiemus numisma accipi posse.

† Primò, vt aurum est, aut quæuis materia sit, quo vas aut statua fieri potest, & vt talis materia emi potest, cuius commutatio tunc cambium nomen non meretur.

† Secundò consideratur numisma vt signatum est, & sic mē sura efficitur omnium rerum venalium, & si mensura quomodo vendi aut emi posset, quoniam mensura re mensurata metiri non potest, sed nummisma omnia nobis conuenientia cōparamus, & iste sibi proprius est vsus, dicēte Aristo. † nummus est fideiussor futuræ necessitatis. Quocunque autem alio modo vtatur, vsus ei erit, sed non proprius, vt de calceo exemplificando adducit Aristoteles, cui proprius vsus calceatio, secūdarius vt vendatur: sic de nummisma esse potest, de quo in proprio vsu postea dicetur. † Si ergo proprie vtamur denario politice, aut æconomice, laudabilis erit vsus, vt alimentum ipso mediante naturæ præbeatur; quoniam ad hoc opus fuit institutum a principio. Si quis autem vtatur denario, vt denarium pariat, fœnus committitur, quando a nummo ipso facit acquisitionē, & non ab eo quo inductus est. † Commutationis enim causa nummus inductus fuit, fœnus autem seipsum maius facit, vnde & nomen venit; quoniam illa quæ pariuntur similia sunt gignentibus. In fœnore autem nummus nummum parit, itaque maximè præter naturam est hic acquirendi modus: hæc Arist. loco dicto. Sed de huiusmodi acquisitione fœneratitia, seu vsuraria quomodo & qualiter cōmittatur latius loco proprio dicemus: cum vsuræ terminum exponemus.

† Tertiò modo consideratur numisma etiã signatum, vt ipsum pro alio numisma, vel pro moneta alia transmutari potest, vt ducatus pro grossis, & iste modus est quasi secundarius multum diuertens a proprio vsu. † Sed necessitas ad nos induxit, vt fit in cambio minuto, & vt commodius mercatores lustrantes orientem res ad partes nostras vehere possint, & cum ibi non expēdantur monetæ nisi Venetæ & similes, necesse est eos hic tales nūmos emere, & pluris quàm valeant hic & a suo valore, nec talis vsus & modus a Doctorib. improbatur, & modus iste cambium dici solet.

SVMMARIVM.

1 *Marcha est octo vnciarum pondus, & quare sic dicatur.*
2 *Mundus sic vndique vertibilis, nulla in re permanet stabilis.*
3 *Germani olim in nundinis Gehennensibus quas vendebant auri massas, octo vnciarum vocabant marchas.*
4 *Itali in nundinis Lugdunensibus sexaginta quinque scutos auri emunt pro marcha auri.*

MArcha, secundus terminus positus in quæsito habetur † quæ scilicet marcha nil aliud est, nisi tantum auri, quantum octo vnciis appēdunt; cum marcha pondus est vnciarum 8. Et quare tale nomen marcha sortitum sit, hoc non refert, & forte cum instrumentum sit mercandi, marcha dicitur, sed hic de re ipsa quantum ad propositum nostrum spectat.

Est sciendum, quòd iam annis multis in Gehennensi ciuitate, quæ ciuitas est Sabaudię, vulgo Geneua nūcupatur, feriæ celebrabantur, † sed mutabilitate, vt fit in mundo hoc vertibili, qui re vlla nunquàm stabilis permansit, in ipsa tamen transmutatione firmissimus reperitur, ipsæ feriæ ad Lugdunen. ciuitatē Galliæ deductæ fuere. Quando ergo Geneuę fiebant, aduentabant mercatores ex omnibus mundi partibus, † ex Germania plerique vēdentes aurum in massa ad pondus octo vnciarum, quam massam dicebant marcham, & eo confluebant mercatores nostrates, qui mercibus suis venditis monetis quas acceperant vendendo res suas, vt fit, emebant marchas auri modo supra nominato ad pondus octo vnciarum pro marcha, quo auro ad patriam delato in nummos sculptos conuertebant, & aliquid lucri extrahebant. † Sed hodie nundinis translatis de

Gehennensi

Gebenensi vrbe ad Lugdunum mercatores eundem ritum seruant, emendo aurum pondere marcharum. Veruntamen præsens vsus ab antiqua consuetudine variatur, cum iam emãt scutos aureos pro auro, vel loco auri, ita tamen sicut olim marcha auri vendebatur. lxv. scutis, ita nunc emuntur. lxv. scuti pro marcha auri, & non oportet, ꝙ statera appendatur aurum amplius, cum scuti dentur sculpti, & signati, & numero lxv. pro marcha vt dictum est prius, quater celebrantur feriæ Lugduni in anno, in quibus singulę soluuntur prędictę marchę emptoribus suis.

SVMMARIVM.

1 *Iustitia est in omni contractu seruanda.*
2 *Iustitia quæ in indiuisibili non consistere dicatur.*
3 *Lex humana in commutationibus solum punit magnos excessus.*
4 *Pretia quatuor rebus statuuntur venalibus.*
5 *Pretium deficiens quod dicatur.*
6 *Pretium mediocre rei quod sit.*
7 *Pretium summum rei dicitur, quod excedi iustè non potest.*
8 *Pretium excedens dicitur, quando terminus, & iusta meta exceditur. Tempus vendere non licet, hoc est pluris vendere ad terminum, quàm ei qui statim soluit.*
9 *Vsura lucrum dicitur, quod ex mutuo pacto debetur, vel exigitur.*
10 *Lucrum apud Aristotelem quid dicatur.*
11 *Vsura dicitur, si quid vltra sortem speretur, vel accipiatur. Sors quid propriè dicatur.*
12 *Vsura lucrum dicitur, quod ex mutuo intenditur.*
13 *Lucrum ex mutuo acceptum quando dicatur licitum.*
14 *Lucrum absque vsura ex mutuo prouenire potest.*
15 *Vsura est lege diuina prohibita.*
16 *Vsura an sit licita inter alienigenas.*
17 *Pecuniam suam dans ad vsuram, non habitabit in monte sancto Dei.*
18 *Collegium Zenandrim quale, & qualem acceperit à Deo potestatem.*
19 *Iudæis an fuerit permissum ab alienigenis fœnus accipere.*
20 *Vsuræ à quo hodie recipi possint licitè.*
21 *Fœnerari, actiuè, est mutuũ dare, sed vsurã recipere nulla permittitur lege.*
22 *Actus idem diuerso respectu obliquus, & rectus esse potest.*
23 *Clericus diuinis interesse potest duplici intuitu.*
24 *Moniales vt plurimum in simoniæ crimen incidunt puellas ad religionem recipiendo.*
25 *Moniales hoc in loco simoniæ insimulantur, ipsum crimen prætextu paupertatis palliantes.*
26 *Moniales puellas ad religionem recipientes intentio recta excusabit a simonia.*
27 *Vsurarius dicitur, qui propter lucrum percipiendum mutuat, vel qui propter mutuum lucrari intendit.*

1 SEquitur alius terminus. scilicet Iusta † Iustitia enim seruanda est in omni contractu, vt licitus sit. Seruatur autem sic, quantum a te recipio, tantundem per æquiualentiam tibi retribuam, & æquetur acceptum dato, propter hoc furta & rapinæ damnatur, in quibus non æqualitas, aut iustitia commutatiua obseruantur, & non transfertur dominium rei in il-
2 los, licet de facto possideatur. † Notan. insuper, ꝙ Iustitia talis non consistit in indiuisibili, sed latitudinem habens dicente propheta, & ambulasti in latitudine, quia mandata tua elegi, quamuis alio modo secundum legem diuinam & alio modo secundum legem humanam ista æqualitas in latitudine custodiatur, ex quo Deus intuetur cor, per paruam distantiam a suo valore
3 permittitur. † Lex verò humana in commutationibus solum punit, quando committitur magnus excessus, vt si aliquis deceptus fuerit plusquam dimidium. Non sic lex diuina, quę nihil vltra debitam latitudinem dimittit impunitum. Et vt clarius intentum explicem.
4 † Reperio, quòd in rebus venalibus communiter quatuor statuuntur pretia, & secundum quosdam. 5. statuta sunt pretia illa a lege aut a consuetudine patriæ vel a prudentum iudicio siue ab ipsa conscientia.
5 † Primum pretium deficiens nuncupatur, quod secundum legem humanam vltra dimidium valoris assignatur, & secundum istud pretium licet venditor vendat, non tamen emptori licet emere siue ad terminum siue statim soluat, secus si citra di-
6 midium. † Secundum pretium mediocre dicimus, quo res communiter punctali pretio secundum consuetudinem solet vendi, & istud mediocre appropinquat per minimam distantiam & iustum valorem, & partim pro nihilo reputatur, & iustũ pretium hoc est secundum humanam legem & forte diuinam.
7 † Tertium pretium summum dici debet, & hoc est quasi in punctuali valore, quod excedi iuste non potest, aut debet. Quãdo autem res venditur ad terminum, & si venditor venderet rẽ suam actuali pretio secundum mediocre pretium, vendere etiã potest licite rem ad terminum pro summo pretio, nec est contra fas, si sic vendantur, dummodo limitem non transcendat.
8 † Quartum pretium excedens nomen habet hoc, ꝙ terminum & metam excedit, & iuxta hoc pretium minime licet vẽdere, siue ad terminum, siue actualiter. Contra istam regulã vẽdunt mercatores ad terminum, & tanto pluris vendunt, quãto longiorem terminum prę figunt; tunc non rem, sed tempus vẽdere cognoscant, cum pretiũ excedens & tempus conglutinẽt.

Restat videre quid sit vsura: & primò ad diffinitionem progrediamur, vt intelligatur quid sit id, de quo habetur disputatio. Diffinitio enim innotescit quòd quid.
9 solet ergo sic vsura diffiniri, sed non satis recte. † Vsura est lucrum ex mutuo pacto debitum vel exactum. Sed cum diffinitio hæc repugnet dicto Saluatoris statuentis legem de vsura, non acceptatur. Nam dixit ille, mutuum dantes nihil inde sperantes. licèt quòd non paciscantur mercatores, vsura committitur per dictum Saluatoris, si quis intendat lucrum ex mutuo. Et lucrum quid sit Aristo. 5. ethico. docet. c. 4. d. Lucrũ est plus
10 quidem habere, quàm quod † ipsius. Cur autem dicatur mutuum. Mutuum quasi de meo tuum, per quod etiam transfertur dominium, sed ad tempus restituendum saltem secundùm æquiualentiam: quoniam formaliter idem reddere esset impossibile, & maximè cum mutuatur pecunia, cum vsus ipsius pecuniæ sit eius distractio & consumptio, non ergo possum ego reddere, quod iã distraxi, aut consumpsi, nisi per æqualitatem. Sed ista minime acceptat, vt dixi. Solet alio mõ & bene sic diffiniri.
11 † Vsura est accipere aliquid plus sorte, seu sperare accipere plusquàm sors sit. Sors enim dicitur res iuste possessa, vel sors est debita quantitas mutuatæ rei in materia occurrenti, & si accipiatur, ergo plus quam sors sit vsura, coniicitur, in intelligendo illud plus idem quòd vltra, cum contingat aliquando plus sorte recipere sine discrimine vsuræ: vt est in exemplo, mutuat quis tibi aureum valentem. 10. & hinc ad mensem restituis eidem aureum eiusdem generis & ponderat, valet communi extimatione seu principis decreto tunc. 12. ecce quòd plus accipit non tamen vltra sortem, nec facit contra legem, sed & cum nec omnibus satisfaciat diffinitio, quoniam esto quòd non accipiat: si tamen desiderauit quicquàm vltra datum legem violauit, ideo alia vsuræ quietatiua apponit diffinitio, quæ talis est.
12 †† Vsura est lucrum ex mutuo intentum, hæc sola sufficiẽs est diffinitio, quia vnius rei vnica diffinitio secundùm Aristo. Lucrum generis locum tenet primo ipsum genus est, ex mutuo, ponitur pro differentia, quatenus si aliũde venerit lucrũ quàm ex mutuo, non censetur vsurarium lucrum, quòd dico non solum propter lucrum emptionis & venditionis, quod iuste fit, & possidetur, sed etiam stante mutuo, vt lucrum eueniat, aut succedat, non semper vsura contrahitur, & vt proprius, intelligatur ex eo quod ponitur in diffinitione vsuræ dũ dicitur. † Vsu-
13 ra est lucrum ex mutuo, si dicit causam aut efficientem vel finalem, tunc eo ipso vsuram causat & efficit; quia talis est sensus, mutuat ille causa lucrandi, sed si illud ex, nec causam, neq; causæ circunstantiam inferat, sed temporis acti exprimat effectum, tunc lucrum proueniens ex mutuo iustum iudicatur & nõ vsurarium. Et ne fingere videar distinctionem de illa particula ex S. Hieronymus adinuenit, & habetur in commentario suo super illud Apostoli ad Hebreos dicentis. Fide credimus, aptata
14 fuisse secula, vt ex inuisibilibus visibilia fierent. † Est ergo possibile, quòd absque vsura proueniat lucrũ facto mutuo propter interesse aut alia de causa: & ad hoc doctorũ vnũ dũtaxat adduco exemplum. Ego indigeo pecunia mea ad mercandum, mutuo tamen eam tibi ad certum diem, adiiciens pœnam cõditionalem, quòd nisi tali die soluas; quia multum damni incurrerem, solues postea tantum vltra hæc. Hæc pœna adiecta licita est lucro, ergo ex mutuo & vsuræ macula non inficior, quæ vsura a lege permaximè prohibetur, & nunquàm in aliqua lege permissa, nisi propter cõditiones hominum imperfectorum, si sic humana lege aliquando toleratur, vt in titu. de vsu.
15 † Sed contra adducitur Deu. 23. Non fœneraberis patri tuo ad vsuram pecuniam, ne fruges, nec quamlibet aliam rem, sed alieno. & c. 28. fœnerabis gentibus multis, & ipse a nullo fœnus accipiens. Si in præmium repromitteretur hęc conceditur vsura, vt litera ostendit. ad quæ.

Respondetur per communem glos. quòd hoc permittebatur Iudeis a lege ad maius malum euitandum, & isto pacto glosatur communiter, quam glos. quidam dicunt esse ueridicam, si tamen sano intellectu intelligatur, non quòd a lege diuina Iudeis fuerit permissa usura: cũ sit mala de se, ideo prohibita, sed si permissa fuit a lege non quidem diuina, sed humana: cũ in text. bibliæ non inueniretur clausula illa, (sed alieno.) Sed vt mox dicetur glosa fuit a collegio Zenandrim adiuncta, & hæc seriẽs
16 tex. declarat, cum in eodem. 23. tex. dicatut † non abominaberis Idumeum: quia frater tuus est, nec Egyptium; quia aduena fuisti in terra eius, ergo minime istis decebat Iudeos fœnerari, sed quis Iudęo grauior quàm sit Idumeus, & qs peior Egyptio, ergo nec aliis nationibus poterant, aut debebant fœnus dare. Et confirmatur per diuinum responsum datum Dauid interroganti.
17 † Quis habitaret in tabernaculo Dei, scilicet. Qui pecuniam non daret ad vsuras, absoluta est responsio neminem excludens, sed omnes complectens esse videtur. Et ut isti sic dicentes rationabili moueantur occasione, hæc adducunt.

de

Source : BIU Cujas

de collegio illo (Zenandrim) qđ vocabulum a talmutistis collegium sceptri & publice potestatis interpretatur, & fuit institutum a Deo in deserto, vt hr̄ Nume. 11. Vbi dn̄s instituens regimen totius populi ait ad Moysem. Congrega mihi 70. viros de senioribus Israel, quos tu nosti, q̄ senes populi sunt, & magistri, & duces eos ad ostium tabernaculi fœderis, faciesque ibi stare tecum, & descendam & loquar tibi, & auferam de spiritu tuo tra-
18 damq; eis, vt sustentēt populi onus, & nō tu solus graueris, † ex quibus apparet, q̄ Zenandrim erat collegium publici regiminis, quibus vnus præerat de tribu Iuda, & rex dicebatur, & ij senes latine dn̄r senatores, & tales de collegio Zenandrim auctoritatem acceperunt interpretandi oēs leges, & licet isti fuerint sancti viri & a Deo electi, pspecta tn̄ iudeorum auaritia, ad quā summopere inclinabant ēt per vsuram inter seipsos extorquen-
19 do pecunias, a qua lege diuina fuerunt ꝓhibiti. † At verò ne hoc tale sceleste facinus perpetrarent inter se, permissum ab eisdem senatoribus fuit (tanq̄ minus malum) qđ ab alieno fœnus accipe rent, & sic senes illi seruauere legem diuinam intactam quò ad iudeos, addentes tn̄, sed alieno, quæ particula in bibliis hebraicis & correctis non hr̄ sed tm̄ in glos. & sic rn̄dent quidam viri docti. Sed non desunt alii doctores dictum illud alio modo solu ētes, vbi dr̄ (sed alieno) volentes q̄ sit de textu & sic exponūt, sed aliene. i. extorqueas pecuniā per vsuram a quo aliena rapuit & aliena iniuste facit sua, & hoc etiam nunc licet Christianis si non posset alio modo nisi intercedēte mutuo recuperare suū posset eo casu vltra sortem recipere, & vsuram cōmittere absq; crimine, sed satis latius tunc accipitur vsura. Pro hoc facit illud S. Ambrosij. 14. q. 4. c. extensa significatione vocabuli vsurarum
20 ait, † ab illo exige vsuram, cui merito nocere desideras, cui iure inferuntur arma, huic merito auferuntur vsuræ, quem in bello vincere non potes, ab hoc vsuram suscipe, quem non sit crimē occidere sine ferro dimicat qui vsuram flagitat, sine gladio de hoste vlciscitur qui fuerit vsurarius exactor. ergo vbi ius est bel li ibi ius vsuræ &c. Ad illud quod dicebatur fœnerabis gentibus
21 multis. i. mutuum dabis, † fœnerari actiue est mutuum dare, sed vsura proprie nusquam reperitur in lege diuina permissa, & ex dictis videri potest qualiter sine peccato mutuaudo alquid acci pi pōt nō ex mutuo seu rōne mutui, sed vt vitetur interesse, vt ex dicēdis apparebit, quanquā intentio sola faciat, & nō faciat vsuram sicut de aliis actibus humanis rectitudo & obliquitas so
22 la voluntate ꝓceditur, & clarius in simonia dignoscitur. † Idem enim penitus actus diuerso intuitu erit simoniacus & rectus, vt si clericus ītendisse voluerit diuino officio pro præbenda etiam aliàs non iturus diuersa intentione committere pōt simoniam
23 vel ab ea liber erit: sic declaro † nam duplici saltem respectu seu intentione clericus poterit diuinis interesse pro distributione aut tanq̄ ad pretium spiritualis, ac si esset adequatio rei ad rē, & si sic, non euaditur simonia, aut interesse cupit etiam pro distributione tanq̄ ad rem debitam iuri diuino pro sustentatione spiritualia ministrantis, & sic non solum a simoniæ prauitate quis
24 liberabitur, sed rem iustam operabitur. † Pari passu sentiendum de monialibus puellas ad religionem recipientibus, quas maio ri parte non recipiūt, nisi pretio sub noīe dotis, q̄ si hoc faciūt ex inopia monasterij sic recta intentione, vt non paciscantur, forte labe simoniæ non inquinantur, q̄ si aliter (vt hodierna luce fieri solet) ducendo in pactum vt aliquam ad religionem admittant, proculdubio damnantur, vt hr̄ extra de simo. qm̄ si-
25 moniaca labes. tex. sic habet. † Quoniam simoniaca labes adeo pleraſque moniales infecit, vt vix aliquas sine pretio recipiant in sorores paupertatis prætextu volētes hmōi vitium palliare: ne id decętero fiat, penitus prohibemus, statutentes vt quęcūq; decętero talem commiserint prauitatem, tam recipiens, quàm recepta, siue sit subdita, siue prælata, sine spe restitutionis de suo monasterio expellatur in locum arctioris regulæ ad agendam perpetuam pœnitentia retrudendam &c. & de simonia grauius
26 habetur 1. q. 3. c. ex multis. † Aliquid itaque moniales suscipere aliquando possunt sine peccato, & aliquando quicquam recipientes mortaliter peccant, prout conscientia seu recta intētio eas dijudicat, videas ergo inquantum valeat intentio. Secus nō erit de vsura in cambiis, recta intentio recta faciet cambia. Ex
27 vsuræ ergo diffinitione accipiatur diffinitio vsurarij sic. † Vsurarius est qui mutuat propter lucrum percipiendum, vel sic. Vsurarius est qui propter mutuum lucrari intendit. Et non alia de causa &c.

SVMMARIVM.

1 *Lucrum turpe dicitur, quod cum turpitudine peccati acquiritur.*
2 *Mercatus in loco sancto fieri non debet.*
3 *Lucrum turpe dicitur, quod ex voluptate, meretricatu, fornicatione, adulterio, vel histrionatu quæritur.*
4 *Meretrix & si turpiter acquirit, non tamen turpiter accipit.*
5 *Lucrum ex ludo proueniens quando turpe & quando illicitum dicatur.*
6 *Lucrum turpe dicitur, quando ex actu prohibitio quæritur.*
7 *Marcha, quæ cambium pro Lugduno dicitur, iuste, & sine vsura fieri pōt.*
8 *Commutatio quasi naturalis & necessaria quæ dicatur.*
9 *Commutatio cupiditati deseruiens meritò vituperatur.*
10 *Lucrum ad aliquem finem honestum vel necessarium ordinatum censetur licitum.*
11 *Politia multa abhorret, quæ christianus vt iusta tenet.*
12 *Permutatio rerum an sit licita & quando.*
Venditio & emptio dicitur, quando res pro numismate datur.
13 *Mutuum dicitur quando numisma pro numismate datur.*
14 *Campsor mutuum dans tempus vendere non debet.*
15 *Campsor vltra sortem aliquid accipere potest, non mutui ratione sed propter interesse.*
16 *Interesse duplex est, scilicet damni emergentis & lucri cessantis.*
17 *Fœnerator mutuum dans potest aliquid vltra sortem exigere ratione interesse lucri cessantis.*
18 *Interesse lucri cessantis secundum mensurā & boni viri iudiciū attēdi dēt.*
19 *Cambium iuste factum reale dicitur, iniuste autem factum dicitur siccum.*
20 *Pecunia inuendibilis dicitur, non. n. vt mensura venditur, sed soluitur.*
21 *Cambia de iure canonico sunt licita.*
22 *Cambia mercatorum sunt licita communem consuetudinem non excedentia.*
23 *Cambia quibus circunstantijs cognoscantur esse licita.*
24 *Contractus quo signo dignoscatur iniustus.*
25 *Cambium siccum est æquiuocum plura significans.*
26 *Cambium nullum continet peccatum, quando pars capiens nil detrimēti patitur, & ex temporis distantia nihil lucri affertur.*
27 *Cambia quantū in se est licita censentur, nisi aliunde deturpata inueniātur.*
28 *Cambia facta voluntate deprauata in fraudem vsurarum perpetrari pñt.*
29 *Actus quilibet de gñe bonorum potest nephandis deprauari circunstantijs.*
30 *Cambium etiam iustum non ab omnibus licite exerceri potest.*
31 *Cambium solis permittitur mercatoribus, non autem clericis aut religiosis.*
32 *Permutatio aut emptio solos decet mercatores.*
33 *Mercator pro bono publico opportuna afferens, industriam, periculum & sollicitudinem suam vendere potest.*
34 *Cambia iusta dici possunt per contractum quendam medium innominatum.*
35 *Contractus quidam medius inter mutuum & venditionem reperitur in rebus mobilibus.*
36 *Cambia iusta sunt & licita sed non ab omnibus exercenda.*
37 *Mercator contribuens & commodans mercatori necessitatem patienti potest aliquid percipere lucri.*
38 *Lucrum est finis mercatorum.*
39 *Pecuniam suam in cambijs tenens occupatam, nec licitis negotijs mercatorijs implicans, gehennam sibi thesaurizat.*
40 *Mercator potens an peccet, si nolit minus potenti mutuare per se, licet bene per alios clandestine, vt se in tuto ponat.*
41 *Campsor ditissimus multam in mercatura diffundens pecuniam, an peccet, si quandam suæ pecuniæ quantitatem pro cambijs præordinauerit.*
42 *Mercator pro Lugduno dans marchas, an peccet si pignus exigat.*
43 *Campsor mutuās marcham rustico pro Lugduno, an peccet si sciat eum Lugduni non habere correspondentiam.*
44 *Mercator non debet se in extremo vitioso ponere in proximi indigentis detrimentum.*
45 *Mercator Lucanus Lugduni indiget certa summa quam Lucæ possidet, petit eam ab alio qui eandem summam habet Lugduni, an iste possit ei licite dare cum lucro.*
46 *Tempus vendi non debet, cum non sit in bonis cuiusquam.*
47 *Mercatores caueant sibi, vt manus ab illicitis acquisitionibus innoxias conseruent.*
48 *Vsura in solo mutui contractu locum habet lucro interueniente.*
49 *Intentio sola vsuram causat & simoniam.*
50 *Pecunia omnium rerum estimatio, & mensura inuendibilis est.*
51 *Pecunia seu numisma multipliciter considerari potest.*

1 SEquitur alius terminus. † Turpe lucrum, & dicitur esse lucrum, qđ acquiritur cū turpitudine peccati, & hæc acquisitio ex variis oritur vitiis, tamen communiter oritur ex tri-
2 bus. Aliquando ex auaritia tum loci, tum temporis. † Nam lex prohibet, q̄ in loco sancto mercatum non fiat, non tamen prohibet, q̄ is qui contra hoc præceptum in die festo & loco sancto mercatur pretium suæ mercis venditæ iustam non habeat, vel recipiat, dicitur autem turpe lucrum quoniam turpiter & peccādo lucratur, non tamen tenetur ad restitutionem.
3 † Aliqn̄ etiam turpe lucrum prouenit ex illicita voluptate, ut ex meretricio, fornicatione, adulterio, histrionatu, & istud asseritur esse turpe lucrum: cum lex prohibeat actum, quo quis lucratur, non tn̄ ipsum lucrum & recipiendo pretium de talibus non facit contra legem nec ad reddendum tenetur, testante di
4 uo August. † meretrix turpiter acquirit, sed non turpiter accipit, immo de eo potest facere eleemosinam occultam tamen, ita q̄ non recipiatur pro ecclesia construenda, aut ad talia, iuxta illud Deute. 23. Non offeres mercedem prostibuli nec pretium
5 carnis in domo domini Dei tui &c. † De lucro autem acquisitō in ludo nisi fiat causa recreationis, & non sit ludus, qui nitatur fortunæ, sed fiat ex cupiditate lucri, dicitur etiam turpe lucrum secundum S. Bonauen. in 4. distin. 15. & vltra hoc tenetur ad restitutionem, vel in pios vsus conuertendum, & ex hoc ac
6 cipitur dr̄ia inter turpe lucrū & iniustum lucrū. † Qn̄ ern̄ actus, quo quis lucratur, est prohibitus, dr̄ turpe lucrum. Sed qn̄ vltra

Source : BIU Cujas

actum prohibitum ēt lege ꝓhibetur lucrum (vt in vſura) tūc dī iniquum, ſeu iniuſtum lucrum, vt eſt etiam in ludo prohibito, cuius non tantum damnatur actus, ſed id quod per actū acquiritur, ideo pecunia acquiſita per turpe lucrum non eſt reſtitutioni obnoxia, ſed illa pecunia reſtituatur quæ acquiſita ſeu poſſeſſa iniuſte. His aūt p̄libatis vidēdū eſt de princi. q̄ſito, videlicet an cambia ſint iuſta, aut vſuraria, aut participent de turpi lucro.

7 Pro deciſione ponitur † concluſio talis, marcha quæ cōi noīe cambium pro Lugduno dī iuſte fieri poteſt ſine vſura aut turpi lucro, q̄tum eſt ex ſe, niſi aliū de fęd atur: & ſi qñq; cambia reddūtur iniuſta & iniqua, hoc non ex natura cambij ſeu marchæ, ſed ex praua voluntate, quæ ſępius actus de gñe bonorū reddit nocuos, vt dare eleemoſinam & ſimiles actus. Et pro prædictę concluſionis robore & firmitate ſnīas diuerſorum doctorum tam antiquorum q̄ præſentium adducemus. Et primò pro reuerentia S. Thom. 2.2.q. 77.arti.4.dicit hæc verba, ex quibus apparebit veritas ad ꝓpoſitum, & ſunt iſta: vt autem Ari. dicit in 1. Politi. duplex eſt rerum

8 commutatio. † Vna quidem quaſi naturalis, & neceſſaria, ꝑ quā fit cōmutatio rei ad rem, vel rerum & denariorum ꝓp neceſſitarem vitę, & talis cōmutatio non proprie ꝑtinet ad negotiatores, ſed magis ad ęconomicos, vel politicos, qui hūt prouidere vel domui, vel ciuitati de rebus neceſſarijs ad vitam. Alia verò ϙmutationis ſpecies vel denariorum ad denarios, vel quarumcunq; rerum ad denarios, non ꝓp res neceſſarias vitæ, ſed ꝓp lucrum quærendum, & hoc qdē negotiatio ꝓprie vī ad negotiatores ꝑtinere ſm Philoſophū. Prima aūt ϙmutatio laudabilis

14 Secūda praua adinuentio & abuſus eſt illorum campſorum qui ex anticipata ſuarū pecuniarū ad cambium datione, pecunias Lugduni aut Bezenzoni ſibi aſſignandas minori pretio emunt, q̄ ſi congruo tempore dandi pro nundinis illis eas darēt. Hi enim omnes iniuſti & vſurarij ſunt cēſendi. Iniuſti quidem; quia (vt dictum eſt) rem emunt pretio minori q̄ valeat, ꝙ ſanè eſt contra Iuſtitiam commutatiuam, ad quam attinet emptionis & venditionis contractus. Hæc. n. iuſtitia æqualitatem inter pretium & rem venalem exigit. Facit ad hoc. 10. q. 2. c. hoc ius porrectum. iuncta gloſ. vbi decernitur, ꝙ pretium eſſe debeat ęquale rei venali, quum igitur (vt dictum eſt) res ſiue pecunia in iſto ꝯctu vendatur minori pretio q̄ valeat. Fit vt in eo non ſeruetur ęqualitas. Ergo campſores ita ementes iniuſti ſunt. Amplius, ꝛm phyloſophum 1. Pol. c. 2. & 5. Eth. c. 6. Emptio, & venditio fieri debet tam ad emptoris, q̄ ad venditoris beneficium: quum autem (vt dictū eſt) venditor ſiue capiens ad cambium vendat pecuniam ſuam minori pretio quàm valeat, conſequens eſt, ꝙ cum ſuo damno & intereſſe, & non cum beneficio ſuo id faciat. Amplius hoc idem ſic aſtrui poteſt. Pretia em̄ rerum non ex affectu ſingulorum ſed communiter ęſtimātur. ff. ad legem Falcidiam. l. pretia. Oportet igitur venalem illam pecuniam non affectu campſoris aut capientis ad cambium, ſed bonorum & peritorum arbitrio virorum communiter ęſtimari. Quod quidem (vt ex præmiſſis clare conſtat) in hoc non ſeruatur contractu. Ergo iniuſti. Vſurarij verò ſunt, non quò ad formam contractus, quia emptitius eſt. Sed quò ad intentionem deprauatam ipſius campſoris. Argumento per locum à contrario, capit. nauiganti caſu. ſecundo titulo de vſuris. Quoniam (vt ibi rectè dicit Abbas) perinde ius fingit, ac ſi

emens

Source : BIU Cujas

ẽmens pecuniam illam mutuaret venditori, vt inde recipiat lucrum illud, quod eſt vltra veram rei ęſtimationem: quare &c.

15 † Hocidem ratione iam dicta dicendum eſt de illis, qui cā maioris lucri ante congruum tempus ſuas dant pecunias ad cambium pro nundinis Meſſanæ, aut alibi celebrandis. Hoc idem etiam dicendum eſt de illis, qui tempore congruo, quo dari debet ad cambium pro nundinis apparitionis, non dant pro nundinis illis, ſed pro nundinis paſchatis ſequentibus. Et multò magis iniuſti & vſurarij ſunt cẽſendi illi, qui eodem tempore ſuas dant pecunias ad cambium pro duabus aut tribus nundinis ſimul. Hoc idem ſimiliter dicendum eſt de numularijs illis, qui initio temporis quo datur ad cambium pro nundinis illis tunc immediate ſequentibus; quia tunc communiter & (ut plurimū) minus dari ſolet pro ſingulo ſcuto de Marca Lugduni aut Bezenzoni aſſignando; quàm medio aut poſtremo illius temporis dari ſoleat, ipſi numularii, non ꝙ re vera velint dare ad cambium pro nundinis illis, ſed quia ex illa anticipata (vt ita dixerim) datione vel ficta emptione ex induſtria lucrari intendũt.

16 Tunc † initio illius temporis dant ad cambium, poſtremo verò antequam claudantur literæ pro cambijs illis Lugdunum mittendæ. Quia tunc communiter ab ipſis campſoribus plus datur, & maiori pretio emitur, cedunt aut vendunt alteri illud creditum ſuum maiori pretio quā illud quo prius emerint, quòſanè ſequitur, ꝙ ex illa anticipata eorum emptione inde lucrentur. De hac tñ re ſpecialiter circa finem huius noſtri tractatus la-

17 tius & clarius dicemus. † Quod etiam dicẽdum eſt de illis, qui in Hiſpanijs nomine cambij ſuas dant pecunias non pro primo termino, ſed pro tribus aut quatuor terminis alia ī ciuitate ſibi ſoluendas, ad rationem iuxta numerum menſiũ trium aut quatuor pro ſingulo centenario. Singulum pro ſingulo menſe ſu-

18 peraddendo. Hoc † ipſum (ſuo modo) dicendum eſt de illis ꝙ ſuas dant pecunias ad cambium ad libras groſſorum, ſiue (vt dicitur) per Venetias, hoc videlicet modo & forma. Puta Antonius Florentiæ recipit à campſore decem libras groſſorũ, tunc ibi valentes centum aureos, pacto quòd termino vnius menſis a celebratione contractus teneatur tantum campſori Florentiæ reddere, quantum poſt decem dies à celebratione contractus valebunt Venetijs decem libræ groſſorum. Quæ aliquãdo valent plus, aliquando minus. Et ſic campſor aliquando perdit, aliquando lucratur. Licèt ſemper ſperet inde lucrari, & vt plurimum lucretur. Quoniam ibi ſ. Venetijs (vt plurimum) plus valent. Et ſi Antonius vellet pecuniam ipſam longiori tẽpore tenere, de menſe in menſem modo prædicto renouaretur contractus. In iſto igitur cambio a campſore lucrum expectatur ex probabili incremento alicuius monetæ in Veneta ciuitate. In hoc enim cõtractu ſic celebrato eſt contractus mutui, 21 quum eodem in loco (videlicet Florentiæ) dentur & recipiantur pecuniæ eiuſdem generis, & ex hoc mutuo ob dilationem vnius menſis, ab ipſo campſore ſic mutuante, ſperatur lucrum illud, ſcilicet illud plus, quod poſt decem dies à celebratione cõtractus decem libræ groſſorum Venetijs ſunt valiturę, quàm initio contractus valebant Florentiæ. Amplius hac intentione & pacto ſ. pro acquirendo illo pluri, ſiue incremento, ab ipſo campſore ipſi Antonio dictæ decem libræ groſſorum mutuatę ſunt. Quapropter contractus iſte vſurarius eſt cenſendus: quum nihil aliud ſit uſura, quàm lucrũ accedens ex mutuo pacto vel 22 intentione principali. 14. quæſtio. 3. per totum. Hoc idem ſentiunt. D. Archie. Flo. & alii ſummiſtæ, qui de huiuſmodi negotio ſunt loquuti.

19 Tertia † praua adinuentio eſt illorum campſorum qui aduenientе termino ſolutionis cambiorum pro præcedentib. nundinis, capto lucro inde tunc iam proueniẽte, vel eodem lucro ſimul cum capitali computato, ſpe alterius lucri acquirendi, ſolutionem ſuarum pecuniarum ſibi tunc faciendam, nomine cambij vſque ad ſequentes prorogant nundinas, pacto ꝙ ſibi detur id quod vera cambia eundo vel redeundo pro eo loco alibi vel ibi celebrata tunc parient. Hic.n.re vera non eſt contractus cambij, ſed mutui, nomine cambij paliatus. Cũ eodem in loco dentur & reddantur pecuniæ eiuſdem generis: & inde aliquid lucri in primis ſperetur. Quòd ſanè eſt contra Dei præceptum dicentis. Mutuum dare, nihil inde ſperãtes. Luc. 6. Hoc idem etiam ſatis conſtat c. conſuluit, & c. nauiganti, de vſuris, & 14. q. 3. c. ſi fęneraueris, & per totum, quare &c.

20 Quarta † praua adinuentio eſt illorum campſorum ſiue numulariorum, ꝙ aut monopolio aut colluſione, aut quouis alio dolo vel fraude, arte vel exquiſito ingenio iuſta cambiorũ pretia quouis modo augent, vel imminuunt. Hi.n.in hmõi cãbiis iuſtitiæ commutatiue ęqualitatem, quæ ſeruanda eſt, nõ ſeruãt, immo eam fraudulenter inuertunt. Quò fit, vt rationibus ſuperius aductis male agant, & in foro animæ (ſm omnes doctores tam Theologos quàm Canoniſtas) lucrum inde perceptũ efficaciter reſtituere teneantur.

Hoc idem (vt par eſt) iuxta condictionem cuiuſuis campſoris dicendum eſt e vr etiam de campſoribus illis, qui ſine quouis eorum dolo, fraude, arte, vel ingenio pretia cambiorum pro Lugduno aut Bezenzono, quæ ipſi faciunt, non imminuunt, ſciunt tamen aut probabiliter credunt, huiuſmodi cambiorum pretia imminuta fuiſſe monopolio, fraude, vel dolo aliorũ vel illorũ qui ſimilia cambia pro Lugduno aut Bezenzono ita doloſe contraxerunt. Hoc idem etiam dicendum eſſe videt, quando Campſores ipſi ſciunt, aut probabiliter credunt, huiuſmodi cambiorum pretia imminuta fuiſſe ob nimiam cupiditatẽ arte vel induſtria illorum, qui multas & magnas pecuniarum ſummas, magnis dominis & principibus aut regibus accomodant pacto, vt inde ſingulis annis lucrentur quindecim vel viginti ſupra ſortem pro ſingulo centenario, ob quod (ſicut his noſtris cupidiſſimis temporibus ſatis liquet) ſequitur pecuniarum reſtrictio, ſiue penuria, & inde illi qui dant ad cambium pro Lugduno aut Bezenzono pro ſingulo ſcuto de Marcha ibi ꝟſignando, minus dant ꝙ darent, ſi præfata exceſſiua lucra eiſdem magnis dominis & principibus quauis arte vel īgenio extorta vel adempta nõ fuiſſent, ex quo enim ex nimia aliorum mercatorum cupiditate iuſta pretia cambiorum pro Lugduno aut Bezenzono efficaciter imminũtur: & inde campſor aliquid plus lucratur. quàm ſi hęc aliorum nimia cupiditas & praua ingenia non interceſſiſſent. illud plus lucri, velut ex mala radice & arbore procedens, iniuſtum eſſe videtur. non enim (vt ait dominus) Matth. 7. poteſt arbor mala fructos bonos facere. Et Apoſtolus Rom. 11. ſi radix ſancta, & rami. vñ ext. de regulis iuris in 6. ſcribitur, quòd acceſſorium ſequitur naturam principalis. Et cũ quid prohibetur, prohibentur etiam omnia quæ ſequuntur ex illo. Itaque cum (vt inferius probabitur) præfatum lucrum, videlicet quindecim, vel viginti pro ſingulo centenario ſit malũ, & infectum, ac deprauatum, & ipſo iure prohibitum, ergo & acceſſorium, quod ex eo ſequitur, ſicut & (a ſimili) ſic aſtrui poteſt. Si enim alicuius, aut aliquorum vi, dolo, fraude, arte, vel prauo ingenio iuſtum frumenti pretium imminueretur, alij eo ſic imminuto pretio ipſum frumentum ementes, non iuſtè, ſed iniuſtè emerẽt cum (vt ſuperius probatum eſt) pretium rei venali ęquale eſſe debeat; iccirco hoc tali pretio frumentum ſic ementes, ſi id eis conſtaret, aut probaliter crederẽt, ad ſupplendum vſq; ad iuſtum & ęquale pretium in foro animæ tenerentur. Quare hoc idem, & his qui minori pretio in cambijs pecunias emerunt faciendum eſt, verùm quia quantũ in huiuſmodi cambijs de iuſto eorum pretio ſit imminutum vel ademptum, fortè valde difficile eſſet iudicare, arbitrio boni viri incrementum illud eſſet ęſtimandum, & illis quibus pecuniæ ita ad cambium datæ ſunt, pro eorum rata eſſet reſtituendum, vel fortè poſſet illud, præſertim ſi quid parum eſſet, pauperibus & miſerabilibus perſonis diſpenſari.

21 Quinta † praua adinuentio eſt illorum campſorum, ſiue mercatorum, qui aduenientе pro cambijs iam confectis ſolutionis termino, in taxandis aliorum cambiorum remittendorum (puta pro Genua) pretijs Lugduni aut Bezenzoni, quouis modo monopolium faciunt, aut quouis alio ingenio vel quæſito colore ipſas venales pecunias iniuſtè appreciant, & earum pretia iniuſtè taxant. Huiuſmodi.n. homines (vt clarè liquet) iniuſtè agunt, & ſic alios damnificantes aut in huiuſmodi iniuſto lucro ſcienter participantes, arbitrio bonorum & peritorum de damno iniuſtè dato damnificatis teneantur.

22 Sexta † praua adinuentio eſt illorum numulariorum, ꝙ principali ſpe lucri ſuas aliis dant pecunias, non confectis cambiorum literis Lugdunum aut Bezenzonum mittendis, ſed pacto quòd totum id quod ſecundùm illam pecuniarum ſummam, vera cambia pro Lugduno aut Bezẽzono eundo & redeundo parient, ſibi ab eis tribuatur; tales enim cõtractus (ſicut Doctores qui ſcripſerunt de huiuſmodi negocio teſtantur) non vera ſed falſa, ficta & ſimulata appellanda ſunt cambia; ſuperius cm̃ diximus, quòd tunc fit cambium reale per literas, de quo nunc eſt ſermo, quando ab altero contrahentium in vno loco, ſiue Regno datur numiſma vnius generis, & pro eo numiſmate ab altero, ſimiliter cõtrahentium numiſma aliquo modo alterius generis, alibi ſiue alio in regno literarum (vt decet) adminiculo efficaciter conſignatur, in ſuperiori verò contractu (vt clare liquet) eodem in loco, & eiuſdem generis pecuniæ dantur, & deinde recipiuntur, quo proculdubio fit, vt huiuſmodi contractus re vera mutui contractus ſit, nomine tamen, & falſo titulo cambij palliatus, & ſub falſo cambij nomine principali ſpe & pacto lucri inde ſic ſperati celebratus, quam ob rem, tõnibus & auctoritatibus iam ſuperius aductis, huiuſmodi numularij iniuſti, & vſurarij ſunt, atque ad reſtitutionem lucri taliter inde percepti efficaciter tenentur. Et ſi aliquis diceret, ſicut quidam lucri cupiditate decepti dicunt, contractum hunc eſſe iuſtum; quia fit maiori cum beneficio vtrorumque ipſorum ſic cõtrahẽtium, quàm fieret, ſi ipſorum cambiorum literæ Lugdunum aut Bezenzonum mitterentur; quia in huiuſmodi contractu, præfato modo celebrato, quando ſ. non mittuntur literæ, ab vtroque ꝟhentium euitantur expenſæ prouiſionum, gabellarum & quandoq; proxenetarum, & pericula malorum debitorum. Ad hoc reſpondetur, non eſſe verum id quod in hac parte

Source : BIU Cujas

dicitur;quoniam ſecundùm Philoſophum,omnis res iudicanda eſt ſm ſuam propriam naturam,& per ea quæ ſibi eſſentialiter conueniunt, ſicut etiam ipſa eadem res vere & proprie cognoſcitur p ſuam diffinitionē eſſentialem,& non p deſcriptionem accidentalem:ad propoſitum.Gabellæ, prouiſiones, mali debitores, velut ea quæ ipſis cambiorum ⁊ctibus eueniunt ab extrinſeco,ſunt quædam accidentalia, quæ non ſunt curæ arti, propria autem natura & eſſentia ipſius cambij,ſicut conſtat per eius diffinitionem ſuperius datam (qñ cambium ipſum fit per literas,ſicut de ipſo ad præſens eſt nobis ſermo) eſt,ꝙ ſit cōmutatio vnius generis in aliud genus numiſmatum Regno aut loco multum diſtātium, & ita ſm hanc ſuam naturā ⁊ctus ipſius cambij,an iuſte vel iniuſte fiat,iudicandus eſt, & vt id iuſte fiat, opus eſt, vt in huiuſmodi commutatione arbitrio proborum virorum ęquitas & iuſtitia commutatiua vtrinque ſeruetur, inter videlicet pretium & rem venalem, ſiue inter datam & recipiendam pecuniam,vt.ſ.ſtet ſub illa conditione intrinſeca diſtantiæ localis,qua minus valet,q̃ ſi eſſet præſens, hoc eñ modo præciſe, per ſe loquendo, contractus iſte conſiderandus & iudicandus eſt, & hoc modo negatur,ꝙ ipſe contractus fiat cū maiori ipſorum contrahentium beneficio ſine litteris, quam fiat mittendo litteras,& quum dicitur, quòd, ſi non mittuntur huiuſmodi cambiorū literæ, vterque ipſorum efficitur immunis expenſarum ob prouiſiones, gabellas, & quandoque periculorum ob malos debitores? Reſpondetur (ſicut iam dictum eſt) ꝙ huiuſmodi conditiones.huic contractui non ſunt eſſen- 23
tiales,ſed ſolùm accidentales, & quædam accidentalia additamenta,velut ea quæ eueniunt ab extrinſeco, iccirco quò ad iuſtitiam ipſius contractus (per ſe & abſolute loquendo)conſide- 24
randa non ſunt;& ſi quiſpiam in ſuo ſenſu abundare vellet (ſicut his noſtris cupidiſſimis temporibus multi abundant) & diceret,ꝙ in ipſorum cambiorum contractibus conſiderāda ſunt non ſolùm conditiones eorum eſſentiales,verùm etiam & accidentales,& oīa ea quæ cambijs ipſis accidentaliter ab extrinſeco eueniunt,puta expenſæ propter prouiſiones;gabellas,proſenetas,ſecuritates,& id genus,quāuis per ſe & abſolute loquendo,id non eſſet admittendum, eſto tamen quòd id admittatur & concedatur,tunc & in iſto caſu,ſicut & hic ſuperius declaratum fuit,& pro maiori euidentia denuo clarius declarabitur (ſi
fieret contractus iſte eo modo,quo ipſi numulariꝰ faciunt & fa- 25
tentur ſe facere) huiuſmodi dico contractus (ſecundùm ſuam eſſentiam & naturam) re vera non eſſet contractus emptionis & venditionis,ſiue contractus veri cambij,ſed,quò ad ſuam naturam,ſecundùm quam iudicandus eſt,eſſet cōtractus veri mutui,& ita ex hoc nihil aliud ſequereť, niſi ꝙ ipſe numularius ob ſuam nimiam cupiditatem, contra Dei præceptum, in aīæ ſuæ ruinam plures pecunias accipit,dando ad vſuram, quàm lucrū acquireret, ſi pecunias ſuas in veris & iuſtis cambiis rectè (vt 26
decet) negociaretur, & hoc modo: ſicut diuus Pater Auguſtinus ait,huiuſmodi numularius haberet lucrum in arca,& damnum conſcientia, acquireret aurum, & amitteret cęlum, non fit itaque huiuſmodi contractus cum beneficio ipſius campſoris, neque etiam cum beneficio ſui proximi; quia qui mutuat proximo ſuo,præcepto Dei, non debet ab eo accipere niſi tantum id quod ei mutuat,ipſe tamen cōtra ipſius Dei præceptum iniuſte aggrauat ipſum mutuatarium ad ſoluēdum ei amplius quàm dedit,exigendo vſuras ab ipſo mutuatario,ſequitur itaq;, ꝙ huiuſmodi contractus fiat cum maiori damno ipſorum cōtrahentium. Et ſi nos huiuſmodi negotij veritatem clarius cognoſcere volumus,opus eſt vt eius eſſentiam & naturam in primis cognoſcamus,& ſi nos (ſicut decet) voluerimus ſincere iudicare,inueniemus contractum ipſum non eſſe alium niſi contractum mutui,quod ſane probari poteſt, & diſcurrendo p ſingulas conditiones contractuum tam nominatorum quàm innominatorum, de quibus ſacri canones mentionem faciūt, & etiam quia ipſius mutui diffinitio vere & perfecte conuenit ei, quod quidem mutuum ſummiſtæ diffinientes,per legem ſecū-
dam ff.ſi certum pet.communiter ſic diffiniunt dicentes † mu- 21
tuum eſt cōtractus quo quis proprietatem rei ſuo vſu penitus conſumptibilis vel diſtrahibilis,in alium transfert, recepturus deinde rem aliam numero,eandē tamen ſpecie vel valore,quæ quidem diffinitio,ſecundùm omnes ſuas particulas,ſicut facile cognoſci poteſt,vere & plenè conuenit ipſi contractui de quo ad præſens nobis eſt ſermo:ſequitur itaque,ꝙ huiuſmodi contractus ſit contractus mutui, per regulam topicam, ſecundùm Philoſophum a diffinitione ad ſuum diffinitum, ad propoſitū
modò, ipſe † Dominus Deus, qui eſt dominus omnium pecu- 21
niarum atque omnium rerum,in vtroque ſuo teſtamento ordinauit atque præcepit, quòd qui mutuat aut pecunias aut quaſcunque alias res mutuabiles, mutuet ſine pacto & ſpe inde habendi aliquid ſupra ſortem, ſic enim ait: ipſe Dominus dicens, fratri tuo abſque vſura id quo indiget commodabis. Deut. 25. ſimiliter & in Euangelio ait,mutuum date nihil inde ſperātes, Luc.6.ſequitur itaque,quod qui mutuat pecunias, aut frumentum,aut vinum aut oleum,aut alias quaſcunque res mutuabiles pacto, aut ſpe, ſcilicet principali habendi aliquid ſupra ſortem mutuatam,expreſſe faciat contra ordinem & voluntatem ipſius Dei,& ita ait & concludit ſacroſancta Eccleſia,vt adducitur 14.quæſt.tertia,per totum,itaque ſi huiuſmodi ſic mutuans expreſſe facit contra ipſius Dei voluntatem ſequitur, ꝙ in hoc nephario opere grauiter offendat ipſam Dei maieſtatem in magnum detrimentum animæ ſuæ. Anima enim quæ peccauerit, morietur,quòd ſi mutuādo pecunias pacto aut intentione principali inde habendi aliquid ſupra ſortem. Anima ſic mutuātis detrimentum patitur,ſequitur,quòd ſic mutuans mutuet (non ſicut dicitur) cum maiori ſuo beneficio, ſed cum maximo ſuo damno & iudicio, cum in hoc contractu vt aliquid plus pecuniæ lucretur,amittat ſalutē propriam animę ſuæ,qua poſt Deū, nihil nobis charius, aut pretioſius eſſe poteſt,ad hoc enim propoſitum ait ipſe Dominus noſter.Matth.16.dicens,quid ꝓdeſt homini ſi vniuerſum mundum lucretur,animæ verò ſuæ detrimentum patiatur? perinde ac ſi diceret, nihil,quod manifeſtius declarat dicens, quam commutationem dabit homo pro anima ſua,ac ſi dicat,eam non poterit vnquam dare,quia videlicet anima noſtra eſt immortalis & diuina, quicquid vero ſub cęlo eſt,mortale & terrenum eſſe dignoſcitur. Amplius,mutuās pecunias pacto aut intentione principali habendi inde aliquid ſupra ſortem,eſt mutuare ad vſuram, iſta eſt ſententia diui Patris Auguſtini,diui Hieronymi,ac diui Ambroſij, vt adducitur 14. quæſt.3.proinde rectè dicunt communiter omnes doctores tā
Theologi quàm canoniſtæ dicentes † vſuram eſſe lucrum acce- 23
dens ex mutuo pacto vel intentione principali, quod etiam elicitur ex concilio Agathenſi,& adducitur 14.q.3.cap.vſura,dare
† autem ad vſuram ſecundùm doctores tam theologos quàm 24
canoniſtas eſt peccatum multum graue.& quandoq; eſt grauiſſimum,& a ſancto Ezechiele propheta.c.18.ipſa vſura inter ſcelera digna morte connumeratur, ſanctus ſimiliter Ambroſius in libro mortis ait. Quod qui accipit vſuram,rapinam facit & non viuet,vita videlicet gratiæ,non ſine itaque ratione ī clem. titulo de vſuris,cap.vnico. § ſanè,decernitur,quòd ſi quis pertinaciter affirmare preſumat,ꝙ exercere vſuras non ſit peccatū, cum velut hæreticum eſſe puniendum, clarè itaque conſtat, ꝙ ille, qui ſuas mutuat pecunias, vt inde aliquid lucretur,id non poſſit facere ſuo cum maiori beneficio,licèt falſo nomine & ti
tulo fingat illas ſuas pecunias dare ad cambium. Et † quamuis 25
hmōi fęneratores paruo tempore plus pecuniarum acquirant, q̃ hi,qui in veris iuſtisq; cambijs aut mercimonijs rectè ſe exercent,tamen præter multas grauesq; pœnas a ſacroſancta Eccleſia ipſis fęneratorib.deſignatas, ipſę met pecuniæ velut iniuſtè acquiſitæ ac reſtitutioni obnoxiæ (ſicut docta experientia in dies nos docet) parum temporis durant,& malos exitus habēt, ſic enim ſapiens de male acquiſitis loquens in ſuis prouerbijs.
c.13.ait,ſubſtantia † feſtinata minuetur,& hoc contigit iudicio 26
Dei,vt dicitur in gloſa,ſic enim ad ipſum vſurarium ait Dominus,vſuram & ſuperabundantiam accepiſti,ecce complosi manus meas ſuper auaritiam tuam,Ezech.22. meritò itaq; ſanctus Propheta Dauid,Pſal.75.hos fęneratores inſipientes corde appellat;quia videlicet rerum terrenarum cupiditas, quæ in corde & voluntate regnat,excęcat atq; peruertit eorum iudicium in intellectu,ſubiungens poſtea de ipſis eiſdem dicit. Dormierunt ſomnium ſuum,& nihil inuenerunt omnes viri diuitiatū in manibus ſuis.Hæc eadem eſt ſnīa Dñi noſtri. Luc.11.loquentis de quodam diuite,qui multa bona non rectè acquiſierat,& in eis ſpem ſuam collocauerat, ſperans ſe illis in dies plurimos eſſe fruiturum,cui dixit ipſe Dñs,ſtulte hac nocte animā tuam repetent a te, & quæ congregaſti, cuius erunt? ac ſi ei diceret, non erunt tua:ſed ad aliorum manus peruenient, clare itaq; ſequitur,ꝙ illi,qui ſuas dant pecunias, aut quouis cambiorū titulo eas aliis mutuant,pacto aut intentione principali,vt inde lucrentur,non faciunt hmōi ⁊ctus(ſicut ipſi dicunt) cum maiori ſuo beneficio, ſed potius cum eorum extremo damno, atque ęterna ſuarum animarum damnatione,etiam ſi ipſi met (velut inſipientes corde) ſibi perſuaderent beneficium ſuum conſiſtere ſolum in eorum burſa.Et ſi quiſpiam diceret,ſicut his temporibus multi dicunt, ꝙ ex quo tanta hominum multitudo hac nota vſurarum ad præſens taxatur, bonum & valde vtile eſſet, quòd ſanctitatis domini noſtri Papæ iuſſu a probis doctisque viris huiuſmodi contractus qui ſub varijs multisque titulis ac nominibus a quamplurimis fere per vniuerſum orbem celebrantur,diligentiſſime examinarentur, & deinde ſuæ ſanctitatis auctoritate,quę omnium ſuprema eſt, deciderentur, & deinde huiuſmodi ſuæ ſanctitatis deciſiones (vt moris eſt) Chriſti fidelibus denunciarentur; quia hoc modo multi ab huiuſmodi negocijs cauerent,& tātummodo in illis (quæ iuſte fieri
poſſent) ſe exercerent. Reſpondetur, quod † omne id quod a 27
D. D. noſtro Papa velut repręſentante nobis perſonam ipſam Domini Noſtri Ieſu Chriſti proficiſcitur, ſemper iuſte & ſancte procedit,& (quantum eſt ex ſe) nobis beneficiū atq; animi ſalutē mirifice cōfert, nihilominus in hoc negocio, de quo ad præſens eſt nobis ſermo, huiuſcemodi prouiſio nō eſt neceſſaria;quo-

Source : BIU Cujas

ria; qñ ſi nos recte inſpexerimus, id quod ſuper hac re tot doctiſſimi viri, nulla moti cupiditate ſcripſerint, inueniemus eos omnes contractum hũc (de quo modo eſt ſermo) vna voce cõdemnaſſe tãquam iniuſtum & vſurarium, quem etiam ante ipſos Auguſtinus ſanctus, Hieronymus ſanctus, Ambroſius ſanctus, poſt ſanctos Apoſtolos prima lumina mũdi, quorũ doctrina à ſacroſancta Eccleſia diſt. 15. c. ſacroſancta. approbata eſt, & ſi non quò ad verba formalia, ſaltem tñ quò ad eius eſſentiã & naturam concorditer pariterq; condemnarunt, ipſa inſuper ſancta Eccleſia in concilio Agathenſi, ſicut etiã adducitur. 14. q. 3. c. vſura, ipſum eundem contractum condemnando vſurarium appellat, pro maiori etiam huius veritatis firmitate Vrbanus Papa III. eo titu. c. conſuluit, & Gregorius Papa IX. c. nauiganti, verbo Dñi noſtri Ieſu Chriſti, dicentis. mutuum date nihil inde ſperantes, eodem iudicio hunc eundem contractum pariter damnant, & vt idem Vrbanus eodem in loco determinat, ſic ait, huiuſmodi homines pro intentione lucri quam habent (& multo magis pacto) (cum omnis vſura & ſuperabundãtia prohibeatur in lege) iudicandi ſunt male agere & ad ea quæ taliter ſunt accepta reſtituẽda, in animarum iudicio efficaciter inducendi, itaq; ſi huiuſmodi contractus (de quo modo eſt ſermo) vna voce omnium tam modernorum q̃ antiquorum doctorum, qui de ipſo ſcripſerunt, inſuper & ſacrorum conciliorum ſummorumq; Pontificum (quibus indubitata fides adhibenda eſt) tanquam vſurarius atq; iniuſtus diuinæq; legi aduerſarius condemnatur: quo nam pacto neceſſaridm eſt, q̃ ſanctiſſimus dñs D. noſter Papa ad præſens aſſumat hunc laborem, vt examinari faciat: & ipſe decidat id quod ab illis, quibus indubitata fides prõptaq; obedientia pręſtanda eſt, iam diligenter examinatum, decrſum & condemnatum eſt? Præſertim quum ea quæ ſemel deciſa ſunt, non ſint amplius decidenda, c. maiores. 24. q j. verum quia ſacroſan. Eccleſia Spirituſſancti magiſterio ſemper dirigitur, & velut mater miſericordiæ abundantia pietatis ſuæ debiles in fide lucrari ſemper exoptat, & pro rerum & tẽporum varietate eandem rem (ſicut in ipſis ſacris conciliis patet) ſæpius diſcuſſerit & deciderit, quicquid in hac re & in quibuſcunq; aliis ipſa decreuerit, aut faciendum eſſe ordinauerit, *ſicut noſtri eſt officii illud totum & quale fuerit, tãquam rectũ, iuſtum & ſanctum Deo & ipſi referemus.*

Et ſi aliquis diceret, contractum hunc eſſe licitum & iuſtum: quia ille cui pecuniæ aut alia mutuantur, ei à quo mutuum accepit, lucrum illud libere & ſponte donat. Reſpondetur quòd lucri cupiditas excæcat intellectum eius, q.ii pacto, aut intẽtione lucrum ipſum inde habendi ſua mutuat, & ipſum imaginari facit, q̃ ille cui ipſe mutuat, lucrum illud ſibi libere & ſpõte donet, id quod tñ verum nõ eſt; naturalis enim ratio nos ſatis docet, q̃ indigens, vt ſuis neceſſitatibus ſuccurrere poſſit, mallet ſibi mutuari gratis, q̃ cauſa lucri & iniuſti grauaminis, ſed qa non inuenit, qui ſine lucro & huiuſmodi grauamine ſibi mutuare velit, quadam neceſſitate coactus, quatenus ſuis neceſſitatibus prouidere poſſit, minori ſuo damno, quo põt, accipit ad vſurã, ſiue ad ſuum intereſſe, pecunias, frumentum, vinum, oleum, & ſimilia, lucrũ † itaq; illud quod à mutuatario, datur mutuanti:
28 non libere & ſponte, ſed quaſi quadam neceſſitate datur, quapropter fęnerator ipſe, ſicut (vt diximus) Vrbanus Papa III. decidit & tulit ſententiam tuta, conſcientia lucrum illud recipere, nec retinere põt ſed ipſi mutuatario illud reſtituere tenetur, & ad hunc ſenſum intelligo Abbatem ſuper c. conſuluit. eo tit. di. q̃ libera donatio debitoris occaſione mutui non prodeſt ipſi creditori, habenti intentionem deprauatam; vt quia alias non fuiſſet mutuaturus, niſi ſperaſſet inde aliquid conſequi, ſicut & ipſe debitor (licèt aliquo modo libere dare dicatur) non tñ dat vel donat niſi occaſione mutui, quapropter nõ vere, libere, ſed quadam neceſſitate ductus donat, hoc idem etiam ſentit diuus Thomas 2. 2. q. 78. artic. 1. ad 7. argumentum, hoc idem & cæteri Theologi quos breuitatis gratia prętermitto.

Similiter ſi diceretur, ſicut quidam dñt, q̃ huiuſmodi pecuniæ quæ à numulariis in aliqua quantitate mutuantur, non mutuantur pauperibus egentibus, ſed competẽter diuitibus, & qñque ditioribus, q̃ ſintipſi numularii mutuãtes, & illis qui nõ accipiunt mutuò ipſas pecunias, vt eas dilapident, aut eis abutent, ſed vt inde negocientur atq; lucrentur, quapropter conueniẽs vr̃, q̃ (tuta conſcientia) pecuniæ eis mutuari poſſint pacto & intentione principali inde habendi lucrum illud, quod eo tpe in foro inter mercatores cõiter currit, quod etiã ſacræ ſcripturæ auctoritate probare nituntur, dicentes q̃ quum Dñs dicit, mutuum date, nihil inde ſperantes, id intelligẽdum eſſe, qñ mutuum datur pauperibus, & nõ quando datur diuitibus, quia eo in loco (vt ipſi dicunt) ipſe Dñs loquitur de operibus miſericordiæ, quæ pauperibus & non diuitibus ſunt exhibenda, & hęc eſt ratio ipſorum. Ad quam (vt ipſius rei veritas magis eluceſcat) dicẽdum eſt, q̃ in iſtis ipſius Dñi verbis. mutuum date, nihil inde ſperantes, duo continentur, quorum alterum eſt, mutuum date, alterum verò, nihil inde ſperantes, quò ad primum dicen-
29 dum eſt, q̃ † dare mutuum, ſiue mutuare egenis & miſerabilibus perſonis in extrema neceſſitate conſtitutis, eſt de neceſſitate ſalutis, quum in iſto articulo pro gradu & conditione perſonæ teneatur quiſq; etiam libere eis donare de ſuo, mutuare verò pauperibus indigentibus, non tamen in extrema neceſſitate conſtitutis, non ita quiſq; tenetur mutuare, neq; donare, ſed ſolum quadam fraterna & Chriſtiana charitate, pro cui uſlibet tãdantis q̃ recipientis qualitate (& pro loco & tempore) eis pecuniæ & alia mutuabilia mutuanda ſunt, diuitibus verò illis, qui aliquando pecuniis aut aliis mutuabilibus rebus indigẽt, vt poſſint ſemetipſos & familias ſuas pro eorum condecenti ſtatu conſeruare, non ita quiſq; ſubuenire tenetur, ſed ſolũ per quãdam ſupererogationem, & in primis hortatu ipſius Domini pro qualitate perſonarum, loco & tempore ſubueniendum & mutuandum eſt, diuitibus verò illis, qui pecunias vel alia ideo quærũt ſibi mutuò dari, quatenus ipſi nimia cupiditate aut ambitione allecti & deuincti, ampliores diuitias & theſauros ſibi aceruent & accumulent, aut ad altiorem ſtatum & dominium ſublimentur, & ſi id cum magno ipſius mutuantis temporali beneficio nullatenus tamen quiſpiam quicquam eis mutuare debet, & peccatum eſſet, ſi ſic ſcienter ſua accõmodaret, iſta enim eſt ſententia Diui Thomæ, & etiam ſummiſtarum, quam D. Archie. flo. 2. parte ſuæ ſummæ titulo primo ſic oſtendit dicens, Dominum noſtrum vnicuique mandaſſe curam de proximo, Eccl. 17. non habet autem curam de proximo ſuo ille, qui ſcienter præbet ei materiam, vnde habeat occaſionẽ peccandi, talis eſt ille, qui pecunias aut alia dat, ſiue mutuat diuitibus illis, quos ſcit aut probabiliter credit, eis pro maioribus diuitijs & theſauris accumulandis, aut amplioribus honoribus ampliandis eſſe vſuros. Hæc quantum ad ipſum actum mutuãdi dicta ſufficiant, quò verò ad paciſcendum, vel ſperandu de lucro ex ipſo mutuo, quod eſt ſecundum conſiderandu in verbis ipſius Dominis: & eſt id quod ad noſtrum quæſitum præcipue attinet, negandum eſt, quod ipſe Dominus ipſis ſuis verbis velit intelligi quòd quiſpiam recte mutuare poſſit diuitibus, immo ditiſſimis ẽt negociatoribus, vt inde pacto, vel intentione principali lucrũ aliquod acquirat, vel acquirere ſperet, & quũ dicitur, q̃ ipſe Dominus ſuis verbis id nobis inſinuat; quia qñ ipſe nos adhorratur ad mutuandũ, nobis prohibet, ne inde aliquid ſperare debeamus: ibi loquitur de operibus miſericordię, quæ non diuitibus ſed pauperibus & miſeris exhibenda ſunt (quicquid ſit de ipſa ipſorum conſequentia) ad eius antecedẽs dicendum eſt, quòd ſi quis ipſorum verborum ipſius Domini contextum rectè inſpexerit, clare cognoſcet, quòd ipſe Dominus ibi Diſcipulos ſuos & alios Chriſtifideles docet ſanctum viuendi modum, & ipſius vitæ Chriſtianæ perfectionem, dicens eos beatos fore, ſi fuerint pauperes ſpiritu, mites, lugentes, ſitiẽtes iuſtitiam, miſericordes, mundi corde, pacifici, patiẽtes in tribulationibus, & ſi omnes quoſcunq; amicos. ſ. & inimicos dilexerint, atq; eis benefecerint, & ſi quiſpiam ab eis tunicã abſtulerit, quod ei præbeant & pallium, ex quibus profecto clare ſequitur, contrarium ei, quod ipſi ex huiuſmodi Domini verbis inferre nituntur, videlicet quòd mutuando diuitibus poſſit quiſpiam inde recte ſperare lucrum, ſed potius ſequitur, quòd Chriſti fidelis hilari & prompto animo cuiuis mutuando, mutuet ſine quauis ſpe inde habendi aliquid ſupra ſortem, recte itaq; omnes quicunq; doctores tam theologi quàm canoniſtæ: tã moderni, quàm antiqui & ſancti, ſacraq; concilia, atq; ipſi ſummi Pontifices hunc paſſum exponentes abſolute dicunt, ex ipſo mutuo nihil temporale eſſe ſperandum, ſicut facile videri põt in eorum libris, & ſummis, & præcipue, 14. q. 3. per totum. ſimiliter & titulo de vſuris, ſequitur etiam, quòd ſi qui huiuſmodi Domini verbis alium ſenſum ab eo qui a ſanctis Doctoribus ſanctaq; Eccleſia atque a ſummis Pontificibus datus eſt, dare præſumunt, non ſine rationabili cauſa de hęreſi notari poſſent, non ſine itaque ratione, ſicut habetur in clem. titulo de vſuris,
30 cap. vnico. §. ſanè, ſancitũ eſt, quòd † ſi quis affirmare præſumpſerit, vſuram non eſſe peccatum, ipſe eſſet tãquam hæreticus puniendus. Vſura autem: vt 14. q 3. per totum habetur, ſemper eſt lucrum illud quod ex mutuo pacto vel intentione principali acquiritur, cuicunq; & quibuſcunque fiat ipſum mutuum, & ratio eſt: quia vt pulchre inquit D. Egidius Romanus quol. 5. q. 24. & Abbas in prologo, & ſuper cap. nauigãti, titulo de vſuris. Quia in mutuo transfertur dominium rei mutuatæ ab ipſo mutuante in mutuatarium, vnde dicitur mutuum; quia de meo fit tuum. l. 2. ff. ſi cer. peta. quoties itaque mutuantur pecuniæ vel alia mutuabilia, dominium ipſorum transfertur a mutuante in mutuatariũ, cuius autem eſt dominium rei, eius ẽt eſt vſus eiuſ-
31 dem rei. Itaq; † ſi mutuans vult lucrum propter vſum rei ab eo mutuatæ, vult lucrum de re non ſua, volens autem lucrum de re non ſua, ingiuſte agit, & rapit id quod ſuum non eſt, neq; ad ipſum attinet, non ſine itaque ratione ſecundùm vnam ethimologiam ipſa vſura appellatur rapina vſus, conſequens itaq; eſt, & ipſa ratio ita iubet. Quòd ipſum mutuum ſine quouis pacto, vel intentione principali inde habendi aliquid ſupra ſortẽ, ſicut Dominus iubet. Cuicunque aut pauperi, aut diuiti fiat, gratis &

Source : BIU Cujas

tis & amore fiat, proinde diuus Tho. ad ducissam Barbantiæ re
spondens, declarat & significat, ꝙ si quispiam mutuaret sibi pe
cunias aut alia. Vt inde haberet aliquod officium, quatenus in
de lucraretur (quamuis ipsa esset diues) peccaret atq; vsurarius
esset, hoc idem clare dici pōt ex c. super eo. titulo de vsuris, illi
enim (vt in ipso c. exponitur) qui summo Pontifici supplicabāt,
vt facultatem eis faceret, dandi suas pecunias ad vsuras. Quate-
nus inde redimere possent animas captiuorum, non dedissent
pecunias suas ad vsuram pauperibus egenis & miserabilibus p̄-
sonis, sed tantummodo diuitibus. Ex quibus lucrū acquiri po-
tuisset, ipsis tñ summus Pontifex respōdens ait. Quòd cum vsu-
rarum crimen vtriusq; testamenti pagina detestetur, super hoc
dispensationem aliquam posse fieri, se nō videre, quare nec di
uitibus, nec ditissimis, nec etiam dñis magnis & principibus da-
ri non licet ad vsuram, idipsum (itaq; in hac re) dicamus omnes,
vt ait Apostolus, 1. Cor. 1. & non sint in nobis scismata, & quū
dī, quod huiusmodi pecuniæ mutuantur etiam mercatoribus.
Qui inde lucra multa acquirunt, dicitur, quod ut ait diuus Ioā-
nes Chrys. super Matth. c. 21. Pecunia nō parit pecuniam, quod
intelligendum est in contractu mutui, & etiam (formaliter lo-
quendo) in quantum ipsa pecunia est pretium rerum venaliū:
31 vt insinuat D. Abbas in prologo de vsuris, & ratio est; ꝙa † pecu
nia (hoc modo sumpta) est solum principium mere passiuum,
cui nō attribuitur aliquis actus, sed actus ipse siue opus attribui
tur agenti, agens autem respectu lucri acquisiti vel acquirendi
32 est ipse mercator & eius industria, quapropter sequit, ꝙ † mer-
cator, qui in mercimoniis aut aliis iustis ꝯtractibus iuste lucrat,
lucretur proprie, non pecuniis sibi mutuatis, sed donante dño
lucretur sua industria & labore, de quibus mutuās lucrum nec
exigere, nec accipere debet; quia de re aliena sine eius patroni
consensu recte lucrari non possumus, & si hoc liceret sicut D.
Egidius Romanus quol. 6. q. 22. ait, dare ad vsuram nō esset pec-
catum, quod est contra iam dicta.

Amplius, vt idem doctor ibidem ait. In huiusmodi cōtractu
lucrum & damnum debent ad paria cōparari, vt qui debet esse
particeps lucri, vel habere totum lucrum, debet esse particeps
damni, vel habere totum damnum, si ergo mutuans non vult
esse particeps damni, vel habere totum damnum. Si mutuata-
rius in huiusmodi suis mercimoniis partem vel totum amitte-
ret, non debet nec totum lucrum, neq; partem eius respectiue,
ex industria & labore ipsius mutuatarii acquisitū habere, qua-
propter qui mutuant, sicut ipse Dñs iuste & sancte ordinauit,
mutuent & mutuum dent, nihil, tēporale æstimabile pecunia,
inde sperantes. Sperent tñ id quod ipse Dominus sic mutuanti
bus promisit dicēs. Erit Merces vestra multa. & in cęlo, vt ait gl.
& eritis filii Altissimi Dei.

Et si quispiam diceret, sicut aliqui dicunt, ꝙ huiusmodi vsu-
rarios contractus non facit propter lucrum sibi acquirendum,
sed vt inde succurrat necessitatibus pauperum pupillorum, vi-
duarum, puellarum maritandarum sibi affinitate aut consan-
guinitate coniunctarum, aut propter similia pia opera peragen
da. Ad hoc respondetur, ꝙ ſm Apostolum, Rom. . non sunt fa
cienda mala, vt veniant bona, facit c. forte. 14. q. 5. & quia (vt hic
superius probatum est) mutuare ad vsuram est peccatum valde
33 graue, & vtriusq; testamenti pagina ab ipso Deo expresse pro-
hibitum † nullo quouis prætextu cuius vis boni operis peragē
di fieri possunt, neq; huiusmodi neq; quis alti vsurarii ꝯtractus.
simile respon sum dedit D. Alexander Papa III. Archiepiscopo
Panormitano, sicut adducitur c. super eo. tit. de vsuris, qui quidē
Archiepiscopus suæ sanctitati supplicauerat, vt quibusdam p̄-
bis viris facultatem daret mutuandi vsuram, quatenus inde. e.
manibus infidelium redimere possent vitam quorundam no-
strorum Christi fidelium, opus sane inter cætera quæcunq; alia
bona opera valde pium & sanctum, si ergo non licet, immo (si-
cut in præallegato textu cōtinetur) neq; etiam ab ipso summo
Pontifice, qui habet potestatis plenitudinem, concedi p̄t, ꝙ da-
ri possit ad vsuram pro redimēda vita nostrorum Christi fide-
lium e manibus Turcārum aut aliorum Mahumetanorum, mi
nus licet dare ad vsuram: vt succurratur præfatis aliorum neces
sitatibus, celebrentur itaq; tantummodo contractus iusti & li-
citi, & ille qui vult semetipsum exercere in cambi is, à cambiis
fictis, simulatis & iniustis omnino caueat, & cambia vera & iu-
sta exerceat, vt inde postea, sicut decet, emat merces & alia hu
manæ vitæ vtilia & necessaria, & hoc modo, non solùm suæ p̄-
priæ saluti recte consulet, verùm etiam & proximorum suorū
34 commodis plurimum faciebit; qm̄ † merces & alia quæcunq;,
quæ pro humanæ vitæ sustentatione requiruntur, terris, Ciuita-
tibus, Prouinciis, Regnis magnum conferunt beneficium; ve-
ctigalia enim, quæ pro bono publico, & conseruatione libertā-
tis instituta sunt, mediātibus mercibus & cæteris aliis prædictis,
multum vtilitatis accipiunt, ꝙ si ex tot tātisq; cambiis, quę mo-
do fiunt, postea pro loco & tempore (quo ad fieri posset) p̄fata
omnia emerentur, ipsorum vectigalium emolumenta adeo
multiplicarentur, ꝙ forte sine aliis nouis grauaminibus pro cō-
seruatione reipublicæ regulariter sufficere possent, illi etiam, q̄
huiusmodi redditus à cōitatibus emerunt, & in dies emūt: suis
iustis prouentibus non fraudarētur, castra ciuitates, prouincię,
(vt antiquitus contingebat) ferè rebus omnibus abundarent q-
libet etiam in gradu suo facile semetipsum exercere posset, &
sicut Dñs nobis ordinauit, Gen. 3. in sudore vultus sui, suoq; la-
bore atq; industria panē suum comederet, euitaretur ociū, qđ
est fons & origo omnium quorūcunq; vitiorum. Omitto (bre-
uitatis gratia) multa alia & magna beneficia, quæ ex iustis nego
ciis, & marcimoniis humano generi prouenire cognoscuntur,
34 econtrario † verò ex fictis simulatisq; cambiis atq; similibus fę
neratitiis contractibus, omnia bona frigescunt & algent, Deut.
6. Deus enim ipse quem toto corde totaq; mente nostra in pri-
mis amare tenemur, Matth. 22. ob proprii lucri acquirēdi in hu
iusmodi fictis contractibus cupiditatem & auaritiam, derelin-
quitur, quod & sanctus Apostolus nos admonēs satis insinuat,
Ephe. 5. Col. 3. Auaritiam & cupiditatem diuitiarum tempora-
lium, Idolorum seruitutem appellando, zelus etiam boni pu-
blici & cōis (quod bonum, post Deum ipsum & cęlū, magno
studio & diligentia curare debemus) ob nimiam mentis huma
næ solicitudinem in huiusmodi fictis contractibus, quæ his no
stris cupidissimis temporibus in multis hominum cordibus re
gnat, similiter frigescit, proximo insuper nostro, quē sicut nos-
metipsos ipsius Dei præcepto diligere tenemur, Leuit. 19. Matt.
22. in suis necessitatibus, nisi sub vsuris regulariter non succur-
ritur, quo sane sequitur (sicut sępius contingit) ꝙ ipso non testi
tuente pecunias habitas à creditore, titulo & nomine subuen-
tionis, proximus ipse contra Dei præceptū Deut. 23. Leuit. 25.
Luc. 6 vsus ita opprimatur, emūgatur, exhauriatur q̄s, vt (proce-
dēte tempore) pauculis illis bonis mobilibus vel immobilibus,
quibus vtrunq; sustentabatur, ab usurario funditus expolietur,
nec id solum contingit illis, qui pauperem habent suppellecti-
lem, aut debilioris sunt cōditionis, verum etiam & magni dñi
ac principes ob magnas & cōtinuas vsuras à numulariis, eis ex-
tortas, contra forte eorum voluntatem, coacti sunt non stare
promissis, non modo non soluendo magnum & multiplicatū
interesse, ob multas pecunias eis à numulariis ad vsuram mu-
tuatas, verum etiam ad suspendendum & differendum solutio
nem ipsius capitalis sibi mutuati, adeo ꝙ his nostris tēporibus
ipsa vsura est velut quædam grauissima & seuissima tempestas
& grando, non in vna sola mundi parte, verùm etiā (quod no-
bis summopere dolendum est) ferè in toto christianismo, non
sine itaq; ratione sacri Theologi & Canonistæ loquēdo de hu-
35 iusmodi fictis & simulatis cambiis † appellant ipsa nō cambia,
sed cambia sicca, instar arboris siccæ, quæ in semetipsa non hēt
aliquem humorem, aut viriditatem, nō producit folia, nec flo-
res, neq; deniq; fructus, sed potius damnificat arbores virides
sibi adiacentes, sed tantummodo habet aliqualē arboris appa-
rentiam sine quauis existētia, ita profecto sunt cambia ipsa sic-
ca; quia non vero, sed falso & ficto nomine cambii aliqualem
cambiorum apparētiam vñr habere, nullam tñ penitus cambii
existētiam hñt, similiter nullū penitus in semetipsis hñt humo-
rem, aut viriditatem gratiæ Dei; quia non sunt fundata in radi-
ce charitatis, immo sunt contra charitatem, & ab ipso Deo re-
probata, non germinant frondes boni exempli, immo sunt scā-
dalosa, non pullulant flores odoris virtutū, sed vndiq; sunt pu-
tida ob cupiditatem & auaritiam, à qua proficiscuntur, non p̄-
ducunt fructum bonorum operum; quia (vt hic superius osten
sum est) animam ipsius fęneratoris & corpus & honorem atq;
alia bona temporalia (si quæ habet) bene acquisita grauiter læ-
dunt atq; deuastant, & deniq; velut quędam seua tepestas (sicut
docta experientia docet) in locis illis, in quibus contractus ipsi
fęneratitii vsitantur, omnts bonos mores exterminat, qnapro-
pter si ficulnea illa, de qua diuus Euangelista loquitur, Matt. 21.
quia non habebat nisi frondes, maledicta fuit à dño, quāto ma
gis ab ipso eodē dño ipsa vsura, & vsurarius in ipsa, maledictus
& maledicta erit: cum ipsa (vt ostensum est) non solùm non pa
riat neq; fructus bonos neq; flores, sed neq; etiā ipsa folia? Itaq;
qui suas vult negociari pecunias in cambiis, negocietur illas (si
cut decet) in cambiis veris & iustis, quæ quamuis non afferant
tantum lucri, quantum mundana cupiditas affectaret, tantum
tñ lucri afferunt, quantum ipsum christianum appetere decet,
præsertim ꝙ sicut in multis probis viris, qui iuste iusta cambia
negociantur, didicimus, res eorum paulatim de bono in me-
lius proficiunt, & non solùm in illis, qui iuste suas dant pecu-
nias ad cambium, & deinde (quò ad fieri potest) eisdem pecu-
niis merces & alia humanę vitę necessaria emunt, verùm etiā
& illis qui vt rebus & negociis suis prouideāt, pecunias ipsas ad
cambium accipiunt; quia id (sicut decet) absolute loquendo, nō
fit sine commodo ipsius capientis, quum ab ipso campsore si-
ne quauis fraude & dolo ſm ꝙ toc in foro cōiter currit, de nu-
merato hic sibi consignentur suę pecunię, quas (sicut præsuppo
nendum est) ipsi habent, aut habebunt Lugduni, aut Bezenzo-
ni, & ad locum hunc (regulariter loquendo) reducere, vel ad-
duci facere non possient, sine periculis, laboribus & expensis,
quamobrem ob huiusmodi commodum à campsorę eis factum,

sine

ſine quauis dilatione cõmode rebus ſuis prouidere poſſunt,& de huiuſmodi commodo ſimul cũ beneficio, quod poſtea inde ſequitur, quamuis nõ ſit in eo gradu, quo diuitiarum huius ſeculi cupidi eſſe affectarent, vtraq; tñ ipſorum cõtrahentium pars,huiuſmodi,& ſi qñq; paruo, iuſto tñ lucro, velut ab ipſo dño omnium bonorum largitore donante,contenta eſſe debe
36 ret,præſertim quia,vt ait ſapiens,Prouer.13.Subſtãtia,† quę pau latim colligitur manu,multiplicabitur, proinde ait ſanctus ꝓpheta,Pſ.36.melius eſt modicum iuſto, ſuper diuitias peccatorum multas,& ſi forte hi qui ſuas in iuſtis cambiis negociantur pecunias,eo lucro inde procedente non ꝓtentantur, deſinant ab huiuſmodi negocio,& ſuis pecuniis emãt merces, & ea quę ad vſum humanæ vitæ ſunt vtilia & neceſſaria,ſicut & ad hunc finem cambia ipſa inuenta inſtituta & ordinata ſunt.

Hoc idem dicendum eſt de illis, qui ſuas dant pecunias artificibus,ſiue nauigantibus,aut mercatoribus, eas in eorum artificiis,aut mercimoniis expoſituris, pacto tamẽ,aut ſpe principali,ꝙ ſaluo capitali, id quod vera cãbia pro Lugduno aut Bezẽzono parient ſibi conſignetur.Mallentes iſti tales hac via q̃ alia verorum cambiorum lucrari. Hi enim omnes vſurarii ſunt, vt patet,c.conſuluit, ext.de vſuris, etiam ſi capitalis periculum in ſemetipſis ſuſciperent.c.nauiganti. eo titu. Hoc idem dicẽdum eſt de *illis*(quicunq; illi fuerint)ſiue viri ſiue mulieres, qui ſuas dant pecunias numulariis amicis ſuis,aut aliquo affinitatis vel conſanguinitatis gradu ſibi cõiunctis,eis dicentes, vt illas ſuas pecunias in cambiis pro Lugduno aut Bezenzono vel aliis iuſtis atq; licitis cambiis recte ac iuſte negocientur: quos tñ ſciũt, aut probabiliter credunt, eas pecunias non in huiuſmodi cambiis, ſed in aliis eorum negociis (&forte non iuſtis neq; licitis) expoſituros.Et pacto ꝙ quicquid lucri ex veris ac iuſtis cambiis pro Lugduno vel locis prædictis ab aliis numulariis efficaciter & cum effectu celebratis proceſſerit, ſibi ſupra ſortẽ reddatur. Plus enim valet, quod agitur, q̃ quod ſimulate concipitur. C. plus valere,per totum. Hi enim homines non ipſo effectu, ſed ſolo titulo & nomine verorum atq; iuſtorum cambiorum lucrari volunt,perinde ac ſi vera ac iuſta cambia ad eorum inſtãtiam efficaciter & cum effectu celebrarentur. Et multo magis vſurarii cenſendi ſunt *illi*, qui cum numulariis ſibi quauis conſanguinitate, *vel affinitate*,aut beneuolentia coniũctis paciſcũtur,*aut ſchedulas*,ſiue chirographum ſibi fieri faciũt,de quibuſuis negociis nulla mentione facta, pacto & conuentione ꝙ ſal uo eorum capitali, ſingulis annis ſibi ſupra ſortem reddantur
36 ſex vel ſeptem pro ſingulo centenario. Hoc † idem dicendum eſt de illis qui ſuas aliis dant pecunias nomine & titulo depoſiti,quod his noſtris temporibus,nõ ſolum in tota Italia, verumetiam & in Gallia,Flandria, Germania, atq; Hiſpania inoleſcit, qui tñ contractus à vero depoſiti cõtractu (re ipſa)eſt valde alienus. Sed ſolo ficto ac falſo depoſiti nomine ab vſurariis ſic appellatur.Depoſitum enim cõiter fit gratia deponentis tantum. ff.depo.l.j.& ext.de depoſito c.bona fides.Huiuſmodi verò cõtractus(de quo modo eſt ſermo) ſicut ſic cõtrahentibus cõſtat, fit gratia vtriuſq; partis ipſorum contrahentiũ. Amplius in cõtractu depoſiti dñium non transfertur à deponente in depoſitarium, ſed remanet apud ipſum deponentem, ſiue depoſitorem.ff.depoſi.l.licet.

In iſto autem contractu(vt clare liquet) ipſum dñium transfertur in illum, cui dantur pecuniæ ſub hoc nomine depoſiti. Poteſt eñ ille(prout lubet) pecunias expendere,diſtrahere atq; alienare.Inſuper ſi depoſitum pereat,aut deterioretur, depoſitarius regulariter non tenetur niſi de dolo & lata culpa,d.c.bona fides, in iſto autẽ cõtractu abſolute & ſimpliciter tenetur,& nõ ſolum de pecunia apud ipſum depoſita: verum etiam & de lucro iuxta pactum factum inde retribuendo. Amplius in contractu depoſiti ipſi depoſitario pro eius cuſtodia & labore ſæpius datur præmium & merces, in iſto autem contractu fit ecõtrario;ipſe enim depoſitarius ꝑ pecuniis apud ſe depoſitis ſemper ſoluit aliquid,& quandoq; multum deponenti,deniq; in vero depoſito depoſitor,ſiue deponens pro ſua voluntate quãdocunq; voluerit,põt reuocare ipſum depoſitum.l.j.§.ſi depoſuero.ff.eo.tit.etiam contra pactum appoſitum, ſm Innoc. in d. c. bona fides.In iſto verò contractu regulariter reuocari non põt niſi peractis nundinis,aut ſicut adinuicem ſic contrahentes cõuenerunt.Hæc dixerim, vt clare cognoſcatur, quantum ab ipſius rei veritate deuenient hi,qui contractũ hunc, qui vere vſurarius contractus eſt (forte ad euitandum exoſum nomen vſu-
37 ræ) depoſiti nomine nominare voluerunt. † Hoc idem (iuxta qualitatem & conditionem ſuam) dicẽdum eſſe videtur de cęteris aliis huiuſmodi contractibus adinuentis, fictisq; nominibus nominatis,puta,contri firmo,partito,negocio,trafico,cõmodo,ſeruitio,cambio de Baſilea,conuentione,fidantia,aut titulo pignoratitio,vel quouis alio ficto,adinuẽto excogitatoq; vel exquiſito colore aut nomine,pacto expreſſo,vel ſaltem intentione principali,habendi aliquid ſupra ſortem eodem in lo
40 co,vbi prius datæ fuerant dictæ pecuniæ,ſingulis nundinis pro ſingulo centenario. Huiuſmodi enim homines ſic contrahentes,rationibus ſuperius iam prædictis,animarum ſuarum ſalut
38 male conſtituunt, & re vera vſurarii ſunt cenſendi. Nõ enim ꝑp noſtrum dicere,& noſtras nominum adinuentiones,aut fictiones res ipſa aliter ſe habet,q̃ prius ſe haberet.Sed ſicut naturales dicunt, ab eo quod res eſt, vel non eſt, oratio vera vel falſa eſt, quod & ipſo iure cõfirmatur,plus enim valere debet, quod agitur:q̃ quod ſimulate cõcipitur. C.plus valere debet, per totum, proinde quicquid ex eorũ huiuſmodi,ſuapte natura, veris mutuis, & ſi variis, fictis ac ſimulatis nominibus palliata ſunt,hi q̃ ſic extorſerint, in foro animæ & quò ad Deum, à quo iuxta rei veritatem iudicandi ſumus, efficaciter & cum effectu reſtituere tenentur,titulo de vſuris,c.cum tu.c.tua nos.ca.conſuluit, & aliis ſequentibus.Si tñ † campſor ſponte & mente ſua, nullatenus vellet ita mutuare,vel dare ſuas pecunias ſub palliato nomine cambii,aut alterius ex ſupradictis fictis ſimulatisq; nominibus aut modis contrahendi,ſed ſua mera, pura & recta intẽtione vellet in veris,iuſtisq; ac licitis cambiis,quæ tũc in promptu habet,efficaciter & cum effectu negociari,& ſolum ac preciſe ad inſtantiam amici,cui(iuſtis de cauſis) deeſſe non vult, deſinceret id facere, atq; ipſi amico ſuo ipſas pecunias ſuas accommodaret,tunc in iſto caſu,ſtante iſta ſua recta intentione, extra caſum neceſſitatis(in quo de noſtris rebus ꝑpriis dare tenemur) quamuis doct.inter ſe diſſidere videantur, dici tñ poſſet, ꝙ ſic mutuans licitè ac iuſte poſſet ſupra ſortem inde accipere illud, quod tales pecuniæ ſuæ,deductis deducendis,ſibi attuliſſent, ſi eas in cãbiis illis veris & iuſtis efficaciter negociatus eſſet.Quia & ſi mutuanti,ex mutuo non liceat lucrari,licèt tñ ſe indemnẽ conſeruare.In iſto autem caſu ipſe nihil lucraretur, ſed ſolùm conſuleret indemnitati ſuę,ratione lucri ceſſantis,quod erat ſibi quaſi in actu,vbi autem non eſt lucrum, ibi non põt eſſe vſura. Et quia extra caſum neceſſitatis proximi nemo tenetur magis diligere aut curare alienas diuitias q̃ ſuas. Facit c. qñ multi. iuncta gl.14.q.4.huius ſnĩę eſt Hoſt.in c.ſalubriter.tit. de vſuris. Similiter & omnes ſummiſtæ,ac etiam D.Archie.Flo.qui qnãuis in ſecunda parte titu.j.c.j.§.15.dicat,hoc fieri non debere,tenet tñ hoc eſſe licitum,vt patet ibidem.§.27.Non tñ quiſpiam ad ſemper poſſet ſic contrahere,ne pateretur via ad fęnerandum: quia,procedente tempore, bona eius intentio humana cupiditate & fragilitate poſſet in malum mutari, qua mutata contractus ipſe eſſet vſurarius, ſolùm itaq; ad tempus præfixũ, & quo ad fieri poſſit,breue.Quapp nulli conſulendum eſt, ſed ſolũ co modo,quo dictũ eſt,ꝑmittendũ eſt: vt præfato modo mutuet.

SEptima praua adinuentio eſt illorum numulariorum, qui quamuis congruo tempore ſuas aliis dent pecunias ad cãbium pro Lugduno aut Bezẽzono, minus tñ dant pro ſingulo ſcuto de marcha Lugduni,aut Bezenzòni conſignando, quam tunc in communi foro cæteris dari contingat.Hoc autem quãdoq; procedit ex magna neceſſitate,aut paruo credito illorum, qui quærunt pecunias ad cambiũ, propter quod non inueniũt campſores, qui congruo & currenti pretio ei pecunias ſuas dare velint.Quamobrem neceſſitate coacti,vt rebus ſuis prouidere poſſint, pecunias ad cambium ab ipſis numulariis capiunt, eo modo & pretio,quo inuenire poſſunt.Quo ſane,rationibus ſuperius adductis,ſequitur, ꝙ huiuſmodi campſores cum proximo ſuo iniuſte agant.Agunt enim contra Dei præceptum dicentis,Deut.23.Fratri tuo abſq; vſura id quod indiget commodabis,& iniuſtum huiuſmodi lucri exceſſum inde perceptum, in foro conſcientiæ efficaciter reſtituere tenentur.Sic etiam ait Apoſtolus 1.Theſ.4.Hæc eſt voluntas Dei,nequis ſupergrediatur, neq; circumueniat in negocio fratrem ſuũ, qñ vindex eſt dñs de omnibus his, ꝙ & ſi auctoritas hæc de circumuentione in adulterio facta contra proximum dicta ſit,põt tamen cõiter ad omnem quancunq; circumuentionem contra proximum factam etiam extendi. Hoc idem dicendum eſt de numulariis illis,qui ſuas dant pecunias magnis dñis, vel agentibus pro eis, pacto ꝙ tranſactis ſex vel octo mẽſibus, alibi ſupra ſortem ſibi dentur quindecim,vel circiter pro ſingulo centenario,& ſi(adueniente ſolutionis termino)huiuſcemodi pecuniæ,ſibi (ſicut vt plurimum contingit)non ſoluantur,ab eo tẽpore vltra vſq; ad completam ſolutionem, ſingulis annis ſibi dentur decẽ vel duodecim ſupra ſortem pro ſingulo centenario pecunię ſoluẽdæ. In hoc enim contractu quò ad eius primam partem capiẽs ad cambium nimis grauatur,nec (ſicut ſatis conſtat) inter pretium & rem venalem iuſtitiæ cõmutatiuæ ſeruatur æqualitas. Nec huiuſmodi contractus fit,ſicut fieri deberet, pro cõi videlicet emptoris & vẽditoris vtilitate,quapropter eſt iniuſtus. Et
39 inde ſequitur,ꝙ † huiuſmodi numularii in foro animæ ad iniuſtum huiuſmodi lucri exceſſum reſtituendum (vt ad iuſtitiam contractus ipſe reducatur) efficaciter teneãtur. Sicut & in quodam alio noſtro tractatulo ſuper hoc ſpeciali negocio diffuſius oſtendimus. Eſt etiam contractus iſte (quò ad primam eius partem) tacite vſurarius,ſicut facile deduci poteſt ex ca. in ciuitate, & c.nauiganti, ext.de vſuris. Quia † videlicet campſor ratione anticipatæ ſolutionis,quę in ſe mutuum implicitè continet,minori emit pretio pecunias ſibi alibi poſt ſex vel octo menſes aſ-

ſignandas,

Source : BIU Cujas

ſignandas, centum.n. ſcuti exiſtenti Genuæ longe minus valēt, q̄ valeant centum quindecim Neapoli, aut Romæ, aut Florentiæ, aſſignandi. Modo (vt ait Panor. ſuper c. nauiganti. tit. de vſuris, licèt in hoc contractu (quò ad eius formam) non ſit vſura, eſt tñ in eo quo ad intētionem deprauatam emptoris; quia ius fingit perinde, ac ſi empror prius emeret rē ſiue pecuniam ſibi aſſignandam iuſto pretio. Deinde pretium illud, ſiue pecuniā illam mutuaret venditori vſq; ad tēpus conſignationis rei emptæ. Et o cāſione huius mutui recipiat illud lucrum, quod eſt vltra veram æſtimationem rei venditæ, quod eſt vſura. Et quāuis contractus huiuſmodi non ſolùm in multis Italiæ partibus, verùm etiam & in Gallia, Hiſpania, Flandria, Britannia, & Germania frequentius celebrentur, propter hoc tamē eos licite ac iuſte fieri dicere non debemus; quia Dei præceptum prauis hominum operibus præponendum eſt. Si enim (ſicut diuus Pater Auguſtinus lib. 2. conf. ait) Generale eſt pactum ſocietatis humanæ obtemperare regibus ſuis, quanto magis Deo regnarori vniuerſæ creaturæ ſuæ, ad ea quæ iuſſit ſeruiendum eſt? Quod adducitur Di. 8. c. quę contra mores. Ipſe autem Deus (cuius eſt terra & plenitudo eius Pſ. 23.) vtriuſq; ſui teſtamēti pagina. Vſurarum crimen prohibuit. c. ſuper eo, ext. de vſuris. Quapropter ab huiuſmodi & quibuſcunq; aliis vſurariis contractibus, omnino & vbique locorum cauendum eſt.

41 Nec ſimiliter † huic noſtræ ſententiæ obſiſtere debet, q̄ hac noſtra tēpeſtate cupiditatis plena, magna ipſorū negociatorū ſiue numulariorum multitudo, ſaltem participatiue, & eorum quidem aliqui, qui Deum præ oculis ſe habere oſtendūt, huiuſmodi conditionis cambia celebrent. Qm̄ humana negocia atq; hominum mortalium vię in foro conſcientiæ non hominum multitudine, ſed exacta ratione ſacrorumq́; canonum, & præcipue diuinarum ſcripturarum auctoritate diſcutienda & metiē- ſunt. Si enim huiuſmodi ratio valeret, tanta infidelium multitudo (quæ omnium maxima eſt) & apud nos in dies magis magisq́; ſerpit, & eorum quidem multi (quò ad moralia & moralē quandam vitam) pluribus, qui Chriſtiano nomine nuncupant̄, meliores, ante diuinum conſpectum eſſent gratiores. Quam ſint multi veri Chriſti fideles, & poſt hanc mortalem vitam ab ipſo Deo maiori præmio in cęleſti patria coronarentur, quod tñ falliſſimum eſt; qm̄ ſecundùm Dñi noſtri Ieſu Chriſti ſentētiam, omnes infideles (quicunq; fuerint illi) iam iudicati ſunt. Et æterno igne damnandi, quia nō credūt in nomine filii Dei. Ioan. 3. Vnde nobis eſt ſalus, & eius viua fide viuimus & ſaluamur. Marc. vlt. Quamobrē nec ipſi tales negociatores aut numulārii. Quamuis in magna ſint multitudine, & aliqui eorum Deum præ oculis ſe habere videantur, niſi (ſicut decet) recte reſipuerint, in æterna vita (quod nobis ſimmopere dolendum eſt) ſaluandi non ſunt. Qm̄ (vt in ſuperioribus ipſo iure oſtēdimus) contra Dei præceptum, & proximi charitatem operantur. Nec cuiquam mirum eſſe debet, q̄ pauci in æterna vita ſaluētur: rara enim eſt hominū virtus, & adeo modica eſt eorū viua Chriſti Ieſu fides, Luc. 18. quod quum venerit filius hominis, vix inueniet fidem in terra, pauci.n. ſunt veri Chriſti fideles diſcipuli, qui (ſicut dñs nos monet Luc. 14.) ſaltem affectu renūcient omnibus quæ poſſident, atq; affectu abnegent ſemetiſos, & crucē ſuam tollant, vt Chriſtum ſequantur & lucrifaciant. Luc. 9. Qđ ſanè & ipſe dñs, qui nouit eos, qui ſunt eius, & ſine quo nemo ſaluari pōt, & per quem omnes, qui ſaluandi ſunt, in dies ſaluantur. Hanc veritatem nobis aperire dignatus eſt dicens, q̄ angusta porta & arcta via eſt, quæ ducit ad vitam, & pauci ſunt qui inueniunt eam: Matth. 7. ecōtrario verò de vitiis ipſi virtuti cōtrariis dicendum eſt. Sicut enim exiſtente vna virtute, quæ (ſm naturales) eſt mediocritas quædam medii coniectatrix, vitia ipſa (velut extrema) ipſi virtuti aduerſantia plurima ſunt. Ita procul dubio probis ac ſtudioſis viris paruo numero exiſtentibus, plurima hominum multitudo, tanquam ex maſſa primi parentis peccato vndiq; infecta, trahens originem, atq; ab adoleſcentia ſua in malum prona, continue aduerſatrix per multorū vitiorum abruta (vt plurimum) facile dilabitur. Quod etiam ipſe dominus ore ſuo ſancto & benedicto confirmare dignatus eſt dicens, lata porta & ſpatioſa eſt via quæ ducit ad perditionem, & multi ſunt qui intrant per eam. Matth. 7. Non ſunt itaq; hominū negocia aut contractus, ſicut neq; ritus aut modus viuendi ipſorum hominum multitudine comprobanda.

Et † quamuis aliqui de numero ipſorum Chriſti fidelium ſic
41 contrahentium vitæ probitatem in multis eorum operibus coram hominibus præ ſe ferre videantur, ob id tñ non ſequitur, q̄ ipſi in præfatis ſuorum cambiorum contractibus recte ac iuſte (ſicut deceret) ſe gerant. Quòd nimirum per aliquod ſibi ſimile clare oſtenditur; tempore enim illo, quo dñs noſter Ieſus Chriſtus in carne mortale vitam agebat in terris, Phariſei illius legis Moſaicæ ipſum verum Deum cognoſcebant. Notus enim in Iudæa erat Deus, in quit ſanctus propheta, Pſ. 75. Quinimmo, & propter multa eorum bona opera (ſm legem illam) cōi illorum hominum iūdicio præ cęteris quibuſcunq; Deum ipſum timere videbantur. Et tamē ipſe dñs (qui clare nouit abſcondita cordium noſtrorum) de eorum auaritia & cupiditate eos ſępe arguens, dicebat eis. Vos eſtis qui iuſtificatis vos coram hominibus. Lu. 16. Deus autem nouit corda veſtra. Quia quod hominibus altum eſt, abhominabile eſt apud Deū. Et alibi, ve vobis Phariſęis, qui decimatis mentam, & rutam, & omne olus, & prēteritis iudicium & charitatem Dei. Luc. 2. Nō itaq; hominum opinione, quæ rerum terrenarum cupiditate ſępius eſt infecta, aut legum & iurium ignorātia (vt plurimum laborat) ſed exacta & vera ratione, atq; ipſius diuinæ legis auctoritate, & ſacroſanctæ matris Eccleſię (quę ſpirituſſancti magiſterio ſemper ducitur) teſtimonio, ipſorum hominum negocia diſcutienda, decidenda, & comprobanda vel reprobanda ſunt. Sic enim ordinauit Dñs Deut. c. 17. ſi difficile & ambiguum. & Matt. 16. cū dixit. quodcunq; ligaueris, & Ioan. 21. paſce oues meas. & adducitur c. per venerabilē. §. rationibus. tit. qui filii ſint legitimi, & c. ſolitæ. de maioritate & obedientia.

42 Neq; † etiam huiuſmodi contractus prætextu cuiuſuis conſuetudinis licite fieri poſſunt; quia ratio & veritas conſuetudini prēponenda ſunt, vt ait diuus pater Auguſtinus lib. 4. de Baptiſmo, & adducitur diſt. 8. c. fruſtra, præſertim cum huiuſmodi Conſuetudo, potius inhumanus & crudelis abuſus, & pernicioſa corruptela, iuxta modum loquendi ſanctorum, appellanda ſit, & Chriſtianę Religioni, atq; animarū ſaluti non conueniat: ſed potius contra Dei prēceptum, atq; ſacrorum canonum ſancta decreta, eiſdem e diametro aduerſetur, atq; in ipſam religionem Chriſtianam, non ſine multarum animarum ruina, ob nimium repentinum atq; iniuſtum lucri exceſſum varia incōuenientia, & forte enormia ſcelera in multis mundi partibus hactenus iam excitauerit, atq; in dies excitet, ac nutriat. Quapropter ipſa tanquam irrationabilis & veritati atque humanæ ſaluti contraria non ſeruanda; ſed penitus eiicienda, eliminanda, atq; omnino abolenda eſt. c. ex parte, de cōſuetudine. & diſt. 8 c. mala, & infra per totum. Non enim firmatur tractu temporis, qđ de iure ab initio nō ſubſiſtit. de reg. iu. in 6. huiuſmodi tñ praua conſuetudine ſequitur, q̄ quanto quiſpiam in malo diutius p̄ſeuerat, tanto eius peccatum ſit ei grauius, & damnabilius. Qm̄ peccata tanto ſunt grauiora, quāto diutius infelicem animam detinent alligatam. c. tanto de conſuetudine.

43 Et ſi dicatur, q̄ † tali dño & Principi ſic placet accipere pecunias ad cambiū cum tali ac tāto ſuo intereſſe; qm̄ (ſicut ab ipſis numulariis dr̄) ipſe dñs, ſiue agentes pro eo quādoq; dicunt, vel dicit, q̄ ſponte & libere donat ipſis numulariis, ſi quid ab eo p̄ter æquitatem & iuſtitiam in huiuſmodi cōtractibus exigerēt, vel acciperent. Ad hoc ſanè dicendum eſt, q̄ huiuſmodi fictæ & ſimulatæ palliationes, quas quidam lucri cupiditate decepti charius amplectuntur, in foro conſcientiæ & coram Chriſti tribunali, ante quod nos aſtare oportet, & manifeſtanda, examinā da, & ponderanda ac iudicanda ſunt abſcondita cordis noſtri nihil proderunt. Nihil enim tunc inultum remanebit, vt ſacroſancta fatetur Eccleſia, huiuſcemodi igit̄ numularii ita mutuātes non effugient iudicium Dei. Qm̄ in huiuſmodi eorum cōtractu prēter iniuſtitię atq; vſuræ peccatum, in quod ipſi numularii ſic emendo vel mutuādo, ipſo facto incurrunt. Ad huiuſmodi iniuſtum lucri exceſſum efficaciter reſtituēdum in foro conſcientiæ tenentur. Qm̄ in tranſlatione dñii rerum attendit̄ potius voluntas Dñi q̄ alterius. Inſti. de obl. quæ ex delicto naſcuntur. §. placuit, & l. inter omnes. § pe. eo. ti. facit. l. j. § quę one randæ. ad fi. ff. quarum rerum ac. non da. ipſe autē dñs neq; ſpōte, neq; libere, ſed neceſſitate coactus dicit ſe libere donare. Si enim non eſt præſumendum quempiam velle iactare ſuum. ff. de probationib. l. cum de indebito. Quantominus præſumēdū eſt hoc ſponte & libere fieri à dñis illis, qui variis atq; inexcogitatis in dies adinuentionibus ad extorquendas pecunias, quam plurimis atq; intolerabilibus grauaminib. ſubditos ſuos (quos multo plus q̄ exteros campſores diligere & fouere tenentur) tunc aggrauare non ceſſabant? Si enim nemo in neceſſitate cōſtitutus liberalis exiſtit. l. rem legatam ff. de adimen. leg. & gl. in verſi. liberaliter. in c. relatum, ext. de præb. Quanto minus liberalis exiſtebat ille dñs, qui (vt clare cōſtabat) ob eius aduerſus hoſtes maxima, longa & ferè continua bella erat vndiq; pecuniis exhauſtus, & qui ferè omnes ſuos redditus atq; Regalia iura habebat ipſis numulariis iam obligata? præſertim in tā ampla donatione, vel relaxatione tam ingentis pecuniarum ſummæ. Ad quam ob huiuſmudi & ſibi ſimilium cambiorum, vel contractuum multitudinem ac magnitudinem aſcendebant eius dona; præſertim erga mercatores & forte quoſdam, quos ipſe nūquam nouit neq; noſcet, quare non libere neq; ſponte, ſed neceſſario & coacte dicebat ſe libere donare, quatenus videlicet inuenire poſſet numularios qui ei mutuarēt, aut accōmodarēt pecunias, quibus pecuniis ipſe per armigeros, aut hoſtes inuadere, aut ſaltē ſe & ſua à ſuis hoſtibus tueri, atq; defendere poſſet: quod etiam ſatis clare cognoſci poteſt, ex hoc q̄ ipſe vel agentes pro eo initio contractus (quantum ſciebant & poterāt) ſubtiliabant atq; imminuebant de pretio ipſorum cambiorum, & aliorum contractuum cum campſoribus ipſis, reducendo vi-

ddicet

Source : BIU Cujas

delicet cambia ipsa & alios contractus ad illud minus interesse quo poterant. Præterea donatio liberaliter facta non fit ipsorū contrahentium conuentione & pacto, neq; pręcise secundum ratam alicuius obsequii facti, neq; semper fit tali vel tali præfixo tempore (Sicut dicebatur fieri in illis contractibus) sed fit ex donantis mera munificentia, & in ea quātitate, vel summa, atq; eo tēpore quibus ipsi donanti placent. ff. de dona. donari. Quare non libere neq; sponte donationes illæ fiebant. Quod etiam ꝑculdubio oculis oculis nostris ipsa experientia q̄ clarissimè ꝑspeximus. Cum enim superioribus annis Reges ipsi ob eorum longa & magna inter se bella magnis pecuniarum summis indies indigent, vt numularios qui sibi eas mutuarent inuenirēt, ipsi vel eorum agentes dicebant eis se sponte & libere donare. Si quid ab eis præter æquitatem & iustitiam in huiusmodi eorum cambiis vel contractibus exigebāt, & iuxta promissa, tam de capitali q̄ de lucro illo excessiuo (eo tempore) melius q̄ poterant plene satisfaciebant. At verò cum, donante dño, inter ipsos Reges peracta fuit pax, in cuius tempore suis propriis redditibus Regna sua facillimè manutenere possunt. Non solum illum excessum lucri, ad quem pacto & conditione tenerētur, verùm etiam neq; capitale ipsum, nisi magna cum difficultate ac maximo ipsorum creditorum interesse, ab ipsis creditoribus exigi vel rehaberi non pōt, quamobrem claro clarius deprehēditur, ꝙ donationes, vel relaxationes illius excessus lucri, non sponte, neq; libere, sed necessariò & coacte fiebant. Quatenus videlicet inuenirent sibi mutuantes pecunias, quibus saltē sua regna ab hostibus tueri possent. Quapropter nō veræ donationes, sed potius quædam fictæ remunerationes, coactæ tñ, appellari poterant. C. de bo. lib. l. cum opus. §. cum autē. Et qm̄ in vera donatione libera intentio & mens ipsius donantis semper cōcurrere debet. ff. de donat. l. donari. donationes illæ, nisi aliud obsistat, quod apud plurimos (vt dicitur) obsistit, in foro conscientiæ retineri non possent.

Quò verò ad secundā huius ℈ctus partē dico ipsam esse vsurariā; quia in rei veritate ipse ℈ctus est contractus mutui, pacto expresso habendi singulis annis supra sortem decem vel duodecim pro singulo centenario, argumento c. si fęneraueris 4. q. 3. & super totum. & c. consuluit, & c. nauiganti. ext. de vsuris. Neq; huiusmodi lucrum initio contractus pōt in pactum deduci ratione lucri cessantis. Quia huiusmodi lucrum tunc nō est neq; in actu, neq; quasi in actu, sed est solum in potentia valde remota, & potest multipliciter impediri. & ista est sententia diui Tho. 2. 2. q. 78. artic. 2. ad primum argumentum. Amplius huiusmodi pactum de lucro sic acquirendo (sicut ex ipso contractu patet) non fit ad tempus præfixum, puta sex mensiū, aut huius anni, sed ad semper, quousq; videlicet pecunia soluenda soluta fuerit, quod nullus doctorum admittendum esse duxit.

Similiter nec ratione damni emergentis tale incrementum initio contractus potest in pactū deduci, nisi tale damnū emergens ex defectu solutionis termino sex vel octo mēsium faciēdæ sit initio contractus adeo clarum & firmū, ꝙ nullo quouis modo iuste euitari possit, & tunc dicendum esset, ꝙ ex quo aut culpa aut defectu debitoris campsor tale damnum incurreret, prænonito in primis ipso debitore, aut eius agente, tale damnum & non plus posset in pactū deducere, & sic tale incrementum supra sortem ratione huius damni emergentis recte accipere & exigere posset. Qm̄ hoc modo campsor ex mutuo lucrum nō acquireret, sed tantummodo se indemnem seruaret, ꝙ nempe ſm omnes licet, facit c. qm̄ multi. 14. q. 4. iuncta gl. & c. j. & c. conquestus, titu. de vsuris. Aliàs secus. Rationibus etiam
44 superius adductis sequitur in iustos & vsurarios esse illos † qui emunt iura vel donatiua dñorum, si etiam alibi assignāda, siue actiones aliorum quoruncunq; creditorum, si principali spe lucri ea emūt minori pretio q̄ deductis periculis, laboribus & expensis arbitrio bonorum virorum valeant, facit c. nauiganti. ca fu secundo, eo titu. per rationem à contrario.

Octaua praua adinuentio est illorum numulariorum: qui cum alijs contrahendo dicunt eis se illis suas pecunias dare ad cambium pro Lugduno, huiusmodi tamen nomen Lugdunū de communi ipsorum adinuicem contrahentium cōsensu, alicui eis propinquiori loco ficte & simulate imponunt, eundem locum hoc nomine Lugdunum ficte appellantes.

Adueniēte postea tempore solutionis pecuniarum in vera Lugd. Ciuitate faciendæ (Sic contrahentes ad huiusmodi propinquiorem locum Lugduni nomine ab eis ficte nominatū) se conferunt: & ibidem debitores suis creditoribus pecunias promissas, siue valorem illorum scutorum de marcha, quos capiētes ad cambium promiserūt, eo modo soluunt, quo in ipsa vera Lugd. Ciuitate soluendus esset, huiusmodi enim numularii re vera vsurarii sunt. cum in hoc eorum contractu re ipsa sit vere mutuum, spe principali lucri acquirendi factum. C. plus vale re debet quod agitur, per totum, & ad lucrum inde perceptum mutuatariis efficaciter obnoxii.

45 Nona † praua adinuentio est illorum clericorum & multo magis Religiosorum paupertatem siue cōem vitam profitētium, qui eorum propria industria & opera etiam realia & suapte natura iusta cambia exercēt, tales enim diuino cultui, & sacrosancti altaris ministerio sint mancipati, præcipuo modo præ aliis cauere debēt, nedum à malo, verumetiam, ſm Apost. j. Thes. 5. & ab omni eo quod habet speciem mali, nemini dantes vllam offensionem, vt eorum non vituperetur ministeriū. Sed in omnibus semetipsos exhibere tenentur, sicut decet Dei ministros. 2. Cor. c. j. Quapropter ab ipsa negociatione omnino cauere de
45 bent † cum ipsa negociatio (suapte natura) hominum mētes secularibus curis nimium implicet, atq; vndiq; exagitet. luri cupiditatem sępius excitet, atq; adaugeat, & ad labiorum peccata sępe numero prouocet, à quibus profecto omnibus, tum ratione diuini cultus, cui die noctuq; omnes Religiosi toto mentis affectu intendere debent, tum ratione bonæ ædificationis erga proximum, ad quam ob eorum gradum atq; professionem prę cipuo modo tenentur, penitus immunes esse debent, proinde idem Apostolus ait 2. Tim. 2. Nemo militans Deo implicat se negociis secularibus, vt ei placeat cui se probauit, perinde ac si diceret, necesse est: vt quilibet Religiosus à curis atq; negociis rerum secularium se se expediat, vt illi totus placere studeat, cuius se militię addixit, & à quo ad militandum est susceptus. Proinde extra, ne cler. vel mon. per totum. non solùm negociatio pecuniarum, quæ inter cæteras negociationes lucri cupiditatē in hominum mentibus præcipue excitare atq; acendere vī, verùm etiā & quamplura alia de rebus secularibus negocia & occupationes, clericis atq; monacis strictè interdicuntur. Diuus etiam pater Augustinus lib. 2. q. noui & vet. testamenti, & adducitur dist. 88. c. fornicari. sic ait. antequam. n. Ecclesiasticus quis sit, licet ei negociari, facto iam non licet, dictum etiā diui Hieronymi ibidem sic adducitur ea. dist. negociatorem clericum quasi quandam pestem fuge, hoc idem sentit Diuus Tho. 2. 2. q. 77. artic. 4. ad tertium argumentum, verumtamen, & si non regulares, illi videlicet religiosi, qui solenni voto paupertatem & cōem vitam professi sunt, sed si clerici seculares tantùm, nō ipsimet in propria persona, sed solùm per laicos, nō causa proprii lucri sibi acquirendi, sed pro necessaria, & pia pauperum sibi ꝑpinquorum, aut etiam quaruncunq; aliarum miserabilium personarum subuentione, & sine quouis proximi scandalo, iusta cambia atq; etiam alia iusta negociarentur negocia, forte non peccarent, sed potius laudabile & pium opus agerent, cum etiā & aliquos sanctos viros, atq; etiam probos Ecclesiarum prælatos consimilia negocia præfato modo exercuisse legerimus, si-
46 cut etiam eo. tit. c. j. aliquantulum insinuatur. Et † quamuis clericis & religiosis regularibus omnibus quibuscūq;, & præcipue illis, qui sacrosancti altaris ministerio sunt mācipati, atq; in verbo & doctrina laborant, iuxta Dñi sniam Matt. 10. Lu. 10. à laicis vitæ necessaria sint ministranda, omnibus tamen ipsis quibuscunq;, pro loco & tempore, non pro semetipsis ditādis, sed pro necessaria suæ vitæ sustentatione, licitū est propriis suis manibus laborare, atque in honestis artificiis semetipsos modeste exercere, sic enim Sanctus Dei Apost. Paulus, sicut ipse met attestatur, Ro. 15. j. Cor. 9. pro sui & suorum sociorum secū in verbo & doctrina laborantium semetipsum exercuit.

Decima praua adinuentio est illorum campsorum, qui suas dant pecunias ad cambium pro Lugduno, aut alio regno illis, quos sciunt, aut probabiliter credunt scutos illos de marcha ꝑ quibus præfatas pecunias dederunt, ob eorum inopiam vel parum creditum non posse Lugduni vel alibi soluere vel consignare, huiusmodi. n. ꝓtractus, si cessante omni quauis alia fraude celebretur, licet in se iustus sit, iniuste tñ cū huiusmodi pauperibus & non valentibus soluere contrahitur. Et præfati campsores vsurarii sunt, vel in fraudem vsurarum sic contrahendo faciunt vsuram siue lucrum inde à pauperibus accipientes vel extorquentes, & lucrum illud inde à paupere sic extortum vel acceptum illi pauperi omnino restituere tenentur, cum sine cā illud acceperint, ex eo videlicet, quod non est. ff. de cōd. sine cā. Si verò campsor credens ipsum accipientem ad cambium posse sibi Lugduni vel alio in regno soluere acceptam pecuniam atq; etiam lucrum inde prouenturū; bona fide ei pecunias suas credidit, quandiu huiusmodi eius bona fides durat, non est vsurarius censendus, nec lucrum inde perceptum restituere tenet̄, sed adueniente mala fide lucrum illud illi pauperi restituere debet; quia tunc esset possessor malæ fidei, possessor autem malæ-
47 fidei nullo tempore præscribit, de regulis iuris in 6. † & etiam quia in extrema necessitate pauperibus tenemur dare etiā de nostro. Qui enim (vt inquit diuus Io. 1. Can. c. 3.) habuerit substā tiam huius mundi, & viderit fratrem suum necesse habere, & clauserit viscera sua ab eo: quomodo charitas Dei manet in eo? quasi dicat non. Qui aūt non habet in se charitatem, factus est velut æs sonās, aut Cymbalum tinniens, vt inquit sanctus Dei Apost. 1. Cor. 13. Si verò cāpsor esset in probabili dubio, vtrū. s. pauper ille posset sibi pecunias illas Lugduni soluere; vel ne, nō debet semetipsum discrimini exponere, c. iuuenis, de spōs. Sed aut de hoc prius certificetur: aut cesset ab huiusmodi cōtractu,
48 consequens igitur est, ꝙ † extra statum salutis sint illi, qui non

proximi

Source : BIU Cujas

proximi charitate,ſed lucri cupiditate frumentum, aut alia bla da,caſtaneas,oleum,pannum, & id genus, maiori pretio q̃ valeant ipſa æſtimantes,ad tempus vendunt, aut etiam pecunias ipſas ad lucrum inde percipiendum mutuant pauperibus,quos ſicut probabiliter credunt,reſtitutionis tempore ſine eorũ magno damno,non poterunt neq; lucrum ipſum neq; etiã & capitale reſtituere.Quapropter adueniente ſolutionis aut reſtitutionis tempore pauperes ipſi vrgentibus huiuſmodi creditoribus coguntur aut curare, ꝙ tempus illud ad ipſam reſtitutionẽ vel ſatisfactionem faciendam,cũ ipſorũ maiori intereſſe & dãno eis prorogetur,aut illa paucula bona mobilia, vel ſtabilia,q̃ pro eorum aliquali ſuſtentatione apud ſe habent: non ſine eorum damno vendere & alienare, aut ea ipſis creditoribus in ſolutum dare,& cedere,aut quod ipſi, eorum filiis derelictis & fame pereuntibus,carceribus mancipentur.

49 Vndecima † praua affectio & adinuentio eſt illorum numulariorum,qui ſuas ad cambium dant pecunias alicui,quẽ ſciunt aut probabiliter credũt eſſe prodigum, & huiuſmodi pecunijs in ludis,luxu,illecebris delitiis,ac laſciuiis,enormibus pompis, comeſſationibus, ebrietatibus atq; huiuſmodi malis operibus abuſurum. Hi enim numularii ſic ſuas dantes pecunias male agunt.Quia(ſm Apoſtolum Rom.1.)non ſolũ digni ſunt morte, qui talia agunt opera: ſed etiam qui conſentiunt facientibus. Cum autem ſuas ſic ſcienter dantes pecunias hominibus ſic prodigis, non ſolùm conſentiant, verùm etiam magnam eis occaſionem offerant, eas dilapidandi, prodigendi in malos vſus, ſequitur, quòd ſint digni morte, nec aliquid inde lucri percipere debeant.

Hoc idem dicendum eſſet,ſi quiſpiam ad cambium ſuas daret pecunias furioſo,vel inſano;cum furioſis & inſanis de rebus etiam eorum propriis adminiſtratio q̃ ſępiſſime interdicatur. Hoc idem dicendum eſſet ſi huiuſmodi campſores ſuas ad cãbium pro Lugduno darent pecunias illis, quos ſcirent,vel probabiliter crederent,illas deinde ad extorquendas ab aliis,puta à magnis dñis magnas vſuras, ſeu iniuſta lucra,puta viginti, aut vigintiquinq; ſupra ſortem ſingulo anno pro ſingulo centenario,expoſituros;cum enim iubente dño,Matt.22.teneamur ꝓximum noſtrum ſicut noſmetipſos diligere:& de ꝓximo noſtro curam habere,Eccl. 17.non recte, ſed male agerent hi, qui modum & commodum fęnerandi atq; male agendi in magnũ ſui proximi damnum,atq; æternam animę damnationem,ſciẽter ſubminiſtrarẽt.Immo potius(ſicut in hoc §. dictum eſt) nõ lucro,ſed æterno damno digni eſſent, cum proximo ſuo mortifera perpetrandi opera fomitem ſuggererent: omitto ſiquis campſor ſuas ad cambium daret pecunias filiisfamilias, mulieribus, ſeruis &c. cum hoc quàm rariſſimè contingat, & clare conſtet id non eſſe faciendum.

Duodecima † praua adinuẽtio eſt illorum numulariorum,
50 qui ſuas ad cambium(vel quouis alio titulo,aut ficto nomine) dant pecunias dñis & principibus huius ſeculi, quos ſciunt aut probabiliter credunt in iniuſtis ne dicam impiiſſimis truculentiſſimisq́ue bellis aduerſus Chriſti fideles,eos opprimendo,depopulando,deuaſtando, occidendoq́; eas expoſituros. Hi em̃ numularii ſic ſuas dantes pecunias q̃ grauiſſimè peccant:cũ eorum pecuniis ſic ad cãbium datis, ſint occaſio innumerabiliũ & grauiſſimorum malorum,quo ſanè ſequitur:vt inde non ſolùm aliquid lucri percipere non poſſint,verùm etiam & ad arbitrium boni viri,ad omnium quoruncunq; malorum, dãnorum,depopulationum,deuaſtationum,mortiumq́; inde procedentium ſatisfactionem in foro animæ ſint efficaciter inducendi.Taceo(modeſtiæ cauſa) quid dicendum eſſet de illis numulariis,qui ſuas ad cambium aut quouis titu.ſiue nomine darent pecunias principibus(quicunq; fuerint illi)quos ꝓbabiliter credũt,huiuſmodi pecuniis in iniuſtis aduerſus Chriſti fideles bellis, aduocatis ſecũ ad id perpetrandum ẽt infidelium armis copiis & claſſe,non ſine maximo Chriſtianę reipub.dãno & euerſione,atq; Chriſtiani nominis dedecore, clam vel palam quouis modo vſuros vel potius abuſuros.

Quamuis enim(vt inquit ſanctus propheta Hier.17.)hominis cor vndiq; prauum ſit & inſcrutabile,variosq́; atq; innumerabiles in ſe reconditos habeat receſſus,ex his tñ quæ hactenus ſuper hoc cambiorum negocio ſcripta ſunt (quantum ego ꝓſpicere potui) ſatis luculenter apparet, quod & quibus prauis hoĩum affectionibus atq; adinuentionibus,Lugdunẽſe aut Bezenzonenſe cãbium deprauari poſſit. Quòd ſi forte his noſtris rapaciſſimis temporibus aliquæ aliæ prauæ adinuentiones adinuentæ ſint,aut(quod abſit) creſcente hoĩum malitia in poſterum adinueniantur, illæ proculdubio aut ad aliquam iſtarum (quæ iam enarratæ ſunt) reduci,aut per ea quæ ſuperius iam dicta ſunt,& hic inferius dicentur, illarum adinuentionum fraudulentię fallaciæ dignoſci,diſſoluiq́; poterũt,quas ſanè fallaces fraudulentasq́; hoĩum adinuentiones inſatiabili cupiditate adinuentas, ipſe dñs nimia ſua pietate ab oĩum cordibus auferre, atq; penitus eliminare dignetur, ne (quod abſit) ob incredibilẽ **ipſorum hoĩum cupiditatem** ipſe dñs eos à facie ſua proiiciat, atque de eis ſicut de inſatiabilibus illis Iudæis dicat. Dimiſi eos ſm deſideria cordis eorum: ibunt in adinuentionibus ſuis. Pſ. 80.Et ſubinde q̃ iuſtiſſimè reddat & det eis iuxta fructum adinuentionum ſuarum;neſcientes enim facere rectum.Hier.17.Et ſubinde q̃ iuſtiſſimè reddat & det eis iuxta fructum adinuẽtionum ſuarum;neſcientes enim facere rectum. Amos. 3. Et theſaurizantes iniquitatem & rapinam in ædibus ſuis. Matth. 16. Nullam habent commutationem quam dare poſſint pro anima ſua,ſed velut idolorum ſerui,in alio ſeculo mergẽtur in interitum & perditionem.Eſ.5.j.Tim.6.Amos.5.In hoc autem ſeculo (vt ipſe dñs ait) circumietur terra ipſorum, & detrahetur ex ea fortitudo ſua,& ædes eorum deripientur, ſed ſi Chriſti fideles,non in ſuis adinuentionibus,ſed (vt decet)in viis Dei ambulauerint, pro nihilo & gratis ipſe Deus inimicos eorum humiliabit,& ſuper tribulantes eos mittet manum ſuam. Pſal. 8. Quapropter negociatores in cambiis,vt(ſicut decet) ſibi & rebus ſuis recte conſulant, omni diligentia & ſtudio à prædictis oĩbus quibuſcunq; prauis adinuentionibus penitus caueant: & commutatiuam æquitatem ac iuſtitiam & Chriſtianam charitatem in oĩbus quibuſcunq; ſuis negociis diligentiſſimè ſeruẽt. Iuſtus enim(vt ait ſanctus Propheta Pſ.13.) vt palma florebit, ſicut cedrus libani multiplicabitur in domo dñi. Omitto breuitatis gratia alias pęnas,quibus manifeſte Vſurarii humano iure plectendi ſunt.Omitto,quid dicendum ſit de illis, qui aliorũ nomine dant aut accipiunt ad vſuram. Omitto horum fęneraticiorum cõtractuum mediatores,ſiue proxenetas & notarios quoſcunq;, qui eorundem contractuum publica cõficiunt inſtrumenta.Atq; huiuſmodi contractuum,ſiue eorũdem inſtrumentorum teſtes, eosq́; etiam qui vſurarum ſchedulas ſubſcribunt, aut ipſis vſurariis atq; vſurarum prauitatibus conſilium, auxilium, vel fauorem quouis modo præſtare non verentur. Omitto deniq; eos, qui comedendo, veſtiendo, imburſando, vel quouis alio modo de vſuris ſciẽter vel probabili opinione participant. Hæc enim & ſimilia (quantum ad pręſens ſpectat) ad propoſitum quæſitum non neceſſario requiruntur. Itaque (quo ad primam huius tractatus partem) quæ hactenus dicta ſunt ſufficiant.

Secunda Pars.

Cap Primum, Quòd ars campſoria recte ordinata, honeſta & laudabilis ac digna ſit præmio.

ENarrata & diſcuſſa natura & qualitate artis campſoriæ, in quantum mere ſolum inuẽta & vſitata eſt ad ipſius campſoris priuatum commodum & lucrum, enumeratis etiam atq; explanatis ipſorum cãpſorum ipſa cãpſoria arte ſic vtentium prauis adinuẽtionibus, cõſequens eſt, vt in hac ſecunda huius tractatus parte de ipſa arte cãpſoria,quatenus ęconomicæ & politicæ vitæ deſeruit, ac de recto ipſorũ Campſorum ipſa arte campſoria ſic vtentium vſu dicamus.

Dico igitur primò ꝙ ars campſoria(quatenus ęconomicę & politicæ vitæ deſeruit) ſiue vt ad publicum in primis, & ſubinde ad condecens ipſorum campſorum priuatum bonum, ſaltẽ tacita intẽtione,ordinatur,eſt honeſta, atq; laudabilis,ac digna præmio.Hæc propoſitio ſic declaratur. primò quidem;quia ipſa ars campſoria(hoc modo ſumpta) eſt expers illarum cõditionum quibus à philoſopho in libro Polit.improbatur. Quapropter ipſa(hoc modo ſumpta)non improbanda, ſed potius laudanda,& præmio digna eſſe videtur.

Secundò;quia ipſa ars campſoria ex hoc ſolo,ꝙ vtatur pecunia, quò ad eius vſum ſecundarium, videlicet venditionem ex parte capientium ad cambium,reprehenſibilis eſſe non debet, cum & Calcearius,& Birretarius, & quicunq; alii Artifices bono publico,& priuato rectè deſeruientes,cum eorum artificialia aliis vendũt,non ſint reprehenſibiles,immo laudabiles ſint & ob eorum artificia digni cõpetenti lucro:& tñ(vt patet) tũc, vt ſic,ſuis artificialibus non quò ad eorum primarium, ſed quò ad eorum ſecundarium vſum vtuntur. Et hoc quia huiuſmodi artifices ſic vendendo eorum artificialia, ad publicũ in primis, ſubinde ad condecens ipſorum artificum priuatum bonũ, huiuſmodi eorum artificialia recte ordinãt. Quapropter ſimiliter & ipſe campſor, cum rectè dando ſuas pecunias ad cambium, (ſicut clare conſtat) bono publico & priuato recte deſeruiat, honeſte laudandus & competẽti ſuæ induſtriæ præmio dignus habendus eſt,ſecus autem eſſet,ſi ipſe campſor ipſa arte cãpſoria(vt pure campſoria eſt)& vt adinuenta & vſitata ſolum(quãtum eſſet ex parte ipſius campſoris) ad priuatum & propriũ ipſius campſoris commodum vteretur.Hoc enim modo ipſa ars campſoria haberet ſimul illas tres conditiones,quibus inſimul coniunctis,ab ipſo philoſopho reprehenditur,quod tñ non cõtingit,qñ (ſicut oſtendimus) ipſa ars campſoria & ipſa cambia ab ipſo campſore, ſaltem tacita intentione ad bonum publicũ & cõe in primis ordinantur. Tertiò principaliter idem ſic oſtẽditur,ipſa ars campſoria hoc modo ſumpta ſicut ex propriis ꝓpoſitionis propoſitæ terminis patet, ad honeſtum & laudabilẽ

finem

Source : BIU Cujas

finē recte ordinatur;& qm̃ omnia à ſuo fine perfectionem acci piunt,& denominanda ſunt,conſequens eſt, vt & ipſa honeſta atq; laudabilis & digna ſit præmio. Hoc idem ex ipſo cambio reali tantùm,quod (vt ſuperius declaratū eſt) cambium ad minutum vocatur,clarius oſtendi pōt. In eo enim (ceſſante omni fraude) ſm omnes doctores,qui de huiuſmodi negocio ſcripſe runt,campſor pro ſua induſtria,labore & intereſſe, iuſte & laudabiliter aliquid moderate inde lucrari pōt. Quia videlicet bono publico in primis,& ſubinde bono priuato recte deſeruit. Cum autem campſor, qui per literas ſuas dat pecunias ad cambium pro variis & multis terrarum locis & regnis,vt inde emātur merces & alia humanæ vitæ vtilia & neceſſaria, longe magis(vt clare conſtat)q̃ campſor ad minutum,bono publico vndiq; recte deſeruiat, Maiori itaq; laude & competenti præmio dignus habendus eſt. Accedit ad hoc;quia induſtriæ accedentis operi licito ratio eſt habenda,& aliquid mercedis dari debet. l. ſi hæres. ff. ad l. falcidiam. Sic etiam & Apoſtolus ait. 1. Cor. 9. Quis militat ſuis ſtipendiis vnquam? quaſi dicat nemo. Et dñs in Euangelio,Luc. 10. Dignus eſt enim operarius mercede ſua. Qui enim ſentit onus,ſentire debet & commodum. de reg. iur. in 6. Cum autem hæc campſorum induſtria & labor in tranſmittendo ſuas pecunias, & eas quidem in magna ſumma, atq; ad multas & varias totius vniuerſi partes (ſicut mercatoribus principibus & œconomis clare conſtat) ſit valde vtilis,immo ꝑ humanæ vitæ rebus neceſſariis comparandis, & ciuitatū, Prouinciarumq; atq; regnorum cōmoditatibus prouidendis multum neceſſaria, & propterea ad licitū & iuſtum opus plurimū accedens,conſequens eſt,vt ipſi campſores huiuſmodi cambia ſic exercentes ob eorum induſtriam atq; exercitium,concedēs lucrum ad arbitrium boni viri recte reportent.

Cap. ſecundum, Quo tempore cambia realia per literas celebrari poſſint.

51 ET † qm̃ omnibus in rebus modus & ordo non ſine magno ſtudio & diligentia ſeruandus eſt, condecens eſt, ꝙ ſicut mercatores de rebus ad hoīum vitam & commodum neceſſariis,Regnis,Prouinciis, Ciuitatibus,locis, familiis, & priuatis perſonis cōiter toto anno negociando prouidere curant. Itaq; proculdubio congruum & conueniēs eſt,ꝙ & ipſi campſores, ſiue numularii ſuarum pecuniarum cō mutationibus atq; tranſlationibus huic bono publico atq; ipſis mercatoribus deſeruientes,toto etiam anno, ſtatutis tm̃ temporibus,& æqua lance iuſtitiæ,videlicet commutatiuę vtrinq; ſeruata, ſuas pecunias ad cābium ipſis mercatoribus dare poſſint, quatenus ipſę res ad publicum & priuatum commodum vtiles ac potius neceſſariæ, ab ipſis & quibuſcunq; aliis vbiq; locorū commode inueniri,emi,& vendi poſſint. Cum ipſe pecuniæ,teſte philoſopho primo pol. c. 5. & 5. Eth. c. 7. ad hæc & ſimilia cōparanda inuentæ & inſtitutæ ſint,hinc factum eſt,quod (loquēdo de Lugdunenſi aut Bezenzonenſi cambiis) ſingulus quiſq; annus (iuxta quatuor naturalia tempora) in quatuor diſtinctus fuerit nundinas, in nundinas videlicet apparitionis, Paſchatis, Auguſti,& oīum ſanctorum, in quibus ſanè nundinis (ſtatuto tm̃ & præfixo tempore) poſtquam videlicet clauſæ, & miſſę fuerint literæ cambiorum præcedentium nundinarum, & anteq̃ claudantur literæ cambiorum pro nundinis ſequentibus, cuilibet (vt decet) ſine quauis fraude & dolo,pretio tunc in illo foro ad numeratum cōiter currēte. Liceat dare & accipere pecunias ad cambium pro nundinis,videlicet illis duntaxat tunc immediate ſequentibus, quatenus inde commode emi poſſint merces & alia humanæ vitæ commoda,vtilia,aut neceſſaria.

Similiter & tempus illud, quod aſſignatur inter datam & ꝑ ea aliam alibi conſignandam pecuniam Non aſſignatur ſolum vt accipiens ad cambiū poſſit ire,aut eius literæ per alium mitti poſſint ad locum,vbi eius nomine ipſi camſori, aut eius agentibus pro eo aliæ pecuniæ ſunt conſignandæ,ſed etiam aſſignat ad debitam atq; honeſtam & moderatam ipſius ad cambiū capientis cōmoditatem, ipſi enim ad cambium capientes nō poſſunt tranſmiſſis & datis literis ſemper ſtatim reddere ſummam pecuniarum pro cambio facto alibi conſignandam,datur inſuper,& prę̃cipue,pro bono publico,ad quod cambia ipſa tanquā ad finem ſuum in primis ordinata ſunt,pro commodo, videlicet & beneficio inde proueniente, Terris, Caſtris, Ciuitatibus, Prouinciis,& regnis,mercium,victualium, multarumq; aliarū rerum humanæ vitę neceſſariarū atq; vtilium ægentibus. Quapropter huiuſmodi tempus rationabiliter eſſe debet aliquantulum maius,q̃ requirat acceſſus, ſiue miſſio literarum ad locum ſoluendorum cambiorum, hoc autem taxandum eſt (ſicut regulariter fit) ſecundùm laudabilem & approbatam conſuetudinem vim legis habentem.

Cap. tertium, Quòd nundinæ & cambia in iudicio,& extra rata, & firma ſunt.

52 HVIuſmodi † autem inſtitutio,ſtatutum,ſiue conſuetudo de huiuſmodi nundinis,& earum tēporibus,atq; de oībus aliis quibuſcunq;,quæ in eis rectè gerēda ſunt,quatenus ipſa cambia, atq; alia quæcunq;, quæ in eis rectè pro cōi bono (vt diximus) celebranda ſunt,rata & firma (ſicut decet) in iudicio,& extra, apud oēs quoſcunq; vbiq; locorum habeant̃. Omiſſis (breuitatis gratia) multis & variis legū Auctoritatibus, aliquo bono fine, non affectu & arbitrio ſingulorum, Sed cōi omnium (vt decet) conſenſu,accedēte ad id etiam principis auctoritate,non per errorem,ſed ex certa ſcientia,atq; diuturnitate temporis,inſtituenda,ordinanda,comprobandaq; eſſe oportuit. Et hoc modo huiuſmodi cōſuetudo vim legis habet, cum ipſa conſuetudo (de qua nobis modo eſt ſermo) ſit ius quoddā moribus inſtitutum,quod pro l. ſuſcipitur. diſt. j. c. conſuetudo. cum autem oīa hæc & ſingula in hac huiuſmodi nundinarum inſtitutione, & earum ſuorumq̃; temporum diſtinctione, atq; in rebus aliis omnibus & ſingulis pro ipſis cambiis rectè peragēdis (ſicut in hac arte campſoria peritis conſtat) clare reperiātur, clare ſequitur,quod huiuſmudi inſtitutio, ſiue cōſuetudo, atq; omnia alia & ſingula,quę (ceſſante omni quauis fraude & quouis dolo) in huiuſmodi nundinis ſic inſtitutis & ordinatis peraguntur, in iudicio & extra, apud omnes quoſcunq; vbique locorum rata & firma ſint habenda.

Cap. quartum, Quòd Lugdunen. ſiue Bezenzonen. cambia, vera & realia cambia per literas dicenda ſint.

53 HAec † autem cambia,pura hic Genuæ pro Lugduno, aut Bezēzono, ceſſantibus oībus ſuperius dictis fraudibus celebrata,vera & realia cambia per literas dicēda ſunt. Hoc autem ſic oſtēditur. Primò quidem qm̃ diffinitio veri & realis cambii per literas ſibi cōpetit. ergo &c. conſequentia nota eſt,& antecedens probatur ſic,definitio eīus veri & realis cambii per literas (ſicut ſuperius oſtendimus) eſt commutatio vnius generis in aliud genus numiſmatum ꝑ mercibus & aliis rebus humanæ vitæ neceſſariis comparandis confectis,& aliò miſſis huius commutationis literis pro conſignando illo alio numiſmatum genere. Hęc autem oīa & ſingula huiuſmodi Lugdunenſi aut Bezenzonenſi cambio conueniunt exempli gratia,hic Genuæ vbi contractus celebratur, dantur à campſore ipſi venditori pecuniæ,quæ quum ſint præſentes (formaliter loquendo) quatenus videlicet præſentes ſunt,non ſubſunt periculis,laboribus,nec expenſis, Lugduni verò à capiēte ad cambium ſoluuntur campſori pecuniæ, quæ cauſa diſtantię localis (formaliter loquendo) ſubſunt periculis,laboribus & expenſis,pro ipſis videlicet Genuam reducendis. Quare,inquantum diſtantes ſunt,à pecuniis datis à campſore ſaltem (vt ita dixerim) extrinſece genere differūt, aliquo etiam modo differūt intrinſece. Qm̃ hic Genuę regulariter pecunię vnius generis tātum,puta ſcutorum tm̃ in auro à campſore ſoluuntur. Lugduni verò à capiente ad cambium pecuniæ regulariter trium generum aſſignantur,ſcutorum videlicet aureorum, monetarū argentearum & par pagiolarū. Quare & intrinſece genere diffe runt. Inſuper de huiuſmodi numiſmatum cōmutatione (vt ex iam dictis patere pōt) literæ ſunt conficiendæ Genuæ,& deinde Lugdunum mittendę,& ibi ipſorum qui pecunias dederunt ad cambium,agentibus conſignādæ, vt huiuſmodi numiſmatum commutatio,ſuum (vt decet) ſortiatur effectum,vel ſaltem (q̃uis id raro faciendum ſit) de conſenſu ipſius campſoris, eidem detur creditum & fides de ipſis pecuniis ſoluēdis. Ad dr̃iam cābii minuti,in quo quia idem eſt locus commutandarum pecuniarum,non requiruntur literæ,ſed ſufficit tantummodo ipſarum dandarum & recipiendarum pecuniarū effectualis & iuſta cōmutatio, dicitur deniq; pro mercibus & aliis vitę humanæ neceſſariis comparandis. Quia (vt dictum eſt) iuxta mentem philoſophi,1. Pol. 7. c. huiuſmodi numiſmarum commutatio, ob id præcipue adinuenta eſt. Diffinitio ergo veri & realis cambii per literas Lugdunenſi aut Bezenzonenſi cambio competit, quare &c. Secundò hoc idem ſic oſtenditur. Secundùm n. doctores,qui de hac re loquuntur,quum quis habens, puta Genuæ pecuniam,dat eam campſori,vt ſuis literis faciat eam, vel aliam eiuſdem generis intrinſece Romæ vel Neapoli ſibi vel alteri conſignari. Verū & reale cambium per literas cenſetur: igit̃ à fortiori hoc idem erit cambium Lugdunenſe aut Bezenzonenſe hic Genuæ (vt dictum eſt) celebratum. Cum in eo inter datam & recipiendam pecuniam,& regnorum diuerſitas,& numiſmatum varietas maior reperiatur,quare &c.

Cap. quintum, Qualis contractus cambium Lugdunenſe aut Bezenzonenſe nuncupari poſſit.

54 VT † autem cognoſcatur,qualis contractus ex contractibus nominatis ſit in huiuſmodi Lugdunenſi vel Bezenzonenſi cambio, non vr̃ quod (loquendo de cōtractibus nominatis quos nos arbitrari poſſemus eſſe in hoc cambio) huiuſmodi cambii contractus poſſit eſſe ꝓtractus locationis operum ex parte campſoris; quia cāpſor non ſuſcipit aliquam pecuniarum ſummam tranſuehendam, ſed illam potius tranſuehit capiens ad cambium. Qm̃ à campſore accipit pecunias Genuæ, & eas vel alias deinde reddit & cōſignat Lugduni. Nec ſimiliter pōt eſſe contractus permutationis propriæ, ſi pecunia reddenda (vt cōiter contingit) ſit futura; quia p̃ſentis ad futurum, ſicut & certi ad incertum, non eſt permutatio pro-

Source : BIU Cujas

tio proprie.C.de re permu.l.j.& in gl.quæ allegat.l. qñ. eodem titu.vbi ſic ſentiunt Bar.& Bal.Si tñ vtraq; pecunia,danda ſcilicet & recipienda, ſiue reddenda eſſet prẽſens tempore, poſſet fieri in ea permutatio, etiam ſi eſſet omnino eiuſdẽ generis intrinſece: puta oẽs ſcuti aurei, immo etiam ſi eſſet eadem num. Quia quæ redderetur(vt diximus) eſſet affecta qualitate diſtantiæ localis.Et ita vt reduceretur ad locũ, in quo à cãpſore prius data fuit(per ſe loquendo)eſſet ſubiecta periculis, laboribus & expenſis,& ſic eſſet aliquo modo alia. Verum quia rarò eſt præſentia vtriuſq; pecuniæ,rarò eſt ibi permutatio, & ſi quandoq; ibi eſſet vera permutatio, de ipſa iudicandum eſſet ſicut & de contractu, quem in hoc Lugdunenſi vel Bezenzonenſi cambio eſſe demonſtrabimus.

55 Nec etiam eſt ibi contractus mutui ex parte capientis ad cãbium; quia capiẽs ad cambium non prius dat & poſtea recipit, ſicut fit in mutuo,ſed econtrario;quia primo recipit, & poſtea dat. Similiter etiam non eſt ibi proprie mutuum ex parte campſoris,licet ipſe campſor primò det, & poſtea recipiat. Primò; quia in mutuò ſecũda acceptio fit poſt primam ratione temporis, in quo accipiens pecunias ad mutuum indiget illo tempore,hic autem (ſi recte conſideretur) fit ratione diſtantiæ locorũ, in quibus datur & recipitur pecunia, datur enim puta hic Genuæ, & deinde recipitur Lugduni aut Bezenzoni. Sicut etiam in antiquis cambiis fieri ſolebat, qñ videlicet capiẽs ad cambiũ prius dabat pecunias ſuas,poſtea eas alio in loco recipiebat,ẽt ſi tempus inter prius datam & deinde receptam pecuniam ſit ali quantulum maius, q̃ hæc localis diſtantia pro reddendis & cõſignandis pecuniis requirat:quia(ſicut dictũ eſt c. 2.huius ſecundæ partis) huiuſmodi tempus ad arbitrium bonorum datur ad debitam & conuenientem commoditatem reſtituẽtium ſiue mercatorum: quibus(vt diximus) ipſa ars cãpſoria pro cõi bono in primis & ſubinde (vt decet) priuato deſeruit. Ipſi autem mercatores cõiter non poſſunt,confectis cambii literis, ſtatim equum cõſcendere & Lugdunum proficiſci, aut eò aliquẽ aliũ mittere, vel merces ſuas ſtatim diſtrahere, aut ſua credita ab aliis exigere, vt pecunias inde acceptas campſori Lugduni reſpondeant.Secundò non eſt hic mutuum; quia in mutuo pecunia reſtituenda(per ſe loquendo)debet eſſe eiuſdem generis cũ pecunia mutuata;quia recipiens mutuum obligatur ad tantundem in eodem genere:vt ſi mutuaui tibi ducatos aureos,teneris mihi reſtituere ducatos aureos.Si monetam argẽteam,monetam argenteam.Si æream,æream.l.Paulus.ff.de ſolu.adeo ꝙ ſi conueniatur,vt res data reſtituatur in alio genere, puta groſſi pro ducatis,vel vinum pro tritico, non eſt proprie mutuum, ſed contractus innominatus.l. 11. in princ. §.1.ff.ſi cert.peta.In hoc autem cambio Lugdunenſi pecunia reſtituenda (vt c.præcedente diximus) duobus modis eſt alterius generis à pecunia data à campſore, ꝙ etiam & in noſtrorum antiquorũ cambiis fieri cõtingebat.quare &c.Tertiò mutuans(per ſe loquẽdo) nõ ſubiacet alicui periculo in ſorte mutuata; quia (vt dictum eſt) mutuatarius tenetur mutuanti ad tantundem in eodem genere;quia eſt debitor generis, genus autem perire non poteſt. l.in ratione.§.verum.ff.ad l.falcidiam. Amplius mutuãs pro cautione ſua,pignore apud ſe retento, aut aliqua alia cautione habita cõiter pecunias mutuat,quod in dante ad cambium nõ fit.Sed in Lugdunenſi cambio campſor ſubiacet periculo in ſorte data, antequam enim pecuniæ reuertãtur Genuam, vbi primò à campſore ad cambium datæ ſunt (& ſi non ſæpe) quandoq; tñ (vt experientia teſtatur) contingit,ꝙ campſor damnum patiat̃ in ſorte.Quartò mutuans pecunias ſuas(abſolute loquendo) p̃t eas à debitore,habita prius aliquali tẽporis moderatione, quouis tempore repetere.l.quod dicimus.ff.de ſolutionib. & §. oĩs. gl.ver.dub.inſtit.de verb. obl. Dans autem pecunias ſuas ad cãbium non p̃ot eas ante tempus ad ſolutiones cambiorum deſignatum repetere, quapropter non eſt contractus mutui. Dico

56 † igitur(ſaluo ſemper ſaniori iudicio) huiuſmodi Lugdunenſe aut Bezenzonenſe cambium non eſſe contractum mutui, ſed eſſe contractum emptionis & venditionis,emptione videlicet ſe tenente ex parte campſoris:venditione verò ex parte capientis ad cambium,pecunia enim quæ datur à campſore, puta Genuæ,ſe habet vt pretium, quæ verò Lugduni, aut Bezenzoni à capiente ad cambium conſignanda eſt,vt ſtat ſub illa diſtantia

57 locali,ſe habet vt res venalis.Pecunia † enim non ſolum vendi & emi p̃ot(vt eſt purum aurum vel argentum) eo videlicet modo quo venditur,& per ſe,pro auro vel argento fracto, verum etiam vendi & emi p̃ot,in quantum pecunia, quamuis nõ per ſe,ſed per accidens,ideſt per aliud, videlicet gratia ſuæ materiæ, puta auri vel argenti,ex quo conflata eſt,quod quidem à ſimili

58 ſic aſtrui p̃ot. Quemadmodum † enim ex philoſopho primo Pol.c.6.conſtat,ipſa re artificiali, quatenus artificialis eſt, duobus modis vti poſſumus.Vno quidem modo (quò ad eius proprium & principalem vſum) qui eſt is, ad quem ipſa res artificialis(vt ſic artificialis) eſt, primò & principaliter ordinatur. Alio verò modo,quò ad eius cõem & ſecũdarium vſum, qui eſt oĩs eius vſus alius à primo, ad quem tñ ipſa res artificialis in quantum talis eſt, cõiter & ſecundariò ordinari p̃ot, exempli gratia, ipſo calceo vti poſſumus dupliciter, videlicet, quò ad eius proprium & principalem vſum,& hic eſt calciatio,ad quam (vt calceus eſt) primò ordinatur, ob calciationẽ enim calceus primò inuentus eſt, & etiam quò ad eius cõem & ſecundarium vſum, puta emptionem & venditionem,quæ tñ emptio, & venditio, ſecundariò tñ etiam competit calceo in quantum calceus eſt, emitur enim & venditur calceus, non ſolum pro puro corio, aut puro panno laneo, vel ſerico, verũm etiam & in quantum calceus laneus,vel ſericus,aut de corio eſt, licèt ipſe calceus nõ ad emptionem & venditionem, ſed ad calciationem primò & propriè ſit ordinatus, primus enim vſus competit calceo per ſe ſimpliciter & abſolute,in quantum calceus eſt.Secundus verò, ſcilicet emptio & venditio competit calceo, etiam in quantũ calceus eſt,ſed non ſimpliciter & abſolute,ſed per accidẽs,ideſt per aliud gratia.ſ.ſuæ materiæ,in quantum videlicet calceus eſt de corio,vel de panno laneo,aut ſerico. Hoc idem & de qualibet alia re artificiali:puta bireto, calligis, diploide &c. dici p̃ot, ꝙ.ſ. ea vti poſſumus & quò ad eius primum & proprium vſum ad quem,videlicet,primò & propriè ordinatur, & quò ad emptionem & venditionem,ad quam etiam vt talis res artificialis cõiter & ſecundariò ordinatur;cũ autem & ipſa pecunia, vt pecunia eſt,q̃d artificiale ſit ea (vt ſic) artificialis eſt, vti poſſumus dupliciter. Primò quidem quò ad eius vſum proprium & principalem,qui ſimpliciter & abſolute competit ei,vt pecunia eſt: & hic eſt,vt ex ſtatuto legis ſit valor, ſiue pretium rerum venalium.Ad hoc enim pecunia(vt ſic formaliter loquendo) primò adinuenta & ordinata eſt.Vt hĩ primo pol.c.6. & 8. Eth. c. 14.

59 Et † ipſa(vt ſic) formaliter & abſolute eſt omnino inuendibilis; quia ſicut albedo non p̃ot eſſe alba,ſed eſt id quo aliquid formaliter eſt album,ita valor ſiue pretium nõ p̃ot appreciari, ſed eſt id quo alia appreciantur,ſeu eſt regula appreciandi, & ad hunc ſenſum intelligendi ſunt doctores,quum dicũt, pecuniam eſſe omnino inuendibilem. Secundo autẽ modo vti poſſumus pecunia quò ad eius vſum cõem & ſecundarium,alium videlicet à primo,qui tñ competit ei etiam vt pecunia, non tñ ſimpliciter & abſolute,ſed per accidens,ideſt per aliud, videlicet gratia ſuæ materię,vt.ſ.eſt valor in tali materia,puto auro vel argento ex quo ipſa pecunia conflata eſt,& ipſa(vt ſic) ſicut & de calceo dictum eſt, gratia ſuæ materiæ emi & vendi ac appreciari p̃ot. Et vt formaliter arguatur, dicatur ſic.oĩs res artificialis,vt artificialis eſt,gratia ſuæ materiæ emi & vendi p̃ot, ſed pecunia vt pecunia eſt res artificialis vt artificialis eſt, ergo pecunia vt pecunia gratia ſuæ materiæ emi & vendi p̃ot.Minor de ſe eſt nota,& maior patet ex declaratione à ſimili facta, & etiã inductiue diſcurrẽdo per ſingula artificialia,quare &c.tres ergo propoſitiones habitæ ſunt de ipſa pecunia,quarũ vna eſt,ꝙ ſi ſumatur pecunia vt legis ſtatuto eſt ſimpliciter valor ſiue pretium rerum venalium,eſt omnino inuendibilis.Secunda eſt,ꝙ ſi pure ſumatur pro auro,aut pro argento fracto,eſt vẽdibilis per ſe. Tertia, ſi ſumatur vt pecunia eſt ex tali vel tali materia, aut tali vel tali affecta qualitate,eſt vendibilis per accidens,ideſt per aliud, gratia.ſ. ſuæ materiæ,vel alterius ſuæ qualitatis.Secundò hoc idem ſic aſtruitur,ſm enim philoſophum primo pol. c. 7. (per argumentum à contrario) clare elici p̃ot,ꝙ ſuppoſita ipſius artis cãpſoriæ honeſtate finis,ſicut & modo in hac parte ſupponimus, licitum ſit lucrari commutãdo pecuniam cum pecunia, quod ſanè ſub eodem Principe eſſe nõ poſſet, ſi ipſa pecunia ſemper daretur & acciperetur ſolum ſm valorem legalem, cũ ſub eodem Principe valor pecuniarum legalis idẽ ſit, opus eſt igitur ſm mentem philoſophi, ꝙ ipſa pecunia ex altera parte rationẽ rei venalis habere poſſit.Et ita ſit vẽdibilis,ex altera verò rationẽ pretii, quo ipſa pecunia ratione ſuæ materiæ aut localis ſuæ diſtantiæ emitur vel venditur. Tertiò ſic, philoſophus primo pol.c.6.expreſſe vult,ꝙ quis poſſit vti pecunia aliter q̃ vt pretio rerum venalium. Et ibi dat exemplum à ſimili ſuperius poſitũ de calceo,quapropter quis p̃t vti pecunia vt re venali; quia oĩs res corporalis vtibilis homini, eſt aut pretium aut appreciabile.Quartò ſic: oẽ id quod cum lucro recte dari p̃t ad locationẽ, p̃ot etiam emi & vendi.Hæc propoſitio eſt per ſe nota,cum oẽ tale ſit pecunia æſtimabile,ſed pecunia eſt huiuſmodi. Hæc minor eſt Abb.in prol.titu. de vſuris. Ac etiam & diui Thomæ D. Egidii Romani D.Archie.Flo.& oĩum ſummiſtarũ. quare &c. Illud itaq; dictum diui Ambroſii quod adducitur, diſt. 47. c.ſi-

60 cut † ꝙ videlicet ex pecunia,pecunia non naſcitur, intelligendum eſt in contractu mutui, vt ex ipſiuſmet D. Ambroſii verbis clare elici p̃t, ibi enim diuus Ambroſius loquitur de vſuris. Vſuræ autem non cõmittuntur niſi incontractibus mutui,vel expreſſi,vel ſaltem taciti,ſicut etiam hĩ ext.de vſuris.c.cõſuluit. & 14.q.3.per totum, cum vſura ſit lucrum accedens ex mutuo pacto,vel intentione principali.Quintò ſic,oẽ id, quod p̃ot ęſtimari maiori vel minori pretio eſt vendibile, ſed ipſa pecunia eſt huiuſmodi, ergo &c. Maior eñ ſuis terminis patet. Minor verò clare hĩ ext.de cenſibus.c.olim cauſam.& c.cum canonicis,facit l.qñ.C.de rerum permutatione.l.permutationẽ.Conſequens

sequens est igitur: vt ipsa pecunia (eo modo quo dictū est) emi & vendi possit. Hoc idem etiam est de mēte diui Thomæ, sicut clare elici potest ex eius verbis 2.2.q.77. articulo 4. & secūdo de regimine principum, capit. 14. sicut & ipsi Thomistæ in eorum summis ipsum exponunt & sequuntur, quibus sanè omnibus clare sequitur, ꝙ ipse contractus cambij Lugdunensis & Bezenzonensis possit esse & sit contractus emptionis & venditionis, emptione videlicet se tenente ex parte campsoris, venditione verò ex parte capientis ad cambium.

Caput sextum, Quòd pecuniæ quatenus sunt loco distantes, minus valeant, quàm vt præsentes.

ET quoniam sicut superius parte prima, secunda praua adinuen. dictum est, vt contractus emptionis & venditionis iuste fiat inter pretium & rem venalem ęqualitas seruāda est, & vt huiusmodi ęqualitas in ipsa numismatum commutatione clarius cognoscatur: notandū est, ꝙ si campsor Genuæ emēs pecunias sibi Lugduni consignandas, soluit pretium Genuæ, pecuniæ illæ, siue scuti illi de Marca, Lugduni consignandi ipsi campsori Genuæ existenti (per se loquendo)
61 minus valent, quam si sibi Genuæ assignarentur: † quia (per se loquēdo) res loco distans minus valet emptori quam prędens. Hoc. n. clare patet inductiue in omnibus, discurrendo per singula. Et quanto res magis distat (per se loquendo) tanto minus valet, proinde si nobis vēderentur pecuniæ vel merces quę essent apud Tartaros vel Indos eas longe vel minori pretio q̄ illas pecunias, vel merces, quæ nobis consignandæ essent in Frācia, vel in Hispania iuste emeremus. Alia ratio est; quia res subiecta periculis, laboribus & expēsis, minus valet, q̄ ipsa eadem ab hmōi oneribus libera. Sed pecunia loco distans emptori ad hoc vt ad ipsum transuehatur (per se loquendo) subest periculis, laboribus, & expensis, igitur ipsa pecunia (vt loco distans) ipsi cāpsori minus valet, q̄ si esset præsens, atque ad hmōi oneribus libera. Maior est per se nota. Similiter etiam & minor. Tertiò hoc idē sic astrui potest. In cambiis enim illis realibus, quæ aliàs cōiter fieri solebant, quum videlicet quispiam negociandi gratia volebat ad alium locum se transferre, suas campsori dabat pecunias, vt ipse campsor suis literis pecunias illas illo in loco ei consignari faceret, ſm omnes doctores, q̄ de hac re hactenus scripserunt, ipse campsor sic assignari faciens pecunias illas, aliquid lucri inde iuste lucrari poterat: quia. s. hoc modo illarum pecuniarum (causa secum ꝯhentis) translatoris vicem gerebat, & in hmōi trāslatione (per se loquendo) pericula, labores, & expensas subibat. Nec huic rei obstaret, si campsor haberet fratrē aut factorem, illo in loco habentem illas pecunias. Neque ēt obstaret, si ipse campsor omnino erat illo in loco tantam pecuniarū summam pro aliis suis negocijs expensurus, & ad locum illum missurus. Hæc enim omnia per accidens se habent ad naturam cōtractus, & eius ęqualitate consistit iustitia, quid enim attinet ad ipsius contractus vel commutationis naturam, in qua ęquitas rei ad rem esse oportet, si ex ipsius campsoris industria, aut casu, ipse in diuersis locis consanguineos aut ministros hēt siue pro eo agentes, forte gratis inuenit, & exinde viarum ministrorumq; expensas lucrando diues fiat? Modò tñ ponderatis rerū conditionibus, ęqua lance iustitię, videlicet, commutatiuę ęquitate vtrinq; seruata, fiat commutatio. His igitur rationibus satis clare cuilibet constare potest, ꝙ pecuniæ loco distantes per se loquendo (vt sic) minus valent quàm præsentes.

Cap. 7. Quòd (cessante omni fraude) cambia Lugd. siue Bezen. rectè celebrantur.

62 EX † his omnibus coniunctim sequitur respōsio pro altera parte parte ad propositum quæsitum, & est altera conclusio principaliter intenta, quæ talis est. Cambia Lugdun. siue Bezenzon. cessante omni quauis fraude ac praua adinuentione, de qua supra recte celebrari possunt. Hæc conclusio ex prædictis primò probatur sic. In huiusmodi cambiis sic celebratis est contractus emptionis & venditionis, qui est contractus bonæ fidei, & nulla quæuis fraus, aut praua adinuentio (de quibus supra) in eis intercedit, ergo (vt sic formaliter loquendo) recte celebrari possunt. Antecedēs quæ ad eius primam partem patet c. 5. huius par. 2. quò verò ad secundam, etiam patet ex suppositio. Consequentia verò, si rectè ponderētur, & penitus excludantur omnes quæcunq; prauæ adinuētiones, quæ in prima parte huius tractatus enarratæ sunt, sicut & in hac conclusione nostra excludūtur, ſm doctrinā tam Theologorum, q̄ Canonistarum admittenda est. Secundò sic, in istis cābiis sic celebratis arbitrio bonorum & peritorum virorum seruatur æqualitas iustitiæ commutatiuæ. ergo iuste fiunt. Consequentia apud oēs est nota, & antecedens ex dictis in j. par. & c. 6. huius secūdę partis, satis liquet. Tertiò sic, in istis cambiis sic celebratis arbitrio virorum bonorum & peritorum in arte cāpsoria, ipsorum sic adinuicem contrahentium neutra pars grauatur, ergo (formaliter loquendo) recte celebrari possunt. Cōsequentia apud oēs doct. de materia cambiorum loquentes est nota. Antecedens verò ex prædictis recte ponderatis clare sequitur. Quartò sic, commutatio numismatum facta in istis cambiis sic celebratis, in primis ad bonum publicum, subinde ad beneficium tam emptoris q̄ venditoris rectè ordinatur, & confert, ergo rectè & iuste fit. Antecedens ex dictis patet, cōsequentia verò inferri pōt ex verbis Philosophi j. pol. c. 6. vbi vult, ꝙ emptio & vēditio vt iuste fiat, ad bonum publicum & ipsius emptoris & venditoris beneficium sit facienda. Quintò sic, in cambiis illis realibus per literas, quæ aliàs fieri solebant, quando. s. cāpsor suis literis curabat, vt pecuniæ, puta hic Genuæ acceptæ, alio in loco, puta Neapoli, assignarentur secū contrahenti: vt superius dictum est, ſm omnes doctores, qui de hac re hactenus scripserunt, ipse campsor sic assignari faciens pecunias illas, aliquid lucri inde iuste lucrari poterat; quia videlicet hoc modo causa ipsius secum contrahentis illarum pecuniarum translatoris vicē gerebat, & per se loquendo, in huiusmodi translatione pericula, labores, & expensas subibat, quamobrem nobis dicendū est: contractum hunc esse illicitum & necessarium, ac iure gētium & naturali ratione munitum; quia campsor pro bono cōi ad instantiam secum contrahentis subiit pericula viarum & nunciorum damna, pensiones operarum & salaria factorum: vt no. in l. periculi. ff. de naut. fę. & l. traiectitiæ. ff. de act. & obl. & l. qui Romę. §. j. & l. si hæres. ff. ad leg. falcidiam. Sic igitur ēt si hic à simili argui pōt, puta cum Petrus accipiens à campsore pecunias loco præsentes, idem Petrus campsori restituat pecunias loco & regno distantes, videlicet Lugduni, & campsor (per se loquē do) non possit pecunias illas reducere Genuam, nisi subeat viarum pericula, nunciorum damna, ac oīa & singula eadem onera, quæ ab ipso Bal. de alio cambio adducūtur. Qua igitur ratione etiam in hoc Lugdunensi cambio (cessante oī fraude) celebrato, sicut & in illo non pōt aliquid lucrari? Si enim in cambiis illis realibus, in quibus campsor causa secum contrahentis, suis literis & industria transfert pecunias ab vno loco in alium locum, iuste aliquid lucratur, & plus & minus ſm maiorem & minorem locorum distantiam, qua de cā etiam in istis realibus cābiis (cessante oī fraude) celebratis, campsor cā secum contrahētis suis literis & industria transferēs pecunias Lugduno Genuā, & ab vno regno in aliud regnum, non pōt etiam iuste aliquid lucrari? Campsor enim exercendo cambia Lugdunēsia est ne forte peioris conditionis; quia prius secum cōtrahenti dat suas pecunias, & aliquo tempore vsu illarum priuatur, q̄ esset campsor ille, qui alia cambia exercebat, & prius q̄ suas pecunias secum contrahenti alio in loco cōsignaret, ab eo accipiebat pecunias, & eis aliquo tempore poterat vti? Hoc sanè nullus sani capitis admitteret, quare &c. Sextò sic, si huiusmodi pecuniarum emptio & venditio in isto Lugdunensi cambio (cessante oī quauis fraude, de qua supra) non iuste fieri posset, neq; etiā alię (quę cunq; fuerint illæ) aliarum quaruncunq; rerum emptiones aut venditiones iuste fierēt. Immo nec fieri possent, & sic penè tota rerū negociatio penitus tolleretur, quod sanè esset absurdissimum, & publico cōmodo atq; humanæ vitæ & necessitati intolerabile, ꝓbatur sequela: qm̄ per iam dicta in isto cābio sic celebrato omnia & singula ad iniustitiam contractus emptionis aut venditionis facientia, vt patet, penitus tollūtur quæ verò ad emptionis iustitiam conferunt, apponuntur. Si ergo emptio in hoc cambio sic celebrato nō iuste fit, nec etiam emptiones aut venditiones oīum aliarum quaruncunq; rerum quouis modo iustè fieri possunt. Et quia hoc est absurdissimum, & intolerabile, ergo illud ex quo sequitur. Quapropter ex his rationibus nobis dicendum videtur, ꝙ cambium Lugdu. siue Bezen. cessante omni quauis fraude, de qua supra, recte ac iuste celebrari possit. Huius opinionis est Bal. in rub. C. de consti. pecu. & in quæst. per eū disputata, quæ dicit statuto cauetur, ꝙ fęnerator. in prin. & Archi. 14. q. 3. c. j. ac Sali. in auct. ad hæc. in 11. q. C. de vsuris. Et Ioan. de Ana. in c. nauiganti, de vsuris. & Io. Cal. in consi. 11. posito sub rub. de vsuris. & dominus Alex. Imo. in consi. 61. in 2. vol. incip. viso processu causæ vertentis. in vlt. & D. Iaf. de May. super prima parte codi. C. de sum. Trin. & fid. cath. hunc eundē cambii Lugdunen. contractum hoc modo, vt dictum est, celebratum approbant, etiam Reuerēdis. D. Thomas de Vio Caie. Cardinalis, & D. Syluester de Prierio Magister sacri Palatii in sua summa. & alii q̄ plures, Gof. verò & Host. & quidam alii, qui hunc contractum, vel ei cōsimiles damnant, hoc ideo dānant; quia sicut eorum scriptis patet, dicunt ipsum esse contractum mutui, spe lucri celebratum. Alii verò, vt D. Arch. Flo. & Laur. de Rodul. & quidam summistæ de huiusmodi cambio loquentes ad neutram partem se determinant; quia videlicet dubitant, an sit contractus venditionis vel mutui. Qui autem huiusmodi cambii contractum esse contractum emptionis & vēditionis, vel reducibilis ad emptionem affirmant, hunc cambii Lugdu. contractum (cessante omni fraude) celebratum, tanquam iustū admittunt & approbant, quum autem superius multis rationibus declaratum & probatum fuerit, hunc cambii contractum recte celebratū non esse cōtractū mutui, sed emptionis & vēditionis, si (vt dictū est) cessante oī quauis fraude ac praua adinuētione celebrēt, recte atq; iuste admittēdus & approbādus est. Et hęc quò ad scdam huius nostri tractatus partē dicta sufficiāt.

Source : BIU Cujas

Aliquæ tamen difficultates in huiuſmodi Lugdunen. aut Bezen. cambiis ſic (vt dicitur) recte celebratis, inſurgere poſſunt, quarum vna eſt ratione temporis, in quo ſecundum cõem cõſuetudinem licet dari ad cambium; quia initio tẽporis quo datur ad cambium pro nundinis illis, quæ tunc celebrantur, cõiter vt plurimum minus dari ſolet, ac minori pretio emuntur pecuniæ Lugduni conſignandæ, q̃ medio aut poſtremo tempore dari & emi ſoleat, videtur ergo, q̃ ex anticipata pretii ſolutione pecuniæ Lugduni conſignandæ minori emantur pretio, q̃ emi deberent, quo fit, vt contractus iſte vſurarius ſit cenſendus per argumentum à contrario, eo tit. c. nauiganti. caſu. Alia vero difficultas ex parte venditorum, ſiue capientium ad cambium oriri poteſt, quandoq; enim, immo ſæpius contingit, q̃ ipſi capientes ad cambium pro Lugduno aut Bezenzono non habeant pecunias exiſtentes Lugduni aut Bezenzoni ipſi campſori cõſignandas, neq; etiam habeãt ibi agentes pro eis, immo quandoq; neq; etiam habeant modum ibidem habendi huiuſmodi pecunias conſignandas, aut ſaltem modum ipſum non niſi magna cum difficultate inuenire poſſunt, quo fit, vt ipſi capientes ad cambiũ quandoq; rogare cogantur eoſdemmet cãpſores, à quibus pecunias ad cambium acceperunt, vt ſuis propriis literis curent, q̃ nomine ipſorum capientium ad cambiũ tales pecuniæ Lugduni aut Bezenzoni conſignandæ ſibi aſſignentur, quamobrem ſequitur, q̃ ipſi cãpſores quandoq; ſcienter emant pecunias ab illis, quos ſciũt, aut probabiliter credũt, eas Lugduni aut Bezenzoni, nec habere, neq; etiam ſaltem niſi magna cum difficultate ibidem habere poſſe, quamobrem ſequitur, q̃ huiuſmodi pecuniarum ſiue commutatio non videatur recte neq; bona fide celebrata, inſuper ſequitur, q̃ ipſimet campſores ab eo emant pecunias, quas quò ad locum, tempus, & formam, penitus integras & immutatas, cauſa lucri eiſdem confeſtim ſunt venditurі, qui ſanè ſic ementes, ſicut adducitur 88. diſt. c. eiiciens. ſm diuum Criſ. ſuper Matthæum de templo Dei ſunt eiiciendi, Matth. 21. facit c. quicunq; & c. ſi quis oblitus. 14. q. 4. Tertia difficultas oritur ex pate campſorum; quãdoque enim cõtingit, q̃ ipſi campſores ſuas ad cambiũ dent pecunias tantummodo initio temporis, quo dari poteſt pro nundinis illis, & hoc ideo faciunt; quia (vt dictum eſt) tunc cõiter minus dari ſolet pro quolibet ſcuto de marcha Lugduni cõſignãdo, q̃ medio, aut poſtremo tempore dari ſoleat. Adueniente poſtea medio aut poſtremo tempore, ipſimet cãpſores non dant: ſed capiunt ad cambium pro eiſdem nuudinis, pro quibus ad cambium prius dederunt, ſiue cedunt, aut vendunt alteri illud eorum creditum, & hoc cauſa lucri; quia tunc cõmuniter plus datur pro quolibet ſcuto de marcha Lugduni, aut Bezenzoni conſignando, q̃ initio temporis datum fuerit. Ex qua ſanè eorũ anticipata pecuniarum exburſatione ſequi videtur iniuſtitia, in prima difficultate iam tacta, ex earundem verò pecuniarum exburſatione, & venditione ſimul coniunctim iniuſtitia ſecunda, quare &c. Ad primam autem difficultatem & rationẽ vno modo poſſet dici ad antecedens, q̃ non ſemper cõtingit, q̃ initio temporis, quo dari poteſt ad cambium minus detur pro pecunia Lugduni aſſignanda, q̃ medio, aut poſtremo tempore, immo medio aut poſtremo tempore quandoq; ab ipſo campſore minus datur, q̃ initio illius temporis datum fuerit, & hoc propter varios rerum euentus, in toto illo intermedio tempore quandoq; contingentes, verùm quoniam id rarò contingit, & ea quæ raro eueniunt non ſunt in conſideratione, vt dicunt Hoſt. Io. Cal. & D. Abbas, atq; communiter omnes Doct. ſuper c. nauiganti, alio modo reſpondendo dicitur, negando conſequentiam illam; quia quod initio temporis minus detur, q̃ medio, aut poſtremo tempore, hoc non procedit, ſicut infertur, ex anticipata ſolutione, ſiue pecuniarum exburſatione, ſed ex maiori venditorum & capientium ad cambium abundantia tũc communiter contingentes enim ad cambium pecunias, ideo eas capiunt; quia eis indigent, vel vt maius damnum, quam ſit illud, in quod ex illo cambio incurrunt, euitent, vel ſicut ferè communiter cõtingit, vt ex pecuniis ad cambium acceptis magis lucrentur, q̃ ſit id, quod dant campſori, hæc autem commode fieri non poſſunt, niſi habita ad ſolutionem aliqua temporis commoditate; quia rarò contingit, quod quum ad cambium capiunt, tunc habeant pecunias Lugduni conſignandas, intermedium ergo tempus eſt occaſio, q̃ inueniãtur venditores, ſine capientes ad cambium, quapropter quanto tempus intermedium eſt magis accommodatum ipſis capientibus ad cambiũ, tanto magis eſt occaſio multorum venditorum, & paucum tẽpus, paucorum venditorum & multorum emptorum, iccirco (commodiore interiacente tempore) propter abundantiã venditorum (niſi aliquid aliud tunc de nouo eueniat) rationabiliter minus datur à campſoribus, qui ſunt emẽtes marchas abſentes, & modico interiacẽte tempore, propter abundantiam em-
63 ptorum, plus ab ipſis ementibus datur. Hæc † eadem pretii varietas contingit etiam & ſępe (propter ipſarum pecuniarũ abũdantiam aut penuriam, ſicut expertis in cambiorum negocio clare conſtat) ſi enim pecuniarum abundantia contingat, plus datur pro quolibet ſcuto Lugduni conſignando, ſi verò penuria, minus datur. hæc itaq; duo, abundantia videlicet capientiũ ad cambium, & penuria, ſiue (vt vulgo dicitur) ſtrictitia pecuniarum, ſunt immediata cauſa, q̃ illo tempore intermedio inter dandas & recipiendas pecunias, pecuniæ Lugduni aut Bezenzoni conſignandæ minori emantur pretio (econtrario verò communiter ſequitur) ex paucitate capientium ad cambiũ, & ex pecuniarum abundantia. Itaque hi duo euentus rerum in tempore, & nõ anticipata emptio, communiter ſunt immediata cauſa minoris aut maioris pretii cambiorum, cauſa enim ſecundùm naturales eſt, quæ dat eſſe rei, cuius eſt cauſa, & qua poſita, ponitur & eius effectus, & remota, remouetur: poſita autẽ abundantia capientium ad cambium, & ſtrictitia, ſiue penuria pecuniarum ex parte campſorum, minus datur pro ſingulo ſcuto de marcha Lugduni, aut Bezenzoni conſignando, remota verò magis datur, id quod etiam per ſimile (quãuis aliquo modo contrario) declarari poteſt. In publicis enim aliarum rerum ſiue mercium nundinis, aut mercatis, vt plurimum contingit, q̃ initio illarum nundinarum; quia tunc regulariter multi ſunt emptores, communiter contingit, q̃ tunc merces ipſæ maiori vendantur pretio, prope verò earundem nundinarum finem, ob ipſorum emptorum paucitatem, ſimiles merces, ſi quæ remanſerint, minori pretio diſtrahuntur, ſimiliter & abundantia ipſarum mercium earum pretium communiter imminuit, penuria verò, earũdem pretium adauget, id quod (vt diximus) in intermedio tempore nundinarum ipſorum cambiorum cõ
64 muniter etiam contingit † huiuſmodi tamen tempus interme dium non debet eſſe multum longum, ſed debet eſſe congruũ & moderatum, vt ſ. conſequitur localem diſtantiam inter videlicet locum datę & locum recipiendę pecuniæ, ſecundùm quã diſtantiam nihil niſi in tempore moueri poteſt, etiam ſi huiuſmodi tempus ſit aliquantulum maius, q̃ huiuſmodi diſtantia requirat; quia (vt dictum eſt) conceditur etiã ad debitam atque honeſtam commoditatem mercatorum & ad cambium capiẽtium, & hoc rationabiliter; quia bono fine, propter videlicet publicum & commune bonum in primis, non affectu & arbitrio ſingulorum, ſed (vt decet) communi omnium conſenſu, & ad id accedente principum auctoritate, non per errorẽ, ſed ex certa ſcientia, ac diuturnitate temporis, facientibus conſuetudinẽ vim legis habentem, ex prædictis itaq; ſatis conſtat, q̃ ſi à campſoribus initio temporis nundinarum communiter minus datur q̃ medio aut poſtremo tempore pro quolibet ſcuto de matcha Lugduni aut Bezenzoni illis feriis conſignando, id non cõtingit (vt dicitur) propter anticipatam pretii ſolutionẽ, ſed p̃p abundantiam accipientium ad cambium, aut p̃p ſtrictitiam, ſiue penuriam pecuniarũ, & id quidem iuſte & abſq; Dei offenſa, modò tamẽ pecuniæ loco diſtantes ſine quauis fraude & dolo aut praua adinuentione, pretio tunc in foro ad numeratum communiter currẽte, emantur, atq; arbitrio bonorum & peritorum in arte campſoria virorum, inter datam atq; recipiendam pecuniam ſeruetur ęqualitas, & bona fide, congruoq; tempore cambium Lugdunen. aut Bezẽzonenſe celebretur, ratione prædicti temporis damnari non debet; cum contractus huiuſmodi cambiorum (ſicut ex dictis patet) abſtracta iſta differẽtia temporum, liciti ſint, & hęc temporis differẽtia propter euẽtus rerum in ipſo tempore ſaluari & iuſtificari poſſit. Et eo amplius quia (vt cõſtat) huiuſmodi tempus intermedium inter datam & recipiendam pecuniam non affectu aut arbitrio ſingulorum, ſed communi omnium conſenſu, accedẽte ad id etiam principum auctoritate, non per errorem, ſed ex certa ſcientia, ac diuturnitate temporis pro bono communi, quæ omnia ſimul vim legis habent, eſt inſtitutum atq; cõceſſum, reſtat itaq;, q̃ ſi pẽſata rei abſentia & loci diſtantia talis numiſmatum commutatio modo prædicto fiat, cõtractus tales iniuſti iudicari nõ debeant. Ratio autem facta à contrario in c. nauiganti. vera eſſet, ſi ratione temporis ex anticipata pecuniarum exburſatione lucrum proueniret: quod in caſu noſtro non contingit, quum à campſore, congruo tempore, ipſo iure mercatoribus conceſſo, ipſæ pecuniæ exburſentur, & ſi poſtea ipſe inde aliquid lucretur, id (ſicut oſtenſum eſt) non ratione temporis, ſed ratione euentus rerum in ipſo tempore, ex abundantia videlicet capientium ad cambium, aut ex pecuniarum penuria procedit (ſeruata ſemper vtrinq; iuſtitiæ commutatiuæ ęqualitate) quare ratio illa contra concluſionem noſtram non militat, quamuis campſores ipſi tutius ſibi conſulerẽt, ſi dando ſuas pecunias ad cambium oculo mentis ſuæ potius reſpicerẽt ad fraternam charitatẽ, quàm ad lucrum, quod ex tempeſtiua pecuniarum exburſatione ſperant. Ad ſecũdam autem difficultatẽ ſiue rationem dicitur, ſicut in prima parte huius tractatus adinuentione decima dictum eſt, videlicet, q̃ ſi campſor ſciret, aut probabiliter crederet, quòd dando ad cambium pro Lugduno aut Bezzẽono ſuas pecunias daret pauperi, qui id pro quo dantur pecuniæ illæ, nullatenus poſſet ei cõſignare aut cõſignari facere, illas ſic dando, vſurarius eſſet cenſendus, vel in fraudem vſurarum faceret, vſuram ſiue lucrũ, inde à paupere accipiẽdo.

Similiter

Similiter ſi bona fide alicui ſuas ad cambiū dediſſet pecunias, & deinde cognoſceret aut probabiliter crederet ipſum, qui ab eo accepit ad cambium, eſſe omnino impotentem ad cōſignādū pecunias debitas Lugduni vel alibi, nihil ab eo inde poſſet accipere, quod ſi accepiſſet, illud illi pauperi & impotenti reſtituere debet; quia illud, quod nullo modo eſt, nec eſſe pōt, recte emere non poſſumus, ſed in tali caſu teneretur ei ſubuenire & donare etiam de ſuo, præſertim ipſo debitore exiſtēte (ſm gradum ſuum) in extrema neceſſitate. Si verò probabiliter crederet, ꝙ capiens ad cambium poſſet ſcutos illos de marcha, ſiue æquiualens pro quo dat, deinde Lugduni conſignare, & ita in rei veritate (quamuis cum difficultate) id conſignare poſſet, ipſe campſor recte & ſine conſcientiæ ſcrupulo poſſet ei ad cambium ſuas dare pecunias, & etiam percipere inde lucrum, ſi qd lucri ex huiuſmodi cambio ſequeretur; tum quia (hoc ſtante) pecuniæ illæ cum lucro Lugduni conſignando aliquo modo ſunt, & ita emi & vendi poſſunt, per l. ſi iactū retis. ff. de act. em.
65 & vēd. vbi licita † eſt emptio facta de re, ſola ſpe probabili, vel de re quaſi in actu, & idē de partu futuro. l. nec emptio. ff. de cōtrah. emp. tum etiam quia (in caſu iſto) campſor non tenetur plus diligere alienas diuitias quam ſuas. Similiter ſi contractu cambii bona fide recte iam confecto, campſor deinde ad inſtātiam capientis ad cambium (potentis tñ ſoluere) ſuis literis ordinet, ꝙ illi ſcuti de marcha qui ſibi Lugduni cōſignandi ſunt, vel eis æquiualens, nomine illius, qui ab eo pecunias accepit ad cambium, ſibi ſoluantur, ꝓp hoc culpandus non eſſet; quia id non primaria intētione lucri acquirendi, ſed (vt dictum eſt) ad inſtantiam capientis ad cambium, & potētis ſoluere, ſine quauis iniuſtitia facit, nec c. eiiciens, nec c. quicunq;, in contrarium adducta, aduerſus hanc noſtram concluſionem militant; quia capitula illa, vt ibi patet, de vendente in primis cauſa lucri acqrendi loquuntur, id quod non cōtingit in iſto caſu noſtro, hoc tñ in vſu ponendum non eſt; quamus enim contractus iſte initio ſui recta intentione factus, fuerit contractus veri cambii, ſi tñ poſtea ad inſtantiam capientis ad cambium ab ipſo campſore curetur, vt nomine ipſius capientis Lugduni huiuſmodi pecuniæ acceptentur, perinde ac ſi ab ipſo ibi conſignatæ fuiſſent, cum *ibi nulla vera ſit* pecuniarum tranſmutatio de loco ad locum, huiuſmodi contractus incidit in contractū mutui, in quo (vt conſtat) ipſi campſori acquiritur lucrum ex vero cambio prius facto procedens, quapropter ſi ipſe campſor ſpōte ſua appeteret ita fieri, eſſet vſurarius; qa ex mutuo lucrari intenderet, ne igitur paretur via ad fęnerandum, id nō niſi valde rarò quò ad effectum, nunquam autem ex ipſius campſoris affectu, aut intentione faciendum eſt, quapropter qñ id fit, fiat tantummodo & præciſe ad inſtantiam capientis ad cambium, & ex quadam ipſius campſoris erga ipſum ſibi proximum ſincera charitate, & ſic declarata & ſoluta eſt ſecūda difficultas & eius ratio,
66 concluſioue noſtra in ſuo robore remanente. † Ad rationem verò in tertia difficultate tactam, quò ad eius primam partem, dr ꝙ ſi campſor dando ſuas pecunias ad cambium, non mente ſua interius intenderet, ſed ore ſuo ſolo exterius diceret, ꝙ ſuas dat pecunias ad cambium pro Lugduno aut Bezenzono, & ita contraheret, nō ꝙ ipſe velit aut intendat, ꝙ pecuniæ ab eo emptæ, ſibi Lugduni aut Bezenzoni conſignentur, ſed ideo emit, vt medio aut poſtremo tempore, quo claudendæ ſunt literæ ꝓp nundinis illis qñ (vt plurimum) ab ipſis campſoribus magis datur, alteri vendat, aut cedat illud creditum ſuum, inde lucretur. Hoc modo in iſto caſu ipſe cāpſor, ſiue numularius male agit, & vſurarius eſt, non quidem ex forma contractus, cū ex ſua forma ſit contractus emptitius, nomine & titulo emptionis aut cābii celebratus, ſed eſt vſurarius virtualiter & æquialēter, ex mutuo videlicet in iſta eius ficta & ſimulata emptione tacite incluſo, ex quo lucrari intendit, ſicut ex c. conſuluit, & c. nauiganti. titu. de vſuris, clare colligi pōt. Hoc idem ſentit Diuus Tho. 2.2. q. 78. artic. 2. ad vltimum argumentum, & multo magis vſurarius eſſet, ſi facta de huiuſmodi ſuo credito venditione, ſiue ceſſione ab eius emptore curaret, ꝙ ipſe de pecuniis habitis ex ipſa venditione, ſiue ceſſione, vel etiam de aliis, qñ claudendæ ſunt literæ, ſibi faceret literas ad eius agentes Bezenzoni aut Lugduni mittendas pro aliis nundinis ſequētibus; quia occaſione mutui in magis anticipata ſolutione virtualiter incluſi, maius lucrum inde extorquere intenderet, argumento prędicti c. conſuluit. & cap. nauiganti. Amplius, huiuſmodi numularii pecunias ſuas hoc modo negociantes non poſſunt eas (eo nundinarum tempore) eo modo negociari; quia tempus illud non fictis ac ſimulatis mercatoribus pro fęnore perpetrando eſt cōceſſum; quoniam maleficiis non eſt indulgēdum. ff. de rei vend. l. in fun
67 do, & de cog. ſpirit. c. ſi vir, ſed † huiuſmodi tempus tantummodo veris & realibus mercatoribus, qui recta mente propter bonum commune in primis, ſaltem tacita intentione negociantur, de communi omnium conſenſu, rationibus ſępius enarratis, cōceſſum eſt, quapropter ratio pro tertia difficultate in medium adducta, quò ad eius primam partem (ad hūc enarratum ſenſum) recte militare dicitur, ad hunc etiam ſenſum ipſa eadē ratio ſimiliter militat (quò ad eius ſecūdam partem) quia re vera emens rem aliquam hac intētione, vt eam integram atq; immutatam eodem in loco poſtea reuendat, vt inde lucretur, de templo Dei eſt eiiciendus, hoc enim modo intelligenda ſunt verba Diui Criſ. ſuper Euāgelium Diui Matt. c. 21. quę adducūtur diſt. 88. c. eiiciens, facit. 14. q. 4. c. quicunque. & c. ſi quis. Hoc idem ſentit Diuus Tho. 2.2. q. 77. artic. 4. ad primum argumentum, qui autem nomine & titulo cambii (eo modo quo dictū eſt) dat pecunias ſuas (vt conſtat) eſt huiuſmodi, ſequitur itaq;, vt ipſe & ſibi ſimiles adeo male agant, vt ipſo iure de tēplo Dei ſint eiiciendi, præfata itaq; ratio pro tertia difficultate adducta, quò ad eius ſecundam partem (ad prædictum ſenſum) etiā militat, & eſt admittenda, lucrum autem, ea intentione videlicet emendi & vendendi atq; lucrandi perceptum, ex prędicta antici pata pecuniarum exburſatione, & poſtea eiuſdem crediti venditione, ſiue ceſſione, in animarū iudicio eo modo, quo hic dicetur, eſt obnoxium reſtitutioni, c. conſuluit, tit. de vſuris, videlicet ſi huiuſmodi vēditio, ſiue ceſſio facta eſt eidem, cui nomine cambii prius datæ fuerant pecuniæ, eidem tanquam iniuſte damnificato reſtituendum eſt, ſicut mutuans, lucrum ex mutuo acceptum, mutuario reſtituere debet; quia reſtitutio (regulariter) facienda eſt ſpoliatis, 3. q. 1. c. reintegranda. & ferè per totam quæſtionem, & de reſti. ſpol. ferè per totum. Si verò huiuſmodi crediti venditio, ſiue ceſſio facta alteri ab eo cui nomine cambii datæ ſunt pecuniæ, lucrum ipſum dandum eſt pauperibus, quod forte intelligendum eſſet de conſilio; quia non clare conſtat ipſum vnquam fuiſſe alicuius certæ perſonæ.

Si verò campſor tempore congruo ſuas daret pecunias ad cābium pro Lugduno aut Bezenzono hac mente & intentione, vt in illis nundinis tot ſcuti de marcha, quot capiunt ſuæ pecuniæ Lugduni aut Bezenzoni ſibi conſignarentur, & poſtea (aliquo rerum euentu contingente) huiuſmodi ſuam mutaret ſententiam, & ita tempore medio aut poſtremo, quo pro eiſdem nundinis literæ claudendę ſunt, creditum illud ſuum, pretio tunc ibidem communiter currente alteri cederet, ſiue venderet, totum eius pretiū licite percipere poſſet; quia iſta pecuniarum emptio & venditio hoc modo recta intētione facta eſſet, & in eis iuſtitiæ commutatiuæ vtrinq; ſeruaretur æqualitas, facit. 10. q. 2. § hoc ius porrectum, iuncta gl. & Diuus Tho. 2. 2. q. 77. artic. 4. ad ſecundum argumentum.

Similiter ſi campſor ipſe ſine quauis fraude & dolo aut praua adinuētione (ſicut probum mercatorem decet) ſtatuto tempore, mēte recta, ſimpliciter & abſolute, pretio ad numeratum tunc ibi communiter currēte, ſuas daret pecunias ad cambium pro Lugduno, aut Bezenzono, vt ſecundùm pactum & conuētionem factā tot ſcuti de marcha Lugduni aut Bezenzoni ſibi aut ſuis agentibus conſignentur, ſperans inde moderate lucrari, & niſi id ſperaret, pecunias ſuas ad cambium non daret, ob id nec peccaret, nec ad aliquam reſtitutionem faciendam teneretur, ſicut hic ſuperius pluribus rationibus oſtenſum eſt, ad quas relatio habeatur, ſed potius campſor ipſe laude & honore dignus eſſet, ſi (vt decet) ipſa arte campſoria honeſte atq; laudabiliter vteretur, videlicet ſi huiuſmodi cambia ſua pro mercibus & aliis rebus humanæ vitæ neceſſariis comparādis, ad bonum publicum in primis, & ſubinde ad ſui & ſuæ familiæ condecentem ſuſtentationem ordinaret, atq; pro loco & tempore (quo ad fieri poſſet) efficaciter exerceret, ſicut & ad hunc laudabilem atque honeſtum finem cambia ipſa inuenta atque inſtituta ſunt.

Satis itaque clare liquet, quòd Lugdun. atque Bezenzonen. cambia, ſi ſine quauis fraude & dolo ac praua adinuentione, de quibus ſupra, recta mente atq; recto ordine celebrentur, iuſte ac licite honeſteque celebrari poſſint.

Similiter rationibus, auctoritatibus atque toto huius noſtri libelli contextu etiam conſtat, quòd non recte ſentiant, ſed ab ipſa veritate valde aberrent illi, qui dicunt, ſi cambium Lugdunenſe aut Bezenzonenſe licitum eſt: etiam & reliqua omnia cuiuſcunque conditionis cambia, ab eis videlicet ficta, adinuenta, & falsò nominata cambia, iuſta & licita ſunt.

68 Nunc † autem tantummodo ſupereſt, vt reſpondeamus etiam ad ea quæ ſuper hoc cambiorum negocio, à quodam noſtro ſpectabili atq; excellenti vtriuſq; iuris doctore in contrarium ſcripta fuiſſe reperimus, cuius quidem verba formalia ad Reuerendum Dominum Reuerendiſſimi Domini noſtri Archiepiſcopi eo tempore vicarium ſunt hæc.

Reuerendiſſime prędul. Diu anceps fui, an in medium proferrem nec ne, quid circa propoſitam tanti ponderis quæſtionem ſentiam, in qua tot ſummorum virorum opiniones varię & cōtrariæ, validiſſimis hinc inde rationibus muniuntur, ſed nunc omiſſis præludiis ac præfationibus, ad tractatum cambiorum facientibus, volui temeritatis potius & audaciæ notam ſubire, quàm iuſſis tuæ Dignitatis non obtemperare, quamuis diurnis & maximis negociis tenear occupatus. Rem igitur propius capeſcens, in eorum me ſententiam incedere pronūcio veluti

Source : BIU Cujas

veriorem & tutiorem, comprobantium ſcilicet cambia quę in noſtra ciuitate fiunt, eſſe illicita. Si enim contractus ipſius & veritatem & propriam eſſentiã, non palliationes, quibus ſibi mẽtitur iniquitas inſpiciamus, huiuſmodi cambia, quamuis cõtrahantur ſub nomine emptionis, ſoluendo ſolidos ſexaginta tres vel quatuor, vt Lugduni vel Bezenzoni recipiant ſcutum vnũ marchæ (æſtimationis ibidem ſolidorum ſexaginta ſeptem) & denariorum quatuor, tñ cum emant per anticipatam pretij exburſationem rem minori pretio alio tempore cõſignãdam, q̃, vere ſit valitura tempore conſignationis, cadunt in contractum mutui, qui propterea illicitus cenſetur, ſic dicit gl. cõiter approbata in c. nauiganti, verſi. ille quoq;. in verbo, dubitatur, extra de vſuris, & ibi ſequuntur Io. And. D. Ant. Car. Io. Calde. D. Abb. & cõiter Doct. ibi pulchre dicit Henric. Boic. in ſua diſtinctione, quã ponit ſuper illo ver. ille quoq;. vbi allegat Aſtẽ. in ſum. de vſu. in 4. art. quod poſtea Alex. de Ales dicit, ꝙ emẽs turonenſes recipiendo in Francia in nundinis, faciat contractum illicitum, quum ille qui dat minus, probabiliter eſt plus recepturus (prout eſt in caſu noſtro) & ſine dubio tale lucrum, quod quis recipit, eſt ob dilationem temporis, quod manifeſte apparet; quia maius pretium datur, qñ feriæ ſunt breuiores: vt in feriis Apparitionis, vel vbi cambium fit prope tempus feriæ in expeditione literarum, quia (vt plurimum) quanto magis ſumus propinqui, tanto maiori pretio fiunt cambia, & cum minori lucro, qua de re dictum lucrum ratione temporis eſt illicitum, & implicat in ſe tacitum mutuum, vt exponitur in c. conſuluit, de vſuris, quum ſummus Pontifex reſpondendo tertio quæſito ſibi facto de eo, qui merces ſuas longe maiori pretio diſtrahit, ob prolixitatem temporis ad ſoluendum conceſſam, reſpondet talem contractum eſſe illicitum: quia cadit ſub præcepto Euangelico Di. mutuum date, nihil inde ſperantes, & ſic innuit in illo contractu tacite incidere mutuum, prout ibi cõiter concludunt doctores, ita dicendum eſt in caſu noſtro, ꝙ licèt quis ſub ficto nomine pretii det pecunias in prẽſenti ciuitate plus recepturus, & ſi veritatem velimus intueri, mercatores inuenerunt huiuſmodi contractum ad euitandum nomẽ vſuræ, cum ad nihil aliud tendant, niſi vt ex ſuis pecuniis quolibet anño recipiant octo vel decem pro centenario, non habentes animum ad aliquam veram permutationem pecuniarum, vel aliquam veram emptionem ſcutorũ de marchis, ſed vt ſub ficto nomine emptionis pro qualibet feria lucrẽtur duo, vel tria pro centenario, ad damnum illius, cui in ciuitate dãt pecunias, & in hoc caſu, vt dicit Conrad. in tractatu contractuum, in q. 99. in corol. qñ campſor nõ habet oculum ad alietatem numiſmatis ſibi reſtituendi, licet alietas ſit in pactum deducta pro forma, tñ eſt proprie mutuator, & ad nihil aliud ſeruit ipſi recipiẽti, quo caſu contractus eſt illicitus, & hoc generaliter procedit in ciuitate noſtra; quia illi qui dant pecunias cambio in ciuitate, nullum alium finem habent, niſi ꝙ pro 63. vel 64. recipiant, 67. ſolidos, & licèt qñq; eueniat, ꝙ nõ plus recipiant, tñ per hoc contractus non eſt licitus, quia ea quæ rarò accidunt non ſunt in conſideratione, vt dicunt Hoſt. Io. Cald. & D. Abbas, & cõiter doct. in d. c. fi. Nec obſtat, quod dr̃, ꝙ illud ſupra plus venit ratione loci, in quo plus valet ſcutus de marchis in Lugduno, q̃ in ciuitate Genuæ; quia re vera nõ reperitur ſcutus marchæ, nec eſt talis moneta in rerum natura, ſed reperitur æſtimata in ſolidis quadraginta quatuor turonenſibus, qui tam in Lugduno, q̃ in hac noſtra ciuitate rationãtur in ſolidis ſexaginta ſeptem & denariis quatuor, nec etiam obſtat, quod dr̃, ꝙ propter prohibitiones, quæ ſunt in Lugduno extrahendi pecunias, ipſi mercatores recipiunt periculum, & ſic ratione periculi poſſunt obligari; quia hoc eſt contra determinationem eccleſiæ, de qua in d. c. fi. in prin. verbo. certam. de vſuris, & vlterius dr̃, ꝙ in facto hoc non eſt verum, & ſunt excuſationes ad excuſanda peccata; quia ille qui dat pecunias quas recipit in Lugduno pro pretio ſcutorum marchæ, cum eodem met lucro vel Genuam, vel ad alia loca ſibi remittere facit, abſq; aliqua prohibitione, hanc eã dem opinionẽ, ꝙ ſint illicita, tenet & ſequitur Ambr. de Vign. de vſu. nu. 268. & 287. & idem Hoſt. poſt Gofre. in ſum. de vſuris, quem etiam ſequitur Clauas. in ſum. in tract. de vſu. in 2. par. verbo pri. vbi tractat de cambiis. Item Mod. ſequuntur in tract. de vſur. num 504. cum ſeq. plus etiam dico, ꝙ etiam ſi attendamus opinionem illorum, qui dicũt, cambia eſſe licita cũ qualitatibus per eos adductis, cambia, quæ fiunt in hac ciuitate, non habent aliquam ex qualitatibus adductis per illos, ad iuſtificandum cambia, ſed potius peccant, & habent qualitates, per quas ipſi dicunt cambia eſſe illicita. Ex quibus omnibus ducor in illam ſententiam, ꝙ cambia quæ iſtis temporibus fiunt in ciuitate noſtra pro Lugduno & Bezenzono ſunt illicita, Salua ſem per determinatione ortodoxæ eccleſiæ & alterius cuiuſlibet rectius ſentientis.

Hæc ſunt quæ iuxta typum ipſius ſpectabilis doctoris de verbo ad verbum fideliter deſumpſi, ad cuius obiecta pro tuenda veritate eorum quæ hic ſuperius dicta ſunt, donante Domino (vt potero) reſpondebo, & in primis ad id quod ipſe doctor ſæpe inculcat, inſinuando & dicendo ꝙ contractus cambiorum qui in noſtra ciuitate fiunt, in rei veritate ſint cõtractus mutui taciti, ficto nomine cambii palliati, recte reſpondendum eſt, id non eſſe recte dictum; quoniam ſi cambia ſine quauis fraude & dolo (ſicut facienda ſunt, & ſicut de eis loqui intendimus) recta mente celebrentur, nõ contractus mutui, ſed veræ & realis emptionis & venditionis contractus cenſendi ſunt, ſicut c. 6. huius ſecundæ partis pluribus rationibus eſt oſtenſum, ad quod relatio habeatur.

Poſtea quum ſubditur, ꝙ cum campſores emant per anticipatam pretii exburſationem rem, puta ſcutum de marcha minori pretio alio tempore conſignandam, quàm vere ſit valitura, contractus illicitus cenſetur, dicitur, ꝙ falſum eſt ꝙ campſores emant per anticipatam pretii exburſationem, quæ faciat cõtractum eſſe illicitum; quia emunt tempore congruo & moderato, de communi omnium conſenſu, accedente ad id principum auctoritate & ex certa ſcientia inſtituto, pro bono publico & cõi ciuitatum, prouinciarum, & regnorum, ita vt cambia illa, quæ eo tempore celebrantur (quantum ad id quod ad tempus attinet) in iudicio & extra, rata & firma ſunt, ſicut c. 3. huius ſecundæ partis dictum eſt. Falſum eſt etiam, ꝙ ipſi tales campſores, de quibus eſt ſermo, rem emant minori pretio quàm valeat, ſed eam emunt eo pretio, quod in loco & tempore contractus ſine quauis fraude & dolo ad numeratum communiter currit, & ita eam tanti emunt, quanti valet, quapropter iuſte & licite ipſam emunt.

Nec obſtat, ꝙ ipſe idem doctor dicit, videlicet ꝙ ipſi cãpſores hic Genuæ dant 64. ſolidos, vt recipiant Lugduni aut Bezẽzoni ſcutum vnum de marcha, qui (vt ſperatur) valebit Lugduni ſolidos 67. & forte quandoq; minus, ſecundùm rerum euentus; quoniam (ſicut ſuperius oſtenſum eſt) res diſtans loco (quatenus ſtat ſub illa locali diſtantia) minus valet, quàm ſi ipſa eſſet loco præſens, quod proculdubio ex hoc clare cognoſci põt: quia quanto res ipſa loco magis diſtat, tanto minus valet. Aromata enim & aliæ merces, quæ ſunt apud Indos, aut apud alios mundi nationes valde diſtantes, longe minus valent quàm ipſa eadem valerent, ſi eſſent hic apud nos, & ratio eſt; quia (formaliter & per ſe loquendo) ſine periculis, laboribus & expenſis ad præſentem hunc locum reduci non poſſunt, quapropter (abſolute & per ſe loquendo) verum etiam non eſt, id quod ipſe idem doctor circa finem ſuæ enarrationis adducit, videlicet ꝙ ipſe campſor cum eodemmet lucro, quo Genuæ emit pecunias Lugduni aſſignãdas, eodemmet etiam lucro vel Genuam vel ad alia loca eas ſibi remittere faciat; quia docta experientia ipſoſmet mercatores ſæpius contrarium docet, quũ enim peractis feriis Bezenzoni aut Lugduni ipſis mercatoribus ſuperſunt pecuniæ, id quod ſæpe contingit, volẽtes eas reducere Genuam vel ad loca ſua, vltra maiores expenſas & labores, quas & quos pro cuſtodia & ſecuritate ipſarum pecuniarum in itinere deferendarum facere & ſubire oportet, aliquoties pecunię ipſę non ſine ipſorum mercatorum vitæ periculo, à latrunculis, vel à militibus, & quandoq; à locorum principibus, vi auferuntur, aut retinentur, & quandoq; à fluminibus rapiuntur & obruũtur, id quod his noſtris temporibus mercatores ipſi (non ſine magno eorũ damno & periculo) ſæpe experti ſunt, quare &c. ꝙ ſi quandoq; ipſę eędem pecunię cum eodemmet lucro aut minori vel maiori ad prẽſentem, vel ad alium locum remittuntur vel tranſmittuntur, hoc (vt liquet) accidit contractui prius facto Genuæ pro Lugduno, accidit enim ex euentu rei, vel ex ipſius mercatoris induſtria, quod poſt illum priorem contractum iam factum & completum ita remitti poſſint, aut remittantur, quapropter doctor ipſe pro tuenda ſua opinione non deberet id in medium afferre, abſolute itaque & ſimpliciter loquendo, res diſtans loco, minus valet quam ſi ipſa eſſet loco prę ſens, valet autem id quod tempore congruo emptionis & venditionis in loco vbi celebratur contractus, ſine quauis fraude vel dolo aut praua adinuentione, ad numeratum communiter currit, dico communiter; quia pretia rerum non ex affectu ſingulorum, ſed communiter extimãtur, ff. ad l. falcidiam. l. pretia. quapropter campſores ſine quauis fraude, dolo aut praua adinuentione, tempore congruo de communi omnium conſenſu, ex certa ſciẽtia inſtituto pretio ad numeratum communiter in loco contractus tempore emptionis communiter currente, recta mente dando ſuas pecunias ad cambiũ, licite & iuſte emũt pecunias illas Lugduni, aut Bezenzoni illis tunc nundinis conſignandas, cap. autem nauiganti. quod ipſe doctor pro ſua opinione tuenda adducit. Si (vt decet) recte inſpiciatur, caſu. ſ. ſecundo per argumentum à contrario, ſecundum doctores ipſum interpretantes, intelligendum eſt de lucro procedente ex contractu mutui, contractus autem cambii (de quo loquimur) ſicut cap. 5. huius ſecundæ partis probauimus, non eſt contractus mutui, ſed eſt contractus veræ & realis emptionis & venditionis, qua de re c. illud contra noſtram concluſionem non recte adducitur.

Quum autem ab ipſo doctore poſtea dr̃, ꝙ tale lucrum, qđ campſor

Source : BIU Cujas

campſor ex ſuis cambiis recipit,eſt ob dilationem temporum, quod ſic probat;quia manifeſte apparet; quia maius pretiū datur,qñ feriæ ſunt breuiores, ſicut in feriis apparitionis, vel vbi cambium fit prope tempus feriæ in expeditione literarum, qa (vt plurimum) quanto magis ſumus propinqui, tanto maiori pretio fiunt cambia,& cum minori lucro, reſpondendum eſt, ꝙ hoc non ſit pp id quod dicitur,videlicet propter dilationem temporum,ſed cōiter fit propter abundantiam venditorum ad cambiumcapientium, & qñq; etiam fit(vt more mercatorum loquar) propter ſtrictitiam ſiue paucitatem aut penuriam pecuniarum, abſtracta omni differentia temporali, ſicut etiam (modo tamen contrario) cōiter contingit in nundinis ſiue feriis mercium,in quarum principio(vt plurimum) merces maiori vēduntur pretio propter emptorū abūdantiam,prope verò finem ipſarum feriarum ipſi venditores, vt illas merces quæ ſibi remanent expediant,cōiter paruo pretio eas vendūt,& parum aut ferè nihil inde lucrantur,ſecus autem(vt diximus)cōiter contingit in feriis cambiorum,non itaq; (vt ipſe doctor dicit)id contingit propter dilationem temporis, ſed propter rerum euentus in tempore.

Neq; etiam verum eſt id quod idem dicit,videlicet ꝙ mercatores interuenerint huiuſmodi contractum cambii ad euitandum nomen vſuræ,non ad euitādum vſuram,quoniam(vt ſuperius in prima parte huius operis patuit)iuxta mentem philoſophi & ſacrorum Theologorum,huiuſmodi contractus, ſiue commutatio, aut tranſlatio pecuniarum de regno ad regnum ab ipſis mercatoribus inuentus eſt, non ad euitandum nomen vſuræ,ſed primis,vt inde emi poſſint merces & alia humanæ vitæ vtilia & neceſſaria ad bonum publicum & commune ordinata,ſubinde verò pro condecenti (vt decet ſuſtētatione ipſorum mercatorū & familiarum ipſorū, is enim eſt cauſa finalis & finis ipſorum cambiorum, ad quem cambia ipſa ordinanda ſunt, & vt ipſa pecuniarum commutatio non ficte aut ſimulate,ſed ſm ſuam propriam veram & intrinſecam naturam & ꝓprietatem ſuo vero & proprio nominetur nomine, probi atq; docti viri,& præcipue in ipſis commutationibus ſufficiēter inſtructi,huiuſmodi pecuniarum commutationem hoc nomine cambium appellandam eſſe recte ſanxerunt.

Nec etiam verum eſt, quod ipſe doctor ſuis verbis inſinuat, videlicet, ꝙ quia re vera non reperitur ſcutus Marchæ, nec eſt talis moneta in rerum natura,non poſſit vendi aut emi; quia & ſi forte non reperiatur ſcutus de marcha in propria forma,reperiatur tñ ibi ei æquialens,quod emi & vēdi pōt,qm̃ (ſicut hic ſuperius dictum eſt)iactus retis emi & vendi pōt.l. ſi iactum retis.ff.de act.emp.& vendi. ſimiliter & partus futurus. l. nec emptio ff.de contrah. emp.qui tñ non ſunt in actu: ſed ſolū de eis eſt ſpes probabilis, qm̃ igitur magis emi & vendi pōt ſcutus de marcha,de quo eſt ſpes probabilior q̃ ſit de vtroq; prædictorū? cum ferè ſemper æquialēs ipſi ſcuto de marcha poſſit Lugduni aut Bezenzoni cōſignari ipſi emptori,vel agenti pro eo, qđ quidem æquialens eſt id, quod vocatur ſcutus de marcha, & pro ſcuto de marcha emitur & venditur.

Nec etiam verum eſt,quod ipſe doctor dicere vr̃,videlicet ꝙ cempſores exiſtentes Genuæ, vel Romæ, aut alibi non poſſint Ipſum ſcutum de marcha exiſtentem Lugduni aut Bezenzoni emere minori pretio q̃ Lugduni valeat,ratione periculi pro cōducendo ipſum Genuam,vel Romam, vel mittendo ipſum ad alias longinquas partes: qm̃ (ſicut oſtenſum eſt,& ſicut ipſa docta experientia nos docet) pecuniæ exiſtentes Lugduni aut Bezenzoni anteq̃ efficaciter ſint delatæ Genuam, vel Romā, aut in aliud regnum,in itinere præter expenſas & labores,pro carū delatione ferēdo,qñq; & ſæpius q̃ velimus, multa & magna ſubeunt pericula,res autem in periculo minus valent,q̃ extra periculum,ad quid enim mercatores pretio & qñq; magno quærerent ab aliis ſecuritatem pro eorum mercibus exiſtētibus in naui fluctuante,aut ab hoſtibus oppugnata:aut merces illas lōge minori pretio venderent, niſi quia longe minus valent, in quantum ſunt periculis affectę,q̃ valerent,ſi eſſent in domibus ipſorum mercatorum ſecuræ,hoc idem dicendum eſt ſuo modo pecuniis ipſis de vno regno ad aliud transferendis, proinde qñ negociator antiquitus volebat cauſa negociandi ad longinquas partes ſe transferre,pecunias ſuas non ſecum ferebat, ſed eas(puta hic Genuæ) campſori habenti bancum vel creditum in partibus illis dabat, vt ſuis literis ordinaret, ꝙ pecuniæ ipſæ, vel aliæ eis æquialentes,ibi ei reſtituerentur, & conſignarent̃, & ob hanc cauſam campſor ipſe iuſte capiebat competens prę mium;quia hoc modo gerebat vicem tranſlatoris,& ſuis periculis, laboribus & expenſis pecunias illas ad partes illas longinquas transferebat, quare &c.

Nec etiam ſicut ipſe D.doctor dicit,eſt cōtra determinationem Eccleſiæ, ꝙ videlicet campſor emat ſcutum de marcha p̃tio minori q̃ valeat Lugduni ratione periculi ſubeundi in eius tranſlatione,& quum ad hoc probandum ipſe adducit c.fin.de vſuris,dr̃,ꝙ ſi(vt decet)c.ipſum recte inſpiciatur, clare cognoſcetur,ꝙ ipſum c.loquitur, qñ quis ſuſcipiendo in ſe periculum mutuat,vt inde ex mutuo lucretur, nos autem loquimur non in contractu mutui,quod mutuum faciendum eſt gratis,ſed in contractu emptionis,qua lucrari licet,quæ quidem emptio (vt ſuperius oſtenſum eſt) fit in cambio,quapropter c.illud adduci tur extra propoſitum.

Nec inconueniēs eſt id, quod ipſe ſpectabilis doctor pro inconuenienti adducit, videlicet ꝙ campſor ex ſuis cambiis ſingulo anno lucrari intendat ſeptem vel octo pro ſingulo centenario, quia (dummodo ipſe campſor recta intentione in ſuis cambiis modo & forma ſuperius declarata ſe gerat) non eſt inconueniens,immo eſt conueniens & iuſtum,ꝙ inde ſperare & intendere poſſit competens & moderatum lucrum pro ſui & ſuæ familiæ condecenti ſuſtentatione, cum (ſicut declaratum eſt)det operam rei licitæ,& ad bonum publicum & commune ordinatæ,& iſta eſt ſententia diui Thomæ 2.2.q.77.art. 4. Sicut etiam recte ſperare & intendere poſſunt competens lucrum omnes quicunq; alii mercatores, qui recta intentione in eorū mercaturis,ceſſante quauis fraude & dolo (ſicut decet) iuſtitiā ſeruant commutatiuam, ſperantes inde moderatum lucrum nō quaſi finem,ſed quaſi ſtipendium ſuorum laborum, bonus enim operarius (vt ait Dominus Luc. 10.) dignus eſt mercede ſua, ſimiliter & ipſius Domini Apoſtolus ad hunc ſenſum loquens ait,1.Cor.9.qui arat debet in ſpe arare, & qui triturat, in ſpe fructus percipiendi triturare debet,facit etiam ad hoc c.Eccleſias.13.q.1.Hæc, quò ad ea quæ à ſpectabili vtriuſq; iuris doctore pro ſua opinione tuēda, ſuper hoc cambiorum negocio adducta ſunt,dicta ſufficiant.Similiter etiam ſufficiant, ad omnes alias quaſcunq; aliorum obiectiones aut cauillationes (ſi quæ eſſent) quia ſi ea quæ ſuper hoc cambiorū negocio,in hoc libello à nobis dicta ſunt,recte inſpiciantur (ſicut doctis viris patet) facile poterit reſponderi. Quapropter ſequitur, ꝙ concluſio noſtra principalis in ſuo pleno remaneat robore, videlicet ꝙ cambium Lugdunenſe & Bezenzonenſe, ceſſante tñ omni quauis fraude,dolo,ac praua adinuentione,de quibus ſupra, recte atq; laudabiliter celebrari poſſit.

Hæc ſunt,quæ(donāte Domino) ad eius(vt decet) laudem & gloriā pro animarum ſalute ſuper nobis propoſito quæſito dicenda mihi viſa ſunt, multa tamen & forte plura q̃ hoc negocium expoſtulare videretur,in vnum congeſſi,quoniam his noſtris cupidiſſimis & potius rapaciſſiſſimis temporibus, ea omnia ad id bonis de cauſis admodum opportuna & neceſſaria eſſe arbitratus ſum. Quæ ſanæ omnia & ſingula & me ipſum totum,ſacroſanctæ Romanæ Eccleſię (à qua diſſentire nefas eſt) arbitrio & cenſuræ qua debeo humilitate ac veneratione, ſubmitto,neq; ſanctę Eccleſię auctoritati ſolum,verùm etiam omniam quoruncunq; ſaniori iudicio ſubiacere volo, à quo vt laudari honorificum,ita emendari & corrigi fructuoſum ſemper exiſtimaui.

DE MONTE PIETATIS
EXQVISITISSIMI DOCT.
D. Thomæ de Vio.

SVMMARIVM.

1 *Mons pietatis quid ſit.*
2 *Capitula Montis pietatis quæ ſint.*

Capitulum primum. Quid ſit mons pietatis. Quæ eius capitula. Et quid diſcutiendum.

1  IETATIS mons in multis iam Italiæ populis erectus,& nunc diſcutiēdus, vocatur † ſumma quędam pecunię ad perpetuum vſum pauperum deputata, hoc modo, compatientes diuini verbi prędicatores aliqui inopię multorum pauperum,quorum facultates, quia non ſemper in promptu habere contingit vnde vis prouideāt neceſſitatibus,ab Hebręorum vſuris vorantur, induxerunt populum vt pietatis intuitu, oblatione voluntaria quiſquis quod ſibi placeret offerret,quatenus ex multis oblatis, vna quædam fieret nummorū ſumma, conſeruāda integre ad hoc, vt pauperi cuiq; mutuari poſſit vñ ſibi proutdeat.Et qm̃ charitate plena res eſt hæc,fructuoſa fuit prædicatio. Adunataque eſt pecunia multa ſub communi-
2 bus cuſtodibus repoſita, quæ Mons pietatis dicitur. ¶ † Cumque modum conuenientem & perpetuum humano more rectores ciuitatis ſtatuere vellent, quo pauperibus prædicta pecunia diſtributione perpetua & ęquali mutuari poſſit, ſtatuerunt bonos ciues ad hoc exequendum cum his capitulis. Primò, ꝙ cuſtodiant dictam pecuniam, & ſtent parati ad mu-

Source : BIU Cujas

tuandum egentibus tot aureos, puta tres ad ſummum, & infra tantum non plus temporis, puta annum reſtituendos. Et hoc vt bonum poſſit eſſe cõius. Secundò, ꝙ pignora ab accipientibus mutuum ſumant, & ſuo periculo cuſtodiant in domo ad hæc conducta & reſtituentibus intra annum reddant, non reſtituentium verò publice vendant, & ex venditione pecuniã exigerent reddendam domino venditi pignoris, deducto prius eo quod monti debetur, & horum omnium, & totalis ſuę adminiſtrationis rationes ſcriberent & redderent. Et hoc totum fit: vt perpetuari poſſit mons & futuris pauperibus prodeſſe. Tertiò, ꝙ vltra pecuniam mutuatam exigant ſm numerum librarum ſingulis menſibus tot denarios à prædictis debitoribus, ita ꝙ quot libras aliquis mutuo ſuſceperit à monte, tot denarios ſingulis menſibus quibus illas retinet, dare teneatur. Et hæc nõ vt aliquid vltra ſortem monti accedat, ſed pro recompenſatione operarum, cuſtodum, & miniſtrorum, qui publico pauperum bono in ſupradictis cum ſuo & periculo & labore deſeruiunt & expenſarum, quæ pro penſione domus & emptione librorũ & cæteris ab eiſdem fiunt. Hæc ſunt capitula Montis pietatis. Quorum duo prima quoniam per ſe notum eſt eſſe ſancta, tertium examinandum reſtat, an ſit licitum, aut illicitum, & ſi illicitum, an vſuram ſapiat.

SVMMARIVM.

1 *Procedendum qualiter ſit ad veritatis montis pietatis inueſtigationem. Fides quid ſit.*
2 *Auctoritas humana tam canonica quàm ciuilis duo tradit operum genera.*
3 *Fabrilia tractant fabri. Summi Pontificis eſt vſurarum ambiguitates determinare.*
4 *Auctoritas ſummi Pontificis in his quæ ſunt fidei præeſt omnibus.*

Capitulum II. Ex quibus & quomodo procedendum eſt ad huius veritatis inueſtigationem.

1 OPortet autem huius dubitationis † ſicut & cuiuſq; alterius veram ſolutionem ex eius propriis principiis indagare. Cum autem quæſtio hæc moralis ſit, & ab homine naturaliter ſcibilis, non eſt ex auctoritate diuina, aut humana, ſed moralis Philoſophiæ principiis tantum procedendum. Ex auctoritate ſi quidem diuina in canonicis ſacræ ſcripturæ libris contenta quædam per ſe ponuntur tenẽda, & hæc ſunt, quæ humani excedũt vires ingenii: qm̃ fides eſt argumentum rerum non apparentium, vtputa ꝙ Deus ſit trinus, & alia huiuſmodi, quędam quaſi per accidens, & hæc ſunt multa ratione naturali cognoſcibilia, tam credenda q̃ operanda, vt citius, cõius, & tutius veritas humano generi innoteſcat, vtputa ꝙ Deus ſit, ꝙ ſit vnus, & ꝙ adulterium eſt malum &c. In neutro autem horum genere præſens cõtinetur quæſtio: ſcibilis ſiquidem naturaliter eſt, & nullibi in ſacra ſcriptura deciſa inuenitur. Ex traditis autem in ea ſi ſolui debet, oportet ad morales venire propoſitiones non inquantum creditas, ſed lumine naturali notas. Hoc autem eſt ex principiis moralibus non ex diui
2 na procedere auctoritate. Auctoritas verò humana † tã canonica q̃ ciuilis duo ſimiliter tradit operarum genera. Quædam ideo bona quia mandata, vel mala, quia prohibita, & quædam ideo præcepta quia bona, vel prohibita quia mala. In horũ primo ordine conſtat hos de quibus agimus actus non contineri. In ſecundo autẽ claudi nullibi explicite habetur. Implicite aũt probari nõ poteſt ex iuris principiis, inquantum humana ſunt auctoritate firmata, ſed oportet recurrere ad Philoſophiã moralem, vt ex eius rationibus naturali lumine fultis oſtendatur, an hoc ſit ſm ſe malum, aut bonum. Ex hoc autem, ꝙ nulla auctoritas qõ. hanc propriam ſibi vendicat, euidenter quatuor patere pñt. Primò, ꝙ præſentis. q. deciſio, nec canonici, nec ciuilis iuris doctores, nec purũ Theologum, ſm ꝙ Theologia vltra philoſophicas diſciplinas eſt ſimpliciter neceſſaria expoſcit, ſed moralem philoſophum. Secundò, ꝙ ſapiẽtes in hac parte nec hñdi nec vocandi ſunt doctores prædicti: ſed ponentes potius falcem in meſſem alienam. Gratiæ tñ ſunt eis hñdæ qui ſm iura quantum licuit qõnem hanc ventilarunt. Tertiò, ꝙ non eſt mirum, ſi tot huiuſmodi homines in re hac minus bene dixe-
3 rint. † Qm̃ tractant fabrilia fabri. Quartò, ꝙ ex eo ꝙ tot & tales dixerint, vel dicturi ſint in re has ſuas opinio. aut deciſiones nemo hæc intelligens debet aut poteſt conſciẽtiam ſuam eis credere, ſicut nec tempore infirmitatis periculum aromatariis, niſi ſtulte committeret. Nec ob. ꝙ agere de cõtractibus, & vſura ad iura ſpectet & ad Papam & Principem decernere. Hoc enim verum eſt, quò ad cõtentioſa fori exercitia & humana iudicia: inter homines ſiquidem ſummi Pontificis eſt vſurarũ ambiguitates determinare, & non ſimpliciter. Dupliciter enim aliquid ad eccleſiaſticum iudiciũ ſpectat. ſ. per ſe & ſimpliciter. Et ſic ſummi Pontificis iudicio ſubſunt ea tãtum quæ ſunt fidei, eo ꝙ ipſe eſt conſtitutus à Chriſto doctor & rector fidelium, inquantum fideles ſunt, & non hoĩum inquãtum hoĩes ſunt, & ſibi ꝑ-
4 miſſa eſt omnis veritas de neceſſariis ad ſalutem fideliũ, & non omnis veritas naturaliter ſcibilis aut moralis. Aliquid verò ſubditur eccleſiæ iudicio per accidens & ſm quid, ſi. ſ. illud neceſſarium certa ratione neſcitur, aut ſi ratio vere ſcita ab aliquibus non capitur, ab aliis &c. Et de horum numero conſtat ex dictis qõnẽ hanc eſſe. Et ꝑpea ſicut in his quæ ſunt fidei † ſummi Põtificis auctoritas oĩbus prędeſt rationibus, ita in his ſcibilibus ſupra tam ipſum q̃ quemcunq; alium iudicem rõ naturali lumine roborata locum obtinet. Cõtra quã ſola auctoris naturæ auctoritas ſtatuere aut decidere aliquid põt, & qm̃ ſolius veritatis amore opus hoc agiẽ, & materia moralis eſt, vt oĩbus amabilis veritas reddatur, nemo opinans nominabitur aut mordebitur quouiſmodo, ſed opiniones diſcutiemus bene dictam ſuſcipiẽtes, minus autem bene ordinantes & ſecundum vires fraterna charitate emendantes.

SVMMARIVM.

1 *Opera humana vitij aut virtutis ſuſceptiua in duo diuiduntur genera.*
2 *Carentes iuſtitiæ virtute nunquid iuſta operari poſſint.*

Capitulum III. In quo genere & in qua ſpecie virtutis aut vitii operationes iſtæ locentur.

1 HVmana opera † virtutis aut vitii ſuſceptiua in duo ſecantur genera. Quædam enim ſunt, quorum bonitas vel malitia in ordine ad operantem conſiſtit, vt concupiſcere, iraſci, timere, & audere, & vniuerſaliter humanæ paſſiones. Talium ſiquidem rectitudo ſufficienter habetur, ſi ipſe operans in ſeipſo aliqualiter ſe habet. Puta ſi paſſio ſm rationem refrenetur &c. Alia autem ſunt quorum propria & per ſe primo bonitas aut malitia cõſiſtit in ordine ad alterum. Licet ad completam virtutis bonitatẽ etiam in ordine ad operantem, bonam eſſe oporteat, vt reddere depoſitum, reſtituere accommodatum, & vniuerſaliter operationes quæ iuſtitiæ ſubiacẽt. Ad horum ſiquidem rectitudinem propriam i. ad hoc vt iuſta opera ſint, ſufficit, ꝙ alteri ęqualiter commenſu rata ſint, puta ꝙ reſtitutio acceptioni æquetur. Non refert qua quis intentione depoſitum reddat, aut debitũ perſoluat, ſi operis iuſtitiam inſpicimus, licet plurimum interſit, ſi iuſtitiæ virtutem operanti attribuere volumus. Propter quod hoc eſt ſingulare in iuſtitiæ operibus, ꝙ iuſta operari poſſunt, carentes iuſti-
2 tiæ † virtute. Cęterarum autem virtutum opera nemo abſq; virtute illa explere ſufficit. Quod ideo, vt ex dictis patet accidit, qa cęteræ virtutes perficiunt hominem in his, quæ ſunt ad ſe, iuſtitia verò in his quæ ſunt ad alterum, vt in 5. dicitur Ethic. Cum autem clara luce liqueat opera hæc, de quibus præſens agitur quæſtio in numern eorum quæ ad alterum ſunt cum ęqualitate ciuili debito contineri, eorum bonitatem vel malitiam ex ipſa ratione iuſti quod ad alterum eſt ſm ęqualitatem ciuiliter debita conſiderare oportet. Et ob hoc omnes rationes, quę in re hac adducuntur, ex rectitudine voluntatis & pietatis, intentionis, communitatis, & miniſtrorum defectiuę ſunt. Non eñ attingunt ad opus ſm ſe, an iuſtum, vel iniuſtum ſit. Et quoniã iuſtum, non humana lege poſitum: quoniam illud non eſt ad hoc propoſitum, eo ꝙ non habet locum niſi in differentibus, ſed naturale, ideſt ex ipſa rei natura, ęqualitate aliqua alteri cõmenſuratum, in duas ſecatur ſpecies ſcilicet, ſm iuſtitiam commutatiuam & ſm iuſtitiam diſtributiuam, oportet non latere, ſm quam iuſti ſpeciem opera hæc examinare oportet. Non. n. eodem modo iuſti ratio in vtraq; inuenitur. Quamuis autem primo aſpectu ad commutatiuam iuſtitiam omni huiuſmodi opera ſpectare videantur; quia vel recompenſationis, vel locationis actus ſunt; quia tamen ſecũdum multos diſtributiua admiſcetur iuſtitia, idcirco primo ſecundum formam iuſtitię cõmutatiuę, deinde ſecũdum admixtã diſtributiuam, & demum quandam ſingularem opinio. examinando procedemus.

SVMMARIVM.

1 *Rationibus terminorum ignoratis impoſſibile eſt intelligere cætera.*
2 *Iuſtum ſecundum iuſtitiam commutatiuam tres conditiones requirit, & totidem ſecundum iuſtitiam diſtributiuam. 3.*

Capitulum IIII. Conditionis iuſti commutatiui & diſtributiui.

1 QVia verò † ignoratis rationibus terminorum impoſſibile eſt intelligere cętera, pręlibandum eſt quid rõ iuſti in cõmutationibus exigat, & ſimiliter quid ratio iuſti in diſtributionibus requirat. Ad hęc enim aſpicientes, oportet reliqua examinare in ciuitate, cum totum quoddam ſit triplex debiti ratio, ſine qua iuſtum non inueniẽ, conſiderari poteſt, ſcilicet partis ad partem, & totius ad partes & partium ad totum. Primus ordo dirigitur à iuſtitia cõmutatiua, ſe-

Source : BIU Cujas

tiua, ſecundus à diſtributiua, tertius à generali, quæ legalis alio nomine dicitur, de qua in 5. Ethic. dicitur, ꝙ neq; heſperus, neque Lucifer eſt ita fulgens aut admirabilis: partes ſiquidem ciuitatis ſunt ſingulares perſonæ, quarum & res & opera, & perſonas commutare adinuicem oportet, vt quod vni deeſt, abſq; dantis damno ab altera habeatur. Bonum ſimiliter vel malum commune, neceſſe eſt ſingulis proportionabiliter diſtribuere, ſingulorumq; bona ad cõe bonum ordinanda eſſe nemo dubitat. Sed omiſſa pro nunc tertia hac iuſtitia; qm̃ (vt poſt patebit) non eſt ad propoſitum, ſciendum eſt, ꝙ iuſtum ſm iuſtitiã
2 † commutatiuam requirit tres conditiones. Prima eſt, ꝙ ibi ſit datio & acceptio ex parte vtriſq; extremi, aliter commutatio non eſſet, ꝙ commutatiuæ iuſtitiæ quæ directiua commutationum eſt, propria deeſſet materia. Secunda eſt, ꝙ ſi inter partem & partem. i. ſingulares perſonas aliter à diſtributiua aut generali iuſtitia non diſtingueretur, vnde ſeruitium commutatiui exhibitum recompenſatur ab ea, vt ſingularem perſonam induit, ſicut & vendit, & emit vt perſona ſingularis. Tertia eſt, ꝙ ſeruetur æqualitas arithmetica. i. quantitatiua, vt ſcilicet quantũ fuit ſeruitium, tanta ſit merces, & quanta læſio, tanta vindicta &c. Aliter commutationes iuſtæ non eſſent. Mutuanti enim quatuor reſtituerentur, iniuſtitia eſſet, & ſimile eſt in aliis.
3 † Iuſtum autem ſm iuſtitiam diſtributiuam tria ſimiliter exigit. Primò, ꝙ ibi ſit diſtributio, quæ propria eſt iuſtitiæ diſtributiuę materia, vt ex eius nomine patet. Secundò, ꝙ ſit inter totum & partes, ita ꝙ à toto ad partes terminetur. Aliter debiti ratio & diſtributio in vnum non coirent. Diſtributio nanq; partitionem ſonat alicuius. Quòd niſi totius eſſet partibus debitum, vt diſtribueretur, non eſſet. Vocamus autem totum, cõitatem, vel principem, vt ſic. Partes autem ipſos ciues. Tertiò, ꝙ ſeruetur æqualitas geometrica. i. proportionalis, vt ſcilicet talis ſit proportio eius, quod datur de cõibus bonis vni perſonæ ad id quod datur alteri, qualis eſt inter perſonas ipſas. i. vt quantum vna perſona præcedit alteram in illa republica, tantum ꝙ vni datur excedat id quod datur alteri. Aliter æqua non eſſet diſtributio: quia bonis totius partibus debiti, tanto plus alicui parti debetur, quanto pars illa principalior eſt in illo toto, quæ principalitas in diuerſis politiis ſm diuerſa attenditur, ſcilicet ſecundum veritatem, aut diuitias, aut aliquid huiuſmodi.

SVMMARIVM.

1 *Vſuræ aut iniuſtitiæ an in contractibus montis pietatis inueniri poſſint.*
2 *Vſura eſt quando aliquid vltra ſortem ex mutuo quæritur.*
3 *Pignus quanto maioris pretij aut maiore tempore retinetur, tanto plus periculi cuſtodes ſubeunt.*

Capitulum V. Prima opinio dicentium nihil vſuræ, aut iniuſtitiæ inueniri in contractibus montis pietatis ſtando intra limites iuſtitiæ commutatiuæ.

[2 BIsigitur præmiſſis illorum occurrit † opinio, qui terminos commutatiuæ iuſtitię non egrediendo cõtractus omnes huius montis, nec vſuræ, nec iniuſtitiæ aliquid ſapere credunt. Et quoniam hi duabus incedunt viis, illa primò adducenda eſt, quæ hos cõtractus adeo ſm ſe iuſtos dicit, vt ſi de cuiusq; priuatæ perſonę intentione recta conſtaret, ſicut de pia cõitatis & montis intentione modo conſtat, cuilibet liceret pecunias ſuas cum ſupra dictis conditionib. paupertibus mutuare, vt autem eius ambiguitatis veritas clarius elucęſcat, ex qua non refert ſm hanc viam quis mutuet publica. ſi an priuata perſona, nec refert cuius ſit quod mutuo datur, an ſcilicet mutuantis ſit, an alterius, ponamus in terminis caſum diſcutiendum. Preſuppoſita recta intentione mutuantis, quam tamen præſupponere non eſt opus; quia contractus ſm ſe iuſtitiam quærimus, quæ in æqualitate cõmutationis conſiſtit, quacunq; id intentione fiat. Sit ergo. Pet. mutuis indigẽtium exponens 6000. duca. conducatq; miniſtros, ſcriptores & cuſtodes pignorum, ſine quibus mutuum nulli dare vult. Exigatq; vnũ denarium pro qualibet libra ſingulis menſibus à ſingulis accipientibus & retinentibus mutuum, ſuppoſito ꝙ tanta quantitas pecuniæ requiratur ad mercedem reddendam debita miniſtris & cuſtodibus &c. Dicit itaq; his ſtantibus hęc. i. opinio tria. Primò, ꝙ hic ſunt tres cõtractus. Secundò, ꝙ in his nulla interuenit vſura. Tertiò, ꝙ in his nulla interuenitur iniuſtitia. primũ horum declaratur diſtinguendo contractus. Eſt ſiquidem hic primò contractus mutui inter Pet. mutuantem & Io. pauperẽ. Eſt deinde contractus pignoris inter Io. pauperẽ & ipſum Pet. ſeu miniſtros eius, ꝙ idem eſt; quia in mutuãtis perſona pignus ſuſcipiunt. Eſt & tertiò cõtractus locationis, quo miniſtri operas ſuas locant ad ſcribendum, cuſtodiendum, & excutiendum pignora &c. Et pauperes mercedem eis debitã retribuunt vnũ denarium pro libra ſoluendo. Secundum verò. ſ. ꝙ hic nulla ſit
2 vſura, probãt ex ipſius vſuræ rõne dupliciter. † Primò: quia vſura eſt, qm̃ aliquid vltra ſortem ex mutuo quæritur, ita ꝙ mutuũ ſit non occaſio aut cauſa, ſine qua non, ſed ratio & cauſa propter quam aliquid pecunia æſtimabile vltra ſortem percipitur. Conſtat autem ex diſtinctione cõtractuum, ꝙ hic nihil pp mutuum vltra ſortẽ quæritur, ſed tantum pp locatas operas miniſtrorum, cuius euidens ſignum eſt, ꝙ ſi miniſtri gratis hæc facere volunt, donãtes ſingulis illos denarios, nemo turbabitur. Secundò: quia ſi iſta miniſtrorum merces eſſet vſuraria, à quocũque redderetur, eſſet vſuraria. Nõ enim refert, an fęneratori vſuræ dentur ab accipiente mutuum, vel à principe, vel à quocũq; alio. Sed conſtat, ꝙ prædictis miniſtris abſq; vllo ſcrupulo põt tanta merces pro his laboribus à cõitate vel principe reddi, vt Mediolani, & Brixiæ, & Veronæ fit, ergo nõ eſt vſura. Tertium autem ſcilicet, quòd hic nulla ſit iniuſtitia, declaratur ſic. Si hic eſſet iniuſtitia, aut eſſet iniuſtitia ex parte miniſtrorum, vt ideo iniuſta ſit actio iſta; quia ipſi gratis tenentur operas ſuas impendere, & hoc non; quia non ſumus in caſu extremæ neceſſitatis, aut ſuperfluitatis tantæ ꝙ teneantur ad hoc, aut ex parte modi accipiendi, vt ideo iniuſta ſit acceptio, quia taxatur vnus denarius pro libra ſingulo menſe, & hoc non. Tum quia multorum ſapientum & bonorum virorum ſnĩa, conſideratis particularibus circunſtantiis via hæc æquiſſima iudicata eſt, particularium autem iudicium prudentibus viris committendum eſt, ſm moralem Philoſophiã, tum quia huic modo ratio ſuffragatur. Cõmenſuratur enim hoc modo ſolutio periculo & labori miniſtrorum. Quanto maioris pretii pignus
3 † aut maiore tempore retinetur, tanto plus periculi cuſtodes ſubeunt & curæ & laboris, ſi excutienda, vt ſępe accidit, pignora ſunt. Aut ex parte pauperum vt iniuſta ſit hæc exactio; quia à non debẽte ſoluere exigitur, & hoc non, pp duo. Primò: quia ſi pauper nõ tenetur ad hoc, cum aliquis ad hoc teneatur, oportet aſſignare, quis eſt qui ad hoc obligetur. Ipſe Petrus mutuans nõ tenetur: qm̃ damnũ incurrere non tenetur ex hoc, ꝙ beneficiũ mutui impẽdit, quinimmo ſi aliquod damnum ex hoc incurreret, poſſet à paupere accipiente mutuum illius recompenſationem exigere, vt ab omnibus doctoribus concorditer dicitur. Princeps aũt, aut cõitas ad hoc non tenetur, tm̃ quia ſumus extra caſus extremæ neceſſitatis & ſuperfluitatis, extra quos eleemoſyna nõ eſt in præcepto, tum quia principes & ſi teneantur pauperum curam habere, & eis ſubuenire: non tm̃ tenẽtur hoc modo ſubuenire, vt de ſe patet. Si ergo nullus inuenitur, qui ad hoc teneatur, reſtat, ꝙ pauper ipſe teneatur. Secundò: quia morale principium eſt, ꝙ ille debet onera rei ſuſtinere, in cuius fauorem res agitur, cũ autem conſtet, ꝙ miniſtrorum opera propter pauperes vt fiãt habeant, vnde ſuis prouideant neceſſitatibus, cõſequens eſt, ꝙ ipſi pauperes debeant miniſtrorum operas recompenſare.

SVMMARIVM.

1 *Multiplex iniuſtitia in contractibus montis pietatis committitur. nu. 2.*
3 *Contractus pignoris fit in fauorem accipientis.*
4 *Veſtes in pignus acceptas ſi contingat lædi, nunquid retinens ipſas teneatur ad ſatisfaciendum domino pignoris.*
5 *Pauper an teneatur ad reddendam mercedem debitam miniſtris montis pietatis pro cuſtodia pecuniæ, vel pro cura pignorum. 6. 7.*
Mercedem reddere tenetur ille, in cuius fauorem opus agitur.
8 *Pauper quilibet mutuum ſumens tenetur ſatisfacere pro obligata præparatione miniſtri ad mutuandum.*
9 *Iniuſte cum aliquid exigatur ab aliquo, ad quod non tenetur, nunquid ipſi reſtitutio competat.*

Capitulum VI. Examinatio propoſitę opinionis cum determinatione, quòd in his contractibus committitur multiplex iniuſtitia.

1 QVod † autẽ prædicta opinio in multis à veritate deficiat, nõ ex opinabilibus, ſed ex per ſe notis principiis moralibus deducendum eſt. aſſumamus itaq; duo principia in commutationis contractibus per ſe euidentia. Alterum affirmatiuum. ſ. ille tenetur mercedem reddere, in cuius fauorem opus agitur. Alterum negatiuum. ſ. nullus tenetur mercedem reddere pro opere facto in alterius fauorẽ. Hęc principia ſtando intra limites iuſtitię commutatiuę per ſe nota ſunt; qm̃ ex ſeipſis ęqualitatem iuſtitię clare continent. Et ideo indiſciplinati eſſet quęrere eorũ probationẽ. Sub his aũt principiis oportet ſubſumere propoſitiones minores, quas difficile eſſet intellectu penetrare, niſi prius operationes miniſtrorum inconuenientes in contractibus iſtis diſtinguerentur, & ſigillatim diſcuteretur, quę in cuius fauorem fiat. Hac enim deciſione habita, ſtatim tota ratio integre patebit. Sed ad hanc deciſ. abſq; errore habendam, oportet ex his, quę per ſe inueniuntur in operatione qualibet, & non ex his quę per accidens inſunt, & ex propriis & immediatis cuiuſque conditionibus non ex communibus & remotis ſententiã proferre, propter quod non eſt in hac conſideratione immiſcendum, ꝙ hoc vel illud opus fiat in fauorem boni cõmunis, aut aliud huiuſmodi. Finis ſiquidem

Source : BIU Cujas

dem cõis & remotus est vniuersitatis bonum in particularibus commutationibus. Iam enim stabilitum superius est, ꝙ iustum secundum iustitiæ commutatiuæ formam attenditur ſm æqualitatẽ cõmutationis huius personę ad illam personã, & non ſm ordinẽ ad cõitatẽ. Ex per se ergo & proximis consideraturi distinguamus in primis operas has ministrorũ dicentes, ꝙ harũ operarum quædam sunt quasi per se & cõiter intẽtæ, & hæ sunt illæ, quæ vsq; ad venditionem pignorum interueniunt, quędã verò sunt spãliter & per accidens intẽtę, & hę sunt subhastatio, & venditio pignorum, & his annexa, quæ ex mora quorundã debitorum accidit. Distinguendo aũt sigillatim prima opera, dicimus ea esse hęc. ſ. custodiam pecuniæ, pręparationẽ ad mutuandum, actum mutuandi sumere pignus, scribere hęc cui annectuntur expensę pro libris &c. custodiam pignorum, cui cõiungitur conductio domus pro eorum conseruatione, & tãdẽ
2 restituere pignora. † Horum aũt pars maior & periculosior in fauorem fit Petri mutuantis, aut vniuersitatis pauperum, custodia. n. pecuniæ, acceptio pignorum, eorũ custodia, scribere hęc expẽsę ꝑ libris, ꝺuctioq́; domus, in qbus totũ periculũ est, ad alterius vel vtriusq; ordinantur securitatem. Reliqua autẽ paucula, scilicet præparatio ad mutuandum, & ipse actus mutuandi & restitutio pignoris ad huius pauperis ordinantur vtilitatẽ. Et vt clarius eluceſcant hæc videamus singula. Custodia in primis pecuniæ, vt in illius fauorem proximè fit, cui custodienda reponitur: pecunia autem hæc custoditur duobus. ſ. Petro mutuanti, cuius est directum dn̄ium huius pecuniæ, & vniuersitati pauperum, cuius est quasi dn̄ium vtile eiusdẽ. Nulla enim alia ratione hanc pecuniam oportet conseruari, nisi vt Pet. sit securus, si qn̄ vellet rehabere pecuniam suã, & vniuersitas pauperũ sit certa, ꝙ cõis sit etiã futuris pauperibus vtilitas ista. Acceptio simpliciter pignorum quę ad conseruationem & securitatis capitalis proximè ordinetur, constat, in fauorẽ ipsius Petri & vniuersitatis pauperum fit. Et simile oĩnò est de ipso actu scribẽdi & expẽsis pro libris. Hæc enim oĩa nulla alia rõne fieri contingit: nisi ob integritatem & securitatem pecuniæ. Ioan. n. pauper mutuum accipiens non curat, ꝙ hæc scribantur, aut ꝙ pignus ab eo exigatur, sed hæc oĩa pecuniæ dn̄s securitati suæ consulẽs fieri vult. In custodia aũt pignorum considerãdum est, ꝙ sicut pignus habet in se duo. ſ. ꝙ sit pignus, & ꝙ sit talis res, puta vestis, ita in ipsa pignorum custodia distinguẽdũ est, ꝙ ipsa est custodia pignoris, & ꝙ est cura talis rei. Si cõsideretur formaliter pignorum custodia, manifeste patet. ꝙ in fauorem Petri mutuãtis, & vniuersitatis pauperũ fit; quia proximè ordinatur in secu
3 ritatem pecuniæ rehabendæ. vnde qa cõtractus pignoris † ſm veritatem est in fauorem accipientis, ideo accipiens ipsum tenetur ad restitutionem eius, si ẽt perdidit illud: vt conuincitur ex illo morali principio restitutionis posito à S. T. in 22. q. 62. ꝙ qñ aliquis tenetur ad restitutionẽ, nõ solum rõne rei acceptæ, sed ẽt rõne acceptionis, tenetur restituere ẽt perdita rẽ. Et in hoc differt accipiens depositum ab accipiente pignus, ꝙ illo deposito perdito nõ tenetur ad restitutionẽ; quia obligatur ad reddendum depositum ratione rei acceptæ, & non rõne acceptionis: quia depositum datꝫ in fauorem deponentis, iste aũt. ſ. accipiens pignus, quia tenetꝫ & ratione pign. accepti, & rõne acceptionis; quia pignus datur in securitatem petentis ipsum, obligatur ad restitutionem, non solum q̃diu pignus habet, sed ẽt si non hẽt. Suo. n. periculo tenetur naturali iure illud custodire, sicut qui accommodatum accipit eadem rõne &c. Sicut aũt considerat̃ cura talis rei, quæ est pignus puta excussio vestium, & huiusmodi solicitudo, sic qa hoc accidit pignori, quod de sui ratione nõ exigit, ꝙ sit in tali materia, sed sufficit sibi, ꝙ sit tanti pretii, vt secura sit pecunia rehabenda, ideo non est eadem rõ de sollicitudine exercẽda & de ipsa custodia. Hæc nanq; cura q̃is in fauorem vtriusq; dantis. ſ. & accipientis cedat, dum pignoris dn̄o res sua illęſa seruatur, & huic creditori pignoris pretium conseruatur; vnde possit mutuatam rehabere pecuniam, simpliciter tñ & per se fit in fauorem dn̄i pignoris; quia mutuans licet exigat pignus, non tñ exigit qualitatem pignoris, immo hanc onerosam conditionem refugit naturaliter. Vnde paciſci posset cum dn̄o pignoris talis, ꝙ ipse non vult sollicitudinem hanc, sed ꝙ dn̄s ipse mittat tempore curæ habendæ, ad excutiendas vestes suas, & alia huiusmodi. Nec obstat, ꝙ si nullo interueniente pa-
4 cto vestes in † pignus acceptas contingit lædi, retinens ipsas tenetur ad satisfaciendum dn̄o pignoris. Hoc. n. non prouenit ex eo ꝙ retinẽs tale pignus teneatꝫ per se ad curam eius, sed ex eo ꝙ per accidens iste tenebatur ad hoc, qa. ſ. non fuit protestatus, manifestando dn̄o pignoris, ꝙ talis pignoris curam refutaret. Implicite. n. obligatur quilibet sumens pignus qualecunq; ad eius curam, expensis tñ dn̄i, nisi aliud protestetꝫ. Domus autem conductio inquantũ deseruit custodię pecunię & pignorũ &c. in fauorẽ est Petri mutuantis & vniuersitatis pauperũ. Inquantum aũt pignorum expensioni & curæ vtilis est, in horum pauperum fauorẽ fit. Reliqua autem tria opera. ſ. actus mutuandi, & pignora restituendi, & paratum esse ad restituẽdum, in fauorem manifeste fiunt Io. pauperis. Sed prima horum. ſ. actus mutuandi, & restituẽdi pignus, sub mercede non cadũt. Qm̃ actui mutuandi respondet actus restituendi acceptum mutuum, & actus restituendi pignus, respondet actui dandi ipsum pignus. Sicq; par pari refertur. Tertium autem sub mercede esse per se patet. Pecunia, siquidem ęstimabilis est obligatio, præparata esse ad mutuandũ. Opera verò in altero diuisionis mẽbro posita, scilicet quæ specialiter respectu quorundam accidunt, vt venditio pignoris &c. annexa, non est opus discutere, in cuius fiãt fauorem; quoniam propter moram debitoris ab ipso soluenda sunt, sicut & expensæ quæ post eius moram fierent in citatione coram iudi. & litibus &c. Ex omnibus igitur his colligendo, cũ pateat vnum tantum actum mercenarium proprie & per se ordinari vniuersaliter in fauorem cuiusq; singularis pauperis scilicet obligatam præparationem ad mutuandum, ex supra dictis principiis facile veritas intenta deduci potest cõsistens. in quinque conclusionibus.

5 † Prima est negatiua, scilicet nullus pauper tenetur ad reddẽdam mercedem debitam ministris huiusmodi pro custodia pecuniæ, vel pignoris, pro opere scribendi libros ratiocinii, aut pro domo ad hæc conducta. Patet ista ex illo principio negatiuo, quo dicitur, quando nullus tenetur mercedem reddere pro opere facto in alterius fauorem. Ex dictis enim iam constat ista opera non esse facta in fauorem Ioan. pauperis, sed alterius, puta Petri mutuantis, vel vniuersitatis pauperum, vel vtriusque.

6 † Secunda est negatiua, scilicet. Non omnis pauper accipiẽs mutuum tenetur ad reddendam mercedem ministris pro cura pignorum, aut domo ad hæc vtili. Patet ista ex eodem principio. Quia non omnis pauper offert pignus tale, idest onerosum, & consequenter non omni pauperi exhibetur hoc seruitium. Ac per hoc nec à quolibet reddendam esse mercedem iustitia exigit commutatiua. Nec obstat si quis fingat omnes teneri ad hoc; quia licet hic non det mihi pignus excutiẽdum, ego tamen qui ignorabam quale pignus esset allaturus, iam cõduxi excussorem in seruitium eius & aliorum paratum. ignorantia si quidem hæc non suffragatur: quoniam probabilem cognitionem quę in huiusmodi certitudine par est, Mons habet, quòd pauperum indigentium mutuo alii afferent pignora excutienda, & alii non, vt quotidiana experientia testatur. Et consequenter conducendus est sibi excussor pro quibusdam ab illis mercedem recepturus, si iustitiæ commutatiuæ æqualitas seruari debet.

7 † Tertia est affirmatiua, scilicet Petrus mutuans, siue vniuersitatis pauperum tenetur ad satisfaciendum ministris pro operibus in prima conclusio, positis scilicet custodia pecuniæ & pignoris &c. Patet ista ex affirmatiuo principio, quo dicitur, ꝙ ille tenetur mercedem reddere, cuius fauore opus agitur. Patet equidem ex dictis, ꝙ opera ista ex vtriusq; vel alterius horũ fauorem per se fit, non Io. pauperis.

8 † Quarta etiam est affirmatiua, scilicet quilibet pauper mutuum sumens tenetur satisfacere pro obligata præparatione ministri ad mutuandum, & illi pauperes tenentur ad satisfaciendum pro cura pignorum onerosorum & particula pẽsionis dominus, inquantum deseruit ad hoc qui pignora talia offerunt: patet ista ex eodem principio; patet enim ex dictis obligatam prę parationem ad mutuandum in fauorem singulorum pauperum esse, & excussionem pignorum in fauorem dominorum.

9 † Quinta cõclusio principaliter intẽta quæ ex prædictis aperte sequitur est ista. Iniuste exigitur à quolibet paupere vnus denarius pro libra singulis mensibus pro mercede reddenda supra dictis ministris &c. Clarissima est ista; quia cum iuste exigatur ab aliquo id, ad quod nõ tenetur. Et ex dictis constet. ꝙ pauper quilibet non tenetur ad hæc omnia soluenda, sed ad vnum scilicet obligatam præparationem ad mutuandum, consequẽs est, ꝙ iniuste exigatur à quolibet merces pro omnibus ministrorum operibus reddenda.

SVMMARIVM.

1 *Petrus mutuans an vniuersitas pauperum an vterque simul teneatur ad satisfaciendum ministris pro operibus pro quibus Ioannes pauper non obligatur.*

2 *Vniuersitas sicut ad integram satisfationem tenetur, sic pars eius ad partem.*

Capitulum VII. Secunda opinio examinatur soluendo duo dubia concurrentia dicta in præcedenti cap.

1 ANtequam † soluantur obiectiones ad oppositum factæ & examinetur, an vsura hoc inueniat, dubia duo circa supra dicta relicta soluenda sunt inferẽdaq́; horũ solutioni est. 2. opinio; qa eius decisio simul appareret. Restat igit̃ dubium primò, an Petrus mutuans, an vniuersitas pauperum, an vterq; simul teneantur ad satisfaciendum ministris

Source : BIU Cujas

niſtris pro illis operibus pro quibus Ioan. pauper non obligatur. Sed ſi prædicta diligenter inſpiciantur, patere poteſt, quòd non Petrus mutuãs, ſed vniuerſitas pauperum tenetur ad hoc. Adductum enim iam eſt principium dicens, quòd ille, in cuius fauorem res agitur, tenetur ad mercedem reddendam, conſtat autem, quòd cuſtodia, ſeu conſeruatio pecuniæ integre, ad quã cætera hæc opera ordinantur, non in Petri fauorem, ſed pauperum vniuerſitatis fit; quia Petrus non propter ſe cuſtodiendam pecuniam deponit, ipſe enim per ſeipſum cuſtodiret pecuniam propriam, niſi pauperum vtilitas exponẽdum pecuniam ſuam cuſtodibus expoſceret, patet etiam hoc idem ex eo, quòd pecunia hæc non cuſtoditur periculo Pet. offerentis; quoniam reſtituenda eſt ſibi non ſolum ratione rei acceptæ, ſed ratione acceptionis. Et iam dictum eſt, quòd quando aliquis tenetur ad reſtituendum ratione acceptionis, etiam re perdita tenetur. Pet. igitur gratis offerens pecuniam mutuis, licet non donet, non tenetur, ſed pauperum vniuerſitas. Et tunc ſurgit ſecundum dubiũ, cur iniuſte dicatur exigi a Io. paupere pericula quædã eius ad quod vniuerſitas pauperum tenetur: cũ Ioan. pars ſit totius
2 pauperum vniuerſalis, ſicut autem vniuerſitas † tenetur ad integram ſatisfactionem, ſic pars eius ad partem. Quinimmo impoſſibile eſt, quòd aliter vniuerſitas pauperum ſatisfaciat: quoniã præter pauperum res nihil habet.

Sed ad hoc quoque dubium ex dictis reſponſio facile haberi poteſt. Iniuſtam ſiquidem eſſe huiuſmodi exactionẽ ratio indicat commutatiuæ iuſtitiæ, intra cuius latitudinem ſtando a poteſtate exigi non poteſt id, ad quod totum tenetur, eo ꝙ totum vt extremum eſt cõmutatiui iuſti partis rationem hẽt. Idemq; a parte exigere ſecũdum iuſtitiam commutatiuam id ad quod totum ſecundum eam tenetur, ac ſi exigeretur ab vna parte id ad quod pars alia tenetur, ꝙ iniuſtiſſimum eſſe conſtat. Ex prędictis autem ſufficienter habetur, quòd omnes huiuſmodi operationes ſecundum iuſtitiæ commutatiuæ formam modo examinatur. Quid autem dicendum ſit ſecundum iuſtitiam diſtributiuam, ſi locum in hac re habet, proprio loco dicetur. Satisfit nunc ſcire, quòd iniuſte exiguntur hæc a Ioanne paupere, ſi intra iuſtitiæ commutatiuæ limites res agatur, vt opinio. j dixit.

Ex præmiſſis autem patere poteſt defectus alterius opin. defendentis contractus iſtos ſecũdum iuſtitiam commutatiuam, licet non ita ample ſicut prior, proprius ſiquidem accedens ſecunda hæc opi. ad caſum Montis pietatis, & non curans an ſingulari perſonæ liceret pecuniam propriam tali mutuo exponere, caſum in terminis ponens, licet in cæteris concordet cũ prędecedente, in hoc tamen differt, quòd Petrum ponit abdicantem a ſe proprietatem & dominium pecuniæ mutuandæ, ſicut & illi qui Monti pietatis pecunias offerunt, donant: & ſic caſus omnino idem cum Monte pietatis eſt iſte. Petrus vocato populo cum eius rectoribus offert donatione libera & irreuocabili 6000. ducatorum ad hoc, vt inde perpetuò pauperibus mutuetur. Hac donatione facta ſtatuuntur poſtmodum a populo & rectoribus miniſtri &c. vt ſup. ī iſto dicit caſu, cum dominium pecuniæ nec Petri nec alicuius alterius ſit, cuius ſignum eſt, ꝙ abſolute loquendo, quicunque eam diſtribueret, iniuſte hoc faceret, vtpote contra expreſſam intentio. piã donantis, quæ non niſi ad hoc donauit, conſequens eſt, ꝙ obligatio ad mercedem
3 reddendam miniſtris ad ſingulos deriuetur pauperes. † Communitas enim ad hoc non tenetur, cum extra caſum neceſſitatis extremæ, & ſuperfluitatis res hæc agatur, & (vt dictum eſt) non tenetur ad hunc determinatum modum ſubueniem. Patet ſiquidem huius opinio. defectus ex conſideratione principiorum ſup. dictorum. Nihil enim minus iniuſtitiæ in hoc accidit caſu quàm in prędecedenti. Tum quia Io. pauper etiam hic nõ tenetur ad mercedem reddendam; quia non ſit opus in ſuum fauorem, & nihil refert, an hoc opus fiat in fauorem Pet. mutuantis, an cõmutantis, an vniuerſitatis pauperum, an etiã ipſius Dei. Sufficit nãq; Io. pauperi ad hoc, ꝙ ipſe non teneatur, iſta negatio, ſ. opus hoc nõ fiat in ſuum fauorem, quòd in caſu inueniri probatum fuit: princip. enim negatiuum adductum eſt, ꝙ nullus ſecundum iuſtitiam commutatiuam tenetur ad mercedem reddendam pro ſeruitio alteri impenſo. Alterum autem eſſe etiam ipſum pauperum collegium a ſingulis pauperum. in primo Politico patet inf. iuſtitiam commutatiuam ſtando probatum eſt prius, tum quoniam vniuerſitas, ſiue collegium pauperum ad hoc tenetur etiam in iſto caſu, & conſequenter iniuſte a ſingulis pauperibus mutuum accipiẽtibus hoc exigitur. Eadẽ ſiquidem ratio: quia vniuerſitatem pauperum ad hoc teneri prius dicebatur, nec locum habet, quoniam non ratione dominij ipſius pecuniæ ad hoc tenebatur, ſed ratione quaſi vtilis dominij, ideſt quia pecuniæ ſecuritas & integritas in ſuum per ſe & proxime fiebat fauorem, quòd in hoc caſu manifeſtius fieri apparet. Et ideo vniuerſitas ipſa pauperum ad ſatisfaciendum miniſtris pro operibus illis, quæ non ſunt in fauorem Ioannis pauperis tenetur. Eſt igitur multiplex ſecundùm iſtam viam in contractibus his iniuſtitia.

SVMMARIVM.

1 *Pauperes non tenentur ſatisfacere miniſtris montis pietatis, niſi quò ad aliquid tantum.*
2 *Mutuans non tenetur aliquod damnum incurrere ex hoc, quòd beneficium mutui impendit.*
3 *Viri cuiuſcunque ordinis aduertant, ne exemplis fallantur; quia multa in eis diſſimilia inueniuntur. 4. 5.*
6 *Exactio ſi eſt iniuſta, modus eius iuſtus eſſe non poteſt.*

Capitulum viij. Solutio rationum arguentium, quòd contractus prædicti ſecundùm commutatiuam iuſtitiam ſint iuſti.

1 OBiectionum autem in oppoſitum † adductarum prius conuenit illas ſoluere, quæ in iuſtitiam ab his contractibus auferre conabantur, & poſtmodum illas examinare quæ de vſura eorum agebant. Dupliciter igit hoc inueniri iniuſtitiam ex dictis patere poteſt, ſcilicet ex parte modi exigendi & ex parte pauperum a quibus exigitur. Ex parte ſiquidem pauperum, quia ipſi non tenentur ad ſatisfaciẽdum miniſtris niſi quò ad aliquid tantum. Nec eſt inter modica deputandum id in quo aggrauantur; quoniam (vt ex dictis liquet) non tenetur forte quilibet pauper ad tertiam partem ſoluendam eorum quæ ab ipſo modo exiguntur: vniuerſaliter em̃ non tenetur niſi ad ſatisfaciendum pro obligata præparatione ad mutuandum, quòd cum omnibus ſuis appenditijs ſi mercedis nec exactæ tertiam partem ſibi vendicat, ſufficientem recõpenſationem habet, vnde cum grauetur Ioan. pauper ī duabus partibus, non in modico grauatur, immo ſi in medietate, vel 3. vel 4. vel 10. parte grauari eum neceſſe eſſet, non inter modica reputanda, tum quia 10. pars aliquid notabile eſſe poteſt, incerta ſiquidem eſt eius quantitas; quoniam ſecundum montis diuitias plus & minus poterit mutuari &c. tum qa iniuſtitia modica non reputatur, quando per accidens incurritur, in propoſito autem ex intentione committitur. vnde iniuſtitiæ mortale peccatum non euitatur. Ad id autem quod obijciendo quæritur, quis teneatur ad hoc, ſi Io. pauper non tenetur, dico duo. Primò, quòd de iuris rigore tenetur vniuerſitas pauperum, cui pecunia cõſeruatur per pignora &c. Et tenetur ipſe Petrus mutuans ſi non in fauorem vniuerſitatis pauperum pecuniam cuſtodiendam exponeret, vel donaret. Et ad id quod in contra-
2 rium adducitur, ſcilicet quòd nullus mutuãs † tenetur aliquod damnum incurrere ex hoc, quòd beneficium mutui impendit, quinimmo poteſt ſiquid damnum ex hoc incurrit ſecundùm omnes doctores exigere, dico quòd hoc commune dictum eſt ſumme verum, ſed male applicatur ad propoſitum: quoniam expenſæ iſtæ non cauſantur ex beneficio mutui, licèt occaſionentur & remotæ ex mutuo proueniant, ſed cauſantur ex contractu pignorum, quod formaliter eſt in fauorem mutuantis. Dixi notabiliter, quòd occaſionantur & remote proueniunt expenſæ iſtæ ex contractu mutui, & non dixi ex beneficio mutui cauſantur; quia mutuum non eſt cauſa ſed occaſio harum expenſarum, non proxime ſed remote. Nec habet rationem occaſionis huiuſmodi inquantum eſt in fauorem accipientis mutuum, propter quod ratio iſta concludit propoſitum ſui intenti, eo quòd ſicut iniquum eſt mutuãtem ex hoc, quod mutuat damnificari, ita iniquum eſt dantem pignus ex hoc lędi: ęqua enim eſt vtriuſque conditio, per ſe loquendo, vnde exemplum, quod adducunt, quod opinionem hanc plurimum foueſſe videtur ad propoſitum non eſt. Dicunt enim, ſi Petrus Mediolani exiſtens Ioanni petenti ibidem pecuniam mutuo, frater dicat, pecuniam, quam petis, Ianuæ habeo. Mittamus tuis expenſis pro illa, & ſic mutuum gratis accipito. Conſtat, quòd Petrus non exigit iniuſte a petente mutuum expenſas illas: quia non tenetur incurrere damnum hoc ex hoc, ꝙ mutuat, ergo a ſimili, neque in his contractibus iniuſtũ eſt expenſas exigere. Ad propoſitum inquam non eſt exemplum hoc; quia clare patet, quòd expenſæ iſtę fiunt ad hoc, vt pecunia ad mutuum petentem perueniat, & conſequẽter in eius fauorem per ſe & proxime ordinantur. In propoſito autem noſtro expenſas iſtas non ordinari per ſe in fauorem Ioannis pauperis mutuum accipientis, ex dictis clariſſime conſtat. Propter quod
3 aduertant cuiuſq; ordinis viri, et exemplis non fallantur: † quoniam multa in eis diſſimilia inueniuntur, quorum quodlibet: quia non facile eſt cuilibet diſcernere, duo ſubiungenda duximus, ex quibus cætera facilius diiudicari poſſint. Creditur enim primò, quòd ſicut Martinus, qui vt mutuet Bernardo indigenti, accepit pecunias a feneratore, & expenſas fecit: vt pignora per famulos tute deuehantur, licite poteſt a Bernardo paupere exigere nomine ītereſſe huiuſmodi expenſas & vſurã quam ſoluit, ſic in propoſito fieri a Pet. ſeu commutatiue qui ad has expenſas cogitur ex alio opere facto in fauorem Io. pauperis, ſcilicet mutuo. Creditur quoque ſecundò, quòd ſicut a petente mutuum licite poteſt mutuans exigere ſecuritatem, & ſi accipiens

Source : BIU Cujas

piens mutuũ chyrographo eum facere tutum eligat, notarioq; mercedem reddat, non iniuſte grauatur, & tamen chyrographum ſit in fauorem mutuantis,ita in propoſito petens pignus non iniuſte grauat Ioannem pauperem circa expenſas,ex qbus nihil ſibi vtilitatis accreſcit,ſed ſola indemnitas montis ſeruatur. Sed in his & huiuſmodi plurima eſt diſſimilitudo. Et primum quidem exemplum in hoc a montis natura differt, quòd expẽſas illas Martinus fecit, vt Bernardi perſonam induit indigentis ſubſidio tali,quaſi ſibi pignora accommodans vt mutuũ inueniat. Et ideo non eſt mirum,ſi expenſas tales Bernardus tenetur ſubire. Nihil enim minus tenetur,quàm ſi ipſe p ſeipſum a fęneratore mutuum ſumens expẽſas illas feciſſet propter hęc accidentia. In caſu verò montis, nec Petrus, nec communitas in perſona Ioannis pauperis expenſas has facit,ſed collegij pauperum,ut ex dictis patet. Et ideo Io. pauper iniuſte grauatur in huiuſmodi expenſis.† Circa ſecundum verò exemplum ſciendum eſt,quòd vt dicitur in 4.metaphiſicæ, niſi cuique quæſito reſpondeatur formaliter,omnis certitudo deſtruetur, eo quòd extra rationem formalem vagantibus infinita occurrunt circa quodlibet. Vnde in propoſito ſolicite ſemper attendendum eſt, quid formaliter quæratur, aut ratiocinando adducatur. Aliud enim eſt petere ſecuritatem rehabendæ pecuniæ,& aliud eſt petere talem ſecuritatem,ſcilicet habentem expenſas annexas,puta chyrographum,quemadmodum etiam ſuperius diſtinctum eſt,quòd aliud eſt loqui de pignore,& aliud de tali pignore. Petens enim ſecuritatem nihil petit in ſui fauorem habens annexum damnum eius a quo petit illam, ſicut nec petens pignus. Vnde ſi accidit,quòd petitam ſecuritatem aut pignus ego dare non poſſim niſi cum aliqua expenſa, quam qualitas ſecuritatis aut pignoris a me electa parit,ego ipſe damnum mihi hoc infero,ſicut in exemplo adducto contingit. Non enim ex ſecuritate petita, ſed ex qualitate ſecuritatis a me oblata expenſæ iſtæ p ſe proueniunt. Et ideo teneor ego notario mercedem reddere, ſicut & expenſas illas ſubire,quæ ex pignoris emanant accidentibus. Petẽs verò ſecuritatem talem,puta chyrographũ, quum in fauorem ſui patet rem habentem expẽſas annexas,& iniquũ ſit ex eo quod in fauorem ſui agitur alterum damnificari,iniuſte grauat eum a quo illam petit,ad reddendam mercedem notario debitam. Vnde euidenter patet,quòd mõti natura ab hoc exemplo diſtat in hoc,quòd hic petens ſecuritatem nihil petit, ex quo per ſe oriatur expenſa aliqua. In monte autem volens pignus,vult ſibi a Ioanne paupere ſolui pro cuſtodia & aliis ad quæ ipſe tenetur naturali iure,aut quæ ipſe fieri vult, non in Io. pauperis fauorem,vt ex dictis patet. Omnes ergo iterum atque iterum montis eſſe rogo,quatenus caueant, ne exemplis inhęreant: † quoniam multa latent in eis accidentia, ex quibus etiã ſapientes contingit falli.

Secundo dico,quòd non ſufficienter arguendo probatur,cõ munitatem,aut principem non teneri ad ſoluendum miniſtris mercedem. Licèt enim rectè concludatur, quòd non teneãtur ſimpliciter,non tamen ex hoc concluditur, quin teneantur ex ſuppoſitione ideſt ſuppoſito,quòd hunc modum mutuãdi ſtatuant. Et licèt (vt dictum eſt) vniuerſitas pauperum de iuris rigore non communitas aut princeps ad hoc teneatur,quia hæc omnia ad commutatiuam iuſtitiam ſpectant. Et abſque publica auctoritate facta iniuſta non eſſent: ęquitas tamen a iuſtitia non multum remota exigit, quòd princeps, aut communitas ex publico ęrario pauperibus etiam hoc modo ſubueniat:modus autem accipiendi,quòd etiam iniuſtitiam contineat manifeſtatur:quum duo genera operum ſint, pro quibus hæc a paupere exiguntur,ſcilicet illa pro quibus non tenetur,uel qa nullus pauper ad hoc tenetur,puta pro cuſtodia pignorum;qa ferreas virgas in pignus dedit. De modo exigendi mercedem pro iſtis nõ oportet probare,quòd ſit iniuſtus. † Quia ſi exactio eſt iniuſta,modus eius iuſtus eſſe non poteſt. Sed & modus exigendi pro his ad quæ Ioan. pauper tenetur,ſcilicet pro obligata prę paratione ad mutuandum iniuſtus oſtenditur,ex eo q obligare præparationi miniſtri ad mutuandum, nec ratione periculi, nec ratione laboris,aut cuiuſuis occupationis, aut damni commenſuratur diuturnitas temporis, quo mutuum acceptum tenetur,aut quantitas acceptæ mutuo ipſius pecuniæ. Niſi quis diceretur damnum incurri ex eo,quòd non poteſt tam frequenter mutuum iterare, ac pro hoc ceſſat miniſtri merces a pluribus ſuſcipienda. Sed ſubtiliter conſideranti apparebit,quòd ex hoc non habetur,quòd oportet mercedẽ iſtam quantitati mutui & tempori quo retinetur commenſurare, ſed quòd oportet conſideratis omnibus certum ſalarium ſibi ſtatuere, & illud ſummarie ac veriſimiliter calculari prudentium arbitrio pauperibus venturis ad ſuſcipiendum mutuum ſoluendum ęqualiter taxare,eo q ęqualiter ad omnes huiuſmodi ſe obligat. Sic enim merces miniſtris debita reddetur abſque ambiguitate & iniuſtitia aliqua. Nec inconuenit contingere pauperem pluries indigẽtem plus ſoluere minus paupere. Quoniam merces hęc redditur non mutuo aut quantitati pecuniæ mutuatæ,ſed obligatur præparationi ad mutuandum,quæ ęqualiter omnes reſpicit,& pauper pluries ſumens duorum rationem habet. Nec eſt opus prudentium virorum iudicio iſta tantum ſubmittere; qa ſcientiæ ſubiacent, ſed eorum arbitrio, vt dictum eſt, relinquitur quantitas ſtipendii miniſtris debiti & taxatio quantitatis pecuniæ a ſingulis ſoluendæ ęqualitate ſuppoſita,& alia huiuſmodi ſingularia.

SVMMARIVM.

1 *Iniuſtitia quæ in contractibus montis pietatis inuenitur, an vſuræ rationem habeat.*
2 *Vſurarium non minus eſt mercedem alteri debitam ex ſeruitio imponens nõ exigere, quàm quodcunque aliud lucrum extra ſortem petere.*
3 *Exigere propter locatas operas qnotupliciter contingere poſſit.*

Capitulum ix.determinatio, quòd in prædictis contractibus committitur vſura.

1 RElíquũ † quo ad hanc partem eſt, vt videatur,an iniuſtitia, quæ in ijs inuenitur contractibus, vſuræ rationẽ habeat. Quod ex duobus conſiderandum eſt.

Primò ex eo, q vſura duobus modis committitur, ſcilicet augendo ex mutuo capitale, & exigendo recompenſationem damni,quod non propter mutui beneficium incurrit. Neque enim minus vſuram ſapit,velle ab accipiente mutuum recompenſationem damni, quod ab hoſtibus, vel latronibus paſſus eſt, quàm velle ad augendas opes aliquid vltra ſortem. In propoſito autem quum iam pateat Montem pietatis ſiue vniuerſitatis pauperum, & breuiter volentem ſibi pecuniam Montis integre & ſecure ſaluari,quicunque ſit ille,exigere a Io. paupere mutuum petente expenſas quæ non in illius fauorem fiunt,conſequens eſt, quòd exigat recompenſationem damni, quod non ex mutui beneficio incurritur, ſed propter pecuniæ rehabendæ ſecuritatem. Nec obſt. aliqualiter, q damnum hoc ex mutuo emergit ſaltem occaſionaliter,nihil ſiquidem refert, vnde damnum hoc proueniat, aut a quo inferatur, dummodo ex eo quod fit in fauorem Ioan. pauperis, vt ſic nõ cauſetur:iſta enim negatio ſufficit ad hoc,q iniuſte exigatur ab eo, & conſequenter quòd vſuraria. Ex quo (vt dictum eſt) non refert ad vſuram damnum indebitum a petente mutuum exigere, aut lucrum quærere.

2 Secundò ex eo,q non minus vſurarium † eſt, mercedem alteri debitam ex ſeruitio impenſo ad mutui beneficium, vt ſic ab accipiente mutuum non exigere, quam quodcunque aliud lucrum vltra ſortem petere. Neque enim ab vſura remotius eſt grauare iniuſte accipientem mutuum ad ſoluendum aliquid vltra ſortem alteri quacunque ex cauſa, quàm ſibiipſi mutuanti: conſtat autem, q hic grauatur iniuſte Ioannes pauper, dum accipit mutuum ad ſoluendum miniſtris pro operibus, p qbus non tenetur, quanquam nihil ad montis mutuantis augmentum exigatur: nõ igitur ſubterfugi poteſt,quin vſuraria ſit exactio iſta ſecundùm iuſtitiæ commutatiuæ formam loquendo. Ad euidentiam verò ſolutionis obiectionum in oppoſitum diligenter attendendum eſt,quòd hic ſunt duo, ſcilicet reddere mercedem miniſtris,ſeu (quod idem eſt) ipſos miniſtros accipere mercedem pro locatis operibus,& hoc eſt iuſtiſſimum & omni ęquitate plenum; quia eius cauſa eſt locatio operum ſuorum. Alterum eſt exigere huiuſmodi mercedem a Ioanne paupere, & hoc iniuſtum & vſurarium eſt; quia eius nulla cauſa alia eſt, niſi mutuum:quoniã operæ illæ locatæ non ſunt Ioanni pauperi, vt propter illas ab eo exigi merces poſſit. Vnde prima ratio peccat, aſſumendo quòd hic nihil vltra ſortem quæritur propter mutuum,ſed tãtum propter locatas operas. Quoniam ſecundùm veritatem ex mutuo exactio iſta cauſatur, vt ex dictis patet. Vel (& in idem redit) verbaliter reſpondendo dicatur, quòd exigere † propter locatas operas poteſt contingere dupliciter. Vno modo propter locatas operas in fauorem accipientis mutuum, & tunc bene ſequitur, ergo non propter mutuum:quia locatio operarum in huius accipientis mutuum fauorem facta, cauſa proxima eſt,quòd ab eo iuſte merces hæc exigatur, alio modo propter locatas operas non in fauorem huius accipientis mutuũ ſed alterius, quicunque ſit ille, & tunc male infertur,ergo non propter mutuum;quoniam cauſa proxima huius exactionis eſt vel mutuum, vel locatio operarum, ſed locatio operarum cauſa ſecundùm iuſtitiam eſſe nõ poteſt, eo quòd operæ nõ ſint in fauorem huius accipientis mutuum locatæ. Igitur mutuum huius exactionis cauſa proxima eſt. Ac per hoc vſura committitur. Nec obſtat id, quod confirmando ſubdebatur, ſcilicet quòd ſi miniſtri donare hoc volunt, Mons non turbabitur. Ex hoc enim nihil aliud haberi poteſt, niſi quòd mons lucrum ex hoc non quærit.

3

Sed non habetur,quin Ioan.pauper grauetur ex accepto mutuo ad mercedem reddendam miniſtris, ad quam nõ tenetur, ſicut ſi pauper ab aliquo mutuum ſumat cum onere, quòd ruſtico cultori vineæ mutuantis mercedem reddat, vſura non deficit,

Source : BIU Cujas

deficit, ex eo quòd rusticus potest illi pauperi absque mutuantis turbatione donare mercedem propriam. Secunda autem ratio concludit mercedem ministrorum non esse vsurariam, & hoc proculdubio verum est: quoniam iusta & sancta est. Sed non probat, quin mercedis exactio a Ioanne paupere, qui non tenetur, sit vsura. Debet enim merces illa exigi ab eo qui tenetur ad illam, & non ab hoc paupere. Et ideo si reddatur merces talis ab eo qui tenetur, iustitia est, vel charitas: si pietatis intuitu ab aliquo qui non tenetur. Si autem exigatur ab eo qui non tenetur, clare constat, ℭ quamuis merces sibi debeatur, iniusta tamen exactio est, quia hic non tenetur. Et si adiunxeris, quod exactio ista non nisi per mutuum mādatur, vsuraria manifeste apparebit, quod in casu isto contingere iam patet. Est igitur infra iustitiæ cōmutatiuæ terminos loquendum multiplex iniustitia & vsura in capitulis montis pietatis.

SVMMARIVM.

1 *Capitula montis pietatis secundùm formam iustitiæ distributiuæ an sint iusta.*
2 *Bonum totius sicut partibus est debitum, ita & malum totius partes proportionaliter sustinere tenentur.*

Capitulum x. Opinio dicentium, iusta esse capitula montis pietatis secundùm formam iustitiæ distributiuæ.

1 SVnt igitur alij subtilius naturam † montis huius speculantes, qui infra iustitiæ commutatiuæ limites standum non credunt, sed iustitiam insertam dicentes, secundùm eius formam iustitiam in his capitulis saluari defendunt. Hi casum montis pieta illum etiè approbantes qui in capit. septimo, positus est, in quo scilicet Petrus vocato populo donat 6000. ducatorum non consumendorum sed mutuandorum ꝑpetuo tempore pauperibus &c. vt sup. non inserunt iustitiam distributiuam ipsis contractibus mutui, vel pignoris, vel locationis operarum, sed inuentioni mercedis reddendæ operarijs. Si namq; superius dicta adunētur, ad hoc deuentum est, quòd pauperum vniuersitas tenetur reddere mercedem ministris mōtis, & ideo ipsa vniuersitas pauperum ex quo in communi nihil possidet, inuenire volens vnde soluere possit mercedem hanc ministris sibi deseruientibus onus hoc distribuendum esse in suas partes pauperes, scilicet statuit. Vnde ipsa mercedis redditio in iustitię commutatiuæ terminis relinquitur: sed inuentio mercedis reddendæ secundum iustitiæ distributiuæ formam fieri secundum hanc opinio potest, & de facto in monte hoc fit. Dicit igit̄ duo hæc opin. Primò, quòd secundum distributiuam iustitiæ formam in vniuersitate pauperum inuenienda est merces reddenda ministris. Secundò, quòd inuentio ista iuste secundum iustitiæ distributiuæ ęqualitatem in capitulis huius montis ordinatur, ita quòd nullus pauper iniuste grauetur, primum probatur dupliciter. Primò: quia quum vniuersitas pauperum teneatur de suo satisfacere his ministris, fuum autem non sit nisi altero modo, vel quia in commune aliquid habetur, uel quia suarum est partium, & in proposito vniuersitas non possidet aliquid in communi, restat vt de his quæ partium sunt satisfacere debeat, partes autem pauperes esse patet, inter eos igitur oportet pecuniam hanc inueniri. Et quum constet, quòd communia onera iuste distribuenda sunt, consequens est, quòd secundùm distributiuam inuentio hæc fieri debet. †Secundò: quia sicut bonum
2 totius partibus est debitum, & ideo proportionaliter eis distribuendum, ita & malum totius partes quoque proportionaliter sustinere tenentur. Onera aūt omnia inter mala computantur. Onus igitur huius mercedis soluendæ partes vniuersitatis pauperum proportionaliter sufferre tenetur. Hoc autem est inueniri pecuniam iustam in vniuersitate pauperum secūdum iustitiæ distributiuæ formam, quod erat probandum. Secundum autē, scilicet quòd de facto nulla iniustitia in modo distribuendi hæc onera inueniatur, probat etiam dupliciter.

Primò: quia in hac vniuersitate bonum est ipsa subuentio & releuatio pauperum, malum verò est onus soluendi mercedem, ęquum est, vt qui plus boni percipit, plus etiam mali sentiat, cui igitur maior fit subuentio, is magis onus solutionis subire debet, & sic statutum est in hoc monte, vt scilicet cui plus & maiore tp̄e mutuatur, plus onus soluendi ministris sentiat.

Secundò: quia ęquum est, vt communium onerum illis plus imponatur, qui maiorem occasionem subeūdi talia onera vniuersitati præbent. Illi autem, quorum pignora maiore tempore & periculo custodiuntur, sunt huiusmodi; quoniam maiorem mercedem tenetur reddere vniuersitas ministris pro custodia illorum, quàm aliorum, ergo illi, qui diutius pignora ibi tenent, & similiter illi, qui pretiosiora offerunt pignora, ex hoc ℭ maius mutuum sumunt, debent amplius grauari, quod in capitulis montis pietatis continetur. Non est ergo iustitiæ distributiuæ violatio in capitulis istis.

SVMMARIVM.

1 *Iustitia commutatiua dignitatem personæ non considerat.*
2 *Dignitas quid sit.*
3 *Aequalibus ęqualia, inęqualibus inęqualia imponuntur.*

Capitulum xj. Examen prædictæ opinionis determinans quomodo hic fit distributio.

VT eodem autem ordine ostendatur opin. hanc deficere, primum dictum examinando, oportet ex communibus animi conceptionibus incipere, & ostendere, quomodo ratio distributionis hic soluatur: quia ergo, vt dicitur in 5. Ethicorum, iustum in distributionibus cōfitentur omnes secundum dignitatem quandam oportere esse,
1 ita quòd sicut † iustitia commutatiua dignitatem personæ nō considerat, nisi inquantum in quantitatem rei redundat, vt puta cum considerat dignitatem principis percussi; quia percussio ex hoc criminosior est, ita iustitia distributiua quantitatem rei non ponderat, nisi inquantum redundat in dignitatem personæ, vt puta quum magnificit virtutis egregium actum ex hoc, quòd dignior ꝑsona illa ex tali opere redditur. Ex hoc inquam cōsequens est, ℭ distributionis ratio absque dignitate non in-
2 ueniatur. † Dignitatem autem dicimus non quodcunque bonum hominis, sed illud ex quo homines sortiuntur, quòd partes sint totius vniuersitatis siue illud sit virtus, vt in politia aristocratia, siue rerum abundantia, aut nobilitas, vt in olicratia, siue quandocunque aliud. Et quum talis partium dignitas ad commune aliquod opus quod totius proprium est ordinetur, oportet si hanc pauperem vniuersitatem in communitatem quandam exigere velimus inuenire, & quid sit totius opus, & secundum quid partium dignitas attendatur. Est autē hic opus totius, perpetua commoditas mutui inueniendi, propter hoc enim omnia fiunt: & hoc sequitur mediante pecuniæ mutuandæ (qua mons dicitur) integra conseruatione. Dignitas verò indigentia est. Id enim in qualibet communicatione dignitas dicitur, propter quod aliquis debet admitti, & iniuste repelli putatur, vt discurrendo per omnes politias patet. Sola autem indigentia existente meretur quis de hoc esse collegio, & iniuste expelleretur, suppositis semper his quæ secundum legem ordinata essent, puta quòd tantum pauperes ciuitatis admittantur, Igitur indigentia pro dignitate in hac vniuersitate habetur. Indigentiam autem dicimus non quancunque, sed talem, quę scilicet pignoribus possit securum facere montem. Hic est modus, quo vniuersitas pauperum velut communitas quædam distributionis est auctrix & capax. Qui licèt sit sustentabilis, clarius tamen & verius distributionis forma in ea saluatur, dicēdo quòd sicut si militibus vltra debita stipendia propter res bene gestas pro republica distribuenda statuatur quædam pecuniæ summa, distributionis iustus modus erit, vt quanto melius hic illo egit, tanto maius sit quòd huic, eo quod illi datur. Et sic modus & forma distributiuæ iustitiæ seruatur absque tot difficultatibus, ita si pauperibus multis onera distri. sunt, vt hoc accidit, quòd distri. iusta forma seruetur, quæ exigit ęqualitatem
3 proportionis, vt dictum est, quæ tūc tantum seruatur, † quum ęqualibus ęqualia, & inęqualibus inęqualia imponūtur: & quoniam siue hoc, siue primo modo ponatur distributio in pauperum vniuersitate, nō refert quò ad præsentem quæstionē. id circo concedatur, distributionem inueniri in inuentione mercedis reddendæ operariis montis, a quocunque distributio ista mandetur, siue a prin. siue a communita. siue ab ipsa pau. vni.

SVMMARIVM.

1 *Iniustitia multiplex in monte pietatis secundùm iustitię distributiuæ formam committitur.*
Comparationes personarum sunt odiosæ.
Statuta distributionum dispositiua tanto iustiora esse oportet, quanto facilius ab eis declinare quodammodo cogimur.
2 *Bonum & malum totius per partes distribuendum est.*
3 *Distributio onerosa an indigentiæ commensurari debeat.*
4 *Minus malum est quoddam bonum. nu. 5.*

Capitulum xij. Determinatio, quòd secundùm iustitię distributiuæ formam multiplex in hoc monte iniustitia committitur.

1 REstat ergo considerandum secundum, scilicet an † distributio isto modo facta iusta sit. vbi præmittendum est, quòd licet ī distributionibus communiter minus seruetur iustum etiam absque conscientiæ periculo, quàm in commutationibus, eo quòd comparationes personarum sunt odiosę, & pacis bonum tollunt, quod cæteris bonis communibus præstat, statuta tamen distributionū dispositiua, tanto

Source : BIU Cujas

tanto iuſtiora eſſe oportet,quãto facilius ab eis declinare quodammodo cogimur.Si enim ipſa ſtatuta a iuſto declinare inciperent,nimia poſtmodum in diſtribuendo elongatio a medio fieret,ſicque iuſtitia corrumperetur.Et ideo diligenter oportet diſtributionis huius ſtatuta examinare,ne lex iniuſta ſui obſeruatores ad iniuſtitiam deducat. Sciendum eſt igitur,ꝙ aliter bonum,aliter malum diſtribuendum eſt inęqualibus partibus alicuius totius:bonum ſiquidem diſtribuendum eſt ſic,vt digniori maius bonum detur.Et ratio eſt:quia bonum totius,quod eſt debitum alicui parti,tanto maius eſt,quanto pars illa maiorem principalitatem habet in toto, & tantominus quanto pars minorem habet dignitatem in toto. Malum autem econuerſo diſtribuendum eſt,vt ſcilicet digniori parti minus, dignæ maius malum imponatur. Et huius ratio eſt ; quia ex quo minus malũ habet rationẽ boni, vt dicitur in 5.Ethicorum, quia eligibilius eſt quàm maius malum,eiuſdẽ rationis eſt, quod alicui debeatur plus boni & minus mali,& conſequenter parti principaliori,cui debetur maius bonum,debetur etiam minus malum , & proportionaliter parti viliori cui minus bonorum debeẽ, plus
2 malorum imponendum eſt.Et loquimur ſemper de bono † & malo totius,quod partibus diſtribuendum eſt. Suadet quoque hanc diſtributionis eſſe ęqualitatem,naturæ operatio , quæ alimentum diſtributiua membris,ad principalia membra digniores partes,& ad viliora viliores tranſmittit, infirmitatem autẽ, ſi poteſt,a principalibus membris ad viliora propellit, vt experientia continue docet.Vnde ſi pauperũ vniuerſitati quæ ſemp indigentia fundatur,bona diſtribuenda eſſent,quãto aliqs eſſet magis indigens,tanto maius bonum ſibi deberetur,eo ꝙ maiorem principalitatem habet in tali toto, ſicut magis diues maiorem principalitatem habet in politia, quæ fundatur ſupra diuitias,quæ olicratia vocatur. Et conſequenter quanto aliquis eſt magis indigens , tantominus mali communis ſuſtinere debet. Et quia onus hoc mercedis ſoluendæ, inter mala connumerantur , oportet, ꝙ ſecundùm iuſtitiæ diſtributiuæ formam magis indigens minus ſoluant. Magis autem indigentem inter pauperes eſſe conſtat,qui maiore eget mutuo,& minus cito poteſt ſoluere.Non ergo iuſte ſtatutum eſt,ꝙ plus mutui ſumentes & maiore tempore retinẽtes,plus teneantur ſoluere. Nec impeditur concluſio huius proceſſus,ſi quis cauillationibus forte adinuentis niſi,ſuſcipiat id quod tamen probatum eſt,ſcilicet vniuerſitatem hanc ſuper indigentia fundari,aut ꝙ iſta non ſit vere communitas quædam. Stat enim ius rationis in hoc, ꝙ diſtributio
3 † onerosa non debet commenſurari indigentiæ, ita ꝙ quanto quis plus eget,tanto plus communis oneris ſuſtineat. Hoc eñ probatione non eget. Sub hoc autem principio ſiue vera diſtributio,ſiue modus diſtributionis hic ſaluetur,ſubſumitur,ꝙ iſta diſtributio eſt onerosa.Quod manifeſte patet, ergo non debet quanto quis magis eget,tantomagis grauari.Sed ſecundùm capitula huius montis quanto pauper magis eget , magis grauaẽ. Quod manifeſte patet: quia magis grauatur diutius plus mutui retineus. Hic autem eſt magis egens.ergo . Committitur etiam vltra hæc iniuſtitia hic dupliciter,& ea ſcilicet, ad quæ aliqui tãtum ſecundùm iuſtitiam commutatiuam tenentur omnib.imponẽdo ſcilicet mercedem pro excuſſione pignorum & ea ad quæ omnes ęqualiter tenentur,ſcilicet mercedem pro obligata pręparatione ad mutuandum imponendo inęqualiter.Quoniam omnia in vnũ adunando , ad formam ſeu modum diſtributionis,& quæ commutatiuæ iuſtitiæ ſunt confunduntur, & quæ diſtributiuæ ſunt violantur . Ex his autem facile eſt ſoluere rationes in oppoſitum. Prima ſi quidem peccat primò ĩ medio termino,in quo tota vis rationis ſiſtit. Aſſumit enim ęquũ eſſe, vt qui plus boni totius percipit,plus etiã eius mali ſentiat . Hoc autem falſum eſſe monſtratum eſt. Iniquum quippe ſecundum iuſtitiæ diſtributiuæ formam eſt,vt is plus communis mali ſuſtineat,qui plus boni ſuſcipere debet; quia (vt dictũ eſt) † minus
4 malum quoddam bonum eſt.Sed aduerte diligenter , ꝙ dicentes plus aut minus boni vel mali , de quantitate abſoluta ipſius boni vel mali loquimur , & non de quantitate proportionali . De hac enim loquendo ęquale malum & ęquale bonum omnibus partibus & communibus dandum eſt; quia iuſtum in diſtributionibus in ęqualitate proportionali cõſiſtit , vt ſuperius ex 5.Ethicorum diximus.Et quia parum malum magis lędit nobilem partem,quàm magnum vilem,vt patet in membris corporis,& in ꝓpoſito,plus pauperculus lędit ex ſolutione duorum ſolidorũ,quàm artifex minus egens ex ſolutione quatuor, ideo nõ vſquequaque falſum eſt illud aſſumptum,ſcilicet ęquũ eſt,vt qui plus percipit boni,plus ſentiat mali.Sed vt iam patet, etiam ſic non eſt pro opinione illa. Secũdò peccat in eo, quod ſubſumit, ſcilicet ſubuẽtio mutui eſt bonum commune huius vniuerſitatis pauperum. Releuatio nãque pauperis ex accepto mutuo ex ipſo mutui beneficio cauſatur . Mutuum autem ad iuſtitiam commutatiuam adeo ſpectat, vt id iuſtitiæ diſtributiuæ attribuere ridiculum ſit.Niſi forte diſtributio mutui ſtatueretur,ꝙ id non fit.Iniuſta deinde lex eſſet,ſi qua ſtatueret, ꝙ ex ſubuẽtione quàm ex mutui beneficio quis percipit aliquid pecunia ęſtimabile mutuanti daret,& ſimiliter cuicunque alteri, aut ex alia cauſa non tenetur, ex hac ſiquidem cauſa nulli ciuiliter obligatus quamuis amicabiliter debeat. Si mutaretur quoq; arg.& eſſet ſermo non de ſubuentione per mutuum, ſed de cõmoditate perpetua mutui inueniendi , quam totius commune bonum eſſe dictum eſt,non poteſt adhuc concludi iuſtitia ſeruari;quoniã ſi penes commoditatẽ illã diſtributio oneris agenda eſt , quum commoditas illa omnibus mutuum ſumentibus ęqualiter reſpondeat , inęqualiter diſtribui ſolutionis onus nequaquam deberet,licet (vt ex dictis patet) iniquum ſit malum
5 † diſtribui ſicut & bonum.Secunda verò ratio,quæ metiẽ,onus ſouendi iuxta datam ſoluendi occaſionem,facile ſoluitur,dicẽdo ꝙ aut occaſionis vocabulo proprie vtitur,aut communiter, & etiam cauſam occaſionem vulgariter dicimus, ſi proprie loquatur, falſum eſt, ꝙ huiuſmodi occaſionibus commenſurãdæ ſint diſtributiones boni aut mali communis,quod debeẽ partibus,vt patet in omni politia,ſecus autem de gratuitis dicẽdum eſſet remunerationibus. Si autem occaſionem ꝓ cauſa ponit ; tunc falſum ſubſumitur. Cauſa enim harum expenſarum eſt vniuerſitas ipſa,quæ pignoribus tute vult pecuniæ montem ſaluari,& ex hoc clarius patet veritas primi membri : quia pauper ipſe occaſio valde remota eſt,& nõ niſi ipſa mediãte & cauſante vniuerſitate quæ ſolueret tenetur , vtpote non concurrens ad hoc niſi propter mutui petitionem , ex qua occaſionem ſumit mutuans,ꝙ pignus vult,ex quo deinde ꝓuenit,ꝙ vniuerſitas teneatur ſoluere . Patet igitur , ꝙ occaſionibus huiuſmodi nulla iuſtitia diſtributiones ęquari debent . Ex his autem formari alia poteſt ratio ad principale intentum talis . In hac pauperum vniuerſitate quatuor ſunt , cõmoditas perpetui mutui habendi. Releuatio ex mutuo ſuſcepto. Remota occaſio non dati ſed ſumpta alicuius expenſæ. Et indulgentia. Nulli horum diſtribuitio oneris huius iuſte commenſuratur in hoc monte, vt patet ex dictis, ergo in capitulis montis iuſtitia diſtributiua non ſoluatur.

SVMMARIVM.

1 *Mutuum an in monte pietatis proprie poſſit dici .*
2 *Lucrum quod explicite vel implicite mutuum comitatur , an ſemper vſura dici poſſit .*

Capitulum xiij.

SVrrexit propter has forte rationum anguſtias opinio alia nedum hæc capitula , ſed alia quæ ab omnibus repulſa videntur communitatibus pietate plena defendere volens.

Hæc quantum ad propoſitum ſpectat, tria dicit. Primò, ꝙ hic eſt contractus ſocietatis poſitiuæ & perpetuò conſeruatiuę. Secundo,ꝙ hic non eſt contractus mutui proprie,ſed temporalis vſus communis depoſiti.Tertiò,ꝙ hic eſt cõtractus locationis operarum ad cuſtodiam pignorum &c.cui a pauperib. merces reddenda iuſte exigitur &c.Primum declaratur explanãdo naturam huius montis ſic,pauperes ciues conuenientes media interceſſione prædicatorum &c.a diuitibus & a ſeipſis quãdam pecuniæ ſummam dono obtinent non diſtribuendam, ſed perpetuo vſui eorum per modum mutui conſeruandam, eiuſdem cuſtodiæ ac prædicti vſus diſpenſationi , & pignorum cuſtodiæ & curæ & cæteris vt ſupra pro ſecuritate communis pecuniæ miniſtri quædam a pauperum partibus præponuntur , reddendaq; ſtatuitur his pauperibus vt ſup. ſcilicet vnus eorum operibus merces a ſingulis denarius pro libra ſingulis menſibus &c. hæc eſt pauperũ ciuium ſocietas deponens ſummam illam ſub communibus cuſtodibus per modum mutui eius pauperibus diſpenſandum,& reddens mercedem cuſtodibus debitam &c. Et quia in ſocietate iſta nunquàm intenditur diuiſio capitalis communis, ſcilicet depoſiti, nec ſecundum totum , nec ſecundum partem,ſed potius procurare augumẽtum & pro conſeruatione illius tuta quilibet aliquid ſoluit, puta duos denarios ꝓ libra &c.ideo hic eſt cõtractus ſocietatis non diuiſiuæ ſed poſitiuæ & perpetuò conſeruatiuæ. Secundum verò ſcilicet ꝙ non ſit hic contractus mutui probatur ex parte rei quæ mutuari dicitur,& ex parte extremorum inter quæ mutuum dicitur, vbicunque nanque eſt proprie mutuum , ibi & res mutuata aliena eſt a iure petentis mutuum, & mutuans omnino a petente mutuum diſtinguitur. Sed hic neutrum iſtorum inuenitur: quia pecunia quæ mutuantur communis eſt eis quibus mutuatur , & mutuans eſt ipſum commune depoſitum , ſeu ipſa ſocietas, quæ a pauperibus ſocietatis membris non omnino diſtinguit. Ergo non eſt hic proprie mutuum.Maior propoſitio aſſumpta quo ad vtranque ſui partem ex ratione iuſtitiæ commutatiuæ in mutuis patet. Quia iuſtitia commutatiua non eſt inter totũ & partes,& mutuum nõ eſt niſi de eo,quod alterius partis,ideſt ſingularis perſonæ eſt, & conſequenter omnino alienũ ab hoc

petente

Source : BIU Cujas

petente mutuum, vnde quando pauper a monte mutuum propter penuriam vocabulorum petit, temporalem vsum cõmunis depositi secundùm veritatem petit, nõ mutuum. Et ex hoc
2 vlterius manifeste sequitur † ꝙ vsura hic non est, quæ mutuum explicite vel implicite committatur. Tertium autem, ꝙ scilicet hic sit contractus mercenarius inter ministros & pauperes, & consequenter ꝙ pauperes iustè teneantur reddere eis mercedem &c. vt per se notum relinquitur.

SVMMARIVM.

1 *Contractus montis pietatis an sit socialis.*
2 *Mutuum vbi vere non interuenit, mutui nomen perdit.*
3 *Dignitas an in distributionibus attendatur.*
4 *Ratio iusti in quibus consistat.*
5 *Aequalitas vbique seruanda.*

Capitulum xiiij. Examen prædictę opinio determinans iniustitiam nihil minus inuenire in capitulis montis secundùm hanc viam, q̃ secundùm alias supradictas.

QVoniam autem opinio hæc tanquam singularis communiter derelicta videtur, duo in eius examine faciẽda occurrunt, vt scilicet prius ostendamus male formatum esse ab ea casum montis pietatis, & propterea cõmuniter minus eius dicta recipi, deinde admisso casu quòd
1 iniustitiam non euitet, manifestandũ est, ꝙ contractus iste † nõ sit socialis, vt Paul. II. Pont. Max. literis ad Perusinum legatum habetur, vbi monet, ne vltra stipendia ministris debita aliquid accrescens habeatur, ne forte vsuræ labes aliqua incurratur. In contractu enim sociali ex hoc ꝙ socij ad communis boni augmentum tendũt, ridiculum est in dubium apud sedem maxime Apostolicam verti, an sit vsura. Quis etiam hic sit cõtractus mutui ex literis pluribus plurium Rom. Ponti. patet: semper enim mutuari dicit pecuniam pauperibus a ministris montis, & distri. mutuo sic annectat, vt vere mutuum restet, quoniam mutuare secundum quandam distributionem dicit, vt scilicet plus agentibus (si constat) plus mutuetur, intra tamen statuti latitudinem. Nec sufficit fugiendo dicere, ꝙ penuria vocabulorum huius causa est. Tum quia in promptu vocabulum temporalis vsus communis depositi vel boni erat: tum quia expresse in literis huiusmodi pecuniam collectam montem pietatis vocari dicitur, & deposita pecunia apud eos qui mutuari pauperibus sunt
2 appellatur. † Si enim mutuum vere non interueniret, mutui nomen quandoq; mutatum quoque esse, & saltem circũlocutione aliqua non esse mutuum insinuatum esset, præsertim qa omnes forte huiusmodi literæ emanarunt ad instantiã eorum, qui vsuram in hoc monte non esse contendunt. Qua enim faciliore & magis apparente via excludi vsura potuisset, quàm mutuũ non interuenire declarando. Sed quid in probabilibus moror, probatur ratione, non esse huiusmodi contractum socialẽ absque mutuo, vt dicitur. vbicunque iustum est secũdùm ęqualitatem simpliciter rei acceptæ ad datam, ibi vere est iustitia cõmutatiua. Sed contractus ille, qui mutui vocatur inter mõtem & Ioannem pauperem est iustus secundùm ęqualitatem simpliciter pecuniæ redditæ ad acceptam, ergo est contractus iustitiæ commutatiuæ. Sed iustitia commutatiua non vertitur inter totum seu totius bonum, vt sic, & partem, sed inter partem & partem, ita ꝙ etiam totum vt extremum commutatiuę iustitię partis rationem habet, vt ex dictis patet, quæ ex S. T. expresse habentur, ergo contractus iste non est inter montem inquantum est totum, siue cõe bonum, & Ioannem pauperem inquantum totius partem: sed est inter totum inquantum partis rationem habet & Ioannem pauperem vnum de populo &c. Et consequenter est vere ϗctus mutui. Admisso autem talis societatis ϗctu, q̃ si nõ est, posset tñ fieri, iniustitiam omnino ibi committi sic declaratur. In contractibus istis, de quibus est sermo, aut standum est inter limites commutatiuæ iustitiæ, aut intra limites iustitiæ distributiuæ, aut vtriusque, aut neutrius. Sed secundùm iustitiæ commutatiuæ pure formam agimus, quum constet, ꝙ totum apud eam vt pars reputatur id, ad quod totum tenetur, a parte exigi non potest. Et consequenter quamuis societas pauperum teneatur soluere mercedem ministris: iniuste tñ ab hoc pauperе exigitur: quia nõ in eius fauorem fit. Et breuiter eodem modo hic cõuincitur iniustitia & vsura, quo superius intra iustitiæ commutatiuæ terminos probabimus inueniri. Si secundum iustitiam distributiuam parum procedendum est, creditur; quoniam contractus locationis operarum non est inter ministros & singulos pauperes, sed inter ministros & societatem pauperum, vt superius dicebatur, manifestus error statim patet; quoniam locatio operarum & eius merces & similiter acceptio pecuniæ, quæ mutuata dicitur, & eius restitutio fingi nõ põt, quin ęqualitatem commutatiuæ iustitiæ requirat. Si autem vtriusq; iustitiæ forma miscetur, ſm veritatem idem est casus iste cũ eo, quem superius ſm distributiuæ iustitiæ modum disputauimus & concluſimus, iniustum esse in hac siquidem societate distributio non aliter, quàm ibi miscetur, nisi ꝙ ista opinio ponit ipsam pecuniam per modum mutui etiam distribui in vsum &c. Sed hoc nihil penitus variat casum quò ad rationem iusti, vel iniusti; quia in societate ista aut omnes habentur ęquales, aut non. Si omnes ęquales, ergo iniuste vnus plus alio grauat onere solutionis, ad quam societas tenetur: † qm̃ secundùm dignitatem iustum in distributionibus attenditur. Si inęqualitas ĩter
3 eos ponitur: quum non nisi ratione indigentiæ ponatur: quia plus egenti plus mutuandum statuitur, intra latitudinem tamẽ aliquam, puta 10. ducatorum; tunc manifeste redit iniquitas illa in distributionibus, qua plus accipiens communis boni plus cogitur sentire communis mali, & distributio communis oneris commensuratur singulorum indigentiæ. Et manifestius accedit hic iniustitia, quæ in gabellis pro rebus quæ deferuntur ad vsum inuenitur. Vtrobiq; enim iniustum natura rei inuenitur ex eadem causa: quia scilicet supportatio communis oneris cõmensuratur necessario vsui: vsus autem necessarius commensuratur indigentiæ: & sic de primo ad vltimum per se ita reseruata oneris communis distributio indigentiæ ciuium & paupe rum commensuratur, quod est iniquum. Refugit enim omnis auris, ꝙ tanto quoque communibus grauetur, quanto magis propriis indiget. In hac enim societate quãto quis magis eget, vt propriis possit prouidere necessitatibus, tãto maius mutuum sumit & diutius retinere cogitur, & tanto plus exigitur ab eo pecuniæ debitæ a societate pro seruitijs sibi impensis vt patet. Et ne iterum dicta repetantur eodem est modo hic in iustitia distributiua, sicut superius eisdem rationibus. Si autem neutrius iustitiæ formam introduci oportere quis putet, sed iustitiam legalem tantum, quæ commune bonum per se respicit, & ad illud omnia dirigit cum fraterna quadam societate errat imprimis ad fraternam societatem confugiens: quoniam operationes hic interuenientes secundum genus suum ad iustitiam nõ ad amicitiam &c. spectant: quoniam sunt operationes ad alte-
4 rum cum ciuili debito ęqualitas, in quibus † ratio iusti cõsistit, ne fraterna voluntas omnia communia volẽs hic apparet, nisi apud mentis propriæ parum compotes, qui omne volũtarium iudicant simpliciter voluntarium. Errat deinde: quia sub iustitia legali, seu generali non cadunt nisi in differentia & quę aliarum sunt virtutum & vitiorum. Expresse namque in 5. Ethicorum habetur, ꝙ omnis particularis bonitas aut malitia sub iusti tia legali cadens sub aliqua alia virtute aut vitio necesse est con tineatur: quum ergo constet, ꝙ actus hi indifferentes non sint, & non sint non omne bonum aut omne malum, oportet ꝙ sub alia virtute aut vitio comprehendantur. Et si huic iunxerimus supradicta, ꝙ scilicet spectant ad iustitiam, oportet ad commutatiuam vel distributiuam descendere: vt fecimus, secũdùm quas iam patet iniustitiam euitari in capitulis huius montis nõ posse. Ad rationes ergo quibus probatur, ꝙ hic non interuenit mutuum, dicendum est, ꝙ inter assumpta & casum est implicatio contradictionis. Repugnat enim, ꝙ sit contractus rei inter totum vt sic & eius partem, & ꝙ sint secundum ęqualitatẽ rei ad rem. Si namq; est secundum ęqualitatem rei ad rem, ergo est iustitia commutatiua, ergo inter partem & partem, ergo non inter totum vt sic & partẽ. Et similiter si est inter totum vt sic & partem, ergo est secũdùm dignitatem partium in toto, ergo non secundum ęqualitatem rei acceptæ aut datę: constat autẽ,
5 ꝙ hic seruatur ęqualitas † ad rem, dum a paupere mutuum restituitur. Et tamen ſm istam opinionem inter totũ vt sic & potestatem contractus est implicatio, igitur accidit. Est autẽ causa defectus in huiusmodi ratione; quia non discernitur inter per se, & per accidens, accidit enim monti inquantum pecuniã reddendam tribuit pauperi, vt suis prouideat necessitatibus, quod totum sit. Hoc enim sub partis ratione facit. Et ideo mutuans hic est omnino alius a mutuum sumente, si formaliter cõsiderantur; quoniam singularium personarum quò ad hoc locum tenent. Et similiter accidit pecuniæ, inquantum sic Ioãni pauperi mutuatur, ꝙ communitatis aut communis societatis aut cuiusque alterius aut nullius sit. Sufficit, ꝙ Ioan. pauperis sic nõ sit, ꝙ ad eius restitutionem integre nõ teneatur. Accidit quoq; defectus; quia inter totum & partes necessaria discretio amittitur. Huiusmodi enim totum specie a parte differt, & quod toti debetur, parti nõ debetur. Et similiter ad quod totum tenetur, pars non tenetur, loquendo semper secundum ęqualitatem rei ad rem, quæ hic est; quoniam pro seruitijs societati impensis non in fauorem huius, qui accepit mutuum vt sic, sed totius perpetuæ societatis tenetur ipsa ad mercedem reddendam ministris, vt supra patuit, & restitui sic ac conseruari pecuniã vult. Accidit & tertiò defectus in hac via: quia non distinguit inter aliquid fieri in fauorem pauperis mutuum sumentis proxime & remote. Quod enim in fauorem communis perpetuęque societatis fit, non nisi remote fit in fauorem, vt ex dictis patet. Nullo igitur modo capitula huius montis pietatis iniustitiam subterfugere possunt.

SVM-

Source : BIU Cujas

Thom. de Vio. De Monte pietatis.

SVMMARIVM.

1 *Mons pietatis ab Apostolica sede approbatus est.*
2 *Pietatis mons sanctus est.*

Capitulum xv. Exclusio quorundam extraneorum dictorum concludens vltimo intentam sententiam.

PEragratis omnibus his opinionibus quæ aliquid ad propositum ex moralibus rationibus adduxerit, restat primò nominanda tantum opinio, dicens montem hunc pietatis cum suis capitulis non mutuum facere, sed rem quandam diuinam esse & hominibus ineffabilem & propterea rationibus huiusmodi quæ humanos scrutãtur actus non oĩno committendũ esse iudicium huius montis &c. Nos enim cum sua diuinitate veluti loquentes in aere relinquere oportet. Remanet deinde eis satisfaciendum, qui contractus huius montis ab Apostolica sede approbatos dicunt, aut audiunt, ac per hoc rationes sophisticas putant, etiam si soluere nesciãt. Sciant igit̃ hi montem † quidem pietatis ab Apostolica sede approbatum: sed non illius capitula, vt exemplo literarum approbationis conijcere potui. Appellatur autẽ mons pietatis, vt in eisdem dicitur, summa illa pecuniæ pie collecta, & sub custodibus deposita ad perpetuam releuationem pauperum mutuo mediãte, vbi nota, ꝙ mons ipse est simpliciter approbatus & erectus ab ipso summo Põtifice. Eius autem capitula supradicta sunt approbata cum hoc adiectiuo scilicet, sacris canonibus non contraria. Vnde si qua capitula sunt sacris canonibus contraria approbata non sunt. Hæc autem esse ea quæ in iustitiam continent, nullus dubitat. Non sunt igitur approbata capitula illa quæ iniusta esse superius monstratum est. Propter quod (si ita est) non parum peccatum fuit facere imprimi summi Pontificis bullas truncatas absque illa particula scilicet, sacris canonibus non cõtraria. Laqueus siquidem est animarum, in quem ego incidissem, vel saltem absque suspensione nõ fuissem, nisi viua voce audissem sic haberi in originalibus, & calamo scriptam particulam illam in bullæ Mantuanæ copia vidisse. Ex hac quoque eadem radice satisfit illis, qui ex priuilegijs & indulgentijs concessis a Rom. Pont. illis qui ad montis conseruationem aut augmentum manus porrigũt adiutrices arguunt. † Iam enim patet, ꝙ mons ipse 2 sanctus est, & in ordine ad illum hæc omnia conceduntur. Annexa tamen mala ex hoc non approbantur, sed potius tolerantur ad euitationem maioris mali, quo ꝑ publicos vsurarios res pauperum vorantur. Ex rationibus ergo propriis iustitiæ commutatiuæ & iustitię distributiuę clarum iam esse cuilibet patet, non solum ꝙ nullo prædictorum modorum iniustitiæ macula abest a capitulis montis huius, sed etiam quòd quocunque alio modo casus formetur, iustitiæ ęqualitas nõ seruatur. Nec oportet omnem sigillatim obiectionem excludere; quoniam ex supradictis quæ ex Ethicis Aristo. & doctrina S.T. adeo sumpta sunt, vt si sigillatim allegatio fieret, omnia plena allegationibus essent, cuilibet in moralibus exercitato facile est omnibus satisfacere, vt omnes veritatem agnoscant, quæ a prima est veritate. Cui honor & gloria sit ex hoc opusculo. Papiæ in S. Apolinare completo hodie 14. Iulij M. CCCCXCVIII. per infinita secula seculorum. Amen.

FINIS.

REGISTRVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vv Xx Yy Zz.


Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg.

Omnes sunt Quaterniones.

Source : BIU Cujas



Source : BIU Cujas


Source : BIU Cujas